



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>




Ex libris Bibliothecæ quam Illustrissimus
I Archiepiscopus & Prorex Lugdunensis
3 Camillus de Neufville Collegio SS.
Trinitatis Patrum Societatis J E S U
Testamenti tabulis attribuit anno 1693.

R. P. D.

ANTONINI
DIANA,PANORMITANI,
CLERICI REGVLARIS,*Coram Sanctiss. D. N. INNOCENTIO X. Episcoporum
Examinatoris, & S. Officij Regni Sicilia Consultoris.*

RESOLUTIONVM MORALIVM

PARS NONA:

IN QVA SELECTIORES CASVS CONSCIENTIÆ
breuiter, dilucidè, & vtplurimum benignè sub variis Tractatibus explicantur.HIS ADIECTÆ DISCEPTATIONES APOLOGETICÆ
DE PRIMATV SOLIVS D. PETRI.

LVGDVNI,

Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LI.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.

11110711

11110711



Eminentissimo, & Reuerendissimo
IO. IACOBO
PANZIROLO,
S. R. E. CARDINALI
EXIMIO,
ANTONINVS DIANA
CLERICVS REGVLARIS F. P.

DATIARIS precor, Eminentissime Domine, huic Operi non satis exculpto, tuum inculpi Praclarissimum nomen, atque istius illud radijs inaurari. Siquidem piaculum foret, & nullo quidem expiandum tempore, si Amplitudini tuae exiguum hoc munus non offerrem. Tuorum namque in me meritorum moles, qua in dies opprimor, adeo eminens, ad oque Vrbi conspicua est, ut notissima adurerer ingrati animi nota, si hoc, quod primum habeo, non publice darem, debita Tibi obseruantia, & gratificationis exile signum. Quam saepe Te adeundi mihi copiam facis? Quam saepe tuo me dignaris eruditissimo, verèque aureo sermone? Quos non facis. Tua in me benignitatis radios corrinare? Duo ista in Tuo stemmate fulgentia sidera, cum omnium bono longè, latèque prasint, irradiant, influant: me tua Tibi gratia proximiorè, luculentiori ditant influxu. Quare vltimus hic, ut reor, effati mei ingenij partus, tuis sub auspiciis, ac tuis obstetricantibus sideribus, in lucem editus, merito tuis auet, & audet excipi purpuratis vlnis, & tua operiri, tua protegi, lorica. At quam iucundum, faustumque tua sidera contemplari! Nunc iterum Tyndaridas, nunc iterum geminos Fratres inter Astra adnumeratos, Roma veneratur. Tuum scilicet suspicimus cuncti geminum, non mutuat, sed cumulatis, radijs immortale sidus; ac ceu beneficum, & salutare numen, veneramur omnes. Verum

2 2 dissectis

disiectis iam verborum nebulis, exserant suum lumen, & clariùs se nobis prodant tua sidera. Generaliores, & principes tui animi dotas, & quæ magis emicant, illis significari, certè negarit nemo: nimirum excelsissimam in omni eruditionis genere sapientiam, absolutissimam omni ex parte prudentiam. Itaque sapientia tua templum, quod etiam de foris augustissimum est, si ingredior, elegantissimas reperio in atrio *Musas*, & ut sanctissimas moribus, & pietate, ita optimarum artium affinitate doctissimas. At mutuo thesauro sibi dato, & accepto, non solum utriusque iuris sanctiones in Sanctuario, sed etiam utriusque Theologiae documenta, intra Sancta Sanctorum, miror, admirorque. Verùm ad prudentiam transiens, ipsam, cum reliquas Virtutes omnes in te administras habeat, non humanitus dixerim, sed diuinitus comparatam; Acumen ingenij, oris eloquium, sedatum regimen, maiestati sociatus amor, auctoritas comitatus, docilitas, dexteritas, circumspèctio; probitas denique, pietas, religio: hæc minora sunt sidera, è quibus grande surgit tuum prudentia sidus. *Istis* ergo sapientia, & prudentia auspiciatissimis *Astris*, non solius Curia Cælo, non uni terrarum angulo, sed toti quàm latissimè patet, Christiano orbi feliciter affulsisti. Et quidem ad sedanda mitteris, dissidentium à nobis, & dissidentium inter se Principum, & Dynastarum iurgia? Statim discordes animos ad concordiam reuocas, & Bellorum faces ad Pacis fœdera. Romana Rota coaptaris Auditor? Ita tuos explicas radios, ut ius suum unicuique inuiolabiliter reddas. Patriarchales excipis infulas? Exornas magis, quàm orneris. Apud Hispaniarum Regem Summi Pontificis Legatum agis? Ea occiduis oris confers bona, quæ Sol terrarum Orbi. Sacro adsciris Purpuratorum Patrum Senatui? Tam dignè Eminentissimam istam sustines dignitatem, ut supremam demeruisse iam omnium sensu censearis. Iam enim summo Ecclesie Hierarcha præstò es ope, & consilio. Iam apud Sacrorum Principem Sacra vindicas, tueris, & propagas. Sed quàm rara felicitate? O rem supra hominum fidem, etsi ex fide narrandam! *Meos* met oculos testes aduoco, imò totius urbis. Tuam ego aspicio, & suspicio Aulam unius horæ spatio plenam simul, & vacuam supplicantium, & negotiantium multitudine, nimirum auditos, exauditos omnes: & ferè instanti temporis, tot Te unum gratiosum omnibus confecisse negotia, quod nec singuli singulorum dierum interuallo. Patent item omnibus, omni momento, Tuæ aulae fores: & cum nulla temporis, vel hominis excipiatur conditio, hoc unum in votis habes, ut nunquam otiosum spiritum ducas; sed tuis vigilijs exhaurias omnium curas, cunctis tuo negotio otium facias, reddasque singulos tua felicitate felices. Ecclesia ergo magis, quàm Tibi, gratulandum. Gratulandum etiam & meo Operi. Ibit namque per Orbem, & perennabit. Verè buntur in eo tuæ Lorica tutamen, tuorum siderum radios, quæ diuinum conceptis votis exorandum est numen, ut Christiano Orbi diù luceant, & ut clariùs luceant in ipsum tandem se transmigrant Solem. Roma die 22. Junij 1649.

APPRO

A P P R O B A T I O N E S.

Admodum Reuer. Patris D. Ioannis Gonzagæ nostræ Congregationis Præpositi Generalis iussu, Resolutionum Moralium Patris D. Antonini Diana Nonam Partem perlegimus. Et nihil in ea reperimus à fide, vel à pietate difsonum: & insuper Authoris ingenium admirati sumus, ne dum ferax, cum vix vna ex prælo parte auulsa, suffecerit altera: sed semper curiosiora, & perfectiora proferens, vt de hac Nona dici meritò possit, quòd serua-uerit bonum vinum vsque adhuc. Quare eam totius Orbis desiderio, & expectatione quam primùm dari posse, & debere existimamus. Die 14. Septembris 1648.

D. Paulus Maria Quartus Cler. Reg. S. T. P.

D. Andreas Planellus Cler. Reg. S. T. P.

D. Vrbanus Puluerinus Cler. Reg. S. T. P.

Dioannes Gonzaga Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium hoc opus inscriptum Resolutionum Moralium P. D. Antonini Diana Cler. Reg. Pars Nona, cum aliqui ex nostris PP. quibus id commisimus, recognouerint, & approbauerint, vt Typis mandetur, quò ad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsen-tes litteras manu nostra subscriptas, ac solito Congregationis sigillo munitas damus. Romæ in Ædibus nostris S. Syluestri Montis Quirinalis, die 27. Septembris 1648.

D. Ioannes Gonzaga Præpositus Generalis Cler. Regnl.

✠ *Loco sigilli.*

D. Ioannes Montoya Secretarius.

Imprimatur si videbitur. Reuerendiss. D. S. P. A. Magistro.

A. Rinaldus V. G.

Censura A. R. P. Martini de Esparça Societatis IESU, olim in Salmanticensi, nunc vero in Collegio Romano Sacræ Theologiæ Professoris.

DE mandato Reuerendissimi Patris Fr. Vincentij Candidi S. Palatii Apostolici Magistri, perlegi Nonam Partem Resolutionum Moralium R. P. D. Antonini Diana, & nil in ea offendi fidei, aut bonis moribus contrarium; cumque nil præterea discrete necesse sit pro iusta commendatione Operis, præferentis notum iam diu omnibus, & vbique celebrem Au-thorem; hoc solum subiicio, posteriorem istum eius sortum, nihilo esse inferiorem prioribus, siue vbertate Doctrinæ, & diligenti Auctorum dispositione, siue delectu tum Quæstionum, tum Opinionum admodum maturo, claro, expedito, atque ad praxim opportunissimo.

In Collegio Romano Martij 25. Anno 1649.

Martinus de Esparça Societatis IESV.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Candidus sacri Pal. Apostol. Magist. Ord. Predicatorum.

Anton. Diana Pars IX.

2 3

INDEX




INDEX TRACTATVVM.

- I. **D**E Oratoriis priuatis, Sæcularium, Regularium, Episcoporum, & Cardinalium.
- II. De Altaribus Priuilegiatis.
- III. De Confessione præmittenda ante Communionem, & de causis excusantibus.
- IV. De excommunicatione ob percussione[m] Clericorum ad ornamentum. cap. *si quis suadente Diabolo*.
- V. De Thesauris.
- VI.VII.VIII.IX. Miscellaneorum.
De Primatu solius D. Petri, ac differentia inter ipsum, & D. Paulum, Disceptationes Apologeticæ.



AVCTO



AVCTORES
QVI HONORIFICAM
DE P. DIANA
MENTIONEM
FECERVNT.



CACIVS DERIPOL *Tract. de Regul. cap. 11. num. 11.* Non debeat Venerabilis, & Doctissimus Diana tantopere mirari de me dictis.

ALPHONSVS DE LEONE Clericus Regularis *Tract. de Capellaniis quest. 6. sect. 10. num. 100.* Vnde Doctissimus Diana necesse est, vt intelligat id esse prohibitum in

Decreto.

Idem *de Cens. recollect. 5. n. 126.* Tutrianus vocat hanc sententiam probabilem, & non Diana, prout Manriquez Ferro solita sua animositate contra hunc famigeratissimum Authorem falsò illi attribuit: addens Dianam frequentius approbare benigniores opiniones: quod argumentum nihil afficere illum potest; quia illud non solum non negat ipse Diana; sed glorianter profiteatur in fronte suorum voluminum, se vtplurimum benignè resolvere casus conscientia, quod in singulis suis Resolutionibus, non ex sua, sed aliorum selectorum Authorum opinione, cum communi plausu exequitur.

ANDREAS CAPANVS *de Iure Adoba, quest. 62. num. 11.* Fateor tamen, quòd P. Diana omnia ferè optimè resoluit, maxima cum ingenij perspicuitate, & acumine, prout in præsentì casu, in quo largam opinionem profert, & hoc cum maximo iudicio, propter euitanda peccata.

ANDREAS LANFRANCVS *in Opusculis tom. 2. opusc. 1. cap. 4. n. 15.* Quamplures refert accuratissimus in recensendis auctoritatibus P. Diana.

ANTONIVS DE LEON *in questione del Chocolate part. 1. §. 1. num. 4.* Aun oy se puede seguir esta opinion, consta de Antonino Diana, que siendo el vltimo, que ha escrito en lo Moral, y con la prouocacion, y estimacion que se sabe, la pone por probable

AVGVSTINVS BARBOSA nunc Episcopus Vgentinus *de potest. Episc. edit. Lugd. anno 1641. part. 2. alleg. 6. n. 4.* Ita tenet Layman, & nouissimè amicus meus doctus meus Diana.

BARTHOLOMÆVS A S. FAVSTO Ordinis Fulienfis *de Sacrament.*

Auctores qui honorificam de P. Diana mentionem fecerunt.

penit. lib. 4. quest. 173. Pœnitens, quando bona fide maiorem numerum peccatorum expressit, non tenetur repetere confessionem, & ita tenet sapientissimus Diana.

CÆSAR CARENA in *tract. de officio Sanctissima Inquisitionis*, tit. 1. §. 11. n. 68. Videatur de tota hac materia P. Diana, de hoc nostro Tribunali S. Officij optimè meritis.

GOLESTINVS SVESSIONENSIS Gallus, Tertij Ordinis S. Francisci in *Compend. Theol. moral. tract. 3. cap. 10.* De hac materia multa scitu digna refert Diana vir doctissimus, ex cuius doctrina, quæ hîc trademus desumpturimus.

CAROLVS BAVCIVS in 2. edit. *suae praxis Confessariorum fol. 123.* Respondetur ex Caietano, & aliis citatis à sapientissimo Diana.

CASTILLVS SOTOMAIOR de *tertijs debitis Hispaniarum Regibus, cap. 41. num. 181.* Antonini Diana scripta, & Resolutiones morales vtilis & necessarias esse, & singulari eruditione, Authorumque lectura editas, fatemur libenter.

DANIEL DE NOBILIBVS in *selectis controuersis, disp. 62. num. 31.* Contra communem sententiam videtur mihi sentire eruditissimus Diana, dum dixit sibi non videri has leges ex æquo respicere Clericos, ac laicos.

DIDACVS DE NARBONA in *Annalibus Iuris n. 10. cum dimidio q. 8. n. 6.* Idem docet Riccius, Ochagauia, Merceus, & Castrus Palaus, quem refert, & sequitur eximie litteraturæ vir Antoninus Diana.

— Idem in *tract. de et. ad omnes hum. act. req. an. 11. q. vn. n. 3.* Quamplurimos Auctores enumerat solertissimus vir Antoninus Diana.

DIDACVS TRASMIERA Quæstor fidei in Regno Siciliæ de *Polygamia lib. 3. q. 2. n. 49.* Quam rationem attingit doctissimus Diana.

FRANCISCVS BARDI Studiorum Præfectus in Collegio Panormitano Societatis IESV in *Bullam Cruciatam part. 2. tract. 2. cap. 4. sect. 2. n. 12.* Partem affirmatiuam complexi sunt quamplures, vt Suarez, Coninch, Fagundez, Layman & peritissimus Diana.

— Idem *ibidem tract. 3. cap. 4. sect. 4. n. 34.* Pater Diana diligens Casuum Moralium, & practicabilium scrutator.

FRANCISCVS BORDONVS Officij Parmensis Consultor, Tertij Ordinis S. Francisci in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 89. n. 30.* Id optimè probat in moralibus versatissimus Diana.

FRANCISCVS CESPEDES Clericus Regularis de *exempt. Regul. cap. 11. dub. 217. num. 1.* Negatiuè respondent Henriquez, Sanchez, Tamburinus & celebris Diana.

FRANCISCVS PELLIZZARIVS Societatis IESV tom. 2. *Manual. Regular. in Epistola ad lectorem sub nomine Typographi R. P. Antoninus Diana* vir ob plures, ac eruditos Codices editos, non solum Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi celeberrimus.

FRANCISCVS SALERNVS Panormi Vicarius Generalis lib. 1. *Consiliorum conf. 12. §. 3. n. 16.* Quam sanè rem tetigit doctissimus Diana, cuius Codex postquam hæc scripseram, ad manus meas peruenit.

FRANCISCVS TORREBLANCA in *practic. Iuris spiritualis lib. 1 §. capite 5. num. 54.* Communis Auctorum sententia terruit, ne in meam veniret opinionem, eruditissimum Antoninum Diana S. Inquisitionis Regni Siciliæ Consultorem.

Auctores qui honorificam de P. Diana mentionem fecerunt.

HIERONYMVS GARZIA *in sum. mor. tract. 3. diffic. 1. dub. 4. punct. 4. num. 20.* & *sepius alibi.* Esto ultimo parece sentir Gauanto, y le sigue el gran Casuista de nuestros tiempos Diana.

— *Idem ibidem tract. 1. difficult. 1. dub. 2. num. 3.* A los quales añado Cornejo, y el gran Casuista destos tiempos Diana.

— *Idem ibidem tract. 3. diffic. 4. dub. ult. punct. 1. num. 4.* Esto supuesto, entra la question, en la qual el gran Casuista de nuestros tiempos Diana dixò &c.

— *Idem ibid. tract. 1. diffic. 1. dub. 3. n. 3.* De lo dicho se colige, quan injustamente se quejan los que sienten que en materias morales aya diuersidad de opiniones, porque con la variedad de opiniones se haze mas suauel yugo de Christo, porque quizá si en las materias morales nõ huiera sino vn camino quedara mucho mas peligroso a las conciencias que fauorable; pues apretarlas demasiadamente, es afligir, y atormentar a las almas temerosas, y llevarlas de escrupolos, y no se puede negar, sino que en esto ha andado muy bien Diana, aunque algunos poco doctos han venido a dezir, que ha ensanchado las conciencias, y dado licencia para pecar. Pues es cierto que no enseña opinion, que no sea probable *per principia intrinseca, aut extrinseca*: y assi sin razon le calumnian.

IO. BAPTISTA CIARLINVS *controuers. forens. iudicior. tom. 2. cap. 198. num. 3.* & 30. Verum contra me insurgit doctissimus Diana adducens multa argumenta, quibus consideratis admiratus sum Viri ingenium; & eruditionem, & non potui non laudare eius subtiles, & doctas considerationes: non tamen volui ei penitus acquiescere, cum habeam adhuc multa argumenta ad meam tuendam sententiam, quam existimo veram, non vt impugnem opinionem P. Diana, cuius auctoritatem & scientiam scio esse magnam, & tanquam Virum insignem in morali Theologia colo & admiror, & credo, eius sententiam esse probabilem, & ideò omnia disputationis causa dicta esse volo.

IOANNES BAPTISTA LARREA *in alleg. fiscali. part. 2. alleg. 114. numer. 16. & 21.* Princeps aliquos ciues tradere potest, & periculo vitæ exponere pro tutamine aliorum. Tradit D. Thomas. Quod comprobatur doctissimus P. Diana.

— *Idem ibidem verbo Litanie, num. 7.* Nota, quòd celebris Auctor P. Diana, oppositum probabile putat esse.

IOANNES CARAMVEL Episcopus Mesiensis suffraganeus Moguntinus *in Theologia Regulari edita Francofurti 1646. disput. 6. n. 53. B.C.D.* Sunt Authores aliqui, quorum vnus multis aliis præualet, vt sunt Lorca, Vasquez, Suarez, Pontius, & Angelus Manriqus Hos litterarum Principes, nullius iniuria nominauerim: Lessium, Thomá, & Ioannem Sanchezios, & præcipuè Dianam, & si quos alios æquales ipsis videris, illis adnumera, & sine aliquo scrupulo sequitur, contra quoslibet alios Doctores.

— *Idem ibid. disput. 69. num. 1053.* Ingenium Dianæ viri doctissimi veneror, eius industria multas opiniones euasisse probabiles quæ antea non erant, assero, vocoque inuidum qui non confirmet.

IOANNES DE DICASTILLO Societatis Iesu *de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 5. n. 10.* Ecce Diana sibi contrarius est. Id tamen (quod illi non semel contigit) non reprehensione, sed gratiarum actione dignum est. Nempe vir pro communi bono laborans, & communi vtilitati seruiens, plurima lectione diues & copiosus, pro occurrenti consultantiũ, & quærentium necessitate,

aut

Authores qui honorificam de P. Diana mentionem fecerunt.

aut etiam desiderio, tam huic, iam illi parti adhæret, quando pars vtraque probabili ratione, & Doctorum virorum auctoritate nititur, & in praxi vtrumvis operari tutum est; voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in vna, quin in alia occasione responderit quærentibus. Quid quæso, utilius pro praxi? Hæc obiter dixerim, ut faceffere iubeam nescio quos invidiosos, qui hæc, & si quæ sunt similia, erudito viro non verentur obiicere.

IOANNES DE LVGO S.R. E. Cardinalis Societatis Iesu *de Iustitia, & iure tom. 2. disput. 37. sect. 13. num. 161.* De Torturæ materia videre poteris Dianam tractatu de Tortura, vbi omnia ferè, quæ ad torturam spectant, copiosè, & doctè collegit ex Auctoribus antiquioribus, & recentioribus, qui tractatus utilissimus omnibus est.

— Idem *de Sacram. Pœnit. disp. 23. sect. 5. num. 148.* Quando est mera confessionis revelatio Inquisitores non se ingerere, testatur Diana, in eo Tribunali per multos annos versatus.

IOANNES PETRVS FONTANELLA *in decisionibus Cathalonie, tom. 2. decis. 302. num. 1.* Recensere hæc volui clarius, quàm fecerit Diana; cui non nego multum debere studiosos.

— Idem *ibid. decis. 307. num. 13.* Aduerto, Patrem Dianam, ut muneri quod susceperat, vberimè satisfaceret, nullum non mouisse lapidem, nullis pepercisse laboribus, quibus sacram Ecclesiasticam immunitatem adiuuaret.

IOANNES FRANCISCVS SANNA *in Patroc. immunit. Eccles. pro Episc. Algaren. art. 3. num. 36. art. 5. num. 61.* Quod esse valde notandum à Iudicibus laicis, quando excommunicantur ab Episcopis, licet pro se habeant opinionem probabilem, aduertit doctus, & pius P. Diana.

Et infra. Quinimò si credimus Azorio, Filliucio, & aliis viris longè doctissimis, quos refert Diana, vir æquè non mediocriter doctus.

IOANNES ESCOBAR A CORRO Inquisitor Murciae *tract. de Confess. sollicit. p. 2. q. 2. §. 3. num. 23.* An quis reuelare teneatur in Monitorio furtum factum à filio familias eius, qui Monitorium impetrauit, Naldus affirmat. Raynaudus negat. Diana tamen, licet doctissimus, iudicandum relinquit.

IOSEPH DE IANVARIO *in Resol. Theol. mor. tom. 1. resol. 14. num. 8.* Hanc consuetudinem à Merolla cognitam non cognouit accuratissimus Diana.

IVLIVS CÆSAR BORREA nunc Episcopus Comoclenis *in Responso pro immunit. Eccles. contra Lagunam. cap. 3. num. 117.* Clericis suffragatur auctoritas non solum Patris Dianæ, sed etiam aliorum quamplurimorum Auctorum. Et in omnem euentum plus soli Dianæ deferrem, quàm Lagunæ, & cæteris eius sequacibus: tum propter egregiam viri, quem noui, litteraturam; tum propter vitæ, morumque candorem, & integritatem.

IVLIVS CLEMENS SCOTVS *Opusc. de iure tuend. fam. num. 28.* Quod Episcopus non possit absoluerè ab hæresi occulta, legendus est Diana, vir quidem suspiciendus, maxime propter Discepciones Apologeticas de Primatu solius D. Petri, ac differentia inter ipsum; & D. Paulum hoc anno impressas, in quibus multiplicia contrarij dogmatis capita, siue argumenta igneis responsionibus abscidit.

LEANDER DE MVRCIA *in cap. 2. Regula D. Francisci, quest. 8. num. 2. & sequens alibi.* Esta sentencia tiene Ricardo, Layman, Rebelio, a los quales cita, y sigue el muy docto P. Antonino Diana.

MARTINVS BRESSERVS Societatis Iesu *de Conscientia lib. 3. cap. 8. n. 98.* Antoninus Diana citat pro more suo diligenter Auctores aliquos.

NICOLAVS

Auctores qui honorificam de P. Diana mentionem fecerunt.

NICOLAVS FERNANDEZ de Castro de Religiosis militibus tract. 4. cap. 10. n. 57.

Summa hæc rationum momenta perpulerunt virum variæ, & indefessæ lectionis longè eruditum Antoninum Dianam, vt nullitatis vitio laborare prædictam professionem crediderit. Et rem doctissimo (vt solet) & pleno omnigenæ eruditionis scripto firmavit, nuper typis dato.

— Idem in Portugal conuencida, cap. 2. fol. 50. littera B. Pater Diana vir plane indefessæ lectionis, Scriptionis, & curæ atque religiosissimæ in sanctam Sedem pietatis; cuius suauissimam amicitiam votis mihi enixè expetitam, multo animi candore, & quam par est eximio viro perhiberi obseruantiam gratis percolo.

PAVLVS RVBEVS in annotationibus ad decisiones Rota, part. 3. decis. 2. num. 28.

R. P. Antoninus Diana, vir admirabili doctrina conspicuus, cuius opera iam decimam quartam aspexerunt lucem, affirmat hoc communiter tenere Theologos.

PHILIPPVS CAMMARATA in iuridico discrimine Patroc. 1 n. 26. Decisionem Seraphini, & declarationem sacre Congregationis refert noster amicissimus, & eruditissimus R. P. Antoninus Diana.

REMIGIVS SCROPHA Dominicanus in solutionibus quaest. Moral. 9. 35. n. 16. Hæc omnia docet Doctissimus Diana.

SACRA ROTA ROMANA in causa Burgen. nullitatis professionis, die 16. Aprilis 1649. coram D. Arguelles. Annum probationis continuum esse debere clarum est. Abbas, Ancharanus, Suarez, & manu plenissima pro more R. P. Diana.

SEBASTIANVS SALELLES Societatis IESV de Consultore sancti Officij, lib. 1. cap. 11. Regul. 94. n. 132. Ex Doctoribus magis recentioribus perdoctè discutit & resoluit hoc dubium, sicut & reliqua, vir doctissimus atque religiosissimus de illustrissima familia Clericorum Regularium Pater Dominus Antoninus Diana Consultor, Sancti Officij, & de hoc sacro Tribunali valde bene meritus.

— Idem ibidem cap. 14. Regul. 124. n. 341. Inuocatio Dæmonis per modum imperij nulla ratione habet locum, vt egregiè ostendit doctissimus Antoninus Diana.

STEPHANVS SPINOLA Congregationis Somaſchæ opusculo de libera electione in moralib. disp. vlt. sect. 4. Diana pro opposita sententia nullos citat Doctores, quod equidem miror, cur scilicet eruditissimus vir, in libris Doctorum adeo versatus, qui pro qualibet materia semper consuevit pro vtraque parte Doctores afferre, in hoc puncto noluerit mentionem facere.

VINCENTIVS TANCREDI Societatis IESV de Matrimonio tom. 2. lib. 9. disp. 46. quest. 4 n. 16. Quis autem imaginari poterit, solertissimum in perscrutandis Doctoribus, & Decretis Pontificum Dianam, aut nesciuisse ea Decreta, aut illis non fuisse vsu.

ZACHARIAS PASQUALIGVS Clericus Regularis in Indice Doctorum ante suas decisiones morales, littera A. Antonini Diana Clerici Regularis Resolutiones Morales, Author suo nomine celebris.

APPRO

A P P R O B A T I O N E S.

HOc opus inscriptum, *Resolutionum Moralium R.P.D. Antonini Diana Pars IX.* accuratè legimus nos infra scripti almæ Facultatis Parisiensis Doctores, atque vt in lucem prodeat dignissimum iudicauimus, absque dispendio fidei, & bonorum morum. Actum Lugduni Anno 1649. die mensis Octobris quarta.

FR. STEPHANVS MOLIN, Carmelita.

FR. MICHAEL MICHAARD, Minor.

IOannes Claudius de Ville, in sacra Theologia Magister, in Ecclesia S. Crucis Custos, & D.D. Alphonsi Ludouiei du Plessis de Richelieu, Eminentiſſimi Cardinalis, ac Reuerendiſſimi Archiepiscopi Lugdunensis Prouicarius generalis: librum, cui titulus, *R.P. Antonini Diana, Resolutionum Moralium Pars IX.* à Theologis approbatum in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni 11. Octobris 1649.

DE VILLE, Prouicar. Gen.

C O N S E N S V S.

Librum inscriptum, *P. D. Antonini Diana Resolutionum Moralium Pars IX.* typis mandari, & in lucem edi, sumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunensis, ego Regius Consiliarius, & Procurator in Lugdunensi Præfectura, non impedio. Lugduni die 25. Octobris 1649.


L O R I N.

P E R M I S S I O.

Viso Procuratoris Regis consensu, librum hunc typis mandari à LAURENTIO ANISSON, Bibliopola Lugdunensi, concedimus, & ne quis vltra concessam facultatem denuò excedat, prohibemus. Datum Lugduni, die 10. Nouembris 1649.

S E V E.


I N D E X



INDEX RESOLUTIONVM QVÆ IN HAC IX. PARTE continentur.

TRACTATVS I.

De Oratorijs priuatis.

- | | | | |
|---------|---|--|--|
| RES. I. |  | <p>1. <i>VIDE</i> sit Oratorium. pag. 1.</p> <p>2. An familia possit Missam audire in priuato Oratorio non præsente domino. <i>ibid.</i></p> <p>3. An si quis audiat Missam die festiuo in priuato Oratorio alicuius Magnatis satisfaciatur præcepto. 2</p> <p>4. An saltem, qui habet Bullam Cruciatæ in Sicilia, Hispania, &c. satisfaciatur præcepto audiendi Missam in dictis Oratorijs priuatis. 3</p> <p>5. An saltem virtute Bullæ Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in priuatis Oratorijs. <i>ibid.</i></p> <p>6. An aliqui, ve infra, commorantes in domo sæcularis habentis indultum priuati Oratorij, si viuant suis expensis, gaudeant priuilegio audiendi Missam in dicto Oratorio. 4</p> <p>7. An Oratoria priuata vbique suffragentur priuilegiato. 5</p> <p>8. An Regularis celebrans in Oratorio priuato, possit alijs Eucharistiam ministrare. 6</p> <p>9. An Sacerdos sæcularis possit virtute Bullæ Cruciatæ in Oratorijs priuatis ministrare Eucharistiam. 7</p> <p>10. An si Ordinarius iniuste denegat approbare Oratorium, possit adhuc Priuilegiatus eo uti. <i>ibid.</i></p> <p>11. Oratorium quando dicendum sit decenter ornatum, vt possit Episcopus dare licentiam, vt vult Pontifex, ibi celebrandi. 8</p> <p>12. An si Oratorium in vna Domo sit ab Episcopo approbatum, si postea alius priuilegiatus mutet domum suam in illam, debeat denuò ab Episcopo approbari. <i>ibid.</i></p> <p>13. In quibus non sit licitum celebrare in Oratorijs priuatis. <i>ibid.</i></p> <p>14. An in dictis diebus, quibus ex indulto Papæ non potest celebrari in priuato Oratorio, si habeat Bullam Cruciatæ possit ex hoc alio priuilegio celebrare. 9</p> <p>15. Quomodo intelligenda sint verba, quæ apponuntur à Pontifice in indultis concedi solitis de Oratorijs priuatis; sine tamen iurium Parochialium præiudicio. <i>ibid.</i></p> <p>16. Quam licentiam debeant habere Regulares, vt possint celebrare in Oratorijs priuatis. 10</p> | <p>17. An in aliquo casu facultas audiendi Missam in Oratorio priuato transeat ad hæredes priuilegiati. <i>ibid.</i></p> <p>18. An dicta Oratoria priuata gaudeant priuilegio immunitatis Ecclesiæ. 11</p> <p>19. An priuilegiatus audire Missam in Oratorio priuato domus suæ, teneatur in diebus festiuis si v. g. non possit adire Ecclesiam, & sit carceratus, vel ægrotus. <i>ibid.</i></p> <p>20. An si quis v. g. fornicaretur in Oratorio priuato committat sacrilegium. 12</p> <p>21. An si Oratorium priuatæ domus habeat ingressum publicum possit Episcopus dare licentiam vt ibi celebretur. <i>ibid.</i></p> <p>22. An qui habet indultum Oratorij priuati in domo possit illud erigere etiam in villa, vt quando est ibi, audiat Missam. <i>ibid.</i></p> <p>23. An vigore priuilegij Bullæ Cruciatæ possit quis habere Oratorium priuatum in sua domo, & in illo Missam audire, vel celebrare extra tempus interdicti. 13</p> <p>24. An saltem Commissarius Cruciatæ possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio priuato. 14</p> <p>25. An in Oratorio priuato virtute Cruciatæ possit quis sumere Eucharistiam in die Paschatis, si illam prorsus sumpserit in Parochia ad satisfaciendum præcepto. <i>ibid.</i></p> <p>26. An designatio Oratorij priuati, virtute Bullæ tempore interdicti, possit fieri à quocunque Ordinario. 15</p> <p>27. Qui intelligantur sub nomine domesticorum, vt possint in priuato Oratorio audire Missam tempore interdicti, vigore Bullæ Cruciatæ. <i>ibid.</i></p> <p>28. Quinam intelligantur consanguinei, vt possint in Orat. priuato cum priuilegiato virtute Cruciatæ audire Missam. 16</p> <p>29. An vrentes Oratorio virtute Cruciatæ teneantur fundere aliquas orationes; & an mentales, vel vocales. <i>ibid.</i></p> <p>30. Quid concedat priuilegium Cruciatæ, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in priuato Oratorio. 17</p> <p>31. An quis in Oratorio priuato possit consequi indulgentias concessas per Bullam Cruciatæ. <i>ibid.</i></p> <p>32. An Regulares possint habere Oratoria in eorum Monasterijs, & an eorum priuilegia circa hoc sint à Concilio Tridentino reuocata. <i>ibid.</i></p> <p>33. An</p> |
|---------|---|--|--|

Index Resolutionum.

- | | |
|--|---|
| <p>33. An Regulares etiam in Grangiis possint constitue-
re Oratoria. 18</p> <p>34. An Regulares extra Oratoria Monasteriorum, &
Grangiarum possint etiam celebrare in aliis locis
cum Altari portatili. 19</p> <p>35. An Oratoria palatij alicuius ciuitatis, in quo Sena-
tores negotia tractant, & iustitiam administrant,
censeantur sublata per Bullam Pij V. 20</p> <p>36. An Episcopi ex sola eorum commoditate possint
habere Oratorium priuatum in suo palatio, vt ibi
celebrent, vel Missam audiant. ibid.</p> <p>37. An Episcopi possint non solum vnum, sed duo
Oratoria in suo palatio habere; vnum ad suum
vsum, alterum ad vsum familiae, vel nepotum,
&c. 21</p> <p>38. An Episcopus in palatio Rurali possit Oratorium
habere, & in illo cum altari portatili Missam di-
cere, vel audire. 22</p> <p>39. An Episcopus extra Diocesim inconsulto ordina-
rio loci possit habere in suo palatio Oratorium,
vt cum altari portatili ibi celebret, vel Missam
audiat. ibid.</p> <p>40. An mortuo Episcopo possint adhuc eius familiares
audire sacrum in Oratorio priuato sui palatij.
ibid.</p> <p>41. An absente Episcopo eius familiares possint audire
Missam in Oratorio priuato sui palatij. 23</p> <p>42. An non obstante Concilio Tridentino possint E-
piscopi concedere licentiam, vt quis Oratorium
priuatum habeat? & quid hodie dicendum sit.
ibid.</p> <p>43. An saltem Episcopi, non obstante Concilio Tri-
dentino, ac breuibus Pauli V. & Urbani VIII. pos-
sint hodie in aliquo casu particulari exiuita causa
dispensare, vt celebretur extra Ecclesiam cum al-
tari portatili. 24</p> <p>44. Enumerantur aliqui casus, in quibus Episcopus po-
test dare licentiam vt celebretur extra Eccle-
siam. 25</p> <p>45. Alij etiam casus adducuntur, & simul discutiun-
tur. 26</p> <p>46. An quando licitum est causae magnae necessitatis
celebrare extra Ecclesiam, sit adeundus Episcopus
pro licentia. 27</p> <p>47. An Episcopus titularis extra Urbem Romae possit
in suo palatio habere Oratorium priuatum, vt ibi
celebret, vel Missam audiat. 28</p> <p>48. An Praelati habentes iura Episcopalia, & praeser-
tim Archimandrita Melfanensis, Abbas Sanctae
Luciae, Abbas Guastallae, Archipresbyter Carpi,
& similes possint in eorum domibus, seu palatijs
habere Oratorium, & in eo celebrare, vel audire
Missam. ibid.</p> | <p>5. An quando Sacerdos in altari priuilegiato dicit Mis-
sam, debeat non solum indulgentiam, sed & sacri-
ficium applicare defuncto. 33</p> <p>6. An ex parte defuncti requiratur aliquid, vt indul-
gentia altaris priuilegiati habeat suum effectum. ib.</p> <p>7. Missa celebrata in altari priuilegiato, cui prodest, si
anima, pro qua offertur, non existat in purga-
torio. 34</p> <p>8. An Missa celebranda in altari priuilegiato pro libe-
randa anima purgatorij, sit necessatio dicenda de
Requiem. 35</p> <p>9. An pro altari priuilegiato numerus Sacerdotum ex-
pressus in diplomate sit de necessitate. 36</p> <p>10. De clausula negatiua similis priuilegij apponi solita
in Breuibus altaris priuilegiati. ibid.</p> <p>11. De alia clausula septennij in breuibus altaris priui-
legiati, quo pacto sit intelligenda. 37</p> <p>12. An Sacerdos, qui debebat celebrari in altari priui-
legiato, satisfaciat obligationi dicendo Missam in
alio altari cum indulgentia apposita alicui Meda-
liae. ibid.</p> <p>13. Si in altari priuilegiato Missa celebrare non potest,
ad quid teneatur Sacerdos. 38</p> <p>14. An Sacerdos obligatus dicere Missam in altari pri-
uilegiato, possit compelli ab Episcopo, vt ipsemet
celebret. 39</p> <p>15. An Sacerdos obligatus celebrare in altari priuile-
giato, si alibi celebret, ad aliquid teneatur. ibid.</p> <p>16. An si relinquatur Missa dicenda in omnibus altari-
bus priuilegiatis alicuius ciuitatis, extendatur Le-
gatum ad altaria erecta. 40</p> <p>17. An si Capella, vbi constitutum fuit altare priuile-
giatum, fuit diruta, aut translata in alium locum,
indulgentia remaneat extincta. ibid.</p> <p>18. An Missa dicta in altari priuilegiato pro sit viuen-
tibus. 41</p> <p>19. An si Regulares non promittant celebrare Missam
in altari priuilegiato, excusentur aliquando a pec-
cato, si illas in alio altari celebrent. 42</p> <p>20. An si priuilegium altaris priuilegiati sit concessum al-
cui Religioni, per communicationem possit alia
Religio illo vti. ibid.</p> <p>21. An altaria priuilegiata concessa Regularibus fue-
rint reuocata per Bullam Pauli V. anno 1606.
ibid.</p> <p>22. An altaria priuilegiata suspendantur per Bullam
Cruc. ibid.</p> <p>23. An altaria priuilegia suspendantur per Iubilaeum anni
Sancti. 43</p> <p>24. An Sacerdos obligatus dicere Missam in altari pri-
uilegiato, possit applicare indulgentiam defuncto, & alteri Sa-
cristicum. 44</p> <p>25. An qui tenetur celebrare tantum, v.g. de Requiem,
si illam celebret in altari priuilegiato, possit in-
dulgentiam applicare alicui defuncto. ibid.</p> <p>26. An magis pro sit animae existenti in purgatorio
Missam altaris priuilegiati, quam indulgentia Bullae
Cruciatuae. 45</p> <p>27. An indulgentia altaris priuilegiati, possit Catechu-
menis existentibus in purgatorio applicari. ibid.</p> <p>28. De Clausula apponi solita in breuibus altaris pri-
uilegiati, Volumus autem, quod si pro praesentatio-
ne, admissione, vel publicatione praesentium ali-
quid, vel minimum detur, vel sponte oblatum re-
cipiatur, praesentes nullae sint re ipsa. 46</p> <p>29. An quando in altari priuilegiato conceditur, vt
per Octauam omnium Defunctorum dicenda sit
Missa de Requiem, vt liberentur animae Purga-
torij, sit in Dominica dicenda Missa de Re-
quiem? 47</p> |
|--|---|

TRACTATUS II.

De Altaribus priuilegiatis.

- RES. I. **Q**uid sit altare priuilegiatum, & quomodo
indulgentia defunctis concedatur. 29
2. Supradicta magis elucidantur, & contra Medinam
explanatur, quo pacto Pontifex concedendo al-
tare priuilegiatum applicet indulgentiam defun-
ctis. 30
3. An indulgentia concessa altari priuilegiato appli-
canda defunctis, habeat infallibiliter effectum. ib.
4. An vt Indulg. altaris priuilegiati pro sit defunctis
opus sit, vt Sacerdos Missam celebrans sit in statu
graciae. 32

Index Resolutionum.

TRACTATUS III.

Decasibus excusantibus à confessione ante Eucharistiam.

- RES. I. **A**N ad sit præceptum de præmittenda confessione ante sumptionem Eucharistiae? & an sit Diuinum, vel Ecclesiasticum. 48
2. An opinio allerens præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico, sit saltem probabilis. 49
 3. An si quis ante reuelationem sciret se esse iustificatum, teneretur adhuc ante Eucharistiam confessionem præmittere. ibid.
 4. An qui ante Missam, vel Communionem confessus est, si postea recorderetur alicuius peccati, teneatur illud confiteri antequam sacrificet, vel communice. ibid.
 5. An quando aliquis confitetur de isto peccato oblito, teneatur de illo elicere nouum actum contritionis. 51
 6. An si quis habeat tantum peccata dubia, teneatur præmittere confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiae, vel celebrationem Missae. ibid.
 7. An si quis in Missa recorderetur alicuius peccati mortalis, teneatur illud confiteri, si absque scandalo possit Confessarium habere. 53
 8. An si quis accesserit ad linteam sacræ Mensæ, vt communicet, si recorderetur alicuius peccati mortalis, teneatur surgere, & Confessarium adire. 54
 9. An Sacerdos possit celebrare, si non adsit Confessarius, vt ipse, vel alij satisfaciant præcepto audiendi Missam. ibid.
 10. An teneatur præmittere confessionem per interpretem, si quis nesciat linguam, & velit sumere Euchar. 55
 11. An si non adest Confessarius potens absoluere à peccatis referuatis, possit, qui illa habet, elicere tantum contritione, sine vlla præuia confessione Euchar. sumere. 56
 12. An quando quis celebrat, & recorderetur alicuius peccati in confessione facta obliti, teneatur ante consecrationem, & sumptionem Eucharistiae de illo conteri. ibid.
 13. Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos præmittere confessionem, aduersus aliquos contrarium sentientes. 57
 14. An Sacerdos, si non adsit copia Confessarij, possit absque præuia confessione perficere Missam, in qua Hostia consecrata celebrans mortuus est. 58
 15. An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, vt absolueretur à referuatis, possit sine præuia confessione Euchar. sumere. ibid.
 16. An si quis sit in periculo vitæ, possit sumere Eucharistiam absque præuia confessione. 59
 17. An Sacerdos, ad dandum viaticum moribundo, possit celebrare absque præuia confessione. 60
 18. An si quis in tempore Paschatis non habeat copiam confessarij, possit celebrare, vel communicare, non præmissa mortalium confessione. ibid.
 19. An in casibus, in quibus licitum est sumere Eucharistiam, ante confessionem, opus sit elicere actum contritionis. 61

20. An sit sufficiens sola admiratio, vt Sacerdos possit absque præuia confessione celebrare. 62
21. An præceptum confitendi quamprimum, si quis sumplerit Eucharistiam sine præuia confessione in casibus superius explicatis, vt habetur in Concilio sess. 13. cap. 7. sit diuinum, vel Ecclesiasticum. ibid.
22. An præceptum confitendi quamprimum obliget sub mortali. 63
23. Quo pacto intelligenda sunt illa verba: *Quamprimum.* ibid.
24. An Sacerdos teneatur quamprimum confiteri, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recorderetur alicuius peccati mortalis. 64
25. An si post sumptionem Eucharistiae Sacerdos recorderetur alicuius peccati, teneatur quamprimum confiteri. 65
26. An Sacerdos existens in peccato mortali, si voluntariè non confessus, celebret, teneatur quamprimum confiteri. ibid.
27. An laicus, qui urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij sumpsit Eucharistiam teneatur quamprimum confiteri. 66
28. An Sacerdos non celebrans, sed sumens Eucharistiam ab alio Sacerdote more laicorum, teneatur quamprimum confiteri. 67
29. An Sacerdos, qui in die Parasceues officium facit, si urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij hoc faciat absque præuia confessione, teneatur quamprimum confiteri. ibid.
30. An Sacerdos, qui urgente necessitate absque præuia confessione complet sacrificium ab alio inchoatum, etiam post consecrationem, teneatur quamprimum confiteri. 68
31. An si quis non haberet copiam Confessarij, vel necessitas vrgeret, si celebret cum interna voluntate, quod si adesset Sacerdos ad illum non accederet, teneatur, hoc non obstante quamprimum confiteri. ibid.
32. An qui celebrat, vel sumit Eucharistiam non præmissa confessione, casu quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum. ibid.

TRACTATUS IV.

De Censura ob Clerici percussorem.

- RES. I. **A**N pater possit correctionis causa, percutere filium Clericum in sacris constitutum absque metu censuræ. 69
2. An incurrat in censuram maritus, si data opera se abscondat, vt Clericum adulterum inueniat cum vxore, & illum occidat, vel percutiat. 70
 3. An qui tantum ex charitate tenetur impedire percussorem faciendam Clerico, si non impedit, incurrat in censuram. 71
 4. An si duo Clerici ensibus districtis vnus contra alium digladiarentur, incurrerent in censuram. ibid.
 5. An qui percutit Clericum constitutum in minoribus, si non incedat in habitu, & tonsura, & non obseruet requisita Concilij Tridentini. sess. 23. cap. 6. de reformat. incidat in censuram Canonis. 72

Index Resolutionum.

- | | |
|--|--|
| <p>6. An qui percutit Clericum coniugatum non deseruientem alicui Ecclesie, incurrat in censuram Canonis. ibid.</p> <p>7. An percutientes Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauz, &c. incidant in censuram Canonis. 73</p> <p>8. An Clericus percutiens seipsum incurrat in censuram Canonis. 74</p> <p>9. An percutientes cler. consentientem incurrant in censuram. ibid.</p> <p>10. An Monialis, quæ sumit potionem, vel pugnis se cædit, vt abortum faciat, incurrat in censuram. 75</p> <p>11. An percutientes Eremitas, si sint sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati, incidant in censuram. ibid.</p> <p>12. An percutiens Apostatam incidat in censuram. 76</p> <p>13. An qui percutit cler. incorrigibilem incidat in censuram. ibid.</p> <p>14. An mandantes, consulentes, &c. percutere clericum, incidant in censuram. 77</p> <p>15. An reuocantes mandatum, vel consilium, si percussio clerici sequatur incidant in censuram. ibid.</p> <p>16. An mandantes, & consulentes percussorem Clerici, si ante percussorem pœniteant, & conterantur, incidant in censuram. 78</p> <p>17. An percutientes clericum damnatum ad triremes, incidant in censuram. 79</p> <p>18. An percussor notorius Clerici, eo ipso statim sic semper vitandus. 80</p> <p>19. An calcibus percutiens clericum in platea, dicatur percussisse leuiter ad obtinendam absolutionem. ibid.</p> <p>20. An Heluetiarcentes turbam dum Pontifex, vel alius Princeps egreditur, si percutiant Clericum, incidant in censuram. 81</p> <p>21. An percutientes clericum titulo correctionis, incidant in censuram, & quid si excedant modum, vel corrigant ex odio. ibid.</p> <p>22. An Prælati Regul. & sæcul. percutientes Clericos titulo correctionis per alios, incidant in censuram. ibid.</p> <p>23. An Magistri percutientes Clericum discipulum per laicum, incidant in censuram. 82</p> <p>24. An percutientes Clericum in defensionem alterius, incidant in censuram. ibid.</p> <p>25. An percutiens Clericum, qui post iniectam fustem, & alapam fugit, incidat in censuram. 83</p> <p>26. An percutiens, vel occidens Clericum aggressorem, si possit fugere, incidat in censuram. 84</p> <p>27. Quisnam dicatur manum violentam in Clericum iniicere. 85</p> <p>28. An percussio Clerici superioris, præter malitiam contra Religionem, contineat etiam malitiam impietatis. 86</p> <p>29. An percutiens Clericum realiter degradatum incidat in censuram. 87</p> <p>30. An torquentes Clericos per laicum incidant in censuram. ibid.</p> <p>31. An qui intendit percutere Caium Clericum, & facta diligentia percussit Titium Clericum incidat in censuram. 88</p> <p>32. An si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum sua sponsa de futuro, incidat in censuram. ibid.</p> <p>33. An si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum filia illegitima incidat in censuram. 89</p> | <p>34. An percutiens Religiosum inualidè professum incidat in censuram. ibid.</p> <p>35. An si quis capiat clericum, vel Monachum per capillos, seu barbam, aut caputium, dicens, si non esses Clericus, vel Relig. te occiderem, vel percuterem, incidant in censuram. 90</p> <p>36. An si quis porrigeret venenum Clerico incidat in censuram. ibid.</p> <p>37. An furans cingulum, vel aliam vestem Clerico dormienti, incidat in censuram. 91</p> <p>38. An mulier nobilis, quæ fuste, vel alapa percussit Clericum ad venerem sollicitantem, incidat in censuram. ibid.</p> <p>39. An percutientes Clericum mortuum incidant in censuram. 92</p> <p>40. An percutientes Clericum sacris Ordinibus initiatum, cum quo fuit dispensatum à Pontifice, vt possit contrahere matrimonium, antequam illud contrahat; an inquam illum percutientes, incidant in censuram. ibid.</p> <p>41. An percutientes Monachum, vel nouitium titulo correctionis incidant in censuram, si in Religione adsit statutum, ne Prælati causa correctionis percutiant Monachos. 93</p> <p>42. An percutientes Clericum ex ignorantia, incurrant in censuram. ibid.</p> <p>43. An percutientes Clericum per iocum, si aliquantulum excedant, iucurrant in censuram. 94</p> <p>44. An percutientes Religiosum nullo ordine insignitum, & expulsam à Religione, incurrant in censuram. ibid.</p> <p>45. Quandonam percussio clerici dicatur leuis, grauis & enormis. 95</p> <p>46. An quando est dubium, an percussio sit leuis, vel grauis, iudicandum sit esse grauem. ibid.</p> <p>47. Qui potest absolvere à dictis percussoribus. 96</p> <p>48. An quis pro enormi percussione Clerici, si non potest adire Pontificem, teneatur Romam mittere procuratorem, vel Epistolam pro absolutione. ibid.</p> <p>49. An superiores Regulares possint absolvere à censura h. s. Canonis. ibid.</p> <p>50. An Regularis percutiens Regularem alterius Religionis, sit absolendus à proprio Prælato. 97</p> <p>51. An superiores Regulares possint absolvere nouitium ab excommunicatione incurta propter percussorem Clerici ante ingressum Religionis; & quid dicendum, si postea talis nouitius egrediatur. ibid.</p> <p>52. An si in Monasterio sit tantum superior, & alius Religiosus, & se inuicem percusserint, possint se inuicem absolvere. 98</p> <p>53. An Regulares possint absolvere sæculares, qui percusserunt Clericum leui percussione. 99</p> <p>54. An Episcopus possit absolvere Religiosos si se inuicem percusserunt. ibid.</p> <p>55. An Principum Ianitores, Ostiarij, &c. percutientes Clericos sub prætextu officij, possint absolui ab Episcopo. ibid.</p> <p>56. An Episcopus possit absolvere Clericos, qui collegialiter viuunt se inuicem percutientes non percussione leui, sed graui. 100</p> <p>57. An virtute Bullæ Cruciatæ, possint absolui percutientes Clericos etiam enormi percussione. ibidem.</p> <p>58. An Episcopi possint absolvere impuberes, qui Clericum</p> |
|--|--|

Index Resolutionum.

- clericum percusserunt. ibid.
59. An Episcopi possint absoluere mulieres percussientes Clericos ex quavis percussione. 101
60. An Episcopi possint absoluere senes ex quacunq; Clericorum percussione. ibid.
61. An Episcopus possit absoluere à graui, & enormi Clericorum percussione seruos, & alios sub potestate constitutos. 102
62. An pauperes possint absolui ab Episcopo, etiamsi percussio fuerit enormis. Et quid dicendum de infirmis, & valetudinariis. ibid.
63. An Episcopus possit absoluere ex quacumq; percussione Clericorum, etiamsi percussor possit recurrere ad Summum Pontificem, dummodo percussio sit occulta. 103
64. Quando ab Episcopo non est exigendum iuramentum, vt absoluti à censura canonis teneantur adire Pontificem. ibid.
65. An Regulares possint absoluere à percussione enormi Clericorum, quando est occulta. 104

TRACTATVS V.

De Thesauris.

- RES. I. **Q**uid sit Thesaurus, & quid de Thesauris leges disponant. ibid.
2. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in proprio fundo. 105
3. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in fundo alieno. 106
4. An quando Thesaurus inuentus est in fundo alieno ex industria sine licentia domini, sufficiat in conscientia ante iudicis sententiam dare tantum ei dimidiam partem ibid.
5. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in fundo accepto in feudum, vel Emphyteusim. 107
6. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in fundo dotali. 108
7. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus à filio familias. 109
8. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus à seruo. ibid.
9. Ad quem spectet Thesaurus inuentus ab usufructuario. 110
10. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in fundo Maioratus. ibid.
11. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in loco sacro. ibid.
12. An quem pertineat Thesaurus inuentus arte Magica. 112
13. An Thesaurus arte Magica inuentus, & applicandus filco, sit ante iudicis sententiam restituendus. ibid.
14. Ad quem pertineat Thesaurus inuentus in loco publico. 113
15. An sciens in fundo latere Thesaurum, possit licite pretio currenti emere illum fundum.

Antonini Diana Pars I X.

- 114
16. An pecunia abscondita, & inuenta, quæ proprie non sit Thesaurus, sit restituenda, & quomodo. 115
17. An venæ auri, & argenti acquirantur inuentori, vel Regi. 116
18. An Principes possint statuere leges, vt Thesauri ad se pertineant. 117

TRACTATVS VI.

Miscellaneus.

- RES. I. **Q**uando infantes Christianorum sint baptizandi à parentibus, vel tutoribus. 218
2. An adulti sufficienter instructi, teneantur quamprimum suscipere Sacramentum Baptismi; & contra Caietanum non ponitur in dubium, Constantinum ante finem vitæ fuisse baptizatum. 119
3. An in delectatione morosa, circumstantia de copula sodomitica, sit in confessione aperienda. 121
4. An coniugatus, qui habuit plures delectationes morosas, teneatur in confessione aperire se esse coniugatum. 122
5. An præcipiens aliquid sub pœna excommunicationis, suspensionis, irregularitatis, &c. obliget ad mortale. 123
- An si aliquis debeat post annum mille aureos, si det sexto mense quingentos, sub onere, quod aliorum quingentorum solutio, per biennium expectetur, committat vsuram, & alios casus curiosos inuenies. 138
6. An Clericus deseruens Ecclesiæ ex licentia obtenta à Vicario Episcopi gaudeat priuilegio fori. 124
7. An Moniales teneantur sub onere peccati mortalis persoluere horas Canonicas; & idem queritur de religiosis professis Ordinibus sacris non initiatis. ibid.
8. An in collatione serotina ieiuniorum, possit quis in quantitate licita comedere pisces. 126
9. An Sacerdos ordinatus ab Episcopo sine forma contenta in illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum, &c. si exponeretur ad audiendas confessiones, conficeret Sacrament. pœnit. 127
10. An Hispani, Siculi, &c. existentes extra Regna Hispaniarum, & Siciliae, possint sumere per alios Bullam Cruciatæ, & eius priuilegiis frui, secluso priuilegio edendi lactis. 128
11. An dispensatus ad carnes non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nocui, si in aliquibus diebus non comedat carnes, teneatur ieiunare, & abstinere à secunda comestione. ibid.
12. Quis ingressus in Religionem, exitit quatuor menses in nouitiatu vt laicus, postea transiit in statum Cleric. & perfectit annum nouitiatus 3

Index Resolutionum.

- tus : queritur , an eius professio fuerit valida. 129
33. An ignorantia censuræ inuincibilis , quæ est annexa casibus Pontificijs , impediatur reservationem. 130
34. An in diebus ieiuniorum licitum sit sine fractione ieiunij sumere , mala massilica , mala medica , & uuam , & similia. 131
35. An in collatione serotina ieiuniorum , quantitas licita possit tunc sumi in solo pane. 132
36. An Regulares sexagenarij teneantur ad ieiunia Regulæ : & quid si non attingerent annum 21. 133
37. An in vigilia Natiuitatis , si quis uellet sumere collationem serotinam mane , possit illam sumere in quantitate , qua licitum est illam sumere sero. 134
38. An si Sacerdos moriatur post consecrationem , si adsit alius Sacerdos , teneatur sub p. m. perficere sacrificium. ibid.
39. An peccet Sacerdos , qui in Missa solemnè non recitat , sed tantum audit Gloria & Credo. 135
40. An moribundus , nulla signa contritionis ostendens , possit sub conditione absolui. ibid.
41. An opinio probabilis speculatiuè , sit semper probabilis practicè. 137
42. An Episc. absens à residentia , licitè possit continuare trimestrem vnus anni cum trimestri alterius anni. 138
43. An si aliquis debeat post annum mille aureos , si de sexto mense quingentos , sub onere , quod aliorum quingentorum solutio per biennium expectetur , committat usuram , & alios casus curiosos inuenies. ibid.
44. An Religiosus illicitè ludendo , si lucretur teneatur restituere colludenti ; & quæ possit ludere. 139
45. An Regulares , pecuniam relictam cum onere perpetuo celebrandi Missam , possint implicare super bona Monasterij exempta à simili onere. 140
46. An in dubio , si abstinentia carniū illatura sit notabile nocumentum ægroto , necessaria sit dispensatio. ibid.
47. An si quis in die ieiunij , carnem comederet in magna quantitate , ex obliuione , teneretur in illo die ieiunare. 141
48. An in collatione serotina ieiuniorum licitum sit sumere uncias octo in pane cocto ; & quid de alijs iusculis. ibid.
49. An vnus possit plures baptiz. absque necessitate , sine p.m. ibid.
50. An possint plures eundem hominem baptizare tanquam causæ partiales , quorum singuli applicent materiam , & proferant formam. 142
51. An omnes Religiosi , tam Mendicantium quam non Mendicantium licitè possint obire munus patrini in Baptismo & Confirmatione. ibid.
52. An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta p.m. 144
53. An sit peccatum mortale lampadem accensam ante Sacramentum non conseruari. ibid.
54. An infans expositus ad Ecclesiæ , vel domus alius cuius ualua cum scriptura in collo appensa , baptizatum esse testificante sit baptizandus sub conditione. 145
55. An absolutus à censuris reseruatis in articulo mortis , si conualuerit teneatur accedere ad Superiorem. 146
56. An Sacerdos inueniens fragmentum Hostiæ ex Sacrificio alterius Sacerdotis , teneatur illud reponere in Sacrario , uel possit illud assumere. 147
57. Qui sub nomine Principum in Rituali Romano Pauli Quinti , & in Clementina vnica de Baptismo , intelligantur , ut eius filij extra Ecclesiam in domo baptizari possint. ibidem.
58. An si non extet Sacerdos , sed tantum Diaconus , possit iste in magno festo Eucharistiam alijs ministrare. ibid.
59. An Archiepiscopus , uel Episcopus possint dispensare , uel reuocare leges in Concilio Prouinciali latis. 149
60. An in aliquo casu dispensatio Episcopi in suis legibus , sine causa sit inualida. 150
61. An reus ad mortem damnatus si pridie Eucharistiam sumpsit , possit in ipso die supplicij denuò illam sumere , si cibum ex inaduertentia sumpsit. ibid.
62. An liceat Parochis mittere oleum Extremæ Vnctionis ad infirmos , ut eo ungantur. ibid.
63. An Oleo benedicto Extremæ Vnctionis , simul , varijs vicibus non possit admisceri , nisi pars adiecta sit minor quantitate , primum ab Episcopo benedicta. 151
64. An Sacrament. Extremæ Vnctionis collatum infirmo , non grauitè , uel periculosè laboranti , sit validum ? Et an si postea periculosè laboraret , sit ei denuò Sacramentum ministrandum. 152
65. Norantur aliqua circa ritus administrandi Sacram. Extr. Vnct. 153
66. An Episcopus non confirmatus , ministrans Sacramentum Confirmationis , peccet mortaliter. ibid.
67. An Episcopi inuitis Regularibus , possint conuocare Processiones , & Ordinationes facere in eorum Ecclesijs. 154
68. An Prælati Regulares Monialium possint audire earum confessiones absque præuia approbatione Episcopi. ibid.
69. An ex Matrim. nullo oriatur impediment. publicæ honestatis. 155
70. An hodie post Decretum Urbani VIII. die decimo septimo Nouembris 1628. possint Regulares absoluerè à casibus Episcopo reseruatis ibid.
71. An ex sponsalibus nullis ex defectu consensus , uel ob aliud impedimentum occultum oriatur impedimentum publicæ honestatis. 156
72. An ex Matrimonio clandestino oriatur impedimentum publicæ honestatis. ibid.
73. An ex adoptione imperfecta oriatur impedimentum cognationis legalis. 157
74. Quid per modicum tempus intelligatur in Responsionibus Sacræ Congregationis ad Decreta Urbani VIII. de celebratione Missarum. ibid.

Index Resolutionum.

56. An Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem absolventi, & dispensandi in casibus Papalibus quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicuius impedimenti. Et quid de Regularibus, vel de Privilegiis Bullæ Cruciatæ. 158
57. An post vnam hebdomadam possit idem Confessarius commutare pœnitentiam, nullo denud Sacramento ministrato. 159
58. An seclusa consuetudine, si adesset alicubi, possit Episcopus in eadem die conferre Minores Ordines simul cum Subdiaconatu. 160
59. An quis venando, vel piscando in locis pecunia alteri locatis, vel in quibus prohibitum est venari, vel piscari, teneatur ad restitutionem. 161

TRACTATUS VII.

Miscellaneus.

- RES. I. **A**N Regularis professus loquens cum No-
uitio absque Magistri licentia peccet
mortaliter. 162
2. An coniuges, qui communi consensu votum Re-
ligionis emiserunt post contractum matrimo-
nium, peccent mortaliter prima vice consum-
mando. ibid.
3. An difficultas grauis in alendis filijs excuset à red-
dendo debito. 163
4. An coniux sanus teneatur reddere debitum con-
iugi amenti, si iste ad aliam accessurus sit.
ibid.
5. An Religiosi dimittentes habitum, ad ali-
quam honestam repræsentationem facien-
dam in Monasterio inter ipsos peccent ven-
ialiter. Discutiuntur etiam plures ca-
sus circa dimissionem habitus regularis.
164
6. An homicida extractus violenter ab Ecclesia à pa-
rentibus occisi, si superueniat Curia secula-
ris, & capiatur, debeat adhuc gaudere immu-
nitate. 165
7. An Proreges debeant ad Episcopatus nominare
digniores, dignis postpositis, in *Nomina*, vt
vulgo dicitur, quam mittunt ad Regem. ibi-
dem.
8. An Clericus habens Capellaniam, cuius fructus,
dempra elemosyna pro Missis ad quas tenetur,
paucos perciperet, tenetur persolvere horas Ca-
nonicas. 167
9. An qui legitimo impedimento obstrictus
non potest ire Romam personaliter pro
obtinenda absolutione, teneatur illam per
litteras obtinere à Sacra Pœnitentiaria.
ibid.
10. An impeditus ire Romam pro absolutione casus
Papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum,
possit à Parocho, vel quolibet Confessario ab-
solui. 169
11. An impeditus adire Episcopum pro suis casu-
Antonini Diana, Pars I X.

- bus reseruat, possit absolui à quocunque Sa-
cerdote exposito, cum obligatione comparandi
coram Episcopo. ibid.
12. An existentes in ciuitate, vbi grassatur pestis,
possint à quocunque Confessario non appro-
bato absolui, tanquam constituti in articulo
mortis. 170
13. An notoriè excommunicatus in articulo mor-
tis possit saltem absolui à censuris, si obmu-
tescens nullum signum contritionis ostendit.
171
14. An Religiosi teneantur ad ieiunia ex voto
emissa à populis locorum, vbi habitant.
ibid.
15. An incidat in censuram Bullæ Cœnæ, qui falsifi-
cat litteras Apostolicas secundum mentem Pon-
tificis. 172
16. An incidant in censuram Bullæ Cœnæ, deferen-
tes infidelibus pecunias, merces, & victualia.
ibid.
17. An in casu dubij, possint Principes sine incurso-
ne censurarum Bullæ Cœnæ impedire, ne vi-
ctualia extrahantur ab eorum Regnis ad Ro-
manam Curiam. 173
18. An si Sacerdos dicat Missam in altari non
consecrato, remaneat altare consecratum.
ibid.
19. An ignorans homicidio esse annexam irregu-
laritatem, excusetur ab illius incurfione.
174
20. An si inter multos sit dubium, qui ex illis occide-
rit, omnes remaneant irregulares; & quid si scia-
tur occisor. 175
21. An abscissio alicuius membri facta inui-
to, inducat ipsi patienti irregularitatem. ibi-
dem.
22. An Episcopus possit dispensare, vt homicida vo-
luntarius minoribus Ordinibus susceptis vta-
tur, imò & sacris, iusta interueniente causa.
ibid.
23. An excommunicatus si sumat minores Ordines,
efficiatur irregularis. 176
24. Quidam Episcopus volebat punire Parochum,
qui ministravit Eucharistiam aliquibus in die
Veneris Sancti, quæ fuit à me quid sentirem.
ibid.
25. An homicidium ab adultero, & adultera
perpetratum animo & intentione con-
trahendi matrimonium inter se, si ea in-
tentio non significetur exterius, in-
ducat impedimentum dirimens. 177
26. An promissio adulteri ficta inducat impedimentum
matrimonij. 178
27. An in extrema necessitate, non solum pa-
ter, sed etiam mater, possit vendere filium.
ibid.
28. An clausula appellatione remota, includat quam-
cumque appellationem. 179
29. An qui in die secundo Nouembris omittat
recitare Officium defunctorum, & Officium
Ostauæ, committat vnum, vel duo peccata.
180
30. An Conductor teneatur de culpa leuissima. ibi-
dem.
31. Si domus conducta comburatur, an dam-
num sit locatoris, vel potius conductoris.
181

Index Resolutionum.

32. An mandataris teneatur de culpa leuissima. 182.
33. An licentia, virtute Decreti Urbani VIII. concessa aliqui Relig. colloquendi cum Monialibus extendatur etiam ad socium. 184
34. An Regularis obrenta licentia ab Episcopo colloquendi cum aliqua Moniali, possit hoc facere sine assistentia Monialium auscultatricium, (vt asserunt) vel absque eo, quod assistat, vel intersit ipsarum Confessarius. ibidem.
35. An in die Mercurij quatuor Temporum, possit Episcopus vigore Decreti Urbani VIII. præbere licentiam Regularibus ad colloquendum cum Monialibus. 185
36. An qui copulam habuit, vt facilius possit à Summo Pontific. dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si illa tantum interius concepta fuerit, nec manifestata. ibid.
37. An qui ligati sunt impedimento cognationis legalis, spiritualis, vel publicæ honestatis, si inter eos intercessit copula, teneatur illam explicare in dispensatione. 186
38. An qui recitat solus omnes Psalmos, & postea vocat socium, & ab illo auscultat nouem Lect. satisfaciat præcepto. ibid.
39. An Episcopus possit in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, auctoritatem suam Vicario, vel aliis delegare. 187.
40. An Episcopus post matrimonium contractum, dispensationeque subrepticia obrenta, possit dispensare in eo impedimento, dispensationem Pontificis confirmando. 188
41. An schedula patris Testibus non obsignata pro Testamento habenda sit. ibid.
42. An si aliquis iurauit se Testamentum non reuocaturum, possit hoc obstante illud reuocare. 189
43. An laici in Missa Natiuitatis, quæ post mediam noctem canitur, vel in aliis, quæ statim postea cantur, possint sacram Eucharistiam sumere. 190
44. An nouitiatus factus partim in vno Conuentu, & partim in alio, sit validus. ibid.
45. An Parochus communiter ita reputatus, sine tamen titulo, quia à principio fuit intrusus, validè matrimonio assistat. 191
46. Quis habuit pœnitentiam dicendi singulis sextis Ferijs Litanias, quæsiuit an teneatur ad Preces, & Orationes subsquentes. & an teneatur adire Confessarium, vt magis explicet. ibid.
47. An matrimonium conuersi cum infideli contractum ante Baptismum, dissoluatur per solemnem professionem Religionis. 192
48. An dissoluto matrim. à fideli in casu sibi permissio, liceat absque culpa coniugi infideli aliud matrimonium inire. ibid.
49. An Regularis delinquens in alieno Monasterio, possit puniri ab Episc. vel saltem à Superiore illius Monasterij. 193
50. An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à Patronis, si non fuerint designati etiam à Parocho. ibid.
51. Aliqua curiosa circa Patrinum Bapt. breuiter notantur. 194
52. An sit licitum procurare, & obtinere beneficium animo resignandi illud. ibid.
53. An Superiores Regularium teneantur residere in suis Monasteriis. ibid.
54. An Regularis explanans aliquem casum conscientie Moniali incidat in pœnas Decreti S. Congregationis contra colloquentes cum Monialibus. ibid.
56. An sit de necessitate Sacramenti Extremæ Vntionis, vt sensus qui vngitur, nominetur. 196
An mulieres possint ingredi claustra Regularium, quando fit. lotio pedum in die Iouis Sancti, vel detur habitus, aut professio alicui Nouitio, absque metu censurarum. ibid.
57. An Confessarius possit imponere pœnitenti, vt satisfactionem pro peccatis impositam applicet pro animabus Purg. 197
58. An Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore, verbi gratia, centum personis conferat, committat centum peccata mortalia. 198
59. An liceat vti iurisdictione probabili, relicta certa. 200
60. An eo ipso, quod aliqua opinio in aliquo libro inueniatur impressa, ex stimanda sit probabilis 201
61. An omnia vix vocis oracula concessa Regularibus sint hodie sublata. 202
62. An sæcularis hospes Regularium, si inter illos moriatur, sepeliendus sit in eorum Ecclesia, vel in Ecclesia Parochiali, in qua situm est Monasterium. 203
63. An sponsalia valida sint, si vsus rationis ante septennium in contrahentibus reperiatur. 204
64. An iudex laicus inconsulto Episcopo, possit exhumare corpus defuncti occisi, vt constet de corpore delicti. ibid.
65. An sufficiat ad validè contrahenda sponsalia diem vltimum septennij incæptum esse. 205
66. An appellantes à Pontifice ad Concilium Generale actu existens incidant in censuram Bullæ Cœnz. ibid.
67. An qui recitat horas Canonicas lingua Italica, Hispanica, vel alia vulgari, sine causa, peccet mortaliter. 206
68. An Superiores Regularium possint concedere licentiam laicis, vt in Oratoriis suis prædicent. 207
69. An Religiosi, & Clerici in Sacris, negociando per alium, peccent mortaliter. ibid.
70. An filij nati ex fornicario concubitu habito à sponso, vel sponsa de futuro, sint naturales, an spurij. 208
71. An sponsalia inter impares valeant, vt inter feminam nobilem, & virum ignobilem. ibidem.
72. An clandestinè contrahentes, copula interueniente, teneatur saltem, ratione iniustitiæ, vir feminam in uxorem ducere. 209
73. An piratæ, & cursarij, non solum discurrentes mare Pontificium, sed alia maria, incidant in censuram Bullæ Cœnz. ibid.
An mulier quinquagenaria, soluta sit ab obligatione ieiunandi. 210

Index Resolutionum.

74. An Superiores Religionum possint aliquem Clericum ad statum laicalem transferre. 211
75. An astrictus sponalibus iuratis, si postea emittat Religionis votum, possit adhuc matrimonium contrahere, animo ingrediendi Religionem antequam consummationem. ibid.
76. An sponsalia iurata dissoluantur ex mutuo consensu, etiam si iuramentum intuitu pietatis emissum fuerit. 212

TRACTATUS VIII.

Miscellaneus.

- Ris. I.** **A**N Hæreticus non denunciatus possit absque incurfione excommunicationis in Eccl. sepeliri. 213
2. An senex sexagenarius sit solutus à voto Religionis, quod antea emiserat. 214
3. An qui vouit, vel iurauit sub conditione, & consulto conditionem impedit, teneatur ad votum, & iuramentum. 215
4. An qui vouit se aliquid facturum si alius sibi consuluerit, teneatur ad votum, si imprudenter is, qui consultitur, rem promissam consular. 216
5. An obligatus ieiunare ex voto, si secunda vice comedat carnes, peccet contra votum? Et quid de pœnitentia ieiunij à Confessario imposita. ibid.
6. Si quis ex voto teneatur ieiunare, absque Bulla in Quadr. vel intra annum comedens oua, & lacticia, ubi ex consuetudine non comeduntur peccet contra votum. 217
7. An prorogato tempore v. g. ad proferendam sententiam, censeatur etiam prorogata obligatio patendi tali sententiæ ex vi iuramenti prius præstiti. ibid.
8. An Tabelliones, vel alij iustitiæ ministri, iurando non accipere aliquid præter stipendium taxatum, si successu temporis tale stipendium iniustum censeatur, teneantur ad iuramentum. 218
9. An si amasius & meretrix iurent fidelitatem, nempe vt nullam aliam personam carnaliter cognoscant, tale iuramentum obliget. ibid.
10. An contra incendiarios sit aliqua censura. 219
11. An Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis N. possit absoluere ab omnibus casibus reseruatís ab Archiepiscopo absque eius licentia, & independenter ab alio. ibid.
12. Magis firmatur id, quod dictum est in superiori Resolutione, uempè, Pœnitentiarium Ecclesiæ Cathedralis; non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatís. 220
13. An si quis intuitu pietatis, & solum propter Deum iuret dare dotem mulieri, possit foemina illius obligationem remittere. 221
14. An Tutores, & Curatores possint vota, & iuramenta pupillorum emissa, post pubertatem postea irritare. 222
15. Si filius, seruus, vxor voueat v. g. singulis sextis feriis suæ vitæ ieiunare, vel quotidie Litanias recitare, & similia, an talia vota possint à parente, marito, aut domino irritari. 223
16. An præsentatus à patrono laico ad Ecclesiam Parochialem, possit ab Episcopo examinari coram Examinatoribus non constitutis à Synodo. ibid.
17. An qui certus est de animo, & intentione iurandi; dubitat tamen de intentione se obligandi, teneatur ad iuramentum. 224
18. An sponsa per vim oppressa à sponso ante bimestre, possit semen incontinenti expellere. 225
19. An quando matrimonium initum est absque denunciationibus, sit peccatum lethale consummare antequam præmittantur. 226
20. An matrimonium initum cum licentia, dolo, & mendaciis à Parocho extorta, sit validum. 227
21. An excommunicatio sit actus irretactabilis, seu irreparabilis, ad ornatum Concilij Trid. sess. 13. c. 1. de refor. 228
22. An illegitimus dispensatus vt Clericus fiat, censeatur dispensatus ad omnes Ordines minores. 229
23. An Clericus possit alienare patrimonium absque licentia Episcopi, si aliunde acquisiuit beneficium, vel alia bona sufficientia pro victu. ibid.
24. An patrimonium Clerici, illi à patre donatum, vt possit ordinari, sit supputandum inter bona legitimæ. 231
25. An census redimibilis sufficiat ad patrimonium Clerici. ibid.
26. An si iudex secundum allegata iuste cogat ad matrimonium, licet à parte rei illa coactio sit iniusta, adhuc tamen matrimonium illud sit validum. 232
27. An metus grauis à lege iuste incussus irritet matrimonium, si iudex v. g. intendat delinquentem cogere per illum metum ad contrahendum. ibid.
28. An Regulares possint dispensare cum suis subditis, quo ad interstitia, & vt ordinentur extra tempora. 233
29. An si in aliqua ordinatione non fuit v. g. applicata debita materia, possit die sequenti adhiberi, non expectando aliam ordinationem. 234
30. An sit de necessitate Sacramenti, vt vnctio in Confirmatione adhibeatur ab Episcopo in fronte. 235
31. Aliquæ opiniones in materia luxuriæ non admittuntur. ibid.
32. An incestuoso iniquè petenti debitum possit sine peccato coniux innocens illud reddere. 238
33. An vxoratus impeditus petere debitum possit absque dispensatione illud petere, ne periculo proximo exponatur labendi in peccata carnis ibid.
34. An excommunicatus sit incapax officiorum iurisdictionis sæcularis. 239
35. An sit maius peccatum inducere mulierem ad fornicandum, vel illam occidere. 240
36. An qui per donationem, vel furtum accipit bona naufragantium ab alio accepta, incidat in censuram Bullæ Cœnæ. ibid.
37. An copula sodomitica imperfecta, quia semen non fuit emissam, pariat iustam causam diuortij. 241
38. An si vir expellat vxorem à domo, negans necessaria alimenta, & ex hoc illa fornicetur, sit viro concedendum diuortium. 242
39. An vir qui post sententiam diuortij latam adulterium commisit, teneatur reconciliari cum vxore nocenti dimissa. 243
40. An vir teneatur dimittere vxorem adulterantem, &

Index Resolutionum.

- & persistentem in adulterando. 244
41. An Eminentissimi Cardinales, reuelando ea, quæ in Consistorio tractantur, incidant in censuram Sanctissimo reseruatam. ibid.
 42. An Gubernatores, & alij Officiales status Ecclesiastici, si accipiant munera, incidant in censuram Papæ reseruatam. 245
 43. An extrahentes, mercimonij causa, in magna quantitate frumentum, oleum, blada, legumina, & alia ex Statu Ecclesiastico, incidant in censuram Papæ reseruatam. 246
 44. An delectatio morosa coniugis de copula cum coniuge absente, sit peccatum mortale. 247
 45. An extractus ab aliquibus violenter manibus satellitum, si confugiat ad Ecclesiam, debeat gaudere eius immunitate. 249
 46. An quando quis scit sub secreto naturali sollicitationem in confessione, teneatur illam denuntiare. ibid.
 47. An peccet sequens conscientiam errantem, si dicat vtramque partem contrariam esse malam. 251
 48. An si quis v. g. videat Clericum ex obliuione inuincibili omittere officium, vel aliquem comedere carnes in die ieiunij, teneatur illos monere. 252
 49. Quo pacto sit deponenda conscientia etrans. 253
 50. An Regulares possint dispensare cum sæcularibus super irregularitatem ortam ex delicto? V. g. si Sacerdos excommunicatus celebrasset, vel suspensus Ord. sacros suscepisset. ibid.
 51. An Confessarius Monialium Regularibus subditarum sit ab Episcopo approbandus. 255
 52. An Episcopus in aliquo casu possit cum homicida voluntario ad suscipiendos sacros Ordines. ibid.
 53. An quis pro Missis Hebdomadæ Sanctæ possit dicere Missas votiuas. 256
 54. Elucidantur aliqua circa informationes sumendas quoad Nouitios, virtute Bullarum Xysti V. & Clementis VIII. 257
 55. An Religiosus, si cum licentia Superioris maneat extra Monasterium, teneatur confiteri cum Sacerdote approbato ab Ordinario. 259
 56. An qui vi, vel metu coactus iurat, si habeat animum non implendi iuramentum, potendo prius relaxationem eius, non obstante hoc peccet mortaliter. 260
 57. An iuramentum præstitum redeundi ad carcerem iniustum, obliget, & quid de iusto. ibid.
 58. An in venditionibus sub hasta detur excessus pretij. 261
 59. An superior Regularis ex industria differens mittere subditum ad Episcopum peccet mortaliter, & incurrat pœnas, stante Decr. Clem. VIII. sub die 15. Martij 1596. ibid.
 60. An Prælatus Regularis possit excommunic. Nouitium. 262
 61. An ex adulterio publico oriatur diuortium, ita vt possit adultera Religionem ingredi. 263
 62. An sit licitum aliquando falsificare scripturas. ibid.
 63. An Aduocatus possit patrocinare causam Clientis minus probabilem, etiamsi cognoscat contrariam partem aduersæ esse probabiliorem. 264.
 64. An miles subditus possit militare in bello iniusto. 266
 65. An si in Pyxide continente plures particulas consecratas misceatur aliqua non consecrata, possit validè Sacerdos illam consecrare, si non dignoscitur. 267
 66. An ossa panis in vino sit materia vtriusque, vel alterius consecrationis. 270
 67. An oua, & lacticia sint prohibita sub mortali ita ieiunio Quadragesimali. 271
 68. An licitum sit cambium, quando Responsor ex pecuniis ipsius camporis extinguit primum cambium, modo quo dictum est in p. 1. tract. 6. Resol. 1. 273
 69. An legatum Missarum transeat ad hæredes nominatum non designatos. 274
 70. An si duo Principes habeant ius probabile ad successionem alicuius Regni, possint illum armis occupare, non expectata sententia iudicum. 275
 71. An vœta, quæ in quibusdam Religionibus annexuntur tribus votis substantialibus, obligent Episcopos à dictis Religionibus assumptos. 277

TRACTATUS IX.

Miscellaneus.

- RES. I. **S**I quis haberet copulam cum fœmina mortua quodnam peccatum luxuriæ committeret. 279
2. Si quis haberet copulam cum fœmina dormiente, quodnam peccatum luxuriæ committeret. 280
 3. An qui habuit copulam sodomiticam cum infideli, vel copulam cum muliere Hebræa, vel Hæretica, debeat explicare circumstantias personarum. ibid.
 4. An qui v. g. suscepit Ordines minores ab Episcopo domiciliij, possit variare, & suscipere Subdiaconatum ab Episcopis originis propriæ, vel paternæ, & postea Diaconatum & Sacerdotium ab Episcopis beneficiorum. 281
 5. An pollutio occulta in Ecclesia habeat malitiam Sacrilegij in confessione explicandam. 282
 6. An si Clericus ex licentia Summi Pontificis pugnet in bello, si aliquem occidat incurrat irregularitatem. ibid.
 7. An Clerici exhortantes in bello iusto, vt Hostes occidantur, incurrant irregularitatem. 283
 8. An Clerici, in casibus in quibus licitè possunt pugnare, occidendo hostes, incurrant irregularitatem. ibid.
 9. An post victoriam Clerici inuenti in exercitu hostili, possint impunè occidi. 284
 10. An qui plura habet beneficia teneatur in fine Officij tot commemorationes facere, quot sunt beneficia. ibid.
 11. An Episcopus possit ex iusta causa mutare penitentiam à Pontifice impositam. 285
 12. An contractus innominati pariant obligationem in foro conscientie, vel detur eis locus penitentie, vt disponunt iura ciuilia. ibid.
 13. An filius familias teneatur soluere mutuum, si illud soluere iurauerit. 286
 14. An Principes sæculares possint ex iusta causa dare Iudæis positiuam licentiam exercendi vsuras absque

Index Resolutionum.

- que Pontificis auctoritate. 287
15. Ad quem forum pertineat crimen vsurarum. ibid.
16. An Nouitius possit condere testamentum seruatis tantum solemnitatibus iuris Ecclesiastici, non autem ciuilibus? & quid de Clericis. 288
17. An si quis resignet beneficium cum conditione, vt sibi pensio soluatur, sit simonia confidentialis. 289
18. An si aliquis resignet Beneficium, cum intentione, vt Resignatarius iterum conferat, & resignet, v.g. suo nepoti, committat Simoniam prohibitam in Bullis Pianis. 290
19. Solent in confessionibus viri timorati se accusare de ordinariis imperfectionibus, vt verbi gratia, non consensisse diuinis inspirationibus. Queritur, an hoc laudabiliter ab ipsis efficiatur. 291
20. An qui delectatur de peccatis iam confessis, teneatur explicare illa. ibid.
21. An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie. 292
22. An Beneficiarius adimpleat preceptum persoluendi horas canonicas, si per alium recitat. ibid.
23. An Beneficiarius possit compensare Eleemosynas voluntarie iam factas cum obligatione postea contracta restituendi fructus propter omissionem Officij. 294
24. An Beneficiarius, qui non recitauit, si altero die recitet, & suppleat omissum, excusetur a restitutione fructuum. ibid.
25. An qui vouit recitare Officium Sancti particularis in die quo debet recitare de altero Sancto, teneatur duo Officia dicere. 295
26. An Regulares possint eligere in Iudices Conseruatores Prælatos aliarum Religionum. ibidem.
27. An Episcopus possit prohibere Regularibus, ne ministrent Sacramentum Eucharistiæ in die Paschatis. 296
28. An Canonicus surdus, vel Religiosus assistens Choro, & cum aliis Diuinum Officium recitans satisfaciatur suæ obligationi. 297
29. An si quis bona fide confiteretur cum simplici Sacerdote de venialibus, & mortalibus, valida esset absolutio? 299
30. An Sacerdoti non omnino cæco, si posset videre Calicem, & Hostiam, licitum sit celebrare, non obstante quod non possit legere, si memoriter sciret Missam de Requiem, vel de Beata Virgine. ibid.
31. An in Confessione peccatorum venialium sufficiat dolor virtualis. 300
32. An si Confessarius in actu Confessionis dicat Pœnitenti, *Se io fosse secolare vi prenderei per moglie*. Sit denunciandus tanquam sollicitator? Et alia curiosa notantur circa crimen sollicitationis. 301
33. An Confessarius sedens in Confessionario, si sollicitat mulierem stantem, vel sedentem ante confessionarium, non simulando confessionem sit denunciandus. 302
34. An si Confessarius in Confessione det aliquod donum mulieri dicatur illam sollicitare, ita vt sit denunciandus. ibid.
35. An emere cedula Habitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauz, &c. ab aliquo Ministro Regis, sit Simonia. 303
36. An Regulares possint excipere confessiones famulorum actu seruientium & commorantium in eorum Monasteriis absque Episcopi approbatione. ibid.
37. An dolor debeat præcedere confessionem, & an sit referendus à pœnitente ad Sacramentum pœnitentiæ, vt sit postea dolor sufficiens, quando pœnitens confitetur. 304
38. An Generalis possit eximere Subditum ab obedientia Prioris, Rectoris, Præpositi, vel Prouincialis. 306
39. An quis venando, vel piscando in locis pecunia alteri locatis, vel in quibus prohibitum est venari, vel piscari, teneatur ad restitutionem. ibid.
40. An Ecclesiastici peccent semper mortaliter venando, & teneantur restituere animalia capta. 307
41. An Iudex debeat solum attendere, in ferenda sententia, ea, quæ allegata sunt, vel ea, quæ allegari possunt. 308
42. An Episcopi possint examinare Regulares, qui prædicare volunt in alienis Ecclesiis. 309
43. An reus teneatur respondere, si sciat aduersum se extare solum dictum denunciatoris. 310
44. An testi falso, & iniquo, illicitum sit obiicere falsum crimen, pro infirmo eius testimonio; & an hoc sit peccatum contra Iustitiam. ibid.
45. An qui probabiliter putat rem esse suam etiam si probabiliter teneatur ab alio possit de illa occultam recompensationem facere, si ius suum non possit defendere coram iudice. 312
46. An excommunicatio liget, quando pro subdito adsit opinio probabilis in contrarium. ibid.
47. Infirmus in articulo mortis quonam precepto teneatur Viaticum sumere, & si illud non sumat an peccet tantum venialiter. 315
48. An Infirmus non ieiunus, qui sumpsit Viaticum, possit iterum illud sumere sequenti die. 316
49. Quando quis virtute alicuius Monitorij teneatur reuelare scripturas. 318
50. An Episcopus ex iusta causa possit imponere pensiones super beneficia pingua suæ Diocese. 319
51. An qui vespere ingreditur annum assignatum pro aliquo Ordine suscipiendo, possit mane præcedenti illum sumere. 321
52. An actus doloris, si per multum temporis præcedat, sufficiat ad eius validitatem. ibid.
53. An qui habuit pœnitentiam ieiunandi v.g. singulis sextis feriis, si non possit eo die ieiunare, teneatur altero die ad ieiunandum. 322
54. An qui pœnitens possit commutare propria auctoritate pœnitentiam in melius. ibid.
55. An Confessarius possit minuere pœnitentiam pro magnis peccatis, si post eorum absolutionem addat clausulam; quicquid boni feceris, aut mali sustinueris, &c. 323
56. An ratione distinctionis numericæ obiectorum peccata numero distinguantur. 324
57. An peccatum ex causa iusta omissum in confessione, sit statim alteri Confessario data opportunitate confitendum, vel possit differri ad tempus præcepti annuæ confessionis. 325
58. An hodie, virtute Priuilegiorum, possint Regulares expellere Religiosos propter delictum graue semel perpetratum, non obstante Decreto Urbani VIII. de electis, & fugitiuis. 326
59. An massa panis coagmentata cum aqua maris valide consecratur. Et quid de iusculo, quod vulgo edicitur *Pan cotto*. 327
59. An

Index Resolutionum.

60. An fornicatio sit intrinsecè mala, vel tantum mala, quia prohibita. 328
61. An sit per se peccatum non orare pro anima patris defuncti. 329
62. An Regulares virtute suorum Priuilegiorum possint absoluere à casibus Papalibus à quibus Episcopus absoluit, ratione necessitatis, vel impotentiz adeundi Summum Pontificem. 331.
63. An Cardinalis sit eligibilis in Generalem aliquius Religionis, sine auctoritate Pontificis. 332
64. An liceat Regularibus in articulo mortis præbere sæcularibus Viaticum si absit proprius Parochus. 334
65. An si quis in Paschate sumat Eucharistiam in Ecclesia Cathedrali, satisfaciat præcepto. 335
66. An Regularis vel Monialis vel aliquis in Sacris Ordinibus constitutus, si sæcularem polluat, committat sacrilegium? Et an patiens pollutionem, circumstantiam personarum teneatur aperire. ibid.
67. Aliqua notabilia circa circumstantias peccatorum in confessione explicandas obseruantur. ibid.
68. Plura dubia elucidantur ad praxim conducentia pro ornatu Regulæ 33. Cancellariæ, de possessione triennali. 337



TRACTA



TRACTATUS PRIMVS, DE ORATORIIS PRIVATIS.

QVID SIT ORATORIUM.

RESOL. I.



ORATORIUM propriè est locus aptus, ad orandum, Angelus *in sum. verb. Ecclesia*, num. 3. Syluester, & alij Summistæ *in Sum. verb. Oratorium*, vt obseruat Lezana *in sum. tom. 4. eod. verbo*, num. 1.

Duplex autem est: Publicum, de quo hîc non loquimur: & Priuatum. Oratoria autem priuata dicuntur illa, quæ sunt in priuatis domibus, in angulis earum, in quibus oratur, & non habent campanam, neque ostium patens in via publica; & ad nutum Fundatoris huiusmodi domus ad prophanos vsus redire possunt, vt docet Barbofa *de Iure Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 16*. In his autem priuatis Oratoriis Missæ celebrandæ non sunt, nisi de licentia Summi Pontificis, vt Sacra Congreg. Cardinalium Concil. Trident. Interpretum respondit Archiepiscopo Bononiens. sub die 10. Martij, 1615. rescribens licentias celebrandi in priuatis Oratoriis, non nisi à Sede Apostolica esse concedendas, ibique Sanctitatis Sux iussu Archiepiscopis, & Episcopis vniuersis significandum duxit facultatem huiusmodi licentiam dandi ipsius Conc. Decretis vnicuique ademptam esse, solique Beatissimo Romano Pontifici esse reseruatum; quacum litterarum tenorem refert Anton. Nouar. *in summ. Bull. tit. de Missarum celebratione prohibita in Oratoriis priuatis absque Summi Pontificis licentia*. Et hanc licentiam Pontifices quando aliquibus concedunt, apponunt sequentes conditiones, vt patet ex Breuibus, & notat Molfesius *in Summa*, tom. 1. *tract. 3. cap. 17. num. 70*. Vt Oratorium ad hoc decenter extractum, & ornatum existat, ac ab omnibus domesticis actibus liberum, ab Ordinariò loci etiam visitandum, & approbandum. Item, vt Missa celebrari possit per quemcumque Sacerdotem sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia, Regularem. Item, vt dicta concessio intelligatur, sine tamen Iurium Parochialium præiudicio, ac exceptis diebus Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. Item adijci solet, ac alij, præter familiares illius personæ, cuius contemplatione dicta licentia impartitur, seruitio necessario, ibidem Missæ interessentes diebus Festis de præcepto, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia, minimè liberi censeantur. Vnde principiales difficultates circa dictas conditiones, & alias, quæ aliquando apponuntur, in hoc Tractatu discutiendæ erunt: quia materia est satis practicabilis, maximè si coniungatur cum alio pri-

Antonini Diana Pars I X.

uilegio Bullæ Cruciatæ: & postea, aliqua de Oratoriis priuatis Regularium, & Episcoporum adijcienda putauimus.

An familia possit Missam audire in priuato Oratorio non presente domino?

RESOL. II.

CAsus frequentissimus est, & in Breuibus Pontificiis habentur hæc verba: *In tua, ac tua familia presentia*. Et negatiuam sententiam, loquens tamen de auditione Missæ tempore Interdicti, virtute Bullæ Cruciatæ, tenet ex multis Pater Bardi, *part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 8. num. 69. & seqq.* vbi respondet ad argumentum, quod ego adduxeram, nempe, particulam, *ac*, disiungere, non copulare, & ait: Particulam illam, &, secundum propriam ipsius significationem, seu naturam, esse coniuunctiuam, vt ex multis Authoribus ostendit Barbofa *de dictionibus*, dist. 110. num. 3. attamen aliquando sumi posse disiunctiuè non negamus, vt idem Author affirmat, num. 28. sed talem acceptionem dicimus esse impropiam, vt ipse Barbofa aduertit, num. 37. & iuxta diuersitatem materiæ, cui dictio ipsa applicatur, agnosci poterit, an copulatiuè, an verò disiunctiuè sumi debeat: loquendo autem vniuersaliter talis mihi occurrit regula proponenda: si duo, inter quos dictio ponitur, æquè primò, vel sine dependentia vnius ab alio participant rationem illam, per quam connectuntur, tunc dictio accipienda erit disiunctiuè; si verò non æquè primò, vel cum dependentia, tunc copulatiuè erit sumenda. Exemplis regulam hanc illustrabimus: sint duo, in quibus adæquatè resideat potestas in aliquem effectum, v. g. sint Petrus, & Paulus diuites, & dicatur: Petrus, & Paulus possunt centum aureos expendere; dictio, &, disiunctiuè accipitur: quia ambo seorsim possunt aureos illos erogare: contrà verò, si potestas sit in vno dumtaxat, & in alio per coniunctionem, & dependentiam ab alio, vel vnus non sit potens sine alio, tunc copulatiuè dictio est interpretanda, vt si dicatur: Petrus Clericus, & sua familia est immunis à gabella, dictio, &, faciet sensum copulatiuum: nam familia per connexionem, & dependentiam à Petro fruitur Immunitate, non autem sine illo: vel si dicatur: Parochus in sua, & testium præsentia accipere debet consensum eorum, qui matrimonium contrahunt, dictio, &, erit copulatiua: quia neque solus Parochus sine testibus, neque testes sine Parocho legitimè, & validè consensum illum accipere queunt: sic autem in casu, de quo agimus, familiares,

familiares, cum gaudeant privilegio assistendi per dependentiam à domino, in quo adæquatè residet priuilegium assistendi diuinis; assero sine præsentia domini non posse assistere: inlationes verò ad conuertentiam non valent, nisi quando particula, &, disiunctiuè ponitur, seu quando ratio illa, per quam extrema connectuntur æquè, & sine dependentia vnus ab alio in vtroque reperitur: si verò primò, & per se solùm in vno resideat; in aliis verò per accidens, seu per redundantiam ab illo; tunc copulatiuè est explicanda: quapropter non valet illatio, quæ contra nos fit, dum dicitur: Si familiares nequeunt diuinis assistere sine præsentia domini, neque dominus poterit sine præsentia familiarum, vel affirmatiuè: Si dominus potest sine famulis, & famuli sine domino, etiam poterunt interesse diuinis, non valet, inquam: quia ratio, seu facultas assistendi, primò, & per se in domino reperitur; in familiaribus verò per redundantiam, & dependentiam à domino. Hucusque Bardì satis quidem ingeniosè, & probabiliter.

Sed sententiam affirmatiuam tenet Nouariùs in *Summa Bull. tom. 1. tit. de Oratoriis, n. 8.* & Ego alibi docui, & nunc existimo etiam iterum satis probabilem; & illam, vt talem, me citato, tenent duo docti viri ex Societate, Quintanadu. & Pellizzarius, ille in *Theolog. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 32. n. 7. hic in Manual. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 149.* ubi sic ait: Quæres, an vi verborum illorum, quæ in Breui continentur, *in tua, ac familia tua, &c. presentia celebrari facere*, ad vsum huius concessionis sit necesse, vt intersit Missæ is, qui obtinuit indultum; ita vt, ipso absente, indultum non suffragetur cæteris, qui sunt de eius familia. Respondetur, videri probabile, quòd cum vigore Breuis celebrari possit Missa in præsentia illius, qui illud obtinuit, ac familiarum illius, & non obstante particula copulatiua, *ac*, possit Missa celebrari in sola præsentia domini; sic videtur posse celebrari in sola præsentia familiarum, absente domino. Ita Ludouicus de la Cruz in *Bulla Cruciatæ, disp. 1. c. 5. dist. 3. n. 5.* & cum eo Diana *part. 5. tract. 10. resol. 77.* in simili contra Henriquez, Rodriquez, & Trullench citatos à Diana: & probatur tum ex modò dictis: tum quia beneficium Principis latissimè interpretandum est, *l. fin. ff. de Constitut. Princ. & l. si quando, Cod. de inoff. testam.* concessio autem, de qua hic, est beneficium Principis, nulli præiudiciale, & aliàs cedens in bonum animæ, hinc debet interpretari late, vt nos interpretamur: tum, quia vbi militat eadem ratio, militat eadem iuris dispositio in materia fauorabili: sicut ergo indultum celebrandi in Oratorio priuato, concessum per Bullam Cruciatæ à Ludouico de la Cruz, aliisque iunioribus, extenditur ad familiares, etiam absente domino: sic & debet extendi similis concessio, de qua hic agimus, cum sit par ratio de vtraque concessione. Certè hanc assertionem approbarunt viri doctissimi à me consulti. Hæc Pellizzar. Et hanc sententiam, etiam me citato, tenet Pater Auerfa de *Sacram. Euchar. qu. 11. sect. 14. §. 7.* & ita est praxis: nam passim, absente domino, eius familiares audiunt Missas in priuatis Oratoriis; quia, vt alibi diximus, particula illa, *ac*, non habet vim copulatiuam, sed disiunctiuam, vt ex variis locis probat Cornejo, in *3. part. D. Thoma, tr. 4. quest. 80. disp. vnica, de Communionis sub vtraque specie, dub. 1. n. 4.*

Nota tamen, quòd post hæc scripta inueni contra amicissimum P. Bardì nostram sententiam docere Castrum Palaum *tom. 4. tract. 25. disp. vnica, punct. 6. num. 9.* omninò videndum: vnde plures Doctores stant pro nostra sententia, nisi aliquis dicat, Patrem Bardì nec etiam extare contra illam: nam loquitur de Missis audiendis in Oratorio priuato virtute Bullæ Cruciatæ tempore interdicti, non autem loquitur in casu nostro, & inter vtrumque casum adesse disparatam rationem probat Pellizzarius *ubi supra.* Sed ego puto probabiliter, idem dicendum esse in vtraque casu.

An, si quis audiat Missam die festiuo in priuato Oratorio alicuius Magnatis, satisfaciat Præcepto.

RESOL. III.

Pater Pellizzarius, diligens quidem practicabilium casuum conscientiarum scrutator, ex Patre Zanetto, quem intelligo esse Virum satis doctum, affirmatiuam sententiam docet: sic enim asserit in *Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 2. num. 151.* Quid operentur verba illa in fine Breuis posita: *Volumus autem, vt familiares seruissis tuis non necessarij, præter supradictos, ibidem Missa interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minimè liberi censeantur.* Responderetur, id solùm operari, quòd non impleant Præceptum Ecclesiæ de audienda Missa; iuxta formam antiquam audiendi Missam in propria Parochia, diebus festis: quæ circumstantia audiendi Missam in propria Parochia, cum sit hodie contrario vsu abrogata, inferendum necessariò videtur, implicare contradictionem, quòd audiens Missam in Oratorio priuato modò non satisfaciat Præcepto Ecclesiæ, prout hodie extat. Et in hoc non videtur dissentire Bonacina *disp. 4. de Sacram. quest. vltim. part. 12. num. 4.* cum dicat ex Toletò, Azorio, Rodriquez, Nauarro, Suarez, Nugno, Conincho, Graffio; & aliis, præceptum audiendæ Missæ impleri quocumque in loco ea audiatur, siue in propria Parochia, siue in Ecclesia Religiosorum, siue in Oratoriis priuatis, siue extra Ecclesiam: nam Ecclesia præcipit Missæ auditionem, & non præscribit locum; sicque præceptum impletur, in quocumque loco Missa audiatur. Quanquam dici possit, hos Doctores loqui (quod spectat ad audientes Missam in Oratoriis priuatis) de habentibus indultum audiendi Missam ibi. Quam doctrinam doctissimi recentiores aliqui, & maxime P. Zanettus censent esse probabilem. Quòd si in Breui expressè declaratur, in hoc casu non impleri præceptum Ecclesiæ; id fit, quia Curia Romana ob aliquot bonos respectus vult retinere modum loquendi, iuxta sacros Canones, ac ritum antiquum, (qui fortè alicubi non est abrogatus;) non autem iuxta consuetudinem communiter receptam, quæ abstulit obligationem audiendi Missam de præcepto in propria Parochia: sicque non intendit destruere probabilitatem opinionis, quam in præsentia materia sustinent doctissimi viri cum Castro Palaò: siquidem loquendum vt multi, sentiendum vt pauci. Hucusque Pater Pellizzarius.

Sed ego interrogatus de hoc casu, semper negatiuè respondi, cum verba Pontificis in Breuib; quæ solet expedire, sint satis clara. Et quidem interpretatio dictæ clausulæ voluntaria videtur, ac gratis dicitur: nam ad quid Pontifices dictam clausulam, eo sensu, quo asseritur, vellent in talibus indultis apponere, cum apertè hodie omnibus pateat, præceptum audiendi Missam in propria Parochia non extare, cum sit per contrarium vsum derogatum? Et idem hæc opinio est contra praxim Romanæ Curie, & contra mentem Pontificis, vt testatus est mihi Illustrissimus Maraldus, qui dicta Breuia ex mandato Pontificis expediri, & componit, atque idem necessariò eius mentem & intentionem scire debet. Et ita tenent ferè omnes ministri huius Curie, vt Illustrissimi Franciscus de Albiciis, & Franciscus Pauluccius, cum aliis.

Rectè itaque dixit Pater Garcias in *Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 9. num. 17.* [Pecan mortalmente los estraños, que no son criados, ni familiares del señor de la casa, si en los dias de fiesta oyen alli Missa sin oyrta en otra Iglesia: porque estos tales no cumplen con el precepto por solo que la oygan en los Oratorios, pues el priuilegio no solo no les fauorece, sino que los excluye, por cuya razon parece, que aunque tuuiesen licencia de su Cura, que no bastaria, si bien por lo contrario

est, que estas licentias se dan sin perjuizio de los Parrochos, aqui y a dà licencia, luego no se le haze perjuizio; con todo esto no me atreuo a decidir esta question, porque non lo hallo en Dotor alguno.] Ita ille. Si igitur Garcias dubitat, an audientes Missam in dictis Oratoriis de licentia Parochi satisfaciant præcepto, quid diceret de opinionione supradictorum Doctorum asserentium absolutè, seculares audientes Missam in priuatis Oratoriis magnarum, præcepto satisfacere non possum itaque supradictæ sententiæ adherere, quam etiam refellit Bonacina de sacram. disp. 4. q. ult. punct. 12. num. 4. & Marchinus de sacram. Ordinis, tract. 3. part. 3. cap. 9. num. 10. vbi explanans illa verba Pontificis; vt alij, præter famulos illius personæ, cuius contemplatione dicta licentia impertitur, seruitio necessarios, ibidem Missæ interessentes diebus festis de præcepto ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia minimè liberi censentur. Ex quibus verbis, ait Marchinus, euidenter colligitur, peccare mortaliter extraneos, qui non sunt de familia illius, cui tale priuilegium concessum est, si die festo in dicto Oratorio Missæ intersint, nec aliam audiant; nam isti, præcepto audiendi Missam in die festo minimè satisfaciunt, quòd hoc priuilegium Pontificium minimè illis suffragetur. Ita ille, cui adde Riccium in Praxi tom. 1. resolut. 467. num. 23. Bariolam in aphor. littera O, verb. Oratorium 2. & Molfesius in summa tom. 1. tract. 3. cap. 17. num. 70. vbi ita asserit: Vt autem quis satisfaciat præcepto, debet audire Missam in Ecclesia, vel alijs locis à Prælato loci deputatis. At si in Oratoriis priuatis in propriis domibus quis audiret Missam, non satisfaceret præcepto; nisi sit de personis, quæ comprehenduntur in solitis licentiis, quæ conceduntur per Apostolicam sedem. Ita ille. Vnde apparet hanc sententiam esse communem inter Doctores, & meritò quidem, cum verba Pontificis in Breuib; sint luce meridiana clariora.

Secus autem dicendum puto de audientibus Missam in Oratoriis Episcoporum, in Oratoriis Regularium, & in Oratoriis ex priuilegio Bullæ Cruciatæ: nam vt optimè obseruat Quintanadueñas vbi supra, non adest limitatio apponi solita à Pontifice in licentiis pro Oratoriis priuatis, quas magnatibus particularibus concedit.

Vnde ex his infertur contra Patrem Pellizzarium num. 156. & 157. in casu quo quis nequeat audire Missam de præcepto, nisi in Oratorio aliquo priuato, non teneri illam ibi audire, quia non comprehenditur sub concessione: Et è contrà; si quis audiat Missam in Oratorio priuato bona fide, si postea cognoscat id esse sibi prohibitum, quia est exclusus ab illo indulto, teneri audire aliam Missam, vt adimpleat præceptum. Ex his etiam sequitur peccare habentem Indultum Oratorij priuati, si sit in causa, vt in die festo personæ prohibitæ audiant ibi Missam. Sed Pater Pellizzarius in his omnibus asserit probabiliter dici posse contrarium; putat enim, vt diximus, validè, & licitè posse audiri Missam in Oratorio priuato à quocumque fideli.

Ad auctoritatem verò Doctorum asserentium interessentes Missæ in priuatis Oratoriis satisfacere præcepto, respondeo quòd dicti Doctores intelligendi sunt de priuatis Oratoriis confraternitatum laicorum, quando inter se audiunt Missam clauso ostio; vel de illis, qui habent facultatem audiendi Missam in priuatis Oratoriis, vt qui habent Bullam Cruciatæ, & qui illam audiunt in Oratoriis Regularium, & Episcoporum, vt supra diximus.

* *

Antonini Diana Pars IX.

An saltem, qui habet Bullam Cruciatam in Sicilia, Hispania, &c. satisfaciat præcepto audiendi Missam in dictis Oratoriis priuatis?

R E S O L. I V.

Affirmatiuè olim respondi, & hanc sententiam ex Rodriquez, Trullench, & alijs tenet Pater Bardi in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 1. num. 7. & patet ex verbis Bullæ, per quæ Pontifex absolutè concedit, posse in Oratorio priuato, si fuerit deputatum ad diuinum cultum, & ab Episcopo approbatum fieri sacrum, vel illi assistere; neque restringit priuilegium ad tempus interdicti tantum, vt indicat dictio illa, *Etiam*, quæ est explicatiua, & augmentatiua, sic enim dicitur. [Possunt dicto anno durante in Ecclesijs, in quibus alijs Diuina Officia interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in priuato Oratorio ad diuinum cultum tantum deputato, ab Ordinato visitando, & designando, etiam tempore interdicti, &c. Missas, & alia Officia Diuina per seiplos, si Presbyteri fuerint, celebrare, vel per alium celebrare facere, &c.] particula enim illa, *Etiam*, denotat facultatem hanc pro omni tempore esse concessam, videlicet, tum pro tempore Interdicti, tum pro alio tempore, in quo non est Interdictum; & quia poterat esse dubitatio pro tempore Interdicti, idcirco per ipsam particulam voluit Pontifex pro tempore Interdicti eam comprehendere, & de illo expressam mentionem facere. Et idèd si Pontifex noluisse priuilegium extendere extra tempus Interdicti, non debuisset apponere dictionem implicatiuam: quæ de natura sua exprimens casum magis incertum, implicat minus dubitabilem, vt quamplurimorum auctoritate, & varijs iuribus ostendit Augustinus Barbosa de dict. usu freq. dict. 112. num. 1. & talis est ordinarius, & consuetus loquendi modus inter homines, nam si quis v.g. dicat: Petrus contemplationi rerum diuinarum, etiam nocturno tempore vacat, loquutio ista significat, Petrum non solum in contemplatione se exercere tempore illo expresso; verum etiam horis diurnis: aliter superflua foret dictio implicatiua, & esset omittenda.

Nec obstat dicere in Bulla nullibi inueniri facultatem celebrandi, aut Sacro assistendi, extra Interdictum: quia licet tempus Interdicti exprimat: nihilominus per dictionem implicatiuam dispositio Pontificia ampliatur ad aliud tempus extra Interdictum. Si verò quis contra argumentetur assumendo priuilegium istud esse odiosum, atque adeo non ampliandum. Respondere possumus in dictione implicatiua esse vim ampliatiuam, seu augmentatiuam; non solum in rebus fauorabilibus, sed etiam in odiosis, vt docent quamplures, videlicet Decianus lib. 2. consil. 46. num. 118. Geminianus consil. 85. num. 8. & consil. 125. num. 10. Parisius lib. 4. consil. 46. num. 30. Cenedus, post lib. quest. Canon. singul. 51. n. 2.

Nota tamen Lector, omnia supradicta ne corruant, stante declaratione Sacræ Congregationis Concilij, quam relatam inuenies in fine sequentis Resolutionis.

An saltem virtute Bullæ Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in priuatis Oratoriis?

R E S O L. V.

Non posse ex vi Indulti, quod solet concedere Pontifex, patet; quia id prohibetur in dictis licentiis, vt obseruat Quintanadueñas in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 32. num. 6. Marchinus de Sacram. Ordinis tract. 3. part. 3. cap. 9. num. 9. & alij. Sed quid dicendum si talis priuilegiatus habeat Bullam Cruciatæ. Et affirmatiuè respondet Bardi

A 2

17

in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 2. num. 24. ex vi Bullæ non solum vna, sed plures Missæ à pluribus Sacerdotibus eadem die in Oratorio priuato celebrari possunt. Probat, quia, etsi Breue Apostolicum, quo concessum fuit Oratorium, limitet illud ad vnam dumtaxat Missam qualibet die celebrandam: tamen hoc non tollit, quin per aliud priuilegium, quale est priuilegium Cruciatæ, in quo non reperitur talis restrictio, possint plures eadem die Missæ celebrari. Insuper non solum priuilegiatus potest per seipsum vi Bullæ modo prædictæ celebrare, sed etiam vi eiusdem Bullæ celebrare facere ipsomet præsentem, & sic si Minister, qui inservire debet Sacro, siue laicus sit, siue Clericus Bullam habeat, poterit vi illius inuitare Sacerdotem ad celebrandum in Oratorio priuato qualibet die etiam ex solemnioribus, quamuis Sacerdos ipse Bulla careat, vel ipsemet Sacerdos poterit ministrum Priuilegiatum excitare ad vtendum suo priuilegio, per quod facultatem habet, vt Sacerdos in præsentia ipsius Ministri celebraret. Et ratio est, quia in Textu ipsius Bullæ habetur expressè, priuilegiatum posse vel per seipsum, vel per alium celebrare Sacrum in Oratorio priuato. Ita ille.

Nec supradictis obstat Decretum Pauli V. non licere in Oratoriis diebus solemnibus celebrare, & extra illos dies solum licere vnam Missam dicere cum limitationibus supradictis. Nam respondeo, hoc verum esse: ita vt vigore illius Indulti solum liceat cum limitationibus, & conditionibus ibi contentis, in Oratorio celebrare; at supposita Oratorij approbatione, & concessione, videtur concedere Pontifex per Bullam Cruciatæ, vt possit in eo celebrari absque limitationibus supradictis, eo quod talis licentia absolute, & sine temporis, & personarum differentia in Bulla concedatur. Sic etsi Parochus ex vi suæ approbationis solum possit suas oues absolute, at supposita approbatione, si ab habente Bullam eligatur, potest alienas, non vigore suæ approbationis, sed quia supposita approbatione Papa ei per Bullam iurisdictionem confert. Sic in hoc casu, etsi nunc in Oratorio approbato solum possit strictè, & limitatè celebrari, & audiri Missa virtute approbationis, at supposita eæ approbatione, per Bullam Papæ de nouo confert absolute licentiam celebrandi, & audiendi Missam. Quod insinuare videtur ipse Pontifex, qui non immemor decreti Congregationis supradictæ post illius promulgationem in Bulla confert supradictam facultatem, & concessit Cruciatæ Commissario facultatem suspendendi eam, quæ sunt Bullæ contraria. Ac proinde Pontifex per Bullæ concessionem, & promulgationem factam post supradicti Decreti promulgationem, censetur non obstante supradicto Decreto, supradictam facultatem in hac Bullæ clausula contentam concedere. Vide à simiii Henriquez lib. 3. de Penitent. cap. 10. num. 2. lit. K, in decreto de abortu à Sixto V. anno 1596. & infr. §. 7. cap. 2. dub. 8. ver. quæres igitur. Nihilominus tamen admonendum semper censeo, vt rarissimè hac vtatur facultate, propter decentiam tam tremendi sacrificij, & maximè vt curent fideles se conformare laudabili consuetudini, & piis monitis, ac exhortationibus suorum Episcoporum obtemperare.

Nota tamen quòd supradictæ sententiæ obstat nouissima declaratio Sacræ Congregationis Concilij, statuentis sub die 14. Nouembris 1648. Priuilegium Bullæ Cruciatæ non suffragari pro huiusmodi Oratoriis, & Altaribus ac Missarum celebratione. Sed Aliquis posset dicere Sacram Congregationem loqui de Oratoriis comprehensis sub prohibitione Pauli V. vt erat quoddam Oratorium, de quo petebat Episcopus Calaguritanus: Verùm in Casu nostro, Oratoria sunt Authoritate Apostolica erecta, & designata, ac approbata ab Episcopo, vt præcipit Pontifex; In his enim Oratoriis asserunt citati Doctores suffragari Priuilegium Bullæ: ergo non comprehenduntur in dicta declaratione. Vel dicendum est, Sacram Congregationem intelligere Priuilegium Bullæ non suffragari, vt

quis, eius virtute, possit erigere Oratorium in Domo absque alia dispensatione Pontificis, vt Palas, & alij voluerunt; non autem quando Oratorium erectum est ex indulto Pontificis, & approbatum ac designatum ab Episcopo, vt præscribitur in licentia Pontificis. Si verò sensus Sacræ Congregationis fuerit, etiam istum Casum in dicta declaratione comprehendere, eius determinationi meliùs subiciio; semper enim Ego purpuratorum Patrum Responso veneratus sum.

An aliqui, vt infra, commorantes in domo secularis habentis indultum priuati Oratorij, si viuant suis expensis gaudeant priuilegio audiendi Missam in dicto Oratorio?

RESOL. VI.

Affirmatiuè respondet Pellizzarius in man. Reg. tom. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. num. 149. sic asserens: Accedit, quod licet frater habentis indultum Oratorij, & vxor præfati fratris cum sua familia habentes propriam mensam, proprios redditus, & proprios famulos, verè, & propriè non possunt dici de familia habentis indultum Oratorij, etsi habitent in eius domo: cum potius reuera sint duæ familiæ: nihilominus in materia fauorabili (cuiusmodi est vsus dicti indulti) nomen familiæ videtur posse impropiari, ita vt extendatur ad præfatum fratrem, eius vxorem, ac famulos; præsertim cum vsus ille nemini sit præiudicialis, & fauorabilia debeant ampliari, l. cum quidam. ff. de lib. & posthum. Quod non puto procedere de filiabus nuptis, ac filiis separatis à conuictu parentum habentium indultum Oratorij priuati: quippe qui non reputantur de eorum familia, (cum constituent propriam familiam distinctam,) sicque excluduntur ab vni indulti: quod non videtur procedere, si dictæ filix, ac filij sub eodem tecto cohabitent cum parentibus: idque ob rationem modò adductam, quæ item militat in hoc casu. Ita Pellizzarius.

Sed de hoc casu Ego interrogatus olim Siciliæ, negatiuè respondi. Vide me ipsum in part. 4. tract. 4. resol. 208. quem locum citat etiam Pellizzarius. Dico igitur in casu nostro cum Bardi in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 1. num. 4. Eos, qui sunt de familia oportete inuoluere quandam habitudinem subiectionis ad caput eiusdem familiæ; aliter merè per accidens se vniuersales, non possent familiam vnam constituere; quia non conflarent vnam Societatem, quæ est de conceptu essentiali familiæ. Hæc autem habitudo, seu respectus ad caput familiæ fundari debet in ratione vel Patriæ, vel dominatiuæ potestatis: idcirco ob primam habitudinem dicuntur de familia, filij, Nepotes, &c. per lineam rectam descendentes, qui manent sub regimine parentum, Auorum, &c. ob secundam verò habitudinem sub familia continentur serui, famuli, &c. qui viuentes expensis domini, eique obsequium præstantes in iure appellantur familiares, & ex hoc ortum habuit illud proloquium, per quod dicitur familiarem constitui corpore, & dente, vt notat Dominicus in cap. fin. de verb. signific. & alij ibidem, nimirum, constitui commensalitate, & obsequio, seu seruitio: dum enim aliter expensis domini, eius mensam intelligitur participare, ideòque Commensalis vocabitur: debet autem alimentari intuitu obsequiorum: aliter si titulo amicitix, seu beneuolentiæ aleretur, non diceretur familiaris, vt animaduertit Gonzales in regul. Cancell. de imped. benef. vac. per obitum, q. 14. circa medium, & Simonetta de reseruatis benef. q. 35. n. 6. Vnde ex his patet, sub nomine familiæ non posse venire fratrem, & vxorem fratris cum sua familia habentem propriam mensam, redditus, & famulos, ac suis expensis viuentes: sed sub nomine familiæ venire maritum, ac vxorem, filios, ac filias, nulum habitantem in eadem domo, & Commensalem: item omnes seruos, & seruas, commensales inservientes

inferuientes familiz. Vide etiam Quintanadu. in Theol. Mor. tom. 1. tract. 7. sing. 52. num. 8. & Ludouicum à Cruz in Bull. Cruc. disp. 1. c. 5. dub. 3. num. 2.

Ad argumentam verò Patris Pellizzarij, quòd fauorabilia debent ampliari, respondeo non procedere in casu nostro: nam ampliatur ultra verborum proprietatem, quod non licet; & priuilegia fauorabilia, vulnerantia tamen Ius commune, vt est priuilegium, de quo loquimur, non amplè, sed strictè interpretanda sunt, vt præter alios obseruat Pater Bardi *ubi supra sect. 7. n. 70.* Ergo. Vnde ex his etiam non assentior Patri Pellizzario, num. 150. vbi docet, quòd in Breuibus Pontificiis, in quibus conceditur alicui auditio Missæ in priuato Oratorio cum hac clausula: *ne non hospitium suorum presentia*, includi etiam habitantes in loco, in quo adest Oratorium priuatum, si à domino illius fortè inuitarentur ad prandium, eaque occasione ibi vellent Missam audire: ij quippe verè sunt hospites habitantis Indultum Oratorij, adeoque censerentur comprehenssi sub Breui; maxime in materia animæ fauorabili, quæ debet ampliari. Et hoc puto procedere, quamuis illi consultò inuitarentur ad prandium ad effectum, vt possent in dicto Oratorio audire Missam: cum in tali casu tam inuitans, quàm inuitati iure suo vtantur; & alioqui vtens iure suo fraudem committere non dicatur, *regul. 55. ff. de regul. iur. lib. 3. ff. de libero homin. exhib.* quo modo aliqui sustinent posse Cremonenses ire Mediolanum, vt ibi Paschalibus cibis vesci possint vltimis quatuor diebus Bacchanalium. Ita Pater Pellizzarius.

Verùm, vt dixi, Ego contrarium sentio, nam hoc Priuilegium, cum disponat contra ius commune, strictè, & non amplè est interpretandum. Et quidem sub nomine Hospitum non possunt venire habitantes in eodem loco, sed exteri hospites in domo magnatis habitantis Priuilegium, quos forsitan etiam voluit Pontifex priuilegiare propter lassitudinem, & laborem itineris: & altoquin mens Pontificis elusoria remaneret, qui in dictis indultis voluit tantum concedere licentiam magnati, & eius familiz: nam posset ille, cui Priuilegium concessum est, passim plures ad prandium inuitare, qui postea, vt vult Pellizzar. cum suis filiis, imò & famulis, præcepto Missæ satisfaceret, ac proinde remaneret destructa, & deseruieret de vento clausula apposita à Pontifice in illo Breui: *Vt in tua, ac tua familia presentia celebrari facias, &c.* & in alia: *Volumus autem, vt familiares seruitiis tuis non necessary, præter supradictos ibidem Missa interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festiuis de præcepto minimè liberi censeantur.* Quòd non accideret in casu, de quo loquitur Pontifex, nempe de hospitibus exteris ex alio loco: nam hoc rarò eueniret, & talis casus habet rationabile motiuum, vt Pontifex extendat priuilegium ad illos; quod non accidit de habitantibus in eodem loco. Ergo. Et ita à me consulti viri doctissimi, etiam tenentur.

Nota, quòd post hæc scripta inueni Molfesum in Sum. tom. 1. tract. 3. cap. 17. num. 70. sic asserere. Itaque familiares intelliguntur omnes Commensales, qui sunt de eadem mensa, ac familia ipsius Principalis, cui conceditur talis licentia, & quorquot deputati sunt pro eiusdem personæ seruitio. Insuper si talis licentia concederetur alicui mulieri Nobili, ac Viduz, & sic de aliis: & in eodem Palatio, in diuersis tamen habitationibus, seu Apartmentis eius Mater habitaret, quæ simul cum filia egredi soleat ad Missam, non tamen esset de eadem mensa cum filia; posset simul cum filia audire Missam in dicto Oratorio priuato, quia largo modo censeretur de familia pro honesta custodia filiz. Si enim mater causa custodiendi filias excusatur ab audiendo Sacro, eò magis complectitur in hac licentia concessa filiabus: & ita resolutum fuit per doctos viros. Ita Molfesius. Tu, Lector, iudica.

An Oratoria priuata ubique suffragentur Priuilegiato?

RESOL. VII.

VT si, y. g. in facultate celebrandi Sacrum in priuato domus Oratorio assignetur Ciuitas, possit Priuilegiatus extra illam Priuilegio uti. Et affirmatiuam sententiam contra Merollam ego olim docui, quam me citato, nunc docet Quintanadu. in Theol. mor. tom. 1. tr. 7. sing. 31. per tot. Probatur ait Primò, quia hoc est priuilegium personale; si enim hoc, vt definitur ab vtriusque Iuris DD. illud est, quod conceditur immediatè personæ ratione sui, vt ex l. Priuilegium. ff. de reg. iur. docent Suar. lib. 8. c. 3. n. 3. Azor. 1. part. lib. 5. c. 22. q. 6. Bonac. de priu. part. 2. prop. 2. n. 6. Salas de leg. disp. 20. sect. 17. n. 124. & est communis DD. quis dubitet hoc personale esse, cum dicat Nuntius: *Tua spirituali consolationi consulere, & que specialis gratia fauore profèqui volentes.* Et, vt notat Bonac. sup. p. 8. §. 1. n. 3. cum nomen, & cognomen Priuilegiati in priuilegio nominatur, sicut in hoc accidit, hoc omninò personale est. Igitur, si personale est priuilegium hoc, personam semper sequitur, & cum eadem perseuerat, & extinguitur, vt constat ex c. Priuilegium. & ibi DD. de reg. iur. in 6. statuunt, Tiraquel. de retr. lig. §. 26. Menoch. conf. 123. n. 2. Tusch. tom. 6. l. P. concl. 746. Cardos. prax. Iudic. & Aduoc. verb. Priu. n. 4. Mat. Anton. ver. l. 1. ref. 109. n. 6. Suar. Salas, Azor. & Bonac. sup. ac est communis. A contrario, si non personale, sed locale foret, semper in domo eius Oppid. posset celebrari, siue nobilis, siue ignobilis, siue sanus, siue infirmus habitarent in ea: quod absurdissimum, & contra praxim omninò est.

Probatur Secundò, quia sicut cessante omninò causa Priuilegij, ipsum cessat, vt probant Azor. lib. 5. cap. 22. q. 14. Sanc. lib. 8. de matr. disp. 30. n. 16. Bonac. p. 8. §. 2. n. 4. & alij; sic perseuerante causa eius concessionis, ipsa perseuerat: licet aliæ circumstantiæ mutantur. Causa autem fuit generis nobilitas, & valetudo infirma, vt exprimit Indultum, non autem habitatio: in tali Oppido: ergò etiam cessante hac, illa non cessabit. Sicut si Petro existenti Hispali dispensatio in ieiunio, lacticiiniis, aut recitatione Horarum concederetur ob debilem valetudinem, vel cum eo dispensaret Pontifex in tertio gradu affinitatis ad contrahendum cum Maria; quantumuis illi existenti Hispali Indultum concedi assereret, vel Vicario Hispalensi de causis dispensationis cognoscendum committeretur: quis dubitet, si domicilium Cordubam transferat Petrus, noua illum ad hæc non indigere dispensatione? Sic DD. Guttier. Salas, Angel. Sylu. & alij apud Bonac. de dispens. p. 10. §. 1. prop. 3. n. 5. & 9. Et hæc omnia docet Quintanadu. *ubi supra.* cui addè nouissimè, me etiam citato, Pellizz. in Man. Reg. tom. 2. tr. 8. cap. 2. sect. 2. n. 152. & me citato, Barbof. de Iur. Eccl. lib. 2. c. 8. n. 16. & me citato, Auersam de Sac. Euch. q. 11. sect. 14. §. 6. Vnde sententia Merollæ nullum vsque adhuc habet Authorem: meam autem sententiam, præter Nouar. & Megal. tenent Quintanadu. Pellizzar. Auersa, & Barbofa. Nullum itaque Doctorem in sui fauorem habet Merolla: ego verò sex.

Nec obstant, vt alibi dixi, verba Pontificis apponi solita in Breuibus, y. g. *Vt in priuato Domus tua Ciuitatis Panormi Oratorio, &c.* nam dicta verba non ponuntur taxatiuè, sed demonstratiuè, vt in simili casu notauit nouissimè Sacra Rota Romana coram Rojas in causa Marianen. seu Accien. Beneficij, die 10. Iunij, 1648. quod in dubio semper præsumitur, vt docet Aymon. conf. 301. n. 5.

Nota, quòd post hæc scripta peruenit ad manus meas Opusc. de Sacrificio Missæ. P. Thomæ Tamburini, qui in lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 2. supradictam nostram sententiam, me citato, tuetur, & tenet: sic enim asserit: [Si talis Priuilegiatus transferat domicilium in aliam Diocesim, ex Panormitana, y. g. eat ad Messariensem, non amittit Priuilegium; sed ibi poterit illo uti. Ratio est: quia hoc Priuilegium est personale, quod personam sequitur, nec est affixum loco; & illud,

Iud, *Diocesis talis*, non apponitur restrictiue, seu taxatiue, sed solum demonstratiue in hunc sensum: *Tibi, qui nunc es Diocesis talis.*] Ita Tamburinus, qui n.7. bene notat, in tali casu necesse esse, vt accedat Episcopus, seu eius Vicarius locum nouum approbaturus.

An Regularis celebrans in Oratorio priuato, possit alius Eucharistiam ministrare?

R E S O L. VIII.

Affirmatiuam sententiam, quam ego olim docui, docet nouissimè me citato Quintanadu. in *Theol. mor. tom. 1. tr. 7. singul. 33. n. 8.* vbi sic ait: [In his priuatis Oratoriis possunt Regulares ministrare Eucharistiam sæcularibus, non obstante Episcopi prohibitione. Sic Portel. *resp. part. 3. c. 39. Diana 4. part. tr. 4. resol. 14.* Quia habent Priuilegium Pauli I V. anno 1557. & aliorum Pontificum ad dandam Eucharistiam sæcularibus extra Conuentus suos, ac proinde sæculares ad eam accipiendam etiam licentiam habent: Episcopus verò non valet impedire Pontificis priuilegia. Neque hinc irrogatur Parocho iniuria: cum non sit danda in mortis articulo, nec in die Paschatis. Consule Rodriq. *tom. 1. q. 61. art. 3. Suar. de Relig. tom. 4. lib. 9. c. 3. Portel. vbi sup.* Sed nihilominus Regularibus consulerem, ne id faciant inuitis Episcopis. Hoc etiam illis consulit Sixtus IV. quoad vsum amplissimi priuilegij concessi Fratribus Ordinis Prædicatorum ad administrandam Eucharistiam sæcularibus, vt habetur in Bulla, quæ incipit: *Sedis Apostolica.*] Ita Quintanadu. cui adde ex eadem Soc. P. Escobar in *Theol. mor. tr. 7. Exam. 6. c. 5. n. 63.* qui citat Suar.

Nec te terreat, amice Lector, auctoritas P. Pellizzarij in *Man. Reg. tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 2. n. 147.* vbi asserit, quòd Priuilegium Pauli I V. concessum Minoribus, & relatum à Rodriq. in *Bullar. Const. 3. Pauli I V.* & alia Indulta ab eodem Rodriq. adducta *tom. 1. q. 56. art. 3.* quibus nituntur Portel. & aliqui alij, non sunt ita clara. Et idè ibi Pellizz. tenet, quòd si Episcopus hoc prohibeat Regularibus, ipsos non posse in priuatis Oratoriis Eucharistiam ministrare.

Sed nota, dictum Pellizzar. me citato, mutasse sententiam: nam postea in dicto *tr. 8. cap. 3. sect. 3. num. 312.* sic ait: [Quæres, an Regulares ex suis priuilegijs possint ministrare Eucharistiam sæcularibus, etiam extra proprias Ecclesias. Respondetur, posse, & quidem non solum in Ecclesijs Parochialibus, (si adsit licentia Parochorum,) sed etiam in Oratorijs ædium priuatarum: idque non obstante Episcopi prohibitione. Ita Suar. *tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 9. c. 3. n. 11.* & quoad primam partem, quam docet Portel. *verb. Sac. administrat. n. 8.* probatur ex concessione Pauli I I. facta Religiosis, quæ est ampla nec restringitur ad vllum locum (vt constat ex tenore illius,) & maximè ex illis verbis: *Et post, seu ante Missa celebrationem, aut alias Christi fidelibus Eucharistiam ministrare,* vbi ly, *alias* extenditur ad omnem modum ministrandi hoc Sacramentum: sicque per se non excluditur vllus locus, neque Parochialis: dummodo, vt dixi, id fiat de licentia Parochorum; non enim æquum est ingredi in messam alienam, inuitò domino. Quoad secundam verò partem, (quam sustinet Diana *part. 4. tr. 4. resol. 14.* cum Portel. *part. 3. resp. mor. casu 39.* & alijs,) probatur: tum, quia Regulares ex concessione bullata Pauli I V. relata à Rodriq. in *Bullar. Const. 3. ipsius Pauli I V.* habent ad id specialem facultatem, quæ sicut (quod constat) à nullo Papa fuit reuocata, ita non potest abrogari ab Episcopo, nisi ex speciali commissione ipsiusmet Papæ: tum, quia tale priuilegium nequit dici antiquatum per non vsum, cum Religiosi non amittant sua priuilegia ex non vso, nisi talis non vsus sit 100. annorum, & concurrant aliæ conditiones: quæ tamen hinc non interueniunt: præsertim conditio temporis, cum Bulla Pauli I V. edita sit anno 1557. & nondum elapsi sint 100. anni.] Hucusque P. Pellizzar. docens de dicto contrarium, quod *sup. in c. 2. sect. 2. n. 147.* docuerat.

Verum, his non obstantibus, aliqui putant Regulares non posse ministrare Eucharistiam contra prohibitionem Episcopi, non obstante priuilegio Pauli I V. & aliorum Pontificum: & ita tenet Ioannes de la Cruz de *Statu Relig. lib. 2. c. 5. dub. 7. concl. 4.* cum Concilium Tridentinum *sess. 21. in Decr. de obseruand. in celebrat. Miss.* asserat: *Non patiantur Episcopi, quòd Sacerdotes, etiam Regulares, in domibus priuatis, & omnino extra Ecclesiam, vel Oratoria, &c. celebrent.* Hinc fit, Religiosos, quandiu Episcopi non prohibent, posse ibi celebrare vigore suorum priuilegiorum: secus si Episcopi prohibeant, tunc enim non possunt, cum Concilium ibi expressè reuocet contraria priuilegia, etiam Regularium, & consequenter concedentia facultatem celebrandi in domibus priuatis sæcularium

Vnde apparet, quàm ego rectè olim consului Regulares, contradicentibus Episcopis, ne administrent in priuatis Oratorijs Eucharistiam. Et idè me citato, Pater Lezana in *Summa, tom. 3. verb. Eucharistia, n. 11.* sic ait: [Meritò relatus Diana consulit Regularibus, non vt illo sine consensu Episcoporum, præsertim cum Concilium Tridentinum *sess. 22. in Decret. de obseruand. in celebrat. Miss.* concesserit Episcopis facultatem prohibendi Regularibus, ne celebrent in Oratorijs priuatis ab eisdem non approbatis: consequenter enim videtur etiam posse illis prohibere, ne Eucharistiam administrent.] Ita ille. Et ante illum, me etiam citato, Ioan. Maria Nouarius in *Lucerna Regular. verb. Eucharistia, num. 7.* sic asserens: [Potest per Regulares ministrari sæcularibus in priuatarum ædium Oratorijs: quia illi habent priuilegium Pauli I V. de anno 1557. & aliorum Pontificum ad dandam Eucharistiam sæcularibus extra Conuentus proprios. In terminis probat Portel. in *respons. mor. part. 3. casu 39.* & eum sequitur modernissimè Antoninus Diana *resol. mor. part. 4. tract. 4. Miscellan. ref. 14.* affirmantes, id posse agere non obstante Episcopi prohibitione, licet consulant, ne id agant inuitis Episcopis, ad quorum fauorem satis concinit Sac. Conc. Trid. *sess. 22. in decret. de obseruand. in celebr. Miss.* vbi stat cautum, licere Episcopis prohibere Regularibus, ne celebrent in Oratorijs priuatis sæcularium. Igitur idem respectu prohibitionis, ne sæcularibus ibidem communionem ministrant.] Hæc Nouarius. Itaque ante Episcopi prohibitionem, vt rectè obseruat Ioan. de la Cruz, *vbi supra,* Regulares ministrant Eucharistiam virtute suorum priuilegiorum quibuscunque: at si Episcopus hoc facere illis prohibeat, abstineant profus Eucharistiam ministrare. Vide etiam Auerfam de *Sacr. Euch. quest. 11. sect. 14. §. 8.*

Sed post hæc scripta inueni P. Pellizzarium in *Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 93.* absolute docete, Episcopos non posse prohibere Regularibus, ne ministrant Eucharistiam in priuatis Oratorijs. Sic itaque asserit: [Quæres, an Regulares liberè possint celebrare in priuatis Oratorijs sæcularium legitima facultate concessis ipsis sæcularibus. Respondetur posse: & quidem non obstante Concil. Trident. *sess. 22. in Decreto de obseruand. & euit. in celebrat. Miss.* vbi dicitur: *Nève patiantur in priuatis domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinarijs designanda, & visitanda, Sanctum hoc Sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi.* Vnde colligunt Doctores, Episcopos vi huius Decreti posse prohibere etiam Regularibus, ne celebrent in Oratorijs priuatis sæcularium: siquidem talis prohibitio sano modo debet intelligi, si, videlicet, dicta Oratoria non decenter seruentur, &c. quod ego colligo ex illis verbis: *Ad diuinum tantum cultum dedicata, & ab eisdem Ordinarijs designanda, & visitanda:* aliàs enim cum Concilium loquatur, tam de Sacerdotibus sæcularibus, quàm de Regularibus, omnino abrogaret, & ablegaret à domibus sæcularium vsum Oratoriorum priuatorum, quod tamen est contra communem vsum, ac sensum Doctorum. Vnde sequitur, malè aliquos inferre ex supradicto Decreto

reconcilio Concilij Tridentini posse Episcopos prohibere Regularibus, ne in Oratoriis priuatis secularium ministrant secularibus Eucharistiam, id colligentes ex eo, quod vi præfati Concilij possunt Regularibus prohibere, ne in dictis Oratoriis celebrent: primò enim id non est verum absolutè (vt iam diximus: secundò, dato etiam, quod Episcopi possent Religiosis prohibere, ne in Oratoriis priuatis secularium celebrent, non idè sequitur hoc ipso etiam posse illis prohibere, ne ibi Eucharistiam ministrant, vt fusius probat Portel *part. 3. respons. moral. casu 39.* & maximè ex eo, quod celebrare, & ministrare Eucharistiam sunt quid diuersum: à diuersis autem fit illatio in odiosis. Ita Pellizzar. Sed non est cum Episcopis litigandum, verùm & ipsi non deberent Regularium priuilegia infringere. Et præter Doctores supracitados in fauorem Regularium videndus est omninò Pater Stephanus Bannyus ex Societate Iesu, qui in *Theol. moral. tom. 1. tract. 5. quest. 19.* mordicus sustinet, & probat, Episcopos non posse interdicerè Regularibus, ne alicui in Oratorio, aut Templo extra Domum suam, aut Conuentum Sacram Eucharistiam impertiant.

An Sacerdos secularis possit virtute Bullæ Cruciatæ in Oratoriis priuatis ministrare Eucharistiam?

R E S O L. I X.

Pro affirmatiua sententia alibi sapientissimum Vasquez adduxi. Probatur hæc opinio, non ex eo, quod per Bullam derur potestas eligendi Confessarium pro absolutione sacramentali: nam licentia ad ministrandum vnum Sacramentum, non intelligitur concessa ad aliud Sacramentum, & maximè quando est maior, aut diuersa ratio, vt facultas derur ad vnum, & non ad aliud: non fundant ergo prædicti Auctores suam sententiam in hoc, sed in concessione directa recipiendi, etiam tempore Interdicti, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschæ: cum igitur in hac concessione nulla fiat limitatio ex parte Ministri, seu non restringatur facultas, vt à proprio Sacerdote Eucharistia sumatur; poterit vi Bullæ accipi à quocunque Sacerdote, & quocunque tempore, præter Pascha.

Et si quis ad hoc argumentum respondeat, facultatem hanc subintelligi cum conditione, nempe, posse per Bullam etiam tempore Interdicti recipi Eucharistiam; ab eo tamen, qui aliàs extra Interdictum de iure potest illam administrare. Contrà est: quia, si hoc Pontifex intendere, nulla esset ratio excipiendi diem Paschæ: nam certum erat tempore Interdicti, etiam in die Paschæ posse Eucharistiam recipi à proprio Pastore, vel ab alio ex eius licentia: proinde si Pontifex in hac clausula loqueretur de receptione Eucharistiæ in ordine ad proprium Pastorem superflua fuisset exceptio illa: signum igitur est, loqui præscindendo à licentia proprii Pastoris, & loqui de quocunque Sacerdote.

Verùm aduersus supradicta insurgit nouissimè Pater Bardi in *Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 3. num. 3.* Cardinalis de Lugo de *Sacrament. Euchar. dispur. 18. sect. 2.* & alij, ita vt Nugnus in *3. part. 9. 82. artic. 3.* affirmatiuam sententiam improbabilem vocauerit. Sed ego puto, sententiam Vasquez non carere probabilitate, licet negatiua sit probabilior, & consulenda. Vnde me citato, affirmatiuam sententiam tenet Auerfa de *Sacram. Euchar. qu. 11. sect. 14. §. 8.* vbi sic ait: Potest in tali Oratorio ministrari Eucharistia communicare volentibus ex deuotione à Regularibus habentibus priuilegium ministrandi, non obstante prohibitione Episcopi. Affirmat Portel. in *respons. moral. par. 3. casu 39. resol. 14.* qui tamen consulit, ne Regulares id faciant cum displicentia Episcoporum. Vt etiam concedit, posse à Sacerdotibus secularibus in iisdem Oratoriis ministrari

illis, qui per Bullam Cruciatæ habent priuilegium suscipiendi Sacramenta à Sacerdote, quem elegerint. Sed consulit, ne id fiat absque licentia Episcopi. Et ita quidem in vitroque capite seruandum est. Ita Auerfa.

Nota tamen, quod post hæc scripta inueni contra Bardi, Lugum, & alios, Castum Palaum *tom. 4. tract. 21. dispur. unica. punct. 18. num. 4.* & tract. 25. *dispur. unica. punct. 6. n. 15.* docere, virtute Cruciatæ te posse extra Pascha recipere Eucharistiam à quolibet Sacerdote, siue Regulari, siue seculari, tamen si aliàs facultatem non haberet: quia priuilegium Bullæ Cruciatæ non solum est pro tempore Interdicti, sed extra Interdicti tempus. At si extra Interdicti tempus priuilegium non est suscipiendi Eucharistiam à quolibet simplici Sacerdote, nullum est priuilegium; nam à proprio omnes recipere possunt: ergo vt priuilegium illud aliquid operetur, affirmandum est, virtute illius quemlibet Sacerdotem ministrare Eucharistiam posse habenti Bullam, siue in Ecclesia, siue in Oratorio.

Neque obstant rationes contrariæ. Nam ex receptione Eucharistiæ non infertur, reliqua omnia Sacramenta recipi à quolibet posse; sed ea tantum, quæ à Parochis, & Sacerdotibus ministrari solent: quia de his est sermo, non de Sacramentis, quæ à solo Episcopo ministrantur: quippe iura episcopalia intacta esse debent. Quapropter ex vi illius facultatis non videtur improbabile, quod tradit Vasq. *tom. 3. in 3. par. quest. 77. disp. 219. cap. 5. num. 54.* Extremam Vnctionem recipi à quolibet Sacerdote posse, & pœnitentiam à quolibet approbato. Neque obest, quod inferius concedatur facultas eligendi quemlibet approbatum: quia conceditur cum potestate ad absoluendum à referuatis, quæ potestas in hac priori concessione generali non continebatur. Neque inde fit, irrequisito Parocho, posse quemlibet matrimonio assistere: quia matrimonium non ministratur à Parocho, sed sibi ipsis contrahentes ministrant: ideòque ibi pro matrimonij Sacramento nulla datur facultas. Ordo autem, & Confirmatio, vt pote Episcoporum propria, nequaquam conceduntur ab aliis, quàm à propriis recipi. Ab illis tamen tempore Interdicti recipi posse videtur. Hucusque Palaus. Sed aliqua ex supradictis, aliqui non admittunt. Vide etiam ipsum *tract. 21. dispur. unica. punct. 18. num. 4.*

Dicendum est igitur, facultatem virtute Cruciatæ concessam recipiendi Eucharistiam in Oratorio à quolibet Sacerdote, etiam simplici, non fundari in eo, quod in eadem Bulla conceditur facultas eligendi Confessarium, vt aliqui falsò existimant, cum sint duæ actiones separabiles inter se: sed fundari in eo, quod *ibidem* conceditur expressè facultas celebrandi, seu celebrare faciendi Missam, Eucharistiam, & alia Sacramenta, etiam tempore Interdicti, ministrandi, præterquam in die Paschæ, esto tenuat Suar. cir. id concere, forsitan quia Bullam Latinam non legerat. Et ita tenet Ludouicus à Cruz in *Bullam Cruc. dispur. 1. cap. 5. dub. 6. num. 15.*

Sed cum hæc probabilia sint, an hodie quis possit vt dicto priuilegio Bullæ in priuatis Oratoriis, tu cogita, stante declaratione Sacræ Congregationis posita in fine Resolutionis sextæ.

An, si Ordinarius iniuste deneget approbare Oratorium, possit adhuc priuilegiatus eo uti.

R E S O L. X.

Negatiuè responder Bardi in *Bull. Cruciatæ part. 2. tr. 2. cap. 2. sect. 2. n. 10.* qui dicit, me in affirmatiuam sententiam inclinare: & idem tenet Pellizzarius *loco citato in superiori Resolutione*, me etiam adducens. Et ratio est: quia per Bullam talis potestas minimè conceditur, cum expressè apponatur conditio, vt habens Bullam, valeat vti Oratorio, posita visitatione, & designatione ab Ordinario

dinario facienda, & huic sententiæ ego adhaereo: quare in tali casu deberet Priuilegiatus recurrere ad Superiorem Episcopi, & ab illo licentiam petere, aut vt alteri committat, & deleget executionem.

Sed affirmatiuam sententiam, pro qua alibi adduxi Ludouicum de la Cruz in *Bulla Cruciate disput. 1. cap. 5. dub. 1. num. 4. & 5.* nouissimè tenet Quintanadu. in *Theologia moral. tom. 1. tract. 7. singul. 32. num. 3.* vbi sic ait: Secundò obserua, quòd si contingat, locum esse decentem, & à domesticis actibus liberum, Oratoriùmque rectè ornatum ad arbitrium sapientis viri: & nolit Episcopus illud approbare, vt in eo celebretur potest ad id compelli, & si adhuc nolit, & priuilegiatus lites virare velit, potest absque Ordinarij facultate Sacrum celebrare, vel celebrare facere, Nec Episcopus potest subditum priuare priuilegio hoc sibi concessio à Pontifice in *Cruciata*; vel à Nuntio in suo Indulto, nec eius vsum impedire. Et hanc sententiam me citato tenet etiam nouissimè Garcias in *Summa Theolog. moral. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 2. num. 16.* Et tanquam probabilem admittit Pater Lezana in *Summa tom. 3. verb. Bulla Cruciate, num. 14.* Verùm quia in foro interno semper Episcopus posset inquietare priuilegiatum, idè existimo; vt ille absteineat ab vsu priuilegij, & compellat Episcopum per Superiorem, vt licentiam præbeat: vel ei satisfactionem det.

Oratorium quando dicendum sit decenter ornatum, vt possit Episcopus dare licentiam, vt vult Pontifex, ibi celebrandi?

R E S O L. X I.

AD hoc dubium respondet Pellizarius in *Manual. Regular. tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. n. 140.* Per verba Pontificis apposita in Breuibus significari, quòd locus deputandus in Oratorio, siue quoad formam structuræ, siue quoad ornamenta in eo posita (cuiusmodi sunt piæ aliquæ Imagines, aut aliud simile) sit talis, vt discernatur à cæteris locis domus prophanis vsibus destinatis.

Sed magis rem amplè declaro cum Antonio Nouario in *Summa Bullar. titul. de Oratoriis priuatis, num. 3.* vbi sic ait: per dicta verba Pontificis apposita in Breuibus esse necessaria, quæ in rubricis Missalis Romani explicantur, puta vt Oratorium habeat Altare totum lapideum, vel saltem terreum, aut ligneum, quoad suas omnes remotiores partes, dummodò superiorem mensam tantæ longitudinis, & latitudinis lapideam habeat ab Episcopo consecratam, vt capere possit pedem Calicis, & patenam cum Hostia, ita quòd ad maiorem partem supra lapidem collocari valeant, & firma sint, & sine periculo cadendi, vt ex communi Doctorum sententia firmauerunt Suar. in *3. part. D. Thom. tom. 3. q. 38. art. 5. disput. 18.* Nauarrus in *man. cap. 25. n. 85* & alij relati per Megalam in *prompt. verb. Altare, num. 2.* Quòd Altare operiendum erat tribus mappis, seu tobaliis mundis ab Archiepiscopo, vel ab alio habente potestatem benedictis, superiori vna saltem oblonga pertingente vsque ad terram, duabus aliis breuioribus, vel vna duplicata, vt habetur in rubrica, & in cap. *Si per negligentiam, de consecrat. distinct. 2.* Pallio quoque ornandum erat Altare coloris quoad fieri potest diei festo, vel officio conuenientis, vt in *rub. 19.* & idè consului Archiepiscopum Capuanum, vt denegaret licentiam celebrandi in domo priuata, nisi pro ornamento Altaris adessent pallia coloris festiuitatibus, & officio conuenientibus, vel saltem vnum, quod quatuor vsitatos Ecclesiæ colores contineret, nam aliter vigore Breuis non diceretur locus decenter ornatus, Prout etiam ad effectum vt diceretur locus decenter ornatus, asserbam, vt dictum Oratorium habere deberet super medio Altaris Crucem, & Candelabra, saltem duo hinc, & in vtroque eius latere, ac ad Crucis pedem Tabellam Secretorum, & in cornu Epistolæ col-

sinum supponendum Missali, paruam Campanulam, duas Ampullas vitreas cum manutergio mundo in fenestella, seu in parua mensa ad hæc præparata, Missale, Calicem aureum, vel argenteum, aut saltem cuppam argenteam intus inauratam, Patenam inauratam ab Episcopo consecratam, Purificatorium mundum, paruam Pallam lineam, & mutandam, Corporale lineum, & mundum benedicta; Velum Sericum, & Bursas Sericas coloris Paramentorum, vt colligitur ex dicta *rubr. titul. de prepar. Sacerd. celebrat.* Amictura cum cruce in medio, & cordulis sufficientibus ad præcingendum, Albalinea, & munda, Cingulum, Manipulum, Stulam, Planetam non lacera ab Archiepiscopo, vel alio potestatem habente benedicta. Hæc omnia Nouarius, quæ attentè Episcopi, & eorum Vicarij considerent, & exequantur, cum designant, & approbant Oratoria ex mandato Pontificis, nam in hoc vidi aliquos oscitanter processisse.

An si Oratorium sit ab Episcopo approbatum, & priuilegiatus mutet domum, denuò in alia domo ab Episcopo sit approbandum?

R E S O L. X I I.

Negatiuè respondet Quintanadueñas in *Theol. moral. tom. 1. tract. 7. singul. 33. num. 4.* sic enim asserit: [Adde quòd si contingat, priuilegiatus mutare se ad aliam domum, vbi extabat Oratorium iam ab Episcopo approbatum, & in eo ornatus ille, quo vsus fuit in Oratorio prius approbato collocetur: noua approbatione, aut visitatione non erit opus, cum vtrumque iam approbatum sit, & locus Oratorij, & illius ornatus, & si vel locus, vel ornatus aliquando approbatus non sit, approbatione indiget: hæc enim ad vtrumque exposcitur.] Ita ille.

Notandum est tamen hinc obiter supradicta Oratoria non egerè benedictione aliqua, & idè Garcias in *Summa Theolog. moral. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 21. n. 9.* ait: [Los Oratorios particulares, y priuados, assi nos de las casas de los Seculares, como los que estan en las Enfermerias, Hospicios, o otros puestos de los Conuentos, no tienen necesidad de bendecirse, basta que se edifiquen con autoridad del Ordinario, y que se diputen para celebracion del Sacrosanto Sacrificio de la Misa, y que esten sujetos à su visita, por si estan en lugar decente, y con la veneracion deuda. Coligese esta conclusion del Concilio Tridentino in decreto citato, y de muchas declaraciones, que trae en aquel lugar Barbosa, en las quales solo se pide que esté cerrado, y fuera del trato del la Casa, para la decentia, y autoridad: y en el Ritual de Paulo V. donde estan la bendiciones de las Iglesias, solo se pone bendicion para Oratorios publicos, finalmente los Breues de Nuncio, o de Roma para edificar estos Oratorios, no rezan palabra de esta bendicion.] Idem etiam docet Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 8. difficult. 23. num. 2.*

In quibus diebus non sit licitum celebrare in Oratoriis priuatis.

R E S O L. X I I I.

Hoc patet ex Breuibus concedi solitis à Summis Pontificibus, ex quibus Lezana in *Summa tom. 1. cap. 21. num. 31.* asserit, quòd in altari priuati Oratorij, cui conceditur ex priuilegio Apostolico celebratio Missæ (exceptis solemnioribus festis) non potest celebrari in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. V. festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & Omnium Sanctorum. Idem etiam docet Gauantus in *Comment. ad Rubr. Missalis tom. 1. part. 1. tit. 20.* Barbosa de *Iure Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 6.*

Difficultas

Difficilis est, an sub nomine Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, intelligendi sunt tantum primi dies. Et affirmatiuè respondet Lenzana *in summa tom. 4. verb. Oratoria. num. 3.* vbi sic ait: Limitatio facta à sacra Congregatione pro diebus Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, probabiliter sanè intelligenda venit solum pro primis diebus harum festiuitatum; quia restrictio indulti, seu gratiæ sapit odium, & sic strictè interpretanda. Ità ille. Idem etiam docet Naldus *in summa verb. interdictum num. 8.* Garcias *in summa Theol. moral. tractat. 3. difficultat. 8. dub. 2. punct. 2. num. 17.* & Pellizzarius *in man. Regul. tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. num. 148.*

Verum hic insurgit dubium, an si in dictis festis vetitis quis celebrat, audiens illam Missam satisfaciat præcepto: affirmatiuè respondet Homobonus de Bonis *in examen. Eccl. quest. 14. tract. 8. cap. 5. part. 2.* eò quia de consuetudine possit etiam audiri sacrum extrà Parochiam in quocumque loco sacro per Prælatum deputato. Sed scèdè labitur: nam hoc est intelligendum de loco sacro publico, non de priuato à Papa prohibito. Itaque, licèt Episcopus cogere non possit subditos, vt in sola Parochiali Ecclesia Missam audiant, Barbosa *allegat. 24. num. 16. de offic. Episcop.* Flavius Cherubinus *scholio 2. ad Bullam 25. Leonis X.* ex hoc tamen non sequitur, in Oratorio domus priuatæ prædictis diebus, Missæ interessentes præcepto Ecclesiastico satisfecisse, cum id sit expressè contra vsum, & summi Pontificis mentem, declaratis diebus illis solemnioribus nolle prædictam concessionem vilo modo illis suffragari; & exceptio firmat regulam in contrarium: & quia secus verba illa: *exceptis diebus Pascha, &c.* nihil operarentur; & quia limitatio Priuilegij ad aliquos casus eundem effectum operatur, ac si tale priuilegium in tali casu nunquam mansisset: & quia, sicut qui extra Parochiam sine licentia Parochi Eucharistiam tempore Paschatis recipit, non satisfaciunt præcepto communicandi in Paschate; vel qui in loco interdicto sacrum in die festo audit, Præceptum Ecclesiæ non implet: ità, qui in loco prohibito, vel illis diebus minimè priuilegiato Missæ interfunt, Ecclesiæ præcepto minimè satisfaciunt. Et ità hanc sententiam contra Homobonum tenet Garcias *vbi supra*, & alij.

An in dictis diebus, quibus ex indulto Papa non potest celebrari in priuato Oratorio, si habeat Bullam Cruciatam possit ex hoc alio Priuilegio celebrare?

RESOL. XIV.

Affirmatiuè olim respondi. Et hanc sententiam me citato tenet nouissimè Pater Bardi *in Bulla Cruciatæ, part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 2. num. 19.* qui citat Rodriguez, Trullench, Ludouicum de la Cruz, & alios; vnde per extensum eius verba apponam; itaque sic ait: dico primò hanc secundam sententiam mihi probabilem videri, & posse tuta conscientia sequi; quia etsi per Bullam minimè concedatur licentia extruendi Oratorium Priuatum, vt in eo celebraretur; tamen posita approbatione, licèt virtute illius breuis apostolici particularis in diebus solemnioribus nequeat in eo Oratorio Ecclesiæ Præcepto satisfieri, tamen virtute Bullæ poterit Priuilegiatus Sacrum audire in eo Oratorio, & præcepto Ecclesiæ satisfacere, quoniam Bulla absolutè, & sine limitatione indulget, vt in tali Oratorio priuilegiatus per bullam valeat, vel ibi celebrare, si Presbyter sit, vel celebrare facere: si igitur Pontifex voluisset limitationem aliquam facere, sanè illam fecisset, sicuti de facto eam ponit in breuibus particularibus, in quibus erectio Oratorij ad sacrum faciendum conceditur.

Dico secundò: Limitatio illa, quam addit Riccius de die Paschæ non placet, quia falso nititur fundamento, supponit

enim ipse in Bulla inueniri exceptionem illam de die Paschæ, quòd tamen non est ità, nam exceptio Paschæ solum vt patet ex textu, ponitur pro susceptione sanctissimæ Eucharistiæ, quæ ex Præcepto est sumenda, non autem ponitur in concessione aliarum gratiarum, inter quas est facultas assistendi sacro. Rursus probatur conclusio alio argumento, quia nullum apparet fundamentum huius exceptionis, cum absoluta sit concessio.

Dico tertio: si Episcopus prohibeat sub poena etiam Excommunicationis, nè aliquis celebret, vel audiat Missam in Oratorio priuato aliqua die ex solemnioribus, non obstante tali prohibitione priuilegiatum posse per Bullam Missam facere celebrare, aut audire in eodem Oratorio, secluso contempu, & scandalo docet Emmanuel Rodriguez, Trullench, & Diana locis citatis. Et ratio est, quia cum istud Priuilegium à Pontifice emanauerit, & sine relatione ad Ordinarium, nisi quoad visitationem, & approbationem, idcirco semel posita approbatione, facultas, quæ datur per Cruciatam, non poterit ab Episcopo impediri: Verum hanc opinionem ex prædictorum Auctorum mente retuli, ipse autem suaderem, vt in hoc Episcopi mandato obtemperetur.

Dico quartò: Potestas ista, quæ per bullam datur, locum habebit etiam in alieno Oratorio. Conclusionem, licèt sub his terminis ab alio positam non viderim, nihilominus sequitur ex principiis iactis: quoniam in ipsa Bulla simpliciter conceditur, posse audiri sacrum in Oratorio, & cum nulla fiat limitatio ad Oratorium proprium, nulla erit sufficiens ratio coarctandi verba ipsius priuilegij: Hucusque Pater Bardi, qui optimè aduertit, quòd hac facultate, & maxime in festis solemnioribus, & exceptis vti non debent priuilegiati, vt aduertunt authores, qui hanc tuentur sententiam affirmatiuam; proinde in praxi consulendi sunt, vt celebrent in publicis Ecclesiis vel ibidem sacro intersint, nisi aliqua congrua, & rationalis causa occurrat, ob quam conuenienter iudicetur in aliquo die etiam magnæ solemnitatis non fore rectæ rationi dissentaneum, vt in Oratorio præceptum Missæ adimpleatur.

Nec desinam hic apponere verba Quintanadueñas *in Theol. moral. tom. 1. tract. 7. singul. 33. num. 5.* sic asserentis: licet ex virtute indulti à Papa, vel nuntio obtenti in priuato Oratorio vnica solum Missa quotidie dici queat, & nec vnica diebus exceptis Paschatis, Resurrectionis, &c. nec à Regulari sine sui prælati licentia; omnia hæc ex Cruciatæ licentia, eò ipso quod supponatur, vt supponi debet, Oratorij priuilegium à Papa, vel eius Nuncio concessum, & ab ordinario approbatum: hoc enim non prohibetur in Cruciatæ. Ita ille, qui citat Rodriguez, Enriquez, & Trullench. Vide etiam, me citato, Lezzanam *in sum. tom. 4. verb. Oratorium. num. 3.*

Sed cum hæc omnia olim satis probabiliter dici poterant, vide lector nè hodie refellenda sint propter declarationem sacræ Congregationis Concilij, de qua mentionem feci, vbi supra, in fine Resolutionis sextæ:

Quomodo intelligenda sint verba, qua apponuntur à Pontifice in indultis concedi solitis de Oratoriis priuatis; sine tamen iurium Parochialium præiudicio.

RESOL. XV.

Respondeo, quod ex declaratione Cardinalium tenet Quintanadueñas *in Theol. moral. tom. 1. tract. 7. singul. 33. num. 3.* Quòd hoc præiudicium intelligitur in his, quæ spectant ad sacramentorum administrationem, & alia, quæ ipsi Parochiæ de iure debita attinent; in aliis vero non; seu vt docent Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. C. con. l. 330.* Fatinacius *sacra Rota Rom. decis. 226. num. 1. tom. 1. part. 2.*

Quando

Quando dicitur sine præiudicio alieno, præseruatur ius alienum, seu alteri competens, ne lædatur. Adde ex Seraphino *Rosa Rom. decis. 398. num. 18.* & Barbosa *claus. 91. num. 10.* quodd intelligitur hæc clausula, in omnibus concessionibus, quando potest stare cum principali dispositione. Rectè itaque, præter dictum Quintanadueñas, docet noster Molfusius in *summa. tom. 1. tract. 4. cap. 17. num. 73.* quodd citata clausula intelligitur in his quæ spectant ad sacramentorum administrationem, (nempe vt in die Paschalis Resurrectionis se communicent in Parochia, vel in alijs locis de licentia Parochi) & ad alia, quæ ipsi Parochiæ debentur de iure, non autem in alijs. Vnde Pater Pellizzarius in *man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 147.* exponit verba dictæ Clausulæ, quodd in Oratorio priuato non exercentur vllum munus Parochiale, quodd aliàs ibi posset exerceri: cuiusmodi sunt, ministrare sacramenta, facere solitam Eleemosynam, dare pacem, denunciare festa, ieiunia, ac matrimonia, & similia; quæ per se spectant ad Parochos, idèoque ab alijs extra Parochiales Ecclesias obiri nequeunt, sine ipsorum Parochorum præiudicio. Cum quo tamen stat, vt sacerdos tam secularis, quàm Regularis celebrare possit in Oratorijs priuatis secularium sine licentia Parochi.

Notandum est tamen hîc obiter, in Oratorijs priuatis Regularium licere administrare sacramenta omnibus personis subiectis superiori Regulari, cuiusmodi sunt Religiosi, Nouitij, Tertiarij, & alij actu seruientes Commensales intra loca manentes; quia isti omnes reputantur quoad hoc Priuilegium, ac si essent Religiosi. Sed de hoc infra suo loco. Vide Bordonum in *Consil. Regnl. tom. 2. resol. 90. n. 12.*

Quam licentiam debeant habere Regulares, vt possint celebrare in Oratorijs priuatis.

R E S O L. X V I.

Pontifex in breui solet apponere hæc clausulam, vt Missa dici possit per quemcunque sacerdotem ab Ordinario approbatum secularem, seu de superiorum suorum licentia Regularem. Hoc supposito, sic ad dubium respondet Quintanadueñas in *Theolog. moral. tom. 1. tractat. 7. singul. 32. num. 4.* sufficit licentia tacita, vel præsumpra superioris, vt Regulares in priuato Oratorio celebrent: hæc enim ad multò grauiora sufficere docent Doctores, & hæc, vt minimum semper interuenit, cum ad dicendum Missam in Oratorijs eos frequenter superior mittat, sciâtque sæpissimè ibi celebrare. Et P. Pellizzarius in *man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 146.* putat sufficere approbationem generalem celebrandi Missam, non autem requiri specialem approbationem ad celebrandum in Oratorio priuato: & hoc procedere de Sacerdote tam seculari, quàm Regulari. Tum, quia vbi agitur de obligatione, stricta fieri debet interpretatio; ac proinde, cum hîc requiratur approbatio Ordinarij ad celebrandum in Oratorio, & verba relata breuis commodè possint explicari de approbatione generali, ea non debent ampliari ad approbationem specialem. Tum quia lex obligatoria debet semper interpretari in mitiorem partem: ergò & obligatio approbationis perita in breui hoc eodem modo interpretanda est: quod vtique fit, si dicamus Breue loqui de approbatione generali.

An in aliquo Casu facultas audiendi Missam in Oratorio priuato transeat ad hæredes priuilegiati.

R E S O L. X V I I.

Affirmatiuè nominatim contra me respondet Pater Pellizzarius in *man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2.*

num. 153. vbi sic ait: Quæres quandiu duret concessio Oratorij priuati? Respondeo durare durante vita illius cui facta est, adeoque eo mortuo finire. Ita in terminis Diana *p. 4. tract. 4. resol. 208.* & probat, quia concessio ista est personalis: Priuilegium autem personale finitur morte personæ priuilegiatæ, *cap. priuilegium de regul. iur. in 6. l. vnic. §. no autem. Cod. de caducis tollend. l. cum quis. §. l. fin.* Verùm si concessio fiat iis verbis, ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, quæ apponuntur in breui à nobis hîc explicato; mihi non placet hæc doctrina Dianæ: Imò puro dictam concessionem durare vsque dum legitimè reuocetur, vt pote pendente ab arbitrio Ordinarij loci, quod durat vsque dum reuocetur. Nec obstat, quodd concessio ista est personalis, adeoque debet cessare per mortem eius, cui facta est: nam quodd dicunt Doctores priuilegium personale finire morte priuilegiarij, benè limitatur à Castro Palao *tract. 3. disput. 4. part. 2. §. 1. num. 4.* nisi in priuilegij concessionem addantur verba, quæ perpetuitatem, ac transmissionem priuilegij ad posteros denotent; tunc enim priuilegium non debet reputari concessum soli priuilegiario, sed etiam alijs: Vt si dicatur, concedo tibi in perpetuum hæc facultatem: tunc quippe priuilegium transit ad alios (v. g. ad familiam) aliàs particula, in perpetuum, esset frustranea: quodd in legibus, ac priuilegijs vitandum esse deciditur in *cap. si Papa, de priuileg. in 6. c. l. 3. ff. de iureiur. & quidem ita, vt quælibet syllaba effectum aliquem debeat sortiri. Quæ limitatio videtur procedere in casu nostro, stante quodd concessio Oratorij sit ad arbitrium Ordinarij, quodd potest durare post mortem illius, cui fit concessio, eoque durante durat concessio, ac proinde ceteri debet transmitti ad alios: quodd si ea sit tibi tantum sub expresso nomine, vt constat ex verbis breuis, *Tibi, qui, vt asseru, &c.* fit alijs (v. g. familiæ) sub nomine implicito, ac virtuali: aliàs verba illa breuis, *Ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, nihil operarentur.* Vt proinde concessio Oratorij priuati dici possit priuilegium personale quidem, sed transmissibile in alios, adeoque participare etiam de reali, in quantum non finitur morte priuilegiarij. Puto autem ius talis concessionis transire ad Hæredes, sicut & alia quælibet iura testatoris. Hucusque Pellizzarius*

Sed hæc difficultatem communicauit cum principalioribus ministris huius Curie, & alijs viris doctis, qui prorsus nostræ sententiæ adhæserunt; nunquam enim Pontifex in concedendis talibus licentijs habet intentionem, vt possint transire ad hæredes, cum moueatur ad illas concedendas intuitu personæ, & meritum Oratoris. Et quando hoc priuilegium Pontifices volunt ad hæredes transferre, hoc solent apertis verbis in Breuibus explicare. Et idè ad Clausulam adductam à Patre Pellizzario respondeo; illa verba, *ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura,* intelligenda esse, durante vita ipsius Oratoris; ac idè ipso mortuo extinctam remanere facultatem, & indultum. Vnde ex his non adhæreo resolutioni affirmatiuæ alterius casus, quem in eodem loco ponit Pater Pellizzarius, nempe, quando filia matris habentis indultum faciendi celebrare in Oratorio priuato concedatur, vt etiam absente matre, ea possit cum sua familia ibi audire Missam; & quidem sub his verbis: *Tibi, vt quando dicta N. à domo prædicta absit (in qua scilicet existit Oratorium matri concessum) durante absentia huiusmodi Missam in dicto Oratorio in tua, ac familia tua presentia celebrari facere liberè, & licitè possis;* si mater iam sit mortua, puto quodd amplius non potest filia dicto indulto gaudere, & audire Missam in dicto Oratorio: quodd tamen Pellizzarius concedit. Et ratio est, quia priuilegium concessum à Pontifice, fuit concessum personæ Matris, licèt vt eius filia possit eo vti, à domo ipsa matre absente: Ergò etiam ipsa mortua, nego prorsus consequentiam. Et quidem, cum hoc priuilegium celebrandi in priuatis Oratorijs sit contra ius commune, strictè explicandum erit, vt testantur DD. quos citat, & sequitur Sanchez *de matr. lib. 8. disput. 1. num. 3.*

*An dicta Oratoria priuata gaudeant privilegio
immunitatis Ecclesie.*

RESOL. XVIII.

Afirmatiuè respondet Henriquez penes Trullench in *decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 9.* sed ipse meritò contrarium docet. Dico itaque, quòd Ecclesie immunitate gaudet Oratorium publicum auctoritate Episcopi constructum, & perpetuo cultui diuino dicatum; ita vt amplius in vsus prophanos transferri non possit; hoc enim censetur locus sacer, & religiosus. Secus autem de Oratorio, seu Capella, quod priuati habent in domibus suis, quæ priuata auctoritate sint constructæ, quamuis in eis Episcopus celebrandi facultatem dederit cum licentia Pontificis: quia hic locus non dicitur sacer, & religiosus, nec immutabiliter dicatus cultui diuino. Ità tenet etiam Sanchez in *Opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2.* & Barbosa de iure Ecclesie lib. 2. cap. 3. num. 68. vbi testatur ità declarasse sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, die 17. Iunii 1617. quod ego etiam alibi adnotauì, & notat Lezzana in *summa. tom. 3. verb. Immunitas, num. 4.* Vide etiam Emmanuellem Themudo in decisionibus Archiepiscopi. Vlisip. tom. 1. decis. 45. num. 29.

Verum supradicta non procedunt in Oratoriis priuatis religiosorum, (de quibus infra?) quia dicta Oratoria, cum potius publica sint in ordine ad religionem, licet priuata exclusione extraneorum Immunitate gaudent; si non ratione sui, saltem ratione claustrum, aut Grangiarum, quæ tali Immunitate gaudent, vt ex privilegio concessio Ordini Cisterciensium refert Rodriguez tom. 2. quest. 75. artic. 2. Et ità hæc sententiam tenet Bordonus in *consil. reg. tom. 2. resolut. 90. num. 6.*

*An priuilegiatus audire Missam in Oratorio priuato
domus sue, teneatur in diebus festiuis? si,
u. g. non possit adire Ecclesiam,
& sit carceratus, vel
ægroatus.*

RESOL. XIX.

Afirmatiua sententia probatur ex Cenedo in *questiun-
nula Can. quest. 44.* & aliis penes ipsum asserentibus quòd habens priuilegium, vel gratiam audiendi diuina officia, vel saltem Missam tempore interdicti, nisi interdictus sit ipse, vel dederit causam interdicto, non audiens Missam in diebus festiuis Ecclesie, peccat mortaliter, modò possit sine minima difficultate eam audire, *argumens. text. in l. Continens. 137. §. illud ff. de verb. obligat.* Et ratio est, quia iste priuilegiatus potest audire Missam: ergo tenetur. Secundò, quia respectu huius iam non est interdictum, ergò tenetur, sicut antequàm poneretur interdictum. Tertiò, si detentò in carcere concedatur licentia, vt eat ad audiendam Missam, tenetur audire: ergo etiam in nostro casu. Quæ rationes si rectè perpendantur, probant ad casum propòsitum, priuilegiatum teneri audire Missam in Oratorio priuato, si est carceratus, vel ægroatus, & non potest adire Ecclesiam.

Ex quidem in hac materia supponendum est duo ista esse videlicet diuersa, videlicet vsum priuilegij cadere sub præcepto, & vi ipsius priuilegij, & aliud, vsum priuilegij cadere sub præcepto non ex vi ipsius priuilegij, sed ex vi alioquin legis, seu præcepti extrinseci. De primo, aio, regulariter loquendo, vsum priuilegij non esse de præcepto; proinde nomen teneri suo vti priuilegio. Dixi, regulariter: nam aliquando ipsum tenet priuilegium obligat priuilegiatum ad vsum, vt est, verbi gratia, priuilegium fori, & Canonis, quod habent Ecclesiastici; nequit enim Clericus renun-

ciare priuilegio fori, & conueniri coram iudice laico, etiam, in propriis causis quando ipse est conuentus, neque renun-
ciare priuilegio Canonis, consentiendo vt alius iniuriosè ipsum percutiat, & sic in multis aliis priuilegiis, quæ primò, & per se Communitatem, aut statum priuilegiati respiciunt: at in priuilegiis particulari personæ concessis nulla est difficultas, quia priuilegiatus potest non vti suo priuilegio. Si verò sermo sit de secundo, tunc dico, posse priuilegiatum obligari ad vtendum suo priuilegio, si ab extrinsecò vsus illius priuilegij etiam particularis sit præceptus, quod exemplificari poterit in multis casibus: verbi gratia, habeat quis priuilegium non soluendi decimas, aut tributa, &c. & habeat pariter onera satisfaciendi variis creditoribus, si ponamus, quòd soluendo decimas, aut tributa fiat impotens ex toto, aut ex notabili parte ad satisfaciendum, certum est vi iustitiæ teneri ad vsum illius priuilegij tanquam ad medium hic, & nunc necessarium, & facile ad iustitiam seruandam, & tunc vsus priuilegij erit sub præcepto, non ex vi priuilegij, sed ex vi iustitiæ obligantis debitorem ad soluendum quod debet, & ad ponenda media necessaria ad solutionem, si dependeant à voluntate ipsius debitoris, & facile possint adhiberi. Ergo.

Sed his non obstantibus, negatiuam sententiam tenent plures Doctores, quos alibi adduxi. Et ideò illam nouissimè in terminis casus nostri tenet Pater Escobar in *Theolog. Moral. tractat. 1. exam. 11. cap. 11. num. 97.* vbi sic ait: Habet quis priuilegium, vt in Oratorio domus sue possit Missam audire: teneritne illam ibi audire, quando est infirmus, vel alia de causa exire non potest? Ex Suario negatiuè respondeo, vt de priuilegio tempore interdicti asserui: ne scilicet ex priuilegio grauari ille videatur. Ita ille: cui adde Merollam, tom. 3. dispus. 6. cap. 6. cap. 8. dub. 22. num. 132. & me citato, Pater Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. num. 154.* Tum quia, ait ipse, nemo tenetur sumere Bullam Cruciatæ, vt tempore interdicti Missam audire possit: tum quia multi, & graues Doctores sentiunt, habentem dictam Bullam, non teneri tempore interdicti audire Missam: tum quia nemo obligatur vti priuilegio suo; alioquin gratia fieret onerosa, & libera facultas in obligationem verteretur: tum quia, esto demus habentem priuilegium audiendi Missam tempore interdicti teneri illam audire; non ideò sequitur ad hoc idem teneri illum, qui habet indultum Oratorij priuati: siquidem celebrare in Oratorio priuato est de se odiosum, ac derogatorium iuris communis: in casu verò interdicti, si tollatur impedimentum, nulla petitur dispensatio in iure communi, ad hoc vt possit celebrari, sicque in his duobus casibus interuenit magna disparitas: ideòque non est eodem modo philosophandum de vtroque, cum à diuersis non fiat illatio. Itaque ex his apparet vtramque sententiam esse probabilem, & negatiuam talem esse etiam aduersarij fatentur, vt Cenedus, Pater Bar-
di, & alij.

Dico igitur in casu nostro priuilegiatum non teneri audire Missam. Ratio est, quia dicere Missam in priuatis domibus, & Oratoriis approbatis, de se est odiosum, & non tam decens ad reuerentiam debitam huic sacrificio, & præter generales Canones Ecclesie, sicque nulla est obligatio vtendi tali priuilegio ad satisfaciendum præcepto de audienda Missa, quia nimirum hoc non est tanti momenti, quale esse potest, vt sacrificium in priuatis locis sine vrgenti causa non fiat: cum longè melius sit Missam non audire, etiam si dies festus sit, quàm eam celebrare in domo, maxime si crebrò fiat, & sine rationabili causa, præsertim cum quis ob alias causas non adeò graues ab hoc præcepto deobligetur. Quo in casu, etiam cessante impedimento excusatur ab hoc præcepto ob reuerentiam Sacramenti. Nec est eadem ratio in hoc casu, quæ est in casu interdicti: nam in casu interdicti, sublato impedimento, nulla fit dispensatio in iure communi: nam Missa dicitur, & celebratur, vt debet, & solet: at in hoc casu, sublato impedimento, non celebra-
tur

in Missa, vt regulariter, & ordinariè celebratur, quia extra Ecclesiam dicitur, & in hoc casu veriùs habet locum illud *Axioma*: *Nemo cogitur vti suo priuilegio*: quia hoc priuilegium non auferit violentiam, nec vim remanendi domi, sed tantùm vt possit vti suo priuilegio, quod est posse facere domi celebrare, ad quod non tenetur. Vide omnino Ledesman in *summa*, tom. 1. de sacrament. *Eucharist. cap. 27. conclus. 16.* qui asserit nostram sententiam negatiuam esse probabilioerem. Et illam præter Doctores citatos tenet Homobonus in *respons. cas. conscient. vol. 1. respons. 41.*

An si quis v. g. fornicaretur in Oratorio priuato, committeret sacrilegium?

R E S O L. X X.

Negatiuè respondeo cum Bordonio in *consiliis reg. tom. 2. ref. 90. num. 7.* vbi sic ait: luxurians in hoc Oratorio sacrilegiu non committit, nisi sit locus consecratus, vel benedictus. Ratio desumitur ex etymologia ipsius nominis, à quo tenet argumentum, quia nulla res sacra læditur. Ita ille cui adde Sanchez de *matrim. lib. 9. disput. 15. num. 39.* vnde talis circumstantia non est in confessione aperienda, vt tradit Pellizzarius in *man. reg. tom. 2. tract. 5. cap. 3. sect. 1. cum. 44.* & me citato Leandrus de *sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 8. §. 4. quest. 25.* cum Barbosa de *iure Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 16.*

An si Oratorium priuata domus habeat ingressum publicum, possit Episcopus dare licentiam, vt ibi celebretur?

R E S O L. X X I.

Respondeo, quòd Oratoria quæ penitus seiuncta sunt à domibus priuatorum ciuium, & ad quæ non patet ingressus per eandem domos, sed potius per viam publicam, & communem, concurrentibus cæteris requisitis, non comprehenduntur in prædicto decreto Concil. Trident. *sess. 22. de obseruandis, & euisan. in celebr. Missar.* sed arbitrio Ordinarij poterunt declarari habilia, & apta ad diuina in ipsis celebranda absque speciali Sedis Apostolicæ facultate, prout aliàs censuerunt consulti Patres doctissimi Naldo referente in *summa, verb. Missa, num. 31.* Et hanc sententiam tenet etiam Homobonus *tract. de modo addiscendi, & docendi Theologiam moralem, sect. 2. quest. 12.* Leone de *cons. Recollect. 6. num. 853.* Lezana in *summa, tom. 4. verb. Oratoria. num. 3.* Vnde Quintanadu. in *Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 33. num. 9.* sic asserit: Episcopi, seu Ordinarij possunt dare licentiam, vt si Oratorium priuata domus habeat ingressum publicum, seu omnibus patentem, celebretur in ipso. Tridentinum etiam *sess. 22.* & Paulus V. in decreto anni 1615. celebrationem tantùm in priuatis Oratoriis prohibent: hoc autem est commune, publicum, autoritate Episcopi erectum, & approbatum. Ita ille. Imò noster Pasqualigus *decis. 173.* addit, in hoc Oratorio celebrari posse ianuis clausis, ita vt accedant tantùm domini, & quos ipsi voluerint: quia non præcipitur, quòd publicè celebretur, sed quòd in Ecclesia, seu Oratorio publico.

An qui habet indultum Oratorij priuati in domo, possit illud erigere etiam in villa, vt quando est ibi, audiat Missam?

R E S O L. X X I I.

De Episcopo affirmatiuè respondet Pater Auerfa de *sacrament. Eucharist. quest. 11. sect. 14. §. 5.* vbi sic ait: Po-

terant, & solebant Episcopi, etiam post decretum Concilij concedere sæcularibus, vt in priuatis suis Aedibus aptarent Oratorium peculiariè ad hunc sacrum vsum, & ab aliis domesticis vsibus liberum, in eoque Missa celebrari posset. Quia Concilium indicebat Episcopis, ne celebrari permitterent extra Oratoria ab ipsis ad hunc sacrum vsum designata. Sed non prohibebat, quominùs etiam in priuatis domibus designarent talia Oratoria, in quibus celebrari possit. At iam ab anno 1615. Paulus V. Summus Pontifex hanc facultatem abstulit Episcopis, & Sedi Apostolicæ reseruauit per literas ad eos omnes directas iussu Sanctissimi ab Horatio Cardinali Lancelloto, quas refert Gauantus in *rubr. Missali, part. 1. titul. 20.* Quibus tamen non est ablata facultas habendi tale Oratorium ad celebrandum in proprio palatio ipsius Episcopi, vel etiam in domo rurali; quia non censetur domus priuata. Ita ille: & ante illum Portel. in *respons. Regul. tom. 1. part. 3. casu 20. num. 6.*

Sed difficultas est de sæcularibus, qui ex licentia particulari habent indultum audiendi Missam in Oratorio domus suæ. Et affirmatiuè videtur prima facie respondendum, si dicta Oratoria designentur, & approbentur ab Episcopo loci; quia licet Breue Pontificis asserat, vt in *priuato domus tue Ciuitatis, verbi gratia, Florentia Oratorio, &c.* tamen qui habitat in villa, dicitur habitare moraliter in Ciuitate, & domus Ciuitatis, ac domus ruralis, sicut & Oratorium in domo Ciuitatis, & in domo rurali, licet materialiter sunt duæ domus, & duo Oratoria, tamen formaliter dici possunt vna domus, & vnum Oratorium, quia sunt eiusdem domini, & quando celebratur in vno, non celebratur in alio. Confirmatur exemplo Episcoporum: qui licet (vt supra diximus) non possunt habere nisi vnum Oratorium in eorum Palatiis; tamen conceditur eis, vt etiam habere possint in rure.

Sed ego olim de hoc casu interrogatus, (quem apud neminem pertractatum inueneram) negatiuè respondi, eo quòd Summus Pontifex nunquam per vnum Breue concedit facultatem, vt possit celebrari Missa in pluribus Oratoriis priuatis, sed in vno tantùm, vt constat ex stylo Romanæ Curia. omnibus noto: vt optimè obseruat Merolla in *Theol. moral. tom. 3. disput. 6. cap. 8. dub. 22. num. 128.* & idèd testatur, cum quædam Matchionissa Domina multorum Castrorum petiisset à Pontifice facultatem, vt posset facere coram se celebrare in Oratoriis priuatis suarum domorum existentium in dictis Castris, noluit Pontifex per vnum Breue id concedere: quare fuit necessarium tot Breuia expedire, quot erant Castra, seu Oratoria. Adde, quòd priuilegium celebrandi Missam in Oratoriis priuatis, maximè existentibus in domibus laicorum, est potius odiosum, quàm fauorabile; quia est minùs decens reuerentiæ debitæ huic sacrificio, vt bene inquit Suarez, *tom. 3. in 3. part. disput. 88. sect. 6.* ergo non est ampliandum, sed restringendum.

Nec obstat dicere, quòd hoc priuilegium est personale, & idèd sequitur personam: ergo in quocumque loco priuilegiatus potest eo vti: sicuti ego dixi, quòd si verbi gratia, quis ex Ciuitate Florentiæ iret ad habitandum Mediolani, posset virtute indulti concedentis Oratorium priuatum priuilegiato in Ciuitate Florentiæ, illo vti Mediolani; sic licitum erit in casu nostro priuilegium pro Ciuitate Florentiæ, quando priuilegiatus est, ruri illo vti, licet non sit Florentiæ. Respondeo esse disparem rationem inter vtrumque casum: nam in primo, quando quis desinit habitare Florentiæ, & proficiscitur Mediolanum ad habitandum, desinit habere Oratorium Florentiæ, sed tantùm habet Oratorium Mediolani: sed in secundo casu, de quo nunc est questio, quando dominus est in villa, non desinit habere Oratorium Florentiæ, & sic habet simul, & in eodem tempore duo Oratoria, in quibus potest vti priuilegio: quod est contra mentem Pontificis, vt supra diximus, & contra praxim Curia.

Ad confirmationem de Episcopis, qui possunt etiam præter

præter Oratorium Palatij, habere Oratorium in rure. Respondeo, esse disparem rationem inter casum, de quo loquimur, & casum Episcoporum, qui vbiunque existant, (vt infra videbimus) etiam extra Dioccesim possunt habere Oratoria, celebrando, vel audiendo Sacrum cum Altari portatili, ex cap. fin. de priuileg. in 6.

An vigore priuilegij Bullæ Cruciatæ possit quis habere Oratorium priuatum in sua domo, & in illo Missam audire, vel celebrare, extra tempus interdicti?

RESOL. XXIII.

IN Summ. Bullæ Cruciatæ Latina hæc habentur. [Conceditur, vt dicto anno durante possint in Ecclesiis, in quibus alias diuina Officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in priuato Oratorio ad diuinum cultum tantum deputato ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quominus amoueat, (& qui facultatem ad id à Commissario Generali habuerint, etiam per horam, antequam elucescat dies, & per horam post meridiem,) in sua, ac familiarum, & domesticorum, & consanguineorum suorum præsentia Missas, & alia diuina Officia per seipsos, si Presbyteri fuerint, celebrare, vel per alium celebrari facere, & tempore interdicti diuinis interesse. Eis tamen, qui priuato Oratorio ad præmissa vti voluerint, vt, quoties id fecerint, aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles, eorundemque contra eosdem victoria fundere teneantur, imponitur. Item, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschatis, recipere.]

Hoc supposito, pro inferius dicendis in proposita questione, affirmatiuam sententiam tenent Sotus in 4. dist. 13. quest. 2. art. 3. §. *Iam verò.* & Castrus Palauis tom. 4. tract. 5. dist. unica, punct. 6. n. 1. cuius verba hic per extensum apponam: sic enim ait: [In hac clausula conceditur facultas habendi Oratorium priuatum ad celebrandum, quocumque anni tempore, vt cum Henríquez, aliisque Neotericis notauit Ioan. de Salas in explic. Cruciat. qu. 19. Nam, esto, id in prædicta concessione non habeatur expresse, manifeste supponitur: tum, quia conceditur, vt in priuato Oratorio, tempore interdicti, celebretur. Ergo supponitur concessum aliis temporibus, vtpote quod minus est, ex reg. iur. in 6. *Cui conceditur, quod est plus; conceditur, quod est minus.* Tum ex illa dictione, *etiam*, quam addit Bulla Latina, quæ casum difficiliorem, & magis dubitabilem exprimit; supponit tamen faciliorem, & minus dubitabilem, qualis erat extra tempus interdicti, *argum. leg. Conuenticulæ. C. de Episc. & Cler. l. Etiam. C. Si tuiores, vel curatores. & Clem. Religiosus. de præscript. & Clem. unica de supplenda negligentia Prelatorum, Clem. Nolentia. de Heretic. & in eisdem Zabarella. Quod procedit etiam in materia stricta, & exorbitanti, vt tradit Menoc. de recup. possess. n. 56. Selua conf. 64. num. 10. Iure namque communi celebrari non potest alibi quam in locis consecratis, seu ab Episcopo benedictis, nisi fortè summa exegerit necessitas, ex text. in cap. *Sicut non alij. de consecr. dist. 1. cap. Missarum, cap. Hic ergo, & aliis eadem dist. & cap. Episcoporum. de priuileg. in 6.* vbi oppositum facientes ab ingressu Ecclesiæ interdicuntur: & ex Conc. Trid. sess. 22. decreto de obseru. & vit. in celebr. Miss. vbi excipitur Episcopi dispensatio. Bulla ergo concedit lumentum ipsam, vt possit habere priuatum Oratorium, & in eo Missas celebrare, vel celebrari facere, dummodo Oratorium sit diuino tantum cultui deputatum, & ab Ordinario designatum, iuxta formam in Tridentino præscriptam, & dum eo quis vitur, fundat preces pro vnione Christianorum Principum, & eorundem contra infideles victoria. Quod si roges, quid operatur hoc Bullæ*

Antonini Diana Pars I X.

priuilegium, si expectanda est Episcopi approbatio, visitatio, & designatio? Respondeo, multum operari. Primò, non esse opus licentiam, & facultatem Ordinarij, sed solum illius designationem, seu approbationem, etiam absque necessitate urgente, vt dicitur cap. *Sicut non alij. de consecr. dist. 21.* Secundò, vt non requiratur approbatio Ordinarij illius loci; sed cuiuscunque Ordinarij approbatio sufficiat, sicuti in Confessore electo docent plures, approbationem cuiuscunque Ordinarij, siue loci, siue penitentis, siue Confessarij, sufficere. Tertio, & præcipue operatur, vt Episcopus sit obligatus, & cogi possit approbationem concedere, si locus decens est, & diuino cultui deputatus; idque indicant illa verba, *ab Ordinario visitando, & designando.* Neque oportet Oratorium antea esse diuino cultui deputatum: sat est, per illam approbationem, & Episcopi designationem deputari: profana enim sacra fieri possunt. Quod si postmodum profanis vsibus deseruiat, noua deputatione Ordinarij indigebit.] Hucusque Palaus. Et hanc sententiam probabilem esse putat, & testatur docere plures Patres Societatis Iesu, Garcias in Summ. Theol. mor. tract. 3. diff. 8. dub. 2. punct. 3. num. 25. licet ipse negatiuæ sententiæ adhæreat. Itaque affirmatiuam ego profus reiciendam esse puto cum Ægidio Trullenchi in Bull. Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 5. num. 7. Nam, etsi verissimum sit, vt supra tetigimus, licere per Bullam celebrare, vel celebrari facere in Oratorio priuato ab Episcopo approbato; existimo tamen per illa verba Bullæ nullo modo concedi eam habenti, vt possit habere in domo sua Oratorium ad diuinum cultum, & ad Missam celebrandam. Ducor, quia Bulla indifferenter conceditur omnibus cuiuscunque conditionis, & status fuerint: ergo omnes sine delectu, etiam mediocris facultatis, & possibilitatis, & infimæ sortis vellent, & possent habere Oratoria priuata; quod cederet in vilipendium tam tremendi Sacrificij, & in maximum Parochialium Ecclesiarum damnum: quod nullo modo est de Summo Pontifice præsumendum: imò potius contrarium, vt constat ex prædicta declaratione Cardinalium iussu Pauli V. edita, qui propter reuerentiam tam tremendi Sacrificij, & abusum fidelium, nullum ferè discrimen (vt ibi habetur) inter Ecclesiam Dei, & hominum habitationem ponentium, omnes licentias ab Ordinariis in priuato Oratorio celebrandi concessas omnino abrogarunt. Igitur, si dicta licentia soli Pontifici reseruatur, & quæ antea erant concessæ, propter abusum, & irreuerentiam sunt derogatæ, & quæ de nouo conceduntur, cum tanta difficultate, & tantis conditionibus, & limitationibus conceduntur, præsumendum non est, intentionem Pontificis esse, eas tam facile, & sine delectu, & discretionem personarum concedere. Non ergo concedit Pontifex, vt habens Bullam possit habere Oratorium designatum, & visitatum ab Ordinario.

Merito itaque dixit Garcias *ubi sup. num. 26.* [Que por la Bula no se dà tal poder, ni se concede tal priuilegio, y que no pueden en virtud della vsar en orden à erigit el Oratorio, sino que la Bula, quando dize, que en el puedan celebrar, y oyr Missa, suppone, que està erigido con deuida autoridad, y con licencia del que puede darla, aora sea Papa, Nuncio, ò Obispo, que en esso no se pone la Bula. La razon potissima es, porque no es verisimil, que apretando tanto esto los Summos Pontifices, y atando las manos à los Obispos, y Nuncio de España, quiera abrir las para qualquier secular, que se le antojare hazer Oratorio en su casa. Y pregunto, si dà facultad à los seculares para esto, para que la niega à los Obispos, y à su Nuncio? de que ha de seruir prohibirles, que den tales licencias, si los que las piden, pueden tomarse la iusticia por sus manos? si el abuso, ò por lo menos la latitud de dar estas licencias en los Obispos, y Nuncio, ha ocasionado al Pontifice para reprimirlas, y aun quitarlas, como se puede entender, que pretende dar en la Bula este priuilegio à todos los, que la tomaren?] Ita ille. Nec

B talis

ralis opinio video; quod practiceretur in Hispania: nam omnes recurrunt ad Pontificem, vel ad Nuntium; & si per Bullam habetur priuilegium, quomodo dicitur hanc auctoritatem concedendi Oratoria habere Commissarium Cruciatæ? Quod etiam non esse admittendum, in seq. Resol. probauimus.

An saltem Commissarius Cruciatæ possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio priuato?

R E S O L. XXIV.

Videtur prima facie affirmatiuè respondendum ex his, quæ obseruat Egidius Trullench in Bull. Cruc. lib. 2. §. 5. dub. 3. n. 7. vbi sic ait: [Obiter nota, Alphonsum Perez in lib. trium grat. fol. 59. vbi agit de facultate Commissarij, ita habere: El Comissario general tiene facultad de dar licencia para dezir Missa en Oratorio particular, siendo primero visitado por el Ordinario, y en Altar portatil. Quæ quidem facultas non continetur saltem expressè in Bulla Latina. Attamen, si Commissarius generalis vtitur hac facultate, credendum est, id posse: nam, vt refert idem Alphonsus Perez vbi sup. pag. 60. credendum est Commissarij simplici assertioni, absque eo quod fidem faciat de literis suæ facultatis. Ita enim habet: Al Commissario general se le ha de creer diziendo, que tiene facultad para la concession que hiziere, sin inserir en ellas las letras de su comission, y facultad, y en todas las cosas, y casos de las dichas concessiones haze se su assercion, como si las letras de sus facultades fueran insertas de verbo ad verbum. Et ita hanc sententiam tenet Valerius in differentiis vtriusque fori, verb. Missa, differ. 2. vbi ait: Præfatas licentias celebrandi in priuatis Oratoriis concedi à Commissario Bullæ Cruciatæ ex speciali commissione Papæ.]

Sed ego puto, hanc facultatem nunquam extasse: quia non video illam in Hispania practicatam, & Hispani semper hanc facultatem petunt à Pontifice, vel à Nuntio, cui aliquando Pontifex non concedit, vel tollit. Et ideò Garcias in Sum. Theol. mor. tract. 3. diffic. 8. punct. 2. num. 15. sic ait: [Finalmente aora nouissime en este Enero de 1644. me ha referido el Reuerendissimo P. Iuan Velez, Predicador de su Magestad, y Obispo electo de Guadalajara de las Indias, que le dixo el Señor Nuntio el Cardenal Pancirolo en Madrid, que tenia vn Breue de su Santidad, en que le prohibia dar licencia para dezir Missa en Oratorios priuados en casas de los seculares; y assi oy yà està cerrada la puerta à esto de tal suerte, que solo el Papa puede.] Non est igitur admittenda dicta potestas in Commissario Cruciatæ. Et ita nostram sententiam tenet etiam Quintanadueñas in Theol. moral. tom. 1. tract. 7. sing. 33. num. 7. negans hanc facultatem Commissario post Breue Pauli V.

An in Oratorio priuato virtute Cruciatæ possit quis sumere Eucharistiam in die Paschatis, si illam prorsus sumpserit in Parochia ad satisfaciendum præcepto?

R E S O L. XXV.

Negatiuè respondet Trullench in Bull. Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 7. n. 8. quia hoc priuilegium est contra ius commune: nam solis Parochis, vel illorum Superioribus, & Pastoribus de iure communi competit sacræ Eucharistiæ ministratio, ideòque talia priuilegia strictè, & non amplè sunt interpretanda, dato aliquo, in quo operentur aliquid ius: at etiam si excipiat prima dies Paschæ, dantur quamplurimi dies, in quibus sufficientissimè per totum annum dicta priuilegia sortiuntur suum effectum: ergo restringen-

da sunt, & minimè amplianda. Nec obstat c. Omnis: nam ibi non exprimitur dies Paschæ; sed tantum præcipit, vt in Paschate Communio recipiatur eodem modo, quo præcepta erat in cap. Et si non frequentius & cap. Omnis homo. de consecrat. dist. 2. tempus autem Paschæ secundum communem, non solum primam diem, sed etiam octo ante, & post comprehendit.

Sed affirmatiuæ sententiæ ego alibi adhæsi, & me citato, cum multis aliis, idem docet nouissimè P. Bardi in Bull. Cruciatæ, part. 2. tract. 2. cap. 4. sect. 2. num. 12. [Probatur hæc sententia ex fine adæquato, quem habuit Pontifex ad excipiendam Paschalem Communionem: nam motus est ad limitationem hanc, vt fideles recognoscantur à proprio Parocho in receptione Eucharistiæ facienda ex præcepto tempore Paschæ: at, si ponamus aliquem iam hoc præceptum adimpleuisse communicando in Parochia, & à proprio Parocho; non tenebitur amplius pro eo anno communicare: ergo, si ex deuotione sacrum cibum sumat die Resurrectionis in alia Ecclesia, aut in Oratorio, & non in Parochia, non videbitur contra aliquod præceptum agere.]

Sed contra hanc sententiam nullum aliud sit argumentum nisi à pari priuilegio, nempe, ab illo, quod Regularibus concessum est, in quo cum excipiat etiam dies Paschæ, & plures Doctores explicent exceptionem illam pro ipso die materiali Paschæ, & impugnent contrarios diuersis adductis argumentis: eodem modo arguunt contra nostram opinionem, in qua exponimus, limitationem hanc esse intelligendam de Communionem Paschali formaliter, & non materialiter sumpta, videlicet, de illa tantum, quæ est sub præcepto ecclesiastico: obici igitur potest in hunc modum: Priuilegium istud est contra ius commune; quia derogat iurisdictioni, quam habent Parochi in suas oues, proinde strictè est explicandum: igitur dies Paschæ materialiter est intelligendus, nempe, pro ipso die Resurrectionis. Respondeo, quamuis, vt ego cenfeo, priuilegium istud sit odiosum, atque aded strictè explicandum; tamen non sequitur id, quod aduersarij intendunt, scilicet, sermonem esse de primo die Paschæ: si enim Pontifex solum exciperet diem illum, sequeretur inconueniens, nempe, posse aliquem communicare in suo Oratorio pro adimplendo præcepto ecclesiastico, si Communionem faciat alio die intra spatium dierum ab Ecclesia concessum, & non in die Paschæ. Probatur sequela: nam iuxta interpretationem istam solus primus dies Paschalis excipitur, & nullus alius est exceptus: igitur cum nemo teneatur ad satisfaciendum huic præcepto Eucharistiam sumere die Resurrectionis Domini, poterit alio die in suo Oratorio præceptum seruare.] Hucusque P. Bardi, qui postea doctè, vt semper solet, respondet ad argumenta Trullench. Vide etiam Ludouicum de la Cruz in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 5. dub. 5. num. 2. vbi firmat, quod sensus clausulæ Bullæ, Præterquam in die Paschatis, intelligendus sit, quod licet possit habens Bullam recipere Sacramenta, quando placuerit, & vbi cumque placuerit; excipitur tamen dies Paschatis, in quo non datur facultas ad communicandum ea Communionem, qua implendum est Ecclesiæ præceptum; benè tamen alia, vt si iam impleisset prædictum præceptum, vel postea impleturus sit.

Ex his verò aliqui inferunt, virum nobilem, qui habet indultum à Pontifice de Oratorio priuato, posse virtute Cruciatæ audire Missam in illo, non obstante prohibitione dicti indulti: posse, inquam, audire Missam in die Paschatis, & sumere Eucharistiam à Sacerdote seculari, vel Regulari, dummodo illa Communio, non sit Communio Paschalis, id est, vt præceptum annualis Communionem adimpleat: nam Bulla prohibet in illa die Communionem formalem pro adimplendo præcepto, non materialem, de qua ipsi loquuntur. Imò Quintanadueñas in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. sing. 33. num. 4. sic ait: [Si ob iustam causam habens Oratorium non potest Ecclesiam adire, vt in Paschate Eucharistiam ad implendum præceptum

ceptum recipiat, petita à Parocho licentia, & iniuste negata, vt in eo adimpleat, si habet Bullam Cruciatam, potest adimplere: quia tunc in Oratorio eam recipiendi facultatem habet à Pontifice ex Cruciatâ, & sic à Nuntio non impeditur, ac alium de Parochia adire non valet intra terminum pro præcepto assignatum.] Ita Quintanaduénas. Sed his obstare videtur declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quam sæpius in hoc Tractatu citauimus, & ad verbum adduximus in fine Resolutionis sextæ. Adde, quod hæc omnia puto non esse in praxi deducenda, propter dissidia quæ cum Episcopis, & Parochis eius oriri possunt.

An designatio Oratorij priuati, virtute Bullæ tempore interdicti, possit fieri à quocunque Ordinario?

R E S O L. XXVI.

Nominatim contra me negatiuam sententiam tenet doctus, & indissolubili amicitia vinculo mihi coniunctus P. Franciscus Bardi in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. c. 2. sect. 2. n. 6. Probat hanc sententiam primò, ex cap. *Hic ergo. dist. 1. de consecr.* vbi statuitur, non esse licitum celebrare extra Ecclesiam consecratam, nisi in illis locis, in quibus Episcopus proprius iusserit: Episcopus autem proprius est Diocesanus, sine cuius licentia inutilis erit quæcunque alia alterius Diocesanus: & ferè idem dicitur in c. *Clericus. eodem tit. & cap. Quidam. 18. q. 2.* sic dicitur: *Placuit igitur, neminem aut adificare, aut construere Monasteria, aut Prætorij domum sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi, id est, sine eius consensu.* Rursus hoc ipsum docet Panormitanus in Rubric. de consecr. Eccles. num. 1. inquit: [In Oratoriis priuatis non celebretur sine licentia sui Episcopi.] Et hoc etiam significauit Ancharanus in c. *Auctorit. num. 2. de priu. in 6.* dum dicitur: *Pontifex concedit per hanc Bullam Sacrificium offerri posse tempore interdicti in Oratorio, quod debet visitari, & designari ab Ordinario: necesse est, vt intelligat de Ordinario illo, sine cuius licentia, vt statuunt sacri Canones, Missa extra Ecclesiam celebrari non potest, & hoc etiam modo conditio ista est interpretanda, dum in Breuibus pro personis particularibus conceditur facultas erigendi Oratorium in domo priuata, & praxis hoc ipsum ostendit: nam solus Ordinarius proprius pro executione Breuis Apostolici visitat, & designat locum. Præterea hanc sententiam docet Suarez in 3. part. 5. Thoma, tom. 3. disp. 81. sect. 3. post versic. *Secundò obseruandum.* vbi tradit vniuersalem doctrinam dicens, sed vnumquemque Episcopum spectare in propria Diocesi designare loca, in quibus vel Sacrificium offerre, vel Sacramenta ministrare liceat. Quam doctrinam etiam ponit Perlicus de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 6. dub. 3. num. 22. & idem asserunt Valquez in 3. part. tom. 3. disp. 233. num. 2. ex Angelo. Fagundez de Præcepto Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 7. in fine, & alij. Ratio pro hac conclusione iam tacta est: nam, cum visitatio, & designatio ista, sit actus iurisdictionis, & pertineat ad forum externum iudiciale, nequit ab Episcopo in non subditos, sed in proprios subditos exerceri.*

Verùm, licet hæc opinio sit probabilis, sententiam affirmatiuam, quam docui, non minùs esse probabilem existimo; & præter Trullench, & Ludouicum à Cruz, illam nouissimè tenet ex Societate Pater Quintanaduénas in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 2. 2. num. 1. in fine, & doctus Pater Hieronymus Garcias in Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 3. num. 24. vbi sic ait: [Quanto à lo primero, aduerto, que esto priuilegio de la Bula concede poder oyr Missa, y hazerla dezir en Oratorios priuados aprouados por el Ordinario; que para esta aprouacion no es necessario, que el Obispo Diocesano lo apruebe, sino que basta la aprouacion de qualquier Obispo, por-

Antonini Diana Pars IX.

que si para elegit Confessor, basta en opinion prouable, que lo este por qualquier Ordinario; à fortiori lo serà, que el Oratorio lo este por qualquier.] Ita ille, cui etiam adde ex Societate Castrum Palaum tom. 4. str. 25. disp. unica. punct. 6. n. 3. Vnde pro me, contra amicissimum Patrem Bardi, stant vsque adhuc quinque Doctores.

Verùm, cum in foro externo Episcopus loci possit dissidia excitare, melius esset ab illo designationem, & approbationem Oratorij exposcere. Nota tamen, quod licet, vt dixi, nostra sententia sit probabilis, tamen non procedit in designatione Oratorij priuati, quod viris nobilibus à Pontifice conceditur: nam in concessione, & Breui pontificio apponitur, vt talis designatio efficiatur ab Ordinario loci: & ita me citato tenet doctus, & amicissimus Pater Pellizzarius in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 142.

Qui intelligantur sub nomine domesticorum, vt possint in priuato Oratorio audire Missam tempore interdicti, vigore Bullæ Cruciatæ?

R E S O L. XXVII.

AD hoc dubium sic respondet Pater Bardi in Bull. Cruo. part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 1. num. 5. [Domestici nuncupantur familiares ipsi, si in eadem domo cum domino habitant: & ita appellantur, quasi domui astantes. Ad rationem verò domestici non sufficit, sola habitatio, veluti materialis in eadem domo; sed vterius requiritur, vt ipsi habitantes alterutra subiectione ex enumeratis sint affecti, nempe, vel subiectione seruitutis, vel subiectione patriæ potestatis: quod expressè docet Felinus cap. *In litteris. de testib. num. 1.* & Baldus, Archidiaconus, Ioannes Andreas, quos laudat & sequitur Sanchez in Opusc. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 22. ideòque optimè concludit Felinus ex sua, & aliorum sententia, per rationem domestici simpliciter acceptam importari quandam subiectionem: ex qua etiam infert, non omnes cohabitantes in eadem domo appellari domesticos; & hoc quia possunt omni subiectione carere ad dominum totius familiaris.]

Sed ego puto, quod etiam si aliquis stet extra domum domini, si eius expensis alatur, quod potest dici domesticus, & gaudere priuilegio Bullæ. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus tom. 4. tract. 25. disp. unica, punct. 6. n. 6. vbi sic ait: [Quartò, conceditur in suprascripto priuilegio, vt non solum ipsi; sed etiam eius familiares, & domestici, & consanguinei possint Missas audire, & diuinis interesse. Bulla tamen Hispana mentionem solum fecit familiarium, & consanguineorum, non domesticorum. Ex quo aliqui inferunt, verbum, *domestici*, potius restringere, quam ampliare, vt supponat solum pro familiaribus, qui domi commorantur, vt colligitur ex Nauarro, cap. 27. n. 181. Sed immeritò hæc sit restrictio, cum extra domum Domini habitent plures, qui sumptibus domini aluntur, quique verè familiares sunt, imò & domestici dici possunt, quia ad ipsam domum pertinent.]

Sed, si quætas hic obiter, an dominus possit audito Sacro, alteri interesse in gratiam famulorum, qui aberant; non caret difficultate propter Gloss. in c. licet. quæ id negat. Sed Auila de censur. p. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 7. §. *Notandum*, probabiliter reputat fieri posse: quia non astringitur dominus vnico Sacro assistere, sed pluribus adesse potest. Vide Palaum vbi supra, n. 7.

Nota tamen hic incidenter, quod Sacerdos priuilegiatus tempore interdicti, vigore Cruciatæ potest eligere laicum, vt inferuiat Sacro, si Sacerdos non inueniat ministrum habentem priuilegium assistendi diuinis tempore interdicti; non autem fieri posse, si ministrum priuilegiatum reperiat: & ita sentiunt Auila de censur. part. 5. disput. 4. sect. 2. dub. 7. Portell. in dubiis Regul. verb. *Interdictum*, n. 29. & alij.

B 2 Sed

Sed hæc opinio mihi non placet : nam, vt optimè docet Suarez de legibus, lib. 8. cap. 11. num. 7. posse inuenire ministrum priuilegiatum, esse quid accidentale, & ab eo non dependere utilitatem huius priuilegij, quod per se efficax esse debet, & efficaciam transfundere in socium priuilegiati; additque hanc non esse extensionem, sed iuridicam, & rigorosam interpretationem priuilegij: quia concedens priuilegium, intelligitur concedere ea omnia, quæ ad vsum illius sunt accessoria, & à voluntate ipsius concedentis dependent, vt colligitur ex cap. *Præterea, de Off. Iud. deleg. & ex Gloss. ibi*; concessio enim principali, conceditur & accessorium, vt ead. Gloss. notat *vers. Ex eo, quod*. hoc ipsum tenentur asserere Authores illi, qui hanc doctrinam admittunt, etiam in casu, quo accessorium non est simpliciter necessarium, sed solum decens: & ita affirmant de illo, qui habet priuilegium recitandi Matutinum diei sequentis paulò post meridiem, & vt adiuuetur in recitatione, assumit socium, in quo est eadem obligatio recitandi Horas canonicas; & tamen recitare Officium cum socio, non est simpliciter necessarium; sed solum est decens, & conforme Choro Ecclesiastico: igitur à fortiori hoc est concedendum in casu nostro, in quo Minister ad inseruendum Sacro est omninò necessarius.

Quinam intelligantur consanguinei, vt possint in Oratorio priuato cum priuilegiato virtute Cruciatæ audire Missam.

R E S O L. XXVIII.

Nomine consanguineorum, inquit Hentiq. lib. 7. de Indulg. c. 13. n. 2. intelligi vxorem, filios, patrem, & matrem: quia non videtur vltra primum gradum concessio extendenda. Et ratio est, non, quia vox ista nequeat ad alios ampliari, sed ex intentione Pontificis volentis coarctare nomen ad vxorem, quæ gaudere solet nobilitate & priuilegio viri, & ad cognatos in primo tantum gradu: sed Autho iste non se explicat, si per primum gradum intelligat illum, qui est in linea tantum recta, an etiam in laterali.

At mihi magis placet opinio Castri Palai tom. 4. rr. 25. disp. unica, punct. 6. num. 8. existimantis, comprehendi omnes cognatos, tam ascendentes, quam descendentes, & collaterales vsque ad quartum gradum: quia omnes hi consanguinei dicuntur. Vxorem verò comparatione mariti, & maritum comparatione vxoris, & omnes alios affines existimarem non comprehendi; quia verè consanguinei non sunt. Ita ille, qui citat, quoad hoc vltimum, Salas in Manuscriptis.

Sed Pater Bardi in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 3. n. 22. tenet, quòd etiam sub eo nomine comprehendantur coniuges: tum, quia Authores communiter ita sentiunt, vt Rodriquez, Auila, Henriquez, & alij: tum etiam, quia si agnatis conceditur participatio huius priuilegij ob connexionem, quam habet vxori, quæ est vna caro cum viro, inter quos potius est veluti quædam identitas, quam cognatio. Vnde ex his rectè dixit Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 27. claus. 4. num. 16. [Mas en esta concession se concede, que puedan hazer celebrat en presencia de todos sus familiares, y parientes, lo qual es mucho que amolo. Por familiares se entienden la gente de casa, que comen a costa del señor, aunque alguna vez esten fuera para negocios: mas no la criada, ò escudero, que estan assalariados para acompañar la señora, quando sale de casa à las fiestas: porque ellos no son familiares en rigor: y assi quando ella oye Missa en su Oratorio, no podian oyr Missa con ella.] Sic ille.

Notat etiam Bardi, quòd non opus est consanguineos priuilegiati morari in eadem domo cum ipso, ad hoc vt priuilegium istud participant, seu, quod idem est, non est necesse, vt sint domestici, aut illius familiares, sed suf-

ficere titulum consanguinitatis, qui in Bulla apponitur, vt contradistinctum à reliquis, neque est vllum vestigium in ipsamet Bulla, per quod colligamus requiri cohabitationem istam. Quòd autem prædicti possint, absente domino priuilegiato, audire Missam in priuato Oratorio, diximus affirmariùe *suprà*, & verba Castri Palai adduximus, licèt Villalobos *ubi supra*, contrarium asserat, qui pro se citat Henriquez, & Rodriquez. Sed nostra sententia est satis probabilis.

An videntes Oratorio virtute Cruciatæ, teneantur fundere aliquas orationes: & an mentales, vel vocales?

R E S O L. XXIX.

AD hoc dubium sic respondet Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 27. claus. 4. num. 15. [Quanto à la segunda parte desta clausula que dize, que puedan en tiempo de entredicho oyr Missa, &c. se adierte, que concede, que puedan en este tiempo oyr Missa, y assistir à los officios dininos, con que no ayan dado causa al entredicho: y dize, que quando quisieren vsar del dicho Oratorio, rezen por la conseruacion de la vnion de los Principes Christianos, y vitoria contra infieles, lo qual es precepto conforme à la Bula de Latin, que dize: *Aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles, eorumque contra eosdem victoria fundere teneantur, imponitur*. Mas no obliga à pecado mortal, sino à venial, como adierte el Padre Fr. Manuel.] Ita ille. Cui adde Patrem Bardi, qui diligenter hoc dubium pertractat in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 5. §. 1. num. 40. & alios penes ipsum, qui optimè notat, ex contextu Bullæ non apparere hanc orationem debere esse vocalem, au mentalem: vnde firmat, quòd quocumque modo fiat ex his, erit iuxta Bullæ præscriptum: nam sub orationis nomine, vtraque venit. Sic docent in simili materia Authores loquentes de precibus, quæ fieri debent tempore Iubilæi ad lucrifandam Indulgentiam. Lauorius de Iubil. part. 1. cap. 18. Alphonsus de Leone eod. tract. quest. 10. sect. 2. & alij, quos ipse adduxit scribens de eadem re. At aliquando ex modo, quo iniungitur oratio, colligitur esse debere vocalem, vt si imponatur recitatio septem Psalmorum Pœnitentiæ, aut quinque *Pater*, & *Aue*; tunc iuxta consuetudinem Ecclesiæ, ista, aut similia vocaliter sunt recitanda: at talis impositio non habetur in hac Bulla, proinde qualitas orationis erit in arbitrio orantis.

De quantitate verò orationis, neque apparet determinatio in Bulla, proinde quælibet, quantumuis breuissima oratio, erit sufficiens ad hunc effectum. Probatum: quia, quoties opus aliquod indefinitè iniungitur, ad illud adimplendum satis erit quæcumque quantitas, dummodum in ea operis substantia saluetur. Sic docet Suar. in 3. part. tom. 4. disp. 5. 2. sect. 8. num. 5. loquendo de elemosyna, & oratione præscripta in Iubilæo: quamuis ibi in ordine ad acquirendam Indulgentiam, aliquam apponat limitationem ex parte causæ, licèt alij in materia de Iubilæo non sint contenti de quacumque minima oratione. Sed quidquid sit de Indulgentiis, in casu nostro non militat eadem ratio, proinde sufficit quæcumque minima oratio ad prædictum effectum.

Nota tamen hîc obiter, Patrem Lezanam non approbare id, quod ego docui, quòd, scilicet, visitans in domo sua Oratorium priuatum lucratur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ concessam visitantibus vnâ Ecclesiâ: nomine enim Ecclesiæ, quo vitur Bulla, non veniunt, nec venire possunt hæc priuata Oratoria, cum sine dote, aut licentia Episcopi fundentur, sine illa profanentur, nec gaudeant alijs priuilegijs Ecclesiæ. Ita Lezana in Summa, tom. 4. verb. *Oratoria*, n. 5. nominatim contra me. Sed nostram sententiam, præter Trullench, tenet nouissimè Pater Escobar

in Theolog. mor. tract. 1. Exam. 17. c. 4. n. 130. vbi sic ait: Visitatio denique Ecclesiarum ad Indulgentias Cruciatæ consequendas indicitur: quid, precor, Ecclesiæ nomine intelligendum est? Quoduis Sacellum Ordinarij erectum auctoritate. Ita ille.

Quid concedat privilegium Cruciatæ, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in priuato Oratorio.

RESOL. XXX.

AD hanc quæst. respondeo cum Castro Palao *tom. tract. 25. disp. unica, punct. 6. n. 10.* vbi sic ait: Quinto, habenti Bullam conceditur, vt celebret, vel celebrari faciat in sua, suorumque familiarium, domesticorum, & consanguineorum præsentia, (si facultatem obtinuerit à Commissario generali,) per horam, antequàm elucescat, vel per horam post meridiem. Nam, cum iure communi, & consuetudine recepta ante auroram, neque post meridiem celebrari possit, necessarium fuit hoc priuilegium, vt Missa ante auroram, & post meridiem per horam celebraretur. Quapropter virtute illius poterit Missa inchoari duabus horis cum dimidia ante Solis ortum, & prima hora post duodecimam in meridiem. Ita ille, cui adde Acostram *in Bull. Cruciat. q. 33.*

Sed Pater Bardi *in Bull. Cruciatæ, part. 3. tract. 4. c. 2. n. 4.* opponit aliquas difficultates circa supradictorum opinionem, videlicet, hanc anticipationem vnus horæ non esse accipiendam vltra totum tempus. de iure communi concessum, & in quo absque priuilegio potest celebrari: & hoc, quia videtur gratis id affirmari, cum ex verbis priuilegij non colligatur aliud, nisi præuentio vnus tantum horæ ante lucem, (& idem de hora post meridiem.) Et confirmari potest hæc opinio euertendo fundamentum, cui innituntur contrariæ sententiæ defensores: nam falsum est, priuilegium istud esse inutile, & nihil operari: quia cum dubitetur apud Doctores, an anticipatio temporis ante auroram sit per mediam horam, an verò plus, aut minus, Pontifex determinatè concedit, anticipari posse per horam, (& idem dico de hora post meridiem,) & sic tolluntur & dubitationes, & scrupuli, quibus celebrantes angustiari possunt. Rursus addo, quod etiam si diceremus, per priuilegium istud non concedi effectum realiter distinctum ab eo, quem concedit ius commune, non sequitur priuilegium esse inutile: quoniam, vt rectè animaduertit Suarez *de legib. lib. 8. q. 22. num. 3.* & Merolla *tom. 3. disp. mor. disp. 6. cap. 6. dub. 1. num. 3.* effectus priuilegij potest distingui ab effectu iuris communis, vel secundum rem, seu substantiam, vel tantum secundum modum, aut nouum titulum; quatenus nouo titulo idem effectus conceditur: & licet actu vtilitatem, & commodum minimè trahat; satis tamen est, vt trahat aptitudine, seu habitu, in quantum posito, quod ius commune contrarium postea decernat; nihilominus non obstante tali Decreto, effectus erit licitus vi priuilegij, & si priuilegium non extaret, effectus, stante dispositione contraria, esset illicitus: proinde semper verificabitur, de ratione priuilegij esse aliquid operari, siue quoad rem, siue quoad modum sit distinctum ab effectu iuris communis: & in hoc sensu explicandi sunt Authores citati pro prima sententia, & reliqui Canonistæ docentes, de ratione priuilegij esse aliquid in priuilegiato operari. Addo, neque esse omninò inusitatum concedi priuilegia solum ad sedandas conscientias, quando opinio non est omninò certa. Hæc omnia Pater Bardi: qui tamen postea, his non obstantibus, me etiam citato cum multis alijs, priorem sententiam tutam esse in praxi affirmat, docens, priuilegium Cruciatæ intelligendum, sicuti & aliud priuilegium, quod habent Regulares.

Antonini Diana Pars I X.

An quis in Oratorio priuato possit consequi Indulgentias concessas per Bullam Cruciatæ?

RESOL. XXXI.

Sententiam affirmatiuam, quam olim, tanquam probabilem, docui, aliqui impugnarunt, & præsertim quidam Theologus Societatis Iesu, sed immeritò. Vnde, me citato, illam tenet nouissimè Garcias *in Summa, tract. 3. difficul. 8. dub. 1. punct. 2. num. 21.* vbi sic ait: [Preguntará alguno, si visitando los Oratorios priuados, y rezando alli lo que manda la Bula de la Cruzada, ganará la Indulgencia plenaria, que se gana en las Iglesias, visitando cinco Altares, ò vno cinco vezes, quando en la Iglesia no ay mas que vno. Responden Villalobos *in exposit. Bullæ Cruciatæ, clausula 8. num. 4.* Trullench *cod. tract. lib. 1. §. 6. dub. 2. num. 2.* Ludouicus à Cruce *ibidem, disp. 1. cap. 8. dub. 13. num. 2.* Diana *part. 5. tract. 11. resol. 43.* que si: porque el Oratorio se comprehendiendo debaxo de nombre de la Iglesia, pues es esto fauor, y se ha de estender. Estos mismos Autores passan adelante, y preguntan, si es necessario hazer cinco mouimientos para ganar la Indulgencia, por no auer mas que vn Altar en el Oratorio, y auer de visitarse cinco Altares, ò vno cinco vezes: y responden con Rodriguez, que no es necessario entrar, y salir cinco vezes: pero que es necesario algun mouimiento, qual es acabada vna visitacion, inclinar el cuerpo, y cabeça algo para la otra, con cuya accion se distinguen suficientemente las cinco estaciones.] Ita ille: cui adde nouissimè, etiam me citato, Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. qu. 75.* & Machadum *tom. 1. lib. 3. part. 2. tract. 4. docum. 5. num. 4.* Verùm ait Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tract. 4. cap. 4. sect. 4. num. 31.* quicquid sit, an Oratorium priuatum, & domesticum, designatum ad Missas celebrandas hic veniat sub nomine Ecclesiæ, in præsentia sufficit venire sub nomine altaris: nam eo ipso, quod sit destinatum ad Sacrificia in eo facienda, nihil illi deest ad rationem Altaris propriè dicti.

An Regulares possint habere Oratoria in eorum Monasterijs: & an eorum priuilegia circa hoc sint à Concilio Tridentino reuocata?

RESOL. XXXII.

Respondeo affirmatiuè, ex priuilegijs, quæ afferunt Doctores communiter. Sed difficultas est, an sine reuocata à Concilio Tridentino? Et negatiuam sententiam ego olim docui; & me citato, tenet Auerfa *de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 14.* Sed audiamus Hieronymum Garciam *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 3. num. 39.* vbi me citato sic ait: [Estos priuilegios puestos estan reuocados por el Concilio Tridentino, y que no pueden vsar oy dellos los Regulares es mas prouable, y mas comun; sientenlo assi muchos Doctores, à los quales refieren, y siguen Nauarrus *in Sum. cap. 25. num. 82.* Suarez *disp. 81. sect. 3.* Reginaldus *lib. 29. num. 178.* Miranda *in Manual. tom. 1. q. 40. art. 9.* Becanus *c. 25. citato n. 2.* Fagundez *lib. 3. c. 17. num. 16.* Tamburinus *q. 6. n. 4.* Peirinus *tom. 1. suor. priuileg. Constit. Pyrrhi. §. 7. n. 27.* & Lezana *tom. 1. c. 21. n. 14.* y para mi es cierta esta conclusion. Lo vno, porque el Decreto del Concilio Tridentino concluye con estas palabras: *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & exemptionibus.* Lotto, porque Gregorio XIII. en la Bulla, que concedio à la Compania, para que pueda vsar de Altar portatil en las misiones, que es la 67. deste Pontifice, in 2. tom. *Bullary Cherbini,* entra con estas palabras: *Vsum Altaris viaticæ Societatis vestre, à felicis recordationis Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino vniuersè sublaturum, vobis eatenus restituumus,* &c. Nò pudo dezirlo mas claro. A la razon contraria respondo, que el permitir, ò nò permitir

B 3 tir

tirado los Obispos no puede variar la fuerça del precepto Pontificio, ni reuocar el Concilio; à lo mucho puede agrauar la pena de la transgressión, porque sin dependencia de la pena, que puede poner el Obispo, estan reuocandos; y los Authores de la contraria opinion lo van casi concediendo en los discursos, y distinciones, que hazen, y assi los priuilegios que han de valer, quanto à este punto de vsar Altar portatil, son los concedidos despues del Concilio. Y quando demos, que los antiguos estan reuocados, ai està vno de Gregorio XIII. à la Compañia, que comienza: *Decet Romanum Pontificem*, y es despues del Tridentino, en que concede, *Quod in Oratorijs, & Capellis, quæ ipsius Societatis Prouinciales per se in Domibus, Collegijs, & alijs locis, vbi aliqui Societatis residebunt, approbauerint, & ad diuinum domtaxat cultum deputauerint, Missæ, & alia diuina Officia celebrari possint*: de cuyo priuilegio gozan las demas Religiones por participacion, como lo afirman Suarez *sect. 3. iustitiam exceptione 4.* Rodriguez *tom. 1. q. 9. Regul. q. 43. art. 4.* Naldus *verb. Missæ, n. 32.* Fagund. *lib. 3. cap. 13. num. 17.* Reginald. *lib. 29. n. 178.* Peto que seria, si el Obispo Dicoesano contradixese en virtud del Tridentino, *sess. 22. responden nouissimè Lezana tom. 3. verb. Altare, num. 14.* Diana *part. 6. r. 8. resol. 39.* que aun es muy prouable, que podrian, porque el Concilio, quando les da poder à los Obispos, *ne permittant celebrare*; habla de la casas priuadas de los seculares, y no de las de los Religiosos. A mas de que ay vn famoso priuilegio de Pio I V. à los Canonigos Regulares S. Saluatoris Lateranensis, de quo lo referen Peyrinis, Peregrinus, & Diana, el qual deroga al Concilio.] Ita Garcias, cui etiam adde Lezanam in alio loco, nempe, *tom. 1. c. 21. n. 14.* sic asserens: [In Oratorijs etiam, quæ solent esse in Religiosorum Monasterijs, Claustris, Infirmarys, &c. videtur posse Religiosos celebrare Sacrificium Missæ, propter priuilegia adducta, quæ quoad hoc non videntur reuocata.] Hæc Lezana, qui *tom. 4. verb. Oratoria, num. 6.* optimè addit, quod in Oratorijs, quæ sunt in Domibus Religiosorum, priuilegia Societatis Iesu participantium, iuxta concessionem Gregorij III. si ea deputentur ad Missam celebrandam à Prouinciali, poterunt ibi Sacerdotes alij non Regulares celebrare. Idem etiam docet Suarez *tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 3.* Vide etiam Cardinalem Lugum *de Sacram. Euchur. disp. 20. n. 51.* & nouissimè me citato Basszum *in Flor. Theol. mor. verb. Missæ, 4. n. 1.*

Nota hinc obiter, supradicta Oratoria non indigere benedictione, neque postquam est constructum, vt in eis celebraretur, sed sufficere lapidem sacratum, super quem Christus sub speciebus panis, & vini sacrificatur. Quod probatur tum, quia in Rituali Pauli V. fit mentio solum de Ecclesijs, & Oratorijs publicis: ergo signum est, illa non indigere benedictionibus prædictis, aliter Rituale illis propriam, vel communem cum Ecclesijs, & Oratorijs publicis assignasset formam benedictionis, ne videretur mancus Author in assignandis ritibus. Tum, quia Oratoria polluta non egent reconciliacione; ea ratione, quia locus non polluitur, nisi prius fuerit consecratus, aut benedictus, secundum Suarez *tom. 3. disp. 81. sect. 4.* ex Emmanuele Sà *verb. Ecclesia, n. 13.* ex eisdem, & Conincho, Naldus *verb. Ecclesia, num. 27.* ergo signum est in dictis Oratorijs celebrari posse sine illis benedictionibus, si possunt in vsum sine illis deduci. Ex quibus colligitur alia ratio, cur possint fundari sine licentia Episcopi: quia idè illius licentia exigitur, vt primarium lapidem benedicat: ergo, si non est necessaria benedictio, neque licentia ad eam. Vide Ioan. Henriquez *in qq. pract. sect. 22. quest. 26.* Itaque, licet de iure communi Missa celebrari non possit, nisi in locis ab Episcopo consecratis, aut benedictis; ex cap. *Nullus, de consecrat. dist. 1.* non videretur tamen necessarium, quod loca, in quibus vi præsentis priuilegij dicimus posse celebrari, sint modo dicto benedicta. Ducor, quod Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 39.* ex Abbate, & alijs, docet, Oratoria, etsi nunquam benedicenda, aut consecranda, si tamen ad publica Officia diuina semel

ab Episcopo deputentur, locis sacris annumeranda esse, eò quod talis deputatio sit ad instar benedictionis. Possè autem in dictis Oratorijs Sacerdotes etiam seculares celebrare, docet Quintanadu. *loc. vbi infr. & Garcia vbi sup. num. 33.*

Et idè ad confirmationem supradictorum apponam verba Marchini *de Sacram. Ordinjs, tract. 3. p. 3. c. 9. num. 1.* sic asserentis: [Quæres, an Prælati Regulares possint in suis Domibus deputare priuata Oratoria, in quibus, absque alia Ordinarij, vel Summi Pontificis licentia, Missas facere possint, non solum omnes illius Ordinjs Religiosi, sed etiam Presbyteri seculares. Respondeo, id posse Generales, vel Prouinciales, etiam non requisita Episcopi licentia, dummodo Oratoria ad diuinum cultum tantum sint deputata. Sic Gregorius XIII. Societati Iesu per Breue, quod incipit: *Decet Romanum Pontificem*, quod refert in *Compendio priuilegiorum eiusdem, tit. Oratoria, & in nostris priuilegijs, sub tit. Missæ, §. 1.* quo priuilegio fruuntur alij Ordines Mendicantes, & non Mendicantes, per mutuam communicationem.] Ita ille: cui adde Azorium, *tom. 1. lib. 10. cap. 26. q. 9.* Fagund. *præcept. 1. lib. 3. c. 13. n. 17.* quicquid in contrarium dicat Bonacina *de Sacram. disp. 4. qu. ult. punct. 9. num. 10.* Vide etiam Pellizzarium *in Man. Regul. tom. 3. tract. 8. cap. 5. sect. 2. num. 65.* vbi ex priuilegio Gregor. XIII. Societati concessio obseruat, deputationem Oratorij necessarium faciendam esse à Prouinciali, & si in aliqua Religione non adsit Prouincialis, à Patre generali. Videant Regulares, si hoc obseruent.

An Regulares etiam in grangijs possint constituere Oratoria?

R E S O L. XXXIII.

Respondeo affirmatiuè cum Lezana *in Summ. tom. 1. c. 21. n. 15.* vbi sic ait: [In grangijs quoque Monasteriorum, seu in prædijs ipsorum, vtilitatis, & recreationis causa acquisitis, posse fieri Oratoria, in quibus diuina Officia celebrentur sine licentia Ordinarij, non obstante Concilio Tridentino, *sess. illa 22. iam citata*, eò quod Concilium solum loquatur de priuatis domibus, hæc autem prædia, seu grangia non sint tales, docent aliqui Authores, propter aliqua priuilegia Religionibus concessa Rodrig. *tom. 2. quest. Regul. q. 75. art. 1. & 2.* & Laur. de Peyr. *tom. 1. priuileg. Minim. in Constitut. Pyrrhi, n. 29.* Et licet aliqui hanc facultatem Regularibus concedant, non repugnante Episcopo; tamen Lezana (offert enim se non vocatus, quia illum ex corde diligo) *in Summa, tom. 3. verb. Altare, n. 14.* putat, etiam in casu, quo Episcopus repugnet, probabile esse, posse vti Regulares priuilegiatos hac facultate celebrandi Missam cum Altari portatili in grangijs, & prædijs suorum Monasteriorum. Ratio est, quia Concilium *loco relato* solum concedit Episcopis, ne permittant celebrare in priuatis domibus, aut omnino extra Ecclesiam. Hæc verò prædia, seu grangia, non sunt priuata domus priuatarum personarum, aut secularium; sed Monasteriorum, & Communitatum Religiosorum, nec sunt omnino extra Ecclesiam, quia sunt partes Ecclesiæ, & bona ipsius.] Ita ille: cui adde Rodriguez *in qq. Regul. tom. 2. q. 75. art. 1.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7. concl. 2.* & Leonem *de cens. recol. 6. n. 854.*

Notat tamen Ioan. Henriquez *in qq. pract. sect. 22. q. 26.* Quintanaduénas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. sing. 34. num. 5.* in dictis grangijs, & eorum Oratorijs, non solum posse celebrare Sacerdotes Regulares, sed etiam seculares. Bordonus verò *in consil. Regul. tom. 2. resol. 90. num. 9.* notat, quod Regulares non possunt in illis admittere ad Missam extraneos: quia instituta sunt tantum ad vsum Fratrum, & eorum Familia, & colonorum, vt colligitur ex cap. *Patensibus. 10. de priuil. cap. fin. de censib. & ex priuilegiorum tenore.* Nihilominus non cesset interdicta receptio

receptio vnius, vel alterius benefactoris, aut amici ad Missam audiendam, maximè cum nulli præiudicium offeratur. Ita ille: imò ex privilegio Alexandri V I. putat Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. n. 134.* sæculares posse liberè audire Missam in Capellis Regularium culticis.

Et tandem nota, id quod docet Garcias in *Summ. Theol. moral. tract. 3. diff. 7. dub. 2. pun. 3. n. 34.* vbi sic ait: [Aduetto à cerea los Oratorios de las granjas, que Alexandro V I. concedio à los Cistercienses, que puedan celebrar alli los Oficios, y administrar los Sacramentos de la Penitencia, y Eucaristia à los vasallos, familiares, y criados del Conuento, sin licentia del Ordinario: que se entienda por criados, y familiares, si solos los que viuen dentro las puertas del Conuento; ò otros tambien: esplicó Luys de S. Iuan. q. 8. art. 9. duda 2. Miranda tom. 1. q. 42. art. 1. & 2. resuelten, que tambien los que estan fuera en granjas, ò casas de Religion.] Hæc ille, & alij.

Verùm, an dicta Oratoria gaudeant immunitate, Garcias vbi supra ex Suarez, & Henriquez affirmatiuè respondet: sed putat, ad hoc vt gaudeant hoc priuilegio, debere esse benedicta. Sed Bordonus vbi sup. num. 6. non facit mentionem de tali benedictione: sic enim ait: [Quauis Oratoria priuatorum immunitate non gaudeant; Regularium tamen Oratoria, cum potius publica sint in ordine ad Religionem, licet priuata, exclusione extraneorum, immunitate gaudent, si non ratione sui, saltem ratione Claustrum, aut grangiarum, quæ tali immunitate gaudent, vt ex privilegio concessò Ordini Cisterciensium refert Rodr. tom. 2. quest. 75. artic. 2.] Ita Bordonus. Et quidem supradicta Oratoria, vt Oratoria Monasteriorum non indigent benedictione, & vt optimè obseruat Bordon. sup. num. 4. quando non fuerunt benedicta, licet polluta, non egent reconciliatione, eò quòd reconciliantur solùm loca consecrata, aut benedicta, ex c. fin. de consec. & quando indigent reconciliatione, à suis Prælati etiam localibus benedici possunt. Quod probatur à fortiori: nam hæc possunt fieri, quando eorum Ecclesiæ essent reconciliandæ.

Nota hic etiam, quòd stante consuetudine interpretante dicta priuilegia Summorum Pontificum, Prælati Regulares non solùm possunt approbare, & designare Oratoria in Monasteriis, & grangis; sed etiam in locis, in quibus recreationis causa proficiscuntur, vt in villis PP. Iesuitarum, & aliorum Religiosorum. Ita Pellizzar. in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 91.* qui etiam c. 5. sect. 2. num. 96. docet, Ordinarium non habere ius visitandi Oratoria Regularium ruri constructa, etiam si campanam habeant pendentem è turri.

An Regulares extra Oratoria Monasteriorum, & grangiarum possint etiam celebrare in aliis locis cum Altari portatili?

R E S O L. XXXIV.

Affirmatiuè respondeo ex cap. In his de priuileg. & aliis in bullis pontificiis concessis Regularibus. Sed difficultas est: an hodie sint reuocata per Concilium Tridentinum? Et affirmatiuè respondet Garcias in *Summa, tractat. 3. diff. 8. dub. 2. punct. 3. n. 29.* & addit, hoc solùm post Concilium concessum fuisse Missionariis, tam Iesuitis, quàm aliis Regularibus.

Sed dicta priuilegia non fuisse à Concilio Tridentino reuocata docent Portel in *dubijs Regul. verb. Altare, num. 1. Viallos tom. 1. tract. 8. difficultat. 33. num. 7* Rodriguez in *compend. qq. Regular. resol. 9. num. 4.* Ludouicus de San Iuan de *Sacram. Euchar. q. 12. art. 3. dub. 2. append. 1.* & alij penes Garciam vbi supra, quibus adde Cardinalem de Lugo, de *Sacram. Eucharist. disp. 20. sect. 2. num. 52.* Marchinum de *Sacram. Ordin. tract. 3. par. 3. cap. 9. num. 12.* asserentes, nunc quoque posse Regulares vti Altari portatili in quolibet

decenti loco, nisi ab Episcopis prohibeantur: & tunc solùm non posse, quando prohibentur: & licet aliqui sentiant, supradicta priuilegia fuisse à Concilio reuocata; tamen, vt obseruat Serra in *6. part. D. Thoma, qu. 83. ar. 3.* nonnullis Religionibus rursus concessa sunt, quibus gaudent aliæ, quibus concessa est à Pontifice communicatio in priuilegiis cum prædictis. Non est tamen recedendum à negatiua sententia, quam adduximus. Et huic sententiæ adhærendo, adducenda sunt aliqua priuilegia, quæ affert noster doctus, & amicissimus Pasqualigus *de res. 174. 176. 177. & 178.* cui ego addo Quintanadueñas in *Theol. moral. tom. 1. singular. 34. num. 7.* & Pellizzarium *tom. 2. tracta. 8. cap. 2. sect. 2. num. 96.* Et idè ex priuilegio Pij IV. concessò Canonicis Regularibus anno 1565. possunt Regulares communicatione gaudentes erigere Altaria in locis, seu cellis, vbi decumbunt infirmi, vt possint è lecto audire Missam, & Eucharistiam recipere: nec necessum est, vt infirmitas sit magni momenti, sed sufficit, vt infirmus exire à cubiculo non valeat. Tunc autem Superiorem localem Altare approbaturum sentio, siue ex propria authoritate, siue ex ratihabitione, aut commissione præsumpta Prouincialis. Deinde Regulares infirmi extra Claustra degentes possunt facere celebrare in suis cubiculis: secus si sæculares ægotarent in Monasterio: quia, inquit, hoc est priuilegium personale, non locale. Sed existimo, quòd tunc in horum etiam cubiculis possent Superiores Altare ad celebrandum erigere in suo Monasterio. Adde etiam, quòd Moniales sub Regularium regimine viuentes, possunt frui, & vti hoc priuilegio, si Regulares, quibus subiiciuntur, eo gaudeant, vel in eo communicent cum aliis Religionibus: quia prædictæ Moniales participant priuilegia concessa Regularibus, necnon priuilegium communicationis, quatenus capaces sunt, cum sint veluti quid accessorium Regularibus, & pars eiusdem Ordinis. Ita Quintanadueñas, & Pasqualigus.

Sed ego in istis priuilegiis admiros liberalitatem Sedis Apostolicæ erga seruitia præstita à Regularibus; & admiros modestiam Regularium, qui parè & rarissimè illis vtuntur: quod meritò ita faciendum esse puto. Sed, vt verum fatear, non possum acquiescere, vt hodie Regulares possint vti illo priuilegio, quod affert Pater Pasqualigus, nempe, quòd etiam si extarent infirmi extra Claustra in domo sæcularium, possint facere celebrare in suis cubiculis: non, inquam, hoc admitto: sed contrarium teneo cum Magistro Patre Lezana in *Summa, tom. 3. verb. Altare, n. 15. & 16.* vbi sic ait: [Probabiliter affirmari posse videtur, sicque aliquando in Hispania practicari vidi, de cameris particularibus aliquorum Religiosorum, casu aliquo extraordinario, quo, videlicet, propter infirmitatem è camera exire non possint ad audiendam Missam, & dies solemnis fuerit, vel propter sacram Communionem recipiendam: quòd, scilicet, tunc possunt in propriis cameris honestis, ac decentibus celebrari facere in Altari portatili. Ratio est: quia camera Religiosorum regulariter sunt loca decentia, & honesta, ac per consequens in eis poterunt prædicti Regulares priuilegiati vti dicto priuilegio, non solùm permittente, aut non contradicente Episcopo, propter dicta; sed etiam casu dato, quòd ipse contradicat, cum prædictæ camera non sint priuatæ domus; sed ad Ecclesiam pertinentes, nec omninò extra Ecclesiam, ac proinde non comprehensæ in Decreto Concilij Tridentini. Pro hoc etiam extat notabile priuilegium Pij V. pro Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranensis, quod refert Peirinis *tom. 1. priuilegior. Minim. in Constit. Pyrrhi, num. 34.* ex Peregrino in *Compend. priuileg. Congregationis Regularium. titul. Infirmit, §. 2.* Est autem magnum hoc priuilegium: nam concessum dicitur 18. Maij, 1565. post Concilium Trident. & cum derogatione ipsius. Aliud etiam priuilegium pro Fratribus Hieronymianis in Hispania refert Portell. in *dubijs Regular.*

Regular. verb. Altare, n. 3. quod non vidi, nec scio, an sit solum viuz vocis oraculum, ac per consequens hoc tempore reuocatum. Nullatenus tamen id credo esse permissum in cameris sæcularium, non solum quia ipsæ sunt priuatæ domus, & omnino extra Ecclesiam, de quibus loquitur Concilium; sed etiam, quia hoc est contra voluntatem Episcoporum, qui merito, & rationabiliter id non permittunt; præsertim, propter declarationem Sacræ Congregationis, quàm refert Naldus *verb. Missa, num. 31. & 32.* ubi decernitur, licentias celebrandi in priuatis Oratoriis non nisi à Sede Apostolica esse concedendas, nec ab Episcopis posse concedi.] Ita Lezana. Dissentior igitur à Patre Pasqualigo in ordine ad dictam priuilegium, quod quidem puto neque esse in vsu. Et idem dixit Garcias *ubi supra, num. 33.* [Añade Pasqualigo, que si vn Religioso se halla enfermo fuera del Conuento, que puede hazerse dezir Missa en su aposento, si es lugar decente para oyrla de algun Clerigo, ò Religioso, porque este es priuilegio personal, & sequitur personam, però no entiendo ay vso dello.] Ita ille, & ego. Vnde abstineant Regulares à tali priuilegio. Nota etiam hinc obiter cum Barbosa *de iure eccl. lib. 1. cap. 44. num. 64.* & Lezana *in Summa, tom. 4. verb. Moniales, num. 31.* Sacram Congregationem sub die 22. Augusti, 1605. declarasse, ne in Monialium infirmaria Sacrificium Missæ celebrari permittatur.

Sed hinc obstantibus, an quondam virtute priuilegij Gregorij XIII. Prouinciales Societas Iesu approbant Oratoria intra; & extra domos suas pro Religiosis subditis, debeat hoc facere per se, vel per alios? Debet fieri per ipsos Prouinciales putat Pellizzarius *tom. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. num. 91.* cum in concessione posita sit *clausula, per se,* quod, scilicet, ij per se ipsos volunt, non per alios. Verum negatiuæ sententiæ adhæret Quintanadueñas *tom. 1. tractat. 7. singul. 34. num. 4.* ubi ita asserit: Notandum, hanc approbationem Ordinarij loci sufficere, vt Oratoria in Conuentibus, aut in prædijs erecta visitentur, & approbentur à Prouinciali. Suaris *tom. 3. in 3. part. disput. 81. sect. 3.* Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 27. num. 2.* & constat ex Bulla Gregorij XII. Societati concessa anno 1575. quæ incipit: *Decet Romanum, &c.* ibi: *Postremo considerantes, quanta Societati huiusmodi cura sit perfectio diuini cultus, quanquam etiam sapere, remotis in locis Collegia, & Residentias habeat, volumus, vt in Oratorijs, & Capellis, qua ipsius Societatis Prouinciales per se in Domibus, Collegijs, & alijs locis, ubi aliqui Societatis residebunt approbauerint, & ad diuinum duntaxat cultum deputauerint, Missæ, & alia diuina Officia, alterius licentia de super minimè requisita, celebrari possint.*] Ita ille. Mihi verò magis placet opinio Pellizzarij.

Ex his sequitur, supradicta Oratoria Regularium, & sæcularium differre, & concordare in multis. Differunt, quia Priuilegium Oratoriorum Regularium est locale; sæcularium est personale. Oratoria Regularium non egent Episcopi designatione, & approbatione, sæcularium egent. In Oratorijs Regularium plures Missæ dici possunt; in sæcularium, vna. Omnes interessentes Missæ in Oratorijs Regularium satisfaciunt præcepto; in Oratorijs sæcularium minimè, sed sola familia domini. Oratoria Regularium gaudent immunitate, quod non admittitur in Oratorijs sæcularium, &c. Concordant, quia non egent benedictione; & si plulluantur, non egent reconciliatione, &c.

An Oratoria Palatij alicuius Ciuitatis, in quo Senatores negotia tractant, & iustitiam administrant, censentur sublata per Bullam Pauli V.

R E S O L. XXXV.

PRO negatiua sententia dici potest, quod dictum Decretum Pauli V. abstulit Oratoria domorum priuatarum, vt obseruat Portel *in resp. Regul. tom. 1. par. 3. casu 20.*

*n. 4. Marchinus de Sacram. Ordinis, tr. 3. part. 3. c. 9. n. 11. Beia part. 4. casu 33. Lezana in Summa, tom. 1. c. 21. n. 14. Garcias in Summa Theol. mor. tr. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 2. n. 19. Carolus à Basilica Petri in c. Missarum. de consecrat. dist. 1. cum alijs: & idem asserunt, quod in dicto Decreto non fuerunt comprehensa Oratoria existentia in Palatijs Episcoporum. Ergo dicendum videtur, Decretum Pauli V. non comprehendere supradicta Palatia Magnatum ciuitatum, quia non veniunt sub nomine domorum priuatarum; sed sunt domus publicæ Communitatum. Adde, quod Pontifex voluit tollere abusus, vt patet ex eius verbis, & obseruat Pasqualigus *decis. 171. n. 3.* & alij. Sed in casu, de quo loquimur, abusus non possunt de facili euenire, cum in dictis Oratorijs celebraretur cum magna pompa, ornatu, & decentia: ergo. Deinde Paulus V. tollit omnia Oratoria priuata, quæ post Concilium Tridentinum in dies erecta fuerunt autoritate, & facultate (vt patet ex contextu litteræ) Episcoporum: sed in aliquibus Oratorijs Palatiorum, de quibus loquimur, celebratur ex consuetudine immemorabili, etiam ante Concilium Tridentinum: ergo non includuntur in dicto Decreto Pauli V. cum de tali consuetudine nulla efficiatur mentio; & ad tollendam consuetudinem immemorabilem, opus est de illa specificam mentionem facere.*

Sed, his non obstantibus, nouissimè cum Archiepiscopus Calaritanus peteret à Sacra Congregatione Concilij decisionem huius dubij, An sub prohibitione Decreti Pauli V. super Oratorijs priuatis comprehendatur Capella existens in Aula publica Palatij ciuitatis, ita vt Magistratus teneatur à Sede Apostolica licentiam impetere? Sacra Congregatio die 14. Nouembrijs, 1648. respondit comprehendendi sub prohibitione Decreti. Vnde patet responsio ad titulum nostræ quæstionis, nempe, supradicta Oratoria esse sublata à Paulo V. Et quidem, vt obseruat Ioannes Valerus *in differ. viriusque fori, verb. Missa, differ. 2. §. 2.* hodie facultas habendi Oratoria, non solum fuit sublata quoad priuatos, sed etiam quoad quoscunque Principes: qui etiam Valerus obseruat, fuisse sublata quancunque consuetudinem immemorabilem celebrandi in Oratorijs: quod est valde notandum.

Nota etiam hinc obiter, dictum Archiepiscopum petiisse decisionem alterius dubij, videlicet, An sub eadem prohibitione comprehendatur Capella carcerum publicorum, & petenda sit eadem licentia à Sede Apostolica, vel sufficiat licentia Ordinarij, si huiusmodi Capella sit in loco decenti ornata. Et Sacra Congregatio eadem die respondit, non comprehendendi Capellam carcerum publicorum.

Et tandem idem Archiepiscopus petiit à Sacra Congregatione aliud dubium, scilicet, An quatenus dictæ Capellæ sub Decreto S. Concilij, necnon Decreto Pauli V. & litterarum prohibitione comprehendantur, & Bullæ Cruciatæ suffragatur, liceat Episcopo contra Sacerdotes, tam sæculares, quàm Regulares, in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum procedere; & quibus pœnis punire? Sacra Congregatio sub eadem die respondit, licere Archiepiscopo contra Sacerdotes, tam sæculares, quàm Regulares, in eisdem Capellis celebrare volentes post edictum Episcopi publicatum, procedere etiam ad pœnas censurarum.

An Episcopi, ex sola eorum commoditate, possint habere Oratorium priuatum in suo Palatio, vt ibi celebrent, vel Missam audiant?

R E S O L. XXXVI.

NEGatiuè respondet Riccius *part. 4. decis. 78. num. 7.* ubi sic ait: Infertur non posse Episcopos extra casus necessitatis dare licentias celebrandi Missas in priuatis Oratorijs,

Oratoriis¹, & consequenter nec ipsosmet Episcopos posse eam celebrare facere in Oratoriis, quæ habent in suis Palatiis: solum itaque ex causa profectiois, & valetudinis, licitum est Episcopis facere Sacrum per se, vel per alium extra Ecclesiam, vel Oratoria publica. In Sacellis verò, vel Oratoriis, quæ habent in suis Palatiis, non possunt hodie Missas celebrare, cum cesset cauta, & sola eorum commoditas non sufficiat, vt declarat Dominorum Cardinalium responsio. Ita ille. Et ante illum Ioannes Valerius in *differentiis vtriusque fori, verb. Missa, differ. 2. num. 1.* qui testatur sic fuisse seruatum à D. Ioan. Baptista Perez, Episcopo Segobricensi, & Fagundez *præcept. 1. lib. 3. cap. 13. num. 19. & 20.* hoc priuilegium concedit Episcopis itinerantibus, & egrotantibus.

Sed his non obstantibus, rectè obseruat, me citato, Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tract. 7. cap. 2. sect. 2. num. 159.* quòd ex consuetudine hodie Episcopi vtuntur priuilegio *cap. fin.* non solum in casu itinerationis, aut infirmitatis; sed etiam propter solam commoditatem: & idèd possunt in priuato Oratorio sui Palatii celebrare, vel audire Missam, etiam si non sint infirmi, & possint Ecclesiam adire. Et ita hanc sententiam tenet Faustus de *Sacram. Eucharist. lib. 3. q. 171.* qui citat Puteanum, Layman, Suarez, Azorium, & alios. Idem tenet Garcias in *Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 2. num. 19.* Leone de *conf. recollect. 6. n. 854.* & Marchinus de *Sacram. Ordinis, part. 3. cap. 9. n. 11.* sic ait: Simpliciter pro libito, & commoditate, etiam sine infirmitate, potest Episcopus in proprio Palatio deputare Capellam in qua Missa celebretur, sine alia Pontificis licentia. Ratio est: quia tam Tridentinum, quàm Paulus V. solum prohibent Episcopis, ne concedant facultatem sacrificandi in priuatæ domus Oratorio: sed sub priuata domo non venit Palatium Episcopale. Ita ille. Quòd autem sub nomine priuatæ domus, vt in illa non possit quis ampliùs celebrare ex prohibitione Pauli V. non veniat domus, seu Palatium Episcopi, præter Marchinum, *ubi supra*, docet Eminentissimus Cardinalis Lugo, de *Eucharist. disputat. 2. sect. 2. num. 10.* Portel. in *respons. Regul. tom. 1. part. 3. casu 20.* Rubeus in *aphor. Episcop. ver. Oratorium, num. 3.* & alij penes ipsos.

An Episcopi possint non solum vnum, sed duo Oratoria in suo Palatio habere; vnum ad suum vsum, aliterum ad vsum familia, vel nepotum, &c.

R E S O L. XXXVII.

Affirmatiuè respondet Pater Pellizzarius in *man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 260.* Tum, quia priuilegium *cap. quoniam. de priuileg. in 6.* loquitur absolute, ac illimitate: vbi autem ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Tum, quia beneficium Principis latè debet interpretari, ac fauor semper ampliari debet. Ex quibus infert Pellizzarius, posse, v.g. fratrem Episcopi cum vxore, & reliqua sua familia audire Missam de præcepto in aliquo ex Oratoriis in Episcopali Palatio erectis, quo tempore Episcopus illam celebrat, aut audit in alio Oratorio sui Episcopalis Palatii.

Sed pace viri docti, & amicissimi huic sententiæ non possum adhærere. Et idèd interrogatus de hoc casu, negatiuè respondi: quia in dicto *cap. ult. de priuileg. in 6.* sic habetur: Quoniam Episcopi, eorumque superiores se habent diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & diocesisibus absentare frequenter, nec semper possunt commodè ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili vllam diem; præfenti constitutione indulgemus eisdem, vt altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari vbiicumque absque interdicti transgressione illis permittitur celebrare, vel audire diuina. Ita Bonifacius VIII. Pontifex. In quibus verbis patet priuilegium esse personale,

& ad effectum dumtaxat, vt Episcopus celebret, vel Missam audiat; vt obseruat Pasqualigus *decis. 55. num. 1.* & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de *Eucharist. disput. 20. sect. 2. num. 49.* & alij. Ergo dum Episcopus celebrat, vel facit coram se celebrare, iam priuilegium est adimpletum, & habuit effectum, nescio qua ratione ex dicto textu deduci possit, quòd sit licitum Episcopis facere celebrare in alio Oratorio pro vxore fratris, vel eius matre aut aliis; hoc enim est impertinens ad dictum textum, & pro fine, quem habuit Pontifex concedendi hoc indultum Episcopis. Quod confirmatur: nam consuetudo est optima legum interpres, *ex leg. 37. §. de legib.* Et idèd rectè obseruat ex multis Hulticus Hunnius in *Encyclop. iuris, part. 1. titul. 3. cap. 7. num. 7.* quòd lex interpretatur per consuetudinem, & obseruantiam subsequentem: sed nunquam visum est, Episcopos in suis Palatiis eodem tempore fecisse celebrare in duobus Oratoriis, duas Missas, vnam pro se, & aliam pro cognatis: ergo, &c. Quod patet etiam exemplo Eminentissimorum Cardinalium, qui gaudent, vt probatum est in *part. 6. tract. ult. resol. ult.* eodem priuilegio *cap. final.* quo gaudent Episcopi de dicenda, & audienda Missa in priuato Oratorio; & tamea nunquam in eorum Palatiis ausi sunt duo Oratoria erigere, vt simul in ipsis eodem tempore Missæ celebrentur, non obstante, quòd communiter habitent cum fratribus, nepotibus, cognatis, &c. Et licèt hodie in Palatio, verbi gratia, Eminentissimi Domini mei Cardinalis Columnæ inueniantur duo Oratoria, vnum solum tamen spectat ad ipsum, qui tanquam Cardinalis gaudet priuilegio Episcoporum *dicti c. final.* Altero verò Oratorio vtitur Excellentissimus Dux Palliani ex priuilegio peculiari Sedis Apostolicæ.

Neque obstant adducta à Patre Pellizzario. Dicit Primò, extare consuetudinem inter Episcopos erigendi in eorum Palatiis duo Oratoria. Hoc est negandum, & patet omnibus: & si aliquod Palatium Episcopi inuenitur cum duobus Oratoriis, id factum fuit propter commoditatem, vt haberet promptum Oratorium, quando mutaret habitationem, v.g. in hyeme, vel ætate: concedimus itaque Episcopis duo Oratoria in eorum Palatiis, materialia tamen, sed non formalia, vt videlicet, in illis eodem tempore Episcopus audiat in vno Missam, vel celebret, & in altero faciat pro aliis celebrare.

Dicit secundò, textum in *cap. Quoniam.* loqui absolute, ac illimitate. Respondeo, vt patet legentibus, textum illum respicere tantum personam Episcopi, vt possit in itinere celebrare, vel facere coram ipso celebrare: & dat rationem: quia Episcopus debet quotidie Missam audire: quomodo ergo dictus textus potest extendi, vt possit Episcopus facere celebrare, non penes se, sed penes alios in altero Oratorio, cum in isto casu deficiat ratio finalis, ex qua Pontifex concessit Episcopo dictum priuilegium? quod quidem fuisse personale, obseruat Portel. in *respons. reg. part. 3. cas. 20. num. 6.* & alij.

Dicit terriò, hoc priuilegium esse extendendum, quia est priuilegium fauorabile. Respondeo, potiùs esse priuilegium odiosum, vt ait Trullench in *Bulla Cruciate lib. 1. §. 3. dub. 6. num. 10.* & Ledesma in *summa, tom. 1. tract. ... concl. ...* & priuilegium fauorabile concedo esse ampliandum: sed id procedere, quando ex vi verborum id rationabiliter deduci potest per text. in *l. quod constitutum. ff. de testament. milit.* quando eadem militat ratio ad text. in *l. non possunt, & l. seq. & l. iura non in singulis.* vbi Glossa, & Doctores *ff. de legib. cap. translatio, de constit. & cap. 2. de translat. Pralat.* Vnde non esse priuilegium fauorabile extendendum, quando eius verba non admittunt ampliationem, & sunt ultra verborum priuilegij significationem, probat ex multis iuribus Salgaldus de *reser. Bullar. part. 2. cap. 30. §. 5. num. 26.* Solorzarnus de *Indiar. Iure, tom. 2. lib. 2. cap. 20. num. 71.* & alij. Sed in nostro casu hoc priuilegium ampliatur ultra verborum significationem, vt patet aperte legentibus dictum *cap. Quoniam.* Ergo.

Adde

Adde quòd tunc priuilegium Principis fauorabile est ampliandum, quando non vulnerat ius commune, vt patet ex cap. *Sanè. cap. Porrò. de priuileg.* & docet Præpositus in *part. 2. D. Thome. quest. 97. dub. 4. num. 34.* Amicus in *Cur. Theolog. tom. 5. disput. 9. sect. 3. num. 49.* Fabius Galeota *respons. fiscal. 12. num. 193.* Palæus *tom. 1. tractat. 3. disput. 4. punct. 10. num. 5.* Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 17. num. 5.* & alij. Sed priuilegium concessum Episcopo, vt possint celebrare, vel audire Missam in priuatis Oratoriis vulnerat ius commune, vt patet: ergo non largè, sed strictè interpretandum est. Et idèd communicata difficultate præsentis resolutionis cum illustrissimis, & Doctissimis Marco Antonio Maraldo, sanctissimi D. N. Breuissimis Secretario, ac Francisco de Albicis, S. Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis Assessore, sententiam negatiuam, quam *suprà* firmari, omninò approbarunt.

An Episcopus in Palatio rurali possit Oratorium habere, & in illo cum altari portatili Missam dicere, vel audire?

R E S O L. XXXVIII.

Respondeo affirmatiuè cum Patre Auerfa *de Sacrament. Eucharist. q. 11. sect. 14. §. 5.* vbi putat, quòd non est Episcopo ablata facultas habendi Oratorium ad celebrandum in proprio Palatio, vel etiam in domo rurali. Idem etiam docet Laurentius Portel *in responsionibus Regul. tom. 1. p. 3. casu 20. num. 6.* vbi sic ait: Ad secundum quæsitum iam patet responsio ex dictis: cum enim Tridentinum, nec nouum mandatum D. Papæ Urbani VIII. comprehendat Oratoria Episcoporum, credo, quòd illi etiam in villa rurali poterunt, cum debita decentia erigere Altare, & in ipso celebrare, vel celebrari facere, si non per cap. *final. de priuileg.* saltem per cap. *Missarum.* citatum, quod id illis concedit sine restrictione. Et quanquam illa generalis concessio sit illis restricta, hodie saltem per D. Urbanum VIII. iam diximus id intelligi solùm quoad Oratoria secularium, in quibus timentur abusus, non quoad Oratoria Episcoporum, in quibus illi non præsumuntur. Sic Portel. Vide, præter citatos Doctores, Pellizzarium *in Man. Regular. tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. num. 159.* vbi concedit etiam Episcopis, vt possint erigere Oratoria in villis.

Notandum est hîc obiter, quòd Oratorium priuatum absque Episcopi autoritate fundatum, non vt ibi celebratur, sed vt ibi oretur, non est sub potestate Episcopi quoad ius visitandi, & procuracionem exigendi: potest tamen Episcopus ad illud accedere, & videre, an iuxta formam iuris tractetur: alias posset mandare destrui, *cap. final. & ibi Abbas de censib.* Et ita docet Rubeus *in Aphor. Episcop. verb. Oratorium num. 2.* & Genuensius *in Praxi, cap. 17. num. 4. edit. 1.*

An Episcopus extra Diocesim inconsulto Ordinario loci possit habere in suo Palatio Oratorium, vt cum Altari portatili ibi celebret, vel Missam audiat.

R E S O L. XXXIX.

Alibi contra Beiam, & Emmanuelem Sà Affirmatiuam sententiam docui cum Portel *in resp. Reg. tom. 2. p. 3. casu 20. num. 7.* cui nunc addo, me citato, Patrem Pasqualigum *dec. 66. num. 3.* quia Concil. Triden. non prohibet Episcopis, quòd celebrent in Altari portatili: sed quòd non permittant celebrari, siue à secularibus, siue à Regularibus; nec item quòd vnus Episcopus non permittat celebrari ab alio Episcopo, quando existit in sua Diocesi. Non enim Episcopi veniunt nomine secularium ob dignitatem, qua præcellunt; & proinde debuissent specialiter nominari, si

eos comprehendere voluisset. Et quidem cap. *Quoniam. de priuileg. in 6.* concedit Episcopis hoc priuilegium, quia læpè absumunt à suis Ecclesiis, quod maximè potest euenire, cum sunt in aliena Diocesi. Deindè id probatur, quia Episcopum celebrare Missam in Oratorio priuato, dum in aliena Diocesi moratur, non est exercere iurisdictionem contentiosam, vt patet, sed voluntariam: hanc verò voluntariam iurisdictionem, seu potius priuilegium personale, potest exercere in aliena Diocesi, vt tenet Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 19. à num. 7.*

Nota tamen, hoc procedere in alienis Diocesium, non autem in Vrbe: nam propter reuerentiam Summo Pontifici debitam Romæ Episcopi commorantes in eorum Palatiis non possunt habere Oratorium priuatum, & ibi Missam celebrare, vel audire, vt notat Riccius *part. 4. decis. 78.* Alzedus *in praxi, part. 1. cap. 13. num. 6.* Venerus *in exam. Episcop. lib. 4. cap. 17. num. 4.* & alij.

Verùm his, quæ dicta sunt in hac resolutione, & in duabus superioribus, videtur obstare Concilium Tridentinum, *sess. 22. in Decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missar.* in quo videretur derogatum priuilegium Episcoporum. Sed, vt *suprà* cursim obseruauimus, dicendum est, non esse in Concilio dictum priuilegium derogatum, & ita docet Præpositus *in 3. part. quest. 83. artic. 3. dub. 1. num. 149.* Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 4.* Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 3. cap. 13. num. 19.* Ioan. Valerius *in different. vtriusque fori, verb. Missa, differ. 2.* Hieronymus Garcias *in summa Theol. moral. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 2. num. 195.* & ita declarasse Sacram Congregationem anno 1586. die 19. Iunij testatur Valerius.

An, mortuo Episcopo, possint adhuc eius familiares audire Sacrum in Oratorio priuato sui Palatii?

R E S O L. XL.

Affirmatiuè respondet Pater Pellizzarius *in Man. Regular. tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. num. 163.* quia, ait ipse, Diana docuit, mortuo Episcopo; eius Palatium gaudere immunitate. Ergo etiam, mortuo Episcopo, Oratorium dicti Palatii poterit deseruire ad celebrandum.

Sed hæc opinio non est admittenda: quia idèd familiares Episcoporum gaudent priuilegio audiendi Missam in eorum Oratoriis; quia accessorium sequitur naturam principalis ex vulgatis iuribus, & ne Episcopus remaneret sine familia, dum ipsa ad audiendam Missam iret ad Ecclesiam: sed mortuo Episcopo deficit principale, neque familiares debent amplius Episcopo assistere: ergo non possunt, mortuo Episcopo, amplius gaudere dicto priuilegio; quia principali deficiente, deficit accessorium. Quod apertè confirmatur: nam Domini Cardinales gaudent eodem priuilegio, quo gaudent Episcopi quoad celebrationem Missæ in priuato Oratorio Palatii: sed, mortuo Cardinale, dictum priuilegium, vt patet ex praxi, statim cessat, nec amplius in dicto eorum priuato Oratorio Missa dici potest. Ergo idem erit dicendum, mortuo Episcopo,

Verùm ego puto, rationem esse: quia priuilegium dicti cap. *Quoniam.* dirigitur, & respicit, vt patet ex contextu literæ, personam Episcopi, & non locum, & idèd est priuilegium personale. Vnde patet responsio ad argumentum de immunitate Palatii Episcopi, ipso mortuo: est enim dispar ratio inter vtrunque casum: nam priuilegium cap. *Id constitutum.* 17. *quest. 4. de immunitate Palatii Episcopalis,* est priuilegium locale: vnde Episcopus, etiam si sit absens, vel mortuus, gaudet immunitate, vt ex hac ratione probat, me citato, Ioan. Baptista Ciarlinius *in contr. forens. tom. 2. cap. 198. num. 10.* sed priuilegium cap. *Quoniam.* respicit, vt dictum est, tantum personam: ergo. Et idèd nostram

nostram sententiam individualiter tenet Pater Auerſa de *Sacram. quæst. 1. 5. conclus. 7.* & Pater Bardi in *Bull. Cruciate, part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 7. num. 68.* nam asserit, quòd, mortuo domino, expirat priuilegium respectu eorum, qui de familia dicebantur: quia desinunt esse de familia illius, cuius intuitu tali fruebantur priuilegio. Ergo, &c.

An, absente Episcopo eius familiares possint audire Missam in Oratorio priuato sui Palatii?

R E S O L. X L I.

Affirmatiuam sententiam tenet Pellizzarius *ubi supra* in *Man. Regul. tom. 1. tract. 8. cap. 2. num. 163.* putat enim, quòd, sit par ratio in hoc casu, ac in alio posito in superiori resolutione.

Sed negatiuè respondet Laurentius Portel, in *responsionib. Regular. tom. 1. part. 3. casu 20. num. 6.* ubi sic ait: Si autem prædicti Episcopi, & in suo Palatio, & in villa cum decencia possunt in prædictis Oratoriis celebrare, vel celebrari facere coram se, ego non credo, quòd illo absente possint alij Sacerdotes celebrare: quia illud priuilegium non est reale, id est, concessum illi Oratorio, vel loco: sed videtur esse solùm priuilegium personale, concessum, scilicet, soli personæ Episcopi, cum celebrat, vel cum ibidem audit: ac proinde cæteri Sacerdotes, illo absente, non poterunt tali priuilegio gaudere. Ita ille, & ego olim: cui adde, me citato, Patrem Auerſam de *Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 14.* ubi docet, non licere, nisi ipsi Episcopo celebrare, aut coram se celebrari facere in suo Oratorio, atque idèd alij Sacerdotes; absente Episcopo, non gaudere tali facultate. Et hanc sententiam, etiam me citato, docet Leo Zambellus, in *reperitorio casuum conscientia, verb. Missa, num. 20.* sic asserens: Missa celebrata à familiaribus Episcoporum in Oratoriis eorum domorum, in absentia ipsorum, aggrauat celebrantes, eo quia non perfruuntur eorum priuilegiis. Sic ille.

Nec obstat dicere, quòd familiares gaudent priuilegio audiendi Missam in tali Oratorio, concessio alicui viro nobili à Pontifice, etiam ipso absente, vt *suprà* probatum est: ergo eodem priuilegio debent gaudere familiares Episcoporum, absente ipso Episcopo. Respondeo, quòd est dispar ratio inter vtrumque casum: nam in primo casu Pontifex concedit priuilegium domino, & eius famulis, vt patet ex Breuis concessione; sed in secundo casu, priuilegium est personale: vnde in cap. final. de *priuileg. in 6.* efficitur solùm mentio de Episcopo, & non de eius familia,

Non obstat secundò, quòd absentibus Eminentiss. Cardinalib. qui in eorum Palatiis gaudent eodem priuilegio, quo gaudet Episcopus, audiendi, vel celebrandi Sacrum in priuato Oratorio, eorum familia audit Missam, & facit eorum se celebrare, ac si præsentessent Domini Cardinales. Nam respondeo, hoc effici ex consuetudine scita, & approbata à Pontificibus, qui ante cùm Cardinales extiterint, sciebant hoc fieri: vnde, si adesset talis consuetudo, quoad familiares Episcoporum, illam non damnarem, (nam ego loquutus sum cum citatis Doctoribus, stando in iure:) quia consuetudo subsequens potuit sic interpretari dictum cap. *Quoniam. de priuileg. in 6.* sicut, vt voluit Pellizzarius, n. 159. interpretatur dictum cap. procedere, etiam si Episcopus non esset in itinere, nec infirmus, vt possit celebrare, vel audire Missam in domo propter solam commoditatem, vt ego etiam *suprà* probaui: sic & in nostro casu dici potest, quòd consuetudine inducã, possunt familiares

Episcoporum ipsis absentibus audire Sacrum in eorum Oratoriis; consuetudo enim vincit legem, & dat iurisdictionem: sed, quia consuetudo est quid facti, videant alij, si verè in casu, de quo loquimur, extet.

* *

An, non obstante Concilio Tridentino, possint Episcopi concedere licentiam, vt quis Oratorium priuatum habeat? & quid hodie dicendum sit?

R E S O L. X L I I.

Negatiuam sententiam docuit Nauarr. *lib. 1. titul. de const. cons. 1. quæst. 37. num. 76.* & *cons. 16. de priuilegiis. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 3.* Bonacina de *Sacramentis, disput. 4. quæst. ult. punct. 9. num. 10.* & alij.

Sed altera sententia affirmat: nam Concilium Tridentinum *sess. 22. post c. 9. in Decretis*, sic asserit: Præcipit sancta Synodus Episcopis, ne patiantur priuatis in domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc Sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi, non obstantibus priuilegiis, aut exemptionibus quibuscunque. Ex verbis huius Decreti duo colliguntur. Primò, restrictam esse potestatem Episcoporum, ne possint concedere facultatem celebrandi in quocunque honesto loco extra Ecclesiam, sicut priùs poterant. Secundò, in Oratorio domus priuata ad diuinum cultum tantùm deputato, quòd non sit in profanos vsus conuertendum, licere Episcopo dare facultatem celebrandi, dummodò priùs designetur, & visitationi eiusdem subiaceat: atque sic declarauit Sacra Congregatio in hunc textum: & idem docent Gutierrez *lib. 1. canonicarum quæst. cap. 30. num. 28.* Zerola in *praxi Episcopali, part. 1. vers. Admissa, conclus. 4.* Stephanus Quaranta *verb. Missa. Sotus in 4. distinct. 13. qu. 2. art. 2.* Suarez de *Sacram. disput. 21. sect. 3. vers. Secundò, obseruandum.* Aegidius Coninch de *Sacram. qu. 83. artic. 2. dub. 1. num. 225.* Stephanus Fagundez de *quinque Ecclesia præcept. par. 1. lib. 3. cap. 13. num. 9. 10. & 11.* Layman, *Theol. moral. lib. 5. tractat. 5. cap. 5. num. 4.* Ioan. de la Cruz de *statu Religionis, lib. 2. cap. 5. dub. 7.* Barbosa de *officio Episcopi, allegat. 23. num. 7. part. 2.* & ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet doctissimus, & amicissimus Franciscus Zypæus in *iure pontificio, lib. 3. titul. de celebrat. Miss. num. 8.* ubi sic ait: Decernit Synodus, vt locorum Ordinarij non patiantur priuatis in domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata Oratoria ab eisdem Oratoriis designanda, & visitanda, sanctum Sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi, ac nisi qui interfuerint, decenter composito corporis habitu declarauerint, se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solùm corpore adesse. Hic locus Conc. Trident. voluit abusum tantùm tollere, qui proculdubid olim nimis magnus fuit, & contra quem pulchrè insurgit practica Diaz, *cap. 39.* quem iam olim persecutus est Iustinus in *Aurb. Vt nullus fabricet Oratorij domos. cap. 1. 2. 3.* ubi fisco addit eas domos, in quibus diuinum Officium factum est absque Episcopi præuia licentia, & loci destinatione, cum Crucis designatione. Denique permittit in Oratoriis, ad diuinum tamen cultum tantùm dedicatis, Missam fieri. Itaque si Ordinario videbitur, etsi Oratoria sita sint in ædibus priuatis, ad diuinum tamen cultum tantùm destinentur, ab eo dedicari, ac factari poterunt, sacrumque ibi peragi. Controuersum tamen est, & refert Azorius *instit. moral. lib. 10. cap. 26.* aliique diuersas Cong. Cardinali. interpretationes, an per hunc locum adempta sit Ordinariis facultas concedendi, vt Missæ celebrentur in Oratoriis priuatis, non consecratis, etsi decenter constructis, ordinatisque? Certè salua Sedis Apostolicæ censura locus hic tantùm est ad abusus extirpandos eorum, qui id sua autoritate præsumunt, quos ne patiantur, monentur Episcopi: sed ea verba, *non patiantur*, si ad rigorem examinentur, non inferunt, vt permittere non possint, vel derogationem autoritatis Episcopis competentis, ne id queant, vbi iusta ex causa id permittendum censuerint: quæ patimur, aut pati nolumus, ab aliis proficiscuntur; quæ permittimus, à nobis. Accedit, quod Conciliaribus

Conciliatibus Constitutionibus in primitiua Ecclesia latis, obscuro verbo derogatum esse existimari non solet: at sexta Synodus, & Tridentensis, vt refert Azotius *vbi supra*, q. 3. in infantia Ecclesie hanc auctoritatem Episcopis concessit: nec facile Episcopi in Concilio existentes restringunt facultates suas, sed augent, vt in Concil. Trid. tam quoad superiores, quam inferiores, quamplurima liquent. Sed si Episcopi potestate sua abuterentur; reuocari, & soli Sedi Apostolicæ reseruari hanc auctoritatem posse, nemo dubitat. Ita Zypæus, cui adde Præpositum *in 3. part. qu. 83. artic. 3. dub. 1. num. 147.* Tannerum *tom. 4. dispnt. 5. quest. 10. dub. 1. num. 27.* Lessium *in 3. part. q. 83. art. 2. num. 78.* Vvigeys *in 3. part. quest. 83. dub. 15. num. 67.* Hieronymum Garcias *in summ. Theol. moral. tract. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 2. num. 13.* Valquez *disp. 233. cap. 1. n. 3.* Suarez *dispnt. 81. sect. 3.* Fagundez *prac. 1. lib. 3. c. 12. à n. 9.* Palaum *tom. 4. disp. unico, punct. 8. num. 6. & alios.*

Nota tamen, quòd hæc opinio procedit in terminis Conc. Trident. nam hodie hæc facultas Episcopis sublata est, & Sanctæ Sedi Apost. reseruata, vt constat ex literis Card. Lancelloti ad Episcopos, datis nomine Pauli V. 10. Martij, 1615. quarum plures grauissimi Authores meminere, vt Riccius *in praxi fori ecclesiastici, decis. 538.* Franciscus Scorcia *lib. 2. cap. 13. de Sacrificio Missæ, Molfesius in Summa, tract. 3. cap. 17. num. 70.* Fagundez *d. cap. 13. num. 12.* Naldus *verb. Missæ, num. 30.* Gauantus *comment. in rubr. Missalis, part. 1. titul. 20. lit. M.* Homobonus *de exam. ecclesiastico, quest. 14. tractat. 8. cap. 5. part. 2.* vbi dicit, sic fuisse à Sacra Congregatione sæpè rescriptum Archiepiscopo Bononiensi, & vbiq; seruati mandasse. Et ita etiam, præter Doctores citatos, obseruat Caspensis *in curs. Theol. tom. 2. tractat. 23. dub. 3. sec. 3. num. 66.* Villalobos *in Summ. tom. 1. tract. 8. difficult. 23. num. 2.* Filiucius *tom. 1. tract. 5. c. 4. n. 116.* Garcias *vbi supra, num. 14.* & Trullench *in Bull. Cruciatæ, lib. 1. §. 3. dub. 5. num. 5.* qui, licet asserat post dictum Decretum Pauli V. postea anno 1618. die 30. Iulij, idem Paulus de consilio Cardinalium, concessit Episcopis, tanquam Sedi Apostolicæ Delegatis facultatem visitandi, designandi, & approbandi Oratoria, & licentiam celebrandi in dictis Oratoriis, cum his limitationibus. Prima, vt huiusmodi licentia celebrandi in Oratorio priuato, solum concedatur personis nobilibus, senio, & infirmitate impeditis, durante tantum impedimento. Secunda, quòd dicta licentia non suffragetur nisi ministris omninò necessariis, ita vt alij præcepto Ecclesie minimè satisfacere censeantur. Tertia, quòd in singulis Oratoriis vna tantum dicatur Missa. Quarta, quòd ab hac licentia excipiantur dies Paschæ, Natiuitatis, Resurrectionis, Pentecostes, & alia Festa solemnia, nisi talis esset persona, quæ ob iustum impedimentum nullo modo posset adire Ecclesiam. Quinta, quòd in eadem domo duo Oratoria minimè concedantur. Sexta, quòd hæc licentia solum duret per sex annos.

Tamen, his non obstantibus, postea Urbanus VIII. absolute abstulit ab Episcopis talem licentiam, & solum Papæ reseruauit Et idèd Porrel *in respon. Regul. tom. 1. p. 3. cas. 20. num. 1.* sic ait: [Addi potest ad hoc, quòd ego vidi meis oculis, anno 1626. in Aula cuiusdam domini, tunc Collectoris istius Regni, publicari edictum Sanctissimi D. N. Papæ Urbani VIII. in quo prohibebat, ne Episcopus aliquis, vel similis Prælatus licentiam dare posset alicui celebrandi, vel celebrare faciendi in Oratoriis priuatis, & scirent omnes talem licentiam concedere esse reseruatum soli Summo Pontifici, & Azor. *tom. 1. Sum. lib. 10. c. 26. in fine*, dicit, eisdem Cardinales declarasse, non posse Episcopum dare licentiam celebrandi in Oratoriis particularibus, quod consonat nouo mandato Urbani VIII. *proximè* citato.] Ita Porrel. De quo Decreto facit etiam mentionem Garcias *n. 18.* & antea *n. 15.* sic asseruerat: [Finalmente aora nouissime en este Encre de 1644. me ha referido el Reuerendissimo P. Iuan. Velez, Predicator de su Magestad, y Obispo electo de Guadalajara de las Indias, que le dixo el Señor Nuncio

el Cardenal Pancirolo en Madrid, que tenia vn Breue de su Santidad, en que le prohibia dar licencia para dezir Missa en Oratorios priuados en casas de lo sæculares: y assi oy ya està cerrada la puerta à esto de tal suerte, que solo el Papa puede.] Dicendum est igitur, hodie non posse Episcopos, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatos, dare facultatem, vt quis possit in domo sua priuatum Oratorium habere, & ibi audire Missam, cum talis facultas ad solum Pontificem pertineat, vt patet ex praxi.

An saltem Episcopi, non obstante Concilio Tridentino, ac Breuibus Pauli V. & Urbani VIII. possint hodie in aliquo casu particulari ex iusta causa dispensare, vt celebretur extra Ecclesiam cum Altari portatili?

R E S O L. X L I I I.

Respondeo affirmatiuè cum Marchino *de Sacram. Ordinis, tractat. 3. part. 3. cap. 9. num. 11.* vbi sic ait: [Adhuc in multis casibus viget in Episcopis hæc facultas: tam post Tridentinum, quam post Pauli V. decretum.] Ita ille, cui adde, Garciam *in Summa Theol. moral. tract. 3. diffic. 8. dub. 2. punct. 2. num. 18.* sic asserentem: [Empero aunque el Concilio Tridentino, y las letras de Paulo V. parece, que quitan à los Señores Obispos el poder dar estas licencias, y a los Obispos, y Nuncio de España nuestro S. P. Urbano VIII. pero no obstante estos decretos, hallan los Theologos de estos tiempos algunos casos, en los quales la puedan dar by.] Et citat pro hac sententia Cardinalem de Lugo, Ledesman, Fagundez, Villalobos, Rodriguez, Layman, & alios; quibus ego addo Magitrum Serra *in 3. par. D. Thoma, q. 83. art. 3.* Cattrum Palaum *tom. 4. tract. 22. disp. unica, punct. 8. num. 6.* vbi sic asserit: [Ex verbis Concilij Tridentini manifestè constat, non esse Episcopis sublatam facultatem designandi Oratoria, in quibus Sacrificium peragatur, quinimò ea facultas ibi supponitur: siquidem Oratoria ab eo designanda, & visitanda sunt: solum enim tollitur ab eis facultas concessa in cap. *Missarum, de consecrat. dist. 1.* permittendi aliis celebrationem liberam, & per modum priuilegij in priuatis domibus, & omninò extra Ecclesiam, & extra Oratoria ad diuinum tantum cultum dedicata. In Oratoriis ergo, sicut in Ecclesia permittere optimè possunt celebrationem, maximè aliqua rationabili causa intercedente. Neque huic doctrinæ aduersatur Breue Pauli V. editi anno 1617. quo omnibus Prælatis aufertur potestas concedendi licentias celebrandi in domibus priuatis, etiam si nobilissimæ sint: quia, vt opinor, intelligi debet de facultatibus perpetuis celebrandi in locis non permanenter diuino tantum cultui dicatis: quia Paulus V. solum eo Breui intendit Decretum Tridentini renouare, & denuò stabilire.] Ita Paulus.

Sed audiamus alium doctum Hispanum Gasparem Hurtadum, *dispnt. 4. de Sacrificio Missæ, difficult. 6.* sic aientem: [In Decreto Concilij Tridentini præcipitur Episcopis, ne patiantur in priuatis domibus Missam celebrari, nisi in aliquo loco ab eis designato & tantum ad diuinum cultum dedicato. Vnde Episcopi non possunt licentiam conferre ad celebrandum in priuatis domibus in loco ad alios vsus deseruiente: possunt tamen dispensare, vt aliquando celebretur in eo loco iusta aliqua causa, qualis est, quando persona grauis ægrotat, vt domi audiat Missam, & Communionem ex obligatione suscipiat: quia in dicto Decreto tantum aufertur Episcopis facultas concedendi simpliciter licentiam ad celebrandum in dicto loco; non verò facultas dispensandi in aliquo casu. Addimus, dictam facultatem concedendi simpliciter licentiam ad celebrandum in quouis honesto, seu decente loco, conuenientem Episcopis

Episcopis ex suo officio, ablatam fuisse à Nuntio Hispaniarum iussu Pauli V. anno 1615. ita vt iam nequeant facultatem concedere ad celebrandum in priuatis domibus, & Oratoriis, non verò fuisse ablatam facultatem dispensandi ex iusta causa, vt aliquando in eis celebretur.] Hæc Hurtadus. Vnde ex supradictis Doctoribus apparet, in Concilio Tridentino, & in Decreto Pauli V. fuisse quidem sublatam Episcopis facultatem concedendi licentias absolutè celebrandi in priuatis Oratoriis, & domibus secularium, non autem fuisse eis sublatam potestatem dispensandi ex iusta causa in aliquo casu: Pontifex enim, & Concilium voluerunt tollere abusus: & abusus solùm ex licentiis continuis, & ordinariis oriri poterunt; non autem ex dispensatione pro vna, aut altera vice ex iusta, & rationabili causa. Ergo, &c. Et non solùm hanc opinionem docuerunt Doctores Hispani, sed etiam Itali. Vide Auerfam de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 14. Ioannem Antonium Nouarium in Summa Bullar. tom. 1. tit. de celebrat. Missar. prohibita in Oratoriis priuatis, num. 3. & ex Societate Iesu Patrem Persicum de officio Sacerdotis, lib. 1. c. 6. dub. 3. n. 26. qui omnes loquuntur etiam in terminis Decreti Pauli V. Et idè adducam aliquos casus in confirmationem supradictæ sententiæ.

Enumerantur aliqui casus, in quibus Episcopus potest dare licentiam, vt celebretur extra Ecclesiam.

R E S O L. XLIV.

Primus casus, quando exercitus, aut classis ad multum temporis spatium Missam non audiuit, & ad locum appulit, vbi sub dio possit commodè illam audire, licitum erit eam sub dio celebrare. Et idè Caspensis in *Cur. Theol. tom. 3. tit. 23. disp. 3. sect. 3. n. 67.* docet, quòd vt existentes in castris, vel in trirēibus, aut in nauibus Missam audiant, poterit Altare erigi in agro, vel in littore. Nèc supradictis videretur obstare declaratio Sacræ Congregationis Concilij: nam, cùm Episcopus Calaritanus inter alia dubia hoc etiam petierit, an sub prohibitione Decreti Pauli V. prohibeatur Altare portatile, quod defertur ad turres in littore maris existentes, ibique ex consuetudine celebrantur Missæ, nulla Sedis Apostolicæ licentia obtenta? Sacra Congregatio sub die 14. Nouembr. 1648. respondit, sub eodem Decreto comprehendì Altare portatile, & de necessitate requiri licentiam Sedis Apostolicæ. Hæc declaratio, inquam non videtur obstare doctrinæ communi Doctorum, quos asserit, & sequitur Fagund. *præcept. 1. lib. 3. c. 3. num. 14.* nam in casu Episcopi Calaritani credo, quòd passim hoc efficiebatur pro vna, vel altera naui, vnde magnus erat abusus, quem rectè voluit tollere Sacra Congregatio: sed Doctores loquuntur, quando classis magna nauium, vel trirēmium, aduenit in aliquo littore; tunc enim erit licitum cum Altari portatili, vt exercitus Missam audiat, celebrare. Non itaque Sacra Congregatio abstulit hunc casum post Decretum Pauli V. à communi Doctorum sententia admissum; sed tantùm casum propositum ab illo Archiepiscopo, in quo quidem abusus existerat. Notat tamen hîc Fagundez, *vbi supr.* [quòd idem putat dicendum esse, si nauis Indiæ Lusitanæ ad littus aliquod appellat: est enim numerus personarum illius instar numeri non exigui populi. Ita audiui à viris doctissimis nostræ Societatis: nam exceptio hæc, seu facultas ista celebrandi in casu necessitatis magnæ, non est reuocata per Conc. Trid. d. sess. 22. in Decreto de obseru. & euitandis in celebrat. Missarum, iuxta omnes Doctores.] Ita Fagundez, qui fecit antè mentionem Decreti Pauli V. quod etiam docet Marchinus de Sacram. Ordinis, *part. 3. cap. 9. num. 11.* loquens de nauì magno populo onusta, quæ post diuturnam nauigationem ad littus appulit.

Antonini Diana Pars IX.

Casus secundus penes Doctores est, quòd liceat in bello rem diuinam sub dio, aut sub tentoriis celebrare in Altari portatili, aut in Ara Sacra, vt Christiani milites Sacrum audiant, & se fidentius ad pugnam præparent Sacra Eucharistia sumpta, vel pro audienda Missa in diebus festiuis. Imò Pater Pasqualigus *decis. 167. num. 4.* putat, etiam diebus non festis posse Generales, & alios primarios Duces militum, facere celebrare in castris, in suis tentoriis: quia, cùm pertineat ad ipsos cura militum, tenentur procurare, quantum possunt, conseruationem ipsorum, & adhibere illa media, quæ sunt necessaria; quorum præcipuum est placatio Dei, & imploratio diuini auxilij; quæ non possunt meliori modo obtineri, quàm per Sacrificium Missæ: videretur enim parum æstimari cultus diuinus, si in tanta necessitate diuini auxilij, non adhiberetur Sacrificium Missæ, Sed hæc omnia à Patre Pasqualigo dicta mihi non placent, nec Episcopi audeant talem licentiam præbere: nam Sacræ Congregationis graui reprehensione non erunt immunes. Nec inuenio alium Doctorem, qui casum talem admittat. Nec obstat ratio pro illo adducta: nam fateor, Duces militum teneri implorare diuinum auxilium, sed quid inde? nõne illud obtinere possunt aliis mediis licitis, ac etiam mediante Sacrificio Missæ, ex eorum ordine celebrato in Ecclesiis, in quibus de iure celebrari debet, & non in eorum tentoriis, contra praxim, & consuetudinem vsque adhuc in exercitibus militum practicantam? Et quidem, si, vt obseruat Fagundez *præcept. 1. lib. 3. c. 13. num. 14.* & alij, sit licitum tantùm in casu magnæ necessitatis celebrare extra Ecclesiam, certum est, talem necessitatem non adesse in casu, de quo loquimur, cùm audiatur Missa in diebus non festiuis, & diuinum auxilium, vt diximus, alio medio licito inuocari possit. Et ita hanc sententiam teneuerunt viri doctissimi de hac re à me consulti: vnde sapientissimus Cardinalis Lugo de Sacram. Euchar. *disp. 20. sect. 2. n. 4.* solùm admittit, vt in castris Missa dicatur ad implendum præceptum in die festo. Et Henriquez *lib. 9. c. 27. n. 2.* ait, concedendam esse hanc licentiam Regi, aut Duci, qui exercitui præest. Ergo non aliis.

Casus tertius est, posse ab Episcopo dari licentiam, vt in cubiculo perillustri personæ ægrotæ Missa semel, aut bis celebretur, vt suscipiat Eucharistiam ex præcepto, vel Viaticum. Et ita docet Vasquez in *3. parti. tom. 3. disp. 233. c. 1. num. 5.* Valerus in *different. viriusque fori, verb. Missa, differ. 2.* Henriquez *lib. 9. cap. 27. n. 1.* Suarez in *3. parti. tom. 3. disp. 81. sect. 3.* Reginaldus in *praxi tom. 2. lib. 29. c. 9. sect. 5. num. 176.* Sotus in *4. dist. 13. qu. 2. art. 3.* & alij. Sed hoc procedere in terminis Concilij Tridentini posset aliquis dicere, licèt non desint hoc etiam negantes, vt videre est apud Garciam in *Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 2. num. 13.* Itaque magis vrget difficultas, quid dicendum in terminis Breuis Pauli V. in quo prohibetur expressè Episcopis, ne possint concedere licentiam celebrandi in priuatis domibus. Sed alij hunc casum, de quo loquimur, concedunt etiam post Decretum Pauli V. & ita, vt visum est *suprà*, tenet Pater Persicus ex Societate Iesu de officio Sacerd. *lib. 1. cap. 6. dub. 3. num. 26.* Quintadueñas, *vbi infrà*, Nouarius, & Fagundez, *vbi suprà*, cùm aliis. Et ad dictum Decretum respondent, quòd Pontifex loquitur de licentiis continuis, non autem tollit dispensationes ex iusta causa in aliquo casu particulari, vt est iste casus. Sed, vt verum fatear, ego video, Episcopos, saltè in Italia, hunc casum non practicare: displicet verò mihi id, quòd asserit Pater Pasqualigus *decis. 170. num. 7.* posse Episcopum talem licentiam concedere, licèt persona, cui conceditur, non sit nobilitate conspicua, si aliunde tamen insignis sit, vel ob insigne seruitium præstitum Communitati, vel ob litteras, vel ex aliquo alio capite digno homine liberali, & quod constituat personas dignas speciali veneratione: huiusmodi enim personæ merentur ornari specialibus

C

libus priuilegiis, & gratiis. Sed hæc non consulerem Episcopis: nam Doctores solum loquuntur de Magnatibus; & videmus ex praxi Romana: Pontifices enim in indultis particularibus, his tantum personis solent priuilegium concedere habendi Oratoria priuata, & non aliis ex supradictis. Maximè quodd, vt diximus, aliqui negant absolute hoc fieri posse, etiam quoad Magnates illustres. [Porque (ait Ledesma in Summa, tom. 1. c. 20. concl. 2. diff. 3.) el Concilio parece, que lo veda, y la Declaraciõ de los Señores Cardinales parece, que no le admitte.] Et in specie dixit Nauarr. lib. 1. tit. de Const. consil. 1. q. 37. n. 76. vt obseruat Fagundez precept. 1. lib. 3. c. 13. n. 13. non posse Episcopum hodie dare licentiam ad celebrandum Sacrum in domo priuata apud infirmum in casu vrgentis necessitatis: quod si hoc dixit stante Concil. Trid. quanto magis hoc diceret stante Breui Pauli V. Itaque Episcopi, me consulente, abstineant à dandis similibus licentiis.

Casum quartum inuenies apud Quintadueñas in Theol. mor. tom. 1. tract. 3. sing. 32. num. 6. vbi sic ait: [Vnicam tantum Missam concedit Nuntius in his Oratoriis quotidie dicendam; sed accedente graui causa, aliquando plures dici posse existimo, v. g. cum domus illius dominus primam non audiuit; & cum quis mortuus est in domo, vbi Oratorium est, & corpore presentis Missæ plures dicuntur, vt in nobilium domibus consuetudo obtinuit: tunc enim non solum plures Missas dici posse in vno Oratorio arbitror; sed ab Ordinario concedi posse facultatem, vt in eodem domus Sacello, tria, aut quatuor Altaria decenter ornata, & ab ipso visitata, pro tunc erigantur, & in ipsis integro mane Missæ plures celebrentur. Sic Hispali sæpè vidi. Et ratio est: quia licet Paulus V. Bulla edita anno 1615. prohibuerit Episcopis, ne concedere possint facultatem celebrandi in priuato Oratorio, hancque concedere ad solum Pontificem spectare, & semper post Tridentinum spectasse declarauit, vt probauit Trullench. lib. 1. §. 1. in Cruc. dub. 4. n. 5. hæc intelligunt de concessione Altaris, & Oratorij stabilis. At semel, vel iterum, & in casu necessitatis posse aliquando Ordinarium concedere facultatem, vt in priuatis domibus celebretur, etiam post Decretum Pauli V. rectè probat Fagundez lib. 3. in 1. precept. 13. cap. 13. n. 14. magno Doctorum, & rationum pondere: sufficiens autem necessitas esset obitus nobilis iuri, & consuetudo celebrandi in his casibus. Ita Quintadueñas. Vnde Garcias in Summa, tract. 3. diff. 8. dub. 2. punct. 2. num. 18. [Hemos visto (asserit en nuestros dias, dar los Señores Arçobispos licentia para dezir Missa en vna sala, donde està el cuerpo presente de algun difunto, por no auer Capilla en la casa, cuyo caso pone Ledesma, vbi supra, §. La tercera disc. pero si ay Capilla en la casa, mejor es lleuar alli el cuerpo, y dezirse alli las Missas.] Sed hic casus non caret apud me difficultate: nam illum nunquam scio in Italia practicum: & reuerà non video necessitatem in hoc casu, quæ præbeat iustam causam Episcopo dispensandi, vt possint Sacerdotes celebrare extra Ecclesiam, cum Felix Papa in cap. 1. 2. & 11. de consecr. dist. 1. statuerit, id non licere absque magna necessitate. Et quidem illæ Missæ celebrandæ in domo priuata coram corpore mortuo, cur non dici possunt cum maiori reuerentia, & æquali satisfactione pro defuncto in Ecclesiis? Assistent itaque cum corpore mortuo Regulares, vel alij Sacerdotes, Officium Defunctorum recitantes, & non Sacerdotes in Altari portatili celebrantes,

Alij etiam casus adducuntur, & simul discutuntur.

R E S O L. X L V.

Quintus casus est tempore pestis: potest enim Episcopus, secundum aliquos, concedere licentiam cele-

brandi in publicis viis, & in priuatis domibus. Ita Marchinus de Bello diuino, p. 6. c. 1. n. 5. cum seqq. & post illum Pater Pasqualigus dec. 172. qui dec. 171. firmat absolute, posse Episcopum in aliquo casu concedere licentiam celebrandi extra loca deputata: & n. 4. ait. [Quæres, quænam sit causa rationabilis, ob quam possit Episcopus concedere huiusmodi licentiam. Respondetur, omnem illam esse causam rationabilem, ob quam non est licitus egressus è domo, ex quacunque causa id proueniat: dummodo talis causa per notabile tempus duret, aut coincidat cum aliqua principali solennitate: quia tunc, cum sit impeditus legitime accessus ad Ecclesiam, rationabile est, vt pro aliqua vice concedatur huiusmodi licentia.] Qui etiam dec. 167. n. 8. asserit: [Si inquiras, quodnam sit tempus notabile, quod possit inducere hanc necessitatem. Respondetur, mensem integrum esse censendum tempus notabile: quia illud in hac re est habendum pro tempore notabili, in quo plures fraudati sunt Sacrificio, quando ex præcepto debuissent interesse.] Hæc Pasqualigus. Ex cuius doctrina sequeretur, vt si quis laboraret podagra, v. g. per mensem continuum, vel esset detentus in domo carceratus per mensem, & adueniret Festum principale Omnium Sanctorum, Assumptionis Beatæ Virginis, Pentecostes, &c. sequeretur, inquam, quod Episcopus posset cum isto tali, secundum Pasqualigum, dispensare, vt in eius domo celebretur, vt Missam audiat. Sed hæc omnia difficulter concederem: quia in supradictis non inuenio magnam illam necessitatem, quam requirunt Doctores, vt Moscosus in Sum. tract. 5. c. 5. n. 1. Pericus de offic. Sacerd. lib. 1. c. 6. dub. 2. n. 9. Fagundez precept. 1. lib. 3. c. 13. n. 14. & alij ex multis textibus iuris Canonici, vt possit Episcopus dispensare, vt extra Ecclesiam celebretur. Secundò, quia casus, quos Doctores admittunt, vt possit Episcopus talem licentiam concedere, ego obseruo cum Granada in 3. p. D. Thoma, contr. 6. tract. 14. disp. 13. n. 6. respicere necessitatem multorum, non autem vnus. Casus videre poteris penes Fagund. & Cened. vbi supra, Henriq. lib. 9. c. 27. num. 2. & alios; nempe, posse Episcopum dispensare, vt celebretur in Altari portatili coram exercitu, & triremibus. Item, vt populus possit audire Missam, si Ecclesia sit diruta: ita, si dum fiunt supplicationes iam frequentipopulo, aut Missa noua, nec paruum Templum capit concursum hominum, &c. Nec obstat, quod Doctores etiam admittunt casum, in quo detur licentia celebrandi cum Altari portatili, etiam propter necessitatem vnus, vt visum est supra in casu de viro nobili infirmo. Nam respondeo, secundum aliquos, hoc non carere difficultate: sed, quidquid sit, est dispar ratio: iste enim casus est indutus variis circumstantiis: nam talis licentia præbetur viro perillustri; sed hoc non sufficeret nisi laboranti in articulo mortis. Vnde dixit Molfesius in Summa, tom. 1. tract. 3. cap. 17. num. 72. quod in talibus licentiis debet haberi ratio personarum illustrium, & qualitas infirmitatis, & ætatis. Sed in casu, de quo loquimur, non adsunt dictæ circumstantiæ. Ergo non est admittenda regula illa tam generaliter latamam passim in ciuitatibus videremus Missas celebrari in priuatis domibus cum Altari portatili. Tertio, non video, vnquam dictam opinionem fuisse practicatam. Vnde optime dicit Sorus in 4. dist. 13. qu. 2. art. 3. nisi esset perillustri persona, malle, vt cæteri, quando exire ad Ecclesiam non possunt, die etiam Festo Missam non audirent, quàm domi audirent. Ideò, Lector, tu cogita: & à fortiori Episcopi etiam cogitent, ne postea cum rubore fraternam correctionem à Sacra Congregatione in Domino recipiant.

Casus sextus est, vt in mari, in aliqua magna nauis possit celebrari, vt sunt naues Hispanicæ ad Indiam nauigantes. Sed hoc aliqui absolute posse fieri, stante tranquillo mari, tenent. Et ita docent Doctores, quos ego in par. 5. tract. 3. resol. 40. adduxi, quibus nunc addo Trullench. de Sacram. lib. 3. c. 8. dub. 14. n. 3. Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 8.

tract. 8. disp. 6. q. 18. Castrum Palaum tom. 4. tract. 22. disp. unico. punct. 8. num. 10. Garciam in Summa Theol. mor. tr. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 3. num. 6. asserentes satis probabile, stante mari tranquillo, posse in nauibus Indicis, & similibus celebrari, sicut in terra; quia in prædictis nauibus, & locus decens inuenitur, & periculum morale effusionis Sanguinis nullum est, vt experientia testatur. At aliqui, quos ad societatem *vbi supra* citauit, absolute hoc negant: quia regulariter est periculum Sanguinem effundendi ob continuam nauis agitationem. Et licet vna, vel alia vice hoc periculum cessare videatur, non inde lex prohibens prædictam celebrationem cessat, quia lex non spectat periculum vtrunque, sed regulariter contingens. Deinde, quia vix in nauis locus decens celebrationi inueniri poterit. Ob quas causas videtur consuetudine receptum, in mari celebrari non posse, Tamen hoc ex licentia Episcopi posse fieri docet Granadus 3. par. contr. 6. tract. 14. disput. 13. num. 6. vbi sic ait: [Non minus prohibetur in iure celebrare Missam extra Ecclesias, & Oratoria ab Episcopo approbata, quam in mari, aut flumine: sicut ergo potest Episcopus licentiam dare, vt celebretur in tentorio, aut in littore quando vrget necessitas; ita poterit dare, vt celebretur in mari cum cautione, quæ non facile credenda est, nec cuiuslibet Sacerdotis, aut nauis iudicio committenda, cum res sit magni momenti.] Ita Granadus.

Verum, his non obstantibus, ego modo inuenio Declarationem Sacre Congregationis tenoris sequentis: *Eminentiss. & Reuerendiss. D. D. Ferdinandus, Archiepiscopus Liman, in Indiis Occidentalibus, supplicat declarari infrascriptum dubium, An Episcopi debeant prohibere, tam Sacerdotibus, quam Regularibus, ne celebrent Missa Sacrificium in nauibus, tam dum nauigant, quam dum non nauigant; sed, vt vulgariter dicitur, Estan furtas? Sacra Rituum Congregatio respondit, Ordinarios in casu proposito, tam Sacerdotibus Regularibus, quam secularibus prohibere debere, die 12. Februarij, 1633. Emmanuel, Episcopus Portuensis, Cardinalis Pius. Iulius Rospiogliosus, Secretarius. Locus sigilli.* Si ergo Sacra Congregatio declarauit, Episcopos debere prohibere, ne Missa celebretur in mari, sequitur, celebrationem in mari non posse fieri absque licentia, nec contra Granadum, & alios citatos Authores, Episcopos talem licentiam præbere posse; nisi aliquis dicat, dictam Declarationem intelligendam esse, non quod Episcopi non possint hanc licentiam præbere, sed, quod debeant prohibere, ne in mari celebretur absque eorum licentia, vt antea multi Doctores sentiebant. Sed tu cogita: quia verba Sacre Congregationis non distinguunt, & petitio Episcopi fuit etiam absoluta. & sine vlla limitatione. Et maxime, quia non desunt Doctores asserentes, hanc licentiam celebrandi in mari pertinere solum ad Summum Pontificem, vt obseruat Coninch adductus à me loco citato, nempe, in 3. par. q. 82. art. 3. dub. 1. n. 226. Et ideo Castrus Palaus *vbi supra*, testatur celebrationem in mari permisisse Clem. VIII. & Paulum V. vnde apparet, quod Episcopi non audebant talem licentiam præbere. Videant ergo ipsi in facti contingentiâ, quid faciant.

An quando licitum est, causa magna necessitatis, celebrare extra Ecclesiam, sit adendum Episcopus pro licentia?

RESOL. XLVI.

Negatiuè respondet Emmanuel Sà *verb. Missa, n. 19.* & pro hac sententia adducit etiam Nauatrum, Sotum, & Armillam Pater Pasqualigus *decis. 178. num. 2.* quos ipse sequitur, quando necessitas est euidentis: secus in dubio.

Sed, his non obstantibus, nominatim contra Patrem Pasqualigum, noster Alphonsus de Leone in *tr. de cens. re- Antonini Diana Pars IX.*

collect. 6. n. 851. talem sententiam non audet admittere, quando Episcopus, vel Ordinarius potest facile adiri: secus, si non potest facile adiri: nam Concil. Trident. in *supracitato Decreto* tribuit hanc facultatem Episcopo pro casu necessitatis tantum, & per consequens restricta fuit facultas sibi data à iure, non in totum; sed pro casu solum, vbi adesset necessitas euidentis: si ergo, quando adest euidentis necessitas, & posset facile Episcopus, vel eius Vicarius non adiri, non teneretur quis petere dictam licentiam, frustratoria esset dicta concessio S. Concilij facta Ordinariis pro executione prohibitionis. Ita Leone. Et quidem ego affirmatiuè sententiæ adhæreo, cui adhærent etiam communiter Doctores, quos citat, & sequitur Perlicus *de Offic. Sacerdot. lib. 1. cap. 6. dub. 4. num. 33.* quia nunquam extra Ecclesiam celebrare licet, nisi Episcopus permiserit, vt patet ex cap. *Missarum de consecrat. dist. 1.*

Sed, quidquid sit de rigore, securius erit in dictis casibus semper petere licentiam ab Episcopo: & ita consulendum esse existimo Parochis, & aliis Sacerdotibus. Vide Vviggers in 3. p. qu. 83. dub. 15. num. 67. Marchinum *de Sacram. Ordinis, tr. 3. par. 3. c. 9. n. 11.* Garciam in *Summa Theol. mor. tr. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 1. n. 6.* & alios.

Non deseram tamen hinc adnotare casum, de quo olim Ego interrogatus fui. In quodam Palatio rurali aderat Capella cum Altari portatili; in qua tamen non aderat licentia dicendi Missam; repente quis incidit in articulum mortis: quæsierunt à me, an tunc posset Sacerdos Missam celebrare in illo Altari portatili ad dandum Viaticum moribundo. Et respondi affirmatiuè, & in terminis Nugnum adduxi in 3. par. D. Thoma, tom. 1. qu. 83. art. 3. vbi docet, esse peccatum mortale celebrare extra Ecclesiam sine Episcopi facultate: modificat tamen hoc in casu allato, & sic asserit: [Sit conclusio: Mortale peccatum est celebrare extra locum sacrum sine facultate Episcopi. Hæc conclusio patet: Primò, quia est communis inter Doctores Scholasticos, in 4. dist. 13. & illam docet D. Thomas in isto articulo, Syluester, & alij Summistæ *in verb. Missa*: & ita præcipitur in Concilio Tridentino, *sess. 22. cap. de obseruandis in celebratione Missarum.* Et patet: quia talis celebratio esset contra communem vsum totius vniuersalis Ecclesiæ in re grauissima, vnde & grauius puniuntur sic celebrantes. Intelligenda est nostra conclusio, nisi aliàs sit grauis necessitas, quia tunc licitum est celebrare in domo, & in quocunque loco decenti: vt si sit infirmus in extrema necessitate, & aliter non possit illi subueniri, nisi celebrando extra templum.] Ita Nugnum, cui etiam adde Tolletum *lib. 2. c. 2. num. 1.* & Perlicum *de officio Sacerdotis, lib. 1. c. 6. dub. 4. n. 29.*

Sed hinc querendum erit, An possit Episcopus in casu necessitatis prædictam licentiam concedere Sacerdotibus sibi subditis extra propriam Diocesim? Respondeo, circa hoc esse duas sententias. Prima affirmat: quia hoc sine licentia Episcopi fieri potest in necessitate, vt in itinere, quando licentia commodè haberi non potest, cap. *Concedimus. de consecrat. dist. 1.* non autem, extra necessitatem; alioquin esset licitum de iure communi, ac proinde frustra concederetur Episcopis priuilegium; vt in Altari viatico celebrare, vel celebrari facere possint in itinere, cap. *Quoniam de priuilegiis, lib. 6.* Ergo Episcopus dare potest hanc facultatem extra suam Diocesim. Ita Syluester, *Missæ, 1. q. 5. dicto 3.* Probat etiam ex cap. *Missarum de consecrat. dist. 1.* vbi conceditur celebrari, vbi Episcopus permiserit. Sed non est recedendum à sententia negatiua. Et ratio est: quia in cap. *Quoniam de priuilegiis, lib. 6.* Bonifacius VIII. concedit Episcopis priuilegium, vt Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari vbiunque. Sed si, hanc facultatem possent ipsi Sacerdotibus sibi subditis concedere extra Diocesim, illam haberent de iure communi. Ergo frustra concederetur ipsis Episcopis prædictum priuilegium.

uilegium. Nec obstant adducta in contrarium: nam respondeo, potuisse Episcopos olim de iure communi concedere Sacerdotibus sibi subditis facultatem ubique celebrandi extra necessitatem; sed solum intra, non verò extra propriam Diocesim; iuxta cap. *Missarum de consecras. dist. 1.* nunc verò post Concilium Tridentinum, solum in casu necessitatis; semper tamen talis licentia est concedenda intra Diocesim; nam extra non extenditur eius iurisdic-tio. Nec valet consequentia: Possunt Sacerdotes in necessitate ubique celebrare sine licentia Episcopi; ergo idem etiam possunt sine necessitate cum licentia Episcopi; nam primum, est priuilegium Summi Pontificis, in cap. *Concedimus. de consecrat. distinet. 1.* quod non potest concedere Episcopus sine necessitate, nec extra propriam Diocesim. Vide Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 81. sect. 3. Valquez disp. 333. c. 1. num. 2. Fagundez praecept. 1. lib. 3. c. 13. num. 7. & alios.

An Episcopus titularis extra Urbem Roma possit in suo Palatio habere Oratorium priuatum, vt ibi celebret, vel Missam audiat?

RESOL. XLVII.

Respondeo in rigore iuris affirmatiuè; quia Episcopi titulares, qui ordinantur pro Ecclesiis in partibus infidelium, sunt verè & propriè Episcopi, vt docet Iacobatus de Concil. lib. 2. art. 2. rubrica de vocan. ad Concilium, fol. 85. Tolofanus in Syntag. iur. lib. 15. c. 12. num. 34. Simanc. in Cathol. instit. tit. 25. num. 12. Sanchez in Summa, tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 27. Lottherius de re benef. lib. 1. q. 9. n. 67. Artia-ga in Cur. Theol. tom. 4. disp. 18. sect. 3. num. 19. & alij penès ipsos. Vnde infertur primò, prouisionem Ecclesiatum in partibus infidelium iure esse reseruatum Summo Pontifici, qui de eis disponit in Consistorio, sicuti de aliis Ecclesiis habentibus Clerum, & populum Christianum, Clem. In plerisque de elect. Infertur secundò, talem Episcopum posse exercere omnia pontificalia; nempe, Ordines conferre, solenniter celebrare, & prædicare, aliàque facere, quæ spectant ad ordinationem, cap. 1. de ord. ab Episcopa, qui renunciauit Episcopatu, ibique Hostiensis, Ioan. Andreas, & Abbas, dummodo prædicta faciant de licentia Ordinarij, vt cauetur in Sacro Concilio Tridentino, sess. 14. cap. 2. Tertio infertur, tali Episcopo deberi locum inter cæteros Episcopos, tam in Capellis, quàm in Consistoriis publicis, & semipublicis, aliisque sessionibus, iuxta ordinem suæ promotionis. Ioan. Piccar. inter consilia Menochij, concil. 52. num. 89. ad instar Comitum expulsi à comitatu, qui post expulsionem sedere debet in loco, qui inter Comites sibi antea debebatur, Baldus, & Card. Alexan. in cap. 1. Quis dicatur Dux. Iacob. de Sancto Georg. de feudis, verb. Comes. Cassaneus de gloria mundi, par. consider. 49. & ita passim ubique seruat. Quarto infertur, talem Episcopum, si sit Regularis, non esse subiectum iurisdictioni Ordinarij, neque Superiori sui ordinis; sed esse immediatè subiectum Summo Pontifici, Suarez de Relig. tom. 3. tit. de Religios. mutan. lib. 3. c. 17. num. 5. post D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8. ad 3. Item, familia Episcopi Regularis gaudet priuilegio fori, vt Sacra Congregatio Immunitatis declarauit. Vnde ex his omnibus patet, nimis licentiosè loquutum fuisse Fratrem Anthonium Paganum, Theologum Ordinis Minorum, qui Concilio Tridentino interfuit, tract. de Ordine, iurisdictione, & residentia Episcoporum, sect. 6. fol. mibi 154. vbi sic ait: Episcopus titularis, & sine subditis porro dedecori, & opprobrio est dignitati, graduque episcopali; cum certè sine aliquo suæ iurisdictionis vsu, haudquaquam dici Episcopus rectè possit: quoniam Dux sine exercitu, Pastor sine grege, & Prælatos sine subdito Clero, atque populo, valdè incongrua appellatione nominantur. Ita ille: sed malè.

Itaque ex his omnibus concludendum est, Episcopos titulares gaudere indulto cap. *Quoniam de priuil. in 6.* erigendi Oratorium in suo Palatio, vt ibi celebret, vel Missam audiat, vt cæteri Episcopi. Nam dispositio loquens de Episcopo, habet locum etiam in Episcopo titulari, Bald. in Auth. Licentiam, Cod. de sacrosanct. Eccles. Simanc. de Cathol. instit. tit. 25. num. 12. Quod maximè procedit, quando in dispositione consideratur splendor dignitatis: tunc enim non minùs habet locum in Episcopo titulari, quàm in quocunque alio Episcopo. Hinc dispositio Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 5. de reform. quòd causæ Episcoporum criminales cognoscantur à solo Summo Pontifice, habet locum etiam in Episcopo titulari, Simanc. loco citato. Hoc idem est dicendum in materia concernente ordinem: quia etiam in his nulla est differentia inter Episcopum titularem, & alios, cap. 1. de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatu, cap. Post translationem. de renunciatione. Ergo dicendum est in casu nostro, Episcopum titularem gaudere eodem priuilegio, quo gaudent cæteri Episcopi. Sed hæc omnia dicta esse volo stando in rigore iuris: nam, si adesset praxis, & consuetudo in contrarium, puto non esse ab illa recedendum.

An Prælati habentes iura episcopalia, & præsertim Archimandrita Messanensis, Abbas Sancta Lucia, Abbas Guastalla, Archipresbyter Carpi, & similes, possint in eorum domibus, seu Palatiis, habere Oratorium, & in eo celebrare, vel audire Missam?

RESOL. XLVIII.

Pro sententia affirmatiua potest adduci noua opinio Iuriconsulti Ioan. Baptista Ciarlinij in Controu. forens. tom. 2. cap. 198. n. 31. nempe, priuilegium immunitatis Palatij episcopalis habere locum etiam in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum, qui habent iura episcopalia, & territorium distinctum, velut est Abbas Guastalla, & Archipresbyter Carpi, quoniam æquiparantur Episcopis in omnibus, quæ non sunt Ordinis, & ab illis sola consecratione differunt, vt probat Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 12. & Diocesani appellatione comprehenduntur, vt docet idem Sanchez lib. 3. disp. 29. num. 16. Gratianus discept. forens. tom. 2. cap. 212. num. 9. ac Ordinarij vocantur, vt patet ex Barbola de potest. Episcop. part. 2. allegat. 32. num. 30. & 31. Quinimò Decreta Concilij Tridentini habere locum in his Prælatibus habentibus iura episcopalia, gradit ex Riccio Bellettus post disquisit. Cler. §. unico de iurisdictione Abbatia S. Michaelis de Clusa, n. 8. in fine. Quod etiam confirmatur, quòd supradictorum familiares gaudent priuilegio fori, ac vt gaudet familia Episcopi, vt tradit Ciarlinius in contr. tom. 1. cap. 20. n. 29. ergo ex his omnibus aliquis posset dicere, supradictum Archimandritam, & alios Prælatos gaudere priuilegio, quo gaudet Episcopus circa Oratorium priuatum sui Palatij.

Sed, his non obstantibus, negatiua sententia tenenda est, vt patet ex praxi, & consuetudine, quæ est optima legum interpret; & idèd sub nomine Episcopi in cap. *Quoniam de priuileg. in 6.* non intelliguntur Prælati habentes iura episcopalia; sed solum, & duntaxat verè, & propriè Episcopi quoad dignitatem, & Ordinem: & idèd extenderetur tale priuilegium ultra verborum proprietatem contra iuris regulas.

Dices: Cardinales non sunt Episcopi, & tamen gaudent hoc priuilegio. Respondeo, Cardinales gaudere omnibus priuilegiis, quibus gaudent Episcopi. Adde, quòd dicto priuilegio Cardinales fruuntur etiam ex approbatione Pontificis.

Et

Et si opinio contraria esset admittenda, dicendum etiam esset, Vicarium Capitularem posse etiam gaudere hoc priuilegio: quia sub nomine Ordinarij etiam comprehenditur, vt probat Perficus *de resignat. benef. lib. 3. q. 22. n. 29. & seqq.* cum Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 25. n. 10. & disp. 29. n. 4. & 5.* Sed hoc est contra praxim, & consuetudinem. Ergo, &c.

Confirmatur nostra sententia ex doctrina Trullench in *Bullam Cruciatam, lib. 1. §. 3. dub. 3. num. 4.* Cenedi in *quastionib. can. quest. 44. num. 6.* Rodriquez in *qq. Regul. tom. 1. quest. 43. art. 6.* & aliorum asserentium, inferiores Præla-

tos etiam habentes quasi episcopalem iurisdictionem, non habere facultatem concedendi licentiam, vt ex causa iusta possit quis celebrare extra Ecclesiam: ergo, si non habent hanc facultatem pro alijs, signum est, quod nec etiam pro ipsis habent; vt in simili difficultate dixit Porrel in *respons. Regul. tom. 1. par. 3. casu 20. num.* Non bene itaque dixit Henriquez *lib. 9. cap. 27. num. 2. in Glossa lis. D.* quod aliquando etiam Abbas magnus dispensat, vt celebretur extra Ecclesiam: quod etiam male videtur approbare Perficus *de officio Sacerd. lib. 1. c. 6. dub. 3. num. 23.*



TRACTATUS SECVNDVS, DE ALTARIBVS PRIVILEGIATIS.

Quid sit Altare priuilegiatum, & quomodo Indulgentia Defunctis concedatur.

RESOL. I.

Altare, asserit S. Isidorus *lib. 6. Originum, cap. 4.* ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta Ara, seu vt habetur *de consecr. dist. 1. & Archidiaconus ibi docet*, Altare dicitur, quasi alta res, vel alta Ara, in qua Sacerdos incensum adolebat; vel quia in ea, Sacrificia ardebant, & fiebant. Est igitur in nostro casu Altare priuilegiatum illud, in quo concessa est Indulgentia plenaria pro Mortuis: posse enim Pontificem applicare Indulgentias Defunctis, concors est Catholicorum sententia cum D. Thoma in *4. dist. 45. q. 2. art. 3. quasiunc. 1.* quam firmavit Leo X. in Decretali contra Lutherum missa ad Cardinalem Caietanum, quæ incipit, *Exurge Domine, &c.* & ex Xysto IV. Innocentio VIII. Pio II. & alijs relatis à Gabriele in *addit. ad lect. 57. in Canon.* licet non defuerunt Catholici, qui negarunt, Indulgentias, prodesse Defunctis, vt legere est apud Bellarminum *lib. 1. de Indulgentiis, cap. 14.* & Suarez *disp. 53. sect. 1.* quæ sententia, iudice Patre Suarez sine errore defendi non potest. Est igitur certa, & indubitata veritas, Indulgentias prodesse Defunctis. Cuius oppositam sententiam Tolerus *lib. 6. cap. 26.* appellat Hæresim. Vnde Gabriel in *Additione ad illam lectionem 57.* cognita veritate correxit, quod docuerat falsò: & Gerson melius sapuit in *tractatu de Indulgentiis, consideratione 11.* licet male affirmet, rem hanc esse vtrinque probabilem.

Probatur Catholica sententia: quia, sicuti animæ Defunctorum iuari possunt suffragijs viuientium, vt de fide constat, nempe, ieiunijs, precibus, elemosynjs, &c. sic nulla est ratio, cur nequeant Indulgentijs adiuuari: sicuti enim fideles priuati possunt applicare pia opera per modum satisfactionis in subsidium Defunctorum; ita etiam Pontifex, vt Caput, poterit ex Thesaurò Ecclesiæ pro eisdem Defunctis applicare satisfactiones Christi, & Sanctorum, medijs Indulgentijs: & hæc omnia ratione illius vnionis, quæ est per charitatem, & quæ facit, vt inter nos, & defunctos sit bonorum spiritualium communicatio; & ista semper fuit constans traditio, & sensus totius Ecclesiæ Catholicæ. Itaque, si animæ Purgatorij pertinent aliquo modo ad Ecclesiam militantem, cum

habeant fidem, quæ est forma Ecclesiæ, & charitatem, quæ est nexus fidelium: ergo possunt adhuc ab illis adiuuari precibus, & Indulgentijs. Patet consequentia: quia inter viuentes est communicatio similium honorum propter communem fidem, & vinculum charitatis.

Nec obstant verba Christi Domini Matthæi 16. *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cælis.* vbi potestas ligandi, & soluendi, ac proinde concedendi Indulgentias, non confertur Petro, & successoribus eius, nisi comparatione eorum, qui adhuc degunt super terram, seu nobiscum conuersantur; non autem comparatione Defunctorum, qui iam sunt alterius fori. Vnde Gelasius Papa in *cap. Legatur 24. quest. 2.* explicans prædicta verba, *super terram*, inquit: *Nam in hac legatione Defunctum nusquam dixit absolui.*

Respondetur, particulam illam, *super terram*, non ad homines, qui ligantur, aut soluuntur; sed ad ipsum ligandi, & soluendi actum referri. Est enim elegantissima antithesis, qua Summo Pastori Ecclesiæ militantis in terris quodammodo se subdit Deus in Cælis: quasi diceretur: *Quidquid tu, ô Petre, vel, ô legitime Petri successor, dum viuus, in terra solueris, aut ligaueris, ego in Cælis ratum habeo.* Itaque, siue iudicium feras de viujs, siue de Defunctis pro data tibi potestate, firma erit sententia. Iuxta quam explicationem non vrget primum argumentum, vt perspicue patet. Deinde, licet simul admittamus particulam, *super terram*, applicati ijs, qui ligantur, & soluuntur; rectè responderi potest, non negari à Christo Domino omnem potestatem erga animas Purgatorij; sed solum potestatem absoluendi illas, aut ligandi propriè. Et verum est, Indulgentias non concedi Defunctis per modum absolutionis, sed solum per modum suffragij. Adde, quod Gelasius in illo capite solum affert prædictam explicationem, vt probet, non esse datam Ecclesiæ potestatem absoluendi eos, qui in errore mortui sunt: quod verum est, & non contradicit nostræ doctrinæ. Sed omnia superius dicta magis clarè in sequenti resolutione explicabimus. Vide Lessium in *3. p. D. Thoma, cap. 5. de Indulgentiis, dub. 1.*

per totum, & Doctores
communiter,

* * *

C

Suprà

Supradicta magis elucidantur, & contra Medinam explanatur, quo pacto Pontifex concedendo Altare priuilegiatum, applicet Indulgentiam Defunctis.

R E S O L. II.

Michaël Medina de Indulg. disp. 1. cap. 34. & disp. 8. cap. 4. putat animas Purgatorij pertinere ad iurisdictionem Pontificis; & consequenter docet, percipere posse Indulgentias per modum absolutionis. Probat hoc: quia Ecclesia excommunicare solet mortuos, eosque ab excommunicatione absoluere, ut patet ex cap. Sane 24. q. 2. & cap. A nobis 2. de sententia excomm. ergo in illos directam habet iurisdictionem, atque ad eisdem poterit largiri Indulgentias per modum absolutionis.

Verum contrariam sententiam docent communiter Theologi, asserentes non posse à Pontifice concedi pro animabus Purgatorij Indulgentias per modum absolutionis, sed solum per modum suffragij. Et ad hoc probandum plura ingeniosè docet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de pœnit. disp. 27. sect. 5. quæ omnia comprobantur à Quintanadueñas in Theol. mor. tom. 1. in Appen. tract. 1. in singul. 14. num. 2. Sed, quia circa illa aliquas difficultates habet Pater Bardi omninò videndus in Bull. Cruciatæ, par. 4. tract. 3. cap. 2. sect. 2. num. 1. 2. & seq. Ided ego breuiter assero, Primò Missas priuilegiatas, seu Indulgentias iis annexas non applicari Defunctis per modum absolutionis, sed tantum per modum suffragij. Est communis. Probatur prima pars: quia absolutio exigit iurisdictionem in eum, qui absoluitur; quam non habet Pontifex in Defunctos, qui, sicut per mortem positi sunt extra statum vitæ, ita etiam extra forum Ecclesiæ militantis; idèoque non subsunt saltem directè, iurisdictioni eius. Et confirmatur ex eo, quòd Christus Matthæi 16. dedit potestatem Petro ligandi, & soluendi super terram quod iuxta communem explicationem denotat potestatem datam in homines viatores super terram degentes; non autem in Defunctos. Probatur secunda pars: cum enim non prosint per modum absolutionis, necesse est applicare per modum suffragij; id est, eo modo, quo suffragia viuorum illis applicantur: sicut enim, cum quis Defunctis applicat suffragia, ut orationes, ieiunia, &c. intendit ex satisfactionibus suis soluere pretium æquiualens pœnis ab ipsis soluendis in Purgatorio, & eatenus suffragia dicuntur prodesse Defunctis: ita Pontifex, licet non possit absoluere animas à pœna; per Missas tamen priuilegiatas, ultra fructum respondentem Sacrificio ex opere operato, exhibet Deo ex thesauro Ecclesiæ satisfactiones Christi, & Sanctorum, tanquam pretium, & solutionem æquiualentem pœnæ remittendæ, quam Deus accipiat; & eatenus dicuntur Missas priuilegiatas illis prodesse per modum suffragij.

Dico secundò: In Missis priuilegiatis, quæ applicantur Defunctis per modum suffragij, interuenire actum potestatis Clauium. Patet: quia Pontifex soluit pretium æquiualens ex thesauro Ecclesiæ: non habet autem potestatem dispensandi in thesauro, nisi virtute promissionis factæ Petro, Matthæi 16. qua illi, & eius successoribus datur potestas aperiendi Cælum, tollendo impedimenta, quæ ingressum retardant: quod fit, cum eadem autoritate applicantur satisfactiones Christi, & Sanctorum ex thesauro Ecclesiæ Defunctis in solutionem, & tolluntur pœnæ debitæ, quæ ingressum Cælorum retardabant. Vnde colligitur, Indulgentias applicatas viuus, & Defunctis, in hoc conuenire, quòd sint simpliciter Indulgentiæ, & actus potestatis Clauium, per quem ad remittendas pœnas distribuitur thesaurus satisfactionum Christi, & Sanctorum; proindeque in vtrisque fit solutio æquiualens, & reperitur iustitia commutatiua. Differunt

autem in hoc, quòd Indulgentiæ applicantur viuus per modum absolutionis, per actum iudicialis potestatis, quo Pontifex immediatè remittit pœnam, tanquam minister Dei, & locum eius tenens, soluendo vterius pretium æquiualens ex thesauro Ecclesiæ. In Indulgentiis verò, quæ applicantur Defunctis per modum suffragij, Pontifex non remittit autoritatiuè pœnam, cum in illos non habeat iurisdictionem, sicut in viuos; sed exhibet Deo pretium æquiualens ex thesauro, & Deus ipsos absoluit à pœna: vnde Indulgentiæ viuorum includunt actum iustitiæ vindicatiuæ, & commutatiuæ; Defunctorum verò solum commutatiuæ. Si quis autem querat, cur Pontifices in suis Bullis tam accuratè explicent, se concedere Defunctis Indulgentias per modum suffragij, cum differentia assignata nihil mutet in effectu; sed eundem effectum pariant Indulgentiæ viuorum, & Defunctorum? Respondetur, id facere, ut ostendant, se non aburi potestate sibi tradita, nec velle iuuare Defunctos, tanquam sibi subditos; sed tanquam sibi charitate coniunctos, & indigentes, quibus subuenire possunt per dispensationem thesauri Ecclesiæ, eorum commisioni relictam. Vide Palaum tom. 4. tra. 24. disp. unica, punct. 10. num. 2. Philippum de la Cruz in Theol. Eccles. tract. 2. §. 6. n. 3. & alios penes ipsos.

Nota tamen, quòd cum Pontifex tibi concedit, ut possis Defuncto per modum suffragij Indulgentiam applicare, ne intelligas, tibi fortè sceminæ, vel laico concessam esse facultatem distribuendi thesaurum Ecclesiæ, & maximè in Defunctorum fauorem, quod semper est Pontifici reseruatam; neque etiam intelligas, Indulgentiam tibi concessam posse te Defuncto communicare: nam, si tibi concessa est, pœnam tuorum peccatorum remisit: non igitur est locus applicationi. Sed intelligere debes, tibi remitti potestatem designandi Defunctum: qua designatione facta, Pontifex immediatè, & directè Indulgentiam applicat: & quia hæc applicatio tuam designationem subsequitur, idèò diceris potestatem habere applicandi Indulgentiam Defunctis. Dico igitur cum Granado in 3. part. contr. 12. tract. 5. disp. 5. num. 13. Defunctos excommunicari, & ab excommunicatione liberari posse dupliciter: Primò quidem, declarando, eos, dum viuerent, incurrisse illam, aut non incurrisse, & in eo statu mortuos fuisse: ad quod, ut patet, non est necessaria iurisdictione in Defunctos, Secundò, id fieri potest prohibendo viuus orare pro Defunctis, aut concedendo potestatem orandi: & id non est propriè exercere iurisdictionem in mortuos, sed in viuos. Concludo ergo, excommunicationem, de qua loquitur Synodus, accipiendam esse vno ex his duobus modis. Alium verò excommunicandi modum, qui directè fertur in viuos, & est proprius actus iurisdictionis, non exercet in Defunctos Ecclesia. Itaque Ecclesia neque excommunicat, neque propriè absoluit mortuos; sed solum declarat, ex hac vita Defunctum decessisse excommunicatum, & contumacem: vel declarat, recessisse à contumacia: proinde concedit viuentibus, ut possint Defunctum illum sepelire in loco sacro, aliisque pro illo sacras, & consuetas Ecclesiæ functiones facere: & in hoc sensu communiter declarantur Canones, qui citantur in contrarium: & hinc Ecclesia indirectè tantum dicitur excommunicare, aut absoluere Defunctos, quatenus vel prohibet viuentibus, ne faciant pro aliquo Defuncto suffragia, vel id concedit.

An Indulgentia concessa Altari priuilegiato applicanda Defunctis, habeat infallibiliter effectum?

R E S O L. III.

Negatiuè respondet Layman lib. 5. tract. 5. cap. 7. num. 2. Canus de locis Theol. lib. 12. c. 13. ad 9. §. Errans. Petrus

trus Sotus *lect. 3. de Indulg. & Henriquez lib. 7. cap. 7. n. 4.* & alij asserentes, Indulgentiam Defunctis applicatam non habere infallibilem effectum; sed solum per modum cuiusdam impetrationis ex libera Dei acceptatione, eò quòd supremus Iudex non teneatur commutationem pœnæ sibi debite acceptare, nisi ad id sua se promissione obligauerit. At Deus non videtur obligatus ad acceptandam satisfactionem ex Christi, & Sanctorum meritis pro Defunctis oblatam: quia Christus Dominus solum promisit soluendum in Cælis, quod Pontifex soluerit super terram; non verò quòd Pontifex soluerit sub terra, vbi animæ detinentur, & pœnas luunt. Confirmant suam sententiam ex vsu fidelium, qui postquam Indulgentiam plenariam alicui Defuncto applicarunt, medio, inquam, Sacrificio, vel alio pio opere; iterum sepetunt eandem Indulgentiam: quod superfluum esset, si infallibiliter haberet effectum. Sentiunt ergo fideles, solum habere effectum ex libera Dei acceptatione. Et hanc sententiam, præter Doctores citatos, docet nouissimè Pater Amicus in *Cur. Theol. tom. 8. disp. 20. sect. 8. num. 176. & seq.* vbi plures adducit rationes, & inter alias, quoniam Purgatorium est Tribunal Christi, in quo sibi tantum reseruat causas iudicandas: igitur ipsius tantum est eas pœnas remittere. Antecedens constat ex dictis, quibus probatum est, Pontificem in animas purgantes nullum ius habere. Consequentia verò probatur: quia sicut solius Christi est, eas pœnas taxare: ita eiusdem erit easdem relaxare. Deinde, quia si Pontifex eadem infallibili authoritate posset à pœna liberare animas purgantes, ac potest in terris viuentes; sequeretur Primò, breui posse totum Purgatorium per frequentes Indulgentias plenarias euacuare. Nec refert, quòd Pontifex in Indulgentiis concedendis sufficientem debeat habere causam: nam eadem causa, quæ sufficit pro Indulgentia plenaria applicanda vni, sufficiens erit pro Indulgentia plenaria applicanda aliis, & aliis animabus, cum nulla sit maior ratio de vna, quàm de cæteris. Igitur, qua ratione Indulgentia plenaria sufficienter applicatur vni, eadem poterit applicari cæteris: sicque breui totum Purgatorium euacuari. Secundò sequeretur, vna tantum Indulgentia plenaria applicata pro vna anima, frustra pro eadem alias Indulgentias, vel suffragia applicari: cum tamen communis sensus fidelium sit, adhuc post plenariam Indulgentiam, alias etiam Indulgentias, & suffragia pro eadem anima fructuosa procurari posse: quasi certum non sit, per eam, animam è Purgatorio liberandam esse: cum tamen in contraria sententia nullum sit dubium; quippe cum ex parte animæ nullum possit esse impedimentum, quominus Indulgentia statim suum effectum sortiatur: neque esse potest ex parte viuents talem Indulgentiam pro Defunctis offerentis; nam multi ex contrariæ sententiæ Authoribus putant, Indulgentias etiam à peccatore oblatas prodesse Defunctis.

His tamen non obstantibus, puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quam tuetur D. Thomas in *4. distict. 21. quest. 2. art. 2. quasiunc. 2.* Sorus *dist. 21. quest. 2. art. 3.* Suarez, Valentia, Coninch, & alij, quos citat, & sequitur Castrus Palauus *tom. 4. tract. 24. disp. unica, punct. 10. num. 4.* Villalobos in *Summa, tom. 1. tract. 26. diffical. 7. num. 3.* Lessius in *3. part. D. Thoma, cap. 5. de Indulgent. dub. 3. num. 41.* Granadus *n. 3. par. de Sacram. contr. 12. tract. 3. disput. 5. num. 10.* quia, ait iste, vt Indulgentiæ infallibili iustitiæ lege prosint Defunctis, duo solum requiruntur: primum est, diuina promissio: secundum, applicatio satisfactionis æquivalentis pœnæ, quam Defunctus debet. Et quidem diuina promissio non deest; quia perpetua Ecclesiæ traditio, qua docemur, Indulgentias prodesse Defunctis, non nisi in diuinæ promissionis notitia fundamentum habere potest: sine promissione enim nihil firmum esset. Fauet etiam, & quidem maximè, pro hac veritate locus Matthæi 16. *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cælis.* vbi absque limita-

tionem Christus promittit, acceptum sibi fore quodcumque Petri iudicium: si ergo, soluerit animam Defuncti, applicando illi Indulgentias; ipse Dominus soluet, vt stet promissis. Quod verò ad secundum attinet, fatemur in hoc negotio maximam gratiam, quòd, nimirum, pro anima Defuncti, & iam incapacis satisfaciendi, velit Deus admittere satisfactionem oblatam: veruntamen hæc sufficientissima, & æquiualens est, cum præcipua eius pars sit Christi Domini, ac proinde valoris infiniti.

Probat hanc opinionem Rubeus de *Sacrificio Missæ, lib. 3. disp. 2. dub. 5. num. 4.* ex forma, vt ipse ait, qua vtuntur Pontifices concedendo priuilegium Missarum priuilegiatarum cuidam Ecclesiæ, vel Altari: sic enim habet Urbanus VIII. in priuilegio pluribus nostris Conuentibus dato: [Vt quodcumque Sacerdos aliquis Minimorum Ecclesiæ Missam Defunctorum pro anima cuiuscunque fidelis, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, ad præfatum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragij Indulgentiam consequatur; ita vt eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, è Purgatorij pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus.] Loquitur igitur Pontifex non de re pendente ex acceptatione diuina; sed tanquam de re certa, & infallibili. Nec aliis terminis certioribus vitur concedendo viuis Indulgentias, quas constat esse infallibiles. Deinde Leo X. Epistola ad Caietanum eadem certitudine loquitur de Indulgentiis viuorum, & Defunctorum: dicit enim, Romanam Ecclesiam tradidisse, Romanum Pontificem, Petri Clauigeri successorem, & Iesu Christi in terris Vicarium potestate Clauium, quarum est aperire Regnum Cælorum, tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta, posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate iungente sunt membra Christi, siue in hac vita sint, siue in Purgatorio, Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi, & Sanctorum, & tam pro viuis, quam pro Defunctis Apostolica authoritate Indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Iesu Christi, & Sanctorum dispensare, & per modum absolutionis Indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragij illam transferre consueuisse, ac propterea omnes, tam viuos, quàm Defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias huiusmodi consecuti fuerint; à tanta pœna temporali, secudum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessæ & acquisitæ Indulgentiæ æquiualeat. In quibus verbis notandum est, Pontificem indifferenter loqui de viuis, & Defunctis, & tanquam de re certa loquentem, docet eos omnes liberari à tanta pœna, quantam sonant Indulgentiæ: idque fieri apostolica authoritate: omnis autem dispensatio, quæ sit authoritate apostolica, licet ius ipsum diuinum aliquo modo attingat, vt est dispensatio in voto, valida est, si ex rationabili causa fiat: ex quo ex consequenti sequitur dispensationem thesauri viuus, & Defunctis, quæ authoritate apostolica fit, si ex rationabili causa fiat, esse validam, certam, & infallibilem.

Probat etiam ex definitione Concilij Constantiensis, docentis contra Vviclef, erroneum esse negare valorem Indulgentiarum: ergo ex mente Ecclesiæ sic valent Indulgentiæ viuus, & Defunctis, vt certè, & infallibiliter in illis effectum habeant; idque ratione promissionis diuinæ. Respondet Corduba *lib. de Indulgentiis, quest. 15.* Indulgentias esse quidem certas in Defunctis, sicut in viuis; non valere tamen infallibiliter quoad totum fructum in Defunctis, sicut in viuis: quia Deus promisit eas acceptate pro viuis quoad totum effectum; pro Defunctis verò solum, secudum quod visum fuerit decens suæ liberalitati: sed contrà, saltem in eius sententia, requiritur promissio diuina acceptandi Indulgentias pro Defunctis quoad aliqualem effectum;

effectum, sic vt certò aliquis fructus Indulgentiarum eis applicetur. Quæro igitur, vnde collegerit promissionem hanc diuinam quoad aliquem effectum, & non quoad totum: si enim Deus promisit acceptationem Indulgentiarum pro viuis quoad totum effectum, & promisit acceptationem pro defunctis; non potest colligi non promississe etiam quoad totum effectum pro Defunctis, sicut & pro viuis; cum promissio illa in vtrisque colligatur ex prædictis verbis Matthæi 16. in quibus nulla sit discretio viuorum, & defunctorum.

Nec obstat dicere, si Indulgentiæ infallibili lege iustitiæ profunt determinatè animabus Purgatorij, quibus applicantur; cur post applicatam Indulgentiam, qua liberatur anima à Purgatorio, applicantur eidem aliæ Indulgentiæ, Sacrificia, & suffragia? Respondetur enim, id sanctissimè fieri: Primò, quia non nobis constat de veritate huius opinionis; cum Doctores graues opinentur, non esse legem infallibilem, qua Deus acceptet totum, quod singulis animabus applicatur. Secundò, quia, vt Indulgentia valeat, requiritur causa proportionata: potest autem accidere, eam non sufficere ad Indulgentiarum concessionem, quanta requiritur ad liberandam hanc determinatam animam à Purgatorio. Vt ego securiores reddamur, & certiori, quo possumus, modo Defunctis succurramus, solent Indulgentiæ multiplicari, vt si quæ non profuerint, aut certè minùs valuerint, aliarum applicatione suppleantur.

Nec obstat secundò asserere, quòd si Indulgentiæ valerent ex condigno, & certa lege, sequeretur, quòd Pontifex posset vno die exhaurire Purgatorium. Respondet enim Caietanus *Opusculo 16. quæst. 5.* id fieri, non posse: quia Indulgentiæ iis duntaxat Defunctis profunt, qui, vt prodeffent, meruerunt. Ij autem id meruerunt, qui, dum viuerent, conati sunt, quantum in ipsis erat, pro peccatis suis satisfacere. Verùm hæc sententia *suprà* iam satis à nobis reprobata est: omnes enim, qui in gratia discedunt, capaces sunt cuiusuis influxus meritorum Christi, qui per Indulgentias dispensatur. Non enim fundamentum communionis suffragiorum Ecclesiæ est particulare aliquod meritum; sed status gratiæ, ob quem satis digni sunt qui iuentur. Ex hoc solùm vult D. Augustinus *lib. de cura pro mortuis, cap. 1. & in Enchiridio, cap. 109.* cum ait, illis prodesse suffragia, qui meruerunt, vt sibi prodesse possent: solùm enim damnatos excludit, vt patet ex diuisione, quam ibi instituit. Respondeo ergo, Pontificem id non posse præstare, quia non subest causa, ob quam potestate Clauium tam ingens dispensatio fieri queat: atqui dispensatio sine iusta causa est irrita. Et idèd nostram sententiam in casu Missæ Altaris priuilegiati in terminis docuit Rubeus *de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib. 3. disput. 2. quæst. 2. dub. 5. num. 8.* vbi ita asserit: [Sententia hæc non solùm intelligenda est de Missis priuilegiatis, seu Indulgentiis illis annexis; sed de omnibus aliis Indulgentiis, quæ quomodolibet Defunctis applicari possunt; vt sunt affixæ Medalij, visitationibus Ecclesiarum, &c. ita vt, sicut Sacerdos dicendo Missam priuilegiatam pro Defuncto, illum infallibiliter liberat à Purgatorio; ita & sæcularis communicando cum Medalia, si talis Indulgentia ei appensa sit.] Sic ille, & ego.

An, vt Indulgentia Altaris priuilegiati profit Defunctis, opus sit, vt Sacerdos Missam celebrans sit in statu gratiæ?

R E S O L. I V.

Respondeo negatiuè: nam, licèt aliqui Doctores requirant, obrinentem Indulgentiam pro defunctis, debere esse in statu gratiæ, tempore, quo perficitur opus, & Indulgentia Defuncto communicatur: sic Emmanuel

Sà, *verb. Indulgentia, num. 2.* excipit tamen, nisi opus fuerit nomine Ecclesiæ factum, vt Missæ Sacrificium: ego tamen contrariæ sententiæ absolutè adhæreo in omnibus Indulgentiis pro Defunctis: nam pro Indulgentia applicanda Defunctis gratia non requiritur vt principium operis iniuncti: quia, esto, nec satisfactorium sit, nec meritum; aptum esse potest ad Indulgentiæ consecutionem: sed requiritur, vt obicem tollat, & subiectum disponat Indulgentiæ suscipiendæ: at viuis, qui Indulgentiam pro Defuncto obtinet, exequendo opus iniunctum, Indulgentiam non suscipit; sed conditionem pro consecutione Indulgentiæ exequitur: ergo status gratiæ non est in illo necessariò requisitus. Itaque opus, sub cuius conditione conceditur Indulgentia, est sola conditio, non causa mouens Deum ad Indulgentiam acceptandam. Nec Indulgentia inficitur ex malitia personæ operantis; sicut nec inficitur Sacrificium Missæ, vel Sacramentum, ex malitia personæ sacrificantis, vel administrantis: eo quòd suum valorè non habent ex personâ proximè operante; sed ex meritis, & satisfactione Christi. Ex his infertur discrimen inter suffragium, quod priuata persona in proprio opere fundatum offert Deo pro Defunctis, & Indulgentiam: nam illud, nisi fiat à persona grata, non prodest Defunctis: èd quòd suum valorem accipit à persona operante, quæ in peccato existens, nullum valorem communicat suis operibus. Nec refert, quòd opus bonum à peccatore exhibitum valeat pro se tanquam meritum de congruo apud Deum: quia plus requiritur, vt opus acceptetur pro aliis, quàm pro se. Indulgentia verò valorem habet à meritis, & satisfactione Christi, & Sanctorum, qui per peccatum personæ operantis non amittitur.

Nec obstat dicere: quia sicuti ad lucrandum sibi Indulgentiam requiritur status gratiæ: sic ad lucrandum pro altero: nam peccatum non magis impedit ad acquirendum beneficium ipsimet operanti, quàm alteri. Nam respondeo, negando paritatem: quia gratia requiritur solùm ad tollendum obicem in eo, qui Indulgentiam est lucraturus; & idèd necessariò requiritur in eo, cui applicatur; non autem in eo, qui ponit opus iniunctum, & Indulgentiam applicat. Et ex hoc patet discrimen inter ipsum operantem, & alios: nam operans, vt de facto lucretur Indulgentiam pro se, debet esse in gratia, per quam tollitur impedimentum peccati: at respectu aliorum non ita: idcirco dicimus, gratiam requiri in suscipiente Indulgentiam, non autem in applicante; & quando operans sibi ipsi eam applicat, requiritur in ipso gratia, non vt operans, sed vt recipiens. Denique dicimus, æquè impediri fructum, & valorem Indulgentiæ ipsi operanti, & alteri; considerando vtrunque, vt sunt formaliter recipientes. Et ita nostram sententiam docent Doctores, quos citat, & sequitur Castus Palaus *tom. 4. tract. 24. disput. unica, punct. 10. num. 10.* quibus ego addo Amicum *in Cur. Theol. tom. 8. disput. 20. sect. 8. num. 203.* Bardi *in Bull. Cruc. part. 4. tract. 3. cap. 2. sect. 3. num. 23.* Quintanaduénas *in Theol. mor. tom. 1. in Append. tract. 1. singul. 16. num. 4.* Granadum *in 3. part. de Sacram. contr. 12. tract. 5. disp. 6. num. 1.* & in specie casus nostri Rubeus *de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib. 3. disp. 2. quæst. 2. dub. 5. num. 8.* vbi sic ait: Aduerte, vt per viuos fiat id, quod requiritur ad applicandam Indulgentiam Defunctis; non requiritur tamen, vt viui opus iniunctum exequentes sint in gratia: vnde sæcularis in mortali communicans cum Medalia pro Defuncto, non impedit effectui Indulgentiæ; sicut nec Sacerdos pro eodem in mortali celebrans.] Ita ille, cui etiam adde Philippum de la Cruz *in Thesauro Ecclesiæ. tract. 2.*

§. 6. num. 5.

* * *

An quando Sacerdos in Altari priuilegiato dicit Missam, debeat non solum Indulgentiam, sed & Sacrificium applicare Defuncto?

R E S O L. V.

AD hunc casum responder Suarez tom. 4. disput. 53. sect. 4. num. 3. vbi docet, securius esse ita facere, quam in rigore id non sit per se necessarium ad talem Indulgentiam, sed pendeat ex voluntate concedentis. Ideoque verba rescripti, seu priuilegij, attentè expedenda sunt: nam, si hunc tenorem contineant: *Dicendo, aut offerendo Missam pro Defuncto, liberes eius animam à Purgatorio.* tunc necessarium erit fructum Sacrificij tali animæ in particulari applicare. Si autem solum dicatur: *Dicendo Missam, vel, Quoties Missam dixeris, toties liberet unam animam à Purgatorio,* tunc ex vi talium verborum satis est illud pium opus facere, etiamsi particularis fructus eius, siue ex opere operantis, siue ex opere operato tali animæ non applicetur; sed solum beneficium indulgentiæ: sæpè autem non constat, quibus verbis talis gratia concessa sit, & tunc securius est, Sacrificium pro Defuncto offerre, semperque est optimum consilium; quia fortasse hoc modo erit sufficiens causa ad lucranda integræ Indulgentiam, quæ alias non esset. Hæc Suarez, & post illum Castrus Palaus tom. 4. tract. 24. disp. unica, punct. 10. n. 9.

Sed magis clarè hanc sententiam docuit nouissimè Ruteus de Sacrificio Missæ, lib. 3. disput. 2. q. 2. dub. 5. num. 9. vbi sic asserit: [Quæri hinc potest, an ad applicandas Indulgentias Missæ priuilegiatæ, opus sit fructum etiam Sacrificij illi applicare, vel sufficiat fructum sibi referuando, Missam celebrare ex intentione, & voluntate obtinendi illi Indulgentias? Respondeo, communiter vtrunque requiri, & hæc per modum vnus, & eiusdem Defuncto applicari: quia, cum Pontifex concedit Indulgentias ad liberandam animam à Purgatorio, dicendo Missam in tali Altari, vel Ecclesia; videtur consequenter exigere, vt Sacrificium eidem animæ applicetur: in rigore tamen non videtur semper necessarium, nisi verba priuilegij id sonent; sicut videre est in forma priuilegij *supr.* citati, vbi dicitur: *Quandounque Sacerdos Missam Defunctorum pro anima cuiuscunque fidelis, ad presertim Altare celebrabit, anima ipsa de Thesaurò Ecclesie Indulgentiam consequetur.* Secundùm hoc indultum igitur ex mente Pontificis requiritur, vt non solum indulgentia, sed & Sacrificium applicetur Defuncto: si tamen in Indulgentia solum diceretur: *Quoties Sacerdos Missam in tali Altari celebrauerit, liberabit animam à Purgatorio,* tunc satis esset Missam celebrare, absque eo, quod fructus illius isti animæ applicetur, sed sola indulgentia, & idem à simili dicendum est, cum pro Indulgentia lucranda præcipitur ieiunium, visitatio templi, peregrinatio, & maximè elemosyna, quæ in bonum tertij imponitur. Ratio autem, cur non videatur semper requiri, vt fructus operis iniuncti vtrà cum Indulgentia applicetur ipsis animabus est, quia, cum in Indulgentiis requiritur opus aliquod, non necessariò exigitur, vt satisfactorium; sed vt pium, vel conducens ad cultum Dei, &c. quæ compleri possunt absque eo, quod fructus operis iniuncti applicetur isti Defuncto, pro quo quis lucratur Indulgentias.] Ita Ruteus, qui pro hac sententia citat Nugnum, & Filliucium.

Nota etiam, Quintanadueñas in Theol. mor. tom. 1. in Appen. tract. 1. dub. 15. n. 3. docere, quod cum conceditur liberatio animæ putgatorij, pro qua dicatur Missa, vel recitetur Corona, aliudve simile opus fiat; tunc necesse erit substantiam operis, id est, Missam, vel Coronam, seu satisfactionem ex opere operantis ex illa prouenientem, applicari à lucrante: quando verò dicitur: *Quoties dicet Coronam, vel Psalmum, liberabit Animam Purgatorij probabilè est, non requiri talem applicationem specificam operis. Ita ille.*

Et tandem nota id, quod obseruat Lauorius de Indulg. part. 2. cap. 30. num. 120. vbi sic quærit: [An Missæ, quæ celebrantur in Altari priuilegiato, applicatæ pluribus, æquè pariter profint singulis, ita vt vna Missa, quæ dicitur pro vno, possit prodesse pluribus. Respondetur: Aliqui ita distinguunt: Aut sumus in modo congratulationis, & vnica Missa applicata pro vno, prodest omnibus: aut in modo expiationis, & tunc secus. Dicitur per modum expiationis, quando quis applicat Missam pro tali anima; tunc enim illi tantum prodest, pro qua applicatur, quia expiatur, id est, purgatur, & liberatur illa anima per illud Sacrificium Missæ; idèd Missa relicta pro particulari, non est pluribus applicanda: aliàs esset diuidere aurum, quod debet persolui vni, pluribus.] Hæc Lauorius.

An ex parte Defuncti requiratur aliquid, vt Indulgentia Altaris priuilegiati habeat summum effectum?

R E S O L. VI.

EXistimarunt Henriquez de Gandauo quodlib. 11. q. 26. Caietanus tract. 16. de Indulg. quest. 5. vers. quoad seruum. Nauarrus de Indulgentiis, notab. 22. num. 42. & alij, suffragia specialiter quibusdam Defunctis applicata, non habere in illis effectum, nisi meritum aliquod præcesserit; eas autem solas dicunt meruisse, quæ, dum viuerent, sollicitè curarunt satisfacere pro peccatis, & deuotionè habuerunt ad suffragandum Defunctis, &c. Idem docent de Indulgentiis, quas dicunt illis etiã solis prodesse, quia in vita habuerunt deuotionem erga Clauas Ecclesie donatiuas Indulgentiarum: illas autem, quæ, dum viuerent, nullam curam Defunctorum habuerunt, nec satisfacere pro peccatis studuerunt, docent non iuuari aliorum suffragiis, licet specialiter pro illis fiant; idque in vindictam indeuotionis, & incuriæ.

Verùm hæc doctrina non est admittenda, vt non admittit Henriquez, Valentia, Suarez, Coninch, & Layman, quos citat, & sequitur Castrus Palaus tom. 4. tractat. 24. disput. unica, punct. 10. num. 11. cui adde Granadum in 3. p. Contr. 12. tract. 5. disp. 6. num. 2. Lauorium de Indulg. part. 2. cap. 30. num. 118. Lessium in 3. par. D. Thom. cap. 5. de Indulgent. dub. 3. num. 41. Et ratio est: quia ad Indulgentiæ applicationem solum requiritur ex parte eius, cui est applicanda, ne ponat obicem: quia est quædam liberalis donatio, & pœnarum remissio. At eo ipso, quod caret peccato, non ponit obicem. Ergo negligentia præcedens obstare non potest, quandoquidem peccatum mortale non constituit. Quod si de facto mortale fuit, per pœnitentiam deletum est. Neque contrarium docuerunt Augustinus in cap. Non estimemus. 13. q. 2. & Gregorius lib. 4. Dial. cap. 39. sed affirmant, non prodesse orationes, & Sacrificia iis, qui in vita, consequendo gratiam, non cõpararunt, vt profint: de hac verò negligentia in satisfaciendo, nec verbum loquuti sunt. Itaque contra Caietanum, Nauarrum, & alios assero, quod sacrificia, & suffragia effectum sortiuntur in subiecto capaci, in quo est nullum impedimentum: sed in animabus Purgatorij nullum est impedimentum, cum sint in statu gratiæ: ergo in illis sortiuntur effectum. Nec est, quod dicit Caietanus, defectum deuotionis prædictæ erga Defunctos, esse impedimentum: non enim est impedimentum ex natura rei, vt cõstat, cum omnes animæ Purgatorij, ratione solius status gratiæ, sint æquè capaces, & susceptiue fructus Sacrificiorum, & suffragiorum; neque est ex ordinatione diuina, cum nullibi constet, Deum ita ordinasse; proindeque non est temerè asserendum. Deinde deuotio præhabita erga Defunctos potest quidem in animabus habere rationem cuiusdam dispositionis moralis ad specialem aliquem effectum; non sequitur tamen, defectum illius deuotionis in aliis animabus dicere impedimentum ad recipiendum fructum

fructum sacrificiorum, & suffragiorum, qui illis specialiter applicatur. Et licet verum sit, congruum esse, quod Deus specialiter remuneret deuotionem eorum, qui in vita fuerunt affecti erga animas Purgatorij; suppetunt tamen alia media, quibus Deus eam deuotionem remunerare potest, absque eo, quod dicatur, Sacrificia, & suffragia illis solis prodesse, non autem aliis, licet specialiter illis applicentur.

Ad argumenta Caietani respondeo, quod falsum est, animas Purgatorij, eo ipso, quod sunt in statu gratiæ, meruisse solum, ut suffragia illis applicata prodesse possint, non autem ut actu prosint. Ad confirmationem respondeo, subtilitatem illam esse hic frustraneam: potest enim statui gratiæ, cui respondet præmium essentialis, respondere etiam effectus accidentalis; unde meritum hinc non dicit dispositionem aliquam veram, & positiuam, sed tantum capacitatem, quæ in animabus à statu gratiæ oritur. Ad aliam rationem desumptam ex verbis D. Thomæ in 3. par. quæst. 52. art. 8. ad 1. colligitur, Christum descendendo ad Inferos, liberaffe quasdam animas, ratione deuotionis præhabitiæ, dum uiuerent, ad mortem suam: id ex speciali priuilegio fieri debuit, & ob descensum Christi extraordinarium ad Inferos; quod non inducit legem communem, quam constituere uult Caietanus. Ergo.

Et idem, præter Doctores citatos, nostram sententiam tenet Philippus de la Cruz in *Thesauro Ecclesie, tract. 2. §. 6. num. 5.* ubi ait: [La tercera condicion, dizen algunos, es, que para ganar las Indulgencias, y conseguirlas, ayan tenido à las animas particular deuocion, y aficion, que parece cosa à iustissima el, que se aya tenido, y cosa indigna, quæ aprobechen las Indulgencias à aquellos, que no tuieron cuidado de fauorecer à sus hermanos, y no lo haziendo, parece hazian meno sprecio dellas, pues no cuidaban de alentar à las animas de sus amigos, y compañeros, y fideles hijos de la Iglesia. Esta dottrina me parece aspera, por auer muchos tan descuidados, no solo de las animas, pero de la suya propria, que insta, y apriera mas la dificultad, y es cierto que en el resto de su vida no se acuerdan mas que de sus gustos, y entretenimientos, con esso pasan hasta el fin de sus dias, los quales por dispensacion soberana murieron confessados, y con los Sacramentos, y bastante contricion, y suficientes diligencias para saluarfe, y estas almas sufriendo penas; y siendo ayudadas de la Iglesia con suffragios, oraciones, e Indulgencias, salen de las terribles penas que padecen. Mas, que no hallo yo por donde ya obligacion a que yo ruege por las animas, ni es preceto, porque si assi fuera, ò estuiera debaxo del, ò se aconsejara el que huiesse esse cuidado, antes se ve, que los Rezos de Difuntos, que obligan à pecado mortal à los Ecclesiasticos en el Coro, fuera no obligan a pecado: y si fuera cosa vniuersal obligara(sacando el officio de cada año, que les obliga vn dia despues de todos Santos,) Y assi no interuiniendo preceto, no ai pecado, y las animas instamente padecen, y aunque yo aconsejo se ruegue por ellas, no lo haziendo, no incurten en cosa, como enseña Nauarro, y Zerola, porque el que iustamente padece, no ai obligacion a librarle, como dizen Maldero, Nauarro, y Sà, y las animas en Purgatorio, iustamente padecen, y assi ignorantemente algunos se acusan de no socorrerlas: lo otro, que si obligara, dello huiera preceto, y como de pecado se acufaran, vemos que se descuidan, y à ello no se obliga. Luego no es razon, que esta alma carezca de vn bien tan grande, como de los suffragios, y Indulgencias, solo por auer sido, descuidado de rogar por las animas, y pareciera indigna, y iniusta cosa, que dixesse, que el que assi muere(que ay dolor, ay muchos, y que no se acuerda de las animas de sus hermanos, y compañeros, y tal vez padre, y madre, y hermanos) fuesse pribado destos singulares beneficios; y assi Angles, que fue el que mouio esta opinion, concluye diziendo, que si bien esta dottrina es probable, pero que la contraria es mas padiosa, y que no es iusto, ny razon, que por-

que vno aya sido floxo, y descuidado de rogar à Dios por las animas, ni acordado dellas, no aya de participar en la otra vida de los suffragios, oraciones, ni Indulgencias como ellas, lo qual seria de gran desconsuelo para todos.] Hæc ille. Vnde non est audiendus Caietanus, & alij.

Missæ celebrata in Altari priuilegiato cui prodest, si anima, pro qua offertur, non existat in Purgatorio?

R E S O L. VII.

AD hoc dubium respondet Rubeus de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ. lib. 3. disp. 2. quæst. 2. dub. 4. num. 12. credibile esse, fructum Sacrificiorum, & suffragiorum applicatum iis, in quibus non habet effectum, vel quia sint in Cælo, vel in Inferno; ex diuina misericordia aliis indigentibus applicari, pro quibus non sunt suffragia. Ita D. Thomas in 4. dist. 45. quæst. 3. ad 2. Eum sequuntur Adrianus quodlib. 8. art. 4. Corduba lib. 1. quæst. 3. opin. 5. §. Et de residuo. Fraxinellus, sect. 3. §. 11. num. 3. &c. Probat D. Thomas ex Damasceno, *Serm. de dormientibus*, ubi ait: [Deus, tanquam iustus, commetietur impotenti possibilitatem, tanquam suscipiens verè defectum, commutationem negotiabitur:] Et hanc negationem in hoc consistere docet D. Thomas, ut quod deest vni, alter suppleat: hoc enim, licet non sit certum; est tamen rationi satis congruum, maxime de fructu satisfactionis respondente suffragiis uiuorum; tum, ne satisfactiones illæ priuentur solo fructu, quo tamen tam multæ animæ in Purgatorio indigent: tum etiam, quia animæ illæ derelictæ, quæ à nullis specialiter iuantur, merentur specialem aliquem fructum aliunde recipere: nullus autem commodiori, & faciliori modo applicari potest quam ille.

Difficultas tamen existit, quomodo satisfactiones illæ applicentur animabus indigentibus, & derelictis; an, scilicet, Deus ex misericordia, sola sua voluntate, id præster, vel alia ratione id fiat. Puto igitur, Deum sola sua voluntate applicationem illam non facere: quia in huiusmodi habet solum rationem causæ vniuersalis, quæ proinde determinari debet ad effectum per causam particularem; idemque melius dicendum est, Deum ad satisfactiones illas applicandas aliis; determinari ad instar causæ vniuersalis, idque duplici capite. primò ab ipsis Beatis, quando, scilicet, suffragia sunt pro animabus, quæ sunt in Cælo: dici enim potest, satisfactiones illas à uiuis per applicationem esse donatas illis animabus, quæ illas, Deo annuente ex misericordia, animabus magis indigentibus & derelictis applicant: & hic modus videtur bonus: quia tamen non comprehendit satisfactiones applicatas damnatis, qui eas non possunt aliis applicare; idem secundo dici potest, satisfactiones illas à suffragantibus sic applicari Defunctis, ut casu, quo ij, quibus specialiter applicant, non indigeant: voluntate quadam interpretatiua, aut virtuali, intendant eas applicare animabus in Purgatorio magis indigentibus, & derelictis. Et idem, ut in simili euentu non oriantur difficultates, obseruandum esset in praxi, quod aduertit Philippus de la Cruz in *Thesauro Ecclesie, tract. 2. §. 6. num. 5.* ubi sic ait: [Deurian los Christianos, y fideles, todas las vezes que ofrecen Missas, Indulgencias, y otras cosas por vna alma, ofrecerlas con esta condicion determinada, diziendo, que lo ofrece por tal, ò tal alma, si estan en penas de Purgatorio, y sino estuieren por tal, ò tales, y faltando ellas, por otros, y sino por el alma, que mayor necesidad tuiera: y assi con esta succession siempre tendra objeto determinado, porque no suceda, que no auiendo menester el alma aquel Sacrificio, ò Sacrificios, Bula, ò Bulas, ò Indulgencias, se bueluen al tesoro de donde salieron, y assi

alli conuene, que siempre se determine en particular por quien fuere su voluntad, y gusto.] Ita ille, & bene quidem.

Et tandem Lanorius de *Indulg. part. 2. cap. 30. num. 140.* sic asserit: [Dices, si anima, pro qua fit suffragium, non sit in purgatorio, quibus suffragatur: Respondetur, vel suffragari illis, quibus intendit suffragans tacite, vel expresse, siue in genere, siue in specie: satis est enim, si applicet sibi coniunctis, vel magis indigentibus; vel, si nemini applicatur, dispensabitur aliis indigentibus per diuinam misericordiam: vel quòd si suffragans non habeat intentionem suffragandi alicui, per diuinam misericordiam dispensatur aliis indigentibus.] Sed descendamus ad alios casus magis particulares, & practicabiles.

An Missa celebranda in Altari priuilegiato pro liberanda anima Purgatorij, sit necessario dicenda de Requiem?

RESOL. VIII.

AD hoc dubium sic respondet Philippus de la Cruz in *Theatro Ecclesie, traët. 2. §. 6. num. 7.* [Dificultates, si las Missas, quæ se mandan dezit por vn alma en los Altares priuilegiados, necessariamente han de ser de *Requiem*? A lo qual respondo, que si en la Bula de su concession se dize, que la Missa aya de ser de *Requiem*, lo ha de ser, porque essa es la intencion de su Santidad, como he dico de los Jubileos: y no lo siendo, no aprouecharà al alma, en orden à la Indulgencia, aunque el Sacrificio si; y entonces serà, como si tal gratia no se hubiesse concedido. Por manera que si se dize en la Bula, que ha de ser de *Requiem*, lo ha de ser, como muy bien enseña Rodriguez.] Aduertendum tamen, quòd si Bulla dicatur, quòd Missa sit de *Requiem*. vt dicitur pro Defuncto; necessarium est, quòd hæc Missa dicatur: alioquin, quoad Indulgentiam, minimè defuncto proderit. [Però no se expressando, bien si puede dezit la Missa de Santo, ò Santa i valdra tanto como lo otra, y en mi opinion le aprouechara mas: porque segun vna ley, el beneficio, que haze el Principe, ne se ha de restringir, ni coartar, sino dilatar, como en ello no aya malicia: y los disponen los sacros Canones, y mas si es de mayor utilidad, como en lo dicho, que por interuenit la intercession de los Santos, les son mas vtilis.] Ita ille, cui adde Hieronymum Garciam in *Summ. mor. traët. 3. diff. 11. dub. vlt. num. 12.* Fagundez *lib. 3. cap. 9. num. 7.* Marchinum *part. 2. cap. 14. num. 7.* Lauorium de *Indulg. p. 2. cap. 30. num. 114.* Quintanadueñas in *Theol. mor. tom. 1. traët. 4. Appendicis, dub. 2. num. 6.* Hieronymum Rodriguez in *Compen. 99. Reg. resol. 77. num. 70.* Trullench in *expos. Bull. Defunct. dub. 5. num. 6.* Zerolam in *praxi, part. 2. verb. Missa. §. 7.* Fragozum de *Republ. Christian. tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 19. §. 7. n. 19.* Zipzum *tom. 2. Responsum de iure Canonico, lib. 3. de Pœnitent. & remiss. respons. 5. num. 1.* Bariolam in *Aphorismis pro vtroque foro, littera M. verb. Missa, §. 5.* Naldum in *Summ. verb. Missa, num. 21.* Nauarum *conf. 37. de Pœnit. Bordonum in consiliis Regularium, tom. 1. resol. 91, num. 6.* Syluium in *res. mor. tom. 2. verb. Altare priuilegiatum, 1. asserentes, quòd quando tenor priuilegij exprimit Missam de Requiem, aut de Mortuis esse dicendam, eo casu non satisfit Altari priuilegiato dicendo aliam Missam, etiam currentem: quia videtur apponi Missa talis generis pro forma: qua non seruata, nihil fit, secundum vulgata iura. Quando verò genus Missæ non exprimitur, sed tantum dicitur, quòd in eo Altari celebretur pro fidelibus Defunctis, eo casu Sacerdos celebrans satisfacit suæ obligationi, & Altare priuilegiatum prodest Defunctis. Ratio est: quia non minus satisfactoria est quælibet alia Missa pro Defunctis, quàm illa de *Requiem*.*

Sed, his non obstantibus, extant declarationes Sacræ

Congreg. Rituum, quas affert Barbosa *collect. 478. num. 1.* asserentes, Missam pro Defunctis celebratam in Altari priuilegiato, nõ suffragari, nisi sit de *Requiem*, licet in indulto non exprimatur. Et ideò Lezana in *Sum. tom. 3. verb. Altare, num. 19.* sic ait: [Altaria priuilegiata sunt illa, quibus concessa est Indulgencia plenaria pro Mortuis. Quauis autem aliqui existiment, non esse necessarium ad consequendam hanc Indulgentiam, dicere potius vnã Missam, quàm aliam; sed per quancunque Missam obtineri posse hanc indulgentiam; idque, speculatiuè loquendo, probabile videatur: nihilominus, quia Sacra Congreg. sæpius declarauit, in Altari priuilegiato debere celebrari Missam de *Requiem*, aliàs indultum non suffragari Defunctis, etiamsi in indulto id non exprimatur: ideò his Decretis obtemperandum est.] Ita ille. Ego, vt verum fatear, priori sententiæ libenter adhærerem: sed, quia veneror Oracula Purpuratorum Patrum, supposita veritate dictarum Declarationum Sacræ Congreg. non audeo ab illis discedere: & ideò puto, Missam de *Requiem* dicendam esse; & ita, me citato, tenet Franciscus Nigro in *addit. ad Petrum Ruyz, p. 2. regul. 8. num. 2.* & penes eum amicissimus P. Trimarchi, licet, si non extarent, vt dixi, priori sententiæ prorsus adhærerem, cum sit communis inter Doctores: & nouissimè, me citato, Pater Pellizarius in *Man. Reg. tom. 1. traët. 5. cap. 9. sect. 3. num. 81.* illam teneat, non obstante supradicta declaratione Cardinalium, cum, ait ipse, non faciat legem vniuersalem, sed tantum opinionem probabilem.

Notandum est hinc obiter, pro Defunctis communiter dicendas esse Missas de *Requiem*: tum, quia specialiter ad id ordinatæ sunt ab Ecclesia: tum etiam, quia in illis præces speciales pro Defunctis funduntur: & ea ratione Sorus *dist. 45. quest. 2. art. 3.* vocat eas Missas magis meritorias, & satisfactorias pro Defunctis: aliunde tamen fieri potest compensatio, per hoc, scilicet, quòd Missæ de Sanctis communiter fiunt maiori cum deuotione: Missæ verò de *Requiem* ex quadam consuetudine non ita excitant: deinde putandum est, Defunctos plurimum iuari precibus Sanctorum, in quorum honorem Missæ dicuntur: & hac in re consulendum esset, quòd docet Fraxinell. *sect. 4. §. 4. n. 20.* vt pro Defunctis dicantur Missæ in honorem eorum Sanctorum, quos in vita in suos patronos elegerant, & quibus magis erant addicti: quia in compensationem deuotionis illius præhabitæ, maiori ex animo Sancti illi suis precibus liberationem illarum animarum procurabunt. Ex dictis collige, Sacerdotem celebrantem pro Defuncto recipere ex Sacrificio maiorem fructum, quàm cum pro viuo celebrat: quia celebrans pro viuo, fructum gratiarum præuenientium, satisfactionis, & impetrationis illi applicat: celebrans verò pro Defuncto solum fructum satisfactionis illi applicat, proindeque omnis alius fructus Sacrificij remanet ipsius Sacerdotis, quem potest non solum sibi, sed & alteri vltiori intentione applicare. Et hæc omnia docet Rubeus de *fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib. 3. disp. 4. q. 1. num. 3.*

Sed non deseram hinc apponere verba docti viri Hieronymi Garcie in *Sum. mor. traët. 3. diff. 11. dub. 4. nu. 11.* vbi sic ait: [La dificultad soio està en los dias, que no son dobles, ni Dominicas, si tendrà obligacion el Capellan ha de dezit Missa votiuã, ò de *Requiem*, porque la institucion dize, que sean votiuas, ò de *Requiem*: y lo mismo es, quando vna persona deuota me da vn real, ò la limosna competente, para que le diga Missa votiuã, ò de *Requiem*, y yo recibo la limosna sin animo de obligarme, sino solo acceptarla, y dezit la Missa que pudiere, ò deuiere: Angelo, Aragon, Nauarra, Azor, Perez, Rodriguez, Henriquez, y otros que refieren, y siguen Carrillo, dizen que si, y se inclinan à esto Nauarro in *Sum. cap. 25. num. 1; 4.* porque han de cumplir lo que prometen, ò por lo menos acceptã, y pues pueden hazerlo licitamente, que deuen hazerlo, y que no cumplen de otra manera: lo vno; porque la voluntad del testador, no se ha de mudar sin causa: y lo otro, porque ya

la Iglesia tiene ordenadas estas Missas para los Difuntos, y *ceteris paribus*, les son mas vtils. Pero lo contrario, de que con la Missa del dia cumpla el Capellan, y otro qualquier Sacerdote, que no pretendio obligarse à ello, ni lo jurò; aora simple; ò feria, es mucho mas comun, y prouable.] Et, me etiam citato, adducit plures Doctores: & postea subdit: [A las razones contrarias respondo, que no promete el Sacerdote dezir Missa de *Requiem*, con animo de obligarse à ello, solo por la vrbandad dize que si, pero su fin es hazer lo mejor, y lo que le serà mas vtil al Difunto, como queda explicado *num. 3.* y pues lo es tanto dezir Missa de tempore, como de *Requiem*, no haze agrauio al Difunto, y por aqui se ha de regular la volnntad del testador, y esta hemos de creer, que es su mente, y esto no es mudar, sino mejorar su voluntad. A lo de la promessa ya queda respondido. A lo vltimo, de que son las Missas de *Requiem* mas vtils, no es cierto: *imò potius*, lo contrario *in propriis terminis* tiene Philippus de la Cruz *tract. de Purg. §. 6. n. 6.* donde cita à Siluestro, y por lo menòs para nuestra euasíon, basta que sean tan vtils las de Santis, y supuesto que no se haze agrauio, y por otra parte se ajusta vno à las rubricas, muy licito es, y se cumple suficientemente.] Ita Garcias.

An pro Altari priuilegiato numerus Sacerdotum expressus in diplomate sit de necessitate.

R E S O L. I X.

Affirmatiuè ex Rodriquez, responder Lauorius de *Indulgent. part. 2. cap. 30. n. 115.* Idem docet Zipæus *tom. 2. responsorum, lib. 5. tit. de pœnitent. & remiss. resp. 5. n. 2.* explicando enim aliqua verba in Diplomate Altaris priuilegiati apponi solita, sic ait: [Conditio priuilegio adscripta, dummodo in ea Ecclesia quindecim Missæ quotidie celebrentur, non deficit, si quando contingat, non tot celebrari fortuitò, non communiter: quippe hæc accipienda sunt moraliter, vt frequentius accidunt, *l. 3. 4. 5. 6. ff. de leg.* nam alioquin nullibi obrinerent, cum feria 5. Cœnæ Domini, & Sabbatho sancto vnica tantum debeat fieri Missa, & in Parasceue non fiat consecratio. Verba hæc: *Vt quoadcumque Sacerdos eiusdem Ecclesie dumtaxat ad ipsum Altare celebrabit, &c. anima Indulgentiam consequatur.* in proprio sensu accipienda sunt, vt, quamuis Religiosi istius Ordinis hospites subiiciantur Superiori loci, vt ab eo corrigi, & absolui etiam à referuatis possint; non tamen hanc Indulgentiam consequi: quia Sacerdotes non sunt istius Ecclesie: seu ad ibi residendum à superioribus destinati, capaces electionis, & similium actuum, qui Religiosis istius Conuentus proprij sunt: frustra alioquin adiecta fuisset restrictio.] Ita Zipæus, cui adde Syluium *in resol. mor. tom. 2. verb. Altare priuilegiatum, 2. ad quest. 2. 3. & 4.*

Sed contrariam sententiam tenet Bordonus *in consilijs Regularium, tom. 2. resol. 91. num. 8.* asserens: [Quando conceditur Altare priuilegiatum alicui Ecclesie, in qua debeant manere, & celebrare tot Sacerdotes, an valeat priuilegium, si tot non adsint Sacerdotes, quot numero exprimuntur in Literis Apostolicis, vel si adsunt, celebrent extra Ecclesiam priuilegiatam? Respondetur: Quando in Breui exprimitur Sacerdotum numerus tantum narratiuè desumptus ex supplicatione petentium priuilegium, eo casu ille numerus non est conditio necessaria ad valorem priuilegij; cum verè non sit conditio, sed potius narratiua ex supplicatione, quæ nec conditionem, neque ius facit, ex *cap. Ex literis, 3. de fide instrum.* Et regulariter numerus Sacerdotum expressus non est essentialis conditio necessaria ad valorem priuilegij: aliter sequeretur inconueniens, quòd Ecclesia perderet huiusmodi priuilegium iam ritè acquisitum, si ab initio non habuisset tot Sacerdotes, quot

numero in Breui exprimuntur, in casu, quo sine culpa, aut negligentia, desinerent ibi esse Sacerdotes iuxta præfixum numerum. Vel dic, quòd sufficit, ab initio tot de familia fuisse Sacerdotes pro seruitio Ecclesie, quot exprimuntur in Bulla Altaris: quia sufficit, conditionem semel adimpletam fuisse, licet postea desit, *l. Si quis heredem, ff. de insti. & substit.* in casu, quo Bulla contineret verè conditionem. Quòd si Superior localis à suo Prouinciali petat Sacerdotes ad complendum numerum pro quiete suæ conscientie, & illi prouisum non fuit, adhuc satisfacit pro Altari priuilegiato, quia conditio, cum non stat pet eum, ad quem pertinet, quominus impleatur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset, *de reg. iur. 66. l. Iure civili, ff. de condit. & demonstr.* In Conuentu nostro Sanctorum Cosmæ, & Damiani Regij habetur Altare priuilegiatum cum numero septem Sacerdotum, & prout collegi ex tenore verborum eius, numerus iste exprimitur tantum narratiuè, attenda petitione facta à Fratribus, & sic tollitur scrupulus, si ibi non possunt morari septem Sacerdotes. Demum quando satisfaciunt obligationibus Altaris, & alijs ordinarijs, sine præiudicio priuilegij possunt extra celebrare; & finis Papæ priuilegium indulgentis exprimendo tot Sacerdotes, in eo consistit, vt satisfiat occurrentibus obligationibus: quòd si sequatur effectus huius satisfactionis per pauciores Sacerdotes, nihil detrahitur de priuilegio, si Sacerdotes extra celebrent.] Hucusque Bordonus.

Quod autem asserit Zipæus, non esse connumerandos inter Sacerdotes eiusdem Ecclesie, illos, qui non sunt à Superioribus assignati, tanquam de familia; durum aliquibus videtur: quia dum sunt in alijs Conuentibus, vbi non solent residere, ibidem dicuntur esse de familia, & gaudent omnibus priuilegijs, quæ habent alij Religiosi ibidem perseverantes de familia: tum, quia numerus præfixus in literis Pontificijs Sacerdotum non excludit alios Sacerdotes superuenientes; sed exprimitur, vt commodè satisfieri possit obligationibus contractis, ne defraudentur offerentes, & Defuncti suffragijs priuentur. Et certum est apud dictum Bordonum *tom. 1. resol. 25. quest. 1. num. 2.* Prouincialem posse in quouis Conuentu suæ Prouincie vti Altari priuilegiato, licet non sit actu de familia in eo Conuentu, vbi Pontifex requirit pro Altari priuilegiato tot Sacerdotes ibi de familia, vt aiunt, moram trahentes: quia Prouincialis habet domicilium in quouis conuentu suæ prouincie, saltem potestare, & habitu, licet actu, & signatè in certo sibi commodiori ex Prouincia ordinariè moram trahat, neque id est de iure inconueniens, cum quis in pluribus locis possit habere domicilium. Sed sententiam Zipæi docet etiam Syluius *vbi supra.* Sed ego puto, quòd loquuntur in ordine ad consequendam Indulgentiam concessam celebrantibus, secundum verba Diplomatis; non autem in ordine ad valorem Altaris priuilegiati pro Missa, & animabus Defunctorum.

De clausula negatiua similis priuilegij apponi solita in Breuibus Altaris priuilegiati.

R E S O L. X.

DE illa loquens Zipæus *tom. 2. lib. 5. tit. de pœnitent. & remiss. resp. 5. num. 4.* sic ait: [Hæc autem verba, simili ad præsens priuilegio minimè decorata, an subreptitiam faciant gratiam, cum nondum finitum esset septennium, ad quod iam antè simile priuilegium erat concessum, satis dubia videntur: quamuis enim significatum dicatur, quando aliud priuilegium esset datum, & intelligi ex eo posset nondum esse finitum; solent tamen frequenter formularij sollicitatores libellos ad se missos mutare, secundum verba priuilegij inferi solita: & quamuis etiam dici possit, Ecclesiam non habere priuilegium pro eo tempore, quo perebatur, non tamen sensus ille obuius est, nec solent eum intellectum illa verba communiter generare, secundum quem intelligenda

intelligenda videntur, arg. cap. 7. §. de sponsal. Eoque magis est dubius, quod etsi quidam Indulgentias existiment, ut fauores, ampliandas; tamen alij, vt Nauarrus de pœnit. & remiss. consil. 38. censent strictè esse interpretandas, arg. cap. 1. §. de priuileg. post Gloss. quam dicit receptam, & rursus consil. 35. num. 3. quippe tanquàm dispensationes, eoque strictè accipiendas; ideoque securum non videntur eas sine alio Pontificis beneplacito publicate.] Ita Zipzus.

Sed aliquibus viris doctis hæc nimis scrupulosè videntur dicta. Equidem ego adhæreo opinioni asserenti, Indulgentias esse latè interpretandas; & ita tenet ex Suarez, Bonacina, & Nugno, doctus Pater Quintanaduënas in Theol. mor. tom. 1. tract. 2. Appendicis, singul. 5. num. 4. quod probatur: quia Indulgentia est res fauorabilis: ergo. Probatur antecedens: quia est beneficium Principis: sed beneficium Principis amplissimè est interpretandum, quando fit sine præiudicio tertij, vt habetur in leg. vltima, ff. de Constitutionibus Principum: ergo. Secundò probatur: quia sine dubio Indulgentia est res fauorabilis; siquidem est opus misericordiæ. Nec obstat dicere, quòd, licèt Indulgentia videatur fauor respectu eius, cui conceditur; tamen, simpliciter loquendo, est res odiosa, atque aded restringenda. Quod probatur ex vsu Ecclesiæ: quia hac ratione in cap. Cum ex eo, de pœnitentiis. & remiss. facta est magna restrictio in Indulgentiarum concessione. Et redditur ratio: quia per nimias Indulgentias satisfactio pœnitentialis eneruatur: ergo computanda est Indulgentia inter res odiosas. Secundò probatur: quia dispensatio in iure communi est odiosa: sed Indulgentia est quædam dispensatio in iure diuino: ergo est odiosa. Non, inquam, hæc obstant: nam ad primum responderetur, in his rebus attendendum esse ad homines particulares, respectu quorum sine dubio Indulgentia magis est fauorabilis. Et similiter responderetur ad secundum, quòd quando dispensatio in iure communi ordinatur ad bonum particularium, etiam est fauorabilis.

De alia clausula septennij in Breuibus Altaris priuilegiati, quo pacto sint intelligenda.

R E S O L. X I.

PRæfatus Zipzus vbi supra, tom. 2. disceptationum de iure canonico, lib. 5. tit. de pœnit. & remiss. resp. 5. num. 6. sic asserit: [Iterum hæc verba: *Præsentibus ad septennium tantum duraturis*, quanuis publicari non possint sine Ordinarij licentia, iuxta Concil. Trid. sess. 21. c. 9. & sic computandum videri possit septennium à die publicationis, cum alias obtineri non posset Indulgentia per septennium, præsertim in remotis partibus; quod tamen velle videtur concedens: nihilominus securum illud non videretur per rationem cap. 7. §. de sponsal. nam mens Pontificis expressa est, ne valeant vltra septennium: vt totum illud expleant, expressa non est: vt neque, ne qua fiat interruptio inter primi, & secundi septennij priuilegium, incongruum non animaduerti interruptionem, vbi voluntas est, ne sit perpetua, sed tantum septennialis.] Ita ille. Sed ego non adhæreo sententiæ Zipzi, quam etiam refellit Syluius in var. resol. tom. 2. verb. *Altare priuilegiatum*, in respons. ad 1. nam praxis Romanæ Curie semper apponit clausulam: *Simili ad præsens priuilegio, vt accipimus, minimè decoratum*. Et ided expectandum semper foret, donec tempus in priori Breui expressum expirasset, & multæ deinde septimanæ, vel etiam menses laborerent, donec nouum Breue esset impetratum, & in partes remotas Episcopi loci oblatum.

Sed pro explicatione suprascriptæ clausulæ non deseram etiam hic apponere sententiam Patris Quintanaduë-

Antonini Diana Pars I X.

nas, qui explanans similem clausulam appositam in quodam Iubileo quadraginta horarum, concessio ab Urbano VIII. in Theol. mor. tract. 2. Appendicis, dub. 3. num. 3. vbi putat Pontificem in illis verbis: *Præsentibus ad septennium valituris*. non determinare hos potius, vel illos annos futuros, & mediatè, vel immediatè sequentes concessionem, vel publicationem: cum non dicat: *Præsentibus ad septennium subsequens valituris*: sed tantum. *Præsentibus ad septennium valituris*. Et sensus est, hoc Iubileum, seu huius Iubilei concessionem per septem annos duraturam esse: ac si dicat: *Concedo, vt septem annis hanc Indulgentiam plenariam septies lucentur fideles in singulis annis*. Sicut, si Rex absolutè alicui concederet, vt per septem annos vectigalium onere eximeretur; annos verò, quoad illorum initium, non determinaret, aut limitaret; posset priuilegiatus eligere septem annos, quos veller. Si verò in Iubileo indultis exprimeretur, quòd anni inciperent à die editionis Litterarum apostolicarum, vel à die publicationis ipsarum in singulis locis, vt exprimitur in Cruciatâ; non est dubium, quin ab eo die inciperent: intentio enim Pontificis Indulgentias concedentis tunc pateret. Et licèt hæc ita se habeant, consulerem, vt quamprimùm Iubilei indultum ad eos, in quorum gratiam, siue ad quorum instantiam conceditur, peruenerit; publicari faciant à primo anno, in quo apostolicæ Litteræ sunt receptæ. Si verò Iubilei concessio sit prorogatio alterius, cuius septennium, v. g. nondum sit elapsum; donec elapsum sit, non incipiet prorogationis tempus. Et hæc omnia docet Quintanaduënas, qui etiam animaduertit, hos septem annos non interpolatos, sed continuatos debere esse: sic enim receptum est in praxi, ex qua Pontificis intentio apparet; & aliter maxima confusio esset, tum in annorum computatione, tum in Iubilei lucracione. Secundò nota, hos annos, non solares, seu naturales, à concessione, vel publicatione Iubilei computandos, sed morales, aut ecclesiasticos, incipiendo à die, qua in primo anno obtinetur Iubileum, ad diem illi correspondentem in septimo anno.

An Sacerdos, qui debebat celebrare in Altari priuilegiato, satisfaciat obligationi dicendo *Missam in alio Altari cum Indulgentia apposita alicui Medalia?*

R E S O L. X I I.

NEGatiuam sententiam docent Gauantus, Homobonus, Bonacina, & Cardinalis Lugo, quos adducit Hieronymus Garcias in Summa moralis, tract. 3. diff. 11. dub. vlt. n. 24. quibus adde Lezanam in Summa, tom. 4. verb. *Missa*, n. 45.

Sed ego non recedo ab affirmatiua sententia, quam olim docui, & quam, me citato, tenet nouissimè doctus Pater Garcias, vbi supra, num. 25. [Porque esto Sacerdote (ait ipse) no violò la fe dada, sino solo materialmente, pues es cierto, que formalmente hablando ya cumplia la voluntad del testador, el qual no pretendio otro, que librar su alma de Purgatorio por medio del Sacrificio; aora que sea por priuilegio de Altar, y de Medalla, ò cuenta, es accidentario. Ni obsta dezir, que se haze agrauio al testador, porque este agrauio, ò resulta de la desigualdad del Sacrificio, y esto no se puede dezir; porque el Sacrificio es de igual valor en qualquier parte que se diga: ò resulta, de que en el otro Altar donde dize Missa, no es priuilegiado, ni esto tam poco es cierto; porque el sacat anima de Purgatorio igualmente lo concede el Pontifice al Altar, y à la Medalla, y aunque pueden dezirme que la Indulgencia de la Medalla, ò cuenta, no es tan cierta como la del Altar: però esto puede ser falso, porque si a mi me consta, ò porque me halle en Roma,

D quando

quando benedixit el Pontifice la cuenta, ò Medalla, ò me la ha dado vna persona de quien tengo grande satisfacion, porque no ha de ser tan cierta como la del Altar: Pero dado que sea assi, yo no estoy obligado a escorger, o hazerlo certissimo, basta que siga lo muy prouable. y de lo que yo no tenga duda, y quica la puedo tener tambien de las circunstancias de la Indulgencia del Altar, como de las de la cuenta, o Medalla, lo qual seruirà de gran consuelo para los escrupulosos, y por lo menos seruirà para quando vno à dezir Missa à vn Altar priuilegiado, y està occupado, que en tal caso si tiene Medalla, podra passar à otro que no lo sea, sin escrupulo.] Ita ille.

Ita etiam docet Rubeus *de Sacrificio Missa, lib. 3. disp. 2. quest. 2. dub. 5. num. 10.* vbi ita asserit: [*Queritur, an obligatus ad dicendam Missam pro defuncto in Altari, vel Ecclesia priuilegiata, satisfaciatur obligationi, dicendi alibi cum intentione eam animam liberandi è Purgatorio per Indulgentias appensas Medaliz, quas ei applicat? Respondeo, si rogans eam Missam, voluerit in Altari, vel Ecclesia speciali eam dici, ad maiorem Ecclesie frequentiam; & populi commodum; &c. certum est, teneri Sacerdotem in Ecclesia, & Altari specificato celebrare; aliàs putandum est eum satisfacere obligationi. Ratio est, quia Pontifex æqualem Indulgentiam plenariam concessit celebrantibus cum Medalia benedicta, ac in Altari, vel Ecclesia priuilegiata, & Indulgentiæ sunt æqualis virtutis in vtroque; proindeque nullam iniuriam facit Defuncto. Addiderim tamen hac in re posse quandoque esse periculum non satisfaciendi obligationi: quia Missa certò priuilegiata exigitur, qualis est dicta in Altari priuilegiato; quod tale est per expressas Bullas Pontificias. Medaliz verò non semper sunt ita certæ, & quandoque circumferentur, quæ dictas Indulgentias appensas non habent; vbi igitur est moralis aliqua certitudo dictæ Indulgentiæ, licet fieri potest, & praxis communiter est talis. Aduerte, tamen, Sacerdotem non satisfacere, qui obligatus ad Missam priuilegiatam, applicat solum ipsi Defuncto Indulgentiam plenariam aliunde acquisitam, vt per visitationem Ecclesie, &c. quia, licet vtraque Indulgentia sit æquæ certa, & in nostra sententia liberaturus sit animam è Purgatorio; contraxit tamen vterius obligationem ex iustitia applicandi eidem animæ Missæ Sacrificium, cui sub mortali satisfacere tenetur.] Hæc Rubeus.*

Itaque dicendum est in nostro casu, quòd qui suscipit onus celebrandi pro aliquo in Altari priuilegiato, obligationi suæ satisfaciatur, si alibi celebrans, numismate, vel calculo priuilegiato, quod aptum est è Purgatorio animam eripere, in eiusdem animæ remedium vtratur: quia iste Sacerdos non violauit fidem datam, nisi materialiter: nam, formaliter loquendo, iste impleuit testatoris voluntatem, qui aliud non intendebat, nisi liberari è flammis purgantibus: quam liberationem celebrans & vrens numismate; vel calculo priuilegiato, æquipollenti medio à Deo impetrat. Neque verum esse credimus, damnum aliquod inferri animæ testatoris: quia, vel hoc damnum sequitur illi ratione inæqualis Sacrificij, & hoc non: quia Missa in vtroque Altari facta eiusdem est valoris. Vel attenditur hoc damnum, eo quòd aliud Altare, in quo celebravit, non sit priuilegiatum: & hoc, neque, quia liberatio animæ è purgantibus pœnis, medio calculo, vel numismate mihi à Papa benedicto, est æquæ certa, infallibilis, atque eiusdem prorsus vtilitatis cum illa, quæ medio Altaris priuilegio habetur. Neque refert, quid ex æquipollentibus fiat, *l. final. §. final. vbi Glossa ff. mandati.* Et licet inæqualis esset certitudo inter numismatis, & Altaris priuilegium; attamen non cogor eligere certiotem patiem; sed sufficit eligere probabilem, vel me non habere rationabile dubium, tale numisma non esse priuilegiatum, cum illud acceperim à fide digno: secus in omnibus rebus esset ambigendi locus, & de ipso Al-

ratis priuilegio, vel Bullæ circumstantiis posset etiam quis dubitare, non secus ac de ipso numismate. Et ita postquam ego hanc sententiam docui, illam sequuti sunt: me citato, Marchinus *de Sacram. Ordinis, tr. 3. par. 2. c. 24. n. 8. &*, me citato, Pasqualigus *dec. 427. &* hanc sententiam etiam, me citato, tanquam probabilem, admittit amicissimus Pater Pellizzarius *in Man. Pralat. tom. 1. tr. 5. c. 9. sect. 3. n. 80. &* me citato illam etiam tenet nouissimè Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quest. 70.*

Si in Altari priuilegiato Missa celebrari non potest, ad quid teneatur Sacerdos.

RESOL. XIII.

Certum est, quòd tenentur celebrare Sacerdotes in loco illo, Ecclesia, scilicet, Oratorio, Capella, vel Altari, in quo promiserunt celebrare, vel in quo instituta est Capellania: ad id enim obligantur ratione fidelitatis, & promissionis factæ: imò aliter faciens videtur, regulariter loquendo, peccare mortaliter, quia in re magni momenti infideliter agit frangendo promissum. Et fundator ordinando Missas illis circumstantiis vestitas, non solum intendit prodesse Defunctorum animabus; sed etiam alicuius imaginis, & Altaris specialem cultum, & deuotionem; itémque humanum honorem, nempe, vt aditantes cognoscant, Missam, quæ in tali die, & hora, & in tali Altari celebratur, à tali persona fundatam esse: quæ sine dubio cessant, si Missæ alibi celebrentur. Ergo peccas grauius, sic omittens. Intellige tamen, nisi adit iusta, & rationabilis causa in contrarium. Qualis est, si Ecclesia, Capella, Oratorium, vel Altare impedita sint violatione, euersione, inundatione, vel alio modo. Vel si Sacerdos tales Missas dicturus ob aliquam urgentem causam ex eo loco discederet, & obligatus esset ad illas dicendas. An autem in tali casu Sacerdos liber maneat pro illa die à sua obligatione, an verò debeat alibi celebrare, dubium est. In quo dicendum, quando testator intendit principaliter solum, quòd celebraretur in tali loco, vel Altari, propter cultum, qui inde resultabat Sancto illi, cui dedicatum est, cessare obligationem, qua alligatur ad illum locum. Sicut qui vouit ieiunare in vigilia talis Sancti, si eo die non possit, non debet alio die ieiunare. Si verò testator intendit fructum Sacrificij pro anima sua, vel cultum Dei, aut quid simile, non cessat obligatio; sed debet Sacerdos in alio Altari, vel Ecclesia celebrare. In dubio autem præsumitur, intentionem testatoris posteriori potius, quam priori modo se habuisse. Primò, quia præsumitur voluisse obligare ad id, quod sibi erat vtilius. Secundò, quia in cap. *Nos quidem de testam. præscribitur, quòd si non possit Monasterium construere in loco à testatore designato, debeat in alio ædificari. Quo denotatur attendendum esse in eiusmodi casibus ad voluntatem, quæ vtilior erit testatori. [Et hæc omnia ex Cardinali Lugo docet Lezana in Summa, tom. 4. verb. Missa, num. 45.*

Sed circa præsentem quæstionem non deferam hinc apponere verba Hyeronimi Garcie in *Summa morali, tract. 3. diff. 11. dub. vlt. num. 5.* vbi sic ait: [Si sobreuiene algun impedimento, para no poder dezir Missa en la tal Iglesia, ò Altar: este impedimento puede ser, ò porque se quemò la Iglesia, ò derribò la Capilla, ò se violò, ò se adreza, &c. si el testador que dexò las Missas, tuuo atencion sola à la veneracion del lugar, ò al tiempo: en tal caso dicen muchos Doctores, que no tendra obligacion en aquel tiempo, que dura el impedimento, dezir Missa en otra parte; lo qual se prueua con el simile del ayuno en vna vigilia, que si aquel dia passa sin poder ayunar, espira la obligacion. Bien se, que Fraxinello, Moneta, Azor, y Naldo, à quienes refiere, y sigue Bonacina *punct. 7. §. 4. n. 3.* dicen absolute, que ha de celebrar en otra parte:

parte: porque mas prouecho le vendra al fundador, que se celebre en otra parte, que no dexar de celebrar absolutamente: pero à esto se replica que vna cosa es ser mejor, otra es deuerse de justicia: lo primero, confesamos lo: pero esto segundo, negamos lo; y assi tengo por mas verisimil, que estos Doctores aulan, quando el testador pretendio principalmente la satisfacion de sus pecados, y no el lugar que en tal caso, lo mas cierto es, que deue el Capellan dezir las Missas en aquellos dias en otra parte porque para esto fin, poco importas dezirlas en vno, ò otro lugar; y lo sienten assi todos.] Ita ille: cui adde Barbosam de potestate Eiscop. part. 2. allegat. 24. num. 35. & Marchinum de Sacram. Ordinis, tract. 3. part. 2. cap. 24. num. 9. asserentes, quòd Sacerdos obligationem habens celebrandi in aliquo Sacello, Capella, vel templo, vel Altari, vel tali hora, si in iis oriatur impedimentum, ob quod celebrare in eisdem locis non possit, non tenetur alibi celebrare, quoties veneratio loci, vel temporis prædefinitio à testatore intenditur: secus si satisfactio suorum peccatorum intendatur. Quare, si Ecclesia, in qua est celebrandum, vel Capella, vel Altare diruatur, polluitur; vel adsit hostium incursus, & aquarum inundatio; non tenetur Capellanus alibi celebrare. Nam, licet melius sit alibi, quam nullibi celebrare: eiusdem tamen obligatio est affixa huic loco, & tempori: & idè extra locum hunc, & hoc tempus non currit. Quæ doctrina, tanquam singularis, est attentè obseruanda: quia reliqui Doctores vno ore gregatim asserunt, melius esse alibi, quam nullibi celebrare: atque sic interpretandam testatoris voluntatem, tenerique Capellanus legitime impeditum alibi Sacrum facere. Sed aliud est, aliquid esse melius, aliud me ex iustitia ad illud teneri. Quare suspicor, præfatos Doctores fortè solùm in eo casu fuisse loquutos, quo testator, non tam loci venerationem & cultum, quam remissionem pœnarum per Sacrificium obripiendam intenderet: cum enim hæc pœnarum remissio non sit affixa loco, vel tempori; idè Capellanus alibi celebrando, eandem impetrare testatori debet: & in hoc casu, non solùm stante iusto impedimento, sed etiam pro libito suo alibi celebrans, oneri suo satisfaceret, dummodo pro testatore Sacrificium offerret, quod principaliter ab ipso intendebatur.

Verùm, his non obstantibus, contrariam sententiam tenet Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 10. q. 5. num. 242. Azorius tom. 2. lib. 6. cap. 24. qu. 7. & Emmanuel Sà, verb. Missa, num. 47. vbi sic ait: Qui non potest celebrare in loco designato, debet in alio celebrare. Sed sententia Garcie, & aliorum, modo ut supra explicata, sua non caret probabilitate.

An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari priuilegiato, possit compelli ab Episcopo, ut ipsemet celebret?

R E S O L. X I V.

Respondeo, quòd Capellanus habens onus Missandi in certo Altari, potest per alium supplere, nec potest ab Episcopo compelli, vt ipsemet celebret in definito Altari: secus si ex testamento, vel fundacione colligatur fuisse electam bonitatem personæ. Sic ex mente sacre Congregationis refert Garcias de benef. part. 7. c. 1. n. 87. sequitur Gonzalez ad reg. 80. Cancellaria, Glossa 5. num. 84. Lopus allegat. 35. Praxis noua Archiepiscopalis par. 2. c. 3. num. 33. Galletus in Margarita casuum conscientie, verb. Capellania, num. 2. Emmanuel Sà verb. Beneficium, n. 28. Stephanus Gratianus discept. forens. c. 73. num. 10. & c. 33. num. 1. Vgolinus de officio, & potestate Episcopi, cap. 50. §. 8. num. 5. Azorius moral. instit. part. 1. lib. 10. cap. 8. q. 5. Marius Antoninus var. resol. lib. 1. resol. 4. in fine. Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 10. quest. 4. num. 156. Antonini Diana, Pars I X.

& num. 161. Idem fuit resolutum in Rota Romana in vna Capellan. 23. Ianuar. 1599. coram Pamphilio, & in altera Lucana Capellanæ, 12. Decembr. 1593. coram Giphio, & altera Terassonensi Capellanæ, 9. Iunij, 1603. coram Sacrato. Et ratio nostræ sententiæ est: quia, secundum veriore sententiam certum est, Capellaniam non esse sacerdotalem, nec actum, nec aptitudinem ex eo, quòd in fundacione dicatur, Capellanus debere celebrare Missas, seu diuina Officia; sed posse prouideri simplici Clerico 14. annorum. Et ratio est: quia nisi expressè caueatur, quòd per seipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati fundatoris, si per alium celebrare faciat: nec requiritur personalis residentia, ex quo sumus in beneficio simplici, in quo ex generali consuetudine non requiritur residentia.

Vnde mihi non placet doctrina Nauarri conf. 6. num. 3. de Clericis non resid. quòd verbum, *interfuit, cantet, vel seruiat*, in fundacione capellanæ positum, tantum importat, quantum verbum, *resideat*: quòd intelligitur de residentia personali: nam, licet verum sit de verbo, *interfuit, vel assistat*; non tamen de verbo, *cantet, vel seruiat*, nisi aliunde id colligatur. Vnde etiam non videtur verum, quòd dicit Azorius 1. par. lib. 10. cap. 24. quest. 7. ad fin. & cum eo Perez de Lara lib. 2. cap. 8. num. 43. quòd si fundator capellanæ dixerit: Volo, quòd Presbyter ad hanc capellaniam electus sacris operetur quotidie; tunc persona Sacerdotis censetur electa, ita vt per seipsum debeat celebrare: quia verba diriguntur ad personam. Placet tamen, quòd dicit idem Perez de Lara d. lib. 2. cap. 7. num. 6. quòd capellanæ habent residentiam personalem, quando ultra Missarum celebrationem habent onus adiuuandi curatum in cantando, & aliis similibus: & vbi imponitur interuentio, seu assistentia, & residentia Chori, censetur iniunctum seruitium personale, non solùm Chori, sed etiam Missarum. Et ita docet Garcias de beneficiis, tom. 2. par. 7. c. 1. n. 89.

An Sacerdos obligatus celebrare in Altari priuilegiato, si alibi celebret, ad aliquid teneatur?

R E S O L. X V.

Licet Capellanus alibi absque dispensatione celebrans, culpam lethalem committat; non tamen tenetur iterum per se, vel per alium in Altari definito celebrare, siue omittas Missas supplere, aut pro rata pecuniam, vel fructus beneficii pauperibus, aut hæredibus restituere. Quidquid in oppositum dicant Azorius moral. instit. part. 1. lib. 10. cap. 24. quest. 7. & par. 2. lib. 6. cap. 24. quest. 7. Riccius in verbo, Praxis Capellanarum, dec. 405. Stephanus Fagundez de quinque Ecclesia præceptis, lib. 3. c. 9. num. 2. Ducor: quia iste Capellanus solam fidem fregit: sed iustitiam non violauit: quare potest quidem dici infidelis, sed non iniustus; quia non priuauit testatorem debito Sacrificij fructu, qui in omnibus locis est æqualis valoris: item, quia non reddens debitum in certo loco promisso, sed alibi, restitutioni obnoxius minimè manet, nisi damnum aliquod ex tali solutione creditor reportaret. Ergo similiter non celebrans in certo Altari, aliquid restituere non debet: nisi obligatio esset celebrandi in Altari priuilegiato: quia tunc testator damnum spirituale pateretur. Et idè hanc sententiam secutus est Possuinus de officio Curati, cap. 2. num. 25. Fraxinellus de obligat. Sacerdot. sect. 4. concl. 5. §. 3. Barbosa de officio, & potestate Episcopi. alleg. 24. num. 36. tom. 2. Bonacina de Sacram. disp. 4. qu. vlt. punct. 7. §. 4. num. 5. quibus adde Garciam in Summa morali, tract. 3. diff. 11. dub. vlt. num. 11. vbi, me citato, sic ait: [Lo segundo podra preguntar, quando vn Capellan, ò otro Sacerdote, frequenta sin causa el dezir Missa fuera de los lugares à que se obligò, à mas de peccar graucmente, si euitarà obligado à restituir? Algunos dizen,

dizen, que si, y que en tal caso, ò las han de boluer à dexir en aquel lugar, ò recompensar à aquellas faltas con otras obras satisfactorias, ò dar algo de limosna à los pobres, ò algun dinero a los herederos. Pero lo contrario, y con razon tienen muchos. Si yà no fuesse de fraudar al legado en cosa considerable, como si era donde el testador mando se dixesse Missa, porque concurre mucho pueblo, y le ayudan sus oraciones, ò si auicndo dexado el fundador, ò otra persona la limosna, con condicion que se digan en Altar priuilegiado, se dixesse fuera del, por que en estos casos haze se agrauio al alma del Difunto: y assi lo que podria hazer en ellos, applicar algunas obras satisfactorias para recompensar, pero no tendria obligacion de repetir las Missas en el Altar priuilegiado.] Ita ille. Sed hoc vltimum non admittit Castrus Palaus, *tom. 2.º tract. 1.º disp. 1.º punct. 6.º num. 27.* & non loquitur de Missis priuilegiatis Defunctorum; sed absolute de omnibus; putat enim, te esse per te obligatum compensare Missas prætermittas, non ob fructum Sacrificij, quia in hoc nulla fraus, vel diminutio facta est; sed ob prætermittum cultum specialem illius Altaris, & imaginis, & ob particularem honorem fundatoris inde resultantem omissum. Et hanc sententiam docet etiam Azorius *tom. 2.º lib. 6.º cap. 14.º qu. 7.* Sed ipsemet Palaus fatetur, quòd raro est possibilis compensatio: nam compensatio illa facienda est celebrando aliis diebus ab iis, quos testator designauit: at ex tali celebratione nullus specialis honor fundatori accrescit; quia adstantes prorsus ignorant illam Missam celebrari loco alterius suo die signato prætermittæ; ergo illa Missa honor non reparatur: ergo ex reparatione honoris non videtur posse obligari. Neque etiam videtur obligatus ex prætermisso cultu: nam cultus hinc prætermittus compensatus fuit cultu facto in alio loco, & Altari, vbi Missa fuit celebrata.

Sed hic obiter nota cum eodem Garcia, *vbi supra, n. 8.* [Que si el testador dexa, que se dixessen las Missas en vn Altar ordinario de alguna Iglesia, si en aquella ay Altar priuilegiado, podrà en el dezir las Missas el Capellan, y dexar de dezirlas en el, que le señaló el fundador; porque con esto mejor cumple con su obligacion, pues haze lo que es mas vtil al testador; excepto si por algun motivo le huuiesse alli, que en tal caso obligacion tendria.]

An, si relinquatur Missa dicenda in omnibus Altaribus priuilegiatis alicuius ciuitatis, extendatur legatum ad Altaria postea erecta?

RESOL. XVI.

Afirmatiuè responderi Pater Pellizzarius *in Manual. Regular. tom. 1.º tract. 5.º c. 9.º sect. 5.º num. 14.* vbi sic ait: [Moneo, quòd si testamento relinquatur certa summa pecuniæ implicanda in celebrandis Missis ad omnia Altaria priuilegiata illius loci; si postea ibi erigatur nouum Altare priuilegiatum, probabile est, etiam hoc Altare comprehendendi sub tali legato; cum sic testator facilius sit consecutus finem à se intentum, nempe, liberationem animæ, siue suæ, siue aliorum, à Purgatorij pœnis; & aliàs in eodem sensu soleant intelligi legata facta pauperibus, ita vt in iis comprehendantur etiam futuri. Addo, quòd si Altari alicuius Ecclesiæ Regularium obtineatur concessio Altaris priuilegiati, insciis ipsis Regularibus, isque illam postea renuentibus acceptare, vtpote applicatam Altari ipsis minus commodo; ij postea similem concessionem alteri Altari applicatam validè possunt obtinere, etsi nullam mentionem prioris concessionis faciant in petitione. Ducor, quòd dispensatio, donatio, & quodcumque priuilegium non prodest, antequàm acceptetur ab eo, cui fuit impetratum à tertia persona, vt ostendit Sanchez *lib. 7.º de matrim. disp. 26.º num. 5.º & lib. 3.º disp. 36.º num. 6.º 7.º* &

8.º cum ergo prior concessio Altaris priuilegiati fuerit nulla, vtpote nondum acceptata; relinquitur locus posteriori concessioni; hæcque acceptata à Regularibus præfatis prior concessio non est amplius acceptabilis ab ipsis: ne alioqui in eadem Ecclesia sint duo Altaria priuilegiata. Sic ego respondi in contingencia facti: & responsio fuit approbata à vijs doctissimis, & maxime à P. Zanetto.] Hæc Pellizzarius, cuius sententiæ libenter adhaereo.

An, si Capella, vbi constitutum fuit Altare priuilegiatum, fuit diruta, aut translata in alium locum, Indulgentia remaneat extincta.

RESOL. XVII.

AD huic casum respondet Marcellus Vulpè *in praxi iudiciali fori ecclesiastici, cap. 42.º num. 30.* Sic itaque asserit: [Dubitatur, an Ecclesia, vel Capella, in qua fuit concessa aliqua Indulgentia perpetua, puta Altare priuilegiatum pro liberandis animabus à pœnis Purgatorij, si fuerit diruta, & translata in alium locum per Episcopum, in dicta Indulgentia sit extincta? Responderetur, quòd hoc euenit in Ecclesia nostra Cathedrali Montispelusi, in qua adest Capella Sanctissimi Corporis Christi; & in ea Altare priuilegiatum pro liberandis animabus à Purgatorio, concessum à Gregorio XIII. anno Incarnationis Dominicæ 1579. Kalend. Maij, anno eius septimo, cumque Capella prædicta fuisset demolita per Episcopum, & inibi constructus Chorus Ecclesiæ, & præfata Capella translata in alium locum, & noua Capella ædificata, & erecta: dubitabatur, an dictum priuilegium esset extinctum. Nonnulli dicebant non esse extinctum, per not. in cap. Pastoralis 7.º quest. 1.º & per Gloss. in cap. Priuilegium. de regul. iur. lib. 6.º & per text. in cap. Et temporis. cum Gloss. in verb. Vñre, 16.º quest. 1.º Felino in cap. Dilicta. num. 97. de rescript. Alexandro in l. Inter alia. §. fin. & ibi Iason de verb. obligat. Ego verò contrarium dicebam, nempe, dictum priuilegium esse extinctum, ex quo est concessum rei, & extincta re, extinguitur priuilegium ei concessum: & ita in terminis tenet S. Antoninus *part. 1.º tit. 10.º cap. 3.º §. 3.º in fine*, vbi dicit, quòd Indulgentia concessa à Papa simpliciter alicui loco, semper durat, donec durat locus. Idem tenet Nauarr. *in tract. de Indulgent. notab. 31.º num. 27.* Nec obstant in contrarium adducta: quia habent locum in priuilegio personali, quod extinguitur cum persona, *d. c. priuilegium. de regul. iur. lib. 6.* Tandem re delata ad Romanam Curiam fuit dictum, quòd priuilegium erat extinctum: & sic necesse fuit, supplicari de nouo; vt concederetur, prout fuit graciosè concessum à Sanctissimo D. N. Paulo V. per Breue Sanctitatis suæ sub annulo Piscatoris, die 24. Aprilis, 1610. Pontificatus sui anno quinto. Veruntamen, si Ecclesia paulatim esset destructa, & eadem paulatim constructa, communiter tenent Doctores, quòd retinet easdem Indulgentias, quas habebat; quia est eadem Ecclesia numero. Sed si Ecclesia est in totum destructa, & de nouo ædificata in eodem loco, vel in alium translata, cessarent Indulgentiæ: Paludanus *in 4.º dist. 20.º q. 4.º n. 25.*] Hucusque Vulpè. Vide etiam Præpositum *in 3.º par. q. 14.º de Indulg. dub. 11.º n. 67.*

Sed non deseram hic apponere verba Patris Quintanadueñas *in Theol. mor. tom. 1.º tract. 6.º Appendicis, dub. 3.º num. 4.* sic asserentis: [Si contingat, quòd destruatut omnino Altare in Ecclesia, aliòve loco erectum; qui locus, vbi erat, visitaret, non lucraretur Indulgentias concessas visitantibus Altare: quia iam tale non est: lucraretur verò concessas visitantibus Ecclesias, si locus, vbi Altare fuit, est Ecclesia. Si autem Altare, vel templum, quod paulatim destruitur, & paulatim reedificatur, aliquis visiter, lucrabitur Indulgentias: quia idem Altare, & templum perseverare censetur, vt docent Corduba, Nugnius,

Nugnus, Suarius, & Pinellus, quos citat, ac sequitur Bonnac. de Indulgent. disp. 6. q. 1. punct. 8. n. 4. addens cum aliis etiam persecutare Indulgentias, si Ecclesia destruat, (non auctoritate Superioris, sed aliqua alia ex causa,) & in eodem loco alia edificetur; vel si ad alium locum transferatur, dummodo ipsi templo, ratione sui, concessa sit Indulgentia.] Ita ille. Ex quibus apparet responsio ad quæsitum in titulo resolutionis positum. Dicendum etiam est, quòd facta semel electione Altaris priuilegiati, non potest amplius mutari locus, vt ex Abbate, & Nauarro docet. Lauiorius de Indulg. par. 2. c. 30. n. 112.

An Missa dicta in Altari priuilegiato prosit uiuentibus?

RESOL. XVIII.

NOster Megala tom. 1. var. resol. ponit hunc casum, & in resol. 19. negatiuè respondet: nam considerandum est in Missis Altarium priuilegiatorum, Sacrificium Missæ non absolutè sumptum, prout Sacrificium est, & opus satisfactorium, sed tantùm prout celebratur in tali Altari à Summo Pontifice priuilegiato: & hoc modo sumptum, nullo modo uiuenti prodesse potest: quia, cum hoc sit quasi priuilegium personale, & Indulgentia concessa pro animabus, quæ detinentur in pœnis Purgatorij, vt ex forma talium concessionum patet; non potest in uiuentem transferri, nisi speciali facultate in ipsamet concessione expressa hoc concedatur, vt patet ex D. Thoma in 4. dist. 20. art. 5. quæst. 3. ad 2. Indulgentiæ enim eis tantùm utiles sunt, ad quos directè referuntur. Et præterea, dato quòd prædictum priuilegium, & prædictæ Indulgentiæ possint etiam prodesse uiuenti; earum tamen effectus non posset suspendi ad aliud tempus extra illud, quo fit opus, ex quo acquiruntur, cum concedantur in ipso instanti, in quo opus consummatur, nisi aliud expriment, per dicta à Suarez tom. 4. disp. 52. sect. 2. Et ratio est: quia Indulgentiæ non plus operantur, quàm expriment, vt dictum est, & si ex forma earum non constat intentionem concedentis fuisse, vt effectus suspendatur usque ad tempus mortis, si aliquis uellet suspendere, nihil operaretur: sed formæ omnium Indulgentiarum de huiusmodi suspensione uerba non faciunt: ergo non est hoc affirmandum, saluo semper, &c. Et ideò sententiam Megalæ sequitur etiam Garcia in Summa morali, tract. 3. difficul. 10. dub. 7. num. 9. & 19. Fraxinellus de oblig. Sacerd. sect. 3. pranot. 4. §. 3. num. 5. & Bardonius tom. 2. resol. 91. quæst. 2. num. 4. qui optimè notat, posse Pontificem Altaria priuilegiata pro uiuis concedere, cum nullum inde sequatur absurdum; tamen hætenus concessa non uidentur. Dicendum est igitur, Missam celebratam in Altari priuilegiato, quatenus Altare priuilegiatum est, (non quatenus Missa est Sacrificium, & opus satisfactorium,) uiuentibus non posse prodesse: quia Indulgentiæ Altaris priuilegiati sunt priuilegium personale pro animabus in Purgatorio existentibus, vt ex uerbis, & forma huiusmodi concessionum apparet: ergo uiuentibus non possunt applicari, neque prodesse, nisi in ipsa concessione Indulgentiæ, & priuilegio, specialiter, & expressè id concedatur: quod quidem nullo modo concedi consuevit.

Sed hîc obiter discutienda uenit illa quæstio, an sit licitum, uiuentem sibi Missam pro Defunctis celebrari facere? Et affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet amicissimus Pater Lezana in Summa qq. regul. tom. 4. uerb. Missa, num. 54. [Primò, quia credi potest ita institutum esse à Christo hoc Sacrificium, & ab Ecclesia tale Officium mortuorum, vt prodesse possint ei, cui applicantur pro quacuaque necessitate, & occasione, in qua futurus sit capax effectus illorum; ita vt interim non maneat suspensus, sed ueluti reseruatus in acceptatione diuina, ad

Antonini Diana Pars IX.

modum, quo Theologi dicunt, merita mortificata per peccatum, manere in Dei acceptatione, retribuenda, dum homo capax illorum fuerit. Vnde hoc non est, simpliciter loquendo, applicare illa pro uiuis, sed applicare pro mortuis: siquidem applicatur uiuis pro tempore, quo mortui fuerint. Secundò, quia ita gessisse insignes viros pietate, & doctrina constat ex Historiis: siquidem de Alberto magno id refert Ferdinandus del Castillo in Histor. gener. S. Dominici, part. 2. lib. 3. cap. 46. & de Henrico Comite de Retecen, Episcopo Ratisponensi, Viuguleus Hundus in Histor. Quod etiam imitati sunt plures alij, ex Doctorum consilio, nostris temporibus pietate, & deuotione insignes. Tertiò, quia id fauet non solum pietati, & deuotioni; sed etiam humilitati, & memoriæ mortis, quæ tam utilia sunt hominibus. Limitant tamen aliqui, dummodo non dicantur eæ orationes, quæ supponunt aliquem discessisse à vita, v. g. Oratio, *Inclina, Domine*, &c. in qua dicitur, *quem de hoc seculo migrare iussisti*. ne mendacium committatur. Sed hanc limitationem non admittunt Faustus, & Fagundez: quia etiam in Missis Defunctorum, quando dicuntur pro iis, qui multò antè tempore decesserunt, dicimus in Oratione Offertorij: *Domine Iesu Christe, Rex glòria, libera animas omnium fidelium Defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore loonis: ne absorbeat eas Tartarus: ne cadant in obscurum*, &c. In qua Oratione à Deo postulat Ecclesia, ne animæ illorum Defunctorum ad pœnas Purgatorij detradantur, dum dicit: *Ne cadant in obscurum. ne absorbeat eas Tartarus*. cum tamen illæ iam in eodem igne sint; vel fuerint; & tamen nullum mendacium committitur; quia ne committatur, sufficit, quòd Ecclesia repræsentet illas animas Christo, ac si tunc à vita essent discessuræ, eafque consideret quasi adhuc agonizantes, & pro iis oret, vt à purgatorij ignis pœnis liberentur, vt docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 16. num. 3. sine. Sic etiam in casu præsentis, vt ueritas salua, & illibata persistat, sufficit, si Ecclesia, & Sacerdos oret pro uiuo, & repræsentet eum Christo Domino, ac si iam vitam cum morte commutauerit, & post ipsius mortem. Ex quibus soluuntur, quæ Fraxinellus supra, sect. 3. pranot. 4. §. 3. n. 4. & Diana 5. parte, tract. 13. Miscellan. resol. 2. post Layman, & alios asserunt contra hanc doctrinam.] Hucusque Lezana.

Sed ego non discedo ab opinione, quam docui, & quam me citato, docet nouissimè Hieronymus Garcias in Summa morali, tract. 3. diffic. 10. dub. 7. num. 13. ubi sic ait: [Acerca de hazerse dexir el Oficio de Difuntos, y honras en vida, como si actualmente vno estuuiesse en el ataud, ay diuision entre los DD. Lucas Pinello cap. 7. citat. dub. 3. afirma, que se vsa mucho en el Estado de Lorena, y en España lo vsan tambien algunos, y yo me hallado en vn caso destos, y assi esta costumbre como pia, & laudabile, la aprueuan, y defienden muchos. La razon es, porque lo vno no es ello en si malo, y lo otro que con esto euitan la negligencia de sus herederos; empero aduerten algunos destos Autores, que non se diga en la Missa algunas oraciones que supponen al muerto, por quien se applican, porque no se verificarian las palabras, quales con aquellas: *Vt animam famuli tui, quam de hoc seculo hodie migrare iussisti*, &c. Però non obstante la autoridad de los DD. por mejor, y mas acertado tengo no vsar de semejante costumbre donde la ay, ni introducir la donde no la ay. La razon potissima es, porque esto es contra la praxis, y costumbre de la Iglesia Romana, pues es llano, que la intencion de la Iglesia es, que la Missa de Requiem se diga por Difuntos, y no se yo que mas tengenda la Missa de Requiem, que la de tempore para uiuos: aora sea considerando sus frutos, y efectos ex opere operato, aora sea ex opere operantis. y assi applicar a vn uiuo resposos, y otras plegarias, que suelen à los Difuntos, huele à vn no se quede supersticio, y assi el que quisiere acertar, si quisiere hazerse honras en vida, hagase

D 3 dezix

dezir las Missas de algun misterio, ò Santo, ò de nuestra Señora, y con esso euitarà la negligencia de sus herederos, y no se pondra en contingencia, si se verifican, ò no, las palabras de las oraciones, ni si va contra el estilo de la Iglesia, y sus rubricas, y al fin todos los Theologos così conuencian, que assi como es mejor *caeteris paribus* dezir Missa de *Requiem* por los Difuntos, quando ay lugar, porque la Iglesia las tiene ordenadas para ellos; assi hemos de dexir de las de tempore respecto de los viuos: con lo qual se responde à los fundamentos de la opinion contraria, [Ita ille, cui etiam adde Rubeum de *Sacrificio Missae*, lib. 3. disp. 4. quest. 1. n. 2. Itaque concedo fructum respondentem Missae de *Requiem*, & Officio Defunctorum, posse in rigore applicari viuis, æquè ac Defunctis, cum sit fructus satisfactionis ex opere operato, & operantis, cuius viui, ac Defuncti sunt capaces; id tamen est contra ordinationem Ecclesiae, quæ diuersas Missas, & Officia, pro viuis, & Defunctis instituit, proindeque Missæ viuorum debent esse de Sanctis, pro remissione peccatorum, &c. Et ita nostram sententiam, præter Doctores citatos, tenet Castus Palaeus tom. 4. tract. 22. disp. vnica, punct. 6. num. 19.

An si Regulares non promittant celebrare Missam in Altari priuilegiato, excusentur aliquando à peccato, si illas in alio Altari celebrent?

R E S O L. XIX.

Affirmatiuè respondi in par. 3. tract. 6. resol. 62. Et, me citato, hanc sententiam docet nouissimè Hieronymus Garcias in *Summa morali*, tract. 3. difficul. 11. dub. vlt. num. 3. sic asserens: [Aduerte, que aunque alguna persona imbie à vn Conuento, ò Parrochia cien Missas, para que la digan en Altar priuilegiado, que si no lo prometen, que no pecaran non dizendolas alla, y aunque se lo prometan, sino dà mas limosna; no pecaran, saltim mortalmente, no celebrandolas en dicho Altar. Las razones, que puede dar Diana, si vienen à los ojos: lo vno, porque no se pueden dezir alli tantas Missas, porque todos las quieren en Altar priuilegiado: lo segundo, que no dando mas limosna, no es iusto obligar à mas de lo ordinario, que se digan: y assi en San Lorenzo el Real, el que quiere Missa en Altar colateral, que son los priuilegiados, dan dos reales de limosna: Leo X. concediò à los Benitos de Italia, y por comunicacion à todas las demas Religiones, que participan de sus priuilegios, que qualquier Religioso Sacerdote, que dixere tres Missas por algun deudo suyo, dentro der tercer grado, en vn Altar diputado, o señalado por el Superior, saque aquella alma de Purgatorio, como si huuiesse dito Missa en los Altares de San Gregorio, ò San Sebastian de Roma, que son priuilegiados. Refiereffe en nuestro Compendio, v. *Anima de Purgatorio*. §. 3.] Ita Garcias.

An, si priuilegium Altaris priuilegiati sit concessum alicui Religioni, per communicationem possit alia Religio illo vti?

R E S O L. XX.

Olim respondi negatiuè: & ita nunc iterum doceo: & ita, me citato, docet Lezana in *Summa q. Regul. tom. 3. verb. Altare*, num. 19. vbi sic ait: [Huiusmodi autem Altaria priuilegiata vnus Ecclesiae, vel Religionis, non communicantur aliis, etiam habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliarum Religionum: tum quia stylus Curiae ita tenet: tum, quia iuxta regulam iuris in 6. quæ est 81. in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.] Ita ille, qui citat Peyrinum: quibus adde Romanum de

priuileg. Relig. lib. 2. cap. 2. num. 13. Bordonum tom. 2. resol. 52. num. 85.

Quomodo verò detur communicatio in Iubileis, & Indulgentiis inter Regulares eorum Ecclesias, siue eiusdem siue diuersi Ordinis, recognosce Quintadnaueñas in *Theol. mor. tr. 4. Appendicis*, dub. 8. & 9. Et obiter hic nota, Hieronymum Rodriguez in *Comp. qq. regul. resol. 116. n. 52.* docere, Indulgentias concessas, v. g. Fratibus Minoribus in Festis suorum Sanctorum, ceteri concessas pro Ecclesiis Prædicatorum in Festis suorum Sanctorum, & è contra. Sed hæc opinio est protus reicienda, & à praxi abhorret, & eam detestatur consuetudo, secundum quam priuilegia esse interpretanda, communis est Doctorum sententia, vt docet Miranda tom. 2. quest. 44. art. 4. siquidem ea declarat, quando lex obligat, vel non obligat, vt cum S. Thoma 2. 2. quest. 97. art. 3. & quest. 186. art. 9. docent Theologi, & consuetudo iuxta hos, & Iurisperitos vim legis habet: & si sit rationalis, & præscripta, iudicandum est secundum ipsam in iudicio, & foro contentioso, etiam si interdum sit contraria iuri scripto, vt ex Gloss. in c. *Consuetudo*, d. 1. probat Sylu. verbo, *Consuetudo*, q. 19. 20. & 21. Quis igitur vnquam cogitauit, quòd virtute Iubilei concessi in die S. Bonauenturae, lucrentur fideles, illud in die S. Hyacinthi in Ordine Prædicatorum.

An Altaria priuilegiata concessa Regularibus fuerint reuocata per Bullam Pauli V. anno 1606.

R E S O L. XXI.

Respondeo negatiuè cum Quintadnaueñas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 4. Appendicis*, dub. 2. num. 5. vbi probat, quòd in dicto Breui reuocatae non sunt Indulgentiae concessae Religiosis pro Animabus Purgatorij: v. g. vt tali Missa, vel oratione, vel in tali die liberent vnã animam à Purgatorio. Huiusmodi Indulgentias plures inuenies apud Hieronymum Rodriguez resol. 77. à num. 62. Et animaduerte, quòd etiam si anima Purgatorij sit Religiosi cuiusuis, & Pontifex concedat, quòd quicumque, siue secularis, siue Regularis, hoc, vel illud opus pro illa effecerit in Ecclesiis Regularium, aut in eorum Altaribus priuilegiatis; liberet eam; non est censendum, hanc Indulgentiam esse reuocatam: nam indultum hoc non est concessum Religiosis, quatenus Religiosi sunt; sed ratione Ecclesiae, vel Altaris; & Paulus V. non reuocauit Indulgentias Regularium Ecclesiis, vel Altaribus concessas, sed tantum concessas immediatè, & directè, ipsis Regularibus viuis, qui propterea de eius foro erant. Imò, etsi nominatim Pontifex exigeret, vt Missa pro anima Regularis defuncti à Regulari celebretur, vt defunctus à Purgatorio liberaretur; adhuc hæc Indulgentia, meo iudicio, non esset reuocata à Paulo V. qui, vt terigi, solum Indulgentias viuis, & pro viuis concessas, illisque tantum applicandas, reuocasse existimandus est.

Idem dicendum putat de Indulgentiis concessis pro animabus Regularium absque vlla aliorum Regularium, vel secularium diligentia. Huiusmodi est ea, quam concessit Ordini B. Mariae de Monte Carmelo Ioannes XII. & confirmantur Alexander V. Clemens VIII. & Gregorius XIII. vt scilicet, Sabbatho sequenti post obitum Fratrum, Monialium, & Constatrum ipsius Ordinis, ipsorum animarum à pœnis Purgatorij liberentur per modum suffragij, seu impetrationis à Deo.

An Altaria priuilegiata suspendantur per Bullam Cruciatæ?

R E S O L. XXII.

Affirmatiuam sententiam tenet Rodriguez, Villalobos, Fernandez, & alij: quia Commissarius generalis

talis Cruciatæ expressè suspendit omnes similes, & diffimiles gratias, indulta, & facultates quibuscunque Ecclesiis, Hospitalibus, & locis piis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis concessas; at Altare priuilegiatum, seu Capella, est parua Ecclesia, & locus pius: & ex alio capite Indulgentia concessa in Altari priuilegiato, est plenaria, & similis illi, quæ per modum etiam suffragij conceditur Defunctis in Bulla Defunctorum: ergo per Bullam Altare priuilegiatum manet suspensum, ac per consequens, vt reualidetur, requiritur in Bulla viuorum.

Sed dices: Quis tenetur Bullam viuorum accipere, vt talis Indulgentia reualidetur, & applicari possit Defuncto? Certum est, non requiri quoad hunc effectum Bullam Defunctorum, cum hæc solis Defunctis profit: nec sufficit, quòd Ecclesia, Vniuersitas, aut Confraternitas, seu locus pius, in quo situm est Altare, & Capella, Bullam accipiat, quia hæc non locis, & Communitatibus, sed particularibus personis conceditur, vt patet ex illius contextu, & declarat Commissarius: [Y por quanto vos N, distes dos reales de plata.] & tenet Villabobos *claus. 12. num. 5. tract. 27.* Difficultas ergo est, an requiratur in Sacerdote celebrante, an verò in eo, qui pro Defuncto celebrare facit, Rodriquez §. 12. *num. 4.* insinuat requiri Bullam in celebrari faciente. ait enim, sæcularem teneri Bullam viuorum accipere, vt Indulgentia in Altari priuilegiato Religiosorum concessa Defuncto profit. At dato, quòd Bulla suspendat hanc Indulgentiam, verius est requiri ad eiusdem Indulgentiæ reualidationem Bullam in celebrante, vt colligitur ex verbis, quibus hæc Indulgentia Defunctis conceditur, quæ communiter sunt tenoris sequentis: vt quodocunque Sacerdos aliquis Missam Defunctorum in dicta Capella, Altari, vel Ecclesia celebrauerit, anima ipsa per modum suffragij Indulgentiam consequatur, & à pœnis Purgatorij liberetur. Et ita etiam sentit Ludouicus à Cruce in *Exposit. Bull. disp. 1. c. 9. dub. 2. n. 11.* Ex quibus patet, Indulgentiam hanc applicari Defunctis media actione Sacerdotis celebrantis, & per consequens in ipso celebrante, & offerente Sacrificium Missæ requiri Bullam ad huiusmodi Indulgentiæ reualidationem, supposito, quòd per Bullam suspendatur. Quòd si Altare priuilegiatum sit Religiosorum, tunc præter Bullam in celebrante requiritur Bulla in celebrari faciente, vt existimat Rodr. *supra*, quem sequitur Villalobos *rr. 27. claus. 12. n. 3.* quia priuilegia Regularium quoad sæculares per Bullam suspenduntur, & per eam reualidantur.

Sed his, non obstantibus, non desunt Doctores asserentes, quòd per Bullam Cruciatæ non suspenduntur Altaria priuilegiata, & præter Carrillum, & Trullench, *alibi* à me adductos, nouissime hanc sententiam tenet Quintanadueñas in *Theol. mor. tom. 1. rr. 1. Appendicis, dub. 15. per errorem 14. num. 7.* qui id probat ex Summario ipsius Bullæ Cruciatæ: nam in eo ait Commissarius: *Suspendimus omnes Indulgentias per dicta Regna, Dominia, Insulas, quibuscunque Ecclesiis, Hospitalibus, & locis piis, Vniuersitatibus, & Confraternitatibus, & singularibus personis concessas.* Indulgentiæ verò concessæ pro Animabus Purgatorij, non comprehenduntur sub hac clausula: cum neque loca, aut Communitates prædictæ sint, neque pro singularibus personis in communi loquendi modo recipiantur. Enim verò quis vnquam Purgatorij animam, personam nominat? Licet enim, physice loquendo, sit rationalis naturæ indiuidua substantia; semper verò in Iure ciuili, & canonico, ac in Pontificiis Bullis, in statutis, aliisque iuridicis, & non iuridicis Decretis, sub personæ nomine intelligitur, vel viuens modò, vel qui olim viuebat, vt viuebat, & comprehenditur masculus, ac fœmina, vt norant Azeuedo *ad lib. 1. num. 175. tit. 5. lib. 8. noua recopil. Gratianus disceruat. forens. cap. 58. num. 19.* Barbofa *remiss. ad ordin. Regni Lusitanor. l. 4. tit. 36. num. 2.* Nec Altari priuilegiato propriè Indulgentia conceditur; sed animæ Purgatorij, quæ

eius fructum, scilicet, solutionem pœnæ debitæ percipit: & ita non suspenduntur Indulgentiæ pro animabus concessæ, seu potius alligatæ talibus Ecclesiis, Altaribus, Confraternitatibus, &c. Tum, quia ex Summario constat, quòd solum suspenduntur illis, respectu quorum reualidantur, qui solum viatores sunt, cum ij tantum Cruciatam sumant. Et ita hanc sententiam docet etiam Lezana in *Summa qq. regul. tom. 3. verb. Altare, num. 16.* Vnde ego vtranque sententiam probabilem esse puto, vt, me citato, obseuat Trullench in *Bull. Cruciatæ, in nouissima editione, lib. 1. §. 9. dub. 4. num. 3.* licet negatiuam sententiam existimem cum ipso probiliorem.

An Altaria priuilegiata suspendantur per Iubileum Anni Sancti?

RESOL. XXIII.

Negatiuè respondeo, quicquid aliqui asserant, cum Castro Palao *tom. 4. tract. 24. disp. unica. punct. 12. num. 7.* Layman *lib. 5. tract. 7. cap. vlt. in fin.* Bordonio in *cons. Regul. tom. 2. resol. 81. num. 36.* Quintanadueñas, *vbi infra, num. 3.* Lezna in *Summa qq. Regul. tom. 3. verb. Altare, num. 16.* Et, me citato, ita tenet Bordonus *tom. 2. resol. 91. num. 12.* quia, ait ille, in Bulla Anni Sancti nulla fit mentio suspensionis Indulgentiarum pro Defunctis, quod est de iure necessarium, cum id sit, quid speciale: & sicut Indulgentiæ viuorum mortuis non profunt, nisi in illis fiat specialis mentio; ita neque eisdem mortuis concessæ, intelliguntur reuocari, nisi de illis fiat expressa mentio. Et pro Anno Sancto adest specialis ratio suspendendi Indulgentias viuorum, vt hac occasione promptiores fiant ad proficiscendum Romam, vt ibi illas lucrentur: quæ ratio non habet locum in mortuis, qui Romam proficisci possunt; quia à loco, vbi morantur fideles in pœnis, non datur regressus.

Sed hic obiter pro curiosis quæro, an in Iubileo Anni Sancti suspendantur Indulgentiæ pro mortuis, quæ viuis conceduntur cum facultate, vt eas applicare valeant pro Defunctis. Huiusmodi sunt Indulgentiæ concessæ Granis, Imaginibus, Coronis, Crucibus, Numismatibus benedictis à Clem. VIII. ad instantiam Patrum Societatis Iesu Peruanorum, 30. Augusti, 1596. & à Paulo V. ad instantiam Patrum Societatis Iesu in sua Congregatione generali 5. Nouemb. 1615. & ad instantiam Procuratorum Canonizationis S. Caroli Borromæi, anno 1616. & à Greg. XV. 12. mensis Martij, anno 1622. ad instantiam Procuratorum Canonizationis S. Ignatij, Xauerij, Nerij, Isidori, & Teresæ, & ab Urbano VIII. 3. Nouembris, 1623. necnon à Leone X. Gregor. XIII. & Xysto V. Coronæ Christi D. vulgò Camaldulæ, & similes, in quarum summario hæc verba habentur: [Las sobredichas Indulgentias se pueden tambien aplicar por las animas de los fideles Difuntos per modo de suffragio.] Et Quintanadueñas in *Theol. mor. tom. 1. rr. 8. Appendicis, dub. 14. n. 4.* putat, has omnes, & similes Indulgentias non suspendi quoad Defunctos per hoc Anni Sancti Iubilæum: quod satis probatur ex rationibus, quibus ostenditur, quòd pro solis Defunctis concessæ non suspendantur. In primis quia eodem modo hæc conceduntur à Pontifice, & applicantur à fidelibus, siue illis competant cum hac facultate eas applicandi pro Defunctis, siue si pro Defunctis tantum sint concessæ. Ratio est: quia de omnibus his Indulgentiis per modum suffragij (id est, auxiliij, & adiutorij ecclesiastici applicati, vt explicant Viualdus, Cordoba, Coninch, Nauarrus, Valentia, Reginaldus, & alij apud Bonacinam *de Indulgent. dist. 6. quest. 1. punct. 6. n. 6.*) solum Defuncto concessis, vel de applicandis illi, licet viuò concessis, æquè verificatur, quod S. Thomas ait in *4. dist. 45. quest. 2. art. 3. quest. 2.* quod non directè, & principaliter

paliter, sed tantum secundario, & indirecte Defunctis conceduntur. Idem docent Coninch *dist. 12. dub. 10.* & Suar. *dist. 24. sect. 3. num. 12. & seq.* nam Pontifex non absoluit Defunctum à pœna, utpote in eum non habens iurisdictionem; sed solum soluit, offerendo ex Thesauro pretium æquiuale pro illo; vel, ut alij aiunt apud Lugum *disp. 27. de pœnit. sect. 5. num. 66.* hæc Indulgentiæ conceduntur directe, & immediate uiuentibus; cum facultate, ut eas, sicut propriam satisfactionem, transferant ad Defunctos, vel, ut ipse *num. 70.* explicat, nec uiuenti, nec Defuncto immediate conceduntur: sed, ut addit *num. 7.* Pontificem, quando concedit Indulgentiam pro defunctis; ita eleuare ex Thesauro Ecclesiæ opus bonum, & satisfactorium, quod exigit ab aliquo uiuente, ut possit habere effectum satisfactionis ultra condignum, Ergo, quoad hanc suspensionem, eadem est utriusque Indulgentiæ ratio: non in quantum uiuis concessa, sed in quantum pro Defunctis applicanda. Præterea, quia applicatio, per modum suffragij, quam concedunt Pontifices in relictis indultis; idem est, ac concessio pro Defunctis: quia, ut ex Suario notat Eminentiss. Lugo, nunquam conceditur Indulgentia per modum suffragij pro uiuis: quia uiuus est subditus, & capax absolutionis, cuius Defunctus non est capax.

Probatur denique ex Nauarro ita sentiente: Si concessione vnus Papæ esset concessa Indulgentia plenaria ob aliquod opus bonum, & ob idem concessione eiusdem, vel alterius dimidia, vel alia, aut aliquota pars eius, aliquorum dierum, & annorum; iuste posset facere illud ad quærendam non plenariam: licet non ad quærendam plenariam: publicare item non plenariam, tacendo plenariam, vel eam non quæri posse monendo: ergo similiter, si ob idem opus potest obtineri Indulgentia pro uiuis, & defunctis, pro istis poterit hæc obtineri, & publicari, licet non possit pro illis. Denique ex his deducetur, quod non suspendantur Indulgentiæ; quæ singulis personis, & Altaribus conceduntur pro Missa, qua animæ liberari à Purgatorio valent. Ergo. Et hæc omnia ingeniosè excogitauit Quintanaduénas, *ubi supra.* Sed, an probabiliter, iudicent alij: scio enim aliquibus uiris doctis non placere.

An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari priuilegiato, possit applicare Indulgentiam Defuncto, & alteri Sacrificium?

R E S O L. X X I V.

HVnc casum ponit Bordonus, & ad illum sic respondet *tom. 1. resol. 91. num. 4.* [Quæres, an quando celebratur Missa in Altari priuilegiato, tunc Missa habeat suum effectum satisfactionis pro illo Defuncto, cui applicatur Indulgentia Altaris? Videtur, quod non, quia sufficienter eius anima liberatur à pœnis, & ad cœlum uolat, cum sit plenaria. Consequenter in eo casu poterit Sacerdos accipere speciale stipendium, applicando Altari Missam, præter stipendium acceptum ab eo, qui fecit celebrare ad Altare priuilegiatum. Respondetur: Missa suum producit satisfactionis effectum respectu animæ illius, cui applicatur priuilegium Altaris: quia esto liberari possit per Indulgentiam Altaris: quia tamen id nobis non constat, idè & Missæ Sacrificium illimet intelligitur applicatum, quod inter alia remedia pro solutione pœnarum est efficacissimum, & infallibile, quod Deus semper acceptat. De Indulgentia uero nonnulli dubitant, de quibus Suar. *in p. 3. de pœnit. & Indulgent. disp. 53. sect. 3.* & ad hoc facit illud orationis omnium Sanctorum: *Multiplacatis intercessoribus largiaris.* Ex quo patet ad rationem dubitandi, & Sacerdotem debere Sacrificium applicare in Altari priuilegiato illi animæ, pro qua petita fuit Missa ad tale Altare.] Ita Bordonus, qui etiam optimè notat,

n. 7. Missam, si celebretur in Altari priuilegiato alio die à designato, prodesse quidem ex parte sua; non uero Indulgentiæ Altaris priuilegiati, quia Indulgentiæ annexum habent tempus, tanquam de substantia ad acquirendum illas, aliter extra diem, seu tempus determinatum nullus eas lucrari potest, cum non sint extra tempus præfixum, & tantum ualeant, quantum sonant.

Nota etiam hic cum Fagundez *precept. 1. lib. 3. c. 9. n. 7.* quod si aliquis obligatus sit ad dicendas Missas in tali Altari priuilegiato ad eruendas animas ab igne purgatorio, etiam si superueniat iustum impedimentum, quo non possit eas dicere in eo Altari, v. g. quia mutauit domicilium, vel ad tempus absens factus est ab eo loco; non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari priuilegiato: multum enim defraudaret Defunctos; superueniente enim iusto impedimento, iustam causam habet mutandi locum, & Altare; in aliud tamen simile, ne tam pio suffragio, & cum tanto detrimento defraudentur animæ in igne purgatorio existentes.

An qui tenentur celebrare tantum, v. g. de Requiem, si illam celebret in Altari priuilegiato, possit Indulgentiam applicare alicui Defuncto?

R E S O L. X X V.

ALiqui respondent affirmatiuè: quia ratione stipendij talis Sacerdos non tenetur dicere Missam in Altari priuilegiato, sed poterat in quocunque. Ergo dicendo Missam in Altari priuilegiato, Indulgentiam plenariam poterit applicare, cuiusque Defuncto sibi placuerit, modo applicet valorem Missæ, cui dedit stipendium. Et idè Didacus Nugnus *in Addit. ad 3. p. tom. 2. quæst. 25. art. 5. q. 3. concl. 3.* sic ait: [Res certissima est, quod quomodocunque petatur, quod aliquis sacrificet ad liberandum animam à Purgatorio, debet offerre Sacrificium pro illa: quia, si offert, ut illam liberet, iam offert pro illa, & applicat ei Sacrificium, atque adèd implicat, quod non applicet ei satisfactionem correspondentem ex opere operato. Verum est, quod potest simul pro aliis offerre, & ab alio suscipere stipendium Missæ legitimum: quia ex hoc nullum est impedimentum ad lucranda Indulgentiam propter rationem datam, & propter eandem rationem potest idem Sacrificium offerre pro se ipso, & uelle propriam satisfactionem, quæ sibi correspondet ex opere operato, & etiam ex opere operantis.] Ita ille.

Sed alij ex Suarez asserunt, uerba priuilegij attentè expendenda esse: nam, si hunc tenorem contineant: *Dicendo, aut offerendo Missam pro Defuncto, liberat animam eius à Purgatorio,* tunc necessarium erit fructum Sacrificij tali animæ in particulari applicare. Si autem solum dicatur: *Dicendo Missam, vel, Quoties Missam dixeris, toties liberet unam animam à Purgatorio.* tunc ex vi talis priuilegij satis est illud pium opus facere, etiam si particularis fructus eius, siue ex opere operantis, siue ex opere operato tali animæ non applicetur, sed solum beneficium Indulgentiæ. Ex quo infert Pater Suarez, quod quando quis facit opus pium, ut sibi ipsi lucretur Indulgentiam aliquam; potest nihilominus propriam satisfactionem, quam ex opere operantis inde habet, alteri, siue Defuncto, siue uiuenti applicare per modum suffragij: quia Indulgentia solum exigit executionem illius operis. non uero applicationem satisfactionis eius pro se, vel pro alio. Et quo etiam infert, quod si alicui concedatur Indulgentia plenaria, quoties sacrificauerit tali loco, vel tali die, vel simpliciter; posse lucrari Indulgentiam, offerendo pro alio: quia neque ex vi talis concessionis aliud exigitur; neque uerisimile est, Indulgentiam ullo modo impedire hoc charitatis opus. Sed circa præsentem quæstionem, uide, quæ dicta sunt *supra in resol. 5.*

An magis profit anima existenti in Purgatorio Missa Altaris priuilegiati, quam Indulgentia Bullæ Cruciatæ?

R E S O L. XXVI.

Pvat Trullench in Bull. Cruc. lib. 4. dub. 12. n. 4. cæteris paribus, id est, supposita æquali causa, & certitudine utriusque Indulgentiæ, uilius, & efficacius esse animæ Purgatorij dicere pro ea Missam in Altari priuilegiato, quam accipere pro ea Bullam Defunctorum. Ratio est: nam, etsi Indulgentia, quæ conceditur ratione Bullæ Defunctorum, & illa, quæ ratione Missæ in Altari priuilegiato applicatur Defuncto in ratione Indulgentiæ, sint æquales, eò quod omnes sint totales: differunt tamen in hoc, uidelicet, quia Indulgentia, quæ ratione Missæ in Altari priuilegiato animæ conceditur, habet insuper coniunctum illum gradum satisfactionis, Sacrificio Missæ ex diuina institutione correspondentem, quem non includit Bulla Defunctorum: ac proinde ex hac parte, cæteris paribus, uilius esse poterit Missam pro anima Purgatorij in Altari priuilegiato celebrare, quam pro ea Bullam Defunctorum accipere.

Dixi, cæteris paribus, seu supposita æquali causa, & certitudine indulgentiæ: nam, si causa concedendi Indulgentiam in Altari priuilegiato non est tam proportionata, & certa, sicuti est illa, ratione cuius conceditur Bulla Defunctorum, hoc supposito uilius esset Defuncto accipere pro eo Bullam Defunctorum; & hoc quidem, quia hæc Indulgentia sit maior, aut locupletior; sed quia certior est, & per consequens, uilior, & efficacior. Quare regulariter loquendo, cum inter causas concedendi Indulgentias, maior, & certior, uideatur illa, ratione cuius Bulla conceditur, nimirum, bonum commune Ecclesiæ, quale est belli subsidium contra Infideles, ut bene aduertit Carillo in Expositione Bullæ Defunctorum, part. 2. cap. 9. uers. Acerca num. 7. idèò, regulariter loquendo, uidetur uilius, ratione certitudinis Indulgentiæ, Bullam Defunctorum pro anima accipere, quam pro ea Missam in Altari priuilegiato celebrare. Etenim communiter loquendo, causa, ob quam Indulgentia conceditur in Altari priuilegiato, solet esse particularis, v. g. deuotio Sancti, indigentia Ecclesiæ, &c. quæ tantam certitudinem, & proportionem præferre non uidentur, sicuti causa generalis, ratione cuius Bulla conceditur. Attamen supposita æquali causa, & proportione, (quod in dubio præsumendum est,) uilius est animæ Missam pro ea in Altari priuilegiato celebrare, quam pro ipsa Bullam accipere Defunctorum: sed, quia communiter causa concessionis Indulgentiæ in Altari priuilegiato, non est tam euidens, & manifesta, sicuti est causa concessionis Bullæ, idèò consulto dictum est, loquendo regulariter, uilius esse animæ Bullam Defunctorum pro illa accipere, quam pro ipsa Missam in Altari priuilegiato celebrare. Et hæc omnia docet Trullench loco citato.

An Indulgentia Altaris priuilegiati possit Catechumenis existentibus in Purgatorio applicari?

R E S O L. XXVII.

Quæritur Doctores, an Catechumeni Defuncti sint capaces Indulgentiæ per modum suffragij. Et negatiuè respondet Mercerus de Sacram. in supplem. ad 3. part. D. Thoma, q. 26. dub. 2. n. 3. Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 25. art. 1. qu. 3. concl. 3. & Dicastillus de iure personarum, lib. 3. cap. 6. in quo ponit tres conclusiones. In prima inquit, Catechumenos esse incapaces Indulgentiæ per modum absolutio-

nis: quia Indulgentia sub tali forma, cum sit per modum potestatis iudiciariæ, solum locum habet in subditis: in Catechumenos autem Ecclesia talem potestatem non habet. In secunda conclusione docet, Indulgentiam per modum suffragij posse ab Ecclesia cõcedi Catechumenis, si in charitate defuncti sunt. In tertia denique cõclusionem ait, consuetudinem esse receptam, ut Indulgentiæ, etiam per modum suffragij, concedantur dumtaxat iis fidelibus, qui cum Baptismo mortui sunt. Et præcipua ratio huius sententiæ est; quia sicuti fructus Sacrificij ex opere operato etiam per modum suffragij, restrictus est ad solos Defunctos baptizatos; ita etiam fructus Clauium circa Indulgentias per modum suffragij concessas. Itaque nullus potest esse Indulgentiæ capax, qui non sit ecclesiasticæ iurisdictioni subiectus. Atqui Catechumenus uiator non est ecclesiasticæ iurisdictioni subiectus: ergo neque Indulgentiæ capax. Maior constat ex dictis, & colligitur ex c. Quod autem, de pen. & rem. ubi definitur, Indulgentiam non prodesse, nisi subditis. Et ratio id etiam suadet: quia, cum concessio Indulgentiæ sit actus ecclesiasticæ iurisdictionis, non prodest, nisi subditis. Minor colligitur ex Trid. sess. 14. c. 2. ubi docet, Ecclesiam in neminem actum iurisdictionis exercere posse, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus, citans illud Apostoli 1. ad Corinth. 12. Quid mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?

Confirmatur primò: Non potest Episcopus Indulgentias concedere sibi non subditis: ergo nec Summus Pontifex Catechumenis. Consequentia probatur: nam ita se habet Summus Pontifex erga Catechumenos, quoad spirituales iurisdictionem, sicut Episcopus quoad eandem spirituales iurisdictionem erga Baptizatos sibi non subditos. Confirmatur secundò: Catechumeni ante Baptismum non sunt capaces gratiæ sacramentalis: ergo nec effectus Indulgentiarum. Consequentia probatur: quia uterque effectus confertur ex opere operato Christi: igitur si Catechumenus non est capax unius; neque erit capax alterius.

Non desunt tamen Doctores à me alibi citati, asserentes Catechumenos in Purgatorio existentes, esse capaces Indulgentiarum: nam non uidetur Pium excludere à beneficio Indulgentiarum Catechumenos, qui absque culpa ex hac vita migrarunt sine Baptismo, & quem magno affectu recipere cupiebant. Neque uidetur ad hoc obstare, eos, dum uiuebant, non fuisse Ecclesiæ subiectos: quia subiectio ista non uidetur adèò necessaria, ut ob eius defectum excludendi sint à participatione thesauri Sanctæ Ecclesiæ: nam fideles baptizati, qui in Purgatorio existunt, neque sunt subditi Pontifici, & Ecclesiæ militanti: esse autem necessarium, præcessisse saltem relationem talis subiectiois, uidetur gratis assertum, si tempore, quo Indulgentia lucrificari debet, non est necessaria subiectio. Adde, quod in multis Catechumeni uiuentes sunt Ecclesiæ subiecti, ut probat Nauarrus de Iubileo, notab. 3. in fine. Demum id suaderi potest ex eo, quod Catechumenos, certum est, esse capaces suffragij: proinde si reponantur in statu gratiæ, & charitatis, nihil illis deesse uidetur, quin Indulgentias per modum suffragij lucentur. Deinde Catechumeni merito uniois, quam per vinculum charitatis habent cum Ecclesia, sunt capaces satisfactionis per modum suffragij à priuata persona sibi oblata: ergo ratione eiusdem uniois erunt capaces satisfactionis, per modum absolutionis à publica persona legitimam potestatem habente ex communi thesauro Ecclesiæ sibi applicatæ. Postremum, Catechumeni sunt quasi Religionis Christianæ Nouitij: sed Nouitij Religionum sunt participes bonorum suæ Religionis: ergo etiam Catechumeni erunt participes bonorum Religionis Christianæ, cuius sunt Nouitij. Et idèò ex his rectè dixit doctissimus Pater Bardi in Bull. Cruc. part. 4. tract. 4. cap. 3. sect. 5. num. 34. quod utraque opinio probabiliter sustineri potest, licet ipse negatiuæ, tanquam probabiliori, adhæreat.

Sed

Sed ego cum Amico in *Curfu Theolog. tom. 8. disput. 20. sect. 7. num. 157.* quoad Catechumenos defunctos probabilius existimo, eis per modum suffragij prodesse Indulgentias. Moueor: quia Catechumeni Defuncti non sunt amplius sub potestate Ecclesie, cui limitatè concessa est potestas Indulgentiarum, vt non nisi sibi subiectis eas concedere valeat; sed sub potestate Christi, qui sua Passione omnibus profuit. Vnde, sicut est ipsorum Redemptor quoad culpæ condonationem, & gratiæ infusionem; ita & perfectus Redemptor quoad pœnæ remissionem.

Sed nota etiam, hinc magnam extare controuersiam inter Doctores, an Sacrificium Missæ possit applicari Catechumenis? Affirmat Bartholomæus à S. Fausto *lib. 2. de Indulg. q. 80.* Idem docet Scottia *de Sacrificio Missæ, cap. 2. num. 5.* de Catechumenis, qui non solum instruuntur, sed etiam desiderant, & petunt Baptismum. Sed negat Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 2. num. 8.* Hurtadus *de Sacrif. Missæ, disp. 2. diffic. 5.* Valquez *in 3. p. tom. 3. disp. 227. cap. 3.* Cardinalis Lugo *de Pœnit. disput. 26. sect. 2. num. 8.* Suarez *de Pœnit. disput. 48. sect. 6. num. 9.* & alij: quia Sacrificium Missæ, vt satisfactorium, seu vt remissiuum pœnæ temporalis ex opere operato, est institutum pro membris tantum Ecclesie, quatenus mediante Sacramento Baptismi constituunt vnum corpus mysticum visibile; ergo non potest offerri, vt satisfactorium, pro Defunctis Catechumenis. Consequentia est certa: quia Catechumeni nunquam fuerunt membra Ecclesie, vt visibiles; sunt enim tales mediante signaculo visibilis Sacramenti. Difficultas autem residet in antecedente, quod sic probatur à paritate Sacramentorum, quæ sub signis visibilibus instituta pertinent ad Ecclesiam, vt visibilem: nam mediis talibus Sacramentis fideles regenerantur, & nutriuntur in Ecclesia, atque adeo Sacramenta sunt instituta pro ipsis fidelibus constantibus Ecclesiam, vt visibilem: ita à pari, Sacrificium visibile debuit institui pro eisdem fidelibus, vt membris constantibus eandem Ecclesiam, vt visibilem.

Dices, per hanc rationem nimium à nobis probari: sequeretur enim, Sacrificium Missæ non prodesse Defunctis baptizatis; quia, vt diximus, actu non sunt membra visibilia Ecclesie militantis. Respondeo, satis esse, vt fideles baptizati, qui sunt in Purgatorio, fuerint membra visibilia Ecclesie, & post mortem retineant characterem Baptismi: idè speciali quadam ratione spectant ad Ecclesiam comparatiuè ad fideles non baptizatos.

Verum hæc omnia non officiant nobis; nam ego in hac resolutione non sum loquutus de applicatione Sacrificij Missæ Catechumenis faciendæ; sed tantum de applicatione Indulgentiarum, de quibus capaces esse secundum probabilissimam sententiam Amici, & aliorum, *superius* diximus. Et ita præter Doctores à me *alibi* citatos, nostram sententiam tenet Trullench *in exposit. Cruc. lib. 4. dub. 6. num. 7.* & Ludouicus à Cruz *disp. 2. dub. 8. num. 3.*

Et tandem pro cotonide huius tractatus assero primò, præstare, vt fideles curent celebrari pro se Missas ante mortem, quàm post. Ratio est primò: quia Missa applicata viuus non solum est satisfactoria, sed & propitiatoria pro peccatis, conferendo varias gratias præuenientes; & impetratoria variorum beneficiorum; sicque prodest non solum in vita, sed, & post mortem: applicata verò Defunctis, solum ferè est satisfactoria, cum Defuncti aliorum fructuum non sint capaces. Hinc Gregor. *lib. 4. Dialog. cap. 58.* [Tutor est via, vt bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse, dum viuus, per se: beatius quippe est, liberum exire, quàm post vincula libertatem querere.] Secundò, qui in vita procurat dici pro se Missas, non solum recipit fructum illi à Sacerdote applicatum; sed aliud etiam ex opere operato correspondentem propriæ cooperationi ad Sacrificium, ilque maior, vel minor secundum maiorem, vel minorem cooperationem, vt suo loco dictum est. Tertiò, qui dici iubet Missas in vita, habet maiorem certitudinem, quòd actu dicantur, & recipiat fru-

ctum; illæ verò, quæ testamento post mortem relinquuntur, sæpius ob incuriam parentum, aut etiam ipsorum Sacerdotum insolutæ manent: certum est autem, fructum Sacrificij ex opere operato, nonnulli vnquam applicati, nisi Sacrificio actu peracto, sicque licet defunctus testamento Missas dicendas reliquerit, nihil tamen ei profunt, sed per satisfactionem totum debitum soluere debet. Vnde pater, consanguineos, & sæpius Sacerdotes plurimum nocere animabus Purgatorij, Missæ Sacrificia diu nimis retardando, dum interim anima in vanum refrigerium expectans, grauissima patitur; & fortè tunc solum sunt Sacrificia, cum debitam pœnam iam exoluit. Non sunt tamen idè reprobandæ Missæ dicendæ post mortem, cum quisque vsque ad extremum vitæ contrahat nouas obligationes ad pœnas Purgatorij, quas bonum est per Sacrificia post mortem tollere. Et ita docet Garcias *in Summ. mor. tract. 3. difficult. 10. dub. 7. num. 76.* & alij.

Dico secundò, plus valere pro Defunctis Missas simul, & continuatè dictas, id est, si vna die dicantur; v. g. si omnes in vna die à quadraginta Sacerdotibus; quia plus valent ad celeriore liberationem animæ à pœnis Purgatorij, si Missæ dicantur plures in vna die, quàm si in pluribus diebus. Et ita docet Antonius Raguccius *de voce Canonicorum, &c. tract. de Missa, quest. 69. num. 1.* & alij; non ex hoc tamen damno Anniverfaria relinqui solita à fidelibus tempore mortis: sed ego magis admonerem, vt Missæ quantocius celebrentur.

De clausula apponi solita in Breuibus Altaris priuilegiatis. Volumus autem, quòd si pro præsentatione, admissione, vel publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, vel sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint re ipsa.

R E S O L. XXVIII.

Difficultas oritur ex dictis verbis, an, non obstante dicta clausula, possit quis aliquid dare, & accipere pro præsentatione, admissione, aut publicatione Breuibus Altaris priuilegiati. Et sic dicendum de aliis Iubileis, ac Indulgentiis. Et affirmatiuam sententiam docet nouissimè Pater Quintanadueñas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 2. Appendic. dub. 5. num. 5.* Primò, ait ille, titulo gratitudinis: quia, scilicet, gratum me exhibere volo Notario, Abbreviatori, Referendario, vel cuius alteri Officiali, quia sine vlla mora, & alacriter, præsentauit, expediuit, aut publicauit Pontificium indultum Indulgentias continens. Nec censendum est, Pontificem voluisse me auertere à gratitudinis actu, aut illius virtutis exercitio. Secundò, titulo laboris in ea impensi: nimis enim defatigatus est in Iubileo præsentando, & publicando, ac ita dignus est mercede sua. Tertiò, ratione sustentationis: ex officio enim præsentandi, aut publicandi has Indulgentias alitur Officialis, & salarium aliunde signatum non habet. Quartò, titulo redimendæ vexationis: scio enim, Notarium, aut Officialem hunc minimè litteras expediturum: imò eas Indulgentias impediturum, ni ei donum, aut pecunias porrigam. Nec credendum est, Pontificem velle, vt Officialis auaritiam, aut iniustitiam, fauore ego priuer Indulgentiarum: neque, quòd ipse Officialis præmio scientiæ, ac corporali ipsius labori debito, & ad victum necessario, priuetur.

Neque obstant verba illa: *Vel sponte oblatum.* eadem enim apponuntur in Tridentino, *sess. 12. de reform. cap. 1.* vbi dicitur: *Quoniam ab ecclesiastico Ordine omnis auaritia suspicio abesse debet, nihil pro collatione quoruncunque Ordinum, etiam clericalis Tonsuræ, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, neque alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alij Ordinum Collatores, aut eorum ministri, quouis prætextu accipiant.* Et tamen

tamen aliquo ex titulis assignatis aliquid dari, vel accipi potest pro Ordinum collatione, aut examine. Et Reginaldus hanc Tridentini prohibitionem explicans dicit: [Post ipsam collationem Ordinis liberaliter, ac sponte, non in compensationem oblatorum, recipi potest aliquid ab Episcopo, dummodo absit scandalum, &c. *Sicut Episcopum 1. quest. 2. & ex cap. Dilectus 2. §. finali, de simonia.*] Similiter Ordinarij, & alij Officiales, quibus à Sede Apostolica committuntur dispensationes matrimoniales, & aliz, prohibentur, ne quid, etiam sponte oblatum recipiant: & non solum recipere, sed exigere hos posse pro labore, receptione, & examinatione testium, docent Thomas Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. num. 11. & Salas de legibus, disp. 20. sect. 10. quod quidem introductum est consuetudine: nam, ut ex horum Doctorum mente Castrus Palaus tom. 3. tract. de Simonia, disp. 3. pun. 12. num. 12. (licet oppositum sentiat) ait, [Et si in rescripto harum dispensationum habeatur, ut omnis spes cuiuscunque muneris, & præmij, etiam sponte oblato, deponatur, non ob inde fit, non posse laboris impensu stipendium recipi: nam stipendium non habet propriè rationem muneris, neque præmij.]

Tandem nullus sapiens sibi persuadebit, Pontificis mentem, & intentionem esse, quod res ita magni momenti, ac est Indulgentiarum, & Iubileorum lucratio, pendeat, tum ex re ita exigua, ut est largitio vel acceptio munusculi liberaliter dati, & iuste ex iusto labore accepti: tum ex improba officialis voluntate, nolentis Indulgentiarum indultum præsentare, vel publicare, nisi ipsius labore satisfecerit, aut ex ignorantia munus, aut solutionem impendentis; vel ex ipsius liberalitate, & gratitudine. Præsertim cum omnibus palam sit, nihil expediri nisi, vel munera, vel pecuniæ intercedant. Dubiumque sanè maximum de omnium Iubileorum hanc clausulam conuenientem valore extaret, si omnis omnino, & quouis titulo acceptio prohibita esset per illam. Et hæc omnia docet Quintanadueñas, ubi supra; quæ etiam deseruiet pro explicatione verborum, quæ Gregorius XIII. apposuit in Bulla de datis, & promissis.

Sed non deseram hinc adnotare, negatiuam sententiam contra Quintanadueñas mordicè sustinere Andream Duuallium, Doctorem Sorbonicum, in p. 2. D. Thoma, tract. de Indulg. quest. unica, art. 8. in fine, cuius verba ego adduxi in tract. de Resensione Bullarum contra Sagaldum, resol. 2. Idè tu cogita.

An, quando in Altari priuilegiato conceditur, ut per Octauam omnium Defunctorum dicenda sit Missa de Requiem, ut liberentur Anima Purgatorij, sit in Dominica dicenda Missa de Requiem?

RESOL. XXIX.

CAsus in puncto resoluit Franciscus Syluius, præstantissimus Sacræ Theologiæ Professor in inclyta Academia Duacena, tom. 2. var. resolut. verb. Altare priuilegiatum, 1. ubi sic ait: [An, quando per Breue Apostolicum conceditur Altare priuilegiatum, sic ut per Octauam Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum Missa de Defunctis dicenda sit, liceat die Dominico infra istam Octauam, Missam de Requiem celebrare: & si non, an tunc Missa de Dominica idem priuilegium habeat? Respondetur: quamuis ad lucrandas Indulgentias celebrando Missam in Altari priuilegiato pro Defunctis, sufficiat dicere Missam de Sancto, de Dominica, de feria, vel de Requiem, quando Pontifex non determinauit, quænam Missa sit dicenda: quo modo intelligenda veniunt, quæ scripsit Nauarrus lib. 5. consil. de penit. & romiss. consil. 37. editionis Colon. 1616. quando tamen in Bulla exprimitur Missa de Requiem, vel de Defunctis, nisi illa ipsa dicatur, Defuncti non consequuntur Indulgentiam; non defectu valoris alte-

rius Missæ; sed, quia non præstat opus determinatum, quod est à Pontifice præscriptum, iuxta Emmanuelem Rodriquez q. regul. tom. 2. quest. 97. art. 6. quem sequitur Hieronymus Rodericus resol. 77. n. 70. ac proinde si conceditur Altare priuilegiatum sic, ut per Octauam Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum Missa de Defunctis dicenda sit; nec Missa de Dominica idem habeat priuilegium, nec celebrando illam Missam de Dominica lucrabitur Indulgentiam pro Defunctis. Probabilius est, quod die Dominico intra illam Octauam occurrente liceat Missam priuatam, seu submissam, dicere de Defunctis: nam hoc videtur pro illa vice Pontifex concedere eo ipso, quo per illam totam Octauam dat priuilegium, & vult ad fructum priuilegij consequendum dici tota illa Octaua Missam de Defunctis; cum ignorare non possit plerunque intra illam occurrere diem Dominicam.] Hucusque Syluius, satis quidem probabiliter.

Nec deseram hinc apponere id, quod in casu simili obseruat Garcias in Summa Theol. mor. tract. 3. diffic. 8. dub. 6. punct. 2. num. 21. sic asserens: [De lo dicho resulta vna duda, y es, demos caso que en vn Altar priuilegiado se saca anima de Purgatorio los Lunes, diziendo Missa de Requiem: Cae en Lunes vn doble; preguntasse si se podria dezir Missa de Requiem por sacar anima de Purgatorio. Gauanto par. 1. tit. 5. Diana par. 4. ir. 4. resol. 233. tienen que no se puede dezir, pruebanlo con vna declaracion de los Cardenales de 24. de Abril de 1627. donde con palabras expresas lo mandan, y la refiere Barbosa in Collect. Bullar. verb. Missa de Defunct. §. 5. Pero quanto a lo primero, esto, no lo intendria yo, respecto de Aniversarios, y Missas cantadas de fundacion, segun otra declaracion, que trae el mismo Barbosa, in Pampilonens. 1. Septemb. de 1607. que dice assi: Missa Defunctorum non est prætermittenda, si ex legato relicto ordinetur, ut celebretur singulis diebus, que de præcepto non seruantur, licet sit Festum duplex, &c. Lo secundo, que aun hablando de las Missas priuadas, tiene su dificultad, porque demos caso, que vno en su testamento dexasse tres, ò quatro mil Missas in Altar priuilegiado con muy buena fundacion, no se pueden dezir sino se valen de los dias dobles: luego si huendo la declaracion de los Cardenales arriba puesta, parece, que podrian, pues no se puede acudir de otra manera a la voluntad del testador, y lo declara harto vna de las declaraciones puestas en el num. antecedente, que dice assi: Missa de Requiem tolerari possunt in Festo duplici, quod non est de præcepto pro voluntate testatorum implenda. donde no se distingue de Missas cantadas, ò rezadas. Verdad es, que como diremos en la dific. 10. dub. 4. con la la Missa del dia se cumple con qualquier legado; y supuesto esto, no parece ay necesidad de enfachar tanto la rubrica, pero dado que vno lo hiziesse, por lo menos no lo hemos de juzgar por pecado graue.] Ita ille. Ne deseram tamen videre resol. 8. huius tractatus. Confirmantur supra dicta ex autoritate Francisci de Nigro in Additionibus ad Perrum Ruyz, par. 1. præsup. 1. quest. 17. ubi docet, Missas votiuas posse dici in Festo duplici: quia Rubrica Missalis directiuæ est: vne infert, à Religiosis mendicantibus posse dici Missas votiuas, sicut & Missas de Requiem in quacunque die vetita; modò non sit Festi Domini Sabbati: & sic ait fuisse decisum in Collegio Ianuensi Patrum Minorum, ann. 1634. Et licet Gauantus in Comment. Miss. par. 1. tit. 4. num. 3. litera O, doceat, Missam votiuam dici non posse die Dominico; Nigrus tamen, ubi supra quest. 16 & Trimarchi contrarium tenet, & hoc probat ex Rubrica Missalis tit. 4. num. 3. ubi sic habetur: [Quæ tamen Missæ, & omnes aliz votiuæ in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die Officium non est duplex.] Sed in die Dominico Officium non est duplex: ergo in die Dominico Missæ votiuæ dici possunt, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Sed hæc omnia aliqui non admittunt. Vide Ioann. Henriquez in ques. practicab. sect. 22. quest. 16.



TRACTATUS TERTIVS, DE CASIBVS EXCVSANTIBVS A CONFESSIOE ANTE EVCHARISTIAM,

Ad ornatum Concilij Tridentini, *sess. 13. cap. 7. & Can. 11.*

*An adsit præceptum de præmittenda Confessione ante
sumptionem Eucharistia? & an sit diuinum,
vel ecclesiasticum?*

RESOL. I.

Præmittendam esse Confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistia ab eo, qui sibi peccati mortalis conscius est, nec sufficere solam contritionem, non modò definitum est in Concilio Tridentino, *sess. 13. cap. 7. & Can. 11.* sed etiam fuit constans antiquorum Doctorum sententia, exceptis Caietano, & Armilla in *Summa, verb. Communio*, & Panormitano in *cap. De homine, de celebrat. Miss.* docentibus, nullum præceptum fuisse in Ecclesia Dei de confessione præmittenda ante Communionem. Verùm communis, & constans reliquorum Doctorum sententia est, semper in Ecclesia Dei fuisse hoc præceptum de præmittenda Confessione sacramentali peccati mortalis ante sumptionem Eucharistia. Quod apertè probatur ex verbis Concilij Tridentini *sess. 13. c. 7.* quare communicare volenti reuocandum est in memoriam illud præceptum: *probet seipsum homo.* Ecclesiastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali Confessione, ad Sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit. Quibus verbis, non solum Concilium ex cit. loco Pauli colligit, fuisse antiquum præceptum probandi seipsum; sed etiam definit, hanc probationem non fuisse aliam, vt ecclesiastica consuetudo declarauit, quàm Confessionem sacramentalem. Vnde meritò censetur à Concilio damnata opinio Caietani: quin & iniuncta excommunicatio ipso facto incurrenda, si quis eam docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando, defendere præsumperit, vt habetur *citato Can. 11.*

His suppositis, difficultas est, an tale præceptum sit diuinum, vel ecclesiasticum. Esse ecclesiasticum docet Medina, Palatius, & alij: quia nullum habemus signum, quòd sit præceptum diuinum, multa verò, quòd sit apostolicum: tum, quia non solet Christus de modo, & ritu suscipiendi Sacramenta dare præcepta, nisi quæ consequuntur ex ipsa natura institutionis, sed eam curam relinquere Ecclesie, vt constat in reliquis Sacramentis: tum, quia Trident. ad probandum semper in Ecclesia Dei fuisse hoc præceptum de

præmittenda Confessione ante sacramentalem Communionem, non aliud testimonium ad hoc probandum affert, quàm citatum locum Pauli: *Probet autem seipsum homo.* Atqui ex hoc non potest colligi, nisi præceptum apostolicum. Et hanc sententiam tenet etiam ex Neotericis Coninch.

Verùm ego puto, tale præceptum non esse purè ecclesiasticum, sed etiam diuinum posituum. Et meritò: quia dictum præceptum in dictis verbis Pauli contentum, non fuit tunc latum à Paulo, quando verba illa protulit, sed erat iam antea latum: ergo credendum est, latum fuisse à Christo, & nobis à Paulo traditum, & explicatum: quia, iuxta regulam Augustini *lib. 4. de Baptismo, cap. 14.* præceptum illud conicitur esse diuinum, cuius non agnoscitur initium, si aliunde non coniciatur non fuisse latum à Deo. Quòd autem dictum præceptum in verbis Pauli contentum non fuerit tunc à Paulo latum, sed antea fuerit, ex eo probatur, quòd non fuit eraditum à Paulo, tanquam nouum, sed tanquam antiquum: quòd primò constat ex eo, quòd Paulus tradidit probationem illam per Confessionem, tanquam medium antea vnicum, & necessarium, vt quis dignè manducaret, & biberet, vt ex contextu constat: quia, postquam dixit: *Quicumque manducauerit Panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* immediate subdit: *Probet autem seipsum homo, & sic de Pane illo edat, & de Calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* At si antea non fuisset præceptum Confessionis ad sumptionem Eucharistia, non tradidisset probationem per Confessionem, tanquam medium vnicum, & necessarium ad dignam sumptionem Eucharistia: quia præter Confessionem erat contritio perfecta, qua peccator potuisset constitui in statu gratia. Secundò, idem constat ex eo, quòd Paulus reprehendebat Corinthios: quia absque probatione illa sumebant Eucharistiam, supponens fuisse transgressores illius præcepti; & ob id plures ex illis fuisse infirmitatibus, mortibus, & aliis pœnalitatibus à Deo punitos.

At asserunt aduersarij: Apostolus solum affirmat institutionem, & usum huius Sacramenti accepisse à Domino: reliqua verò ipse præcipit, non Dominus. Sed, contrarium, quia hoc Paulus expressisset, sicut expressit, quando *eadem Epistola, cap. 7.* dixit: *Non ego præcipio, sed Dominus, uxorem à viro non discedere.* Contrà verò, ipse, non Dominus præcipit, vt vir fidelis non dimittat uxorem infidelem; nec vxor fidelis virum infidelem, si velit cohabitare cum illa: tum, quia hoc præceptum non tradit eo loco Apostolus, tanquam nouum, & tunc primò institutum, & Corinthiis impositum: alioqui non reprehendisset illos, quòd sine sacramentali

ramentali probatione ad Eucharistiam accessissent. Quod si supponat illud, non est, unde Aduersarij probent illud esse apostolicum, & non diuinum: quia illud esse apostolicum, & non diuinum, eatenus ex hoc loco probare possunt, quatenus hoc præceptum hoc loco primò instituitur. Quod si non primò hoc loco instituitur, sed supponitur iam institutum, solúmque ab Apostolo ipsius exequutio vrgetur; non est, unde probare possint illud non esse diuinum, sed apostolicum.

An opinio asserens, Præceptum de præmittenda Confessione ante Eucharistiam esse de iure ecclesiastico, sit saltem probabilis.

R E S O L. II.

Affirmatiuè videtur respondendum ex Suarez in 3. par. D. Thoma, tom. 3. disput. 66. sect. 3. circa finem, ubi sic ait: [Admittendo autem hoc vniuersale, & antiquum Præceptum, an illud sit iuris humani, vel diuini, mera opinio est, nostrámque sententiam solúm, vt probabiliorém, & magis piám defendimus.] Ita ille. Et nouissimè Lessius in 3. part. D. Thoma, quest. 80. art. 4. dub. 1. num. 8. sic asserens: [Si ex Præcepto Ecclesiæ tenearis audire Missam, vel communicare, vt impleas Præceptum Ecclesiæ, potes communicare, vel celebrare, etiamsi non possis confiteri. Ita Dominicus Soto in hunc art. 4. dist. 12. quest. 1. quæ sententia est probabilis: nam probabile est Præceptum de præmittenda Confessione esse ecclesiasticum, & apostolicum.] Hæc Lessius. Et Amicus in Cur. Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 1. num. 8. sententiam asserentem esse Præceptum de iure diuino, Confessionem ante Eucharistiam, vocat tantúm communiorem, & probabiliorém. Idem etiam docet Coninch in 3. part. q. 80. artic. 4. dub. 1. n. 13. & dub. 2. n. 17. clarè asserens, hanc opinionem esse probabilem.

Sed ego inuenio Nugnum in 2. part. qu. 80. art. 4. difficult. 2. concl. 2. asserere, supradictam sententiam esse improbabilem: sic enim ait: [Secunda sententia videtur mihi etiam prorsus improbabilis. Probatur hæc conclusio: quoniam in omnibus locis citatis insinuat hoc Præceptum ita necessarium, vt in illo Ecclesia dispensare non possit. Et hæc est communis sententia inter Doctores Scholasticos. Itaque necessariò dicendum est, hoc Præceptum esse diuinum. Ita Nugnus. At ego libenter abstinéo à censura opinionis tantorum virorum, qui meritò Gigantes Theologiæ vocari possunt. Lectores iudicent. Igitur sufficiat mihi hîc tantum diuersas sententias proposuisse. Obserua, aliquos docere, quòd si sententia asserens, Confessionem ante Eucharistiam esse de iure ecclesiastico, esset veta, sequeretur, quòd consuetudo possit tale Præceptum tollere, vel in ipso Summum Pontificem dispensare.

An, si quis per reuelationem sciret, se esse iustificatum, teneretur adhuc ante Eucharistiam Confessionem præmittere?

R E S O L. III.

AD hunc casum respondet Sapientissimus Amicus in Cur. Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 1. num. 11. sic asserens: [Ex dictis deducitur, etiamsi quis certa reuelatione sciret, se per contritionem esse à peccato iustificatum, adhuc teneri ad sacramentalem Confessionem præmittendam ante sumptionem Eucharistiæ, vt rectè Henriquez lib. 8. de Sacramentis, cap. 4. contra Rubionem, Palatium, & alios. Ratio verò est: quia etiamsi finis huius Præcepti sit, vt accedens ad hoc Sacramentum sit in gratia; adhuc tamen consequuto sine Præceptum seruandum est, quando potest seruari, vt constat de Præcepto confitendi semel

Antonini Diana Pars IX.

in anno, cuius finis est, vt vnusquisque ponat se in gratia: cum tamen, qui certò sciret, se esse in gratia; nullúmque commisisse peccatum mortale, teneretur hoc Præceptum seruare. Idem esset de eo, qui certò nouisset se in ventre matris fuisse sanctificatum, adhuc teneri ad Baptismum suscipiendum, Ratio est: quia Præceptum est tantúm de medio, non de fine: unde quandiu tale medium præceptum non est adhibitum, adhibendum est, etiamsi finis, propter quem medium est præceptum, supponatur acquisitus.] Ita Amicus, & ego. Sed circa præsentem quætionem vide Persicum de offic. Sacer. lib. 1. c. 1. dub. 7. n. 61. & Suar. tom. 3. disp. 66. sect. 3.

An, qui ante Missam, vel Communionem confessus est, si postea recordetur alicuius peccati, teneatur illud confiteri, antequàm sacrificet, vel communice?

R E S O L. IV.

Posset quis dicere, & respondere distinguendo: (atendas, quæso, amice Lector.) Vel peccatum oblitum, fuit oblitum in Confessione facta, non in ordine ad sumendam Eucharistiam; & tunc certum est, ante illius sumptionem esse confitendum: vel peccatum oblitum, fuit oblitum in Confessione facta in ordine ad sumendam Eucharistiam ex præcepto Concilij Tridentini; & tunc dicendum est, tale peccatum non esse tunc confitendum, quia Præceptum Concilij fuit iam adimpletum.

Confirmatur: Quia, si quis adimpleuit Præceptum annuæ Confessionis, & recordetur postea alicuius peccati; non teneretur illud confiteri, etiamsi annus non sit elapsus, sed sufficere illud confiteri in Confessione sequentis anni. Sic & in nostro casu, si quis recordetur peccati obliti, non teneretur illud confiteri: quia iam satisfecit Præcepto Concilij de præmittenda Confessione ante Eucharistiam.

Nec obstat dicere, in tali casu aliquem esse sibi conscius peccati mortalis: & idcirco teneri ex verbis Concilij præmittere Confessionem. Respondeo, esse quidem conscius peccati mortalis, sed indirectè remissi in Confessione facta ad satisfaciendum Præceptum Concilij de præmittenda Confessione, quod semel satisfactum, non videtur ampliùs obligare: nam in tali casu, quis est in gratia, & sic probauit, & adimpleuit Præceptum Concilij: quia Concilium requirit, vt obligatus præmittere Confessionem sit sibi conscius peccati mortalis; talis verò non est sibi conscius illius, quia saltem indirectè obtinuit remissionem: Itaque dicendum videtur, Præceptum de præmittenda Confessione à Christo datum esse propter reuerentiam Sacramenti Eucharistiæ, ad quod meritò nos debemus præparare, modo magis securo; quod homo videtur iam fecisse, quando in ordine ad sacram Communionem diligens fecit conscientia examinem, & confessus est omnia, quæ memoriæ occurrerunt: ergo, &c.

Dicere autem cum Suárez disp. 66. sect. 4. quòd talis credatur indirectè absolutus ab ipso peccato, quod post occurrit, non magis eximit illum ab hoc Præcepto, quàm quòd credatur per contritionem charitate formatam consequutus iustitiam, & peccatorum remissionem. Contra hoc tamen opponi poterit, quòd non eadem videatur esse vtriusque ratio: quia de contritione perfecta, ob solennitatem illius actus, & arduitatem, minùs sumus securi, quàm de absoluteione à tali peccato: quia Sacramentum Pœnitentiæ, saltem indirectè, ad hoc sese extendit. Ergo, &c. Itaque in nostro casu pœnitens iam satisfecit Præcepto præmittendi Confessionem ante Communionem, eamque formaliter integram, idcirco non erit obligatus ad confitendum iterum ante Communionem. Unde hanc sententiam probabilem putat Hieronymus Garcias in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 5. n. 50.

E Nec

Nec hinc deseram apponere verba Patris Cornejo in 3. par. D. Thoma, tract. 4. quest. 8. disp. unica. dub. 3. sic asserentis: [Quæres, an hoc Præceptum quamprimum confitendi, obliget non solum, quando non fuit præmissa confessio, sed etiam quando qui præmisit Confessionem, oblitus fuit alicuius peccati mortalis, cuius post celebrationem recordatus est? Respondeo negatiue. Ratio est, quia Concilium id præcipit, quando non fuit præmissa Confessio. Quæres, an iste teneatur confiteri saltem illud peccatum, antequam iterum celebret? Quidam negant: tum, quia iste reuera non habet conscientiam peccati mortalis, cum illud iam ei fuerit per absolutionem remissum, quanuis teneatur illud confiteri tempore, quo præceptum affirmatiuum confessionis obligat per se semel in anno: tum, quia, idem præcipitur Confessio ante Communionem, quando est conscientia peccati mortalis; quia probatio requisita ab Apostolo non debet relinqui iudicio proprio, sed Confessoris: at iste, de quo loquimur, est in gratia iudicio Confessoris: ergo non est præcepta ei noua Confessio. Alij verò affirmant: quia iudicant, hoc Præceptum præmittendæ Confessionis, quando est conscientia peccati mortalis, amplè esse accipiendum in gratiam huius Sacramenti propter magnam reuerentiam, quæ ei debetur, præsertim quòd quodammodo grauat conscientiam peccatum illud, quandiu est obligatio illud confitendi. Mihi videtur vtraque sententia probabilis, sed hanc posteriorem video amplecti à viris timoratae conscientia.] Hucusque Cornejo.

Sed hæc omnia eius verba fuerunt cauterio inusta, & deleta in Indice expurgatorio Hispano: quia sententiam negatiuam, tanquam probabilem, admittebat: quod rectè negat Pater Auerfa de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 6. vnde refellendus est Reginaldus tom. 2. lib. 29. cap. 6. qu. 4. sect. 1. num. 105. in fine, qui etiam affirmatiuam sententiam, tanquam probabilem, videtur admittere. Et idem nominatim contra illum circa præsentem difficultatem, affirmatiuam sententiam tenet Pellizzarius in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. c. 3. sect. 2. num. 105. & Castrus Palaus tom. 4. tr. 21. disp. unica, punct. 12. num. 4. vbi sic ait: [Inquires, an præcepto prædicto sufficienter satisfacias, si Confessionem præmiseris, tamen non fuerit omnium peccatorum ob inuincibilem ignorantiam? Casus est frequens, cum sæpè contingat peccatorem post Confessionem legitime factam recordari ante Communionem alicuius peccati non confessi, in quo casu alicui videri posset non esse obligatum illud confiteri. Quia iam illud peccatum non solum contritione, sed etiam absolutione sacramentali remissum est. Sic videtur sentire Reginaldus. Sed omninò contrarium tenendum est: quia illius peccati obliti non es probatus per Confessionem; siquidem obligatus es illud Confessionem subiicere. Concilium autem ex postulat probationem per Confessionem cuiuscunque peccati mortalis, cuius conscientia grauaris. Ergo illud ante Communionem confiteri debes.] Ita ille. Et Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 13. etiam Reginaldum impugnat. Vide Vigiers in 3. par. quest. 80. artic. 5. dub. 3. Suarez disp. 66. sect. 4. & Coninch de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 2. & Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 21.

Dicendum est itaque, cum, qui ante Communionem præmisit Confessionem integram omnium mortalium peccatorum, quæ memoriæ occurrerant, & postea, antequam ad Communionem accedat, recordatur alicuius peccati adhuc à se commissi, de quo non est confessus; teneri, per se loquendo, & exclusis circumstantiis, quæ excusare possunt, illud confiteri, antequam communicet: quia Præceptum, de quo agimus, obligat non tantum ad confitendum ante Communionem, sed simpliciter ad confitenda omnia mortalia peccata, quorum quis sibi conscius fuerit. Nec refert, quòd tale peccatum oblitum iam sit remissum in Confessione legitime facta; quia non obstat

remissio, quin debeat supponi clauibus, vt satis indicat Concil. Trid. cum in citato cap. 7. ne contritum quidem, & per consequens nec consequutum remissionem suorum peccatorum mortalium, vult liberum esse à facienda eorum sacramentali Confessione, antequam ad sacram Communionem accedat. Adde, quòd sicut quantuncunque quis se contritum puret, atque aded in statu gratiæ tenetur adhuc confiteri ante Communionem: ita, quanuis confessus fuerit de suis peccatis, ac proinde etiam de oblitis indirectè saltem absolutus, & iustificatus; adhuc tenebitur de peccatis postea in memoriam occurrentibus confiteri, & directè absolui, antequam communicet. Sumitur demum ex Trident. cap. 7. vbi ait: *Vt nullus sibi conscius peccati mortalis, scilicet, non confessi, absque præmissa sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.* Et can. 11. vbi ait: *Illis, quos conscientia peccati mortalis grauat.* pariter intelligit non confessi. Non enim intelligit solum non remissi: siquidem inquit: *Quantuncunque etiam se contritos existiment.*

Vnde ex omnibus supradictis apparet, cautè legendum esse Ioan. Præpositum, qui in 3. par. quest. 80. art. 5. dub. 3. num. 15. negatiuam sententiam tenuit. Vnde meritò contra illum inuehitur Caspensis in Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disput. 9. sect. 2. num. 25. vbi sic ait: [Hæc sententia est omninò falsa, & nullatenus admittenda: quia per edictum particulare Sanctæ Inquisitionis in nostra Hispania fuit reprobata: atque ita tenendum est, eum, qui de peccato oblito in præterita confessione recordatur in tempore, quo sine graui nota possit de illo confiteri ante Communionem, teneri præmittere Confessionem de illo peccato, licet per aliam Confessionem indirectè absoluto. Et ratio huius est: quia Præceptum præmittendi Confessionem ante Communionem, non est confitendi utcunque; sed confitendi omnia peccata ante Communionem; & faciendi Confessionem, non solum formaliter, sed etiam materialiter integram, nisi aliqua necessitas vrgens obstet, & desit copia Confessarij. Hoc autem Præceptum non impletur, nisi illud peccatum subiiciatur Clauibus ante Communionem. Et hoc probat praxis, & consuetudo omnium fidelium, qui etiam post legitimam Confessionem nullo modo audent accedere ad Eucharistiam, nisi prius confiteantur illa peccata, quorum de nouo recordantur.] Ita Caspensis contra Præpositum; qui tamen non est sibi constans, & est sibi contrarius, vt patet vbi supra, dub. 2. num. 12. & ita nostram sententiam, præter Doctores citatos, mordicus tenet, & late probat omninò videndus Franciscus Syluius in resol. mor. tom. 2. verb. Confessio. 3.

Nec obstat dicere, quòd qui confessus est cum debita præparatione, & oblitus alicuius peccati mortiferi, non grauat amplius conscientia illius peccati, cum ab illo sit absolutus, licet indirectè: ergo non comprehenditur verbis Concilij. Sed contrà. Si idcirco conscientia peccati mortiferi illum non grauat, nec tenetur confiteri ante Communionem, eò quòd remissum sit illi hoc peccatum: ergo nunquam tenetur illud confiteri: quod sine dubio est falsum, & contra omnes Doctores, & totius Ecclesiæ praxim. Deinde per contritionem veram etiam remittitur peccatum, non minus quam per illam absolutionem indirectam, imò magis directè, & propriè: ergo is, qui concepit contritionem sui peccati, idque probabiliter nouit, non amplius grauat illius conscientia, & sic poterit communicare sine Confessione sacramentali, quanuis copiam Confessoris habeat: quòd est contra Concilium. Dicendum ergo, illum grauari conscientia peccati mortiferi iuxta Concilium, qui scit, se illud commisisse, & nondum subiecisse clauibus Ecclesiæ, vt ab illo directè absoluat. Hæc est mens Concilij, vt etiam colligitur ex c. 7. Et ita docet Lessius in 3. par. D. Thoma. quest. 80. art. 4. dub. 2. n. 28.

Notandum

Notandum est, hanc sententiam docere etiam Hieronymum Garciam *ubi supra*; qui tamen me adducit pro sententia negatiua; quasi tenerem, peccata oblita non esse ante Communionem confitenda, sed postea suo tempore. Verum ego hanc sententiam in loco ab ipso citato non docui, ut patet legenti, sed tantum adduxi Henriquez, & Reginaldum, quos *supra* satis impugnaui. Mea igitur sententia est, peccatum in Confessione oblitum esse ante Communionem confitendum; nec sententia Henriquez, & Reginaldi adhæsi, nec vnquam probabilem existimaui, ut non bene existimat Garcia *ubi supra*, in hoc refellendus, licet ipsi in bono sensu explicari possent. Vnde moneo, amicum Lectorem, quod ego in meis Operibus, soleo pro curiosis diuersas opiniones adducere; sed non ex hoc sequitur, illis omnibus me adhærere; sed tunc tantum me habeo ut relatorem: qui enim adducit aliqua recitatiuè, illa non approbat, ex cap. *Super litteras. de rescrip. cap. Litteras. de restit. spoliat. &c. Glossa in leg. Gallus. §. Idem credendum ver. Princeps. ff. de liber. & postb. & ideò quando de facto alicui opinioni ego adhærere volo, tunc clarè explico illam docendo, & tenendo, vel saltem, tanquam probabilem, illam admitto; ut passim ex lectura meorum Operum patet.*

Aduertant igitur Lectores, si ego tantum opiniones refero, tunc pro illis me non adducant; sed tantum quando opiniones expressis verbis teneo, vel saltem tanquam probabiles admitto. Vnde in meis Operibus non admitto aliquorum sententiam asserentium, quod si quis referat Doctorum sententias, videtur posteriori loco adductæ adhærere: nam ego, referendo sententias, nulli adhæreo; si, ut dixi, illam aperte non doceam, vel tanquam probabilem admittam.

Nota etiam, Garciam *ubi supra* citare contra nostram sententiam, quam hic docuimus, aliquos Authores, vt Emmanuelè Sà, Henriquez, Fagundez, Reginaldum, & alios; qui tamen non loquuntur in casu nostro: nam, licet asserant, etiam seclusa infamia, & scandalo, peccatum oblitum non esse confitendum; hoc tamen dicunt, quia putant, quod in illo casu talis Confessio non posset fieri sine irreuerentia Sacramenti, vt indiuidualiter, de mente Henriquez testatur Escobar *in Theol. mor. tract. 7. exam. 6. cap. 5. num. 62. Petrus de offic. Sacer. lib. 1. cap. 1. dub. 9. num. 93. & Aueria de Sacram. Eucharistia. quest. 8. sect. 6.* quia in tali casu videtur veluti inchoatam fuisse actionem communicandi; sed nos loquimur in casu, quo ante Missam, vel ante Communionem quis recorderetur peccati obliti: tunc enim, quia non adest periculum scandali, neque irreuerentia erga Sacramentum, dicimus, necessariò Confessionem de dicto peccato oblito faciendam esse, nec contrariam sententiam Ioannis Præpositi prorsus probabilem esse putamus, quicquid dixerit Garcia, aliàs vir doctissimus. Et hæc latius in gratiam Lectorum adnotare volui, cum ista difficultas non fuerit ab aliis ita diligenter pertractata.

An, quando aliquis confitetur de isto peccato oblito, teneatur de illo elicere nouum actum contritionis.

R E S O L. V.

Negatiuè respondet Ioseph de Ianuatio *in resol. Theol. mor. part. 1. resol. 30. num. 1. & seqq.* vbi sic ait: [Respondeo, quod qui confitetur peccata mortalia aliàs confessa, & absoluta, non tenetur in secunda Confessione elicere nouum actum doloris, si dolor primæ Confessionis adhuc perseveret, siue virtualiter, siue habitualiter. Sicut nec tenetur ille, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliuiscatur vnum peccatum in prima Confessione, quando peccatum hoc oblitum confitetur. Tenetur verò elicere actum doloris, qui peccati] *Anonini Diana Pars IX.*

cata venialia confitetur tantum, sub pœna peccati mortalis:

Probatur prima pars: quia dolor, vt dolor, cum non sit sensibilis de natura sua, non potest esse pars Sacramenti Pœnitentiæ: nam Sacramentum Pœnitentiæ est signum sensibile, &c. at fit sensibilis per Confessionem: ergo Confessio est ratio formalis reddens dolorem, seu contritionem, sensibilem, & consequenter partem Sacramenti Pœnitentiæ: sed noua ratio formalis reddit nouum compositum, cum forma det esse rei: ergo noua Confessio cum dolore virtualiter perseverante facit nouum compositum in ordine ad Sacramentum, & consequenter sufficit ad recipiendum nouam formam absolutionis. Confirmatur: quia actus pœnitentis, prout sunt à pœnitente, non sunt materia proxima, sed remota, ex qua Sacramenti Pœnitentiæ: sed materia remota, ex qua, potest iterum, & iterum assumi pro diuersis numericè Sacramentis. Aqua enim postquam semel abluit, potest iterum assumi pro nouo Sacramento ad abluendum, oleum ad vngendum, & sic de aliis Sacramentis habentibus materiam perseverantem: ergo dolor virtualiter perseverans potest iterum, & iterum assumi per potestatem Clauium ad integrandum aliud, & aliud Sacramentum.

Probatur secunda pars, quod, scilicet, qui habuit motiuum generale dolendi de decem peccatis mortalibus, si confiteatur tantum nouem, & obliuiscatur decimum, & Sacramentum recipit, quando iterum confitetur illud vnum oblitum, non teneatur elicere nouum actum contritionis, sed sufficit prior non retractatus. Est Henriquez *in Summa, lib. 4. de pœnitentia, cap. 26. §. 7.* vbi habet, quod vna, & eadem contritio potest pertinere ad duo Sacramenta, vt pars ipsorum, & exemplificat sic; vt cum semel absolutus, iterata mox noua Confessione explicat præteritum dolorem, & peccatum oblitum; hic enim nouum effectum gratiæ auctæ videtur recipere, dum absque nouo dolore recipit absolutionem: quia adsunt requisita omnia, scilicet, noua Confessio, vt signum peccati, & doloris: nam dolor prior, vt in virtute extensus est ad peccata oblita, perinde valet, ac si esset nouus dolor de peccatis oblitis. Hæc Henriquez. Est etiam Ioannis de Lugo *de pœnitentia, disp. 12. sect. 2. à n. 37.* Hoc dictum patet ex rationibus allatis in dicto secundo: nam, si dolor de peccatis confessis potest iterum assumi ad componendum nouum Sacramentum, si adsit noua Confessio: ergo à fortiori poterit deseruire dolor ille, vniuersalis in secundo Sacramento pro peccato oblito, & adhuc non confessio. Nam illo dolore, secundum quod destruit peccatum illud oblitum, adhuc vsus non est Sacerdos ad componendum nouum Sacramentum Pœnitentiæ. Confirmatur: quia potest quis dimidiare Confessionem, si habet peccata referuata, & non referuata, si confiteatur Superiori tantum referuata, & inferiori non referuata. Tunc autem dantur duæ absolutiones, & sunt duæ Confessiones, & duo Sacramenta, & tamen secundum communissimam sententiam, teste Henriquez *lib. 6. de pœnitentia, cap. 15. §. 4.* non tenetur talis Pœnitens elicere duplicem actum contritionis, si prior dolor fuerit vniuersalis: ergo, neque tenebitur in casu nostro, cum dolor sit vniuersalis.] Hucusque Ianuarius, cui adde Eminentissimum Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 14. sect. 3. §. 2. num. 18. 27. & seqq.* Et hæc dicta esse volo secundum mentem supradictorum Doctorum; nam de his *alibi* à nobis dictum est.

An si quis habeat tantum peccata dubia, teneatur præmittere Confessionem sacramentalem ante summptionem Eucharistia, vel celebrationem Missæ?

R E S O L. VI.

Quidam recentiores affirmatiuè ausi sunt respondere nominatim contra me. Probatur hæc opinio, quia

tunc ex Concil. Trident. *sess. 13. c. 7.* præmittenda est Confessio ante sumptionem Eucharistiæ, quando quis conscius est peccati mortalis: sed, qui dubitat de peccato, non dicitur conscius peccati mortalis: ergo non tenetur præmittere Confessionem. Probo minorem: nam, vt obseruat Mercurus de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 1. in princip. Coninch in 3. par. qu. 80. dub. 2. n. 9. ille, secundum Concilium Tridentinum, dicendus est sibi conscius esse peccati mortalis, qui credit, & existimat peccasse mortaliter: sed, qui dubitat, non credit, neque existimat peccasse mortaliter: ergo non tenetur ante Communionem confiteri.

Sed, his non obstantibus, ego puto, dictam sententiam esse reiiciendam, & profus non esse recedendum ab affirmatiua: & idèd, cum Emmanuel Sà *verb. Eucharistia, n. 23.* dixisset: [Qui se putat bona fide dispositum, nec sibi conscius est alicuius peccati mortalis, sit de attrito contritus virtute Sacramenti. Non dicitur autem cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat.] Magister Sacri Palatii in editione Romana post dicta verba addidit hæc alia: *Præticè deponendo dubium.* Et ita intelligendum esse Sà, docuit ex eadem Societate Perficus de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 1. dub. 7. num. 61. Idèd dicendum est, quòd si quis præticè non deponat dubium, non potest Eucharistiam sumere, si antea non præmittat Confessionem de peccatis dubiis. Et ita hanc sententiam tenet sapientissimus Araujo in 3. par. D. Thom. qu. 80. art. 4. n. 30. Amicus in *Cursu Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 1. num. 10.* Filiucius *tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 210.* Escobat in *Theol. mor. tract. 7. Exam. 6. cap. 4. num. 61.* Perficus de offic. Sacer. lib. 1. cap. 1. dub. 7. num. 57. iuncto num. 61. omninò videndus Garcias in *Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 5. n. 32.* Bassæus in *Floribus Theol. mor. verb. Communio, n. 27.* Stephanus à Sancto Gregorio de *Sacram. lib. 3. c. 26. n. 14.* & Reuerendiss. Magister Candidus *tom. 3. disp. 2. art. 22. dub. 48.* quibus adde Trullench de *Sacram. lib. 3. c. 6. dub. 4. n. 8.* qui tamen malè citat in fauorem contrariæ sententiæ Suarez: nam Suarez hoc minimè dicit: voluit forsitan citare Henriquez, qui tamen Henriquez non benè pro se citat Tabienam, & Paludanum.

Probatur nostra sententia: quia, vt quis dignè sumat Eucharistiam, debet esse in gratia, vt patet ex illis verbis: *Probet autem seipsum homo, &c.* sed dubius de peccato est dubius de gratia. Ergo debet confiteri peccatum dubium, vt se constituat in gratia, quam per illud forsitan amiserat: quia gratia est medium necessarium ad salutem. Itaque si Concilium vult, & præcipit, vt accedens ad Eucharistiam accedat probatus, qui ad illam accederet cum peccato dubio, non accederet probatus: quia, stante, dubietate, potest habere animam peccato maculatam. Ergo tenetur confiteri peccatum dubium, vt se constituat in statu, in quo verè dici possit, se accedere ad Eucharistiam probatum. Dices, hoc fieri posse per contritionem, & postea suo tempore subiicere Clauibus peccatum dubium. Respondeo, Concilium velle, vt quis dignè sumat Eucharistiam, quòd sit in gratia per Confessionem, non per contritionem, vt patet ex illis verbis: *Quomodocunque se esse contritos existiment.*

Instabis: Hoc Concilium disponere in illis, qui certò sciunt se peccasse mortaliter, vt patet in illis verbis: *Qui sibi conscius peccati mortalis, &c.* non autem in his, qui dubitant: nam in primo casu vrget Concilij præceptum, & idèd tenentur confiteri, etiam si conterantur; non autem in secundo, qui possunt conteri, & postea de illo peccato dubio confiteri, nam de istis, vt dictum est, non loquitur Concilium. Respondeo, quòd mens Concilij in dicta *sess. 13. cap. 7* fuit, non solùm imponere præceptum de peccatis certis, sed etiam de peccatis dubiis. Quòd probatur primò ex eodem Concilio *sess. 15. cap. 1.* quod similibus verbis vrgetur: & tamen Doctores, quos ad satietatem citat, & sequitur Sanchez in *Summa, tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 66.* illa intelligunt, non solùm de peccatis certis,

sed etiam de peccatis dubiis, vt nouissimè docet etiam sapientissimus Pater Ouiedo in *par. 2. D. Thom. tr. 5. contr. 4. punct. 7. n. 57.* ergo, &c. Deinde in dicta *sess. 13. in Can. 11.* dicitur, illos teneri ante Eucharistiam Confessionem præmittere, quos conscientia peccati mortalis grauat: sed, vt patet, quando, v.g. ego dubito, me consensisse in aliquod peccatum, tunc conscientia me grauat, alicuius peccati mortalis: ergo etiam de illo imponit Concilium præceptum de Confessione ante Eucharistiam præmittenda.

Confirmantur supradicta: quia, vt patet, Concilium obligationem, & vt ita dicam, substantiam huius præcepti de præmittenda Confessione ante Eucharistiam desumpsit, & probat ex consuetudine Ecclesiæ: ergo ex consuetudine Ecclesiæ desumendus est modus exequendi dictum præceptum: sed consuetudo Ecclesiæ vsque adhuc declarauit, & obseruat, non solùm peccata certa, sed etiam peccata dubia debere confiteri ante sumptionem Eucharistiæ: ergo necessariò sunt confitenda.

Et quidem, si peccata dubia, secundum Aduersarios, sunt materia necessaria Confessionis, ego non video motiuum, neque rationem, quare de illis non sit latum præceptum, vt confiteantur ante Eucharistiam; cum id videatur maxime perè exposcere reuerentia, & puritas debita huic tremendo Sacramento; ita vt Patres Concilij ad illud recipiendum non fuerint contenti, vt homo se constitueret in gratia per contritionem.

Probatur etiam nostra sententia: quia, cum constet latum esse præceptum obligans ad Confessionem eum, qui conscientiam habet peccati mortalis in sacro Concilio Tridentino *sess. 13. c. 7.* ante sumptionem Eucharistiæ, in dubio iudicandum est in fauorem possidentis; ergo iudicandum est in fauorem præcepti Confessionis, quod ex communi vsu Ecclesiæ, Doctorum consensu possidere constat. Et quidem displicet mihi paucis abhinc annis aliquos recentiores cœpisse aperire ianuam quibusdam opinionibus, quæ infringunt consuetudines antiquas totius Ecclesiæ, & communi vsu, ac praxi omnium fidelium receptas: & possem plures ex dictis opinionibus adducere: sed non libet mihi aliena scripta carpere. Dico itaque, & concludo absolutè, in casu, de quo loquimur, adesse præceptum confitendi ante Communionem, si possit: patetque, tum ex praxi communi, ac consensu fidelium, non audientiam communicare, nisi priùs confiteantur peccata dubia memoriæ occurrentia: tum ex sensu communi Doctorum. Vnde Reuerendissimus Pater Candidus, sacri Palatii Apostolici Magister, noluit permittere, vt opinio contraria hic Romæ imprimeretur. Hinc non est audiendus Leandrus de *Sacr. tom. 2. tract. 7. disp. 7. qu. 11.* qui, licet nostram sententiam teneat, videtur contrariam, tanquam probabilem, admittere.

Verùm non deseram hîc discutere non incuriosam difficultatem; An, qui præmisit Confessionem de peccato dubio pro sumenda Eucharistia, si postea comperit esse certum, teneatur ante illius susceptionem iterum illud, tanquam certum, confiteri? Plures rationes pro negatiua sententia specularus est Eminentissimus Lugo *alibi* à me adductus; & hanc negatiuam sententiam absolutè tenet Caramel in *Theol. mor. lib. 3. disp. 4. num. 1539.* Et hanc sententiam, tanquam probabilem, tenent etiam ex Societate Iesu duo Scriptores recentiores, Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 1. num. 55.* & Tamburinius in *Methodo expedite Confessionis. lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 24.* Primò, quia, cum exposuerit illud, prout erat in conscientia, quod tantùm exigit Tridentinum *sess. 14. c. 5.* est ab eo directè, tamen conditionatè, absolutus, petinde ac is, cuius peccatum à Sacerdote existimatur veniale, cum sit mortale: sicut enim Sacerdos tunc vult absoluere à peccato, prout est à parte rei; ita etiam in casu nostro; atqui peccatum, à quo quis directè absolutus est, non tenetur ex iure diuino iteratò confiteri: ergo. Secundò: Ex communi sententia confessus se morosè delectatum de-

ies cinger, si certò deinde deprehendar, se duodecies peccasse, non tenetur eas vices postea confiteri; & tamen eas non confessus est vt certas, sed modo dubio: atqui similis ratio vrget in casu: ergo. Tertio: Dubius de voto, excommunicatione, &c. si petat dispensationem, soluitur omni obligatione, et si deinde deprehendar certò emissum esse, &c. ergo idem est in casu. Ex communi tamen sententia, & praxi, tale peccatum est confitendum deinde vt certum: sed an praxis ex scrupulo, an ex ratione orta, non disputo: videtur enim homo pœnitens non velle disputare, nec librare rationes; sed sequi securissimam partem.

Vnde ex his rationibus ad propositam difficultatem Auctores citati negatiuè responderent. Sed ego non audeo recedere à communi Doctorum sententia affirmatiua, à qua etiam ipsemet Cardinalis de Lugo non audeo recedere, cum sit etiam recepta à communi praxi, & vsu fidelium. Dico igitur, quòd si quis prœmisit Confessionem de peccato dubio, & postea recognoscit se certò peccasse; tenetur iterum ante sumptionem Eucharistiæ illud tanquàm certum confiteri, quicquid Doctores supracitati asserant in contrarium, inter quos numerandus est post hæc scripta visus Leandrus de Sacram. tom. 1. sr. 5. disp. 5. quest. 27.

An, si quis in Missa recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur illud confiteri, si absque scandalo possit Confessarium habere?

RESOL. VII.

Respondeo, quòd si nondum cœpta sit consecratio, & cessat periculum scandali, & mali nominis, tenetur vocare Confessarium, si post inchoationem Sacrificij recordaris alicuius lethalis. Ratio est: quia illa pars Missæ ante consecrationem est valde extrinseca Sacrificio quoad substantiam: & idèd sicut interruptitur per Concionem, ita etiam congruum est interrupti per sacramentalem Confessionem, vt corpus Dominicum dignè petraçteretur, & sumatur. Si verò sit periculum mali nominis, vel scandali, vel murmurationis, sufficit, si contritus Missam prosequaris: quinimò etiam Missa nondum cœpta, sed tamen vbi Sacerdos ad Altare iam accessit, & tunc recordatur, se non esse ieiunium, vel se esse excommunicatum, vel manere in lethali, non tenetur ab Altari discedere, vt confiteatur, vel vocare ad Altare Confessarium, vel se exuere sacris vestibus; sed contritus ob eandem rationem celebret. Quòd si consecratio cœpta sit, tunc, cessante omni scandalo, vel mali nominis suspicione, non debes intertempere Sacrificij immolationem iam cœptam, vt confitearis: quod præceptum fortius est præcepto præmittendæ post mortale Confessionis ante sumptionem; solaque huius Sacrificij integritas censenda est iusta causa differendæ post Sacram Confessionis: licèt contrarium, quoad hoc vltimum, sentiat Bonacina de Sacrament. disput. 4. quest. 6. pnnct. 1. sub num. 15. & quoad primum plures alij. Sed nostram sententiam docet Coninch de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 16. & me citato, Auerla de Sacram. Euchar. quest. 8. sect. 6. Cardinalis de Lugo disput. 14. num. 113. Lessius in 3. part. D. Thoma, quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 8. Et idèd non desinam hîc apponere verba Ioannis Vviggers, etiam in 3. part. quest. 80. art. 5. dub. 2. num. 12. vbi sic ait: [Si post consecrationem factam recordaretur Sacerdos alicuius peccati mortalis, poterit cum actu contritionis prosequi Sacrificium sine Confessione præmittenda, etiamsi absque scandalo, vel nota infamiæ posset confiteri, aduocando Confessarium, quem habet ibi solùm præsentem. Sumitur ex D. Thoma infra, quest. 83. artic. 6. ad 2. & sic passim omnes tenent Doctores. Rationem reddunt: quia non decet Sacrificium substantialiter inchoatum inter-

Antonini Diana Pars IX.

rumpere: quia hoc ad imperfectionem eius tendere videtur, quæ omnimodò cauenda est. Quod Tannerus disp. 5. q. 8. dub. 2. n. 38. cum Victoria §. 83. & Nauarro cap. 25. n. 27. dicit quoque habere locum, quando facta est oblatio: imò etiam post inchoatum introitum, sic vt non teneatur Sacerdos aduocare Confessarium ad Altare, vt ibi confiteatur, idque non tantum, quia incurreret aliquam infamiæ notam, saltem coram ministro; sed etiam quia indecorè interrumpere Sacrificium diuinum, etiamsi aliàs nullum sequeretur scandalum: quod etiam tradit Henriqu. lib. 8. cap. 46. num. 3. licèt Suarez disput. 66. sect. 4. cum Bonauentura in 4. dist. 13. sentiat, Confessarium aduocandum fore, si ante consecrationem memoria peccati mortalis occurrat, & Confessarius facilè, & sine incommodo vocari possit: quod tamen parum mihi videtur probabile, saltem post oblationem factam: quia non apparet tunc fieri posse absque aliqua notabili indecentia ipsius Sacrificij. Hoc interim existimo omninò dicendum, quando celebratur Missa solennis cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis, à quo possit absolui per illum, qui Diaconi, aut Subdiaconi officio fungitur, quòd tunc teneatur confiteri vni ex illis, siue sub Gloria in excelsis, aut Graduali, aut Credo, quando ista decantantur: quia potest id fieri absque indecentia, & penè sine obseruatione aliorum: ac etiam ante consecrationem, dum canitur Sanctus; quia habet Confessarium sibi adstantem. Cæterum hoc satis communi consensu docetur, quòd non tenebitur Sacerdos ab Altari discedere, & Missam relinquere, casu, quo non possit alium ad Altare aduocare. Vide D. Bonauenturam sup. & Soto eadem dist. quest. 1. art. 6. Nauar. cap. 21. num. 49. & colligitur ex D. Thom. sup. vbi scribit: Si quis ante consecrationem recordetur, se aliquid priùs sumpsisse, vel excommunicatum esse, aut peccatum aliquod commisisse, tutius, inquit, reputarem, maximè in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam inceperat desereret; nisi graue scandalum timeretur. Quibus indicat satis, etiam extra periculum scandali non esse absolutè necessarium, vt deserat, præsertim in tertio casu, quem ponit: quia solùm dicit, quòd reputaret esse tutius, idque maximè in duobus primis casibus. Quòd si verò memoria peccati occurrat in Altari, antequàm Sacerdos Missam inchoet, præmittenda erit Confessio; etiamsi, vt Confessorem adeat, oporteret exuere vestes factas. Ita Suarez sup. sect. 4. cum Scoto in 4. dist. 9. q. 1. quod intellige, nisi obueneret inde scandalum aliorum, aut infamia Sacerdotis.] Hucusque Vviggers.

Vnde ego ex his olim consului Sacerdotem, cui deseruebat pro Ministro alius Sacerdos Confessarius in quadam villa, cum dicendo Epistolam, recordatus fuit cuiusdam peccati obliti in Confessione; rectè, inquam fecisse aduocando illum pro absolute illius peccati, cum hoc sine scandalo, effecissent; nam in dicta Capella erant tantum celebrans, & Minister. Et in terminis tunc adduxi Fagundes de Præcept. Ecclesie, Præcept. 3. lib. 3. cap. 9. num. 11. in fine, qui tamen cum multis aliis tenet absolutè, Sacerdotem, qui cœpit dicere Missam, non teneri etiam ante consecrationem vocare Sacerdotem ad confitendum, si sine scandalo possit, vt confiteatur peccatum oblitum, vel in Altari commissum: quia iam actio sacra cœpta est, quam non decet interrumpere: nam ob aliam causam rationabilem interrumpi potest, & hæc satis rationabilis est: sed ad vitandum scandalum, aut infamiam, quam inde sibi ipse Sacerdos generare potest: quanuis enim hîc non sequatur, nisi quædam admiratio circumstantium; tamen ex ea admiratione sumitur occasio sinistra loquendi, suspicandi, & infamandi ipsum Sacerdotem: quod periculum moraliter semper datur, & est causa sufficiens, & iusta excusationis. Vide etiam Tannerum tom. 4. disput. 5. quest. 8. dub. 2. num. 38. Vnde vtramque sententiam

E 3 probabilem

probabilem putat Stephanus à Sancto Gregorio *de Sacram. lib. 3. cap. 26. num. 11.* Sed non est deserenda nostra sententia propter reuerentiam debitam communi Magistro D. Thomæ, qui sic ait in *3. part. quest. 83. art. 6. ad 2.*] Si ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem, maximè in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam inceptam desereret; nisi graue scandalum timeretur.] Hæc Sanctus Doctor. Licet Martinus Ledesma in *4. sentent. tom. 1. quest. 20. art. 3. post dub. 3.* absolutè asserit, quòd Sacerdos, etiam in principio Missæ, si recorderetur alicuius peccati, non tenetur confiteri, etiamsi posset sine scandalo: quod etiam tenet de laico iam parato ad Communionem: & Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 7. quest. 17.* asserit, Sacerdotem non teneri præmittere Confessionem, si antequàm inchoet Missam existens in Altari, recordaretur de aliqua culpa mortali, etiamsi absque nota, & scandalo id posset facere. Sed hæc mihi non placet. Verùm hîc obiter apponam dubium positum à Pellizzario in *Man. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 2. num. 42.* [An Sacerdos peccans mortaliter in actu celebrandi, v.g. dum à Cantoribus canitur *Credo*, aut *Gloria*, teneatur confiteri tale peccatum se commississe in ipsa Missæ celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti sibi, vt Diacono, assistenti, antequàm prosequatur Sacrificium, videlicet, prius quàm Cantores absoluant *Credo*, aut *Gloria*. Responderetur, non teneri id exprimere in Confessione: patetque ex eo, quòd in præsentis casu vltra peccatum, in quod Sacerdos consensit, v.g. odij, neuiquam committit sacrilegium; sicut aliqui prima facie putant, ducti ex eo, quòd peccat in ipsa actione Sacra celebrandi, & hoc excusante leuitate materiæ, quæ in hac materia omninò admittenda est; & in proposito casu spectari potest tum respectu partis Missæ, intra quam peccatur, quæ est accidentalis, vt suppono, non autem substantialis, (qualis est consecratio,) tum respectu temporis, quo dictus Sacerdos peccat, & persistit in peccato: quod tempus est breue, & minùs proprium Missæ, ne dicam ipsi extraneum; vt pote quod infumebatur in canendo *Gloria*, aut *Credo*, quæ iam supponimus Sacerdotem secretè recitasse, quando consentit in peccatum, ita vt cantatio illa Symboli, v.g. quod vocamus *Credo*, simpliciter non spectaret ad Missam, neque quoad integritatem; adeoque censeretur ipsi quasi extranea; ita vt Sacerdos supradictus aliquo modo dici possit non peccasse intra Missam, sed extra illam.] Hucusque Pellizzarius.

An si quis accesserit ad lintheum Sacra Mensa, vt communicet, si recorderetur alicuius peccati mortalis, teneatur surgere, & Confessarium adire?

RESOL. VIII.

Affirmatiuè responderet Marchinus *de Sacrament. Ordin. tract. 3. par. 3. cap. 1. num. 12.* quia putat in tali casu non adesse scandalum. Primo, quia manifestum est apud nos, hunc recessum à Sacra Mensa, causa alicuius peccati obliuisci confitendi, non gignere vllam mali nominis leuem suspensionem, sed potius timorata conscientia opinionem. Secundò, non omnes Sacra Mensæ assistentes Sacram intendunt Communionem; sed vt Missam audiant: & ideo potest iste se fingere vnum ex istis, & postea surgens confiteri, & Corpus Dominicum manducare. Tertio, leuis aliquorum admiratio non est præferenda diuino, atque expresso Præcepto præmittendæ post mortale Confessionis ante Communionem in habente copiam Confessarij: secùs daretur occasio, seu via nimis ampla aperiretur res diuinas indignè pertractandi. Ita Marchinus, & alij penes ipsum. Vnde Bizozerus *de Sacrament. par. 4. cap. 8. num. 3.* sic ait: [Quartus casus est, si quis

laicus est cum aliis coram Sacerdote, vt se communicet; & tunc recordatur alicuius peccati mortalis, de quo non est confessus; non debet tunc discedere, ne aliis scandalum præbeat; sed debet communicare, deinde confiteri. Ita dicunt Doctores: sed nunc, cum videamus non esse scandalum, quòd mulier, vel vir deuotus pluries ad eundem Confessarium eadem die, & hora accedat, imò inde generetur bonum exemplum; non esset admittendus hic casus, nisi probabile periculum esset de scandalo.] Ita ille. Vide etiam Auerfam *de Sacram. Euchar. quest. 8.* Dicendum itaque, plerunque non adesse scandalum, vt potest si in concursu plurimorum possit quis cautè recedere: si sit ignotus aliis adstantibus: aut si talis qualitatibus sit, vt nihil detrimenti in sua fama pariat, & fortasse potius laudem acquirat, si alij cogitent, aut ipsemet fateatur, se ob aliquid sibi in memoriam redactum, velle prius querere Confessarium: sicut & nullam iacturam subit, qui pluries eodem mane conspicitur redire ad Confessarium.

Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ: nam difficile moraliter videtur in tali casu scandalum vitari posse. Et ita hanc sententiam, præter Suarez, & Fagundez à Marchino relatos, tenet Præpositus in *3. p. quest. 80. art. 5. dub. 4. num. 21.* Lessius in *3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 8.* & Ioannes Vviggers *de Sacram. in 3. par. quest. 80. art. 5. dub. 2. num. 11.* vbi sic ait: [Similiter communicare poterit absque Confessione præuia, qui ad Altare positus orans Sacerdote iam Communionem præparante, incipit recordari alicuius peccati mortalis, nondum confessi, quando sine periculo infamiae, aut notæ, recedere non potest: si tamen solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absolueret, tunc tenebitur eidem prius confiteri, quia & sine periculo infamiae potest, neque est notabilis indecentia in eo, quòd Sacerdos vel inonihil ab Altari recedat, vel in ipso Altari Confessionem eius excipiat. Præsertim cum soleat Communio administrari ante Sacram, aut Sacrificium iam quasi peractum.] Ita ille. Et idè rectè contra Marchinum asserit Hieronym. Garcias in *Summa Theolog. mor. tract. 3. diffc. 5. dub. 1. punct. 5. num. 49.* [De aqui es, que el que se llega à comulgar, y esta ya al pie, ò a la Mesa del Altar, y se acuerda de algun peccado mortal, no por esso tiene obligacion de retirarse, ni llamar alli Confessor, sino hazer acto de contricion, y comulgar, porque se pondria à pelligro de infamarse; aunque Marchino esfuera lo contrario; y pruebalo, porque en los seculares el retirarse de aquel lugar, no causaria infamia, pues ay vfo dello, y puede auer muchas causas para ello, a lo mucho, causaria alguna admiracion, y esto no basta: trae este Autor por si à Bonacina, però Bonacina habla en caso, que aun no aya dicho el tal la Confession, ni aurà notà de que se retire, però si dixo ya la Confession, y veen los circunstantes que ha pasado ya à comulgar, digasse lo que quisiere Marchino, que no podra apartarse sin nota.] Hæc ille, & ego. Vide etiam Castrum Palaum *tom. 3. tract. 21. disput. unica, punct. 12. num. 7.* qui tandem nostram sententiam tenet, & etiam, me citato, Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 18.*

An Sacerdos possit celebrare, si non adsit Confessarius, vt ipse, vel alij satisfaciant Præcepto audiendi Missam?

RESOL. IX.

DE Parocho non est dubitandum. Difficultas est de aliis Sacerdotibus. Et negatiuè responderet nominatim contra me Pater Auerfa *de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 6.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 21. disp. unica. punct. 12. n. 7.* vbi sic ait: Ob Sacram ex obligatione audiendum, verius existimo, te non posse celebrare Confessione non præmissa. Neque enim te excusare potest à præmittenda Confessione

ffessione carentia fructus, quam ex Sacrificio percipere posses. Hunc enim alio die facile compensare poteris absque illa Indulgentia: alias posses quotidie celebrare nulla alia necessitate intercedente, ne priueris Sacrificij fructu, quod nullus admittet. Neque item excusari potes ob satisfaciendum Præcepto ecclesiastico audiendi Sacrum: quia hoc Præceptum non obiigat, nisi cum Sacrum peragi potest ritu ab Ecclesia præscripto. Non igitur ob hanc causam celebrare potes omissa Confessione.] Ita ille, qui citat Suarez, Coninch, Layman, Filiucium, & alios.

Probat hęc opinio. Primò, vbi concurrunt duo Præcepta, humanum, & diuinum, quæ obseruari simul eodem tempore non possunt, certè diuinum humano est præferendum: sed præceptum audiendi Sacrum in die Festo est solùm humanum, & illud de præmittenda Confessione post mortale ante celebrationem est diuinum: ergo non licebit non Parocho celebrare, vt ipse, vel alij Missam in die Festo audiant. Secundò, vtilitas spiritualis aliena, cui succurrere ex officio non debes, non est iusta causa omittendæ Confessionis ante Missam post mortale; secus in Parocho, qui ex officio oues suas pascere tenetur. Tertio, cessat Præceptum audiendi Missam in die Festo, si desit Sacerdos, qui illam celebret: ergo cessabit etiam, si is solus adsit Sacerdos, qui labe mortalis culpæ maculatus, & carens Confessario, non potest illam dignè, & aptè celebrare. Hęc opinio est satis probabilis.

Sed alibi affirmatiuam sententiam probabilem etiam existimaui, & nunc iterum existimo, & illam vt probabilem etiam admittit Lessius in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 8. Adamus Tannerus tom. 4. disp. 5. quest. 8. dub. 2. n. 41. & me citato, Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 17. & idèd non deseram hïc apponere verba Hieronymi Garcias in Summa Theol. mor. traçt. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 5. num. 43. sic, me citato asserentis: [Digo lo segundo, aunque es muy prouable, que no puede vi Sacerdote particular celebrar sin confesarle, para que el, & otros cumplan con el Præcepto de oyr Missa: pero tambien lo es, que puede el Sacerdote simple, sin que preceda Confession, celebrar Missa, para que la oyan los vezinos de su lugar, y el; cumpla con el Præcepto; y lo mismo digo, quando va camino, quando no huiesse otra Missa, que pudiessen oyr el, y los otros, que le acompañan, & se hallan presentes. La razon es, porque entonces insta el Precepto, y la necesidad del proximo, se ha de tener en tal caso por propria, supuesto que es en orden à la salud espiritual. Confirmasse, porque si este tal fuiesse Parocho, podria, como queda prouado en la conclusion passada, aunque no huiesse nota ni infamia, luego lo mismo puede el Sacerdote simple en el caso presente, aunque no sea Parocho. Prueuo la consecuencia, porque si los Parochianos tienen derecho para pedir pasto espiritual à su Parocho, tambien los Christianos tienen derecho para pedirlo à qualquier Sacerdote, quando lo puedo dar libremente, luego ambos pueden; à mas de que en aquello da buen exemplo el simple Sacerdote, y si no dize Missa, por marauilla se escapa, & de nota, & de mal exemplo, pues nadie ignora, que los Sacerdotes celebran cada dia, y si no lo hazen sin causa manifesta, siempre dan que sospechar.

Ni obsta dezir con Suarez, que los oyentes en tal caso estaran escusados, y que no pecaran: porque si esto valiesse, tambien podriamos dezir, que en el articulo de muerte no pecaria vno dexando de comulgar, si el Sacerdote no quisiesse celebrar, para darle el Viatico, (supponemos que no tiene formas consagradas, (y con todo esto puede el Sacerdote celebrar para darle el Viatico: luego el estar vno escusado del Precepto de oyr Missa, no quita que pueda dezirla el Sacerdote con solo acto de contricion, por solo que otros la oyan.) Ita ille, cui adde etiam Ada-

num Opatonium de Sacram. traçtas. de Eucharist. disp. 8. quest. 3. num. 18.

Probat hęc opinio. Primò: quia quando vrget Præceptum, & necessitas proximi, reputanda est propria, quando ea necessitas est in ordine ad salutem. Nec refert, quòd alij non peccabunt, si in ea circumstantia Sacerdos non sacrificet: quia etiam quando proximus est in articulo mortis, & vrget Præceptum diuinum communicandi, si Sacerdos tunc habens peccatum mortale non sacrificet ad eum communicandum; ægrotus quidem non peccabit; & tamen tunc dicimus, posse prædictum Sacerdotem in eo casu contritum Missam celebrare: non ergo ratio necessitatis sumenda est ex peccato, vel non peccato proximi præcisè. Secundò, quia ipse Sacerdos, dum iter facit, potest contritus celebrare, si desit copia Confessarij, qui illum audire possit, cum obligat Præceptum ecclesiasticum dicendi, vel audiendi Missam in die Festo. Tertio, quia, si esset Parochus, posset id licitè efficere, vt docet Suarius: ergo & non Parochus: nam, si Parochiani habent ius ad petendum pastum spirituale à suo Parocho, etiam Christiani habent ius illum petendi à quocunque Sacerdote, quando liberè illum dare potest: & denique, quia si Sacerdos in die Festo, vrgente Præcepto audiendi, vel dicendi Sacrum, deficiente copia Confessarij id potest efficere, id etiam poterit licitè efficere, quando eadem necessitas vrget proximum, cum necessitas proximi pro necessitate propria reputanda sit. Vnde immeritò quidam Theologus olim mihi dixit, hanc sententiam esse nimis laxam: est quidem benigna, sed satis probabilis, & tuta in praxi, vt ex allatis rationibus probat Fagundez Præcept. 3. lib. 3. cap. 9. num. 13. & fatetur Mercerus de Sacrament. quest. 80. dub. 2. num. 3. in fine, & alij Doctores contrariæ sententiæ: vnde Leandrus de Sacrament. tom. 2. tr. 7. disp. 7. quest. 26. dixit, Eminentissimum Cardinalem de Lugo immeritò hanc sententiam improbabilem vocasse, & idèd ipse, me citato, nostram sententiam, tanquam probabilem, tenet.

An teneatur præmittere Confessionem per interpretem, si quis nesciat linguam, & velit sumere Eucharistiam?

R E S O L. X.

Negatiuè respondeo cum Mercero in 3. part. D. Thom. de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 6. Auersa de Sacrament. Eucharist. quest. 8. sect. 6. & Amico in Cursu Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 1. num. 17. vbi sic ait: [Tunc tantum censenda est inopia Confessoris, quando vel simpliciter abest, & spectata qualitate personæ, itineris, & negotiorum, moralit et adiri non potest: vel, si adest, non habet iurisdictionem: aut non potest absque nota infamiæ tali Sacerdoti confiteri: vt quando inchoato Sacro Sacerdos, vel laicus, prope Altare communicaturus recordatur peccati mortalis non confessi: in tali enim casu vterque potest absque præuia Confessione, sola contritione præmissa, venerabile Eucharistiæ Sacramentum sumere. Eadem ratio est, si Pœnitens non habeat Confessarium eiusdem linguæ, à quo sine interprete intelligi non possit: quia non tenetur pœnitens adhibere interpretem ad sacramentalem Confessionem faciendam.] Ita ille. Et nota verba huius Authoris, qui censet, laicum positum ad lintheum Communionis, & Sacerdotem post inchoatam Missam, esse censendos non habere copiam Confessarij, atque adèd posse cum contritione Missam prosequi, & Eucharistiam sumere.

An verò, qui est in articulo mortis, possit communicare absque præuia Confessione, si non potest confiteri absque interprete? Affirmatiuè respondet Magister Serra in 3. par. quest. 80. art. 4. sic asserens. [Secundus casus est, quando morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest

adest Sacerdos, nisi fortè qui non potest absolutione proferre, quia est mutus; aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac poenitentem sine interprete intelligere: tunc enim licite potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cuius habet conscientiam.] Ita Serra. Sed de hoc *alibi* à nobis actum est.

An, si non adest Confessarius potens absoluere à peccatis reſeruatīs, poſſit, qui illa habet, elicita tantum contritione, sine vlla prauia Confessione, Eucharistiam ſumere?

R E S O L. X I.

Negatiuè respondet Garcias in *Summa Theol. mor. tr. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 5. num. 96. & seqq.* Amicus in *Cur. Theol. disp. 26. sect. 2. num. 14.* sic asserit: [A Confessione non excusatur, qui habet Sacerdotem, à quo possit absolui à non reſeruatīs, licet directè absolui non possit à reſeruatīs: nam, sicut in tali casu teneretur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuæ Confessionis, quod est minus; ita ad præceptum de præmittenda sacramentali Confessione peccati mortalis ante Eucharistiam, quod est minus. Eadem ratio est de illo, qui probabiliter timet aliquod notabile damnum spirituale, aut temporale se passurum ex Confessione alicuius peccati; nam tunc teneretur confiteri reliqua, eo duntaxat suppresso, ex cuius manifestatione damnum timet: sicut in eo casu teneretur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuæ Confessionis implendum.]

Sed quid, si præter mortale, ex cuius manifestatione timet damnum, non habeat nisi venialia, an in eo casu tali Sacerdoti teneretur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda sacramentali Confessione ante Eucharistiam seruandum? Variant in hoc Doctores: ego tamen puro teneri; nam, sicut in eo casu teneretur confiteri venialia ad præceptum annuæ Confessionis seruandum; ita à fortiori teneretur ad præceptum dignæ Communionis adimplendum.

Dices: Ergo ad seruandum hoc præceptum tenebimur confiteri, cuius Sacerdoti, etiam simplici, nullam habenti iurisdictionem; cum quivis Sacerdos auctoritatem habeat absoluendi à venialibus. Respondeo, negando consequentiam: sicut nec tenemur ad seruandum annuæ Confessionis præceptum confiteri peccata venialia cuius Sacerdoti, sed tantum proprio. Ratio: quia cum præceptum tantum sit de præmittenda Confessione peccati mortalis, per se tale præceptum supponit in Confessario auctoritatem, & iurisdictionem supra peccata mortalia. Ergo hoc ipso, quod Sacerdos non habet talem auctoritatem, non tenemur illi confiteri, esto confitendo illi tantum venialia, in quæ habet auctoritatem, indirectè absolueret à mortalibus, supra quæ non habet auctoritatem. Nec est par ratio de eo, qui suppresso mortali, ex cuius manifestatione damnum timet, confitetur venialia ei, qui auctoritatem habet supra mortalia; nam talis Confessor comprehenditur in Decreto Concilij, in quo tamen non comprehenditur, qui nullam habet iurisdictionem supra peccata mortalia.] Hucusque Pater Amicus.

Sed ego puto probabiliter, vt olim docui, in tali casu, quando non adest Confessarius, qui possit absoluere à reſeruatīs, posse aliquem celebrare, vel ſumere Eucharistiam absque Confessione præmissa: eliciendo solum actum contritionis. Et hanc sententiam, tanquam probabilem, etiam admittit Lessius in 3. *part. quæst. 80. art. 4. dub. 2. num. 9.* Et ita, me citato, tenet etiam Ludouicus Caspensis in *Cur. Theol. tom. 2. tractat. 22. disput. 9. sect. 2. num. 17.* vbi sic ait: [Inquires, an, qui habet peccatum reſeruatū, teneatur confiteri Sacerdoti habenti solum

potestatem in non reſeruatā; an verò possit communicare absque Confessione, quasi non habeat copiam Confessarij, cum in hac re triplex sit sententia. Prima asserentium debere confiteri inferiori reſeruatā, & non reſeruatā, vt absoluat directè à non reſeruatīs, & indirectè à reſeruatīs. Secunda existimantium, posse communicare cum sola contritione; non tamen posse confiteri inferiori, quia inferior non potest validè absoluere à non reſeruatīs. Tertia aliorum asserentium, in eo euentu non obligari ad confitendum peccata reſeruatā, à quibus inferior non potest absoluere; obligari tamen ad dicenda Confessario peccata non reſeruatā, à quibus absolueri potest. Placet mihi resolutio Dianæ *tom. 2. tract. 4. ref. 104.* quamlibet harum sententiarum tunc posse sequi, sic enim ait: Ex quibus omnibus apparet, poenitentem habentem casum reſeruatū, etiam cum excommunicatione, urgente necessitate ad celebrandum, vel communicandum, posse, vt sibi magis libuerit, vel expedierit, aut confiteri peccata non reſeruatā, seu simul reſeruatā, & non reſeruatā, vel elicere actum contritionis, & sine prauia Confessione celebrare, aut communicare. Neque his obstat Tridentinum *sess. 14. cap. 7.* vbi ait: *Extra mortis articulum Sacerdotem inferiorem nihil posse in casibus reſeruatīs.* Nam intelligendum est, nihil posse directè; potest tamen indirectè: si quis enim immemor reſeruatorum, confiteatur non reſeruatā, certissimum est indirectè absolui à reſeruatīs: ergo, quanuis inferior Sacerdos nihil possit directè in reſeruatā, poterit tamen indirectè.] Ita Caspensis, & iterum ego.

Nota, quod eodem modò philosophandum est de eo, qui habet excommunicationem reſeruatam urgente necessitate communicandi, & carent copia Superioris legitimi, posse quidem in tali casu cum contritione communicare; vel posse confiteri non reſeruatā Sacerdoti inferiori, à quo absoluetur directè ab illis, & indirectè à reſeruatīs, licet maneat adhuc excommunicatus. Excommunicatio enim, sicut propter urgentem necessitatem non priuat illum tunc receptione Eucharistiæ, ita ob eandem necessitatem nec priuat receptione Sacramenti poenitentiae. Quæ doctrina simili modo fundatur in varietate, & diuersitate sententiarum aliquorum negantium, posse confiteri, vt absoluat directè à non reſeruatīs, aliorum verò affirmantium.

An quando quis celebrat, & recordatur alicuius peccati in Confessione facta obliuiscitur, teneatur ante consecrationem, & ſumptionem Eucharistiæ de illo conteri?

R E S O L. X I I.

Casus potest esse frequentissimus. Et affirmatiuè respondet Reuerendiss. Magister Candidus *tom. 3. disp. quæst. 2. art. 22. dub. 49.* [Quia, ait ille, si quis ante Communionem Confessionem præmisit formaliter per se, & inculpabiliter integram eorum peccatorum, quæ memoriæ occurrunt; postea verò recordetur alicuius peccati non confessi; per se loquendo tenetur illud confiteri, priusquam communicet, vi præcepti constituti in sacro Concilio Tridentino *sess. 13. cap. 7.* ergo Sacerdos post inchoatam Missam, ante tamen consecrationem, qui ante confessus est, & oblitus alicuius peccati mortalis; si illud confiteri non potest ob infamiam, vel quia non habet copiam Confessoris, tenetur saltem de illo elicere actum contritionis. Probatur consequentia: quia ex præcepto Christi Domini tenetur ante Communionem omnia, & singula peccata mortalia subicere Clauibus Ecclesiæ: & si non potest; quia confitendo in Altari, & vocando ibi Confessarium, timetur infamia, vel quia non adest copia Confessoris; de illis poenitentiam internam tenetur habere: sed Sacerdos, de quo est sermo

in

in presenti, licet ante Missam Sacramentum Confessionis suscepit, tamen absolute, & directe non subiecit omnia peccata sua mortalia Clauibus Ecclesie, & propter infamiam, vel inopiam Confessarij, vt supponitur, illud oblitum subiicere Clauibus Ecclesie non potest: Ergo tenetur de illo peccato non confesso, & naturaliter oblito, saltem directe actum contritionis elicere, si illius recorderetur.] Ita ille, qui citat pro hac sententia Nugnum, Suarez, & alios, quibus adde Medinam, Grassium, & alios penes Bordonum *vbi supra*, & nouissimè Trullench *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 11.*

Sed ipsemet Trullench, me citato, putat negatiuam sententiam, quam ego docui, esse probabilem; & idè in tali casu Sacerdotem non teneri elicere actum contritionis de tali peccato in Confessione oblito. Quam sententiam, me etiam citato tenet Auerſa *de Sacram. Euchar. quest. 8. sect. 7.* & me citato, Bordonus, *in conf. regul. tom. 2. resol. 56. n. 127.* & me citato, Hieronymus Garcias *in Summa Theolog. mor. tract. 3. disput. 5. dub. 1. punct. 7. num. 74.* vbi sic ait: [Però la mayor dificultad està, quando vno se ha confessado, y tenido dolor de todos sus pecados, assi de los que se ha acusado, como de los olvidados, y se va luego a dezir Missa, ò comulgar; y estando en aquella accion, se acuerda que se oluido de dezir vn pecado mortal: Preguntasse, si tendra obligacion este tal à hazer acto de contecion. Valerio Reginaldo, no donde le cita Diana *par. 1. tract. 14. resol. 48.* lo qual ocasionò à Lugo *disp. 14. sect. 6. num. 121.* à que dixesse no hallaua el tal lugar en Reginaldo; però lo cierto es, que fue falta del Impressor de Diana en trocar los numeros, porque à la verdad Reginaldo dize lo, que refiere del Diana. Asitma pues dicho Reginaldo, que siempre que se acordare vno del pecado mortal olvidado, ha da tener contricion del para comulgar deuidamente, y el Missal en la Rubrica *de defectibus. §. 8. num. 4.* dize estas palabras: *Si in ipsa celebratione Missa Sacerdos recorderetur, se esse in peccato mortali, coneratur cum proposito confitendi.* Pero aunque la opinion puesta es la mas segura, y la que se ha de aconsejar, no obstante lo dicho por ella es muy prouable, & *satis tutum in praxi*, que nos es necessario en el caso puesto tener acto de contricion, para comulgar deuidamente. Esta opinion se colige de Sancto Thoma 3. *par. quest. 87. art. 2. in fine corporis*; porque auiendo dicho, que para el pecado mortal no basta la detestacion virtual, como basta para el venial, concluye: *Nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.* En cuyas palabras se ve, que excepta el caso de que hablamos, siguen esta opinion Vasquez 3. *part. quest. 86. art. 2. dub. 3. num. 15.* Diana *resol. 48. citata.* Lugo *sect. 6. num. 112.* Pruebase lo primero, porque ya est tal por la Confession antecedente quedò prouado, absuelto, y iustificado, supuesto que *saltem indirectè*, & *virtualiter* se lo perdono el pecado olvidado, luego goza ya el estado de gracia, y consequenter llega sufficientemente dispuesto, sin que sea necessatio hazer de nuevo acto de contricion. Ni vale dezir, que se le remittio non obligacion, de que quando se acordasse del lo confesasse, como dize el Concilio Trid. luego deue tener contricion del, pues no le confesò; que a esto respondo, ser verdad, que tiene obligacion de confesarlo a su tiempo, y entonces deue tener dolor sufficiente para iustificarse; però en el caso puesto que està escusado de confesarse, tambien lo està de hazer acto de contricion, porque no ay ley natural, diuina, ni positua, que por entonces le obligue, supuesto que està iustificado, y reconciliado con Dios por la Confession proxime passada.] Hucusque Garcias, cui etiam adde Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 7. quest. 19.* qui me defendet ab impugnatione Cardinalis de Lugo in citatione Reginaldi.

Idem etiam docet Præpositus *in 3 part. quest. 80. art. 5. num. 25.* Pellizzarius *in Manual. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 2. num. 104.* Caspenſis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disput. 9. sect. 3. num. 24.* Granado *in 3 part. contr. 9. tract. 10.*

disp. 7. n. 14. Itaque, an qui prius confessus fuerat, & postea recordatur peccati, quod in Confessione ex obliuione omiserat, nec potest iam confiteri, teneatur elicere contritionem nouam illius peccati ante Communionem? Respondeo non teneri, si dolor præcedens in Confessione fuit vniuersalis de omnibus peccatis, vel ex motiuo vniuersali. Et ratio est: quia in hoc casu iam homo supponitur esse in statu gratiæ per Confessionem præcedentem, & absolutionem, qua indirectè ablata fuerunt omnia peccata mortalia; nec potest assignari sufficiens fundamentum, ex quo obligetur eo casu ad eliciendam contritionem. Secus dicendum est, si dolor non fuit vniuersalis: quia peccatum, quod nondum retractatum est per pœnitentiam, non potest directe, nec indirectè remitti.

Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos præmittere Confessionem, aduersus aliquos contrarium sentientes.

R E S O L. X I I I.

Ponitur casus, quando Sacerdos est Religiosus, & solum habet præsentem Sacerdotem laicum, & habet aliqua peccata graua cum aliqua infamia, tunc dicit Summa Rosella *verb. Communio*, quòd potest communicate sine Confessione ad vitandam infamiam suæ Religionis. Sed hoc mihi videtur improbabile, quandoquidem parua, vel nulla sequitur infamia Religionis.

Alius casus ponitur à quibusdam, quando, scilicet, aliquis habet præsentem Sacerdotem, cui potest confiteri ex priuilegio; vult tamen communicate sine Confessione, quoniam non vult confiteri nisi proprio Sacerdoti. Et probatur ista sententia: quia nullus tenetur vti priuilegio: sed confiteri tali Sacerdoti est priuilegium: ergo non tenetur illi confiteri. Sed etiam casus iste est improbabilis; quoniam talis communicans habet præsentem Sacerdotem sufficientem: ego habet copiam Confessoris.

Ad argumentum verò in oppositum factum distinguitur maior propositio: quando priuilegium est necessarium ad seruandum aliquod præceptum, negatur: aliàs transeat: præcipue quando præceptum est diuinum; quoniam quando illud præceptum est humanum, probabilis est sententia, quòd non tenetur homo vti priuilegio, vt seruet illud: vt si sit cessatio à diuinis in aliqua ciuitate, & concedatur facultas alicui Ecclesie, vt in illa agatur res sacra; tunc probabile est, quòd non tenetur populus audire Missam, quoniam secundum leges cessationis à diuinis sunt excusati, & est priuilegium, quòd celebretur in illa Ecclesia, quo priuilegio dicitur probabiliter, quòd non tenetur vti. Et hæc omnia notat Nugnus *in 3. par. tom. 1. q. 80. art. 4. diffc. 2.*

Notandum est etiam, quòd non est censenda Confessoris inopia ex eo tantum, quòd deest proprius, cui possis deuotius, & vtilius confiteri, contra Syluest. *Eucharist. 3. q. 14.* qui tamen hoc sub dubio asserit, pro quo citat Richardum, qui *in 4. dist. 17 art. 3. quest. 6.* id expressè docet. Ratio autem est: quia reuerentia huic Sacramento debita præualet priuatæ vtilitati, & deuotioni. Neque etiam censenda est Confessoris inopia: quia tantum adest Sacerdos, cui non nisi ex priuilegio confiteri potes: nam reuera in tali casu non deest copia Confessoris, proinde teneris in eo euentu vti priuilegio ad obseruaptiam huius præcepti. Sicut teneris eo vti ad præceptum annuæ Confessionis seruandum. Et ita docet Amicus *in Curs. Theolog. tom. 7. disput. 26. sect. 2. num. 14.* Et circa omnia *s. perius dicta* vnde etiam Auerſam *de Sacram. Eucharist. quest. 8. sect. 6.* & Fagundez *de præcept. Ecclesia, præcept. 3. lib. 3. cap. 9. num. 17. & 18.*

Aliqui

Aliqui etiam ponunt alios casus; sed malè, de quibus sic ait Garcias *in Summ. mor. tract. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 5. num. 47.* [Algunos Autores estienden la doctrina puestas à otros quatro casos. El primero, al Sacerdote pobre, el qual por no priuarse de la limosna de la Missa para passar, dicen que puede celebrar con solo acto de contricion, no auiedo Confessor. El segundo, al Capellan, à quien le obliga su Capellania à celebrar. El tercero, quando ay cuerpo presente, y se ha de dezir Missa *de die obitus*, y no ay otro que la diga. El quarto, quando ay bodas, y se ha de dezir Missa nupcial; però la comun de los Doctores no admite estos casos, sino huuere infamia, ò nota en la omision, porque lo de mas seria abrir la puerta à la relaxacion, y dar ancha mano para dexar de confessarse, y assi si no ay infamia, ò otras circunstancias que escusen precisamente, los casos puestas no bastan.] Ita ille. Itaque non est extendenda licentia celebrandi absque Confessione ad hos casus. Primò, quando pauper Sacerdos habet ius, præter finem boni communis Sacrificij, vt accepta stipe sustentetur ex Missa. Ita ex aliorum opinione docet Henriquez *lib. 8. Euchar. cap. 46. num. 6.* & citat ad marginem, *litera T, Tabienam verb. Missa, §. 31.* & dicit ibi, ita expresse tenere Syluestrum *verb. Eucharistia, 2. §. 7.* Sed ego perattentè legi Syluestrum, & expresse non reperi: nec talem necessitatem probò; quia ius stipis ad sustentationem præcisè sumptum non est causa sufficienter excusans: & alioqui nimia licentia daretur Sacerdotibus ad celebrandum sine Confessione, & idèd meo iudicio censeo, in eo casu nunquam esse excusandum Sacerdotem à graui irreuerentia, & sacrilegij peccato. Secundò, si Sacerdos teneatur ex obligatione capellanix, aut ex ea obligatione, quam quidam Sacerdotes habent, dicendi triginta Missas continuas. Ita docent Syluester, & Henriquez citati. Verùm ex præcisa hac obligatione, nisi aliæ circumstantiæ excusantes occurrant, hunc Sacerdotem non excusabo à graui peccato sacrilegij: quia, vt modo dixi, ius stipis ad sustentationem Sacerdotis non censeri debet necessitas sufficienter excusans, alioqui daretur magna licentia Sacerdotibus Sacrum hoc mysterium contemnendi, & minùs reuerenter tractandi: tunc autem illum excusabo, quando etiam incidet in occasionem generandæ, asciscendæque sibi infamiæ, si non celebrauerit. Addunt aliqui, etiam pro benedictione nuptiali danda sponsis, posse quoque Sacerdotem, si desit copia Confessoris, contritum Missam celebrare; quia obligatio accipiendæ benedictionis, & dandæ, dum petitur, videtur causa factis vrgens, ad excusandam obligationem præcepti diuini præmittendi Confessionem ante Communionem.] Ita Henriquez allegatus. Nam, quanuis ille id referat ex aliorum opinione; tamen id non improbat, neque in textu, neque ad marginem: quare videtur hanc necessitatem approbare: quia illius mos est, statim vel in textu, vel in margine improbare, quæ non approbat: & sic consequenter dicendum est, illum numeratos casus approbare, cum similiter eos non improbet. Verùm ego etiam hanc necessitatem non probò: quia obligatio suscipiendi benedictionem nuptialem, iuxta meliorem opinionem, non obligat nisi sub veniali tantùm; nisi fortè in eo casu conscisceret sibi infamiam non celebrando, maximè præsentibus multis, qui ipsos sponsos sociarent. Et hæc omnia docet Fagundez *ubi supra, n. 8.* licet contra ipsum Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. quest. 32.* teneat, Sacerdotem, qui ex obligatione capellanix, aut eleemosynæ acceptæ teneatur offerre Sacrum, posse deficiente Confessore sine præuia Confessione celebrare.

Sed ego puto non esse recedendum à sententia Fagundez, Garcix, & aliorum.

* * *

An Sacerdos, si non adsit copia Confessarij, possit absque præuia Confessione perficere Missam, in qua, Hostia consecrata, celebrans mortuus est?

R E S O L. X I V.

AD hunc casum respondet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thoma, quest. 80. art. 5. dub. 3. num. 19.* [Si post consecrationem, etiam vnus speciei, celebrans moriatur, vel deficiat, nec adsit alius, qui Sacrificium perficiat, præter Sacerdotem peccatorem; hic potest, & tenetur, etiam non præmissa Confessione, (quam suppono non posse instituire,) Sacramentum perficere, & communicare: nam maior est obligatio Sacrificij perficiendi, quàm præmittendi Confessionem Communioni, & absolutè censetur graue, quòd Sacrificium imperfectum remaneat: vnde necessitas illius complendi abundè sufficit, vt possit aliquis ommissa Confessione communicare.

Aduere tamen, quòd, seposito scandalo, Sacerdos in mortali constitutus posset excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix posset contritionem elicere: nam, quanuis homini non desit diuinum auxilium ad huiusmodi contritionem elicendam; interdum tamen potest ita multis mortalibus implicari, & tam diuturna peccandi consuetudine, vt sit illi difficillimum, & moraliter impossibile, perfectam contritionem elicere: quo casu, cum non offerat imperfectum Sacrificium, sed ab alio inchoatum relinquat imperfectum, ad quod perficiendum non tenetur, si non possit cum dispositione necessariè requisita, videtur, quòd non teneatur Sacrificium ab alio inchoatum perficere, si, moraliter loquendo, vix possit adferre congruam dispositionem; sed, quòd possit relinquere imperfectum, circa quam imperfectiorem solùm permissiue se habet.] Hæc omnia Præpositus, qui citat Sotum, & Toletum.

An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, vt absolueretur à reseruatis, possit sine præuia Confessione Eucharistiam sumere?

R E S O L. X V.

Respondeo affirmatiue: quia in tali casu censendus est non habere copiam Confessarij. Et idèd Præpositus *in 3. part. qu. 80. art. 5. dub. 3. num. 19.* rectè notat, non esse præmittendam Confessionem ante Communionem, si in Religione Sacerdos non possit sine nota certis diebus omittere Sacri celebrationem, quin ingeneretur suspicio grauioris alicuius peccati. Idem dicendum de Communionem respectu non Sacerdotum, vt si in Religione non Sacerdotes debeant ex præcepto, vel consuetudine certis diebus communicare, nec possit omitti Communio sine graui nota: in quo casu (quia frequenter accidit, vt quis huiusmodi periculum prætexat) diligenter aduertendum, num verè periculum grauioris notæ subsit, & non tantùm fingatur: neque enim statim licet communicare sine præuia Confessione, ed quòd aliquis habebitur minùs deuotus, si non communicet, quod in genere Confratres fortè mirabuntur: opus est etiã, vt nota, & infamia, quæ timetur, nõ possit alia probabili via auerti. Vnde nostrã sententiam in terminis docet Pater Tamburinius *in Methodo expeditæ Communionis, c. 1. §. 6. n. 18.* qui postèd *n. 28.* negat, posse talem Religiosum ante Communionem absolutionem obtinere à Confessario, qui petit, & non obtinuit licentiam à Superiore; sic enim asserit: [Petes, si Religiosus non obtinet à Superiore per pium Confessarium licentiam, vt absolueretur à casu, vel excommunicatione reseruata, potèstne (si inleat infamia, ni communicet) confiteri, & absolui directè

rectè à prædicto pio Confessario, vel alio inferiori. Respondeo, posse. Inclinat Fagundez, ex præsumpta licentia Generalis, vel Papæ. Mihi id difficile videtur: quia rationes, quas affert, quasque latè discutere non est nostri instituti, non sunt tanti ponderis, ut vincant illam efficacissimam, nempe, quòd talis inferior actu caret iurisdictione in illa reseruata. Et dum Generalis, vel Papa ratam semper habent talem reseruacionem; non videntur præsumi, eam velle tollere independentè à Superiore, cui reseruauerunt: & propterea fortasse in sequenti editione deleta fuit illa doctrina Fagundez. Ille igitur Religiosus in eo casu, vel se conterat, & communicet; vel, iuxta sententias supra allatas, confiteatur, ita ut directè absoluator à non reseruatis, & indirectè à reseruatis, semper cum onere subdendi Clauibus nondum directè absoluta.] Ita Tamburinius.

Sed sententiam Fagundez, olim impressam, tenet nouissimè contra Tamburinium ex eadem Societate, amicissimus Pater Pellizzarius, qui, me citato, sic ait in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. subsect. 2. num. 59.* [An, quando Prælati Regularis Monasterij pio, ac religioso Confessario negat facultatem absoluendi à reseruatis aliquem ex Religiosis subditis; hoc ipso is possit absolui ex tacita concessione licentiæ Prælati superioris, v. g. Prouincialis, Generalis, aut Papæ? Respondeo, posse, si instet necessitas communicandi, aut celebrandi, & alioqui incurratur periculum infamiæ, nisi subditus communicet, aut celebret. Ita Fagundez *Præcept. 3. Eccles. lib. 3. c. 9. n. 17.* cum Henriquez *lib. 6. cap. 13. num. 6.* & Rodriquez *tom. 1. Summ. cap. 55. num. 11.* contra S. Thom. in *4. dist. 17. qu. 3. art. 3. questiu. 4. ad 5.* Sotum, Marsilium, Caietanum, & alios, quorum opinionem docet Fagundez esse communioem, & probabiliorem. Ratio nostra est: quia hinc timeri non potest, quòd Prælati superior nolit postea dare talem facultatem, aut id ratum non habeat; cum nostra opinio fundetur, non in ratihibitione de futuro, (quæ non sufficit ad conferendam iurisdictionem,) sed in tacita concessione de præsentì: quomodo Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 40. num. 7.* cum multis docet, posse Episcopum ex tacita voluntate Papæ dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium, si res vrgeat, & adsit magna necessitas, siue ob inopiam contrahentium, siue ob periculum animarum imminens ex mora, siue ad vitandum scandalum: cum tamen votum simplex castitatis non sit minùs reseruatum, quàm quodlibet peccatum reseruatum in Religione.

Accedit, quòd Sacra Congregatio Cardinalium, inno-uando Constitutionem Clementis VIII. factam supet Regularium reformatione, de consensu Urbani VIII. statuit (ut habetur in Bullario *tom. 4. Bulla Urban. VIII. in ordine 26.* in Decreto super Casuum reseruati.) quòd si Superior Regularis neget Confessario Monasterij facultatem absoluendi Religiosum pœnitentem ab aliquo casu reseruato in Religione, adhuc possit eum absolue pro illa vice. Ita Diana *part. 3. tract. 2. resol. 126.* vbi quærens, an ly, pro illa vice, intelligatur pro vna vice tantum; an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & denegatur à Superiore; valdè inclinatur, quòd intelligatur posteriori modo, videlicet pro toties, quoties: etenim in dicto indulto nulla additur dictio taxatiua, (qualis adhiberi solet in Bullis Iubilei, in quibus dicitur, *pro hac vice tantum.*) Ideoque, cum probabile sit, in dictis Bullis non restringi fauores Iubilei ad vnicam vicem, non obstante ea dictio-ne taxatiua, quæ in illis apponitur, (ut videre est penes Dianam *part. 3. tract. 4. resol. 151.* pro hac sententia citantem Henriquez, Reginald. Ferdinand. Nald, Zanard. & Alphons. de Leone,) à fortiori probabile erit, concessio-nem factam in præfato indulto Sacræ Congregationis non arctari ad vnicam vicem; stante, quòd in eo non apponitur vlla dictio taxatiua, ut iam diximus. Cum Diana sentiant Alphonsus de Leone *tract. 2. recollect. 5. num. 178.*

Bordonus *resol. 39. num. 50.* putans, id procedere etiam in casu, quo pœnitens petat facultatem, aliisque docti viri è Societate à me consulti: & meritò, cum talis expositio conformior sit menti Sacræ Congregationis tale indultum concedentis: in quo fortè non dissentit Lezana *tom. 3. Summa, verb. Casus reseruati, num. 23.* Adde, quòd cum supra dictum indultum loquatur absolutè, videtur locum habere etiam in casu, quo Religiosus petens absolui à reseruatis, nullum incurrat infamiæ periculum, nullamque habet necessitatem communicandi, aut celebrandi: siquidem lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi; præsertim si sit fauorabilis, & cedat in bonum spirituale animarum: qua de re consulantur dicta in *tract. de prohibis. cap. 1. quest. 31. §. Nec obstat.*

Dices, explicato tam amplè supradictò Sacræ Congregationis indulto, sequitur, in Religionibus valdè eneuari reseruacionem casuum, cum sic semper facillimè obtineri possit absolutio, & quidem per ordinarios Monasterij Confessarios: quod videtur esse contra finem intentum in reseruacione casuum. Respondeo, negando inde sequi tale inconueniens: siquidem, ut colligitur ex Naldo *verb. Religiosus, n. 43.* Clemens VIII. qui primò concessit dictum indultum, præcipit etiam, ut Superiores deputent in singulis Domibus, duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, iisque sint docti, prudentes, ac charitate præditi, quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit. Vnde infero, quòd cum ex vna parte præfatum indultum Religioso pœnitenti reseruatis itretito non suffragetur, nisi quando prudens Confessarius iudicauerit expedire, ut Superior concedat facultatem illum absoluendi, ex alia parte vix contingere possit, ut Confessarius prudenter iudicet, illud expedire in casu inconuenientis *superius* allegati; consequenter patet, inde non posse sequi illud inconueniens; quòd contra nos afferebatur.] Et hæc omnia docet Pellizzarius *vbi supra*, quæ ex dignis rationibus hinc per extensum apponere volui. Sed certum est, ut diximus, elicito actu contritionis, posse talem Religiosum ad vitandam infamiam, & scandalum sine præuia Confessione, vel celebrare, si est Sacerdos, vel Eucharistiam sumere, si est Clericus, aut laicus.

An, si quis sit in periculo vitæ, possit sumere Eucharistiam absque præuia Confessione?

RESOL. XVI.

Respondeo affirmatiuè cum Leandro *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 22.* Lessio in *3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. n. 8.* & aliis communiter. Vnde, me citato, sic asserit Garcias in *Summa, tract. 3. diff. 5. dub. 1. pñnt. 5. num. 35.* [Hablando pues de la necesidad urgente. El primero caso es, el artículo de muerte, quando insta el precepto diuino de comulgar: sabe, y ve en vn Sacerdote, que se està muriendo, ò por auer tomado veneno, ò por algun accidente natural, ò violento, no ay presente Confessor alguno, pideffe, que si podrá ir al Sagrario, y comulgarse, aunque este en pecado mortal, con solo acto de contricion, ò si està parà poder dezir Missa, si podrá hazerlo sin confessarse, con sola contricion; ò finalmente aunque està sano, si podrá dezir Missa sin confessarse, por consagrar vna forma para vn enfermo, que se muere, y no ay reseruada en el Sagrario. Respondeo con las comun de los Doctores, que puede en todos los casos refridos, y muchos Autores, y entre ellos Vasquez estienden esto al Diacono, y aun al secular: de suerre, que en este caso vn Diacono puede comulgar vn secular, sin que preceda Confession en el, y à fortiori podrá el mismo Diacono, como queda dicho del Sacerdote, y Suarez, Coninch, Filucio,

lucio, y Layman, à quienes refiere, y sigue Diana *par. 3. tract. 4. resol. 47.* afirman, que en este caso podrá vn secular comulgarse à sí mismo, si no ay Sacerdote, que le confesse, y comulgue: y aun Layman, Coninch, Valencia, y Diana dicen, que podrá en este caso vn secular dar la Comunión à otro secular à imitación de la Reyna de Escocia, quando la hizo martirizar Isabella, y no disiente dello nouissimè Tamburinius *in 2. edit. tom. 2. disput. 2. quest. 2. num. 4.* La razon dellos es, porque todo esto no repugna al drecho natural, diuino, ò ecclesiastico, ni ay ley que lo prohiba, porque el cap. *Peruenit. de consecr. d. 2.* donde se prohibe à los seculares, y à las mugeres administrar este Sacramento, habla en caso fuera de necesidad, y no quando esta iusta. Ni obsta contra esto la costumbre en contrario: lo vno, porque por lo menos en España à penas ay cortijo, donde no aya Sacerdote, y assi esto es de raro contingentibus, y no es mucho no se vse: lo otro, que muchas cosas se dexan de hazer, no porque no puedan hazerse licitamente, sino per euitar admiracion, y nouedad. La razon de todo lo dicho es, porque en este caso de muerte, recibesse la Comunión por modo de Viatico, para lo qual no es necessario estar ayuno, por otra parte iusta el precepto diuino, y no ay ocasion de confessar; luego concurren ya todas las condiciones, que pide el Concilio Tridentino, luego bien puede vno celebrar, ò comulgar, sin que preceda Confession, aunque este en pecado mortal con solo, que haga acto de contricion.] Ita ille.

Hinc Serra *in 3. part. quest. 80. art. 4.* docet, quòd, quando quis morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi fortè, qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus, aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac pœnitentem sine interprete intelligere; tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cuius habet conscientiam.

An Sacerdos, ad dandum Viaticum moribundo, possit celebrare absque præuia Confessione?

RESOL. XVII.

Negatiuè respondet Ochagauia *de Sacrament. Euchar. tract. 2. quest. 9. num. 5.* vbi sic ait: [Non tamen probabilem iudico sententiam Henriquez *in Summa, tom. 2. lib. 8. de Eucharist. cap. 47.* asserentis, debere Sacerdotem sine præmissa Confessione suorum mortalium celebrare, cum ægrotus constitutus est in articulo mortis, & teneretur Sacram. Communionem recipere; quia tunc non currit præceptum Communionis, cum non sit copia Sacramenti; quia Sacerdos nequit celebrare nisi debito modo, vt non posset Sacerdos ob eam causam sine vestibus sacris celebrare.] Ita ille.

Sed sententia Henriquez non solum est probabilis, sed tenenda. Et idè assero cum Fagundez *Præcept. 3. lib. 3. c. 9. num. 4.* ex Suarez, quòd si necessitas proximi in articulo mortis urgeat, ita vt necessarium sit Sacrum facere, & hostiam consecrare ad illum communicandum, & non detur copia Confessarij: rectè poterit Sacerdos habens conscientiam peccati mortalis, habita contritione, celebrare: quia illa necessitas proximi in eo casu, vt propria reputanda est, iuxta illud: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Et ratio est: quia iam tunc dantur prædictæ duæ condiciones requisitæ ad celebrandum, & communicandum absque Confessione, nempe, necessitas vrgens, & defectus copiarum Confessarij: & parum refert, quòd illa necessitas non sit propria, sed proximi, cum pro propria habenda sit. Ex his à fortiori inferitur, quòd si Sacerdos hausto inscienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare; poterit quidem

huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione, Missam celebrare absque Confessione, vt seipsum communicare possit in eo mortis periculo: imò nec solum ieiunus; sed etiam post cibum, & non ieiunus in eo casu vt seipsum communicaret, celebrare potest. Et ratio est: quia tunc communicat per modum Viatici; quo casu permittitur Communio non ieiunus; & quia non datur copia Confessarij, & aliunde vrget Præceptum diuinum communicandi in articulo, & periculo mortis; atque adèd concurrunt prædictæ duæ circumstantiæ requisitæ, vrgens necessitas, & defectus copiarum Confessarij.

Nec obstat dicere in fauorem Ochagauia, quòd prohibitio celebrandi sine vestibus est de iure positiuo; prohibitio autem celebrandi absque præuia Confessione est de iure diuino. Ergo, si ad dandum Viaticum moribundo, non est licitum celebrare absque vestibus sacris; à fortiori non erit licitum celebrare sine præuia Confessione. Respondeo, quòd irreuerentia celebrando sine vestibus sacris non potest in nostro casu aliunde compensari; irreuerentia verò celebrando sine præuia Confessione potest compensari, aliunde, nempe, per contritionem. Ergo est dispar ratio inter vtrunque casum. Vnde apparet, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine præuia peccatorum Confessione. Vide alias rationes penes Cardinalem Lugo *de Sacram. Eucharist. disp. 14. sect. 5. n. 108. & seq.* Et ita nostram sententiam affirmatiuam contra Ochagauiam tenet etiam Adamus Tannerus *tom. 4. disp. 5. q. 8. dub. 2. n. 36.*

An, si quis tempore Paschatis non habeat copiam Confessarij, possit celebrare, vel communicare, non præmissa mortalium Confessione?

RESOL. XVIII.

Negatiuam sententiam docet Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 66. sect. 4.* & Magister Serra *in 3. p. D. Thoma quest. 80. art. 4.* vbi sic ait: Nonnulli recentiores in hoc secundo casu necessarium esse dicunt scandalum; in primo tamen non requiri, sed sufficere necessitatem præcepti Communionis, quia, quanuis sit iuris humani, & præceptum de præmittenda Confessione iuris diuini, potest, vt illud, impleatur, mulier prædicta communicare non præmissa Confessione: sicut & vt quis impleat præceptum ecclesiasticum de Confessione annua, potest confiteri non integrè, si nullus sit Sacerdos, cui possit integrè confiteri, quanuis integritas Confessionis sit præcepti diuini. Sed ego nullam, quantum ad hoc, video differentiam inter primum, & secundum casum. Vnde Magister Soto *in 4. distinct. 12. quest. 1. art. 4.* & alij dicunt, in vtroque casu consulendam esse rationem scandali, & non sufficere necessitatem præcepti ecclesiastici; quia quando concurrunt duo præcepta, alterum ecclesiasticum, & alterum diuinum, non compatible, diuinum est seruandum, & excusatur homo à præcepto ecclesiastico: quapropter nec in casu pro exemplo adducto, si nullum ellet scandalum in omissione præcepti annuæ confessionis, posset homo confiteri non integrè; sed Confessionem differre deberet, quousque esset Sacerdos, cui integrè confiteri posset.] Hæc ille, cui adde, præter citatos, Pitigianum *dist. 9. quest. 1. art. 12. D. Antoninum part. 3. tit. 13. cap. 6. §. 7.* Nugnum *in 3. part. quest. 8. art. 4.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscientia. par. 1. de Euchar. quest. 5. dub. 1. concl. 2.* Adamum Tannerum *tom. 4. disput. 5. quest. 8. dub. 2. num. 41.* & alios penes ipsos.

Sed ego magis affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Toletio *lib. 2. cap. 25.* vbi dicit, in necessitate implendi Præceptum Ecclesiæ, & defectu copiarum Confessarij, posse quenquam accedere ad mensam contritum cum voto Confessionis

Confessionis faciendæ habita occasione. Idem docet Leandrus de Sacram. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 27. Fagundez Præcept. 3. lib. 3. c. 9. num. 15. & me citato, Auerſa de Sacram. Euchar. q. 8. ſect. 6. Lugo diſp. 4. num. 116. & Coninch in 3. part. quaſt. 80. artic. 4. dub. 2. num. 17. ubi ſic aſſerit: Melius tamen credo facturum, qui in Paſchate celebraret concepta contritione. Tum, quia hoc Præceptum maioris eſt momenti, & rariùs datur iſta occaſio ſine Confessione celebrandi, ac durum videtur talem hominem tunc temporis arcere à Communionem, quam omnes fideles percipiunt: maximè cum probabile ſit, hoc Præceptum de præmittenda Confessione tantum eſſe iuris humani. Confirmatur: quia, vt impleam Præceptum de Confessione annua, poſſum confiteri non integrè, ſi nullus ſit Sacerdos, cui poſſim integrè confiteri; cum tamen integritas Confessionis ſit Præcepti diuini. Ergo ſimiliter poterò communicare non promiſſa Confessione, vt impleam Præceptum de annua Communionem, cum hoc non ſit minoris momenti, quàm illud.] Ita Coninch; & ita hanc ſententiam non audent improbare Doctores contrarij, vt Tannerus, & alij ubi ſuprà citati. Si tamen aliquis in Paſchate non habens copiam Confessarij nollet communicare, adhærendo ſententiæ negatiuæ, quòd in tali caſu non liceat, ego illum non damnarem, cum ſequeretur ſententiam ſatis probabilem, quam tenent viri doctiſſimi. Itaque, ſi caſus occurrat, poteſt quis vel non communicare, vel ſi vult, communicet; præmiſſa tamen contritione de peccatis commiſſis.

*An in caſibus, in quibus licitum eſt ſumere Eucharisti-
am ante Confessionem, opus ſit elicere
actum contritionis?*

RESOL. XIX.

NON defuerunt aliqui Theologi recentiores, qui docuerunt, ſufficere in eo caſu attritionem, etiam ſi cognita ſit: quia exiſtimatio contritionis per ſe nihil confert vel ad effectum Sacramenti, vel ad dignam diſpoſitionem; ſed ſolum poteſt excuſare à peccato, ſeu transgreſſione Præcepti de habenda contritione, ſi illud eſſet impoſitum: hinc autem nullum inuenitur tale Præceptum, & idèd non eſt neceſſaria illa exiſtimatio contritionis, vt dignè accedat is, qui attritionem habet. Ad quam ſententiam addunt, Sacramentum hoc per ſe inſtitutum eſſe ad dandam gratiam primam, & conſequenter ad remittendum mortale peccatum; tamen cum quodam ordine ad Confessionem, quæ ſi fieri poteſt, antecedere debet: quando ergo id fieri non poteſt, imitari poteſt hoc Sacramentum cætera, quæ per ſe inſtituta ſunt ad dandam gratiam primam: ſi ergo illa dignè recipiuntur cum attritione cognita; ita & hoc Sacramentum in prædicto caſu. Deinde, licet Confessio præcipiatur ante Communionem, vt homo accedat ad hoc Sacramentum iam iuſtificatus; tamen hic eſt ſinis, non materia Præcepti; ergo, cum in præſenti non poſſit fieri Confessio, quæ eſt materia Præcepti huius ex vi illius non obligatur homo, vt per contritionem priùs iuſtificetur, quàm ad hoc Sacramentum accedat; ergo nullo iure obligatur.

His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, eum, qui habet conſcientiam peccati mortalis, & confiteri non poteſt, teneri ad habendam priùs contritionem, quàm ad hoc Sacramentum accedat. Atque adèd nunquam dignè accedere, niſi probabiliter, & incolpabiliter exiſtimet, ſibi eſſe peccatum per contritionem remiſſum. Hæc aſſeritio tam certa eſt, vt contraria, nec probabilis ſit, nec ſine temeritate defendi poſſe videatur. Et in hoc conueniunt omnes Doctores: nam Caietanus, & qui cum eo negant neceſſitatem Confessionis, vt certum ſupponunt neceſſitatem contritionis; & quia hæc ſatis eſt, vt homo conſtituatur in gratia, colligunt,

Confessionem non eſſe neceſſariam. Eodem modo opinantur, qui Præceptum Confessionis præmittendæ admittunt, eccleſiaſticum tamen, non diuinum; vt videre eſt in Medina, & Corduba de Confess. quaſt. 17. alij verò, qui Præceptum diuinum Confessionis agnoſcunt, à fortiori docent eſſe neceſſarium accedere ſine conſcientia peccati mortalis, quòd apertè docet D. Thomas. Qui autem ſolam attritionem habet cognitam, cum conſcientia peccati mortalis accedit, quia conſcientia non dicit affectum, ſed ſcientiam talis ſtatus? ille autem, qui ſic eſt diſpoſitus, ſcit ſe adhuc eſſe in peccato mortali. Ergo, &c. Et hæc omnia docet Suarez in 3. part. tom. 3. diſputat. 66. ſect. 5. & alij, quos citat, & ſequitur Garcias in Summa, tract. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 6. num. 73.

Itaque aſſero, quibus caſibus poteſt aliquis communicare ſine præuia Confessione, eum debere conari ad contritionem eliciendam. Notandum tamen cum Præſuppoſito in 3. part. quaſt. 80. artic. 3. dub. 3. num. 15. quòd, ſi talis bona fide putet ſe contritum, poteſt hoc Sacramentum ſumere, neque peccaturum, ſi ſubdubiter, nam forte ſufficientem habeat contritionem: nam morale iudicium, quòd de noſtris actibus formare poſſumus, non neceſſariò excludit omnes motus dubitationis.

Nota verò, quòd poſt hæc ſcripta inueni Zanardum in direct. Theolog. part. 3. de Sacrament. Eucharist. cap. 7. ſic aſſerere: [Secundò conſidero, quòd dum Sacerdos ducitur neceſſitate ad communicandum ſine Confessione, tunc debet conteri, quantum ſibi poſſibile eſt, pro illo tempore, & dolere, quòd confiteri non poſſit: quia aliter non ſuppleret. Sed hæc contritio, etſi optima ſit, & tutius ſit, vt celebraturus contritus accedat, & non tantum attritus; tamen videtur mihi ſuſtentabile, vt cum ſola attritione cognita, (intenſiua tamen,) quæ dicitur contritio appetitiua, poſſit accedere, his concurrentibus: Primò, vt pro ipſo non ſter, quòd doleat de peccato, quantum poteſt pro illo tunc. Secundò, quòd iudicet, ſe cum Sacramento non eſſe in ſtatu peccati mortalis: quia, quanuis Communionem non ſumpſerit, tamen ad eam continuò tendit, vnde iudicat ſe in ſtatu gratiæ de prepinquo, imò in inſtanti Communionis, quando debet eſſe in gratia, quòd tunc eam obtinebit: nam ſic eſt in vltima diſpoſitione ad eam: vltima autem diſpoſitio ad formam, ſecundum naturales, eſt eiſdem ordinis cum forma; & ſecundum morales, quòd parum diſtat, nihil diſtare videtur.] Ita ille, an probabiliter iudicent alij.

Non deſeram hic etiam apponere id, quòd quaerit Garcias ubi ſuprà, num. 78. ubi ſic ait: [Quando, è en quel punto tendrà obligacion vno de hazer acto de contricion? Pongo exemplo: acuerdassele à vno eſtando diziendo los Kyries, que ha dexado en la proxima Confession vn peccado mortal de confesar, è que le ha comedido y no ſe ha confesado, por no acordasse, ſi deue luego hazer acto de contricion, è ſi baxará antes de conſagrar. y ſumir? Y reſponde, que baxará que lo haga en el Memento primero: y ſi ſe acuerda del inmediatamente despues de la conſagracion, que baxará le haga quando dize: *Domine, non ſum dignus*, &c. porque el eſtado de gracia ſolo ſe requiere para conſagrar, y comulgar, y no para hazer las demas ceremonias de la Miſſa; luego baxará, que ſe haga para eſtas occaſiones. Verdad es, que la ſantidad de toda aquella accion de la Miſſa pide, que procure el Sacerdote lo mas preſto que padiere hazerlo, mayormente auiendo comodidad.] Ita ille, & ante illum Eminentiffimus Lugo de Sacrament. Euchar. diſp. 14. ſect. 6. num. 134.

Itaque, ſi quaeras, quando actus contritionis elici debet, cum deest copia Confessarij, & adest vrgens neceſſitas? Reſpondeo, ante inchoationem Miſſæ: non enim eſt decens inchoare illud Sacrificium, niſi in gratia. Aliqui non damnant de mortali, ſi actus contritionis eliciatur aute conſecrationem

crationem : quia non desunt Doctores asserentes, Confessionem non peccare mortaliter, si incipiat audire Confessionem in peccato mortali, dummodo ante absolutionem conteratur.

Sed, quid, si Sacerdos recordetur de peccato mortali post consecrationem? Respondeo, quod deberet elicere actum contritionis in Memento Mortuorum. In rigore tamen aliqui asserunt sufficere ante sumptionem, dum dicit: *Agnus Dei, &c.* vel, *Domine non sum dignus, &c.* Vide circa supradicta Auerfam *de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 7.*

Nec obstat dicere, quod sic faciendo, tangeret Corpus Christi in peccato mortali, dum benedicit cum Hostia, vel illam frangit, &c. Respondeo enim cum Hurtado *de Sacram. disp. 9. difficul. 1.* tangere corpus Christi in peccato mortali non esse peccatum mortale. Quod probatur à fortiori : quia ex opinione probabilissima, quam ego cum Vasquez, & aliis olim docui, ministrans corpus Christi in peccato mortali non peccat moraliter. Ergo à fortiori in casu, de quo loquimur.

Et tandem quæro, an dari possit casus, in quo quis possit communicare cum conscientia peccati mortalis? Et respondit affirmatiuè Cutillus *in addit. ad Mancin. pract. 8. dub. 24.* vbi sic ait : [Si quis mox Eucharistiam sumpturus, in circulo de aliquo mortali recordetur, & absque infamiae nota, pura sui peccati suspitione, nullo modo Confessionem præmittere, nec vllam tergiuersationem inuenire valeat, aduertatque se non esse contritum, nec posse pro tunc conteri, an citra mortale communicare possit? Respondeo, quod præterquam quod, se non esse contritum certò cognoscere posse non puto; tamen dato, quod ita sit, id absque vllò peccato fieri potest : nam, quando concurrunt duo præcepta eiusdem rationis, illud seruandum, quo seruato, minora incommoda sequuntur, ac seruato altero; de duobus enim malis minus eligendum, c. *Duo mala 13. cap. Xerni. 13. Arist. 2. Ethic. c. 9.* quare, quanuis sit de iure diuino euitare irreuerentiam Sacramenti, illudque in mortali nequaquam recipere, cum sancta sanctè tractanda sint; & de iure etiam diuino sit euitare scandalum proximi, ex illo *Matth. 18.* nimirum, astantium, qui temerè aliquid de illo, qui à circulo discederet, suspicari possent: tamen minora mala ex talis scandali deuotione sequerentur, quàm cum peccato communicare: quia in primo casu plura proximi peccata vitarentur; in secundo verò non nisi vnum, quod profectò, neque esset peccatum, nisi materialiter tantum : nam, cum assumeretur, tanquam medium ad assequendum aliquod bonum, nimirum, ad euitandum maius malum, & media specificentur à fine, ipsum esset etiam bonum, & materialiter tantum malum, vt eleganter suo more asserit Sanchez *in Sum. lib. 1. c. 10. n. 16. sine,* cum Vasquez, Metina, Azorio, &c. Idque euidenti paritate patet: nam idem peccatum est, & eiusdem speciei, Sacramenta subiecto incapaci, & indigno exhibere, quàm subiectum incapax illa recipere; cum in vtroque casu sancta non sanctè tractentur : ergo, sicut Sacerdos ad scandalum vitandum, existenti in peccato mortali, & Eucharistiam publicè petenti, illam ex communi Doctorum sententia citra mortale exhibere potest; ita etiam existens in peccato mortali, ad euitandum scandalum, illam etiam citra mortale recipere poterit.] Hucusque Cutill. Quem casum in Sacerdote celebrante admittit etiam Vasqu. & Hurtad. quos ego adduxi *in 3. part. 4. tr. 4. resol. 98.* quorum sententiam probabilem existimat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, teste Pellizzario *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 2. n. 103.* sed contra Vasquez insurgit Ochagauia à me, vbi supra, citatus, & nouissimè Antonius de Escobar *in Theol. mor. tract. 7. Exam. 7. c. 5. num. 62.* quia in casibus supradictis, tam laicus, quàm Sacerdos, potest elicere votum contritionis, cum Deus semper sit paratus auxilium præbere. Vide Suar. *in 3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 1.*

An sit sufficiens sola admiratio, vt Sacerdos possit absque prauia Confessione celebrare?

RESOL. XX.

Negatiuè ex Coninch, & Suarez respondet Trullench *de Sacram. lib. 3. c. 6. dub. 4. n. 14.* vbi sic ait : [Nota, ea, quæ diximus, militare, quando sequitur scandalum, intelligi de scandalo propriè accepto, & in rei veritate; non verò si tantummodò sequatur quædam admiratio absque scandalo, & infamiae periculo. Tunc enim dicitur sequi scandalum, quando datur occasio detrahendi, vel temerè iudicandi, vel proximum infamandi, &c. non verò quando solum datur occasio admirationis, quod est diligenter aduertendum : nam aliqui accipiunt admirationem pro scandalo.]

Sed non deseram hinc apponere verba Garciae *in Summ. tr. 3. diffic. 5. dub. 1. punct. 5. n. 39.* ita asserentis : [Porque todo la dificultad deste caso consiste en aueriguar, quando ay infamia, y nota, serà bien que los espliguemos mas. Aduerto pues para su inteligencia, que vna cosa es escandalo, otra es admiracion. Suarez, Bonacina, y Coninch dizen, que la admiracion no basta para escusar de confessarse; però à Cordoua, Syluestro, Machado, y Fagundez no les agrada esta opinion, y con razon : porque aunque muchas vezes se admira el vulgo de cosas leues; però en estas materias de ordinario se junta con la admiracion la nota, y escandalo, viendo que este no celebra, ò aquel no comulga, si bien menos nota ay en los seculares para comulgar, que en los Sacerdotes para celebrar; però lo cierto es, que de la admiracion toman ocasion de hazer juyzios, y de hablar contra el Parocho, ò Sacerdote, y infamar algunos proximos, y assi de ordinario à la admiracion va anexa la infamia, y escandalo. Digasse lo que quisiere Lugo *disp. 14. sect. 5. n. 118.* y pues siempre que se teme nota, ò infamia, prudentemente concuerdan los Doctores, que escusa el Precepto de la prauia Confession : venimos à concludir, que por lo ordinario para escusar es suficiente la admiracion; y finalmente Suarez lo viene a conceder a la postre. Ni vale lo, que dize Coninch, que no basta la admiracion, si de ay no se sigue alguna mala sospecha; porque supone vn imposible, moralmente hablando, y mas en lugares cortos, donde estas cosas son mas contingentes, y se sabe cada vno, como viene. Però en esto no se puede dar regla general, sino que se ha de quedar à arbitrio de buen varon. Esta dotrina estiende Iuan Sanchez *disp. 32. n. 2. & 6.* aun à caso que justamente huuiesse negado, ò creyesse, que le auia de negar el Confessor la absolucion al penitente, ò por no querer dexar la concubina, ò por otro titulo, como se le figa infamia de no comulgar, y se halle con contricion prouablemente. Vease este Autor.] Hæc omnia Garciae.

Nota etiam Granadum *in 3. par. contr. 6. tract. 10. disp. 7. n. 13.* ex Syluestro, Armilla, & aliis viris doctis, nomine scandali in materia, de qua loquimur, docere, comprehendit etiam admirationem populi: hanc etiam sententiam tenet apertè Machadus *de perfect. Conf. tom. 1. lib. 2. pars. 4. tr. 8. docum. 3. n. 4.* Sed tu cogita : nam video Doctores communiter sentire contrarium.

An Præceptum confitendi quam primùm, si quis sumptur sit Eucharistiam sine prauia Confessione in casibus superius explicatis, vt habetur in Consilio sess. 13. cap. 7. sit diuinum ecclesiasticum?

RESOL. XXI.

Notandum, quosdam existimare hoc Præceptum esse iuris diuini, & ortiri ex obligatione illa præmittendi

di Confessionem ante Communionem: hanc enim obligationem debere statim potest impleri, si ante Communionem impleta non fuerit. Sed hæc sententia vera non est: nam Præcepta affirmatiua non obligant nisi certis occasionibus, quæ statim ac præterierit, cessat obligatio eorum, siue impleta fuerint, siue non: e.g. teneris dare elemosynam in grani, vel extrema necessitate proximi, cessante illa necessitate non amplius teneris, siue impleueris Præceptum, siue non impleueris. Eodem modo teneris confiteri peccatum mortiferum, quando est communicandum, vel celebrandum: cum autem illud tempus præterierit, cessat obligatio confitendi: quia tota ratio obligans cessat. Dicendum ergo est, hoc Præceptum esse mere humanum introductum à Concilio Tridentino. Vnde dicendum est intra limites iuris naturæ, vel diuini, neminem, qui conscius peccati mortalis communicauit absque præuia Confessione celebrando, vel non celebrando, teneri postmodum prima data opportunitate confiteri, siue peccauerit, siue non: quia dispositio ad aliquid requisita non est iure naturæ postmodum ponenda, si prius non fuerit posita: neque villo solido fundamento dici potest, quod diuino Præcepto, quo tenemur Confessionem Communioni præmittere, ne indignè communicemus, teneamur confiteri, si forte non præmiserimus. Restat ergo, vt obligatio sit Præcepti ecclesiastici. Et hæc docet Lessius in 3. part. quest. 80. artic. 4. dub. 2. num. 20. Mercerus de Sacrament. quest. 80. artic. 4. dub. 3: & Præpositus etiam in 3. part. quest. 80. artic. 5. dub. 4. num. 20. Nugnus de Sacrament. quest. 80. art. 4. difficul. 4. concl. 1. & alij.

Notandum hic obiter, quod qui non confiteretur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacto tali periculo, non tenetur statim confiteri; & similiter, qui ministrat Sacramenta in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio, non tenetur statim conteri, vel confiteri. Quia Præceptum Confessionis in articulo mortis obligat tempore illius periculi; & similiter Præceptum de contritione pro administratione Sacramentorum ligat, & obligat Ministrum, vt dignè, & sanctè exerceat tale ministerium: ergo illa occasione transacta, non obligat statim ad conterendum. Ita Candidus tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 54. ex Nugno ubi supra.

Itaque, ne Sacerdotes sibi fingerent necessitatem celebrandi Confessione non præmissa, statuit Concilium dicta sess. 13. c. 7. in fine, Sacerdotem conscius peccati mortalis, qui ob necessitatem urgentem non præmissa Confessione celebrauit, obligatum esse quamprimum possit confiteri.

An Præceptum confitendi quamprimum obliget sub mortali?

RESOL. XXII.

PRO negatiua sententia olim adduxi Villalobos, & Ledesnam, quos post me citat, & sequitur nouissimè Tamburinius in *Methodo expedita Communionis*, c. 1. §. 6. n. 49. & seqq. qui variis rationibus conatur hanc sententiam firmare, & nominatim contra Cardinalem de Lugo responderet ad eius argumenta. Poterat etiam in sui fauorem adducere Machadum de *Prac. Confess.* tom. 1. lib. 2. par. 4. tr. 8. docum. 3. n. 7. in fine; qui tamen malè citat pro hac sententia Suarez, & Reginaldum.

Sed non est recedendum à sententia affirmatiua dicti Cardinalis de Lugo, & omnium Theologorum Societatis, dempto vno Tamburinio, quos hic ad fatietatem possem adducere. Vnde, miror, quod reliquerit tam fortissimos suos Comilitones, vt paucis exteris militibus se adscriberet, inter quos est Ledesma Dominicanus, quem tamen omnes Doctores Dominicani reliquerant, vt Nugnus de *Sacram.* tom. 2. q. 80. art. 4. difficul. 4. Reuerendiss. Candidus Antonini Diana, Pats I X.

tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 45. & alij. Dicendum est itaque, verda Concilij continere Præceptum sub onere peccati mortalis: quia, vt optimè obseruat Ioan. Præpositus eiusdem Societatis in 3. par. q. 80. art. 4. dub. 4. num. 22. quauis Concilium solùm dicat, *confiteatur*, quod ex se non sufficienter indicat Præceptum obligans sub mortali; communis tamen sensus Doctorum, qui est optimus legis interpret, illud Decretum intelligit sub mortali obligare. Et idè, quauis in Concilio non sit verbum præcipiendi, neque æquiualens; id tamen non semper est necessarium, sed aliquando sufficit verbum modi Imperatiui, præsertim quando ab initio sic fuit intellectum; sicut verè fuit verbum istud, vt optimè obseruat Hurtadus de *Sacr. Euchar.* disp. 9. diffic. 7. vnde patet responsio ad rationes, quæ pro negatiua sententia adducuntur.

Quo pacto intelligendum est illud verbum, *Quamprimum*.

RESOL. XXIII.

OLIM adduxi nostrum Molfesum, & alios docentes, illud verbum, *quamprimum*, intelligendum esse vsque ad aliam sequentem Communionem. Hanc sententiam merito improbaui ex rationibus ibi adductis. Vnde optimè dixit Ioan. Præpositus in 3. part. quest. 80. artic. 5. dub. 4. num. 21. ex particula, *quamprimum*, patere, quod Concilium non respiciat subsequenter Communionem, quasi in ordine ad illam Confessionem præcipiat; sed quod independentè ab omni alio Sacrificio, vel Communione præcipiat institui Confessionem, idque cum primùm fieri poterit. Est igitur hæc opinio reiicienda, nec probabilis existimanda, vt rectè docet Auerla de *Sacram. Euchar.* q. 8. sect. 7. quia, si hæc esset admittenda, ad nihil obligaret supradictum Præceptum Concilij: nam talis Sacerdos ante aliam celebrationem necessariò iure diuino tenetur confiteri, propter scientiam peccati mortalis: ergo, si hæc explicatio esset vera, ad nihil obligaret supradictum Præceptum: ergo falsa est explicatio. Tum, quia, si talis Sacerdos, v. g. celebraret, & confiteretur post sex menses, vel annum, secundum hunc Doctorem adimpleret præceptum Concilij: sed hoc videretur absurdum: ergo necessariò dicendum est, quod sub præcepto talis Sacerdos tenetur confiteri, non immediatè, nec eodem die, sed non differendo per longum tempus Confessionem. Vnde reiiciendus venit Garcias, qui in *Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 7. n. 8.* asserit, me hanc sententiam docere: nam in locis, quos ipse adducit, illam non doceo: & *resol. 54. tract. 14. par. 5.* vbi adduco Granadum, non loquitur iste de hoc casu, vt legentibus patebit. Idem dicendum est de Pellizzario ubi infra.

Itaque alij asserunt, hoc remittendum esse arbitrio boni viri. Ita docet Cardinalis de Lugo de *Sacrament. Euchar.* disp. 14. sect. 7. qui num. 161. me nominatim impugnat, qui doctui, illud verbum, *quamprimum*, intelligendum esse, intra triduum. Sed ego non recedo à sententia, quam doctui, & quam nouissimè docet doctissimus Theologiæ Professor in inclyta Louanienti Academia, Ioannes Vviggers, de *Sacram.* in 3. part. D. Thoma, quest. 80. art. 5. dub. 2. vbi sic ait: [Petet aliquis, intra quod tempus confiteri oporteat, vt quamprimum dicatur confiteri? Respondetur, satis probabiliter à nonnullis sic id exponi, vt dicatur quamprimum confiteri, si saltem intra triduum confiteretur: ita enim leges, & Iurisperiti sentiunt, id fieri quamprimum, aut ex incontinenti, quod intra triduum fit.] Ira ille. Et absolute nostram sententiam tenet Reuerendiss. Sacri Palatii Apostolici Magister, Vtcentius Candidus, tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 56. sic asserens? [Mihi placet media, & benigna expositio, & intelligentia Coninch de *Sacrament. disput. 23. dub. 2. num. 3.* *Quamprimum*, id est, intra triduum. Quia, quod intra triduum fit, dicitur fieri quam-

primùm, & incontinenter. Ita in lege finali, Cod. de errore Aduocatorum, ibi, incontinenti, id est, triduo, & l. final. Cod. de iudiciis, ibi, illicò, id est, intra triduum. Et confert doctrina Baldi ibi, & Felin. cap. Veniens. el. 2. de testibus, num. 15. sine. Mandolij de monitoriis, quest. 31. num. 8. vbi docent, dici incontinenti probati, quod intra triduum probatur: ergo satis benè explicantur verba S. Concilij Tridentini: *Quamprimùm postea confiteatur Sacerdos, qui, urgente necessitate, habens copiam Confessarij, cum conscientia peccati mortalis celebravit. Quamprimùm postea confiteatur, id est, intra triduum.*] Ita Candidus. Et me citato, nostram sententiam tenet etiam Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 26. & Auerla, vbi supra, quibus adde amicissimum Patrem Pellizzarium in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. num. 116. Et Eligium Basizum in Floribus Theol. mor. verb. Communio Sacra, num. 39.

Et hanc sententiam (seclusis aliquibus circumstantiis, de quibus ego, Candidus, & alij non sumus loquuti, vt si fortè Sacerdos prima die haberet commoditatem confitendi, non habiturus sequentibus diebus: quia tunc sanè tenebitur non differre, ne longiori mora retardetur) approbat etiam Garcias in Summa Theolog. mor. tract. 3. difficult. 5. dub. 2. num. 89. vbi hæc asserit. [Puede suceder, que aya obligacion de confesarse, se dentro de vn hora, y puede suceder que intarà la obligacion dentro de vn dia, ni dos: porque si acabando de dezir Missa se ofreciese algun Confessor, juzgando que no lo tendrà el dia siguiente, quando aya de celebrar, ni algunos dias despues, claro esta que estarà obligado à confesarse luego, porque aunque aquella dilacion es pequeña, quanto al tiempo, es emperò grande quanto à la calidad, pues series causa de que celebrasse otra vez sin confesarse, però si sabe, que el dia siguiente, y de alli à dos dias le tendrà la mano, quando aya de celebrar otra vez, muy prouable es, & securum in praxi, que lo puede diferir vn dia, y dos, porque aquella dilacion no es tan grãde, que no puede verificarse aun con ella, la palabra *quamprimùm*, porque el Concilio habla de la manera que se vfa en el derecho, y en el derecho el *quamprimùm*, se estiende à esto, como se vee cap. Eos, qui de sent. excommun. donde se manda, que el, que escapò de la muerte, y tiene caso reseruado, del qual le absoluo el Confessor ordinario, se presente al Superior, *quamprimùm possit*, y aunque passen tres, ni quatro dias, nadie juzgarà que reincide: lo mismo afirma Thomas Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 55. del que tiene mandato de los señores Inquisidores, para que presente los libros prohibidos al Tribunal, que aunque passassen dos dias, no por esso traspassa el precepto, ni incurre en las censuras.] Hucusque Garcias.

Nota verò, quòd Sancius in Selectis, disput. 31. num. 14. putat, illa verba Concilij, *Quamprimùm postea confiteatur*, esse intelligenda, *quamprimùm*, id est, illicò, finita Missa, Sacerdotem strictum esse confiteri. Sed hæc intelligentia videtur nimis stricta, & rigorosa. Nota etiam, quòd Granadus in 3. p. contr. 6. tract. 10. n. 16. ex Sanchez, & aliis viris doctis, docet, non peccare mortaliter cum, qui ad crastinam diem differret Confessionem, ed quòd crastina die sit celebraturus, & tunc certò habiturus copiam Confessoris. Quare, licèt hodie confiteri possit, non peccat lethaliter omittendo: quod ego certissimum puto. Vide etiam circa præsentem quætionem Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. q. 53. vbi me defendit ab impugnatione Cardinalis de Lugo, & contra ipsum probat, me rectè citasse aliquos Doctores, quòd immeritò ipse negabat.

An Sacerdos teneatur quàmprimùm confiteri, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recordetur alicuius peccati mortalis?

R E S O L. XXIV.

Affirmatiuè respondet Candidus tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 59. num. 67. vbi sic ait: [Sacerdos celebrans, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recordetur alicuius peccati mortalis, vi præcepti in Sacro Concilio conditi tenetur post celebrationem quamprimùm confiteri. Similiter tenetur confiteri quamprimùm finita celebratione, si aliquod peccatum commiserit post consecrationem, licèt communicauerit præmissa contritione: quia tunc dicitur celebrare, & communicare urgente necessitate, sine præmissa Confessione: sed Sacerdos celebrans, vel communicans urgente necessitate sine præuia Confessione, si aliàs habeat copiam Confessarij, obstringitur vi Præcepti Concilij Tridentini quamprimùm postea confiteri. Ergo.] Ita ille: qui tamen postea dub. 60. docet; quòd si Sacerdos, qui solum propter obliuionem celebrat, & communicat absque Confessione præmissa; vi Præcepti in Concilio conditi non tenetur postea quamprimùm confiteri. Quia obliuio non propriè dicitur vrgens necessitas: sed Concilium statuit, quòd Sacerdos celebrans, urgente necessitate, absque præuia Confessione, cum conscientia peccati mortalis, teneatur quamprimùm confiteri: ergo Sacerdos, qui ob obliuionem ante Communionem non est confessus peccatum mortale, quod habet, si post celebrationem illius recordetur, vi Præcepti in Concilio conditi sect. 13. c. 7. non tenetur illud quamprimùm postea confiteri. Vide etiam Hurtadum de Sacram. Euchar. disp. 9. difficult. 7. docentem, quòd si Sacerdos, dum celebrat, ante sumptionem Eucharistiæ recordetur, & fiat conscius mortalis, antea, vel tunc commissi, & nequeat tunc confiteri absque graui nota, neque desistere à celebrando, aut ob periculum grauis notæ, aut quia iam consecrauit, tenetur post celebrationem quamprimùm confiteri: quia tunc sumit Eucharistiam absque Confessione ob vrgentem necessitatem sumendi illam, ne, scilicet, notam incurrat, aut quia iam consecrauit, & quia caret copia Confessarij: quia nulli confiteri potest absque dicta nota.

Sed pro negatiua sententia ego olim adduxi Vasquez, & alios, quibus nunc addo, me citato, Pellizzarium in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 2. n. 42. & me etiam citato, Auerlam de Sacram. Euchar. quest. 8. sect. 7. Præpositum in 3. part. quest. 80. art. 5. dub. 4. n. 21. vbi ita asserit: [Notandum, Decretum Concilij solum respicere eos, qui sibi sunt conscij peccati mortalis: quia verba citata Concilij referuntur ad præcedentia, vt facillè patet ex textu. Vnde, si aliquis existens in mortali, cuius non erat sibi conscius, celebrauerit, non tenetur postmodum primo quoque tempore confiteri: quod etiam videtur verum in eo, qui cum inaduertentia, vel ignorantia etiam vincibili peccati celebrauit: nam, quanuis talis inaduertentia non excuset celebrantem à peccato; obstat tamen, quominus dici possit conscius peccati, vt patet ex dictis. Decretum etiam videtur intelligendum de eo, qui sibi est conscius, antequàm celebret: quia videtur velle restringere facultatem celebrandi, antequàm præmittatur Confessio: quod non habet locum in eo, qui ignarus sui peccati incepit celebrare, & in decursu, saltè post consecrationem, illius recordatur: vnde talis non videtur Decreto comprehendere, & proinde non videtur teneri postmodum primo tempore confiteri.] Ita ille.

Probatum insuper hæc opinio. Primò, quia in hoc casu non seruatur secunda conditio, quæ est inopia Confessarij; nam iste non idèò communicat conscius peccati mortalis, quia sibi deest copia Confessarij, cum aliàs, vt supponitur, Confessarij copiam habeat, sed ne infantiæ no-

tam

nam incurrat. Secundò, quoniam finis Concilij in hoc Præcepto statuendo fuit, ne Sacerdotes negligentiores fierent in Confessario quærendo: quod non ita Concilium timere poterat de iis, qui habentes copiam Confessoris, illum tamen adire non possent, ne infamiam incurrerent: sicut de iis, qui Confessarij copiam non habentes celebrarent. Ut igitur hos redderet diligentiores, & cautiores in Confessario quærendo, peculiari Præcepto adstrinxit, vt quamprimùm confiterentur. Tertio, in Rubricis de defectibus dispositionis animæ, in Missali Romano duo casus assignantur. Primus, quando Sacerdos non habens copiam Confessoris, urgente necessitate, celebrat: & huic iniungitur Præceptum de confitendo, quamprimùm poterit. Secundus est, si in ipsa celebratione Sacerdos recorderetur, se esse in peccato mortali: & huic vt necessarium remedium præcipitur sola contritio, nulla mentione facta de Præcepto confitendi quamprimùm poterit. Signum igitur est, Pontificem declarasse in hoc secundo casu Decretum Concilij non habere locum. Et hanc opinionem tenet, etiam, me citato, Caspensis in *Carf. Theolog. tom. 2. tractat. 2. disput. 9. sect. 2. num. 26.* vbi sic ait: Quamvis satis probabile sit, eum, qui in ipsa celebratione meminit alicuius mortalis, non teneri quamprimùm confiteri, nec de illo loqui Tridentinum; inquit enim: *Qui necessitate urgente absque præuia Confessione celebravit.* præuia autem Confessio Confessionem significat ante Missam: nam Confessio facta in medio Missæ non dicitur præuia, sed concomitans. Idem censeo, si ante celebrationem fuisset confessus, & alicuius mortalis obliuio recordaretur ante sumptionem Ratio est: quia Concilium solum dicit, Sacerdotem teneri statim confiteri, quando, necessitate urgente, absque præuia Confessione celebraverit; & quòd reuera non adsit copia Confessarij: ac proinde si aliquod horum deficiat, non est iniungenda Sacerdoti obligatio confitendi statim post celebrationem: & consequenter qui habens Confessarium celebravit absque præuia Confessione, vel cum Confessione præuia ex inconsideratione, & obliuione alicuius peccati, non tenetur quamprimùm confiteri: obligationes enim non sunt ampliandæ, dum Concilium illa duo requirat simul ad obligandum celebrantem absque præuia Confessione, quòd statim confiteatur, & necessitatem urgentem, & inopiam Confessarij. Et eodem modo philosophandum existimo de eo, qui ante Missam confessus est omnia peccata mortalia, præter vnum, quòd iustus de causis tacuit; vel de eo, qui habens casum reseruat, & non potest recurrere ad Superiorem, urgente necessitate celebrandi, confitetur inferiori, ab eoque absoluitur directè à non reseruat. In priori casu solum teneri confiteri ante aliam celebrationem, siue proximè, siue ad longum tempus futuram. In posteriori verò teneri confiteri Superiori tempore debito, quando instat obligatio celebrandi, & adest opportunitas recurrendi ad Superiorem.] Hucusque Caspensis. Vnde ex his ego puto vtranque sententiam esse probabilem. Et idèd Hieronymus Garcias in *Summa Theolog. mor. tract. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 7.* [Ambas (ait) etas opiniones son prouables, y al parecer mas la segunda: però en vn caso tengo por mas prouable la primera, que es, quando auiendo se vno confessado antes dezit Missa, y estando en ella, se acordasse de vn peccado mortal, que se le olvidò en la Confession proximè passada, ò que de hecho le cometio diziendo Missa; en esto caso por mas prouable tengo, que estaria obligado al Preecepto del Concilio: porque este tal celebra con conciencia de peccado mortal, sin confessarse primero, de lo qual le escusa la necesidad presente, y urgente, luego concurre aqui todo lo, que dize el Concilio; luego este caso comprehendessè en el Preecepto del. Otro caso ponen algunos, y es, quando vno se acuerda del peccado, auiendo ya sumido, ò acabado de dezit Missa; però en este por tan prouable tengo la parte negativa, como la affirmatiua.] Hæc Garcias. Vide etiam circa præsentem quæstionem Cardinalem de Lugo de *Eucharistia Diana Pars I. X.*

charist. disp. 14. num. 146. & 147. qui etiam addit, probabile esse, Sacerdotem, qui in ipso actu celebrandi committit aliquod peccatum mortale, non teneri quamprimùm confiteri, quòd etiam probat Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 1. n. 117.*

An, si post sumptionem Eucharistia Sacerdos recorderetur alicuius peccati, teneatur quamprimùm confiteri?

RESOL. XXV.

IN partem affirmatiuam inclinat Araujo in *3. part. quæst. 80. art. 4. n. 30.* vbi sic ait: [Et si roges, an si quis post sumptam debitè Eucharistiam, recorderetur peccati mortalis nondum confessi, an teneatur illud confiteri prius, quam iterum ad Communionem accedat, vel non? Respondeo, vtrunque esse probabile: sed affirmatiuam partem potius consulerem.] Ita ille.

Sed negatiuam sententiam tenet Candidus *tom. 3. disp. quæst. 2. art. 22. dub. 60.* vbi ita ait: [Sacerdos, qui solum propter obliuionem celebrat, & communicat absque Confessione præmissa, vi Præcepti in Sacro Concilio conditi non tenetur postea quamprimùm confiteri: quia obliuio non propriè dicitur vrgens necessitas. Sed Sacrum Concilium statuit, quòd Sacerdos celebrans, urgente necessitate, absque præuia Confessione, cum conscientia peccati mortalis, teneatur quamprimùm confiteri: ergo Sacerdos, qui ob obliuionem ante Communionem non est confessus peccatum mortale, quòd habet; si post celebrationem illius recorderetur, vi Præcepti in Sacro Concilio conditi *sess. 13. cap. 7.* non teneretur illud quamprimùm postea confiteri.] Hæc Candidus. Vnde vtranque sententiam asserit Garcias in *Summa Theo. mor. tr. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 7. num. 85.* esse probabilem, sic asserens: [Otro caso ponen algunos, y es, quando vno se acuerda del peccado, auiendo ya sumido, ò acabado de dezit Missa: però en este por tan prouable tengo la parte negativa, como la affirmatiua.]

Verùm ego prorsus negatiuæ sententiæ adhæreo: quia, si Sacerdos post sumptam Eucharistiam recorderetur alicuius peccati, non potest dici, quòd celebraverit sine præuia Confessione ex inopia Confessarij, vel urgente necessitate, vt de casu prioris Resolutionis dicebatur: ergo non tenetur confiteri quamprimùm. Et ita tenet Pericus de *offic. Sacerd. lib. 1. c. 1. dub. 5. n. 175.*

An Sacerdos existens in peccato mortali, si voluntariè non confessus, celebret, teneatur quamprimùm confiteri?

RESOL. XXVI.

Affirmatiuè responderet Michaël Zanardus, Dominicanus, in *Director. Theol. part. 1. de Sacram: Euchar. cap. 7.* vbi sic ait: [Quattò, debet proponere confiteri: si tamen non proponeret confiteri subitò nata occasione, non peccaret: sufficit enim, quòd proponat confiteri ante omnem aliam Communionem. Sed, quoniam Concilium Tridentinum iubet *sess. 13. cap. 7.* quòd qui sic communicauit sine Confessione, debet quamprimùm confiteri, idèd si non confiteretur quamprimùm, faceret contra præceptum Concilij, & idèd mortaliter peccaret. Vnde sub præcepto tenetur quamprimùm confiteri, id est, non immediatè, nec eo die; sed non differendo per longum tempus Confessionem: quòd sentio obligare Sacerdotes sic communicatos ex obliuione, vel malitia.] Ita ille, cui adde Ioannem Vviggers in *3. part. de Sacram. qu. 80. art. 5. dub. 2. num. 14.* sic asserentem: [Nobis non probatur

batur sententia multorum, qui docent, si contingat, Sacerdotem, qui habet conscientiam peccati mortalis, communicare sine prævia Confessione, non quia deest copia Confessoris; sed, quia sine nota infamiae non potest confiteri, puta, quia occurrit illi peccatum in Missa inchoata, aut simili de causa; non teneri verbis illis Concilij ad quamprimum confitendum; & multò minùs istorum, qui idem dicunt de Sacerdote, qui sciens, & volens non confiteretur, & cum conscientia peccati mortalis celebravit; etiam si commodè confiteri potuerit: quanvis enim Concilium antea dixerit, perpetuò esse seruandum, (quòd, scilicet, præmittatur Confessio,) etiam à Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, modò non desit illis copia Confessoris; tamen quòd subiungit Præceptum de facienda deinde Confessione quamprimum, non restringit illud ad illos Sacerdotes solos, qui ob inopiam Confessoris celebrauerint sine sacramentali Confessione prævia; sed simpliciter dicit: *Qui, necessitate urgente, absque prævia Confessione celebrauerint, quamprimum confiteantur.* quæ proinde verba censentur meritò comprehendere omnes, qui ita, sine Confessione prævia, celebrauerint, neque ex eo, quod præcessit, videtur sufficiens sumi argumentum sic restringendi, prout alij restringunt. [Hucusque Vviggers. Quod potest probari ex argumento à minori ad maius: quia, si Sacerdos, celebrans ex necessitate sine malitia, absque præmissa Confessione, tenetur quamprimum confiteri: ergo à fortiori tenetur Sacerdos, qui sacrificauit ex malitia: quia par non est, vt commodum reportet ex suo delicto.

Sed ego puto, his non obstantibus, negatiuam sententiam tenendam esse: & ita tenet, me citato, Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 7. quest. 51. Stephanus à Sancto Gregorio de Sacram. lib. 3. cap. 26. num. 12. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 7. Mercerus de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 30. Granado in 3. part. contr. 6. tr. 10. disp. 7. num. 25. Araujo in 3. par. quest. 80. art. 4. num. 29. Filiucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 222. & 223. Nugnus de Sacram. tom. 2. quest. 80. art. 4. diff. 4. concl. 3. & alij communiter. Probat: quoniam nullum est tale Præceptum, nisi impositum à Tridentino: sed in illo tantum fit mentio de Sacerdote celebrante sine Confessione urgente necessitate: ergo in aliis casibus non est talis obligatio, siue pro laïco, siue pro Sacerdote. Patet consequentia: quoniam præcepta pœnalia non sunt extendenda magis, quàm sonant; ergo.

Ad argumentum contrariæ sententiæ respondeo, quòd in lege positua non valet argumentum à minori ad maius: tom, quia non obligat, nisi quatenus in ea exprimitur: sed in Concilio Tridentino non exprimitur, Sacerdotem ex malitia celebrantem sine Confessione teneri quamprimum confiteri. Tum, quia Concilium facillè sibi potuit persuadere, Sacerdotem, ex malitia celebrantem, non statim expiaturum sua peccata per Confessionem, cum temerè ausus sit graue sacrilegium ex malitia perpetrare in Eucharistiæ Sacramento suscipiendo: ergo, cum non exprimat Sacerdotem ex malitia celebrantem, talis vi Præcepti Concilij Tridentini non obstringitur post celebrationem quamprimum confiteri.

Ex his infertur à fortiori cum Castro Palao tom. 4. tr. 21. disp. unica, punct. 6. 12. n. 9. quòd Sacerdos, qui sui peccati inuincibiliter oblitus celebrat non præmissa Confessione, non teneatur præcepto Concilij de confitendo quamprimum.

Nota, aliquos eximere ab hoc Præcepto Sacerdotem, qui ante Missam legitime confessus, tamen per obliuionem prætermisit aliquod peccatum, cuius subinde recordatur ante Missam, non habens amplius copiam Confessorij. Item, si ex iusta causa in Confessione prætermisit scilicet aliquod peccatum: & si habens etiam peccata reseruata, non potuit de illis directè absolui, quanuis illa quoque Confessatio exposuerit. In his enim casibus Sacerdos

non celebrat absque prævia Confessione: siquidem verè illam præmisit. Sed, secundum aliquos, dici debet, Sacerdotem, qui sic celebravit, adstringi hoc Præcepto quamprimum postea confitendi; quia iure ordinario prærequiritur Confessio omnium mortalium peccatorum: si ergo quis ex obliuione, aut iusta causa prætermisit aliqua in Confessione, vel ob reseruationem non potuit directè de aliquibus absolui, & ex necessitate celebravit eorum conscius; debebit adhuc quamprimum postea ea confiteri, & absolutionem quætere: quia Decretum, & intentum Concilij est de omnibus, & singulis peccatis, quorum Sacerdos conscius erat. Vide Lugum disp. 14. sect. 7. & de hoc ego alibi.

An laïcus, qui urgente necessitate, vel non habens copiam Confessorij sumpsit Eucharistiam, teneatur quamprimum confiteri?

R E S O L. XXVII.

Affirmatiuæ sententiæ adhæret Emmanuel Sà verb. Confessio, num. 5. & verb. Eucharistia, num. 24. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 31. quest. 9. Henriquez lib. 8. cap. 45. Nauarrus, & alij, quos alibi citauit: quia Concilium generaliter declarauerat, & præceperat, nullum omninò posse, qui conscientiam peccati mortalis habet, communicare absque prævia Confessione: quando ergo infra ponit, quòd si necessitate urgente Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit, quamprimum confiteatur; videtur tunc relinquere idem iudicium de illis, qui sic communicarunt, de quibus hoc non ita expressit, forsitan quia in laïcis rarior occurrit necessitas sic communicandi. Aliam rationem reddit Henriquez: Præceptum enim diuinum, inquit, de Confessione, sicut & Præceptum restitutionis, includit quandam negationem, vt impleto semel termino, & cessante excusatione obliget statim Deo per Confessionem satisfacere. Hanc etiam sententiam tenet Michaël Zanardus in direct. Theol. part. 1. de Sacram. Euchar. cap. 7. non propter verba Concilij, ait ipse, quoniam tantum de Sacerdote sunt, sed propter finem eius: quia Concilium videtur supponere hoc esse Domini Præceptum de communicando cum Confessione præcedente: at, quia necessitas non habet legem, idèò communicaturus in necessitate, intelligit se à Domino potestatem habere communicandi sine Confessione, sed non absolutè, cum Præceptum sit superioris, sed pro tempore tantum necessitatis. Vnde, ne videatur Domini Præceptum spernere, debet quamprimum confiteri, & est communis modus dispensandi Superiorum minorum, dum in Præceptis Superiorum maiorum dispensant; non absolutè, inquam, quia non possunt; sed pro tempore, pro quo possunt.

Verum non est recedendum à sententia negatiua, quam alibi docui, & nunc iterum doceo: quia in explicanda lege positua standum est verbis; neque obligatio est extendenda amplius, quàm verba legis in proprietate intellecta requirant: cum ergo verba Concilij loquantur tantum de Sacerdotibus, non sunt extendenda ad laïcos. Vnde patet responsio ad fundamentum primum aliorum: neque enim in posituis legibus procedit argumentum à pari, aut maiori: quanuis nec omninò par sit ratio: quia potuit Concilium hoc peculiariter iniungere Sacerdotibus, ne iterum necessitate urgente cogantur absque Confessione prævia celebrare; quia copia Confessoris tunc iterum deerit, quam antea neglexerint. Nec conuincit ratio Henriquez: quia in primis penè communis est omnium sententia, quòd non ex Præcepto diuino teneatur Sacerdos postea quamprimum confiteri, sed tantum Ecclesiæ. Deinde, quia quando Præceptum diuinum vrget tantum hîc, & nunc ex occasione certi euentus, & propter impedimentum aliquod tunc impleti

impleri non potest, non semper necessarium est, quod actus ille Præcepti statim exerceatur sublato impedimento, si transierit simul occasio, ratione cuius pro tunc quis obligatur. Vt si quis in periculo sit moriendi, iure diuino tenetur Viaticum sumere; si tamen facultatem pro tunc sumendi non habeat, & morbus alleuietur, & sanetur ægrotus; non tenebitur postea quamprimum communicare. Neque satis explicat Henriquez, quomodo in casu posito vrget Præceptum aliquod negatiuum. Itaque contra Nauarrum dicendum est, quod in Præceptis, præsertim pœnalibus, quale est hoc, non est attendendum, quid Legislator interrogatus statuisset; sed quid de facto sua lege statuit. Cùm enim lex non obliget, vt existens in mente Legislatoris, sed vt scripto, aut verbo expressa; etiamsi Concilium in mente habuisset, aut interrogatum hoc ipsum de Laïcis statuisset; quia tamen hoc non statuit, laïcos non obligat: quia sola voluntas interna Legislatoris subditos non obligat. Et ita nostram sententiam tenet, me citato, Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 48. Mercurus de Sacram. quest. 80. art. 4. dub. 3. Granada in 3. part. controu. 6. tract. 10. disput. 7. num. 15. Lessius in 3. part. quest. 80. art. 4. num. 11. Suarez disput. 66. sect. 7. & alij Doctores communiter, quos hîc vsque ad nauseam possem adducere: vnde sententiam affirmatiuam putauit parum probabilem Ioannes Præpositus in 3. part. quest. 80. art. 5. dub. 4. num. 20.

Sed post hæc scripta inueni Henriquez in Com. cas. mor. rap. 34. num. 22. circa præsentem difficultatem sic asserere: [El hombre, que no teniendo conciencia de pecado mortal, llega à comulgar, sin auerse confesado, y estando con el paño en la mano se acuerda de algun pecado mortal, està obligado à hazer vn acto de contricion, y luego puede comulgar, y en acabando de comulgar està obligado à confesarse. Però si antes de llegar à comulgar se viuiese confesado de los pecados que se acorda, y despues de auer tomado el paño para comulgar, se acuerda de algun pecado mortal, que en la Confession se le olvidò de confesar, puede comulgar sin hazer acto de contricion, proponiendo de confesarse à su tiempo: y la razon es, porque el Concilio Tridentino sess. 14. c. 7. determina, que los, que tienen conciencia de pecado mortal, se confessen antes de llegar à comulgar: y auiendo hecho esto, y no auiendo sele olvidado al hombre los pecados por culpa suya, y estando en ocasion, que si se leuanta se à confesar, daría nota, y escandalo, no està obligado à leuantarse, y assi puede comulgar. Però, porque en el otro caso, que arriba, diximos, no precedio la Confession sacramental, està obligado hombre à mas que esto, que es à confesarse en acabando de comulgar, y hazer vn acto de contricion antes de la Communion. Esta doctrina es de Autores graues, aunque no està impressa: y deuisse notar, porque los Doctores, que an escrito sobre este punto, no hazen distincion alguna entre el hombre, que llega à comulgar auiendo se confesado, y el que llega no auiendo se confesado.] Hæc ille, quæ in gratiam curiosorum annotare volui.

An Sacerdos non celebrans sed sumens Eucharistiam ab alio Sacerdote, more laïcorum, teneatur quamprimum confiteri?

RESOL. XXVIII.

Respondeo negatiuè: quia cùm hoc Præceptum sit pœnale, extendi non debet, nisi ad eos, ad quos verba ipsa Legislatoris in propria significatione sumpta se extendunt: atqui verba Concilij in propria significatione sumpta non se extendunt, nisi ad Sacerdotes celebrantes, ergo non debent ad alios extendi. Minor constat ex ipsis verbis Concilij: nam postquam citato cap. 7. declara-

uerat, qualis præparatio, tam laïcis, quàm Sacerdotibus, necessaria esset ad Eucharistiæ perceptionem, in fine capituli de solis Sacerdotibus statuit, quod si urgente necessitate absque præuia Confessione celebrauerint, quamprimum confiteantur. Colligiturque ex fine ipso Præcepti, qui est, ne Sacerdotes, quibus ex officio celebrare incumbit, prætextu urgentis necessitatis sæpè celebrent sacramentali Confessione prætermittenda. Itaque ex his patet, quod Sacerdos, qui more laïcorum communicat, non sacrificans, hac lege Concilij sess. 13. cap. 7. non obstringitur: quia ille non se gerit tunc, vt Sacerdos, sed vt laïcus: ergo tunc legibus tantùm laïcorum astringitur, & non Sacerdotum. Tum, quia, ille tunc non celebrat: sed Concilium loco citato, loquitur solùm de Sacerdote celebrante, in illis verbis: *Quod si necessitate urgente Sacerdos absque præuia Confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur.* ergo Sacerdos, qui more laïcorum non celebrans communicat, non ligatur lege prædicta Concilij Tridentini. Et ita hanc sententiam tenent communiter Doctores; & solùm ex illis adducam Magistrum Serra in 3. part. quest. 80. artic. 4. vbi sic ait: [Hoc Præceptum ad laïcos, & non Sacerdotes, qui absque præuia Confessione, urgente necessitate, communicauerint, extendendum non esse, communiter dicunt Doctores: ij enim non quamprimum, seu prima data occasione tenentur confiteri; sed possunt differre Confessionem, quousque necessitas communicandi iterum instet. Et idem videtur esse de Sacerdotibus, qui non celebrando communicant, cùm solùm dicatur: *Si Sacerdos celebrauerit.* Ita ille, cui ex eadem Familia adde Arrauium in 3. part. qu. 80. art. 4. n. 29. & me citato, Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quest. 48.

An Sacerdos, qui in die Parasceues Officium facit, si urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij hoc faciat absque præuia Confessione, teneatur quamprimum confiteri?

RESOL. XXIX.

Videtur prima facie negatiuè respondendum: quia Concilium ad hoc Præceptum solùm obligat illos, qui celebrant, hic autem non videtur celebrare: nam celebrare propriè importat sacrificare, hic autem non sacrificat, sed solùm communicat. Vnde, si in hanc diem incidat Festum obligans ad Sacrum audiendum, non tenebitur populus huic sanctæ actioni interesse; quia cùm non sit propriè Sacrificium, non tenebitur illi interesse, cùm ex vi Præcepti non teneatur nisi interesse Sacrificio, vt ex pluribus alibi notauimus ex declaratione Sacræ Congregationis Indicis.

Sed prorsus, existimo, affirmatiuæ sententiæ adhærendam esse. Ratio est: quia etiam hæc actio ab ecclesiasticis Authoribus dicitur celebratio, & Sacerdos, qui illam exercet, absolutò dicitur celebrare. Vnde in Rubricis feriæ sextæ Parasceue dicitur: *Celebrans facta reuerentia vsque ad terram, &c.* Nec refert, quod iste propriè non sacrificet: nam sufficit, vt exerceat actionem, quæ dicatur celebratio, sub cuius nomine Concilium suum Decretum exprimit. Neque etiam obstat, quod tali actioni non tenetur interesse, qui ecclesiastico Præcepto obligatur ad Sacrum audiendum: quia plus requiritur ad Sacrificium, ad quod tantùm obligat ecclesiasticum Præceptum, quàm ad celebrationem, sub cuius tantùm nomine Concilium suum Decretum expressit. Et ita hanc sententiam tenet, me citato, Caspensis in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 23. disp. 9. sect. 3. num. 27. Mercurus de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. & me citato, Auerfa de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 7. Pericus de offic. Sacerd. lib. 1. c. 1. dub. 15. n. 173. Præpositus in 3. part. quest. 80. art. 5. dub. 4. num. 20. Stepha-

nus à Sancto Gregorio *de Sacram. lib. 3. cap. 26. num. 12. &c.*, me citato, Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. n. 116.* &c. me citato, Leandrus *de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 7. q. 49.* Trullench *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. n. 27.* Fallucius *tom. 1. tr. 4. c. 8. n. 223.* Suar. *tom. 3. in 3. par. disp. 66. sect. 7.* & alij communiter.

An Sacerdos, qui, urgente necessitate, absque prauia Confessione, complet Sacrificium ab alio inchoatum, etiam post consecrationem, teneatur quamprimum confiteri?

R E S O L. XXX.

Affirmatiuè respondeo cum Amico *in Curs. Theolog. tom. 7. disp. 26. sect. 2. n. 34.* &c. me citato, Caspensi *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 2. num. 27.* & Reuerendiss. Candido *tom. 3. disquisit. 2. art. 22. dub. 62.* qui docet hoc, etiam facta consecratione. Et ratio est: quia hæc actio est propriè Sacerdotis, & sub nomine celebrationis meritiò comprehenditur, iuxta communem usum, & sensum huius vocis: ergo tenetur etiam hic Sacerdos, qui assumitur in tali casu, ad consummandum Sacrificium, urgente necessitate, cum conscientia peccati inortalis; tenetur, inquam, vi Præcepti in Concilio conditi, quamprimum postea, finito Sacrificio, confiteri. Et hanc sententiam, me etiam citato, tenet Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. num. 116.*

An, si quis non habens copiam Confessarij, vel necessitate urgente, celebret cum interna voluntate, quòd si adesset Sacerdos, ad illum non accederet, teneatur, hoc non obstante, quamprimum confiteri?

R E S O L. XXXI.

Hoc dubium nimis curiosum inuenio apud Amicum *in Cur. Theol. tom. 7. disput. 26. sect. 2. num. 32.* vbi sic ait: [Vna hinc superest difficultas, an hoc Præceptum se extendat ad eos, qui, quanuis & inopiam Confessoris habeant, & necessitas urgeat celebrandi, adhuc tamen ad celebrandum accedunt cum interna voluntate non accedendi ad Confessarium, etiam si adesset. Ratio dubitandi est: quia hoc Præceptum solum iis videtur à Concilio impositum, qui bona fide licitè ob defectum Confessoris, necessitate urgente, ad celebrandum accedunt. Sed hic illicitè, & mala fide accedit cum voluntate non præmittendi sacramentalem Confessionem peccati mortalis, etiam si Confessarius adesset: igitur non videtur hoc nouo Concilij Præcepto de Confessione statim facienda obligari. Nihilominus probabilius puto, hunc teneri. Fundamentum est: quia Concilium in hoc Præcepto instituendo non tam attendit ad internam voluntatem Sacerdotis ad celebrandum accedentis, quàm ad externam Confessoris inopiam, & urgentem necessitatem: ergo, si teuerà hic habet inopiam Confessoris, & urget celebrandi necessitas, quidquid sit de interna ipsius voluntate, comprehenditur sub hoc Præcepto. Confirmatur: nam, si quis habens Confessoris inopiam, & urgeat celebrandi necessitas, accedat cum sola attritione putata, comprehenditur sub hoc Præcepto: ergo etiam qui accedit cum voluntate non confitendi, si adesset Confessarius. Antecedens, me iudice, constat: cum Concilium in suo Decreto non expresserit, ut quando Sacerdos non habet copiam Confessarij, & urget necessitas; debeat accedere contritus: sed solum dixerit, quando deficiente copia Confessoris, & necessitate urgente, absque prauia Confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur: Consequentia verò probatur: nam eodem modo accedit mala fide, qui cum conscientia peccati mortalis in tali casu ad celebrandum accedit cum sola attritione puta-

ta, quàm qui accedit cum voluntate Confessionem non præmittendi, etiam si Confessarius adesset.] Hæc omnia Amicus.

Hic etiam querendum venit, an Sacerdos obligetur hoc Præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessoris, necessitate urgente, celebrauit non præmissa Confessione, nec contritus, sed indignè. Respondeo affirmatiuè. Ratio est: quia Concilium, ut ferret hoc Præceptum, non attendit ad interiorem dispositionem, cum qua quis accederet; sed ad exteriorem occasionem, quam habere posset, non præmittendi Confessionem celebrationi. Quare, siue Sacerdos dignè, siue indignè ad celebrandum accedat, dummodò necessitate urgente, ob inopiam Confessoris, non præmittat Confessionem celebrationi; semper hoc Præcepto obligabitur; & idè Sacerdos habens copiam Confessoris, non ex necessitate, sed ex malitia celebrans non præmissa Confessione, quanuis indignè celebret, non tamen obligatur hoc Præcepto, quamprimum confiteri: quia Concilium solum loquitur de Sacerdote, qui necessitate urgente, non præmittit Confessionem celebrationi. Quòd si obiicias: qui necessitate urgente ob inopiam Confessoris, non præmissa Confessione, cum sola contritione celebrat, dignè accedit ad Eucharistiam, & tamen obligatur hoc Præcepto statim confiteri: ergo multò magis obligabitur, qui absque necessitate, habens copiam Confessoris, sine Confessione ex malitia celebrat, quia accedit indignè, imò peccat mortaliter accedendo. Respondeo, negando consequentiam; quia est diuersa ratio vtriusque: nam hoc Præceptum inter alias causas, latum est ad tollendam occasionem fingendi necessitatem celebrandi sine prauia Confessione, vel nimium differendi illam: nam, cum Sacerdoti imposita sit obligatio confitendi statim post celebrationem, si antea non potuit, multò magis erit sollicitus timoratus Sacerdos de præmittenda Confessione. Hæc autem ratio non procedit in illo, qui sine necessitate in peccato mortali celebrat: & idè non oportuit nouam obligationem ei imponere; quia satis ei erat Præceptum diuinum de præmittenda Confessione. Et hæc omnia docent Vasquez *tom. 3. disput. 208. cap. 3. n. 19.* Suar. *tom. 3. disput. 66. sect. 7.* & alij.

An, qui celebrat, vel sumit Eucharistiam, non præmissa Confessione, casu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum?

R E S O L. XXXII.

Respondeo negatiuè cum Caspensi *in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 22. disput. 9. sect. 2. num. 28.* vbi asserit, illum, qui culpabiliter accedit ad hoc Sacramentum, non præmissa Confessione sacramentali, non committere duo peccata mortalia, sed vnum duntaxat. Ratio est: quia Præceptum præmittendi Confessionem ante Eucharistiam, propriè non est positium, sed negatiuum: non enim obligamur ad confitendum per se ratione Confessionis; sed per accidens ratione Eucharistiæ sumendæ: quia propriè Præceptum huiusmodi est, ne quis indignè, & sine debita probatione accedat ad Sacramentum: unde fit, vnum solum peccatum committi, scilicet, indignæ susceptionis Eucharistiæ: quia vbi est vnum propter aliud, est vnum tantum. Item etiam docet Trullench *de Sacrament. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 25.* & Sotus *in 4. dist. 18. q. 1. art. 4.* & idem est de illo, qui non præmittit contritionem, ut optimè aduertit contra eundem Sotum, Vasquez hinc *disput. 208. cap. 3. num. 34.* Ratio est: quia Præceptum præmittendi Confessionem, & contritionem, non tam est propter ipsa, quàm propter Eucharistiam, unde non tam est affirmatiuum, quàm negatiuum, de non accedendo ad Eucharistiam absque hac debita probatione: non igitur peccat, non conterendo, aut non confitendo, & iterum

iterum, accedendo ad Eucharistiam; sed semel peccat, accedens absque contritione, & Confessione præntia. Et hæc omnia docet etiam Cornejo in 3. part. D. Thome, tract. 4. quest. 80. disput. unica, dub. 2. quest. 4. Vide etiam Ochaguiam de Sacram. Euchar. tract. 2. quest. 8. num. 6. & quest. 9. num. 11. & me citato, Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 8. §. 8. quest. 16.

Obserua etiam hic obiter cum Hurtado de Sacrament. disput. 9. difficult. 1. & aliis, eum, qui intuitu reuerentiæ Sacramenti Eucharistiæ, prohibitus præcepto aliquo positivo, adhuc humano, sumere Eucharistiam, (vt prohibetur excommunicatus, & non ieiunus, & qui ob aliquod speciale peccatum prohiberetur quasi indignus,) eam sumit

in statu peccati mortalis, non committere duo peccata mortalia; sed vnum tantum numero: quia, quanuis sumptio illa ex duobus titulis sit peccatum mortale, nempe, & quia est transgressio illius præcepti positivi, & quia est transgressio præcepti naturalis diuini non sumendi Eucharistiam in statu peccati mortalis; nihilominus quia vterque iste titulus eodem modo opponitur religioni, quia eodem modo est contra reuerentiam Sacramenti; idem est idem specie peccatum, & etiam est idem numero; quia non est, vnde malitia numero multiplicetur; quia materia est eadem numero, & non respiciens diuersa extrinseca, imò nullum, quia est absoluta, nullum extrinsecum respiciens.



TRACTATUS QVARTVS, DE CENSURA OB CLERICI PERCVSSIONEM.

An pater possit, correctionis causa, percutere filium Clericum in sacris constitutum, absque metu censura?

RESOL. I.

Negatiuè ex Molina, & aliis respondet Layman Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 8. vbi sic ait: [De patre maius dubium est, vtrum filium in sacris constitutum, sine nota excommunicationis castigare possit. Negat Gloss. cap. Cum voluntate, verb. Inferiorum graduum. quia sacer Ordo, inquit, liberat à patria potestate: intellige, quod attinet ad effectum castigationis: nam ab aliis effectibus patriæ potestatis sacer Ordo non eximit: sed solum episcopalis, vel cardinalitia dignitas, sicuti Abbas in cit. cap. Cum voluntate. Angel. verb. Excommun. 5. §. 10. Eandemque sententiam Glossæ sequitur Abbas ibidem. Molina tom. 1. tract. 2. disput. 228. in 6. effectu, & tract. 3. disput. 56. & alij apud eundem. Quia indecens esse videtur, Clericum in sacris constitutum à patre laico verberari: vt proinde præsumendum non sit, Iura huic rei patrociniari velle. Et cum Canon, siue Ius commune, prohibens Clerici percussione, fauorabile sit ecclesiastico Ordini, restringi non debet, nisi expressam in Iure exceptionem reperiamus: nullibi autem expressum est, quòd pater quoscunque filios Clericos, etiam in sacris, absque nota excommunicationis castigare possit; sed solum, quòd patri familiars concessum sit Clericos adolescentes, in inferioribus gradibus, siue Ordinibus constitutos, qui de familia eius, vel propinqui sunt, disciplinæ causa corrigere, cit. cap. Cum voluntate, de sentent. excommunicat. Hucusque Layman, cui adde Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 7. diffc. 22. num. 5.

Sed non desunt Doctores pro opinione affirmatiua: & idem illam tuentur S. Antoninus 3. part. tit. 24. cap. 1. §. 2. casu 12. Syluester verb. excomm. 6. num. 6. casu 8. Nauarr. cap. 17. num. 82. Auila part. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 13. casu 1. Suarez disput. 22. sect. 1. num. 49. Ratio eorum est: quia pater non minorem, sed potius maiorem in filium potesta-

tem habet, quàm magister in discipulum: atqui in cap. 1. & c. Ex tenore, absolute, & sine restrictione, significatur, magistrum ab excommunicatione immunem esse, si discipulum correctionis causa percutiat: ergo idem de patre sentiendum est erga filium. Et hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Fagundez in Regim. Reip. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 1. disput. 2. §. 1. num. 7. & Grassius lib. 2. decis. c. 49. num. 39. & seq. Filliucius tom. 1. tract. 15. cap. 1. quest. 1. & 6. Coninch de Sacram. disput. 14. dub. 15. num. 192. Bañes in 2.2. quest. 65. art. 2. Valentia ibid. quest. 9. punct. unico, & nouissimè Baunus in Theol. mor. tom. 2. disput. 5. tract. 4. q. 3. vbi sic ait: [Queritur, an pater animaduertens in Sacerdotem filium, reus sit violatæ legis ecclesiasticæ de non verberando Clerico? Nequaquam: quia patri, quoad correctionem, sui subsunt liberi: Sacerdos filius est, nec à Characterè ius sibi prætexere vllum potest, vi cuius à patria potestate sit liber: nam, quis credat filium hęc ipso, quòd Sacerdotio sit insignis, sic iuris sui fieri, vt in eum patris autoritas omnis sit perempta? Episcopus quidem scimus, vt habetur in Canone 20. dist. 54. sui iuris esse: ius enim patriæ potestatis soluit episcopalis dignitas: filios autem, sacrorum beneficio Ordinum, ab ea immunes esse non legimus: quare, si quid Sacerdos in vita, moribusque, sacra indignum persona, quam sustinet, peccauerit, à patre emendari, quanuis sit Sacerdos, quin possit, non ambigie de Graph. lib. 2. cap. 40. num. 36. Hoc autem, intellige, inquit, etiam si in percussione aliquis fuerit excessus, cum non possint verbera semper suspendi in statera. Eandem sententiam sequuntur Syluester excomm. 6. casu 8. Auila part. 2. cap. 5. disput. 23.] Hucusque Baunus, & alij penes ipsum.

Verùm ego, licet hanc sententiam affirmatiuam probabilem existimem, probabiliorem tamen puto negatiuam, quam, præter Molinam, Layman, & alios, tenet Castus Palauus tom. 6. disput. 3. punct. 23. num. 8. quia, ait ille, in Canone, Si quis suadente, omnibus generaliter prohibita est, violentas manus in Clericum iniicere: at nullibi concessum est patri, correctionis, gratia in filium in sacris constitutum manus iniicere violentas: quin potius colligitur, id expressè esse prohibitum ex dicto cap. Cum voluntate-

10. per argumentum à contrario sensu; siquidem *ibi* conceditur patrifamilias punire, correctionis gratia, adolescentes in minoribus gradibus constitutos. Ergo tacite denegatur potestas puniendi, cum sunt maioribus insigniti. Deinde potestas concessa patrifamilias conceditur propinquis comparatione propinquorum, qui sunt in minoribus gradibus constituti, ut constat ex dicto cap. *Cum voluntate*. at propinquis non permittitur constitutos in sacris percutere: ergo nec parenti est permittendum. Præterea ex eo, quod Sacerdotibus senioribus, aliisque ex officio deputatis concedatur, adolescentes pueros in minoribus constitutos turbantes diuinum Officium, correctionis gratia, percutere, infert communis sententia, teste Molina *dispur. 56, num. 6.* nullatenus permissum esse punire, si fuerint in sacris constituti: sed eadem restrictio, & limitatio pro patrifamilias facta est: ergo asserendum est, patrifamilias non esse permissum filios in sacris punire. Denique ob reuerentiam sacri Ordinis non est permissum Prælati Episcopo inferioribus, per alium, Clericum corrigere: & casu, quo aliquando id necessarium fuerit, cauetur, ne fiat per laicum, sed per Clericum: quia indecens est, laicum manus violentas in Clericum iniicere, tametsi correctionis gratia fiat: at regulariter paterfamilias laicus est: ergo credendum est, correctionem filiorum, saltem qui sunt in sacris constituti, prohibitam esse.

Nota tamen cum Leone *de censur. recollect. 5. num. 281.* nostram sententiam habere locum etiam in auo, si talis filius est in eius potestate, ut præsuppono esse in potestate patris, nec ab ea liberari ob sacrum Ordinem: minimè autem in aliis propinquis, sed nec matri, cum non habeat illum in potestate, & in eis maior indecentiæ ratio cernitur, quàm in patre, & auo.

An incurrat in censuram maritus, si data opera se abscondat, ut Clericum adulterum inueniat cum vxore, & illum occidat, vel percutiat?

R E S O L. I I.

Affirmatiuè respondet Layman *in Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 8.* vbi sic asserit: Qui in Clericum cum vxore, matre, sorore, vel propria filia turpiter inuentum, manus violentas incontinenti iniecerit, licet peccet, Canonis tamen excommunicationem non incurrit, cap. *Si verò. 1.* quia iustum talem dolorem compescere difficillimum est, ait Gloss. *ibid. verb. Turpiter.* Turpiter autem inuentus dicitur, qui actum quencunque impudicum cum eiusmodi persona exercet: imò satis esse, ut solus cum sola reperiantur in loco suspecto, accedentibus etiam aliis circumstantiis suspitionem mouentibus, docet Syluester *verb. Excomm. 6. num. 5. casu 10. Nauarr. cap. 27. num. 84. Suarez dispur. 22. sect. 1. num. 37. Egidius num. 196.* Porro excusatio hæc ab excommunicationis censura locum non habet, si maritus adulterum non mox, ut in crimine deprehensus est; sed interiecto temporis interuallo, quo dolor iustus sedari potuerit, occidat: item, si data opera in loco occulto se absconderat, ut deprehensum occidere possit. Ita Layman, cui adde Leonem *de cens. recollect. 5. num. 324.* Chartarium *in decis. Archiep. Mediol. 3. num. 5.* & Megalam *in 3. part. Instit. Confess. lib. 4. cap. 1. quest. 3. n. 27.* quia iura loquuntur de turpiter inuento, & sic in casu, quo ex impetu dolorem compescere non potest: sed in casu nostro non percutit subito dolore commotus, sed præcedente maturo iudicio; nec Clericus dici potest inuentus, sed expectatus. Et ita præter Doctores citatos tenet Rodriquez *in Summ. tom. 1. cap. 144. num. 18.* vbi sic ait: [Aunque el que mata el Clerigo hallandole fornicando con su muger, no està segun derecho, obligado à pedir absolucion al Sumo Pontifice de la descomunion, però si el marido se esconde en su casa, para que ignorando esto su muger, venga el Clerigo;

y hallandole con ella, le mate, incurte en esta censura; porque en este caso no mata con impeto subito, causado de dolor, que suelen concebir los maridos en este caso: mas precediendo juyzio maduro.] Ita ille.

Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo casu, quo absdolos: quia ea secreta obseruatio, & occulta expectatio delinquentis, neque occasio est, ut ipse delinquat, neque impedit, quin turpiter agentem inuenias, etsi inuenias quæsitum, & expectatum. Et ita docet Auila *part. 2. c. 5. disp. 3. dub. 13. casu 16.* Coninch *de Sacram. disput. 14. dub. 15. num. 196.* & alij: sed verò esset, si per dolum, vel fraudem delinquentem adduceres, ut in delicto deprehensum percuteres; quia eo casu non effugies censuram: sicuti pluribus firmat Sayrus *lib. 3. Thefauri, cap. 27. num. 23. in fine.* Coninch, Auila, *vbi supra.* Neque enim æquum est, ut Ecclesia deceptionibus iniquis faueat. Præterquam quod in eo euentu non percutis turpiter inuentum; sed quæsitum, & dolosè adductum. Et idè nostram sententiam cum limitatione adducta, præter Doctores citatos, tenet nouissimè Fagundez *in Regim. Reip. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 35.* & Garcias *in Summa mor. tract. 1. difficult. 3. dub. 1. punct. 4. n. 75.* vbi sic ait: [Solo ay aqui vna dificultad, y es, quando se esconde el marido, ò haze llamar al Clerigo para cogetle in flagranti delicto; en cuyo caso conuenien los Autores, que si interuiene concierto entre la muger, y el marido, para coger al Clerigo adultero con engaño, y traycion, que quedará escomulgado, si le mata, o hiere; pero que si no ay concierto, sino que solo le haze el marido por saber la verdad, y se halla ser assi, hallandosse en el caso, que no incurrirà hiriendolo, ò matandolo.] Vide etiam Baunyum *in Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tract. 5. quest. 3.* qui etiam optimè notat, quod non ob actum copulæ carnalis tantum, sed etiam ob amplexus, oscula, & alia huiusmodi generis signa propinqua operis nefarij expleri, vel explendi cum vxore, matre, &c. percuti Clericum posse sine crimine, & excommunicatione: quia his rebus operam dare, est turpiter, ac fœdè facere. Deinde, matris, vxoris, & filiarum nomina, propriè sumenda esse, nec extendenda ad sponsam de futuro, auiam, aut neptem: quia non sunt extendendæ pœnæ vltra id, quod verba legis sonant: præsens est pœnalis, auia mater non est, nec sponsa de futuro vxor: ergo, &c. Nota tamen, quod si maritus procurauerit, ut Clericus vocaretur ab vxore ad illam turpem actionem, & sic eum percuteret; incurret vterque, scilicet, tam vxor, quàm maritus, excommunicationem: quia sunt in dolo, cum procurauerint, ut vocaretur ad turpitudinem. Ita Angelus *Excomm. 5. num. 10.* Caietanus *verb. Excomm. cap. 10.* Sayrus *de censur. lib. 3. cap. 27. num. 23.* Bellettus *part. 1. disquis. Cler. pag. 181.* & Layman *lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 8.*

Sed quæro, an adiuuantes, seu associantes dictum patrem, filium, fratrem, vel maritum, in tali percussione incidant in excommunicationem? Ratio dubitandi est: quia tales associantes dicuntur auxiliares percussoris Clericorum, qui incurrunt eandem excommunicationem, quam incurrit percussor. Et negatiuè respondet Leone *de cens. recollect. 5. num. 341.* & seq. cum Molina *disp. 99. num. 17.* quoniam eo ipso, quod iura patri, & marito (supple, filio, & fratri,) concedunt interficere adulteros aliquos, illis censentur concedere aliorum cooperationem ad eam executionem: quam doctrinam ampliat, siue dicti cooperatores accedant iussi, vel rogati, aut mercede conducti, siue etiam quod ipsimet ad id se obtulerint gratis. Fauet, quod communiter docent Doctores, loquendo de eo, qui habet ius defensionis contra aggressorem, vel raptorem, mutilandi, vel occidendi, provt constat habere dictum ius personas sup. enumeratas aggressas in honore, quod, scilicet, aliis quoque licitum sit vim passo assistere, & auxilium ferre.

An

An qui tantum ex charitate tenetur impedire percussorem faciendam Clerico, si non impediatur, incurrat in censuram.

R E S O L. III.

Affirmatiue respondet Sayrus lib. 3. cap. 26. num. 24. Filliucius tract. 15. cap. 1. num. 31. Suarez disput. 22. sect. 1. num. 54. & alij penes ipsos: quia textus in cap. Quarta, absolute, & sine restrictione loquitur de iis omnibus, qui manifesto facinori desinunt obuiare, cum possint. Adde tamen Toletus lib. 1. c. 34. num. 15. & alij, adesse debere dolum, & malitiam: nam, si ob verecundiam, & vanum timorem non te alienis litibus immiscendi, impedire percussorem omittas, hanc effugis excommunicationem. Et hæc omnia docet etiam Megala in 3. part. Instit. Confess. lib. 4. cap. 2. quest. 1. num. 7.

Sed contraria sententia magis mihi placet, asserens, ad hanc excommunicationem incurrendam requiri obligationem iustitiæ. Ita tenent Doctores quos citat, & sequitur Auila de cens. part. 2. cap. 3. disput. 3. dub. 8. quibus ego addo Baanyum in Theol. mor. tom. 2. disput. 5. tract. 4. quest. 1. Coninch de Sacram. disput. 14. dub. 15. num. 174. Layman lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 6. Molinam disput. 52. num. 6. & hanc sententiam probabilem esse putat Garcias in Summa, tract. 1. difficult. 3. dub. 1. punct. 3. num. 27. in fine. Et ratio est, quia ille consensus in percussorem Clerici censendus est hac excommunicatione puniri, qui, secundum moralem æstimationem, consilium, aut auxilium esse reputatur, ut constat ex illis verbis: *Eos delinquentibus fauere interpretamur.* Et præterea, qui statui clericali iniuriosus est. At qui solum ex charitate, & non ex officio tenetur impedire percussorem, moraliter non censetur percussioni fauere, neque iniuriosam actionem statui clericali præstare, quia omittens ex charitate solum negatiue se habet, non positiue etiam moraliter, ideoque damna ex facinore sequuta ei non imputantur. Quod aded verum est, ut esto ex odio, & prauo affectu omittas impedire, adhuc non ligaris excommunicatione: quia non ob prauum affectum, sed ob actionem iniuriosam hæc excommunicatio lata est.

Sed non deseram hic apponere verba Squillantæ de priuileg. Cler. cap. 6. num. 66. ubi sic ait: [Excommunicationem incurrit ille, qui potest prohibere, ne Clericus verberetur, & non prohibet, ut constat ex cap. Quarta, de sentent. excomm. quo verò ad alios, qui ex charitate tenentur, si ex negligentia, vel ex timore, ut quia nolunt se immiscere rumoribus, hoc non præstarent; non incurrerent, secundum communem opinionem, quando hic titulus sufficit ad eos excusandum à culpa mortali, secundum Suarez mox citandum. Si autem dolose non prohiberent, cum possent obuiare sine periculo, & damno, tunc incurrerent, tanquam consentientes delicto. Ita Suarez disput. 22. sect. 1. num. 56. quauis Bonacina disput. 2. quest. 4. punct. 3. num. 6. & Raguccius sub tit. de excomm. quest. 69. non incurrere existiment, etiam si non obstant propter odium, & prauum affectum, licet peccarent mortaliter, quidquid sit de foro externo, cum non sit in iure expressum.] Ita Squillante.

Sed, si aliquis scire cupiat, quinam ex iustitia teneantur obstatere percussioni Clericorum? Respondeo cum Auila, ubi supra, concl. 2. & aliis, quod qui tenentur obstatere ex officio, & ex iustitia, sunt, Rex, Iudex, & Ministri iustitiæ, patres, tutores, heri, pædagogii, Parochi, custodes, & è contra eorum filij, pupilli, famuli, patochiani, & custoditi. Sic Nauarr. cap. 24. num. 18.

Nota etiam cum Raguccio in vase discipl. Eccles. q. 69. de excommunic. quod, ut qui, non impediendo percussorem Clerici, incidant in censuram, quatuor debent copulatiue concurrere. Primum, ut teneantur ex officio;

ut est Officialis erga subditos, pater erga filios, dominus erga seruos, & similes. Nauarr. cap. 24. num. 12. Secundum, ut possint impedire sine iactura, vel periculo vitæ, honoris, aut bonorum. Tertium, ut possint commodè impedire: nam non dicimus, posse aliquid fieri, nisi commodè fieri possit, l. Nepos Proculo. ff. de verb. signif. Quartum, ut offensio Clerici sit manifestè iniusta illi Superiori, aliàs non teneretur. Nauarr. cap. 24. num. 19. & alij.

An, si duo Clerici, ensibus districtis, unus contra alium digladiarentur, incurrerent in censuram?

R E S O L. IV.

Ponit hunc casum Fragosus in Repub. Christ. tom. 2. par. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 13. ubi sic ait: Quæstionis tamen est, quando duo Clerici se se inuicem, gladiis districtis, inuadunt, & digladiantur alter in alterum irruendo, intentione, & animo se percutiendi: nullus tamen percussus fuit; sed uterque ictus in se coniectos ensibus sustinuit, utrum sint excommunicati? Pars affirmans ex eo videretur probari: quia qui animo deliberato per vestes Clericum apprehendit, aut percutit, suadente Diabolo, aliquid corpori Clerici adhærens, puta equum, cui Clericus insidet, vulnerat, aut ei iniuriam infert, est excommunicatus, ut tradunt communiter Philiarthus lib. 2. de officio sacerdotali, cap. 35. Angles in 4. quest. de excommunicatione, art. 6. difficult. 3. concl. 8. ergo, qui mutuis ictibus percutiunt enses, quibus se defendunt, incidunt in hunc Canonem: quia adhærent manibus clericalibus. Confirmatur: quia, si quis de manibus Clerici per vim auferat enses, aut illum de latere per iniuriam eripiat, aut galeum, seu pileum de capite, non est dubium incurrisse in supradictam censuram: igitur in nostro casu idem dicendum est.

Pars tamen negans est sequenda: quia re ipsa, ut supponitur, neuter ex illis percussus fuit, nec tactus ab ense alterius, quauis animo percutiendi alter in alterum multiplicatos ictus coniecisset, & vibrasset. Ratio: quia excommunicatio hæc non fertur, nisi ob percussorem realiter factam, & ob iniuriam reuerà illatam, non verò inferendam. Ita colligitur ex Hostiensis in Summa, lib. 5. tit. de sentent. excommunicationis, §. In primis. num. 9. Paludano in 4. disput. 18. quest. 3. art. 3. Summa Astensi part. 2. lib. 7. tit. 3. art. 2. qu. 7. & 19. Angelica verb. Excommunicatio, §. num. 29. & aliis, quos referens sequitur Sayrus de censuris, lib. 3. cap. 26. num. 21. quia in hoc casu non est iniectio manus in Clerici personam, vel in res Clerico adhærentes; & exceptis quibusdam casibus expressis, in reliquis verba sunt intelligenda cum effectu, argumento cap. Relatum. de Clerico non residente.

Nec sufficit, ut incurratur excommunicatio, conatus sine effectu, seu metus verbalis tantum sine tactu aliquo violento, aut reali, quauis adsit intentio; proinde si quis absque manuum iniectio, vel detentione corporali compellat Clericum ad se redimendum, vel aliquid illi largiendum, aut vibret hastam, aut gladium euaginet, volens eum percutere, & non percutiat, non incurret in hunc Canonem. Et hæc omnia docet Fragosus, cui ego adhæreo.

Vnde ex his sequitur, quod volens percutere Clericum gladio, vel sagitta, vel ictu, & casu aberrer, illumque non attingat, etiam si sagittam emittat, vel ictum in illum dirigat; tunc in effectu, & re ipsa manus violentas illi non infert, prout verba legis, in materia odiosa præsertim, propriè sunt accipienda.

Nota hic obiter contra Ambrosinum. cap. 22. de immunitate ecclesiast. num. 6. & Decianum tract. crimin. lib. 4. cap.

cap. 8. num. 27. cum, qui adhuc non est initiatus prima Tonsura, etsi habitu clericali incedat inferuendo Ecclesie, animo ascendendi ad statum clericalem, non gaudere privilegio Canonis, & de Clericis Saluaticis, quod non gaudeant privilegio Canonis, declarauit Sacra Congregatio desuper istos edita decimo Kalendas Iunii, 1623.

An, qui percutit Clericum constitutum in minoribus, si non incedat in Habitu, & Tonsura, & non obseruet requisita Concilij Tridentini, sess. 2. 3. cap. 6. de reform. incidat in censuram Canonis?

R E S O L. V.

Negatiue respondent aliqui, quos ego *alibi* citauit: sed affirmatiue sententia adhæsi, & nunc adhæreo, stante declaratione Sacre Congregationis. Et ira hanc sententiam præter Doctores à me *alibi* citatos, tenet nouissime Fragosus de *Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disput. 2. §. 1. n. 22.* & Castrus Palauus *tom. 6. disput. 3. punct. 23. num. 3.* quia iure communi Clerico in minoribus Ordinibus constituto concessum erat privilegium Canonis, tametsi alicuius Ecclesie seruitio additus non fuerit, neque in aliqua schola ex licentia Episcopi versaretur: at Tridentinum solum restrinxit privilegium fori: ergo privilegium Canonis sub dispositione iuris communis relictum est, iuxta leg. *Præcipimus. Cod. de appellationibus.* sunt enim hæc privilegia omnino distincta.

Neque obstat fundamentum contrarium: nam esto privilegium Canonis inferius sit privilegio fori; est tamen magis necessarium personis ecclesiasticis, & earum statui, cum grauius offendantur ex vexatione personali, quam ex forensi iudicio. Præterquam quod privilegium fori cedit aliquantulum in diminutionem laicæ potestatis: at privilegium Canonis in nullius cedit præiudicium. Ergo mirum non est, plures condiciones pro privilegio fori requiri, quam pro privilegio Canonis. Tridentinum verò, si bene perpendatur, nobis contrarium non est: non enim dixit, seruandam esse Constitutionem Bonifacij VIII. *in cap. Clerici. de Clericis coniugatis*, in 6. pro omnibus Clericis; sed pro Clericis coniugatis: his enim nec privilegio fori, nec Canonis gaudent, nisi condiciones à Tridentino præscriptas obseruent, Vide etiam Lezanam *tom. 3. verb. Clericus, num. 5.* Igitur Concilium tantum Clericis aufert privilegium fori, unde per exclusionem vnus videtur includere alterum, argum. cap. *Nonne. de presump. & l. Cum Prator. ff. de iudic.* Et casus non expressus habetur pro omisso, quando lex de aliquo casu disponit, l. *Si cum dote. ff. solut. matrim. l. Inter stipulantem, §. Sacer. ff. de verbor. obligat.* & cum habeatur ibi casus hic pro omisso, recurrendum est ad dispositionem antiquorum iurium, quæ determinant, Clericum non deferentem Habitum, & Tonsuram non amittere privilegium Canonis, nisi trina monitione præmissa, vt in cap. *Cum contingat. il secundo, de sentent. excommunicat.* vel nisi ex alio capite privilegio clericali priuatus sit.

Si quis tamen violentas manus iniiceret in Clericum non deferentem Habitum, & Tonsuram, quanuis nulla monitio præmissa sit, si bona fide crederet, licere hos Clericos sine innodatione excommunicationis percutere, non esset excommunicatus, ratione huius ignorantie: quia ignorantia sufficiens est ad excusandum à censura. Hæc opinio tamen procedit, si talis Clericus fuerit ter monitus à suo Episcopo, & non se emendauit, quæ monitio sufficeret, si esset generalis, puta, per edictum Episcopi, vt omnes Clerici reassumant Habitum intra mensem; & non sufficere vnã monitionem pro tribus, addit Bonacina *de censur. disput. 2. quest. 4. num. 6.* cum aliis per ipsum citatis: nam in cap. *Contingit. de sentent. excommun.* dicitur: *Ter à te moniti.*

Notandum est etiam hic, quod excluduntur ab hoc privilegio Canonis Clerici, qui deserto Habitu clericali grauibus criminibus, vt pote tyrannidi, & seditioni, aliisque facinoribus se inuerecundè immiscunt, ex textu in *Perpendimus. cap. Cum non ab homine. de sentent. excommun.* & notat Nauarr. *cap. 27. num. 81.* Suarez *disput. 22. de censur. sect. 1. num. 14.* Covinch *disput. 14. dub. 15. num. 157.* quod à fortiori procedit, si in crimen assassini incidierint, iuxta textum in cap. 1. *de homicidio*, in 6. & tradit Syluester *verb. Assassini. q. 3. & 4.* Couarruias *lib. 2. var. cap. 20. num. 10.* Iulius Clarus *§. finali. quest. 36. num. 30.* Et ita, me citato, hanc sententiam docet etiam Squillante *de privileg. Cleric. cap. 6. num. 12.* De Clericis excommunicatis, suspensis, interdictis, vel depositis verbaliter tantum, aut irregularibus, dicendum est, eos gaudere hoc Canonis privilegio, vt constat ex cap. *Intelleximus. de iudicis.* Non autem Clericum hæreticum, aut schismaticum, vt docent DD. in cap. *Contingit. 1. de sentent. excommun.* nam, cum prædicti delinquant in legem Ecclesie; non debent lege Ecclesie iuari. Et ita docet Squillante *de privileg. Cleric. cap. 6. num. 13. & 15.*

Nota etiam, gaudere privilegio Canonis Clericum ordinatum per saltum: & idem dicendum est de ordinato, vel ab alieno Episcopo absque dimissoriis, vel cum dimissoriis falsis: nam tales verè recipiunt Ordinem, etsi maneant suspensi ab illius executione. Et ita docet Marchinus *de Sacramenti. Ordin. tract. 2. part. 1. cap. 15. difficult. 11.* Vnde miror, quomodo Bonacina *tom. 3. disput. 2. quest. 3. punct. 6. sect. 3. sub num. 7.* neget hoc privilegium ordinato ab alieno Episcopo, vt supra, dum ipsemet *ibid. disput. 1. quest. 16. punct. 3. num. 5.* concedat eidem, ac etiam ordinato ab Episcopo excommunicato, suspensio, vel deposito, (idem dic de ordinato ante legitimam ætatem,) privilegium fori, quod minus difficulter amittitur.

An, qui percutit Clericum coniugatum, non deferentem alicui Ecclesie, incurrat in censuram Canonis?

R E S O L. VI.

Controuertitur inter Doctores, an, vt Clericus coniugatus gaudeat privilegio Canonis, sufficiat, quod obseruet illas duas condiciones cap. vnici, *de Cleric. coniug. in 6.* vt, scilicet, vnica, & virginem susceperit, & Habitum, & Tonsuram gestet; vel etiam sit necessaria tertia conditio addita à S. Concil. Trident. *sess. 23. cap. 6. de reformatione*, vt, nempe, sit quoque de mandato Episcopi adscriptus seruitio alicuius Ecclesie? nam Toletus *lib. 1. cap. 32. num. 8.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 46. num. 2.* Gratianus *tom. 1. suarum discept. forens. cap. 190.* Duardus *lib. 2. cap. 15. quest. 3. num. 5.* Covinch. *disp. 14. num. 158.* Layman *lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 3.* affirmant: quod etiam docuit Ciarlinius *in contr. forens. tom. 1. cap. 53. num. 11.* vbi sic ait: [Vt Clerici coniugati gaudeant privilegio fori, & Canonis, oportet eos incedere in Habitum, & Tonsuram, ad text. in cap. *unicum, de Cleric. coniug. in 6.* & vltèrius oportet, quod inferuiant alicui Ecclesie de mandato Episcopi secundum Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 6. de reformat.* Et propterea, hodie tria copulatiue requiruntur ad finem, vt Clericus coniugatus potiatur beneficio Canonis, & fori; scilicet, Habitum, Tonsuram, & seruitium Ecclesie; quorum alterum si deficiat, absque alia monitione gaudere non potest prædictis privilegiis: supposito etiam, quod contraxerit matrimonium cum vnica, & virgine; quia, si sit bigamus, nullum habet privilegium, & si non est bigamus, hæc tria copulatiue requiruntur. Et propterea ad finem, vt coniugatus Clericus fruatur his beneficiis, debet, quod incederit in Habitum, & Tonsuram, plenè probare, necnon, quod seruerit Ecclesie, & duxerit vnica, & virginem

nem, quia est fundamentum suæ intentionis. Hoc verum est, quod non tenetur probare in iudicio, virginem fuisse illam, quam duxit in matrimonium, sed tantum vnicum matrimonium contraxisse, & eam pro virgine fuisse reputatam: nam femina virgo præsumitur, nisi contrarium probetur: imò, licet puella non esset virgo, quando ducta est, eò quod fuerit corrupta ab eodem sponso ante matrimonium; tamen coniugatus Clericus cum ea, gaudet dictis privilegiis, quia non est bigamus. Ita Ciarlinius, cui adde Lezanam in *Summa*, tom. 4. verb. *Clericus*, num. 5. & Castrum Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 23. num. 5. Squillantem de *priuil. Cleric. cap. 6. num. 16.*

Sed opinioni affirmatiuæ alij adhzrent, & mihi placet: putant enim, dictam conditionem esse additam à Tridentino ratione priuilegij fori, de quo *ibi* est sermo; & proinde, quod illius dispositio minimè extendenda sit ad hoc priuilegium Canonis. Et ita tenet Auila de *censur. part. 2. cap. 5. dab. 11. concl. 2.* Megala in 3. *part. Instit. Confess. lib. 4. qu. 5. n. 37.* & probabilem existimat Leone tractat. de *vens. recollect. 5. n. 4.* Si tamen dictus Clericus coniugatus non deferat Habitum, & Tonsuram, non gaudebit priuilegio Canonis, quia sic determinatur in dicto cap. vnico, de *Cleric. coniugat. in 6.* quod non procedit in Clericis minoribus, vt diximus *suprà.*

Sed, an vxor Clerici coniugati gaudeat priuilegio mariti incedentis in Habitum, & Tonsura? Glossa in *c. Cler. 11. quest. 1.* ait, vxores Clericorum sortiri forum ex personis virorum, gaudereque iisdem privilegiis vxores, & filios, quibus Clerici gaudent, vt in *l. 1. & 2. Cod. de Episcopis, & Clericis.* Idem vult. Gloss. in *cap. Eos. 32. distinct.* quam sequitur Panormit. in *cap. Nullus. de foro compet. 2. col. num. 6. & 7.* Contrarium volunt Ioannes Andreas in *d. cap. vnico, de Clerico coniugat. in 6.* & Ioannes de Imola in *d. cap. Nullus.* Mihi tamen magis placet, vxorem Clerici coniugati, quoad forum, gaudere priuilegio clericali, debereque conueniri coram ecclesiastico Iudice: non tamen gaudere priuilegio Canonis. Si quis suadente, atque ita iniiciens manus violentas in vxorem Clerici coniugati, non est excommunicatus. Ita Dominicus de S. Gemina no *d. cap. 1. de Clerico coniugato, in 6.* & Franciscò de Arezio in *conf. 131. col. 2. & 3.* Et ita hanc sententiam docet etiam Squillante de *priuil. Cleric. cap. 6. n. 21.* qui ex Carolo de Grassis *effect. 9. n. 115.* hoc limitat, nisi manus iniectio fieret vxori prædictæ in odium viti: quia tunc iniiciens incurreret excommunicationem, ac si ipsum percuteret, vt per Doctores, quos refert. Idemque dicendum esset, si percussio fieret in personam alicuius consanguinei Clerici in odium ipsius Clerici, vt per Decianum in *tract. crimin. part. 2. lib. 6. cap. 17. num. 15.* Bellertum *part. 1. disquis. Cleric. fol. 183. num. 21.* Ragucium de *excommun. 9. 70.* & alios.

An verò ad euadendam dictam excommunicationem sufficiat, si tempore, quo percutitur talis Clericus coniugatus, non deferat Tonsuram, vel non habeat vestes clericales; ex iis, quæ docent Doctores in terminis priuilegij fori, possumus id faciliter decidere, quòd, scilicet, non excuset, vbi talis antea solebat illas gestare, nec putet ipse percutiens, illas dimisisse dictum Clericum coniugatum animo ipsas non ampliùs resumendi. Ita Leone *ubi supra.* Nota etiam, quòd Clericus coniugatus non bigamus, si dimittat Habitum, & Tonsuram, & postea illum reassumat, gaudet priuilegio Canonis: quoniam nulli auferenda est pœnitentia iusta. Syluester *verb. Excommunicatio, 6. num. 4.* & S. Antoninus 3. *part. tit. 25. c. 1.* Saytus *lib. 3. cap. 26. num. 4.* & Bonacin. de *censur. qu. 4. punct. 1. num. 2.* Ex his sequitur, quòd Clerici bigami bigamia vera, & interpretatiua, in minoribus Ordinibus constituti, omni priuilegio denudantur, ideòque gestatio Tonsuræ, & Habitum clericalis illis interdicitur cap. vnico, de *bigamis, in 6.* & notauit *ibi* Gloss. *verb. Bigamus.* Antonini Diana, Pars I X.

ninch *num. 157.* Molina *tract. 3. disp. 54. num. 8.* Layman *cap. 5. num. 4.* Bonacina *dict. punct. 3. num. 6. & tom. 3. de censur. in par. disput. 2. quest. 3. punct. 6. sect. 3. num. 3. & seqq.* Secùs verò dicendum est de bigamia similitudinaria, vt iidem Doctores aduertunt. Quòd si Clerici bigami sacris sunt initiati vel ex dispensatione, vel illegitimitate, hoc priuilegio Canonis gaudent: quia textus in cap. vnico, de *Clericis coniug. in 6.* & cap. vnico, de *bigamia, in 6.* expressè loquuntur de bigamis in minoribus constitutis. Et tradit Gloss. *dict. cap. vnico, de bigamis,* Syluester *verb. Bigamus, quest. 8.* Molina *disp. 54. num. 8.* Layman *ubi supra,* quibus adde Fragosum de *Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 25* qui etiam hoc docet de Religiosis bigamis; nam non priuantur priuilegio Canonis: quare illos percutientes erunt excommunicati, quod etiam docet Palaus *tom. 6. disput. 3. punct. 23. §. 1. num. 13.* Saytus de *censur. lib. 3. cap. 27. n. 32.* Lezana *tom. 3. verb. Clericus. num. 6.* qui idem dicendum notat de Religioso, qui Habitum dimisit: nam per solam dimissionem Habitum, non perditur priuilegium Canonis.

An percutientes Equites D. Iacobi, Alcantara, Caltraux, &c. incidant in censuram Canonis?

RESOL. VII.

NEGatiuè respondet Leone de *censuris, recollect. 5. n. 25.* vbi sic ait: [Pro huius difficultatis resolutione placet sententia Molinae *tom. 4. de iustitia, disp. 50. num. 5. ad finem,* qui etsi fateatur, hos alios Ordines militares in principio ipsorum habuisse hoc Canonis priuilegium; quia communiter viuebant, (etsi quidam eorum solùm castitatem coniugalem profitebantur,) ac etiam ob priuilegiorum communicationem Religionum, quarum Regulæ profitentur; cæterùm hodie cum à multis annis eiusmodi Commendatarij in Congregatione non viuunt, dispensatæque habeant maxima ex parte vota castitatis, ac paupertatis; neque viuunt, nisi vt merè sæculares, nullum ferè exercitium obedienciæ habentes; intuendum arbitror, quod ad priuilegia clericalia, seu ecclesiastica attinet, ad consuetudinem, illique erit standum: vbi subdit in Lusitanis, & Castellæ Regnis vigere consuetudinem in contrarium, nempe, quòd non gaudeant isti equites dicto priuilegio Canonis. Nota, quòd Molina loquitur de Commendatariis, in quibus maior potest esse difficultas, ex quo cum Commendæ sint beneficia ecclesiastica, illi videantur magis personæ ecclesiasticæ, iuxta notata per Duardum *lib. 2. in Bulla Cœna, can. 15. qu. 5. ad finem.* Attingit hoc idem Bonacina *tom. 3. disp. 2. quest. 3. punct. 6. num. 9.* ibi: Nisi fortè ibi contrariæ consuetudine fuerit abrogatum: in aliquibus enim Regnis vsu receptum est, vt Equites nonnullarum Religionum non fruantur priuilegio Canonis, (quidquid sit de consuetudine in contrarium circa priuilegium fori, de qua testatur Megala *par. 3. lib. 5. cap. 10. n. 27.*) Qui Bonacina etsi subdat illa verba: An autem illa consuetudo contra libertatem huiusmodi personarum legitima sit, patet ex his, quæ dixi in Bulla Cœnæ: tamen quia eo in loco tractat de consuetudine contra libertatem ecclesiasticam, quæ est de iure diuino, non potest illa doctrina applicari casui nostro, cum nulla censura sit de iure diuino, vt sæpiùs dictum fuit, nec etiam contra Hæreticos; neque dicta priuilegia vltis competunt de iure diuino, cum non sint verè Religiosi, vt declarauit Rota Romana apud Seraphinum, *decis. 587.* imò neque simpliciter personæ ecclesiasticæ, sed tantum secundùm quid, vt per Molinam *locis supra citatis.* Cum igitur tantum illis hoc competat ex declaratione Summi Pontificis, quæ habet vim legis, potius recurrendum est ad aliam doctrinam, de qua *suprà, recollect. 2. a num. 716.* vbi de consuetudine excusante à

pœna excommunicationis, vel alterius censuræ, vbi in specie, quod ad hoc sit sufficiens præscriptio decennialis, & non requiratur quadragenalis, vt putat Molina loco supra. & quod in dubio negatiuo probabiliter possit quis iudicare dictas censuras consuetudine fuisse abrogatas. Hucusque Leo, cui adde Castrum Pal. tom. 6. disput. 3. punct. 23. §. 1. num. 16. & Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 17. difficult. 22. num. 15, vbi sic ait: [Lo mismo se ha de dezir de los Caualleros militares de la Orden de S. Iuan, como dizen Siluestro, y Toledo, que estos hazen tres votos esenciales, como dize Paris de Puteo, y son Religiosos. Mas no se ha de estender esto à los demas de las Ordenes militares, sino es que sean Sacerdotes, ò Monias, que los Caualleros de las Ordenes, que se pueden casar, no son absoluta, y verdaderamente Religiosos, como dize el Padre Fray Manuel Rodriguez, con otros.] Ita ille. Sed à sententia affirmatiua, quam docui non recedo; & ita præter alios à me alibi adductos, tenet Megala vbi infra, n. 40. Fragosus de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 2. num. 44. & me citato, Pater Lezana in Summa, tom. 2. c. 5. n. 38. vbi extendit hoc priuilegium Canonis etiam ad Equites nouitios,

Sed non deseram hîc obiter quærere, quid dicendum de illo, qui non canonicè ad statum clericalem peruenerit, ita vt pro pœna sit à gradu deiiciendus; veluti si seruus sine licentia domini Clericus efficeretur, vt in cap. Secundò, §. 4. distinct. Respondetur, & hunc Canonis priuilegio gaudere: quanuis omnia alia priuilegia amittat, secundum Gloss. in d. cap. Secundò, quod tamen verum non censeo per verba textus eiusdem cap. Secundò, vbi ita scribitur: *Porro seruus non canonicè consecratus, postquam de gradu ceciderit, eius conditionis sit, cuius fuerat ante graduum.* Ex quibus verbis constat omni priuilegio priuari. Et ita docet Megala in 3. par. Inst. Confess. lib. 4. cap. 2. quest. 5. n. 38. cui adde Leonem num. 3.

An Clericus percutiens seipsum incurrat in censuram Canonis?

R E S O L. VIII.

Affirmatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Megala in 3. par. Inst. Confess. lib. 4. cap. 1. quest. 1. num. 6. Quia in cap. Si non licet. 2. 3. quest. 5. habetur, plus esse homicidam, qui se occidit, quàm qui alium: ergo à fortiori etiam Clericus, qui se percutit, contrahit censuram: necessitati etenim percussio hæc ponenda est in specie sacrilegij; cum qui percutitur, sit persona sacra. Nec dicas, textum nostrum verba facere de tertia persona, & pœnas non esse ampliandas. Nam responderetur, textum hanc tertiz personæ distinctionem non facere; sed simpliciter excommunicare eum, qui, *suadente Diabolo, violentas manus in Clericum, vel Monachum iniicit.* sed hoc facit Clericus seipsum percutiens; ergo hac censura ligatur.

Vnde non deseram hîc apponere verba Gordoni in Summa, tom. 2. lib. 7. quest. 13. §. 3. num. 33. sic asserentis: [Sed, quid, si Clericus ipse consentiat in suam percussionem, aut etiam seipsum percutiat? Respondeo non obstare hunc consensum, quin percussor incidat in hanc pœnam, nam Canon hic non tam in fauorem Clerici, quàm status clericalis editus est: ac proinde nec ipsi Clerico licet consentire in hanc iniuriam, cum sit percussio iniuriosa statui ecclesiastico. Sic Caietanus cap. 10. notab. 3. & constat ex cap. Contingit. 1. de sentent. excommunicat. & Gloss. ibidem cum Panormitano. Nec obstat, quod volenti non fiat iniuria: licet enim velit hoc Clericus percussus, non tamen id vult ecclesiasticus status. Ex quibus primò inferitur, Clericum, si seipsum ex peccato mortali percutiat, incidere in hanc pœnam.

Sed ego alibi, & nunc iterum puto cum Castro Palao tom. 6. disput. 3. punct. 23. num. 4. Clericum seipsum per-

cutientem non incurtere in censuram probabiliter sustineri posse: quia Pontifex videtur loquutus de tertia persona offendente, & ab offenso distincta, vt colligitur ex illis verbis: *Si quis, suadente Diabolo, manus violentas in Clericum iniecerit,* &c. Et ita, me citato, hanc sententiam tenet Baunys in Theol. mor. tom. 2. disput. 5. tract. 4. quest. 2. Primò, ait ille, quia Canon, *Si quis, manifestè loquitur de persona distincta à percutiente, vt indicant hæc verba: Si quis, suadente Diabolo, in Clericum violentas manus iniecerit.* Secundò, quia Innocentius II. in eo Canone exigit ad effectum incurrendæ excommunicationis, vt violentia inferatur Clerico, qui percutitur: at, etsi Clericus se percutiens Ordini Clericorum iniuriam faciat, vt habet Canon, *Contingit. 36. de sentent.* non tamen violentiam sibi vllam affert, cum id volens, & sciens agat, vt significat Innocentius in *Decretali citata*, his verbis: *Respondendo, quod huiusmodi manus iniectio, etsi non violenta, tamen iniuriosa videtur, cum ille Canon non tam in fauorem Clerici ordinati, quàm in fauorem Ordinis clericalis fuerit promulgatus.* Tertio, quia in Canone cit. de sent. Innocentius III. non dicit eos, qui hæctenus Clericos percusserunt, eorum precibus inducti, excommunicationem incurrisse; quod tamen tacendum non fuerat; si res ita se habuisset; nam hoc erat in quæstione: sed prohibendos, ne id in posterum faciant. Quarto, quia in eodem Canone dicitur, quod Clericus, qui post prohibitionem consentit in huiusmodi percussionem, sit tantum excommunicandus, non autem quod sit excommunicatus ipso facto, vt fuisset necesse, si percussioni Clerici, factæ eius voluntate, ipso facto esset excommunicatio adiuncta: nam tunc, vt habetur in cap. *Quarta. 47. de sentent. excommunicat.* tam Clericus, quàm qui eius voluntate, ac imperio eum verberibus afficeret, pro excommunicato habendus esset: cum facientes, & consentientes, pari pœna plectendos, catholica condemnet authoritas Innoc. III. c. *Quantum de sent. excommunicat.* Dixi, *si ex peccato,* &c. ad excludendum pœnitentiam, religionis, & pietatis causa susceptam; aut eos insuper, qui in luctu ex morte amicorum se alapis cedunt, capillòsve euellunt. Vide etiam Leonem de censur. *recoll. 5. n. 126.* qui, me citato, nostram sententiam, tantquam probabilem, contra immodestiam cuiusdam Neoterici admittit, & defendit.

An percutientes Clericum consentientem incurrant in censuram?

R E S O L. IX.

Respondeo, tales ligari excommunicatione huius Canonis, percutiendo Clericum volentem, & consentientem, quia ad hoc Clericus non potest consentire cum iniuria totius Ordinis clericalis, vt scribentes ex cap. *Contingit. de sent. excommunicat.* inferunt, & tradunt Mantua *Dialogo 35.* Gutierrez de iur. *confir. par. 1. c. 16. n. 53.* Suarez de *conf. disp. 22. sect. 2. an. 57.* Graffius *decisionum part. 1. lib. 2. cap. 49. n. 6. ex cap. Contingit. 1. de sent. excommunicat.* Nam, quanuis volenti, & consentienti non fiat iniuria; fallit tamen ratione dignitatis ecclesiasticæ, propter quam fuit tale priuilegium emanatum: proinde non Clerico, sed dignitati ecclesiasticæ inferitur iniuria. Item, quia Clericus non est dominus membrorum suorum, l. *Sed si. §. Si ipse seruus. & l. Liber homo. ff. Ad leg. Aquil.* Gloss. in cap. *Ex parte. de corp. vit.* Couarruias in *regul. Peccatum, 2. p. §. 5.* Atque ita non potest Clericus huic priuilegio fundato super fauore dignitatis ecclesiasticæ renunciare, quoad pœnam Canonis; poterit tamen remittere priuatam iniuriam quoad proprium interesse, & commodum. Antonius de Butrio in cap. *Si diligenti. num. 18. de foro competenti:* & habetur in cap. *Cum desideres. de sentent. excommunicat.* Et ita præter Doctores citatos, tenet Gordonus in Summa, tom. 2. lib. 7.

lib. 7. quest. 13. §. 3. num. 33. Layman lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 5. Leone de censur. recollect. 5. num. 52. Quod autem Clericus, consentiens dictæ percussioni, non sit excommunicatus, sed tantum possit excommunicari, probant Doctores supracitati communiter ex verbis ipsiusmet tex. in d. c. *Contingit*.

Nec obstat, dicere, Clericum consentientem, ut verberetur, communicare cum percussore in crimine criminoso, & consequenter incurtere ipso facto excommunicationem: quia responderet, ad incurrendam excommunicationem, ob participationem in crimine criminoso, necesse esse, ut participet post crimen patratum, & quod sciat, delinquentem esse denunciatum, ut habetur in cap. *Nuper de sent. excomm.* & asserit Nauarr. in *Manuali*, c. 27. num. 33. & 112. idcirco in casu præsentis, ut subiiciens se percussioni incurrat ipso facto excommunicationem, opus est, ut consentiat percussori, qui iam iterum percussisset, & quod talis percussio esset notoria, & manifesta, & consentiens consentiret percussioni iniuriôsæ, non animo satisfaciendi iniuriam percussore irrogatam. Nam tunc percussio, etiam si iam iterum, & iterum percussisset, consentiens non ipso facto ligabitur excommunicatione, si hæc patiatur animo satisfaciendi iniuriæ illatæ, ut notat Panormitanus in d. c. *Contingit*. num. 8. quia aliud est subiicere se clementiæ alicuius, & aliud est participare cum aliquo in crimine criminoso, quod non participat se submittere misericordiæ alicuius, qui de facili solet parcere subiectis & prostratis. Vide etiam Megalam in 3. part. *insti. Confess.* lib. 4. cap. 1. §. 1. n. 6. & Castrum Paleum tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 2. n. 3. & Villalobos in *Summ.* tom. 1. tr. 17. dif. 22. n. 10. ubi sic ait: [Quanto à los Clerigos, que ellos de su propia voluntad se sujetan à que otros los hieran con acción injuriosa, se ha de dezir, que ellos no estan descomulgados, como consta de vn texto, que dize estas palabras: Si quis autem Clericus, post prohibitionem huiusmodi, sponte se subiecerit, excommunicatur. Doude supone, que no està descomulgado: mas es seglar que le hiera, si, como dize el mismo texto, Felimo, Panormitano, Istan Andres, y la Glossa.] Ita ille, & Doctores communiter.

An Monialis, qua sumit potionem, vel pugnif se caedit, ut abortum faciat, incurrat in censuram?

R E S O L. X.

Respondeo negatiuè: quicquid asserat in contrarium noster Naldus in *Summ. verb. Clericus*, num. 4. Et ita hanc sententiam tenet ex Molina Stephanus Baunus in *Theolog. mor.* tom. 2. disput. 5. tract. 4. quest. 2. quia hæc non est manuum iniectio in seipsam violenta, & contumeliosa; quod tamen Canon exigit. Violentam non esse, hac ratione probatur: Scienti, & volenti non fit propriè iniuria. Nec est etiam percussio sui iniuriôsa statui ecclesiastico: nam ad eum Monialis non pertinet: status enim ecclesiasticus est eorum propriè, qui tonsuram habent, & per eam aggregantur Ecclesiæ. Et hanc sententiam sustinet etiam Rodriguez in *Summa*, tom. 5. cap. 144. num. 12. Garcia in *Summa*, tract. 1. diffic. 3. dub. 1. punct. 2. n. 18. Iacobus Gordonus in *Summ.* tom. 2. lib. 7. quest. 13. §. 3. num. 33. ubi sic ait: [Infertur, Monialem, quæ sibi procurat abortum, quanuis grauiter peccet, non contrahere tamen hanc censuram: nam, licet violentiam inferat naturæ, (ut in medicinæ vsu contra febrim,) non tamen personæ ecclesiasticæ, propriè, & præcisè loquendo.] Ita ille, cui etiam adde Fragosum in *Repub. Christ.* tom. 2. lib. 1. disput. 2. §. 1. num. 19. qui citat Caietanum, Angles, & Barbofam: & nouissimè, me citato, hanc sententiam defendit Alphonsus de Leone, de *censur. recollect.* 5. num. 128. eò quod, ut dictum est, talis violentia non est iniuriôsa, neque statui ecclesiastico, neque sibi, sed fœtui duntaxat. Et idem dicendum est de alio propinante potionem pro abortu faciendo *Mo-*
Antonini Diana Pars IX.

niali, ut tradit Portel in *dubiis Regular. verb. Manus violenta*, num. 2. ubi sic ait: [Procurans abortum Monialis, eique potum propinans, illa consentiente, non incurrit excommunicationem: quia in primis non dat venenum, nec facit violentiam personæ sacræ, quia Monialem non occidit, imò illa consentit. Si verò occidit fœtum animatum, persona fœtus non est sacra: nec saltem incurrit hanc positam ob percussorem Clerici: quidquid sit de excommunicatione Sixtiana propter abortum, moderata per Gregorium XIV.] Ita ille.

Sed contrarium docet Bordonus in *consil. Regular.* tom. 1. resol. 28. num. 10. quia læditur tum fœtus, tum ipsa Monialis. Ego autem puto incidere in excommunicationem Canonis, *Si quis suadente*. extraneum dantem potionem, & sequuto effectu: quia fœtus est pars ventris, & viscerum matris, ut in simili de fœtu mortuo cum matre sepeliendo dixit Laurius tit. 2. de *funer. cap. 12. num. 42.* Quod confirmatur: quia tangens non solum vestimentum, quo Clericus actu induitur; sed etiam equum, vel inhærentia equo, cui infidet, incidit in excommunicationem: ergo multò magis abortire faciens Monialem; cum non adhærentia Moniali, sed partem naturalem ipsius lædat: & sic non naturæ, sed personæ religiosæ fit violentia, & corporalis læsio. At his non assentitur ex Caietano, & aliis; Sayrus de *censur. lib. 3. cap. 26. num. 17.* vnde vtraque opinio est probabilis: sed negatiua est probabilior.

An percussiones Eremitas, si sint sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati, incidant in censuram?

R E S O L. XI.

Negatiuè videtur respondendum ex Castro Palao tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 1. num. 14. ubi sic ait: [Fratres tertij Ordinis D. Francisci, & D. Dominici, vitam in Communitate gerentes, & Habitum Religionis gestantes, hoc priuilegio Canonis, imò forti, gaudent: quia, esto, veri Religiosi non sint; Religionis tamen statum imitantur; ideòque priuilegium Religiosis concessum, utpote fauorabile, ad ipsos extenditur. Secus verò dicendum est de iis Fratribus, qui in propriis domibus commorantur, etsi se, suæque bona Religioni obrulerint, Habitumque illius gestauerint. Idem ferè dicendum est de Eremitis, qui si sub aliqua Regula, & obedientia vitam agerent, edito paupertatis, vel obedientiæ voto, vel pacto inito, hoc priuilegio protegentur. Secus verò si nullam ex his obligationem susceperint, tamen si ex commissione Episcopi alicui Ecclesiæ infertuant, & Habitum gestent singularem: quia non firmum, & stabilem modum viuendi habent, cum prohibito possint ab eo recedere.] Ita ille, qui citat Molinam, Suarez, Layman, & alios, quibus ego addo Fragosum de *Republic. Christian.* tom. 2. disput. 2. §. 1. num. 40. & 41. & Turrianum de *censur. lib. 3. disput. 29. dub. 1. in fine*, & Coninch de *Sacrament. disput. 14. dub. 15. num. 164.* ubi ita asserit: [Vtrum verò Eremitæ hoc priuilegio gaudeant, non est ita certum: multi asserunt; alij verò negant. Vide Syluestrum *verb. Eremita*, num. 2. Valde probabile est, eos solos gaudere, qui alicui Religioni per vota obstricti sunt, aut saltem alicui Prælato ecclesiastico ratione voti, aut muneris, quo alicui Ecclesiæ deputati deseruiunt, sunt subiecti.] Ita Coninch.

Sed contrariæ sententiæ adhæret Leone tract. de *censur. recollect.* 5. n. 32. [Eremitæ enim, ait, non solum gaudent hoc priuilegio, quando viuunt in communi sub aliquo Prælato ecclesiastico ex tacita, vel expressa Pontificis auctoritate, de quibus non est difficultas apud Doctores, quibus accedit Bossius de *Iubileo*, sect. 2. casu 22. num. 60. sed etiam quando non viuunt in communi, sed seorsim

cum Habitu religioso alicui sacro loco seruietes sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati.] Hæc Leone, cui adde Squillantem *de priuileg. Cler. cap. 8. num. 34.* bc aientem: [Censeo, quod Eremitæ, qui Religiosi non sunt, (nam de Eremitis, qui profitentur tria vota Religionis, vt sunt Camaldulenses, non est ambigendi locus,) si ex speciali obligatione, & quasi traditione alicui Ecclesiæ, vel loco sacro, dicati sunt cum speciali subiectione ad Episcopum, gaudeant hoc priuilegio, cum sint personæ specialiter Deo dicatæ, seu deuotæ. Secus verò esset dicendum de Eremitis, qui vagi dicuntur, nec definitum, aut firmum vitæ modum, neque aliquam specialem obligationem ecclesiasticam habent.] Ita ille. Vide etiam Lezanam *in Summâ 99. Regular. tom. 2. cap. 7. n. 6.*

An percussus Apostatam incidat in censuram?

R E S O L. XII.

Affirmatiuè respondet Leone *tractat. de censur. recollect. 5. n. 37.* vbi sic ait: [Religiosi professi gaudent dicto priuilegio, etiamsi maneat extra Claustra sine Superioris licentia, vel quoque si sint Apostatæ. Et Nouitij etiam, si manerent extra Conuentum cum Habitu, & licentia Superioris: quia, cum ex hoc non interrumpatur Nouitiatus, adhuc esset Nouitius, vt latè post alios habetur per Bartholomæum de Vecchis *in sua Praxi pro Nouitiis, disp. 11. dub. 3. n. 10.* vbi id extendit, etiamsi illicitè, & absque iusta causa, fuit dicto Nouitio à Superiore concessa præfata licentia. Quando autem dixi, quod Apostata à Religione, cum iam sit professus, semper retineat priuilegium Canonis, intelligitur non solum si retineat Habitum, vel suæ Religionis, vel saltem clericalem; sed etiamsi dimiserit Habitum suæ Religionis, & ecclesiasticum, & percussus sciat esse Apostatam.] Ita ille, cui adde Baunium *in Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tr. 4. q. 2.*

Notandum est etiam hîc obâer, quod non solum Conuersi, Laici, Olati, seu Donati, qui veram Professionem emittunt, (cum sint verè Religiosi;) sed etiam ij, qui, vt dictum est, se, & sua Monasterio tradiderunt, & in ipso viuunt, Habitu aliquo modo mutato, gaudent priuilegio Canonis, *Si quis suadente.* ita vt illos percussus incidat in excommunicationem: sunt enim, vt dictum est, personæ ecclesiasticæ. Quod secus videtur dicendum de iis, qui in domo sua manent. Et ita docet Lezana *tom. 2. c. 8. num. 6.* Rodriguez *tom. 3. q. 21. art. 4.* & Fragosus *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 2. n. 46.* vbi tradit, personas deputatas, & donatas perpetuò alicui Ecclesiæ, siue sæculari, siue regulari, saltem si gerant Habitum aliquo modo religiosum, quanuis non voueant tria substantialia vota, censeri ecclesiasticas personas, & gaudere priuilegio ecclesiastico Canonis, & fori.

Sed, quid dicendum de percussente Clericum manifestè hæreticum? Respondeo, in censuram non incurrere; etiamsi non sit traditus brachio sæculari. Ita Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 17. diffic. 22. n. 7.* Portel, *in dubiis Regular. verb. Manus violenta, n. 4.* & alij.

An, qui percussit Clericum incorrigibilem, incidat in censuram?

R E S O L. XIII.

Affirmatiuè respondet Layman *lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 4.* & alij, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 1. num. 11.* afferentes, Clericos in Sacris constitutos priuilegio fori gaudere, quousque degradentur realiter, vel per sententiam Iudicis eo priuilegio denudentur. Colligiturque *ex cap. Cum non ab homine de iudiciis,* vbi post incorrigibilitatem remittitur potestati sæculari Clericus puniendus. Non igitur ipso iure

ob incorrigibilitatem priuilegio fori priuatur. Consentitque cap. *Vt fama. 35. de sent. excomm.* vbi laicis conceditur potestas capiendi incorrigibiles, non tanquam propriis Iudicibus, sed tanquam Ecclesiæ ministris, cui illi Clerici adhuc subiecti sunt. Putant igitur hi Doctores contra Coarrauiam, Clarum, & alios, ad hoc vt Clericus amittat priuilegium fori, & Canonis, requiri necessariò authenticam declarationem incorrigibilitatis, & regulariter sententiam degradationis, seu priuationis. Vide etiam Villalobos *tom. 1. tract. 17. diffic. 22. n. 14.*

Sed plus addit Suarez *de censur. disp. 22. sect. 2. num. 10.* Riccius *par. 4. decis. 102. num. 5.* & Squill. *de priuileg. Cler. cap. 6. num. 11.* quod post prædictam declarationem, talis Clericus non est omninò clericali priuilegio priuatus, ita vt censuram euadat, qui ipsum percuteret; cum solum in d. cap. *Cum non ab homine.* limitatè dicatur: *Per saculare potestatem corrigatur.* Vnde respectu aliorum minimè auferri videtur immunitas Clericatus. Verùm Fragosus *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 26.* putat, Clericum dimisso Habitu, & Tonsura clericali in enormitatibus se intromittentem, priuilegium Canonis perdere; non tamen priuilegium fori: quia priuilegium fori est indultum à iure diuino, cap. *Quanquam de censibus, in 6. Gloss. penult. in cap. Si Imperator. 96.* Socinus *conf. 12. num. 20. vol. 1.* Rolandus *conf. 4. n. 30. vol. 1.* & alij, quibus accedit Bellett. *disquis. clerical. part. 1. tit. de fauore Clericorum Canonis, §. 2. num. 44.* Deperdi autem priuilegium Canonis propter enormitates, quibus Clericus se immiscet, illa est ratio: quia est priuilegium à Iure positiuo indultum. Ita citati Authores, & Paulus Comitulus *respons. mor. lib. 1. quest. 96.* Tiraquellus *de pœnis temper. caus. 49. num. 36. & 37.* Carolus de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. num. 212.* Sayto *de cens. cap. 27. n. 9.* & alij, quos sequitur Barbosa *in cap. Perpendimus. 23. de sentent. excommunicat.*

Nota tamen hîc, quod excluduntur ab hoc priuilegio Canonis Clerici locutores, Goliardæ, aut Bufones, si per annum huic ignominioso officio vacauerint, argum. c. *unico de vita, & honest. Clericor. in 6.* & tradit Suarez *disp. 22. de censur. sect. 1. n. 14.* Layman *lib. 1. Summ. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 5.* Molina *tract. 3. disp. 54. num. 6.* & alij. Excluduntur etiam exercentes officium Carnificum, Macellariorum, Tabernariorum, modò coniugati sint, vel Habitum clericalem dimiserint, atque ter moniti ab Episcopo non destiterint; vel, si postquam destiterint, idem officium reassumunt. Quod si coniugati non sint, Habitumque clericalem retineant, priuilegio Canonis, & fori, quoad personas non priuantur, sed solum quoad eorum bona, ita vt eorum negotium non sit defendendum à Iudice ecclesiastico, & instar sæcularium soluere debeant tributa. Sic habetur *Clement. de vita, & honest. Cleric. & docent Doctores citati penes Fragosum num. 28. & Palaum num. 8. & 9.*

Verùm dicendum est, quod Clerici excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, vel etiam depositi verbaliter, gaudent hoc priuilegio. Ita Grassius *par. 1. lib. 2. cap. 49. n. 30.* Squillante *cap. 6. de priuileg. Cleric. n. 13.* Hæc conclusio quoad primam partem de censuratis, extenditur etiam ad denunciatos, & vitandos. De deposito verbaliter aliqui censent percuti posse sine pœna excommunicationis: sed tu contrarium dic cum supradicta Gloss. *fin. in cap. Degradatus. & cum Gloss. ordinaria in cap. Dicitur. verb. Sæculariuer. 81. dist.* quanuis alia Gloss. *ibid.* addat, hoc non credere, existimans per depositionem priuilegium amitti. Sed non est hoc dicendum, cum nullibi sit in Iure cautum: & cap. *Cum non ab homine. de iud. in fin.* tantum concedit licentiam Iudici sæculari, vt illum punire possit, quæ licentia, cum sit odiosa, non est extendenda. Et hæc omnia docet Leone *de cens. recollect. 5. n. 43.* Megala *in 3. part. instit. Confess. lib. 4. c. 2. q. 4. n. 36.* & alij.

An mandantes, consulentes, &c. percutere Clericum, incidant in censuram?

R E S O L. XIV.

Respondeo, quòd quanuis illi, qui sola auctoritate, mandato, ratihabitione, aut quia consensum præstant, seu non obstant, vel quia auxilium, consilium, vel fauorem violentiæ tribuunt, per se violentas manus iniicere non dicantur, & propterea non videantur excommunicati ab hoc Canone, cuius censura fertur contra solos iniicientes violentas manus in Clericos, vel Monachos: tamen ex aliis capitibus iuris hæc excommunicatio extenditur ad mandantes, seu precibus, & promissis incitantes ad prædictam offensionem. Vt habetur cap. *Mulieres. §. Illi. de sentent. excommunicat.* Item, ad consentientes cap. *Quarta. 47. de sentent. excommunicat.* Item, ad ratam habentes offensionem suo nomine factam. cap. *Cum quis. de sentent. excommun.* Et licet in nullo textu reperiat expresse, consulentes, auxiliũve præbentes hæc excommunicatione innodati; nihilominus Doctores communiter sub consentientibus eos comprehendunt. Satis enim consentit operi, qui illud consulit, eiũve executioni auxilium præbet. Quinimò in d. cap. *Quarta.* solũ sermo fit de consentientibus iis, qui manus violentas in Rectores Ecclesiæ iniiciunt: at communis sententia extendit ad consentientes percussioni cuiusvis Clerici, vel Monachi. Itaque mandans, consulens, & fauens Clerici percussioni hac excommunicatione innodatur, dummodo percussio subsequatur, subsecutãque fuerit ex vi mādati, consilij, vel fauoris, quia hæc actiones tanquã accessoriz prohibentur. Vnde cessante actione principali, scilicet, percussione, accessoriz non puniuntur. Ex alia parte, cum solũ puniantur, qui actionem principalem causant, necessariò requisitum est, vt ex vi illarum actio principalis subsequatur: sicut docet Molina traët. 3. *disput. 52. num. 2. 8. & 9.* Nauarr. *cap. 27. num. 51.* Coninch *disput. 14. dub. 15. num. 175.* & colligitur ex cap. *Mulieres de sentent. excommun.* ibi: *Quia is commisit verè, cuius auctoritate, vel mandato delictum committi probatur.* Requiritur ergo mandatum: & idem est de consilio, & fauore, causam esse delicti. Et quidem nisi de contrario constet, id semper præsumendum est, vt benè notauit Coninch *suprà.*

Sed, quid dicendum, si mandatum non sit expresse sed tacitum: vt, si quis, cum fuerit offensus ab aliquo Clerico, diceret coram amicis, vel familiaribus, se desiderare vindictam de tali iniuria, præuidens, aut præuidere debens, inde eos fore excitandos ad eum percutiendum; an incurrat etiam ipse in hanc censuram, sequuta illius Clerici percussione? Dico incurtere, argum. text. in cap. *penult. de homicid. in 6.* & sic docent Squillante *de privileg. Cleric. cap. 6. dub. 4. num. 62.* Suarez *disp. 22. sect. 1. num. 55.* & Carolus de Grassis *effect. 9. num. 35.* nam ille est causa moralis talis percussio, & excitat, & mouet, & virtualiter mandat. Vtrum verò mandans incurrat, si mandatarius excesserit fines mandati: vt, quia mandauit tantũ verberare Clericum, & mandatarius illum vulnerauit? Et incurtere fatendum est, prout in simili dicitur de eo, qui fecit mandatum ad vulnerandum: quòd si sequatur homicidium, tenetur de occiso, cap. *fin. de homicid. in 6.* nam vulnera, & percussiones non dantur ad mensuram. Secũs autem esset, si quis mandaret, vt tantũ inferatur Clerico iniuria verbalis, & mandatarius excesserit, faciendo illi iniuriam personalem: quia tunc mandans non erit excommunicatus, prout ipse mandatarius: & hoc ea ratione, quia mandans iussit fieri actum, propter quem de sui natura non incurrit in pœnam excommunicationis.

Nota etiam, quòd si aliquis, licet non mandet, vel consulat percussorem expresse, dicit tamen coram suis, se desiderare vindictam de tali Clerico; si postea sui mo-

Antonini Diana Pars IX.

ti his verbis percutiant; iste incurrit excommunicationem: quia, licet non dixerit eo animo, tamen debebat præuidere, suos credituros esse, quòd ipse hoc animo dicebat. Quod probatur argumento cap. *ultimi de homicidio, in 6.* Vnde, vt esset liber ab excommunicatione, deberet affirmare, se non dicere eo animo, vt percutiant, & quòd non desiderat, quòd ipsi percutiant, probatur argumento cap. *penultimi, de homicidio in 6.* Vide Auilam *de cens. part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 10. concl. 3.*

Notandum est etiam hinc, ratam habentem percussio-nem Clerici, etiam post factum, incurtere in censuram Canonis, vt patet ex textu in cap. *Cum quis. de sentent. excommunicat. in 6.* cuius verba sunt hæc: *Cum quis absque tuo mandato manus iniicit in Clericum tuo nomine violentas; si hoc ratum habueris, excommunicationem latam à Canone incunctanter incurris, cum ratihabitio retrotrahatur, & mandato debeat comparari. Si verò iniectio eadem tuo nomine non sit facta, tunc, licet pecces ratam habendo, non tamen propter hoc excommunicationis ullius vinculo innodaris: cum quis ratum habere nequeat, quod eius nomine non est gestum.* Hæc ibi. Tria tamen requiruntur, vt optimè obseruat Megala *in 3. part. instit. Confess. lib. 4. cap. 1. quest. 1. num. 7.* ad hoc, vt ratum habens hac censura ligetur. Primum, vt delictum sit commissum nomine suo, alioquin illud ratificare non potest, vt dicit textus. Secundum, vt verè ratum habeat, id est, vt approbet factum nomine suo: nam, si tantum non doleret, vel gauderet, quòd sit factum, non diceretur ratum habere. Tertium, vt tempore, quo fuit commissum delictum, fuerit ipse habilis ad committendum illud: nam, cum ratihabitio retrotrahatur ad tempus, priusquam fuerat commissum delictum, necessariò requiritur, vt tunc temporis ratum habens fuerit habilis ad mandandum: vnde, si erat tunc infans, vel amens, ratum habere non potest. Et hæc omnia docet etiam Villalobos *in Summa, tom. 1. traët. 17. difficul. 22. num. 11.* vbi sic ait: [Aunque este Canon no habla de los, que mandan, sino solo del que por si hiere al Clerigo; otro Canon le estiende al que lo manda: ò que por su auctoridad otro al Clerigo. Y otro Canon, le estiende à aquellos, en cuyo nombre se hizo, aunque lo ignorasen, si despues quando lo sapieron, lo confirmaron, que esto es como si lo vueran mandado al principio, conforme à la regla de Derecho, que dize: *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.* Mas si despues no lo aprond, si no que dixo, que le pesaua dello, no quedara descomulgado, ni tam poco lo quedara el, que se holgò del agrauio, que se hizo al Clerigo, sino se hizo en su nombre, conforme à otra regla, que dize: *Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.* y se colige del texto citado.] Hæc ille. Sed ne deseras videre Auilam *de censur. part. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 9.*

An reuocantes mandatum, vel consilium, si percussio Clerici sequatur, incidant in censuram?

R E S O L. XV.

Negatinè respondet Syluester *verb. Homicidium, 1. num. 11. & §. 3. num. 12.* Nauarra *de restit. lib. 3. c. 4. num. 47.* Auila *de censur. par. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 7. concl. 3.* & Layman *lib. 1. traët. 5. part. 2. cap. 7. num. 7. in fine,* vbi sic ait: [Resolutio sit: Qui alteri, propositis rationibus, homicidium iniustum persuasit, si eas postea serid, & quatenus potest, efficaciter retractauit; sequuto nihilominus homicidio, excommunicationem non incurrit; quin & probabiliter ab irregularitate, & damni compensandi obligatione immunis est: quanuis opposita sententia,

G 3 quod

quod attinet ad irregularitatem, & damni compensationem, æquè probabilis, aut fortasse probabilior existat.] Ita ille. Igitur, secundum hos Authores, facta reuocatione mandati, vel consilij de se efficaci, non est censendum, mandararium, vel consiliarium ex eo moueri; sed ob suam malitiam, cum reuocationi stare possit, & debeat.

Sed affirmatiuz sententiæ adhærent Nauarrus *cap. 27. num. 33.* Anthon. Gomez *lib. 3. resolut. cap. 3. n. 40. & 44.* Molina *tract. 3. disp. 5. n. 2. & 3.* Coninch *disp. 24. dub. 15. num. 183.* Lessius *cap. 13. dub. 3. num. 18.* contrarium opinantes: asserunt enim, si mandararius, vel is, cui datum est consilium, dissuaderi non potuit, quin ex mandato, vel consilio. moueatur ad facinus patrandum; mandantem, vel consulentem in excommunicationem incidere: quia facinoris causa fuit medio suo mandato, vel consilio, quod de facto remouere non potuit. Sicuti in excommunicationem incidit, qui propinato veneno Clericum occidit, tamen si diligentiam adhibuerit ad damnum impediendum. Ego verò vtranque sententiam probabilem esse puto, licet secundam existimem probabilior. Vnde assero cum Castro Palao *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 3. n. 9.* quod si adhuc tibi constet, mandararium, vel consiliarium tuo mandato, vel consilio moueri, vel quia non credit ex animo te reuocare, vel rationes reuocationis non sunt æquè efficaces ad contrarium persuadendum, etsi probabilis sit sententia, quæ te ab omni censura, pœna, & obligatione excuset: at probabilior reputo sententiam, quæ te condemnat; tum, quia communior; tum, quia de facto tuum mandatum, vel consilium causa fuit delicti. Nam esto malitiæ mandararij, vel eius, cui datum est consilium, adscribi debeat, quod reuocationi nolit adhærere, attamen dum de facto reuocationi non assentitur, mandatum, seu consilium firmum persistit, causaque est delicti. Ergo excommunicationis imposita iis, qui suo consilio, vel mandato in percussorem Clerici concurrunt, hos comprehendit. Non benè itaque his diebus quidam Religiosus mordicè sustinebat, consulentem percussorem Clerici, si reuocet consilium, incurrere censuram Canonis: nam opinio negatiua, vt dixi, est satis probabilis. Et idem dicendum puto quoad incursum irregularitatis, & obligationem restituendi: quicquid in contrarium asserat Layman *loco citato*, quoad irregularitatem, & restitutionem: & ita, me citato, xenet Leone *de censur. recollect. 5. n. 112.*

An mandantes, & consulentes percussorem Clerici, si ante percussorem pœniteant, & conserantur, incidant in censuram?

RESOL. XVI.

Suppono non posse reuocari mandatum, nec consilium. Et affirmatiuè respondet Cornejo *in 3. part. D. Thoma, tractat. 5. de excomm. disp. 3. dub. vlt.* vbi sic ait: [Excommunicationis de se non est impossibilis cum gratia, nisi ratione peccati, propter quod incurritur: ergo, si hoc peccatum est iam remissum, siue postquam incursum est, siue antequàm incurratur, potest optimè esse simul cum gratia.

Quæres, quid sit iste casus? Respondetur, esse, quando quis præcipit seruo percussorem Clerici, & pœnitentem ante executionem mandati; tamen propter loci distantiam non potuit intimari seruo reuocatio mandati ante Clerici percussorem: nam reuerà mandans incurrit excommunicationem latam ipso iure contra Clericorum percussores, etsi tunc sit in gratia ratione contritionis. Ratio est, quod iste in eo casu est absolutè voluntarius percussor Clerici; quia adhuc non reuocato mandato, reuerà influit moraliter in talem percussorem. Nec refert, quod culpa sit ei remissa per contritionem, nec similiter quod excusetur à noua culpa ex impossibilitate intimandi seruo

reuocationem mandati: quia necesse erat ad vitandam excommunicationem, vt de facto non influeret moraliter in talem Clerici percussorem, quia influxus non tollitur ex sola interna contritione peccati: ergo quod peccatum, propter quod censura fertur, remissum ei sit, non sequitur, quominus in hoc casu excommunicatio incurtatur.

Sed obiicies primò: Excommunicatio est pœna medicinalis: ergo non incurritur, nisi durante infirmitate peccati. Respondetur, negando consequentiam, saltem in hoc casu: tum, quia licet excommunicatio non sit medicina respectu ipsius excommunicati, satis est, vt sit medicina respectu aliorum: tum etiam, quia adhuc in hoc casu est medicina respectu excommunicati, si non ad recuperandam sanitatem de peccato iam remisso, propter quod est incursum; saltem est medicinalis respectu aliorum peccatorum, vt deinceps euitet similia peccata.

Obiicies secundo: Correctio fraterna non habet locum de peccato præterito, de qua proximus est iam sufficienter emendatus: ergo neque excommunicatio habet locum in hoc casu. Antecedens patet: quia in eo casu iam frater est lucratus Deo; quod erat finis fraternæ correctionis. Et consequentia probatur: quia si tunc non habet locum medium suauius, qualis est correctio; multò minus habebit locum medium acerbius, qualis est excommunicatio. Respondetur, negando consequentiam: & ratio est, quod correctio fraterna ordinatur ad salutem priuatam proximi, idè non habet locum, quando iam proximus à peccato resipuit: at verò punitio iuridica facta ab homine, vel à iure, respicit præcipuè bonum commune, & publicam utilitatem, ac proinde cessare non debet, quanuis reus de peccato suo doluerit, præcipuè cum in hoc casu maneat effectus prioris voluntatis peccaminosæ nondum sufficienter retractatus.

Obiicies vltimò: Si excommunicatus offerat Ecclesiæ satisfactionem, iudicatur dignus absolutione ex textu in *cap. Quapropter de appellat.* ergo, si à principio ante excommunicationem prædictam satisfactionem obtulisset, non posset excommunicari: sed hanc satisfactionem obtulit, qui in hoc casu reuocauit mandatum percussorem Clerici: ergo non incurrit excommunicationem. Respondetur: concessio antecedenti, & prima consequentia, negando minorem: quia, cum iste non intimauerit mandarario reuocationem mandati, non censetur obtulisse perfectam obedientiam præcepto ecclesiastico prohibenti percussorem Clerici. Nec refert, quod non steterit per ipsum, quominus fieret talis intimatio: nam, licet hoc excuset illum à noua culpa, non tamen excusat à noua pœna, cum hæc impossibilitas non auferat priorem voluntatem, ratione cuius moraliter influit in percussorem Clerici, & sibi debet imputari, quod in tales angustias sit redactus. Et hæc omnia docet Cornejo *vbi supra.*

Confirmatur: quia censura est pœna: sed ad incurrendam pœnam sufficit effectus sequutus, etsi non sit peccatum, neque voluntarius: ergo. Probatur minor, per textum in *cap. Si quis insaniens. 15. quest. 1.* vbi habetur, quod si quis insaniens aliquem occiderit; si postea ad sanam mentem deuenit, debet leuiori pœnitentia puniri: occisio facta ab infano non est peccatum, neque voluntaria; & tamen ibi iubetur puniri, etsi leuiori pœnitentia: ergo vt incurratur pœna, sufficit effectus prohibitus sequutus, etsi in eo non concurrat peccatum, & voluntarium: ergo à simili in casu nostro, licet mors sequuta post Confessionem non sit peccatum nouum, neque sit voluntaria, ex quo voluntas fuit præcisa per Confessionem, tamen incurritur excommunicatio.

Confirmatur insuper ex opinione Vasquez, quam sequitur Sanchez *lib. 1. Summa, cap. 16. in fine*, loquentis in casu excommunicationis contra homicidas: [Si quis, ait ipse, excessit in bibendo cum præuisione ebrietatis, & homicidij,

homicidij, quod solet ab ipso committi tempore ebrietas, & si ante sequutam ebrietatem talis pœniteret dicti excessus, & confiteretur, & absolueretur; tamen si sequatur ebrietas, & homicidium, incurteret in hanc excommunicationem: quia, inquit, ad has pœnas incurrendas sufficit dedisse causam liberam, & sequutum fuisse effectum.] Vide etiam Villalobos in *Summa, tom. 1. traët. 17. difficult. 22. n. 12.* vbi sic ait: [Hase de aduertir, que quando el que mandò herir al Clerigo, reuocò el mandato, antes que se executasse, si la reuocacion no pudo llegar à noticia de la persona à quien lo mandò, en tal caso en poniendose en efeto, tambien queda el que lo mandò descomulgado, como tienen Angelo, y Toledo contra vna glosa, y se colige de lo que diximos arriba, que assi como el que dispara vn arcabuz, y antes que llegue la bala al hombre, le pesa, muda de voluntad, no por esto dexa de estar descomulgado: ansi aqui, aunque si se sucediesse, que quando se executasse el mandato, fuesse ya muerto el que le mandò, no incurriria la descomunion: porque despues de muerto ya no es capaz della.] Sic ille: quibus adde Squillante de *privileg. Cleric. c. 6. n. 59.* qui citat Lessium, Bonacinam, & Layman.

Sed hanc opinionem aliqui non approbant: asserunt, enim, censuram (quidquid sit de irregularitate, quam fatemur contrahi hoc casu) non incurri ab hoc tali in foro conscientie. Primò, quia certum est, quod excommunication non potest contrahi absque peccato, vel contumacia: sed stante hac pœnitentia tempore, quo mors sequitur, non adest nouum peccatum, neque noua contumacia præter illud peccatum vulneris, quod fuit causa mortis: ergo. Minor patet, quòd non adsit nouum peccatum, neque contumacia: quia peccatum non est nisi voluntarium: at, quando sequitur mors post vulnus, vel ebrietatem, illa est inuoluntaria: ergo. De vulnerante lethaliter patet: quia iam pœnituit, & confessus fuit. De ebrio est certissimum: qui enim caret vsu rationis, non potest velle. Fauet huic opinioni alia opinio, quam vocat satis probabilem. Bonacina *disput. 1. de cens. in genere, quæst. 1. punct. 6. num. 6.* & ante eum Auila de *censur. part. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 7. concl. 2. in fine*, quòd, scilicet, mandans homicidium, vbi est lata excommunicatio contra homicidas, non incurrat excommunicationem, ipso sequuto, si antequàm sequeretur dictum homicidium, pœniteret, & veller, si posset, reuocare mandatum, & fecit omne posse suum, vt talis reuocatio deueniret ad mandatarium. Sequitur Duardus *lib. 2. in Bullam Cœna, can. 9. quæst. 5. in fine, & can. 11. quæst. 13.* ea ratione præcipua: quia ad incurrendam censuram, vt supra, requiritur peccatum, vel contumacia: sed hinc non adest peccatum, neque contumacia: ergo.

Ad rationes pro parte affirmatiua allatas respondet Leone de *censur. recollect. 1. n. 143.* sic enim ait: [Aut loquimur de irregularitate, vel de censuris: si de irregularitate, concedimus: si verò de censuris, & tunc iterum distinguendum esse cenfeo: aut loquimur, quoad forum externum, vel quoad forum internum: primo casu sufficit causa libera data, & effectus: cum enim iam constet Iudici, fuisse ex vulnere sequutam mortem, potest citare eum ad dicendam causam: quare non debet declarari excommunicatus, qui si compareat, & afferat causam, ob quam non sit excommunicatus, scilicet, quia antè confessus, & sit paratus satisfacere, tunc non debet amplius molestari, si pars est satisfacta, vel saltem debet absolui ad cautelam: ideòque si est Sacerdos ob scandalum, quod inde euenire potest his pusillis, qui nesciunt has subtilitates, admonerem, vt non celebraret publicè. Secundo casu, scilicet, pro foro interno, non sufficit causa data, & effectus sequutus; sed requiritur peccatum, vel perseuerantia in peccato, siue contumacia, cum omnis censura, vt censura, sit pœna medicinalis, vel peccati, vel contumacie.] Vnde ex *superius* dictis Pater Leone *loco citato, recollect. 3. n. 113.*

indiuidualiter docet, mandantem, & consulentem percuti Clericum, excommunicationis nexu non vinciri, si ante percussione conteratur.

Nec obstat, quòd in tali casu mandatarius, & consultus incurrant; non autem mandans, & consulens: quia etiam quando quis tantum mandat iniuriam verbalem, si ipse mandatarius excedat percutiendo, non incurrit mandans, sed mandatarius: Squillante *cap. 6. de privilegiis Clericorum, num. 64.* sicut è contrario, si mandans sciat percutiendum esse Clericum, quod ignorat mandatarius, ipse mandans incurrit, non autem mandatarius. Et post hæc scripta, sententiam negatiuam inuenio docere etiam Baunium in *Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tr. 4. q. 1.* vbi sic ait: [Ego, aut consiliarius quilibet alius esse, ac dici causæ effectus non possumus, nisi ad eum moueatur executor vi dati, ac recepti consilij: at eius retractatione seria impeditur hic morus: videt enim confessione consiliarij ingenua se lapsum: eius autem rationes non fuisse eiusmodi, quibus adhibenda fides esset: quare si agit, inductione ipse sua, moruque agit, ipsique soli, non consiliario, affigenda est effectus sequuti culpa. Idem dicendum de mandante: nam, vt quis peccasse dici queat mandando, ac excommunicationem incurrisse per actum mandatarij, debet hic eius nomine, causaque, vim Clerico facere: at facit mandati reuocatio vera, & seria, vt iam mandantis gratia opus non fiat, sed operantis solius: ergo isti soli, non soli illi imputandum: ergo factum homicidium, inflicta Clerico verbera, plagæ eidem impositæ, mandanti censuram non inferent; sed executori soli, qui improbitate potius sua, quàm alienis est rationibus impulsus ad iniuriam, quam si solus luat sine mandantis, aut consulentis consortio, quis arguat?] Ita ille, qui etiam tenet, quòd excommunicationem non incurrit, qui postquam mandauit, moritur; antequàm percutiatur Clericus: nam, si post mortem aliquam incurteret excommunicationem, posset fieri, vt quo tempore quis est beatus, idem quoque excommunicatus foret, quod est contra rationem. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Primam opinionem affirmatiuam puto probabiliorē esse, & illam teneo: negatiuam tamen tanquàm probabilem admitto.

An percussiones Clericum damnatum ad tritemes, incidant in censuram?

R E S O L. X V I I.

AD hunc casum sic respondet Auila de *censur. part. 4. disp. vnica, dub. 1. concl. 1.* [Virum comes, magister tritemes, scilicet, *Comite de galera*, percutiens Clericum degradatum verbaliter, vel depositum damnatum ad tritemes, incurrat excommunicationem Canonis, *Si quis suadente?* Respondeo, quòd si percutiat illum, sicut reliquos remigantes, propter pertinentia ad suum officium, non incurrit: nam id facit tanquàm minister, & executor Prælati, qui damnauit illum ad tritemes: consequenter enim damnauit eum ad supplicium, quo puniri solent reliqui remigantes. At verò si aliquis rixando cum illo percutiat eum, qui neque est degradatus realiter, neque est incorrigibilis, incurret excommunicationem.] Ita ille. Verum id, quod ipse asserit, tales ad tritemes damnatos, si sint incorrigibiles, non gaudere privilegio Canonis, habet magnam difficultatem: nam contrarium firmat Suarez, & alij, quos supra adduximus, agentes de percutientibus Clericos incorrigibiles. Et miror, Auila quo pacto hanc sententiam docuerit, cum ipse teneat, quòd amittentes privilegium fori, non amittant privilegium Canonis: & ideò apponam hinc verba Coninch de *Sacram. disp. 14. dub. 15. n. 159.* sic asserentis: [Addit Nauarr. *cap. 27. n. 79.* idem dicendum esse de quouis Clerico incorrigibili, probatque ex *cap. Cum non ab homine. 10. de iudiciis:*

dicitur: sed ibi tantum dicitur, Clericum deprehensum in furto, homicidio, periurio, aut simili crimine, deponendum esse: & si incorrigibilis sit, excommunicandum; & crescente contumacia, anathematizandum; & si hæc contempserit, per sæcularem potestatem corrigendum. Ex quo non sequitur, quævis incorrigibilem, sed eos solos, qui post illos omnes actus incorrigibiles persistunt, per sæcularem potestatem comprimendos esse. Imò etiam tunc videtur requiri, sententia iudicis ecclesiastici, qui tales brachio sæculari tradat, ut colligitur ex cap. *Vt fama. 35. de sent. excommun.*] Ita ille. Meritò igitur dixit Rodriquez in *Summa, tom. 1. cap. 144. n. 15.* [Goza del cap. *Si quis suadente. el Clerigo descomulgado, ò condenado à galeras: por tanto los comites; que los acotan, sino lo hazen por causa de castigo, y correccion, quedan descomulgados.*] Vide etiam Leonem de *conf. recollect. 5. n. 241.* vbi docet, Clericos tantum verbaliter degradatos, etiam si sint damnati ad triremes, gaudere privilegio Canonis; & idè si comites excedant modum in verberando, incidant in censuram.

An percussor notorius Clerici, eo ipso statim sit semper visandus?

R E S O L. XVIII.

PRacticabilis est iste casus, & de illo ego benigniorem opinionem dedi, quam, me citato, sequutus est postea Pater Baunus in *Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tract. 4. q. 2.* vbi sic ait: [*Quæritur, an qui Clericum notoriè percussit, vitari debeat? Affirmatiua nonnullis placet, idè quòd Constantiense Concilium expressè habeat, publicum Clerici percussorem vitandum esse. Contraria tamen sententia defenditur à Couarruua in cap. Alma mater. part. 1. §. 2. n. 2. Sayro de cens. lib. 2. cap. 11. Rebuffo in concordata rubrica de excomm. non vitandis. Sentit idem Fagundez Præcept. 1. lib. 2. cap. 5. n. 12. Dianap. 3. tract. 5. resol. 14. Negant enim hi Authores, percussorem Clerici vitandum esse, nisi postquam constiterit, eum iustam causam nullam habuisse Clericum percutiendi: quare, licèt percussio sit notoria, & patens multis, si tamen non sit illis, qui eius percussione sunt conscij notum, percussorem excusandi sui legitimam nullam habere causam, à qua in eo facto excusetur à peccato, non est eorum opinione vitandus: unde, cum de eo constare nequeat, nisi per facti notorietatem, aut sententiam iudicis, ante eam non dicitur notorius Clerici percussor, ac vitandus. Diana loco antè citato. Quot autem testes requirantur, ut factum dicatur notorium in Clerici percussione, satis non constat. Quinque ad id non sufficere, tradit Aragon 2. 2. q. 10. art. 4. imò neque sex, nisi maiorem partem Congregationis componant, dixit Reginaldus lib. 1. prax. cap. 10. n. 121. Septem minimum de Communitate exigi, ut facti notorietatem inducant, scripsere Marius Anthoir. resol. lib. 13. resol. 11. Adrianus in tractat. 4. de Sacram. Euchar. decem postulat. Communis est opinio, id iudicio committendum esse prudentis viri, qui ex variis circumstantiis, qualitate actus, loci, & temporis, arbitrabitur, quodnam factum dicatur notorium. Quare non est vitandus in communi vita, congressuque percussor Clerici, nisi cum est publicus, ac notorius; pro tali autem non est habendus, nisi cum percussio nulla tergiuersatione celeri, aut iuris remedio niti potest; iuris autem remedia sunt, Clericum ab ebrio percussum esse, aut à nesciente, ac ignaro tali actioni censuram annexam esse, aut ad sui defensionem. Quid? quod causari hïc potest, iniustè de percusso Clerico diem sibi dici; innocentem se esse; in vrbe, cum cades, aut iniuria Clerico est facta, non fuisse; Hæc ergo, aut eorum aliqua, quandiu potest percussor culpæ suæ prætere, publicus dici nequit, & notorius esse, nec is consequenter, cuius colloquia, congressumque vitare oporteat.*

Ad id enim est opus, ut constet, nullam habuisse causam percutiendi, non fecisse defendendi sui gratia; nam, si potest probabiliter allegare aliquam veram causam, qua in eo facto à peccato excusetur, quandiu non constiterit non ita esse, non erit vitandus: hoc autem constare non potest, nisi per iudicis sententiam, vel per facti notorietatem. Quamobrem rarò contingit, percussorem Clerici ita esse notoriam facto, ut non possit aliquo iuris remedio probabilitate aliqua excusari.] Hucusque Baunus, & iterum ego: quod valdè notandum est à Confessariis, & Responsoribus Casuum conscientiarum: nam ex his à multis scrupulis, & anxietatibus, tam ipsi, quam poenitentes liberi erunt. Et idè etiam hïc apponam verba Ioan. Garciz in *Summa morali, tr. 1. diffic. 3. dub. 2. punct. 5. num. 42.* vbi sic inquit: [*El publico percussor no se ha de euitar, si potest aliqua tergiuersatione celeri eius percussio; de suerte que si no fue la percussione delante todo el pueblo, ò conuencido della por sententia, ò confession del reo, aunque mas aya rumor, y fama que vno sacudio à vn Clerigo, no se ha de euitar.*] Ita ille.

Sed hïc discutiendum est aliud dubium, an, scilicet, posito, quòd aliquis notoriè consuluit, vel mandauit, aut ratam habuit, vel non impediuit percussorem Clerici, sit vitandus, sicut notorius percussor? Et respondeo negatiuè, non solum, quia sicut consulens, mandans, &c. non incurrisent hanc excommunicationem ex dispositione Canonis, *Si quis suadente.* nisi Summi Pontifices per Iura specialia id expressissent: ita etiam, dum Concilium Constantiense duntaxat iubet vitare nos debere notorios percussores, in eius dispositione non includuntur consulens, mandans, &c. non solum ea ratione, quòd in odiosis verba sunt strictè ad litteram intelligenda, per allegata à Mario Antonino lib. 1. *variar. resol. 69. n. 2.* sed etiam, quia istæ causæ tunc incurrunt, quando efficaciter influunt in effectum: & idè licèt possit esse notorium consilium, mandatum, rati habitio, &c. non potest tamen esse notorius ipse influxus efficax, qui est causa immediata incursum in ipsam excommunicationem, & per consequens, nisi præcedenti legitima probatione. Et ita hanc sententiam ex multis aliis rationibus firmat Leone de *censur. recollect. 5. n. 335.*

An calcibus percutiens Clericum in platea, dicatur percussisse leuiter in ordine ad obtinendam absolutionem?

R E S O L. XIX.

NOminatim contra me negatiuam sententiam tenet Stephanus Baunus in *Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tr. 4. quest. 2.* vbi sic asserit: [*Quæritur, an censendus sit aliquis grauitè percussus in ordine ad excommunicationem incurrendam, qui calcibus fuit appetitus in platea? Affirmat Sayrus de censur. lib. 3. cap. 28. num. 6. quia percussio ratione loci publici, quæ alioqui leuis esset, sit enormis: ita ille cum aliis apud Maceratensem *variar. resol. lib. 11. num. 10.* Addo ego non parum eo opere, ac simili, Clericorum dignitatem, ac nomen lædi: nam, quid ad eorum contemptum esse potentius potest, quàm vnum eorum quempiam calcibus peri in oculis omnium? Opinio contraria defenditur à Diana *tr. 16. ref. 23.* Reginaldo *lib. 1. cap. 19. sect. 1. num. 240.* Nauarro *cap. 27. num. 92.* quia, ut percussio censetur esse grauis, quæ est in publico facta, debet duo habere: primò, quòd sit notabilis: secundò, quòd generet scandalum. Primum deest (inquit Diana) percussioni dicti Clerici, qui calce est in platea impetitus: quare existimat cum aliis, quòd percutiens, ab Episcopo absolui poterit ab excommunicatione incurta ob iniuriam sic Clerico illatam. Hæc sententia non est probabilis: quid enim Clerico magis esse probrosam, inrèque potest, quàm spectante vrbe, infra sepuos poni, & cum maiore dedecore, ignominiaque plecti, quàm qui sunt sceleratissimi:*

ratissimi: nec enim hi, aut illi, si quid peccent, in platea vapulant; aut si ibi impudentiæ suæ pœnas pendunt, non eam caesibus, sed virgis luunt. Quare prima mihi sententia, ut probabilior, sequenda videtur in praxi.] Hæc Bauuys. Sed sibi videtur contradicere: nam, si mea sententia affirmatiua non est probabilis, ut ipse ait, quo pacto postea suam sententiam negatiuam vocat probabiliozem? Si sua sententia est probabilior, sequitur, quod nostra sit probabilis; & reuera illam, tanquam probabilem, me citato, admittit Leone de censuris. *recollect. 5. num. 382. in fine*, ex auctoritate Nauatri. Vide etiam Philiarthum in *Summa*, lib. 3. *cap. 33. in fine*. afferentem cum Nauarro, iniuriam factam in loco publico esse grauem; duobus tamen concurrentibus, nempe, si sit notabilis, & gignat aliquod magnum scandalum. Hinc rectè à fortiori fuit resolutum Papiæ, teste Mario Antonino *variæ. resolut. lib. 3. resolut. 11. per totam*, percutientem Sacerdotem in facie cum pugno; ex qua percussione exierunt de ore ipsius aliquæ guttæ sanguinis, incurrisse quidem in censuram, sed, quia talis percussio existimata fuit leuis, potuisse absolui ab Episcopo.

An Heluetij, arcetes turbam, dum Pontifex, vel alius Princeps egreditur, si percutiant Clericum, incidant in censuram?

R E S O L. XX.

Respondeo, quod ab hac excommunicatione excusatur ostiarius, aut alijs Officialis, qui, dum arcet turbam irruentem, Clericum fortuito casu lædit: si tamen id faceret animo maligno, ex proposito, scilicet, intendens Clericum verberare sine sufficiente necessitate, videtur incurrere excommunicationem, sed soli Episcopo reseruatam, à quo dicitur absoluentus, nisi Clericum grauius vulnerauerit, *cap. Si verò 3. de sentent. excommunicationis*. Et ita docet Coninch *de Sacram. disput. 14. dub. 15. num. 193*. Fragofo *de Rep. Christ. tom. 1. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 29*. Sayrus *de censur. lib. 3. cap. 28. num. 27*. Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 6. num. 48*. Auila *de censur. part. 2. cap. 5. disputat. 3. dub. 13*. Vide etiam Turrianum *de censur. lib. 3. disput. 29. dub. 4*.

An percutientes Clericum titulo correctionis, incidant in censuram: & quid, si excedant modum, vel corrigant ex odio?

R E S O L. XXI.

Respondeo, quod titulo correctionis licitum est prælato ecclesiastico, & magistro discipulum Clericum, etiam in sacris constitutum, vinculis alligare, & castigatione moderata punire, prove ratio culpæ, & qualitas personæ exigat, & consuetudine receptum est. Sub magistro venit intelligendus pædagogus, & quicumque alius, qui ad honestum aliquid docendum, vel in officio Clericos continendos assumitur, ut rectè aduertit Molina *disp. 56. n. 3*. Item, is, cui ex officio incumbit pueros turbantes diuinum Officium ab Ecclesia expellere. Quinimò senioribus Clericis concessum est leuiter in minoribus Ordinibus constitutos punire, si diuinum Officium turbent. Et ita docet Layman *lib. 5. tract. 5. part. 2. c. 81. num. 7*. Suarez *de cens. disp. 22. sect. 1. num. 48*. Coninch *de Sacram. disput. 14. dub. 15. n. 190. & seq.* Castrus Palæus *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 3. num. 6. cum aliis*.

Verum non desinam hîc adnotare, quod in iure videtur aliqua antinomia, quoad supradicta: nam in *cap. Vniuersitatis. de sentent. excommun.* Iudex ecclesiasticus, qui percuti facit Clericum per laicum, censetur simul cum percussore peccare in Canonem. Vnde apparet, laicis non esse per-

missum, ut doctrinæ, & instructionis causa percutiant Clericum; sed debet fieri castigatio à Clerico. E contra *cod. tit. cap. 1. id* magistris simpliciter permittitur. Et *cap. Cum voluntate. cod. tit. §. Si qui verò*, permittitur primò, senioribus Clericis, iuniores, vel adolescentes in minoribus, constitutos, si turbant diuinum Officium (non alia ex causa) leuiter percutere. Secundò, idem magistris in scholares permisum, correctionis causa. Tertio, adduntur *ibidem* hæc verba: *Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo, ut cohibeant à suis insolentijs, & scientijs, bonisque moribus informetur, dixerint corrigendos*. Et hæc quidem vera sunt omnia, dântque cum assignatis conditionibus potestatem etiam patri, dominis, & magistris in subditis Clericos. Ad tollendam autem antinomiam aliqui explicant dict. *cap. Vniuersitatis*, prohibere laicis illis iuridicam, & publicam animaduersionem in Clericos, non verò priuatam. Rectius tamen intelligitur *caput illud* de laicis, quibus non est titulus magistris, parentis, aut domini concessus, nempe, ut in *cap. Cum voluntate*. Adde præterea illud, *c. Vniuersitatis*, prius editum esse à Clemente III. quem pono sedisse 1188. illud verò *cap. Cum voluntate*, postea editum à Gregorio IX. qui sedet anno 1227. & proinde habere declarationem, & extensionem prioris legis. Quid matri, quidve propinquis concessum sit, habetur in dict. *cap. Cum voluntate*. Porro hæc de magistris declarant Nauarr. *num. 82. casu 14.* & Angelus, *Excommunicatio, num. 9*. Lege citata iuris, vbi habetur, nihil ob stare in Clericis scholasticis, siue sint minoribus, siue sacris Ordinibus initiati: & idem de filiis, cum castigantur à patre. Et hæc omnia docet Gordonus in *Summa, tom. 2. lib. 7. quest. 13. §. 4. num. 37*.

Sed ex his dubium oritur, an, quando prædicti excedunt modum percussione relatæ ad correctionem incurrant hanc censuram? Prima opinio est Glossæ in *cap. Vniuersitatis de sentent. excommun.* affirmantis, illos incurrere hanc censuram. Et probari potest: quia facultas solùm conceditur in ordine ad correctionem: sed Glossa in *cap. Cum voluntate. citatum*, docet non incurrere illos hanc censuram. Et aliqui redigunt in concordiam has duas opiniones, secundum doctrinam Syluestri, *Excommunicatio, 6. §. 6.* ut non contrahatur, quando est purus excessus, ita ve non sit peccatum mortale. Et hanc doctrinam sequitur Tabiena, *Excommunicatio, 3. casu 2.* & Tolerus *cap. 34. n. 4.* & ex dictis potest probari vtraque pars: & prior facile intelligitur; quia sine peccato mortali non incurritur hæc censura: secunda probatur: quia fit contra facultatem graui modo, ita ve sit peccatum mortale.

Sed quæri potest, quid dicendum sit, quando prædictæ personæ percutiunt prætextu correctionis, sed non ex fine corrigendi, sed ex odio. Respondent Syluester, & Tolerus *supra*, incurri excommunicationem: quia facultas est concessa ad corrigendum, ex fine correctionis: & docent esse communem sententiam, quam ego intelligo, si finis ille aliquo signo manifestetur; aliàs non potest Ecclesia eum actum punire. Quæ omnia docet Turrianus *de cens. lib. 3. disp. 29. dub. 2*.

An Pralati regulares, & seculares, percutientes Clericos titulo correctionis per alios, incidant in censuram?

R E S O L. XXII.

Respondeo cum Gordonis in *Summa, tom. 2. lib. 7. quest. 13. §. 4. num. 38.* & aliis, quod quantum ad Religiosos attinet, de quibus agitur in *cap. Vniuersitatis. de sentent. excommun.* debet Superior propria manu subditum verberare, nisi urgeat necessitas: & quando ea occurrit, non debet id per laicum præstare; sed per Clericum, vel Monachum;

nachum : alioqui , inquit Canon , tam præcipiens , quàm verbetans contrahunt hanc censuram , ex dict. cap. *Vniuersitatis*.

Dubitat Angelus , an hic alius possit esse vnus è Conuersis ? Certum autem videtur , posse in illo necessitatis euentu fieri per Conuersum ; si verè Religiosus est , quanuis non sit Clericus . Qui verò nec Clericus , nec Religiosus est , habetur hic vt laicus . Cæterùm aliud est de captura , quæ fieri potest per laicum autoritate Superioris ecclesiastici , vt colligitur ex cap. *Vt fama de sentent. excommuni.* & hæc ex dict. cap. *Vniuersitatis* . vbi de Abbate agitur . Secundò huc spectat , an eadem huius capituli restrictio , ne fiat , scilicet , per laicum percussio , habeat etiam locum in Prælati Clericorum sæcularium . In qua re illud primò certum est , non debere Episcopum suis manibus verberare , ex cap. *Non licet. dist. 86.* quia , vt pro ratione ibi subiungitur , hoc alienum est ab hac dignitate sacerdotali : quamuis verba illius capituli non significant contrahi grauem culpam , si Episcopus per se (iuste tamen) percutiat . Quantum verò attinet ad alios sæcularium Clericorum Prælatos minores , videtur ab illis quoque seruandum , quod habet dict. cap. *Vniuersitatis* , nempe , vt per se puniant , nisi urgeat necessitas . Ita Nauartus , & quidam alij opinantur . Verùm cap. *Vniuersitatis* . id non habet : sed nec vlla recepta , ac constans consuetudo : ac proinde alij censent , non esse obligandos , vt per se percutiant , præsertim cum in dict. cap. hoc solum de Religiosis exprimat . Cæterùm altera pars capituli , nempe , vt non fiat per laicum , obligat sanè & hos Superiores , atque etiam Episcopos : quia hæc capituli particula generatim profertur ; & non restrictè ad solos Religiosos , vt textum illum expendenti facile apparebit , præsertim in verbis illis : *Tam qui tales verberare præcipit* .

Verùm , licet hoc ita sit de rigore Iuris ; consuetudine tamen introductum est , vt Prælati Ecclesiasticos mediis laicis capiant , & in vincula coniciant , & publica flagellorum punitione afficiant ; & , si opus fuerit , torqueant , ac in triremibus puniant . Id enim bono communi necessarium est , ne delicta Ecclesiasticorum manèant impunita : quòd sæpè contingeret , cum rarò inueniretur Ecclesiasticus , qui has actiones præstare vellet . Præterquam quòd non decet personam ecclesiasticam huius generis punitionis executio . Et ita docet Turrianus *de cens. lib. 3. disput. 29. dub. 3.* Megala *in 3. parti. inst. Confess. lib. 4. cap. 1. quest. 3. num. 5. cum seq.* Coninch *de cens. disput. 14. dub. 15. num. 191.* Auila *parti. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 12.* & alij penes ipsos .

Et tandem ad confirmationem suprascriptorum non deferam hic apponere verba Villalobos *in Summ. tom. 1. tract. 17. difficul. 22. num. 9.* vbi sic ait : [Mas haze de aduertir , que el Obispo no tiene obligacion de acotar por sus manos al Clerigo , como todos dicen , por vn capitulo de Derecho , ni tam poco los demas luezes ecclesiasticos seculares , inferiores à los Obispos , que en ninguna parte està esse en vso , como nota Suarez , porque aquella forma solo està puesta à los Prelados regulares , para que no auiendo necesidad de otra cosa , acoten por si mismos à los subditos . Y añade mas , que los Prelados de las Religiones no estan obligados à esso , con tanto rigor , que pequen mortalmente , y queden descomulgados , si hazen lo contrario , porque aquel defeto no es substancial , sino accidental , y no es la materia graue , y fauorece esto la costumbre , que en nuestra Religion de ordinario los Prelados mandan à los Vicarios , ò otros Sacerdotes hazer esto .]

Sic ille .

An Magistri percutientes Clericum discipulum per laicum , incidant in censuram ?

RESOL. XXIII.

Videretur prima facie hoc fieri non posse : quia Prælati , & Iudicibus ecclesiasticis sola captura , tortura , & publica punitione permittitur per laicos fieri ; non autem secreta punitione , & quæ punitum non infamant magistris sola hæc punitione concessa est : ergo nequeunt illam mediis laicis exercere . Sed affirmatiuè sententiæ ego adhæreo : quia spectato iure naturæ hæc correctio non est illicita : non enim potest vt violentia notari , cap. 1. *de sent. excommuni.* At iure positio solis Prælati , & Iudicibus ecclesiasticis inuenitur interdictum , ne Clericos , vel Religiosos corrigant mediis laicis , cap. *Vniuersitatis de sentent. excommunicat.* Cui dispositioni magna ex parte derogatum est in cap. *Vt fama, eodem tit.* & in cap. *Si Clericos. eodem tit. in 6.* ergo , cum magistris , parentibus , propinquis non sit prohibitum discipulos Clericos per laicum punire , id absque timore excommunicationis præstare poterunt . Et confirmo : Magister laicus potest Clericum in minoribus constitutum punire ; & pater filium , & propinquis sibi aliquantulum subditum : ergo poterit medio alio laico eam punitionem præstare ; partim , quia in ea actione nulla iniuria deprehenditur , argum. cap. *Si Clericos. partim* , quia ipsis magistris potius , quàm exequutoribus punitione adscribitur , vt notatur cap. *Vt fama. de sent. excommuni.* Neque obstat , quòd Prælati , & Iudicibus ecclesiasticis interdicta sit correctio Religiosi , & Clerici subditi medio laico : quia , cum ipsi ecclesiasticæ personæ sint , decebat Ecclesiasticos per se , vel per alios Ecclesiasticos corrigere , cum correctio adhibenda est , quæ à personis ecclesiasticis exerceri decenter potest : at magistri sæpè sunt laici , & à fortiori parentes : non est igitur mirum ; quòd ipsis facultas iure naturæ concessa intacta relinquatur , quæ Prælati ecclesiasticis restringitur . Et hæc omnia docet Molina *disput. 56. num. 8.* Layman *lib. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 5. num. 9.* & Castrus Palauis *tom. 6. disput. 3. punct. 2. 3. §. 3. num. 12.*

An percutientes Clericum in defensionem alterius ; incidant in censuram ?

RESOL. XXIV.

Respondeo , certum esse , percutientem Clericum in sui defensionem , non incurtere in censuram : quòd intellige incontinenti cum moderamine inculpatae tutelæ : quanuis scienter , & deliberatè id operetur . Dicitur autem moderamen inculpatae tutelæ , quando quis agit illud , sine quo aliter se , vel alios , vel res suas , vel alienas defendere non potest , ex Bartolo *in l. 1. Cod. Vnde vi. & in l. Furem. ff. ad legem Corneliam de Siciariis.*

Sed , quid dicendum , si percutiat in defensionem alterius ? Dico itaque , quòd non incidunt in censuram , qui in defensionem sui , vel alieni corporis , honoris , famæ , & bonorum fortunæ Clericum aggressorem derinent , vel percutiunt : quia hæc non est vis , & violentia , sed defensio , vt deciditur cap. *Si verò. cap. Ex tenore. de sentent. excommuni.* & Clementina vnica , *de homicidio.* Quippe defensio non solum propria , sed cuiusuis innocentis licita est , argum. cap. *Non inferenda* , & aliis 24. *quest. 3.* & cap. *Dilecto. de sentent. excommuni. in 6.* Ex his inferitur primò , posse mulierem percutere Clericum tentantem suam pudicitiam factò , vel verbis , si alia auertere à se non potest : quia est legitima , & iusta honoris defensio . Vt bene docet Molina *tract. 3. disput. 55. num. 4.* Nauartus *cap. 27. num. 105.* Suarez *disput. 22. sect. 1. num. 33.* Auila *2. part. de censur. cap. 5. disput. 3. dub. 13.* Coninch *disput. 14. dub. 15. num. 194.*

Paulus

Paulus Layman *lib. 1. Summ. traët. 5. part. 2. cap. 5. num. 8.* Bonacina *de censur. in part. disp. 2. quest. 3. punct. 6. sect. 4. num. 1.* Secundò, violenter expellens è domo Clericum iniuste illam occupantem, quando alia via non potest suum ius recuperare. in hanc excommunicationem non incidit: quia illa expulsio non est violentia; sed potius violentiæ remotio, vt notauit Syluester *verb. Excommunic. 6. num. 6.* Sayrus *lib. 3. cap. 27. num. 19.* Molina *disp. 55. aum. 3.* Filliucius *traët. 15. cap. 1. num. 20.* Bonacina *tom. 3. disput. 2. quest. 3. punct. 6. sect. 4. num. 1.* Tertio, ob eandem rationem non eris excommunicatus, eò quòd violenter expellas Clericum tibi honorificam sedem vsurpantem; si alia via iniuriam remouere nequis, vti colligitur ex Nauarro à contrario sensu *lib. 5. cor. sil. tit. de sent. excomm. conf. 40.* Quarto, immunis ab excommunicatione eris, si Clericum bona tua furantem insequaris: & ab eo violenter extrahas, quando alia via recuperare non potes: quia non inferis iniuriam, sed potius iniuriam depellis. Secus esset, si iam res furatas domi haberet depositas, easque pacificè possideret: quia eo casu non propria autoritate, sed iudicis, si id facillè præstari potest, recuperandæ sunt; sicuti aduertit Nauarrus *cap. 27. num. 76.* Molina *traët. 3. disp. 55. num. 3.* Bonacina *disp. 2. de censur. in part. quest. 3. punct. 6. sect. 4. num. 1.* Notanter dixi, si alia vi commoda nequis rem tibi ablatam recuperare: quia percussio, & violentia in Clericum non alia ratione licet, nisi quatenus est necessaria ad proprij, & alieni iuris defensionem. Quintò, fugientem Clericum debitorem, aut de fuga suspectum detinere poteris, vt Superiori præsentis, debitumque recuperes: quia illa detentio est proprij iuris defensio, & damni inferendi remotio. Idem est, si in flagranti delicto, vel in illius probabili suspitione Iudex sæcularis Clericum inueniat: potest enim eum in vinculis detinere, vt quamprimùm postea Iudici ecclesiastico remittat. Quinimò offensus à Clerico in euentu, quo is Clericus ob offensam mittendus esset in carcerem, & puniendus, potest absque timore excommunicationis eum vinculis alligare, vt suo Iudici intra 24. horas præsentet, si id necessarium est ad satisfactionem sumendam, testes examinandos, aliâque ad probationem delicti requisita. Et hæc omnia, cum citatis Doctõibus, tenet Castus Palas *tom. 6. disput. 3. punct. 23. §. 3. num. 5.* cui ego addo Fragosum *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 31.*

Sed nota, quòd licet, vt superius diximus, percutiens Clericum in sui, & aliorum defensionem non incurrat in censuram; id tamen intelligendum est, dummodo moderamen inculpatæ tutelæ non excedatur: non aliter enim defensio licita est, nisi cum moderamine inculpatæ tutelæ, l. 1. vbi Glossa, Baldus, Salycetus, & cæteri. *C. Vnde vi. cap. Significasti 2.* & ibi Abb. & alij. *de homicid. Dec. in l. V. vim. n. 12.* & ibi etiam cæteri iuris interpretes hoc ipsum, communiter adnotarunt, Marc. Anton. Eugen. *conf. 22. num. 64. lib. 1.* Innoc. *in cap. Olim, 1. in fin. de restit. spoliat.* Marian. Socin. *in cap. Peruenit. num. 207. & seq. de sentent. excomm.* Et ideò communiter asserunt Doctores, quòd si quis Clericum percusserit, & moderamen legitimi defensionis transgressus fuerit, incidit in sententiam excommunicationis, vt docuit Innocent. *in d. c. Olim. 1. in fin. de rest. spol.* vbi dixit, non licere modum excedere, & excedentem incurrere in excommunicationem. Hostiensis *in eod. cap. Olim. num. 17. in fin. vers. Nec sit impugnantes.* & ibi etiam Ant. de Burr. *num. 18. & num. 39.* Bellam. *post num. 14.* Marian. Socinus *in cap. Peruenit. num. 207. & seq.* vbi ait: [Quòd si quis moderamen excedat, incidit in excommunicationem. Henric. Boich *in cap. Si verò. 1. num. 1. d. sentent. excommunicat.* vbi inquit, quòd Clericum percutiens ad suam defensionem, non est excommunicatus, nisi modum in defendendo excedat Greg. Sayr. qui loquitur de offendente Clericum, nedum ad sui, verum etiam ad coniunctorum defensionem, *lib. 3. cap. 27. num. 18.* & Farinacius *in Praxi, tit. de homicidio. quest. 125. num. 318.* Et ideò rectè Chartatius de-

cif. 45. num. 7. & Leone *de censur. recollect. 5. num. 318.* dixerunt, moderatæ defensionis fines excessisse Canonicum, dum grandi pessulo Præpositum Ecclesiæ in capite grauiter percussit: quia Præpositus ipsius Canonici fratrem pugnis, ac alapis cædebat: atque ideò Congregatio Mediolanensis declarauit, ipsum in censuram incidisse: quia poterat Canonicus vim illatam stantis solis verbis minatorijs propulsare, ac fratrem suum ab iniuria defendere; quoniam cum Præpositus esset inermis, si Canonicus Præposito mortem, vulnera, ac percussiones pessulo minatus fuisset, ceterè Præpositus ab iniuria inferenda destitisset, ne quid mali sibi contingeret: excessit igitur Canonicus moderatam defensionem ex proposito. Potuisset etiam Canonicus, & quidem facillè, pugnis, aut impulsibus, vel capiendo, & detinendo Præpositum, vim illatam propulsare; sed is non pugnis, nec impulsibus, aut detentione; sed pessulo, quem apprehenderat in Ecclesia, Præpositum in capite grauiter percutiendum duxit: ergo fines excessit ex proposito moderatæ defensionis. Vide Layman *lib. 3. traët. 3. p. 3. cap. 3. num. 1. vers. Porro.* docentem, quòd prudentis viri arbitrio relinquitur, in quo consistat dictum moderamen, seu quando in eo censeatur factus excessus grauis ad finem incutiendi hanc excommunicationem; & postea subdit hæc verba: [Si, videlicet, aliquis consideratis circumstantiis loci, temporis, personarum, &c. contra aggressorem, vel insidiatorem modo faciliori benigniorive defendere se non posset, rationabiliter existimat, quàm ita ipsi resistendo, præueniendo, &c.] Vnde patet, quando insultatus baculo possit se ense defendere, & similiter; vel etiam contra eum, qui volebat mihi dare vnam maxillatam manu vacua, vulgò dicitur, *schiaffo*, an possim me gladio defendere, etiam occidendo: item, quid dicendum, quando pugno percussus, haberet arma ad latus: de quibus latè per Carrer. *in sua Practica criminali, tit. de homicidio, vers. Circa quartum in princ.* vbi etiam de debili insultato à robusto, sene insultato à iuvene, &c. de quibus etiam per Clarum *§. Homicidium. num. 34. ad finem*, vbi addentes præcipue Baiardus *num. 110. & seq.* apud quem Carrerium *vers. Circa tertium.* inuenies aliquas limitationes, & præsertim *num. 7.* de se defendendo contra Officialem, suum officium exequentem, de qua re habetis in terminis huius nostræ excommunicationis consilium Graffij *3. sub tit. de sentent. excomm. vol. 2.* vbi probat, incurrisse excommunicationem, quendam filium, qui, cum vidisset patrem malè tractari à Nuntio Curie Archiepiscopalis pro exactione cuiusdam pœnæ, & ad sui petitionem noluisset illum dimittere, manu Nuntium repulit; & postea cum dictus Nuntius gladio euaginato tres ictus contra filium emisisset, ipse filius in illum manum iniecit prope guttur, illumque fecit parum retrocedere.

An percutiens Clericum, qui post inflictum sustem, vel alapam fugit, incidat in censuram?

R E S O L. X X V.

R E solutio huius quæstionis pendet ex illa, an sit licitum ob honoris iacturam persequi fugientem, qui percussit aliquem fuste, v. g. & illum tantum percutere, quantum ad sui honoris defensionem opus sit? Et ad hoc dubium sic respondet Magister Serra *in 2. 2. D. Thoma, tom. 2. quest. 67. art. 7. dub. 1.* Postquam quis percussus est pugno, aut fuste, vel gladio, dicit Victoria *relect. de iuro belli, num. 5.* credo, quòd per iniuriam percussus possit statim repercutere, etiam si inuasor non deberet vltra progredi. Sed ad vitandam ignominiam, & dedecus posset, qui colaphum, e. g. accepit, gladio statim repercutere, non ad sumendam vindictam, sed ad vitandam infamiam. Quod alij extendunt asserentes, posse etiam fugientem insequi, & percutere, non secus ac latronem fugientem cum se mea sequi

sequi possum, & percutere, ut eam relinquat, vel reddat, si aliter nequit recuperari. Qui enim illata graui ignominia fugit, honorem meum quodammodo secum defert, cum possit illum mihi restituere, offerendo satisfactionem: ergo possum illum percutere, ut honorem meum restituat, vel saltem, ut eum sic recuperem. Bañes hinc *dub. 3.* docet, id nullatenus esse licitum: nam habet rationem vindictæ, respectu præteritæ iniuriæ, & est contra illud 1. Petri 3. v. 3. *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.* Et quanuis honor secundum leges Diaboli recuperetur; recuperatur tamen per vindictam, quod est illicitum. Addit, non esse eandem rationem de latrone fugiente: quia latro adhuc est in exercitio capiendi aliena, dum non est iam in loco quieto retinens rem alienam. At verò qui semel percussit, iam læsit honorem meum, neque portat secum quicquam meum, quod ego possum eripere de manibus eius: si quis abscindat manum meam, non possum ego abscindere manum eius. Lessius *lib. 1. cap. 9. dub. 32. num. 80.* sententiam Victoriz cum extensione prædicta, ait, esse quidem speculatiuè probabilem; tamen in praxi non esse facile permitendam, ob periculum odij, vindictæ, & excessus, pugnarum etiam, & cædium. Mihi utraque sententia, tam, scilicet, Victoriz, quam Bañes, videtur probabilis; quanuis sententia Victoriz non sit publicè prædicanda, sed solum ea uti debeamus post factum ad pacandas conscientias.] Hucusque Serra, cuius sententiæ libenter adhaereo.

Et quidem sententiam Victoriz etiam cum extensione docet Nauarrus, & alij, quos alibi citavi, quibus nunc addo Franciscum Cuencam in *Pentateuch. de sui defensione, lib. 4. quest. 2. num. 13. & lib. 3. quest. 2. num. 10. & q. 3. num. 47.* Pegueram in *decisionibus criminalibus Catalonia, tom. 1. decis. 78. num. 23.* & hanc sententiam speculatiuè esse probabilem docet Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 7. num. 74.* vnde, supposita probabilitate huius sententiæ, in tali casu percutientem Clericum non incurtere in censuram docet Leone *de censur. recollect. num. 307.*

An percutiens, vel occidens Clericum aggressorem, si possit fugere, incidat in censuram?

RESOL. XXVI.

Respondendum videtur cum distinctione: nam, vel aggressus est vir nobilis, cui ignominiosa esset fuga, & tunc non tenetur fugere, sed occidendo Clericum cum moderamine inculpatæ tutelæ, non incidet in censuram: secus autem dicendum videtur, si sit vir infimæ notæ. Sed hanc distinctionem non esse admittendam, sed omnes tam nobiles, quam viles posse aggressorem occidere docet nouissimè Franciscus Cuenca in *Pentateuch. de sui defensione, lib. 3. quest. 2. num. 15. & seqq.* vbi sic ait: [Ego dicentem, quod etiam si aliter se saluare posset defensor, & aggressorem occidat, non peccasse in excessu moderaminis inculpatæ tutelæ videatur: nec est, quod multi fugiendo, se saluare possunt, etiam si sine periculo fugere possint: nam: quoad hominum petulantias non sustinendas, & quoad animi, & propriij valoris æstimationem, omnes æquales creduntur, tanquam illud à natura habentes. Iura enim non distinguunt, nec vim fugiendam, sed repellendam dicunt. Et quia, *tueri*, verbum, defendendi significationem habet, non fugiendi, sic Osual. Illygerus ad Donel. *lib. 17. cap. 2. lit. K, ad finem.* Fugere enim, vltra quod periculosum frequentius est, & semper animosorem reddit aduersarium; dedecus, & ignominia iudicatur.] Ita ille, cui adde Georgium Obrechtum, *de defens. necessaria, cap. 10. n. 11.* cuius verba alibi per extensum adduxi, & alios, reiicientes supradictam distinctionem, & asserentes, simpliciter, & absolute omnes ad fugam non teneri, sed posse inuasorem

rem occidere cum moderamine. Et ita ex Theologis loquens de percussione, tenet hanc sententiam Pater Bordonus in *consil. Regular. tom. 2. resol. 28. num. 31.* vbi sic ait: [Fuga non est in præcepto ad euitandum excommunicationem, sed tantum irregularitatem.] Et Gloss. *ver. Inserimeretur. cap. Suscepimus. 10. de homicidio*, habet locum præcisè in materia irregularitatis, de qua ibi solum sermo est. Secundò, esse communem opinionem neminem debere fugere, siue fuga sit ignominiosa, siue non. Bart. in *l. 1. C. Vnde vi.* quem sequuntur Panormitanus in *cap. Olim causam. de restitut. spoliar. num. 17.* Angelus *verb. Excommun. 5. num. 15.* apud Saytum *lib. 3. cap. 27. num. 21.* vbi tamen tenet oppositum, Cortolanus *de casib. reseru. casu 5. de iudicio regul. de defensionibus, §. 7. num. 24. §. Quod adeo.* vbi citat Iasonem in *l. Vi vim. ff. de iust. & iure.* Alex. *lib. 1. conf. 109. num. 4.* Felinus in *cap. Suscepimus de homicid.* Neque enim illa Glossa est tanti ponderis, ut sequenda sit, sed potius relinquenda, cum de hac re nullam afferat rationem, aut textum, nisi exemplum Christi Domini fugientis in Ægyptum, quod non facit ad rem nostram. Tertio, fuga est quædam iniuria, l. *Item, apud Labeonem. ff. de iniur.* ad quam repellendam quis percutere licitè potest, Syluester, *verb. Bellum, 2. num. 4.* ergo in eo casu resistere nullum est peccatum. Quarto, honor, & existimatio, cum sit bonum naturale, non magis conseruandus est à sæculari, quam à persona ecclesiastica, imò ab hac magis, cum sit in nobilissimo statu, consequenter etiam Religiosa fuga est ignominiosa, cum professione non amittat naturalia, neque honorem, sed magis in eo augeantur.] Hæc Bordonus.

Sed ego non audeo à communi sententia Doctorum recedere, quos citat, & sequitur Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 1. disput. 10. dub. 5. num. 66.* vbi sic ait: [Affero tertio: Pari ratione pro defensione hominis iniustus aggressor occidi poterit: v.g. si miles aliquis, aut vir nobilis ab altero inuaditur, nec potest fugam capere sine ignominia, non tenetur fugere; sed potest aggressorem pro defensione sui honoris percutere, & occidere, si aliter à rixa cessare noluerit. Ratio est: quia huiusmodi hominibus fuga est ignominiosa: sed licitum est occidere inuasorem inferentem iniuriam in re familiari: ergo inferentem iniuriam in honore, & fama, quando actu aggreditur. Hæc doctrina locum non habet in Clericis, & Religiosis, quorum laus non in vsu armorum, sed virtutum charitatis, humilitatis, & patientiæ consistit: nec in hominibus infimæ sortis, quia exiguum honoris sui iacturam patientur.] Sic ille. Vnde ex his olim docui, virum nobilem, etiam si possit fugere, posse occidere inuasorem absque metu irregularitatis, etiam si præcesserit culpa ex parte eius, ut inuaderetur. Et ita, me citato, tenet nouissimè Magister Serra in *2. 2. D. Thoma, tom. 2. quest. 64. artic. 6. dub. 2.* vbi sic ait: [Hinc colligitur, si quis non possit fugere sine graui nota, & amissione honoris, non teneri ad fugiendum, nec irregularem fieri, si alium occidat se defendendo. Ita Suarez *tom. 5. in 3. part. disput. 46. sect. 1. num. 6.* vbi hoc limitat cum aliquibus, nisi præcesserit culpa, & iniuria ex parte eius, qui fugere cogitur, ut si ille dedit alteri alapam, vel iniuriosum verbum dixit, vel cum vxore inuentus est, aut pallium tollere est aggressus, & alter in eum insurgit, non solum ut vim repellat, sed etiam ut vindicet, & occidat. Nam tunc, licet hic excedat, non potest alter iuste se defendere, si potest fugere, cum ipse dederit occasionem rixæ: & idè si fugiendo amittit honorem, sibi & non alteri imputare debet. Quæ tamen limitatio non placet Dianæ *part. 2. tract. 1. miscellaneo, resolut. 16.* tuncque solum veram esse censet, cum id omne præuisum est, vel præiuderi potuit ab inferente iniuriam, Si enim omninò per accidens ea consequuta essent, posset uti iure suo permanendi: & si aliter non posset se tueri, quam occidendo, non est, cur deterioris conditionis fieri debeat; quam alij.] Hæc Serra. Vnde patet responsio ad quæsitum huius resolutionis,

nis, nempe, virum nobilem inuatum à Clerico non teneri ad fugam; sed posse illum percutere, & occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, atque idè non incurrere incensuram Canonis. Secùs autem si esset vir infimæ notæ, vel Clericus, aut Monachus; nam isti tenerentur fugere, cum eis fuga non sit ignominiosa: quare, si non fugiendo percuterent, vel occiderent Clericum, præter peccatum contraherent irregularitatem, & inciderent in censuram; licet de Clerico nobili aliqui dubitent; sed de hoc *alibi dictum est*. Vnde opinionem Bordonii prorsus quoad Religiosum non admitto: & nego, disparitatem, quam ipse adducit de excommunicatione, & irregularitate: nam quoad hoc pari passu procedunt, ut patet apud Leonem *de censur. recollect. §. numer. 296. & 297.* cum aliis

Notandum est hîc obiter, quod, licet consulentes occidere Clericum, ut *superius* diximus, incurrant excommunicationem; hoc tamen non procedit in casu, quo quis consuleret occidere Clericum iniuste inuadentem alium: quod patet ex his, quæ in simili dubio docet Leone *de censur. recollect. §. numer. 334.* vbi sic ait: [Quarto de casu non tacto adhuc ab Authoribus. Pone, quod aliquis extraneus, vel propinquus, consulat patri, fratri, vel marito, occisionem Clerici, in flagranti reperiendi: an sequuto homicidio in personam ipsius Clerici, talis consulens incidat in excommunicationem? Et respondeo negatiuè: quia iste consuluit id, quod dicto patri, fratri, filio, vel marito, permissum est respectu pœnæ excommunicationis: sed consulens incurrit hanc excommunicationem, non ut causa principalis, sed ut accessoria: ergo consequentia probatur ex regula illa trita: *Accessorium sequitur naturam principalis. cap. Cum principali. ff. de regul. iur. cap. Accessorium eod. titul. in 6.* vbi Doctores. Huic opinioni fauet Molina *tom. 4. disputat. 99. numer. 17. ad finem*, vbi tales persuadentes marito, vel patri interfectionem adulteri, &c. excusat à pœnis, sicut ipsos patrem, & maritum.] Ita Leone. Quæ omnia, ut dixi, procedunt quoad consulentem percussorem, & occisionem Clerici, qui alium inuaderet ad occidendum.

Quisnam dicatur manum violentam in Clericum iniicere?

RESOL. XXVII.

In cap. *Si quis, suadente. 17. quest. 4.* ita scribitur: *Si quis, suadente Diabolo, huius sacrilegij reatum incurrit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat. Et nullus Episcoporum presumat absoluerè, (nisi mortis urgente periculo,) donec apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipias.* Fuitque hæc excommunicatio lata ab Innocentio II. in Concilio Lateranensi.

Et, quia materia ista est quotidiana, selectiores quæstiones ad elucidationem suprascripti textus discutiam. Et idè ad dubium propositum respondeo, quod necessarium est, iniuriam hanc in facto, seu opere consistentem, physicè contingere personam ecclesiasticam, vel res adhærentes illi: alioquin vim inferens, hac censura non erit ligatus: quia, cum violentas manus in Clericum non iniecerit, hac censura vinciri non potest, quæ solum lata est contra iniicientes violentas manus; & donec actio exterior non consumetur sub ea proprietate, quam verba legis requirunt, in censuram non incurritur: nam in pœnalibus verba accipienda sunt secundum propriam significationem, cap. *Ex litteris de sponsalibus. l. Non aliter. ff. de legat. 3.* & solam actionem exteriori Ecclesia punit, cum ipsa de occultis non iudicet, cap. *Sicut eius. §. fin. & cap. Tua nos. §. fin. de simon.* Vnde hac censura non ligatur ille, qui per sola verba

Antonini Diana Pars IX.

contumeliosa iniuriam inferret Clerico. Nec ille, qui animo percutiendi proicit in Clericum lapidem, si lapis, nec personam, nec vestes Clerico adhærentes tangeret, quia physicè Clericum non percuteret. Deberetque hæc externa actio esse talis, ut ex vi sua sufficiat ad peccatum mortale: quoniam, cum Ecclesia solum actum exteriori puniat, actus ipse debet esse mortalis: quia pœna excommunicationis non afficit, dum minimè ad est peccatum mortale exterius. Quapropter, si quis ita leuiter percuteret Clericum, ut ex vi sua talis percussio non sit mortalis, & sic percutiens non incurreret hanc censuram, quanuis habuerit animum percutiendi grauius: ex quo constat, hoc esse intelligendum, quando percussio ex genere suo est ita parua, ut illata laïco non sit mortalis, scilicet respectu ipsius percussoris: quanuis respectu intentionis mortalis fuerit. Quæ autem percussio dicenda sit parua, seu leuis, *inferius* declarabo. Et quia violentia est maioris rei impetus, qui repelli non potest, *l. 2. ff. de eo, quod met. caus.* violentas manus in aliquem iniicimus, non solum quando illum percutimus; sed etiam quando ab eo aliquid violentè auferimus. Non sufficit tamen, ut in censuram incidamus, solus animus inferendi vim per suprascripta: quamuis sufficiat ad rapinam committendam. Nec sufficit ablatio, si fiat sine violentia, etiam si res, quæ auferitur, ipsius Clerici personæ adhæreat, ut puta, si quis ex loculo, quem gestat Clericus, occultè nummos tolleret, quamuis præcisio loculi interueniat; talis enim rei ablatio, & præcisio non ad violentiam, sed ad furtum pertinet, & censura hæc non ob furtum, sed ob violentam manuum iniectioem illaqueat. At, si quis violentiam inferendo, solummodo rem Clerico adhærentem percuteret, puta, vestem, hac censura ligatur: quia violentia censetur facta personæ: & ita tenet Gloss. fin. *in dicto cap. Si quis, suadente. & in cap. Si quis pulsatus, de penitentia distinct. 1.* Et cum manus sit instrumentum aptius ad percutiendum, & violentiam inferendam, & frequentius hæc manu fiant, idè textus de violenta manuum iniectioe solummodo verba facit; sed in illa comprehenduntur omnes corporis partes, quibus violentia inferri potest, cuiusmodi sunt dentes, brachia, pedes, genua, & alia. Nec violenta hæc manuum iniectio, quoad effectum incurrendi in hanc censuram necessariò requiritur, ut immediatè fiat; sed satis erit, si fiat aliquo instrumento mediante; dummodo instrumentum illud, Clerici, vel Monachi personam, vel rem ei adhærentem tangat: ut, puta, si fiat ense, baculo, lapide, vel per asperionem pulueris; aquæ, vel saliuæ, vel alterius rei: nam manu, siue alio membro fit, quidquid aliquo instrumento mediante ab ipsa manu, vel membro fit; & quia, iuxta vulgarem regulam, qui est causa causæ, est causa causati. Et quoniam hæc violenta manuum iniectio, quasi metaphora quædam est, qua omne corporale damnum significatur, cum violentia sine læsione corporali inferri possit, ut ex illo textu notat Panormitanus *in cap. Nuper. not. 3. de sent. excomm.* in hunc Canonem incidit, non solum qui violentas manus in Clericum iniicit; sed etiam, qui sine manuum iniectioe in corpus facta, aliquod nocumentum illi cum iniuria infert, vel causat; nimirum, detrudendo illum in carcerem, ut in cap. *Nuper. & in cap. Contingit. il primo, de sent. excomm.* nam etiam citra corporalem læsionem violentia sæpiùs circa Clericos nequiter perpetratur, ut dicit text. in d. cap. *Nuper, de sent. excomm.* Vnde fit, ut hac censura ligetur ille, qui Clericum in aliquo loco includit, ita ut inde, nisi cum pudore, exire non possit; aut frænis equi manus admouet, aut abscindit cingulum, aut eum adèd furiosè persequitur, ut cogatur se præcipitare, aut aliud malum ad se liberandum subire: secùs autem erit, si fugiens casu caderet. Imò, quia violentia non solum armis in-

H fertur,

infertur, vt in l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ. sed etiam per omne id, quod potest nocere, argum. l. *Armatos*. ff. ad l. *Jul. de vi publ.* hac censura etiam illi ligantur, qui Clericum veneno necarent, vel molestiam illi inferrent, quanuis furtiuè, & absque exteriori violentia hoc facerent. Et hæc omnia latè asserit & explicat Leone *de censur. recollect.* 5. à n. 130. Qui n. 146. & 147. optime obseruat, comprimentem pallium, seu tunicam Clerici, vel Religiosi, asserendo: Si non esses Clericus, & Religiosus, te cæderem incidere in censuram: sicuti si quis impelleret in Clericum personam laicam, quæ Clericum comprimeret; incurreret quidem in censuram; sed non laicus, qui proximè Clericum compressit: secùs autem dicendum est de illo, qui deturparet portas, & fenestras Clerici apponendo ibi cornua, vel vt vulgò, dicitur, *li Carusell*, vel, *Magriata*: talis enim non incurreret in censuram, vt notat idem Leone, num. 153.

Quibus verò excusetur ab incurfione huius censuræ, dico, quòd quoties ex circumstantia personæ percussæ, vel ex modo percussiois percussio non censetur grauiter iniuriosa clericali statui; locus huic censuræ non est. Ob circumstantiam personæ excusat Sotus in 4. *distinct.* 22. qu. 1. art. 2. casu 2. §. *Cum verò*. pueros Clericos rixantes, & se inuicem percutientes pugno, etiam in templo, ita vt sanguis è naribus eliciatur, quia plerumque hæc iniuria inter ipsos leuis censetur, tamen aliquando grauis esse solet, argum. cap. vlt. *de sentent. excommunic.* quod ex circumstantiis colligendum est, vt benè aduertit Coninch *disp.* 14. *dub.* 15. num. 190. Layman *lib.* 1. *Summ. tractat.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. num. 8. *vers.* Altera. Molina *tractat.* 3. *disp.* 51. *in fine*. Ex modo percussiois excusantur ab hac censura, primò, qui ex subita passione, animo non plenè aduertente, vel à fortiori, causa ioci, & ludi Clericum percutiunt: nam esto percussio aliàs grauis esset; modus, quo contingit grauitatem diminuit, ne culpam mortalem attingat, nève censuram contrahat, argum. cap. 1. *de sentent. excommunicat.* & docet Suarez *disp.* 22. *sect.* 1. num. 50. Molina *tractat.* 3. *disp.* 51. num. 7. & 8. Coninch *disp.* 14. *dub.* 15. num. 190. Bonacina *disp.* 2. *de censur. in paric. quest.* 3. *punct.* 6. *sect.* 4. numer. 3. Layman *lib.* 1. *Summa, tractat.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. numer. 8. & alij. Secundò, excusantur ignorantes probabiliter Clericum esse, quem percutiunt: quia hæc excommunicatio non propter percussioem iniustam; sed propter percussioem sacrilegam, statui clericali iniuriosam, statuitur: at stante ignorantia probabili Clericatus, cessat iniuria, vt manifestè colligitur ex cap. *Si vero el secundo*, *de sentent. excommunicat.* vbi excusatur ab excommunicatione percussor Clerici cõmam nutrientis: quia probabiliter existimate poterat percussor Clericum non esse, vt multis relatis docet Sanchez *lib.* 9. *de matrimonio. disputat.* 132. numer. 41. quod aded verum est, vt, esto, sic Clericum ignoranter percutientes darent operam rei illicitæ, nullatenus in hanc censuram incurrerent; quia comparatione status clericalis immunes à culpa sunt: vt benè tradit Nauarrus *cap.* 27. numer. 80. Couarruias *cap.* *Alma mater.* 1. *part.* 6. 10. num. 16. Molina *distinct.* 53. num. 1. quinimò, esto, animum haberent percutiendi Clericum: si tamen probabiliter ignorabant Clericum esse, quem percutiunt, ab hac excommunicatione liberantur, (quidquid in contrarium dicat Couarruias *dicto* §. 10. numer. 15.) quia non ob prauum affectum hæc iniungitur excommunicatio, sed ob externam sacrilegam manuum iniectionem, Vt notauit Molina *dicta disputat.* 53. num. 2. & 3. Suarez *disputat.* 22. *sect.* 1. num. 54. Coninch *dub.* 15. num. 197. quòd si Ioannem Clericum credas te percutere; at percutis Paulum Clericum: excommunicatione innodaris: quia hæc non imponitur ob percussioem huius, vel illius; sed ob Clerici voluntariam percussioem. At eo casu Clericum percutis voluntarie, cum percussus Habitum, &

Tonsuram clericalem gesser, & verè Clericus sit: tamen si non sit is Clericus, quem tu percutere intendebas. Secùs esset, si Paulus percussus nullatenus se Clericum representaret: ed quòd in habitu laicali incedebat, quo Ioannes Clericus utebatur: quia ea actio exterior non est voluntariè sacrilega, & clericali statui iniuriosa: quippe inuincibiliter ignoras, Clericum esse, quem percutis, casu, quo Ioannes non sit, quem percutere intendebas. Vt rectè tradit Molina *disputat.* 53. à num. 2. Layman *lib.* 1. *Summa, tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. num. 8. Coninch *disp.* 14. *dub.* 15. *in fine*, Suarez *disputat.* 22. *sect.* 1. num. 54. Et hæc sufficiat generaliter dixisse. Vnde ad casus particulares deueniamus.

An percussio Clerici superioris, præter malitiam contra Religionem, contineat etiam malitiam impietatis?

RESOL. XXVIII.

Hunc casum ponit Pater Ouiedo in *part.* 2. *D. Thoma, tractat.* 6. *controu.* 5. *punct.* 3. §. 5. numer. 47. & 48. vbi sic ait: [Extendit Bonacina malitiam, impietatis ad iniurias commissas contra Clericum, cui non assentior: hæ enim tantum habent malitiam contra Religionem in manuum violenta impositione ratione Iuris positini ecclesiastici. Nam, vt benè expendit Lugo *disp.* 16. *de Panit. sect.* 6. num. 310. si percussio Clerici minorum Ordinum ex natura rei differt specie à percussioe alius Christiani hominis, huius percussio differt etiam in specie à percussioe hominis infidelis: nam longè magis dignitate excellit fidelis infidèlem, quàm Clericus minorum Ordinum fidelem alium his Ordinibus non insignitum.

Quòd si Clericus esset Prælatus, tunc illius percussio esset contra obseruantiam; quæ vt docet D. Thomas 2. 2. *quest.* 102. cultum defert Prælatis, & omnibus Superioribus, tanquàm nostræ gubernationis authoribus; sicuti pietas parentibus, tanquàm nostræ vitæ principiis. Vnde homicidium Principis malitiam specialem lethalem habet contra obseruantiam: idèmq; sentio de graui contumelia, aut vulneratione: non autem de quacunque detractione, etiamsi lethalem malitiam contineat: benè enim componitur, detractionem, grauem malitiam contra iustitiam continere, & leuem contra pietatem. Nec si rixa oriatur inter priuatum hominem, & inferiorem alium iudicem, causa nullo modo pertinente ad officium Iudicis, (veluti, si Prætor, vt persona priuata, iniuriam aliquam intulisset, v. g. filiam, aut vxorem ciuis ad turpia prouocasset; vel similem iniuriam patiens, vellet vidiçtam sumere, autoritate Iudicis non interueniente, prouocando ad singulare certamen inferentem iniuriam, & in eo casu priuatus homo Iudicem interimeret,) malitiam grauem impietatis agnoscerem. In eo enim casu non contemneretur autoritas Iudicis à Principe dimanans. Secùs esset, si Iudex occideretur propter sententiam ab eo latam, vel alium actum Iudicis exequutum.

Faciliùs hæc impietatis malitia reperitur in iniuriis erga Superiores ecclesiasticos, maximè Regulares: propter maiorem coniunctionem cum illis: quapropter omnem percussioem Episcopi, & omnem contumeliam in eundem iactatam, quæ malitiam grauem iniustitiæ attingeret, graui etiam malitia contra obseruantiam inficiendam esse existimo. In his enim Prælatis bonum nomen, & integritas honoris, & famæ, & reuerentia à subditis debita, valdè necessaria est. Similiter omnem grauem percussioem contra iustitiam Prælati regularis habentis iurisdictionem ordinariam, veluti Abbatis, Prioris, aut Rectoris, cenfeo grauem malitiam contrahe-re contra obseruantiam illi debitam: & idem iudico de

de quacunque graui contumelia contra iustitiam. Ratio est: quia Superiores religiosi non solum sunt Patres spirituales, sed etiam sunt loco Patrum carnalium in rebus temporalibus. Ob hanc rationem ait *Aegid. disp. 2. de char. n. 152.* vt minimum melius facturum Prælatum religiosum, si fratribus carnalibus præferat subditum Religiosum; & valdè probabile purat, posse illum præferre proprio carnali filio non solum in distributione bonorum Monasterij, in quibus in æquali necessitate etiam patri suum subditum debet præferre, sed etiam in distributione elemosynæ ab aliis impetratæ, cuius Superior aliàs habet liberam dispositionem.] Et hæc omnia doctè, vt semper solet, asserit *Quiedo ubi supra*; ex quibus patet responsio ad quæsitum propositum.

An percussus Clericum realiter degradatum incidat in censuram?

RESOL. XXIX.

Affirmatiuè respondet *Marta de iurisd. part. 2. cent. 2. cas. 132. num. 1.* vbi sic ait: [Percussus degradatum actualiter, incidit in excommunicationem cap. *Si quis, suadente Diabolo 17. quest. 4.* vt tenet Gloss. & Doctores. in cap. 2. de pœnis, lib. 6. Gloss. in cap. *Accidens. distinct. 50.* & cap. 2. *distinct. 54.* & cap. *Distum. distinct. 81.* Bertachinus in tract. de *Episcop. par. 4. tit. de causa finali, & effectu degradationis, num. 2.* Et ratio est: quia semper retinet Ordines, & remanet character, ratione cuius, si de facto celebraret, conficeret verum Corpus Christi, vt tenet Ioan. Andreas in *nouell.* & ibi Abbas in cap. 1. numer. 11. qui Cleric vel uouentes matrim. contrah. poss. Et hæc est communis opinio omnium Theologorum, vt attestatur Abbas in *dict. cap. 1. in fine.* D. Thomas in 3. par. *summe, quest. 83. artic. 8.* concludit, potestatem consecrandi Eucharistiam pertinere ad characterem sacerdotalis Ordinis: character autem quilibet, qui cum aliqua consecratione datur, indelebilis est; sicut quarumeumque rerum consecrationes perpetuæ sunt, neque possunt amitti, vel reintegrari. Idèd, si degradatus restituitur, non debet iterum ordinari, cap. *Si Episcopus. 11. quest. 3.* Speculator in *titul. de dispensationibus, §. nunc de Episcoporum, vers. 65.* Bertachinus in *dict. part. 4. num. 6.* Item, si degradatus moreretur, & postea resurgeret, non deberet iterum ordinari, Gloss. in cap. 2. 32. quest. 7. Andr. Sicul. in cap. *Non potest. de re iudic.* Doctores in cap. *Degradatio. de pœnis, lib. 6.* Et hæc est vera, pia, & sacrosancta opinio, quidquid alij senserint in contrarium.] Hucusque *Marta*.

Sed fallitur, vt patet ex cap. *Degradamus, in fin. de pœn. in 6.* vbi per realem degradationem Clericus omni priuilegio clericali priuatur. Et ita tenet *Nauarr. in cap. 27. num. 81. vers. Nona.* *Toletus lib. 1. cap. 34. num. 1. vers. Sextus.* & alij Nec est de hoc dubitandum, cum in fine citati Canonis talis Clericus omni priuilegio clericali priuatur: & ita expressè tenet Gloss. fin. in *dicto cap. Degradamus.* & reprobatur opinionem eorum, qui contrarium dixerunt, quam posse habere locum dicit in verbatenus deposito; non autem in actualiter degradato, qui omne priuilegium amittit: vnde falsè Glossa illa citatur à *Martha* pro contraria sententia, ea motus ratione; quia semper retinet characterem, & potestatem consecrandi: nam verissimum quidem est hoc; sed non idcirco sequitur retinere priuilegium Canonis, cum sint hæc longè diuersa: etenim characterem, & potestatem consecrandi Sacerdos habet à iure diuino; sed priuilegium Canonis habet ex concessione Summi Pontificis, & ab eodem tollitur per degradationem. Et idèd nostram sententiam, præter *Nauarrum*, & *Toletum*, tenet *Leone de censuris, recollect. 5. n. 241.* & alij communiter. Quando igitur *Rodriq. in Summa, tom. 1.*

Ant omni Diana Pars IX.

cap. 144. num. 15. asserit, Clericum degradatum non amittere priuilegium Canonis, intelligendus est de Clerico verbaliter degradato, non autem de degradato realiter.

An torquentes Clericos per laicum incidant in censuram?

RESOL. XXX.

Non posse Clericum torqueri per laicum, doce Glossa in cap. *finali. disp. 35.* & ibi Præpositus dicit, esse notandum propter Officiales, qui quandoque torquent Clericos per laicos, & malè faciunt; quia excommunicationem incurrunt, vt voluit Glossa in *Summa, dist. 45.* Et quòd Clericus non possit torqueri per laicum, etiam de licentia propria Episcopi, firmiter Ioan. de Anania in cap. *Super eo. col. 2. in fine, de crim. falsi.* Archidiaconus, & *Geminian. in Summa, distinct. 45.* Anton. de Butrio, & *Ancharanus in cap. Vt fama. de sent. excommunicat. & refert ibi Abbas in fine, & sequitur Dec. in cap. Dilectis, in princip. de appellat.* Idem *Ancharanus in cap. Vniuersitatis. de sentent. excommunicat.* *Maranta de ordine iudic. part. 4. distinct. 11. n. 74.* late probat *Stephan. Aufrer. in tract. de potestate secul. super Eccles. regula 3. fallent. 12. versic. Et propterea.* Dicit Glossa ibi, quod laici torquentes Clericos de licentia Episcopi, sunt excommunicati: & consuetudo in contrarium non excusat à culpa, quæ est irrationabilis. *Summa Syluestrina in verb. Excommunicatio, in 6. §. 11.* *Diaz in sua practica, cap. 126. versic. Nota tamen.* & ibi *Ignat. Lopez in additione, que incipit: Torqueri per laicum.* qui alios allegat. *Greg. Lopez in lege 56. Gloss. 10. tit. 5. part. 1.* & ex Neotericis tenet etiam hanc sententiam *Marta de iurisd. part. 4. cent. 2. casus 131. n. 6. & sequenti,* qui asserit n. 12. posse laicos vocari ad ligandum Clericos, sed postea Clerici torquebunt.

Sed ratione consuetudinis contrarium dicendum puto, vt supra probaui de Magistris, & aliis, qui titulo correctionis Clericum per alios percussunt: neque dicta consuetudo dicenda est, vt volunt aduersarij, irrationabilis vt rectè obseruat *Auila de censur. part. 2. cap. 5. disputat. 3. dub. 12.* quia non est contra ius naturale, aut diuinum: imò decens est, & honestum, ne Clerici, vel Monachi vtantur officio tam vili. Vide *Suarez de censur. disputat. 22. sectio 7. numero 44.* *Coninch de Sacramentis disput. 14. dub. 15. num. 91.* *Layman lib. 1. tractat. 5. part. 2. cap. 5. num. 9.* & alios penes ipsos. Et ego, vt verum, fatear non intelligo speculationem *Martæ*, nempe, Clericos posse ligari à laicis; sed esse torquendos à Clericis: nam, sicuti torqueri Clericos per laicos est actio iniuriosa, sic etiam ligari: non est igitur in hoc *Martha* audiendus.

Sed hinc inquirendum, an in tali casu Superiores torquentes, & corrigentes Clericum per laicos, peccarent, Et affirmatiuè respondet *Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 17. difficul. 21. numer. 8.* vbi sic ait: [Dudan los Doctores, si el Prelado eclesiastico, que da tormento, ò acota, por la persona de vn lego, al Clerigo, incurte esta descomunión. A lo qual respondo. Lo primero, que bien puede el Iuez Eclesiastico prender à su subdito por vn lego, como expressamente dize vn texto; mas no puede acortale por tercera persona, sino es que sea Clerigo, ò Frayle, y si el puede comodamente hazerlo por si mismo, no puede acortarle por tercera persona, como consta de otro texto, y assi el lego que le atormenta, incurte la censura, sino es que no huvièssse Clerigos idoneos para esso, como dizen Panormitano, Syluestro, Nauarro: y dize mas Panormitano, que el Iuez que siguiendo la costumbre, atormentasse, ò acotasse à vn Clerigo, por la persona de vn lego, no incurritia la censura, aunque pecaria.] Ita ille. Sed ego puto, ratione consuetudinis, Superiores Ecclesia-

H 2 sticos

sticos torquentes, & corrigentes Clericos per laicum, neque in censuram incidere, neque in peccatum: & ita tenet, & probat P. Leone *de cens. recollect. 5. num. 265. & sequent. cum Portello in dubiis Regular. verb. Correctio, numer. 47.*

An qui intendit percutere Caium Clericum, & facta diligentia percussit Titium Clericum, incidat in censuram?

RESOL. XXXI.

Affirmatiuè respondet Vega *in Summa, tom. 1. cap. 85. casu 107.* vbi sic ait: [Pregunto, Alonso pensando que heria a Iuan Clerigo, hirid a Pedro que lo era, empero si le conociera, no le hiriera, porque a solo Iuan tenia por enemigo: si cayò en descomunion por aquel Canon, *Si quis, simulante Diabolo.* Ratio dubij est, porque si hiriera a Iuan topandole en abito secular, con esta inorancia prouable, y le hiriera por no conocerle, que era Clerigo, no cayera en descomunion, aunque con mas mal animo lo hiziera; Resp. Que esta descomulgado por aquel Canon, pues no ay inorancia, pues sabe, que a quien hiere, es Clerigo, y assi la dicha inorancia no es en este caso causa de algun acto involuntario, y assi en ninguna manera escusa de la pena del Canon, como elegantemente lo dize Santo Tomas 2. 2. *quæst. 76. art. 1.* con lo dicho concuerda tambien Ledesma *de descom. diffie. 17. col. 1062.* Iacobo de Grassis *lib. 2. cap. 45. n. 17.* Couarruias *in cap. Alma mater. de sentent. excomm. 1. part. §. 10. n. 15.* y Fray Manuel Rodriguez 1. *tom. c. 80. concl. & num. 11.* los quales Authores concuerdan etiam diziendo, que el que hiere al secular, pensando ser Clerigo, no incurte en esta pena, porque esta pena precisamente se pone contra el, que hiere al Clerigo; ni basta la voluntad, è intencion, sin esta accion exterior.] Ita ille.

Sed negatiua sententia visa est probabilior Patri Fragofo *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 36.* sic asserenti: [Si occidens facta diligentia, vt occideret Petrum, occidit Paulum: ratio, quia, vt suppono, sufficientem adhibuit diligentiam, ne occideretur alia persona, nisi Petrus: cum ergo actio illa exterior respectu Pauli non fuerit voluntaria, sed merè casualis, & inculpabilis, non induxit censuram, cum non fuerit causa illius. Item, solus affectus percutiendi Clericum Petrum fuit voluntarius: sed affectus malus non est sufficiens ad excommunicationem, seu irregularitatem inducendam: atqui opus externum respectu Pauli fuit inuoluntarium: igitur affectus voluntarius non sufficit, quando opus externum inuoluntarium sequitur. Suarez *de censur. disp. 22. sect. 1. n. 54.* Confirmatur argumento proiciantis lapidem, vt percuteret Sempronium Clericum, & casu, & inculpabiliter percussit Titium, etiam Clericum, illac tunc transmeantem: is enim nec incidit in censuram, nec morte inde sequuta contraxit irregularitatem. Iuuat Molina *de iust. tract. 3. disp. 53. num. 3.* vbi putat tanquam probabilius, non incidere in excommunicationem illum, qui credens se occidere Sempronium Clericum, occidit Titium Clericum ignorans inuincibiliter illum esse Clericum. Nam, quamuis voluerit Clericum interficere, ignorabat inuincibiliter hunc esse talem: sicut etiam excusatur à censura volens percutere hunc Clericum, si aberret ab eo, & præter intentionem percutiat alterum proximè adstantem. Egidius Coninch *dub. 15. n. 197.* ita in nostro casu, cum respectu alterius Clerici actus ille exterior fuerit inuoluntarius, & merè casualis, ac præter intentionem. Probatum tandem: quoniam, si percuteret tunc laicum, in eo casu non incidere in censuram, quamuis intentio esset percutiendi Clericum. Couarruias *in cap. Alma mater. 1. part. §. 10. n. 15. vers. ult.* ergo similiter in nostro casu. Vide etiam Portel *in dubiis Regul. verb. Manus violenta, n. 9.* vbi distinguit, &

sic asserit: Si taliter percussus fecit omnem diligentiam moralem, ne alia persona ibi subesset, nisi Petrus Clericus; tunc non incurrit: quia tunc illa percussio circa Ioannem fuit omninò inuoluntaria, & casualis: secus si non fecit talem diligentiam. Ego pro parte negatiua etiam adduco hoc aliquale exemplum. Nam Congregatio Cardinalium super Concilium Tridentinum anno 1587. declarauit, quòd mandans occidere Petrum, si mandatarius occidit Ioannem, non incurrit mandans irregularitatem ortam ex homicidio voluntario. Ita habetur *in 4. tom. Declaratorium, impresso ex Bibliotheca Farinacy, fol. 41. col. 1. in fine* Si ergo taliter mandans non incurrit pœnam irregularitatis, quia non est occisus, quem intendebat, videretur etiam quòd in nostro casu non incurret pœnam excommunicationis occidens Ioan. Clericum, quia non occidit Clericum, quem intendebat.] Ita ille.

An, si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum sua sponsa de futuro, incidat in censuram?

RESOL. XXXII.

Supponendum est, quòd Ius canonicum, ob difficultatem, quam agnoscit, temperandi dolorem, cohibendique impetum vindictæ in eo, qui videt suam vxorem matrem, sororem, aut filiam turpiter pollui ab aliquo Clerico, excusat ab hac excommunicatione percussorem illius, vt habetur *cap. Si verò. de sent. excomm.* Nam esto in percussione lethale peccatum committatur, adhuc Ius canonicum, tum in detestationem illius criminis, tum ob difficultatem temperandi dolorem ex iniuria accepta, cohibendique vindictam, noluit percussorem excommunicatione punire, vt tradit Glossa *in dist. c. Si verò, verb. Turpiter.* Censetur autem turpiter Ecclesiasticum agere, non solum si in actu fornicationis inueniatur; sed etiam, si inueniatur vacans amplexibus, osculis, aliisque tactibus turpibus, quinimò in loco suspecto, ita vt ex circumstantiis merito conici possit turpitude. Personæ verò, quibuscumque Ecclesiasticus turpiter agere inueniendus est, sunt vxor, mater, soror, aut filia percutientis. Neque ad alias personas propinquas, consanguineas, aut affines extendenda permissio est. Nam, cum hæc exceptio odiosa sit statui clericali, restringatque priuilegium Clericis concessum, non est ultra personas expressas extendenda. Tamen Innocent. *in dicto cap. Si verò. in fine,* ad neptem, & auiam priuilegium extendat. Nomine verò matris, filia, sororis venit, quæ sic propriè est, non autem quæ solum per appellationem: quare filia, aut vxor adoptiua sub nomine filia, & sororis in hoc Decreto correctorio non continetur; benè tamen illegitima, quæ propriè filia, & soror est. Et tandem nomine vxoris intelligitur etiam sponsa de præsentibus, cum qua matrimonium iam est initum, quamuis nondum sit consummatum: & idè percutiens Clericum turpiter inuentum cum sua sponsa de præsentibus, non incidit in hunc Canonem.

His suppositis, difficultas est circa sponsam de futuro. Et affirmatiuè respondent Sanchez *lib. 1. disp. 1. n. 6.* Molina *tract. 3. disp. 55. n. 5.* Layman *lib. 1. tract. 5. par. 2. c. 5. n. 8.* Coninch *de Sacram. disp. 14. dub. 15. n. 196.* Turrianus *de cens. lib. 4. disp. 29. dub. 2.* & alij, asserentes in nostro casu nomine vxoris non comprehendi sponsam de futuro, ita vt sponsus percutiens Clericum turpiter cum ipsa agentem, incidat in censuram Canonis. Et ita, præter Doctores citatos, hanc sententiam tenet Rodriq. *in summ. tom. 1. c. 144. n. 18.* vbi sic ait: [Y si le halla fornicando con su esposa de futuro, y le mata, solo el Pótfice le puede absolver; como lo tiene vna Glossa, commneméte aprouada segun Vivaldo. Ni obsta que el, que mata al Clerigo, que halla con su hermana, no queda descomulgado, porque si este argumento fuera de alguna fuerça, no quedara descomulgado el dicho desposado de futuro, lo qual todos niegan, y

lo niega tambien Couarruias, que tiene contra nuestra conclusion, ni es bastante la gran pena, que recibe este desposado, para que le libremos de acudir al Papa, pues el Derecho no le libra en este caso, y con dexar à su desposada satisfaze con mucha honra, dexando à ella por mala, y al Clerigo por vellaco.] Ita ille.

Sed, his non obstantibus, Madius in tract. de sacris Ordinibus, cap. 17. num. 12. & Couarruias de spons. par. 1. c. 1. n. 11. ad finem, nomine vxoris intelligunt etiam sponsam de futuro, & ex consequenti excusari, si fornicantem cum sponsa de futuro Clericum percussit. Et hanc sententiam probabilem esse putat Fragol. de Rep. Chr. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 36. Sed ego non recederem à prima sententia.

Verum difficultas est, an in dictis casibus percussio incontinenti præstanda sit? Alicui namque probabile videtur, excommunicationi non subiici percussorem, tamen si longo tempore post delictum contingat; quia restrictio illa, quod percussio incontinenti fiat, apponitur in clausula antecedenti, vbi sermo est de defensione propria. Ergo tacitè indicatur huic clausulæ non esse necessariò accomodandam. Præterea hæc percussio non est, quæ excusatur ob titulum defensionis, sed ob difficultatem grauem temperandi tristitiam, & dolorem ex iniuria conceptum, cohibendique vindictæ impetum. At hæc difficultas, etiam transacto actu, subsistit; quippe perseuerat iniuria illata, & honor læsus. Sed omninò contrarium dicendum est, videlicet, percussorem in supradictis casibus excusari, si fiat incontinenti, & non ex interuallo. Ita Doctores citati.

Sed hinc obiter quæro, an patri, filio, fratri, vel marito iam volenti interficeré Clericum, vt supra, in flagranti repperitum, liceat alicui absque incurfu excommunicationis, quando alia via non potest illum auertere ab hac intentione interficiendi dictum Clericum, consulere percussorem tantum, vel mutilationem? Et respondeo affirmatiuè: quia ex communi opinione Doctorem licet absque aliqua culpa consulere minus malum, quod sit pars formaliter, vel virtualiter contenta in malo maiori, quod quis iam paratus erat perpetrare, nec alia via ab ipso, vt dixi, abduci potuit: sed vulnus, percussio, ac mutilatio est pars contenta in homicidio: ergo. Et ita hanc sententiam, me citato, tenet Leone de cens. raccollet. 5. n. 339. asserens, in tali casu consulentem non incurere censuram nostri Canonis.

Nota etiam cum dicto Leone, supradictis in tali casu non posse per alios percutere Clericum inuentum turpiter agentem cum vxore, filia, sorore, &c. & in tali casu tam mandans, quam mandatarius incureret in censuram: quia Ecclesia præsupponit, dictum dolorem, & passionem dictas personas non posse temperare, & quod ideò percutiant: quæ omnia cessant, quando interuenit tempus mandandi, & exequendi; & cessante causa, vt est regula vulgata, cessat effectus.

Et tandem nota, quod dicitur turpiter agere cum matre, vxore, filia, vel sorore, etiam eum qui amplexatur dictas personas, aut similes actus cum iis exercet; imò, vt verberans excusetur, sufficit, quod reperiat solum eum sola, loco, & tempore merito suspectis, vt cum aliis docet Nauar. c. 17. n. 84. Quæ vera sunt, etsi maritus, sciens venturum Clericum, clam se domi abscondat, vt ita repperitum verberet, modò absit dolus, qualis esset, si curasset eum ad dictas personas clam adeundas inuitari. Addit cum aliis Nauar. maritum etiam excusari, qui post trinam prohibitionem reperiret domi, etiam honesto loco, cum vxore solum loquentem, si eum per vigintiquatuor horas captiuum detineat, vt tradat suo Prælato: docet tamen incursum excommunicationem, si talem verberaret; sed non satis consequenter: quia in c. si verò cit. non magis conceditur detentio, quam verberatio. Quare Syluester verb. Excom. 6. num. 6. §. Decimò. concedit etiam excusari eum, qui talem Clericum verberat, quia leg. si quis ei C. ad legem Iuliam de adulteriis, conceditur maritò ita repperitum perime-

Antonini Diana Pars I X.

re, eò quod præsumatur turpia tractare: in c. autem. Si verò. videntur omnes dici turpiter agere, qui in similibus casibus in iure ciuili permittuntur occidi: quare hanc sententiam non improbabilem putat Suar. disp. 22. sect. 1. n. 37. quæ omnia docet etiam Coninch de Sac. disp. 14. dub. 15. n. 196.

An, si quis percussit Clericum turpiter agentem cum filia illegitima, incidat in censuram?

R E S O L. XXXIII.

Negatiuè respondet Hieronym. Garcias in summa moralis, tract. 1. diff. 3. dub. 1. punct. 4. n. 35. sic asserens: [El quarto caso, que excusa de censura, aunque no de pecado, es, quando vno halla a vn Clerigo in flagranti delicto con su muger, hermana, madre, ò hija legitima, ò ilegítima, vsando torpeças con ellas, y le sacude, ò mata incontinenti.] Ita ille. Et ita etiam docet Raguccius tit. de excomm. q. 66. n. 6. in vase Eccles. discipl. vbi sic ait: [Hanc excommunicationem non incurrit, qui percussit causa honoris, puta, Clericum turpiter inuentum cum filia, sorore, matre, vel vxore: nam in his tantum quatuor personis non incurritur, c. si verò de sentent. excomm. & procedit non solum si Clericus, vel Monachus fuerit inuentus in flagranti crimine; sed etiam in actibus proximis, vt osculis, amplexibus, & similibus, aut etiam in colloquio suspecto, & secreto. Imò procedit, etiam si Clericus turpiter infestet puerum pro nefanda libidine; imò procedit, vt non incuratur in percussione Clerici inuenti cum filia, etiam ilegítima.] Ita ille.

Sed ego puto, contrarium dicendum esse non solum de filia ilegítima, sed etiam de adoptiua, vt rectè obseruat Coninch de Sacram. disp. 14. dub. 15. n. 196. & Turrianus de cens. lib. 3. disp. 29. dub. 2. sic asserens: [Circa matris nomen difficultas est, an illius nomine comprehendantur omnes ascendentes. Et affirmarunt aliqui, vt refert Tolotus. Sed verius est, solam matrem intelligi, secundum proprietatem nominis, vt Toletus, & alij non pauci dixerunt: & eodem modo nomine filia non intelliguntur omnes descendentes. Item, nomine filia debet intelligi ea, quæ talis est per naturam, & non per adoptionem, vt notauit Suarez iuxta Glossam communiter receptam in cit. cap.] Itaque ex supradictis dicendum est, patrem percussentem Clericum turpiter agentem cum filia ilegítima, vel adoptiua, incurere in censuram Canonis.

An percussus Religiosum inualidè professum, incidat in censuram?

R E S O L. XXXIV.

Affirmatiuè respondet Pater Bordonus in cons. regular. tom. 1. resol. 28. num. 24. [Quia, licet Professio faciat Religiosum, & non habitus; tamen in ordine ad gaudendum hoc priuilegio sufficit solius habitus Religiosi assumptio, vt constat in Nouitio, qui ex sola habitus assumptione dicitur participare hoc priuilegium: ergo idem dicendum est de inualidè Professo: nam in hoc æquiparatur Nouitio: & id puto procedere, etiam si, ex propria culpa, & non tantum Religionis, sit nulliter Professus; imò etsi contra iura receptus sit: quia sic receptus non attenditur vt persona talis, sed vt aliquale membrum Religionis, cui immediatè hoc priuilegium conceditur: dum enim habitum gestat, intelligitur subesse Religioni; tam quoad priuilegium fori, quam Canonis; aliter Religionis decus, & exemptio periclitaretur, si quoad vtrumque esset de foro laicorum: dimisso autem habitu rediens ad sæculum, fit de illius foro, & non amplius gaudet eo priuilegio; cum non sit deinceps sub eo statu Religionis.] Ita ille. Sed hoc non caret difficultate: nam est dispar ratio inter Nouitium, & inter nulliter Professum. Ille enim gaudet priuilegiis

H 3 Professorum,

Professorum, quia est in via ad professionem: iste autem non est Professor, nec vult profiteri, cum possit, & sua culpa ita manet in Religione, ut suppono: ergo non debet gaudere privilegiis Religionis.

An si quis capiat Clericum, vel Monachum, per capillos, seu barbam, aut caputium, dicens: Si non esses Clericus, vel Religiosus, te occiderem, vel percuterem incidat in censuram.

RESOL. XXXV.

Negatiue respondet Bordonus in *conf. regul. tom. 1. ref. 28. n. 38.* quia ad incurrendam hanc censuram necesse est, ut iniectio manuum exteriùs sit consummata in sua specie læsionis, & non tantùm cœpta: verba enim cum effectu sunt accipienda, *cap. relatum. de Cler. non resid.* vnde Panormitanus in *cap. cum in cunctis §. Clerici de elect.* dicit, quòd ubi pœna imponitur, illa nunquam incurritur, nisi delictum inchoatum sit consummatum: & Archidiaconus in *cap. qui bona 17. q. 1. col. penult.* dicit, quòd in pœnis spiritualibus, cuiusmodi est hæc, & censuris imponendis, consideratur effectus, & non affectus, & voluntas malè agendi. Tum, quia præfata manuum iniectioes perpetratae in laicum, non censentur peccaminosæ mortaliter, cum sint imperfectæ, & non lædentes: ergo neque in his casibus; ac proinde excommunicatio locum non habet in illis. Percussio enim tam subita, & tam levis, quæ laico illata non esset mortalis, excusat ab incurfione censuræ, ut docent Armilla *n. 7. Caiet. c. 10. Nauar. c. 27. n. 85.* & ex illis relatis Batiola *conf. 22. §. primò.* Tum, quia, ut dicit Megala *lib. 4. c. 1. num. 8.* huiusmodi iniectio iudicata levis respectu externi actus, tam secundùm læsionem, quàm secundùm iniuriam, quamvis fiat suadente Diabolo, & cum peccato mortali, nõ idèò inducit hanc pœnam: & talis est in casu nostro. Tum, quia, in rigore loquendo, illæ non sunt iniectioes manuum, neque percussiones, cum nulla sequatur læsio; sed solùm designationes, & declarationes volendi iniicere manus, quæ sine dubio hanc pœnam non inducunt, cum in se nullam speciem læsionis habeant, licet alioquin iniuriosæ sint; non tamen in genere iniectiois, quæ consistit in læsione ad distinctionem iniuriæ verbalis, ad quam potiùs reducuntur illæ, quàm ad iniectioem. Tum, quia huiusmodi conditionales, & protestationes relevant protestatè, cum non sint contrariæ facto, per notata in *c. cum M. de conf.* Et blasphemans cum protestatione excusatur: quia per talia verba non intendit blasphemare, Lazar *q. 3. de blasphem. n. 31. Floron. cas. 3. §. 1. n. 4.* & alios citans. Ergo idem dicendum est in nostro casu, cum sic tangendo non percutiat, sed declaret animum suum esse, quòd percuteret, si non esset Religiosus. Ita tenet Angelus *Excomm. 5. n. 26. & 29.* Tabiena *Excomm. 5. n. 41.* vult incidere, si faciat animo iniuriandi: sed id sustineri non potest, quia non punitur animus, sed factum ipsum, & in his imperfectis actionibus semper adest animus iniuriandi: requiritur præterea effectus ipsius animi. Nobiscum apertè sentit Batiola *loco cit.* Et hæc omnia docet Pater Bordonus *loco citato.*

Sed mihi magis placet opinio affirmatiua; & idèò assero, in casu *superius* posito, illum incurrisse in censuram. Et ita tenet Grassius *par. 1. dec. lib. 2. c. 49. n. 17. & tom. 2. conf. 1. de sent. excom. n. 8. & 13.* Grilenzonius *conf. 82.* quibus ego addo Episcopum Sperellum in *suis dec. tom. 1. dec. 45. per totam,* Leonem de *conf. recollect. 5. n. 145. & seq.* Carolum de Grassis de *effect. Cler. effect. 9. n. 132.* Ioan. Frigderburg in *summ. lib. 3. tit. de sent. excom. n. 47. littera T. & Syluestrum, verb. excom. 6. §. 3.* vbi individualiter asserit, capientem Clericum per capillos, etque dicentem: Nisi esses Clericus, hæc, & hæc facerem, incurrere in censuram nostri Canonis. Quod probatur: quia ad hunc effectum non requiritur actio physicè tam relevans, ut sit peccatum mortale: sed sufficit, eam esse contra immunitatem corporis proprii, seu

contra ius, quod vnusquisque habet in corpus suum, vel ut sit grauis contra honorem, dummodo corpus attingatur, adeò ut quamvis contactus physicè consideratus leuissimus sit; si tamen, secundùm moralem existimationem, sufficiat ad grauem iniuriam contra honorem, & reuerentiam Clerico debitam, sit satis ad hanc censuram incurrendam. Quæ doctrina profectò, tum plurimos quotidianos casus, tum nostrum potissimùm determinat, videturque de mente Molinæ *tom. 4. de iust. disp. 57.* Reliquas rationes videbis apud Sperellum, qui respondet ad rationes adductas à Patre Bordonò, præsertim ad illud argumentum, quòd talis actio non videtur constituere peccatum mortale: ergo per illam non incurritur excommunicatio: nam hoc prorsus negandum est. Adi illum. Non desinam tamen hinc adnotare, Batiolam virum doctum docere in *conf. 22.* Clericum indignatum eleuando manum contra alium Clericum, reiciens illum aliquantisper de loco, in quo morabatur, non incidisse in censuram.

An si quis porrigeret venenum Clerico, incidat in censuram?

RESOL. XXXVI.

Negatiuam sententiam docet Auila de *conf. p. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 12. colum. 2.* vbi sic ait: [Per violentas manus intelligitur non solùm percussio, quæ in rigore sit violenta; sed etiam illa, quæ est iniuriosa personæ Clerici, siue talis percussio fiat immediatè, ut quando aliquis infligit alapam Clerico; vel immediatè, ut cum percutit ense, vel baculo, vel alio instrumento tangente personam Clerici, ut cum iniicit in Clericum saliuam, aut puluerem; vel etiam tangendo rem ipsi personæ Clerici coniunctam, ut si vi raperet aliquid de manibus Clerici, vel è corpore illius; nam ibi includitur violentia: vel quando includit eum in carcere, vel in alio loco, à quo sine dedecore, & pudore non potest exire: similiter si Clerico equitanti aliquis violentè apprehenderet frænum equi, vel si abscinderet cingulum ephippij, vel si ita furiosè insequatur Clericum, ut cogat præcipitem se dare in fluuium, vel in aliud discrimen ad liberandum se. At verò si Clericus fugiens cadat, & vulneretur, insequens illum non incurrit excommunicationem: nam illa vulneratio, nec fuit intenta in seipsa ab insequente, nec in sua causa, scilicet, in fuga, quæ per accidens se habet ad talem percussioem. Nota, quòd non incurrit, qui occidit veneno in cibo, vel potu: quia non infert vim personæ, sed naturæ: secus si per vim faceret sumi venenum.] Ita Emanuel, & dicit, ita respondisse præcipuos Doctores, & Magistros Salmanticæ.] Hæc Auila.

Sed contrariam sententiam docet Fragosus de *Chr. Rep. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 18.* Castr. Pal. *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 2. n. 2.* Filliuc. *tom. 1. tr. 11. c. 5. n. 126.* Molina *tr. 3. disp. 51.* Suar. de *conf. disp. 5. sect. 1. n. 13.* & Machado *tom. 2. lib. 4. p. 1. tr. 14. docum. 3. n. 3.* vbi sic ait: [Queda pues dudoso, y controuerso entre los Doctores; si el que mata à alguna persona Ecclesiastica con veneno, incurra en esta descomunion? Auila, y otros Doctores, que en su fauor alega, sienten que no: porque aunque el agrauio, que se le haze, es grande, no es con violencia de manos, que es lo que principalmente prohibio este sagrado Canon. Però la mas comun, y recibida opinion es, que incurra en ella; fundanfe, en que semejante accion viene a ser en su efecto mas violenta, y iniuriosa, que darle de palos, bofetones, &c.] Ita ille. Non est igitur admittenda opinio Auilæ, quam præter citatos Doctores, refellit etiam Squillante de *pruul. Cleric. c. 6. n. 55.* Megala in *p. 1. inst. Peregr. lib. 5. c. 14. n. 11.* & alij. Ad id verò, quod Auila asserit, Rodriq. & Doctores Salmanticenses suam sententiam docere; ego apud Rodriq. non inuenio, qui tantùm ait, Monialem procurantem abortum non incidere in censuram, quod ego concedo, ut alibi dixi: & est dispar ratio inter vtrunque casum: nam in casu

Monialis

Monialis, illa actio non est iniuriosa personæ, & statui: sed tantum iniuriosa fortui: in casu vero, de quo loquimur, est actio iniuriosa personæ, & statui: ergo. Et ita, præter Doctores citatos, hanc sententiam tenet Hieronymus Garcia in *Sum. sr. 1. diff. 3. dub. 1. punct. 2. n. 18.* vbi sic ait: [Però preguntará alguno: El que mata cum veneno, incurrit en la censura deste Canon? Rodríguez, Auila, con otros que citan, dicen que no: porque aunque el agrauio, que se haze al Clerigo, es muy grande, però no es con violencia de manos, que es lo que principalmente prohibe el Canon. Però no obstante lo dicho, respondo con la comun de los Doctores, que incurrit este tal: porque esta accion no puede ser mas violenta, pues defata el alma del cuerpo, y destruye el compuesto del hombre; y assi mas violenta, y iniuriosa le es al Clerigo, que si le dieran vn bofetón, ò lo arrojava poluo, ò agua: y pues por estas acciones se incurre, à fortiori se ha de incurrir por cosa, que causa muerte; y si es Clerigo el que da el veneno, y muere la persona, no goçará de la inmunidad eclesiastica: però non incurrit la muger preñada, que toma veneno para matar el fœtus, porque en este caso, solo se haze violencia à la criatura, y no à su persona.]

Nota tamen cum Squillante *loc cit.* & Suar. contra *Bejam p. 1. cas. 46.* & Naldum *verb. Clericum, n. 20.* propinacem venenum Clerico, hanc censuram non incurrit, antequam venenum operari incipiat: nam antea non aderat actio violenta, cum venenum sine vlla vi fuerit exhibitum, vt supponimus. Vnde hinc intraret quæstio, si talis isto medio tempore confiteretur, vel eliceret actum contritionis, incidere postea, veneno operante, in censuram? Sed de hoc *alibi.*

An furans cingulum, vel aliam vestem Clerico dormienti, incidat in censuram?

RESOL. XXXVII.

Affirmatiuè respondet noster Naldus in *Sum. verb. Clericum, n. 21.* vbi sic ait: [Clerico è manu rem propriam, quæ ipsi fuerat commodata, eripiens ante tempus; incurrit excommunicationem: & idem de suffurante ei cingulum dormienti, siue vestes auferente cum eiusdem speciali dedecore, & iniuria, puta, quia coactus est domi se continere, aut nudus exire. Et quauis Ancharanus in *Clem. 1. de pœnis, n. 4.* teneat contrarium quoad secundum dictum *superius*, nempe, de suffurante cingulum dormienti; eò quia non sit violentia illa, quæ non sentitur: tamen non est discedendum à prædicta prima opinione, quam & D. Anthoninus, & alij sequuntur: quauis enim particularis illa persona non sentiat iniuriam: sufficit tamen iniuriam fieri per illum actum vniuerso Ordini clericali, in cuius fauorem lata est à iure pœna excommunicationis. Et sic videmus, quòd percutiens Clericum, etiam volentem, non euadit prædictam pœnam latam in c. *Contingit interdum. de sent. excommunic.* cui sanè fauori renuntiare non potest per aliquem priuatum.] Ita ille.

Sed prorsus sententiam negatiuam sustinendam esse puto: & idèò dicendum est, quòd si nulla violentia facta vestes ex domo Clerici auferat latro; aut cingulum, quo actualiter cinctus est, furtiuè abstulit aut pecuniã ex crumena ab eo gestata arripuerit subdolè, & sine vi; quia non est hoc propriè violentia, sed adio furtiua, idèò fur non est excommunicatus. Ita Caiet. *verb. excommunicatio, c. 10. vers. Nota secundo.* Summa Astensis *par. 2. lib. 7. tit. 3. c. 2. q. 20.* & Angelus *verb. Excom. 5. n. 29.* Molina *tom. 4. de iust. sr. 3. disp. 51.* Coninch *de cens. tom. 2. disp. 14. dub. 15. n. 166.* Sayr. *lib. 3. c. 26. n. 16.* contra S. Anthon. *3. par. tit. 25. c. 1. §. Tertio notandum. ante finem:* vbi mimus benè opinatur, per has actiones incurri excommunicationem. Sed ne recedas à opinione Caiet. & aliorum, quam etiam tenet Suar. *de censuris, disp. 2. sect. 1. n. 34.* quibus omnibus adde Fragol.

de Rep. Cbr. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 17. quia vt diximus, supradictæ actiones nõ sunt actiones violētæ, sed furtiuæ. Ergo non includuntur in verbis Canonis, *Si quis suadere.*

An mulier nobilis, que fuste, vel alapa percussit Clericum ad venerem sollicitantem, incidat in censuram?

RESOL. XXXVIII.

Respondeo, quòd excusatur ab excommunicatione huius Canonis mulier impetita à Clerico de turpitudine, illum percutiens zelo castitatis, quauis aliquis excessus reperiretur. Non tamen poterit illum percutere, si Clericus eam verbis duntaxat tentaret, vel aggrediretur: nam tunc, sufficit illum verbis repellere, nisi molestus vehementer sit, & importunus; ita vt ab eo aliter nequeat se expedire, quàm fuste, aut verberibus. Suar. *de cens. disp. 22. sect. 1. n. 33.* Coninch *de cens. tom. 2. disp. 14. dub. 15. n. 194.* & Auila *p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 13. casu 18.* post plures, quos ibi refert, ac sequitur quibus accedit Sayrus *de cens. lib. 3. c. 27. num. 24.* cum aliis dicentibus, id esse licitum foeminae quando aliter eum repellere non possit; nepe, quia nec fugere potuit, nec clamare licuit, aut existimabat infamiam esse clamare. Fauet Caiet. *verb. Excommunicatio, c. 10. §. Nota sexto. vers. Secundus.* in quo euentu licitè potest Clericum percutere, vt expressè docent Philarchus *lib. 3. de offic. Sacerd. c. 33. notab. 3. casu 15.* & Angles in *Floribus, in q. de excomm. art. 5. disp. 4.* Dicendum est itaque, mulierem non incidere in censuram, quando percutit Clericum tentantem de turpitudine, dummodo tentatio fiat factò & non solò verbo; quia tunc solùm liceret verbalis defensio. Quòd si Clericus esset nimium molestus verbis, & foemina non possit se defendere verbis, non incurreret. Vide Auilam *de cens. part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 13. casu 18.*

Vnde ex his apparet responso ad casum propositum, ad quem respondet ex Navarro affirmatiuè Pater Leone *de cens. recollect. 5. n. 314.* & dicit, incurrisse in censuram quandam Monialem nobilem, ex eo, quia cuidam Ecclesiastico sibi lasciuum verbum dicenti alapam impexit: nam, licet mulier, vel masculus excommunicationem non incurrat, si Clericum, pudicitiam ipso factò tentantem, percutiat; seculus tamen esse, si eam Clericus solis verbis aggrediat, quia tunc sufficit illum verbis repellere, nisi ita valdè molestus sit, vt mulier, vel puer, aliter se ab eo liberare non possit, quàm fuste, aut verbere. Vide etiam, præter Doctores citatos, Coninch *de Sacram. disp. 14. dub. 15. n. 194.* Molinam *disp. 55. n. 41.* & Layman *lib. 3. sr. 3. part. 3. c. 3. n. 33.* & Baunyum in *Theol. mor. tom. 2. disp. 5. tract. 4. q. 3.* vbi sic ait: [Patet secundo, licere foeminae de stupro sollicitatæ à Clerico, eum à se pugnibus, & verberibus sine metu censuræ abigere: non autem si prece tantum, ac verbis: nam tunc verbis similiter repelli potest: si tamen excuti, ac dimoueri à proposito aliter quam fuste, aut verbere non possit, adhibere vtrumque foret sine crimine, metùque pœnæ.] Ita ille.

Verum ad confirmationem supradictorum non deseram hinc apponere ea, quæ docet eruditus Iuriconsultus Franciscus de Cuenca in *Pentateuch. de sui defensione, lib. 3. q. 3. n. 51. & seqq.* vbi sic ait: [In casu defensionis pudicitiae, & castitatis, ob cuius tutamen non tam vir, verum & foemina, iure aggressorem violare tentantem perimere possunt; est Doctorum communis sententia, vt tradit Lessius *de iust. & iure, lib. 2. cap. 9. dub. 12. n. 76.* vbi ex Cicerone in *Orat. pro Milone*, refert, quòd adolescens, qui Tribunal occiderat volentem vim inferre eius pudicitiae, à Mario exercitus Imperatore, absolutus fuit. Cuius factum narratur à Val. Maximo *lib. 6. c. 1. de pudicitia, vers. 12.* in hæc verba: Hoc mouit C. Marium Imperatorem, tum, cum C. Lucium sororis suæ filium Tribunal militum, à C. Plotio manipulario milite iure cæsum pronuntiauit, quia eum de stu-

pro compellere ausus fuerat. Similiter ex Ferrerio *in suo tract. de re militari*, fol. 155. n. 67. quem sequitur Anton. Scap. *tr. iuris non scripti*, lib. 5. c. 143. n. 12. refert Baiardus ad Clarum, *in §. Sodomia*, n. 15. famulum quendam pistoris liberatum esse, non obstante, quod tentantem huiusmodi nefarium patrare, interemit. Et, ipso Baiardo Iudice existente, tradit, impunitum reliquisse puerum, qui cum gladiolo quodam, pædagogico suo eum tentanti, veneream totam amputavit partem. Nec enim mulier, etiam contra Clericum sic castitatem suam defendendo, in Canonem, *Si quis, suadente Diabolo*, incidit. Carolus de Grassis *tract. de effect. Cleric. effect. 9. n. 3 10*. Nec huiusmodi vterque defensione peccant etiam violare conantem occidendo, *Sylu. in Summ. verb. homicidium*, 1. n. 9. dum se defendere non possent fugiendo, vociferando, vel alio modo. Ita ex D. Anthonino 2. *par. tit. 7. c. 8. §. 2*. Azpylcueta Nauarro *in Manuali*, c. 15. n. 5. *vers. Tertiò*. Nec vir irregularitatem incurrit: sic Coninch *d. tit. de irreg. disp. 1. dub. 9. n. 89*. ex Suar. *disp. 46. sect. 2*. cum aliis. Iusta siquidem causa est defensionis, & offensionis, (etiam seueræ,) castitatis, atque pudicitie tutamen: cum nullo maiori virtutum culmine, nullo ornato, decore nullo Respublica quælibet mirificè nitescere valeat.] Hucusque Cuenca loco citato.

Verum, his non obstantibus, ad casum *in titulo Resolutionis* impositum negatiuè respondet Rodr. *in Sum. tom. 1. c. 149. n. 19*. vbi sic ait: [Quando vn Clerigo sollicita à vna muger muy honesta, y de buena fama con palabras lasciuas, no incurre ella en descomunion, dandole de schapinazos, porque licito es segun Boërio defenderse vno de la iniuria, que de palabra le hazen dando de palos al que le injurio con ella, y aunque es licito la defëcion moderada, la qual moderacion regularmente acontece, quando vno con palos se defiende de otros palos, y con palabras se defiende de otras palabras, como lo dize el mismo Boërio. però puede auer caso con tales circunstancias que no se juzgue por acto desordenado, y sin moderacion, quando vno iniuriado con palabras se defiende con palos, como lo dize Folerio? y no se puede negar, que con semejantes palabras se hizo gran iniuria à la dicha muger de buena fama, y noble, pues el que se las dixo, la tuuo por liuiana, y no se las ofara dezir, lino la tuuiera por tal, por lo qual siendo honestissima recibiria notable coraje, y mas el dar de schapinazos, tengo por cierto, que seria vn primer mouimiento fundado en su gran honestidad, y en el mal juyzio, que contra ella se tuuo, por lo qual no la ofaria yo condenar por descomulgada, aunque Nauar. c. 27. n. 85. *notab.* la condena por tal.] Ita ille. Et hæc opinio est valdè notanda, licèt contraria sit communis, vt visum est.

An percussiones Clericum mortuum incidant in censuram?

R E S O L. X X X I X.

Negatiuè respondet Decius apud Naldum, *verb. Sepultura*, n. 5. & Henriquez apud Thesaurum, *de panis eccles. p. 2. verb. Iniuria*, c. 2. *vers. Ampliatur secundo*. Et hanc opinionem sustinet etiam Iacob. de Grassis *vol. 1. conf. 7. de sent. excom. n. 9*. & Patet Leone *de censur. recollect. 5. n. 55*. vbi sic asserit: [Non ea ratione, quia Clericus mortuus non habeat Ordines; nam etiam Nouitius, & Conuersus non habent Ordinem, & tamen gaudent dicto priuilegio Canonis: sed: quia cadaver non est homo.] Quasi dicat: Qui non habet Ordinem, ex eo potest gaudere hoc priuilegio; quia est persona ecclesiastica: sed homo, & non cadaver, potest esse persona ecclesiastica, quia viuus, & nõ mortuus, est de iurisdictione Ecclesie: ergo. Ex qua ratione hæc opinio redditur valdè probabilis: nam, quando dicitur ab aduersariis, quòd mortuo etiam fiat iniuria, conceditur eorum: negatur autem, quòd dicta iniuria fiat personæ ecclesiasticæ, prout requiritur ad incurrendam hanc excom-

municationem. Adde, quòd ex eo, quia talis iniuria non fit personæ ecclesiasticæ, nec habenti Ordinem, quia character imprimitur in anima; ex tali percussione non inferitur iniuria statui ecclesiastico: quòd etiam requiritur ad effectum incidendi in hanc excommunicationem.

Sed alij Doctores affirmatiuæ sententiæ adhærent. Dicendum est itaque, quòd non solum Clericus, & Religiosus viuens gaudet hoc priuilegio; sed etiam, secundum aliquos, post mortem, in tantum, quòd iniiciens manus violentas in eorum cadauera, incideret in excommunicationem: nam mortuo etiam fit iniuria, & violentia. Et ita, præter Naldum, & Thesaurum, *locis citatis*, tenet Toletus *lib. 1. cap. 32. num. 15*. Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 6. num. 36*. Carolus de Grassis *effect. 9. num. 140*. Baiardus ad Clarum, *§. fin. quest. 10. num. 16*. Belletrus *de fauor. Cler. can. §. 1. n. 12*. & Villalobos *in Summ. tom. 1. sr. 17. diff. 12. n. 16*. sic asserens: [Ha se de aduertit acerca desto, que por este priuilegio quedan descomulgados todos los que ponen manos en las dichas personas ecclesiasticas, ora esten viuos, ora mortuos.] Ita ille, quibus omnibus adde amicissimum Episcopum Sperellum *tom. 1. decis 45. n. 56*. qui citat Brunum, Marfilium, & Dueñam.

An percussiones Clericum sacris Ordinibus initiatum, cum quo fuit dispensatum à Pontifice, ut possit contrahere matrimonium, antequàm illud contrahat: an, inquam, illum percussiones incidant in censuram?

R E S O L. X L.

Negatiuè respondendum videtur ex doctrina Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 8. n. 11*. vbi sic ait: [Dubitari potest, an Professus hic, cum quo dispensatum est ad nuptias, teneatur ad Officium diuinum recitandum? Rodriq. asserit, eum teneri ad Horas, antequàm ad nuptias transeat: secus vbi iam transiit. Ducitur, quòd ante eum transitum non deserit esse Religiosus; cum nondum statum incompatibilem assumpserit, per quem status religiosus destruitur, Et huius signum est: quia, si mutato proposito nolle vti dispensatione, maneret utique Religiosus absque nouo alio actu; nec illi permetteretur in sæculo diu permanere, coniugium differendo. Verum existimo, ab eo tempore, quò hic Habitum monachalem exiit, induens vestes sæculares, vt dispensatione vtens, matrimonium ineat, eum liberari à recitandi obligatione; sicut & à cæteris monasticæ vitæ oneribus: quia cum iam sit iustè extra Monasterium, ac monasticam vitam, ab eius oneribus eximitur: sicut & de eiecto à Religione fatentur Doctores. Quare hinc infero, Sacerdotem, cum quo dispensatum est, vt matrimonium ineat, teneri ad Officium diuinum, dum habitum non mutat ad vtendum dispensatione, quòd nondum à statu sacerdotali recesserit; & potest interim celebrare, ac beneficij fructibus frui, ac cæteris Clericorum priuilegiis: secus autem, vbi Clericatum deserit, habitum sæcularem induens, vt vtens dispensatione, ad nuptias transeat; quòd iam translatus sit ad statum sæcularem, solo indelebili caractere manente; nec gaudeat priuilegiis Clericorum: quare similiter debet manere ab oneribus exemptus Sacerdotio annexis. Nec est simile de degradato, què omnes fatentur clericali- bus priuilegiis destitui, & tamen ad pensum horarium adstringi: quia hic ob suã culpam priuilegia amittit, & ideo, ne ex ea commodum reportet, tenetur ad onera.] Ita ille.

Sed contrarium docet Squillante *de priu. Cler. c. 7. n. 39*. quia, antequàm contrahatur matrimonium à dicto Clerico in sacris, licèt solum relinquat Habitum clericalem ad finem contrahendi matrimonium ex iam obtenta dispensatione, & non sit assumptus status contrarius, & incompatibilis Clericatu, ita vt frui nõ possit omnibus clericalibus priuilegiis, ac etiam reassumere Habitum, & non teneatur

neatur ad onera sacris Ordinibus annexa. Ideò dicerem, quòd post contractum marrimonium propter statum contrarium, & incompatibilem assumptum, talis Clericus non gauderet clericalibus priuilegiis; cùm tunc nec ad onera annexa sacris Oordibus teneatur: quamuis teneri ad ontis recitandi Horas canonicas, etiam post contractum marrimonium ex Summi Pontificis dispensatione, asserat Bonacina *de Horis canonicis, disputat. 1. q. 2. punct. 3. num. 5* secùs autem dicerem, antequàm marrimonium contrahat, licèt reliquerit Habìtum clericalem post obtentam dispensationem, cùm nondum sit assumptus status contrarius Clericatu; in tantum quòd, si isto medio tempore committeret aliquod delictum, deberet cognoscit, & puniri ab Ecclesiastico. Et ideò in terminis nostris de priuilegio Canonis hoc etiam docuit idem Squillante *cap. 6. num. 10.* vbi ad *superius* dicta de priuilegio fori se reuittim.

An percussientes Monachum, vel Nouitium titulo correctionis, incidant in censuram, si in Religione adsit statutum, ne Pralati causa correctionis percussiant Monachos?

RESOL. XL I.

Respondet negatiuè Auila *de censur. part. 2. cap. 5. disputat. 13.* vbi sic ait: [Quid, si Submagister corrigat contra prohibitionem magistri principalis? Respondetur, quòd non incurrit. Ita Syluester *part. 8.* quia per huiusmodi prohibitionem non potest aufetri priuilegium iuris, quòd est posse corrigere discipulos. Hinc infero, quòd quamuis Prælatus alicuius Religionis per se, vel per alium Religiosum verberet subditum delinquentem contra consuetudinem, vel Constitutionem suæ Religionis, prohibentem, ne illum percussiat; non incurrit: quia non agit contra ius commune.] Ita ille.

Notandum est hìc obiter, Clericos sodomitas esse priuatos per Bullam Pij V. priuilegiis clericalibus: sed intellige post declatoriam criminis. Sed, an sub nomine Clericorum sodomitarum in dicta Bulla intelligantur patietes vitium nefandum, negat Leone *de cens. recollect. 5. num. 73.* me citato: quia hi potiùs dicuntur molles, quàm sodomitz, & ideò non comprehenduntur in casu, & pœna dictæ Constitutionis. Quod etiam tenet intrepidè, me citato, Matchinus *de Sacram Ordin. tract. 1. p. cap. 4. num. 29.* Sed ego non adhæsi firmiter huic sententiæ, sicut neque modò adhæreo: ideò tu cogita.

An percussientes Clericum ex ignorantia, incurrant in censuram?

RESOL. XL II.

Difficilis quæstio. Et si ignorantia est inuincibilis, non est dubium, tales percussientes in censuram non incidere. Dubium est, quando ignorantia est vincibilis, quæ potest esse inculpabilis, & culpabilis: item ista, (scilicet, culpabilis, de qua hìc præcipuè quæritur,) est triplex, purè vincibilis, crassa, seu supina, & affectata. Ignorantia purè vincibilis est, quando quis, cùm audisset, vel dubitasset de censura iuris, vel facti, adhibuit diligentiam; sed non mortaliter necessariam pro qualitate rei. Crassa, seu supina, quando modicam, aut nullam diligentiam adhibuit; tamen ex tædio & pigritia. Affectata, quando illam diligentiam non adhibuit ex malitia, ad liberiùs peccandum.

Hoc supposito, dico primò. Posito, quòd ignorantia purè vincibilis possit esse mortaliter culpabilis, illa excusat in cursu censuræ. Ita Sanchez *lib. 9. de matrim.*

disp. 32. num. 31. & lib. 1. Summa, cap. 16. num. 7. & me citato, Leone *de cens. recollect. 1. num. 367.* Probatur *ex c. 2. de Const. in 6.* vbi habetur, ignorantiam excusare in censuris, dummodo non sit, neque crassa, aut supina. Ista autem ignorantia purè vincibilis non est neque crassa, nec supina: ergo. Dices, sufficit, quòd mortaliter peccet quis in ea ignorantia, vt incurrat censuram. Respondetur ex supradictis, non quodlibet peccatum mortale sufficere ad incurrendam censuram; sed requiri peccatum mortale, quòd habeat rationem contumaciæ, ex eo: quòd censura sit vltimum remedium contra contumaces: sed, qui facit aliquam diligentiam, licèt non moraliter sufficientem, etsi peccet mortaliter, non tamen potest dici contumax: ergo neque peruenit ad hunc statum, vt possit incurrere pœnam istam, quæ imponitur contra contumaces. Hæc conclusio est contra Suarez *tom. 5. disput. 4. sect. 10. num. 10.* qui defendit, quòd eo ipso, quòd ignorantia est vincibilis mortaliter, non potest excusare à censura; & vt refert, & sequitur Filiuc. *tract. 11. num. 273.* ait, contrariam opinionem non esse practicè probabilem: quia vnum habet Authorem, Lopez, qui non mouetur vrgente fundamento; sed ex quadam pietate ad euitanda animarum pericula. Sed fallitur, vt patet ex aliis Authoribus, quos allegat, & sequitur Duardus *lib. 1. in Bullam Cœna, cap. 2. quæst. 1. n. 5.* contrariam quoque probabiliorem asserit Coninch. *disput. 13. num. 95.* & eam probat Alterius *lib. 3. disput. 2. c. 3. ad finem.* Vnde ex hac conclusione deducitur pro praxi, quòd qui percussit Clericum, dubitans, an sit Clericus, vel contra percussorem Clericorum ferri de iure censuram; excusari, si fecit aliquam diligentiam ad vincendum dictum dubium iuris, vel facti, licèt non moraliter sufficientem pro qualitate rei.

Sed maior difficultas est de ignorantia crassa, & supinæ culpabili mortaliter: & ista etiam excusat ab incursione censuræ, quando censura est lata contra præsumentes, vel audentes facere, vel omittere aliquid, seu contra scientes, vel ausu temerario aliquid facientes. Et procedit ista conclusio, vt sit vera, non solum, vbi talis ignorantia est ignorantia iuris; sed etiam vbi est ignorantia facti. Ampliatur secundo, etiam, vbi quis daret operam rei illicitæ. Ampliatur tertio, etiam si talis ignorantia fuerit affectata. Ratio est: quia, licèt ignorantia affectata procedat ex dolo, & temeritate, tamen verè talem dolum, & temeritatem in hoc casu præsupponitur non esse circa excommunicationem, vel aliam censuram, sed circa ignorantiam ipsam, quòd sufficit ad non incurrendam censuram hoc modo latam. Vnde, quando aduersarij dicunt, quòd ignorantia affectata æquiparatur scientiæ, intelligitur quoad incurrendam culpam, non autem quoad incurrendam censuram latam hoc modo.

Et tandem difficultas est de ignorantia concomitante. Et ad hanc difficultatem respondet Leone, quòd ignorantia concomitans, siue iuris, siue facti, excusat ab incurrendis censuris. Ratio est: quia excommunicatio est posita contra contumaciam efficacem, & absolutam: sed ista ignorantia concomitans excludit dictam contumaciam efficacem, & absolutam, & tantum inducit contumaciam conditionalem: ergo non sufficit ad incurrendam censuram. Est contra Couartuiam *in c. Alma mater. part. 1. §. 10. num. 15.* qui simpliciter affirmat, talem ignorantiam, quando est facti, non excusare à censuris: quomodo opinio nem dicit falsam Hurtado *de censur. in communi, num. 9.* & est contra Sayrum, & Grassium apud Duardum *lib. 2. in Bullam Cœna, can. 1 q. 38. num. 8.* qui distinguunt de censura lata simpliciter, & lata contra præsumentes, &c. aliquid facere, vel scienter, &c. aliquid facientes: primo casu affirmant incurri censuram, non autem secundo casu. Vnde, quia isti Authores putant in Canone, *Si quis sciens* per dicta verba non erigi præsumptionem, asserunt, talem, occidendo Clericum, quem credit esse laicum, cum eo animo, vt etiam percuteret, si esset Clericus, non incur-

rere dictam excommunicationem. Addunt tamen, contrarium debere concludi in eo casu, ubi quis promeret actum hoc alio modo: Volo nunc occidere illam feram, vel illum laicum: & si Clericus est, etiam volo eum occidere. Si enim talis de facto, ut ipsi aiunt, occideret Clericum, omni dubio procul esset excommunicatus; hoc enim casu non esset ignorantia concomitans, quia istius voluntas non est conditionalis, sed absoluta, & per consequens tam actus internus, quam externus esset sacrilegus; quod non contingit in primo casu, in quo licet actus internus, scilicet, volendi occidere aliquem, etiam si sit Clericus, seu peccatum internum sit peccatum sacrilegij; tamē actus externus non est sacrilegus; & per consequens peccatum internum tantum erit peccatum sacrilegij, ob quod internum peccatum non potest incurri cēsurā. Et hæc omnia docet Pater Leone, *ubi sup.* sed iterum postea docet in terminis loquendo de percussione Clericorum, *in recollect. 5. n. 175. & seq.*

Sed confirmantur multa ex supradictis à Villalobos *in Summ. tom. 1. tract. 17. diff. 22. num. 3.* ubi sic ait: [El segundo caso es, del que le hiere con ignorancia probable, no sabiendo que es Clerigo, como dize vn capitulo de Derecho. Mas bastaria para esto, si lo hiziesse por culpa lata, ò ignorancia crassa, como tienen Couarruuias *in cap. Alma mater. 1. part. 5. 10. num. 16.* Thomas Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 32. num. 41.* con otros: porque aquella palabra, *Suadente Diabolo*, solo escusa la permission licita: aunque Abad *cap. 2. num. 6. de Constit.* Alexandro de Neouibi, *num. 49.* Syluester, *verb. Ignorantia, dist. 4. & verb. Excommun. 6. 5. 6.* dizien, que se escusa el que ignora que es Clerigo, con ignorancia crassa, y culpa lata.] Ita ille. Et idem de ignorantia affectata dicendum esse putat Leone *ubi supra, num. 180.* Et, ut verum fatear, magis probabiliter ignorantiam crassam, & lupinam, & à fortiori affectatam non excusare à censura tenent aliqui: & ideò Garcias *in Summa morali, tract. 1. difficult. 3. dub. 1. punct. 4. n. 32.* sic ait: [La mayor dificultad està en la ignorancia vincible, ò culpable, acerca de la qual ay varias opiniones: lo mas prouable es, que la ignorancia crassa, ò supina, que es quando vno deue salir de duda, y no quiere hazer diligencias para ello, ni preuenirlo, y à fortiori la affectada, que es quando vno à drede no quiere salir de la duda por peccar mas libremente, que no escusan: pero fuera de estas ignorancias, la vincible puramente escusara de la censura.] Ita ille.

Vnde ex his omnibus apparet, ignorantiam aliquando excusare ab incurso huius censuræ; quod à fortiori patet, si Clericum percutiens, arbitratus est esse laicum, quia Habitum, & Tonsuram non gestauit. Alioquin, si allegatio ignorantie dubia sit, allegans eam iuramento in foro externo confirmare cogitur, *cap. Si verò de sentent. excom.* Cæterum, si quis existimet esse Ioannem Clericum, quem percutit, cum sit Clericus Iacobus, cēsuram excommunicationis nō effugiet, sicuti rectè adnotauit Couarruuias *in cap. Alma mater. part. 1. 5. 10. num. 15. argum. l. Eum, qui. 5. Si iniuria mihi ff. de iniuriis, ubi dicitur: Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut quis putet me esse Lucium, cum sim Caius, iniuriarū mihi actionem competere. Quae de re videri potest Molina tract. 3. disput. 30.* Contrà verò dicendum, si quis volens percutere hunc Clericum, ab eo aberrerit, & casu, siue præter intentionem percutiat alterum Clericum proximè astantem: talis enim excommunicationem non incurrit, sicuti rectè docet Suarez *disp. 22. sect. 2. num. 54.* Coninch *disp. 14. dub. 15. num. 197.* Ratio discriminis est: quia in priori casu voluntariè percutit hominem, quem scit Clericum esse, in quo tota ratio consistit, ob quam Canonis excommunicatio lata est: in posteriori autem casu voluntariè non percutit hominem, quem scit esse Clericum: siquidem, ut ponimus, à Clerici volita percussione aberrauit: alium autem hominem, qui fortè adstabat, & Clericus erat, præter intentionem, ac inuoluntariè percussit.

An percutientes Clericum per iocum, si aliquantulum excedant, incurant in censuram?

R E S O L. X L I I I.

AD hunc casum sic respondet Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 17. difficult. 22. num. 3.* [Hai muchos casos en los quales, el que hiere al Clerigo, ò Frayle, no està descomulgado, por no ser la accion ilicita. El primero es, quando se estauan burlando, aunque aya sido algo demasiado, como se dize en vn texto: porque esto no se haze, *Suadente Diabolo*, y lo mismo es, quando se hizo à caso, como dize otro texto.]

Sed ego circa ipsius dictum adducam ea, quæ obseruat contra Coriolanum Laurentius Portel *in dubiis Regul. verb. Manus violenta, in Addit. num. 4.* ubi sic ait: [Si duo Religiosi per iocum, siue iocando, se ad inuicem percuntiant, non incurunt censuram, ut patet: & hoc est verum, etiam si in ioco sit excessus, & pariter in percussione. Ita Franciscus Longus *in suis casib. refer. casu 10. n. 17. & c. 1. de sent. excomm.* At in prædicto capite non fit mentio, si excedatur in ioco, vel in percussione: solum dicitur absolute, non esse excommunicatum illum, qui percussit Clericum per iocum. Ego tamen dictum Authoris istius non condemno, in quantum constet percussorem illam inceptam in ioco, taliter crescere, ut nunquam perueniat ad peccatum mortale: scio enim, posse cum aliquo motu iræ non plenè considerato percussorem inceptam à ioco, deuenire ad solum peccatum veniale, ex defectu plenæ aduertentia. At scio in re morali posse aliquando actum eundem numero, materialiter in initio esse primò primum, ita, ut nec sit peccatum veniale. Deinde, lucescente aliquantulum magis ratione, posse eundem actum esse peccatum veniale, adhuc deficiente plena consideratione. Tertio, affulgente magis rationis radio, posse eundem actum esse peccatum mortale, propter iam plenam aduertentiam. Quæ omnia possunt contingere in percussione incipiente per iocum, maxime si fiat excessus in percussione non consueta in ioco: & talis poterit inde oriri inquietudo, ut consulendum sit saltem pro foro interno ad cautelam pretendam esse absolutionem.] Ita ille, cui ego adhæreo.

An percutientes Religiosum nullo Ordine insignitum, & expulsam à Religione, incurant in censuram?

R E S O L. X L I V.

QUærit hoc Portel *in dub. Regul. verb. Manus violenta, num. 3.* sic asserens: [Quid, si Religiosus expulsus ab Ordine est laicus, vel alius carens omninò Ordine sacro, an hunc percutiens incurrat? Innuit, quod sic, Rodriquez *addit. ad Summam, tom. 3. cap. 99. concl. 5.* quia adhuc est verè Religiosus in substantia, maxime si portet Habitum, & Tonsuram clericalem. Si verò hanc non porter, mihi res videtur dubia, & colligenda per aliàs percipientem verum Clericum non portatē prædicta.] Ita ille. Sed si hæc quæstio resoluenda esset ex principio, quod ait Portel, ego consequenter loquendo dicere, percipientes in tali casu laicum expulsam à Religione, & incedentem sine Habitu, incidere in censuram; sicuti inciderent percipientes Clericos sine Habitu, & Tonsura incedentes. Nam, licet priuilegium Canonis inferius sit fori priuilegio; quippe priuilegium Canonis Iure tantum positum est introductum, priuilegium verò fori ex Iure diuino prouenit: ergo Clerico, cui non competit priuilegium fori, nec Canonis priuilegium competere debet. Deinde Tridentinum *sess. 23. de reformat. c. 6.* sub priuilegio fori, Canonis priuilegium videtur comprehendisse: siquidem refert cap. vnicum,

unicum, de Clericis coniug. in 6. vbi Pius II. expressè de priuilegio. Canonis loquitur: nihilominus contrarium dicendum est, vt supra docui: nec obstant adducta in contrarium: nam esto priuilegium Canonis inferius sit priuilegio fori; est tamen magis necessarium personis ecclesiasticis, & earum statui, cum grauius offendantur ex vexatione personali, quàm ex forensi iudicio: præterquàm quòd priuilegium fori cedit aliquantulum in diminutionem laicæ potestatis: at priuilegium Canonis in nullius, cedit præiudicium. Ergo mirum non est plures condiciones pro priuilegio fori requiri, vt perdatur, quàm pro priuilegio Canonis, Tridentinum verò, si bene perpendatur, nobis contrarium non est: non enim dixit, seruandam esse Constitutionem Bonifacij VIII in c. Clericis de Clericis coniugatis, in 6. pro omnibus Clericis, sed pro Clericis coniugatis: hi enim nec priuilegio fori, nec Canonis gaudent, nisi condiciones à Tridentino præscriptas obseruent. Idè in casu proposito de laico expulso, tu cogita

Nota tamen hic obiter Baunium in Theol. mor. tom. 2. disput. 5. tract. 4. q. 2. optimè docere, probabile esse, Clericum ex defectu Habitus, non amittere priuilegium Canonis: sed malè me citat pro contraria sententia.

Quandoam percussio Clerici dicatur leuis, grauis, & enormis?

RESOL. XLV.

Respondeo, quòd erit leuis percussio, quæ respectu percussorum mortiferarum, nec est enormis, nec mediocris. Et quamuis Nauarrus in Manuals, cap. 27. n. 91. innuat, leuem percussorem esse, quæ fit pugno, id est, palma, baculo, vel lapide; & vbi nullum membrum secatur, aut dens euellitur, nec multum sanguinis effunditur: nihilominus hoc non semper est verum, nec circa hoc dari potest certa regula: proinde iudicio boni viri, seu prudentis Iudicis, iudicanda est leuis percussio ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, & ex modo percutiendi, ac lædendi, Quapropter, si Clericus solenniter ministrando in Altari, vel sacrificando, etiam leuiter percutiatur, non erit iniuria leuis, quæ aliàs esset leuis: similiter non erit leuis, sed atrox, percussio facta Clerico etiam leuiter, vel in Ecclesia, vel in platea, ex quo fuit notoria, Gloss. ver. Mutilationem. in cap. Cum illorum. de sentent. excomm. vbi Abbas num. 6.

Grauis verò percussio censetur illa, quæ non est leuis, neque enormis, de qua iudicabit Episcopus, vel Abbas, quibus conceditur in certis casibus absolutio, & idè cognoscere possunt, an eorum sit iurisdictio, argumento cap. Super litteris. de rescriptis, & in l. Si quis ex aliena. ff. de iudiciis.

Enormis autem percussio illa dicitur, quæ peruenit ad occisionem, aut mutilationem membri, aut ad effusionem oculi, aut si quis Clericus ex læsione fiat inutilis ad præstandum munus suum, aut si vulnus notabile inferatur, quod vt sanetur, eget remedio Chirurgiæ, aut aliorum medicinalium: non tamen erit enormis magna effusio sanguinis solum è naribus, nec etiam ex vulnere modico. Item, dicitur enormis, si laicus Officialis authoritatiuè percutiat Clericum. Aut si quis iniiciat manum in Episcopum, vel Abbatem, vel etiam in Priorem, qui est Caput Monasterij, vel est in eius loco. Item, erit enormis percussio, ratione loci, nempe, si vulneretur Clericus in oculo, vel in facie. Item, ratione scandali, si subditus percutiat Superiorem, & inde nascatur scandalum; vel si Monachus percutiat Clericum sæcularem, & ex eo detur scandalum. Item, erit enormis ex irreuerentia, nempe si in conspectu Prælati, aut Iudicis percutiatur Clericus, Insti. de iniuriis, §. Atrax. Similiter, si quis percutiatur in Ecclesia, Cœmeterio, Dormitorio, vel in platea, argumento cap. Pro causa

de sententia excommunicat. & cap. Quisquis. 17. q. 4. Eodem modo erit enormis ex facti notorietate, præsertim si percutiatur Clericus in magno aliquo concursu, puta, in foro, in magna festiuitate, aut in nundinis, vel mercatu celebri. Vide Molinam tract. 3. disp. 57. Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 2. & alios penes ipsos.

Nota tamen cum Fragofo tom. 2. lib. 1. disput. 2. §. 3. n. 53. probabiliter Nauarrum in Manual. cap. 27. num. 92. existimare, vltra mediocritatem non esse dicendam semper percussorem enormem, quæ fit in locis publicis, aut in Ecclesia, aut Cœmeterio, vel Dormitorio, aut in præsentia Iudicis, aut quæ fit in oculo, vel vultu, nisi quando percussio est grauis, vel in se notabilis, vel quando ex ea magnum oritur scandalum. Et Megala in 3. part. Inst. Confess. lib. 4. cap. 1. quest. 2. num. 11. admittit, opinionem Nauarri procedere, quando leuis percussio non fuit in publico loco commissa; sed postea, factum effectum est notorium. Sed ego puto, sententiam Nauarri sine limitatione non carere probabilitate, vt alibi docui.

An, quando est dubium, an percussio sit leuis, vel grauis, iudicandum sit esse grauem?

RESOL. XLVI.

Affirmatiuè respondet Castrus Palaus tom. 6. disput. 3. punct. 23. §. 4. num. 2. Molina disput. 57. num. 3. Sayrus de censur. lib. 3. cap. 28. à num. 8. Suarez disputat. 22. sect. 1. num. 88. Nauarrus cap. 27. num. 92. Fragofo de Republic. Christ. tom. 2. lib. 1. disput. 2. §. 3. num. 53. & alij, asserentes, quòd in dubio potius percussiones debent iudicari graues, & enormes, quàm leues; ne detur occasio offendendi statum ecclesiasticum. Et ita deciditur in Extrau. Ioan. XXII.

Sed, his non obstantibus, contrarium tenet Pater Bordonus in consil. Regular. tom. 1. resol. 38. num. 45. vbi sic ait: [In dubio autem percussio leuis, an grauis, iudicare spectat ad Prælatum habentem iurisditionem absoluendi, & ad eum Prælatum, qui querit, an possit absoluere, & non est recurrendum ad Papam, vt docent Glossa, Innocentius, Abbas, & Panorm. in c. Cum illorum. de sentent. excomm. Sayrus lib. 3. cap. 28. num. 7. Grassius tom. 2. consil. 8. de sent. excomm. num. 3. Quòd si iudicium ferri non possit, sed adhuc dubium remaneat, dicit Ioan. XXII. in dicta Extrauag. Perlectis. Prælatum potius debere inclinare, percussorem fuisse grauem, quàm leuem, ne iniuriantes de vicina absoluteione consilij, de facili in atroces prorumpant percussiones. Sed hoc non vrget: quia ibi potius consilium est, quàm præceptum. Idcirco Prælatus iudicare illam potest leuem, ne se priuet sua iurisditione: quia in dubio nemo tenetur se spoliare. Vnde dubitans, an aliquis casus sit referuatus, potest resoluere non esse referuatum, vt de veriori sententia docet Suarez tom. 5. disput. 4. sess. 6. num. 5. Sanchez lib. 1. cap. 10. num. 74. & ex illis Floron. part. 1. de casib. referu. cap. 5. num. 30. & Sanchez refert præsentem casum de percussione iudicanda leui, ne Superior amittat suam iurisditionem absoluendi. [Hucusque Bordonus. Verum, quia contra illum sententiam affirmatiuam tenent communiter Doctores, non audeo ab ipsis discedere. Et si Pater Bordonus, vbi supra, num. 39. nominatim contra me asserat, esse certam dictam Extrauag. Ioan. XXII. debebat quidem in hoc casu affirmatiuam sententiam tenere, si Ioan. XXII. in dict. Extr. hoc, vt supra diximus, declarasset. Sed ego puto, contra Bordon. dictam Extrauag. authoritatem non habere: & ita ex Suarez, Filiucio, & aliis tenet Leone de cens. recoll. 5. n. 352. vbi n. 356. nobiscum contra Bordonum tenet, in dubio percussorem iudicandam esse grauem. Quod, præter Doctores citatos, tenet etiam Grassius in consil. tom. 1. consil. 3. diffic. 2. n. 9. Marius Anthoninus var. l. 3. resol. 11. n. 15. Naldus in Summ. verb. Clericus, num. 39.

Quis

Quis potest absoluerè à dictis percussioibus?

R E S O L. XLVII.

Respondeo, quòd ab excommunicatione contracta ob leuem percussioem potest Episcopus sibi subditos absoluerè in vtroque foro. Vt colligunt Panorm. & communiter DD. ex cap. *Pervenit. de sent. excom. & ex Extra. mag. Ioan. XX. qua incipit, Perlectis.* Sed, an hæc potestas extendatur ad quoslibet alios Prælatos iurisdictionem quasi episcopalem habentes? non conueniunt DD. Negant Felinus, & Panorm. in d. cap. *Pervenit.* Syluester verb. *Absolutio*, 4. num. 5. quos sequitur Molina tract. 3. *disput. 59. num. 2.* Ducuntur: quia Pontifex in d. c. *Pervenit.* committit Episcopo, vt Fratri, hanc potestatem: inquit enim textus: *Tua fraternitatis arbitrio duximus committendum.* Atqui nullus inferior Episcopo Frater à Pontifice nuncupatur, sed Filius. Non igitur censenda est hæc potestas aliis ab Episcopo concessa. Sed hæc ratio infirma videtur: Pontifex nanque, quia loquebatur cum Episcopo, nomine Fratris vsus fuit; non, quia veller hanc potestatem episcopali tantum characteri annexere: hæc enim potestas non Episcopo ratione iurisdictionis conceditur: aliàs eam delegare non posset, neque illius Vicario generali communicaretur, vti ipse Molina communicatam esse censet. Quapropter verius existimo, quoscunque episcopali iurisdictione gaudentes hanc habere potestatem. Ab excommunicatione verò contracta ob grauem, & à fortiori ob enormem Clerici percussioem, iure communi spectato, nullus alius, præter Pontificem, eiusve Legatum, absoluerè potest, exceptis aliquibus casibus in iure expressis, & quæ continentur in his versibus:

*Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis,
Deliciosus, inops, agerque, senexque, sodalis,
Ianitor, astrictus, dubius, causa, leuis ictus,
Debilis, absolui sine Summa Sede merentur.*

Quos casus explanat Fragos. *de Rep. Christ. tom. 2. lib. 1. disput. 2. punct. num.* & Filliucius *tom. 1. tract. 15. num. 37.* qui omnes reducit ad tria capita, quæ inueniuntur in cap. *Quamuis. de sentent. excomm.* Primò, scilicet, ad impedimentum corporale, sub quo reducuntur articulus mortis, inimicitæ graues, paupertas, ægritudo, senectus, debilitas, cæcitas, &c. Secundò, ad impedimentum canonicum, quo asserit laborare seruos, & filios familiars, exercentes muuus publicum, & habentes aliam iustam causam arbitrio boni viri. Tertiò, ad impedimentum ex iuris beneficio, quo gaudent mulieres, impuberes, Officiales arcentes turbam, Ostiarij, Clerici simul viuentes, Regulares, & nobiles viri, ac delicati. Sed de his infra.

An quis pro enormi percussioe Clerici, si non potest adire Pontificem, teneatur Romam mittere Procuratorem, vel epistolam pro absolutione?

R E S O L. XLVIII.

Negatiuè respondet Rodriquez in *Summa*, tom. 1. cap. 144. num. 17. vbi sic ait: [Aunque esta descomunion este reseruada à su Sanctidad, però muy bien puede della absoluer el Obispo, quando la percussio del Clerigo no fue enorme, sino pequeña, como esta decretado en Derecho, la qual puede hazer, no solamente el Obispo del delinquentè descomulgado, mas aun el donde se hizo la percussio, como lo nota Inocencio, y lo tiene alegando otros la Capella Tolosana. Tambien puede el Obispo absoluer de la enorme, quando no se puede acudir al Papa, ni à otro, que tenga authoridad para la absolucion. Ni basta, que pueda ambiar por la absolucion, para que el Obispo no absuelua; porque no obliga el Derecho à este

descomulgado à embiar à Roma por ella, mas quiere que si puede, vaya, y non pudiendo, que acuda à su Obispo, como lo nota Nauarro cap. 7. num. 96.] Ita ille, cui adde Coninch. *de Sacram. disp. 14. dub. 16. num. 241.* Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 1. & lib. 6. cap. 9. num. 7. in Glossa lit. O.* Sanchez in *Summ. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 14.* & nouissimè Hieronymum Garciam in *Summ. mor. tract. 1. diff. 3. dub. 2. punct. 5. num. 39.* Castrum Palaum *tom. 6. disputat. 3. punct. 23. §. 4. num. 18.* asserentes, quòd excommunicatione, seu casu papali irretitus, qui ob legitimum impedimentum personaliter ire Romam nequit pro absolutione; potest tamen mittere procuratorem, qui eius nomine petat, vel per epistolam petere absolutionem à Sede apostolica, vt possit ab Episcopo suo absolui vigore illius facultatis generalis absoluendi impeditos cum onere se presentandi, licet contrarium asserat Bonacina *de cens. disputat. 1. q. 3. punct. 2.* cum Leone, & Thesaurò, testantibus de praxi, de qua ego *alibi.*

An Superiores regulares possint absoluerè à censura huius Canonis?

R E S O L. XLIX.

Respondeo, quòd possunt Superiores regulares de iure communi absoluerè suos ab hac excommunicatione, modò sit contracta ex leui, vel mediocri percussioe facta in se inuicem, cap. *Monachi. 2. de sent. excomm.* & licet ibi non distinguatur de leui, & enormi, tamen cap. *Cum illorum. 32.* & cap. *Canonica. 50. eod.* etiam de intellectu dicti capituli venit solùm leuis, ac mediocris; & enormis referuatur Papæ, qualis est mutilatio, effusio sanguinis, percussio Episcopi, vel Abbatis, vt expressè dicitur in dictis aliis duobus capitulis. Quamuis autem hæc facultas absoluendi à percussioe leui tribuatur à iure Prælati regularibus, quando eorum subditi se inuicem in Claustro percutiunt, nihilominus absolui possunt se inuicem percutientes extra Claustrum. Tum, quia Papa expressit Claustrum: quia ibi solent se percutere, vbi ordinariè manent: vnde respiciendo ad id, quod vt plurimum solet accidere, non restrinxit absolutionem ad percussioem claustralem. Tum, quia in c. *Canonica.* nullum expressit locum: ergo videtur parum referre hoc. Quare possunt absoluerè illos, licet se percutiant extra Conuentum. Et hæc omnia docet Pater Bordonus in *consil. regul. tom. 1. resol. 28. num. 49.* citans Rodriquez, Coriolanum, & Angelum. Quibus ego addo doctum, & amicissimum Patrem Bossium in *disceptationibus moralibus, de iurisdic. Episcop. & aliorum, &c. discept. 1. dub. 19. n. 190. & seqq.* qui optimè obseruat, quòd fauor dictorum Canonum comprehendit etiam Prælatum ipsum regularem, qui si percusserit suum subditum, poterit absolui ab alio Sacerdote subdito suo à se electo: tum, quia caput non debet esse minori fauore dignum, quàm membra: tum, quia appellatione Monachi venit Abbas in materia fauorabili, cap. *fin. de verborum appellatione.* Et suprascripta procedunt, quando percussio est grauis: secùs erit, si excessus fuerit enormis: nimirum, si sit deuentum ad mutilationem membri, vel effusionem sanguinis, vel in Episcopum, aut Abbatem manus violenta iniecta; quibus verbis textus in dict. cap. *Cum illorum. de sentent. excomm.* explicat enormem percussioem. Et constat ex cap. *Canonica.* & cap. *Cum illorum. de sentent. excomm.* in 6. In quo casu enormitatis, siue subditus, siue Prælati sit percutiens, absolutio spectabit ad Papam, exceptis casibus, in quibus Papam adire non possent, dictis textibus attentis. At tamen hodie Religiosi ferè omnes priuilegia habent, vt etiam à percussioe enormi absolui possint à suis Prælati, ne alioqui, si ad Papam mittendi essent, occasio vagandi illis tribueretur. Ita Sayrus *de censur. lib. 3. cap. 28. num. 13.* & Rodriquez in *99. reg. tom. 1. q. 20. art. 12.* qui referunt priuilegium concessum à Clem. IV.

à Clem. IV. Prælati Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicariis, vt à percussionebus enormibus possent suos subditos absoluere. Et hæc omnia docet etiam Fragos. *de Rep. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. num. 55. & seq.* Vide etiam Tamburinium *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 54. q. 11. n. 2. & 3.*

Notandum est tamen, supradicta procedere, quando Religiosi se ad inuicem percutiunt: nam, si percutiant Clericum suæ, vel alterius Diocesis, non gaudebunt favore prædicto, vt constat ex d. c. *Cum illorum*. Potest tamen in tali casu illos absoluere Episcopus, si percussio sit talis, à qua Episcopus eosdem Clericos absoluere posset, id est, leuis. Ita decernitur cap. *Religioso, de sent. excomm. in 6.* & cum in d. cap. *Religioso*. sermo sit de sola leui percussione, ibi: *eo casu, quo seculari Clerico posset*, &c. vt intelligit Glossa *ibidem*: si Religiosus percusserit ipsum Episcopum, vi eiusdem favoris in d. cap. *Religioso*. concessi, non poterit (nisi ob aliquod rationabile impedimentum nequeat adire Papam) ab Episcopo absolui; tum propter enormitatem talis percussione, tum, quia Episcopus non venit sub absoluta appellatione Clerici in his, quæ in illius, vel totius Clerici fauorem non redundant. Vide Suar. *de cens. disp. 22. sect. 1. n. 74.* & Bossium *ubi supra, n. 196.*

An Regularis percutiens Regularem alterius Religionis sit absoluendus à proprio Pralato?

R E S O L. L.

Respondeo, quod si Regularis percutiat Regularem alterius Religionis, potest absolui à proprio Prælato, quando percussio non fuerit enormis, præsentem tamen Prælato eius, qui passus est iniuriam, vt eam condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat, vt colligitur ex c. *Cum illorum, de sent. excomm.* quod aliqui communiter ita intelligunt, vt, scilicet, Prælatus illius, qui iniuriam percutiendo intulit, iuramentum recipiat, & absoluat, & saltem semel percutiat delinquentem. At verò Prælatus percussus, qui passus est iniuriam, ipsum percussorem verberabit, eò quia Prælato percussus satisfaciendum est de iniuria illata suo subdito, & Conuentus percussoris non debet satisfactionem pro percussore suppeditare: non enim crimen subditi in detrimentum Monasterij cedere, nec retorqueti debet, argumento cap. *Cum venerabilis, §. Intelleximus, de except.* Neque abs re erit, si alter Prælatorum in hoc casu vices suas alij committat, argumento cap. *vtlimi, de Offic. Ordinarij, & cap. vltimi, §. Ceterum, de offic. delegati*. Ex ea regula, quia quando Ordinarius potest absoluere ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare, vt Couartuias *lib. 3. variar. c. 20. n. 5.* Menochius *de arbitrar. quest. 54. n. 43.* Morl. *in Empor. iuris ciuilib. par. 1. tit. 2. q. 17. n. 32.* & Petrus Barbosa *in l. Cum Prator, §. 1. n. 526. ff. de iudiciis*. Quod intelligitur, quando absolutio committitur Ordinario ex officio suo; non autem ex delegatione: tunc enim non potest alteri delegare, vt dicto cap. *vtlimo, §. Ceterum, de officio delegati*; vbi per delegationem commissum est nudum ministerium, quod alteri non potest delegari: secus in nostro casu, ex cap. & Canone, *Si quis, suadente*. In euentu autem, quod Prælati discordauerint in satisfactione imponenda: quia Prælatus offensus acerbiorum exigit ea, quam offendenti Prælatus designat; eligendus est tertius arbiter, qui cum ipsis iudicium ferat; semper tamen absolutio, impositio, executioque pœnæ Prælato offendenti, vt pote vero illius Superiori competit. Et hæc omnia docet Castus Palas *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 9.* Layman *lib. 1. tract. 5. par. 1. c. 5. circa finem*. Fragos. *de Rep. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. num. 55.* Sayrus *de cens. lib. 3. cap. 28. num. 11.* Bossius *in discept. mor. de iuris discept. 1. dub. 19. num. 198.* & alij penes ipsos.

Sed, quid dicendum, quando Regularis percuteret alium Regularem eiusdem Religionis; ar diuersi Monasterij, vt si, v. g. Panormi, vnus ex Domo S. Ioseph percuteret alium

Antonini Diana Pars I X.

ex Domo S. Mariz de la Catena? Respondeo cum Bordonus *in cons. Reg. tom. 1. resol. 28. n. 47.* quod in tali casu iniuria fit Prælato offensi: vnde sine eius consensu non debet absolui percutiens: quod præcipue procedit, quando absolutio datur à Superiori locali, non autem à Prouinciali, vel Generali; nisi sint diuersarum Prouinciarum; data tamen aliàs absolutio tenet.

Notandum est tamen, vt dixi, quod hodie per specialia priuilegia Prælati Regulares possunt absoluere suos Regulares subditos ab excommunicatione propter iniectio-nem manuum violentarum in Clericum, etiamsi sit Sedi Apostolicæ reseruata; quod tradit Castus Palas *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. num. 10.* Bossius *ubi supra, num. 197.* & latè, & doctè Pater Bordonus *n. 50.* non obstantibus Decretis Clem. VIII. editis anno 1601, & 1602. vno alterius declaratio, in quo Papa sibi reseruat excommunicationem ob percussione Clerici, iuxta Canonem, *Si quis, 17. q. 4.* iuxta iuris dispositionem, id est, quando percussio est mediocris, & enormis; derogando quibuscunque priuilegiis, & Literis apostolicis: quia illud est contra Confessarios Regulares, qui prætextu suorum priuilegiorum absoluebant ab omnibus reseruatis personas sæculares: vnde nihil contra nos, qui loquimur de absolutione inter ipsos Regulares exercenda: nihil ergo disponit de Regularibus, vt respondit S. Congreg.

An Superiores regulares possint absoluere Nouitium ab excommunicatione incurfa propter percussione Clerici ante ingressum Religionis? & quid dicendum, si postea talis Nouitius egrediatur?

R E S O L. L I.

Respondeo contra Tiraquellum *de retract. lig. §. 1. Gloss. 8. n. 31.* affirmatiuè: & de hoc penes me non est dubium. Ita Layman *lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. in fine*, Sayr. *de cens. lib. 3. cap. 28. n. 14.* Alterius *de cens. tom. 1. disp. 16. c. 1.* & alij communiter. Difficultas est, quid dicendum, si contingat, Nouitium, qui in hunc Canonem incurrit, egredi à Religionem, nondam facta Professione? Astensis *par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 5. qu. 10.* autumat, reincidente in eandem excommunicationem, eò quia propter fauorem Religionis, & propter temporale impedimentum absolutus fuit: atque ita præsentare se teneri illi, quia aliàs eum posset absolue-re, argumento c. *Eos, qui, de sent. excomm. lib. 6.* Sed Fragoso *de Rep. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 55.* placet, hanc doctrinam solum procedere in Nouitio, qui ante Nouitiatum contraxit excommunicationem Canonis, *Si quis, suadente*. non autem, si in eam incurrit durante anno probationis, nisi percussio fuerit enormis: tunc enim si ante Professionem egrediatur, debet se præsentare illi, qui potest absoluere ab enormi. Nam ab incurfa excommunicatione tempore Nouitiatu, quæ non erat propter enormem læsionem contracta, fuit absolutè, & sine aliqua conditione absolutus: à censura autem contracta ante ingressum, & à censura propter enormem, fuit sub conditione, si perseverauerit in Religionem, absolutus.

Sed negatiuam sententiam absolutè docet doctus Pater Bordonus *in consil. Reg. tom. 1. resol. 28. n. 56.* vbi quærens, an Nouitij ab hac censura, aut à quauis alia, seu casibus reseruatis absoluti, si à Religionem exeant, in illas reincident? respondet negatiuè, quanuis non se præsentent Ordinariis, quibus alias de iure erant subiecti quoad reseruati-onem. Quod procedit, siue absoluantur virtute Iuris c. *Cum illorum*. siue iure priuilegiorum. Primum probatur: quia *ibid.* simpliciter datur hæc facultas: nullo respectu habito ad perseverantiam, aut retrocessionem. Nec obstat c. *Eos, qui, 22. de sentent. excomm. in 6.* quia dictum caput loquitur, quando quis absoluitur ab eo, qui non potest absoluere, nisi in casu mortis, aut alterius legitimi impedimenti; vt *ibidem* expressis verbis dicitur: in casu au-

tem nostro nullum est huiusmodi impedimentum; & de aliis impedimentis dicitur cap. *Quod de lris. 25. de sentent. excomm.* cum ergo neutrobique Nouitatus dicatur, neque sit ex huiusmodi impedimentis, cumque neque simpliciter sit impedimentum, nostræ responsioni ob stare non potest citatum caput. Alterum, quod neque absoluti iure priuilegiarum reincident, probatur: tum, quia illis utuntur morte Professorum, quibus sunt concessa simpliciter, & non sub conditione, si remanserint: tum, quia decet concessum à Principe beneficium esse mansurum: tum, quia priuilegia, in quibus fit mentio de ipsis Nouitiis, non ponunt clausulam reincidentiæ, nisi priuilegium Clem. IV. relatum à Rodriguez *tom. 1. q. 20. art. 21.* ubi ponit reincidentiam solum, quando absolutus fuit ante ingressum, & receptionem Habitus, & non intrauit mox Ordinem: quare, stando in rigore verborum, cum iam Habitu indutus absoluitur, vel si iam absolutus egrediarur de facto, & ante Professionem retrocedat, non reincident, quia illa reincidentia ibidem spectatur ex fraudulentia eius, qui fingit se velle fieri Religiosum, ut præcisè absoluitur, fraus enim, & dolus nemini debent patrocinari. *Compend. resol. 3. num. 12.* dicit, quod non reincident, si absoluitur virtute priuilegij Clement. VII. concessi Prædicatoribus, vel Pauli III. Societati Iesu. Hæc omnia Bordonus.

Verum absolute sententiam affirmatiuam circa præsentem difficultatem tenet Castrus Pal. *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. num. 10.* ubi sic ait: [Verum, si Regularis non Regularem, sed sæcularem Clericum percutiat, non à suo Prælato præsentem Episcopo, sed ab ipsomet Episcopo tantum absolui poterit, modò percussio leuis fuerit. Sicuti deciditur cap. *Religiosi. de sentent. excomm. in 6.* iuncto c. *Cum illorum. eodem tit.* Nouitius verò, siue ante ingressum, siue post, percutiens Religiosum, vel Clericum sæcularem, absolui poterit ab eodem Prælato, à quo alij Religiosi eiusdem domus possunt; quia in fauorabilibus nomine Religiosi comprehenditur: ut adnotatur in cap. *Cum illorum. de sentent. excomm. in 6.* hoc tamen discrimine: nam Nouitius, si ante Professionem à Monasterio egrediarur, obuiarus est Sedi Apostolicæ se præsentare; alioquin in similem excommunicationem incidet, iuxta cap. *Eos, qui. de sentent. excomm. in 6.* quia ob temporale impedimentum, scilicet, ne vagaretur, concessa illi fuit absolutio.] Ita Palaus, cui etiam adde Sayrum *de censur. lib. 3. cap. 28. n. 13.* Molina *disp. 60. num. 3.* & Layman *lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. in fine.* Et huic opinioni ego magis adhæreo, quam præter Doctores citatos, tenet etiam Bossius in *discept. moral. de iuris discept. 1. dub. 19. n. 192.* Dico igitur, quod si ab excommunicatione, de qua loquimur, Nouitius absolutus à Prælato Religionis intra annum egrediarur non emissa Professione solenni, reincident in eandem excommunicationem, nisi se præsentet ei, à quo fuisset absoluitus; nam propter fauorem Religionis, & sic propter temporale impedimentum absolutus fuit: vnde remanet onus se præsentandi.

An, si in Monasteria sit tantum Superior, & alius Religiosus, & se inuicem percusserint, possint se inuicem absoluerè?

RESOL. LII.

Difficultas est: quia in tali casu videtur, quod Prælati nequit subditum absoluerè, cum sit innodatus vinculo excommunicationis, & idèd habeat impeditum vsum iurisdictionis spiritualis, ut docent communiter Doctores, per text. in Can. *Audiuimus. 24. q. 1. & c. 1. de offic. Vicar. in 6. & c. Scitis, cui. de offic. deleg. pod. lib. 6. & ex c. 1. de supplend. neglig. Prælat. cod. lib. 6. & c. Prudentiam. §. 6. de offic. deleg. & c. quibus. de sent. excomm.* Item, eadem ratione nec etiam potest subditum in Confessorem eligere, quia subditus excommunicatus est, idèd eligi non potest.

Hoc tamen non obstante, aliqui respondent ad casum propositum affirmatiuè: quia, licet de iure communi excommunicatus non possit alium pariter excommunicatum absoluerè, ex notatis in cap. *Audiuimus. 24. q. 1.* in casu tamen necessitatis, ubi non est alius Religiosus, qui possit eos absoluerè, potest alius excommunicatus alium excommunicatum absoluerè: quauis contrarium sentiat Suarez *de censur. disp. 22. sect. 1. n. 79.* dicens, Abbatem percutientem suum subditum, si habeat Superiorem regularem, posse quidem ab eo absolui, si verò non habeat, tunc Episcopus debet illum absoluerè: quod probat ex cap. *Monachi.* ibi: *Quod si discretio Abbatis non sufficiat, ab Episcopo est adhibenda correctio.* Tunc enim maximè non videtur talis Abbatis discretio sufficere: quia non est ipse conueniens Iudex in propria causa: ergo absoluitus est per Episcopum. Sed tu tene nostram sententiam, quam tueretur Bossius in *discept. mor. de iur. discept. 1. dub. 19. n. 194.* cui adde Patrem Bordonum in *conf. Reg. tom. 1. ref. 28. n. 57.* ubi ait, quando alter non est valens absoluerè, potest Superior facere facultatem subdito, ut seipsum absoluat, & vice versa potest Superior absolutus suum subditum absoluerè: quia is censetur casus necessitatis, in quo lex seruari non potest; ac proinde neque peccatum participando in diuinis, neque irregularitatem incurrunt, si exercent actum absolutionis ab excommunicatione. Illud de peccato patet ex illo versu:

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

scilicet, ex vltima dictione, quæ non tantum verificatur de communicante cum excommunicato; sed etiam de ipso excommunicato participante cum aliis. Alterum de irregularitate intelligendum est hoc modo, quod primò absoluitus non debeat absoluerè sacramentaliter, hoc est, etiam à peccatis, sed tantum extra Sacramentum, & ab excommunicatione præcisè: quia necessitas absoluiti refertur tantum ad excommunicationem; quia sublata, debet deinde absoluitus primò ab vtriusque absoluerè, hoc est, à censura, & peccatis: hoc enim modo saluatur incursum irregularitatis, quæ ab excommunicato non incurritur, nisi quando exercet actum Ordinis sacri; non autem si exercent actum iurisdictionis, qualis est in casu hoc absolutio à censuris extra Sacramentum, ut, aliis citatis, docet Sayr. *lib. 7. de cens. c. 9. n. 10.* Et hæc omnia docet Bordonus *ubi supra*, qui citat Sorbum, & Rodriguez.

Verum sententiam Patris Suarez sequitur Tamburinius *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 14. q. 11. n. 4.* & idèd distinguit, sic asserens: [Si percussio non est publica, sed occulta, potest tunc Prælati absoluerè subditum, quia nondum est priuatus iurisdictione, & communicatione cum illo, saltem in bonum subditi. Si verò percussio publica fuerit, cum ob excommunicationem Prælati iurisdictione priuatus sit, non poterit subditum absoluerè, aut è conuersos, sed debet tunc alium Sacerdotem habilem extra Religionem eligere, qui eum absoluat, & deinde ipse absolutus subditum excommunicatum poterit absoluerè: quia subditus non habet eam facultatem, scilicet, sibi Confessarium eligendi, neque Prælati ob vinculum excommunicationis potest illam concedere, quia id esset actum iurisdictionis exercere, quod non licet nominatim excommunicato, vel publico Clerici percussori. At Abbas, sibi Confessarium eligendo, non exercet actum iurisdictionis, sicut faceret, licentiam subdito ad id concedendo; sed vteretur quodam iuris priuilegio sibi concessio, quod non interdicitur excommunicato. Nec obstat, quod Prælati, eligendo Confessorem, delegat illi suam iurisdictionem, ut ea circa se utatur, qui videtur esse actus iurisdictionis: nam responderetur, non ipsum, sed Summum Pontificem, vel Superiorem Prælatum ei talem iurisdictionem committere: quia virtute priuilegiarum, eo ipso quod à Prælati eligitur, immediatè illi conferuntur omnes facultates pontificiæ, quia vices Superioris Prælati in eo munere gerit.] Ita Tamburinius ex Suarez. At absolute sententiæ Bordoni, & aliorum

aliorum ego adhæreo, quam nouissimè sequitur etiam Pater Lezana in Summa, tom. 3. verb. Clericus, n. 17. qui citat Portel, quibus adde Fragosum de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 56. & lib. 11. disp. 24. §. 15. n. 28.

An Regulares possint absolvere seculares, qui percusserunt Clericum leui percussione?

R E S O L. LIII.

Negatiuè respondet noster Pater Leone de conf. recollect. 5. n. 30. ubi sic ait: [Licet Regulares virtute suorum priuilegiorum de absoluedis ab omnibus censuris, etiam Papæ, extra tamen Bullam Cœnæ, reseruatis, poterant olim absolvere percussores Clericorum, non solum quando percussio esset leuis, vt potest Episcopus, & loquitur Rodriquez par. 1. q. 99. Reg. q. 61. art. 8. sed etiam quando erat grauis, vel mediocri, vt loquitur Ioan. de la Cruz lib. 2. de statu religionis, & priuilegiis ipsius. c. 7. dub. 1. per totum: hodie tamen ob Decretum Clem. VIII. de absolutione à casibus reseruatis, sub die 26. Nouembris, 1602. non possunt absolvere, non solum quando dicta percussio est grauis, vel enormis; sed neque quando est leuis, nisi habeant facultatem circa casus Episcopo reseruatos, aliàs incurrunt excommunicationem.] Ita ille.

Sed affirmatiuam sententiam tenet Pater Lezana in Summa. tom. 3. verb. Clericus, n. 18. ubi ita asserit: [Ab hac excommunicatione contracta ob percussione Clerici, vel Monachi, siue percussio sit leuis, siue mediocri, siue etiam enormis, absoluedi illi Confessarij, qui facultatem habuerint absoluedi à casibus Papalibus, quales sunt aliqui Regulares. Quia tamen in Decretis Sacræ Congreg. sub Clement. VIII. ibi adductis declaratur, quod per vniuersam Italiam extra Urbem, non possint vti dictis priuilegiis quoad hunc casum iniectionis violentarum manuum in Clericos; idè solum possunt vti illis in Urbe, & in aliis Regionibus extra Italiam. Similiter, quia in posteriori Decreto Sacræ Congreg. in quo moderatum est prius, dum de huiusmodi casu dicitur non posse absoluedi à Confessario virtute quoruncunque priuilegiorum, sic habetur: Iniectionum violentas manus in Clericos, iuxta Can. Si quis, suadente. 17. §. 4. ac iuris dispositionem: cum iuxta iuris dispositionem in cap. Peruenit. de sent. excom. leuis percussio Clerici non sit Papæ reseruata, sed Episcopo delegata, aut commissa; idè videtur posse absolvere, etiam intra Italiam ab excommunicatione contracta per leuem percussione Clerici, præfatos Regulares habentes dicta priuilegia.] Hæc Lezana, cui adde Naldum in Summa. verb. Clericus, n. 39. sic aientem: [Clerici percussio nuper Summo Pontifici reseruata quoad omnes Confessarios, tam sæculares, quam Regulares, ne ab illa in vim suorum priuilegiorum possint absoluedi, prout in Decreto Clem. VIII. casus, in fine, videtur intelligenda de mediocri, & graui, non etiam de leui, ex quo illa extenditur ad mandantem, consulentem, &c. id enim satis innuat verba eiusdem Decreti, ibi, iuxta iuris dispositionem, per quam extenditur Canon, Si quis suadente. Liqueat autem, per eandem iuris dispositionem Episcopo, & non Summo Pontifici reseruari percussione leuem, vt habetur expressè in cap. Peruenit. de sent. excom. idè ab ipsa, vt pote Sedi Apustolicæ non reseruata, poterunt absoluedi Confessarij habentes priuilegia absoluedi à censuris in iurè Episcopo reseruatis, cum per eadem priuilegia concedatur ipsis facultas absoluedi à reseruatis Summo Pontifici, præter exceptas in præfato Decreto, argum. cap. Cui conceditur. de regul. iur. in 6.] Ita ille. Verùm, quia audio, Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium die 18. Iulij, 1642. quandam declarationem circa hoc euulgasse, illam consulendam esse puto.

Antonini Diana Pars I X.

An Episcopus possit absolvere Religiosos, si se iniuicem percusserunt?

R E S O L. LIV.

Respondeo affirmatiuè cum licentia Superioris Regularis, si percussio sit leuis tantum, & non grauis. Ita Molina tract. 6. disp. 61. n. 4. Auila de censuris: p. 2. c. 7. disp. 1. dub. 6. Sanchez in Summa. tom. 1. lib. 4. c. 39. n. 3. & seqq. Et colligitur ex c. Luminoso, 18. q. 2. ubi habetur, Episcopum posse exercere iurisdictionem de consensu Abbatis in Monasterio exempto. Neque obest, hanc exemptionem Religionem concedi: nam ipsamet Religio consentit medio Prælato in subiectionem Religiosi Episcopo factam, vt pote sibi conuenientem. Quod si Prælatus Regularis absit, & sic illius præsentia, & licentia desit; poterit Episcopus in defectu eiusdem Prælati, si non ex vigore iuris, saltem ex æquitate, dictos Regulares exemptos absolvere, ne sint deterioris conditionis, quàm alij omnes. Verùm, si Prælatus regularis nolit per se, vel alium, absolutionem concedere; inspiciendum est, an iustè eam denegat, vel iniustè. Nam, si iustè, èd quod atrocitas delicti petat cogere Religiosum Sedem Apustolicam adire; nequaquam poterit Regularis à Diocesano absoluedi. At si manifestè constet iniustè absolutionem denegare, (quod rarè, vel nunquam continger,) poterit Religiosus se Episcopo subiicere, & ab eo absolutionem obtinere: quia eo casu censetur Religio, vel Pontifex iurisdictionem Diocesano concedere: tum, quia Superior regularis exemptione abutitur: tum, quia sic Religiosus iniustè vexatur, illiusque exemptio cedit in Religionis præiudicium. Vide Molin. disp. 61. Sanch. in Summa. tom. 1. lib. 4. c. 39. Castrum Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. num. 11. & seqq. cum Bossio in discept. mor. de iur. discept. 1. dub. 19. n. 199

Nota, quod idem dicendum est de Monialibus, si aliqua aliquam, etiam Conuersam, aut Clericum percussit, quod, scilicet, potest absoluedi ab Episcopo, in cuius Diocesi Monasterium fuerit, c. de Monialibus, ubi Gloss. fin. de sent. excom. & ibi scribentes, Syluester in Summa. verb. Absolutio, 4. n. 3. Sayrus de cens. lib. 3. c. 28. n. 12. & alij. De Nouitiis autem Monialibus idem dicendum est, quod scilicet, si percussantur ab aliqua Moniali, vel ab altera Nouitia, possunt absoluedi ab Episcopo. Et ita docet Fragosus de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 55.

An Principum ianitores, ostiarij, &c. percussiones Clericos sub prætextu officij, possint absoluedi ab Episcopo;

R E S O L. LV.

Respondeo, quod ianitor, seu ostiarius, qui prætextu sui officij percutit Clericum, etiam animo iniuriandi, absoluedi potest ab Episcopo, quanuis percussio grauis sit, modò enormitatem non attingat. Colligitur ex c. Si verò. de sent. excom. & ibi Glossa & Doctores. Idem dicendum est de officiali, seu apparitore alicuius potestatis, etiam laicæ, qui accendo turbam ex aliqua negligentia, non tamen ex proposito, Clericum percutit, qui ab Episcopo absoluedi, si percussio atrox non fuerit, ex dicto c. Si verò. Quod si arrogando sibi iurisdictionem, & quasi id licitè præstare posset, & non in defensionem ostij sibi commissi, Ecclesiasticum percuteret; nequaquam absoluedi posset ab Episcopo, esto, percussio quoad læsionem corporis leuis esset: quia grauis, & atrox est comparatione iniuriæ statui ecclesiastico factæ. Itaque officialis non fortuitò, & incautè, sed titulo iurisdictionis percutiens ex odio Clericum, semper est remittendus ad Papam pro absolutione, exceptis casibus legitimi impedimenti, vt colligitur ex textu in cap. Si verò. §. Officialis verò. cum ibi officiali titulo iurisdictionis, & non fortuitò percutienti Clericum, negetur fauor concessus percutienti fortuitò: qui fauor



est solum respectu percussioneis leuis, & mediocris. Et ratio huius est: quia percussio facta ab officiali titulo iurisdictionis, licet videatur leuis; nihilominus iniuria clericalis status est grauis; quia nulli laico, inquit textus in cap. *Si vero*. super Clericum tanta datur autoritas. Et hac ratione Caietanus in *Summ. verb. Excomm. c. 10. vers. Demum, circa*. ait, hanc percussioneis Clerici titulo iurisdictionis, & auctoritatiue factam ab officiali laico, semper esse grauem ex circumstantia personae laedentis, nempe, quod, cum sit laicus officialis auctoritatiue percussit Clericum.

Et tandem obserua, dictis ianitoribus, & officialibus, (dum ab Episcopo absoluuntur ab excommunicatione Canonis, *Si quis suadente*. contracta ob delictum non enorme, vigore, seu beneficio iuris, in praallegatis textibus contenti,) non esse iniungendum onus se praesentandi postea Sedi Apostolicae. Et ratio est: quia talis fauor in praedictis iuribus non conceditur praedictis personis ratione impedimenti temporalis; sed ob rationem specialem personae tali modo viuentis, vel tale munus exercentis: sicut etiam mulieribus, pueris impuberibus, & delicatis magna potentiae idem onus non iniungitur, quia priuilegium ut absoluantur ab Episcopo, non conceditur ob impedimentum temporale; sed ob specialem rationem personae, vel actus, seu delicti. Et haec omnia docet Gordonus in *Sum. tom. 2. lib. 7. q. 13. §. 5. n. 46*. Suar *disp. 22. sect. 1. de cens.* Bossius in *disc. mor. disc. 1. dub. 19. n. 200. & seqq.* Caltus Palau *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 16*. Molina *disp. 62. &* alij penes ipsos. Vide etiam supra, ubi actum est de Heluetiis.

Sed quaerunt Doctores in hoc casu, cui incumbat onus probandi, an fortuito, vel deliberate, officialis, *ut supra*, percussit arcendo turbam, ad hoc, ut declararetur excommunicatio episcopalis, vel papalis? Innocent. in *d. c. Si vero*. putat incumbere ipsi Clerico percusso, ex regula: *Actore non probante*, &c. Contrarium tamen probat Panormitanus *ibidem*, n. 6. quod, scilicet, onus probandi incumbat officiali praefato percussor: quia praesumptio est contra ipsum. Placet distinctio Alexandri de Neuo in *addis.* ad eundem Panormitanum, *littera H.* Aut exercendo officium percussit: & tunc est vera opinio Innocentij: nam ratione officij excusatur quis a dolo praesumpto, nisi contrarium probetur. Aut percussit non exercendo suum officium, quia, v. g. non aderat turba, quae arcenda erat: & tunc est vera opinio Panormitani; quia tunc praesumptio est contra ipsum. Et haec omnia docet Leone *de censuris, recollect. 5. n. 430.*

An Episcopus possit absolvere Clericos, qui collegialiter viuunt se inuicem percutientes non percussione leui, sed graui?

RESOL. LVI.

Respondeo, quod Clerici in eadem domo commorantes, siue ex redditibus communibus alantur, ut contingit in Seminariis Concilij Tridentini, & Collegiis Vniuersitatum, siue vnusquisque ad sui sustentationem concurrat, ut in Conuictoriis scholasticorum euenit, possunt ob percussioneis grauem, modò atrox non sit, ab Episcopo absolui, ex textu in cap. *Quoniam de vita, & honestate Clericorum*. Quia ratione communis vitae facilius irascuntur, seque inuicem percutiunt, l. *Cuius pater*. §. *Dulcissimis*. ff. *de legatis*. 2. idèque fuit conueniens, ne pro qualibet iniuria ad Sedem Apostolicam remitterentur. Sicuti tradit Panormitanus in *d. cap. Quoniam*. n. 3. Syluester *verb. Absolutio*. 4. n. 3. Nauartus *cap. 27. n. 91*. Sayrus *lib. 3. cap. 28. n. 26*. Et ideo Hieronymus Garcias in *Summ. mor. tract. 1. diff. 3. dub. 2. punct. 5. n. 39*. sic ait: Regularmente toca el absoluer de la percussione graue, y mediana, al Romano Pontifice, ò à su Legado. Exceptarse emperò lo primero, que los Obispos pueden absoluer de la mediana à los Clericos que viuen en comynidad.] Ita ille.

Notandum est tamen hic ex Bossio in *disc. mor. de iuris disc. 1. dub. 19. num. 202*. quod quando dictis Clericis collegialiter viuentibus ab Episcopo absolutio censuræ impertitur; non est eis onus iniungendum praesentandi se postea Sedi Apostolicae: quia, ut supra dictum est de ianitoribus, & ostiariis Principum, talis fauor in iure non conceditur praedictis ratione impedimenti temporalis, sed ob rationem specialem personae tali modo viuentis: ergo. Vide Suar *de cens. disp. 22. sect. 1. n. 83*. Alterium *tom. 1. disp. 22. cap. 2. dubitat. 4*. Bonac. *disp. 2. q. 4. punct. 5. n. 3*. Gordonum in *Summ. tom. 2. lib. 7. q. 13. §. 5. n. 47*. & Leon. *de cens. recollect. 5. n. 427*. qui cum Molina *tom. 4. disp. 62*. exemplificat hoc, non solum in commorantibus in Seminariis, & in Collegialibus Collegiorum Vniuersitatum; sed etiam in pueris ministrantibus in Ecclesia Cathedrali, (vel alia Ecclesia, addo ego, ut est Neapol. Ecclesia D. Mariae Annunciatæ, Incurabilium, &c.) qui ibi communiter viuunt, & sustentantur de redditibus ab ea Ecclesia ad id deputatis; imò etiam in Clericis, qui in domo communi viuunt, sub aliquo moderatore eorum, esto, ipsi ad suam sustentationem contribuant, ut sunt Conuictoria scholasticorum, vulgò. *Dozzino*; nam in omnibus istis militat ratio, scilicet, quod maiorem multò occasionem habeant se inuicem percutiendi, quam habeant alij, durumque esset illos remittere ad Sedem Apostolicam pro percussione, quae non sit atrox, & enormis, sed tantum mediocris.

An virtute Bullae Cruciatæ possint absolui percutientes Clericos, etiam enormi percussione?

RESOL. LVII.

Respondeo affirmatiue, ut alibi satis probaui; & ita, me citato, hanc sententiam nouissimè tenet doctus Pater Hieronymus Garcias in *Summ. mor. tract. 1. diff. 3. dub. 2. punct. 5. n. 41*. ubi sic ait: En peligro de muerte, y à fortiori en el articulo, qualquier Confessor puede absoluer de qualquier percussione, aunque sea homicidio; però si escapa, ha se de presentar, salvo si se absoluo virtute Bullae Cruciatæ, que en tal caso no ay obligacion de presentarse, porque el poder que dà la Bula, es absoluto, y no conditional; y en virtud de la Bula de la Cruzada puede qualquier Confessor absoluer à qualquier percussor de Clerigo oculto, aunque sea la percussione graue, saltim *semel in vita*, y *semel in articulo mortis*, y en opinion de Diana, Sanchez, y Trullench, *toties, quoties*, saltim *in foro conscientia*. A la clausula, *semel in vita, & semel in articulo mortis*, responde Diana *tract. 11. citato, ref. 28*. y añade, que aunque el percussor sea publico, y su percussione *sit deducta ad forum contentiosum*, se puede absoluer in foro conscientiae, si bien en semejante caso en lo exterior por el escandalo, auria de portarse como à escomulgado; però podria occultamente oyr Missa; y recebir los Sacramentos; y finalmente concluye en dichos lugares con estas palabras: *Vnde inferitur, absolutio nem virtute Bullae à censuris à iure lato, valere etiam in foro exteriori, & iudiciali*.] Hucusque Garcias. Vide etiam Machadam *tom. 1. lib. 1. p. 3. tract. 8. docum. 4. num. 5*. Trullench in *Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 5*. & Ludouicum à Cruz *disp. 1. c. 3. dub. 14*.

An Episcopi possint absolvere impuberes, qui Clericum percusserunt?

RESOL. LVIII.

Respondeo, quod pueri impuberes, & sic minores quatuordecim annis, & puellae puberes incidentes in hunc Canonem, cap. *Si quis suadente*. & in alium quencunque, possunt absolui ab Episcopis diocesanis, c. *Pueris*. 60. *de sent. excomm.* Syluester *verb. Absolutio*. 4. n. 3. *vers. Quinque*. dummodo sint doli capaces: nec tenentur se postea Sedi

Sedi Apostolicæ præsentare; quia beneficium semel indultum minori, ex quo cepit habere locum, non extinguitur per ætatem maiorem superuenientem, Panorm. in c. fin. de sent. excom. Vnde, quanuis pueri impuberes, doli tamen capaces, non petant absolutionem ante pubertatem; possunt tamen absolui post pubertatem, si postulent ab Episcopo, nec tenentur se præsentare Sedi Apostolicæ, quia illos excusat ætas à labore itineris, quanuis læsio facta tempore impubertatis sit enormis, c. vltim. de sent. excom. Sayrus de cens. lib. 3. c. 28. n. 20. Barbosa in d. c. Pueris. de sent. excom. n. 2. & in c. Si quis, suadente, n. 87. vbi fit sermo de pueris duntaxat, qui peruenierunt ad maiorem ætatem, hoc est, pubertatis, ante beneficium absolutionis; & tamen Summus Pontifex respondit, si postulent absolutionem, siue ante, siue post pubertatem, posse absolui ab Episcopo, Marius Alterius tom. 1. de cens. lib. 1. disp. 10. c. 4. fol. 365. Vide etiam Gordonum in Sum. tom. 2. lib. 7. q. 13. §. 5. n. 46. Fragosum de Rep. Chr. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 59. Bossium in discept. mor. discept. 1. dub. 13. n. 106. & doctum Narbonam in Annal. iuris, an. 60. q. 13. n. 2. Vide etiam Baunium in Theol. mor. tom. 2. tract. 1. q. 3. dub. 4.

An Episcopi possint absoluere mulieres percutientes Clericos ex quavis percussione?

RESOL. LIX.

Respondeo affirmatiuè ex c. Quanuis. de sent. excomm. & c. Mulieres. & cap. Ea noscitur. eod. tit. Et quia absolute dicta Iura loquuntur de habentibus fragilitatem sexus, & de mulieribus, non distinguendo, an sint sui, vel alieni iuris fortes, aut debiles, viduæ, aut maritatæ, diuites, aut pauperes: ipsæ enim cuiusvis status sint, & conditionis, ab Episcopo loci possunt absolui, & quia semper in ipsis periculosum est vagari & virorum cœtibus se immiscere, dicta absolutio datur simpliciter ab eodem Episcopo, & non ad reincidentiam. Et consuetudo vniuersalis approbat hanc expositionem, quod Episcopi omnes fœminas absoluunt, etiam ab enormi læsione: quæ consuetudo hanc dare potuit iurisdictionem ipsi Episcopis. Quod multò magis dicendum est de Monialibus, non solum vt mulieres sunt, prout dixit Glossa finalis, in c. de Monialibus. 33. eod. tit. de sent. excomm. qua ratione continentur etiam à fortiori mulieres existentes in conseruatoriis, non obligatæ ad aliquam clausuram; sed etiam, quia profitentur perpetuam clausuram, vt norant DD. ibi communiter, Et ita docet Suarez de cens. disp. 22. sect. 1. num. 63. Alterius tom. 1. lib. 5. disp. 22. c. 2. q. 2. Sayr lib. 3. c. 28. n. 18. Fragosus tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. num. 37. Tiraquellus in leg. 10. connub. Gloss. 1. par. 10. n. 33. & alij penes ipsos.

Notandum est etiam hîc, quod in dict. c. Mulieres, delictiosis conceditur, vt possint per Episcopum à graui Clericorum percussione, & aliis Papæ referuatis absolui: tamen reduci possunt ad habentes corporis impotentiam, ratione cuius absque notabili vitæ, vel sanitatis corporalis periculo ad Sedem Apostolicam accedere nequeunt. Delictiosi autem dicuntur nobiles, & magnæ potentie viri, & ita delicati, vt laborem eundi ad Curiam Romanam sustinere nequeant, vt decernitur d. cap. Mulieres. vbi ita habetur: De his verò, qui sunt magna potentia, & ita delicati, quod laborem veniendi ad Sedem Apostolicam nequeunt sustinere; respondemus, quod status persona prius, & veritas negotij est intimanda Romano Pontifici, & secundum consilium eius tales erunt de commissis scelere corrigendi. Ex quo textu constat, quod anequam hi ab inferiori, seu ab Episcopo absoluantur à referuatis Papæ, est informandus Summus Pontifex, explicando et statum personæ, & veritatem negotij; & secundum eiusdem consilium erant de commissis crimine corrigendi: quod etiam tradunt omnes Doctores communiter, & præsertim Suarez vbi supra, num. 80. Alterius ibidem. Qui pro-

Antonini Diana Pars I X.

pterea dicant, illis verbis textus non concedi simpliciter; vt possint prædicti delicati absolui ab Episcopo; sed vt non teneantur absolutionem petere à Summo Pontifice Romam eundo; sed solum consulere ad Summum Pontificem; addentes non requiri, vt ipsemet Episcopus consulat Papam; sed, quod potest ille, qui indiget absolutione certiozem facere. An verò prædictæ personæ sint talis conditionis, & ita delicatæ, vt laborem eundi ad Sedem Apostolicam sustinere minimè valeant, vbi id non constat per euidenciam facti, id iudicare pertinebit ad arbitrium Episcopi, seu Iudicum, iuxta Glossam in d. c. Mulieres, ver. Laborem veniendi. & Sayrum lib. 3. Thef. cap. 28. n. 22. vel cuiusvis prudentis viri, iuxta Suarez, & Alterium locis citatis.

An Episcopi possint absoluere senes ex quacunque Clericorum percussione?

RESOL. LX.

Senes excusantur ab itinere ad urbem, & idèd per Episcopum possunt absolui: ex cap. Ea noscitur. de sent. excomm. Et ratio est: quia senes dicuntur infirmi, & ipsa senectus est morbus. Sed difficultas est, quinam dicendus sit senex. Aliqui tenent sensum, qui annum quinquagesimum attingit, vsque ad septuagesimum. Ita Ioan. Andreas, & Glossa in c. 1. de celebr. Miss. Ioan. Annanus in rub. de delict. puer. col. 1. Corasius in l. Precibus. num. 29. Cod. de impub. & aliis substit. Grammat. dec. 34. n. 4. & de Afflict. in comm. ad Const. Neap. lib. 2. rub. 32. in fine. Et pro hac opinione faciunt l. 2. §. vlt. ff. de Dec. l. 3. C. eod. & l. vltima, C. qui atate se excus. lib. 10. quibus probatur, excedentes quinquagesimum quintum annum, (vt senes, & maiores,) à muneribus personalibus excusari. Alij existimarunt, senem dici septuagenarium, nec infra hanc ætatem aliquid Iudicis: seu boni viri arbitrio relinqui. Ita Abbas in cap. Quoniam frequenter. vt lite non contestata, num. 18. quem sequitur Brevianus Gratianus tom. 5. discept. foren. c. 805. n. 20. Moverat Abbas: quia certum est, septuagenarium esse senem, tàm passim à muneribus, à tutela, & à cura excusentur, l. vnica, C. qui morbo, aut atate se excusant. lib. 5. l. 3. ff. de iure iuramentis, & §. Item maior. instit. de excusat. iur. Alij demum communiter id iudicio Iudicis, seu boni viri relinquendum esse aiunt, qui arbitrari debet iuxta qualitatem personarum. Ita Barbatia conf. 21. col. penult. lib. 2. & conf. 27. col. 9. lib. 3. & conf. 45. col. penult. lib. 4. Menochius de arbit. lib. 2. cas. 59. n. 3. Mascardus de prob. concl. 1301. n. 8. Fatinacius in praxi crim. q. 76. à n. 83. & ex nostris Sayr. de cens. l. b. 3. c. 28. n. 25. Et hæc opinio est communior, (nisi senes sint in septuagesimo anno, & vltra): nam alij aliis citius senescunt, iuxta variam temperamenti qualitatem.

Dixi verò, nisi senes sint in septuagesimo anno, & vltra: quia tunc mihi videtur, quod Iudex, vel prudens, aut bonus vir uon possit arbitrari non esse senes, id quod tantum sentire puto Abbatem, vbi supra. Et quanuis superioribus ætaibus multi vltra septuagesimum, & etiam octuagesimum annum extiterint valde fortes, & robusti, quos latè commemorat Menochius de presump. lib. 6. presump. 46. à num. 6. ad 21. nihilominus hodie septuagesimum annum agentes, & multò magis excedentes sunt valde debiles, & infirmi, & experiuntur labores, & dolores, multaque vitæ incommoda, vt tradit idem Menochius num. 21. Ac proinde citra omne arbitrium censendi erunt senes, & nomine infirmorum comprehensi, præsertim in casu nostro, vbi agitur de senibus inhabilibus ad suscipiendum longum iter ad urbem absque vitæ periculo. Et idèd individualiter pro casu nostro Gratianus in discept. forens. cap. 805. num. 18. post Innocentium, excusat senem, quanuis sit fortis, dicens, eum posse ab excommunicatione contracta ob Clerici percussione absolui ab Ordinario suo: quia periculosum est, senem proficisci. Addit etiam

non esse illi injungendum, vt, cessante impedimento, Pape se representet; cum senectutis impedimentum nunquam cesset,

Sed, his non obstantibus, videtur probabilis opinio doctissimi Iurisperiti Narbonæ, qui in *Annalibus Iuris*, an. 60. quæst. 13. num. 5. ex Innocentio, & Sayro de cens. lib. 3. cap. 28. n. 25. absolutè docet, senes sexagenarios posse ab Episcopo absolui, nec teneri Romam ad Pontificem adire ad obtinendam absolutionem pro graui, vel enormi Clericorum percussione, cum eximius itineris labor, quo frangatur, opus est, qui tam imensum iter aggreditur, meritò in causa esse debeat, vt sexagenario tantundem hoc priuilegium impertiat; nam, licet in huiusmodi ætate nonnullis robur, & optima membrorum expeditio cõtingat, hæc aded lassitudini, & infirmitati existit obnoxia, vt vix sine labore, & periculo, nedum viam perfici, verum neque proficisci valeat. Verum plus addit nouissimè Pater Fragosus de *Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. num. 64. in fin.* docet enim in terminis casus nostri, quòd satis est, vt senex dicatur, si habeat annum quinquagesimum completum; & citat Corralium, & Grammaticum; sed tu cogita. Itaque, vt dixi, communiter Doctores requirunt annum septuagesimum. Ita tenet *ex leg. 1. Cod. qui etate*. Castrus Palauus *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 18.* & Leone de cens. *recoll. §. n. 468. & seqq.*

An Episcopus possit absoluerè à graui, & enormi Clericorum percussione seruos, & alios sub potestate constitutos?

RESOL. LXI.

Respondeo affirmatiuè, ex c. *Relatum. de sent. excom.* in duobus tamen casibus. Primò, si delinquant in fraudem domini, vel patris familiàs, vt eant Romam, & se subtrahant obsequio debito domino, vel patri, recurrendo ad Sedem Apostolicam pro beneficio absolutionis. Secundò, si dominus, vel pater graue damnum patiarur propter absentiam: nisi percussio sit tam grauis, vel enormis, & scandalosa, vt propter exemplum tollendum necessaria sit profectio ad Sanctam Sedem. Gama de *Sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis*, q. 5. n. 22. Sayr. de cens. lib. 3. cap. 28. n. 28. vbi ait, quando absoluuntur ab Episcopo, iniungendam esse illis satisfactionem aliquam pro recompensatione laboris in itinere; puta, Orationem aliquam, ieiunium, vel disciplinas pro aliquo tempore. Hostiensis in *d. cap. Relatum. de sent. excomm.* & Astensis in *Summ. p. 2. lib. 7. tit. 23. arg. tertio. §. Undecimus*. Idem dicendum est de viro, qui in fraudem vxoris Clericum percuteret; & de liberto, qui in fraudem patroni sui in hunc Canonem incideret, vt Romam irent; cum non sint sui iuris, & ex eorum absentia vxor, & dominus in graue damnum incurrerent. Quòd si prædicti fiant deflexu temporis sui iuris, vel liberi, tenebuntur adire Sedem Apostolicam. Quòd non puto verum, nisi quando excessus fuerit grauis, & enormis; quia absolute, & sine conditione poterant absolui ab Episcopo ex prædictis causis de percussione leui, vel mediocri, quando dominus, pater familiàs, vxor, & patronus ex eorum absentia sine culpa sua graue damnum paterentur, vt deducitur ex c. *Mulieres*. ex c. *Relatum. de sent. excomm.* Et hæc omnia late docet Bossius in *discept. mor. de iuris. discept. 1. dub. 13. n. 119. & seq.* cum Fragosus, de *Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 3. n. 67.* & aliis.

Hinc non videtur admittenda doctrina Glossæ in *d. c. Mulieres. verb. Sui iuris*, & quorundam aliorum sententiarum, prædicta procedere in filio familiàs impuberi, nõ autem in pubescente, quem ait debere accedere ad Summum Pontificem pro absolutione; nam constat, prædicta procedere etiam in maiori, & pubere existente in patris potestate: quia, vt dictum est, in hoc casu consideratur non fragilitas ætatis, & impotentia delinquentis; sed ipsi patrum;

& præiudicium tertij, quòd præiudicium tertij ita consideratur in maiori, sicut in minori, imò multò magis in maiori, quàm in minori; cum pater ex filio maiori possit consequi maius auxilium, & subuentionem, quàm ex minori; præterquàm quòd de impuberi adest alia dispositio, vt visum est supra.

Nota etiam, quòd licet per d. cap. *Relatum*. seruus non sit cogendus ire ad Sedem Apostolicam, sed possit, & debeat absolui ab Episcopo in illis duobus casibus, nempe, si in fraudem domini manus violentas in Clericum iniecerit, vel si ex itinere dominus absque sua culpa notabile damnum patiarur; nihilominus in eodem capite est hæc limitatio, vt sit seruus, qui in fraudem percussit, etià cum præiudicio domini, mittendus pro absolutione ad Sedem Apostolicam, quando excessus esset valdè grauis, & enormis, & ad scandalum, & prauum aliorum exemplum euitandum. Dummodo, ait textus, non sit tam grauis, & enormis excessus, vt propter vitandum scandalum, & tollendum exemplum huiusmodi serui ad Seruum Seruorum Dei venire debeant absoluendi. Quòd idem propter identitatem rationis, dicendum est de familia familiàs: ad quòd etiam facit caput, *Cum illorum. de sent. excom.* vbi de hac eadem re agitur quoad Religiosos se inuicem percutientes. In tali enim casu, propter vitandum scandalum, non esse habendam rationem temporalis damni ipsius domini, vel patris, vult Summus Pontifex in eodem textu. Vbi tamen duæ conditiones enervitatis, & scandali tollendi per profectionem ad Curiam coniunguntur, simulque requiruntur, & diuisim non sufficiunt, vt Romam sint mittendi: ac proinde, si delictum non sit enorme, vel scandalum moraliter non timeatur, vel non censetur aded graue, vt non possit aliis modis tolli, noluit Summus Pontifex omninò illud sibi reseruare in graue damnum alterius. Et ita docet Suar. de cens. *disp. 22. sect. 1. n. 86.* & alij vbi supra.

An pauperes possint absolui ab Episcopo, etiam si percussio fuerit enormis? Et quid dicendum de infirmis, & valetudinariis?

RESOL. LXII.

Respondeo, quòd tanquàm impediti, à reseruatis Pape absolui ab Episcopo possunt habentes impedimentum paupertatis, id est, qui tanta laborant paupertate, vt ad Curiam ire non possint. Ita cap. *Quod de his*. & cap. *Quauis. de sent. excomm.* & Doctores omnes. Quòd si in c. *Ea noscitur*. videatur statui contrarium; id (vt obseruat ibidem Glossa verbo, *Pauperes*,) intelligi debet de iis pauperibus, qui possunt ire ad Sedem Apostolicam, licet pauperes sint. Dicuntur autem pauperes quoad hoc priuilegium absolutionis obtinendæ ab Episcopo, etiam non mendicantes, carentes patrimonio, ex quo se alere possint, viuentes tantum ex suo artificio, qui non tenentur ostiantim, & cum verecundia sibi victum quærere in itinere. Ita Abbas in *d. c. Ea noscitur. num. 5.* Nam pauperes dicuntur, non solum mendicantes, sed etiam habentes congruam sustentationem; qui tamen, attento statu, & dignitate, videntur indigere. Bartolus in *l. 1. n. 35. de sacros. Eccles.* Insuper, quoad hoc dicuntur pauperes, qui tenentur alere vxorem, & familiam, aut parentes suo labore, vel exercitio, non potentes iter agendo id facere, neque ex propriis bonis, quibus carent, neque alio modo. Dicitur quoque pauper, qui habet multas filias nubiles, quibus dotem dare debet ex Surdo de *aliments*, tit. 1. q. 93. n. 33. Vbi autem quis solitus est mendicare, si aliàs est sanus, & robustus, quauis pauper, non excusabitur ire Romam: quia mendicando ire potest, & non propterea cadit à proprio statu. Quòd limitatur, nisi mendicando soletet sibi, & vxori, ac familiæ, vel parentibus providere, & iter agendo id præstare nequeat. Caterum, quis dicendus pauper, quæve paupertas censenda sit sufficiens impedimentum eundi ad Sedem Apostolicam,

Apostolicam, relinquatur iudicio Episcopi, vel alterius viri prudentis, qui attentam personarum, & circumstantiarum qualitate arbitrabitur. Vide Surdum *de alimentis, tit. 7. q. 9. num. 10.* Farinacium *in Praxi crim. q. 57. n. 93. & seqq.* Gonzalez *ad Regulam 8. Cancellaria, Glossa 2. n. 43.* & alios penes ipsos.

Nota etiam, quod infirmi, seu valetudinarii, aut præpediti quacunque alia impotentia corporis, incidentes in excommunicationem Canonis, *Si quis, suadente.* possunt absolui ab Episcopo, etiam si infirmitas sit temporalis, nempe, febris tertiana, vel quartana, vel podagra. Syluester *verb. Absolutio, 4. num. 3. vers. Nonius.* Abbas, & Innocentius *in d. cap. Quod de his de sent. excomm.* Carolus de Grassis *de effectibus clerical. effectus 9. n. 162.* Bellertus *disqu. clerical. §. 3. n. 25.* Et multò fortius, si infirmitas sit incurabilis, & diuturna, Astensis *in Summ. par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 3. §. Octavus.* & Nauarrus *in Man. c. 2. n. 88.* & Barbosa *in c. Ad hac de sent. excomm. n. 4. & in cap. Si quis, suadente. n. 92.* ubi ait, infirmos, & valetudinarios ex consilio Medicorum esse dicendos. Farinacius *in Praxi. par. 2. lib. 1. tit. 5. q. 41. n. 93* & Menochius *de arbitrar. cas. 60.* Infirmis accedunt membris destituti, qui si incidunt in excommunicationem pro Clerici percussione, Sedem Apostolicam adire non tenentur, & possunt à suo Episcopo absolui. Vide Sayraum *de censur. lib. 3. c. 28. n. 31.*

Igitur breuiter reassumendo supradicta, & aliqua addendo, assero, quòd ab excommunicatione Canonis, *Si quis, suadente.* Episcopus iure communi potest absoluerè, etiam si percussio fuerit publica, & enormis, quando percussus excommunicatus est impeditus recurrere ad Papam, vt habetur ex cap. *De castro. de sensent. excomm.* Iusta autem impedimenta sunt hæc. Primò, periculum mortis, *Can. Si quis, suadente. 1. 7. q. 4.* Secundò, infirmitas longa, etiam si periculosa non sit. Tertio, inimicitia capitalis. Quarto, paupertas. Quintò, ætas senis, vel impuberis, licet post pubertatem petat absolutionem ab excommunicatione, quam ante pubertatem incurrerit, cap. *vt. de sentent. excomm.* Sextò, esse sub cura parentum. Septimò, obligatio alendi vxorem, filios, & familiam. Octauò, cura animarum, si timeat, quòd per eius absentiam oues patientur detrimentum. Nonò, seruitus, quando talis seruus non potest adire Romam sine præiudicio domini, & dominus non fuit causa, quòd incidit in excommunicationem, cap. *Relatum de sentent. excom.* Decimò, fragilitas sexu, nempe, in femina, cuiuscunque conditionis sit, cap. *Mulieris de sensent. excomm.* & cap. *Quauis. eod. tit.* Et denique quodlibet impedimentum, quod arbitrio viri prudentis iudicabitur legitimum.

Sed tria sunt notanda. Primò, quòd, licet hæc impedimenta videantur solum esse admittenda in absolutione ab excommunicatione propter percussione Clerici, tamen generaliter admittenda sunt. Secundò, quòd qui propter aliquod ex his impedimentis est impeditus ire personaliter Romam, non tenetur mittere procuratorem pro absolutione, nec epistolam. Ita Henriquez *lib. 6. de panis. cap. 9. n. 7. & lib. 1. 2. de matrimonio. c. 3. n. 1.* Tertio, quòd qui propter aliquod impedimentum absoluitur ab Episcopo ab excommunicatione referuata Papæ, debet, cessante impedimento, se præsentare Pontifici. Et hæc omnia, præter alios, docet Auila *de censur. pars. 2. cap. 7. disput. 1. dub. 6. conclus. 3. per totam.*

Aduerte, quòd aliqui limitant supradictam doctrinam, quando talis impeditus potest adire Legatum, vel alium habentem Priuilegium Papæ ad absoluendum. Verùm hæc limitatio non placet Henriquez *lib. 1. 2. de matrim. c. 3. n. 1. in Glossa, littera H.* ubi ait, quòd sufficit, non esse recursum ad solum Papam, & dicit ita sentire quosdam Recentiores; & ego idem iudico: nam in his casibus absoluit Episcopus, tanquam proprius Pastor, & potestate ordinaria: ita enim potestas ordinaria, quæ sublata erat ei per reseruationem restituta est existente impedimento recurrendi ad

Papam. Confirmatur: hæc reseruatio respectu Episcopi est odium: ergo strictè est interpretanda. Et ita docent plures, & cum ipsis Auila *loco citato.*

Aduerte etiam cum Castro Palao *tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 4. n. 20.* quòd pro prædictis duo aduertenda sunt. Primum, non esse concedendam huius excommunicationis absolutionem, quin excommunicatus prius parti læsæ satisfactionem præster, quantum commodè possit. Secundum, in euentu, quo quis absoluitur ob temporale impedimentum, exigi debere iuramentum comparandi coram Sede Apostolica, vel aliàs auctoritatem absoluendi habente. Quòd si postmodum non comparuerit, in similitum excommunicationem incidet, iuxta textum in cap. *Eos, qui. de sent. excomm. in 6.*

An Episcopus possit absoluerè ex quacunque percussione Clericorum, etiam si percussor possit recurrere ad Summum Pontificem, dummodo percussio sit occulta?

RESOL. LXIII.

Respondeo affirmatiuè: etenim in Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reform.* omnibus Episcopis, seu episcopalem iurisdictionem habentibus conceditur potestas absoluendi ab hac, & ab omni alia excommunicatione, modò delictum occultum sit, neque ad forum contentiosum deductum: Mendicantibus verò Religiosis ferè eadem facultas concessa est. Et ita tenet Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 6. num. 110.* Castrus Palao *tom. 6. disput. 3. punct. 23. §. 4. num. 19.* & alij.

Quando ab Episcopo non est exigendum iuramentum, vt absoluit à censura Canonis teneantur adire Pontificem?

RESOL. LXIV.

Respondeo, vt dictum est, quòd quorundam absolutio ab enormi percussione permittitur Episcopo; quando, nempe, impedimentum est perpetuum: quale est in senibus, mulieribus, morbo perpetuo laborantibus, aut iis, qui membris destituti sunt: nec exigenda ab his est cautio iuratoria adeundi Summum Pontificem: talis enim cautio, aut promissio in his esset inutilis, & ridicula. Et quanuis miraculo isti postea curarentur à morbo, qui nulla naturæ vi curari potest; non tenerentur tamen adire Pontificem: quia iam plenè concessum illis est beneficium. Idemque de impubere dico, postquam adoleuit: quod enim concessum est ætati, & cæpit habere locum, non cessat per ætatis accretionem.

Secundò, nonnulli, qui non habent perpetuum impedimentum, possunt per Episcopum absolui ab enormi percussione; item ob inopiam, inimicitias capitales, & gritudinem, & subiectionem alterius potestati, v.g. cum dominus graue pateretur damnum ob serui mancipij absentiam. In quo numero interdum esse possunt iuuenes, quibus iter esset periculosum. Ita de his sentiunt Angelus *excom. 5. v. 59.* Panormitanus *in c. Ea noscitur. de sens. excomm.* Tabiena *excom. 5. casu 1. n. 47.*

Tertio, officialis turbam pellens, ostiarius, & Clerici sub eodem texto viuentes, quanuis non possint ab enormi. possunt tamen à mediocri percussione absolui per Episcopum. Sed nec his iniungitur, vt adeant Sedem Apostolicam, cessante impedimento. Sed de hoc supra etiam dictum est. Et ita docet Gordonus *in Summa, tom. 2. lib. 7. quest. 133. cap. 3. §. 5. num. 53.*

An Regulares possint absolvere à percussione enormi Clericorum, quando est occulta?

RESOL. LXV.

Affirmatiuè respondet Fagundez in *quinque Præcepta Decalogi, Præcept. 2. Eccles. lib. 8. c. 8. n. 29.* vbi sic ait; [Ex dictis infertur, quoties delictum perpetratum est cotam quinque, adhuc esse occultum; & si in vicinia, aut loco, vel Collegio ad minimum sint decem, non sufficere quinque, vt publicum dicatur; sed oportet, vt notum sit sex: quia tunc iam est maiori parti notū. Vnde patet, posse Episcopos; & Regulares ad id priuilegium habentes absolvere ab excommunicatione Canonis; *Si quis, suadente,* etiamsi læsio sit enormis, & grauis, modò sit occulta, aliquo ex prædictis modis. Et parum refert, quòd reus laboret infamia: nam id, quod aliqua tergiversatione celari potest, licet homo labore infamia, adhuc dicitur occultum; quia opponitur notorio. Et id in hoc foro conscientiz dicitur occultum, quod nondum publicum, aut notorium iuris est: notorium enim iuris est illud, quod nulla tergiversatione celari potest; vt bene etiam notat Graphius *lib. 1. Decisionum aurearum, c. 13. n. 43.* & Sorus *de regendo secreto, memb. 2.* vel quòd notum non est maiori parti viciniaz, oppidi, aut Collegij. In vna tamen ciuitate magna non sufficit, quòd crimen notum sit decem, aut vndecim, vt notorium dicatur, vt patet.] Ita Fagundez quem nouissime sequitur Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. subsect. 2. num. 78.* vbi sic ait: [*Quæres, an & quomodo Regulares vi suorum priuilegiorum possint absolvere sæculares à quinque casibus contentis in Decreto derogatorio Clementis VIII. à nobis relato q. præced. supposit. 2.* Respondetur, non posse, si sint publici, ac notorii: id enim constat ex tenore præfati Decreti, quod ad minimum debet de his intelligi: si verò sint occultis, non videri aliquibus improbable, quòd Regulares possint ab iis absolvere: idque ex doctrina, quam tradidimus. *q. præced. suppos. 4.* quàmque approbans Fagund. *Præcept. Eccles. lib. 8. cap. 8. num. 29.* disertis verbis docet; Episcopos, & Regulares ad id priuilegiatos posse absolvere ab excommunicatione; *Si quis, suadente,* etiamsi læsio sit enormis, & grauis, modò

sit occulta: quod idem sine dubio, si velit consequenter philosophari, debet Fagundez concedere etiam de aliis 4. casibus in præfato Decreto derogatorio contentis; cum sit par ratio de his, ac de illo, quem concedit de facto. Ratio autem, qua nituntur isti recentiores, est; tum, quia Regulares priuilegiati ex dictis *præc. quæst. suppos. 4.* possunt absolvere à casibus papalibus occultis; & cum talis potestas non extendatur ad casus Bullæ Cœnz ob rationes adductas *qu. præced. nec sit necessaria ad alios casus papales dicto Decreto non comprehensos, (cum ab his simpliciter, & absolute possint absolvere, iuxta dicenda infra, quæst. sequenti, (ea saltem debet extendi ad hos quinque casus; alioqui esset omninò inutilis: tum, quia restrictio priuilegiorum, vt odiosa debet interpretari, ita vt minus iis deroget, quàm fieri possit: hoc autem sit in casu nostro, si Decretum Clementis VIII. præallegatum ita explicemus, vt dicamus, per illud auferri facultatem absoluedi à supradictis quinque casibus, non quidem absolute, (quod esset omninò derogare priuilegiis Regularium;) sed solum in casibus publicis, aut notoriis, non item in occultis: quo modo vtique quam minimum derogatur dictis priuilegiis. Ita dicti Recentiores: quàm probabiliter, ipsi viderint, alisque iudicent.] Hucusque Pellizzarius: qui tamen postea *in c. 6. sect. 3. n. 189.* sine vlla trepidatione tenuit absolute sententiam Fagundez. Sed ego prorsus teneo, non esse recedendum à sententia negatiua, quam approbat stylus Curiz: & verba Decreti Clementis VIII. sunt satis clara, & absolute, & sine vlla distinctione prolata. Vnde caueant Regulares, sententiam affirmatiuam in praxi deducere: nam ex illa sequeretur, quòd etiam possent absolvere sæculares à casibus Episcopo reseruatis, si essent occultis: nam eodem pacto Pontifex loquitur de illis quinque casibus papalibus, ac de casibus Episcopis reseruatis. Ergo, &c.*

Nota etiam hic incidenter, non deesse viros doctos, asserentes, Regulares priuilegiatos, posse etiam hodie absolvere sæculares à casibus Bullæ Cœnz, dummodo sint occultis; quorum rationes adducit Pellizzarius, *vbi supra, n. 72. & seqq.* Qui tamen rectè asserit, non esse recedendum à contraria sententia, nempe, non posse Regulares absolvere à dictis casibus, neque publicis, neque occultis.

TRACTATUS QUINTVS. DE THESAVRIS.

Quid sit thesaurus, & quid de thesauris leges disponant?

RESOL. I.



Iacobus Bornitius in *tract. de arario, lib. 3. cap. 9.* Carolus Homhagen *de iure publico, lib. 3. cap. 4.* Iacobus Vander Graez in *Synagm. iuris publici, cap. 47. num. 4.* & alij communiter asserunt, quòd thesaurus est proprie tam vetus pecuniaz depositio, vt iam dominum non habeat, l. *Nunquam, §. 1. de acquir. rer. dom. l. unica. C. de thesaur. lib. 10. l. 2. Cod. Theodos. eod.* Requiritur ergo, vt sit verus depositio, cuius memoria non extat, l. *Si quis, de acquir. rer. dom. d. l. fin. T. de thesaur. lib. 11.* Si enim adhuc dominum habet, vtique sine facto domini ad alium transferri non potest, l. *11. de regul. iur.* Casus est in l. *A iure ff. de rei vendicat.* In qua definitione, ver-

bo pecuniaz non solum significantur nummi; sed & alie opes abditæ. l. *vnica, C. de thesaur. lib. 10.* vt aliàs etiam pecuniaz nomine, tum numerata pecunia, tum quauis res alia continetur, l. *Pecunia verbum. 178. & l. Pecunia nomine 222. ff. de verb. significat. & ita docet Filiucius tom. 2. l. 131. c. 6. n. 152. & alij communiter.*

Quid autem leges disponant circa inuentionem thesaurorum, habetur in *Institutis lib. 2. tit. 1. §. 39.* vbi Iustinianus Imperator sic statuit: [*Thesauros, quos quis in loco suo inuenerit, D. Adrianus naturalem æquitatem sequutus, ei concessit, qui eos inuenerit. Idemque statuit, si quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu inuenerit. At, si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito innenerit, dimidium domino soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco innenerit, dimidium inuentoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, vel publico, vel ciuitatis, inuenerit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium*

dimidium fiſci, vel ciuitatis.] Hæc ibi. Quæ etiam habentur in l. vnica, lib. 10. C. de Theſauris. Itaque ex ſupradictis apparet, vt notat Caramuel in Theol. mor. lib. 2. n. 290. Dicaſtilus de inſt. lib. 2. traët. 2. diſput. 9. dub. 15. num. 407. & alij, iura diſponere quatuor caſus. Primò, quòd theſaurus caſu, aut induſtria inuentus in fundo proprio, inuentoris fit. Secundò, inuentus caſu in fundo alieno, inuentori, & domino fundi in partes æquales diuidatur. Tertio, inuentus ex induſtria in fundo alieno, totus domini fundi, non tamen inuentoris erit. Quarto, arte inuentum magica, fiſcus habebit. Et idè ad plenam tractationem huius materiæ plures quæſtiones elucidabimus, in quibus mutuo theſauro inter eos dato, & accepto, Iuriſconſulti Theologi deſeruiant, & Theologi Iuriſconſulti.

Ad quem pertineat theſaurus inuentus in proprio fundo?

R E S O L. I I.

Respondeo, ſi quis theſaurum in ſuo proprio fundo inuenit, totum ad ſe pertinere. Quod procedit, ſiue quis caſu fortuito, ſiue data opera licita theſaurum in ſuo fundo inuenit. Et ita probant Doctores, quos citat, & ſequitur Caſtillo, Sotomaior de Tertii, tom. 7. cap. 41. num. 107. Filliucius tom. 2. traët. 31. cap. 6. num. 154. Berlichius in conſuſionibus practicabilibus, part. 2. concl. 66. num. 1. & ſeqq. Et ſic temporibus noſtris deciſum fuit, vt patet penes Acacium Rippol. traët. de Regalibus, cap. 16. num. 41. vbi ſic ait: [Si theſaurus inueniatur perquirendo eum, ſi in proprio fundo, cum liceat vnicuique, ſuus efficitur theſaurus: & ſic fuit declaratum in Baiulia Generali ſententia lata, referente Magnifico Gabriele Berart, die 6. Decembris, 1630. conſuſione in Regia audientia præcedente, ibi facta 27. Nouembris, eiufdem anni. In cauſa vertente in dicta Baiulia inter fiſci Procuratorem agentem, & nobilem Hieronymum de Torres, ratione quarundam monetarum inuentarum per ruſticos, & penes dicti Don Hieronymi terras in Turri dicti Don Hieronymi vocata, la Torre blanca, in Vicaria de Villafranca de Panades, abſque hoc, quòd teneatur licentiam petere: quia iam ab Imperatoribus generalis licentia fuit tributa vnicuique in ſuo proprio fundo, in d. l. 1. C. de theſaur.] Ita Rippol.

Notandum eſt tamen hîc cum Amaya in Codicem, lib. 10. tit. 15. num. 22. cum acquiſitio theſauri ira contingat, ſi in ſuo loco quis inueniat, nunc opportunè quærendum erit, quis dicatur locus ſuus? Accuſus, ait, proprium dici debere locum reſpectu dominij directi, vel vtilis, (duo dominia doctrinæ gratia agnoſcimus nunc, vnum directum, id eſt, verum, & proprium, l. Si finita. §. Si de vectigalibus. ff. de damn. infect. alterum vtile, vt in leg. vnica, de vendit. rer. fiſc. num. 50. & ſeq.) & ſic inuenit in ſuo loco dicitur, qui dominus eſt non tantum ſolidæ proprietatis, verum & nudæ, alio vſumfructum habente, argum. §. Alienus. Inſtit. de hered. inſt. Quæ omnia tamen procedunt in theſauro propriè ſic dicto: aliàs ſi pecunia, vel alia quæuis res à venditore, vel alio in domo venditæ parietibus recondita, vel lucri, vel metus, vel cuſtoditæ cauſa ſub terra abſcondita; & poſteà per errorem, vel obliuionem ablata non eſt; theſaurus non eſt, & idè pecunia illa non ad emptorem, vel inuentorem ſpectat; ſed venditori, vel alij, qui eam ibi reſepuit, reſtitui debet, Textus expreſſus in l. A tutore pupilli. ff. de R. V. l. Nunquam. 31. §. Theſaurus eſt. ff. de A. R. D. Vnde fit, ſi quidam mercator ex Hiſpania, vel alijs locis veniens; deſert certam quantitatem ceræ, vel alterius mercis, & in vna pila ceræ, vel balla mercis, certam ſummam pecuniæ recondidit, & poſteà oblitus pecuniæ illam pilam, vel ballam vendidit; emptor, vel alius poſſeſſor hanc pecuniam non lucratur; ſed venditori, &

cuius hæredibus erit reddenda, vt bene notat Berlichius vbi ſuprà, num. 7. & 8. Megala in part. 2. lib. 2. cap. 4. quaſt. 2. num. 13. & alij.

Et idè Trullench in Deſcal. tom. 1. lib. 7. c. 3. dub. 8. n. 2. optimè obſeruat, quòd theſaurus impropiè dictus non eſt inuentoris; ſed totus eſt eius, qui illum depoſuit, vel hæredis: nam adhuc eſt in bonis alicuius, cum habeat dominum; atque ita non habetur pro derelicto, cum nec perierit omninò memoria eius; qui illum depoſuit, & abſcondit (vt infra ſatis probabimus, cum de hac quæſtione iterum redibit ſermo.) Hinc Hiſpani, qui ſepulcra apud Indos plena diuitiis ſpoliauerunt, tenentur eas reſtituere ſucceſſoribus deſunctorum, licet Sayrus in Clauis regia, lib. 9. c. 9. num. 12. cum Bañez 2. 2. qu. 66. art. 5. doceat, non eſſe reſtituendas, ſi cauſa ſuperſtitionis, vt fortè apud Indos, ſit reſepitus: exiſtimabant enim mortuos ea ſecum deferre ad ſuos vſus, vel ea falſis Dijs ſacrificabant: ait enim haberi pro derelictis: ſecus verò ſi alicuius vtilitatis cauſa ſint reconditæ. Sic excuſat Hiſpanos ea accipientes à ſepulcris Indorum. At inueniens theſaurum in muro, vel pariete domus, vel fundi empti à priori domino, vel alio antiquiori, tenetur domino, vel hæredibus reſtituere; quia eſt impropiè theſaurus. Sotus lib. 5. de inſtit. quaſt. 3. art. 3.

Igitur ex ſupradictis deducitur, quòd vt propriè theſaurus dicatur, duo copulatiuè requiruntur: primum, quòd non extet memoria temporis, in quo theſaurus fuit reconditus: ſecundum, quòd ignoretur quis ſit illius dominus. Ita notat Angelus in l. Tutores. poſt princip. ff. de rei vendic. leg. 45. tit. 28. part. 3. & ibi Gregorius Lopez gloſſ. 1. Burſatius conſil. 209. num. 1. Barboſa in l. Diuorſio. 8. §. Si fundum, ſub num. 25. paulò ante fin. ff. ſolut. marris.

Inde primò inferitur, quòd ſi pecunia inuenta ea forma ſit excuſa, vt ex illa conſtet, recentis eſſe memoriæ; non cenſebitur theſaurus, neque inuentori concedetur. l. A tutore. 67. ff. de rei vendic. l. Theſaurus. ff. ad exhib. & ibi Gloſſ. 1. l. Si uxori. §. Cum ita. ff. de aur. & argens. leg. tradit Andr. Sicul. conſil. 39. num. 1. lib. 4. Alciatus lib. 7. parerg. iur. c. 1. Forcat. dialog. 56. n. 4. Ioan. Garſ. de expenſ. & melior. c. 22. num. 56. verſ. Poſtremò. Secundò inferitur ex ſupradictis, quòd ſi non extet memoria abſconſionis theſauri, & tunc ex ſyngrapha, vel instrumento ſimul incluſo, conſtet de eo, qui abſcondit, non cenſebitur theſaurus, & conſequenter non acquireretur emptori; ſed potiùs hæredibus abſcondentis tradetur, nullaque eis opponi poterit præſcriptio, his verò non apparentibus, fiſcus tanquam bona vacantiæ occupabit, l. 1. & pen. C. de bon. vac. lib. 10. Vnde pecunia inuenta ſemper præſumitur eſſe alicuius certi hominis, antequam conſtet de requiſitis neceſſarijs ad conſtituendum theſaurum. Baldus in l. 1. poſt princip. ff. de rerum diuiſ. Inuentori igitur incumbit onus probandi, non extare memoriam temporis, quo fuit abſcondita pecunia: quo probato, dicenti illam pecuniam eſſe ſuam, vel abſconditam à maioribus ſuis, incumbit onus probandi, vt cum alijs probat Barboſa, vbi ſuprà, num. 26. Vide Amayam in Codicem, lib. 10. tit. 15. num. 5. & ſequent. hæc omnia ſirnantem, & ante illum Gutierrez traët. de tutelis, par. 3. cap. 25. num. 2. & ſeqq.

Sed, cum theſaurus in fundo proprio, vt dictum eſt, inuentus concedatur domino, non ſine ratione quæti ſolet, an ad acquirendum theſaurum inuentio ſufficiat, vel etiam requiratur apprehenſio. Et Doctores relati à Gomez in l. 45. Thauri, num. 47. copulatiuè ad acquiſitionem theſauri requiri dicunt inuentionem, & apprehenſionem. Cui ſententiæ fauet omnino lex Codicis lib. 10. tit. 15. Neque enim res dicitur inuenta, niſi apprehenſa quoque ſit, l. Si Barſatorem. 13. C. de fideiſſ. l. Cum pro quo. 17. ff. de in ius voc. Et qui dicit, inuentorem facere ſuum Theſaurum, dicit etiam & apprehenſionem, cum verba ſint cum effectu accipienda, l. 1. §. Hac verba ff. quod quiſque luris, vt notat Bobadilla lib. 4. poſt. cap. 5. num. 12. & relati à Barboſa in remiſſion.

remission. ad Ordinat. Lusitania, lib. 5. tit. 62. num. 2. Ratioque est; nam ante apprehensionem, inuentor magis dicitur scire locum, in quo est thesaurus, quam illum inuenisse; & dum est in eo loco, in quo fuit reconditus, adhuc dicitur thesaurus, & videtur remanere in sua naturali libertate, & sic nullius esse, vt docet Conn. *lib. 3. com. c. 4. n. 1.* In cuius confirmationem ego adduco, quod de bonæ fidei possessore tradi solet in fructibus lucrands, vt non antè possint lucrari, quàm à solo sint separati, *l. Si fructuarius 13. ff. quibus mod. usufruct. amitt. l. Si eius. 78. ff. de rei vend. iur. etis, quæ explicat Donell. lib. 4. comm. cap. 25. & ibi Osual. lit. L.* Quod idem dicendum est de thesauro lucrando, vt non antèa dicatur proprius, donec loco moueatur. Et ita hanc sententiam tenet Castillo Sotomaior de Tertiis *tom. 7. cap. 41. num. 109.*

Ad quem pertineat thesaurus inuentus in fundo alieno.

R E S O L. III.

Respondeo, quòd si thesaurus in fundo alieno, casu fortuito, puta, arando, fodiendo, vel aliter terram colendo inueniatur; tunc diuiditur, & dimidia pars inuentori cedit, altera verò dimidia pars domino fundi restitui debet. Si verò non casu fortuito, sed data opera licita inueniatur, inuentor nihil de thesauro participat, sed totum domino fundi restituere tenetur. Ita Doctores communiter, quos citat, & sequitur Castillo Sotomaior de Tertiis *tom. 7. cap. 41. num. 109.*

Sed quid dicendum est de thesauro tua pace, in tuo fundo quæsito, & reperto? Sic respondet Caramuel *in Theolog. moral. lib. 2. num. 296.* standum esse pacto, & concordia: si enim licentiam dederis, vt tibi Petrus quæreret, tibi inuenit, sibi si, vt sibi; vtrique, si, vt quæreret vtrique. Hanc resolutionem limitat Dicastillus *de iustis. lib. 2. tract. 2. disput. 9. num. 408.* & apud eum Molina, Syluester, Lessius, Vasquez, qui existimant, totum thesaurum deberi tibi fundi domino, si Petrus certò nouisset ibi thesaurum esse, & simulauisset, se id nescire: putant enim, te ab inuentore deceptum. Sed hanc limitationem non intelligo, stando meis principiis: nam, si asseramus cum Molina, & Bañez, venas auri (quibus thesauros adiungito) esse fructum terræ, limitatio subsisteret: tunc enim omnia deberentur fundi domino. Posito igitur, quòd ex natura rei thesaurus in agro tuo repertus sit inuentoris; qui scit eum ibi latere, iam inuenit; ideòque & dominus esset, ni lege impediretur, nec illa scientia contra legem militat: secreta enim esse supponitur, & leges de actibus internis non iudicant. Hæc omnia Caramuel,

Verùm ego puto, quòd si aliquis, petita à domino facultate, thesaurum in eius fundo quærat, & inueniat, ad summum deberi domino dimidiam partem: quia leges non applicant ei totum, nisi in pœnam, quando aliquis absque eius consensu, & scientia thesaurum quæsiuit. Potuisset quidem dominus nolle dare licentiam quærendi, nisi promissa sibi plusquam dimidia parte pro præmio licentiæ, dum tamè illud pactum non expressit, non debetur ei plusquam dimidia pars. An verò hæc debeatur, existimo neque hanc deberi, nisi dolus dederit causam licentiæ: Ratio est: quia lex solùm applicauit dimidiam partem domino, quando casu inuenitur thesaurus: quando verò non casu, sed industria absque consensu domini, applicauit domino totum: illum verò alium casum, quo ex industria, sed sciente, & consentiente domino quæsitus est, omisit lex, quia supposuit, quòd ipse dominus sibi posset consulere, deducendo in pactum partem sibi pro concessione licentiæ reddendam. Si autem dominus sibi non consulit, relictus videtur ille casus iuri naturæ, & gentium, quo nihil prorsus domino debetur, sed totum acquiritur inuentori. Et hæc omnia

docet Cardinalis de Lugo *tom. 1. de iust. disput. 6. sect. 11. num. 114.*

An quando thesaurus inuentus est in fundo alieno ex industria, sine licentia domini, sufficiat in conscientia ante Iudicis sententiam dare tantum ei dimidiam partem?

R E S O L. IV.

Negatiuè responderet Molina *de iustis. tom. 2. tractat. 2. disput. 56.* vbi sic ait: [Obseruat verò optimè Caietanus 2.2. q. 66. art. 5. ad secundum, & post eum Nauarr. *in Manu. cap. 17. num. 175.* cum eiusmodi leges pœnales non sint, sed solùm ex quadam æquitate statuunt circa comparandum dominium thesaurorum inuentorum, vim habere in foro conscientia ante latam sententiam, ita vt inueniens casu thesaurum in loco alieno, teneatur dimidium domino loci, in quo fuit inuentus, restituere, nulla expectata sententia: inueniens verò illum de industria, totum tenetur, deductis expensis, restituere.] Ita ille, & post illum Megala *in 2.2. lib. 2. cap. 4. q. 2. num. 16.* sic asserens. [Si vero thesaurum inuenisti in fundo alieno, & non data ad hoc opera, sed casu; tunc dimidia pars inuentori, & alia dimidia domino fundi conceditur: sed, si de industria illum inuenisti, totus pertinet ad dominum fundi, vt in l. vn. C. de thesaur. lib. 10. & in §. Thesaurus instit. de rer. diuis. Et cum huiusmodi leges non sint pœnales, sed ex æquitate hæc statuunt, ille, qui casu in alieno fundo thesaurum inuenit, ante Iudicis sententiam dimidiam illius partem domino fundi tradere tenetur; & qui ex industria inuenit, domino fundi thesaurum integrum restituere debet, non expectata Iudicis sententia.] Hanc etiam sententiam tenet Salonius *in 2.2. D. Thoma, quæst. 66. artic. 5. de thesauro abscondito, conclus. 5.*

Verùm, his non obstantibus, contrariae sententiæ ego adhæreo cum Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 2. dub. 8. num. 4.* Dicastillo *de iust. lib. 2. tractat. 2. disput. 9. dub. 15. num. 107.* & Rebello *lib. 1. part. 1. q. 15. sect. 2. num. 13.* qui citat Mercatum. Idem docet Lessius *lib. 2. cap. 5. dub. 15. num. 59.* sic asserens: [Dicendum est itaque, quòd thesaurus inuentus in fundo alieno, (etiamsi is fundus Principis fuerit,) siquidem fortuito sit repertus; medietas erit inuentoris, & medietas domini fundi: si autem de industria quæsitus sine consensu domini, totus erit domini.] Prior pars aperte habetur *utroque loco citato;* estque seruanda in foro conscientia; etiam ante omnem Iudicis sententiam. Ratio est: quia hæc dispositio iuris non est pœnalis, sed definitiua proprietatis rerum, vt rectè docet Nauarr. *cap. 17. num. 175.* Secunda pars, vt totus sit domini, si de industria quæsiuisti, non videtur obligare in conscientia ante sententiam Iudicis; sed sufficit dare dimidiam partem domino fundi, parte altera dimidia retenta. Ratio est: quia ista dispositio est pœnalis, ad puniendam iniuriam, quam inuentor domino loci intulisse videtur, quærendo absque eius consensu in eius fundo. Confirmatur ex leg. vnica, C. de thesauris, vbi sic dicitur: *In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, id est, nec volentibus, vel ignorantibus dominis, opes absconditas suo nomine perscrutari. Quod si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenierit, totum hoc locorum domino reddere compellatur.* Vbi expende verbum, *compellatur,* quod indicat, legem esse pœnalem, & compulsionem Iudicis esse expectandam. Et ita, præter Doctores citatos, tenet etiam Filiucius *tom. 2. tract. 31. cap. 6. num. 154.*

Sed non deseram circa præsentem quæstionem adducere verba Caramuelis *in Theol. mor. lib. 2. num. 293.* vbi sic ait: [Petis, an inuentor inciuilis, ille, inquam, qui tertia lege (vt patet *in Resol. 1. ex verbis §. Thesaurus, Instit.*) condemnatur,

demnatur, possit totum illum thesaurum inuentum ante Iudicis condemnationem cura conscientia retinere? Consulto, an totum retinere possit, interrogas: posse enim retinere mediam partem, vsque ad iuridicam condemnationem, negant Lessius, Rebellius, Dicastillus, Vasquez, Bañes citati: quia iudicant ante sententiam Iudicis standum esse dispositioni secundæ legis: ego tamen existimo, quæstionem aliter resolutum iri, si verbis stetur. Quod si mentem Legislatoris velis inquirere, vix probabiliter procedes, si contra tenorem verborum arguo sic: Quando, lex aliqua vniuersalis limitatur lege aliqua particulari pœnali, quæ non obliget ante sententiam, debet limitatio esse exceptio legis limitatæ; & ante sententiam omissa lege limitante procedi poterit iuxta non limitatam. Ergo in casu præsentis, cum tertia lex sit limitatio, & exceptio, procedi poterit ante sententiam iuxta illam legem, quam limitat: atqui hæc tertia lex non est exceptio, aut limitatio, secundæ, sed iuris naturæ omnes thesauros inuentori adscribentis: ergo ante condemnationem poterit inuentor iuxta legem naturæ procedere, & retinere totum thesaurum inuentum. Minorem probo: In lege excipiente debet generalis claudi, aliàs non esset exceptio. Si dicas, omnia animalia posse vendi, excepto homine; opus est hunc esse animal: ergo, vt sit vera hæc assertio: Omnis, qui in fundo alieno repeterit casu thesaurum, mediam partem habebit, illis exceptis, qui repererint illum ex industria; opus erit, vt casus de industria prædicetur: quod cum fieri non possit, (industria enim casus non est,) tenendum, legem tertiam non esse exceptionem secundæ.

Dices, sequi ex nostra doctrina, melioris esse conditionis illum, qui ex inurbana industria thesaurum inuenit, illo, qui casu; hoc est, melioris esse conditionis illum, quem leges volunt punire, illo, quem præmio donant. Respondeo, negando consequentiam: nam, qui casu inuenit thesaurum in fundo alieno pacificè sine vlllo periculo mediam habebit partem; qui autem temeraria, & inurbana industria quætere illum præsumperit, habebit totum ante iudicium, & post sententiam nihil: atqui melius est habere mediam partem citra contouersiam, quam totum cum certissimo profundo periculo: ergo.] Hucusque Caramuel. Sed ego non discedo à sententia communi. Dico itaque, quod thesaurus de industria inuentus sine consensu domini, totus pertinet ad ipsum dominum, non tamen ante Iudicis condemnationem; sed in conscientia sufficit dare illi dimidiam partem, parte altera dimidia retenta. Et ita, præter Doctores citatos, tenet Rodriquez, in *Summa, tom. 2. cap. 160. num. 1.* vbi sic ait: [Segun Derecho comun el thesoro, que vno halla en su propia tierra, es del que le halla, y el allado en tierra agena, aunque sea del Principe; y si à caso se halla, la mitad sera del que le halla, y le otra mitad del señor de la tierra. Emperò, si con cuydado, y industria le busco sin consentimiento del señor de la tierra, todo deue ser del dicho señor. Y aduertta se que hallandose à caso en el fuero della consciencia antes, que sentencie el Iuez, la mitad sera de el señor de la tierra, y la otra mitad sera del que le halla, porque esta disposicion no es penal, para que desobliguemos al que le halla de dar la mitad al verdadero señor, antes que se de la sententia, mas es vna disposicion difinitiuua que aplica estas dos mitades. Emperò, quando el thesoro se busca de industria en tierra agena sin licentia del señor, no tiene obligacion el que le halla de restituyrle al dicho señor, antes que la sententia se de contra el. Porque quanto à esto, la dicha disposicion es penal, castigadora de la culpa, que tuuo el, que le buscò contra voluntad de dicho señor.] Ita ille.

Sed, si aliquis hîc quærat: Quid, si plures domini eiusdem fundi ex inæqualibus partibus sint, quomodo applicabitur thesaurus? Dicit Ioannes Fab. in *inst. de rer. diuis. §. Thesaurus*, dictum thesaurum videri eisdem applicandum pro æqualibus partibus, per l. *Sed iura. ff. de op. lib.* sed in

contrarium allegat l. 1. §. *fin. C. de commun. seru. man. & inst. de iniu. §. Si seruo commun.* vbi se remittit. Quo in loco decidendo hanc quæstionem dicit, hanc secundam opinionem esse veriore, quod pro ea parte, pro qua sunt domini, diuisio, & applicatio fiat.

Deinde, si etiam aliquis quærat: Quid si dominus fundi dicat, illam pecuniam inuentam fuisse absconditam à maioribus suis; inuentor verò dicat esse thesaurum; quis debeat probare? Dicendum est, quod actor debeat probare, cum sit fundamentum intentionis suæ, per l. *Actor. C. de probat. canoniz. 6. q. vlt. c. Actor. 801. Ei qui. ff. de probat. 4. q. 3. cap. Ei, qui.* subdit Amaya se arbitrari, circa prædicta animaduertendum esse ad qualratem pecuniæ, videlicet, vtrum sit antiqua, an verò sit noua, vel etiam si antiqua sit admixta noua, quæ à 10. vel 20. vel 30. vel 40. annis citrà fuerit formata: quia de necessitate concluderetur, non esse propriè thesaurum. Secus sibi esset pecunia sola; quæ fuisset formata tam antiquo tempore, cuius non extaret memoria. Et consulit Guidius *tract. de moralib. lib. 3. tit. 10. n. 49.* quod quædam pecunia, quæ fuit in quadam domo reperta in oppido Sancti Miniati, non diceretur thesaurus: quia inter ipsam erant quidam floreni aurei cum imagine, & subscriptione Domini Ioannis de Bentiuoliis de Bononia, formati ab annis quadraginta citrà.

Ad quem pertineat thesaurus inuentus in fundo accepto in feudum, vel emphyteusim.

R E S O L. V.

Difficilis quæstio, & circa quam digladiantur Doctores, quorum Schola communis statuit, quod si vassallus, vel emphyteura ipsemet inuenit, totum eis acquiri: si tertius casu fortuito inuenit, inter inuentorem, & vassallum, vel emphyteutam diuidi debere: nec quicquam iuris dominum (vti vocant) directum in hoc thesauro sibi vindicare posse. Ita docet Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 23. num. 7.* Burlatus *lib. 2. consil. 209. num. 5.* Gutierrez *in qq. practicab. lib. 4. q. 36. num. 27.* Sixtinus *de Regalib. lib. 2. cap. 2. num. 48.* Rosenthal *tract. de feudis, c. 5. concl. 93. num. 3.* & alij. Probat hęc opinio: quia naturalis æquitas suadet, eum sequi comoda, quem incommoda sequuntur, l. *Secundum naturam. de regul. iur.* Atqui ad vassallum, vt & emphyteutam, spectant incommoda particularia fundi feudalis, vel emphyteutici, *tit. 4. §. Si quis de manso. lib. 1. feud. & §. 3. inst. de locat.* Igitur ad eosdem quoque debent spectare comoda particularia, quale est thesaurus. Accedit, quod omne incrementum fundi feudalis, vel emphyteutici pertineat ad vassallum, & emphyteutam, *d. §. 3. inst. de locat. l. 1. ff. si ager veltigal. per. & c. vnus. tit. 4. lib. 1. feud.* atqui thesaurus est quoddam prædij incrementum: igitur ad vassallum, vel emphyteutam, aut in totum, aut pro parte thesaurus pertinebit.

Sed circa præsentem difficultatem sic philosophatur Rebellius *part. 1. lib. 1. q. 15. sect. 2. num. 16.* [Et si Doctores ait, communiter innuant, quando fundus ad vnum spectat, quoad dominium directum, qui proprietarius dicitur; ad alterum verò quoad dominium vile, vt in emphyteusi, feudo, & aliis: si vnus ex his thesaurum in eo inueniat, alteri dare debere dimidium; id tamen accipiendum esse, quantum est ex parte eius, quod haberetur ratione dominij vtriusque præcisè: nam absolutè cum inuentori, ratione intentionis, dimidium debeat, non secus ac cuius extraneo; & ratione dominij partialis debeat dimidium reliqui dimidij; sit, vt inuentori tres partes debeantur; quarta verò tantum alteri danda sit.

His etiam adde, quod si dominus directus inueniat thesaurum in agro suo, in quo alius habet vsumfructum tantum, non tenetur partiri cum vsumfructuario, sed totum faciet

in d. l. in fine prima colum. Et ratio est: quia acquisitio theſauri cauſatur, & regulatur à vero dominio non commutabili; non autem à dominio commutabili, prout est in viro, qui dominus est fundi dotalis commutabiliter, vt *l. Doce ancillim. C. de rei vend.* & idèd restituet theſaurum ſoluto matrimonio pro dimidia, tanquàm inuentum in alieno, *diſt. 5. si fundum.* Hucvſque Guidius. Quæ omnia, vt Iuriſconſultis Theologos addamus, docet Filliuc. *tom. 2. tract. 31. cap. 6. num. 138.* Molina *de iust. tom. 1. diſp. 56.* & Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 5.* cum Dicaſtillo *lib. 2. tract. 2. diſp. 9. dub. 15. num. 207.* & Rebelio *part. 1. lib. 1. quaſt. 15. ſect. 2. num. 13.*

Sed hanc ſententiam ego admitto cum Megala *in p. 2. lib. 24. q. 2. num. 20.* cum duabus limitationibus. Primò, vt tunc tantum maritus, conſtante matrimonio, habeat vſum, & adminiſtrationem portionis theſauri, qui pertinet ad dominum, quando ſuſtinet onera matrimonij: nam cum dos ibi eſſe debeat, vbi ſunt onera matrimonij, vt habetur *in l. si is, qui ff. de iur. dot.* ſicut maritus tunc dotis vſum, & adminiſtrationem habere non debet, per dictam *l. si is qui* & per dicta à Paulo de Caſtro *in l. de diuifione. n. 13. ff. ſolut. matrim.* & à Iaſ. *ibi, in num. 2.* ita nec etiam habere debet adminiſtrationem portionis dicti theſauri, quæ ratione ipſius dotis ad ipſum ſpectat. Secundò, dictum limita, non habere locum in caſu, quo dotalis fundus ita æſtimatus marito in dotem datus eſſet, vt in caſu reſtitutionis dotis, ſit in electione illius, an velit fundum, vel pretium eius reſtituere: nam, cum talis æſtimatio faciat emptionem, & maritus rei dominium per illam conſequatur, vt ex *l. Quoties & ibi Salicetus C. de iur. dot.* portio illa, quæ fundi domino debetur, non ad vxorem, ſed ad maritum, tanquàm ad verum dominum, pertinere debet. Sed ſecus erit, ſi electio vxori ſeruata ſit, cum tunc non transferatur dominium, vt in *l. Quoties & in l. si inter virum C. de iur. dot.* & in *l. 1. C. de fund. dot.*

Ad quem pertineat theſaurus inuentus à filiofamilias.

RESOL. VII.

AD hunc caſum ſic reſpondet Guidius *tract. de mineralibus lib. 3. tit. 10. q. 32. n. 38.* [Quæro, quòd ſi filiusfamilias inuenerit theſaurum, an ſibi, an parti acquirat? Marianus Socinus *in præallegato art. quaſt. 2.* dicit, quòd acquiratur nobis theſaurus per illos, quos in poteſtate habemus, vt filios, vt *l. si is, qui in alieno in prin. ff. de acqu. rerum domin.* Et quòd ita communiter Gloſſa, & Doctores dicunt, quòd, quoad filium in poteſtate patris, parti quaeratur. Tamen dicit ipſe, ſe arbitrari, quòd iſta conſuſio procedat de iure digeſtorum, quo caſu omnia quaerita per filium, exceptis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, acquirantur patri, *l. placet ff. de acqu. hered.* Sed iure Codicis hoc fortè non procederet: quia, cum talis inuentio videatur facere peculium aduentitium, & non profectitium; meritò videtur talis theſaurus quaeri pro parte, pro qua filio per inuentionem acquiratur, & eſſe quoad proprietatem ipſius, & quoad vſumfructum patris ſui, vt *C. de bon. qualib. & C. de bon. matern. per totum:* & ſubdit, hanc eſſe ſingularem, & nouiſſimam conſiderationem, & magni effectus: quia huiuſmodi inuentor poſt mortem patris non teneretur fratribus communicare talem theſaurum, per *l. fin. C. de collat.* [Hæc omnia Guidius, qui poſteà, *n. 44.* docet, quòd theſaurus inuentus à cane, vel alio animali, domino canis acquiratur, quoad eam portionem, quæ inuentori quaeretur. Et citat Florianum *in l. ſtatuo ff. de vſufruct.*

Antonini Diana Pars IX.

Ad quem pertineat theſaurus inuentus à ſeruo?

RESOL. VIII.

Pertractat optimè hanc difficultatem Pater Turrianus *in 2. 2. tom. 2. diſp. 43. dub. 2. num. 23.* vbi ſic ait: [In *l. is, qui ff. de acquir. rer. dom.* ponitur dubium, quid faciendum ſit, quando ſeruus aliquorum inuenit theſaurum in agro vnus illorum dominorum, & dicitur, dubitandum non eſſe, partem, quæ cedit domino, eſſe illius, cuius eſt fundus.

Difficultas verò eſt, an pars, quæ cedit inuentori, ſit diuidenda inter omnes dominos ſerui illius, quòd non videtur certò diſſinire Conſultus. Habentur enim ibi hæc verba: *Verum, an aliquid ferat alter ſocius, videndum eſt, & nunquid ſimile ſit, atque cum ſtipulatur ſeruus iuſſu vnus domini, aut per traditionem aliquid accipit, vel nominatim alteri, quòd magis dici poterit.* Quæ omnia verba, aliqui putant per interrogationem legenda. Dubia ergo videtur manſiſſe mens Conſulti. Gloſſa quidem ibi, vtramque ſententiam ſub diſiunctione videtur tradere; & videbitur alicui ſolo conſiderato iure naturali, dicendum partem inuentoris diuidendam eſſe inter dominos illius; eò quòd bona ſerui planè ſint domini, ſi vnus tantum ſit dominus; vel dominorum, ſi plures ſint.] Et hæc omnia docet Turrianus *loco citato.*

Sed Eminentiffimus Cardinalis Lugo *de iust. tom. 1. diſp. 6. ſect. 11. num. 124.* diſſentit à Turriano, & docet, partem illam inuentori obuientem omnibus acquiri: quia, quòd ſeruus acquirat, domino acquirat: ſi autem plures ſint domini, omnibus acquirat: neque enim in illa inuentione cenſetur magis nomine illius, quàm aliorum inueniſſe, cum non ad inueniendum Theſaurum, ſed ad laborandum deſtinatus fuerit à domino illo. Quare non eſt, ſicut ſi eius iuſſu, & nomine ſtipulatus fuiſſet; ſed, ſicut ſi miſſus ab eodem domino ad aliquem locum, in ipſo itinere gemmam inueniſſet, vel donum magni pretij, quòd certè omnibus acquireret, cum non fuiſſet ad illud lucrum ab illo domino deputatus, ſed ad aliud negotium peragendum. Quòd autem ea foſſio, vel iter, occaſio lucri fuerit, nihil refert: nam, ſi mercenarius iuſſu domini labore in agro, & ibi caſu Theſaurum inueniſſet, dimidia pars inuentori reſpondens, non agri domino, cuius iuſſu ibi laborabat, ſed mercenario competeret. Quòd verò ager ſit illius domini, facit, quòd dimidia pars ei correſpondeat, non verò quòd inuentio, vel portio inuentioni reſpondens ei competeret. Quare illud lucrum, quoad eam partem, credo omnibus dominis ex æquo acquiri, ſi ex æquo ſint domini illius ſerui.

Ego verò vtramque ſententiam probabilem eſſe puto: & idèd Ioannes Guidius *tract. de mineralibus, lib. 3. tit. 10. q. 34. num. 42.* ſic ait: [Quid, ſi communis ſeruus theſaurum inuenit? Reſpondeo, quòd ſi in alieno prædio inuenit, theſauri portio, quæ inuentori quaeritur, omnibus dominis pro ea parte, pro qua quiſque dominus eſt, acquiratur, *l. si is, qui §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Si verò ſeruus communis in fundo vnus ex dominis theſaurum inuenit, totus acquiratur illi domino, in cuius fundo theſaurus eſt inuentus, vt *d. l. si is, qui §. si communis ſeruus.* ſecundum intellectum Gloſſ. qui fuit intellectus Azorij *in Summa, C. de theſaur. lib. 10. in fine,* qui vult, quòd ſi duorum ſeruus in fundo vnus ex dominis theſaurum inuenit, totus domini fundi ſit; & ſic intelligit illam litteram, licèt ambigam. Sed ſecundum intellectum Alder. (vt *ibi* refert Gloſſ.) pro ea parte, quæ ſeruo quaeretur, ſi eſſet liber, quaeretur dominis, pro ea, ſcilicet, parte, pro qua quiſque eſt dominus ſerui. Et hæc opinio videtur ſatis rationabilis, vt dicit Marianus Socinus *in d. q. 2.* Sed Petrus, vt ipſe dicit, tenet præcedentem opinionem.] Hucvſque Guidius, qui poſteà *n. 43.* quaerit etiam: Quid, ſi aliquis ſit ſeruus, & vnus in eo habeat vſumfructum, alter proprietatem,

K

prietatem, & ipse thesaurum inueniat, cui quærat? Et respondet ex Socino, quòd si iussu vñfructuarij fodiendo in agro vñfructuarij thesaurum inuenierit, totus erit vñfructuarij. Si verò non data ad id opera thesaurum inuenierit, pars vna pertinet ad vñfructuarium, alia ad proprietarium, dict. l. si is, qui §. Quòd si seruus. quæ decisio est valde singularis. Et huic decisione consentit etiam ex Theologis Turrianus loco citato, num. 25. & Cardinalis Lugo, num. 125.

Ad quem spectat thesaurus inuentus ab vñfructuario.

R E S O L. IX.

Respondeo, illum ad instar extranei, qui thesaurum in fundo inuenit alieno, teneri thesaurum repertum cum domino proprietatis ex æquo diuidere. Ita Ioannes Garcia in tract. de expensis, cap. 22. num. 51. & alij ab eo citati per textum in l. Fructus 7. §. si fundum 12. in fine, ff. solut. Matrim. vbi maritus thesaurum, qui in fructu non computatur, in fundo dotali à se inuentum, pro dimidia tantum parte lucratur. Idem statuit Daniel Mollerus lib. 4. semest. cap. 27. num. 4. Nicolaus Boër. decis. 224. num. 9. hólque referens Berlicchius, part. 2. concl. practicabil. concl. 2. num. 59. pag. 58. Nihil refragatur huic sententiæ l. vñfructuarium 62. in principio, ff. de vñfruct. vbi vñfructuarium fera animalia, quæ nullius adhuc sunt, acquirit, si in fundo fructuario ceperit: atqui thesaurus est nullius, l. Nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. ergo hunc etiam totum acquirit: nihil, inquam, refragatur: nam, quæ nullius sunt, & fundo non cohærent, vt fera animalia, hæc ab vñfructuario occupata, ipsi tota cedunt: secus est in thesauro, qui terræ visceribus continetur, & ei loco, vbi absconditus iacet, quasi destinatus est, neque ad eum sine variis effossionibus perueniri potest, quas nisi permissu domini, facere non licet. Quòd si fortè fortuna, arando, aut colendo quisquam illum inuenierit; quia arare, & colere videtur nomine domini; æquum est, vt eius inuenti partem domino concedat, cuius factò, & voluntate quodammodo effectum est, vt ille thesaurum repererit. Quòd si ignorante domino, studiosè, datæque opera thesaurum perquisierit; quia facit, quod non licet facere in alieno; totus thesaurus ad dominum pertinebit. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Sixtinus de Regalibus, lib. 2. cap. 21. n. 50. Peregrinus de iur. fisci, lib. 4. tit. 2. n. 4. & 5. & ex Castillo, Garcia, Valenzuela, & aliis probat Amaya in Cod. lib. 10. tit. 15. num. 23. asserens, quòd vñfructuarium in loco vñfructus si inuenierit thesaurum, non faciet suum, cum non sit dominus, neque thesaurus in fructu, l. si is, qui 63. §. Quòd si seruus ff. de acquir. rer. dom. licet ratione inuentionis, quæ non videtur fieri contra domini voluntatem, dimidiam reportabit, tanquam si in alieno inuenisset. Et idè huic sententiæ ex Theologis calculum suum adiungunt Megala in p. 2. lib. 2. c. 4. q. 2. n. 19. Lessius lib. 2. c. 5. dub. 15. num. 61. Dicastillus lib. 2. tract. 2. diff. 9. dub. 15. num. 417. & alij.

Hinc optimè docet Gutierrez tract. de tutelâ, par. 3. c. 26. n. 12. quòd ad tutorem, vel curatorem non pertinet decima pars thesauri inuenti in fundo sui minoris, ex leg. si is, qui ad medium, hoc est, in §. Si communis seruus ff. de acquir. rer. dom. Non enim thesaurus vñlo modo est fructus fundi naturalis, aut ciuilis, text. in l. Dimortio §. si fundum. in fin. ff. solut. matrim. nec est etiam pars, vel portio aliqualis fundi; sed res prorsus separata, nihil cum fundo habens commune, l. 3. §. Neratius ff. de acquir. possess. & ibi Glos. verb. cepisse, & communiter scribentes DD. Molina d. c. 23. num. 4. Et sic vñfructus, qui habetur in fundo, non potest extendi ad thesaurum in eo inuentum. Igitur fructuarium, nec dominium, nec vñfructum habebit in thesauro, seu in eius media parte; sed statim liberè, & pleno iure

cedit soli proprietario, per d. §. si seruus communis. Itaque dicendum est ex his, quòd tutor, vel curator, cum sit fructuarium decimæ, non habebit partem thesauri inuenti in fundo sui minoris, nec eius vñsum: quia thesaurus non est in fructu, nec in commoditate fundi; sed donum Dei, & semel erutus non renascitur, & quæ non renascuntur, non censentur fructus, neque ad fructuarium pertinent; neque ex his, quæ non renascuntur, decima est danda tutori, ac curator.

Ad quem pertineat thesaurus inuentus in fundo maioratus.

R E S O L. X.

Molina Theologus de iustit. tom. 1. tract. 2. diff. 56. putat, quòd thesaurus in prædio vinculo primogenij ligato repertus, quoad portionem, quæ ex illo domino prædij debetur, integrè pertinet ad possessorem maioratus eo tempore, neque teneatur quicquam successoribus referuare. Ratio est: quoniam non est pars maioratus, imò neque fructus: quin potius, stando in solo iure naturali, & gentium, totus futurus erat primò occupantis: quòd sit, vt quòd dispositione iuris ciuilis possessori tunc, tanquam vero domino fundi debetur, nullum vinculum bonorum primogenij sortiatur; sed liberum omninò maneat, vt de illo, vt libuerit, disponat.

Hanc sententiam sequitur magis clarè, & distinctè Cardinalis de Lugo tom. 1. de iustit. diff. 6. sect. 11. n. 119. asserens, quòd, si thesaurus inueniat ipse maioratus possessor, pertinebit ad eum, saltem ratione inuentionis, & hoc etiam si ex industria quærat: quia id fecit, sciente, & consentiente domino, qui poterat consentire, cum nullus alius pro tunc sit dominus illius fundi, cuius consensus exigetur. Si verò alius inuenierit, idem videtur dicendum ob eandem rationem, pertinere, scilicet, ad possessorem maioratus id, quòd domino competit, cum non sit alius dominus directus verus illius fundi. Vnde ad eum pertinebit absque obligatione conseruandi, & transmittendi ad successores: quia, licet non sit fructus, est tamen emolumentum, & lucrum proueniens domino actuali, quæ lucra non debent ad successores transmitti. Sicut, si Rex donaret singulis Episcopis suæ Prouinciæ decem millia aureorum, illi quidem non essent fructus Episcopatus, & idè non deberent transmitti ad successores; sed pleno iure pertinerent ad possessorem actualem Episcopatus, tanquam lucrum fortuitum occasione sui Episcopatus sibi proueniens. Sic lex donat possessori agri illum thesaurum, vel partem illius, quòd est lucrum hac occasione proueniens successor, & ad ipsum, libero, & pleno iure spectans.

Verùm circa præsentem quæstionem ex Iurisconsultis, ne deseras recognoscere Molinam de primogeniis Hispan. lib. 1. cap. 23. num. 3. cum seqq. Ioannem Garciam de expensis, & meliorationibus, cap. 22. num. 50. Gutierrez tract. de tutelâ, part. 3. cap. 26. num. 11. & 16. & alios penes ipsos, firmantes, quòd maioratus possessori competat dimidia pars thesauri, quæ iure domino fundi competit, ex l. vnica, C. de thesaur. lib. 10. & leg. si is, qui §. communis seruus. el. 2. ff. de acquir. rer. dom. cum maioratus possessor, verus, ac plenus dominus sit, dominiùmque vtile, ac directum habeat.

Ad quem pertineat thesaurus inuentus in loco sacro.

R E S O L. XI.

Dimidiam partem ad fiscum pertinere, docet Harprechtus in institut. tom. 2. §. Thesaurus 39. num. 9. vbi sic ait: [Et si verò Interpretes nonnulli autumant, hodie iure pontificio thesauri in loco sacro, & religioso publico, vel

vel fundo eccleſiaſtico inuenti, partem dimidiam non ſiſco, ſed Eccleſiæ adiudicandam eſſe : cùm tamen iſthoc Doctorem pronunciatum nullo iuris canonici textu ſpecialiter proberetur ; à diſpoſitione iuris ciuiliſ, quod expreſſum eſt in cap. unico. *Qua ſunt regal. in ſin. & l. 3. §. penult. ff. de in re ſiſci.* non temerè erit recedendum, argum. leg. penult. *verſ. Neque enim ff. de rebus creditis.* Tameſi in caſu, quo Clericus theſaurum in loco eccleſiaſtico inuenit ; Eccleſiæ iſte theſaurus, ſi non ex aſſe, ex ſemiſſe tamen acquiri videatur, argum. cap. *Excommunicamus 13. §. Damnati. de Hæreſicis.*] Ita ille. Et ante illum Henricus Bocerus *tract. de Regal. cap. 3. n. 179.* & poſt illos Daniel Ottonus in *Differatione iuridico-politica de iure publico, cap. 11. num. 20.* modò non data opera, §. *Theſaurus 40. Inſtit. de rer. diuiſ. leg. 1. C. de theſaur. lib. 10.* vel artibus magicis ſit inuentus. Roſcent. *cap. 5. ſyn. feud. concl. 89.* Obrecht. *diſput. feud. th. 514. & ſeqq.* His enim caſibus, totus eſt Cæſaris.

Sed non deſeram hęc apponere opinionem Ioannis Caramuelis in *Theol. mor. lib. 2. num. 308.* vbi ſic ait : [Theſaurus inuentus in loco ſacro eſt inuentoris, ſi locus ille ſacer communis, & publicus ſit, vt Cœmeterium, Eccleſia conſecrata. Conſentit Couarruias *reg. Peccatum, 3. p. reſeſtionis, §. 2. num. 3.* Si locus ille ſacer non ſit publicus, mediam partem dandam illi Communitati, cuius eſt locus ille ſacer, & mediam inuentori, iudicant Nauarrus, cui ſubſcribit Molina *diſp. 56.* & Vaſquez *vbi ſuprà, num. 27.* & Dicaſtillus *lib. 2. tract. 2. diſp. 9. num. 414.* contra quos, pro mei aſſerti veritate, ſic arguo: Si ille theſaurus veniret inter loci ſacri dominum, & inuentorem diuidendus, id fieret maximè, quia ſic decerneretur iure naturali poſitiuo, aut canonico : atqui naturæ ius totum concedit inuentori: mediam partem theſauri, Eccleſiæ non concedit ius Cæſareum, quod non mutat bonorum eccleſiaſticorum dominia: Caſtellanum, ſi receptum, quadrantem inuentori, tres Regi adſcribit : canonicum nihil de huiusmodi theſauris diſponit, fortè nec poteſt. Quo igitur aquæductu ius in illius theſauri partem Prælatiſ, aut dominis Eccleſiaſiarum continget ? [Ita Caramuel, cui adde Hulricum Hunnium in *Reſol. iuris ciuiliſ, l. 2. tract. 1. q. 36.* aſſerentem, theſaurum inuentum in loco religioſo, pertinere totum ad inuentorem. Et ſententiæ Caramuelis ex parte conſentit Leſſius *lib. 2. c. 5. dub. 16. num. 64.* ſic aſſerens : [Theſaurus, ſi inueniatur in loco ſacro, vel religioſo, caſu fortuito, totus eſt inuentoris, vt patet §. *Theſaurus. Inſtit. de rerum diuiſione.* Idem habet Gloſſa *ad cap. Si quid inueniſti. 14. quaſt. 5.* & Summa Roſella *verb. furtum, n. 11.* Contrarium tamen etiam eſt probabile, quod tenent Couarruias, & multi alij, qui docent, dimidium deberi Eccleſiæ, vel Prælato : quia Eccleſia & Prælatuſ habentur pro domino loci ſacri. Verius tamen puto, quod dixi : quia Iuſtinianuſ, etſi optimè nouerat conditionem locorum ſacrorum apud Chriſtianoſ ; tamen in ſuis Inſtitutionibus confirmauit legem Adriani, cuius hæc eſt diſpoſitio, Vnde, cùm ius canonicum ei non derogauerit, videtur ſeruanda. Intelligo autem hæc de locis ſacris, & religioſis, omninò publicis, quæ in iure dicuntur eſſe nullius : ſecùs de Monafteriis, & ſimilibus, quæ ſpecialis dominij iure poſſidentur.] Hęc Leſſius.

Sed his opinionibus ego non aſſentior : quia Princeps ſæculariſ in præiudiciuſ Eccleſiæ nihil poteſt ex defectu poteſtatiſ, vt eſt notum. Neque vera eſt reſponſio adducta à Barboſa, quòd Eccleſia, quatenus eſt reſ ſacra, non eſt in dominio Prælatiſ ; ſed ſolius Dei, & tantùm dicitur eſſe Prælatiſ quoad tituluſ, & adminiſtrationem, cap. *Si tibi aſſenti. de præbend. lib. 6.* Cùmque locus ſacer non ſit in domino Prælatiſ, dimidia pars theſauri inuenti non pertinebit ad Prælatuſ, neque ad Deum, qui de his tranſitoriis non curat. Quæ ſanè doctrina indigna eſt viro grauiffimo: nam, etſi ſoleant dici bona Eccleſiarum, Dei eſſe cap. *Remoto. in ſine. 7. q. 1. c. Plerique. 8. q. 1.* vbi Gloſſ. *fin. cap. 1. 12. q. 2. cap. Cùm ſecundum. de præben. Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de Antonini Diana Pars IX.*

reformat. Cùm traditiſ à Nauar. in *Apolog. de reddit. qu. 1. monito 24.* & Deus illorum bonorum fidelem, & prudentem diſpenſationem Prælatiſ conceſſit, qui non ſunt domini, ſed diſpenſatores, cap. *Expedi. 12. q. 1.* verius eſt, huiusmodi bona in dominio eſſe Eccleſiæ particulariſ, cuius ſunt, vt penes Eccleſiam Salmaticenſem. Eccleſiæ nomine intelligo Communitatem ipſam cum Capitulo, diſt. cap. *Si tibi aſſenti.* ibi : *Vt tuum dici valeat.* vt doctè reſoluit Sarmient. *de reddit. 1. par. cap. 1. ex numer. 15. & 21.* & expreſſiùs Molina *de iuſt. 1. tom. diſputat. 142.* Neque ex hoc impeditur dominium Dei, ſicut non impeditur ex eo, quod legibuſ humaniſ introductuſ eſt, & illud, quod Deus in omneſ, & iſt omnia habet vt ait Sarmient. *ſuprà, num. 22.*

Dicendum eſt itaque, cùm reſ ſacræ, & religioſæ hodie ſint, quæ ad Eccleſiam pertinent, & per Pontificeſ, & Epiſcopoſ conſecrantur, non verò per priuatiſ perſonaſ, toto tit. *Extr. de religioſ. Domib. de conſecr. Eccl. & de Eccl. adif. cap. Eccleſiis. 68. diſt. & de conſecr. diſt. 1.* Si in loco Eccleſiæ inueniatur theſaurus, ad Eccleſiam, eiùſque Prælatuſ pertinere dimidiam theſauri, quæ ſiſco applicanda erat: nam iura ciuilia nequeunt ſtatueri, vt in præiudiciuſ Eccleſiæ queratur ſiſco, cap. *Eccleſia. de conſtit. & ſic erit cenſendus theſaurus in hoc caſu, tanquàm in alieno loco repertuſ, cùm non ſit cenſenda Eccleſia peioriſ conditioniſ, quàm priuatiſ. Et ita docent Doctoreſ, quòs ad ſatiatatem adducit Amaya in *Cod. lib. 10. tit. 15. n. 45. per tot.* quibus adde ex Theologiſ Filliucium *tom. 2. tract. 31 cap. 6. num. 158.* vbi ait : [Qui inuenit theſauruſ in loco ſacro, dimidium ſibi acquirit, & dimidium eſt Prælatiſ, cuius fuerit talis locus ſacer.] Ratio eſt : quia hòde Eccleſiæ in hac parte ſunt Prælatoruſ. Et idè Ioanneſ Vviggers *de iuſt. tract. 1. cap. 4. dub. 8. num. 25.* docet etiam, quòd ſi quiſ in loco ſacro inueniat fortuitò theſauruſ, pro media parte erit inuentoriſ, & pro media parte Eccleſiæ, ſiue Prælatiſ: ſi autem dedita opera ſine conſenſu Prælatiſ quaſierit, & inuenerit ; totuſ debetur Prælato : quia inquit, hodie Eccleſiæ, & loca ſacra ſunt Prælatoruſ: vnde eadem eſt ratio de inuentiſ in hiſce lociſ, quæ de inuentiſ in loco alieno. Quod etiam docuit Villalobos in *Summa, tom. 2. tr. 10. difficult. 20. n. 2.* ſic aſſerens : [Aunque los theſoros de Derecho de las gentes por no tener dueño, ſon de que loſ halla : mas de Derecho comun ſe ha de diſtinguir, porque ſi loſ halla en ſu propia heredad, ſon ſuyos, como dizen vnſ leyſ, y aunque tan bien dizen, que eſ lo miſmo, ſi loſ halla en lugar religioſo, ò ſagrado, y lo tiene por probable Leſio. Lo mas verdadero eſ, que en tal caſo la mitad eſ del Prelado, ò de a quel cuyo fuere el lugar ſagrado, como tienen Angelo, Silueſtro, Nauarro, Couarruias, y Antonio Gomez: porque ya el dia de oy laſ Ygleſiaſ ſe juzgan por de loſ Preladoſ, ò tienen dueño, y aſſi han de partir como en laſ demaſ coſaſ que ſe hallan en lugar ageno.]*

Adde vt obſeruat Eminentiffimuſ Dominuſ meuſ Cardinaliſ Lugo *tom. 1. de iuſt. diſp. 6. ſect. 11. num. 117.* quòd hodie vix reperitur locus ſacer, vel religioſuſ, qui non ſit ſub ſpeciali dominio alicuiuſ, ſaltem Communitatiſ, ad quam pertinebit theſaurus, vel totuſ, vel pars, vt ad dominuſ. Quod etiam præter Doctoreſ citatoſ, tenet Megala in *p. 2. inſt. lib. 2. c. 4. q. 2. n. 2.* Qui reſpondet ad §. *Theſaurus. inſt. de rer. diuiſ. & leg. unica. C. de theſaur. lib. 10.* quia non loquuntur de ſacriſ, & religioſiſ lociſ ſecundùm noſtruſ moduſ intelligendi ; ſed de illiſ ſacriſ lociſ, quæ cum autoritate Imperatoriſ publicè dedicabantur, vt in *l. Sacra. in princ. & ibi Gloſſ. 1. ff. de rer. diuiſ. & in l. vlt. ff. vi in poſſ. leg. & ita ſentit Saloniuſ *de iuſt. q. 66. art. 5. de theſaur. abſcond. conc. 4.* Non eſt igitur audienduſ Caramuel, & Leſſiuſ, qui ſe fundabant in iure Iuſtiniano.*

*Ad quem pertinet thesaurus inuentus
arte magica.*

R E S O L. XII.

Pertractat hoc dubium Bocerius *tract. de Regalibus, cap. 3. n. 180.* & sic ait: [Quæritur, cuius sit thesaurus magica alicubi inuentus arte? Aluarotus *ad tit. 56. Quæ sint regal. n. 8.* Ioann. Schneid. *ad §. Thefauros. n. 5. instit. de rer. diuis. Henricus ad Rosenthal in Synopsi iuris feudal. c. 5. concl. 89.* & eum sequutus Vltreius *lib. 1. de feud. c. 5. n. 7. pag. 96. in princ. tum etiam Ioannes Schonerus lib. 1. disp. feudal. disp. 4. thesi 83.* tradunt, hunc Thefaurum ex asse pertinere ad fiscum, vbi cumque inuentus fuerit. Verùm hanc conclusionem comprobare non ausim.

Si in fiscali, aut religioso loco incantatione quadam, & magica arte quæsitus, & inuentus fuerit, dubitandum non est, quin ex asse fisco cedat, per text. *in d. tit. 56. Quæ sint regal.* Similiter & cum thesaurum quis in proprio fundo qualibet arte legibus odiosa inuenit, fiscum iure sibi eum vindicare, cum Glossa, & Baldo *ad l. vn. C. de thesaur. lib. 10.* & Gloss. *ad d. §. Thefauros. in ver. Non data ad hoc opera. inst. de rer. diuis.* asserere nihil dubito. Sed eo modo per tertium aliquem repertum in alieno priuato loco thesaurum fisco inferendum esse, affirmare mihi religio fuerit: tum, quia id nulla lege cautum cenfeo, proindeque nec dicendum, *l. 5. in princip. ff. de probat. Nouel. 18. cap. 5.* tum, quia, licet Interpretes, quos contrarium sentire dixi, à Glossa, & Doctoribus communiter ita traditum esse *ad d. l. vn. C. de thesaur. & alibi* scribant? attamen Glossa, & Doctores loquuntur duntaxat de thesauro, quem quis in proprio fundo arte magica reperit: tum etiam, quia thesaurus in alieno prædio data opera inuentus, simpliciter, & sine distinctione ad dominium prædij pertinere totus dicitur *in d. l. vn. C. de thesaur. lib. 10.* & quidem iure naturali, vt arguit text. *in d. §. Thefauros. tunc. §. singulorum autem. vers. Commodius. & vers. seq. instit. de rer. diuis. & textus in d. l. vnic. in fin. C. de thesauris.* vt proinde, siue magica, siue non magica opera inuentus fuerit in alieno loco, ad eius loci dominum totus iure naturali pertinere videatur: tum, quia dominus ille, in cuius loco magica arte alius quispian thesaurum inuenit, ob malefici huius inuentoris crimen puniri diceretur, si thesaurus ille repertus totus fisco cederet, cum tamen peccata suos tenere debeant authores, nec vterius progredi, quàm delictum reperitur, *l. Sancimus. 22. C. de penis.* Tum postremò, quia Imperatores, Leo, & Zeno *in d. l. vnic. vers. Quòd si nobis. C. de thesauris.* non obscurè indicant, quòd etiam ille thesaurus, quem quis in alieno loco magica inuenit arte, totus ad loci dominum spectet. Verba legis dict. in vers. hæc sunt: *Quòd si nobis propter hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenit, totum hoc locorum domino reddere compellatur.* Notanda sunt verba, *præter huius legis tenorem.* Illis enim disertè significant Imperatores, quòd si quis, vel magica arte, vel data opera alieno in loco, domino inuito, vel ignorante, thesaurum scrutatus fuerit, & inuenit, necesse habeat totum illum thesaurum domino loci reddere. Nam & illud tenor eius legis vult, ne quis in suo, vel alieno loco arte magica thesaurum quærat. Nihil obstat huic nostræ sententiæ, quòd *in d. l. vnic. C. de thesauris.* eiusmodi scrutator, & inuentor thesauri, tanquàm temerator eius legis, puniri iubetur, & quidem extra ordinem, vt *ibidem* docent Bartolus *num. 11.* & Baldus *in princ. rectè per text. in l. 1. §. 1. vers. Quibus nulla ff. de effractorib.* non, inquam, id obstat: ex eo enim, quòd Imperatores ipsum magicum thesauri inuentorem pœna affici volunt, non sequitur, quòd & eo modo inuentus in alieno loco thesaurus non domino loci, sed fisco sit concedendus, siquidem peccata suos tenere debeant Authores, non extendi ad alios.] Et hæc omnia docet Bocerius *vbi supra.*

Nec etiam desinam hîc apponere verba Caramuelis *in Theol. moral. lib. 2. num. 295.* vbi sic ait: [Thefaurum inuentum magia superstitiosa addo ad fiscum pertinere. Sed petis, pertineatne totus ad fiscum, an solùm il la media pars, quæ deberetur inuentori, si aut casu, aut cum domini licentia reperiret? Lessius *lib. 2. c. 5. n. 66.* quem citat, & sequitur Dicastillus *de iustit. & iure, lib. 2. tract. 2. disp. 9. n. 407.* existimant, solummodo mediam partem mandandam esse fisco, & mediam alteram cessuram in vtilitatem domini fundi. Et probant: quia fundi dominus non debet esse peioris conditionis, cum thesaurus in fundo suo superstitiosè reperitur, quàm esset, si naturaliter reperiretur. Sed hæc ratio non vrget: quia ex natura rei, & secundùm legem naturalem nullum ius habet Petrus in thesauro à te in suo fundo repertum: ergo. Reipublicæ (hoc nomine Legislatorem ferentem, & populum acceptantem intelligo) erit liberum, dare hunc thesaurum superstitiosè inuentum, cui voluerit: nam, si non debetur Petro fundi domino, & tu, ratione criminis, de superstitione iustè condemnatus dominium in illum non acquiris, nemini erit iniuria, aut sibi appropriando, aut alteri cuiunque attribuendo. Ergo de superstitiosè inuenienti philosophatur eodem modo, ac de illo, qui industria inciuili thesaurum quæsitum inuenit. Nam vterque, ante condemnationem, erit totius thesauri dominus; post condemnationem, thesaurus inurbana industria inuentus cedit totus domino fundi; inuentus arte superstitiosa totus fisco.] Hucusque Caramuel.

Verùm mihi placet sententia communis asserens, quòd si thesaurus in domo tua; vel in fundo tuo à te esset inuentus magica arte, tunc fisco applicaretur, vt dixit Gloss. *in ver. Arte. in d. l. unica, C. de thesaur. lib. 10.* quia tunc à te aufertur, tanquàm ab indigno, *per l. 1. circa princ. ff. de iure fisco.* Si autem ab alio, tunc medium pertinebit tibi. Et idè Villalobos *in Summa, tom. 2. tr. 10. difficult. 20. num. 7.* sic ait: [Si el thesoro se halla por arte magica, en tal caso pertenece al fisco, conforme à vna ley. Y se si hallo por maleficio en heredad agena, el dueño de la heredad no pierde su parte, pues que no tuuo culpa, sino solo han de condenar al que le hallò.] Ita ille, cui adde Megalam *in p. 2. lib. 2. c. 4. q. 2. n. 14.* Lessium *lib. 2. c. 5. dub. 17. n. 65.* quibus adde ex Iuriconsultis Castillum Sotomaiorem de Tertius *tom. 7. cap. 21. num. 109.* Rippol. *tract. de Regalibus, c. 16. num. 40.* Harpprectum *in Instit. lib. 2. tit. 1. §. 39 num. 4.* Vultreium *de feudis, lib. 1. c. 5. n. 7.* Peregrinum *de iure fisci, lib. 4. tit. 2. num. 2.* & Doctores *in sequenti Resolutione* citandos.

*An thesaurus arte magica inuentus, & applicandus
fisco, sit ante iudicis sententiam
restituendus?*

R E S O L. XIII.

Affirmatiuè respondet Amaya *in Codicem, lib. 10. tit. 15. n. 18.* [Quia (ait ille) talis acquisitio non solum est contra legem positiuam, verùm & contra legem diuinam; & cum facultas suum faciendi thesaurum ita tribuatur, dummodo fiat licito modo, consequenter non poterit illum suum facere, atque ita nequit retinere in conscientia. Idque cõprobari poterit ex nostræ legis versu: *In alienis, vbi si in alieno loco thesaurus inuenitur, non fit inuentoris: quia talis apprehensio est interdicta.* vt notauit Platea hîc, *num. 8.* ergo pari modo, cum interdictum sit quærere arte magica, licitè non retinebitur, quod iure resistente acquiritur, Neque in contrarium facit, quod adducunt Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 176.* Gutierrez *de tutel. 3. part. cap. 26. & lib. 4. 1. par. q. 36.* & Filliucius *2. tom. tract. 3. 1. c. 6. n. 133.* existimantes, legem hanc esse pœnalem, & pœnam non antè deberi in conscientia, quovsque condemnatio sequatur, iuxta tradita ab eodem Gutierrez *lib. 2. Canon. quest. cap. 5. num. 14.* & Morla *Emp. tit. de legibus. quest. 9.*

quaest. 9. tota. Nam nego, legem nostram esse pœnalem, cum nullam deuiantibus pœnam statuatur, iuxta l. *Legis virtus. 7. ff. de legib.* sed tantum permittit thesaurum inuentori; dum tamen certo modo, & conditione quærat. Hic autem modus non est pœna: quod patet: quia in secunda parte, qui in alienis agris contra domini voluntatem inuenerit, puniatur tanquam temerator legis saluberrimæ: quæ pœna non imponitur in nostro casu. Accedit etiam, quod etsi verum sit, pœnam non deberi ante condemnationem, id procedit dumtaxat, quando imponitur pœna in re, cuius dominium est quæsitum. Siquidem, si lex ex iusta causa prohibet rei acquisitionem, tunc acquires statim, absque vlla Iudicis condemnatione tenetur in conscientia restituere, vt notat Morla *d. quaest. 9. num. 36.* At certum est ex supradictis thesaurum ea arte repertum non fieri inuentoris, sed fisci. Idem erit, quando pœna non imponitur vt pœna: sed tantum vt conditio, vel modus, vt accidit in præsentibus quo casu ante condemnationem restitueret. Ita docent multi relati à Gutierrez *d. lib. 2. can. cap. 4. n. 15.* & Molina *1. tom. de iust. q. 96. in fine.* Neque poterit dici, illam prohibitionem esse pœnam, vt aiebat Gutierrez *n. 21. in fin.* cum magis dicenda sit exceptio regulæ, in qua repertor non facit suum thesaurum inuentum.] Hucusque Amaya, qui pro sua sententia citat Molinam Theologum, Farinacium, Valenzuelam, & alios.

Sed, licet hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem negatiuam existimo, quam tuetur Villalobos in *Summa, tom. 2. tr. 10. difficul. 20. num. 7.* Megala in *p. 2. lib. 2. cap. 4. qu. 2. num. 14.* & Lessius *lib. 2. cap. 5. dub. 17. num. 65.* vbi sic: [Quid, si thesaurus per magiam repertus sit? Respondeo, in eo casu pertinere ad fiscum. Ita communiter Doctores ex *leg. vnica, Cod. de thesauris.* Notandum tamen, inuentorem non teneri illum tradere, antequam à Iudice compellatur, vt rectè Nauarr. *num. 175.* Ratio est: quia lex illa pœnalis est, & quidem sententiæ ferendæ, non latæ: nihil enim aliud dicit Imperator, quam se cuique in suis locis tribuere facultatem quærendi thesaurum, & inuento fruendi; dummodo sine sceleratis, ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa quærat. Hic nullum verbum habet, quo illum re ipsa priuet inuentis. Porro hic aduertendum est primò, si hic thesaurus quæsitus sit in loco alieno arte magica; solum eam partem adiudicandam per sententiam fisco, quæ fuisset inuentoris: quia dominus loci ob malefium alterius non debet suo iure priuari.] Ita Lessius, cui etiam adde Dicastillum *lib. 2. tr. 2. disp. 9. dub. 15. num. 407.* Malderum *de iust. tr. 1. cap. 7. dub. 2.* Ioannem Vviggers *de iust. tract. 1. c. 4. dub. 8. n. 23.* Trullench in *Decal. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 8. n. 10.* & Hurtadum *de iust. disp. 1. difficult. 35.*

Dico itaque, quod si thesaurus per magiam reperitur, adiudicatur fisco, vt dictum est, & communiter tradunt Doctores citati, & præsertim Lessius *vbi supra, ex eadem. l. Nemo.* Circa quod tamen notandum primò, inuentorem talem non obligari illum tradere, antequam à Iudice compellatur: quia lex ista, vt asserunt Doctores citati pro ea parte, pœnalis est, & quidem sententiæ ferendæ, non latæ: dicit enim tantum Imperator, se cuique in suis locis tribuere facultatem quærendi thesaurum, & inuento fruendi: dummodo sine sceleratis, & puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa quærat. Vbi nullum est verbum, quod ipso facto talem inuentorem priuet inuentis. Notandum secundò, si in fundo alieno per malam artem inuentus sit thesaurus, tunc esse fisco tantum adiudicandum pro ea parte, quæ fuisset inuentoris: nam dominus ob malefium alterius non videtur puniendus, nisi forsitan in illud consensisset, vt per talem artem ex eius fundo erueretur.

* * *

Ad quem pertineat thesaurus inuentus in loco publico.

R E S O L. X I V.

P Vtat Nauarr. in *c. Man. c. 17. n. 175.* & Sylu. *verb. Ieiunium, q. 3.* diuidendum esse cum fisco, aut ciuitate. Sed Couarr. in *reg. Peccatum, 3. par. relet. §. 2. n. 3.* limitat hanc doctrinam, vt intelligenda sit, quando inuenitur in loco publico, qui iure domini est fisci: tunc enim seruanda est doctrina supradicta, vt si inuentus sit thesaurus casu, diuidatur cum fisco; si verò de industria, totus sit fisci. Si verò thesaurus inueniatur in loco communi, v.g. in platea, aut calle, totus erit inuentis; & secundum hanc doctrinam intelligit Iura, quæ sunt de thesauris. Et ita præter Turrianum *tom. 2. disp. 43. dub. 2. n. 29.* tenet ex Vasq. Lessio, & Layman, Hurtadus *de iust. disp. 1. diff. 35.* asserens, totum Thesaurum pertinere ad inuentorem: quia locus ille nullius est, tanquam domini. Quod etiam docuit Villalobos in *Summ. tom. 2. tr. 10. diff. 20. n. 6.* sic asserens: [Quando se halla el theforo en lugar publico del fisco, ò de la ciudad, la mitad ha de ser del, que lo halla, y la mitad del fisco, ò de la ciudad, como consta del Derecho, y no ay aqui distincion de hallarle à caso, ò de proposito. Solo ay que aduertir, que se entiendo del lugar publico, en quien tiene la Republica especial señorio, como monte, dehesa, ò casa: porque si fuere lugar publico, que no tiene dueño, como si se hallasse en la plaza, ò en el rio, seria todo del que lo halla, como dize Couarruias, con otros, y le sigue Lessio: porque en estos lugares no tiene la Republica dominio, sino solo la iurisdiccion.] Ita ille.

Dicendum est itaque, quod si quis inueniat thesaurum in loco publico, qui dicitur esse nullius, vt in platea effossa, aut in flumine, totus cedit inuentori. Secus tamen si in loco publico, qui non tantum quoad iurisdictionem, (prove etiam via, & plateæ publicæ dicuntur esse Principum;) sed etiam quoad domini proprietatem pertinet ad Cæsarem, aut fiscum: tunc enim fortuito inuentus cum illis erit diuidendus; de industria quæsitus totus erit Principis, vt sumi potest ex *Instit. de rerum diuis. §. Theſauros.* Vide etiam, præter Doctores citatos, Ioannem Vviggers *de iust. tract. 1. cap. 4. dub. 8. num. 25.* Trullench in *Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 8. n. 8.* vbi ex Lessio, *vbi supra,* obseruat, quod, quando agitur de locis publicis, nihil interest, vtrum fortuito, siue de industria, inuentus sit: nam locus publicus, non censetur alienus, sed communis; illa autem distinctio solum habet locum in loco alieno.

Sed hic non deseram apponere casum, quem ponit, & resoluit Guidius *tract. de mineralibus, lib. 3. tit. 10. num. 39.* Quidam puer in loco publico thesaurum inuenit, cuius vitricus illum vendidit Campfori, & Campfor fudit, & argentum vendidit, an vitrico existente non soluendo, possit procurator fisci agere contra Campforem ad pretium redactum ex argento fuso? Dominus Thomas Doccius Senen. in *l. Si eum seruum. ff. si cert. pet.* determinat, quod non: quia Campfor fuit, siue censetur fuisse in bona fide, & habet illud pretium ex causa onerosa. & sic non lucratur cum iactura aliena. Sed vitricus bene potest ad pretium conueniri per procuratorem fisci: quia habet illud ex causa lucratiua. Et ita dicit præfatus Doctor, se illis temporibus consuluisse. Mouetur ex not. *ibi* per eum ex illo textu, quod ita demum in particularibus pretium succedit loco rei, si ille, qui habet pretium, habeat illud ex causa lucratiua; secus si ex causa onerosa, vt not. in *l. Mater. C. de rei vend. ex quo* limitatur Glossa in *l. ff. de dist. pign.* quæ dicit, pretium extractum ex re hypothecata in subsidium, esse obligatum creditori: pro qua Glossa allegatur rex. in *leg. fin. §. Licentia. C. de iure delib.* quia illa Glossa verum dicit, quando pretium est apud creditorem ex causa lucratiua; secus ex causa onerosa, vt est de mente illius Glossæ; & Bart. in *d. l.* & Doctores in *l. Mater.*

An sciens in fundo latere thesaurum, possit licite pretio corrente emere illum fundum?

RESOL. XV.

Prima opinio negat : & ita ex Angelo, Armilla, & Tabiena docet Hurtadus *de inst. & iur. disp. 1. dif. 35*. Quia fundus, in quo latet thesaurus, supposito iure positio lato in fauorem domini fundi, pluris valet quasi intrinsecè, quàm absque thesauro latente : quia supposito eo iure habet ius ad totum thesaurum, si ab ipso inueniatur, & etiam si inueniatur ab altero ex industria illum quærente, & habet ius ad dimidium, si casu inueniatur ab altero : ius autem prædictum alicuius valoris est supra valorem fundi præcisè. Et licet thesaurus ante inuentionem, seu captio-nem, nullius sit, nec domini fundi, quia non est fructus Fundi; & idè nec fiat ementis: nihilominùs, quia existens in fundo aliquo efficit non naturaliter, sed iure positio Cæsareo, quòd fundus ipse pluris valeat quasi intrinsecè ratione iuris prædicti ad ipsum thesaurum, si inueniatur, idè nequit licitè, & absque iniustitia emi pretio communi à sciente adhuc tantùm suspiciosè in eo latere thesaurum. Addimus, à sciente : quia ab ignorante, & bona fide procedente potest absque iniustitia, & absque obligatione restitutionis. Et idem est de emente bona fide fundum, in quo latet vena, & de emente bona fide lapidem pretiosum : quia res istæ, quando bona fide emuntur, & venduntur, emuntur, & venduntur subiectæ malis, & bonis euentibus, præsertim valdè extraordinariis, vt vsus, & consuetudo ostendit. Itaque videtur emptio ista facta à domino ignorante, quòd sit illicita, vt pote facta cum damno venditoris notabili: non enim seruatur æqualitas inter pretium, & rem : ergo emens tenetur manifestare domino agri: sicut vendens tenetur manifestare vitium occultum rei vendendæ, quòd emens ignorat. Et nullus dubitat, si sciretur à te in tuo agro esse thesaurum, magis æstimandum esse agrum illum, cum venditur. Similiter, si quis veniat, & vendat rem pretiosissimam vtili pretio; & ego, qui volo emere, scio valorem, teneor dare valorem rei, & non tantùm communem, iuxta ignorantiam venditoris: ergo similiter sciens in alieno agro esse thesaurum, ignorante domino, tenetur dare pretium æquiuale, iuxta valorem thesauri, deductis expensis: ac proinde facit contra iustitiam emens agrum communi pretio, & tenetur ad restitutionem. Itaque videtur emptio ista facta domino ignorante, quòd sit illicita, vt pote facta cum damno illius.

Secunda opinio affirmat. Ita D. Thomas, Bañes, Salion. Aragon, Vasquez, Lessius, Becanus, & alij penes Hurtadum, quibus adde Eminentissimum Dominum meum de Lugo *tom. 1. de iust. disput. 6. sect. 11. n. 126. & seq.* Rebelium *lib. 1. par. 1. quest. 15. sect. 11. n. 15*. Dicastillum *lib. 2. tract. 2. disput. 9. dub. 15. num. 413*, Malderum *tract. 1. cap. 7. dub. 2*. Layman *lib. 3. tract. 1. cap. 5. num. 23*. Caramuel *in Theol. mor. lib. 2. num. 307*. Rodriquez *in Summa, tom. 2. cap. 160. num. 4*. Turrianum *in 2. 2. tom. 2. disp. 43. dub. 2*. Sixtinum *de Regalibus, lib. 2. cap. 21. num. 43. & seq.* Berlicchium *in conclusionibus practicabilibus. part. 2. concl. 66. num. 5*. Probat hęc opinio : quia, nimirum, pretium iustum rei sumitur præcisè, non ex maiori vtilitate rei; sed ex communi æstimatione hominum : quanuis enim in se sit vtilissima, dum tamen homines communiter parui eam æstimant, paruo pretio apud homines emi potest, dum tamen non sit ignorantia circa rem ipsam. Exemplum vulgare est, quando Pharmacopola peritissimus agnoscit vtilitatem magnam in herba aliqua aliàs vili, & quæ in fascia herbarum est, vt cum aliis vendatur in pabulum iumentorum; potest enim fascem pretio communi emere, Item, qui scit decretum factum de Curia Regia aliò transferenda, potest in illo loco domos vili pretio emere, vel conducere, licet, propter decretum illud adhuc non pro-

mulgarum, vtiliores multò sint. Ratio autem est : quia illa maior vtilitas, quam res habet, cognita soli emptori non auget eius apud homines æstimationem, quæ est immediata regula, & mensura pretij iusti, & humani. Hęc autem ratio æquè procedit de vena metalli latente, ac de thesauro: vt rumque enim, dum latet, non auget æstimationem humanam illius agri, quia eadem omninò res latens minoris multò pretij est, quàm patens; idè iustè emit venam metalli latentem emptor, (nam illam etiam simul cum agro emit) pretio inferiori, quia in eo statu latentis non plus valet. Sic etiam emit, non quidem thesaurum, (quia hic nondum est venditoris;) sed ius ad thesaurum ibi existentem, vel ad partem illius: ius tamen latens adhuc, sicut & ipse thesaurus latet, pretio inferiori : quia ius illud latens in eo statu non plus valet, nec pluris vendi, vel æstimari solet : vnde, siue emptor id sciat, vel nesciat, non tenetur postea ad refarciendum, vel augendum pretium, siue thesaurus, siue auri vena denuò reperiatur. Et hęc est ratio legitima, & vniuersalis huius conclusionis. Nec interuenit ignorantia rei venditæ: nam venditor scit se vendere agrum cum iure ad metalli venam, vel ad thesaurum latentem, si scit. Itaque dominus agri in isto casu non est dominus thesauri : quia thesaurus non est fructus agri, & ante manifestationem nihil thesauri ad eum pertinet, etiam ex dispositione iuris; ergo inueniens thesaurum, vel sciens ibi esse, nullam facit domino agri iniuriam non manifestans illi thesaurum : ergo stando in iure naturæ, siue casu, siue ex industria inueniatur thesaurus, totus est inuentoris : sicut & alia bona communia sunt primò occupantis : ergo, qui emit agrum illum communi pretio, iustè emit, etiam existente qualibet dispositione iuris humani ex relatis.

Nec obstat aduersus supradicta asserere, emptorem ante venditionem inuenisse, cum thesaurus in fundo sciuerit: quia non sola scientia, sed simul etiam apprehensio ad thesauri inuentionem requiritur, l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. vel amitt. possess. & inferius, n. 31. & seq. vberius docebitur. Nec vrget, quòd dolus suus nemini, adeoque nec huic emptori prodesse debeat, l. 1. ff. de dol. l. Itaque. 12. §. 1. l. Eum, qui. 14. §. It autem. ff. de fur. Negatur enim, emptorem in proposito casu dolum commisisse : cum cuius iure concessum sit, vt fundum alienum vilitatis suæ, si que etiam thesauri effodiendi gratia, sibi comparare queat. At, dicit aliquis, hoc ipso emptorem dolosè egisse, quòd venditori non reuelauerit thesaurum in ipsius fundo esse reconditum. Sed responderetur, quòd hoc facere non tenebatur : idèoque, quanuis omiserit, doli argui non potest: maximè cum is dolus demum legibus vindicetur, qui cum fraude, id est, damno alterius coniunctus est, l. iuris gentium. 7. §. Sed si fraudandi. ff. de pact. vbi Vlpianus inquit : *Inest dolo & fraus*. hoc est, dolus, qui consideratur à lege, fraudem in se contineat, alterique damnum afferat, necesse est. Emptori igitur dolus obiici à venditore nequit: cum nullum damnum in bonis suis acceperit. Neque verò dici potest, thesaurum à venditore esse venditum, & sic actione ex vendito eum aduersus emptorem experiri posse, aut certè vsurum remedio leg. 2. C. de rescind. vend. vt, si pretium thesauri, & fundi venditi coniunctum duplo maius sit, quàm quòd venditori datum est, contractus aut rescindatur, aut quòd iusto pretio deest, suppleatur, tradente Romano in l. Si quis, cum aliter. 36. ff. de verbor. obligationibus. Nam non conceditur, fundo vendito, thesaurus venditum intelligi. Cum enim sub terra adhuc lateat, nec apprehensus sit; in nullius esse dominio censetur; ac proinde eius nulla venditio est: & consequenter remedio d. l. 2. C. de rescind. vend. quòd de rebus venditis maximè competit, locus esse non potest, l. Si in emptione. 34. §. 1. ff. de contrab. empt. Connanus *lib. 3. Commentar. c. 4. n. 4*. Fachineus *lib. 2. controu. iur. c. 20. vers. Quarto controuertitur*. Atornæus *decision. forens. lib. 1. decis. 1. latè D. Bocer. tr. de Regalibus. c. 3. n. 86. & seqq.*

Verùm, licet hęc secunda opinio stricto iure sese habeat,

beat, si tamen æquitate) quæ omnibus in rebus hoc requirit, ut inter bonos bene, & sine omni fraudatione agatur, nec quisquam ex callido suo facto lucrum reportet) pendatur, theſaurum hunc inter venditorem, & emptorem æqualiter diuidendum esse, non vsque aded ineptè quidam existimant. Cùm enim emptor theſaurum in fundo reconditum esse sciuerit, hæc utique scientia ipsum quodammodo in mala fide constituit, argum. in l. 32. §. 1. ff. de usurpat. & usucap. l. Si vina. 15. vers. Plane. ff. de peric. & comm. rei vend. l. Iulianus. 13. §. idem Iulianus. 6. ff. & l. quero. 39. ff. de actionib. empt. & vend. item l. ult. C. Unde vi. Fingitur itaque, emptorem iam tum inuenisse theſaurum, cùm fundus adhuc alienus esset. Si namque venditor sciuiſſet theſaurum, non ita vendidisset: & emptor, nisi sciuiſſet, non emisset. Quare æquissimum putatur, ut per actionem in factum subsidiariam, officio Iudicis simul Implorato, dimidium venditor consequatur, argum. l. Quadam. 9. ibi, per metum in factum actionis. Ibidemque Bartol. n. 1. ff. de edend. & docet Zasius in §. Actionum. 28. n. 32. infr. de actionibus. ubi ait, hanc actionem in factum esse ita generalem, & effectam, ut non possit aliquo catholico, vel communibus aliquibus regulis coerceri. Atque ita in disceptatione forensi, si talis casus incideret, se iudicaturum asserit Franciscus Connanus lib. 3. Comment. iur. civil. c. 4. n. 4. Sed hanc sententiam Connani refellit Berlicchius in conclusionibus practicab. ubi supra, par. 2. concl. 66. n. 5. Vnde, si aliquis absolute vellet adhærere opinioni D. Thomæ, & aliorum, se, curus esset in conscientia.

Et pro coronide huius Resolutionis nota cum Magistro Serra in 2. 2. D. Thoma. tom. 2. q. 66. art. 5. dub. 1. & Bannes ibidem, concl. 5. ad 1. quod si aliquis in saccis, quos miles in urbis expugnatione cepit, putans solo tritico plenos esse, sciret esse vala aurea; posset illos emere, tanquam solo tritico plenos; & non teneretur militi, quod ipse scit, indicare; nec miles vnquam dominus valorum aureorum factus fuit: quia non intendit illa occupare, & saccos vendidit, antequam sciret, quid lateret. Item, si quis sciret, equum bibisse margaritam in flumine, posset equum communi pretio emere, & non teneretur revelare domino equi, quod scit. Et hoc etiam docet Lessius lib. 2. c. 5. dub. 15. n. 60. asserens, quod si hostis sacco lupulo referos abstulit, in quibus laminæ erant aureæ, & argenteæ conditæ, si postea saccos vendidit, non habere ius ad laminas, neque ad pretium pro illis exigendum: quia, cùm laterint dum ipse dominus fuit saccorum, non acquisiuit earum dominium. Sed distinguendum putat Lugo ubi supra, n. 130. nam, si (provt fieri solet) in deprædatione saccos rapuit, volens illos occupare, quidquid id esset, quod intus contineretur, factus fuit dominus auri, & argenti: si autem intentionem limitauit ad lupulum, quia nihil aliud contineri credidit, non acquisiuit laminas: interim tamen illæ non sunt in nullius bonis; sed sunt in dominio hostis, cùm miles non voluerit adhuc eas sibi acquirere. Vnde, qui à milite saccos emit, si ius habeat expoliandi hostem; potest quasi in prædam sibi laminas usurpare: sin minus, debet, vel antiquo domino, qui adhuc dominus permanet, reddere, vel manifestare illis, qui ius habent deprædandi, & ab eis minori pretio eas emere, quasi in præmium talis manifestationis, & occasionis lucrandi, quam potuisset eis non offerre. Sed opinio Lessij, Serræ, & aliorum absolute probabilem esse puto, quam tueretur etiam Caspensis in Cursu Theol. tom. 2. nr. 18. disp. 6. sect. 2. n. 11. ubi sic ait: [Quod diximus de thesauro inuento in re immobili, idem est dicendum, si inueniatur in re mobili: ac proinde, ut rectè Lessius, si miles, qui ab hoste suscepit saccos lana plenos, in quibus hostis laminas auri apposuit: si hic miles ignorans vendat saccos illos communi pretio lanarum; emens potest sibi retinere laminas, & iuste emit saccos communi pretio: quia miles non erat dominus laminarum aurearum; eas enim non occupauit, & ignorabat.] Ita ille, cui adde Trullench in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 8. n. 7.

An pecunia abscondita, & inuenta, quæ propriè non sit theſaurus, sit restituenda, & quomodo?

RESOL. XVI.

Superius cursim de hoc egimus: nunc verò aliqua verba Doctorum magis indiuidualiter adducam; idè sic asserit Rebellius par. 1. lib. 1. q. 15. sect. 2. n. 16. [Notandum, si quis in domo, vel alio in loco pecuniam absconditam, vel quidpiam aliud reperiat, quàm prior possessor, de quo adhuc extat memoria, per obliuionem, aut recuperandi impotentiam, ut tempore belli contingit, ibidem reliquerit; illi, vel hæredibus restitui debere, vel si non compareant, eo modo, quo alia bona incerta; restituenda esse, ed quod non censeatur theſaurus in hac materia, nisi occultatio ita antiqua sit, ut domini, vel occultationis, nulla penitus memoria extet; provt cum Baldo ex iure probat Nauarr. c. 17. num. 175. Valascus de iure emphyreusis, quest. 15. num. 8. Si quid tamen pecuniæ, vel auri, vel argenti in superficie terræ inueniretur, quod alicuius domini quantuncunque ignoti fuisse credatur, nec theſaurum esse, nec quoad partem aliquam retineri posse; sed ut alia bona incerta restituenda esse, aliqui arbitrantur: quod si nullius vnquam domini fuisse coniciatur, esse primò capientis: si tamen pars theſauri esse crederetur, idem, ac de toto thesauro iudicium foret.] Ita Rebellius.

Sed Theologo Iurifconsultum addamus, Matthæum Berlicchium, videlicet, in conclusionibus practicabilibus, par. 2. concl. 66. num. 25. ubi ita ait: [Constat, si quidem pecunia sub terra, vel alio loco recondita inueniatur, & eius forma cognosci possit, quæ adhuc nostris temporibus fuerit excusa, nec memoriam hominum excedit, quod illa pecunia inuenta inuentori non cedit, nec reputatur pro thesauro; quanuis ignoretur, à quonam fuerit recondita, per text. in l. A tutore pupilli. 67. ff. de R. V. Ioan. Garzia tract. de expens. & melior. (ubi ita in Regno Hispaniæ obseruatum testatur) cap. 22. Et idè, si dominus huius pecuniæ repositæ ignoretur, consultum est inuentori, ut is in templo per ministrum Ecclesiæ, vel publicum præconem, vel libellum, proclamari faciat, se inuenisse pecuniam, & vero domino redditurum. Text. expr. in l. Falsus creditor. 43. §. Proinde videamus. 8. sub fin. ff. de furt. & debet tempus assignari, intra quod dominus appareat, & pecuniam inuentam vindicet: si verò intra illud tempus nullus inueniatur, tunc de iure communis tota, & integra pecunia inuentori cedit, quanuis aliqui in hoc casu pecuniam inter pauperes distribuendam statuunt.] Hæc Berlicchius.

Et quidem hoc vltimum ex cap. Si quid inuenisti. & c. Multi. 14. qu. 5. tradit Caietanus quest. 66. art. 5. & ibi aliqui recentiores Thomistæ & alij Rebellius de obligationibus iustitiæ, lib. 2. quest. 12. Lessius lib. 2. cap. 14. num. 49. Molina disput. 746. & 52. §. Illud etiam obserua. Nauarr. cap. 17. num. 92. & 171. Couarruias ad regul. Peccatum, p. 3. §. 1. num. 2. & 5. Valentia disp. 5. quest. 10. punct. 2. Azuedo lib. 6. tit. 5. lib. 4. recopilat. Cassaneus citatus à Couarr. & plures ex illis existimant, non pertinere ad Regem disponere de his rebus inuentis, cùm potius in pias causas pro animabus eorum, quorum sunt, ex iure naturæ debeant expendi. Atque aded iniustæ sunt leges, quæ disponunt, & statuunt, ut animalia oberrantia tradantur Cameræ Regis, vel aliis, quibus ex priuilegio Regis sunt concessa. Vnde, præter Doctores citatos, mordicus hanc sententiam sustinet Syluius in 2. 2. D. Thoma, quest. 66. artic. 5. concl. 8. sic asserens: [Res inuentæ, quæ de propinquo fuerunt alicuius, sed earum dominus inueniri non potest, etiam post diligentem inquisitionem, ut factis proclamationibus, affixis schedulis, & si quid aliud addi possit; non sunt inuentoris, sed erogari debent in pauperes, piæve causas. Non fieri inuentoris, tamen si quidam ita opinentur, probari potest: quia neque per legem, neque per domini

voluntatem dominium in ipsum transfertur; non per legem, quia nulla est lex, quæ inuentori appropriet dominium earum rerum, quas inuenit, si ipsæ fuerint de propinquo in alterius proprietate, & possessione. Non etiam per voluntatem domini: qui enim res suas perdunt, non volunt, ut fiant inuentoris; sed ut sibi reddantur: unde solent eas diligenter requirere, & gratias agere, si reddantur, etiam postquam desierunt querere. Quod autem aliqui sic loquuntur, quasi habeantur pro derelictis parum refert: quia in rei veritate non ita est, cum dominus nec eas abiecerit, nec earum dominio exciderit. Huc pertinet illud August. *serm. 19. de verbis Apostoli, c. 8. Quod inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Et c. 6. Deus in lege sua dicit, inuentionem, tanquam alienam, esse reddendam. Esse pauperibus erogandas, probatur: quia reuera habent dominum, quanuis ille nequeat inueniri: ergo sunt expendendæ secundum verisimilem domini voluntatem: atqui merito præsumitur ea esse domini voluntas, ut conuertantur in opera misericordiarum: ergo in ea sunt conuertendæ.] Hucusque Syluius.*

Sed ego satis probabiliter assero, inuenta post sufficientem inquisitionem posse retineri ab inuentore, nec teneri de præcepto ea alteri tradere, etiamsi diues sit. Ita vniuersaliter docet Sotus *lib. 5. de iust. q. 3. ar. 3. ad 2. in fin.* & pro hac sententia referuntur Ledesma *2. p. 4. q. 18. ar. 5.* Sarmiento *lib. 6. select. c. 10.* Probatur hæc opinio: quia nec iure naturæ, nec positio debentur pauperibus: ergo nullo modo debentur: quia, si inuenta deberentur iure naturæ pauperibus, etiam thesauri inuenti deberentur illis; quia etiam habuerunt dominum, cuius animæ prodesse possunt. Quod autem iam olim, vel nuper habuerint dominum, nihil refert ad hoc, ut animæ domini spiritualiter prodesse possint: sed hoc nemo dixit de thesauris; ergo nec dicendum de aliis rebus inuentis. Quod verò inuenta non debeantur restitui ex iure aliquo positio probat Sotus: quia *c. Cum tu. de usuris, & alia iura, quæ præcipiunt restitutionem, tantum loquantur de debitis incertis iniuste acquisitis, quorum dominium transire non potest in iniustum, & iniquum possessorem propter malam fidem, & quia nullum habet titulum possidendi: atqui inuentio, titulus est iustus diuinæ providentiæ: & ut lex civilis, ait, bonæ fortunæ inuentoris tribuenda. Caput autem, Si quid inuenisti. siue sit Augustini, siue Hier. & c. Multi. 14. q. 5. aliaque iura, quæ de rebus inuentis loquuntur, solum agunt, quando eo animo retinentur inuenta, ut etiamsi dominus appareat, nolit inuentor ea restituere; vel quando inuentor nullam vult facere diligentiam ad inquirendum dominum, ut notauit Gloss. & aperte constat ex ipsis verbis text. Quod si aliqua iura dicunt, ut expendantur in pios vsus, loquuntur de consilio, non de præcepto. Vide etiam Layman *lib. 3. ar. 1. cap. 5. num. 25.* & alios, quos adducit, & sequitur Caramuel. *in Theol. mor. lib. 2. num. 322.* Obseruandum est tamen pro praxi, prudentis viri arbitrio ex circumstantiis æstimandum esse, quanto tempore expectare debeat inuentor, donec rem inuentam alienare, vel absumere possit. Quod si verò post alienationem, vel absorptionem bona fide factam, dominus comparet, nihil ipsi restituendum est, nisi quatenus inuentor locupletior inde factus est. Similiter nec pauperes, si in eos rei inuentæ distributio facta fuit, aliquid restituere debent; nisi res in specie extet, vel inde locupletiores facti sint, dominusque reperat. Vide Syluestrum *verb. Restit. 8. quest. 4.* Molinam *tom. 3. postter. tract. 2. disp. 746. in fine.* Denique sunt bona, quæ speciali nomine, vacantia, appellantur; & sunt ea, quorum dominus sine testamento decessit, nullo, vel incognito relicto hærede, qui secundum leges ab intestato succedat: tunc eius bona ad fiscum deuoluuntur, sicuti habetur in l. 1. l. Vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Præterquam si peregrinus, seu hospes, cuius hæredes ignorantur, alicubi intestatus moriatur: nam huius bona ita vacantia ab Episcopo loci in pias causas erogari debent, iuxta Authent. *Omnes peregrini. C. Communia. de successioneibus.* Sed hæc omnia dicta esse vo-*

lo, seclusis legibus Regni Hispaniarum, de quibus Molina *d. disp. 146.*

Et si aliquis hic obiter querat, an inuentor possit aliquod præmium exigere à domino rei inuentæ? Respondetur, non posse exigere tanquam debitum, nisi promissio, vel pactum aliquod præcesserit; quia tenetur ex iustitia reddere, quicquid alienum inuenerit; sed neque potest recipere, si appareat, quod dominus donet ad redimendum vexam: ex liberalitate autem domini aliquid humiliter petere, vel recipere, non est illicitum; uti nec accipere recompensationem eius, quod inuentor impendit in querenda, vel seruanda re inuenta.

An vena auri, & argenti acquirantur inuentori, vel Regi?

RESOL. XVII.

AD hoc dubium sic respondet Caspensis *in cursu Theol. mor. tom. 2. tract. 18. disp. 7. sect. 2. n. 5.* Supponendum est, metalla auri, & argenti, & similia inuenta in loco priuato, esse domini loci illius, tanquam fructus terræ, cuius est dominus. Ex legibus tamen humanis quædam pars solet applicari domino talis agræ, & quædam pars Regi, & pars etiam inuentori. Iure tamen naturæ, quæ inueniuntur in loco communi, sunt primò occupantis. Quanuis autem venæ auri, & argenti, & aliorum metallorum magnæ æstimationis, iure communi, vel gentium applicentur Regibus, vel per leges particulares Regnorum, quia ita expedit bono communi: nihilominus, quando aliqua lapidicina inuenitur in agro Petri, v. g. est Petri, etiam per leges humanas: quia huiusmodi venæ lapidum non sunt tantæ æstimationis, & ita computantur cum ipso agro, & veniunt in accessionem agræ: at venæ auri, vel argenti, &c. non veniunt in accessionem agræ ex iure humano, Instit. *de rer. diuis.* Et quia venæ istæ sunt à natura in bonum publicum, & non priuatum destinatæ, & difficillimè inueniuntur, ob quam causam, licet, quando inueniuntur in agro Petri; sint ipsius Petri secundum ius naturæ, tanquam fructus ipsius agræ; & quando inueniuntur in loco communi, sint primò occupantis secundum idem ius: nihilominus iustis de causis per leges humanas applicantur huiusmodi metalla inuenta, siue in loco publico, siue priuato, Regibus, & Principibus. Et in hoc differunt huiusmodi venæ repertæ in talibus locis à thesauris inuentis in eisdem locis. His omnibus assentitur etiam Franciscus Syluius *in 2. 2. D. Thoma, q. 66. ar. 5. concl. 8. vbi ita asserit: [Querri posset de venis auri, argenti, aut alterius metalli. Breuiter dicimus, eas iure communi esse nullius, atque aded id, quod inuenitur, & apprehenditur, seu exportatur, totum fieri occupantis, si fortuitò fuerit inuentum, etiam in agro alieno: si autem de industria fuerat questum in alieno fundo, sine consensu domini; sola medietas videtur esse inuentoris: quia ius querendi, & effodiendi solum competit domino fundi, stando in iure communi. Nihilominus, quia ab authore naturæ talia videntur in commune, & publicum bonum ordinata; Princeps potest sibi vindicare istas venas in vtilitatem Reipublicæ, ac priuatis concedere facultatem eas querendi, etiam in alieno agro, modò compenset damnum agræ. Neque idem omnino iudicium est de illis, quod de lapidicinis, carbonariis, & similibus, quæ pertinent ad dominum fundi, in quo repertiuntur, neque possunt à Principe vindicari: quia auti fodinæ, & aliæ venæ metallicæ maioris sunt æstimationis, quam ut sint propriæ alicuius vilis agræ magisque decent Principem, aut Magnatem, quam plebeium quempiam. Secus de carbonariis, & lapidicinis.] Ita Syluius.*

Sed Theologis Iuriscōsultos coniungamus. Dico itaque cum ipsis, quod dicta in hoc Tractatu non procedunt circa mineralia, auti fodinas, argenti fodinas, vel venas cuiuscunque metalli: nam huiusmodi res sunt partes fundi, & in bonis illius, qui fundi dominus est, & in fructu esse censentur,

sentur, l. *Diuorsio* 8. §. *Si vir. vers. Sed si creti fodina. l. si fundus* 9. ff. *Sol. matr. iuncta l. item, si fundi* 9. §. *sed, si lapidicina. l. Equissimum* 17. §. *Inde est questum.* aliàs est l. *Si cuius* 13. §. *Inde ff. de usufr.* docet Garcias de *expen. cap. 12. num. 47.* & idè ipsius venditoris debent censerì, quia in illo minerali habet dominium, sicut in toto fundo; & sicut illud, quod superius respondet superficièi mei fundi, censetur meum vsque ad cælum, l. *Altius* 8. C. de *seruis.* Sic etiam, quod est sub fundo meo, debet censerì meum vsque ad Inferos, vt notat Cæpolla de *seruis. rustic. cap. 22. num. 4.* & in l. *Iner publica* §. 1. n. 10. ff. de *V. S.* At thesaurus diuersam habet rationem: nam per se subsistit, & est quid separatum à fundo repositum in eo causa custodiæ, & idè nihil commune habet cum ipso fundo, §. *Nerarius.* Cæterùm vena cohæret solo, & ipsius pars est: & ita, qui dominus est fundi, debet censerì quoque dominus partis cohærentis, l. *Fructus* 44. ff. de *rei vend.* vt notat Barbosa in *leg. 8. §. Si vir num. 22. ff. solut. Matrim.* Quapropter in hoc casu habebit locum remedium l. 2. C. de *rescind.* si fortè minoris distractus fuerit fundus, quamuis tales metallorum venæ à principio ignorabantur. Hodie tamen ex l. *Regni* 2. tit. 13. lib. 6. *recop.* minæ auri, & argenti, & plumbi pertinent ad fiscum, & regiam (vt aiunt) coronam, deductis expensis, aliqua parte data inuentori, & domino agri; & idè minimè poterunt supradicta obtinere, cum ad emptorem non pertineant, vt obseruat Ramirez in l. *Regia* §. 26. num. 29. *littera Q. Alfaris de officio fiscalis, gloss. 20. §. 6.* Sixtinus de *regal. lib. 2. cap. 16.* & alij, quos citat, & sequitur Castillo de *Tertiis cap. 41.*

An Principes possint statuere leges, vt thesauri ad se pertineant?

RESOL. XVIII.

Negatiuam sententiam docet Syluester *verb. inuentum,* q. 3. num. 13. & Sotus *lib. 5. de iustitia, q. 3. art. 3.* Bartholomæus à *Medin. c. 14. §. 31.* Ludouicus Lopez 2. *part. cap. 2.* qui docent, talem legem non posse tuta conscientia à Principibus constitui; atque ita affirmant, in nulla Republica benè instituta talem vsùm, aut consuetudinem reperiri. Fundamentum eorum est: quia, quod in nullius bonis est, iure naturæ sit primò occupantis. Ioannes verò Caramuel putat hoc esse illicitum, nisi populus consentiat: sic enim ait in *Theolog. moral. lib. 2. num. 274.* [Rex, aut Magistratus non potest sibi reseruare dominium gemmarum in suis littoribus à subditis inueniendarum, inuito populo (eodem prorsus modo de thesauris philosophatur.) Hæc veritas suaderi potest, primò communissima, secundò speciali ratione. Communissima à populi libertate desumitur, cui inuito imponi nequeunt leges, ni fuerint ad eius conseruationem simpliciter, & absolutè necessariae: cumque hæc lex de gemmarum dominio non possit esse conseruationi necessaria simpliciter, inuito populo imponi non potest. Cæterùm, si aliquando contingat esse necessariam simpliciter, imponi poterit, & ante expressam acceptationem obligabit; sed fortè alio quàm obedientiæ titulo. At esse simpliciter necessaria vix poterit; sed videtur occurrere vnicus casus, cui non dabuntur multi similes. Esto Cypri Rex à Sicularum Tyranno Dionysio iustè victus, & interimendus; delenda Cyprus; insulani perdendi. Salutem miseris concedit Dionysius, si illi Cypriorum Rex gemmas, & pretiosos omnes lapillos, qui potuerunt in oris reperiri præbeat. Et assero teneri victum Regem articulum hunc acceptare; possèque validam, & obligatoriam legem ferre, qua statuat, vt omnium gemmarum in littoribus suis reperiendarum dominium sit Tyranni Dionysij. Subjungo hanc legem pro illo rerum statu esse necessariam simpliciter; & acceptatione non egere. Specialis ratio ex vero dominio desumitur. Quia expositione secunda consistit, gemmas hoc modo inuentas ad inuentorem spectare: er-

go cum Rex, aut Magistratus sibi illas appropriat, vassallum innocentem spoliat: ergo furti erit reus. Regi enim, aut Magistratui non est concessa exspoliandi potestas; sed gubernandi, fouendi, promouendi, & adiuuandi auctoritas.] Ita Caramuel, qui licet postea num. 285. contra Sotum asserat, leges supradictas esse iustas; tamen hoc secundum ipsum procedit, vt dictum est, stante populi approbatione, & consensu.

Sed ego inuenio communiter Doctores contra Sotum, etiam sine consensu populi (quod non vult Caramuel) asserere, decreto Principis statui posse, quòd thesauri ad Principem pertineant: quia, quamuis iure naturali gentium pertineant ad inuentorem; iure tamen positiuo ex rationabili causa, vt ad sustentanda onera, & sumptus necessarios, potuit impediri ius illud naturale, inuentoris, & applicari Principi. Et ita ex Paludano, & Vasquez docet Hurtadus de *iust. disp. 1. diff. 39.* Molina *disp. 56.* Bañes, Salonius, & Aragon in 2. 2. *D. Thoma, quest. 66. art. 5.* Turrianus tom. 2. in 2. 2. *disp. 43. dub. 4. num. 6.* Dicendum est itaque cum Dicastillo de *iust. lib. 3. tract. 2. disput. 9. dub. 15. n. 409.* quòd potest à Republica, vel Rege constitui lex iusta, vt omnis thesaurus, etiam repertus in proprio agro alicuius ciuis, pertineat ad Regem, si necessitas id postulet. Ratio est: quia thesauri propriè dicti, vt dicunt multæ leges, & fatentur omnes Authores, nullum habent dominum, idè dicuntur fieri primò occupantis. Ergo Respublica potest, aut Princeps iustis de causis de illis disponere. Vnde, quando propter necessitatem sibi sumit, & appropriat, cum hoc non possit non cedere in Reipublicæ bonum, (quam necessitatem etiam ex propriis tenebantur ipsi ciues supplere, contribuendo,) licitè, & optimè id facit.

Ad fundamentum verò Soti, & Caramuel respondeo, thesaurum fieri quidem primò occupantis secundum ius naturæ, nisi non sit aliud dispositum per ius positiuum. Nam, cum dicitur res nullius proprias ex iure naturæ fieri primò occupantis, non intelligitur positiuè, ita vt ius naturæ illas ipsi tribuat: nam ius naturæ omnia facit communia: sed intelligitur negatiuè, id est, quòd non facit alterius ab apprehendente, vel inueniente, sed facit vt commune sit, & primò occupantis, quandiu erat commune. Quæ autem communia erant, possunt optimè, & conuenientissimè appropriari per Principem, prout iudicabitur expedire communi bono: nam, quæ in nullius bonis sunt, communitatis sunt, debentque bono communi deseruere. Si enim hoc non liceret, neque etiam liceret Principibus, aut Reipublicæ distribuere agros, & terras; quæ communes sunt, his, vel illis ciuibus; quod sæpè expedit, & quotidie fit, fierique optimè posse docet S. Thomas 2. 2. q. 57. ar. 3. Deinde, si ratio aliquid valeret, sequeretur, legem illam, quæ statuit, thesaurum casu inuentum in agro alieno pro medietate cedere domino agri, & pro medietate inuentori, esse iniustam; siquidem est contra naturale ius, quo hæc bona primo occupanti conferuntur; quod tamen est contra ipsos Authores. Rectè itaque dixit Syluius in 2. 2. *D. Thoma, q. 66. art. 5. concl. 1.* quòd, licet thesauri spectato solo naturæ, vel etiam positiuo, sed communi iure, fiant occupantis; particularibus tamen Regum, aut Principum legibus potest esse aliter. Cum enim eiusmodi bona nullius sint, satis rationi consentaneum est, vt applicentur, aut Reipublicæ, aut Principi, propter bonum publicum: & idè non deest Principibus potestas ea sibi reseruandi, & quibusdam personis priuilegium faciendi, vt in certis locis ea quærant. Deinde, quamuis talia bona nullius sint à principio, & stando in iure naturæ: postquam tamen Regiones, & Prouinciæ sunt iure gentium diuisæ, & singulæ earum suis incolis appropriatæ; bona vnus Prouinciæ sunt quodammodo propria illius: & idè, quamuis sint communia gentibus istius Regionis, non sunt tamen communia gentibus aliarum Regionum; quæ propterea non possunt venire, & istiusmodi bona quærere inuitis incolis propriæ Regionis.

Notandum

Notandum est tamen, quod Bañes in 2. 2. *quest. 66. art. 5. concl. 7.* docet, non obstantibus legibus Principum referuantibus thesauros, posse eum, qui inuenit thesaurum, illum sibi retinere totum, & occultare, quousque exigatur ab eo: quia prædicta lex imponit tributum; non est autem in usu, ut tributa soluantur, nisi exigantur à ministris Regis. Si tamen inuenit thesaurum in fundo Regis, tenebitur statim dimidiam partem dare Regi, quia id non est tributum.

Verùm hoc vltimum refellit Caramuel in *Theolog. Moral. lib. 2. num. 306.* vbi sic ait: [Qui in Regno Castellæ thesaurum reperit, potest tuta conscientia totum sibi retinere, quousque exigatur. Ita Bañes, & Medina. Patet: quia illa lex imponit tributum, & consuetudine receptum est, ut hæc non soluantur, nisi exigantur. Sed displicet mihi, quod subiungunt: nimirum, si inuenias thesaurum in fundo Regis, debere illi statim dare mediam partem; quia id non est tributum. Sed quo id iure? An communi decernente mediam partem domino fundi dandam esse? Et si communi, nõne vident Bañes, & Medina, hanc iuris communis legem iure Castellano reuocatam? Lex, quæ tres quadrantes Regi, vnum inuentori, nihil domino fundi designat, consistere non potest cum illa, quæ duos domino fundi, duos assignabat inuentori, nihil Regi. Ergo non tenetur limitatio.] Ita Caramuel. Verùm ego puto, seruandam esse in quolibet Regno legem receptam, aut legitimam consuetudinem. An autem talis sit, aliorum remittit iudicio Dicastillus vbi *suprà.* Et Cardinalis Lugo *tom. 1. de iustit. disput. 6. sect. 11. num. 131.* ex Vasquez non dubitat de tali lege, vel consuetudine; licet ex Couarruua, & Fatinacio obseruet Iacobus Bornitius *tract. de arario, lib. 3. cap. 9.* hodie de moribus ferè totius Orbis thesauros ad Reges, & Principes pertinere. Et Páuldanus in 4. *distinct. 15. art. 5. conclus. 1.* & D. Antoninus *part. 2. tit. 1. cap. 15. §. 2.* affirmant, thesauros de consuetudine, vbicumque reperiantur, esse Principum. Sed, quia hoc pertinet ad factum, mihi non constat; & licet durum videatur Lessio *lib. 2. cap. 5. dub. 17. num. 66.* ut thesaurus per leges, vel consuetudinem, totus applicetur Principi; ramen ipse fatetur hoc non esse improbable. Verùm pro Regnis Hispaniarum non deseram hinc apponere Rodriguez in *Summa, tom. 2. cap. 160. num. 5.* vbi sic ait: [En vna ley de la nueva Compilacion se ordena, que los thesauros, de qualquiera manera que fueren hallados, se adquieran al Rey, y si de la quinta parte, al que los hallare: y aunque algunos piensan, que esta ley se ha de entender

solamente de los thesauros, que por otra via, segun Derecho, pertenecian al Rey, conforme vna ley antigua de la partida; emperò la costumbre quasi de todo el Orbe hà introduzido, que qualquiera thesoro, que se hallare, pertenezca al Rey, y à su fisco. Y aunque Syluestro dize, no ser valida esta costumbre, por ser contra el Derecho natural secundario, el qual aplicado hallado al que primero lo halla; tiene lo contrario Couarruuias, diziendo, que la dicha costumbre obliga en el fuero de la conciencia, y exterior, por que aunque conforme Derecho natural las cosas, que no estan en poder de alguno, son del que primero las halla, no por esto se quita el poder al Principe para poder aplicarlas assí. Lo qual se prueua, pues a el que halla vn thesoro en tierra agena, solamente le da el Derecho la mitad, y la otra mitad se da al señor cuya es la tierra; y segun el dicho Derecho natural, el que hallo el dicho thesoro, le auia de llevar todo, y ninguno, ni el proprio Syluestro condemna en el fuero de la conciencia la ley, que da al señor la mitad.] Ita ille.

Et tandem claudam hanc Resolutionem cum verbis Iacobi Vander Graef in *Syntagma Iuris publici cap. 47. n. 7.* sic asserentis: [Porrò quamuis à Typhonio Iurisconsulto, *Theaurus, donum fortuna,* seu rectius ab Imperatore Leone, *beneficium Dei;* dicatur. Et in hanc rem cum Atticus Imperatori Neruæ scripsisset: *Thesaurum domi meæ, Imp. reperi, quid de eo faciendum iubes?* Nerua rescripsit: *Vtere is, qua inuenisti.* Cum Atticus non acquiesceret, seseque magnitudine inuenti thesauri superari rescriberet, etiam hoc addit: *Abstere igitur inuento, quod tuum est.* In quibusdam tamen ciuitatibus receptum est, ut thesaurus vbicumque inuentus, pro Reipublicæ utilitate, (exemplo bonorum vacantium, de quibus Princeps ad salutem, & utilitatem publicam suo iure disponit, quo exercendo nemini iniuriam facit,) in totum fisco acquiratur. Sic Angliæ Rex Richardus II. nobilem insequutus, quod thesaurum inuentum tradere noluisse. Gothorum Reges thesauros reptos sibi reseruauerunt. In Hispania lege Regia constitutum, ut quinta tantum pars inuentori relinquatur, reliqua in fiscum conferantur. Procurator Regius in Gallia pro integro Regi thesauros adiudicandos concludit. Et denique Camera Rationalis Hollandiæ, ius inuiolatum in hunc vsque diem sustinuit, præstita laboratoribus inuentoribus, libellum supplicem offerentibus, ratione paupertatis, (nam plerumque à pauperibus laborando casualiter inueniri solent,) felicitatis suæ iusta remuneratione, ut non ita diu de thesauro Hagæ Comitum inuento adhuc accidit anno 1636.] Hæc Vander.



TRACTATUS SEXTVS MISCELLANEVS.

*Quando infantes Christianorum sint baptizandi
à parentibus, vel tutoribus.*

R E S O L. I.



IN mortis periculo adesse Præceptum diuinum baptizandi infantes, certum est. Difficultas est extra periculum mortis. Et tunc etiam adesse tale Præceptum docet Granado in 3. *par. contr. 4. tract. 4. disp. 4. num. 4.* cum Soto, & Valentia.

Probatum: quia adulti diuino Præcepto tenentur baptizari, cum primum commodè possunt, ut Suarez ipse, & alij concedunt: ergo simile Præceptum obligat ad baptizandos infantes, cum primum commodè possint. Patet consequentia: quia, si attendamus scripturam, & Ecclesiæ traditionem, non magis ex illis colligitur diuinum Præceptum statim baptizandi adultos, quam infantes: si verò consideretur necessitas recipientium, multò maior est in paruulis, qui per votum Baptismi non possunt obtinere salutem, quam in adultis, qui sine reali susceptione Baptismi iustificari, & saluari possunt. Ergo non minus, sed magis obligat lex diuina ad pueros baptizandos:

baptizandos : & cum illi non sint obligationis capaces, Præceptum hoc obligabit eos, quibus puercorum cura demandata est.

Confirmatur : quia eadem omnino ratio, quæ *supra* probatum est, adultos obligari ad Baptismum statim recipiendum aliquo diuino Præcepto, probat etiam, pueros esse baptizandos statim. Nec est, unde sufficienter colligatur, Ecclesiam imposuisse Præceptum baptizandi pueros, & non potius declarasse ipso usus, & consuetudine Ius diuinum, quod ex verbis Ioan. 3. sufficienter colligitur. Cum enim ex Christi Domini institutione Baptismus sit necessarius, non solum, ut quis gloriam consequatur ; sed ut in hac vita iustificetur, & pertineat ad Ecclesiam, sufficienter inferitur, non solum voluisse Christum Dominum obligare, ut recipiatur in moris articulo ; sed etiam extræ illum, quando primum commodè recipi potest : cum ergo Baptismus commodè recipi possit in infantia, in illa tenebuntur parentes, vel tutores hæc diuina lege pueros baptizare.

Sed mihi magis placet opinio Suarez in 3. part. disp. 25. sect. 2. & aliorum. Dicendum est igitur, extræ casum necessitatis nullum extræ diuinum Præceptum, quod obliget ad baptizandos hos infantes filios Christianorum ante usum rationis. Neque enim Scriptura, vel traditione ostendi potest de hac re positium Præceptum ; neque etiam est naturale, quod ex aliis principiis fidei necessariò sequatur. Dices : Ipsa quotidiana necessitas, & morale periculum, quod est in illa tenera ætate, videtur esse sufficiens causa, ut ex vi institutionis Baptismi orta sit hæc obligatio. Respondetur, hanc quidem rationem ostendere, rem esse valde conuenientem, non tamen simpliciter necessariam : quia illa necessitas non est tanta, ut ex illa oriatur morale periculum moriendi sine Baptismo : præcipue cum hoc Sacramentum possit tanta facilitate administrari, ut rarissimè possit euenire casus, in quo moraliter ob acceleratam infantis mortem dari non possit.

Itaque existimo, ecclesiastico iure necessarium esse baptizare hos infantes ante usum rationis. De hac enim re non inuenio Ius canonicum, quod scriptum sit : tamen recepta Ecclesie consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum : cuius indicium esse potest, quod si quis fidelium vellet contra hanc consuetudinem agere, magnum scandalum in aliis generaret, nisi euidens aliqua necessitas ad Baptismum differendum cogeret. Quocirca & Pastores Ecclesie tenentur adhibere curam, ut hi paruuli maturè baptizentur, & parentes etiam tenentur eos ad Baptismum offerre. Quod si ipsi negligentes sint, vel etiam si sint inuiti, Pastores Ecclesie eos debent obligare, & cogere, vel, si opus sit, etiam ipsis inuitis filios baptizare : quia neque horum consensus est simpliciter ad Baptismum necessarius, neque habent Ius differendi filiorum Baptismum contra legem, seu consuetudinem Ecclesie.

Sed difficultas est, an talis consuetudo obligans sub culpa mortali, parentes ad baptizandum infantes, sit ubique. Dubitat nouissimè Marcus Serra in 3. part. D. Thoma, quest. 68. art. 3. vbi sic ait : [Quauis de hac re nullum sit Ius canonicum scriptum ; tamen recepta Ecclesie consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum. An verò hæc consuetudo sit totius Ecclesie, mihi non constat : sed, si verum est, quod fama sparfit, Ludouicum XIII. Gallie Regem morti proximum præcepisse baptizari Delfinum, filium suum successorem, qui tunc iam septem, vel octo annos compleuerat ; suspicor, in Gallia talem consuetudinem non extare, propter quod dixi, vbi est consuetudo.] Ita ille. Verum eius opinio mihi non placet : nam Doctores absolutè asserunt, consuetudinem obligatoriam baptizandi infantes adesse ubique : & falsum est, quod ipse asserit, talem consuetudinem non extare in Gallia. Et exemplum Ludouici XIII. est falsum, ut mihi fide digni testantur,

Restat modò videre, ad complementum quæstionis, quanto tempore parentes possint differre Baptismum infantium. Granadus *vbi supra*, num. 2. ex Soto, Valeria, & Henriquez asserit, non licere vsque ad duodecimum diem Baptismum differre sine peccato mortali, nisi vrgeret aliqua grauis causa. Id, quod suadet consuetudo ecclesiastica baptizandi octauo die ; ultra quem dilatio duorum, vel trium dierum, non videtur grauis. Sed plus addit Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. disput. vnica, punct. 9. num. 4.* sic enim asserit : [Quæ autem sit diuturna dilatio sufficiens ad peccatum mortale, arbitrio prudentis iudicanda est, teste Suarez *disput. 25. sect. 2. §. Sed quæres.* & Henriquez *lib. 2. cap. 4. num. 3.* Crederem autem, seclusa graui causa, ultra mensem à natiuitate diurnam esse dilationem : quia est dilatio contra communem praxim, & periculo scandali satis exposita. Stante verò causa graui, qualis fortè est, ut Baptismus maiori cum solennitate fiat, permitti potest dilatio ultra mensem vnum, sed non duos : adhibita tamen speciali diligentia, ne paruulo periculum contingat decedendi sine Baptismo.] Ita ille. Vide Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 6. quest. 4. num. 2.* cui adde, me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 1. quest. 14.*

An adulti sufficienter instructi, teneantur quamprimum suscipere Sacramentum Baptismi? & contra Caietanum non ponitur in dubium, Constantinum ante finem vite fuisse baptizatum.

R E S O L. I I.

AD hanc quæstionem Serra in 3. part. D. Thoma, q. 68. art. 3. putat, adultis non baptizatis etiam sufficienter instructis, & idoneis nisi periculum mortis imminet, non esse iure diuino determinatum tempus, ultra quod, si Baptismum differant, peccent mortaliter : teneri tamen sub mortali Baptismum non differre vsque ad mortem, & ante illam non differre illum per multum tempus voluntariè, & absque sufficienti ratione. Primam partem docet D. Thomas in 4. dist. 17. quest. 3. ar. 1. *questiunc. 4.* vbi sic habet : [Ad Baptismum percipiendum non tenetur aliquis statim, postquam habet propositum Baptismi, ita quod peccet mortaliter, nisi statim baptizetur : nec est aliquod tempus determinatum, ultra quod, si Baptismum differat, peccatum mortale incurrat, &c] Si periculum motis imminet, etiam per se loquendo, obligatur aliquis ad Baptismum suscipiendum.

Secundo probatur : nam, quod est huiusmodi tempus? Si dicas esse primam opportunitatem, & occasionem, qua possunt commodè Baptismum recipere : contra hoc est, quod *loco proxime citato* ait D. Thomas : Præcepta affirmatiua non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc, quod tunc commodè impleri possunt, quia sic si non daret aliquis elemosynam de superfluo, quodcumque pauper offertur, peccaret mortaliter, quod falsum est : sed ex hoc, quod tempus necessitatem urgentem adducit. Ergo, cum Præceptum suscipiendi Baptismum sit affirmatiuum, non obligat, quamprimum commodè recipi potest, (sicut nec Præceptum diuinum Confessionis sacramentalis, de quo *ibi* agit D. Thomas, obligat statim oblata opportunitate,) sed quando tempus necessitatem urgentem adducit.

Verum ego existimo, adultum teneri diuino Præcepto recipere Baptismum, cum commodè potest : & ita docet Hurradius *disp. 1. difficult. 16.* Filiucius *tom. 1. tract. 2. c. 6. num. 131.* Coninch in 3. part. *quest. 68. art. 3.* Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 1. num. 12.* Suarez in 3. part. *tom. 3. disp. 31. sect. 1.* Valentia *tom. 4. quest. 3. punct. 4.* Henriquez, Granadus, Castrus Palaus & alij. Probatur : quia certum est, Præceptum Baptismi obligare : ea autem obligatio, non solum restringenda est ad articulum mor-

tis,

tis, cum iam tunc finiatur via spiritualis, & ad terminum perueniatur; Baptismus autem institutus sit, ut initium vitæ spiritualis, & ianua Sacramentorum, quibus ad terminum cœlestis patriæ properamus: obligat ergo Præceptum hoc ante mortem: sed non est aliud tempus in vita, quo verisimilius sit obligare, quam cum primum commodè recipi potest Sacramentum: ergo.

Constat: qui adultus tenetur credere, cum primum ei sufficienter proposita sunt mysteria fidei: ergo etiam tenetur recipere Baptismus, cum primum commodè potest. Patet consequentia: quia, sicut fides statim obligat, quia est fundamentum vitæ spiritualis; ita etiam obligat Baptismus, qui est ianua Ecclesiæ, & necessariò prærequiritus ad recipienda alia Sacramenta, & ut homo sit particeps orationum Ecclesiæ, gubernarique possit à Pastoribus, qui curant Dominicum Gregem, & erga non baptizatos non habent iurisdictionem.

Nec obstant rationes dubitandi: nam, licet in Scriptura, & Patribus non determinetur tempus, sufficienter illud colligitur ex ipsa rei natura, supposita necessitate Baptismi: & quanuis sit affirmatiuum Præceptum, adhuc potest obligare statim, si non adsint rationes peculiare, ob quas differri oporteat: sic enim obligat statim Præceptum recipiendi fidem sufficienter propositam; & tamen est affirmatiuum. Satis ergo est ad rationem Præcepti affirmatiui, si non obliget quoad omnes circumstantias, sed aliquæ occurrere possint, ratione quarum liceat differre executionem: & ita res se habet in Præcepto Baptismi: propterea enim addidimus in assertione, obligare præceptum Baptismi, cum primum commodè recipi potest: occurrunt enim aliquæ circumstantiæ, ob quas desit ista commoditas, ac proinde cesset obligatio: & idè excusandi sunt S. Ambrosius, & Sanctus Martinus, qui Baptismus non statim receperunt.

Nec supradictis obstat exemplum Constantini Magni, qui in ultimo vitæ fuit baptizatus. Vnde Caietanus in 3. part. quest. 69. art. 8. sic ait: [Aduerte, D. Thomam recitatiuè loqui de lepra Constantini: dico autem hoc, quia nullius autoritate constat, Constantinum mundatum à lepra in Baptismo: tum quia gesta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Authorem, ut patet in cap. Sancta Romana dist. 15. tum, quia nullus, siue Christianus, siue Gentilis, Historicus inuenitur hoc scripsisse, ut testatur Platina in Vita Marci Papa: tum præcipuè, quia Ambrosij autoritas obstat, dum in oratione de obitu Theodosij expressè dicit, Constantinum in ultimis constitutum baptizatum fuisse: quod longè distat ab hoc, scilicet, quòd in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Constantini non est assertiuè probanda;] Ita Caietanus.

Sed merito aduersus illam insurgit nouissimè Pater Lessius in 3. part. quest. 68. art. 3. num. 5. Itaque dicendum est contra Caietanum, falsum esse Constantinum sub finem vitæ Nicomediæ baptizatum: constat enim, illum initio conuersionis baptizatum Romæ à Syluestro. Patet hoc ex Concil. Romano, quod habitum fuit sub ipso Syluestro cap. 1. & ex Damaso in Vita Syluestri: ex Adriano I. in epist. ad Constantinum, & Irenem, quæ approbatur in 7. Synodo Act. 2. ex Nicolao Papa in epist. ad Michaëlem Imperatorem paulò ante medium, ubi Syluestrum, Constantini Magni Baptizatorem appellat. Denique ex Nicephoro lib. 7. Histor. cap. 35. ubi refutat sententiam contrariam eamque confictam ait à Græcis Arrianis, scilicet, Eusebio Cæsariensi, ut sic oblique persuaderent, Constantinum Arrianum fuisse: nam Eusebius iste Nicomediensis, à quo tunc baptizatum dicunt, tunc Princeps Arrianorum erat. Et probat Nicephorus: quia multò antè Constantinus Concilio Nicæno interfuerat, & cum reliquis Patribus mysteriorum nostræ Religionis particeps fuerat, quæ Catechumeni non possunt percipere.

Vnde non deseram hîc ad labefactandam penitens opinionem Caietani, adducere verba Guillelmi Merceri, Professoris Louanienfis, de Sacram. quest. 68. art. 3. num. 4. qui respondet ad autoritatem D. Ambrosij à Caietano adductam, sic itaque asserit: [Quod additur de Constantino, benè refellitur à Baronio tom. 3. anno 324. num. 200. & seqq. ut figmentum Eusebij Cæsariensis (quem Arrianorum Signiferum vocat S. Hieron. in Chron.) dicentis, eum in fine vitæ baptizatum ab Eusebio Nicomediensi, similiter Arriano, idque scribit, ne videretur, Constantium Arrianum, ut desertorem paternæ religionis, arguere. Nam & Græcorum Ecclesia prædicat eum Sanctum Imperatorem, & Apostolis proximum: Romana similiter, solita recitare eius nomen in Martyrologio, teste Nicolao Papa, Epistola ad Michaëlem Imperatorem, & Conc. Chalcedonens. Martino Imper. religiosissimo acclamat, honoris causa, ut nouo Constantino. Imò ipsemet Eusebius lib. 4. Vita eius, c. 22. & 57. narrat, eum interfuisse sacris mysteriis tempore Pasqualis, quibus Catechumenos interdixerat Synodus Neocæsariens. cap. 5. & more Episcoporum sedisse in Conc. Nicæno anno 325. & orationem habuisse, qua profitebatur, se esse Christianum, & baptizatum. Fauendi ergo hîc sunt Theod. & Sozomenus sequuti Eusebium, & eis opponendus Nicephorus lib. 7. cap. 35. probans, ipsam baptizatum esse à S. Syluestro, imò & hodie visitur Romæ Baptistarum Constantini. Quod ergo S. Ambrosius oratione in obitum Theodosij, dicit, Baptismi gratiam, Constantino in ultimis constituto, omnia peccata dimisisse; non est intelligendum de ultimo vitæ tempore; sed de lepra, quam curare Medici desperabant, iudicantes eum esse poptereà in fine vitæ. Nam idem S. Ambrosius dicit, eum fuisse magni meriti: ergo non putauit decessisse baptizatum ab Arrianis. Rursus, quod in Chronico S. Hier. dicitur, Constantinum in extremo vitæ tempore ab Eusebio Nicomediensi baptizatum, declinasse in Arrianum dogma, est appositum ab alio. Nam scribens contra Vigilantium spernentem Reliquias, infert pro absurdo: Ergo sacrilegus fuit Constantinus Imp. qui sanctas Reliquias Andrea. Lucae, & Timothei, transtulit Constantiopolim. Verè autem sacrilegus esset, si ab Ecclesia defecisset. Tertio, simile de Baptismo in fine vitæ legitur in Conc. Ariminensi: sed corrigendum est, ut pro nomine Constantini, legatur, Constantii, qui mox à Baptismo est occisus per Magnentium, teste S. Athan. lib. de Synoais, & in Apologia, vocante Constantem Martyrem, contra Socr. lib. 2. cap. 29. vel legendum est, Constantij, qui in fine vitæ, & ab Euzoio baptizatus est, teste Baron. ann. 361.] Hucusque Mercerus. Non debet itaque Caietanus rem hanc in dubium adducere. Vnde ex his reprobandus etiam venit Nugnus in 3. part. tom. 1. quest. 68. art. 3. ubi docet, Constantinum baptizatum fuisse circa finem vitæ. Dicendum est itaque contra Caietanum, D. Thomam non esse loquutum recitatiuè, sed assertiuè.

Sed pro coronide huius quæstionis apponam hîc pro curiosis duo dubiola. Primum, an si parentes non baptizarent infantem surdum, cæcum, & mutum, sit baptizandus in adulta ætate? Respondeo cum Ochaguaia de Sacram. tract. unico, de Baptismo, quest. 18. num. 5. quòd si de voluntate supradictorum non constat, quia à natura his sensibus carent, minimè possunt baptizari: tum, quia, cum sint capaces consensus, & dissensus, debet eorum voluntas expectari: tum, quia possunt habere aliquem obicem respectu gratiæ sacramentalis, de quo, nisi per verba, aut alia signa Catechumeni, constare nobis minimè potest. Hic autem si legem naturalem seruet, interiùs à Deo illuminaretur ad concipiendam contritionem, qua iustificaretur.

Secundum dubium est, an, si ex incuria parentum, infantes non sint baptizati, si nolint in adulta ætate baptizari, possint ad id compelli? Respondeo, quòd Sotus in 4. dist. 5. quest. unica, art. 9. tales ab Ecclesia in ætate adulta ad Baptismus

Baptismum posse compelli, etiam sub ignis supplicio: sicuti qui in infantia baptizati fuerunt, possunt compelli ad seruandam catholicam religionem. Veruntamen Henriquez *lib. 2. c. 25. §. 6.* docet, vltimum Ecclesie hoc non habere; nec expedire, vt Ecclesia adultum reluctantem, qui nunquam se vt Christianum gessit; duris poenis compellat: quia, licet ratione parentum pertineat ad eandem Rempublicam ciuilem; in spiritualibus tamen est adhuc inter eos, qui foris sunt extra ouile Ecclesie, & sine caractere. Vnde & Suarez dicit, nec esse, nec vnquam fuisse preceptum Ecclesie respectu adulterorum, siue non baptizatorum. Pro quo allegat Conc. Trid. quod *sess. 14.* dicit, Ecclesiam in neminem iudicium exercere, qui non in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Dixi, *qui nunquam se pro Christiano gessit*: quia, qui Christianus fuit habitus, & cum aliis in Sacramentis Ecclesie participauit, compelli potest; atque aded saepe etiam compelli solet ab Ecclesia, vt loco citato notat Rodriguez, ad Baptismum, etiam sub poena mortis. Et ad huiusmodi forsan adultum respexit Soto, quanuis generaliter loquatur. Et haec omnia docet etiam Ioannes Vviggers in *3. par. D. Thoma, q. 68. art. 3. num. 21.*

An in delectatione morosa, circumstantia de copula sodomitica, sit in Confessione aperienda?

R E S O L. III.

PRO negatiua sententia scio aliquos me adducere, sed non bene. Ided assero, quod optimè Pater Vasquez in *par. 2. nota disp. 112.* de hac quaestione philosophatur. Primò ergo ait, duplices posse esse circumstantias obiecti turpis, v. g. quaedam intra eandem materiam diuersificantes; vt, v. g. pollutionem simplicem, fornicationem, sodomiam, bestialitatem: in his admittit, diuersam esse delectationum malitiam, si sumatur ex bestialitate cogitata, quam si sumatur ex fornicatione: alias verò esse circumstantias, quæ ad aliam speciem peccatum carnis transferunt: v. g. quòd sit in loco sacro, cum virgine, cum vxorata, &c. per quas transfertur copula ad rationem iniustitiae, sacrilegij, &c. ab his autem fusè probat non deriuari specialem malitiam; ideòque in genere moris omnes esse eiusdem speciei. Dicendum est itaque pro prima parte, quòd possumus species infimas malitiae delectationis venereæ quærere intra subalternam castitatis speciem, & intra hanc certum est speciem distinctam desumere, à distincta obiecti specie: distincta enim est species, delectationis de copula sodomitica, ac de fornicaria, & ab vtraque specie distinguitur delectatio de pollutione, quarum specierum diuersitas continetur intra obiectum adæquatum castitati oppositum. Et ita hanc sententiam, præter Vasquez, docet nouissimè doctissimus Ouiedo *c. 2. tract. 6. de vitiis, & peccatis, contr. 4. punct. 7. num. 54.* Lessius *lib. 4. c. 3. n. 112.* Salas *tract. 13. disp. 6. n. 56. §. 7.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. n. 4.* Quòd autem circumstantiae, quæ ad aliam speciem peccatum carnis transferunt, v. g. quòd sit cum vxorata, cum Moniali, sistentes tamen in appetitu sensitiuo sine efficaci voluntate, esse eiusdem speciei, alibi satis probaui, & me citato, nouissimè firmat Ouiedo *ubi supra. num. 57.* Quicquid etiam nouissimè non minùs probabiliter asserat Serra in *1. 2. D. Thoma, tom. 1. quaest. 74. art. 8. dub. 1.* Et alij. Et patet ex natura ipsius delectationis, quæ cum non coniungatur cum opere externo, necessum est, non trahere secum malitias omnes, quas trahit opus externum, sicuti illas contrahit affectus efficax ex eo, quòd cum externo opere coniungatur: sed eas tantum, quas attingit ex parte obiecti: cum autem, qui delectatur de fornicatione habita cum coniugata, aut cum Moniali, possit ipsa delectatione abstrahere à circumstantia coniugij, & monialitatis: sic etiam à malitiis, quas hæ circumstantiæ

Antonini Diana Pars I X.

deriuant in externum opus, & in illius efficacem affectum. Deinde delectatio fornicationis cum Moniali, habita ab eo, qui votum non emisit, non potest esse contra votum illius, qui delectationem capit, quia hoc non subsistit; nec contra votum Monialis, quia materia huius voti tota est posita in actibus ipsius Monialis, quorum nullum inducit talis delectatio. Idem, proportionem seruata, dico de delectatione habita à soluto fornicationis cum coniugata: ex fide enim coniugij tantum debet coniux alteri coniugij proprios actus, & ad nullum horum ordinatur aliena inefficax delectatio, etiam si respiciat, vt obiectum, actum alterius coniugis: quia delectatio per se cum suo subiecto non coniungitur.

Confirmatur: Si audias tuum inimicum occisum esse in loco sacro, de illiusque morte delecteris ex displicentia personæ, & committas odij peccatum: sacrilegium ex eo non committis: ergo delectatio non secum trahit malitias omnes in obiecto repertas. Item, si audias verba faceritæ; sed contumeliosa, & impura, & de illis delecteris, quatenus faceritiam includunt, & risum excitant, nullo habito respectu ad contumeliam, & impuritatem in illis repertam, non peccas contra iustitiam, aut castitatem: ergo necessum non est, delectationem secum trahere malitias omnes afficientes suum obiectum.

Dicendum est itaque, delectationes morosas, quæ sunt peccata mortalia, non habere omnem malitiam operis externi, ac proinde nec varias species sortiri iuxta varietatem eorum, quæ in opere externo reperiuntur. In morosis delectationibus cum rapta, cum consanguinea, vel vxore alterius, vel cum virgine Deo dicata, nulla est malitia mortalis contra aliam virtutem, quàm contra castitatem: ergo omnes sunt eiusdem speciei, & non habent malitiam, nisi solius simplicis fornicationis. Antecedens probatur: qui de his morose delectatur, non delectatur de iniuria, & irreuerentia, sed solum de ipso actu fornicationis: nec allicitur à delectabili, quod est in iniustitia, aut impietate, aut sacrilegio; sed quod est in fornicatione: ergo non peccat contra iustitiam peccato adulterij, stupri, vel raptus, nec contra religionem peccato sacrilegij, nec contra pietatem peccato incestus; sed solum contra castitatem peccato simplicis fornicationis.

Verum, his non obstantibus, quoad principale quaesitum huius Resolutionis, non deseram hic adnotare, negatiuam sententiam docere, sapientissimum Patrem Atriaga in *Cursu Theolog. tom. 3. disp. 47. sect. 4. num. 25.* vbi sic ait: [Si tota ratio, ob quam eiusmodi cogitationes sunt malæ, consistit in periculo grauium motuum pollutionis, vt multi dicunt; tunc non solum censeo cum Patre Vasquez, eas circumstantias, quæ constituunt obiectum contra aliam virtutem; sed & illas priores contra ipsam castitatem, non variare villo modo speciem peccati in delectationibus; v. g. quòd sit contra naturam, quòd sit sodomia, bestialitas, &c. Ratio est manifesta: quia cum (vt supra diximus) delectationum malitia non desumatur ex malitia obiecti; probauimus enim de obiecto bono posse esse malas; sed præcisè ex eo, quòd causent pollutionem, & motus, vt in hac conclusione supponimus: hi autem motus, & pollutio, eadem sint, siue ex sodomia cogitata, siue ex fornicatione proueniant, non video, cur debeat inde desumi vlla diuersitas specifica peccati; sicut in sententia illorum, qui dicunt, peccare contra castitatem eum, qui dat causas pollutionis in cibis, vel equitatione: certè si eodem modo sequatur pollutio ex cibis, quo ex equitatione, idem omnino erit peccatum equitate, quod comedere.

Et paulò post, *num. 27.* sic etiam asserit: [In nostra sententia, quæ ex tribus capitibus desumit integram malitiam mortalis rationem in his cogitationibus repertam, nempe, ex vi causatiua motuum turpium, & pollutionis de presenti; item consensus absoluti in copulam de presenti; denique ex eo, quòd statui mairimonij derogare videantur, videtur consequenter dicendum, non esse absolute diuersas in

L • genere

genere peccati mortalis, siue de copula sodomitica, siue de pollutione sola, siue cum virgine, siue alio quocunque modo desumantur. Ratio est: quia (vt in prima conclusione ostendi) ex parte motuum omnes hæc delectationes sunt æquales; ergo, licet in aliis duobus capitibus differant; quia tamen ea duo sola capita non causant malitiam mortalem in eis delectationibus; non erunt in malitia mortali diuersæ. Adde, in tertio capite, derogandi, scilicet, statui matrimoniali, etiam non differre: quod enim sint de hoc, vel illo obiecto, non propterea magis derogant, nisi forte quatenus sunt magis intensæ, & vehementiores; hoc autem non pender ab eo, quod sint contra naturam, &c. imò (vt obseruauit *suprà*) per se loquendo, minùs potentes videntur esse hæc; quia sunt de obiecto, quod minùs natura appetit, imò à quo per se abhorret. In sola ratione secunda de consensu differunt illæ, quæ sunt de copula specie diuersa, vt dixi in tertia conclusione, illæ autem, quæ solum desumuntur ex diuersa circumstantia personæ vxoratae, aut Deo factæ, non differunt, vt *ibidem* etiam ostendi: ergo hæc inter se nullo modo habent diuersam grauitatem ab villo ex his tribus capitibus, quæ nos posuimus: aliæ verò, esto, habeant diuersitatem ex secundo; quia tamen, iuxta *paulò antè* dicta, nisi illa tria sumantur simul, non dant grauitatem sufficientem ad mortale; idè nec grauitas maior ex vno solo capite proueniens sufficit ad tribuendum delectationi grauitatem specie diuersam in genere mortalis, quæque necessariò in Confessione debeat explicari. Dico, *necessario debeat explicari*: nam malitia intra grauitatem venialis tantùm diuersa, non est materia necessaria Confessionis, sicut nec reliqua venialia; potest tamen esse materia sufficiens. Hæc mihi, tam iuxta propria principia de malitia earum delectationum, quàm iuxta aliena, videntur consequenter esse dicenda.] Hucusque Arriaga.

Sed ego non audeo discedere ab affirmatiua sententia, quam, præter Doctores citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Lugo de *prin. Theol. mor. par. 2. c. 1. q. 4. n. 46*. Dico igitur, in delectationibus venereis sumi malitiam non solum à motiuo; sed etiam à circumstantiis, quæ dicunt specialem oppositionem cum castitate, v. g. si quis delectetur de copula sodomitica, vel bestiali, debet has circumstantias confiteri: quia distinctam speciem malitiæ refundunt in delectationem ex ipso motiuo desumptam.

An coniugatus, qui habuit plures delectationes morosas, teneatur in confessione aperire se esse coniugatum.

R E S O L. I V.

PLausibilis olim fuit Lectoribus hæc quæstio: idè denud nunc assero, ad illam sic respondere Ouiedum in 1. 2. *D. Thoma, tr. 6. cont. 4. punct. 7. n. 62*. [Difficultas est de delectatione coniugati cum non sua, an includat specialem iniustitiæ malitiam contra propriam vxorem. Affirmat Bonacina *q. 4. de matrim. p. 8. n. 19. vers. Secundus casus*. & affirmatiuè videri respondendam ait Valq. *disp. 112. in fine*, vbi ait, hoc sibi non esse admodum certum, quod non solum putauit non certum Gaspar Hurtado de *peccatis, disp. 4. difficul. 10. prope finem*; sed difficile, & nullo fundamento probatum: quia difficile, & absque sufficienti fundamento ipsi videretur, in matrimonio præstari fidem coniugi non collocandi mentem in aliam. In fauorem partis negatiuæ adducit Palaum *§. 4. cit. in fine*, ex vna parte delectationem posse præscindere ab ea circumstantia, & ex alia probari has delectationes non cadere sub matrimonij fidè ex eo, quod sint per se occultæ coniugibus, quod dubitando tantùm dictum vult esse. Id autem, quod doctissimi viri dubitare fatentur, me ignorare gloriose fatebor: malo enim cum doctissimo P. Vasquez de hac re incertus dubius hætere, quàm cum aliis intrepidè affirmantibus sententiam ferre.] Ita Ouiedo.

Sed licet ego sententiam Huttadi contra Vasquez intrepidè non feram, tamen puto satis probabilem esse, & vt talem illam admittit Pater Lugo de *prin. Theol. mor. p. 2. cap. 1. q. 4. num. 46*. Et, me citato, Bossius *tract. de scrupulis, §. 7. num. 146*. Vnde Pater Arriaga in *Cursu Theol. tom. 3. disput. 47. sect. 4. n. 28*. sic ait: [Quod Vasquez docet, eum, qui vult castitatem absolute, non restringendo ad actus externos, peccare contra votum per eiusmodi delectationes, omninò videtur verum, & sufficienter probatum: id autem, quod addit sub dubio, scilicet, coniugatum peccare contra iustitiam per has delectationes, habet aliquam difficultatem: etenim, sicut docet Pater Vasquez, matrimonij fidem exigere, ne habeat coniug delectationes erga aliam personam à se; ita eodem modo dicendum videtur, matrimonium excludere, ne alius habeat delectationes de propria vxore: vt enim coniug totum se tradit coniugi, ita, vt sic dicam, totum se subtrahit cæteris: ergo, sicut ille peccat contra iustitiam debitam alteri coniugi, si de alia fœmina cogitet, ita reliqui peccant contra eandem iustitiam, si cogitent de ipso, vel ipsius fœmina: tam enim nullum ius habent cæteri in ipsum, quàm ipse in cæteros: eodem planè modo, quo in ipsa actione exteriori, sicut ille peccando cū soluta facit contra ius vxoris, ita ipsa soluta peccans facit contra idem ius. Quod si semel dicamus, iustitiam ibi impedire etiam ipsam internam delectationem cum aliena coniuge, seu cum non sua, non video, cur non eadem iustitia impediat in alienis eandem delectationem internam de coniuge aliena. Atqui merito P. Vasquez docet, non habere nouam malitiam eam delectationem ex eo, quod respiciat alienam coniugem: ergo neque in coniugatis hæbebit ex eo, quod de aliis à propria delectentur. Ratio à priori desumitur ex dictis: quia delectationes morosæ, quatenus versantur circa materias aliorum vitiorum, non habent per se grauitatem mortalem: ergo circumstantia, quod sit vxoratus, & consequenter ex iniustitia sit totus alterius in ordine ad vsum, qui non est corporis sed mentis, non auget malitiam: quia ea delectatio ex cogitatione desumpta, proculdubio non est vsum corporis.] Hucusque Arriaga.

Dico itaque, delectationem coniugis cum non sua, habere malitiam contra castitatem; sed non contra iustitiam: quoniam à circumstantia coniugij potest intellectus præscindere, non solum quando copula cogitatur cum nupta, quod fatetur Vasquez; sed etiam quando coniug cogitat copulam cum non sua, potest enim seipsum considerare quasi solutum: ergo circumstantia coniugij, quanuis se teneat ex parte delectantis, non tribuit malitiam delectationi. Nec per matrimonium obligantur coniuges ab his delectationibus abstinere, sicut obligantur vouentes castitatem. Nam hæc delectationes sunt ignotæ consorti, quem subinde non afficiunt iniuria: nec item priuant illum copula sibi debita: non ergo sunt contra iustitiam; sed solum contra castitatem.

Vnde, licet magis probabiliter circa difficultatem propositam affirmatiuam sententiam, præter Huttadum, tenuerint Sanchez, Salas, Candidus, Bonacina, & Cardinalis Lugo, quos citat, & sequitur Leander de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 2. q. 24*. tamen, vt dixi, sententiam negatiuam aliorum, tanquàm improbabilem non audeo damnare. Nota tamen hic obiter, ex Cardinali Lugo, Leandro *vbi supra, q. 10*. docere, quod qui habet votum castitatis, debet votum explicare, quando ipse consilio vel auxilio causa fuit, vt alij tale votum non habentes peccarent. Sed contrariam sententiam, quam tuetur Sanchez, puto etiam esse probabilem: quia Religiosus promisit solum castitatem suam, non alienam.

* * *

An lex præcipiens aliquid sub pœna excommunicationis, suspensionis, irregularitatis, &c. obliget ad mortale?

R E S O L. V.

AD hanc quæstionem satis practicabilem, sic respondet Magister Serra in 1.2. D. Thome, tom. 2. q. 69. art. 4. dub. 2. fol. mibi 439. [De lege, qua præcipitur aliquid sub pœna excommunicationis maioris, non latae, sed ferendæ sententiæ, quidam ad mortale obligare affirmant: alij negant. Mihi satis probabile videtur, quod Caietanus in Summa, verb. Præcepti transgressio, dicit: *Transgressor præcepti sub comminata pœna non peccat mortaliter, quousque transgressio non peruenierit ad hoc, quod ille dignus sit excommunicari.* Et paulò post: *Non peccat mortaliter, quousque monitus perseveret: tunc enim, utpote excommunicatione dignus, peccat mortaliter.* Nec obstat, quod aliqui dicunt, Iudicem nulla alia monitione præmissa posse statim excommunicare transgressorem prædictæ legis. Nam ad hoc respondet Caietanus, verb. Clericorum peccata, dicens: *Quicquid sit de rigore iuris, aequitatis tamen ratio habet, ut non sit excommunicandus, nisi præmonitus à Iudice suo.* Imò præmittendam esse monitionem, colligitur ex cap. Scaro de sent. excommunic. & cap. reprehensibilis de appellationibus. Hanc sententiam tenent alij discipuli D. Thomæ recentiores, iuxta quam existimant, excusandos esse à peccato mortali Ecclesiasticos, qui agitationibus raurorum intersunt contra prohibitionem sub pœna excommunicationis ferendæ, quam edidit Pius V. & confirmavit Gregorius XIII. & postea Clemens VIII. ad solos Religiosos restrinxit. Nec obstat, quod quidam dicunt, Sixtum V. in rescripto ad Episcopum Salmaticensem declarasse, Clericos assistentes spectaculis agitationis raurorum peccare mortaliter, quatenus non incurrant ipso facto in excommunicationem. Nam non constat de tali rescripto, & declaratione. Intelligi etiam posset, post monitionem generaliter, vel specialiter præmissam.

De aliis pœnis Ecclesiasticis suspensionis, interdicti, irregularitatis, depositionis, &c. cum sint minores excommunicatione maiori, & aut sine peccato mortali incurrì possint, aut monitionem exigant, ut non nisi in contumacem ferantur; à fortiori dicendum videtur, quod sub illis præcipitur, non obligare ad mortale, quod & expressè docet Caietanus 2.2. q. 186. art. 9. circa responsonem ad secundum. & in Summa; verb. Præcepti transgressio & verb. Clericorum peccata, quem sequuntur Nauarr. c. 23. n. 51. & alij. Quamuis Syluester verb. præceptum, num. 3. & alij oppositum teneant. Nec obstat, Sacram Congregationem Cardinalium declarasse, Decretum ab ipsa editum, quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Monialium sub pœna privationis officij, & vocis actiue, ac passivæ, obligare ad mortale. Nam præter dicta supra, q. 90. art. 4. responderetur, quod hic dicimus, intelligendum esse, nisi aliàs constet, voluntatem præcipientis esse obligare ad mortale.] Hucusque Serra,

Sed, ut verum fatear, licet eius sententia plausibilis videatur, & vlnis expansis aliqui eam recipiant; tamen communiter asserunt, quod quandocunque imponitur excommunicatio maior, etiam ut ferenda, post admonitionem, signum esse grauis obligationis: quia tunc saltem post admonitionem supponitur transgressio mortalis: ergo etiam ante; quia illa admonitio, ut dixi, non potest usurpari pro nouo præcepto grauius prohibente rem, quæ prius solùm leuiter prohibebatur: imò admonitio illa non solùm non est grauius præceptum, sed nec proriè nouum: est ergo pura quasi reuocatio in memoriam obligationis; ex qua reuocatione non potest veniale transire in mortale, ut ostensum est: ergo, si postea est mortale, etiam fuit antea. Quod verò ea excommunicatio non imponatur statim incurranda, non idèò fit, quia spectetur secundum pec-

Antonini Diana Pars I X.

catum, quod sit mortale, cum primum fuerit solùm veniale; hoc enim non esset imponere eam ob primum, sed ob secundum: idèò ergo spectatur secundum post admonitionem; quia noluit Legislator uti toto rigore, sed dare locum delinquenti ad resipiscendum; esto prima transgressio sufficientissima fuisset pro ea censura.

Circa suspensionem, interdictum, & irregularitatem, nonnulli apud Valquez supra negant, esse indicium obligationis grauis. Ipse verò docet, esse euidens indicium. P. Suarez distinguit eas duas primas censuras, suspensionem, & interdictum, in totales, & partiales: partialem suspensionem (& idem est de interdicto) vocat, quando non totus vsus Ordinis, sed aliquis tantùm impeditur, & ad hunc putat non requiri culpam grauem, idèòque eius comminationem non censet esse signum obligationis sub mortali; secus est, si sit totalis. Ego tamen maiorem censo necessariam esse distinctionem: etenim, licet Sacerdos non suspendatur ex integro à suo officio, v.g. celebrandi Sacrum, audiendi Confessiones, prædicandi; si tamen ab officio celebrandi suspendatur, aliis præmissis, non dubitarem, ibi grauem pœnam includi: & quæ requirat peccatum graue. Dicendum ergo est: etiam si suspensio partialis sit, si tamen sit à re magni momenti, videri probabilius, eam esse indicium obligationis grauis; secus si sit leuior res: v.g. impedire, ne Confessiones audiat, non reputatur admodum grauis pœna; imò frequentissimè multis est res gratissima: deinde sæpè ex variis capitibus id impediti solet sine graui culpa; vnde talis suspensio non videtur esse signum obligationis sub mortali. Et hoc modo concilio eas oppositas sententias. De irregularitate, quando non est censura orta ex culpa, sed ex aliquo defectu, qui in indecencia naturali consistit, nihil hîc dicendum, quia non est ad rem præsentem, in qua de culpa disputamus, quando verò incurritur ob culpam, potest probabiliter dici pœna grauis, idèòque culpam grauem requirere, vt docent Valq. & alij multi. Et hæc omnia docet Arriaga in Cursu Theol. tom. 4. tract. de legibus, disp. 20. sect. 6. num. 28. & 29.

Sed, quid ego sentiam, dicam breuiter. Assero igitur cum Ioanne Præposito in p. 2. q. 95. disp. 3. dub. 2. n. 15. quod si excommunicatio sit ferenda sine præuia monitione sufficiente, declaratur lex obligare sub mortali: cum enim excommunicatio non possit ferri propter veniale, & hîc non inueniatur ratio, quæ censeatur causa peccati mortalis, præter transgressionem legis sequitur, legem obligare sub mortali: si verò lex requirat monitionem, excommunicatio ferenda post talem monitionem, non est sufficiens signum, quod lex obliget sub mortali: quamuis enim ad excommunicationem incurrendam requiratur peccatum mortale: non est tamen necesse, in hoc casu illud contahi ex nuda legis transgressione; sed potest contrahi ex contumacia, qua monitio Superioris negligitur.

Et idèò ex supradictis, contra id, quod docuit Serra loco citato obseruat Araujo in 1.2. D. Thome, q. 97. dispus. 3. sect. 3. difficultat. 3. peccasse mortaliter olim quoscumque Clericos sacris initiatos, beneficiarios, & Religiosos assistentes agitationi raurorum contra Bullas Pij V. & Gregorij XIII. prohibentes id sub pœna excommunicationis. De aliis verò pœnis, dico, esse signum grauis obligationis, si suspensio sit totalis, vel sit partialis de functione magni momenti; similiter si interdictum sit totale, vel de re magni momenti: quia huiusmodi pœnæ sunt graues, quæ non nisi propter grauem culpam alicuius solent incurrì: Idem iudicium fit de irregularitate, quæ est pœna: est enim grauis pœna. Sed de hac quæstione aliqua etiam alibi à nobis dicta sunt.

**

L 2

An

*An Clericus deseruiens Ecclesie ex licentia ob-
tenta à Vicario Episcopi gaudeat
privilegio fori?*

R E S O L. VI.

NOua, curiosa, & practicabilis quæstio, & ad illam
negatiuè responderet Regens D. Franciscus de Vico *in
Legibus, & Pragmaticis Regni Sardinia, tom. 1. tit. 7. cap. 13.
n. 8.* vbi sic ait: [Quæro, an licentia, de qua *in d. cap. Nullus*
Concil. Trid. *sess. 23.* ab alio, quàm Episcopo dari possit
Clericis ad effectum studendi, vel inseruiendi alicui Eccle-
siae: & dic, quod non, ex *infra* notandis. Primò, quia ex eo-
dem Concil. apparet, fuisse hanc cognitionem Episcopo de-
legatam, & consequenter, non potest in ea se intromittere
illius Vicarius, ex notatis à Federico de Sen. *in consil. 130. in
fine vers. Potest dici.*

Secundò, quia, quoties alicui aliquid committitur, de-
bet per nominatum in commissione, & non per alium exe-
qui. Ita Baldus *in consil. 123. in fine, lib. 5.* & cum concessio
huiusmodi licentiæ sit Episcopo commissa, non debet ab
alio exequi, ex doctrina Bald. *vbi supra*: quod multò for-
tius procedit in casu præsentis, in quo videtur electa indu-
stria Episcopi, & non sui Vicarij, nec alterius ministri. Felinus
in cap. fin. §. Est autem num. 4. tum maxime, quia sumus
in executione facti. Berous *in cap. Quoniam. Abbas in fin. de
offic. delegat.* in quo datur forma, quod licentia sit Episcopi,
quæ nullatenus omitti potest, per notata à Mascard. *verbo,
Electa persona industria, concl. 594. n. 1. §. 6.* vt commu-
niter Doctores.

Tandem, quia in dispositione d. cap. *Nullus.* fuit præcipuè
habita ratio dignitatis Episcopalis: & vbi cumque funda-
tur actus in nomine appellatio, in fauorem illius tantum
actus intelligitur, *leg. Turpia. §. fin. & l. Seruus. §. fin. ff. de
leg. 1. l. Annua. §. Attia. ff. de annuis legat. Signorol. consil. 90.
column. 6. post medium.* Crauer. vbi plura *in consil. 507. n. 10.*
Vide Menoch. *de arbitrar. lib. 4. conclus. 121.*] Hucusque
Regens de Vico, cuius sententiam ante ipsum docuerat
Petrus de Vries *in otio æstiuo, part. 2. num. 363.* vbi ita as-
serit: [Et ad suprapositam resolutionem redeundo, illam
ex superioribus ampliabis. Primò, vt, scilicet, procedat,
etiamsi adscriptio ad Ecclesiam facta fuerit per Vicarium
Episcopi: quoniam, nec adhuc eo casu censetur adim-
pletom dictum requisitum. Et ratio est: quia, cum textus
in d. cap. 6. Concil. Trident. inducat formam, vt *suprà* reso-
lutum est, non dicitur adimpleta per æquipollens, id est,
per mandatum, seu adscriptionem Vicarij, cum sit certum
in iure, quod forma legis non potest per æquipollens adim-
pleri. *Gloss. verb. Tertio. in Clement. 1. de vit. & honest. Cle-
ric. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 21. num. 11. Boer.
decif. 1. num. 44.* cum alijs adductis per Medic. vt refertur
tom. 1. reg. iur. lib. 1. verb. Equipollens non sufficit. Ludouicus
Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. num. 37.* Ioan.
Gutier. *in repet. l. Nemo potest. num. 114. ff. de legat. 1.* Guil-
helm. Benedic. *d. verb. in eodem testam. n. 73.* Ouid. *de Amic.
de iure emphyt. q. 1. n. 2.* Cabal. *Milleloq. 375. part. 1. Escobar
de ratiocin. c. 33. n. 12.* & sic adscriptio ad Ecclesiam in supra-
dicta specie, necessariò est facienda per ipsum Episcopum.]
Ita Vries.

Sed ego affirmatiuam sententiam teneo: nam appella-
tione Episcopi venit Vicarius: & patet ex Concil. Trident.
sess. 24. c. 6. de reform. vbi, cum voluit Vicarium excludere,
expressit dicens: *Eis tantum, non eorum Vicariis, sit permis-
sum* Item in eodem Trident. *sess. 25. c. 3. de reform.* dicitur,
solos Episcopos posse concedere litteras excommunicatio-
nis, pro rebus ablatis: & tamen id posse Vicarios generales,
ac nomine Episcoporum comprehendendi certum est. Et hanc
opinionem tenent Suar. *tom. 5. in 3. part. disp. 7. sect. 3. n. 10.*
Sanch. *lib. 3. de matr. disp. 29. n. 16.* Henriquez *lib. 11. c. 5. n. 5.*
Garzias *de benef. p. 5. c. 8. n. 52.* Stephan. Grat. *discept. forens.
tom. 1. & alij.*

Confirmantur supradicta à fortiori, ex doctrina Ricci *j
part. 4. dec. 111. n. 5.* & aliorum asserentium, adscriptionem
in Ecclesia hodie non esse necessariam de mandato Episco-
pi; sed sufficere, quod realiter fiat seruitium in diuinis. Et
ideò, teste Barboza *in Concilium Tridentinum, sess. 23. cap. 6.
num. 32.* Sacra Congregatio declarauit *in vna Valentina,
29. Iunij, 1628.* Clericum in minoribus constitutum Eccle-
siae deseruientem, non tamen ex mandato Episcopi, Habi-
tum, & Tonfuram deferentem, gaudere priuilegio fori.
Quod etiam, me citato, docet Garzias *in Summa, tract. 1.
difficult. 3. punct. 1. num. 10.*

*An Moniales teneantur sub onere peccati mort. alij
persolvere Horas canonicas? Et idem queritur de
Religiosis professis, Ordinibus sacris non initiatis.*

R E S O L. VII.

PRO negatiua sententia *alibi* adduxi Ioannem Caram-
uelem: sed quia postea inueni alios duos viros non mi-
nus doctos, hanc etiam sententiam docere, ponam hinc per
extensum eorum verba. Itaque Petrus Marchant *in Tribu-
nalis Sacram. tom. 2. tract. 2. part. 2. tit. 3. sect. 1. q. 2. fol. mibi
185.* sic ait: [Regulares, siue, viri, siue Moniales, quæ ex vi
Regulæ, vel voti, speciale præceptum non habent, sub nullo
peccato obligantur ad Horas canonicas priuatim recitan-
das. Ratio mea fundamentalis est: quia tantum onus sine
speciali lege, vel titulo, sub peccato mortali imponere, est
iugum intolerabile, & violentum.

Dixi, *qua ex vi Regula, vel voti speciale præceptum non
habent*: si enim habent, vt Fratres Minores, Moniales An-
nunciatae, & si qui alij, vel alia reperiantur, quorum, qua-
rumque Regula in ratione diuini Officij obligat ad mor-
tale; illi sine dubio obligantur.

Nec ratio consuetudinis vim legis habentis, aliquid con-
cludit: etsi enim consuetudinem sanctam Religionum com-
muniter negare non possimus; illam tamen consuetudinem
habere vim legis ad peccatum mortale obligantis nullus
probare poterit; nec vidi vllum, qui hoc probare intenderet:
qui enim hanc vim consuetudinis allegant, illam commu-
niter supponunt, non probant.

Dico ergo primò, sanctam consuetudinem esse, vt Reli-
giosi, vbi Choro non interfunt, priuatim Horas canonicas,
à quibus abfuerint, legant.

Dico secundò, hanc consuetudinem receptam esse sub ti-
tulo pietatis, & sancti exercitij, quam qui præuaricaretur,
indeuotionis, & negligentia, seu defectus feruoris in rebus
pietatis argueretur.

Dico tertio, hanc consuetudinem non habere vim legis:
vt enim consuetudo vim legis habeat non sufficit, vt com-
muni sensu, & consensu sit recepta simpliciter, (recipi enim
potest ob decentiam, pietatem, vtilitatem, quæ in illa con-
tinetur;) sed requiritur, vt recipiatur per modum legis sub
peccato obligantis. Taliter autem receptam esse à Regulari-
bus consuetudinem illam communiter dicendi Horas ca-
nonicas, absolute negandum est.

Dico quartò, fictitium esse, consuetudinem illam rece-
ptam esse per modum legis ad peccatum mortale obligantis:
hoc enim absque certo fundamento liberè dicitur. Con-
stans autem mihi est ista regula, nullam legem, multò minus
consuetudinem, ad peccatum mortale obligare, nisi constet
certò de fundamento tantæ obligationis. Vide, quæ dixi-
mus *sup. tract. 1. tit. 10. q. 1. per totam.*

Dices primò: Multi sunt in ista opinione obligationis,
quæ si tollatur, plures Religiosi negligent Horas legere.
Respondeo, minus malum esse negligere, quàm negligendo
Deum offendere. Et cum opinio illa legitime fundata
non sit, melius est errorem, qui pluribus est offendiculum
peccati, tollere, quàm vnum peccatum mortale permittere:
quilibet enim scrupulosus sibi conscientiam erroneam for-
mare

mare posset, & imprudenter hoc titulo consuetudinis se in grauissimos laqueos conscientiae praecipitare. Pij certè, & suae salutis amatores attendentes fructus pietatis, & utilitatem, & sanctam consuetudinem Religionis, Horas facile non omittent. Cur autem ob piorum diligentiam; incurios, & infirmos volumus exponere periculo peccati mortalis, & aeternae damnationis? Consueverunt Religiosi certis horis orationi, & exercitationi mentali vacare, certis diebus disciplinas sumere, ex pietate certis diebus ieiunare; Officium B. V. Mariae recitare, quin frequenter ad illa consuetudine communi à suis Directoribus compelluntur: ergo peccant mortaliter illa omittendo, vel ex omissione huiusmodi, formanda est in illis conscientia peccati mortalis, aut ubi erroneè fundata est, continuanda? Hoc dicant caeci, qui caecis ducatum praebentes, in foueam praecipites ruunt. Ergo tali assertioni repugno.

Dices: Beneficiati ad Horas tenentur: quia ex foundationibus propter Officium viuunt: ergo & Religiosi, qui sine foundationibus, siue piorum oblationibus, & mendicationibus victitant, similiter obligabuntur. Respondeo, negando consequentiam. Foundationibus enim beneficiorum correspondet praecise canonicum Officium ex debito iustitiae, & contractuum virtualium: foundationibus autem Monasteriorum, ac oblationibus piorum, &c. correspondent omnia, quae facit Religiosus, ut potè, arcta Doctorum obseruatio, orationes, ieiunia, disciplinae, austeritates, doctrina, sancta exempla, &c. quorum intuitu, titulo, charitatis, Monasteriis oblationes factae sunt, & in dies fiunt, eisque, qui omnia pro Christo reliquerunt, rependuntur à sapientissimo retributore Deo: unde bene dicebat Sanctus Pater noster Franciscus, Fratres suos mundo debere exercitationes pietatis, exemplum, & doctrinam: Mundum autem, titulo charitatis debere illis victum, vestitum, hospitium gratuita benignitate. Sufficiens itaque Religiosus exercitiis, & austeritatibus Religionis satisfacit oblationibus, & eleemosynis piorum, nec priuatim, & singulariter ad Horas canonicas iuste obligari potest.]Hucusque Marchant, ubi supra.

Sed praeter ipsum inuenio hanc sententiam nouissimè docere etiam Patrem Lessium in *Resolutionibus casuum conscientiae*, post p. 2. D. Thoma, verb. *Hora canonica*, cas. 14. fol. mibi 194. quod probat primò: quia Moniales non tenentur ad Horas canonicas aliquo voto, vel ex vi suae Professionis, ut passim Doctores fatentur: neque ex aliquo Ecclesiae Praecepto; neque ex vi alicuius status, aut Regulae, sed solum consuetudine, ut communiter Doctores admittunt. Atqui illa consuetudo non est ita datè interpretanda, ut sub peccato mortali obligate singulis vicibus censeatur: tum, quia id parum humanum esset, & saepe periculosum saluti: tum, quia consuetudo regularis non debet censerì magis obligare, quàm expressum statutum Regulae. Atqui si esset expressum statutum Regulae de Horis à singulis recitandis, illud non censeretur obligate sub peccato mortali, sed solum sub reatu regularis correptionis, vel ut summum sub peccato veniali, & poena regulari, sicut alia statuta regularia: nisi fortè haberet verba, quae perspicuè maiorem obligationem designarent, qualia sunt: *Praecipimus in virtute sanctae obedientiae. Praecipimus. Strictè iniungimus*, &c. Verùm nullum est statutum regulare, ut existimo, quod verba tam obligatoria habeat.

Confirmatur: quia obligatio sub mortali est res valde odiosa, ac proinde minimè praesumenda, nisi ubi necessitas cogit. Atqui hinc nulla cogit necessitas praesumendi, aut inducendi tam grauem obligationem: quia, sicut ad alias Regulas, & ad disciplinam religiosam seruandam sufficit obligatio ad poenam, & castigationem regularem; ita etiam ad seruandam hanc consuetudinem. Alia ratio est de beneficiariis, & ordinatis: beneficiarij enim stipendia ab Ecclesia accipiunt, ut Officium diuinum persoluant; unde instar mercenarij tenentur ex quasi contractu, & Officio: ordinati verò Ordine sacro sponte se in minist-

rium Ecclesiae tradiderunt: ad hoc enim ordinantur, ut Ecclesiae seruiant: ac proinde æquissimum fuit, ut Ecclesia illis, tanquam suo ministerio mancipatis, hoc onus imponeret. Moniales verò non idè deserunt saeculum, & se in Monasterium abdunt, ut aliquod Ecclesiae ministerium obeant, aut ut stipendia ab Ecclesia percipiant: sed ut suae perfectioni vacent, & Deo seruiant: alimenta autem gratis percipiunt, ut pauperes. Itaque ex hoc capite nulla fuit ratio tam grauis vinculi imponendi. Et sanè cum illae saeculum deserant, omnes opes, voluptates, propriam voluntatem, & in latebras perpetuas Monasterij se abdunt, ut occasiones peccatorum vitent, & liberiore spiritu Deo seruiant; parum videtur humanum, si nouus ille laqueus illis iniiciatur, & sub peccato mortali ad preces tam longas, & multiplices, quas non intelligunt, adstringantur. Sat enim ipsae sibi oneris imponunt, cum tribus votis se obstringunt, & disciplinae Religionis subiiciunt. Quis nouam illam obligationem adeò grauem non reformidet? Non esset hoc sacras Virgines ad Religionem allicere, sed abstertere.

Neque obstat, quòd dicantur consuetudine teneri sub mortali: quia, ut rectè Caietanus, & alij, de tali consuetudine habente tale vinculum non constat. Et si enim satis constet de consuetudine, qua Moniales consueverunt publicè Horas canere; non tamen satis constat de consuetudine, qua tantum vinculum singulis priuatim sit impositum. Deinde haec consuetudo non aliter potuit inducere talem obligationem, quàm mediante hominum opinione, qui putauerunt se obligari sub mortali, & iudicabant se peccare mortaliter, si omitterent. Talis autem obligatio facile tollitur, si ostendatur, opinionem illam non solido niti fundamento. Sicut olim ante Sotum communis erat opinio, omnem beneficiarium sub peccato mortali teneri quotidie ad Horas, etiamsi beneficium solum duos, vel tres aureos ei penderet: & ita consuetudine, & Doctorum opinione tenebantur sub mortali: verùm, postquam Sotus praclaro iudicio docuit contrarium, passim coepit illa rigida sententia exolescere. Simili modo putabatur esse peccatum mortale facere Sacrum ante preces matutinas. Itaque talis obligatio statim euanescit, quoad grauitatem peccati mortalis, simul atque ostensum fuerit, eam solido fundamento minimè niti.

Denique probabilissima sententia est, posse obligationem imponi sub veniali, etiamsi materia secundum se sit grauis, & capax obligationis sub mortali; maximè quando iusta ratio subest non imponendi maiorem obligationem, sed sistendi intra limites venialis. Hinc autem iustissima videtur esse ratio non imponendi, aut interpretandi maiorem obligationem, quàm sub veniali, iuncta simul regulari correptione: sic enim abundè obtinebitur finis status, & conscientiae infinitis scrupulis, & periculis peccati mortalis eximentur. Et haec omnia docet Lessius loco citato.

Verùm, his non obstantibus, ego puto, non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quam esse communem omnium Scholasticorum, & Canonistarum, testatur, me citato, nouissimè Peirinus, in *Comment. ad Regul. Minim. cap. 4. §. 12. quest. 1. num. 3.* Et, me etiam citato, Ioann. Escobar *tract. de Horis canon. quest. 3. §. 4. num. 3.* Vide etiam Teocadam in *Theolog. mor. tom. 1. lib. 1. tr. 1. contr. 15. dub. 2. num. 25.* Et, me citato, Ioan. Henriquez in *pract. quest. sect. 35. quest. 2. cum Sa verb. Hora, num. 1.* & idèd sententiam negatiuam non esse probabilem docet Sanchez in *Opusc. lib. 7. cap. 2. dub. 3. num. 6.* & ex illo Pellizzarius in *Man. Regal. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 53.* & omnino videndus in *tract. de Mon. cap. 6. quest. 7. num. 14.* unde Reginaldus *tom. 1. lib. 18. num. 140.* asserit, de dicta consuetudine obligante Moniales ad Horas canonicas dubitare temerarium esse: sed, quia ego libenter à censuris opinionum doctorum virorum abstineo; idèd sufficiat tantum asserere, me affirmatiuae sententiae contra Moniales adherere. Ad rationes verò adductas à Marchantio, & Lessio pa-

get responsio ex his, quæ *alibi* diximus, & docet etiam Bonacina *de legibus, disp. 1. quest. 1. punct. ult. §. 3. num. 2.* Pellizzarius *tract. de Mon. cap. 6. num. 30.* & nouissimè Ioseph Rogaffus *in Praxi Theolog. mor. tom. 2. par. 3. lib. 6. cap. 4. quest. 3.* vbi adducit regulas, ex quibus scit coguoscendum, consuetudinem obligare, & eam esse introductam per modum deuotionis: ex quibus aperte patet, consuetudinem persoluendi Horas canonicas à Monialibus, obligatoriam esse, vt communis Doctorum sententia fert. Et qui contra omnes loquitur, non bene loquitur.

An in collatione serotina ieiuniorum, possit quis in quantitate licita comedere pisces?

R E S O L. V I I I.

CVM in meo Tractatu de ieiunio, resolut. 1. pro affirmatiua sententia, quam ibi impugnaui & adduxerim solum Bonacinam; postea per litteras à pluribus enixè rogatus sum, vt si alios Doctores contra meam sententiam in fauorem Bonacinæ inuenirem, palam facerem: quod nunc facio: & idè eorum verba accipe. Petrus Marchant. *in Tribun. Sacramenti. tom. 2. tract. 12. tit. 3. q. 3. dub. 1.* sic ait: [In collatiuncula vespertina de qualitate cibi non est altercandum, sed de quantitate duntaxat. Fundor; quia collatiuncula illa tolerata, vel permessa est ad aliquam confortationem naturæ, propter infirmitatem humanam. Quid igitur refert, quo cibo confortatio illa fiat, modò non excedatur, & cibis abstinentiæ ieiunij sit accommodus? vel quid singularis dispensationis, siue gratiæ interuenire potest, vt me fructibus, & pane repleam; pisciculum autem, aut sorbitiunculam alterius generis attingere non audeam? Igitur censeo, qualitatem cibi, modò ex prohibitis in diebus ieiuniorum non sit, collatiunculam non vitare, si in quantitate non excedatur.

Franciscus Gherius *in thesauro anime, tom. 2. verb. Ieiunium, cap. 1. quest. 4.* [In ientaculo serotino non refert, quid quisque sumat, si modum non excedat, dummodo non sit aliquis ex cibis veritis: vnde poterit comedi caseus, pisciculi parui, vel pars exigua piscis grandis, iusculum etiam aliquod, & tandem quicquid magis vnusquisque putat prodesse suæ complexionis. Circa quantitatem non est determinanda; sed relinquenda est conscientiæ vnus cuiusque: quia, cum diuersæ sint complexionis hominum, quantitas determinata poterit esse deficiens vni, & sufficiens alteri, excedens alteri.

Nicolaus Moscicensis *in Tyroc. S. Artis Penitentiariæ, part. 2. §. De secundo Precepto ieiunij, num. 22. fol. 97.* [Materia collationis olim soli fructus erant: nunc autem sumat quilibet, quod vult; nihil refert, dummodo paruitas apud pios recepta non excedatur; & comedatur id, quod ad nutriendum potius valet, vt legumina, & pisces, quanuis etiam hæc in modica quantitate non obstant ieiunio, ne collatio in cœnam transiret. Hæc autem quantitas non est taxata, sed arbitrio bonæ conscientiæ relicta, attentis circumstantiis locorum, temporum, personarum, & occupationum. Hinc etiam iusculum accipi potest, seruata paruitate.]

Iacobus Marchantius *in resolutionibus pastoralibus, par. 2. cap. 5. fol. mibi 220.* [Difficultas est de qualitate, an possit quantitas illa modica sumi de cibis qualibuscunque licitis in diebus ieiunij, puta, de piscibus? Bonacina asserit, in vespertina collatione non tam cibi qualitatem, quam quantitatem attendendam: & ita liceret, collatiunculam de piscibus, aut etiam de ouis, extra Quadragesimam sumere, si modò quantitas non excedatur. In hunc autem insurgit acriter Antoninus Diana, & asserit, sic frangi ieiunium, & peccati mortaliter ob qualitatem cibi sumpti; allegatque operosè multos Doctores, dicentes, non licere collationem facere, nisi cum modico pane, & fructibus, vel herbis, aut electuariis, & similibus leuiori-

bus cibis, nec aliud consuetudinem permittere, sed esse corruptelam. His tamen non obstantibus, Bonacinæ sententiam nonnulli sequuntur, & dicunt, licere loco fructuum, vel pisciculum, vel piscis grandioris particulam sumere, vel aliquid cibi alterius cuiuscunque liciti in diebus ieiuniorum, si modò non excedatur quantitas modica. Et quanuis non sit suadendus ordinariè huius sententiæ vsus; tamen cum causa aliqua adest, potest fieri sine peccato: & si fiat sine vlla causa excusante, ego non existimo esse nisi veniale.]

Ioannes Vviggers *de iustitia, & iure, tract. de Temperantia, cap. 1. dub. 4. num. 21.* [Petet aliquis, quid dicendum de cœnula vespertina, siue de collatiuncula, vt communiter vocatur? Respondetur, illam licitam esse, non tantum ne potus noceat, vt solet dici; sed etiam alicuius alimenti causa, Ita docent Medina C. *de ieiunio, q. 8.* Caietanus *verb. Ieiunium, Nauarr. cap. 21. num. 15.* Tannetus *tom. 3. dispur. 3. quest. 3. dub. 5. num. 91.* & plures alij. Fundamentum sumitur ex consuetudine: vnde & mensura illius erit sumenda, quam pro varietate locorum, scilicet, probat prudentum, & timoratorum vsus. Notat autem Bonacina *tom. 2. de Preceptis Ecclesiæ, dispur. ult. quest. 1. punct. 3. num. 3.* in hac cœnula, siue secunda refectione, vt loquitur, nou ita strictè prohiberi cibi qualitatem, sicuti interdicitur quantitas. Vnde addit, quanuis magis communiter sumatur in cibis, quibus vescimur ante, vel post prandium, (vt hîc in Belgio in pane, & butyro;) possit tamen etiam sumi pisciculum, vel particula aliqua piscis maioris.]

Et hanc sententiam tenet etiam Zambellus *in Repert. mor. verb. Ieiunium, n. 19.* Pasqualigus *in Praxi de ieiunio, decis. 113.* vbi citat Caiet. & Bizozzerum; & illam probabilem esse fatetur Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 8.* & Machado *tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 3. docum. 7. num. 5.* ex autoritate Doctoris D. Garcia de Portas, Sacrorum Canonum vespertini Professoris, in emporio omnium scientiarum celeberrimæ Salmanticensis Academiæ.

Sed, his non obstantibus, negatiuam sententiam communiter docent Doctores, ita vt falsam, me citato, affirmatiuam existimet Ioannes Henriquez *in quest. practicab. sect. 16. quest. 4.* Et nostram sententiam, me citato, docet nouissimè Pater Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 14.* cui adde doctum Patrem Leandrum à Murcia *in question. Regularibus, ad cap. 2. super cap. 3. Regula D. Francisci, num. 42.* vbi sic ait: [En quanto à la calidad, conuienen todos, que ha de ser de manjares de poca sustancia, como son frutas, conseruas, y yeruas; però no se puede hazer con manjares sustanciales, como son los, que de ordinario sirven à la comida; esto es, ni con pezes, hueuos, ni lacticiños, ni con legumbres de mucha sustancia, como seria con vna escudilla de guaruanços, ò con otros potajes semejantes. Esta sententia la tienen communmente los Doctores. Y se prueua: porque la colacion, assi quanto à la cantidad, como en quanto à la calidad, se ha introduzido por la costumbre: luego à ella se ha de estar en entrambas cosas, jamas se ha introduzido en la Iglesia, que se haga colacion con los dichos manjares sustanciales, sino con los referidos de menos sustancia; luego solo con ellos se puede hazer colacion.] Ita ille, & iterum ego, non obstante, quòd sciam id, quod Psalmista cecinit: *Si non fuerint saturati, murmurabunt.*

Nota hîc etiam, quantitatem vnciarum octo, quam ego probabiliter asserui posse sumi in collatione serotina, præter Suarez, Fagundez, & alios, quos citavi *in tract. de ieiunio, resolut. 1.* approbare etiam Ioseph Augustinum *in Breui Notitia, &c. de Precept. 2. Eccles. num. 1.* Escobar *in Theolog. mor. tract. 1. exam. 13. cap. 1. n. 102.* & me citato, Pellizzarium *tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 10. & 11.* Gesualdum *in Theolog. mor. tom. 3. tract. 22. cap. 2. n. 27.* Pasqualigum *de ieiun. decis. 91.* Leandrum *in qq. Regul. cap. 2. super 3. Regul. §. 2. num. 41.* Baucium *in Miscellaneis, tract. 1. qu. 75.* Ioan. Henriquez

Hentiquez in *Compen. cas. confc. cap. 10. num. 2. & 3.* Sancium in *select. disput. 32. num. 7.* Machadam *tom. 1. lib. 2. part. 4. traët. 3. docum. 7. n. 2.* Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 3. num. 9.* vnde refellendus venit Homobonus, qui in *respons. cas. confc. volum. 1. par. 2. respons. 59.* parum modeste aliteruit, supradictos viros doctos nimis laxè, & licenter loquutos fuisse.

An Sacerdos ordinatus ab Episcopo sine forma contenta in illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum, &c. si exponeretur ad audiendas Confessiones, conficeret Sacramentum Penitentia?

R E S O L. I X.

Affirmatiuam sententiam tenendam esse, sequitur ex doctrina Soti in *4. dist. inct. 24. quest. 1. art. 4. conclus. 5.* Nugni in *3. par. tom. 2. quest. 37. art. 5.* Valentia *tom. 4. disp. 9. quest. 1. punct. 5.* & aliorum. Vnde Reuerendissimus Magister Candidus *tom. 4. disquis. 4. art. 2. dub. 5.* sic ait: Ordinatione Sacerdotis essentialiter perficitur in prolatione primæ formæ in illis verbis prolatis ab Episcopo: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis.* Verba autem illa, quæ secundo loco proferuntur ab Episcopo: *Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseras peccata, remittuntur eis,* &c. non sunt de essentia Ordinationis Sacerdotis, sed quasi integritate Ordinationem Sacerdotis, seu, vt melius dicam, sunt quasi declaratoria eius potestatis, quæ antea per prima illa verba: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis.* data fuit.

Vnde, si casu aliquo Episcopus impediretur, puta, morbo, vel morte repentina, quominus imponeret manus super ordinato, & diceret: *Accipe potestatem remittendi,* &c. Minister ille Sacerdos, cui iam potestas offerendi data esset, & traditus calix cū vino, & patena cum pane, verus esset Sacerdos, habens potestatem, quantum est ex parte Ordinis, remittendi peccata, si iurisdicatio accederet: quia potestas illa principalis consecrandi, & offerendi ipsum Corpus Christi verum, necessariò habet coniunctam potestatem in Corpus Christi mysticum: ergo in illa traditione Calicis cum vino, & patenæ cum pane, sub illa forma verborum: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis.* intelligendum est consequenter etiam tribui potestatem remittendi peccata, quantum est ex parte Ordinis: ergo, si in casu aliquo Episcopus ordinans, illa verba omitteret: *Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseras peccata,* &c. talis homo per illa verba: *Accipe potestatem offerendi,* &c. remaneret verè ordinatus: vnde, si postea obtineret beneficium curatum, vel expositionem ad audiendas Confessiones, tales Confessiones essent validæ. Ita ille.

Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo: nam Sacerdotes in sua Ordinatione, sicut recipiunt duplicem potestatem consecrandi, & absoluendi; ita duos illis dicendum est imprimi Characteres realiter distinctos, quorum vnus sine alio consistere potest. Probat: quia Character est potestas exercendi Ordines: sed hîc potestates sunt distinctæ, distinctisque temporibus collatæ: ergo etiam Characteres distincti erunt. Quare, si quis Sacerdos priorem, sed non posteriorem potestatem reciperet, nullo modo (quicquid dicat Sorus) absoluere potest: quauis in Parochum, vel in Episcopum eligeretur; vel hanc potestatem remittendi peccata à Summo Pontifice haberet, cùm sit substantialis Sacramento, & de iure diuino, quicquid Paludanus in *4. dist. 25. qu. 2. art. 2. num. 7.* in oppositum minus consideratè docuerit. Multò minus probatur à nobis opinio Vasquez *disput. 39. cap. 6. versic. Verum quia.* asserentis, potestatem remittendi peccata superaddere potestati conficiendi Corpus Christi solam extrinsecam denominationem à diuina destinatione ad aliud officium

exercendum: nam potestas remittendi peccata, est potestas realis ad reales effectus ordinata, non secus ac potestas consecrandi est realis: ergo non erit sola denominatio extrinseca. Secundò, idem manens idem semper est natum facere idem: ergo, si Sacerdos nihil reale acquirit per potestatem remittendi peccata, sequitur, ipsum non posse absoluere à peccatis. Tertio, omnis forma Sacramenti efficit, quod significat: sed forma huius potestatis sunt illa verba: *Accipe potestatem remittendi peccata.* ergo hæc verba talem effectum in anima habebunt: secus dicendum esset, Characterem non esse quid reale animæ impressum, sed extrinsecam denominationem à diuina destinatione ad hoc, & ad illud munus exercendum.

Hinc deducitur, potestatem consecrandi esse independentem à potestate remittendi peccata: tum, quia omne prius est independentem à suo posteriori: tum, quia nouus Sacerdos vtitur potestate consecrandi simul cum Episcopo, antequàm potestatem remittendi peccata recipiat. At è contra potestas absoluendi aded pender à potestate consecrandi, vt inualida prorsus foret, si ipsa conferretur non habenti potestatem consecrandi. Ratio est: quia illam, tanquam suum fundamentum, præsupponit, & ablato fundamento tota fabrica corruiat; non secus ac Character episcopalis necessariò præsupponit sacerdotalem, sine quo consistere nequit.

Itaque ex omnibus supradictis apparet, completam Sacerdotis Ordinationem constare duabus partialibus Ordinationibus; vna, per quam datur illi potestas offerendi, & conficiendi verum Christi Corpus, & Sanguinem, per quam ordinatur respectu veri Corporis Christi; altera, per quam datur eidem potestas supra Corpus Christi mysticum, seu qua datur potestas fideles sanctificandi, & ad legitimam Eucharistiæ susceptionem disponendi. Has Ordinationes esse distinctas, constat primò ex diuersa materia, & forma. Secundò, ex diuerso fine. Tertio, ex tempore, quo conferuntur: nam, vt patet ex Romano Pontificali, secunda Ordinatio fit aliquanto tempore post primam. Quartò, ex diuerso tempore, quo sunt à Christo institutæ. Prior est instituta ante Passionem in vltima Cæna, posterior Ioan. 20. post Resurrectionem. Quintò, ex eo, quòd prior consecratio possit subsistere sine posteriore: nam, si Episcopus peracta priore Ordinatione, vel ex malitia, vel ex impotentia, non procederet ad posteriorem; ita ordinatus validè consecraret, & offerret Sacrificium; & satis patet in Apostolis priorem consecrationem, & potestatem fuisse aliquanto tempore sine posteriore.

Ex quibus patet, has Ordinationes posse dici duo partialia Sacramenta, per quorum singula peculiaris potestas conferatur, ita vt solùm ordinatus priori Ordinatione non possit etiam validè exercere actus posterioris, vt colligi potest ex Trident. *sess. 14. locis citatis,* v.g. non possit validè absoluere, & conferre Sacramentum extremæ Vnctionis: quia tamen huiusmodi potestates sunt subordinatæ, ex illis Ordinationibus conflatur vnum Sacramentum, per quòd Sacerdos perfectus statuitur.

Nec ex eo, quòd sint duæ illæ Ordinationes Sacerdotis, augetur numerus Ordinū: quia secunda ita intrinsecè supponit priorem, vt si quis tentet secundam conferre non ordinato priori Ordinatione, nihil sit facturus: neque is, circa quem huiusmodi Ordinatio est attentata, sit receptorus vllam potestatem Ordinis ad fideles sanctificandos; & proinde non possit validè conficere vllum Sacramentum requirens Ordinem: eò quòd potestas Ordinis in Corpus Christi mysticum ex diuina institutione supponat potestatem in Corpus Christi verum. Et hæc omnia docet Ioan. Præposit. in *3. par. D. Thoma, de Sac. Ordin. q. unica, dub. 5. n. 25.* Lessius in *3. de Sac. Ord. c. 1. dub. 6. n. 13. & seq.* Hurtadus de *Sacram. Ordin. difficul. 21.* & alij. Itaque in casu nostro, talis Sacerdos esset: vt ita dicam, dimidiatus Sacerdos: nam haberet potestatem conficiendi Corpus Christi, non autem absoluendi peccata.

Non obstat dicere, quod Characteri sacerdotali annexa est potestas remittendi peccata: sed hic Character imprimatur portatione Calicis: ergo etiam tunc datur potestas remittendi peccata. Respondeo: Integro Characteri sacerdotali annexa est potestas remittendi peccata: qui autem portatione Calicis imprimatur, non est integer; nam integer ex duobus constat Characteribus; sicut integra Sacerdotis potestas duabus potestatibus constat, quæ diuersis symbolis externis conferuntur. Neque hoc est absurdum, aut contra communem sententiam, ut Sorus existimat. Quando enim datur potestas consecrandi, datur solum Character huic potestati respondens, in quo hæc potestas fundatur: & quando datur potestas remittendi peccata, datur alius Character, cum sit alia potestas, quæ proinde in alio Charactere fundari debet. Neque est illa ratio, cur non sint duo Characteres, sicut sunt duæ potestates.

Puto tamen sententiam Magistri Candidi, & aliorum, esse satis probabilem; sed nostram existimo probabilior.

An Hispani, Siculi, &c. existentes extra Regna Hispaniarum, & Sicilia, possint sumere per alios Bullam Cruciatam, & eius privilegii frui, secluso privilegio edendi lacticiam.

R E S O L. X.

Non desunt aliqui, qui sententiam affirmatiuam probabilem existimant: & ita nouissime docet doctus Pater Quintanadueñas in *Theolog. moral. tom. 1. tractat. 8. singul. 4. n. 8.* ubi sic asserit: [Dicendum est, probabile esse, quemlibet Sacerdotem, vel adstrictum Horis canonicis subditum Regis Hispaniæ, uti posse prædicta compositione, & gaudere Bullæ privilegiis, excepto lacticiarum, & ouorum esu, etiamsi existat extra Hispaniæ Regna, & extra illa commoretur, dummodo alius pro prædicto Bullam in Hispania accipiat. Primò, quia in ipsa Bulla lacticiam solum excipiuntur, seu arcentur à privilegiis vescendi oua, & lacticiam, atque etiam carnes de vtriusque Medici consensu, ij, qui extra Regna hæc commorantur. Item, inquit Pius V. in *Bulla relata*, ut dicto biennio durante intra ipsa Hispaniarum Regna, & non extra; carnibus de consilio vtriusque Medici, temporibus ieiuniorum totius anni, etiam quadragesimalium vesci, ac pro eorum libito ouis, & lacticiis, &c. ergo reliqua privilegia poterunt illis prodesse, cum exceptio, seu casus exceptus firmet regulam in contrarium, l. *Nam, quod liquidè §. fin. primo responso. ff. de penul. leg. 1. Quæsum §. Idem respondit. & ibi Gloss. verbo, Non potest ff. de fund. instructor. c. 2. de coniugio leproso. Menochius de arbit. lib. 1. q. 30. num. 4. Surdus conf. 303. n. 11. Cardinalis Seraphinus Rota Rom. decis. n. 7. Fasiniacius prax. p. 4. conf. 65. n. 74. & apud eum decis. 51. n. 10. Rota Romana.*

Confirmatur: quia, ut Vega supra, & alij Doctores docent, idèd prohibetur hoc extra Hispaniam, quia scandalum oriretur, cum publicè fiat apud externos: sed nullum oritur ex hac compositione, cum secretò fiat, & in conscientia foro tantum: ergo fieri potest.

Probatur secundò: quia ad indagandam vim legum, & privilegiorum, causa finalis diligenter inspicienda est, iuxta vtriusque iuris Doctores, in *l. Verum. de furtis*. Vnde communis Iurisperitorum, & Theologorum statuit, quod cessante causa finalis legis in totum, cessat ipsa lex. Sic Alphonsus à Castro, Syluester, Suarius, Azorius, Couaruias, Aragonius, Gutierrez, Salas, & alij apud Bonaciam de *leg. dist. 1. q. 1. p. 10. §. 1. n. 1. & 2.* & de privilegiis docet ipse cum aliis d. *1. de priuil. q. 3. p. 8. §. 2. n. 4.* sed causa finalis, seu finis præcipuus concessionis Cruciatæ, & compositionis, est subsidium Regi Catholico pro belli

expensis impensum, vel à suis subditis, vel ab aliis; qui tamen ad eiusdem Regis Regna declinent: ergo, licet extra Hispaniarum Regna commorentur, dummodo sint vassalli, seu subditi Regis Catholici, non est, cur Cruciatam priuentur: æquè enim finis concessionis persistit, siue ij existentes in Hispania, siue extra illam, pecunias in subsidium belli contribuant.] Ita Quintanadueñas, & ante illum aliqui viri docti ex Societate, teste Castro Palao *tom. 4. tr. 25. disp. unica. punct. 2. num. 4* sic aient: [Non desunt graues Doctores, Pater Bonauentura, Ioan. Chacon. Ioan. de Salas in *Manuscriptis*, qui improbabile non reputant, Bullam prodesse Hispanis extra Hispaniam existentibus, si alius pro ipsis Bullam suscipiat; quia finis principalis Bullæ est subsidium pecuniarium factum nostro Regi pro expensis belli contra infideles. Quod verò fiat personaliter, & præsentialiter in illis Regnis, vel interposita persona, parum videtur referre.

Sed ipse meritò ibi prorsus refellit hanc opinionem, tanquam aduersam privilegij, verbis, quæ solum exprimunt, habitantes in Regnis Philippo subiectis, vel ad ea declinantes; aliàs non solum Hispani, sed exteri omnes frui Bulla possent, si aliquis in Hispania Bullam pro ipsis susciperet, quod credendum non est. Non enim est intentio Pontificis, ut noster Rex pecuniam ab illis accipiat, qui nec ratione domicilij, nec transeuntis habitationis illi subiiciuntur. Hanc etiam sententiam, præter Palaum, sustinet conciuis meus peritissimus, & amicissimus Pater Bardi in *Bullam Cruciatam. par. 1. tr. 2. §. 2. n. 16.* qui citat Ludouicum à Cruz, & Riccium.

Ad præcipuum verò argumentum Patris Quintanadueñas, respondeo, quod quantum finis huius Diplomatis sit subsidium Regis Catholici; tamen non est quocumque modo accipiendus, sed determinato modo, nempe, pro eleemosynis erogandis ab iis, qui in illis locis Bullam accipiunt: & de hac re nulla assignari poterit ratio, præter intentionem Pontificis volentis cum hac conditione Bullam concedere.

Notandum est hinc obiter, cum sermo incidit de Bulla Cruciatæ, Patrem Quintanadueñas *tract. 3. singul. 18.* docere ex pluribus rationibus, contra Eminentissimum Dominum meum de Lugo, Regulares posse absolui virtute Cruciatæ à peccatis mortalibus non referuatis: vnde *num. 14.* sic ait; [Sed si obiicis, ex relata sententia sequi, posse quemlibet Regularem absolui virtute Cruciatæ ab omnibus iis peccatis, & censuris à quocumque Confessore seculari, vel Regulari approbato ab Ordinario loci, vel à Prælate Regulari ipsius pœnitentis, à quibus potest absolui à Confessario deputato pro audiendis aliis Regularibus suæ domus: admitto, id sequi, & teneri à viris doctis.] Ita ille. Sed opinionem Eminentissimi de Lugo defendit mordicus Pater Bardi *ubi supra, c. 5. sect. 2. §. 4. n. 90. & seq.* Ego autem vtranque sententiam probabilem esse puto.

An dispensatus ad carnes, non propter virium debilitatem, sed quia cibi quadragesimales sunt ei nocui, si in aliquibus diebus non comedat carnes, teneatur ieiunare, & abstinere à secunda comestione.

R E S O L. XI.

Negatiuam sententiam, ex Carolo Zambrano, Authore Casuum Conscientiæ Bononiensium, docet nominatim contra me Pater Pasqualigus in *praxi de ieiunio, decis. 268. num. 3.* Quia, cum dispensatio sit pro singulis diebus, tollit pro singulis diebus obligationem non solum abstinendi à carnibus, sed etiam abstinendi à pluribus refectioibus, quia tollit essentiale ieiunij, quod non potest stare cum comestione carniū. Si igitur aliquo die dispensatus non vult comedere carnes, non teneretur ieiunare: quia non est, à quo ponatur talis obligatio, cum iam sit sublata per

per dispensationem : quæ , cum sit absoluta , & non conditionata , si nimirum , utatur carnibus , non reuiuiscit ex eo , quòd non utatur . Nec obstat , quòd tunc ieiunium posset habere locum : quia hoc non sufficit , ut quis teneatur ieiunare : alioquin semper teneretur , quando non comedit carnes , sed insuper requiritur obligatio ,

Sed ego non recedo à sententia affirmatiua , quam docti cum Sanchez , Magala , & Trullench , & quam , me citato , nouissimè contra Pasqualigum docet doctissimus Pater Bardi in *Bulla Cruc. part. 2. traët. 3. cap. 1. sect. 7. n. 54.* qui respondet ad omnia argumenta contraria . Adi illum , & non pigebit . Dicendum est igitur in nostro casu , talem non posse secundam comestionem sumere : nam dispensatio solùm respicit , ut adæquatum obiectum , bonum nutrimentum ex qualitate ciborum , & non corroborationem virium ; quia iam supponimus , dispensatum esse robustum , & pati posse afflictionem ieiunij : igitur , si ob piscium , seu ouorum comestionem non potest haberi nutrimentum causandum ex comestione carniū , cessat totaliter finis dispensationis ; atque adeò remanent omnia , facta tali hypothesi , iuxta dispositionem iuris communis ; ac proinde vrgebit obligatio ieiunij . Confirmatur efficaciter : nam in tantum Titius erat liber à lege ieiunij , in quantum ponebat conditionem incompossibilem cum ipso ieiunio , nempe , comestionem carniū , & ideò tali conditione non apposita , nulla erit exemptio ad non ieiunandum .

Igitur in nostro casu supponitur , obligationem ieiunij fuisse absolutè sublatam : quod tamen est falsum , cum solùm ablata fuerit dependenter à comestione carniū , propter impossibilitatè cum ieiunio . Cæteras rationes videbis apud Bardi . Et post hæc scripta inueni nostram sententiam , me citato , nominatim contra Pasqualigum , docere etiam Pellizzarium in *Mani. Regul. tom. 1. traët. 5. cap. 5. num. 39.* & ex eadem Societate Patrem Escobar in *Theol. moral. traët. 1. exam. 13. cap. 3. num. 104.*

Sed hic obiter inquiri , an dispensatus ad edendas carnes , possit simul pisces comedere , si ab Episcopo fuerit hoc prohibitum sub pœna excommunicationis . Et affirmatiuè respondet Sancius in *selctis , disput. 51. num. 10. & 11.* Si causa excitandi appetitum , comedas pisces , non peccabis : quia Præceptum positium abrogare non debet , quod iure naturali debetur . Neque item , si comedas pisces suaves , etiam absque causa , vel in ea quantitate , quæ tuæ salutis non noceat ; quare , inquit prædictus Auctor , hoc præceptum violare tantùm censeberis , quando Pisces simul cum carnibus edes , quorum esus graue tuæ salutis nocuum inferat .

Sed mihi magis placet sententia negatiua Castri Palai *tom. 4. traët. 25. disp. unica , punct. 8. §. 1. num. 12.* Quia finis huius Præcepti positui non est salutis corporali subditorum consulere , sed fidelium ædificationi ; ne , inquam , dispensati in lege abstinendi à carnibus , voluptati incumbant loco pœnitentiæ , quam alij præstant , ipsique præstare tenebantur . Quapropter esus piscium , simul & carniū , esto nociuus non sit , prohibitus censetur . Pro esu nanque nociuo opus non erat episcopalis prohibitio , cum iure naturæ prohiberetur . Neque permittendus est esus piscium ad excitandum appetitum , nisi fortè in tam leui quantitate , ut in considerationem non veniat . Nam esto , iuri naturali non repugnet , media assumere ad appetitum excitandum ; non tamen iuri naturali debetur , omnia media assumere ; quinimò iuri naturali est conforme ab aliquibus abstinere ob bonum virtutis , Præceptorum obseruationem , & fidelium ædificationem .

Nota hic obiter , quòd qui frangit ieiunium comedendo carnes , secundum Leandrum de *Sacrament. tom. 1. traët. 5. disput. 8. §. 8. quest. 11.* non duo , sed vnicum committit peccatum : ergo , per se loquendo , non erit necessarium explicari circumstantiam modi , quo ieiunium violatum est , cum sit tactum aggrauans . Sed ego non recedo à

contraria sententia , quam olim docui , & docent communiter D D. Nota etiam Leandrum *ubi supra , quest. 12.* docere , quòd qui in die ieiunij comedit carnes , & lacticia , vel oua simul , vnicum tantùm patrare peccatum non distincta : quia vel vnicum solum Præceptum violat : aut si duo , sub vna & eademmet ratione formali abstinentiæ . Sed ego *alibi* contrarium docui , & iterum doceo . Sentio tamen cum ipso Leandro *quest. 13.* me citato , quòd qui vouit aliquo die ieiunare , non toties peccat , quoties in illo die carnes comedit ; sed semel in prima carniū comestione .

Quis ingressus in Religionem , exiit quatuor menses in Nouitiatu ut laicus ; postea transiit in statum clericalem , & perficit annum Nouitiatus : quaritur , an eius professio fuerit valida ?

R E S O L. XII.

Videtur respondendum negatiuè , ex defectu anni Nouitiatus continui : nam status laicalis differt à statu clericali : ergo Nouitiatus factus in vno , non potest deseruire pro alio : unde annus Nouitiatus iterandus est , quando aliquis Conuersorum ad statum clericalem transferatur . Et ita asserunt fuisse declaratum à Sacra Congregatione anno 1618 .

Probatum etiam ex Decreto Clementis VIII. in *Institut. super recept. & educat. Nouit. §. Tempore.* in quo sic habetur : *Sed qui ad Conuersorum Habitum recepti fuerint , ad clericalem statum transire , etiam durante tempore probationis , non possint .* Et verbum , *non posse* , formam inducere , & importare , tradit Sanchez de *matrim. lib. 6. disput. 36. num. 20.* asserens , quòd verbum , *Potest , praposita negatione , tollit potentiam , & reddit actum nullum .* Quod etiam docet Rebullius de *oblig. iustis. part. 1. lib. 1. q. 6. num. 42.* & Gomez in *cap. Vi animarum. §. Statuti. num. 24. de constit. in 6. & alij .*

Sed de hoc casu interrogatus , ego affirmatiuè sententiæ adhæsi : quia Concilium non requirit aliud ad validitatem Professionis , nisi annum Nouitiatus continuum , sub cura Prælatorum : sed dictus Nouitius per annum continuum exiit in Nouitiatu sub obedientia Prælati , & austeritates Religionis expertus est , non solùm in statu clericali , sed etiam laicali : ergo . Et ita hanc sententiam in terminis docet Tamburinius de *iure Abbatum , tom. 3. disp. 6. quest. 17. num. 8.* vbi sic ait : [Si quæras , an Nouitiatus sit interruptus , quando aliquis Oblatus , vel Conuersus ad statum Clericorum transfertur , & consequenter sit iterandus . Respondeo , quòd non est iterandus : quia sufficit , ut per vnum annum maneat sub obedientia Prælati , & tunc probationis annum legitimè impleuit , maximè cum Nouitius non teneatur omnes asperitates Regulæ experiri in specie , sed satis est , si probeat in genere , persenerando sub dicta obedientia Prælati per annum .] Ita ille : & post illum amicissimus , & doctus Pater Lezana in *Summa qq. Regular. tom. 4. verb. Professio Regularis , num. 10.* sic asserens : [Pro casu tamen , qui sæpius inter Regulares contingere solet , scilicet , quòd cum aliquis Nouitius Nouitiatum in totum , vel in partem iuxta morem Conuersorum peregerit , postea verò in Professione ad Clericatum admittatur , vel aliquando etiam è contra ; notandum est , valdè probabile esse , talem Professionem esse validam , & illum Nouitiatum sufficientem fuisse pro tali Professione faciendâ . Quia ad Probationis annum legitimè implendum , satis est , quòd Nouitius vno integro anno sub obedientia Prælati existat .] Ita Lezana in editione Veneta in folio impressa : nam in aliis hæc non inueniuntur . Hanc etiam sententiam tenet Sanctorius in *Constit. Fratrum Minorum , c. 2. stat. 24.* & illam supponit Portel in *dubii Regul. tom. 1. part. 2. cas. 8.* loquens de Nouitio , qui annum Nouitiatus in statu laicali

cali peregit, & postea inuitus emisit Professionem in statu clericali. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam firmari etiam à Bordonò *in consil. regul. tom. 2. Resol. 44. num. 230.*

Restat modò respondere ad argumenta in contrarium adducta; & ad declarationem Sacræ Congregationis adductam respondet Peirinus *tom. 2. de Pralato, q. 3. cap. 1. §. 5. num. 148.* vel non esse veram, vel non esse vsu receptam: & idè docet, quòd quando aliquis Clericus transfertur ad statum laicalem, non eget nouo Nouitiatu. Et ita etiam docet Pellizzarius *in Man. Regula. tom. 1. tract. 2. cap. 1. num. 30.*

Ad secundum argumentum, scilicet, ad Decretum Clem. VIII. adductum, respondet Sanctorius *vbi supra*, & Bordonus *tom. 1. Resol. 29. num. 95.* quòd in dictis verbis Decreti nihil agitur de valore Professionis; sed tantum dicitur, non posse Conuersum in anno probationis, neque post Professionem, transire ad statum clericalem. Vnde nota, quòd aliud est transire, quod respicit agere propria autoritate; aliud transferri, quod indicat actum alterius potentis transferre: itaque per illud statutum non aufertur potestas Superiori; sed Subdito negatur transitus propria voluntate ad altiorem statum, ad quem nemo debet accedere, nisi prius vocetur. Itaque in his verbis Pontifex factum prohibet, non irritat. Et ita etiam, præter Sanctorium, & Bordonum, docet nouissimè Pellizzarius *vbi supra. tract. 3. cap. 3. num. 33.* Nec doctrina Sanchez de verbo, *non potest*, adducta in contrarium, est semper vera, vt nominatim contra illum probat Quintanadueñas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 2. singul. 7. num. 4.*

An ignorantia censura inuincibilis, quæ est annexa casibus pontificiis, impediat reservationem.

R E S O L. X I I I.

Multum animarum consolatoria erit hæc Resolutio: nam affirmatiuè respondeo. Dico igitur, quòd si quis inuincibiliter ignoret excommunicationem, aut aliam censuram, quæ est annexa casibus pontificiis, non solum excusabitur ab incurso censuræ; verum etiam casus non erit reservatus reservatione illa pontificia: atque aded poterit absolui à quocunque Confessario habente iurisdictionem in peccata mortalia huius rei, qui in tales casus est lapsus. Hanc opinionem sequitur Henriquez *in Summa, lib. 6. cap. 13. num. 2.* Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 8. n. 5. in fine.* Coninch *de censuris, disp. 8. dub. 11.* Gaspar Hurtado *de pœnit. disputat. 11. difficult. 9. in fine.* Trullench *in Bullam, lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 1. num. 3.* & Pater Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 3. num. 27.* qui *in sect. 4.* hoc etiam extendit ad naturalem obliuionem, seu inuincibilem inaduertentiam, citans Suarez, Merollam, Duardum, & alios. Nec obstat dicere, ait ipse, quòd si doctrina prædicta esset vera, sequeretur, valde paucos incidere in censuras pontificias, & indigere priuilegio Bullæ ad obtinendam absolutionem à criminibus Summo Pontifici reservatis: quia, vel ignorant censuras prædictis criminibus annexas, vel naturali obliuione, & inconsideratione illas non aduertunt. Hoc autem asserere, videtur nimis durum, eneruarentur enim omnes reservationes pontificiæ: & ex eo sequeretur, quòd multi ablato timore excommunicationis, & difficultatè ad obrinendam absolutionem, facilius inducerentur ad talia peccata patranda.

Respondeo, hoc non esse censendum nimis durum; sed potiùs valde consonum suauis dispositioni, qua pia Mater Ecclesia regit Fideles, cum nolit illos, dum non sunt contumaces contra ipsam, puniri pœna aded graui, qualis est censura, & præsertim excommunicatione, quæ est pœna

inter spirituales, quæ ab Ecclesia imponuntur, omnium maxima: proinde quando Fideles ignorant, vel naturali obliuione, & inaduertentia non apprehendunt censuram, excusandi sunt ab eius incurso. Et quia reservatio culpæ omninò dependet ab ipsa censura; idcirco non debet esse mirum, quòd quando quis inuincibiliter censuram non aduertit, casus, qui in reservatione dependent ab ipsa censura, remaneant non reservati.

Vnde non desinam hîc apponere etiam verba Ioannis Præpositi *in 3. part. D. Thoma, q. 1. de censuris in communi, dub. 8. num. 59.* sic asserentis: [Ex hac sententia sequitur, innumeros non incurrere censuram excommunicationis, quanuis aduertant se in aliquo actu peccare mortaliter, etiam contra legem ecclesiasticam, vel crassa eius ignorantia laborent: quia, non obstante notitia legis, vt est præceptiua, vel crassa eius ignorantia, laborant ignorantia inuincibili eiusdem, vt est illatiua censuræ, eò quòd, videlicet, nec quidquam de tali censura vnquam audiuerint, nec ex aliquo alio cognito faciliè eius notitiam comparare poterint. Qua ratione plerunque, non solum rustici, sed etiam alij plebeij à plurimis censuris possunt excusari, quanuis commiserint peccatum, cui annexa est censura. Quare prudens Confessarius non debet statim iudicare tales incurrisse excommunicationem; sed quibusdam interrogationibus debet conari inuestigare, num eorum ignorantia, respectu ipsius censuræ, fuerit inuincibilis, quando factum perpetrabant. Quòd si deprehendat, ignorantiam fuisse inuincibilem, potest iudicare, tales non incurrisse excommunicationem; & si casus sit reservatus propter excommunicationem, potest iudicare in ea circumstantia, casum non esse reservatum, seque posse ab eo absolueri, quamuis alioquin non posset absolueri ab excommunicatione.]

Imò hîc dicta possunt habere locum in variis Religiosis, qui excommunicationes non ita faciliè possunt cognoscere, qui proinde possunt ab iisdem excusati. Idem dicendum de variis suspensionibus, quarum ignorantia potest esse inuincibilis, etiam respectu Clericorum, & proinde si Confessarius ex circumstantiis possit aduertere aliquem, etiam Sacerdotem, laborasse ignorantia inuincibili, quòd suspensio esset annexa actui, quem exercuit, poterit iudicare talem non incurrisse censuram.] Hæc omnia Præpositus.

Et tandem non desinam hîc adnotare ea, quæ obseruat nouissimè Magister Serra *in part. 2. D. Thoma, tom. 2. q. 76. art. 3. dub. 2.* sic enim ait: [Tertia sententia est, ignorantiam, etiam mortaliter culpabilem, tam facti, quam iuris communis pontificij, quàm etiam censuræ, excusare non solum à pœna excommunicationis; sed etiam à cæteris omnibus aliis censuris, suspensione, interdicto, irregularitate, &c. Si tamen ignorantia non sit crassa, vel supina. Hanc tenent recentiores permulti. Probant ex cap. *Cum animarum de constit. in 6.* vbi sic dicitur: *Vt animarum periculis obuietur, sententiis per statuta quoruncunque Ordinariorum prolatis ligari nolumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina.* Vbi per sententias. Glossa intelligit, quæ ligant animam, vt locum habeat proxima ratio. Cum autem huiusmodi sint non solum sententiæ excommunicationis, sed etiam aliarum pœnarum spiritualium, ac censurarum suspensionis, interdicti, irregularitatis, &c. de his omnibus *ibi* est sermo; & nulla est ratio, ob quam ad solam sententiam excommunicationis restringatur. Quod *ibi* dicitur, per statuta quoruncunque Ordinariorum intelligenda etiam esse statuta Summi Pontificis, colligitur, quia, vt ait Syluester, *verbo, Ignorantia, quest. 8.* Non dixit, quoruncunque Ordinariorum locorum; cuiusmodi sunt Episcopi secundum Glossam; sed quoruncunque Ordinariorum simpliciter, vt includeretur etiam Papa, qui est omnium Ordinariorum Ordinarius. Et prætereà, quia de his eadem est ratio, vt, scilicet, periculis animarum obuietur, imò maior, quia Papæ statuta plures ligent,

gant, & minùs publicantur, vt *ibidem* ait Sylueſter. Denique cum ignorantia craſſa, & ſupina, vt patet ex dictis *art. 1.* ab ignorantia vincibili diſtinguatur, hæcque ſine illa eſſe poſſit: nam ad ignorantiam vincibilem ſufficit ignorare, quod homines nonnullam ſuæ ſalutis curam habentes, communiter ſciunt; ad craſſam vero, & ſupinam requiritur ignorare, quod omnes communiter ſciunt, & vt procedat ex nimia negligentia, & lata, auſtatiffima culpa in adhibenda diligentia: conſtat autem non ſolum hoc, ſed etiam primum ignorare poſſe, & vtrunque eſſe moraliter culpabile: ſequitur, quòd ignorantia moraliter culpabilia poterit à pœna excuſare.] Hucvſque Serra, qui poſtea aſſerit, omnia ſupradicta ſatis probabilia eſſe; & idem ſubdit: [Excommunicatio autem, ſuſpenſio, interdium, ac etiam irregularitas, pœnæ ſunt extraordinariæ, quæ non ſequuntur ex culpis ſecundùm ſe, & abſolutè ſumptis; ſed ratione grauitatis ſuperadditæ ex contemptu earum, & contumacia. Cùmque ab hac grauitate, contemptu, & contumacia excuſet ignorantia, quæ non eſt craſſa, aut ſupina; etiam ab incurſu talium pœnarum excuſare aſſerit tertia ſententia.] Ira ille, qui tandem etiam notat, quòd, quando lex apponens pœnam, requirit, vt delictum fiat ſcienter, ſi fiat ex ignorantia, non incurrit pœnam: nam ignorantia excuſat à qualitate, vel grauitate delicti, ob quam ſuit pœna appoſita. Solet lex ſcientiam requirere, aut verbis expreſſis, vt cum dicit, *ſi quis ſcienter*: vel æquiualentibus, vt cum dicit, *ſi quis præſumpſerit*; aut, *ſi quis temerè*, &c. Tunc autem, qui delinquit ex ignorantia etiam craſſa, vel ſupina, non incurrit pœnas: quia, vt ait Caietanus 2. 2. *quæſt. 53. art. 3.* verba iuris non fruſtra appoſita, nec improprie ſumenda ſunt. Apponerentur autem fruſtrà prædicta verba, & non cum proprietate reſtrictiua ſumerentur, ſi pœnæ incurrerentur à delinquentibus ex ignorantia ſaltem craſſa. Ignorantiam affectatam quidam exiſtimant non excuſare à pœnis ſtatutis, etiam contra ſcienter delinquentes: nam nihil minuit de culpa, & idem eſt peccare ex ignorantia affectata, ac ex certa ſcientia. Aliis oppoſitum videtur probabilius: nam Superior illis verbis exigere videtur certam, & expreſſam ſcientiam, ac ingentem temeritatem, præſumptionem, vel contemptum, quibus caret, qui peccat ex ignorantia, etiam affectata.

Vnde ex his omnibus, quæ Magiſter Serra obſeruat, & de quibus ego etiam *alibi*, Confefſarij in caſibus occurrentibus multa ſcrupula euaneſcere facient, & conſolationem Pœnitentibus afferent. Et ne deſeras recognoscere, me citato, *Quintanaduénas tom. 1. tract. 9. ſingul. 6. num. 4.* & Ioannem Præpoſitum *in part. 2. quæſt. 95. diſput. 5. dub. 5. num. 18.* vbi docet, ignorantiam, etiam vincibilem, dummodo non ſit craſſa, probabiliter excuſare, ne aliquis incurrat pœnas legis, v.g. excommunicationem, irregularitatem, ſuſpenſionem, inhabilitatem ad officia, ratione ſimoniarum, & alias graues pœnas. Et nota, omnia ſupradicta, tanquam probabilia, me citato, docere etiam Patrem de Lugo *de princ. Theol. mor. p. 2. cap. 4. quæſt. 3. n. 33. & ſeqq.* omninò videndum.

An in diebus ieiuniorum licitum ſit, ſine fractione ieiunij, ſumere mala maſſilica, mala medica, vnam, & ſimilia.

R E S O L. X I V.

Affirmatiuè reſpondet Paſqualigus *in praxi de ieiun.* *decif. 135.* vbi ſic ait: [Si tamen non deglutiretur ſubſtantia ſolida pomi, aut pyri; ſed tantùm ſuccus expreſſus, dum dentibus conteritur; tunc poſſet ſumi, quoties vrget ſitis: quia idem eſſet, ac ſi biberetur: vnde etiam ex tali ſucco ſolet fieri potus, qui licitè poſſet adhiberi, quoties liberit, in die ieiunij.

Si autem loquamur de malis maſſilicis, vulgò, *Limoni,*

aut malis medicis, vulgò, *Aranca,* & cæteris huiusmodi fruſtibus, poterunt adhiberi ad ſedandam ſitim, quoties liberit; quia, quauis videantur habere rationem cibi, dum tamen dentibus conteruntur, in liquorem reſoluuntur, & per modum potus tranſmittuntur ad ſtomachum.] Ita ille. Qui poſtea *decif. 136.* hoc etiam concedit de vua: [Quia, ait ipſe, in vua reperitur ſubſtantia triplicis generis, nempe, cortex, vinacea, ſeu lignea granulata in acinis vuae incluſa, & ſuccus, qui exprimitur: quod patet, quando vua conteritur: nam tota reſoluitur in hanc triplicem ſubſtantiam. Ex hac autem triplici ſubſtantia, ſolus ſuccus in ſtomacho digeritur, & conuertitur in ſubſtantiam viuientis; cætera autem minimè, ſed integra in propria ſubſtantia egeruntur, non ſecùs ac reſ aliarum, quæ nec aptæ ſunt ad nutriendum, nec habent rationem cibi.

Quando ergo comedimus vnam, idem eſt in ordine ad cibationem, & nutritionem, ac ſi ſumeremus ſolum ſuccum ipſius; quia ſolus eſt aptus, vt digeratur: & quia cortex, & vinacea egeruntur in propria ſubſtantia, non poſſunt habere rationem cibi, atque adeò nec frangere ieiunium eccleſiaſticum, per quod ſolus cibus nutritiuus prohibetur; non ſecùs ac non frangitur, ſi ſumeretur, & transglutiretur lignum, papyrus, palea, terra, & quid ſimile. Quare vua non poſſet frangere ieiunium, ratione corticis, aut vinaceorum.

Sed neque ratione ſucci frangit ieiunium: quia ſuccus in ſua ſubſtantia eſt vinum, & habet rationem potus; & proinde expreſſus eſt materia apta, vt conſecrari poſſit in Sacrificio Miſſæ. Vnde, quia exprimitur de acinis, quando vua dentibus conteritur, in ipſo ore acquirit rationem potabilis, atque adeò tranſmittitur ad ſtomachum per modum potus. Et ſicut muſtum non frangit ieiunium, quia eſt potus; ita nec etiam talis ſuccus, quia reuerà eſt muſtum.] Hæc Paſqualigus.

Sed nouiſſimè contra illum inſurgit Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 8.* ſic aſſerens: [Mo- neo hic obiter, Paſqualigum *decif. 135. de ieiunio, num. 5.* docere, mala maſſilica, vulgò, *Limoni,* & mala medica vulgò, *Aranca,* poſſe in die ieiunij abſque peccato ſumi à ieiunante ad ſedandam ſitim, quoties liberit; idque procedere de aliis ſimilibus fruſtibus, qualis, v.g. eſt vua. Probat: quia ſupradicta, eſto, videantur habere rationem cibi, dum tamen dentibus conteruntur, reſoluuntur in porum, ſicque per modum potus in ſtomachum tranſmitemuntur. Verùm mihi non probatur hæc doctrina: tum, quia eſt omninò ſingularis, & relaxatiua eccleſiaſtici ieiunij; & alioqui rarè benè loquitur, qui contra omnes loquitur: tum, quia dicti fruſtus ſumi poſſunt per modum cibi, & per modum potus, multùmque refert, ſub qua ratione ſumantur: ſiquidem ſumpti per modum cibi, frangunt ieiunium; non item, ſi per modum potus: ſumuntur autem per modum cibi, quando ſumuntur non expreſſi, & paulatim dentibus conteruntur, per modum verò potus, quando expreſſi in vaſe aliquo epotantur.] Ita Pellizzarius, cui libenter adhæreo.

Et quidem res morales, moraliter, & non metaphyſicè tractandæ ſunt. Vnde, ſi quis in menſa dentibus vnam premeret, & vinacea eiiceret, vt multi faciunt, deglutendo tantùm ſuccum ab illis elicitem, vti que iſte ab omnibus diceretur vnam comedere: ergo à fortiiori dicendum eſt in noſtro caſu, vnam comedere, qui & ſuccum, & vinacea deglutit: ergo frangit ieiunium. Deinde, ſi quis vinacea vuarum in torculari preſſa ſumeret in magna quantitate, quis diceret, eum illas comedendo non frangere ieiunium? Ergo, quantò magis in caſu noſtro dicendum eſt, illum comedere, & frangere ieiunium, qui ſuccum ſimul, & vinacea dentibus preſſa deglutit? Inſuper vinacea vuarum dentibus preſſa, ſemper aliquid ſucci imbibitum retinent: ergo, cùm illa deglutuntur, dicendum eſt ſumi per modum cibi, & alimentum præbere: ergo frangunt ieiunium. Adde, quòd

quod si opinio affirmatiua esset admittenda, quis ad satietatem posset sine peccato mortali, & fractione ieiunii, comedere pyra, perfica, poma, malogranata, vuam, & similia, cortices tantum expuendo, sed succum deglutendo: sed hoc dicere, videretur absurdum: ergo.

Relinquendo itaque abstractiones metaphysicas, quæ in rebus moralibus tractandis, respiciendæ sunt; assero constanter, sumentem vuam in quantitate notabili, frangere ieiunium: nam, qui comedit aliquem cibum in quantitate notabili in die ieiunii, frangit ieiunium: sed, qui sumit vuam in die ieiunii, dicitur verè comedere cibum: ergo, si sumit vuam in quantitate notabili, reus erit fractionis ieiunii. Minor huius argumenti, in qua est difficultas, communiter à Doctores firmatur, & inter illos agmen ducit sapientissimus Pater Ioan. Dicastillus ex præstantissima Societate Iesu Theologus de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disput. 2. dub. 5. num. 86. vbi docet, quod vuam, & quidquid in ea est, cibus est, & mortaliter habetur cibus. Et num. 91. & 92. ait, mustum in vuam esse per modum cibi, adeo ut frangeret ieiunium, & censeret manducare, qui vuam comederet. Ita ille, qui, vt vides, in terminis terminantibus casum nostrum determinat. Idem confirmat Corneius in 3. part. D. Thoma, tom. 2. tract. 4. quest. 74. art. 5. vbi docet, quod liquor non includitur intra ipsa grana vuarum per modum potus, sed potius per modum cibi: vnde non dicitur bibi: sed manducari, & non habet statum, & modum potus, sed potius materiam cibi, cum reuera simul vt reliqua manducatur. Hæc Cornejo. Idem docet Præpositus in 3. part. quest. 74. art. 5. num. 44, vbi sic ait: [Quauis vinum ex vuis maturis confici possit; ipsa tamen non sunt vinum, sed sunt cibus, etiamsi pellicula detrahatur: vnde, ne quidem, ea detracta, validè possunt consecrari.] Caspensis in Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disput. 2. sect. 3. num. 18. Mustum (asserit) intra vuam est verè cibus, & manducatur cum tota vna substantia. Auerla de Sacrament. Euchar. quest. 2. sect. 5. Vuam (ait) propriè manducamus, nec rectè de vuam diceretur hic potus, sed rectè dicitur hic cibus. Et tandem Coninch de Sacrament. quest. 74. art. 5. num. 123. sic asserit: [Vuam verè nec sunt vinum, nec materia potabilis; sed potius sunt cibus, nec enim dicuntur bibi, sed comedi, sicut pomum non est siccum, nec potus, sed cibus.] Vide etiam Reginaldum tom. 2. lib. 29. cap. 2. num. 24. Vasquez in 3. part. tom. 3. disput. 175. cap. 2. num. 14. Suarez tom. 3. disp. 45. sect. 1. Hurtadum de Sacrament. disp. 11. difficult. 9. Lessium in 3. part. quest. 74. art. 5. num. 24. Palaum tom. 4. tract. 2. 1. punct. 5. num. 7. Opatauium de Sacrament. tract. de Euchar. disput. 2. quest. 3. punct. 30. & alios communiter. Quod confirmatur; nam, vt obseruat Ludouicus de S. Iuan in Summa de Sacrament. Euchar. quest. 1. art. 50. difficult. 3. [Vuam sumpta in quacunque magna quantitate nunquam inebriat: ergo verè cibus dicenda est. Et idè rectè Doctores annumerantes cibos, quibus licitum est per consuetudinem vesci, in collatione serotina ieiunii, inter illos apponunt vuam.] Poterat itaque ex his omnibus, noster Pater Pasqualigus, sententiam, quam improbauimus, tanquam probabilem non proponere, licet id effecisse reor ad ostendendum tantum ingenij sui acumen; non, quia reuera illam probabilem existimauerit: & idè rectè postea hanc suam opinionem, vitis doctus reliquit maturandam: sed penes me semper acerba erit, & idè in praxi nunquam prorsus deducendam esse puto.

Verum, quia hinc sermo incidit de ieiunio, apponam opinionem Patris Leandri à Mutcia in cap. 2. super cap. 3. Regula D. Francisci, §. 2. num. 38. vbi sic ait: Aunquc alguno tenga pan, legumbres, y fruta, para comer, no tiene suficientes manjares para hazer vna comida entera, y cumplida, segun la forma del ayuno ecclesiastico. Esta sentencia la tienen Angles in Floribus, materia de ieiunio, prima parte, fol. 404. y otros doctos modernos, à quien cita, y sigue el dicho Thomas Sanchez vbi supra, dub. 15. num. 3. y consta, porque los dichos manjares solos son de poca

sustancia, y de los que los Doctores señalan para hazer colacion; luego no son suficientes para hazer comida.] Ita ille.

An in collatione serotina ieiuniorum, quantitas licita possit tuto sumi in solo pane.

RESOL. XV.

Negatiuum sententiam nouissimè tenet Pellizzarius in Man. Regul. tom. 1. tract. 1. cap. 5. num. 15. vbi sic ait: [Illud etiam hic aduerto, quod quando Doctores concedunt quantitatem octo vnciarum in collatione serotina; non est sensus, comedentem, si velit, posse sumere octo vncias panis, si aliàs nolit sumere quidquam de fructibus, aut herbis: sed sensus, ieiunantem partim ex fructibus, aut herbis, partim ex pane posse sumere quantitatem octo vnciarum. Moueor, tum ex communi modo loquendi, quo videntur Doctores communiter, dum loquuntur de quantitate, & qualitate refectiunculæ vespertinæ; siquidem communiter supponunt cum pane modico iungi fructus, aut herbas: tum, quia panis maximè confert ad nutriendum, idèque si concederentur octo vnciæ panis, ieiunans nimiam caperet sustentationem: puto autem, quod si ieiunans in refectiuncula vellet vti solo pane, possent ei concedi quinque panis vnciæ circiter.] Ita ille.

Sed, vt verum fatear, ego non damnarem de peccato mortali, qui quantitatem licitam totam in pane sumeret: nam Doctores asserunt, quantitatem licitam esse vncias octo panis cum fructibus; quia communiter cum pane talia obsonia iunguntur: sed non ex hoc sequitur, quod quis non potest sumere quantitatem vnciarum octo solius panis, sicut posset etiam sumere quantitatem vnciarum octo, aut nucum, vel amygdalarum, aut aliorum fructuum: nam eo ipso, quod consuetudo introduxit talia obsonia in collatione serotina, liberum est de ipsis sumere, quæ magis placuerint, & idè licitum est illa sumere, coniunctim, vel separatim, in quantitate tamen permittà à Doctores.

Dicere autem, panem habere magnam substantiam, non facit ad rem: sufficit nobis, quod sic cibus à consuetudine introductus: vt sunt festucae magnæ substantiæ: vnde, si quis sumeret (vt vult Pellizzarius) vncias quinque panis, & vncias tres festuearum, non frangeret ieiunium, & tamen sumeret maiorem substantiam, quam si sumeret vncias octo panis. Igitur de cibis introductis in vespertina refectioe à consuetudine, non est attendenda qualitas, sed quantitas: & in hoc sensu intelligendus est Caietanus in Summ. verb. Ieiunium. Vnde sententiam amicissimi Patris Pellizzarij refellit Trullench in Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 3. num. 8. vbi sic ait: [Quæres, quid liceat sumere in refectiuncula? Respondeo, licitè sumi posse ea, quæ communiter in ientaculis, & post prandium sumi solent, qualia sunt arborum fructus, herbarum, & cibi leuiores, vt ficus, amygdalæ, vuam passæ, nuges, pyra, poma, oliuæ, bellaria, vel alia ex saccharo, aut melle confecta eleuaria: item & panis, vel solus, vel cum aliquo ex dictis.] Ita ille, cui adde etiam Iacobum Marchantium in 99. Pastor. part. 2. cap. 5.

Sed hinc obiter quæro, an sine peccato mortali in serotina refectioe licitum sit sumere quantitatem excedentem vncias octo. Respondeo affirmatiuè, ratione paruitatis materiæ: & ego alibi ex Turriano, quantitatem duarum vnciarum existimaui patuam materiam. Sed Escobar in Theol. mor. tract. 1. exam. 3. cap. 3. num. 104. putat, hanc assignationem laxam esse, & admittit tantum vnciam vnâ. Verum nostram sententiam nouissimè docet doctissimus Pater Leander à Murcia in 99. Regul. in cap. 2. super cap. 3. Regula D. Francisci, §. 2. num. 49. sic asserens: [En la materia del ayuno se dà paruidad. Assi lo tienen Sanchez in

Summa,

Summa, tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 12. Alfonso de Leon *de officio Confessarij, pars. 1. recoll. 7. num. 23.* Luis de Torre in *Summa Theologia moral. par. 1. cap. 256. dub. 27. num. 2.* y comunemente los Doctores. Tota la dificultad està en señalar, que cantidad será parua en esta materia. El dicho Padre Luis de Torres *en lugar citado* dize, que la cantidad de los onças no es materia de pecado mortal, sino que se ha de juzgar por parua: però Antonio de Leon en la erudita question, que tratò del *Chocolate, par. 3. num. 21.* reduce la paruidad de materia a dos onças, ò onça y media, diziendo, porque ay quien reduzga la colacion a la quarta parte de la cena comun, no es mal fundamento para dezir, que la quarta parte de la colacion sea materia parua, de donde colige, que como vnos reduzgan esto à seis, otros à ocho onças, los que dixerén, que la colacion se ha de hazer en cantidad de seis onças, diran que la paruidad de la materia se ha de reducir a onça y media, que es la quarta parte; y los que lleuaren, que la cantidad de la dicha colacion ha de ser en ocho onças diran, que la paruidad será dos: con esta sentençia se conforma Antonino Diana *5. part. tract. 5. resolut. 11.*] Hoc supposito, vt dixi, responderet affirmatiuè ad questionem. Et ita in terminis illam tenet Pater Pellizzarius *ubi supra in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. cap. 5. n. 11.* vbi sic ait: [Concedo tamen, quòd si quis in collatione vespertina sumat vncias decem cibi communis, peccat solum venialiter. Idque colligo ex eo, quòd, iuxta dicta, probabile est posse licitè sumi in vespertina refectiuncula octo vncias absque vilo peccato; & aliàs probabile putant Turrianus *par. 1. Sum. cap. 246. d. 27. num. 2.* & Diana *part. 5. tract. 5. resolut. 11.* ad violationem ieiunij mortalem non sufficere quantitatem duarum vnciarum cibi communis; & consequenter censent comedentem duas duas vncias, peccare solum venialiter contra legem ieiunij. Vnde fit, vt sumens in collatione ieiunij duas vncias, vltra octo, quæ conceduntur, peccet solum venialiter. Quod Confessarij benè notent, ad subleuandam summam difficultatem, quam plures fideles sentiunt in obseruandis Ecclesiæ ieiuniis.] Ita ille, & ego. Quare nimis rigidum puto amicissimum Lezanam, qui in *Summa qq. Regul. tom. 3. verb. Ieiunium, num. 4.* tantum concedit in collatione serotina, tres, aut quatuor vncias. Nec deseram hic obiter adnotare nouissimè Ioannem Henriq. in *pract. q. sect. 16. q. 4.* docere, [que la cantidad de las ocho onças para colacion, no se han de entender con las frutas muy humidas, como son vuas, y ceruelas frescas, y cosas semejantes, porque doze onças destas frutas muy humidas son ocho de las frutas secas, y assi la maior cantidad de lo humido, equiualde à menor cantidad de cosas secas.] Ita ille. Sed tu cogita.

An Regulares sexagenarij teneantur ad ieiunia Regula? & quid si non attingerent annum 21.

R E S O L. X V I.

AD hanc questionem sic respondet Petrus Marchant in *Tribun. Sacram. tom. 2. tractat. 12. tit. 3. quest. 4. §. 1.* [Petes, an Regularis, ex gr. Frater Minor, S. Francisci, ex voto ad ieiunia Regulæ sub peccato mortali obligatus, post sexagesimum annum ieiunare teneatur extra casum manifestæ necessitatis? Ratio dubitandi est: quia voto tenetur. Item à simili: quia adolescens ante 21. annum ætatis in Ordine Fratrum Minorum professus, vt diximus, ad ieiunia Regularia tenetur. De hoc casu à Reuerendissimo P. F. Andrea à Soto, Ordinis nostri Commissario Generali in Belgio, Serenissimæ Archiducissæ Elizabethæ Hispaniarum Infantis Confessario, piencissimæ & sanctæ memoriæ, consultus fui, anno 1619. qui quamuis septuagenarius, scrupulis tamen in ratione obligationis ieiuniorum angebatur. Respondi itaque, sicut & modò respondeo, Fratrem Minorem post sexagesimum annum æta-

Antonini Diana Pars IX.

is ad ieiunia regularia non teneri. Ratio mea est: quia ieiunia regularia sequuntur naturam ieiuniorum Ecclesiæ, & sub iisdem modis obligant, & ex iisdem causis dispensantur. Vnde ieiunia in Regula Fratrum Minorum, non tam voto promittuntur, quàm sub præcepto Regulæ cadunt, et si eorum obseruantia, qui vouet Regulam, se astringat, eo modo, nimirum, quo præcipiuntur, & quo ieiunia obligant. Cum igitur Pontifex, ob communem naturæ deficientiam declarauerit, sexagenarios ad ieiunium non obligari, & sit eadem ratio senectutis in Religione, ac in sæculo, eademque ratio infirmitatis, & deficientiæ naturæ; eadem est ratio excusationis, & dispensationis, si quæ interuenerit.

Ad illud, quod de adolescente adfertur, qui ante annum 21. ætatis professus, non obstante declaratione Ecclesiæ, obligatur ad ieiunia regularia. Respondeo negando paritatem in vtroque casu: adolescens enim ille in sæculo manens non excusatur à ieiunio ratione infirmitatis, aut debilitatis; sed ex mera indulgentia, ratione incrementi, seu naturæ crescentis. Vnde supponitur esse ex ratione ætatis potens ad ieiunandum, saltem post annum ætatis 15. & 16. quo Religioni est aptus, & vt dixi, si vel voueat, vel obedientiæ se addicat in Religione, tenebitur ad ieiunia regularia, quia illi indulgentiæ, & priuilegio voluntatiè cessit. Aliud autem est de Fratre sexagenario: supponitur enim ex communi defectu ætatis impotens, & infirmus. Vnde, cum declaratio Pontificis hoc motiuo facta omnes attingat, eos, qui ad hanc ætatem deficientem peruenierunt, etiam illud comprehendit. Addo, in ista declaratione alteram excusationis includi causam, quæ est ordinariæ infirmitatis, ratione cuius, etiam si quis ad illam ætatem necdum peruenisset, iudicaretur ad ieiunium non obligari. Itaque adolescens in Religione professus gratiæ sæculi pro prima ætate censetur renuntiasse: senex autem sexagenarius è contra ob Religionis austeritates censetur causæ iustæ declarationis magis quàm alius subesse; & quamuis aliquo modo valeret, & ad ieiunandum potens videretur; tenetur tamen naturam fouere alimentis, ne tota simul deficiat, cum iam sit in ætatis ordinariæ occasu, & decliui, utpote in vltima decade, qua indiget cibo ad naturæ deficientis fomentum, & conseruationem, ad quam iure naturæ obligatur. Dispensatio itaque in puero meræ gratiæ est, in senex est declaratio necessitatis ad naturæ fomentum, ne deficiat.] Hucusque Marchant, cui adde sapientissimum Caramuelem in *Regul. S. Benedicti, disp. 128. num. 1613.*

Vnde, non obstante communi Doctorum sententia, quam in *par. 1. tract. 9. resol. 16.* adduxi, puto probabiliter cum Marchant, Regulares sexagenarios non teneri ad seruanda ieiunia Regulæ. Et hanc sententiam esse probabilem, docet etiam, me citato, doctissimus Narbona in *Annalibus iuris an. 60. q. 2. n. 8.* vide etiam Escobat in *Theol. Mor. tract. 1. exam. 13. c. 3. n. 104.* & me citato, Pellizzarium in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 31.* qui etiam contra Marchant *ubi supra*, tenet, Regulares ante annum 21. ætatis expletum, non teneri ad ieiunia propriæ Regulæ; quod est valdè notandum: & asserit ita sensisse doctos Recentiores à se consultos. Fateor hæc probabilia esse, sed communis sententia est in contrarium.

Et idè non deseram hic apponere verba Patris Leandri à Murcia in *qq. Regul. cap. 2. super cap. 3. Regula D. Francisci, §. 2. n. 19.* sic, me citato, asserentis: [Otros Doctores tienen, que los viejos de sesenta años, que tienen fuerças, y estan sanos, estan obligados a ayunar, y que regularmente hablando hasta los sesenta años, no les escusa al ayuno, ni estan libres de su precepto, por la necesidad de la viejez, y ni aun entonces, si tienen suficientes fuerças, y estan sanos. Y la razon es, porque à los viejos les escusa la viejez del ayuno, porque ella, por sí es enfermedad, y porque trae con sí gran necesidad, y flaqueza; esta cessa en los viejos sanos, y fuertes; luego no les escusa el ayuno. Esta segunda sentençia, absolutamente hablando, para todos los viejos de sesenta años, aunque no estan obliga-

M dos

dos al ayuno por voto, sino solo por Precepto de la Iglesia, parece algo rigurosa; però para los que estan obligados por voto, como los Religiosos, y que estan fuertes, y sanos, es muy fundada: porque si los moços, que no han cumplido veinte y vn años, aunque tengan necesidad de crecer, y para ello demas frequente manjar, comunemente les obligan todos al ayuno, quando ellos se obligaron por voto a el; porque aunque tenían derecho à no ayunar, y à crecerle, renunciaron por el voto, y lo pudieron muy bien hazer, y por el consiguiente quedaron obligados a ayunar; luego aunque los viejos de sesenta años tuuiesen derecho a reparar la naturaleza, no ayunando, por hauer renunciado esse derecho, por el voto les obliga el ayuno.] Ita ille.

Sed, si aliqui Regularis professus sexagenarius frangeret ieiunia suæ Regulæ, ego non auerem de peccato mortali damnare, stante probabilitate contrariæ sententiæ. Nota hîc obiter mihi in tract. de ieiunio, resol. 52. non displicuisse sententiam aliquorum asserentium, non peccare contra præceptum ieiunij, qui assumit laborem incompatibilem cum ieiunio, ad hunc finem, vt non ieiunet, vt v.g. ludum pilæ, venationem, &c. Et hanc sententiam, me citato, docet Pasqualigus in Praxi, dec. 320. Sed nunc hanc sententiam ego non admitto, & contrariæ adhæreo, per ea, quæ docet Bossius in discept. mor. discept. 4. per totam. An verò supradicta sententia sit admittenda, quando labor ille non assumeretur in finem, vt quis non ieiunet, negatiuè respondet Bossius ubi supra: sed affirmatiuè ex Medina, & Ledesma Dominicanis respondet nouissimè Ioan. Henriquez in questionibus prædictis, sect. 16. q. 29. per tot. cui adde Doctores, quos citat, & sequitur, me etiam citato, Pasqualigus ubi supra, decis. 319. Vide etiam Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 23. difficult. 4. num. 11.

An in vigilia Natiuitatis, si quis vellet sumere collationem serotinam manè, possit illam sumere in quantitate, qua licitum est illam sumere serò.

R E S O L. XVII.

DE hoc casu olim interrogatus fui à quodam Eminentiſſimo. Pro quo suppono id, quod *alibi* firmaui, in collatione serotina vigiliæ Natiuitatis, posse sumi duplex maiorem quantitatem, quam licitum est sumere in aliis ieiuniis. Ergo, si in aliis licitum est sumere vncias octo, erit in illa licitum sumere vncias 16. & ita me citato, tenet Ioannes Henriquez in 99. practiciis, sect. 16. q. 5.

Suppono secundò, aliquos probabiliter asserere, quòd si dies Natiuitatis veniat feria secunda, & transferatur ieiunium in Sabbathum, licitum esse in Sabbatho sumere in collatione eandem duplicatam quantitatem vnciarum 16. & ita, præter Doctores à me *alibi* citatos, docuit nunquam satis laudatus Basilius Pontius, teste Caramuole in regul. D. Benedicti, disp. 128. n. 1613. sic asserente: [In vigilia Natiuitatis poteris facere collationem secundum vsum Patriæ, & Communitatis, non aliter; quia magna quantitas non vbiicumque recepta. Inciderat Natalis Domini in feriam secundam, vnde ratio videbatur cessare; consultus doctissimus P. Mag. Basilius de Leon, Cathedraticus primarius in Vniuersitate Salmanticensi, respondit, posse illa die Sabbathi fieri collationem in magna quantitate, cui subscribo.] Ita ille.

His positis, ad casum propositum affirmatiuè respondet Pellizzarius in Man. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 13. vbi sic asserit: [Illud etiam hîc moneo, in vigilia Natiuitatis sumi posse collationem pinguem modo supra dicto, etiam in casu, quo, dilata cœna in vesperam, sub meridiem sumat refectiunculam: & probò, tum ex eo, quod Doctores supra concedunt posse sumi collationem tam copiosam, etiam in casu, quo vigilia Natiuitatis incidat in Sabbatho, & Festum

Natiuitatis in feria secunda, (in quo casu æquè cessat ratio concedendi refectiunculam adedè magnam,) labor, scilicet, nocturni Officij, ac in præſenti casu, qua dilata cœna in vesperam, sub meridiem sumitur collatio: tum, quia ratio inducendi consuetudinem refectiunculæ adedè magnæ in vigilia Natiuitatis, videtur esse excellentia Festi; non autem solus labor nocturni Officij: talis autem ratio æquè procedit, siue collatio sumatur meridie, siue vesperæ, vt patet. Ita in terminis docti viri à me consulti.] Ita ille.

Sed, vt verum fatear, ego magis adhæreo sententiæ negatiuæ: nam talis consuetudo in collatione nocturna tantum præualuit. Et ita nostram sententiam tenet Trullench in Decal. tom. 1. lib. 3. c. 3. dub. 6. n. 11. & ante illum Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 26. n. 6. Non audeo tamen damnare sententiam P. Pellizzarij, imò puto probabilem: est enim ieiunium illud, ieiunium lætitiæ.

An si Sacerdos moriatur post consecrationem, si adsit alius Sacerdos, teneatur sub peccato mortali perficere Sacrificium?

R E S O L. XVIII.

Affirmatiuè respondent communiter Doctores: quia integritas Sacrificij est de iure diuino: ergo necessarium est, quòd Sacrificium inceptum perficiatur, atque adedè quando non est possibile hoc fieri ab eodem Sacerdote, debet fieri ab altero. Et in tali casu debet hoc facere Sacerdos, etiam si non ieiunus, vel sit excommunicatus, aut irregularis. Hæc sententia, vt dixi, est communis, & probabilior. Negatiuam verò sententiam puto etiam probabilem; & vt talem, illam admittit Ludouicus de San Iuan in Summa, quest. 7. art. 17. difficult. 11. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 8. difficult. 32. num. 15. Sotus in 4. distinct. 13. quest. 2. artic. 6. Pellizzarius in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 1. num. 15. Siquidem in Concil. Toleran. VII. relato in cap. Nihil. 7. quest. 1. dicitur: *Censuimus conuenire, vt in eo casu sit liberum alteri Episcopo, vel Presbytero, consecrationem exequi officij cepti.* Loquitur autem Concilium de præſenti casu, sicque videtur iudicare, Sacerdotem quidem posse, si velit, explere Sacrificium modo supradicto relictum imperfectum; non tamen teneri: quod sentit Sotus in 4. distinct. 13. quest. 2. artic. 6. §. 4. hinc colligens, Sacerdotem non teneri explere Sacrificium ab alio inchoatum, nisi ex accidente ad vitandum scandalum.

Sed casus, de quo est quæstio, potest contingere dupliciter. Primò, quando Sacerdos, qui moritur, vel infirmatur, iam consecrauerat vtramque speciem. Secundò, quando tantum consecrauerat vnam speciem. Si primo modo contingat, res facilis est: omnes enim Doctores conueniunt in hoc, quòd debet secundus Sacerdos incipere ab illa parte Missæ, in qua alius finiuit: itaque debet perficere Sacrificium, nihil repetendo, atque adedè si Sacerdos mortuus est in ipsa sumptione Sacramenti, debet secundus Sacerdos tantum sumere species sacramentales remanentes. Si verò secundo modo contingat, tunc est dubium, & diuersitas inter Doctores: aliqui enim dicunt, quòd debet secundus Sacerdos, non solum consecrare sanguinem, sed etiam prius alteram Hostiam, & postea suo tempore sumere vtramque Hostiam, & Sanguinem. Ita docet Innocentius in lib. 4. de Mysteriis Missæ, cap. 22. Quam sententiam D. Thomæ in 4. dist. 8. quest. 2. art. 4. dicit esse probabilem: ipse tamen docet oppositam, tantum probabiliorem. Aliqui dicunt, quòd, licet vtroque modo fieri possit, consultius tamen est non consecrare alteram Hostiam. Et hæc omnia docet Nugnus in 3. parti. tom. 1. quest. 83. art. 6.

Sed si constet, Sacerdotem esse mortuum in Missa; sed non constat, in qua parte Missæ Mortuus fuerit. Respondet Serra in cit. q. 83. art. 6. D. Thomæ, quòd quidam dicunt debere

bere ponere aliam hostiam, & aliud vinum in alio calice, & utramque hostiam, ac utrumque calicem consecrare, alterum simpliciter, alterum sub conditione. Mihi probabilius videtur, satis esse, hostiam, & calicem, quæ inuenit in Altari, sub conditione consecrare, & non debere aliam hostiam, & vinum apponere: sicut, etsi certum esset primum Sacerdotem consecrasse hostiam, & nesciretur consecrasse vinum, sufficeret hoc, quod in Altari inuenit, consecrare secundum Sacerdotem. Ita Serra, qui etiam optimè aduertit, quòd in tali casu, si nullus inueniri posset Sacerdos, non esset licitum laico Sanguinem, aut Hostiam sumere: quia laico non licet Sacrificium perficere. Vnde Hostia reseruanda esset in pixide, & calix in Sacratio. Et si species vini corrumpenterentur, antequàm inueniretur, qui eas sumeret, Sacerdos, in piscinam proiciendæ essent. Alij dicunt, licere laico, species consecratas, etiam vini, sumere, non ad perficiendum Sacrificium, sed ob reuerentiam Sacramenti. Quæ omnia confirmat etiam Ludouicus à San Iuan, *vbi supra, difficult. 12.*

An peccet Sacerdos, qui in Missa solemnè non recitat, sed tantùm audit Gloria, & Credo?

R E S O L. XIX.

EGo in *par. 2. tract. 14. resol. 42.* firmaui cum multis Doctoribus, Sacerdotem in Missa solemnè non legentem submisit Epistolam, & Euangelium, non peccare: vnde Moscosus in *Summa, tract. 5. c. 5. num. 14.* sic ait: [Es opinion comun, que quando en la Missa ay Diacono, y Subdiacono, no esta obligado el Sacerdote à rezar en secreto el Euangelio, ni la Epistola; y assi lo pratican algunos hombres doctos.] Ita ille. Postea Eminentissimus Dominus meus de Lugo hanc sententiam impugnavit, quam ego iterum defendi in *par. 5. tract. 13. resol. 95.* licet nouissimè cum Lugo, me citato, sentiat Hieronymus Garcia de *obligat. Sacer. tract. 3. difficult. 8. dub. 6. punct. 2. num. 18.* Sed, supposita nostra sententia, tanquam probabili: quia Rubrica Missalis non est præceptiua, sed directiua, vt, me citato, docet etiam nouissimè Pellizzarius in *Man. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 2. num. 35.* ad propositam difficultatem de *Gloria, & Credo*, eodem pacto ipse respondet affirmatiuè. Itaque *num. 36.* sic asserit: [Vtrum verò eodem modo excusari possit à peccato Sacerdos solemnè celebrans, qui secretè non recitat *Gloria*, aut *Credo*, aut Prophetias, quæ in hebdomada maiori leguntur inter ipsa Missarum solemnè, dum ea ab alijs recitantur, aut canuntur. Respondeo, posse excusari, tum ob rationes allatas §. *præced.* tum, quia non apparet ratio, cur dicendi sint satisfacere obligationi diuini Officij ij, qui recitant in Choro solùm audiendo Lectiones, Capitula, Orationes, &c. & non satisfaciat Sacerdos solemnè celebrans, solùm audiendo *Gloria, Credo*, & Prophetias; cum videatur militare par ratio in utroque casu: vnde, sicut *cap. præced. sect. 1. quæst. 10. §. Verum quidem est.* asseruimus, recitantes in Choro modo supradicto satisfacere propriæ obligationi, solùm audiendo: ita & idem asserendum est in præsentè casu de Sacerdote solemnè celebrante: cum *Gloria, Credo*, & Prophetiæ in Missa solemnè dici possint pars, non Sacerdotis celebrantis, sed Chori, & aliorum Ministrorum.] Hucusque Pellizzarius. Sed defendendo nostram sententiam tantùm in ordine ad Epistolam, & Euangelium, dico illam tenere, præter Doctores à me alibi citatos, Quintanadueñam, Authores Instructionis Ordinandorum, editæ iussu Martini Realis, vt patet, me citato, *par. 5. §. 10. num. 7.* & etiam me citato, Ioannem Henriquez in *99. pract. sect. 22. quæst. 10.* vbi sic ait: [Mas probable es, que de ninguna manera esta obligado el Sacerdote à dezir rezado lo, que el Diacono, y Subdiacono han de cantar, si no basta oyrlo, como lo dize Diana.] Et idèd sapientissimus Sanch. in *opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 13. num. 3.* docuit, Sacerdotem ce-

Antonini Diana Pars IX.

lebrantem cum Diacono, & Subdiacono meliùs facere, si dum ipsi dicunt Epistolam, & Euangelium, attentè audiat, quàm si secretè dicat. Vnde Moscosus in *Summa, tract. 5. cap. 5. num. 14.* sic ait: [Es opinion comun, que quando en la Missa ay Diacono, y Subdiacono, no esta obligado el Sacerdote à rezar en secreto el Euangelio, ni la Epistola: y assi lo pratican algunos hombres doctos.] Ita ille, & iterum ego.

Notandum est etiam hîc obiter, Patrem Bordonum *tom. 2. resol.* docere, Sacerdotem in Missa mortuorum, quando dicenda est Sequentia, *Dies ira*, &c. si illam voluntariè omittat, non peccare mortaliter: quia non est pars substantialis Missæ, sed tantùm integralis. Sed de dictis opinionibus Patrum Pellizzarij, & Bordoni, tu cogita.

An moribundus, nulla signa contritionis ostendens, possit sub conditione absolui?

R E S O L. XX.

Difficilis quæstio: & idèd sæpiùs ad illam pertractandam calamum sumo: & quia à pluribus per litteras instantè rogatus fui an præter Doctores à me *alibi* adductos, alios haberem pro opinione affirmatiua tuenda, illos hîc non grauabor apponere: sic itaque asserit Petrus Marchant in *Tribun. Sacram. tom. 1. tract. 4. sit. 4. dub. 7.* [Sed ad primam partem huius quartæ responsionis in fauorem animarum reuertamur, in qua dixi, quòd, quando peccator Catholicus ita opprimitur, vt nullum appareat signum pœnitentiæ, aut desideratæ, siue postulatæ Confessionis; nihilominùs possit sub conditione absolui, siue absoluendum esse. Cui responsioni, quamuis nonnulla *superius* dicta videantur aduersari; illam tamen sic declaro. Etsi namque in tali peccatore sic oppresso, nullum mihi signum appareat, quod materiam Confessionis faciat mihi sensibiliter præsentem in ordine ad absolutionem, nec mihi proinde certè constet, peccatorem sic obmutescentem de peccatis, aut salute cogitare; imò nec appareat cum ratione vti: potest tamen fieri, vt non tantùm intus de peccatis doleat, confiterique desideret; sed etiam aliqua signa edat per se sensibilia, etsi mihi incognita, vt sunt suspicia, gemitus, aspirationes, oculorum fixi intuitus, aut alij in corpore motus, qui, etsi doloris corporalis, aut naturæ patientis sint ordinariè signa; nihilominùs ab ipso peccatore quandoque ordinantur, vt internæ pœnitentiæ nutus. Vnde absoluendo eum sub conditione, & muneri, ac charitati in hac extrema necessitate satisfacio; & conditio omnem irreuerentiam, & defectum, qui subesse posset, tollit, & in anxietate tanta animam Deo commendo intentione communi Ministris Ecclesiæ, quæ, vt *suprà* dicebat S. Augustinus, nullum ex hac vita sine arrha suæ pacis exte velle debet. Confirmor in hac ignotorum signorum declaratione, eo, quod mihi semel extremo periculo post extremam Vnctionem laboranti, & per omnia sensuum operatione destituto contigit. Sensibus omnibus destitutus eram, excepto auditu: ratione autem, & iudicio firmo, & recto intus utebar, ita vt cum me deficere, & ex Medico foris loquente, & ipsius naturæ debilitate perciperem, firmiter me Dei misericordiæ commendabam, & pium affectum aliquem foris conabar præstare. Vnde mirum est, si fortè gemitu aliquo, vel respiratione, vel doloris nutu illud non ostenderim, quamuis adstantes illa non notarent, nisi fortè vt erant signa naturæ patientis, Ab illo tempore in animum induxi, quòd, si quouis modo aliquem Catholicum sic oppressum reciperem, nec signum aliquod mihi intelligibile pœnitentiæ dare posset; nihilominùs sub conditione absoluerem, eò quòd fortè aliquod signum pœnitentiæ edat, etsi mihi incognitum: cum (vt dixi) hoc sit charitatis, & conditio omnem defectum auferat, qui in administratione Sacramenti contingere posset.

Lezzana in *Summa* 99. *Regul. tom. 3. verb. Confessio, n. 11.*
 [Maius dubium est in casu, quo nec moribundus Confessionem postulavit, nec signa contritionis dedit, nec est aliquis, qui id testetur, an, scilicet, tunc absolui possit, aut debeat modo dicto, scilicet, sub conditione. Affirmant Molfesius in *Summa, tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 48. & 49.* Homobonus in *exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 18. q. 84.* & alij, eò quòd dicant, Clement. VIII. ita fecisse cum quodam, quem ex fabrica S. Petri præcipitem ruere videbat; & quia credunt, quòd eo ipso, quòd homo est bonus fidelis, in tali casu vellet confiteri sua peccata. Sed negant communiter Doctores: tum, quia Concilia relata solum loquuntur, quando moribundus petiit Confessionem: tum, quia absolutio non potest dari sine actuali Confessione, quæ in hoc casu non extat. Vasquez in 3. p. *tom. 4. quest. 91. art. 2. dub. 1.* Diana *suprà, resol. 8.* Lugo *suprà, sect. 3.* Ego verò, licet hanc secundam sententiam probabilior credam; primam tamen non reputo omninò improbabilem, eò vel maximè quòd existimem, omnes fideles in eo periculo constitutos, si vel per modicum tempus sui compotes existant, non solum actu interno Confessionem desiderare, sed externo actu id desiderium semper manifestare; quod videtur virtualis quædam Confessio, pro absolutione conditionatè concedenda. Sed alij iudices sunt.]

Auerfa de *Sacram. Panis. quest. 10. sect. 18.* [At in casu extremæ necessitatis, quando moribundus non aliter confessus est, nec confiteri potest, si fortè edidit aliquod Confessionis signum, & de hoc Sacerdos prudenter dubitet, quamvis id ei non notificetur, quia nec ipse, nec alius adfuit præsens, vt percipere possit tale signum; tunc si detur absolutio, fortè valebit, & idè sub conditione impertienda est tali moribundo. Ita se habuit casus ille, qui narratur de operario lapso è fabrica D. Petri, & absoluto à Clemente Pontifice: poterat enim prudenter dubitari, illum in cadendo inclamasse Confessionem, quamvis nullus id audire, vel nuntiare possit; idè piè illi poterat absolutio sub conditione impendi. Et inutile prorsus est, quod respondet Manriquez *ubi supra*, potuisse id fieri à Pontifice, quia est supra omne positivum ius. Certè enim hoc non dependet ex positivo iure humano, sed ex iure divino in instituendis Sacramentis, supra quod non est Pontifex: quare id similiter poterat, & in omni simili casu possit quilibet Sacerdos. Sic, quando dubitatur, num quis ex angustia mortis, vel ex compunctione cordis signa ediderit, conceditur debere sub conditione absolui. Item, si quis solitarius existens repentino casu oppressus, ex desiderio suæ salutis Confessionem inclamet, & alius fortè pertransiens eum audiat, idque nuntiet Sacerdoti, poterit sanè absolui: ergo etiam in casu, quo nullus audire, vel nuntiare potuerit, si dubitari possit, illum edidisse aliquod signum, (locus dubitandi aderit, quandocunque non constet oppositum,) impertienda ei erit sub conditione absolutio. Quando enim non potest haberi materia certa Sacramenti, licitum est tentare conficere cum materia dubia; in Sacramentis, inquam, ad salutem necessariis, qualia sunt Baptismus, & Pœnitentia. Quare, sicut in extrema necessitate licitum esset baptizare in aliquo liquore, de quo dubitaretur, an sit aqua naturalis, quando certa aqua haberi non possit: ita in extrema necessitate licitum erit absolute in dubio Confessionis: quia, si fortè moribundus eo modo, quo potuit, Confessionem petiit, iam adhibuit ex parte sua materiam necessariam, se aliquo modo accusando, & officium Iudicis implorando, & ad hoc sacrum Tribunal confugiendo; & idè cum hoc dubio materiæ poterit adhiberi absolutionis forma. Et ita in praxi Lugo ex auditu narrat, in Belgio fieri à multis Confessariis, qui milites in bello moribundos, etiam si nulla signa dare possint, absoluunt.]

Pellizzarius Societatis Iesu in *Man. Regul. tom. 1. tr. 5. c. 3. sect. 1. num. 60.* [Vtrum verò Religiosus Sacerdos, qui

in Confessione generali fieri solita in principio Missæ amittit loquelam, ac vsum sensuum, possit sacramentaliter absolui ex vi talis Confessionis, qua ille se confessus est peccatorem, dicens: *Quia peccavi nimis cogitatione, verbo, &c.* Respondeo, non posse, eò quòd talis Confessio non sit sacramentalis, nec in ordine ad claves, (prout requiritur ad absolutionem;) sed oratio quædam ad alium finem prolata. Ita Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 4.* & alij contra Marchinum *tract. de peste, p. 3. c. 13. n. 15.* cuius opinionem puto defendi posse, non quidem, quòd hæc Confessio sit sufficiens ad absolutionem sacramentalem; sed ob doctrinam à nobis tradendam, nimirum, posse absolui illum, qui sensibus omninò destituitur, & nullo pacto petit confessionem, si constet, illum fuisse solitum vivere more Christiano, &c.] Quam doctrinam postea firmanit in *tom. 2. tr. 8. c. 3. sect. 2. n. 114.* vbi testatur ex fide dignis, talem doctrinam docuisse, & practicasse Theologicæ Scholæ fulgentissimum lumen Suarez, & per litteras à se consultos tradidisse Patrem Nicolaum Baldellum, & P. Antoninum Naldum, viros ex eorum operibus impressis satis notos. Vide omninò dictum Pellizzarium.

Victorianus Premoli ex eadem Societate in *Memoriali Cleric. par. 4. cap. 1. n. 14.* [Sextò, scire debet, nunquam licere absolute absentem, quicquid aliqui in contrarium dixerint. Ita enim declaravit Clemens VIII. licet tamen absolute moribundum, etiam si nullum pœnitentiæ signum det in præsentia Confessarij: si tamen aliquis testetur, eum ostendisse confitendi desiderium. Ita docet Rivale Pauli V. & etiam *suprà* diximus. Imò addit Sacerdotale pag. 62. ex doctrina D. Antonini, posse etiam absolute moribundum assuetum frequentare Confessionem, quamvis repentino casu oppressus, Sacramentum non petierit. Neque solum potest Confessarius in his duobus casibus absolute: sed etiam debet, quia contingere potest, moribundum esse tantum attritum, vnde damnetur, nisi absolvatur, vt de priori casu dicit Suarez.] Et tandem Tamburinius Societatis Iesu in *Methodo expedita Confessionis, edito Romæ, 1647. lib. 2. cap. 10. §. 1. num. 11.* sic ait: [Nonnulli Doctores putant, eiusmodi moribundum satis, superque petere Confessionem per mores Christianos tota vita sensibiliter peractos: atque adè putant absolui posse, saltem sub conditione, si est capax absolutionis: idcirco in praxi censeo posse, saltem sub conditione dicta: imò propter tam urgentem instantis mortis necessitatem, etiam debere. Ratio est: quia per conditionem cauetur iniuria Sacramenti: & ex alia parte consulitur, quantum fieri potest, saluti moribundi, qui in tali articulo præsumi saltem attritus potest.] Ita ille.

Et hanc sententiam novissimè mordicè tenet Leander de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 5. quest. 46.* omninò videntus. Idem etiam docuit Iansenius penes Lessium in 3. *par. D. Thoma, qu. 9. art. 2. dub. 2. n. 20.* præter Molfesium, Homobonum, Faustum, Antonium de Litteratis, & alios, quos ego, vt dixi *alibi*, per extensum adduxi: quibus adde ex Societate Raynaudum de *Martyrio, part. 2. cap. 3. n. 7.* Virum doctum, & amicissimum.

Et idè Ioannes Caramuel in *Theolog. moral. lib. 3. disp. 4. n. 1542.* putat, confessarium teneri hanc sententiam in praxi deducere: ita enim ait: [Præter votum, iuramentum, præceptum, etiam proximi necessitas cogit hominem mutare dictamen probabile. Non posse absolui, qui nullum signum dederit, quo videatur actualiter petere Confessionem, sentis quidem probabilissimè: tibi enim viri doctissimi consentiunt: & tamen te peccaturum esse mortaliter, si non mutes dictamen, assero: cum moribundo, omnibus sensibus destituito, qui nullo signo externo Confessionem petit, occurris. Ratio est clarissima: ille enim est in extrema necessitate constitutus, in periculo æternæ damnationis, & iure fraternæ charitatis teneris eum adiuare, si potes: ergo & teneris ipsum absolute, id enim potes: quia tamen non possit operari contra

tuum

eum dictamen, potes illud prudenter mutare, & opinioni probabili subscribens, illi absolutionem concedere.] Ita ille. His tamen minimè obstantibus, puto, sententiam supradictorum Authorum non esse omninò tenendam; sed omninò negatiuæ sententiæ adhærendum. Et ita docent communiter Doctores per ea; quæ *alibi* à nobis dicta sunt, & me citato, docet etiam Eminentissimus Cardinalis de Lugo de *pœnit. disp. 17. sect. 3.*

An opinio probabilis speculatiuè, sit semper probabilis practicè.

R E S O L. XXI.

PRO affirmatiua sententia *alibi* adduxi Sanctium, Lugo, Narbonam, & alios, inter quos videtur etiam numerandus Magister Serra *in par. 2. D. Thoma, tom. 1. q. 19. art. 6. dub. 4.* sic asserens: [Docent etiam plerique, opinionem, ut eam sequi liceat, debere esse probabilem, non solum speculatiuè, sed etiam practicè. Non desunt tamen, quibus hæc differentia displiceat: nam, si quis probabiliter iudicat, licitum esse aliquid operari, cur id non poterit licitè executioni mandare? Aliàs si operatio executioni mandata esset illicita, falsum esset tale iudicium, utpote non conforme rei existenti à parte rei: & hanc sententiam nouissimè tenet etiam Pellizzarius, me etiam citato, *in Man. Regul. tom. 1. tr. 4. c. 1. n. 129.* & me etiam citato, Ioan. Henriquez *in qq. Pract. sect. 1. q. 4.*]

Sed, his non obstantibus, hanc sententiam nouissimè acriter impugnat Petrus Marchant *in Tribun. Sacr. tom. 1. tract. 5. tit. 5. q. 4.* ubi ita ait: [Aduertendum est, quòd sicut opinionum alia est practica, alia speculatiua, sic probabilitas debet distingui in speculatiuam, & practicam. Speculatiua probabilitas est, quæ propriè non respicit actionem, aut practicum assensum; sed tantum abstractiuam quandam ratiocinationem, sine alicuius veritatis, ut in intellectu manet, apprehensionem: quam explicare possumus per posse esse, vel posse verum esse. Practica probabilitas est, quæ ad assensum practicum, & ad dirigendam actionem, ut honesta sit, inclinatur, quam explicare possumus per rationabiliter posse, vel licere agere absque peccato. Quòd si hoc vltimum in iudicio probabilitatis non concludatur, verè probabilem opinionem practicam posse formari omninò diffiteor. Vnde auctor quorundam Doctorum sensum, qui dicunt, se imaginari posse, qualiter, quòd speculatiuè probabile est, id practicè probabile quandoque non sit; cum sit eadem ratiocinationis vis, quæ ex speculatione siue conclusione speculatiua veritatis deriuatur in practicum assensum, & electionem: etiam enim verum sit, quòd ex speculatiua conclusione omnis practica deriuatur; non tamen omnis veritas, siue conclusio speculatiua sufficiens est ad practicam probabilitatem, siue conclusionem inducendam. Ut enim dixi, speculatiua tantum concludit, posse esse verum, siue, veritatem conceptui subesse posse; practica autem superaddit etiam in actum licitè exire, siue ad actum deduci posse; quòd maioris difficultatis est, & ampliora principia requirit. Explico exemplo: Conclusio speculatiuè cum multis Theologis, Baptismum posse subsistere adhibita forma: *Ablusio in nomine Genitoris, Geniti, & Spirati.* siue, ut alij, *Baptizatio in nomine Christi,* ut dicunt Apostolos baptizasse: aut, ut nonnulli speculatiuè concipiunt, si quis ex fenestra puerum deiciat in fluvium, formam Baptismi pronuntiando, verè baptizare. An autem, omni alio peccato circumscripto, practicè liceret uti prædictis formis, aut actione simili ad Baptismum concurrere? concludendum practicè esset, non licere. Et si enim illi dicant, posse stare veritatem Baptismi in similibus; non concludunt tamen licere similibus uti in praxi. Vnde in sola speculatione manent; nullatenus autem in praxim inclinant: nisi fortè in extrema necessitate, ubi quæcumque possibilis, quantumvis speculatiuè

Ansonii Diana Pars IX.

tantum probabilis, interdum applicantur ex aliquo motiuo apprehenso. Quapropter communis est Doctorum sensus, multa esse speculatiuè, & metaphysicè probabilia, & possibilis, quæ in praxi & improbabilia, & impossibilia sunt. Quòd infinitis exemplis potest demonstrari.] Hucusque Marchant. Vnde, licet rationes pro affirmatiua sententia Sancij, magni sint ponderis, tamen negatiuæ adhæsit etiam sapientissimus Ouiedo *in part. 2. tractat. 5. contr. 3. punct. 1. num. 10.* sic asserens: [Cum passim apud Authores reperitur, rem aliquam speculatiuè esse probabilem; in praxi tamen amplectendam non esse, vel in praxi probabilem non esse; videndum est, quid Authores significare intendunt, dum admissa probabilitate speculatiua, practicam negant. Credo ego significare vellem, talem actionem, præcisè attendita sua natura simpliciter, & absolutè, vndequaue in omni genere licitam esse; non posse tamen reduci ad praxim, quia moraliter impossibile est, vel valde difficile exerceri cum eisdem circumstantiis, quibus licita censetur, & sine aliis, ratione quarum vitietur. Sic de nonnullis tactibus asserunt Doctores, habitis propter delectationem, quæ præcisè resultat ex temperamento primarum qualitatum eiusdem rationis cum his, qui sunt in aliis corporibus inanimatis, venereos non esse, & ita non habere malitiam lethalem. Verumtamen, quia tales tactus raro, aut nunquam sunt præcisè propter talem delectationem, cuius signum est non ita fieri in rebus, ex quibus nulla alia delectatio potest capi; practicè improbabile est, tales tactus non habere lethalem malitiam. Similiter potest dici res, quæ prædicto modo probabiliter licita iudicatur, practicè nullo modo probabilis propter annexum periculum; dicitur enim speculatiuè probabilis periculo secluso; in re tamen nunquam talis res sine illo periculo contingeret: quia ex se magnam vim habet ad inclinandam voluntatem ad prauum affectum. Similiter id, quòd est speculatiuè probabile ratione scandalii, quia nunquam sine scandalo, aut saltem sine illius periculo fieri potest, practicè improbabile dicitur. Quæ præcipuè locum habent in his, quæ pertinent ad castitatem, in quibus facillè dilabitur homo ad maiora, dum minora sibi permittit; & in materia de contractibus, in quibus usuræ frequenter palliantur externis actionibus, quæ secundum se licitæ apparent. Propter hæc, aut alia extrinseca poterit id, quòd speculatiuè probabile est, attendita sua intrinseca natura, fieri practicè improbabile; rem autem speculatiuè probabilem, attendita illius natura, & practicè improbabilem, nullo alio extrinseco attento ego non percipio; & in hoc sensu credo rectè docuisse Ioannem Sanchez, omnem opinionem speculatiuè probabilem in re morali, practicè probabilem esse: quia in hac materia speculatio ordinatur ad praxim, & praxis regula est speculatio.] Hæc omnia Ouiedo, *ubi supra*, satis quotidiana, & practica-bilia, atque ideò maximè notanda.

Et post hæc scripta inueni, præter Doctores citatos, negatiuam sententiam contra Sancium docere etiam Ioseph. Rocafull *in praxi Theolog. moral. tom. 2. part. 3. lib. 1. cap. 5. num. 41.* Quia, ait ille, sicut quando aliquid secundum se speculatiuè est, vel dubium, vel non probabile; potest tamen quis quoad praxim propter aliquas circumstantias illud iudicare probabile: v.g. speculatiuè considerando, non apparet probabile, hominem innocentem esse damnandum; & tamen Iudex propter scientiam publicam, quæ est secundum allegata, & probata, hominem, quem priuata scientia scit ipse certè esse innocentem, potest probabiliter condemnare: ergo pariter fieri poterit, ut aliquid appareat speculatiuè probabile, quòd tamen practicè non sit probabile: non enim semper practicæ opinionis probabilitas, ex probabilitate opinionis speculatiuæ desumenda est; habet siquidem ipsa praxis quædam incommoda vitare in executione se se offerentia, quæ tamen, dum opinio intra limites speculationis manet, non occurrunt. Ex quo colligitur contra Sancium, facile percipi posse, opinionem

opinionem speculatiuè probabilem posse esse non practis eè probabilem: licet enim opinio practica regulariter pendeat ab opinione speculatiua sibi correspondente, tanquam à causa; tamen cum non attingantur per speculationem, nisi ea, quæ ad rem secundum se pertinent & non quæ ex variis circumstantiis executionem talis opinionis comitantur; proinde non in omni euentu speculatiua opinio probabilis intra limites opinionis speculatiuæ, est causa probabilitatis opinionis practicæ; sed hæc ex aliis principiis pendere potest.] Itaque ex his omnibus apparet; quæstionem in hac Resolutione positam, magnos pro negatiua, & affirmatiua sententia patronos habere.

An Episcopus absens à residentia, licitè possit continuare trimestrem unius anni cum trimestri alterius anni.

RESOL. XXII.

DE hoc casu olim interrogatus fui, & affirmatiuè respondi; nulla tamen Doctoris autoritate nixus: sed, quia nunc inuenio, hanc sententiam etiam docere doctum, & amicissimum Patrem Pellizzarium, apponam hic eius verba: sic itaque habet in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 3. num. 162.* [Illud præterea hic controuerti potest, an beneficiarius, qui, v. g. anno 1645, abfuit à residentia per trimestre concessum in Concilio Tridentino, nimirum, mense Octobris, Nouembris, ac Decembris; vigore dicti Concilij possit anno 1646. item abesse toto Ianuario, Februario, & Martio ad rationem trimestris absentia posterioris huius anni, ita vt absit à residentia sex mensibus continuatis: idque ad expediendum negotium inchoatum in trimestri anni 1645.

Respondeo, videri posse abesse totis sex illis mensibus continuatis. Et probatur: tum, quia Concilium Tridentinum concedit, vt beneficiarius quolibet anno per tres menses abesse possit à residentia; nec vetat immediatam continuationem trimestris anni præcedentis cum trimestri anni sequentis: non ergo apparet, cur in præsentis casu absentia trimestris sequentis non possit continuari cum absentia trimestris præcedentis: cum lex generaliter loquens, generaliter debeat intelligi; & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debeamus: tum, quia Sanchez *lib. 8. de matrim. d. 34. num. 36. fine*, admittit, dispensatum à Sacra Pœnitentiaria cum onere Confessionis menstruæ in perpetuum faciendæ, satisfacere, etsi ab vltima Confessione plusquam mensis elabatur; & si præcedens Confessio sit facta die 1. Nouembris, satisfaciatur aliam Confessionem faciendâ vltima die Decembris: cum præscribatur Confessio singulis mensibus, & in præsentis casu verificetur, Confessionem factam fuisse quolibet mense, quacumque die dictorum mensium sit facta. Quæ doctrina benè potest adaptari præsentis casui, cum Concilium dicat, quolibet anno; & aliis cuilibet anno correspondeat vnicum tantum trimestre absentia. Sic ego respondi in facti contingentiâ, & responsionem approbarunt viri valdè docti.

Puto autem, hos tres menses absentia debere computari 28. aut 30. aut 31. dierum, prout ij in Calendario occurrerint eo tempore, quo beneficiarius vult abesse, & quod ex eo mense deficit, accipiendum esse de sequenti, v. g. incipit beneficiarius abesse à die 10. Iulij, poterit abesse toto Iulio, Augusto, Septembri, & præterea primis 10. diebus Octobris substitutis loco 10. dierum, qui deerant mensi Iulio, & quidem non computatis terminis iuxta illud: *Dies termini non computantur in termino.*] Hæc omnia Pellizzarius *vbi supra.*

Notandum est hic obiter, Texedam docere, Episcopum peccare mortaliter, non residendo absque causa, etiam in tribus mensibus, de quibus loquitur Concilium. Sic itaque asserit in *Theol. mor. tom. 1. lib. 2. tract. 2. contr. 10. num. 22.*

Maius tamen dubium est, quo pacto, si Episcoporum residentia est de iure diuino naturali, Concil. Trident. concessit illis, vt possint in suis Ecclesiis per tres menses non residere. Et potest ratio dubitandi deduci: quia Concilium non potest dispensare in iure diuino naturali, ex quo talis obligatio residendi nascitur. Cæterum dico, nunquam Concilium Tridentinum in prædicta sess. 6. concedere licentiam Episcopis, vt possint esse absentes à suis Ecclesiis per tres menses; sed voluit cohibere, seu restringere quandam Episcoporum abusum, quin potius dicam, quandam de prauati moris corruptelam, eò quod Episcopi, non benè intelligentes Concilium, maiori licentia ad non interessendum in suis Ecclesiis utebantur, quam opus erat, cum maximo suarum conscientiarum onere; & idè per sex menses erant à suis Episcopatibus absentes, præsumentes illud tempus esse eis à Concilio concessum, vt abesse possint à suis Ecclesiis. Et hanc prauam intelligentiam textus voluit cohibere Concilium, restringendo ad tres menses, vt per illud tempus, & non amplius possint Episcopi abesse seu non residere in suis Ecclesiis. Et hoc quidem (quod est maximè aduertendum) non liberando Episcopos, qui per tres menses in suis Ecclesiis non resident, sed sunt absentes, à mortali culpa: nam certum est, Episcopos absque iusta causa in suis Ecclesiis non residentes, etiam per tres menses, peccare mortaliter, esseque transgressores Præcepti diuini naturalis: sed solum eximendo eos à pœnis debitis pro absentia, iudicando trium mensium spatium esse paruum tempus; quod tamen pro nihilo reputari solet, apud viros doctos, & prudentes in exteriori foro, in quo humanum iudicium suum certum sedile habet, quantum ad imponendas, aut remittendas pœnas. Et idè si aliquis Episcopus absque iusta causa per tres menses in suo Episcopatu non resideat, peccat mortaliter coram Deo: non tamen tenetur restituere fructus Episcopatus, nec alias pœnas.] Hucusque Texeda.

Sed ego existimo, (vt *alibi* adnotavi,) & obseruat Barbosa in *Concil. sess. 23. cap. 1. num. 16.* hoc spatium trium mensium concedi posse Episcopis causa animum relaxandi. Idem docet Sanctarellus *var. resol. q. 4. n. 5. in fine.* Ex quo mollitur, ne dicam, soluitur rigor doctrinæ Magistri Texedæ.

An, si aliquis debeat post annum mille aureos, si det sexto mense quingentos, sub onere, quod aliorum quingentorum solutio per biennium expectetur, committat usuram? & alios casus curiosos inuenies.

RESOL. XXIV.

AD hoc dubium sic respondet Caramuel in *Theolog. moral. lib. 2. disput. 14. num. 748.* [Aragonius prudenter vult tolli casum, & difficultatem. Tollitur, ait, si solvatur contractus ille prior, & secundus ineatur: nempe, hoc modo: Soluit tibi quingentos aureos ille, & tu nouo contractu illi das mutuo pro biennio alios quingentos aureos. Adsonant Salas, Molina, Lessius, Dicastillus, qui dicit, huic opinioni reuerà consentire Petrum à Nauarra, tametsi ita obscurè alicubi loquutus, vt contrariæ fauere videatur. Sed, me duce, considera, an possit usura in solutione ipsa committi.

Si contractus ille non rescindatur, & nouus fiat, transire in usurarium, videtur sentire Petrus de Nauarra in aliquorum sententia, qui putant, eius mentem examinasse. Et probatur, quia hoc nihil aliud videtur, quam implicitè mutuari, seu, quod idem est, anticipare solutionem cum onere, vt tu remutues in fine anni, quando erant soluenda alia quingenta,

Sed, quis non videat, hic hallucinationem subesse? Soluere, non est implicitè mutuari, vt dicitur; tametsi fatear posse committi in ipsa solutione usuram: nimirum, si Petrus

Petrus soluat, quod debet, quando debet sub onere, quòd creditor faciat, quod non debet. Sed hoc in præsentiarum non accidit: nam, si tibi debebat Franciscus soluere post sex menses & soluit nunc, fecit, quod non debuit: ergo poterit vicissim petere, ut facias, quod non debes. Ergo, si ipse voluit pro te vnum grauamen subire, ut tu subires alterum, nulla cognoscitur iniuria, nulla vsura.] Hæc omnia Caramuel, satis quidem probabiliter.

Ponit etiam *num. 754.* alium casum: [Petrus non erat negotiaturus sua pecunia, poterat tamen: dedit illam mutuatam Anthonio pro anni tempore: & inquit, an possit aliquid exigere pro lucro cessante. Respondeo, nullum cessare lucrum, vbi nullum est; nullum cessaturum, vbi nullum futurum est, adeoque hoc titulo non posse. Cæterum non posse negotiari, grauamen est; & posse, est pretio æstimabile: & nescio, cur deberet Petrus illud subire grauamen, hancque immunitatem pretio æstimabilem perdere gratis.] Ita ille. Sed & postea adducit aliam doctrinam, & distinguit molestiam à periculo, à damno emergente, à lucro cessante. Est verè aliqua recreatio in rebus pretiosis videndis; cur non in possidendis? Pro audienda comœdia, videnda bestia, legenda fabula, datur pretium, & nemo contradicit; cur non pro videndis, habendis, possidendis optimis auri partibus? Ergo recreatio illa, quæ procedit ex possessione pecuniarum, præcisa ab omni alio periculo, est pretio æstimabilis. Ratione huius molestiæ ab ipsamet carentia pecuniæ subortæ posse aliquid supra sortem accipi, affirmat Medina C. *de restit. q. 32. §. Inde infertur.* Sed hæc cogitanda relinquo.

Deinde in *num. 799.* aliam doctrinam probabilem esse putat; nempe, numeratam pecuniam esse pretiosiotem pecunia numeranda. Vnde infert, posse chirographicas obligationes, & debita, tamen si securissima, si soluenda post aliquod determinatum tempus, emi minoris, si parata pecunia: item, posse debitorem minori pretio, dato tamen ante tempus, extinguere debitum maius. Et postulo, an Deum communem habeamus, an priuatum? Si igitur Deus noster æquè mutuatarij, ac mutuatoris Iudex est, vtrunque eadem statera ponderabit. Ergo, si centum aurei soluendi post annum, possunt hodie extinguere nonaginta paratis: si mutans nonaginta dederit hodie sub onere, quòd centum post annum restituantur, nihil acquisiuit præter sortem: vel æquitas inæqualis est. Tu hanc doctrinam perpende, & examina: puto enim iudicio communi decidendum; & non scio me audiuisse ab aliquo, se non facere maioris pecuniam præsentem, quàm futuram.

Sed ais, hæc doctrina omnes vsuras tolli. At isti Authores possent negare consequentiam: quia vsurarius est, quicumque accipit vsura sortem: vnde, si nonaginta aurei parati, centum dandis post annum æquiualeant; qui nonaginta hodie mutuat, & post annum centum recipit, vsurarius non est: quia nihil supra sortem accipit; esset tamen, si sub finem anni plures quàm centenos acciperet.

Et tandem pro curiosis apponam alium casum ab ipso perpensum in *num. 755.* [Dedit Petro centum aureos Anthonius pro vno anno inuotos, sub onere, quòd statim solveret præter sortem ipsum lucrum cessans, quod prudentum iudicio duodecim aureorum credebatur; & dubitatur de illo, statim, vtrum id possit exigere? Respondeo, ibi duos celebrari contractus, alterum mutuationis, venditionis alterum; huncque esse extra conceptum illius, & se habere ad illum solummodo concomitanter. Dantur mutuo centum aurei, & venditur incommoditas lucri cessantis pro aureis duodecim. Dico igitur, plus valere pecuniam numeratam, quàm numerandam; vnde mercatores viliori pretio vendunt res pro parata pecunia, quàm pro paranda. Igitur examinandum est, qualiter prudentum sententia fuerit lucrum cessans determinatum. Si hi dixerint illud æquiualeare duodecim aureis numeratis, aut tredecim numerandis; nemini faciet iniuriam, qui duodecim statim à volente exigat; faceret, si tredecim statim re-

ciperet. Vnde resoluo, neminem posse totum lucrum cessans recipere statim; sed illud debere recipere, cum cessat; posse tamen pecuniam recipiendam diuersis vicibus, & futuro tempore, vendere viliori pretio, & recipere statim.] Hæc omnia acutissimus Caramuel: sed plura ex istis refellenda videntur, maximè id, quod dicit de pecunia præsentis, & absentis: quod etiam non placet viris doctis de hæc te à me consultis.

An Religiosus illicitè ludendo, si lucretur teneatur restituere colludenti? Et qua possit ludere?

R E S O L. X X V.

Respondeo cum Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 85.* probabile esse, Religiosum ludentem absque licentia, aut excedentem quantitatem supra id, quod poterat, & lucrentem, non teneri restituere colludenti, eò quòd contractus sine licentia Prælati inritus, postea sustineri possit à Prælato, quatenus cedit in eius vtilitatem. Sed contraria sententia est probabilior, quam tenet ipsemet Sanchez.

Sed, quia hinc sermo incidit de ludo Religiosorum, non deseram pro curiosis adnotare ea, quæ philosophatur secundum sua principia Caramuel *in Theolog. mor. lib. 2. disp. 15. num. 809.* vbi sic ait: [Puto, Religiosos, sicut nec dare, sic nec posse ludo exponere pecunias: credo tamen, posse omnia illa ludo exponere, quæ possunt liberaliter dare. In quæ Religiosus habeat proprietatis dominium, & in quæ non, exposui in meis Commentariis in Regulam Benedictinam *disp. 59.*

Asserui enim *n. 831.* in manuscripta sua habere verum dominium Religiosum: *n. 839.* magisteriale in discipulos Religioso professori concessi: *num. 852. & 853.* Religiosi dominio actiones purè internas, & externas subiecti: *n. 869.* & res vnico actu consumptibiles: *n. 871.* dixi posse (nisi Antistes inhibuerit) industria sua horis vacantibus seruire amicis, puta, pingendo, transcribendo, cælando. Ergo ex consequentia doctrinæ tenebor dicere, posse quocumque Religiosum in ludo honesto concertare cum quocumque sæculari, hoc pacto, quòd ille pecunias, aut alia, quæ sua sunt, exponat; talia tamen quæ possint Religioso, aut Monasterio acquiri: ipse verò Religiosus exponat aliquid manu sua scriptum, cælatum, pictum, vel aliud qualecunque, in quod habeat dominium, vel possit liberaliter dare. Ludere pro orationibus frequenter videmus, & laudamus: ratio enim videtur postulare, ut cum in militante Ecclesia aliquam honestam recreationem capimus, aliquam etiam purgantem indulgeamus. Indulgemus, cum de orationibus pro ipsarum requie decertamus legendis. Sæpè Sacerdotes pro Missis legendis, aut concertant, aut ludunt, quod tamen si incriminentur aliqui, prudentiores approbant, & commendant. Matthias, & Iosephus, cognomento Iustus, sortiti sunt Apostolatam: cur non possent sortiri, vter quatuor Missas, vel plures esset lecturus pro animabus purgantibus? Sed maior esset difficultas, si inquireret, an, qui ludo lucratus est lectionem aliquot Missarum, possit pro illis accipere stipendium? an ille, qui perdidit? Respondeo, standum esse contractui. Cum de orationibus, aut Missis pro animabus Purgatorij legendis decertatur, videtur iniri concordia, quæ postulet, eum, qui in certamine, aut ludo victus est, debere omnium ludentium nomine illa Sacrificia, aut Orationes Deo pro animarum Purgatorij refrigerio offerre: vnde liquet, victorem pro talibus Missis elemosynam accipere non posse. Cæterum, si decertent duo, quòd victor legat tot Missas ad vincētis intentionem, poterit victor de illis, ut de propriis disponere. Et hoc vidi apud viros pietissimos sine contradictione praticari. Vbi certum est, non dari obiectionem, quæ ex paupertatis rigore nascatur: & si quis scrupulus suboritur, respicit indecentiam

tiam; sed & hanc non reperiri: si ludus sit honestus, & prudens, censemus.

Placuit mihi *num. 965.* Fagundez, & Llamas sententia asserens, posse Religiosum dare quæcunque alteri filio eiusdem Monasterij, quin peccet contra pauperatatem: nam huiusmodi donatione non mutatur dominium. Infero, non esse contra pauperatatem duorum Confratrum concertationem, si de rebus ad usum concessis: nam alteruter vicerit, dominium immutatum remanet penes Communitatem. Et hæc omnia docet Caramuel *loco citato*, quæ ex eius mente dicta esse volo.

An Regulares, pecuniam relictam cum onere perpetuo celebrandi Missarum, possint implicare super bona Monasterij exempta à simili onere?

R E S O L. X X V I.

Hanc quæstionem pertractat Pasqualigus *in 99. Can. Cent. 2. q. 171.* ubi quærit, an Regulares possint fundare censum ex pecunia eis relicta pro Missa perpetua, supra Monasterio, aut horto inserviente pro Monasterio. Et negativam sententiam tenet, nullum tamen Doctorem adducens.

Dico itaque, affirmativam sententiam docere Peyrinum *in Formul. litera A, cap 11. num. 2.* cuius sententiam asserit aliquos Regulares practicasse; sed malè: nam ipsum Peyrinum meritò impugnat Bordon. *in conf. Regul. tom. 1. resol. 25. n. 34.* & ad omnes rationes in contrarium responderet, negativam sententiam docens, firmando, quòd in nostro casu emenda sit nova proprietas quæ actu fructificet per accretionem proventuum Monasterij. Probat, tum ex natura implicationis, quæ importat acquisitionem novorum fructuum ex re frugifera ab alio empta, quæ aliàs propria non erat emptoris, aut saltem sit propria ratione fructuum: ut si domus locanda reedificetur iam combusta: siquidem implicatio accrescit novos fructus implicanti, quos antea non percipiebat; aliter implicatio produceret contrarium effectum, nimirum, onus sine commodo, & utili, si non adiuingeret proventus implicanti: tum ex Decreto Sacre Congregationis de celebratione Missarum, ubi decernitur, ut pecunia, ac bona mobilia, in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, ipso facto incurrenda, à die realis acquisitionis statim deponi debeant penes ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illi annexum reperitur. Pecunia ergo inuestienda est in bonis immobilibus frugiferis; quod fieri non potest, nisi ex implicatione acquiratur ius lucrandi novos fructus; qui non acquiruntur in dictis casibus, neque etiam restauratione, seu refectione domus collapsæ, vel combustæ; aut ædificatione Ecclesiæ, vel Monasterij, cum huiusmodi ædificia non locentur extraneis, qui annuos redditus præbeant. Et ided hanc sententiam, præter Pasqualigum, & Bordonum, tenet etiam doctus Magister Lezz. *in Summ 99. Reg. tom. 4. verb. Missa, n. 37.* qui testatur, ita fuisse decisum inter Canonicos Basilicæ S. Petri, consulente viro quodam doctissimo, quem ipsi ad dubij decisionem vocauerant.

Nota etiam hinc cum Bordon, contra Peyrinum *loco citatis*, non posse in casu nostro ex illa pecunia extinguere annum censum Monasterij: quia extinctio census non est implicatio, seu inuestitio pecuniæ, sed æris alieni solutio. Si tamen talis census impositus esset super aliquod bonum stabile fructiferum Monasterij, tunc extinctio illius esset quædam virtualis inuestitio talis pecuniæ in bono stabili fructifero novos fructus fructificante, cum per illam accrescerent Monasterio illi fructus, qui in solutione reddituum census expendebantur, & per consequens saluare-

tur intentio S. Congregationis. Quo sensu, & non alio accipiendus est Peyrinus relatus, & Martha *in decisionibus vota 243. num. 3. & 5.* quem ibi refert; & Marchinus *de Sacram. Ordsm. tract. 3. cap. 15. dub. 4.* circa Decreta Sacre Congregationis relata. Quavis autem ipse Marchinus *ibidem, dub. 3.* dicat, talem pecuniam inuestiendam pro onere Missarum non posse collocari in emptione alicuius census, alteriusve annui redditus; sed quòd census propriè non est bonum stabile, & facillè pereat: nihilominus oppositum existimo verius; & conforme praxi Ecclesiæ, quæ census bona stabilia, & fructifera censet: esto, non multùm secura propter humanas varietates: quod solùm probat, non debere fieri huiusmodi inuestituram in emendo censu, nisi in casu, quo alia bona fructifera securiora emi non possint; aut ille census, moraliter loquendo, sit securus. Et hæc omnia docet etiam Lezzana *loco citato*, quæ notanda sunt: nam casus quotidie accidit.

An in dubio si abstinentia carniū illatura sit notabile nocumentum agrotis, necessaria sit dispensatio.

R E S O L. X X V I I.

Intrepidè negativam sententiam tenet acutissimus Caramuel *in Theol. mor. lib. 3. de conscientia, disput. 1. n. 1395.* & contra se sic arguit: [In omni dubio standum est pro possessione, quæ erat ante dubium. Ergo, si dispensatio sit dubia, standum pro lege certa, quæ erat ante illam dubiam dispensationem. Atqui necessitas certa est dispensatio certa: ergo necessitas dubia est dispensatio dubia. Igitur, cum necessitas dubia est, standum pro lege, quæ erat ante illam. Atqui ante morbum erat in possessione lex ecclesiastica carnes tempore quadragesimali interdicens: ergo standum pro legis possessione, quando morbi grauitas est dubia.

Sed Caramuel admittit primum enthymema argumenti: & ad minorem subsumptam veniens, negat necessariam esse dispensationem, & sic discurret: Petrus vouet omnibus diebus, exceptis Dominicis, ieiunare: & interrogo, an dies Dominica sit dispensatio suæ legis? Porro negativè respondet: quia dispensatio est in actu, quem tangebatur lex, & diem illam Dominicam votum non tetigit, imò expressè excipit. Sic similiter sanxit Deus Decalogum: contra eum, nemini concessit auctoritatem præcipiendi & Superioribus (Pontifici, Regi, & reliquis) indulget auctoritatem præcipiendi, modò nihil contra Decalogum: & subditis imposuit necessitatem, & obligationem obediendi in omnibus veris præceptis, quæ Decalogo non essent opposita. Cum iubet Rex deiici murum, latomus debet obedire: at, si transeat aliquis, qui occidi possit, debet cessare, & detinere lapidem, non solùm qui certò illum sit occisurus; sed etiam illum, de quo dubitat, an occisurus sit: quia, non obstante præcepto diruendi parietem, non potest dimittere lapidem, si dubitet, an aliquem occisurus sit. Nemo autem dicet, pueri incautam sub muro diruendo præsentiam esse regis legis dispensationem: ipse enim non iussit deiici lapides cum periculo hominum, sed cautè, & prouidè. Cum Pontifex iubet seruari abstinentiam, non iubet, nec iubere potest, quòd occidendo te, violes legem Dei, & contra quintum Decalogi præceptum procedas: non iubet, nec iubere potest, quòd periculo mortis te exponas; hoc enim ipsum interdicit Deus. Si ex abstinentia sequeretur mors certa, hæc certitudo non diceretur ecclesiasticæ legis dispositio certa: nam dispensatio certa non est necessariò præceptiua, & hinc necessariò præcipitur non abstinentia: ergo nec mors dubia.

His positis, meam ethesin euidenter, ut opihor, ostendo. Deus præcepit, ut te non occidas, nec exponas periculo te occidendi: atqui Ecclesia non potest præcipere contra Decalogum: ergo non datur Præceptum Ecclesiæ, quod iubeat

inbeat aliquid fieri cum certa, aut dubia vitæ humana iactura: ergo non datur Præceptum ecclesiasticum, quo obstringatur æger, vt carnibus abstineat, cum amissione vitæ, certa, aut dubia: atqui vbi non datur Præceptum, non requiritur dispensatio: ergo. Imò, cum detur diuina lex inhibens, peccaret, si abstineret; & peccaret, si dispensationem postularet. Peccaret quidem abstinendo, eo modo, quo si sumeret venenum dubium: nam in tali casu abstinencia esse dubiè mortifera supponitur. Peccaretque, si peteret dispensationem: quia illa petitio debet supponere dari Præceptum carnes interdicens, etiam cum iactura vitæ dubia; quod quia esset contra Decalogum, sine iniuria Pontificis supponi non potest.] Hucusque Caramuel.

Sed, an probabiliter, iudicent alij, vt de Sancio dixi in *part. 4. tract. 3. resolut. 56.* Vide omnes Expositiones in 2. 2. *D. Thomæ, quest. 147. art. 4.* vbi rectè Caietanus docet, Prælatos, ac Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos, remittentes id conscientiz subditi petentis? cum potiùs ad ipsos spectet tunc dispensare, causam dubiam per dispensationem efficiendo iustam. Vide etiam Azorium *tom. 1. lib. 7. cap. 29. quest. 2.* qui citat Nauarrum, Rosellam, & Angelum.

An si quis in die ieiunij, carnem comederet in magna quantitate, ex obliuione, teneretur in illo die ieiunare?

R E S O L. XXVIII.

Onam hinc sententias duorum virorum, qui luminaria fuerunt in clytæ Academiæ Salmanticensis: & quos ego Gigantes Theologiæ vocare soleo; & hi sunt, Angelus Manriquez Cisterciensis, & Basilius Pontius Augustinianus. Audiamus itaque Ioannem Caramuelem in *Theolog. moral. lib. 3. de conscientia dubia, cap. 1. disput. 1. n. 1350.* vbi sic ait: [Obiter tamen dicam, me audiuisse Reuerendissimum D. Manriquem, nunc Salmanticensis Vniuersitatis Primarium Professore, in Gymnasio publico sic discurrentem; Si quis ex inaduertentia, aut obliuione, in die ieiunij, carnes in magna quantitate comederit, non fregit ieiunium, adeoque tenetur seruare formam ieiunij reliquo tempore, eodem modo, ac si carnem non comedisset: vnde, si comederit caponem mane, poterit meridie prandere, & vesperi collationem ordinariam sumere: quia leges actibus non humanis non violantur; & illis, qui ex inaduertentia, aut obliuione, hominum quidem sunt, non verò liberi, & humani. Contrarium tamen, addebat, non auderem dicere improbable, propter Basilij Pontij de Leone (tunc Primarius Professor erat) opinionem, docentem, illud ieiunium esse fractum reuerà, tamen inaduertenter, illudque die reliqua non obligare, & ab inaduertentia habuisse non quidem quòd non violaretur; sed quòd violaretur, & frangeretur sine culpa. Sic discurrebat Angelus Manriqus, sic Basilius: tu, Lector, attentè vtriusque sententiam considera.] Ita Caramuel.

Ego, vt vetum fatear, sententiæ Manriquez magis adhzreo. Quia comestio illa carnis fuit inuoluntaria, sicque ieiunium non fuit violatum, nisi materialiter, ac proinde adhuc potest seruari.

Hinc à fortiori dicendum est, quòd si manè quis comedit, ignorans ea die ieiunari, teneri reliquo tempore seruare ieiunium, ac si non comedisset quicquam, idè posse prandere cum aliis, imò & sumere collationem vespertinam.

Ita ex Sancio docet Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 1.*

tractat. 5. cap. 5.

num. 17. & alij.

* * *

An in collatione serotina ieiuniorum licitum sit sumere uncias octo in pane cocto? & quid de aliis iusculis?

R E S O L. XXIX.

Prima sententia negat. Ita Layman *lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 9.* Filiucius *tom. 2. tract. 27. num. 31.* qui monet, non bene arguere illum, qui dicit: [In collatione vespertina possunt licitè sumere quatuor uncias panis, duas uncias amygdalarum, & quantum aquæ libuerit: ergo etiam ex aqua, pane illo, & amygdalis possum conficere iusculum coctum, & illud totum sumere loco collationis: nam agente igne per concoctionem, plurimum mutatur materia subiecta, fitque ex ea alius cibus magis nutritiuus, maiusque pondus acquirit; ita vt, iudicio peritorum, ex illis quatuor unciis panis, amygdalis, & aqua, haberi possint duo iuscula pertingentia ad pondus viginti quatuor unciarum, quæ vtrique possent deferuire in cœnam, penè dixerim, competentem.]

Secunda opinio permittit iuscula, si quantitas tamen permittam frugum quantitatem non exæquet. Ita Escobar in *Theolog. moral. tract. 1. exam. 13. cap. 1. num. 102.* vnde obseruat Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 1. lib. 5. cap. ... num. 16.* quod aliqui docti Neoterici, & inter illos, Pater Dominicus Zanetus, concedunt in refectiuicula vespertina sumi posse iusculum ex pane, & aqua, pertingens ad duodecim uncias.

Tertia opinio concedit absolute, in collatione serotina sumi posse iusculum, absque peculiari indigentia, ac necessitate, dummodo iusculum non sit coctum in aliquo cibo vetito; sed tantum in pane, vel cum fructibus, nec excedatur quantitas alioqui concessa. Ita Pellizzarius *loc. cit.* qui citat ex Societate Azorium, & Reginaldum. Idem docet Nicolaus Mosciensis in *Tyrocinio Sacra Artis Penitentiariæ, part. 2. §. De secundo precepto ieiunij. num. 22.* Ghettius in *thesauro animæ, tom. 2. verb. Ieiunium. cap. 1. q. 4.* & idè Caramuel in *Reg. D. Benedicti, disp. 128. num. 1613.* docuit, non audere condemnare qualitatem collationis serotinæ quomodolibet paratam.

Quid ego sentiam, dicam breuiter. Puto igitur, omnia iuscula non esse in collatione introducenda: & ita adhzreo primæ sententiæ; stante consuetudine, cui in hoc standum est necessariò, vt *alibi* à nobis firmatum est. Non tamen secundam, imò & tertiam sententiam reprobo: quia in iusculis obseruatur consuetudo, quoad genera ciborum, quæ ipsa introduxit, & solùm videtur variari modus. Vnde cum Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 6. num. 8.* non condemnarem eum, qui in refectiuicula vescitur pane cocto cum aqua, oleo, & sale, in quantitate aliàs licita, quidquid *alibi* etiam probabiliter asserui.

An unus possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali?

R E S O L. XXX.

Respondeo, te posse simul plures baptizare, si plures abluas, & formam omnes comprehendentem proferas, sicuti si plures abluendo, diceres: *Ego vos baptizo.* quia ablutio non est vnica, sed multiplex, iuxta multipliciter subiectorum, qui abluantur: forma verò, esto, videatur physice vna, moraliter multiplex est, quia eundem sensum præstat ea forma: *Ego vos baptizo.* super plures prolata, ac si super singulos diceres: *Ego te baptizo.* Et ita docet D. Thomas in *3. par. q. 66. art. 5. ad 4.* & ibi Araujo, Serra, & alij eius Scholæ: Alexander de Ales *4. par. quest. 8. mem. 6. art. 7.* & Paludanus in *4. disp. 3. quest. 2. num. 4.*

Sed difficultas est, an ita baptizare sine necessitate, sit peccatum mortale. Et negatiuam sententiam docet Sotus in *4. distin. 4. quest. vnica, art. 4. §. Secundò arguitur.* Solùm enim

enim censet, in tali casu veniale peccatum adesse, si secretò, & citra scandalum fieret.

Sed ego puto, in tali casu sic baptizantem peccare mortaliter, quod docuit Scotus in 4. distinct. 6. quest. 2. §. Respon- deo. & Gabriel quest. 1. art. 2. concl. 7. quos citat, & sequitur Pater Vasquez in 3. part. tom. 3. dist. 148. cap. 7. num. 50. quia administrare Sacramentum contra usum & modum consuetum, secundum se materia grauis est, nec leuis iudicari debet. Et ita hanc sententiam tenet etiam Coninch de Sacram. quest. 67. art. 6. dub. 2.

Notandum est tamen hic obiter, quòd in tali casu, non vnum Sacramentum, sed plura conficerentur, vt optimè probat Coninch loco citato, concl. 3. & Vasquez n. 51. nam, licet in prædicto casu non sint diuersa verba, & orationes; sed vna tantum super omnes baptizatos proferatur: ea tamen vim habet diuersarum formarum; non, quia in ea expressæ sint plures significationes, (vt quidam dixerunt, quorum sententiam refellit Paludanus dist. 3. q. 2. num. 10.) Sed, quia illa vna significatio ad plures refertur, & hac ratione plurium rationem habet, & singulis integrè accommodari potest; siquidem pluribus formis æquiualeat: & hoc satis est, vt plura Sacramenta constituere possit.

Sed, an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committeret tot peccata, quot personas baptizauit? Respon- deo, committere vnum solum peccatum: nam, licet diuersa ministravit Sacramenta, censentur verè ministrata per modum vnius, atque idèd in genere moris non plura, sed vnum constituunt peccatum.

Notant etiam Marfilus in 4. qu. 4. art. 4. dub. 18. Gabriel d. 6. q. 1. art. 3. dub. 5. & Scotus q. 2. §. De quarto membro. quòd si sit aliquod monstrum, puta, si nascatur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita vt certum sit, esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas illorum seorsim baptizandas esse cum forma illa, *Ego te baptizo*, &c. Si autem certò deprehendi nequeat esse duas personas, & duabus animabus informati, tunc absolute baptizandas esse partes illas, quæ videntur præcipuè ad vnam animam pertinere; reliquas verò, de quibus dubitatur, an habeant aliam animam, sub conditione baptizandas esse eadem forma verborum, non autem absolute propter periculum iterandi Baptismum. Vide Vasquez *ubi supra*.

An possint plures eundem hominem baptizare, tanquam causa partiales, quorum singuli applicant materiam, & proferant formam?

R E S O L. XXXI.

Affirmatiuè respondent Durandus in 4. dist. 3. quest. 3. num. 16. Paludanus *ibidem*, quest. 2. art. 1. Caietanus in 3. par. *ubi infra*. Et hanc sententiam, speculatiuè loquendo, non videri improbabilem putauit Præpositus in 3. part. quest. 67. art. 6. dub. 2. num. 11. & absolute docet Valentia quest. 2. punct. 2. quia plures possunt simul baptizare, si simul abluant, & proferant verba, *Ego te baptizo*: sed idem significant illa verba: *Nos te baptizamus*, ac si singuli dicerent: *Ego te baptizo*, &c. ergo validus erit Baptismus sub illa forma. Secundo, quia, cum plures Iudices sententiam ferunt, perinde est, si nomine omnium dicatur, *Nos iudicamus*, ac si singuli dicerent, *Ego iudico*: similiter cum idem poterat ducere simul plures uxores, validum esset matrimonium, si simul omnes dicerent: *Accipimus te in coniugem*. cum ergo ex dictis certum sit, posse à pluribus eundem baptizari, ratum erit Sacramentum, si nomine omnium dicatur: *Nos te baptizamus*.

Sed negatiuam sententiam docet D. Thomas in disto artis. 6. & omnes eius Expositores. Et idèd hoc modo baptizatum, vt minimum sub conditione esse denuè baptizandum, dicendum est. Et ratio communis opinionis est, & peti debet ex institutione Christi, quæ potissimum

inde probatur, quòd Ecclesia semper intellexerit hoc Sacramentum ita à Christo institutum fuisse, vt ab vno, & eodem deberent forma, & verba pronuntari, & baptizandus abluì. Colligitur in primis ex perpetuo eius tali usu: hactenus enim nunquam in praxi habuit, quod aliter quàm ab vno Baptismus totus administraretur. Secundo, idem colligitur ex vnanimi sententia Doctorum, qui concorditer omnes iudicarunt, Baptismum à duobus collatum, esse inualidum, exceptis duobus iam citatis; qui tamen, neque constanter, & firmiter audent oppositum asseuerare. Rationem autem congruentiæ assignat D. Thomas hic in corpore: quia homo baptizat vt minister Christi: quare sicut Christus est vnus in persona; ita oportet ministrum Baptismi esse vnã personam, qui Christum repræsentet.

Notandum est tamen, quòd si plures aliquem baptizarent, seu abluerent, & quilibet eorum diceret: *Ego te baptizo*. quauis hoc illicite agerent, & puniendi essent; qui prius tamen verba proferret, verum Baptismi Sacramentum conficeret. Si verò omninò simul verba proferrent, & abluerent; omnes verè baptizarent, & vnum tantum Sacramentum efficerent. Omnes huius conclusionis partes docet D. Thomas *ubi supra*. Primam illis verbis: *Essent puniendi de inordinato modo baptizandi*. Quæ etiam probatur: quia baptizant contra modum baptizandi ordinatum ab Ecclesia, quæ ordinauit, vt vnus solus baptizet: ergo inordinatè, & illicite agunt, sicque puniendi sunt.

Secundam illis verbis: *Ille, qui prius verba proferret, daret Baptismi Sacramentum*. Quæ etiam probatur, qui prius verba profert, legitimam formam, & materiam apponit: ergo, si intentionem baptizandi habet, verum Baptismi Sacramentum conficit: & alter, qui postea verba pronuntiare præsumeret, nihil faceret, & tanquam rebaptizator puniendus esset.

Tertiam illis verbis: *Si autem omninò simul ambo verba proferrent, & hominem immergerent, aut aspergerent, &c. vterque, quantum in se est, baptizarent*. Quæ etiam probatur. Omnes sufficienter omnia requisita ponunt: ergo, sicut recenter ordinati Sacerdotes, omnes simul cum Episcopo verè consecrant, si simul verba consecrationis proferunt; ita & in nostro casu, omnes verè baptizant.

Quartam illis verbis: *Nec traderent aliud, & aliud Sacramentum: sed Christum, qui est vnus interius baptizans, vnum Sacramentum per vtrunque conferret*. Quæ etiam probatur contra quosdã recentiores illam negantes. Tum, quia idèd dicitur vnum Baptisma, quia vnus homo non potest nisi vnum suscipere. Tum etiam, quia tunc vna est ablutio ob vnitatem subiecti, etiam si vnus vnã partem baptizati abluat, & alter aliam: non secus ac quando vnus solus baptizat, etiam si duas distinctas partes ablueret, non contiguas, media non abluta, vna esset ablutio: ergo vnum Baptismi Sacramentum, hoc enim pro ablutione supponit. Tum deinde, quia, si quis à pluribus prædicto modo baptizaretur, plura reciperet Baptismi Sacramenta; maiorem gratiam reciperet, quàm si solum baptizaretur ab vno: plura enim Sacramenta maiorem gratiam conferunt, quàm vnum solum. Sed hoc est falsum: ergo, &c. Tum denique, quia, sicut, quando plures Sacerdotes eandem Hostiam consecrant, vnum solum Eucharistiæ Sacramentum efficiunt: ita quando plures eundem hominem baptizant, vnum Sacramentum Baptismi debent efficere.

Neque huic obstat pluralitas numerica verborum, formarum, & actionum. Respondetur nanque, sicut quando vnus baptizat plures, dicendo, *Ego vos baptizo*, sunt plura Baptismata, quauis forma, & actio ministri sit vna numero: ita quando plures vnus baptizant prædicto modo, est vnus Baptismus, licet formæ, & actiones ministrorum sine plures: propter hoc enim plures baptizantes, sunt plures causæ totales instrumentariæ, eiusdem Sacramenti Baptismi; sicut plures Sacerdotes, simul consecrantes eandem Hostiam, sunt plures causæ instrumentariæ totales eiusdem Sacramenti

Sacramenti Eucharistiæ. Et hæc omnia docet Magister Serra in tertiam partem D. Thomæ, q. 67. art. 6. concl. 2.

His tamen non obstantibus, ego puto, opinionem agnoscentem in tali casu non vnicum, sed plura Sacramenta, factis probabilem esse. Quia, quanuis non possit Baptismus multiplicari per iterationem; non est tamen contra Christi institutionem, vt si in aliquo casu rarissimo plures simul ponant omnia ad valorem Sacramenti requisita, Sacramentum multiplicetur, cum ratio fundata in principiis fieri id suadeat: vnde, cum dicitur, vnicum in vno esse Baptismum ex Christi institutione, si per hoc intelligatur, quod Christus noluerit vno vnquam casu licite multiplicari, verum est; similiter verum est, quod secundum communem modum procedendi, non multiplicetur: idque ex Christi institutione; quia moraliter non contingit, plures eodem modo complere omnia ad substantiam Baptismi necessaria: si tamen intelligatur, quod ita repugnet illi institutioni, vt etiam in casu rarissimo non ponatur sæpius Sacramentum, quanuis omnia requisita multiplicentur, videtur negandum.

Nec obstat dicere, si plures eandem hostiam consecrent, idem conficitur Sacramentum: ergo & in præsentis casu. Respondeo negando consequentiam: quia Baptismus non debet comparari cum Sacramento Eucharistiæ, quod est effectus consecrationis; sed cum ipsa consecratione, quæ in dicto casu multiplicatur.

Item, non valet dicere: Ex pluribus illis actionibus exurgit vnicum signum: ergo & vnicum Sacramentum. Ita Valquez disputat. 148. cap. 2. §. Ratio igitur huius. Respondeo negando antecedens: quanuis enim sint signa vnius gratiæ, non inde efficitur non esse plura, cum materia ab vno prohibita, & forma prolata, nullam habeant subordinationem respectu alterius materiæ, & formæ? & non repugnet in vno eodem plura esse eiusdem rei signa. Et ideo ex his omnibus, vt dixi, puto vtranque sententiam probabilem esse; seu potius, vt optimè obseruat Vvigers in 3. part. q. 67. art. 6. num. 17. & Granadus contr. 4. tract. 2. disput. 3. num. 3. vtranque sententiam conciliari posse: si enim metaphysicè loquamur, rationes posterioris opinionis omnino, nisi fallor, persuadent, in prædicto casu esse plures Baptismos, seu plura Sacramenta. Moraliter verò dici possunt vnum: quia simul concurrunt in eodem subiecto, & ad eundem finem ordinantur, nec magis sanctificant, quam si vnus esset Baptismus.

Vnde, vt verum fatear, puto, Nugnum de Sacrament. tom. 1. quest. 67. art. 6. difficult. 2. excessisse, asserendo, esse improbableem in casu supradicto docere, esse duo Baptismata: nam hanc opinionem, præter rationes supra adductas in sui fauorem, sustinent viri doctissimi, vt Hurtadus de Sacrament. disput. 2. difficult. 5. qui citat Gabrielem, Coninch, & Caietanum. Imò Ioannes Præpositus in 3. par. q. 67. art. 6. dub. 1. num. 9. dicit, esse probabiliorem. Videat modò Nugnum, si illam vocare potuerit improbableem.

An omnes Religiosi, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, licite possint obire munus Patris in Baptismo, & Confirmatione?

R E S O L U T I O X X X I I.

Negatiua sententia extat in cap. Licet. dist. 1. cap. Monachi. de consecrat. dist. 4. cap. Peruenit. el. 1. 18. quest. 2.

Sed difficultas est, an sub nomine Monachorum omnes Religiosi, tam Mendicantes, quam Canonici regulares veniant: & licet affirmatiuè respondeat Vvigers in 3. part. quest. 67. art. 8. num. 20. qui citat Tannerum, quibus adde Layman lib. 5. tract. 2. cap. 9. num. 3. tamen, vt alibi adnotauit, negatiuæ sententiæ adhærent Hurtadus, & Coninch, quem nouissimè sequitur Castrus Palaus tom. 4. tract. 19. disput. unica, punct. 11. §. 1. num. 4. & nouissimè Leander de Sacram. tom. 1. tract. 2. disput. 1. quest. 16. qui citat nostrum

Molphesium, quibus etiam adde, me citato, Ioannem Henriquez in qq. pract. sect. 19. quest. 7. Quia, esto, eadem ratio prohibitionis procedat in Religiosis mendicantibus, & Canonicis regularibus, ac in Monachis; inde solùm inferitur, posse prohibitionem ad omnes extendi, non tamen de facto extensam esse. Non enim sub nomine Monachorum veniunt Mendicantes, & Canonici regulares in decreto prohibitiuo, odioso, & correctorio. Neque item eadem ratio adæquatè in Mendicantibus, Canonicisque regularibus, ac in Monachis procedit: nam Monachis magis indecens est familiaritatem habere cum parentibus baptizati, eò quod sibi soli viuunt, à sæcularium conuersatione, & communicatione separati. At Mendicantes, Canonicique regulares passim cum sæcularibus communicant; ob quam causam Monachi facti Episcopi, tamen non desinant esse Religiosi, à munere susceptoris non excluduntur: quia in eo statu constituti, non sibi tantùm viuunt, sed aliis, ideoque non dedecet compaternitatem, tum baptizando, tum leuando contrahere. Et hanc sententiam tenet etiam Ioannes Præpositus in 3. part. quest. 67. art. 6. dub. 2. num. 13. Lessius etiam in 3. part. quest. 67. art. 6. dub. 2. n. 12. Chamerota de Sacram. tract. 2. cap. 4. dub. 8. Vide Auerfam de Sacram. Baptismi, quest. 69. sect. 3.

Verùm sententiam affirmatiuam tenet, præter Doctores citatos, Serra in 3. par. D. Thomæ, q. 67. art. 7. vbi sic ait: [An verò contrahat Monachus cognationem spiritualem, non conueniunt omnes. Quidam negant: quia non est legitimus susceptor, sicut nec non baptizatus. Affirmant alij: quia verus susceptor est: nam, quanuis factum prohibeatur, non tamen irritatur. Monachorum autem nomine quidam dicunt non comprehendi Religiosos Mendicantes, qui etiam aliis erudiendis vacant. Sed puto nec his etiam permitti susceptores esse, nisi fortè in sæcularium defectum, & de licentia suorum Prælatorum.] Ita ille. At ego vtranque sententiam probabilem esse puto.

Sed omnibus supradictis plus addit (attende, Lector,) nouissimè Quintanadueñas in Theol. moral. tom. 1. tract. 1. sing. ult. per totum, vbi probat, omnes Religiosos, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, & Sanctimonialis etiam, posse esse Patris in Baptismo, absque licentia, & peccato. Quia, si ob aliquam causam Religiosis non liceret hoc munus, esset propter relatas prohibitiones: sed hæc nõ obstant: ergo, &c. Maior est certa, cum nullam malitiam, nec indecentiam intrinsecam afferat hic actus. Minor probatur: quia prohibitio in cap. Non licet. sicut & aliæ iuri insertæ, eam authoritatem, aut vim præceptiuam solùm habent in decreto canonico, non extra illud, vt de omnibus sapienter probat Ioan. Ant. Ecclesiæ Mediolanensis præpositus Proem. decr. f. 1. pag. 1. Cum igitur hæc habeatur ex Concilio Altiisiodorensi, celebrato anno 614. quod est Prouinciale, nec à Papa approbatum, non potest omnes obligare. Et licet Generalis Concilij esset, culpam grauem non induceret, ex verbo, Non licet. cum sæpius cum illo sine ea prohibitiones similes inueniamus. Sic in eodem Concilio ann. 15. non licet mortuum super mortuum mittere. & ann. 18. non licet Presbytero, Diacono, vel Subdiacono in Ecclesia, dum Missæ dicuntur, stare.

Præterquàm quòd, licet ex vtroque capite grauitè hæc prohibitio olim obligaret: modò autem non ita. Quia, cum causa illius esset, vt verbis Emanuelis Roderici, tom. 1. quest. 13. art. 1. vtar, quam tangit quidam Glossa d. cap. Monachi, verb. Osculentur, scilicet, ne osculentur fœminas: in quibus tangitur, vt inquit Glossa, consuetudo aliquorum locorum, in quibus Compares osculabantur Commatres. Propter quam consuetudinem decreuerunt Concilium, & Pontifices, ne Monachi Compares fierent. Cum ergo iam hæc consuetudo cessauerit, ob quam hæc lex prohibitiua emerit; lex etiam cessabit: nam legis ratione cessante, cessat quoque eius dispositio, vt ex l. In omni. ff. de adop. l. Quod dictum. ff. de pactis.

Alias etiam rationes adducit Quintanadueñas, & tandem

dem sic concludit: [Igitur, cum ex dictis vel nullam, vel leuissimam culpam committant Religiosi, etiam ex Ordine Monachali, de sacro Fonte infantem suscipientes, etiam sine causa; si hæc adsit, à veniali etiam culpa liberantur; sicut qui ex causa Officij diuini tempus, & Horas anteponeret, vel postpoderet: vel orationes ante Sacrificium, vel post illud, iuxta Missalis Rubricas dicendas, omitteret, nullum committeret peccatum, licet sine illa veniale foret. Causa autem sufficiens esset petitio, aut deuotio parentum baptizandi, ob virtutem, ac egregiam Religiosi famam, patriæ vsus, sumptuum excusatio, aliūve non ita commodè inuenire Patrimum prole dignum, aut ad id munus nolle alium infantis baptizandi parentes adstringere, vel quid simile rationi consonum, quanuis graue non videatur. Facultas Ordinarij, licet necessaria non sit, nec Prælari regularis, nisi in Religione prohibitio vigeat; exposci tamen consulam, ne Parocho aliquod nocumentum emerget, cui in Rituali, ac sæpè ex suæ Diocesis Synodo indicitur, ne Religiosos ad hoc munus admittat; hancque liberaliter absque villo scrupulo, etiam leuissima ex causa, Ordinarij, ac Prælari concedere possunt.] Ita ille, cui tamen non adhæret Lezzana in qq. Regular. tom. 1. cap. 9 num. 31. & Leander à Murcia in qq. Regul. in cap. 4. ad c. 11. Regula D. Francisci, & alij communiter.

Nulla tamen est difficultas, Episcopos, & Cardinales regulares, posse munus Patrini in Baptismo exercere. Ita, me citato, & aliis docet Lezzana in qq. Regul. tom. 3. verb. Baptismus, num. 1. & Leander vbi supra.

Nota verò, quòd Doctores, qui sententiam Quintanadueñas impugnant; fatentur tamen, quòd si Abbates, & Monachi in Baptismo, aut Confirmatione aliquem susciperent, licet peccarent mortaliter; spiritualement tamen cognitionem contraherent: quia citata iura non statuunt factum contrarium irritum esse. Ita Tamburinius de iure Abbatum, tom. 2. disp. 4. quest. 2. num. 2. Sanchez de matrimon. lib. 7. disp. 70. num. 21. Reginaldus lib. 31. num. 137. & alij penes ipsos.

An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta, peccet mortaliter?

R E S O L. XXXIII.

Negatiuam sententiam tenet Quintanadueñas in Theol. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 22. num. 2. [Quia nullum extat Præceptum, nec diuinum, nec positium, de baptismalis aquæ benedictione præmittenda. Secundò, quia ex grauitate, vel leuitate materiæ colligitur grauitas, vel leuitas peccati in transgressione cuiusuis Præcepti, & nominatim in omissione Rituum, qui præscribuntur in celebratione Missarum, vt docent omnes Doctores relati: si autem ommissio fiat alicuius cæremoniz grauioris, continentisque specialem significationem, materia erit grauis, vt si quis ommitteret mixtionem aquæ & vini, fractionem Hostiæ, aut mixtionem; vel signa omnia, vel plura, quæ sunt super oblata, & alia huiusmodi: ergo, ex grauitate materiæ censenda erit lethalis, vel non lethalis, ommissio alicuius ritus in celebratione solennis Baptismi; sed materia grauis non videtur, quòd aqua sit benedicta, cum solum ob maiorem decentiam benedictio addatur aquæ: ergo, &c.

Consonat his Granado: Peccabit grauitate, inquit contr. 4. de Bapt. tract. 2. dist. 1. num. 5. si baptizans conferat Baptismum sine debita solennitate, id est, sine illis cæremoniis, quas Ecclesia præscripsit: si autem vnā, vel alteram rem minimam prætermittet, culpa esset leuis. Aqua non benedicta baptizare, quid leue debet existimari; cum benedictio, nec ad essentiam, nec ad integritatē Sacramenti, nec ad iustificationem, intentionemve baptizandi, nec ad essentialem Baptismi solennitatem, nec ad grauis signifi-

tionem mysterij pertineat. Nec leuissimum suborietur scandalum, si aqua non benedicta fiat Baptismus: sicut orietur, si alij exteriores ritus, insufflationes, vnctiones, & similes desissent in solenni Baptismo; vel sine stola, aut superpelliceo fieret: ergo, &c.] Hæc omnia Quintanadueñas ingeniosè, vt semper solet.

Sed ego, Sacerdorem cum aqua non benedicta baptizantem, reum culpæ lethalis esse existimo: nec talis benedictio leuis materia censenda est, vt de se patet. Primò, quia versatur circa materiam ipsius Sacramenti. Secundò, quia habetur in Manuali specialis benedictio. Tertiò, quia talis benedictio non efficitur, nisi in Sabbatho Paschæ, & Pentecostes. Quartò, quia in ipsa benedictione adhibetur trina infusio Sacri Chrismatis in modum Crucis; quæ omnia satis demonstrant, ralem benedictionem rem leuem non esse, vt vult Quintanadueñas: & de illa mentionem fecerunt Dionysius de caelest. Hier. cap. 2. punct. 2. Augustinus homil. 27. & 50. & lib. 6. contra Iulianum, cap. 8. & Ambrosius lib. 1. de Sacrament. cap. 5. & Rabanus lib. de institut. Cleric. cap. 28. teratus in cap. Deinde de cons. dist. 4. Vnde Lessius in 3. part. quest. 71. num. 6. ex D. Basilio lib. de Spiritu Sancto, cap. 2. dicit, consecrationem aquæ esse traditionem Apostolicam.

Et idè nostram sententiam, præter Nugnum, Suarez, & Bonacinam à Quintanadueñas citatos, tenet ex Societate Iesu Caltr. Palaus tom. 4. tract. 19. disp. unica, punct. 12. num. 3. Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thome, quest. 71. art. 4. dub. 1. v. 5. vbi sic ait: [Notandum, quòd licet materia sufficiens Baptismi sit quæuis aqua naturalis; non possit tamen absque peccato extra necessitatem conferri in aqua non benedicta secundum ritum Ecclesiæ. Itaque Baptismus debet administrari in aqua, quæ solet pridie Paschatis, & Pentecostes consecrari, cum infusione Chrismatis: quæ si deficiat, alia etiam extra illa tempora est consecranda: imò, si talis commodè possit haberi, est adhibenda in Baptismo, etiam non solenni, in quo tamen non videtur magnus scrupulus faciendus.] Ita ille, cui adde Hurtadum de Sacram. Baptis. disp. 5. difficult. 2. ita aientem: [Aqua naturalis, quæ necessaria est ad valorem Baptismi, debet esse benedicta peculiariibus inuocationibus, & consecratione, trina Chrismatis perfusione, vt habetur in Rituali, non necessitate Sacramenti, sed tantum Præcepti ecclesiastici, orta ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine.] Hæc Hurtadus. Vide etiam Mercerum in 3. par. D. Thome, q. 71. art. 4. propos. 4. Rectè itaque dixit D. Cyprianus lib. 1. Epist. 12. [Oportet ergo mundari, & sanctificari aquam prius à Sacerdote, vt possit Baptismo suo, peccata hominis, qui baptizatur, ablueri.]

An sit peccatum mortale, lampadem accensam ante Sacramentum non conseruari?

R E S O L. XXXIV.

Affirmatiuam sententiam tenet Pater Quintanadueñas in Theol. moral. tom. 1. tract. 4. singul. 1. num. 2. vbi dicendum existimat, quòd si ob notabilem, seu ob grauitate culpabilem Parochi, vel eius, cuius cura hæc commissa est, negligentiam, per integrum diem, ipso sciente, & consentiente, lampas accensa non sit coram Tabernaculo; peccatum mortale ab eo committeretur: & hoc videtur dicendum, etiam remoto scandalo: quia, si hoc intercedat, non est dubium. Probat ex sententia Doctorum afferentium, ita strictè requiri lumen accensum in Missæ Sacrificio, vt sine eo nunquam sacrificare liceat, vt loquitur Lugo de Eucharistia, disp. 30. sect. 2. num. 77. & addit ex Fagundez sententia cap. 22. sm 2. Præcep. num. 19. Imò addunt aliqui, si lumen extinguatur ante consecrationem, nec haberi possit, relinquendam esse Missam, etiamsi necesse esset consecrare ad dandum Viaticum moribundo. Sed cum hoc præcipue sit, ne Eucharistiæ Sacramentum sine lumine

lumine existat, licet simul etiam sit propter Sacrificij celebrationem; dicendum saltem erit, quod per integrum diem hoc Sacramentum in Ecclesie Sacrario sine lumine esse, sine graui culpa non licebit: quia defectus hic est in re graui contra antiquissimam Ecclesie consuetudinem, tum celebrandi cum lumine, tum illud apponendi coram Tabernaculo: & eadem reuerentia digna est Eucharistia in Altaris Sacrificio oblata, ac in Sacrario custodita: & licet hic non ita manifeste Hostia consecrata pateat, & consecratio ibi, & non hic exerceatur: ac consecrationis terminus, seu effectus, à quo consecratio dignitatem suam sumit, in oblata Hostia inuenitur: & excessus manifestationis, ita breui tempore durans, vberius compensatur perseverantia per spatium vnus diei. Vnde, si solum per dimidiam, aut integram horam, aut aliquid amplius, sine lumine existeret Eucharistia, peccatum graue non committeretur.

Sed, his non obstantibus, de tali consuetudine vniuersali dubitat Iacobus Marchantius in *resol. Past. tract. 4. c. 5, quest. 4.* vbi sic ait: Quætere verò hic potest quis, an sit etiam præceptum, vt ante Eucharistiam in templis semper lumen ardeat? Respondent aliqui, licet expressum in iure non reperitur, consuetudinem tamen vniuersalem Ecclesie habere vim præcepti. Ita Victorellus, Emanuël Sà, & quidam alij. Sed hanc consuetudinem non esse ita vniuersalem, patet ex multis Ecclesiis parochialibus, maximè ruralibus: vbi propter paupertatem hactenus non fuit solitum lumen continuum accendi, Et licet Episcopi eam consuetudinem introducere conentur varijs Decretis; tamen videmus vix obseruari à subditis ob paupertatem. Disceptant enim illi de expensis, quorum sit eas sustinere, an Ecclesie, an decimas percipientium, an communis populi; sicque Decretorum exequutio vel differtur, vel non fit. Extrat porò præceptum de lumine, quando defertur Sacramentum foras, cap. *Sane de celebrat. Missar.* Ex causa tamen illud etiam omitti posset, vt cum ad ægrum longè distantem defertur, nec commodè cum lumine fieri potest.] Ita Marchantius. Verùm ego opinioni Patris Quintanadueñas adhæreo.

An infans expositus ad Ecclesia, vel domus alicuius valuas, cum scriptura in collo appensa, baptizatum esse testificante, sit baptizandus sub conditione?

R E S O L. XXXV.

Doctus, ingeniosus, & acutus Author est Anthonius Quintanadueñas, Societatis Iesu. Is in *Theol. mor. tom. 1. tract. 1. singul. 9. num. 3.* mordicè affirmatiuam sententiam tenet. Probat hoc primò ex cap. *Placuit. dist. 4. de consecr.* ibi: *Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubio testentur, &c. absque villo scrupulo eos baptizandos esse.* Et in Rituali Romano Pauli V. §. *De bapt. paru.* statuitur: *Infantes expositi, & inuenti, si re diligenter inuestigata, de eorum Baptismo non constet, sub condicione baptizentur.* Vbi notandum, verbum, *constet*, quod significat claram probationem, vt notat Mascardus de *probat. consil. 75. num. 21.* At schedulam, nec noto sigillo, aut subscriptione formatam, quæ à quo scripta indicet, firmum, aut certissimum testem, aut constans testimonium non esse, nec in villo foro, & tribunali fidem humanam facere; imò & nullo modo probare, docent Romanus *conf. 204. n. 3.* & Cardinalis Tuschus *tom. 7. cont. 74. n. 25.*

Probat secundò, ex nonnullis Conciliorum, ac Prælatorum decretis, in quibus statutum est consilio grauissimorum Episcoporum, & doctissimorum virorum, vt huiusmodi infantes, etiam si collo appensam afferant hanc schedulam, dummodo alia via de Baptismo non constet, iterum baptizandos esse sub conditione. Sic in III. Concilio Antonini Diana *Par. 1 X.*

Mediolanensi, sub S. Carolo Borromeo *tit. de Bapt. infant. sine*, ibi: [*Infans expositus, licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significetur; si tamen re diligenter prærequisita, quemadmodum in Concilio Romano, ad hoc dubium sit, eum baptizatum esse, ea conditionis forma baptizetur; Si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo, &c.*] Vnde colliges, schedulam non existimari in hoc Concilio testimonium adeò sufficiens, vt à rebaptizatione conditionali excuset. Idem statutum esse in Synodo Camaracensi testatur Marchantius *Candelab. Sacrament. tract. 2. de Bapt. c. 2. qu. 4.* In Hispalensi Archiepiscopatu tempore sapientissimi, & dignissimi Præfulis D. Petri de Castro, & Quisones, consilio sapientium virorum idem sapientem, & obseruatum fuit; sicut etiam Illustris D. Fr. Didacus Mardones in sua Cordubensi Diœcesi, idem obseruandum iussit post sedulas doctissimorum Theologorum consultationes, ac affixum fuit Decretum hoc in S. Hyacinthi Xenodochio, necnon in Orphanotrophio Ciuitatis Toletanæ, pro his expositis infantibus assignato. Sic etiam censere aliqui Theologi à Venetiarum Patriarcha congregari; licet alij oppositum affirmarint, vt testatur Comitulus *Respon. lib. 1. q. 1.*

Probat tertio autoritate plurium Doctorum ex nostra Societate, qui de hac re consulti sunt, & quorum subscriptiones apud me habeo. Ij ergo asserbant hos pueros, siue schedulam afferant, siue non, sine dubio baptizandos esse sub conditione; ab Episcopisque in suis Diœcesibus hoc statuendum, & obseruandum. Sic docuerunt, & subscripserunt sapientissimi Didacus Ruiz de Montoia, Michaël Vasquez, Didacus de Cordoua, Franciscus Ruiz, Ioannes Baptista Gonzalez, Franciscus de Aleman, Gundifalvus Ramirez, Perrus Margarejo, Ioannes Baptista Lanzabeche, Ildefonsus Fernandez de Cordoua, Ioannes Mouus, Ferdinandus de Mendoça, Matthæus Rodericus, ac ferè omnes rem ex professo discussertunt. Hucusque Quintanadueñas, qui postea respondet ad rationes in contrarium: dicit enim, credi posse vni vetulæ, seu testi asserenti alicuius Baptismum, non verò huic schedulæ. Primò, quia si vetula, seu testis, cognoscitur, quis, & qualis fuerit, & si ille fide dignus existat, dubium morale de Baptismi valore tolleret; si non cognoscitur, vt contingit ex schedula, quomodo dignus fide existimandus. Quomodo ei credendum? quòque pacto moralem certitudinem generabit? Porò scripturæ huic eadem fides, quæ scribenti, aut proferenti habenda est; & cum de scriptore non constet, neque de auctoritate schedulæ, vt fidem faciat constare potest.

Ex his colligit, iterum baptizandos esse conditionaliter, non solum deinceps exponendos; sed qui hactenus expositi sunt cum huiusmodi schedula; etiam si senes modò, & Sacerdotes, ac Episcopi sint; in omnibus enim eadem est dubitandi ratio, ac periculum saluationis perseuerat. Quæ omnia procedere putat, etiam si viginti, aut triginta diebus à natiuitate exponantur infantes cum schedula; quòd, scilicet, baptizari debent; adhuc enim perseuerant, rationes dubitandi supra allatæ. Sic viri docti à me consulti. Hæc omnia Quintanadueñas.

Sed communis sententia Doctorum, quibus ego adhæsi in *par. 5. tract. 13. resol. 85.* & in *Addit. ad par. 1. resol. 6.* est in contrarium. Idè nouissimè dixit Baunys in *Theol. mor. tom. 1. tract. 2. q. 18. in fine*, [quòd dubium facti est, cum absolute incertum est, vtrum Baptismus verè fuerit vnquam datus, putà, quia puer expositus in via est, nulla ipsi adiecta schedula, quæ de Baptismo eius testificetur: in euentu vtriusque dubij est hic iterandus sub conditione; quòd si tale dubium non suppetat, est Baptismi geminatio mortalis, vt pote sacrilega, secundum D. Leonem, & Augustinum.] Sic ille.

Verùm, quia Pater Quintanadueñas pro sua sententia ex Authoribus impressis citat solum Marchantium à me citatum; ego in eius gratiam adducam virum doctissimum, S. Theologiz Professore in Academia Cracouensi: & is est

N est

est, Adamus Opatonius *de Sacram. tract. de Baptis. disput. 1. §. 9. n. 49.* vbi sic asserit: [Forma conditionata semper est licitum vti, quando est dubium, an sit ritè Baptismus collatus. Sed, quando obsterit baptizat domi, semper est dubium: nam perturbata ex subito casu, potuit in forma errare. Et experientia testis est, multas & in materia, & in forma errare. Tum pleræque veneficæ, quæ infantes sine Baptismo, tanquam hostias Diabolo, oblatas esse volunt. Vnde, cum illis dico, qui affirmant securius esse, vt pueros domi baptizatos ab obitericibus, sub conditione baptizent ministri.

Sed quæres, an baptizatos ab Hæreticis liceat sub conditione baptizare? Respondeo, quauis (vt iam determinatum est) sit Baptismus validus, qui ab Hæreticis confertur; præsertim si cum intentione Ecclesiæ debitam formam, & materiam adhibeant. Sed, quia sæpenuerò dubitatio exoritur de veritate Baptismi collati ab Hæreticis: nam magno odio Ecclesiam prosequuntur: tum, quia sæpè formas immutant, & materias Sacramentorum contemnant, & sicut ab Ecclesia, ita ab eius intentione animum auersum gerunt: idè Molanus *sue Practica tract. 4. cap. 3. n. 30.* ait: Sæpè deprehensum est, necessariam eis in baptizando intentionem defuisse: vnde tales sub conditione baptizandi.

De pueris verò expositis, siue habeant in collo scriptum appensum, siue non, quod fuerint baptizati, dico, sub conditione esse baptizandos, ne manifestè pereant.] Hæc omnia Opatonius, quæ confirmant ea, quæ idem Quintanaduenas asserit *singul. 4. & 5.* Itaque ex his omnibus apparet, sententiam P. Quintanæ esse satis probabilem, & præsertim ex subscriptione doctissimorum illorum virorum ex Societate, quos ipse adducit.

An absolutus à censuris resexualis in articulo mortis, si conualuerit, teneatur accedere ad Superiorem?

RESOL. XXXVI.

Negatiuam sententiam docet Petrus Marchant, in *Tribunal. Sacrament. tom. 1. tract. 2. tit. 4. qu. 7. concl. 3.* sic asserens: [Improbabilem opinionem esse censeo eorum, qui volunt, absolutionem à censuris in isto articulo non posse dari, nisi cum onere, si quis conualecat, accedendi ad Superiorem, vt absoluat. Hæc enim sententia (etsi sit plurium Doctorum) consequenter non loquitur ad textum Concilij Tridentini, & Ecclesiæ traditionem ibi expressam; quod, scilicet, in Ecclesia Dei semper custoditum fuerit, vt nulla esset reseruatio in articulo mortis. Si enim onus illud comparandi pro censuris remaneret, virtus reseruationis illud operaretur; & tunc reseruatio censeretur remansisse, virtute cuius effectus ille sequeretur.

Solum igitur debet, si conualecat, illi onus imponi comparandi in censuris ad externum, sine contentiosum forum deductis, cum obedientia aliqua ob contumaciam in externo foro præstanda est Superiori, aut etiam satisfactio partis læsæ, si læsa sit: sed hæc comparitio non pertinet ad reseruationem, quæ tunc fuisset; sed ad obligationem innatam casui, ob quem censura incurta fuit: sicut si quis postea teneretur ad restitutionem famæ, vel rei ex casu conturgentem. Et ita intelligendum cap. *Eos, qui de sentent. excommunic. in 6.* in quo dicuntur, qui sic absoluantur, debere præsentari Superiori excommunicanti, recepturi, & satisfacturi, prout iustitia suadebit. Quod de satisfactionibus in foro externo tantum intelligi debet. Et *ibidem* additur, debere se repræsentare, vt passis iniuriam, seu iis, quibus propter hoc obligati existunt, satisfactionem exhibeant competentem. Quæ omnia de obligationibus ex crimine natis, interpretanda sunt cum iis, quæ Doctores de similibus asseruerunt.] Ita Marchant.

Sed pace viri docti, aliquando nimis rigide se gerit in

censura opinionum, vt fecit in isto casu, vocando improbabilem opinionem illam, quam communiter docent Doctores, quos ad fatietatem hinc possem adducere. Vnde doctus P. Bossius *de iuris. Episcop. discept. 1. dub. 14. n. 137.* adducit pro hac sententia 19. Doctores, quibus nouissime adde-Caltrum Palatum *tom. 4. tract. 25. disp. unica, punct. 8. §. 1. n. 10.* & Lessium *in 3. par. D. Thoma, q. 8. de Minis. Confess. art. 3. dub. 9. n. 24.* & patet ex cap. *De catero, cap. Quod de his. cap. Quauis. de sentent. excommunic. & cap. Eos, qui, eod. tit. in 6.* Ex quibus apparet ratio huius legis obligantis ad se præsentandum, scilicet, ne censura ecclesiasticæ illuderetur, & vt tolleretur occasio fingendi falsa impedimenta ad impetrandam absolutionem ab alio, quam à Superiori, & Ecclesiæ intentio seruetur.

Sicetiam excessit dictus Author in censuranda alia opinione; nam *vbi supra, tract. 4. tit. 7. qu. 5. conclus. 2.* sic asserit: [Infero, improbabilem mihi omnino videri quorundam sententiam, asserentium, pœnitentem, qui aduerneret, se aliis piis operibus, vel Indulgentiarum acquisitione satisfecisse pœnis peccatis debitis, non teneri ad implendam pœnitentiam à Sacerdote in Sacramento sibi impositam: tenetur enim præcepto, & sententiæ Iudicis parere, eo ipso, quod eius iudicio se subiecit, quauis aliunde censeatur liberatus. A vinculo enim sacramentali nemo soluere potest, nisi sacramentalis Iudex: & peccata in Sacramento à Iudice retenta, coram Deo censentur retenta. Vnde, quemadmodum peccata coram Deo soluta, Clauibus nihilominus subiici debent: ita satisfactio à Clauibus imposita, non potest tolli, nisi mediantribus Clauibus.] Ita ille. Et tamen contraria sententia est communis inter Doctores. Vide modò, si mereatur censura improbabilitatis injuri. Sed pro sententia Marchant. vide Patrem Auersam *de Sacram. Pœnit. qu. 13. sect. 9.* vbi ex pluribus rationibus probat, etiam per Indulgentias non compensari, nec tolli obligationem adimplendi satisfactionem sacramentalem, ita vt pœnitens eximatur à debito eam exequendi.

Verum, pace viri docti, & amicissimi rectè obseruat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de Sacram. Pœnitent. disp. 27. sect. 2. num. 22.* esse communem sententiam, tum antiquorum, tum recentiorum, pœnitentem liberari per Indulgentiam ab obligatione pœnitentiæ: & laudat quamplures, & graves Authores. Probat autem hanc opinionem ex cap. *Cum ex eo de pœnitent. & remiss. vbi in fine, illius capituli.* Summus Pontifex inquit, per indiscretas, & superfluas Indulgentias, satisfactiones sacramentales eneruari. Igitur per Indulgentiam tollitur obligatio adimplendi pœnitentiam: aliàs si maneret obligatio etiam in ratione medicinæ, nihil prorsus eneruaretur de satisfactione. Secundò probat ex eo, quod Gloss. *in Extrauagant. Antiquorum. de pœnitent. & remiss. longè post medium,* refert, Pontificem declarasse, anno Iubilei, à pœnitentiariis non debere imponi alia onera pœnitentibus, præter ea, quæ in Iubileo illo erant præscripta, ne Indulgentia frustraretur. Signum igitur est, Pontificem existimasse, acquisita Indulgentia, aliam pœnitentiam non esse imponendam. Tertiò probat à priori: quia pœnitentia à Confessario imponitur, vt pœnitens pro suis peccatis Deo satisfaciatur: sed, cum per Indulgentiam tollatur debitum totius pœnæ, cessat fundamentum illius obligationis; & per consequens desinit obligatio ad pœnitentiam exequendam. Et si contra hanc doctrinam respondeatur, pœnitentiam imponi non solum in satisfactionem, verum etiam in medicinam, & remedium, vt pœnitens præcaueat peccatum, vt colligitur ex Tridentino *sess. 14. cap. 8.* proinde quauis per Indulgentiam cesset pœnitentia, quatenus satisfactio; non cessat quatenus medicina. Si, inquam, aliquis ita vrgeat, respondet de Lugo, verum esse, pœnitentiam frequenter imponi, vt medicinam: at Confessarius non potest obligare ad illam, nisi quatenus est satisfactio, & vindicta: sicut Iudex, licet curare debeat, vt pœna, quam delinquenti imponit, sit non solum in vindictam

idam, sed etiam in medicinam; non tamen posset exequi illam, etiam in medicinam, si Princeps supremus eam remitteret delinquenti: ita Sacerdos, cum sit simul Iudex, & Medicus, debet iniungere poenitentiam pro peccatis, ut satisfactionem, & medicinam: at, si poena condonetur, nequit obligare ad medicinam: quia Medicus non obligat, sed consultit; intelligendo tamen de medicina, quae non sit simpliciter necessaria ad peccata in posterum vitanda. Hæc, & multa alia fuse docet Cardinalis de Lugo, interpretando Concilium iuxta datam doctrinam, & soluendo nonnullas contrarias instantias minoris momenti, apud quem legi possunt. Vnde ex his patet, ut diximus, excessisse Marchant in censura huius opinionis.

An Sacerdos inueniens fragmentum Hostie ex Sacrificio alterius Sacerdotis, teneatur illud repone in Sacrario, uel possit illud assumere.

RESOL. XXXVII.

Negatiuam sententiam cum pluribus Doctoribus olim asserui, cum Vasquez, Suarez, Coninch, Layman, & aliis: nam, licet Sacerdos possit absumere reliquias sui sacrificij, non tamen alterius. Verum nouissime Castrus Palus tom. 4. tract. 21. disp. unica, punct. 13, num. 20. in contrariam sententiam inclinatur. Nam reliquiarum consecratio, & consumptio pertinet ad rationem sacrificij accidentariam, cum sine formarum consecratione, & consumptione, perfectio sacrificij consistat: sola vnica Hostia, & calice consecratis, & sumptis. Ergo, si ob sacrificij complementum potest Sacerdos post sumptam abluitionem reliquias à se consecratis sumere; poterit similiter, quæ ab aliis consecratae fuerint: siquidem earum sumptio æque pertinet ad sacrificium. Item, ad Sacerdotem pertinet consumere posse, non solum formulas à se consecratas; sed etiam quæ ab aliis sunt consecratae. Ergo utrasque consumere poterit, dum ab Altari non recedit: quia, dum est in Altari, non censetur moraliter finita consumptio, nec conuiuium peractum. Sed circa præsentem questionem vide Leandrum de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 5. qu. 32, qui etiam q. 31. docet, quod si Sacerdos finita iam Missa, & reuersus ad Sacristiam inueniat aliquas particulas ex his, quas consecraverat, remanentes in Patena, vel Calice, possit adhuc illas consumere. Sed pro contraria sententia citat meipsum, & alios.

Qui sub nomine Principum in Rituali Romano Pauli V. & in Clement. vnica de Baptismo, intelliguntur, ut eius filij extra Ecclesiam in domo baptizari possint.

RESOL. XXXVIII.

Pro sub nomine Principis etiam intelligi Ducas non recognoscentes Superiores, ut Dux Murinæ, Dux Parmensis. Sed Pater Quintanadueñas in Theolog. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 21. num. 3. ampliatur vocabulum Principis; sic enim: [Non ita strictè sumendum esse nomen Principis, nonnulli iudicabunt, cum priuilegium Principis latè sit interpretandum: sed filij Ducum, seu los hijos de los Duques, y grandes de España, de otros grandes Potentados de otros Reynos; seu, ut loquitur Granada tract. 4. d. 4. Potentatus nobiles, possent uti hoc priuilegio: præsertim si ad sit dispensatio, vel potius interpretatio: aut epicheia iuris communis ab Episcopo facta, cum illud ob exemptionem nobilitatem, & domus splendorem Principibus concedatur, ut innuit Glossa hic: & Vocabularia vtriusque Iuris, Principum nomine quamlibet secularem Dominum, ut 33. q. 5. & Prælatum Ecclesie, ut dist. 33. cap. Es-
Antonini Diana Pars I X.

clesia. comprehendi doceant. Vnde omnes filios, ac nepotes Ducum, Marchionum, Comitum, de otros Señores de titulo, con dominio superior, y vassallos, vel eorum, qui ratione muneris Principatum, seu præ excellentem honorem, aut prærogatiuam habent, ut Vicereges, Oratores Regum, vel Pontificum, vulgo, los Embaxadores, necnon supremi Præsides, Senatus Regij Castellæ, & forsan aliorum, ut Ordinum, Indiarum, Belli, & Iustitiæ, dum hoc honore, ac familiarum splendore fruuntur; ac his similes, sub hoc nomine non improbabilius contineri aliqui fortè existimabunt.] Ita ille.

Sed eius opinio mihi non placet, & oppono Granadam ab ipso citatum in 3. par. conu. 4. 17. 6. n. 2, ubi sub nomine Principum asserit, quod comprehenduntur Potentatus nobiles, qui Regibus æquiparantur, ut sunt Dux Venetiarum, Dux Florentiæ, Dux Murinæ, & alij, quos dixi supra; non autem, ut vult Quintanadueñas, licet cum formidine, Magnates Hispaniarum, Oratores Regum, Præsides Senatus Regij Castellæ, & Ordinum, Indiarum, Belli, & Iustitiæ nam istæ personæ non æquiparantur Regibus, ut loquitur Granada, imò subiecti sunt Regibus, ut eorum vassalli. Ergo non possunt includi sub nomine Principum. Et idem Castrus Palus tom. 4. 17. 19. disp. vnica, punct. 12. num. 16. sic ait: [Graue peccatum committeret, seclusa necessitate, qui extra Ecclesiam in priuatis Oratoriis hoc Sacramentum solenniter ministraret. Excipiuntur Regum, & Principum liberi, id est, filij, & nepotes, tam naturales, quam legitimi superorum Principum, hoc est, illorum, qui alteri subiecti non sunt.] Ita ille, cui etiam adde Franciscum Syluium var. resol. tom. 1. verb. Baptismus, 4. concl. 1. in fine. Ergo omnes personæ numeratæ à Quintanadueñas non includuntur sub nomine Principum: quia, ut dixi, alteri subiecti sunt. Et pro hac sententia Palus adduxit Glossam, Sà, Vasquez, Layman, Coninch, & Suarez: verum in gratiam Patris Quintana assero, post ipsum eandem sententiam docere doctum Zipzum tom. 2. lib. 3. tit. de Baptismo, respon. 1. num. 2. ubi ait, quod in nostro casu sub nomine magni Principis, non tantum supremi, & his ferè proximi; sed & tituli eminentes intelligi posse videntur.

An, si non extet Sacerdos, sed tantum Diaconus, possit iste in magno Festo Eucharistiam aliis ministrare?

RESOL. XXXIX.

Affirmatiuè respondet Quintanadueñas in Theolog. mor. tom. 1. tract. 4. singul. 8. n. 4, ubi sic ait: [Imò & in casu non adeo ingentis necessitatis, leges communes aliquando transgredi licet administrato Sacramento. Sic Diaconus (non alius ipso dignitate inferior) non solum in mortis articulo, sed in magna Festo, v.g. Natiuitatis Domini, aut Conceptionis B. Virginis, vel simili, si Sacerdos absit, poterit ex Sacrario Eucharistiam educere, & seipsum, ac alios communicare.]

Sed, ut verum fatear, Doctores cõmuniter, quando concedunt facultatem Diacono ministrandi Eucharistiam sine licentia Sacerdotis, loquuntur de extrema necessitate, seu articulo mortis pro dando Viatico. Dixi, sine licentia Sacerdotis: nam, quanta requiratur necessitas, ut Diaconus ex commissione Presbyteri possit Eucharistiam ministrare; respondent Doctores, sufficere causam, quæ prudenti iudicio videatur iusta, ut quod Sacerdos aliis grauibus functionibus sit occupatus, v.g. studiis, Concioni, Confessionibus excipiendis, Infidelium conversioni: hic, & similibus casibus, si non posset alius Sacerdos facillè haberi; administratio huius Sacramenti posset Diacono committi: non enim videtur mens Ecclesiæ, ut functiones Ecclesiæ, & animarum salutem tam vtilis retardentur, vel omittantur: quo casu ad se solus Diaconus, cui administratio Sacramenti possit committi. Non videtur ergo requiri extrema necessitas, seu im-

potestatis ex parte Sacerdotis, imò nec videtur requiri extrema necessitas ex parte communicantium; sed sufficit iusta causa, ut adimpletio præcepti Communionis annuæ, Iubileum promerendum, &c. Et ita docet Præpositus in 3. part. 9. §. 2. art. 3. dub. 1. n. 10.

Nota hic etiam obiter, Nugnum in 3. par. tom. 2. q. 82. art. 3. conclus. 2. docere, quòd si Parochus, vel Episcopus, imò Summus Pontifex ex iniquitate noller concedere facultatem Diacono, ut in articulo mortis communicet ægrotum; posset in tali casu Diaconus deferre Sacramentum infirmo moribundo, ex voluntate & commissione Christi,

Sed, quid dicendum de laico, potestne in articulo mortis, absente Sacerdote, seipsum, vel alijs communicare? Negativam sententiam docet novissimè Marcus Serra in *veritatem partem D. Thome, quest. 82. art. 3.* ubi sic ait: [De Subdiacono, & aliis inferioribus, etiam laicis, probabile videtur Recentioribus nonnullis, si non adsit Sacerdos idoneus, aut Diaconus, posse infirmo in extremis constituto Corpus Christi ministrare; nam id, nec naturali, nec divino, nec ecclesiastico iure prohibitum est. Sed hæc opinio, quam tenuisse quendam Henricum refert Syluester *verb. Eucharistia, 3. quest. 4.* intolerabilis appellatur à Magistro Soto in 4. *distinct. 13. quest. 1. art. 3. ad finem*, & merito. Tum, quia hoc nunquam est auditum fuisse factum, cum tamen casus ex se rarissimus non sit; sed sæpè contingat, præsertim in locis exiguis, non adesse Sacerdotem, aut Diaconum, qui infirmum in extremis constitutum communicare possit. Tum etiam, quia si Diaconus potest de mandato Presbyteri, aut in eius absentia, hoc Sacramentum ministrare, hoc idem est, quia, ut dicitur *Can. Diaconus d. 23.* Diaconus, dum ordinatur, ad ministerium consecratur. Subdiaconus verò non est minister Sacerdotis, sed Diaconi, sicque non participat ex officio Sacerdotis posse ministrare hoc Sacramentum, Tum denique, quia quanvis laico in necessitate Corpus Christi tangere licitum esse concedat D. Thomas in 3. *part. quest. 83.* in nullo tamen casu admittit licere ei illud alijs ministrare. Sed in 4. *distinct. 13. quest. 1. art. 3. questiuocula 1. ad tertium*, dicit: In casu necessitatis potest, & debet Corpus Christi tangere, etiam si sit peccator, ut si in aliquo loco immundo iaceret: sed non est simile de dispensatione Sacramenti; quia receptio huius Sacramenti non est necessitatis. Vnde ei, qui non potest sacramentaliter manducare, dicendum est: *Crede, & manducaisti.*

Quod diximus de ministracione huius Sacramenti respectu aliorum, dicendum videtur de ministracione illius respectu sui ipsius. Vnde in necessitatis articulo, ut si Sacerdos sit peste laborans, ubi alij timent ei appropinquare, inquit Caietanus in *Summa. verb. Communio*, potest extra Sacrificium Missæ per seipsum sumere Eucharistiam. Et idem videtur dicendum de Diacono, quando alijs sine Viatico deberet mori. De laico, quanvis nonnulli Recentiores id asserant, nullatenus est concedendum; nam, cui non licet alijs ministrare hoc Sacramentum, nec sibi ministrare licet. Nec obstat exemplum Regine Scotiæ, quæ in Anglia martyrium subitura, Eucharistiam, quam apud se serpabat, sumpsit proprijs manibus. Nam Eucharistiam non tam sumpsit, ut seipsam communicaret, quam ut eam ab Hæreticorum iniurijs eriperet. Et quanvis eam solum sumpsisset, ut seipsam communicaret, dici de illa posset, quod de S. Apollonia ait Mag. Soto l. 5. *de iust. q. 1. art. 5. ad finem*: Quod cum esset foemina, acominisque aded iuris inficia, per inuincibilem ignorantiam sit excusanda. [Huc usque Serra, validè suam sententiam confirmans; quam etiam nominatim contra me firmavit Eminentiissimus Dominus meus de Logo, alibi à me adductus.

Sed, his non obstantibus, sententiam affirmatiuam, cui adhæsi, non dubito esse minus probabilem, quam novissimè tuetur sapientissimus Lessius in 3. *part. quest. 82. art. 3. num. 8.* Mercerus de *Sacramentis, quest. 82. art. 3. num. 3.*

Præpositus in 3. *part. quest. 82. art. 3. dub. 1. num. 12.* quibus adde Castrum Palaum tom. 4. *tract. 21. disp. unica, punct. 17. num. 8.* qui illam satis probat: quia nec iure divino laicis interdicta est Eucharistiæ ministratio, nec iure ecclesiastico, in necessitate extrema. Nam textus in *cap. Peruenit.* loquitur extra casum necessitatis: expressè enim dicit, *Horrendum, & detestabile facinus esse, absque ulla necessitate per laicos, vel fœderas deferri agere Eucharistiam.* Ergo, stante necessitate, maximè extrema, nullum erit facinus. Quod non leuiter confirmat Eusebius lib. 6. *Historiar. cap. 36.* asserens, olim viros sanctos misisse Viaticum per laicos necessitate urgente. Neque obstat, solis Diaconis inueniri concessum, urgente necessitate, Nam inde non inferatur, laicis denegatum esse; sed solum inferatur non esse illis expressè concessum; bene tamen potest esse concessum virtute, & interpretatiue, spectata Ecclesiæ pietate. Neque item obstat, quòd præsentì tempore non videamus unquam à laicis Eucharistiam ministrari; id enim prouenire potest ex eo, quòd casus necessitatis non occurrerit, vel non occurrerit publice, sed occultè, & ministratio Eucharistiæ occulta fuerit.

Adde in prædicto casu, non solum alteri, sed sibi ipsi ministrare Eucharistiam posse. Nam, licet consuetudine Ecclesiæ statutum sit, teste Tridente, *sess. 13. cap. 8.* ut laici à Sacerdotibus Communionem accipiant, itaque ne extra Missæ Sacrificium aliquis sibi met Eucharistiam ministret; lex hæc cessare præsumitur in casu extremæ necessitatis, ne capto bano, & fortè sibi necessario mortuus priuetur. In cuius testimonium adduci solet factum illud Mariæ Regine Scotiæ, quæ proxima martyrio sacram Eucharistiam, quam apud se retinebat, sumpsit. Quod si dicas, id fecisse, vel bona fide, vel ex dispensatione speciali Pontificis; vnde constat sic à Pontifice specialiter dispensatum?

Itaque nostra sententia in Schola Patrum Societatis Iesu est communior: nam illam tenent Suarez, Layman, Filiucius, Reginaldus, Præpositus, Palaus, Granadus, Valentia, Coninch, quibus adde novissimè Escebar in *Theolog. mora. tract. 7. exam. 6. cap. 4. num. 62.* & me citato, Quintanadueñas in *Theol. moral. tom. 1. tract. 4. sing. 8. n. 3.* omnes ex Societate; & me etiam citato, Leander de *Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 4. quest. 13.* & me citato, Magister Lezzana in *Summa 99. Regul. tom. 3. verb. Eucharistia. n. 15.* Vide modò, quam immeritò dixerit Sotus, nostram sententiam esse intolerabilem. Est enim satis probabilis, ne dicam, probabilior, quam contraria. Obseruandum est etiam, cum Lessio, *ubi supra, n. 16.* quòd laicus existens in peccato mortali, si deferat ad infirmum in articulo mortis, ut diximus *supra*, Eucharistiam, non peccat mortaliter, quia non est minister consecratus ad hoc.

Nota etiam, quòd stardo in contraria sententia, affirmatiuam tamen admittit in vno casu doctissimus Pater Amicus in *Cur. Theol. tom. 7. disp. 31. sect. 2. num. 26.* sic enim asserit: [Unum duntaxat excipio casum, in quo existimo licite posse moribundum è manibus laici communicare. Si, nimirum, moribundus conscius peccati mortalis, non habens copiam Confessarij, haberet copiam Eucharistiæ, licite posset tunc illam per manus laici sumere: Quia cum hoc Sacramentum, iuxta probabilem sententiam, interdum faciat de attrito contritum, conferendo primam gratiam; posset tunc moribundus cum sola contritione, tantum purata hoc Sacramentum, sumens, iustificari: sine quo in tali casu decederet ex hac vita cum peccato æternum damnandus. In hoc igitur casu omninò censo locum habere epicheiam, quæ Authore Aristotele *5. Eth. 10. est correctio, siue emendatio legis, iuxta legislatoris mentem, qui si talem casum præuidisset, illum in sua lege non comprehendisset. Etenim tandiu seruanda est lex, quandiu seruari potest absque iniustitia: ubi autem absque iniustitia seruari non potest, mens legislatoris non est, ut ea seruetur, sed potius per epicheiam corrigenda erit. Atqui ini-*

quum

quum foret, in tali casu legem seruare, non communicando per manus laici infirmum in tali periculo constitutum; cum esset, illum probabili periculo æternæ mortis exponere. Confirmatur: nam in eo euentu, respectu talis infirmi, Eucharistia non esset tantum medium utile, sed etiam saltem probabiliter necessarium ad salutem: ergo, sicut nulla lex humana priuare potest hominem in extremo vitæ, medio ad salutem necessario; ita nec in tali casu poterit lex humana priuare moribundum Communionem per manus laici.

Nec refert primò, quòd non sit certum, in tali casu Eucharistiam collaturam primam gratiam; nam sufficit, vt sit tantum probabile, cum in extremo vitæ licitum sit, & interdum teneamur adhibere media etiam probabiliter ad salutem necessaria. Nec refert secundò, quòd talis infirmus possit conari ad contritionem eliciendam; quia, cum hæc difficilè eliciatur, poterit ad maiorem salutis securitatem, vti medio faciliori, ac tutiori. Ita Amicus. Vide etiam Lezana *ubi supra*, & Ioannem Vviggers in 3. par. q. 82. art. 3. conclus. 3.

An Archiepiscopus, vel Episcopus possint dispensare, vel reuocare leges in Concilio prouinciali latis?

R E S O L. X L.

Negatiuam sententiam tenet Merolla *tom. 2. disput. 4. cap. 6. dub. 18. num. 263.* Quia Archiepiscopus solus non habet potestatem condemnandi Statuta, totam Prouinciam obligantia, vt constat ex c. *Nullus Primas. 9. q. 3. & cap. Sicut olim de accus.* At decreta Synodi Prouincialis totam Prouinciam ligant. Ergo non dimanant à solo Archiepiscopo: ac proinde nequit ipse absque causa, valide in eis dispensare. Nec obstat cap. *Grave de prebend.* in contrarium allegatum, cum ratione Doctorum *ibi* relatorum. Quia non intelligunt, Archiepiscopum esse verè Superiorem Synodo prouinciali, sed eius caput; & idèd, ob eius dignitatem, noluit is textus, posse eius delictum puniri à Synodo. Et hanc rationem reddiderunt *ibi* Anthon. n. 17. & Panorm. num. 8.

Ex dictis infertur, Archiepiscopum, & alios Episcopos suffraganeos, tanquam inferiores teneri legibus, ac Decretis Synodi prouincialis, nec posse in illis dispensare, nisi quatenus illi permissum est, vel concessum. Vt, v.g. sicut dispensant in lege pontificia in vno, vel altero casu, ratione necessitatis, eò quòd non sit recursus ad Pontificem, nec tunc sit coacta Synodus prouincialis, vt ad illam confugiatur. Vide Salas *de legibus, disp. 20. sect. 4. n. 46.* Sanch. *disp. 17. n. 37.* Suar. *de legibus, lib. 6. c. 15. n. 6. & seq.*

Nec refert, esse recursus ad Archiepiscopum, ne suffraganei in suis Diocesisbus possint tunc in illis Decretis dispensare: tum quia Archiepiscopus non habet in hoc maiorem potestatem, quam Suffraganei: tum etiam, quia in Diocesi Suffraganeorum, Superior non est, nisi in causa appellationis; & idèd extra appellationis casum, non potest cum subditis Suffraganeorum dispensare. Addit verò optimè Suarez *loco citato, num. 7.* Si Concilium prouinciale non reseruat sibi suæ legis dispensationem, vt ordinariè accidit, intelligitur concessa Episcopis potestas dispensandi, vniciuque respectiue pro sua Diocesi, & Archiepiscopo etiam pro sua tantum, & non pro Diocesisbus Suffraganeorum.

His tamen non obstantibus, sententiam affirmatiuam tenet doctissimus Pater Arriaga in *Curs. Theolog. tom. 4. disp. 18. sect. 4. num. 58.* vbi sic ait: [Hinc moueo secundam questionem, an leges in toto Concilio approbatas possit postea quilibet Episcopus in sua Diocesi reuocare. Ratio dubitandi est: quia, cum ex vna parte illæ leges sint à fortiori potestate constitutæ, quam sit cuiuslibet Episcopi priuati, non videntur posse postea à quolibet reuocari:

ex alia verò parte illæ leges pro Episcopatu cuiuslibet, iuxta paulò ante dicta, non videntur aliunde habere vim, quam ab ipsomet Episcopo eas pro Prouincia, aut Episcopatu suo approbante. Respondeo, si Primas non habuit altiorem potestatem, vel iurisdictionem à Papa specialiter commissam in ordine ad eas leges, videri probabilius, posse omninò eas reuocari à quolibet Episcopo in sua Diocesi: quod benè probat ratio facta immediatè, sitque per illam satis oppositæ in contrarium; ostensum enim est, tunc eas leges non ferri respectu illius Episcopatus ab altiori potestate, quam sit ipse Episcopus, qui eas postea tollit: nam ipse eas tulit pro suo Episcopatu. Quòd si Primas habeat specialem concessionem à Papa, vel postea illa acta Concilij sint à Pontifice confirmata, iam non poterit eas reuocare: quia, quod ab altiori iurisdictione statutum primò est, aut deinde confirmatum, non potest inferior reuocare.] Ita ille. Et postea *disp. 29. sect. 2.* in terminis quærens, an Episcopus possit dispensare in legibus Conciliorum prouincialium, post multa num. 10. sic ait: [Mihi probabilissimum est; quemlibet Episcopum posse pro suo Episcopatu, vt in legibus propriis, dispensare, etiam si in Concilio prouinciali latæ sint; & consequenter eas omninò abrogare: id, quod à fortiori de ipso Archiepiscopo pro sua Diocesi dicendum est. Rationes pro hac sententia firmanda penes ipsum videbis, locis citatis: ingeniosè enim, vt semper solet, philosophatur. Verùm, quia opinio negatiua est communis, non audeo ab illa discedere.

Vnde, hac sententia supposita, dubitatur, an Archiepiscopus, & alij Episcopi suffraganei, teneantur legibus, ac Decretis Synodi prouincialis, etiam quoad vim coactiuam, ita vt incurrant censuras, & alias pœnas impositas contra transgressores earum.

Navarr. *lib. 1. consil. in priori edit. tit. de offic. Ordin. conf. 7.* Salas *ubi supra*, Sayrus *dec. 7. de offic. Ordin. Riccius collect. 1291.* tenent partem affirmatiuam. Ratio eorum est: quia Synodus prouincialis est superior singulis omnibus, qui constituunt illud: ergo poterunt ab ipso mulctari, & excommunicari, argum. *tor. tit. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* Confirmant hoc: quia, vacante Ecclesia Cathedrali, iurisdictione deuoluitur ad Capitulum, cap. *His, qua, &c. Cum olim. de maior. & obed. & Capitulum* habens illam iurisdictionem, potest eam exercere contra singulos de Capitulo, etiam contra Decanum, seu Præpositum ipsius Capituli, vt omnes concedunt: ac proinde si aliquid prohibeat sub pœna excommunicationis; illam contraheret etiam ipsi Canonici, & Præpositus transgressores. Ergo eadem ratione, si Archiepiscopus, & alij Episcopi suffraganei transgrediantur statutum Synodi prouincialis, aliquid prohibentis sub pœna excommunicationis, non euadent illam: quia eiusmodi Synodus constituitur ex Episcopis suffraganeis, & Archiepiscopo, tanquam Decano, seu Præposito illius. Et hanc sententiam sequutus est Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 17. n. 37.* licet parum sibi constans in doctrina, quam *ibi* tradit: nam dixerat *num. 36.* Archiepiscopum non posse puniri à Synodo prouinciali, & postea statim subdit *n. 37.* Archiepiscopum teneri Decretis Synodi Prouincialis, etiam quoad vim coactiuam. Hæc enim duo videntur inter se repugnare.

Cætèrùm, quantum verissimum sit, Episcopos suffraganeos teneri legibus, & Decretis Synodi prouincialis, etiam quoad vim coactiuam, & aliis pœnis à dicta Synodo latis; secus tamen dicendum videretur de Archiepiscopo, seu Metropolitano. Colligitur ex cap. *Grave. de preb. vbi*, ob dignitatem Metropolitanam, statuit Pontifex, eum non posse puniri à Synodo prouinciali. At verò, si teneretur legibus illius, quoad vim coactiuam, & esset obnoxius censuris, & aliis pœnis ab ea Synodo latis contra transgressores suarum legum, certè diceretur à Synodo prouinciali puniri. Et hanc opinionem sustinent Auctor *prax. Curia Archiepisc. Neapol. cap. 87. num. 7. in prima edit.* Prosper de

August. in *addis. ad Summ. Bullar. Quar. verb. Concilium provinciale*, num. 21. *vers. Trigesimosessio. & alij*; nisi velimus dicere, d. cap. *Grave*. intelligi de punitione, quæ fit ab homine, seu Iudice; secus verò de ea, quæ fit à iure, ut est in casu nostro,

An in aliquo casu dispensatio Episcopi in suis legibus, sine causa sit inuvalida?

RESOL. XL I.

Azibi satis firmaui, dispensationem Episcopi sine causa, peccaminosam esse, non tamen inuvalidam: modò quæro, an dicta doctrina possit in quibusdam casibus limitari? Et respondeo primò affirmatiuè, quando lex illa Episcopi transierit in contractum incommodum alterius, ut si fieret statutum, ut omnes ad Urbem confluentes gauderent aliquo priuilegio; non posset illud Episcopus reuocare respectu eorum, qui iam venerant, absque legitima causa superueniente; quia ius ex illo contractu iam in illis est acquisitum. Sic, aliis relatis, Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 17. num. 29.* Secundò, nisi illæ Constitutiones fuerint autoritate pontificia confirmatæ: quia ex ea confirmatione gaudent autoritate Papæ, & reputantur ac illius leges; ac proinde se habet ad illas Episcopus, ac ad ius commune: quia nequit eam confirmationem ex parte tollere. Ita Syluester *verb. Beneficium 3. quest. 9. num. 13.* Angelus *verb. Beneficium, num. 22. & ibi Armilla num. 27.* Tabiena *verb. Beneficium, 2. quest. 15. num. 17.* Sayrus *de censuris. lib. 6. cap. 11. num. 11.* Azorius *lib. 5. instit. moral. cap. 15. quest. 7. & alij*, quos refert, & sequitur Sanchez *ubi supra, num. 30.* Et hanc opinionem sequitur etiam Salas *de legibus, disp. 20. sect. 3. num. 29.* quando Pontifex ita confirmat, ut velit illis Constitutionibus robur addere, & illas facere proprias; secus verò, si solum eas confirmat, declarando esse laudabiles, & debere obseruari à subditis. Tertio, secundum aliquos, nisi Episcopus eas Constitutiones iuramento confirmauerit; quia, cum non possit secum in iuramento dispensare, nequibit etiam dispensare in iis Constitutionibus. Ita Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla, Sayrus, & Azorius *ubi supra.*

Sed, ut verum fatear, huic tertio dicto non possum adhærere; patet igitur, quòd licet Episcopus dispensaret in dictis Constitutionibus iuratis absque iusta causa, valeret adhuc dispensatio, quanuis sit periurus; quia periurium non impedit actus valorem. Sicut si quis iurasset, non prodigè se expensurum pecunias, peccaret prodigè expendendo; sed factum teneret. Ita Gambarus *de aurb. Legati, lib. 10. n. 452.* & Sanchez, *d. disp. 37. n. 31.*

An reus ad mortem damnatus, si pridie Eucharistiam sumpsit, possit in ipso die supplicij denuò illam sumere, si cibum ex inaduertentia sumpsit.

RESOL. XLII.

Affirmatiuè respondet Quintanadueñas in *Theolog. moral. tom. 1. tr. 4. singul. 14. num. 5.* ubi sic ait: [Difficultas est, an si mortis damnatus pridie ante supplicium ex deuotione, non pro Viatico, Eucharistiam sumpsit, (nam hoc reseruauit ad ipsum supplicij diem,) velit communicare in ipso; ac cibum iam, vel ex obliuione, aut inaduertentia, vel ex aliquali corporis infirmitate sumpsit; utrùm possit tunc non ieiunus communicare? Respondeo, posse: quia tunc certè est in mortis periculo, imò & in articulo, iuxta Rodriguez *quest. 62. tom. 1. artic. 7.* præsertim cum ille iam cibum sumpserit, & differendum non sit supplicium, ac proinde non valet ieiunus communicare. Huic sententiæ maximè fauent Nauarrus *lib. 5. tit. de pe-*

nitent. consil. 40. Suarez *sup. Layman lib. 6. tract. 4. cap. 6. num. 20.* Reginaldus *tom. 2. lib. 29. cap. 6.* Coninch *quest. 80. art. 8. num. 50.* Zambranus *sup. num. 3.* Henriquez *lib. 8. cap. 50. num. 1.* Bonacina *de Euchar. dist. 4. part. 2. num. 22.* Bartholomæus ab Angelo *dial. 4. §. ... Villalobos tom. 1. tract. 7. difficult. 39. tit. 11.* Syluius in *3. par. quest. 80. art. 8.* & alij docentes, sanum damnatum morte, si iudex nolit expectare, posse, imò debere Eucharistiam non ieiunus accipere eodem supplicij die, si ieiunus non possit. Et ita fecisse cum quodam reo plectendo Guerrerum, Archiepiscopum Granatensem, testantur Zambranus, & Henriquez *ubi supra.*

Præterea adderem, quòd si non ieiunus propter aliquam causam accepit pro Viatico, die ante mortem, Eucharistiam; & in ipso supplicij die non solum ex necessitate, sed etiam ex ignorantia, vel inaduertentia cibum sumpsit, si vellet iterum Eucharistiam suscipere post cibi sumptionem, posset; imò etiam forsitan posset, si aduertens sumpsisset, sed postea pœnitens facti vellet communicare: quia utitur iure suo, & adhuc est in mortis periculo, & incapax recipiendi Eucharistiam non ieiunus. Hæc sententia videtur esse, quam Doctores *num. 1.* asserunt, dicentes, duobus, aut tribus diebus, imò & pluribus sequentibus, si adhuc perseuerat mortis periculum, posse infirmum non ieiunus communicare. Quæ sententia magis vrget in hoc reo, quem certò scitur alio die amplius non communicaturum, Sed adde cum Coninch, & Bonacina *supra*, eum, qui aduertit, se eo die plectendum capite, teneri ieiunare, donec sumpserit Eucharistiam, modò ieiunare possit absque notabili incommodo; sicut etiam ægrotus, si commode potest, tenetur accedere ieiunus ad Eucharistiam sumendam. [Et hæc omnia docet Quintanadueñas *loco citato*, cui adde Hurtadum *de Sac. Euchar. disp. 5. diff. 16.* Eligium Bassæum in *Flor. Theol. mor. verb. Communio sacra, num. 25.* & Elcobar in *Theol. mor. tr. 3. exam. 6. cap. 5. n. 62.*

An liceat Parochis mittere oleum Extremæ Vnctionis ad infirmos, ut eo ungantur?

RESOL. XLIII.

Affirmatiuè respondet Quintanadueñas in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 5. singul. ult. num. 1.* ubi sic ait: [Hoc oleum infirmorum (Sacra Vnctionis remotam materiam) licitè concedi posse à Parocho, vel Sacrista, ut infirmi debita veneratione eo ungantur, constat ex antiqua Ecclesiæ consuetudine ab Apostolis desumpta, qui Marc. 6. à Christo Domino mittebantur: & ungebant oleo multos ægros, & sanabantur. Sic Innocentius I. *Epist. 6. ad Decent.* ait; *Oleo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua, aut suorum necessitate.* Vbi Cornelius in *Iacob. 5. verb. 14.* docet, Innocentium loqui de vsu olei extra Sacramentum ad curandos infirmos.]

Sed hæc opinio mihi non placet: nam, ut rectè obseruat Castrus Palaus *tom. 4. tract. 26. disp. unica, punct. 2. n. 8.* oleum infirmorum solum pro Sacramento Extremæ Vnctionis deseruit. Et idèd dixit Baunus in *Theolog. moral. tom. 1. tract. ult. quest. 3.* [Cum triplex sit genus olei, quod ad vsum Christiani populi benedicuntur ab Episcopo, Christina, & oleum Catechumenorum, & infirmorum, id laborare Parochus sedulo debet, ne eorum aliquo vtatur ad aliud, quàm cuius causa est institutum ab Ecclesia: sed Ecclesia oleum infirmorum instituit solum (ut dixit Palaus, & patet) pro materia Sacramenti Extremæ Vnctionis: ergo extra vsum illius, Parocho minimè vti dicto oleo licitum esse patet.]

Nec obstant in contrarium à P. Quintanadueñas adducta: nam, pace viri docti, Cornelius à Lapide, quem ipse pro sua sententiâ adducit, est contra ipsum: etenim

apertè fatentur, locum Innocentij non esse intelligendum de oleo sancto ab Episcopo benedicto; sed de oleo benedicto à Sacerdotibus, vti fecerunt Eremitæ. Vel dicendum est (ait Cornelius) Innocentium solum asserere, licitum esse omnibus Christianis vti oleo sancto in suis, & suorum necessitatibus, nimirum, aduocando Presbyteros, & ab eis accipiendo Extremam Vnctionem. Quod etiam notauit, explanans dictum locum Innocentij, Lessius in 3. par. D. *Thoma de Sacram. Extrema Vnct. dub. 1. n. 4.*

Fateor, antiquos Patres Vnctionem curatiuam infirmis adhibuisse, etiam per non Sacerdotem, sed oleo benedicto à Sacerdotibus, non ab Episcopis pro materia Sacramenti, vt etiam obseruat Nicolaus Ysambert in 3. par. D. *Thoma de Sacram. Extr. Vnct. disp. 1. art. 4.* & idè Parochi abstineant sacrum oleum ab Episcopo consecratum pro materia Extremæ Vnctionis, præbere laicis, vt ipsi infirmos vngant ad sanitatem tuendam.

Vnde post hæc scripta inueni nostram sententiam docere Cardinalem Bellarminum lib. 1. de *Extrem. Vnct.* c. 9. asserit enim, esse contra praxim Ecclesiæ, dare oleum sanctum laicis, vt eo vtantur. Exempla verò, quæ leguntur de miraculis, quæ sancti Eremitæ oleo sancto faciebant, non conuincunt, eos fuisse vfos illo oleo, quod ab Episcopo solenni cæremonia benedicitur, vt sit huius Sacramenti materia: poterant enim illo vti oleo, quod ipsi signo Crucis benedicebant. Ita Bellarminus.

An oleo benedicto Extremæ Vnctionis, simul, vel variis vicibus, non possit admisceri, nisi pars adiecta sit minor quantitate, primum ab Episcopo benedicta?

RESOL. XLIV.

Respondet Zambranus de *cas. tempore mortis*, cap. 6. dub. 5. num. 5. & post illum, Pater Quintanadueñas in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 5. singul. 1. n. 4. & seqq.* Quod oleum Extremæ Vnctionis, vt maneat benedictum, requiritur, vt quantitas in principio benedicta sit maior tota non benedicta superaddenda, vel superaddita, siue simul successiue, siue variis vicibus fiat totius additio. Itaque putat, quantitatem minorem addendam, commensurandam semper esse cum oleo à principio benedicto: v.g. oleo vnus libæ benedicto, non potest fieri adiectio olei non benedicti, nisi in quantitate minori libra, duodecim, scilicet, aut quatuordecim vnciarum, vbi libra sexdecim constat, non verò septendecim, imò nec sexdecim vnciarum, libram vnã constituentium.

Probat hanc sententiam ingeniosus Quintanadueñas: quia subiectum huius benedictionis est illudmet oleum, quod à principio fuit ab Episcopo benedictum: ergo necessum est, vt benedictio conseruetur, quod maneat idemmet: quia benedictio non potest esse sine subiecto, nec ad aliud absolutè diuersum transire; sed quando olei quantitas, etiam in diuersis vicibus addita, peruenit ad tantam ex additis factam, vt sit maior illa, cui facta est additio, & initio fuit consecrata; iam non manet absolutè idem indiuiduum physicum olei, & à principio consecratum; cum vix maneat aliqua pars exigua illius, ob quam duntaxat dici possit non simpliciter, sed secundum quid idem: ergo in eo non potest manere benedictio, quæ conseruari non valet, nisi seruata identitate subiecti physici.

Confirmatur primò: quia, si oleo consecrato addatur simul, seu vna vna vice, maior pars non consecrati; nullum manet consecratum: quia non manet idem indiuiduum physicum, sed idem est, cum diuersis vicibus additur maior pars non benedicta: ergo nec benedictio manet.

Confirmatur secundò: nam idè quando minima pars olei non benedicti miscetur maiori olei benedicti, totum manet benedictum: quia in commixtionibus, maior quantitas debet in se minorem conuertere, vel saltem ad

sui identitatem trahere, & ei communicare suas qualitates: sed hoc fieri non potest, cum pars addita est notabiliter maior: ergo nec hæc poterit participare benedictionem illius. Quod verò maior pars olei non benedicti addatur vnica, vel pluribus vicibus benedicto, non tollit, quòd sit maior pars.

Verum hæc sententia est contra praxim, & vsum ferè omnium Ecclesiarum, & contra communem sententiam Doctorum. Et ita docet Lessius in 3. par. D. *Thoma de Sacram. Extrem. Vnct. cap. 1. dub. 5. num. 11.* Baunus in *Theolog. moral. tom. 1. tract. ult. in Epitoma, cap. 2.* Ludouicus à S. Iuan in *Summa, quæst. vnica, de Sacrament. Extrem. Vnct. artic. 2. dub. 2. difficult. 6. concl. 2.* Candidus tom. 3. de *Extrem. Vnct. disquis. 3. art. 2. dub. 16. 17. & 18.* Leander de *Sacrament. tom. 2. tract. 4. disput. 2. quæst. 8.* qui citat D. Thomam, Tabienam, Syluestrum, Angelum, Rosellam, Henriquez, Torreblancam, Possuinum, Bonaciam, & alios.

Sed non deseram hîc apponere verba sapientissimi Professoris Regij Sorbonici Nicolai Ysambert in 3. par. D. *Thoma de Sacrament. Extrem. Vnct. disput. 2. art. 3.* vbi sic ait: [Atque ex hac limitatione sic explicata patet, quid sit respondendum ad vltimum dubium, scilicet, tunc valere Sacramentum Extremæ Vnctionis; quando oleo infirmorum proprio suo ritu consecrato, oleum non benedictum additur sensim, & in tam parua quantitate, vt prius oleum benedictum censeatur moraliter remanere, & illud, quod est superadditum, denominari benedictum: sicut aqua non benedicta aquæ benedictæ superaddita censeatur acquirere benedictionem. Cuius vtriusque rei ratio hæc est, quòd ritus isti benedicendi, sint tantum de iure positiuo, & per Ecclesiam instituti, quæ dum illos perficit, intentionem suam, saltem virtualiter, etiam extendit ad liquores illos eiusdem conditionis, qui postea in tali parua quantitate admiscebuntur, vt priorem non censeantur moraliter corrumpere: imò & licere in casu necessitatis ita facere, intelligitur ex cap. *Quòd in dubiis. extr. de consecrat. Ecclesia.* vbi Innocentius V. ita ait: Non negamus, quin oleum non consecratum, consecrato possit oleo admisceri.]

Verum audiamus alium Professore Regium Louaniensem, & is est Ioannes Vviggers in 3. par. D. *Thoma, in Supplemen. quæst. 29. art. 4. num. 6.* ita asserens: [Notandum denique, oleo benedicto admisceri posse oleum non benedictum, vt pluribus inungendis possit sufficere, vel non ita citò exsiccet, iuxta cap. *Quòd in dubiis. de consecr. Ecclesia, & Altaris, in 3. Decretal.* Monent autem communiter Doctores, hanc mixtionem cum cautela faciendam, vt additio paulatim fiat, & in minori quantitate: ita enim, aiunt, censebitur esse idem oleum, quod prius, & benedictum, vt prius: secus, si additio fiat simul in maiori, vel etiam æquali quantitate, de quo videre licet Hentiq. *suprà*, cum aliis, quos citat. Verum difficultate non caret, quomodo dum sic paulatim in parua quantitate miscetur, efficiatur totum benedictum; quandoquidem ipsa benedictio, dum adhiberetur, affecerit tantum oleum præsens, in quod tendebat, & id, quod in oleo inde remanet, sit morale quid non habens efficaciam, aut virtutem operandi, vel causandi aliquid circa oleum sibi superadditum; aut certè, si quis forsitan voluerit dicere, quòd benedictio, dum fieret, extenderit se, & suo modo affecerit omne aliud oleum, quod præsentem oleo aliquando admiscebitur, quid opus erit prædicta cautela? cum æquè benedictum, ita loquendo, erit totum oleum, si plus simul, quàm si sensim, & successiue admisceatur.

Hinc non minus probabiliter forsitan dici poterit, per illam mixtionem oleum non benedictum non effici benedictum; sed ad eum finem adhiberi, vt eo modo oleum benedictum ad plures possit extendi: vnde consequenter hæc adhibenda esset cautio, vt cum illo moderamine non benedictum adhibeatur quoad quantitatem, siue simul,

sius successivè, & ita diligenter permisceatur, ut moraliter nunquam fieri possit, quin dum digitus in illo mixto intringitur, semper simul aliqua parte olei benedicti iungatur; quia tamen prior opinio praxi, quæ est in usu est, magis fauet; hinc ad difficultates contra eam motas responderi potest, ex Christi institutione, & Ecclesiæ intentione, benedictionem, quæ adhibetur, extendere se ad omne oleum admiscendum, quando in ea quantitate admiscetur, ut mixtum moraliter censeatur esse idem cum eo, quod prius fuit, potius quàm esse illud, quod est superadditum: & quanvis physicè non operetur, & proinde potuisset æquè extendi etiam ad omne oleum, quando in maiori quantitate adhibetur; tamen non ita Christum instituere voluisse, aut instituisse: quia institutionem suam voluit accommodare communi hominum sensui, & apprehensioni, qui iudicant, naturam rei non mutari per admixtionem modici extranei; sed potius extraneum in illam mutari, & conuertere; & simul quoque modo operandi ipsius naturæ, quæ sic operari solet.] Hucusque Viggers: ex quibus facile patet responsio ad argumenta contrariæ sententiæ. Dicendum est itaque, quòd si à principio Episcopus benedixit quantitatem olei, v.g. quatuor librarum, postea paulatim, & per varias vices potest addi quantitas decem librarum, si necessaria esset pro administratione Sacramenti, & copia infirmorum. Et ita, ut dixi, est usus, & praxis Ecclesiæ.

An Sacramentum Extreme Vnctionis collatum infirmo non grauius, vel periculose laboranti sit validum? Et an se postea periculose labore, sit ei denuò Sacramentum ministrandum?

RESOL. XLV.

Quoad primam difficultatem, affirmatiuam sententiam probabilem esse putat Quintanadu, in *Theolog. moral. tom. 1. tr. 5. singul. 2. n. 5.* Et quoad infirmitatem grauem, licet non appareat periculosa, etiam tanquam probabilem illam admittit Lessius in 3. par. D. Thomæ, de *Sacr. Extreme Vnctionis, c. 4. dub. 1. n. 21.* Imò etiam in casu, quo morbus non sit ita grauis, hanc sententiam probabilem esse existimat Ioannes Viggers in *Supplem. 3. par. D. Thomæ, q. 32. nam. 3.*

Probari potest hæc opinio, tum ex D. Iacobo, qui solum exposulat infirmitatem, nullius periculi mortis mentionem faciens, ibi: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros, &c.* Tum ex Trid. *sess. 14. c. 3.* asserente, *Hanc vnctionem esse infirmis adhibendam, illis præsertim, qui iam periculose decumbunt, ut in exitu vite constituti videantur.* Vbi notandum est verbum, *præsertim*, quod indicat, aliis infirmis ab his, qui constituti sunt in exitu vitæ, vnctionem esse adhibendam. Tum ex Florent. dicente, *His tantum infirmis vnctionem dari debere, de quorum morte timetur.* Expendo verbum, *debere*, quod ad licitum usum, non ad valorem spectat: aliis loco, *debere*, vteretur Concilium, verbo, *posse.* Ergo, &c.

Sed ego puto, absolute dicendum in vtroque casu posito in titulo *Resolutorius*, Sacramentum esse inualidum. Et ita docet Suarez *tom. 4. in 3. part. disp. 42. sect. 2. n. 4. & 5.* Nicolaus Ysambert in 3. par. *tom. 3. de Sacram. Extr. Vnct. disp. 6. art. 2.* Granado in 3. par. *contr. 8. tr. vnica, disp. 6. n. 2.* Castr. Pal. *tom. 4. tr. 26. disp. vnica, punct. 6. n. 15.* Caspensis in *Cur. Theolog. tom. 2. tract. 27. disp. 4. sect. 2. n. 12.* Amicus *vbi infra*, & alij communiter. Et ratio sumitur (ait Ysambert, *vbi supra*) ex citato loco D. Iacobi; dum pro eo verbo, quod habet vulgata nostra editio, *infirmatur*, Græca editio habet, *ἀδυνα*, quæ, iuxta vim suæ significationis, significat esse sine viribus, & præ infirmitate deficere: item ex eo, quòd idem textus Græcus explicet hanc, *Infirmi*, tali particula, quæ ut *supra* notauimus, significat moribundum, graui morbo laborantem, eoque veluti desi-

cientem: tum denique ex illa alia particula, *αλενιabit* eum, quæ, iuxta textum Græcum, ut *supra* monuimus, idem sonat, ac infirmum, præ morbo sopitum sensibus, *εξοιabit*. Confirmatur amplius: si Sacramentum hoc posset conferri homini non ita infirmo, Sanctus Iacobus non diceret, *Inducat Presbyteros Ecclesiæ*; sicut de aliis Sacramentis, quæ sanis, aut parum infirmis administrantur, solemus loqui; quia hoc cedit, tum in reuerentiam, tum in deuotionem Sacramenti, & in humilitatem susipientis: at ait Sanctus Iacobus: *Inducat Presbyteros Ecclesiæ.* id est, vocet eos ad se domum suam, in qua decumbit ægrotus. Deinde, si morbus ille, quem postulat Sanctus Iacobus in suscipiente hoc Sacramentum, esset tantum leuis, & nullo modo periculosus; non consuleret, tanquam remedium aliquod, Sacramentum, quod est medium aliquod supernaturale; sed diceret, esse recurrendum ad Medicos, & naturalia remedia: quia non videtur esse ita conueniens recurrere ad remedia supernaturalia pro bonis corporis, vbi est euidens superesse naturalia. Probatum item ex Florent. Trident. & eius Catechismo, ut *supra*: item ex eo, quòd Sacramentum hoc frequenter vocetur, *Sacramentum exeuntium, Extrema Vnctio*, quòd conferatur extremo morbo laborantibus.

Deinde Concilium Tridentinum *sess. 14. in Proemio huius Sacramenti*. asserit, institutum esse à Christo Domino, ut finem nostræ vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio, muniret aduersus Diaboli insidias. Supponit ergo, non aliis, quàm iis, qui in fine vitæ esse creduntur, ministrandum esse. Quod optimè confirmari potest ex eo, quòd sit totius vitæ Christianæ (ut inquit Concilium) contumacium. Secundò, si quilibet infirmus huius Sacramenti capax esset, eique validè ministrari posset, nulla apparet sufficiens ratio, cur Ecclesia solis infirmis: periculosis hoc Sacramentum concederet, & aliis denegaret: iniuste enim viderentur priuati tanto Sacramenti fructu; quo ex institutione Christi capaces existunt, Vnde ex his patet responsio ad argumenta contraria.

Sed hic obiter quæro, an in dubio, (non loquor in casu opinionis,) an morbus de se, vel in hoc individuo sit periculosus, possit Extrema Vnctio ministrari? Et esto, censeat Chapeauilla de *ministrat. Vnct. c. 5. qu. 11.* ministrandam esse vnctionem sub conditione: at veriùs existimo cum Layman *tr. 8. c. 4. circa finem*, ab hoc Sacramento superdedendum esse: tum, quia non est Sacramentum necessitatis: tum, & præcipuè, quia Sacramentum ministrari non potest ei, quem saltem sub opinione probabili non constiterit illius fructus esse capax: tum, quia est præceptum, ne aliis, quàm vita periclitantibus ministraretur; cuius præcepti transgressioni exponitur, qui infirmo dubium vitæ periculum tantum habenti vnctionem concederet. Et ita etiam docet Palauus *vbi supra, n. 13.*

Non nego tamen, opinionem Chapeauilla esse probabilem, quàm absolute tenet Ysambert *loco citato, n. 6.* vbi sic ait: [Imò, si Medici nullum adhuc habeant posituum iudicium, quo prudenter, & probabiliter asserunt, infirmum esse in periculo, sed grauius hæsitent, licet suspendant iudicium, nihilominus infirmus non desinit esse capax huius Sacramenti: quia tunc ob eiusmodi prudentem hæsitacionem Medicorum, timetur de morte talis infirmus; & proinde cum ex Florentino *supra* allegato, hoc Sacramentum debeat dari ei infirmo, de cuius morte timetur; debet etiam & huic conferri, maxime cum possit esse ei alicuius necessitatis, & Sacramenta, quæ sunt necessitatis, possint etiam conferri in dubio, ne Christianus priuetur remedio.] Ita ille.

Et hæc dicta sufficiant circa primam difficultatem. Deueniamus itaque ad secundam, videlicet, an si infirmus in morbo non periculoso vnctus facto oleo, postea incidat in infirmitatem periculosa, sit ei denuò Sacramentum Extreme Vnctionis ministrandum? Et affirmatiuè responderet Quintanaducenas *vbi supra, num. 6.* & merito quidem.

Vnde

Vnde in eius fauorem adducam auctoritatem Patris Amici in *Cur. Theolog. tom. 8. disp. 19. sect. 10. num. 186.* vbi sic ait: [Ex dictis infero; si quis hoc Sacramentum suscepit tempore, quo morbus non censetur periculosus, postea hoc Sacramentum reperere, quando idem morbus euadit periculosus: tum, quia, vt supra ex Conciliis ostendimus, hoc Sacramentum collatum infirmo graui, ac periculoso morbo non laboranti, est inualidum: tum, quia, esto, fuerit validum; quia tamen morbus mutatus de non periculoso, in periculosum, constituit infirmum sub noua necessitate, potest iterari.] Ita ille.

Notantur aliqua circa ritus administrandi Sacramentum Extreme Vnctionis.

R E S O L. XLVI.

Inter alios ritus, hoc Sacramentum administratur cum recitatione Psalmorum Pœnitentialium, & Litaniarum, & omnia, quæ in Manuali dicenda præscribuntur, dum infirmus vngitur. Sed, an ista omittere absque necessitate, sit peccatum mortale, negat Palaus *tom. 4. tractat. 27. disput. unica, punct. 8. n. 14.* & Granado in *3. part. D. Thomæ, contr. 8. tract. unico, disp. 8. num. 8.* vbi sic ait: [Ad extremum nota, in administratione huius Sacramenti seruanda esse omnia, quæ præscribuntur in Manuali; recitanda, nimirum, omnia, quæ ibi ponuntur, nisi acceleratio mortis aliud exigat, vt notauit Henriquez *cap. 12. §. 5.* Sed, si extra hunc casum omittentur, non credo peccari mortaliter, secluso contemptu; quia non est in Manuali verbum, quod indicet, hoc esse graue præceptum, vt pater ex Rituali Romano, edito iussu Pauli V. anno 1617. quod ab omnibus seruari hortatur, licet non præcipiat. Si verò in aliqua Synodo sub graui præcepto id statueretur, obligaret sub mortali, extra casum necessitatis, aut magni periculi proueniens ex contagio, seu morbo.] Ita ille.

Item, adhibere debet Sacerdos vnum saltem Clericum, si haberi possit, qui illum iuuet in orationibus, quæ ad hoc Sacramentum præmitti solent, recitandis: alioqui solus Sacerdos poterit omnia peragere, vt expressè definit Alexander III. *c. Quasiuis. de verb. sign.* his verbis: *Sacerdos vno presente Clerico, & etiam solus, potest infirmum unguere.*

Sed, an in casu necessitatis, Sacerdos non habens Clericum, neque alium, possit vti in responsionibus ministerio feminæ, sine peccato? Affirmatiuè respondet Quintanadueñas in *Theol. moral. tom. 1. tract. 5. singul. 6. num. 3.* sic asserens: [Nihilominus non peccaturam moraliter feminam Sacerdoti sacram Vnctionem conferenti respondentem, nec Sacerdotem id ei consentientem, existimo: non enim ita prohibitum, & indecens est, vt in Missæ celebratione; & aliqualis necessitas excuset: imò & sine hac non erit mortale.] Hæc ille. Sed Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disput. 4. quest. 2. 2.* tenet, etiam, extra casum necessitatis posse Sacerdotem hoc Sacramentum solum administrare, & sibi respondere; & citat Vegam, Bonacinam, Archangelum, Posseuinum, & alios. Sed ego hoc admitterem in casu necessitatis cum Toledo, Sà, Grassio, & aliis.

Item, poterit Sacerdos in defectu olei eiusdem anni, vti oleo veteri alterius anni. Quin etiam, putat Henriquez *lib. 2. de Sacrament. cap. 39. num. 3.* nullo præcepto Sacerdotem prohiberi infirmos unguere oleo veteri. Ad quod confirmandum affert in *sua Glossa sub L. V.* auctoritatem, tam Theologorum, quam vtriusque Iuris peritorum Salmanticensium, qui post longam consultationem id determinant. Vnde idem Author *lib. 3. cap. 8. num. 2. in fine,* docet, neque esse de præcepto, singulis annis oleum infirmorum renouari. Et hæc omnia obseruat etiam Amicus in *Cur. Theolog. tom. 8. disp. 19. sect. 14. num. 113.* sed aliqui opinionem Henriquez non admittunt: verum nouissimè illam docet Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 2. quest. 11.* & penes ipsum Lublinus, Ledesma, Ludouicus

de S. Iuan, & alij: sed communiter contrarium docent DD.

Item, administranda est Extrema Vnctio cum superpelliceo, & stola: sed an in casu necessitatis, si non extarent dicta ornamenta, & infirmus moreretur, possit, his non adhibitis, ministrari; negant absolutè Suarez, Reginaldus, & alij. Amicus concedit, si infirmus alterius Sacramenti capax non esset. Sed Leander, quem citat, & sequitur Quintanadueñas *vbi supra. singul. 5. num. 4.* absolutè concedit. Et quidem, licet Sacerdos non possit contra Maiorem, ad præbendum Viaticum dicere Missam sine indumentis: tamen est dispar ratio pro casu nostro: nam, vt rectè obseruat Amicus *vbi supra. num. 217.* in Sacrificio Missæ conficitur Sacramentum, & Sacramentum Sacramentorum, & idè maior est adhibenda reuerentia: in nostro verò casu solum ministratur Sacramentum, quod, licet non sit necessarium, est tamen valdè vtile: ergo, &c. Et hoc quidem à fortiori dicendum videtur, quando Sacerdos non habere superpellicem; possit enim sine illo ministrare Viaticum ægrotò, cum sit Sacramentum ita necessarium. Et quidem, si opinio probabilis plurimorum Doctorum concedit laico, in illo casu ministrare Viaticum infirmo, ac per consequens, sine superpelliceo: nam plus est tangere Corpus Christi, quàm illud ministrare sine superpelliceo: quòd magis licebit hoc Sacerdoti. Nota etiam, Leandrum *vbi supra, de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 4. quest. 22.* docere, Sacerdotem peccare tantum venialiter, si administret hoc Sacramentum sine lumine absque causa: & citat Posseuinum.

An Episcopus non confirmatus, ministrans Sacramentum Confirmationis, peccet mortaliter?

R E S O L. XLVII.

Affirmatiuam sententiam tenet Tannerus *tom. 4. disputat. 4. dub. 2. num. 48. & 49.* sed non desunt negatiuam docentes, quibus adhæreo. Et idè Serra in *3. part. D. Thomæ, quest. 72. art. 8.* sic asserit: [Nonnulli existimant, peccatum mortale esse, suscipere Ordines, præsertim maiores, ante Confirmationem; hocque certius esse, si quis ordinaretur Episcopus: quia Episcopus tenetur alios confirmare; peccatum autem mortale est, vt non confirmatus, alios confirmet. Sed Magister Soto in *4. dist. 7. quest. unica, art. 6.* inquit: Licet, vbi commodè fieri potest, aliqua sit culpa aliud quippiam Sacramentum sine Confirmatione suscipere: non tamen est mortale, nisi ex contemptu fiat. Et *art. 8.* ait: Sacros Ordines conferre nullus debet Episcopus, nisi confirmatus. Quanquam, si oppositum fieret, asserere non auderem esse peccatum mortale. Illum sequuntur Nauarrus *cap. 22. num. 9.* & alij recentiores, qui & dicunt, Episcopum non peccare mortaliter ordinando non confirmatum; aut etiam antequàm ipse confirmatus sit, Confirmationem; aut Ordines conferendo. Et ad verba Concilij Tridentini respondent, *ibi* nihil præcipi iniciandis, sed præscribi Episcopis, quid facere debeant; quauis, nec stricta aliqua obligatio imponetur: quia nullum est verbum, quod strictum præceptum iudicetur.] Ita ille. Et quidem hæc omnia satis probabiliter dicta sunt.

Vnde omnia superius dicta à Magistro Serra, confirmat contra Tannerum Pater Granado in *3. part. controu. 5. tract. 4. disp. 1. num. 8.* vbi sic ait: [Dubitari potest, an aliquo præcepto teneatur suscipere Confirmationem, qui prima Tonsura; & potiori iure, minoribus, aut maioribus Ordinibus iniciandus est. Tannerus supra existimat, esse graue præceptum, ac proinde peccate lethaliter eum, qui, antequàm confirmetur, iniciatur prima Tonsura. Probatur primò auctoritate Tridentini *sess. 23. de reformat. cap. 4.* id præcipientis: *Prima (inquit) Tonsura, non iniungitur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint.* Quod cum sit materia grauis, obligat sub mortali. Probatur secundò: quia qui iniciantur,

stantur, eo ipso ascendunt ad gradum sublimem in Ecclesia, eorumque munus est alios in fide roborare: ergo grauius delinquant, si non recipiant Sacramentum, virtutis cuius confertur hoc robur.

Melius tamen Suarez *in sine sect.* 1. cum Soro, Victoria, & Navarra docet, hoc non esse peccatum, saltem mortale. Imò, & Egidius Coninch, si attente legatur, putat nec esse peccatum veniale; quod certè mihi sufficienter probabile videtur, quia nullum extat præceptum non solum graue, sed nec leue. Si enim aliquod extaret, maximè illud ex argumentis Tannerii colligeretur. Sed ex illis nullum colligi probatur: quia in primis ex Tridentino non colligitur præceptum graue, cum nulla ibi sint verba, quæ iuxta dicta *in materia de Legibus*, indicent grauem obligationem; nec vlla grauis pœna infligitur; sed simpliciter dicitur, *ne id fiat*. Nec est, cur res ista ex se grauis censi debeat, vt contendit Tannerus. Nec colligitur præceptum leue: quia, vt optime notat Egidius, Tridentinum *ibi* loquitur cum Episcopis, & eis præcipit, ne conferant primam Tonsuram non confirmatis; non verò ipsis, qui illam suscepturi sunt. Vnde peccabit Episcopus admittens non confirmatum, quannis non nisi venialiter: sed, qui initiatur, nullum peccatum committit.

Deinde ratio Tannerii non vrget: quia, qui iniuriantur, possunt docere, & roborare alios suis sermonibus, hortationibus, & orationibus: & consequenter non obligantur recipere Confirmationem, vt alios roborent.

Postremò docent communiter iidem Authores, quannis contra sentiat Tannerus, non peccare lethalius Episcopum, qui, cum non sit confirmatus, alios confirmat, aut ordinat. A peccato autem veniali illum excusare non audeo: quia nonnulla inordinatio, & indecentia est ministrare hoc Sacramentum ex officio, & illud nosse suscipere; ternerique ex Tridentino *suprà*, nullum admittere ad primam etiam Tonsuram, qui non sit confirmatus, & tamen nolle confirmari.] Hucusque Granada, cui adde nouissimè Patrem Lessium *in 3. part. q. 72. art. 8. dub. 2. n. 32.* vbi docet, non videri obligationem sub peccato mortifero, vt is, qui ordinatur, aut etiam qui confert hoc Sacramentum, sit confirmatus.

Puto tamen, Episcopum non confirmatum, & ordinandum, debere confirmari: non enim à peccato veniali excusari potest Episcopus non confirmatus, si Sacramentum Confirmationis administret: neque cuius non confirmatus recipiens primam Tonsuram, & Ordines, vt *alibi* probatum est.

An Episcopi, inuitis Regularibus, possint conuocare Processiones, & Ordinationes facere in eorum Ecclesiis.

R E S O L. XLVIII.

Negatiuam sententiam tenet Tamburinius *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quest. 15. n. 10.* vbi sic ait: [Nequeunt tamen Episcopi in locis exemptis Ordinationes celebrare: quia est iurisdictionis. Anchar. *in d. Clem. Archiepiscopo*, num. 8. Cardinal. num. 3. *in prin. & in 9.* Sic tamen. num. 1. Imol. num. 4. Abbas num. 3. Vitalin. num. 20. Neque Confirmationis Sacramentum ministrare: quia habet mixturam iurisdictionis, & officij episcopalis. Anchar. Cardin. Imol. Abb. & Vitalin. *locis proxime citatis*. Neque degradare. Ancharan. *ibidem*, num. 9. Vitalin. num. 20. Neque facere Processiones solennes, & generales: quia est potius officij, quam honoris episcopalis. Vitalin. *ibid.* num. 55.] Et hanc sententiam tenet Portel *vbi infra*.

Sed non desunt Doctores Episcopis hanc autoritatem tribuentes, & ex Regularibus ita tenet Pater Bordonus *in consil. Regul. tom. 1. resol. 7. num. 132.* & Pater Lezana *in Mari Magno Carmelitarum*, §. 75. num. 423. Ratio est, (ait ipse:) quia hoc videtur ius episcopale, iuxta dicta

tom. 4. verbo, Processio quoad Regulares, num. 4. & priuilegium, de quo in præsentibus, & alia similia, quibus prohibentur Episcopi Conuentus publicos in Regularium domibus conuocare, intelligi debent de Conuentibus odiosis, contentiosis, aut præiudicialibus; non de illis, qui cedunt in honorem, & æstimationem Religionum, quales sunt Processiones.

Aliam rationem adducit Bordonus: quia Episcopi in Ecclesiis Regularium possunt exercere Pontificalia, aut pontificalibus paramentis cum Mitra, aut etiam sola Cappa vt at hæc ratio displicet Lezana, *vbi supra*. Verùm, quicquid sit de hoc, etiam si standum esset in prima sententia negatiua; certum est, illam non procedere quoad Inquisitores nostri sacri Tribunalis: ipsi enim, etiam Regularibus inuitis, possunt eorum Acta publica in eorum Ecclesiis celebrare. Et idem sic ait Portel *in dubiis Regul. verb. Processiones*, num. 10. [Non potest Iudex secularis, aut Episcopus, conuocare Processiones, facere Ordinationes, vel similes actus in Ecclesiis Regularium, inuito illarum Prælato: neque cogere, vt *ibidem* retineatur reus vincitus, secus de Inquisitoribus sacri Officij.] Ita ille.

Nota, quod post hæc scripta in lucem prodit Tomus secundus Consiliorum Patris Bordoni, qui *in res. 68. q. 6. n. 21.* se retractat de opinione, quam *loco vbi supra citato*, docuit, & tenet, Episcopum non posse in Ecclesiis Regularium Processiones ordinarias conuocare. Et, vt verum fatear, hanc negatiuam sententiam sequendam esse existimo.

An Prælati regulares Monialium possint audire eorum Confessiones absque præuia approbatione Episcopi?

R E S O L. XLIX.

Respondeo negatiuè ex vigore Constitutionis Gregorij XV. cum Pellizzario *tract. 2. de Mon. cap. 10. sect. 3. num. 166.* licet olim possent & ipsi eas audire, & alios approbare ad illas audiendas; stante declaratione Sacre Congregationis Concilij, in qua additur, Confessiones à dictis Prælatibus auditas, sine præuia approbatione, esse nullas, & irritas.

Vnde vide, an sit admittendus Quintanadueñas *tom. 1. tract. 3. singul. 25. num. 7.* vbi sic ait: [Nihilominus non improbabile forsan erit, Prælatos regulares habentes generalem approbationem pro Diocesi ab Ordinario, noua non indigere ad audiendas Confessiones Monialium sibi subditarum: cum hoc expressè non prohibeatur in Bulla Pontificis; & consuetudo ab Episcopis cognita, iandiu, ac modò vigeat; ex qua, præsumpta saltem, specialis hæc licentia colligitur: illisque, vt potè in Prælatum munere constitutis, ab Episcopis merito concedi sapientes existimabunt: cum ab eis harum Monialium Confessores assignentur. Nec Congregationis declaratio vim legis habet, etiam si approbata à Pontifice, cum ab ipso eius observatio non præcipiatur. Secus iudicandum circa Confessiones Monialium Episcopo subditarum.] Ita ille.

Ad id verò, quod ipse asserit, declarationem Cardinalium approbatam à Pontifice, non habere vim legis, nisi ab ipso eius observantia præcipiatur; positiuè mihi displicet nam est contra praxim, neque talis conditio apponitur in Decreto Urbani VIII. & ad summum Doctores requirunt, vt dictæ declarationes emanauerint facto verbo cum Sanctissimo; nec requirunt, vt ipse eorum observantia præcipiat.

Nota verò, quod stando in prima opinione, non sequitur, (vt obseruat Pellizzarius *loco citato*,) quin Prælati regulares Moniali sibi immediate subiectæ possit independentè ab Ordinario assignare Partem spiritualem, siue eiusdem, siue alterius Ordinis Religiosum, vel etiam Sacerdotem secularem; cui illa, extra Pœnitentiæ Sacramentum, manifestet suam cōscientiam, ad effectum, vt ab eo in via Dei dirigatur sine periculo errandi. Ducor, quod ante Bullam

Bullam Gregorij XV. id potuisset facere Prælarus regularis & per dictam Bullam ei solum sublata est facultas approbandi Confessarium pro Monialibus sibi immediate subiectis, quod utique est quid diuersum ab hoc, quod est designare Patrem spiritualem, cui extra Sacramentum manifestetur modo dicto conscientia: à diuersis autem non fit illatio.

An ex matrimonio nullo oriatur impedimentum publica honestatis.

R E S O L. L.

Respondeo affirmatiuè, dummodo non sit ex defectu consensus: quicquid asserant Nauarrus, Couarruias, & Lopez, quorum opinio ante declarationem contrariam Sedis Apostolicæ, probabilis videbatur: hodie tamen minime est vera, vel probabilis, nec tenenda villo modo; sed contraria, nempe, id minime esse correctum, sed adhuc stare, & idèd oriri ex matrimonio rato irrito quacunque ex causa, præterquam defectus consensus, hoc impedimentum, vt nuncupatim declarauit Pius V. Summus Pontifex in suo Motu proprio, incip. *Ad Romanum spectat*, &c. anno 1568. vbi quod, cum multi dubitauerint, an Decretum Concilij Tridentini *sess. 24. de matrim. c. 3.* intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrimonio de præsentibus non consummato, sic ait: *Authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & definimus, Decretum Concilij, huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio (sic ut refertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante predictum Decretum Concilij, introductum erat.* Ita obseruat Nauarrus in *Manual. Latin. cap. 22. n. 57.* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 10. n. 2.* Gregorius de Valentia *4. part. disput. 10. quest. 5. punct. 3.* vbi de impedimento publicæ honestatis, & Thomas Sanchez *lib. 7. disput. 70. num. 8.* vbi addit, sibi non placere temperamentum, quod adhibet Emmanuel Sà *verb. Matrim. num. 12.* vbi ait: [Si id matrimonium irritum sit occultum, aut manifestum sit, fuisse irritum, non oriri impedimentum.] & *numeris seqq.* Sanchez *vbi supra*, alia declarat, & deducit in proposito vtilia apud ipsam videnda.

Sed, his non obstantibus, nouissimè Texeda in *Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. §. 7. contr. 21. num. 24.* nititur adhuc sententiam Couarruias defendere: sic enim ait: [Nihilominus existimo dicendum: ex matrimonio irrito adhuc non oriri impedimentum publicæ honestatis: quod tamen affirmo sub correctione, & saluo meliori iudicio. Et ratio mea est: quia Pontifex, quando dixit: *Sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus*, &c. non loquitur de matrimonio irrito, sed de matrimonio valido absoluto. Et potest deduci non contemnenda ratio ad hoc affirmandum: quia Pontifex loquitur de matrimonio, secundum quod de illo agitur in iure veteri ante Decretum Tridentini, vt manifestant illa verba: *In omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante dictum Decretum*, &c. Ergo, cum in iure veteri solum agatur de sponsalibus irritis circa prædictum impedimentum, & non de matrimonio, vt constat ex d. cap. vnico, *de spons. in 6.* si Summus Pontifex loquitur secundum ius antiquum; ergo, cum ibi nihil agatur de matrimonio irrito, sed de matrimonio valido, imò nec de matrimonio, sed tantum de sponsalibus; iuxta Pontificis intentionem dicendum est, solum ex matrimonio valido oriri iustitiæ publicæ honestatis impedimentum.] Ita ille. Verùm hanc sententiam Texedæ nullatenus sustinendam esse puto; & præter Doctores citatos, illam refellit Castrus Palauus *tom. 4. disput. 4. punct. 10. num. 5.* & Pontius *lib. 7. cap. 35. num. 3.*

An hodie post Decretum Urbani VIII. die 27. Novembris, 1628. possint Regulares absoluerè à casibus Episcopo reseruatis.

R E S O L. L I.

Affirmatiuam sententiam docet Quintanadueñas in *Theolog. mor. tom. 1. tract. 3. singul. 14.* Probat hanc opinionem: quia sicut lex non obligat ante sufficientem publicationem, sic nec reuocatio priuilegij, quæ est quædam lex, vt docent Suarius *de legib. cap. 40. Salas d. 17. sect. 1. num. 8.* Bonacina *de priuil. d. 1. q. 3. punct. 8. num. 20.* & Doctores: sed hæc non est sufficienter publicata, nec intimata; ergo, &c. Maior est certa. Minor probatur, primò: quia, vt leges pontificiæ (talis hæc est) obligent in toto Orbe, necessarium est, vt promulgentur in omnibus Diocæsibus, & Prouinciis, vt asserunt Serarius, Toletus, Sà, Medina, Angelus, Sotus, Conradus, Miranda, Victorellus, & alij, quos citat, & sequitur Trullench in *Cruc. lib. 1. §. 7. dub. 9. num. 20.* & præsertim hoc locum habet in legibus reuocatoriis priuilegiorum, vt notant Sotus *lib. 1. de iust. quest. 2. art. 4.* Medina *2. 2. quest. 21. art. 4.* & plures, quos asserit, & sequitur Ludouicus à Cruce *d. 1. Cruc. cap. 1. dub. 13. num. 1.* Cum ergo hæc reuocatio in Diocæsibus non sit promulgata, vt Sapientes, & locorum Ordinarij fatentur, non obligat in illis.

Nec Religiosos obligat hæc lex, cum ex doctrina Azorij *tom. 1. lib. 5. cap. 22. quasi. 7.* Bonacina *sup. n. 24. Salas d. 20. sect. 18. num. 126.* & aliorum Doctorum, vt reuocatio priuilegij concessi Ciuitati, Communitati, Collegio, vel Religioni alicui, obliget, debet denuntiari, vel notificari ipsi Ciuitati, vel Religioni, siue Prælati illius. Hanc autem notificationem minime factam esse, omnes ferè affirmant Religiosi, ac Prælati, quos etiam in litteris versatissimos hæc reuocatio latet.

Deinde *singul. 16.* probat ex Bullis Pontificiis ante Tridentinum concessis, facultatem Regularium absoluedi à casibus Episcopo reseruatis, extante etiam dicto Decreto Urbani VIII. adhuc durare. Et adducit inter alia priuilegium Pauli III. concessum Societati; & postea sic addit: [Quod autem hoc priuilegium, (quo per communicationem fruuntur aliæ Religiones,) vel similia, illis concessa ante Tridentinum, per dictum Decretum Urbani VIII. non reuocentur, probo, quia in illo tantum reuocantur priuilegia aliunde à Tridentino extincta, licet post illud confirmata fuerint; vt ex iis verbis patet: *Censuit per confirmationem priuilegiorum, quæ Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam renuisse priuilegia prius ab eodem Concilio sublata, atque extincta absoluedi à casibus Ordinario reseruatis.* Ergo, cum hæc per Tridentinum extincta non sint, vt probauimus *singul. 14.* hoc Decretum Urbani VIII. nec circa illa, nec circa illorum declarationes versatur, ac proinde nec hæc nec illas reuocat, seu annullat.

At verò cum postea additur: [Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas vel hæctenus obtinuerunt, vel in futurum obtinebunt, nec posse quenquam absoluerè ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reseruatis.] cum de iisdem priuilegiis, & confirmationibus sermo sit; vt ostendit particula, *eiusmodi, seu huiusmodi*, quæ relatiua est præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, vt docent Glossa, *c. Abbat. de elect. 6.* Rebuffus *l. 1. ff. de verb. signific. Nauarrus. cap. Si quando. remed. 6. num. 9. de rescript. Octavianus de præposit. dict. Hædie. pag. 4. Gonçalves reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 4. Seraphinus *Rot. Rom. decis. 388. num. 6.* & Nota Romana apud Farinacium *decis. 373. num. 6. r. 1. p. 2.* Si nec priuilegia, nec confirmationes illæ abrogatæ sunt per Tridentinum, nec etiam per hoc Decretum abrogantur iuxta dicta.*

Accedit, quod hoc Regularium priuilegium absoluedi

pendi à casibus Episcopo referuatis, est insertum iuri eorum; ut probant pluribus, solidisque fundamentis, ac præcipue ex Clementina, *Dudum*, & *Extrauaganti, Inter cunctos*. Panormitanus, Felinus, Bon. facius, Ioannes de Ligniano, S. Antoninus, Angelus, Fabiana, & Armilla: quos citat, & sequitur Emmanuel *tom. 1. quest. 61. art. 2.* communem Doctorum sententiam hanc appellans: ergo nec per Tridentinum, nec per hoc Decretum abrogatur; cum in his iuris communis expressa abrogatio non fiat: ac in generali derogatione priuilegiorum, non comprehenditur insertum in corpore iuris communis, si non fiat huius specifica derogatio. Et hæc omnia docet Quintanadueñas, *vbi supra*.

Sed nolo suscitare tragædias inter Regulares, & Episcopos, idè non discedo à negatiua sententia, quam tenentur omnes Authores Regulares, qui typis scripta sua mandarunt, adducentes dictum Decretum Urbani VIII. & præcipue inter illos Pater Auerla *de Sacrament. Penitent. quest. 17. sect. 6.* Peyrinus *tom. 3. priuileg. cap. 2. num. 38.* Perreginus *in Compend. priuileg. Cleric. Regular. verb. Absolutio quoad seculares.* Lezzana *in Summa; tom. 1. cap. 19. n. 17.* Bordonus *in consil. Regul. tom. 1. resolut. 52. num. 323.* & *tom. 1. resolut. 6. num. 11.* Ludouicus à Cruz *in Bull. Crug. disp. 1. cap. 3. dub. 5.*

Nec obstant adducta à Quintanadueñas: nam quòd leges Pontificiæ non obligent, nisi in singulis Diocæsis fuerint publicatæ, satis à nobis referatum est *in part. 7. tract. 1. resolut. ult.* Quòd verò tale Decretum non fuerit notificatum Superioribus Religionum, contrarium patet ex facto; nam ipsi quotidie præbentes licentiam suis subditis mandandi typis libros, approbant tale Decretum in eisdem libris, in quibus asseritur, ut visum est *suprà*, Urbanum VIII. per dictum Decretum derogasse priuilegia Regularium.

Ad id, quod asseritur, dictum priuilegium esse clausum in corpore iuris, nempe, in Clement. *Dudum*. & non esse derogatum in dicto Decreto, prout speciale erat derogandum, Respondet cum Bordonis, Lezzana, & Castro Palao *tom. 4. tract. 23. punct. 15. §. 4. num. 3.* quòd in dicta Clementina declaratur tantum, Regulares habere eandem facultatem, quam habent Parochi: sed non conceditur ipsis facultas absoluendi à casibus episcopalibus.

An ex sponsalibus nullis ex defectu consensus, vel ob aliud impedimentum occultum, oriatur impedimentum publicæ honestatis?

RESOL. LII.

Affirmatiuè respondent Sanchez *lib. 7. disp. 68. n. 14.* Pontius *lib. 7. cap. 35. num. 10.* Layman *lib. 5. tract. 10. cap. 9. num. 4.* & alij: quia hoc impedimentum statutum est propter indecentiam, quam secum trahit matrimonium cum consanguinea in primo gradu illius, qua cum sponsalia contraxisti: hæc autem indecentia semper oritur, quoties constat publicè, sponsalia valida fuisse, tamen de facto irrita sint. Vnde, cum Concilium dicit, ex sponsalibus, quacunque ratione valida non fuerint, non contrahi hoc impedimentum; intelligendum est verbum, *quacunque ratione*, quæ cognoscitur, & scitur.

At mihi magis placet opinio negatiua, quam tenent Hurtadus *de matrim. disput. 21. difficult. 1. num. 4.* Coninch *disp. 32. dub. 5. num. 69.* Rebellius *lib. 3. quest. 14.* Quia Concilium generaliter dixit, ex sponsalibus quacunque ratione inualida fuerint, nullum impedimentum contrahi: ergo absque fundamento restringitur ad ea, quæ sunt publicè inualida: alia neque ex sponsalibus validis omninò occultis impedimentum oriretur, siquidem nulla indecentia esset in tali contractu cum consanguineis sponsæ. Quapropter non est spectanda indecentia publica, quæ apud homines oritur; sed quæ oritur spectato ipso contractu.

Et idè Pater Perez *de matrim. disput. 32. sect. 2. num. 2.* absolute asseruit, impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, quod ex sponsalibus oritur, tantum oriri ex sponsalibus cum determinata persona, ac certa; & ex absolutis, siue in principio, siue postea impleta conditione, & tantum ex validis, & non ex nullis, siue ex defectu consensus, siue ob aliud quod impedimentum, quauis occultum: prædictumque impedimentum publicæ honestatis esse perpetuum, nec dissolui morte alterius, nec mutuo consensu, nec quia alter resiliuit. Ita ille: quibus omnibus addit Texedam *tom. 1. lib. 2. tract. 2. contr. 21. num. 9.*

Sed nota hic obiter: Dato casu, quòd sponsus de facto contraheret cum sorore sponsæ suæ de præsentis, dico, quòd tenetur ad priorem redire: si autem coniunctio carnalis accederet cum secunda, tunc neutram potest accipere uxorem: non priorem; quia obstat affinitas; non posteriorem; quia impedit publicæ honestas. Sin verò cum posteriore contrahat sponsalia, ea nulla sunt; proinde quæ cum priori contraxit, solum sunt valida.

Nota secundò: Ex sponsalibus conditionatis nullum oriri impedimentum publicæ honestatis, donec conditio fuerit impleta; quia tum demum incipiunt esse vera sponsalia: consurgit autem, si coram Parocho, & testibus contractum fuerit conditionaliter matrimonium: quia hoc habet vim sponsalium, vsque dum adimpleta fuerit conditio; nam postea ex illo matrimonio oritur affinitas. Et hæc omnia docet Opatouius *de Sacram. tract. de matrim. disp. 4. quest. 7. num. 31.*

An ex matrimonio clandestino oriatur impedimentum publicæ honestatis?

RESOL. LIII.

AD hoc dubium sic respondet Ioannes Præpositus *in 3. par. 9. 7. de impedim. dirim. dub. 14. num. 123.* an enim: [Petes, an ex matrimonio clandestino oriatur hoc impedimentum, vbi Tridentinum receptum est? Rebellius *3. part. de obligat. post lib. 4. sect. 5. num. 102.* ponit Congregationis declarationem in hæc verba: *Præsupposita declaratione per Constitutionem S. D. N. Pij V. super hoc decreto, censuit Congregatio oriri hoc impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de præsentis etiam nulliter contractis, omissa forma Decreti Concilij Tridentini, cap. 1. huius sessionis.* Respondetur non videri oriri: & dico, hanc declarationem non videri ita certam, quam etiam plures alij Collectores non habent. Certè si tale matrimonium, ne quidem vim sponsalium de futuro fortiat, non potest ex hoc capite impedimentum oriri. Non oritur etiam iure antiquo ex matrimonio inualido; cum nullo Canone, vel etiam consuetudine, de qua constet, hoc impedimentum oriat ex matrimonio irrito. Nec etiam oritur iure Trident. quòd nullibi in Tridentino extat huiusmodi constitutio.

Dices: Pius V. videtur declarasse hoc impedimentum oriri ex matrimonio inualido, ut patet ex Constitutione *Ad Romanum. edita anno 1568.* quæ refertur *ital. 1. lib. 4. Septimi Decretalium, cap. 2.* Respondetur negatiuè: solum enim in genere statuit, & declarat, dispositionem *cap. 3. editi Concilij Trident.* non intelligi de matrimonio nondum consummato, sed solum de sponsalibus de futuro: impedimentum verò ex matrimonio rato oriri iuxta dispositionem antiquorum Canonum.

Ex dictis patet, hoc impedimentum publicæ honestatis non contrahi ab infidelibus. Vnde, si quis sponsalia in infidelitate cum aliqua contraxisset, eaque obisset ante matrimonium consummatum, conuersus posset eius sororem in uxorem accipere. [Hucusque Præpositus, cuius sententiam tenet etiam Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 70. n. 13.*

Verùm contrariæ sententiæ adhæret Pontius *de matrim. lib. 7. cap. 35. ad finem.* & Hurtadus *disp. 21. difficult. 1. num. 7.* Quia matrimonium clandestinum non est nullum absolute

absolutè ex defectu consensus; ille verò solùm potest dici non esse legitimus; quia est inter personas inhabiles ex lege, & statuto Concilij Tridentini, ob defectum solennitatis presentie Parochi, & testium. Unde non est nullum matrimonium ex defectu consensus, sed ex defectu legitimisationis. Sicut ob eandem rationem oritur tale impedimentum ex matrimonio nullo ex defectu ætatis, quia non est nullum ex defectu consensus; sicut est matrimonium factum ex metu, aut errore personæ, aut in furia, in quo deficit omninò consensus planè voluntarius, ac liber. Et idè hanc sententiam contra Sanchez, & Præpositum, tenet etiam nouissimè Castrus Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. 10. n. 3.* ubi ita asserit: [Non videtur audiendus Sanchez, asserens, ex matrimonio rato celebrato absque Parocho, vel testibus nullum impedimentum nasci; quia neque speciem habet contractus. Quippe prædictus contractus nullus non est ex defectu consensus, sed ex defectu solennitatis, à Concilio requisitæ. At textus in cap. unico, de sponsalibus, in 6. decidit, in sponsalibus, vel matrimonio nullis ex quacunque causa præter defectum consensus hoc impedimentum publicæ honestatis oriri; ergo ex prædicto contractu nullo, necessario oritur. Referuntque Farinacius, Barbosa, & Rebellius decisum fuisse à Sacra Congregatione in hæc verba: *Præsupposita declaratione per Constitutionem Pij V. super hoc Decreto (scilicet sess. 24. c. 3.) censuit Congregatio oriri impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de presenti etiam nulliter contradicis, ommissa forma Decreti Concilij, sess. 24. c. 1. & constat ex cap. Ad audientiam, de sponsalib. ubi existente matrimonio nullo ob impedimentum consanguinitatis, oritur publicæ honestas.* Ita ille: cui adde doctum, & amicissimum Patrem Martinum Perez de *matrim. disp. 32. sect. 3. n. 3.*

An ex adoptione imperfecta oriatur impedimentum cognationis legalis.

RESOL. LIV.

NOrandum, adoptionem duplicem esse: Alta enim est imperfecta, quæ arrogatio dicitur, qua adoptatus transit in potestatem adoptantis, ideòque arrogari non potest, qui sui iuris non est, sitque hæres necessarius adoptantis, etiam ex testamento; & tantùm sit autoritate Supremi Principis: Altera verò est imperfecta, seu simplex, qua adoptatus non transit in potestatem adoptantis; quia per eam assumitur in filium ille, qui est sub potestate sui patris carnalis; & non est eius hæres necessarius ex testamento, sed tantùm ab intestato, & fieri potest autoritate Magistratus inferioris Principis.

Hoc supposito, affirmatiuè respondet Tolerus *lib. 7. c. 4. n. 7.* Hortadus *disp. 19. difficul. 2. num. 3.* Villalobos in *Summa, tom. 1. tract. 14. difficul. 8. num. 8.* Pontius *lib. 7. c. 41. n. 2.* Rebellius *lib. 3. q. 7. num. 15.* Castrus Palaus *tom. 6. disp. 4. punct. 9. num. 9.* & alij penes ipsos. Et ratio est: quia, licet adoptio, ex qua adoptatus non transit in potestatem, & familiam adoptantis, vocetur imperfecta, id est, minùs perfecta, quàm arrogatio; atramen in se vera, propria, & perfecta adoptio est; sicque communiter appellatur, vt colligitur ex §. *Adoptio. instit. de adoptionib. & l. Adoptiuum. ff. de Ritu nuptiar.* At textus ex iure canonico, in quibus cognatio legalis impedimentum asseritur, de adoptione absolute loquuntur, vt videre est in cap. *Ita diligere. c. Per adaptionem 30. qm. 3.* & cap. unico, de *cognat. legali*; ergo absque fundamento firmo restringitur cognatio legalis, vt solùm procedat in arrogatione. Lex namque absolute loquens, absolute intelligenda est; nec distinctionibus eius efficacia minuenda, vt inquit textus in l. *Non distinguemus. 8. cum similib. ff. de recept. arbit.*

Verùm, negantem sententiam satis etiam probabilem esse existimo, quam tuetur Sanchez *lib. 7. disp. 63. num. 9.* Coynch *disp. 32. n. 44.* Ochagavia *q. 58.* Layman *lib. 5. tract. 10.* Antonini Diana, Pars I X,

par. 4. c. 7. n. 3. Perez de *matrim. disp. 30. sect. 2. num. 6. & 7.* quibus omnibus adde Texedam *tom. 2. lib. 4. tr. 2. contr. 21. n. 14.* Ratio est: quia adoptio ista imperfecta, est dispositio quædam ad perfectam adoptionem, vt bene D. Thomas in *4. dist. 42. art. 1. ad 2.* ergo ex illa non nascitur hæc cognatio. Probo consequentiam: quia, cum huiusmodi impedimentum aduersetur matrimonio, restringendum est, vt solùm ex adoptione perfecta oriatur. Accedit etiam quia, vt dictum est, per imperfectam adoptionem non transit persona adoptata in potestatem adoptantis, nec succedit in eius bona; imò nec persona adoptans tenetur ei quotam aliquam bonorum partem in testamento relinquere.

Nec obstat dicere, adoptionem imperfectam esse viam, & dispositionem ad perfectam, sicut & Catechismus ad Baptismum: ergo, sicut per Baptismi Catechismus contrahitur cognatio quædam spiritualis imperfecta, quæ solùm impedit matrimonium, vt constat ex cap. *Per Catechismum, de cognat. spirit. in 6.* & per prædictam adoptionem imperfectam. Nam responderetur, esse disparem rationem; quia in Catechismo est expressus textus id decidens, non verò in adoptione imperfecta. Nec potest ex rationis similitudine induci matrimonij impedimentum: aliàs esset quoque dicendum, ex solo exorcismo oriri quoque impedimentum impediens, eò quòd sit dispositio ad Baptismum. Displicet verò mihi id, quod asserit Texeda, hanc opinionem esse omninò veram: nam affirmatiuam existimo probabiliorem, & inter Iuristas, vt obseruat Villalobos, magis receptam.

Notandum est etiam hîc, quòd, licet secundum communem sententiam, adoptio dirimat in linea recta, vsque ad quartum gradum descendentiũ; id est, inter adoptantem, & adoptatam, eiusque adoptatæ posteros vsque ad quartum gradum; non tamen ascendentiũ: nihilominus nouissimè Lessius in *3. par. D. Thoma, cap. 10. de Sacram. matrim. dub. 9. n. 176.* existimat, probabile esse, post Concilium Tridentinum hoc impedimentum solùm dirimere vsque ad secundum gradum inclusiuè; sicut cognatio spiritualis. Ita quidam Doctores Salmanticenses, & Henricus *l. 2. de matrim. c. 12.* Quod confirmatur: quia, si cognatio spiritualis, quæ maius est vinculum, & insolubilius, dirimit solùm vsque ad secundum gradum; cur non idem dici queat de cognatione legali, quæ similis est cognationi spirituali? præsertim cum non habeamus Canonem, quo contrarium exprimat.

Quid per modicum tempus intelligatur in Responsionibus Sacra Congregationis ad Decreta Urbani VIII. de celebratione Missarum.

RESOL. LV.

FVit à Sacra Congregatione sic quæsitum: *Decimo super quinto eiusdem Congregationis Decreto, quo inter cetera statuitur in hæc verba: Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant: alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblati, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c. Queritur, an hoc Decretum prohibeat absolute, quominus accipiant nouas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt, & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?*

Responsum verò fuit ita à Sacra Congregatione: *Ad decimum respond. Non prohiberi absolute; ac propterea, etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.*

Sed dicta verba explanans Peyrinus *de priuileg. tom. 3. Constit. 9. Urbani VIII. fol. mibi 381.* sic ait: [Per modicum tempus hîc intelligo spatium trium annorum, quo spatio terminantur

terminantur Officia, ut plurimum Regularium; cum enim hæc Decreta sint odiosa, attentata præsertim Mendicantium paupertate, debent ita interpretari, ut minus lædant, quam fieri potest: & cum, quid sit modicum tempus, arbitrium sit, ut docent Tuschus *lit. T. concl. 37. n. 11.* Menochius *de arbit. lib. 2. casu 31. n. 5.* idè per modicum tempus hîc intelligo spatium trium annorum; seu omninò remittendum esse Iudicis arbitrio, considerantis circumstantias loci, temporis, personarum, &c. Ita ille.

Verùm talem expositionem, quòd modicum tempus in dictis verbis Sacræ Congregationis intelligatur spatium trium annorum, omninò reiiciendam esse existimo. Nam doctus Pater Thesaurus *in praxi, par. 2. verb. Missarum onera, c. in fine*, existimat, spatium octo, vel decem dierum, & non ultra, intelligi per modicum tempus. Ego verò cum Ledesma, & Villalobos, ut, me citato, obseruat Lezzana *tom. 4. verb. Missa, n. 39.* putavi spatium 50. aut 60. dierum ad plurimum esse modicum tempus.

Vnde ex his apparet, opinionem Peyrini, tanquam laxam, & improbabilem reiiciendam esse. Nec putent Lectores nostram sententiam non esse satis benignam: nam Pellizzarius *in Man. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 9. sect. 3. n. 72.* me citato, & Eminentiſſimo Cardinali Lugo, sic ait: [Iudicio supradictorum Authorum modicum tempus censebitur spatium 50. aut 60. dierum; notabile autem tempus erit, quod excedit tale spatium. Verùm hæc doctrina, licet sit valde rationabilis in casu, quo supradictus numerus Missarum vni, ac eidem promittatur ex stipendio; cum sic præsumatur cedere iuri suo, & esse contentus tali dilatione, utpote sciens ab vno Sacerdote non posse dici tot Missas, nisi tanto temporis interuallo; in casu tamen, quo illæ plures Missæ petantur à diuersis, & quidem non scientibus illum Sacerdotem esse aliis multis Missis oneratum; non videtur talis doctrina ita facile admittenda, (idque ob rationes adductas §. *precedenti*), nisi Sacerdos præmoneat petentes se iam esse obligatum ad tot, vel tot Missas, & nihilominus petentes alias Missas ab eo exigant: nam sic præsumuntur cedere iuri suo, & consequenter non poterunt conquiri de dilatione. Quamquam, nisi Missa petatur pro aliqua instanti necessitate, iudicio prudentis, non patiente moram; probabile sit, Sacerdotem sine dicta præmonitione posse se simul obligare ad 15. aut 20. Missas, etiam à diuersis petitis ex stipendio; & hoc ex interpretatiua voluntate ipsorum petentium.] Ita Pellizzarius.

His tamen non obstantibus, me citato, nouissimè nostram sententiam approbat doctissimus Hieronymus Garcia *in Summ. mor. tract. 3. difficult. 10. dub. 8. n. 4.* sic asserens: [Solo pues está la dificultad en señalar al tiempo, que ha de pasar, para que sea pecado mortal la omisión de las Missas. Los Legistas in l. *Si cum dies. ff. de recept. arbit. ad verba Papiniani: Si intra modicum tempus dederit penam*, &c. disputan qual sea *modicum tempus*, y comunmente responden, teste Menochio *de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 8. n. 10. ad finem*, que se ha de estar à juyzio de buen varon, considerada la materia, y calidad de las personas: y assi en vna decision de la Rota *in causa Bononiensi* (teste Marchino *vbi supra, n. 5.*) se resoluió que le era lecito al Sacerdote recebir nuevas cargas de Missas, si dentro de vn mes podria cumplir con las ya recibidas de otras, si ya las Missas no pidiesen mas breuedad. Otros Iurifconsultos lo estienen à dos meses, y se colige *ex Canon. Præsentium. 7. q. 1.* donde no se llama ausente el, que por enfermedad faltò dos meses à la Iglesia. Lo mismo consta del Concilio Tridentino *sess. 23. de reform. cap. 1.* & *sess. 24. cap. 12. de reform.* donde se llama *modicum tempus*, quando falta dos meses vn Canonico al Coro, luego segun esta cuenta parece, que podra tomar vn Sacerdote hasta 60. Missas de vna vez, y las Iglesias, proporcione seruata, segun tuuiere Capellanas; saluo quando son por algun caso occurrente. Costan con esta doctrina Ledesma, Villalobos, Diana, Lugo, y à este modo, proporcione seruata, podran los Con-

uentos encargarse de mas, ò menos cantidad, segun el numero de los Sacerdotes que tuuiere. En la Religion de Santo Domingo ay ley, que no reciban los Religiosos de vna vez mas que 50. Missas. En nuestra Religion ay precepto riguroso, que no se reciban Missas sin registrarlas al Prelado, diziendole las, que tiene por dezir, para que no cargue mas de las que puede cumplir en dos meses à los mas largo.] Hæc ille.

An Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem absoluedi, & dispensandi in casibus papalibus, quos potest absoluedi, & dispensare Episcopus ratione alicuius impedimenti? Et quid de Regularibus, vel de priuilegio Bullæ Cruciatæ.

RESOL. LVI.

Quoad primum affirmatiuè respondet P. Bossius *de iurisd. Episcop. discept. 1. dub. 8. n. 49.* & rationem colligit ex his, quæ dixit *in tract. de triplici Iubilei priuilegio, sect. 3. casu 2. §. 3. n. 60.* Vicarius enim generalis est propriè Ordinarius in tota Diœcesi, & habet eandem iurisdictionem ordinariam, quam habet Episcopus; & cum eodem Episcopo constituit vnum Tribunal, & idem Consistorium: ergo, cum dicta facultas absoluedi impeditos à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non sit delegata, sed ordinaria, ut ex ipso iure in sacris Canonibus *supra* allegatis; sed annexa muniti, & iurisdictioni episcopali; competet etiam Vicario generali. Confirmatur: quia saltem in his, quæ spectant ad forum Pœnitentiæ, & animæ, vbi Vicarius generalis non excluditur, comprehenditur nomine Episcopi, Quapropter Concil. Trident. *sess. 24. c. 6. de reform.* concedens Episcopo facultatem dispensandi, & absoluedi in foro conscientie à casibus, & censuris papalibus occultis; excludit Vicarium generalem, nisi specialiter deputetur ab Episcopo. Ex quo sumitur probabilis coniectura, quòd in aliis casibus sit permissum Vicario generali absque alia speciali deputatione: quia exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, ut tradunt Doctores citati *in d. tract. sect. 1. casu 10. §. 1. num. 8.* & constat ex cap. *Dominus, 32. q. 7. c. 2. de coniug. leprosf.* Et hanc sententiam, ex Bonacina, probabilem esse putat noster Leone *de censur. recollect. 2. n. 894. in fine.*

Verùm ego magis adæreo negatiuæ sententiæ, quia huiusmodi facultas specialiter Episcopo conceditur, ratione suæ dignitatis, & officij: ergo, nisi specialiter delegetur, non censetur concessa: nam in generali concessione, seu commissione, non veniunt specialia, quæ non esset Episcopus verisimiliter concessurus, cap. *Cum in generali, de officio Vicarij, in 6.* & cap. *2. de pœnit. & remiss. in 6.* Ita Sbroz. *de Vic. lib. 2. cap. 180.* Grassus *de effect. Clerici, effect. 9. num. 181, 182.* & ita sentire videntur etiam Panormitanus *in cap. Decetero. de sent. excom. Syluester verb. Absolutio, 4. n. 5.* dum dicunt, hanc facultatem absoluedi impeditos non competere Prælati Episcopo inferioribus.

Vnde nouissimè hanc sententiam tenet Quintanadueñas *tom. 1. tract. 9. sing. 1. n. 6.* vbi loquens de Regularibus, ait posse quidem virtute priuilegiorum dispensare in casibus, qui ex ordinaria solum iurisdictione, vel à iure, vel consuetudine Episcopo competunt absoluedi; non verò in iis, qui ratione vrgentis necessitatis, ut docent Enriq. *lib. 6. de Pœnit. c. 14. n. 7.* Manuel *in Cruc. §. 9. n. 118* & Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. n. 9.* Et licet hæc iurisdictione sit Episcopo ordinaria, quia non ex Principis priuilegio inest personæ, sed perpetuè dignitati, vel officio; & idè eam, utpote talè; potest ille delegare, etiam generaliter, ut ex pluribus Doctoribus probat Sanch. *sup. n. 14. ad 17.* contra alios; non idè absoluedi est casus episcopalis, exercitiū huiusmodi potestatis dispensandi in casu grauissima necessitatis, sed potestatis: quia

quia Pontifici absolute, & Episcopo secundum quid, seu ratione necessitatis competit: & ita Vicarius eius ex generali commissione sibi concessa dispensandi in impedimentis, hanc facultatem non habet, nisi ei sit specialiter commissa, ut cum aliis docet Sanchez n. 12, Nuntius vero Apostolicus, ut pote Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest hanc subdelegare. Ita Quinotana duenas,

Sed nota, quod in ordine ad Regulares, contrariam sententiam probabilem putat nouissimè doctus Pater Leander à Murcia ad c. 9. Regula D. Francisci, quest. 8. n. 16, ubi sic ait: [Prouable es; que pueden los Confessores Regulares dispensar en los votos, que aunque por razon de la materia sean reservados al Papa, por alguna circunstancia de necesidad urgente, y causa justa, o por otras semejantes, pueden dispensar en ellos los Señores Obispos. Esta sentencia tienen los Autores de la primera opinion, y se proua: porque los Sumos Pontifices conceden facultad à los Confessores Regulares para dispensar en todos los votos reservados à los Obispos; los reservados al Papa, supuestas las circunstancias referidas, dexan de ser reservados à el, y quedan reservados por derecho ordinario à los Obispos; luego pueden absolver los Regulares dellos. La mayor es cierto, y la dexemos prouada en la quarta conclusion. La menor, en quanto à que los dichos votos, quando concurren las circunstancias de necesidad, y impossibilidad, en la persona que hizo el voto de recurrer al Papa, y de urgencia, y causa justa para la dispensacion, los puedan dispensar los Obispos, ea comun de los Doctores y que quedan reservados à los Obispos por derecho ordinario, se proua: porque por derecho diuino, si bien subordinado al Sumo Pontifice, tiene el Obispo en su Obispado tanta autoridad, como el Papa en toda la Iglesia, como comunmente tienen los Doctores alegados por la quarta conclusion; luego este derecho es ordinario en el Obispo, y la reservacion extraordinaria, y especial; y assi boluendo à el este derecho; y cessando por las circunstancias dichas la reservacion al Papa, no le buelue cosa especial; que no tuuiesse por derecho diuino; luego si los Sumos Pontifices conceden à los Regulares, que puedan dispensar en todos los votos, que pueden los Obispos, y en los dichos casos, por razon de las dichas circunstancias, pueden dispensar por derecho proprio, y ordinario, por el mismo caso podran lo mismo los Confessores Regulares.] Ita ille.

Sed ego prorsus puto, non esse recedendum à sententia negante hanc facultatem Regularibus, per ea, quæ dixi in par. 6. tract. 6. resal. 50. contra Crouserum cum Sanchez, Fagundez, Suarez, Henriquez, Rodriguez, & aliis, quibus nunc addo Mirandam in Manual. Prælat. q. 48. num. 4. Pontificum de matriman. lib. 8. cap. 10. num. 11. Barbosam de potest. Episcop. par. 2. allegat. 37. n. 14, & Castum Palaum tom. 3. tract. 15. disp. 2. punct. 12. num. 7. ubi nobiscum firmat, Regulares mendicantes, & reliquos, quibus comparatione secularium concessa est facultas, vota episcopalia dispensandi, vel commutandi; dispensare, vel commutare nullatenus posse vota reservata in casu necessitatis urgentis. Quia illa vota non desinunt esse reservata; eò quod Episcopis competant in casu urgentis necessitatis ex benigna Pontificia interpretatione: sicut non desinunt esse casus reservati, eò quod in articulo mortis eorum absolutio concedatur. At his Regularibus solum conceduntur vota, quæ iure ordinario sunt episcopalia, & non reservata; secus quæ extraordinario iure, & per accidens Episcopis competunt, & verè reservata sunt. Ergo, &c.

Et hanc sententiam procedere etiam virtute privilegij Bullæ Cruciatæ existimo, per ea, quæ notat Trullench in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 5. num. 10. & doctissimus Pater Bardi part. 2. tract. 7. cap. 2. sect. 5. §. 13. n. 136. Qui rationem diuersam ab aliis adducit; nempe, ex diuersitate, quæ reperitur inter potestatem ordinariam, & delegatam: potestas enim delegata non extenditur ultra casus illos, qui sunt concessi, quanuis ponatur summa necessitas in casibus non

concessis; nam ad æquarum obiectum talis potestatis, cum sint casus concessi, nequit ipsa ampliari ad casus non concessos; ut sic enim egrederetur limites sui ad æquati obiecti, quod est impossibile: sed quoad potestatem ordinariam res non ita se habet; quia ipsa, cum ex sua natura ad omnes illos extenderetur, nisi fuisset limitata; seu nisi fuisset à sua efficacia impedita; idcirco quando tales circumstantiæ concurrerint, in quibus limitatio illa redundaret in detrimentum spirituale proximorum; tunc in illis circumstantiis casus, circa quem versabatur limitatio, seu reservatio, relinquitur sub ordinaria potestate Episcopi, & hoc per quandam explicitam, seu tacitam voluntatem Summi Pontificis. Ex quo non valet inferre in illis circumstantiis absolute, & simpliciter casum non esse reservatum; quia tunc etiam manet sub reservatione, & solum est sub potestate Episcopi ex quadam benigna interpretatione voluntatis ipsius Pontificis reservantis, qui cum sit vniuersalis Pastor, præsumitur intentione habere subueniendi, quibus, quando necessitas occurrit; & quia hic, & nunc occurrit necessitas dispensandi in tali voto; & dispensatio fieri nequit ab ipso met Pontifice; ne fideles remedio sint destituti, conueniens fuit, ut in his circumstantiis Pontifex non reseruaret sibi votum in ordine ad Episcopum; sed illud relinqueret sub potestate ordinaria Episcopi; manente tamen reservatione quoad alios inferiores; cum nulla sit moralis necessitas, ut in prædictis circumstantiis reservatio etiam tollatur respectu inferiorum; Sed hæc omnia procedunt, non solum in ordine ad priuilegium Bullæ; sed etiam in ordine ad priuilegia Regularibus concessa; ergo, &c. Vnde ex his ego in facti contingentia consului, non potuisse Regulares, sed Episcopum dispensare; ut matrimonium contraheret, non expectata Pontificis dispensatione, iuuenis quidam, voto Religionis, & castitatis astrictus, qui violauerat virginem, & ad reparationem honoris illius, matrimonium necessarium erat, & à cognatis impediendum erat, si dispensatio pontificia expectaretur.

An post unam hebdomadam possit idem Confessorius commutare penitentiam, nullo de nouo Sacramento ministrato?

R E S O L. LVII.

Negatiuè respondet Castus Palaus tom. 4. tractat. 22. disput. unica, punct. 21. §. ult. num. 14. Nam (ait ipse) si demus à peccatis absolutum, penitentiamque susceptam, à præsentia Confessoris discessisse, iudicium illud omnino finitum est: nihil enim tali iudicio deficit. Ergo; neque Confessarius postmodum penitentiam iniunctam mutare nulla denuò Confessione facta; sicuti non potest nouam absolutionem concedere. Nam ea noua penitentia; imposita ad præcedentem Confessionem pertinere non potest; quippe ea Confessio absque relaxatione ad hanc nouam penitentiam completa fuit, non solum essentialiter, sed etiam integraliter. Requiritur ergo ad penitentia; mutationem, quod intra eandem Confessionem fiat; quia tunc non mutatur, sed primò imponitur; vel si finita Confessione; absolutione suscepta, & penitentia perfecte iniuncta mutanda est penitentia; denuò Confessio faciendus est; & absolutio concedenda, tamen si intra horam hæc mutatio contingat.

Sed ego non discedo à sententia affirmatiua; quam doctus cui, & me citato, docet Pater Auerfa de Sacrament. penit. q. 13. sect. 8.

Nota etiam hic obiter, supradictum P. Palaum ubi supra §. 13. docere, ad commutationem penitentia; faciendam ab alio Confessario, opus esse ipsum agnoscere, & iudicare peccata, saltem præcipua, ob quæ imposita ab illo fuit. Ratio est: quia eatenus mutare penitentiam potest ab alio Confessore iniunctam, quatenus potest eandem causam iudicare. At si peccata, ob quæ fuit penitentia imposita, sibi

non manifestentur, ne quis illa iudicare, Ergo ne quis peccatis incognitis penitentiam mutare. Præterea inconsulte penitentiam subrogates, nesciens peccata, in quorum vindictam subroganda est. Et ex his soluitur ratio oppositæ sententiæ. Non enim sufficit, quod obligationem penitentis agnoscas, sed opus est, ut cognoscas, & iudices causam illius obligationis; quia ne quis penitentiam sacramentalem nouam constituere eisdem peccatis, nisi ea peccata sacramentaliter iudices; quod præstare non potes absque illorum cognitione, & penitentis confessione. Quando idem est Confessarius, ad quem ob penitentiam mutationem accedis, & memoria retinet peccata, ob quæ imposta fuit, sit est vnica verba ea omnia subiicere, dicens, te denuo seculari de peccatis prius confessis, & Confessario præcedenti Confessione manifestatis.

Sed, cum sit casus satis practicabilis, quia quotidianus, pro contrarium tenent: & hoc, præter alios, nonissime tenet Marchant. in *Tribun. Sacram. tom. 1. tract. 4. tit. 7. qu. 6.* ubi sic ait: [Potes, an teneatur penitens aperire Sacerdoti illi posteriori peccata, ob quæ penitentia, siue satisfactio prior est imposta? Affirmant nonnulli, maxime si penitentia medicinalis sit, & præseruatua à peccatis. Respondedo ego, non teneri; sufficit enim penitenti allegare rationes, cur hæc penitentia sibi sit nimis gravis, aut importuna; & quare illius commutationem, vel dispensationem postulet.

Ratio est: quia in hac commutatione, vel dispensatione non agitur de peccato, ob quod imposta est penitentia, vel de iustitia, quia imposta est; sed de infirmitate, difficultate, vel minori opportunitate, ac interdum impossibilitate penitentis ad illam implendam, ob quam iuste commutari potest. Quinimò ad prudentiam Confessarij spectat, ut quando aduertit, penitentem multis penitentis implicatum, quas tamen abest, ut adimpleat, quin penitentias penitentis augeat, nec persoluat, etiamsi se bonæ voluntatis affirmit; ad prudentiam (inquam) spectat, etiam non postulantem liberare à tantis vinculis, quibus imprudenter se aggregauit, & quorum ratione in pericula multarum transgressionum se coniecit.

Dices primo; Qui penitentiam in sacramentali Confessione primo imponit, debet qualitatem delicti cognoscere, & considerare; ergo etiam ille, qui primam penitentiam commutat, vel dispensat. Respondedo, negando consequentiam. Commutatio enim, vel dispensatio principaliter non respicit peccatum, sed penitens facultatem, siue eius, ad implendum opus iniunctum, potentiam; vel impotentiam, hæc est enim sola ratio commutationis, vel dispensationis. Adde, in commutatione tantum spectari debere proportionem, quæ potest esse inter penitentiam primam iniunctam, & illam, in quam sit commutatio; non autem proportionem inter peccata, propter quæ est imposta penitentia; quia illa iam transierunt in rem iudicatam; & supponitur Confessarius primus peccatorum qualitatem sufficienter examinasse; unde hic debet haberi sola ratio causæ, aut commutanda sit, quæ (ut dixi) non tam peccatum respicit, quam potentiam, vel impotentiam penitentis in satisfaciendo. Similiter, in dispensatione solum attenditur, aut totalis impotentia penitentis ad soluendum, aut consideratur, quod aliis modis penitentiam iniunctam adquerit, vel adquerit. Quod autem aliqui scrupulose in eo, quod penitentia prior esset data, non tantum in satisfactionem, sed etiam in medicinam, & præseruationem, Respondendum est, rationem medicinæ præseruativæ per accidens satisfactionem afficere, & ex eo capite magis esse condilij, quam præcepti, & à Confessario, quia Medicus est, non quia Iudex, procedere. Quinimò, cum illud opus satisfactorium redditum sit penitenti, aut nimis graue, & periculosum, ratione suæ infirmitatis, & fragilitatis, aut forte etiam impossibile, ratio remedij, vel præseruationis, quæ operi inerat; eo ipso cessare censetur. De quo non debet inquirere secundus Confessarius, nisi consulatur; cum plu-

ra possint occurrere alia remedia penitenti absque eo, quod obligatione ad repetenda, & alteri manifestanda peccata semel ritè confessis, & absoluta, oneretur, quæ est gravissima obligatio, & onus importabile.] Hucusque Marchant, cui ego omnibus adharéo. Qui etiam *ibidem* petens, quando penitentia sit adimplenda, sic ait: [Quæritur secundò, quando teneatur penitens satisfactionem sibi in Sacramento impositam, adimplere, Sed clara responsio est; si enim Confessarius tempus certum determinauerit, illo tempore est adimplenda; si minus, iudicio prudenti relinquatur, & vix in dilatione peccati contingit, nisi grauis negligentia deprehendatur, & tunc peccatum tantum veniale ordinariè committitur.] Ita ille.

Narra etiam cum eodem Marchant, *tractat. 6. tit. 3. qu. 3. concl. 1.*, quod ut satisfactio conseatur imponi in Confessione, non est necesse, ut quis in loco iudicij, siue confessionali sedeat, tanquam Confessionem auditurus; sed sufficere, ut actus sint sacramentales; nimirum, ut Confessarius, tanquam Confessarius, penitentem sua peccata proponentem sacramentaliter audiat; & ut penitens sua peccata sacramentaliter proponat Confessarij iudicio, sacramentaliter resoluenda. Explico, penitens, ubi Confessarius à confessionali recessit, oblitus est penitentiam impositam, aut forte Confessarius ex obliuione oblitus est imponere. Accedit penitens, ut Confessarium super penitentia, vel non imposita, vel oblita conueniat; non est necesse, ut Confessarius ad confessionale reuertatur, aut alia cæremonia utatur, ut sedendo, &c. ad hoc, ut cum iam recessit à confessionali, iudicet penitentem penitentiam impositam, aut immutet; sed sufficit, ut penitens innuat, se habere aliquid pertinens ad Confessionem; & Confessarius, ut actum sacramentalem suscipiat, & resolutionem velut in Sacramento donet, Ratio est; quia istæ cærimonie non sunt de essentia, vel substantia huius Tribunalis; & alijs ad vitandam aliquam verecundiam breuiter per actum sacramentalem potest Confessarius supplere, quod obliuione omissum est in Confessione primaria, siue fuerit ex sua parte, siue ex parte penitentis.] Ita ille, quæ omnia satis firmat auctoritas Patris Leanderi *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. qu. 101.*, asserentis, posse etiam secundum Confessarium commutare penitentiam extra Confessionem, licet contrarium magis probabiliter cum multis alijs *alibi* docuerim, ut idem Leander aduertit.

Nota etiam cum Castro Palao *ubi supra*, §. 4. num. 13, quod si singulis mensibus obligatus sis communicare, non peccabis mortaliter, si sex, vel octo dies Communionem distuleris, præcipue si aliqua, etsi leuis, occasio huius dilationis se obtulerit. Deinde addit, obligatus ieiunare, v. g. feria sexta, si omittat ieiunium eo die, intentione transferendi in sequentem, non excedere culpam venialem, ob materiæ leuitatem.

Et tandem non desinat hæc adnotare, Amicum in *Cur. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 5. dub. 2. num. 58.* docere, [quod si penitens probabiliter dubitat, se penitentiam post aliquod tempus adimplere non posse, teneatur, cum primum commode potest, illam adimplere, ne Sacramentum relinquat imperfectum. Si verò non dubitat, potest illam per annum differre; nam tandiu potest illam differre, quandiu non teneatur per nouam Confessionem ad nouum Sacramentum penitentiam accedere.] Ita ille, me citato: & me etiam citato, Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. qu. 89.* qui asserit, plures Theologos Salmanticenses docuisse, penitentiam sacramentalem posse per annum differri. Et omnia in hac resolutione obseruata sedulo notat Confessarij; quia sæpius in praxi solent accidere, & in alijs Doctoribus non ita facile inueniunt.

An seclusa consuetudine, si adesset alicubi, possit
Episcopus in eadem die conferre minores si-
mul cum Subdiaconatu.

RESOL. LVIII.

Negative respondent quatuordecim Doctores, quos
Nicias, & sequitur Sanchez in *Opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 53. num. 2.* quibus ego addo Reginaldum in *praxi tom. 2. lib. 30. cap. 5. num. 270.* Ioan. Baptistam de Fabris in *Manual. de Sac. Ordinis, cap. 8. num. 13.* & Layman *lib. 5. tract. 9. cap. 8. num. 7.* ubi sic ait: [Non est permissum, ut simul eidem Ordines minores, & Subdiaconatus conferatur, ut satis colligitur ex *cap. 2. de eo, qui furtim Ordines recepit.* & Tridentino *sess. 23. cap. 11. & 13.* Et accedit Ecclesiarum consuetudo vim legis habens.] Ita ille, & alij communiter, vnde ante factum semper Episcopis hanc sententiam consulendam esse arbitror.

Sed, quia contrariam sententiam affirmatiuam satis probabilem existimo; idem sentio, post factum non esse dammandum Episcopum: si in illam in praxi sequutus fuerit. Hanc affirmatiuam opinionem ante omnes solide firmavit ingeniorum Phoenix, Pater Gabriel Vasquez in *3. part. D. Thoma, tom. 3. disp. 246. cap. 5. n. 47. & 48.* & post illum Pater Gaspar Hurtado de *Sac. Ordinis, dif. 23.* Pater Ioannes Præpositus in *3. par. D. Thoma, q. vn. de Sac. Ordinis, dub. 15. n. 151.* Pater Castrus Palaus *tom. 4. tr. 27. punct. 13. num. 5.* & Pater Baunyus in *Theolog. mor. tom. 1. tract. 7. quest. 11. §. Quinto.* omnes viri doctissimi ex Societate Iesu, quibus ex Religione Clericorum Regulatum adde Patrem Molfesium in *Summa, tom. 1. tract. 2. c. 14. n. 3.* & Patrem Leonem de *cons. recollect. 6. num. 582.* Vide etiam Villalobos in *Summa, tom. 1. tract. 11. diffic. 12. n. 7.* cuius verba inferius apponam, & Marchinum de *Sacram. Ordinis, tract. 1. par. 7. cap. 1. num. 13. & 14.*

Probat hęc sententia ex responsionibus ad argumenta contraria: vnde ad primum adductum à Layman, Sanchez, & alijs, desumptum ex authoritate *cap. 2. de eo, qui furtim*, &c. Respondeo cum Vasquez, & alijs ubi supra, in illo capitulo solum punitur, ut irregularis, vel, ut alij volunt, ut suspensus, qui acceptis minoribus Ordinibus, postea furtim, & contra mandatum Episcopi Subdiaconatum in eodem die, aut ieiunio suscepit; quod nos etiam fatemur. Sed non sequitur ex hoc, quod Episcopus, si velit, non possit in eodem die minores Ordines, & Subdiaconatum conferre; & in tali casu ordinatus nec suspensionem, nec irregularitatem incurreret: quia non susciperet minores Ordines, & Subdiaconatum a se temerario, ut dicit Pontifex in textu; sed volente, & consentiente Episcopo. Quod etiam patet, ut obseruat Pater Leo, & Marchinus de *Sacram. Ordinis, tract. 1. par. 7. cap. 1. num. 17.* ex titulo, sub quo sitatur dictus textus, videlicet, *De eo, qui furtim* (& sic contra ordinantis voluntatem) *Ordinem suscepit.* Quod etiam notauit Glossa *ibi*, & Gauantus in *Manual. Episcop. verb. Irregularitas, n. 42.* & etiam docet Rebuffus in *praxi benef. tit. de Clericis ad sacras Ordines male promotis, gloss. 1. num. 18.* Castr. Pal. *tom. 6. disp. 4. punct. 10. §. 1. num. 8.* & Lessius in *3. par. D. Thoma, cap. 6. de irregular. dub. 3. num. 50.* Dicendum est itaque, textum adductum ex *cap. 2. de eo, qui furtim*, non facere pro sententia negatiua: quia hæc duæ propositiones non sunt contrariæ: *Potest licite Episcopus eodem die conferre minores Ordines cum Subdiaconatu: &, si quis furtim, contra mentem Episcopi, in eodem die sumis Ordines minores, & Subdiaconatum, in suspensionem incurrat.* hæc, inquam, duæ propositiones sunt ambæ veræ, & stare simul possunt; & idem, sine fundamento ex secunda deducitur contrariam contra primam: non enim valet hoc argumentum: Pontifex docet in *cap. 2. de eo, &c.* iumentem Ordines minores cum Subdiaconatu in eodem die furtim, & contra

mentem Episcopi, incurrere suspensionem. Ergo Episcopus in eodem die non potest conferre Ordines minores, & Subdiaconatum, & in tali casu ordinatus incurrit suspensionem. Neganda est enim hæc consequentia, ut recte negauit illam Vasquez, & alij Doctores superius citati: nam primum determinant quidam Canones, secundum verò minime: neque hoc ex illo recte inferitur, & sequitur. Non est igitur tollenda potestas sacris Antistitibus, & pœna ordinatis imponenda sine textu claro, & rotundo.

Notandum est etiam hęc, quod Syluester *verb. Ordo. 2. quest. 7.* & alij, adducunt ad firmandam primam sententiam c. *Litteras*, & cap. *Dilectus de temp. Ordinis.* sed male: nam, ut recte obseruat Vasquez *loco citato*, ibi solum sermo est de duobus Ordinibus sacris; & præcipitur, ne in eodem die ab eodem recipiantur. Canones autem, *Qui aliquo. 51. dist. & Quis in Ecclesiasticis. dist. 36. & Si qui Episcopi. 1. quest. 1.* qui allegantur etiam à Syluestro, de hac re non loquuntur, sed de alio malo genere Ordinationis.

Ad secundum argumentum adductum à Layman, & desumptum ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 13. & 11.* Respondeo cum Hurtado de *Sacram. Ordinis, difficul. 23. quod in cap. 13.* Concilium præcipit, duos Ordines sacros in eodem die non esse conferendos: ergo neque Episcopus potest dare in eodem die Ordines minores, & Subdiaconatum. nego consequentiam, ut negauit Vasquez supra, respondens ad cap. *Litteras.* & cap. *Dilectus de temp. ordinat.* præcipientes id, quod Tridentinum supra præcipit, nempe, duos Ordines sacros non esse dandos in eodem die.

Ad cap. verò 11. Concilij, respondeo, quod, ut legitibus patet, nihil in eo de hac re definitur: loquitur enim ibi textus, ut obseruat Turrianus de *consuris, lib. 5. disputat. 46. dub. 1.* & Suarez de *consuris, disput. 31. sect. 1. num. 41.* sicut loquutus erat Pontifex in *cap. 2. de eo, &c.* nempe, de suscipientibus, non autem de Ordinante: vnde potius res ista in *d. cap. 11.* arbitrio Episcopi relinquatur, ut notat Marchinus de *Sacram. Ordinis, tractat. 1. par. 7. cap. 1. num. 14.* Qui Episcopus dispensando in interstitiis, poterit, ut docet Castrus Palaus, *ubi supra*, eodem die minores Ordines, & Subdiaconatum conferre, & ita factum fuisse in Hispania testatur. Vnde Villalobos in *Summa, tom. 1. tract. 11. difficul. 52. num. 7.* ita asserit: [Tambien se adierte, que dispensando el Obispo en los intersticios, podra dar los Ordines minores con la Epistola, que el Concilio solo prohibe, que se den los Ordines mayores iuntos.] Hęc ille.

Ad tertium argumentum, quod Layman, & alij adducunt, responderet Vasquez, talem consuetudinem non esse introductam, ut vim legis habeat: & ita testatur ipse se vidisse aliquos Episcopos, minores Ordines cum Subdiaconatu in eodem die ministrasse. Quod etiam, ut visum est, testatur Castrus Palaus, Et idem Pater Ioannes Præpositus in *3. part. quest. unica de Sacram. Ordinis, dub. 15. num. 151.* sic ait: [Probabilius censeo, primam Tonsuram posse conferri eodem die cum minoribus Ordinibus, imò & minores cum Subdiaconatu; quia iura in contrarium citari solita, de hac re non agunt, neque vlla est consuetudo contraria, vim legis obtinens, & obligans.] Ita ille. Et sic remanent soluta argumenta Layman, & aliorum, adducta in confirmationem negatiuæ sententiæ.

Patet igitur ex supradictis, sententiam afferentem, posse, scilicet, Episcopum in eodem die ministrare Ordines minores cum Subdiaconatu; & sic ordinatum nullam incurrere suspensionem, esse satis probabilem. Sed de hac questione, supposita consuetudine, ego alibi egi, & me citato, nouissime agit Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 11. quest. 13.*

TRACTATUS SEPTIMVS. MISCELLANEVS.

An Regularis professus, loquens cum Nouitio absque Magistri licentia, peccet mortaliter?

RESOL. I.

Affirmatiue respondet Peyrinus *Comment. in Regul. Minim. cap. 2. §. 3. quest. 5. num. 13.* vbi sic ait: Mortaliter peccant Professi, qui Nouitios alloquuntur extra presentiam Magistri, vel contra eius voluntatem: quia hoc est contra Constitutionem Pontificum in re graui, contra morem, & consuetudinem omnium Religionum, in quibus vivitur cum disciplina, presentiam nostram, eo modo, quo de alloquendis Moniales dixi *cap. 2. privileg. Constitut. 6. Py V. n. 36.* Imò addo, etiamsi loquantur cum illis verba vitæ æternæ, vt conuincit locus Constitut. *quod cit. ibi: Et varia percipi documenta virtutum.* Sic enim usurpant sibi Magistri iurisdictionem contra Preceptum Pontificum in *Constit. 10. cit. §. 93.* Paruitas tamen materiæ, quæ maneat in sua paruitate, excusat à mortali. Ita ille: sed sine aliquo fundamento: Constitutio enim pontificia, quam adducit in *dicto §. 93.* non facit ad rem: nam primò, vt ipse paulò *infra, n. 36.* asserit in *dicto §. 93.* loquitur Pontifex de superioribus in ordine ad regimen Nouitus, Deinde dicendum est, verba ibi appositæ, esse directiua, non præceptiua, vt ipsemet paulò *infra, n. 18.* probabiliter, me citato, de omnibus Institutionibus Nouitiorum in dicta Constitutione contentis, fateretur. Quare ergo in nostro casu nunc dixit in *§. 93. dictæ Constitutionis*, continere præceptum peccati mortalis? Non videtur loqui consequenter. Et ad exemplum de Monialibus, est dispar ratio, imò fuit necessarium, vt Sacra Congregatio explicaret, an Regularis colloquendo cum Moniali peccaret mortaliter, vt de facto decreuit sub die 1. Iulij, 1606. Et ego peto à Peyrino, si ipse loco citato, in *Constit. 6. Py V.* docuit, quòd si quis Religiosus declaret aliquem casum conscientie Moniali, non peccat mortaliter, non obstante dicto Decreto Sacre Congregationis, quare peccabit mortaliter Professus cum Nouitio loquendo, vt ipse ait, verba vitæ æternæ? Dicendum est igitur, malè facere Professum cum Nouitio loquendo absque Magistri licentia; sed non peccare mortaliter, vt vult Peyrinus, seclusis illis circumstantiis.

An coniuges, qui communi consensu votum Religionis emisserunt post contractum matrimonium, peccent mortaliter prima vice consummando?

RESOL. II.

Negatiue respondet Texeda *cap. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 12. num. 109.* Quia, quando ambo coniuges communi consensu votum post matrimonium initum omiserunt Religionis, quando illud prima vice post votum factum consumment, possunt tandem matrimonio consummato, votum implere ex communi placito ad Religionem transgendo, sicut antea: nam per consummationem non facti fuerunt inhabiles ad Religionis ingressum.

Nec obstat dicere, quòd si vnus solus coniux post matrimonium ante eius consummationem votum fecit Reli-

gionis, si prima vice consummet, peccat mortaliter: quia per illam consummationem factus est impotens ad implendum votum: ergo, si ambo coniuges, etiam ex communi placito, post matrimonium contractum ante eius consummationem, prima vice consumment, peccant mortaliter; quia efficiuntur impotentes ad implendum votum. Respondeo, negando consequentiam. Ratio est: quia coniux, qui post matrimonium initum Religionem vouit, tenetur implere votum, vt votum est. Si autem prima vice consummet, manet impotens ad implendum votum, siue petendo, siue reddendo, & contra votum consummando fecit, ideo peccauit mortaliter: quando coniuges autem ex communi placito, post matrimonium initum, votum fecerunt Religionis, per illam primam consummationem non facti sunt impotentes ad implendum suum votum, cum ex vtriusque consensu possint Religionem ingredi, & idè non est eadem ratio vtriusque.

Verum mihi magis placet sententia Coninch *de Sacr. disp. 34. dub. 7. num. 57.* adhibita distinctione: si enim vnusquisque voueat Religionem dependenter ab alterius in Religionem ingressu, non peccant matrimonium consummando: quia nemo obligatus fuit Religionem ingredi, nisi altero ingrediente. Quòd si vterque nolit ingredi, vterque liber est ad obligationem: siquidem defecit conditio ad voti obligationem necessaria. At, si vnusquisque voueat Religionem, non quidem dependenter ab alterius in Religionem ingressu, sed dependenter ab eius voto, eò quòd promiserit Religionem ingredi, si alius similem præstiterit promissionem, promissione ab vtroque facta, quilibet tenetur Religionem ingredi, est, alius non ingrediatur: quia appositæ fuit conditio ad obligationem voti requisita. Quo casu manifestum est, vtrunque mortaliter peccare, matrimonium consummando, cum exponantur euidenti periculo votum non exequendi; vel quia alter nolens Religionem intrare, compartem cogit ad secum cohabitandum, vel, quia ex copula habitæ redduntur impotentes ad ingressum, si fortè filius concipiatur.

Verum, si post consummatum matrimonium, Religionem ex mutuo consensu voucant, nemo tenetur Religionem ingredi alio non ingrediente, nisi fortè vxor senex sit, & de incontinentiæ periculo minimè suspecta. Quo casu solum peccat ille, per quem stat, quominus votum impleatur, alius nempe impotentia excusatur. At si nolens ingredi moriatur, vel occasionem diuortij dederit, alter obligatur ingredi, si Religioni aptus sit. Quandiu verò non ingrediuntur, copulæ vacare possunt, nisi periculum sit concipiendi, ob quam causam impediuntur à Religionis ingressu: sicut hæc omnia notauit Coninch *disp. 34. dub. 7. n. 63.* & consensit Basilius *lib. 10. c. 5. n. 20.*

Sed, si aliquis hæc querat, an qui castitatem vouit, diuortio legitime facto, possit coniugi adulteræ reconciliari? Sanchez *lib. 9. disp. 35. num. 28.* asserit, prædictum votum castitatis non impedire, quin vouens coniugi adulteræ reconcilietur, illique debitum reddat; sed quòd nunquam fuerit factum de debito non reddendo, sed non petendo: quippe censendum est factum iuxta presentem statum, in quo nequaquam obligari poterat ad non reddendam. Hæc inquam, sententia mihi nullo modo probatur, aliàs sic vouens absolute castitatem, posset mortua coniuge aliud matrimonium inire, quòd Sanchez non concedit. Signum ergo

go est sub voto comprehendisse eam castitatem, quam sine praeiudicio coniugis præstare posset; atque adeò obligari tunc ad non petendum debitum, tum ad non reddendum, quando licetè abstinere à redditione potest, tum ad non contrahendum matrimonium coniuge mortua, ut recitatur Coninch *dicitur disput. 34. dub. 6. num. 50.* Basilius Ponce *suprà*, n. 19. quibus adde Castrum Palaum *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 7. n. 9.*

An difficultas grauis in alendis filiis excuset à reddendo debito?

R E S O L. III.

Negativam sententiam docet Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 12. num. 129.* Primò, quia filiorum multiplicatio spectat ad præcipuum matrimonij finem, & ad conseruationem, & dilatacionem speciei, quam natura ipsa præterdit, & ad quam naturali propensione inclinatur, imò & propter quam matrimonium institutum est, ut constat ex illis verbis Genes. 2. *Crescite, & multiplicamini.* ergo priuare naturam specificam tanto bono, negando debitum, iniustum est, & absque mortali culpa nequit fieri. Secundò, quia multò melius est, proli, ex tali coitu nascituræ, ut uiuat inops, quàm quòd absolutè non sit, cum melius illi sit esse, quàm non esse: ergo ob paupertatem à parentibus præsumptam, quæ fortassis non eueniet, non est proles, quæ nascitura erat ex tali maritali congressu, priuanda uita, & esse. Tertio, quia debitum negare ob multiplicationem filiorum, opponitur immediatè prouidentia Dei, & arcibus, imò & consiliis eius: quia, cum de uolatilibus cælicuram habeat, multò magis de creaturis rationalibus, quatum est Pater, specialiter illam habebit. Quarto, quia suscipere prolem ex matrimonio, est magnum bonum, cui quocumque coniugum incommodum postponendum est.

Obicitur in aliis debitis excusat magna soluendi incommoditas, & difficultas: ergo illa excusabit etiam in solutione debiti coniugalis coniugem pauperem. Respondeo, concessio antecedente, negando consequentiam: quia habere prolem ex matrimonio, est magnum bonum, quod præponderat quibuscumque incommodis coniugum, præcipuè quia ex pauperibus coniugibus solent filij procreari, etiam cum paupertate parentum, qui sunt gloria, & magna commoditas eorum, & Religionis Christianæ decus, & ornamentum.

Præterea, idque mihi persuadet ad asserendum, horum Authorum sententiam veram non esse: quia, experientia teste, uideamus multos filios ex magna paupertate natos, & ex parentibus pauperrimis erectos esse ad magnas dignitates, factòsque esse opulentissimos, & idèd parentes, quantumuis pauperes, non debent diffidere ob multiplicationem filiorum de prouidentia Dei; sed in misericordia eius sperare, exercendo actum iustitiæ, qualis est sibi ad inuicem debitum reddendo: nam ex negatione debiti ob adductam causam sequi possunt multa peccata incontinentiæ ex parte uiri, imò ex parte etiam foeminae; atque omitto multas rixas, & contentiones, quæ inter coniugatos ob eam causam oriri possunt. Hæc omnia Texeda, cui adde Rebellium, Coninch, Layman, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 10. n. 9.*

Verùm ab obligatione reddendi debitum sub graui culpa excusare difficultatem grauem parentum in alendis filiis, si multiplicentur, asserunt Sotus *in 4. distin. 32. q. unica, artic. 1.* Rodriquez *Summa tom. 1. cap. 243. concl. ... Sà uerb. Debitum, num. 18.* Quinimò Petrus de Ledesma *de matrimon. quest. 64. art. 1. in fine.* Sanchez *lib. 9. disput. 25. num. 3.* Gaspar Hurtado *disp. 10. de matrimon. difficul. 12. n. 54.* & alij censent, cessante incontinentiæ periculo, nullam culpam, nec ueniam committi in prædicta negatione. Muentur: quia ab aliis debitis soluendis excusat magna in-

commoditas & difficultas, cur ergo ab hoc debito non excusabit? Præterea non teneris debitum reddere, si probabiliter times aliquod graue damnum tibi, vel proli obuenturum: at, si proles nascatur, graue tibi, filiisq; natis damnum imminet; siquidem cogeris ex eleemosynis emendicatis uiuere. Ergo, &c.

Dicendum est itaque hæc posteriorem sententiam satis probabilem esse, quidquid asserat Texeda: nam debitor non tenetur satisfacere creditori cum notabili suo detrimento, quando in creditore nullum simile, vel maius detrimentum timetur: ergo coniux non tenetur comparti debitum reddere, quando ex actu coniugali ea sequeretur prolium multiplicatio, ut parentes eas non possent alere; id enim est grauamen parentum, qui proles tenentur alere. Dixi, *quando in creditore*, &c. cum enim eo casu debitor teneatur suo creditori satisfacere, sequitur, quod in præsentem non liberaretur à redditione debiti, si in petente subesset morale periculum incontinentiæ, ut tradunt Authores citati, & passim alij: cuius ulterius ratio est, quòd incommodum in facultatibus excusans debitorem à persoluendo debito, non tam oriatur ex rei natura, quàm ex quadam tacita creditoris concessione, qui, uidelicet, non præsumitur uelle suum creditorem ita grauare, quæ tacita concessio non potest præsumi, quando ipsemet creditor æquale, vel maius detrimentum incurreret ex dila-tione solutionis. Ex quo patet, quòd quando in petente subesset periculum pollutionis, non posset prudenter præsumi consentire, ut illi petenti actus coniugalis negari possit.

Ex qua ratione facillè potest colligi, parte exigente debitum sub stricta obligatione, illud negari non posse, non obstante incommodo alicuius paupertatis in reddente: si enim solùm oriatur ex tacita creditoris uoluntate, quòd in tali circumstantia debitor non teneatur reddere, non potest excusari, quando de contraria uoluntate manifestè constat: quia tamen Authores in casu paupertatis parentum, absolute loquuntur, nec se fundant in illa tacita petentis uoluntate, propter eorum auctoritatem non est improbabile, quòd liceat negare debitum, etiam exigenti obligationem, modò in petente absit periculum pollutionis.

Ex quo uidetur deduci, quòd si nobilis non possit alere multas proles sine notabili status detrimento, seposito periculo pollutionis in comparte, non teneatur ei petenti debitum reddere. E contratio communes pauperes non uidentur excusari à reddendo debito, eò quòd proles sint multiplicandæ, quas alere nequibunt, cum neque patiaturs status detrimento ex multiplicatione prolium, neque difficultas in proliibus alendis uideatur ualde ponderanda, cum pane mendicato uiuere possint. Et hæc omnia docet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thoma, quest. 6. de bonis matrimony, dub. 6. num. 48.* cui adde Martinum Perez *de matrim. disp. 50. sect. 4. num. 6.* His tamen non obstantibus, concedo, opinionem negativam esse satis probabilem.

An coniux sanus teneatur reddere debitum coniugi amenti, si iste ad aliam accessurus sit?

R E S O L. I V.

AD hoc dubium respondet Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 12. num. 134.* ubi sic ait: [Si roges, an in casu adducto coniux sanus teneatur reddere debitum coniugi amenti, si petat. In qua difficultate affirmat Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 25. n. 11.* teneri debitum reddere, præcipuè si credat, ex negatione debiti coniugem amentem ad aliam accessurum. Cæterum omninò dicendum est cum Soto *in 4. dist. 32. q. unica, art. 4.* non teneri debitum reddere coniugem sanum amenti petenti: quia actus illo petendi non est humanus, neque deliberatus, neque amenti debet aliquid imputari ad culpam.] Ita Texeda.

Sed ego opinioni Sanchez adhaerco, quam tenet etiam Hurtadus *de matrim. disp. 10. diff. 12. num. 55.* Copinch *de Sacram. disp. 34. dub. 9. num. 79.* Caltrus Palau *par. 3. disp. 3. punct. 4. §. 4. num. 18.* Dico itaque, nunquam coniugem sanæ mentis, per se loquendo, teneri coniugii rationis vsu ob amentiam destituta, debitum reddere, etiam in illis casibus, in quibus id facere possit. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia vsus dominij non potest esse in subiecto, quod hîc, & nunc est incapax vsus rationis, sicut nec ipsum dominium potest esse in subiecto incapaci rationis; ergo talis amentis inualidè exigit debitum; quia hoc est vsus dominij, & consequenter alter non tenetur reddere. Firmatur: quia quanuis amentis retineat dominium; attamen dominio, & iuri naturali matrimonij tantum correspondet obligatio reddendi ei, qui exigit, ut homo est, seu actu humano, quia exigenti dormienti non est reddendum; amentis autem non exigit, ut homo, Quare, sicut amentis amittit ius ad suorum honorum administrationem; ita ad vsum matrimonij, ita ut exigens non obliget per se, & ex natura rei. Per accidens autem erit obligatio, si ex defectu redditionis accessurus sit ad aliam, aut se polluturus sit: quia tunc recta actio exigit, ut valde exigenti debitum reddatur, quanuis non petat, ut homo, quia non potest. Vnde ad evitanda grauiora mala, quandoque sanus tenetur amenti petenti reddere. Et hæc omnia, præter Doctores citatos, tenet Martinus Perez *de matrim. disp. 49. sect. 6. n. 7.*

Quod si redditio debiti amenti noxia sit, pensanda est qualitas damni, ut inde colligatur, an sub graui, vel sub veniali culpa debeat coniugis sanæ mentis à redditione abstinere, uti nouit Basilius Ponce *lib. 10. cap. 14. in fine.*

Notandum est etiam hîc, vxorem rationis compotem posse à viro insano debitum petere; quia petit copulam sibi debitam, qua, ob defectum iudicij in altero coniuge, priuari non debet. Quod aded verum est, ut etiam si adsit periculum, quod insanus extra vas seminet, non tenetur coniugis sanæ mentis à debiti petitione abstinere; quia illa effusio est præter eius intentionem, neque illi, ut potest suo iure utenti, tribuenda est, sicut docuit Sotus *in 4. d. 34. q. unica, art. 4. ad finem corp.* Pertus de Ledesma *q. 58. art. 3. dub. 2. in resol. ad 3.* Henriquez *lib. 11. c. 15. n. 4. & 10.* Sanch. *disp. 23. n. 7.* Coninch *dub. 9. concl. 6. n. 79.* Et de hoc casu in facti contingentia Panormi consultus fui.

Non nego tamen, quando ambo coniuges sunt amentes, esse separandos, ne carnaliter coniungantur; & peccare mortaliter, qui eos ad copulam incitaret. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia, tamen si eiusmodi amentes non peccent, defectu libertatis; at, qui eos copularet, concurreter ad euidens periculum malæ educationis proles, & ad illius damnum, cum careret parentibus, qui eam educare possent, ac instruere: ergo grauius peccaret. Quo argumento manifestè euincitur, peccare mortaliter eos, qui duos amentes non coniugatos ad copulam incitarent: quia grauius esset proles dampnum, quam si mentis compotes essent. Quare illi, quibus amentium custodia demandata est, tenentur niti, ne congregiantur; sicut tenentur curare, ut abstineant ab aliis malis, & damnis inferendis.

Ex his sequitur, quid dicendum sit de coniuge ebrio, dum vsu rationis priuatus est: dico enim non teneri per se, & ex natura rei coniugem sui compotem reddere ei debitum. Patet ob dictam rationem: quia non petit actu libero, & sicut nec amentis. Per accidens autem tenetur reddere, ratione periculi incontinentiæ in ebrio, si fortè esset. Addo, si uterque coniugis ebrius esset, licere concubitum inter illos: cuius contrarium diximus de amentibus. Ratio enim disparitatis est manifesta: nam in amentibus id non licet propter damnum proles educandæ, quod damnum cessat in ebriis: hi enim breui ad se redeant, & ided proles non destituitur parentibus, qui eius curent educationem.

An Religiosi dimittentes Habitum, ad aliquam honestam representationem faciendam in Monasterio inter ipsos peccent venialiter? Discutuntur etiam plures casus circa dimissionem Habitum regularis.

RESOL. V.

Afirmatiuam sententiam docuit Peyrinus *de Relig. sub. 197. n. 2. q. 1. c. 26. §. 1. n. 1.* Sed postea in *Commentariis Asceticis ad Reg. Minim. c. 3. §. 5. q. 2. n. 3.* se retractauit: sic enim allegit: [Nota, quod, accedente causa rationabili, licet Habitum dimittere; causæ autem rationabiles sunt, ad vitandum periculum vitæ, vel scandalum Infidelium, ut in *c. Deus, qui de vita, & honest. Cler. seu etiam causa iocose leuitatis ad ludum aliquem exercendum, ad piscandum, vel ad sciendenda ligna, vel ad fabricandum panem, ut exemplificat Trullus; seu ut exemplificat Sylo. verb. Habitum, q. 2. n. 3. & verb. Excom. 9. n. 53.* in honesta recreatione, ut si Minimus Habitum Dominicanum indueret, &c. Vnde videntur excusari etiam à veniali Religiosi Habitum histrionum induentes ad aliquam honestam representationem faciendam semel in anno, quicquid dixerim *loco cit. subd.* quia non videtur, neque leuis dimissio, quæ sit honestæ recreationis causa, cum dictæ recreationes actu virtutis eutrapeliæ sint: & ita videtur sentire Syluester *verb. Habitum, n. 3.* & Fallaxellus *in notab. priuileg. c. 34. verb. De dimittentibus Habitum.*] Ita Peyrinus.

Sed magis cautè loquitur in hac quæstione Pater Lexzana *in Summa qq. Regular. tom. 1. cap. 13. num. 5.* ait enim, quod [dimittere Religiosum suum Habitum, etiam in Monasterio, & indui veste fœminæ propter ludum latuarum, vel aliquam Comœdiam faciendam, quidam dicunt esse peccatum mortale. Si tamen fiat ob honestam recreationem, eutrapeliæ, vel alium honestum finem, debitisque pensatis circumstantiis, quantum est ex se, & sua natura, non erit peccatum, saltem mortale: licet semper sit periculosum, propter infirmitatem, & corruptionem naturæ.] Sic ille. Et de hac materia vide Baldellum *tom. 1. lib. 3. disp. 33. n. 15.* & Pellizzarium *in de Monial. c. 7. num. 44. & 45.* qui videntur docere, supradictos Religiosos peccare venialiter.

Verùm, quia hîc incidit sermo de dimissione Habitum regularis: quæro, an, si illum dimittant Patres Societatis Iesu, incidant in pœnas à iure latas, in cap. 2. *Ut periculosa, ne Clerici, vel Monachi.* in 6. Et negatiuam sententiam tenet Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 7. sect. 1. num. 8.* vbi obseruat, quod cum præfatum cap. 2. loquatur de Professis dimittentibus Habitum suæ Religionis, quasi supponens, Religionem illam habere peculiarem Habitum, per quem à reliquis discernatur, & Societas Iesu non habeat proprium Habitum, sed utatur Habitum communi accommodato vsui Patriæ, in qua existit, ut constat ex eius Constitutionibus *p. 6. cap. 2. §. 15.* per consequens Religiosi Societatis, non videntur subiaci dictæ censuræ, si dimisso Habitum religioso sine iusta causa induant sæcularem; (quicquid sit de peccato, quod committunt in tali dimissione;) adeoque in cap. illo 2. non comprehenduntur omnes omnino Religiosi; cum Professus Societatis sint verè Religiosi, & tamen in eo non comprehendantur. Ita Sanctus in terminis, *num. 70.* alique docti viri à Societate contra Bonacinam *qu. 2. de claus. par. 2. n. 24.* oppositum sustinentem ex eo, quod Religiosi Societatis, sicut ratione status Religiosi gaudent priuilegiis Regularium, sic debent subiacere oneribus eorundem; quasi verò non possit quis frui commodis alicuius Communitatis, etsi non sentiat omnia onera illius; præterquam quod Religiosi Societatis subsunt aliis multis oneribus status Religionis, obseruantiz suæ Regulæ, &c. Ratio nostræ responsionis est, quod in pœnis non est facienda extensio, neque ob identitatem, neque

neque ob maiorem rationis, ideoque lex pœnalis debet explicari, iuxta proprietatem, verborum quibus exprimitur, illam non extendendo à casu expresso ad non expressum: hinc cum in cap. 2. citat. excommunicatio feratur contra temerè dimittentes Habitum suæ Religionis, & ea, seruatâ verborum proprietate, non possit extendi ad dimittentes Habitum, qui non sit suæ Religionis; sequitur, illam non extendi ad Religiosos Societatis, utpote non habentes peculiarem Habitum, qui dici possit suæ Religionis.

Sed mihi magis placet opinio affirmatiua, quam tuetur ex eadem Societate Iesu Pater Castrus Palaus tom. 3. tract. 16. disput. 4. punct. 6. num. 2. putat enim in dicto c. 2. *Ut periculosa*. Religiosos Societatis comprehendere: quia esto non habeant Habitum vnicum, & specialem, quo in omni loco vti debeant, tenentur tamen vti Habitu honesto Clericorum illius regionis; ergo, si hunc dimittunt, & sæculari veste induuntur, proprium Habitum suæ Religionis dimittunt. Aliàs, si sub dicto Decreto Societatis Religiosi non comprehenduntur, non committunt per se vllam culpam temerè Habitum deponentes, & sæcularem induentes, cum iure naturali Habitum religiosi dimissio; stante firmo proposito non retrocedendi ab statu, prohibita non sit. Quod certè durum est, & vagandi materiam satis aptam præbet, & licet textus loquatur de Professis, id fecit gratia frequentiori vsu: & quia eo tempore nullus erat Religiosus à Nouitiis distinctus, qui tacite, vel expresse professos non esset. Et ideo ex his omnibus vtranque sententiam probabilem esse puto.

Quarto secundo, an, si quis retento Habitu Religionis propriæ, sæcularem induat, ut si incognitus incidat, incidat in pœnas. Affirmat Sanchez in *Summ. tom. 2. lib. 6. c. 8. n. 63*. Quia illa occultatio, licet non sit materialis Habitum dimissio, est vera, & formalis: siquidem ea facta tollitur ab Habitu esse signum cognoscituum Religiosi status, ad quem significandum ille Habitus materialis assumitur, Aliàs si retento interiùs habitu, eoque occultato, possis excommunicationem dimittentibus Habitu imponitâ fugere, faciliè legem prohibentem dimissionem eluderet. Ergo, &c.

Sed Pater Suarez de *Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. c. 5. n. 12. & de cens. disp. 23. sect. 4. n. 33. & 34. Sayrus de censur. lib. 6. c. 33. n. 9. & 10*, cum aliis negatiuæ sententiæ adhaerent. Et ratio est: quia in cap. 2. non quælibet occasio vagandi prohibetur, sed quæ fit per dimissionem religiosi Habitum. At occultans Habitum non illum dimittit, sed potius retinet, occultum tamen. Neque est verum, occultantem Habitum dimittere signum Religiosi status; non enim illud dimittit, sed dissimulat, & celat; ergo pœna imposita dimittentibus non debet extendi ad occultantem. Neque item est verum, ex hac occultatione finem legis eludi; non enim ita faciliè Religiosus incidere potest incognitus retento Habitu, ac illo dimisso. Deinde lex pœnalis ad summum extendi potest ad casum sublata verborum forma comprehensum; at occultatio habitum non continetur sub dimissione, sed potius est illi opposita: Ergo.

Quid sentiam, dicam breuiter. Primam opinionem Sanchez existimo probabiliorē, sententiam verò. Suarez, tanquam probabiliorē, admitto: at in peccatum graue sic facientem, incidere non est dubitandum. Solùm hic de vitanda excommunicatione loquimur.

Notandum est etiam hinc, Regularem, qui dimisso Habitu, manet intra Clausuram proprii Monasterij, non incurtere in censuram. Ita Doctores, quos citat Sanctarellus de *Apostasia, cap. 1. num. 14*. Verùm, secundum Castrum Palaum, *vbi supra, num. 10*. contrariâ sententia omninò tenenda est, scilicet, hunc Religiosum excommunicationi subici: quia absolute dimittit Habitum suæ Religionis, ex qua dimissione per se nascitur occasio vagandi; esto, per accidens vagatio impediatur: sicuti si dimittentem extra Clausura habitum recluderet in carcerem, reclusio im-

pediret vagationem; sed non impediret, quin dimissio præberet occasionem vagandi. Et ita tenet Syluester *verb. Excommunicatio, 9. casu 24. num. 54. quest. 5. Nauarr. cap. 27. num. 131. Azorius lib. 12. cap. 17. quest. 15. Sayr. de censuris lib. 3. c. 33. n. 11. Sanchez lib. 6. Sum. cap. 8. n. 61*. vt procedat tantùm cum Religiosus se oculis videntium ostendit; sed si se occultare procurat: quia dum se occultat, non videtur animum habere vagandi. Hæc tamen limitatio non placet Sancio, neque Azorio *q. 13. & 14. & merito*, quia text. in d. c. 2. non attendit, an Religiosus oculis intuentium pateat, seque illis offerat; sed, an occasionem assumat se offerendi incognitum, & per Orbem vagandi, quod certè præstat Habitum dimissione. Sed, his non obstantibus, negatiuam opinionem probabilem putat Pellizzarius *num. 19*.

Sed quæres, an detur paruitas materiæ excusans à dimissione Habitum? Et affirmatiuè respondent communiter, & ideo excusant Habitum dimissionem à peccato mortali, & ab incurrenda censura, si breui tempore duret, scilicet, per horam: quia illa momentanea duratio præstat, ne censetur depositio moralis dimissio; sicuti non censetur recedere, qui breui reuertitur. *l. Dinortium ff. de dinort. Sic Etoman, Sà verb. Excommunicatio reseruata, n. 9. Tolet. lib. 4. Sum. c. 18. num. 3. Azorius 1. part. instit. moral. 12. cap. 13. quest. 5. casu 16. Sanchez lib. 6. cap. 8. num. 57*.

Sed hanc excusationem non admittit Palaus *loc. cit. n. 11*. eo enim ipso, quod Habitum deponis, animo occultandi statum, & incidendi incognitus, præstat totum id, quod in supradicto textu requiritur ad censuram contrahendam: dimittis enim tuæ Religionis Habitum, & expeditur recederis vagationi. Perseuerare autem in dimissione non petitur in textu: & merito, quia perseuerantia non facit dimissionem, sed dimissionem factam continuat, & extendit.

Verùm primam sententiam admittit nouissimè Leander à Murcia *cap. 19. ad cap. 2. Regula D. Francisci, §. 1. n. 37*. Imò, & plus addit: sic enim ait: [Ni tam poco incurro en la dicha descomunion el, que toma otro Habito, ò vestido, per tam breue espacio, que propriamente no se pueda dexar (moralmente hablando) que dexo el fuyo: de donde se sigue, que el, que le dexò temerariamente por breue tiempo, como para saltar, ò correr, ò tirar la barra, dexò el Habito por vn hora, y aunque fuesse por vn dia, non incurria en la descomunion, aunque pecaria venialmente.] Ita ille.

At secundum Partem Lezzanam *tom. 1. c. 13. n. 10*, cum, qui Habitum regularem mutat in habitum sæcularem, si ferid id faciat, & vt pro illo tempore sæcularis appareat, etiam si tempus breue sit, probabile est, peccare mortaliter, & incurtere excommunicationem adductam. Ratio est: quia talis mutatio, quantumuis pro breui illo tempore facta, videtur materia grauis, & habere notabilem deformitatem repugnantem statui religioso.

Verùm post hæc scripta inueni satis latam opinionem Texedæ circa dimissionem Habitum in Monasterio: sic enim asserit in *Theol. mor. tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 6. dub. 1*, [Sed, quid dicendum est de Religioso, qui intra priuatus Monasterij parietes Habitum non desert? Tenent Azor. *tom. 1. inst. mor. lib. 12. cap. 13. q. 5. & c. 17. q. 10. & Sanchez Sum. lib. 6. n. 61*. excommunicationem incurtere: quia, cum textus absolute loquatur, absolute interpretandus est: & ideo, inquirunt illi, de dimittentibus Habitum quouis modo; ita vt quouis modo Religiosus illum dimittat, incurrat hanc excommunicationem.

Cæterùm dicendum est, hunc Religiosum excommunicationem non incurtere. Quia per quamlibet Habitum dimissionem non incurritur ista excommunicatio, sed per temerariam: Religiosus enim, qui intra sui Monasterij parietes Habitum dimittit, non temerè illum dimittit, sed causa alicuius curiositatis id facit: & quantumuis textus absolute loquatur, intelligitur tamè iuxta hunc tenorem. Vnde, cum illa Habitum dimissio non fiat ex contempnu, sed ex causa rationabili, vel apparenti, non dicitur temeraria dimissio, vt per illam incurrat excommunicatio: aliàs si Religiosus

Religiosus in cella Habitum exueret, & per Dormitorium ambularet calor causa, vel alicuius alterius, esset excommunicatus, quod est falsum. Imò existimo, quòd quanvis is Religiosus intra Monasterij parietes Habitum dimittat, & se ostendat secularibus, adhuc excommunicationem non incurrere, esto, seculares cognoscant, illum esse Religiosum illius Religionis: quia talis Habitum dimissio non est temeraria, nec ad vagandum ordinata. Et idèd non incurrunt excommunicationem Religiosi, qui pro aliquo Festo celebrando in Comodis gerunt vices personarum, etiam si totam secularibus representent intra Monasterium: quia illa Habitum dimissio non est temeraria, nec ad vagandum, nec ex contemptu legis.

Si roges primo, an dimissio Habitum ad breue tempus, videlicet, per horam, incurrat excommunicationem? Dico, Religiosum Habitum dimittentem per dimidiam horam, non per horam, non incurrere hanc excommunicationem: quia ratione parue miserie, sicut excusatur à peccato mortali, ita ab incursione censura: nam dimissio Habitum per unam horam cum animo statim illum reassumendi, pro non dimissione reputanda est.] Hucusque Texeda.

An homicida extractus violentè ab Ecclesia à parentibus occisus, si superueniat Curia secularis, & captus, debeat adhuc gaudere immunitate?

RESOL. VI.

Negatiue respondet nouissime, nixus autoritate Patris Suarez, Regens Sanfelicius tom. 2. decis. 286. n. 5. & distinguendum putat, si iudex misit alterum, qui, tanquam priuatus amicus falsus, illum deciperet, vel inimicè vim inferret, tunc sine dubio non potest capere illum: quia actio principalior est iudicis, & idèd ipse tenetur Ecclesie restituere: si verò ipse nihil cogitando de priori iniuria, eum inuenit extra Ecclesiam, potest sine dubio illum capere, & contra illum procedere: quia extra locum sacrum illum inuenit, & ibi incipit exercere iurisdictionem suam: & idèd non violat immunitatem, neque ipse tenetur homines restituere Ecclesie; aliter verò, qui illum extractit, tenetur restituere: quòd si iam non potest, est per accidens, & satisfacit, restituendo expensas, & damna, prout poterit.

Neo obstat id, quòd dicitur, quòd persona extracta sit priuata libertate, & veniat restituenda, tanquam res affecta, quæ ad quencunque transit, cum vitio transit: nam responderetur, nullo iure id esse fundatum, & iura adducta loquuntur in casu diuerso, quando, videlicet, coheret vitium. Et ita loquitur textus in l. Si abducta. C. de furt. In casu nostro, est priuilegium predictum competit personæ; at tamen competit ratione loci, & donec est in loco: vnde, si sponte exierit ab Ecclesia, non gaudet immunitate, Remig. in tract. de immunit. in princip. 3. presuppos. n. 12. & seq. & fall. 12. Clar. in §. fin. q. 50. n. 1. vers. Sed certè. At, cum in Ecclesia nulla per familiam Curie secularis illata fuerit violentia; sed extra locum sacrum captus, in quo persona erat priuilegiata, sequitur, non esse restituendam. Nec à Indice potest dici spoliata persona immunitate, cum non adfuit consensus, & auctoritas ipsius in extractione ab Ecclesia; sed eam familia ceperit, postquam ad locum non immunem traxerunt, & interdixit: vnde vis non competit contra illum, qui non spoliavit, cap. Cum ad Sedem. de restit. spoliat.

Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse putò, quàm cum Peregrina, Megala, & Genuensi firmaui in part. 1. tract. 1. resol. 16. & nunc contra Sanfelicium iterum firmo cum Gregorio de Valentia tom. 3. disput. 6. q. 15. punct. 1. ad resp. ad 2. Bonac. tom. 2. disp. 3. q. 7. §. 2. num. 10. & Castr. Pal. tom. 2. tract. 1. d. sp. unic. punct. 11. n. 2. qui nominatim refellit Suarez. Ratio est: quia illa extractio est violenta, sed omnis extractio violenta, est nulla, & reo præju-

dicare non potest; alijs facile possent iudices confugiens ad Ecclesiam capere, & punire, si per vim ab alijs extractos licet capere, & punire possent: ergo. Dices: iudex, qui non fuit particeps huius violentæ extractionis, dici non potest extrahere delinquentem à loco sacro, sed ex profano: ergo non violat immunitatem. Sed respondeo, iudicem violare immunitatem: quia primam extractionem continuat: delinquens enim, est extra locum sacrum existat corpore, licet; moraliter tamen reputandus est, ac si in loco sacro adfuerit: tum, quia extractio nulla fuit: tum, quia immunitatis priuilegium non amisit; si quidem Ecclesie est restituendus. At idem est, si, metu iniuste illato, quòd à iudice seculari capiendus sis, fugias ex Ecclesia, adhuc non potes capi: quia tunc non tam diceris egredi, quàm extrahi per violentiam. Sic pluribus comprobatur Farinacius in Append. de immunit. c. 2. n. 5. Et hanc sententiam præter Doctores citatos, tenet etiam, me citato, Trullench in Decal. tom. 7. lib. 1. cap. 11. dub. 1. n. 14. Non est igitur recedendum ab affirmatiua sententia, quam contra Suarez communiter tenent omnes, vt visum est, qui post ipsum scripserunt.

An Proreges debeant ad Episcopatus nominare digniores, dignis postpositis, in Nomina, vt vulgè dicitur, quam mittunt ad Regem?

RESOL. VII.

Casus est quotidianus. Ego de illo olim interrogatus fui à Duce Alcalensi, tunc Siciliæ Prorege, & affirmatiue respondi. Postea inueni hanc sententiam decessisse Hortadum de Mendoza, vt alibi adnotauit. Nunc inuenio eam docere doctissimum P. Ioan. Caparam in discept. de iust. distribut. part. 2. c. 6. n. 25. vbi loquens cum D. Petro Fernandez de Castro, Comiti de Lemos, sic asserit: [Quare Christianissime Princeps attentissima debent consideratione pensare ij, quibus iniunctum est à supremo Rege, vt facta, inter alios, simplici, & honesta distinctione, discernant, qui fuerint ad illius Regni, nouique Indiarum Orbis Beneficia, & Episcopatus digniores; & ipsi, vt summa Patrona, eos eligendos proponant; in quorum conscientia suam Rex deponit confidenter, eis que illorum Regnorum credit utilitatem. Attente, inquam, & timide consultationes exquirant, & non semel, aut iterum, promouendorum conditiones examinent, vt secundum cuiusque gradus dignitatem, aut materiam, vnum alteri præferant eligendum. Siquidem illum Rex, vt digniorem alijs, putat sibi consultari, quem in loco primo inspicit collocatum: & eum, qui in secundo, debere ei anteponi, qui in tertio, & sic deinceps. Et quanvis supremus Rex, altissima sua determinatione, & rerum omnium consultissima cognitione, alium ex suo Marte possit designare Pastorem, ijs omnibus sibi consultatis, posthabitis, id tamen raro, aut nunquam fecisse cognoscimus. Vt tantò maiorem suis consultibus sollicitudinem ingerat, quòd maiorem eis in huiusmodi rebus fidem adhibet: ita vt non alium, præter hos, à suis consultibus consultatos, æstimer digniorem. At quibus est sub periculo salutis æternæ, talis cura à Deo, à Rege, à Regno commissa; nonne contra fidelitatem ita omnibus debitam facient, si neque Deo inserviant, neque Regi obtemperent, neque Regno de sibi necessarijs, & melioribus provideant? Et aliò ducti alios minus dignos, vel quia potentiores, vel quia diligentiores, vel quia à Potentatibus, in ipsorum gratiam, & ob alicuius seruitij gratitudinem (quòd nefas est in Ecclesia Dei) adiutos, dignioribus, doctioribus, rebus ipsis magis expertibus, & terræ ipsi, & eius incolis accommodatioribus, ætate, ac prudentia magis idoneis, qui & Deo, & Regi, & Regno, possint dignum præbere famulatum, præferant, eligant, & discernant; & præferendos, eligendos, & discernendos offerant Superiori Patrono? Absit ab eis. Quòd à te, iisque consultibus Christianissimis, & sapientissimis abesse; tandiu in toto

noto hoc Yniuerso, in illis noui Orbis prouentum, & utilitatem manifestissimè deprehenditur.] Hocvsque Capta, quæ indiuidualiter firmant casum nostrum pro Consiliis supremis, & Proregibus, quæ quidem, vt boni Principes solent obseruare, ita aliqui cum damno Ecclesiarum in hoc scopulo aliquando naufragantur,

An Clericus habens Capellaniam, cuius fructus, dempta elemosyna pro Missis, ad quas tenetur, paucos perciperet, teneretur persolvere Horas canonicas?

R E S O L. V I I I.

AD hoc dubium sic respondet Persicus *de Hor. canon. cap. 5. dub. 7. n. 6.* Petes, an in Capellaniis computandi sint omnes fructus, etiam illi, qui dantur pro Missis, ad quas obligat Capellania; an verò solum illi, qui supersunt, dempta elemosyna, quæ datur pro Missis? Respondeo, circa hoc, duas esse sententias. Prima affirmat, computandos esse fructus Capellanix, etiam illos, qui dantur pro Missis. Ratio est; quia omnes ij verè sunt fructus beneficij. Confirmatur; quia aliàs in beneficio curato esset idem dicendum, scilicet, quod si dempta ea parte fructuum, quæ correspondet Missis, quas tenetur Curatus celebrare pro populo, & aliis ministeriis, ad quæ obligat beneficium; fructus, qui supersunt, essent exigui, vel nulli, non obligaret ad recitandum. Sic aliqui recentiores docti.

Secunda sententia docet, computandos esse solum fructus, qui supersunt, dempta elemosyna, quæ datur pro Missis. Ratio est: quia obligatio recitandi Officium consurgit ex stipendio accepto: sed stipendium, quod datur pro Missis, non est stipendium, quod datur pro recitatione diuini Officij; quia Clerico non beneficiario, si celebraret illas Missas, daretur illud stipendium. Hanc sententiam putat probabilem Sanchez *tom. 1. consilior. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 68.* modò deducatur tantum stipendium, quantum communiter dari solet aliis Sacerdotibus pro Missis. Ex hac secunda sententia sequitur, Clericum in minoribus, qui haberet Capellaniam, cuius fructus, dempta elemosyna pro Missis, pauci, aut nulli essent, si per alium faceret Missas celebrare, non teneri ad recitandum Officium: hoc autem durum videtur, & idèd mihi prima sententia videtur probabilior, & tutior; ex qua oppositum sequitur, scilicet, prædictum teneri Officium recitare.] Hucusque Persicus, qui pro sua sententia poterat adducere Castrum Palaum *tom. 2. tract. 9. disput. 2. punct. 1. §. 2. num. 10.* Lessium *lib. 2. cap. 34. dub. 3. num. 72.* Azorium *tom. 1. lib. 10. cap. 4. quest. 8.* & alios.

Verùm ego adhæreo negatiuæ sententiæ Sanchez à Persico citati, cui adde doctum Patrem Antonium Quinatanaduenas *tom. 1. tract. 8. singul. 19. num. 12.* & in sua Instructione Ordinandorum edita à Martino Real Vicario Hispanensi, vbi in *part. 3. §. 6. num. 4.* ita asserit: [Conuienen oy los Doctores, y Theologos modernos, que para que vn beneficio, ò Capellania obligue, es necessario tenga de renta por lo menos la tercera parte de lo, que necessita el Capellan para sustentarse congruamente, como vn Clerigo ordinario sustentat à su persona, y segun el arbitrio de los prudentes. Y assi no se puede señalar cantidad fixa, porque segun la carestia, y porte de los lugares, y tiempos, sera necessario mas, ò menos para sustentarse vna persona deste ordinario porte. En Castilla la vieja, y Galicia, donde todo es mas barato, con veyente, y quatro ducatos, ò poco mas obligaria. En Seuilla, y tierras semejantes, no obligan algunos doctos, sine llegan à treynta, y tres, y algunos à mas, ducados, y en años caros que passasse desto. Sic viri docti consulti, & in manuscriptis. Y esta sustentacion no solo se entiende para la comida, sino para la cosa, gastos forçosos, vestido, y los demas, segun la calidad, y porte de los Clerigos honestos de aquella tierra; y esto que a de

tener, a de ser de. *superavit*, que es lo, que pagadas las Missas, y demas costas, queda libre, ò sobra de la Capellania, Si es muy tenue, ningun dia, ni los de fiesta, y Domingos de uen rezar, ni restituir nada. Sic Malderus, & Diana. *Su plan esto con otras oraciones, ò sacro culto.*] Hæc ille.

Hanc etiam sententiam tenet nouissimè Escobar à Corro in *tract. de Hor. canon. quest. 3. §. 5. num. 23.* vbi postquam firmasset non inducere obligationem persoluendi Horas canonicas beneficium tenue, ita vt non suppeditet tertiam partem mediocris sustentationis cuiusquam vulgaris, hoc est, vt ipse Escobar iudicat, tertiam partem centum ducatorum vulgarij Hispaniæ: postea subdit *n. 24.* quod tenuitas beneficij non debet regulari ex omnibus fructibus beneficij in se, sed ex eo, quod remanet deductis expensis in eorum collectione, & deducto stipendio Missarum, & aliorum onerum: tum, quia fructus non dicuntur, nisi deductis expensis, l. *Fructus. 7. in princ. & in §. Interdum. 13. & seq. aliàs l. Diuortio. §. fin. solus. matrim. l. 26. tit. 11. part. 4.* Tum, quia tantum minus videtur accipere, quantum plus tenetur soluere, aut erogare, l. *Ciuitatibus. 122. §. fin. de leg. 1. l. Si legatarius. 3. in principio, de leg. 3. l. Si fundus. 23. circa finem, ad leg. Falcid.* Tum etiam, quia acceptum pro stipendio Missæ non habetur propriè ex beneficio, cum idem haberet beneficiarius à quouis alio, quanvis beneficium non haberet, & hoc sine obligatione recitandi.] Ita Escobar.

Displicet tamen, quod ipse sententiam affirmatiuam Persici, Palai, Lessij, Azorij, & aliorum, tanquam improbabilem damnet: non enim opinionem taniorum virosum existimo tali censura inurendam esse. Sufficiat nobis, nostram sententiam esse satis probabilem, quam, præter Doctores citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Franciscus de Lugo in *principiis moralib. par. 1. cap. 2. q. 32. n. 183.* qui adducit Suarez, & Sanchez.

An, qui legitimo impedimento obstrictus non potest ire Romam personaliter pro obtinenda absolutione, teneatur illam per litteras obtinere à Sacra Pœnitentiaria?

R E S O L. I X.

Negatiuè respondet Bossius *de iurisd. Episc. discept. 1. dub. 3. num. 23.* vbi sic ait: [An excommunicatione, seu casu papali irretitus, qui ob legitimum impedimentum personaliter ire Romam nequit pro absolutione; potest tamen mittere procuratorem, qui eius nomine petat, vel per epistolam petere absolutionem à Sede Apostolica, possit ab Episcopo suo absolui vigore illius facultatis generalis absoluendi impeditos, cum onere se præsentandi? Responderetur, posse absolui. Ratio est: quia, qui personaliter ire non potest, à iure non obligatur mittere procuratorem, vel epistolam; sed solum, si vult, potest, ac proinde, qui personaliter ad Urbem accedere non potest, censetur habere legitimum impedimentum; & sic ab Episcopis absolui potest.] Ita ille, qui vndecim citat Doctores. Et hanc sententiam ego docui in *part. 4. tract. 4. resol. 58.*

Sed in tali casu recurrendum esse ad Sacra. Pœnitentiariam tenet Pater Thesaurus in *praxi de pœnis, part. 1. c. 24. ampliat. 3.* & noster Pater Leone *de censur. recollect. 2. num. 900.* vbi sic ait: [Quæres primò, an si hoc casu, quis possit scribere, vel nuntium mittere ad Summum Pontificem, ad hoc teneatur, & interim non possit absolui à suo Episcopo, prout *suprà.* Plerique Doctores respondent affirmatiuè, hoc, scilicet, casu posse etiam absolui à suo Episcopo, asserendo pro regula, quod is, qui non potest ire, neque teneatur scribere, vel mittere. Quæ sententia, etsi vera sit in theoria; tamen contrarium obseruatur in praxi, maximè cum non vrgeat etiam aliqua causa, quæ constituat periculum in mora, ratione Eucharistiæ sumendæ, vel Missam celebrandi, officium exercendi, &c. Videmus enim semper,

semper, occurrente similitudo, scribi Prælati, vel Pœnitentiariæ, & ab eis facultatem expectari. Ratio huius praxi, secundum me est: quia semper quando quis absolvitur ad reincidentiam, prout datur absolutio ratione impedimenti non perpetui; ubi commodè poterit adire habentem facultatem super censuram, à qua sic fuit absolutus; etiam tenetur per se, vel per alium, nempe, Confessarium, vel per scripturam petere absolutionem simplicem, & absolutam, idè tutius est, ne multiplicentur entia sine necessitate, ut nunc compareat, vel scribar, tangit post Sanchez, etsi loquatur in alio casu, scilicet, absolutionis in articulo mortis Bonacina *disp. 1. de censur. q. 3. punct. 3. num. 5.* & in propriis terminis loquendo, *ibidem, puncto 2. num. 4. ibi: Ego vero existimo, non esse credibile, Papam velle ab Episcopo absolutionem impendi, quando patet recursus ad Sedem Apostolicam.*] Ita Leo *ubi supra.*

Seclusa itaque tali praxi, & loquendo secundum opinionem Doctorum, puro sententiam negatiuam esse probabilissimam Et confirmatur: nam, ut docent Layman, Henriquez, Auila, Duardus, & alij, Matritensis, v.g. impeditus ire Romam, non tenetur adire Nuntium ibi commorantem; sed potest absolui ab Episcopo; quòd magis dicendum est non teneri, si Romæ moreretur, adire Sac. Pœnitentiariam. Et ratio est: quia iura in signum specialis reuerentiæ, ac priuilegij requirunt, ut pro absolutione Summus Pontifex adeatur: si ergo idem Summus Pontifex adiri non possit, cessat reseruatio papalis, & deuoluitur casus ad proprium Ordinarium. Confirmatur ex Auila, & Duardo; nam post Papam, Episcopus est Pastor ordinarius, & proprius; & consequenter Episcopus, in his casibus impediti adeundi Papam, absoluit tanquam proprius Pastor, & potestate ordinaria, quæ sublata erat ei per reseruationem, restituta verò est existente impedimento recurrenti ad Papam: ergo absolueret potest huiusmodi impeditos, tametsi à Legato, si velint, absolutionem obtinere queant. Accedit, quòd hæc reseruatio casuum papalium, respectu Episcopi, est odiosa, cum iuri episcopali deroget: ergo strictè est interpretanda. Addi etiam posset quoad Legatum id, quod dicit Molina *tom. 4. de iustit. tract. 3. disput. 58. n. 5.* sine speciali priuilegio non possunt absolueret Legati, nisi ab excommunicatione contracta ob enormem Clerici percussorem, non autem ab aliis censuris papalibus: quia in iure id expressum est tantum de illa excommunicatione. Sed alij Doctores videntur extendere dictam Legati à latere facultatem etiam ad alias censuras, saltem ubi adest impedimentum adeundi Papam.

Ad caput autem, *Ea noscitur*, ab Altherio adductum, ad probandum esse recurrentem ad Legatum, cum fieri potest, ab impedito accedere ad Papam: Respondet Duardus, ex eo id non probari generaliter: nam ibi absolutus (inquit) idcirco tenebatur comparere coram Papa, vel eius Legato; quia absolutio illa fuerat impena ab excommunicatione ob Clerici percussorem, à qua potest absolui, non solum à Papa, sed etiam ab eiusdem Legato; quare (subdit) licet concedamus, quòd in eo casu, quando absolutio obtineri potest à Legato, non est tribuenda ab Episcopo; quoad alios tamen casus Sedi Apostolicæ reseruatos id negatur, cum super illos potestatem non habeat Legatus. Sed melius responderetur in dicto cap. *Ea noscitur*, & in dicto cap. *Quannis*, nihil aliud haberi, quam quòd Clericorum percussores non ab alio, quam à Romano Pontifice, vel eius Legato absolui possunt, præterquam si canonico impedimento detineantur, quominus Romanum Pontificem adire possint: ubi, cum nulla fiat mentio Legati Apostolici, cum non dicatur, si sint impediti adire Romanum Pontificem, vel eius Legatum, iidem Textus potius fauent huic posteriori sententiæ. Et hæc omnia docet etiam Bossius *supra, dub. 5. num. 23.*

Et si aliter sentiendum esset, vix vnquam posset Episcopus absolueret à papali censura, cum ferè semper sint Religiosi, qui potestate absolueret ab excommunicationibus

Papæ reseruatæ sunt prædicti. Dicendum est igitur, quòd extraordinaria potestas concessa Legato, aut Religiosis, non tollit ordinariam Episcoporum, quibus ius commune potestatem in necessitate circa censuras Papæ reseruatæ tribuit, easque tollendi.

Verum difficultas est, an prædicta facultas absoluendi legitime impeditos, physicè, vel moraliter, adire Papam, à iure Episcopis permessa, sese extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolicæ reseruatæ, ita ut nulla sit excipienda. Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 37.* affirmat, solum casum hæresis non comprehendi sub dicta facultate absoluendi, idque propter strictissimam eius reseruationem; quando in generali concessione omnium censurarum papalium, etiam contentarum in Bulla Cœnæ, non intelligatur comprehensa absolutio excommunicationis ob hæresim contractæ. Et hanc opinionem, quoad omnes casus in Bulla Cœnæ Sedi Apostolicæ reseruatæ, amplexus est Martinus Bonacina *tom. 3. de censuris in Bulla Cœna concen-tis, disp. 1. q. 2. punct. 2. num. 23.* asserens, sibi probabilius videri, Episcopum, aut alium non posse, per se loquendo, hoc tempore absolueret ab excommunicationibus Bullæ legitime impeditum adire Romanum Pontificem: tum ob dictam rationem, quòd Bulla in reseruatione excipit tantum articulum mortis: tum, quia arbitratur ita esse vsu receptum: tum, quia contrarium nullo iure sufficienti probari potest. Nec suffragari potest ratio desumpta ex epicheia, scilicet, ex benigna Summi Pontificis voluntate, qui non debeat præsumi voluisse absolutionem reseruarè, & denegari illi, qui vel omninò non potest, vel saltem sine magno incommodo nequit adire Sedem Apostolicam: quia in dicta Bulla Cœnæ in clausula reseruatoria expressè constat de contraria Summi Pontificis intentione. Et hanc opinionem tenet etiam Vgol. *de cens. in Bul. Cœna. p. 3. c. 2. §. 4. n. 2.*

His tamen non obstantibus, Bossius, *ubi supra, dub. 2. n. 17.* putat, Episcopos vigore illius facultatis generalis sibi à iure concessæ absoluendi legitime impeditos adire eum, à quo essent aliàs absoluendi, etiam hoc tempore, (quoties non patet adire ad Papam, vel nisi cum magna difficultate, incommodo, & mora,) posse absolueret subditos à quacunque culpa, & excommunicatione papali, etiam in Bulla Cœnæ contenta, tametsi ob crimen hæresis contracta, sub onere tamen se præsentandi Papæ; ne scilicet, pro dilatione absolutionis periculum immineat animæ, &c. quod certè immineret, si prior sententia esset vera: nam ex ea sequeretur, quòd qui pateretur perpetuum, vel diuturnum impedimentum, non posset toto illo tempore absolui, quod contingere non posset sine magno animæ periculo, & spiritali detrimento, cum per totum illud longum temporis spatium existeret priuatus communionem fidelium, participationem Sacramentorum, & Ecclesiæ suffragiis, quanuis à contumacia recessisset, & paratus esset parere Ecclesiæ mandatis. Ergo, cum sit eadem ratio de omnibus casibus papalibus, in casu perpetui, vel diuturni impedimenti, censenda est in Ecclesia adesse, & perseverare eadem dispositio.

Et tandem Bossius respondens ad argumenta contraria Bonacina, & aliorum, sic concludit: [Itaque Episcopi, etiam hodie, facultate illa generali absoluendi legitime impeditos, possunt absolueret in omnibus casibus occultis, vel publicis Papæ reseruatæ in illo Decreto, & declaratione Clementis VIII. expressis; scilicet, in omnibus casibus Bullæ Cœnæ, & in excommunicatione contracta, vel ob violationem immunitatis ecclesiasticæ, iuxta Constitutionem Gregorij XIV. quæ incipit: *Cum aliàs nonnulli*, vel ob violationem clausuræ ad malum finem, vel ob pro-uocationem, & pugnam in duello, iuxta Decretum Sacri Concilij Trid. & Constitutionem Gregorij XIII. quæ incipit, *Ad tollendam*, vel ob simoniam realem scienter contractam, vel ob confidentiam beneficalem, vel denique ob percussorem Clericorum.] Hæc ille. Sed quidquid sit de aliis casibus, de quibus nunc non disputo, ego doctrinam viri docti, & amicissimi in casu hæresis non admitto.

Nota

Nota tamen, quod Episcopus potest subditos impeditos ab excommunicatione papali, siue occulta, siue publica, absolueret, non audita Confessione sacramentali, seu extra Confessionem sacramentalem: nam illa facultas absoluedi Episcopo concessa est simpliciter, & absolutè sine limitatione ad forum Sacramenti, aut ad forum conscientie. Quare subditus sic absolutus à censura poterit deinde à quocunque Confessario exposito absolui à culpa: nam in casibus papalibus ablata censura, cessat reseruatio. Potest quoque Episcopus, vigore eiusdem facultatis, absolueret à censuris, seu excommunicationibus papalibus, eosdem impeditos minimè sibi præsentes, sed absentes, ut postea queant à Sacerdote præsente, à culpa sacramentaliter absolui. Item, per præfatam facultatem Episcopus eosdem subditos impeditos, censuris papalibus innodatos, præsentes, vel absentes absolueret potest, siue ipse sit in propria Diocesi, & subditi absoluedi existant extra Diocesim, siue è conuerso subditi sint in Diocesi, & Episcopus extra Diocesim, siue tam Episcopus, quàm iidem subditi existant extra Diocesim. Absolutio namque ab excommunicatione, & censura impenditur per iurisdictionem voluntariam, quæ tam pro foro interno, quàm pro foro externo, non circumscribitur loco, potestque extra proprium territorium exerceri. Vide Bossium *vbi supra*, dub. 7.

An impeditus ire Romam pro absolutione casus papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum, possit à Parocho, vel quolibet Confessario absolui.

R E S O L. X.

Negatiuè respondet Vasq. q. 91. art. 3. dub. 8. n. 4. & dub. 9. n. 23. Mouetur ex eò, quod Trident. *sess. 14. c. 7. de reform.* dixerit, Sacerdotem extra articulum mortis nihil posse in casibus reseruatis. Idem docet Vgol. *de cens. tabul.* 1. c. 4. §. 5. n. 14. Bonac. *tom. 3. disp. 1. q. 22. punct. 2. num. 22.* Duard. *in Bul. Cæn. lib. 3. §. 1. q. 8. n. 28. & 38.* Eò, quod in Decreto Clementis VIII. disponitur, saltem Sacerdotes, & simplices Confessarios, sæculares, & Regulares in Italia extra urbem degentes, quocunque existente impedimento ad eundem Sedem Apostolicam, vel Episcopum, cui reseruantur casus, & in quacunque necessitate, (mortis articulo excepto,) non posse absolueret: nam id expressè decernitur in dicto Decreto, ut patet ex illis verbis eiusdem Decreti: *Nulla casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in articulo mortis.* Cum ergo Summus Pontifex sibi, & Episcopis reseruatoribus casus in dicto Decreto declaratos reseruet etiam in casu necessitatis, præter mortis articulum nullus alius inferior absque delegatione poterit ab eisde absolueret, saltem in Italia extra urbem: quia de Sacerdotibus tantum in Italia extra urbem Romam degentibus loquitur Decretum,

Verum affirmatiuè sententiæ adhæret nouissimè cum Cano, Soto, & Ledesma, Castr. Pal. *tom. 4. rr. 33. disp. unica, punct. 15. n. 3.* quibus adde Suar. *tom. 4. disp. 30. sect. 3. n. 10.* Alther. *de cens. tom. 1. lib. 1. disp. 6. c. 8. vers. Fundamentum verò.* Filliuc. *tom. 1. rr. 7. c. 10. n. 109.* Henriq. *lib. 6. c. 9. n. 7. in Glossa, list. N. Vviggers de Sacram. q. 21. de excom. dub. 8. n. 48.* & alios. Probat: quia reseruatio, ob bonum charitatis introducta, non debet in detrimentum charitatis cedere: cederet autem in graue charitatis detrimentum, & in animarum non leue periculum, si eo casu non posset Parochus ab eo peccato absolueret. Credendum ergo est, eam facultatem esse illi à Pontifice concessam. Neque obstat Concilium asserens, nihil posse extra articulum mortis Sacerdotes in casibus reseruatis: quia hoc intelligendum est per se, secus, si à iure, vel ex privilegio concedatur, sicuti Suar. existimat concessum esse, non solum Episcopis, sed etiam Sacerdotibus inferioribus, quoties Pontifex adiri non potest, & instat tempus communicandi, ex text. in c. *Nuper. de sent. excom.* ibi à suo absoluetur Episcopo, vel proprio Sacerdote. vbi Glos. infert: *Ergo simplex Sacerdos potest absolueret.* Antonini *Diana Pars I X.*

Ex his patet responsio ad argumentum P. Vasq. desumptum ex Trid. Ad aliud verò ex Decreto Clementis VIII. respondetur, non obstare: tum, quia per illud Decretum prohibetur tantum absolutio à reseruatis prætextu privilegiorum, & indultorum: tum, quia debet intelligi, ut Trid. scilicet, ut extra mortis articulum, directè, & proprio iure Sacerdotes inferiores non possint absolueret à reseruatis Papæ, & Episcopis in illo Decreto contentis: secus autem indirectè, & ex tacita commissione propter vitandum periculum animarum, iuxta c. *fin. de pœnit. & remiss. c. Mulieres. c. Sacro de sent. excom.*

Egò verò, ut meam sententiam promam, prima opinio videtur mihi probabilior, & magis conformis Concilio Tridentino, & Decreto Clementis VIII. Affirmatiuam autem sententiam non audeo, tanquam improbabilem, damnare. Vide, præter Doctores citatos, Baunyum *in Theol. mor. tom. 2. disp. 3. q. 32. & Tanner. tom. 4. disp. 6. q. 10. dub. 6. n. 12.* vbi sic ait: [Similiter, si excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, propter legitimum impedimentum, Papam, aut alium ab eo facultatem habentem, adire non possit, potest absolueret Episcopus: quod si nec Episcopum possit adire, Parochus, eoque deficiente, quiuvis approbatus Confessarius.] Ita ille.

An impeditus adire Episcopum pro suis casibus reseruatis, possit absolui à quocunque Sacerdote exposito cum obligatione comparendi coram Episcopo.

R E S O L. XI.

AD hunc casum affirmatiuè respondet Cast. Pal. *tom. 4. rr. 23. disp. unica. punct. 15. §. 4. n. 3.* vbi sic ait: [In casibus autem Episcopo reseruatis, non audeo Suar. *disp. 30. sect. 3.* concedere hanc facultatem, eò quod recursus ad Episcopum facilius sit, quàm ad Pontificem. Et præterea de casibus pontificiis sunt iura concedentia hanc facultatem proprio Sacerdoti, cum non potest Pontifex adiri: quod non inuenitur in casibus Episcopo reseruatis. At Canus *relect. de pœnit. 5. p. fol. 108. §. Secunda conclusio.* Sot. *in 4. distinct. 18. q. 2. art. 5. ad 1.* Ledesma *2. p. 4. q. 8. art. 3. dub. 3. concl. 7.* & idem Suar. *disp. 31. sect. 3.* generaliter loquuntur de casibus reseruatis; & affirmant, quoties ex aliqua graui causa omitti non potest Communio, posse inferiorem Sacerdotem à reseruatis absolueret. Monent tamen prædicti Doctores, hanc absolutionem esse indirectam: siquidem inferior Sacerdos non est propriè Iudex illorum peccatorum, & obligationem subit pœnitens coram Superiore comparendi. Sed hoc non videtur satis consequenter dictum, aliàs nulla iurisdictione ob necessitatem inferiori Sacerdoti communicaretur. Credo igitur, & Iudicem esse, tametsi pœnitens obligationem habeat comparendi.] Ita Palaus, cuius sententiam sustinet Henriquez *lib. 2. c. 15. n. 3. in Glossa, list. L. & c. 10. n. 4.*

Probari potest etiam hæc opinio: quia etsi rariùs contingit, ut quis sit impeditus adire Episcopum, & inferiores Prælatos; quia inferior Prælatum propinquior esse solet; nihilominus sæpè accidere potest, legitimum impedimentum accedendi ad Episcopum, aut alium Prælatum inferiorem reseruatorem, & timeri probabile periculum animæ ex dilatione pœnitentiæ, & absolutionis: ergo concessio in iure facta Episcopis, & aliis inferioribus, quoad censuras, & casus papales in casu legitimi impedimenti, extendenda est etiam ad Parochos, & alios Confessarios respectu censurarum, & casuum Episcopo reseruatorum, vbi ad Episcopum non est facilis aditus, vel non sine graui incommodo, & mora, & ex dilatione pœnitentiæ, & absolutionis imminere potest animæ periculum: etenim, cum eadem rationes allatæ in reseruatis Papæ suo modo locum habeant etiam in reseruatis Episcopis: vbi ad illos difficilis est aditus, ceteri debet eadem iuris dispositio; imò (subdit Henriquez *lib. 6. c. 15. n. 4. in textu*) (fortior ratio concedit in ca-

fo impedimenti Parocho casus Episcopi, quàm Papæ. Cõfirmet idem Henriq. *in textu, & Glossa lit. A*: quia ita rationabiliter præsumitur Episcopi, vel alterius Prælati reseruatoris voluntas, non quidem ex rati habitatione de futuro (quæ non prodest ex Nauarro *in Manual. cap. 9. num. 5. Soto in 4. dist. 18. quest. 4. art. 3. & aliis ab eodem Henriq. allegatis.*) Sed, quia, dum Summus Pontifex, vel Episcopus reseruat, inest ea tacita conditio, & concessio, (quæ videtur ipso iure explicari, & adest tacita rati habitio, de præsentibus, quæ sufficit, vt tradunt prædicti DD, & alij.

Sed, quia post hæc scripta inueni hanc sententiam affirmatiuam doceri etiam à docto P. Marchant. *in Tribun. Sacrament. tom. 1. tract. 2. tit. 4. quest. 8. conclus. 3.* eius verba per extensum apponam: sic itaque asserit: [Quando non pater aditus ad Superiorem reseruantem, vel eius delegatum, aut non nisi cum graui difficultate, longa mora, aut detrimento; potest inferior absolueret à casibus reseruatibus Superiori, imposito pœnitenti onere comparandi tempore opportuno, & cessantibus impedimentis coram Superiore, aut eius delegato, siue ab illo facultatem absoluedi à reseruatibus habente. Hoc omnino à iure communi concessum censeo ob rationes in Canonibus variis sparsim expressas.

Ex quibus omnibus, sic in re practica formo argumentum: Eadem est formalitèr ratio recursus ad Episcopos, vel Superiores, aut eorum delegatos pro peccatis, & censuris reseruatibus, quæ est recursus ad Sedem Apostolicam pro iisdem: sed Pontifex declarat in Canonibus, eos, qui ex impotentia, aut graui difficultate (vt sunt mulieres, valetudinarij, delicati, senes, impuberes, pauperes, &c.) non possunt adire Sanctam Sedem, posse ab Episcopis absolui: ergo pariter, qui similibus præditi non possunt adire Episcopum, vel eius delegatum, poterunt ab inferiore absolui, maximè cum onere comparandi, & dato iuramento de satisfactione, & obedientia, de quibus statim latè, & distinctè.

Ratio verò est: quia pia Mater Ecclesia in suis Decretis, & reseruationibus non potest censei velle obligare ad aliquid moralitèr impossibile, vel quod in graue detrimentum spirituale animarum, aut etiam temporale personarum vergit; vt ex istis declarationibus constat. Non est verò interdum minùs impossibile, aut in graue detrimentum animarum, vel etiam personarum, recursus ad Episcopum, vel eius delegatum, quàm ad Sanctam Sedem, etsi talis impossibilitas, vel necessitas, siue periculum, non sit tam frequens: vnde Confessarij prudenti æstimationi ista sunt relinquenda.

Ex quibus infero primò, potestatem absoluedi, qua à reseruatibus in huiusmodi necessitatibus, vel periculis inferiores absoluunt, esse directam, quanuis interpretatiuam, & onerosam: adeoque mihi semper visi sunt minùs consequenter loqui asserentes, inferiores Sacerdotes in dictis casibus directè à non reseruatibus, indirectè verò à reseruatibus absolueret: cum reuerà directè ex potestate interpretatiua, & onerosa absoluant, quæ eis ex declaratione iuris communis tunc concessa censetur ratione declaratæ necessitatis, vel impedimenti sufficientis in similibus casibus, & causis.] Hæc omnia Marchant. *loc. cit.* qui postea *quest. 9. concl. 2.* causas, quibus licet inferiori absolueret à reseruatibus, vt, videlicet quando quis sine nota, scandalo, infamia, dictis, suspitionibus, aut similibus, non potest à Communione, Missæ celebratione, Sacramentorum administratione abstinere, nec habet tunc ad manum aliquem, qui à peccatis reseruatibus absoluat: imò in omni casu. *Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum imminet animarum.* vt habetur *lib. 5. Decret. tit. 39. c. 16.*

Ratio est: quia Ecclesia per reseruationem non censetur suos subditos in aliquod animæ grauamen, vel periculum velle, aut præcipitare, aut in illis eos relinquere absque sufficienti subsidio, maximè cum virtus tota, & finis reseruationis æquialenter in isto onere comparandi, aut satisfaciendi seruetur, non tantùm in politia externa, sed in obli-

gationibus strictissimis in foro conscientie. Et hæc omnia satis probabilia, & tuta existimo; & maximè notentur à Confessariis: quia in Authoribus non passim obuia, sed in praxi quotidiana: licet etiam probabiliter contrarium asserat Fernandez à Castro Palao, *ubi supra* citatus, cui adde Altherium *de censuris, tom. 1. disp. 6. cap. 6. vers. Si quis possules.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 10. num. 289.* & alios.

Notandum est tamen, quòd aliqui asserunt, quòd stando in opinione affirmatiua, absolutus ab inferiore, etiam extra mortis articulum à culpis Episcopo reseruatibus, ob accessum ad eundem Episcopum difficilem, non remanet obligatus se præsentare eidem, vt denuò illa peccata reseruata, iam ab inferiore absoluta confiteatur, & ab eisdem denuò absoluat; cum nemo bis teneatur subiicere clauibus eadem peccata semel ritè per sacramentalem absolutionem remissa. Sed, si remanet aliqua obligatio se præsentandi Superiori in tali casu, id non erit, vt denuò peccatum à Superiore per absolutionem auferatur quoad culpam; sed solum, vt eidem Superiori exhibeatur debitus honor; conseruetur vigor ecclesiasticæ disciplinæ; conueniens ab eodem Superiore, vt pote prudentiori Iudice, adhibeatur medicina: & etiam præscribatur maior satisfactio quoad Deum, vel proximum, si ab inferiore minùs benè id factum fuerit. Ob has enim causas fortasse tanquàm probabile sustineri potest in dicto casu absolutum ab inferiore à casibus reseruatibus etiam sine censura, teneri se præsentare Superiori, quàm citiùs poterit. Ita Bossius *de iur. Episcop. discept. 1. dub. 15. n. 163.* ex Valquez *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 3. dub. 8. n. 8.*

An existentes in ciuitate, ubi grassatur pestis, possint à quocunque Confessario non approbato absolui, tanquàm constituti in articulo mortis?

R E S O L. XII.

Affirmatiuam sententiam, si pestis sit magna, & valdè in illa ciuitate sauiens, tenet Marchinus *in Bello diuino. par. 3. c. 3. num. 4.* & sequi putat enim in tali casu cessare omnem reseruationem casuum, & censurarum, & omnes Sacerdotes iure diuino, vel ecclesiastico habere facultatem audiendi Confessiones, etsi non approbati fuerint ab Episcopo. Probat autoritate Doctorum asserentium, habitantes, seu existentes in loco pestilentia infecto, dici esse in periculo mortis, quorum primus, (ex quo alij sumpsere) est Corneus *consil. 131.* incipiente: *In hac consultatione. num. 5. vol. 4.* Ripa *tract. de peste, tit. de priuileg. vlt. volunt. causa pestis. n. 8.* & Homobonus *in exam. Eccles. par. 3. tr. 13. quest. 25.*

Probat hęc opinio: quia proximè ingressuri bellum ante actualem pugnam, nauigantes orta procella ante scissionem nauis, & actuale naufragium, possunt propter imminens mortis periculum absolui à quolibet Sacerdote ab omni culpa, & censura: ergo etiam existentes in loco valdè pestifero, etsi sani, propter morale periculum pestem contrahendi, & moriendi, poterunt à quocunque Sacerdote absolui à quibuscunque peccatis, & censuris reseruatibus. Et tandem sic commodiùs, & plenius salutem animarum succurritur, cum plures Medici spirituales in tanto periculo constituuntur, & exponuntur. Neque Episcopi possunt esse in hac re rationabiliter inuiti, cum agatur de animarum salute.

Sed ego de hoc casu interrogatus ab Eminentissimo Cardinali Doria, tempore, quo pestis grassabatur Panormi, negatiuè respondi, & tunc adduxi pro hac sententia Rutillium Benton. *in Spec. Episc. lib. 1. disp. 1. q. 6. concl. 1.* Et eam nunc inuenio docere, doctum, & amicissimum P. Bossium *de iur. Episc. disc. 2. dub. 2. n. 28.* Nam ex sententia contraria sequeretur magna confusio, & perturbatio ordinis ecclesiastici, & decisionis, & applicationis Parochiarum in eadem

dem Diocesi, vel ciuitate, si quilibet Sacerdos indiscriminatum posset administrare Sacramentum Pœnitentiæ quibuscunque pœnitentibus, etiam inuitis propriis Pastoribus, imò etiam inuito ipso Episcopo. Quod posset contingere, si tunc quilibet Sacerdos à Iure diuino, vel ecclesiastico haberet auctoritatem audiendi confessiones cuiuscunque, tametsi sani. Cæteras rationes videbis apud Bossium, qui respondet ad argumenta contraria.

Debet tamen in casu, de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnemque suam auctoritatem omnibus Confessariis à se approbatis, & præsertim animarum curam habentibus concedere; & etiam pro se, & aliis Confessariis obtinere à Sede Apostolica facultatem absoluedi à casibus, & censuris papalibus, vt ita facilius, & promptius homines ad pœnitentiam sub spe abundantioris veniæ obtinendæ alliciantur.

An notoriè excommunicatus in articulo mortis possit saltem absolui à censuris, si obmutescens nulum signum contritionis ostendit.

R E S O L. XIII.

DE absoluteione à peccatis *alibi* diximus: nunc videndum est de absoluteione à censura. Nauarr. in *Manuali*, c. 27. n. 272. & Vgol. de *censuris Papa resera*. par. 3. c. 2. §. 2. n. 2. dicunt, in tali casu prærequiri in infirmo, quòd prius dederit aliquod contritionis signum; nihilominus tenendum est, prætatam absoluteionem à sola censura in illo articulo extremæ necessitatis posse dari infirmo, tametsi prius signa contritionis non exhibuerit: idque absque eo, quòd Sacerdos absoluens peccet mortaliter, sed neque venialiter; imò potius mortaliter peccaret, non conferendo talem absoluteionem, qua negata non posset moribundus iuari aliis Sacramentis, neque in loco sacro sepeliri.

Hoc tamen limita, nisi constaret euidenter, ægrum priuatum vsu rationis, omnino impœnitentem in talem statum incidisse. Ex ita docet Bossius *discept. 2. dub. 4. n. 38*.

Sed aliqui plus addunt, nempe, posse in tali casu, etiam laicum, talem absoluteionem moribundo concedere. Hanc sententiam, tanquam probabilem, ego *alibi* docui, quam scio displicuisse cuidam nobili Iuriconsulto, qui tamen scire debebat, illam desumptam fuisse ex Glossa in *cap. A notis. 2. ver. non potuit*. vbi etiam Abbas. de *sent. excomm. & in c. Pastoralis. §. Præterea. de offic. Ord. ver. Præterquam in morbis articulo*. Idem postea docuerunt plures Theologi ex Schola D. Thomæ, Tabiena, Armill. D. Anthonin. vterque Ledesma, & ex Soc. Iesu Sanch. Auila, Henriq. & alij à me *alibi* adducti, quibus nunc adde P. Bossium *vbi sup. dub. 10. n. 87*. Et ratio est: quia, cum Ecclesia, seu Summus Pontifex possit hanc facultatem concedere laïco, vt Doctores communiter tenent; existimandum est, concessisse in tali articulo, si non adsit copia Sacerdotis, vel Clerici tonsurati. Nam, quanois laïcus, sicut & Clericus non Sacerdos, non possit sacramentaliter absoluerè, neque ex commissione Papæ; tamen absoluteio ab excommunicatione potest plurimum conferre ipsi pœnitenti ad salutem animæ, quam omnibus Ecclesia, in extrema necessitate, suis fidelibus procurat. Quare, sicut tunc ob hanc causam concedit omnibus iurisdictionem absoluedi à peccatis, qui sunt capaces illius; similiter censendum est tribuere omnibus, qui sunt capaces, iurisdictionem absoluedi à censuris: laïci autem, vt dictum est, sunt capaces huius iurisdictionis: & hæc ratio multò magis conuincit de Clericis etiam tantum tonsuratis.

Predictæ autem absoluteiones à Clerico non Sacerdote, vel à laïco in articulo mortis datæ, effectus, secundum præcitat. DD. maximus est, scilicet, quòd hæredes absoluti non teneantur adire Papam, nec excommunicationem pro absoluteione petenda. Poterunt etiam sepelire defunctum in loco sacro, & pro eo facere Missas celebrare. Addit Henri-

Amonini Diana Pars I X.

quez saltem prodesse eam absoluteionem, vt post mortem possit talis absolutus à quouis Sacerdote ab excommunicatione, vel alia censura absolui, cum aliàs non posset; quod tamen non placet Sanchez *loc. cit.* & iure merito; quia, si fuit valida absoluteio, nulla amplius est necessaria: si non valuit, nullum ius absoluedi, Sacerdoti aliàs non habenti, seu valenti absoluerè tribuit. Hæc omnia Bossius *loc. cit.*, qui adducit, non esse damnandum pium Parochum hanc sententiam sequentem in praxi, & iuxta eam sepelientem defunctum, & Missam pro eo publicè celebrantem, vbi de facili non potest adiri Iudex excommunicator, vt ab eo absoluteio impetretur, antequàm defuncti corpus sepeliatur: quæ omnia à Bossio notata confirmant ea, quæ à nobis *alibi* dicta sunt, quicquid aliqui obmurmurauerint, aduersus quos omnia *superius* dicta adnotare volui. Non nego tamen, contrariam sententiam esse probabiliorem, quam nouissimè tuetur Lessius in 3. par. D. Thomæ. cap. 7. de *excommunicatione. dub. 3. n. 18*.

An Religiosi teneantur ad ieiunia ex voto emissa à populis locorum, vbi habitant?

R E S O L. XIV.

Negatiuam sententiam tenet Bordon. *tom. 1. resol. 18. n. 5*. alijque viri docti consulti à P. Pellizzar, quorum sententiam ipse probabilem purat in *Man. Reg. tom. 1. tit. 5. cap. 5. §. 2. n. 52*. dicens, [quòd non est semper verum, sententem commodum, debere sentire & onus; sed solum in casu, quo onus est inseparabile à commodo, (quod vtique non procedit in casu nostro.) Sicque Regulares fruuntur beneficiis, & commoditatibus ciuitatum, in quibus habitant: & tamen non subsunt oneribus, impositionibus, talliis, ac vectigalibus. Tum, quia negari potest, ac debet, Regulares exemptos teneri obedire Episcopis in omnibus, quæ lege synodali præcipiuntur, & non derogant regulari disciplinæ. Tum, quia, si detur, Regulares teneri ad dicta ieiunia approbata ab Episcopis, iam ipsi subiacebunt iurisdictioni illorum, etiam in casibus non exceptis; quod est contra immunitatem ipsorum personis cõpetentem ex pluribus priuilegiis *alibi* referendis. Ita Pellizzar. Vnde, si standum esset in hac sententia, sequeretur, quòd Panormitanus, v. g. obligatus ex voto populi ieiunare in Vigilia Conceptionis B. Virginis, si illo die extaret in domo Patrum Iesuitarum, vel Theatinorum, non esset obstrictus ieiunio, & posset ibi comedere carnes; quod probatur ex doctrina Henriq. Azotij, & Bonac. quam sequitur Pasqualigus in *praxi de ieiunio, decis. 212. n. 1*. & quam non impugnat Pellizzar. *vbi supra, n. 59*. asserens, existentem intra Monasterium aliquod Regularium, non teneri ad ieiunia propria territorij, cuius est incola: nam locus exemptus æquiparatur alieno territorio; & aliàs delictum commissum in loco exempto est extra Ordinarij iurisdictionem, *cap. 1. §. Numquid. de priuileg. in 6*.

Sed hæc omnia dicta esse volo secundum mentem supradictorum Doctorum: nam scio, communem sententiam esse in contrarium. Quare, præter Vasquez, & Sanchez à Pellizzario citatos, tenet affirmatiuam sententiam Lezzana in *Sum. tom. 1. c. 11. n. 13. & tom. 3. verb. Ieiunium, 7*. & Pottel *verb. Dies festi, n. 4*. De ieiuniis vero ab Episcopo in Synodo indictis, vide Riccium in *praxi, tom. 4. ref. 379. n. 4*. firmiter, Regulares ad illa non teneri.

Nota etiam hîc obiter, Pellizzar. *vbi supra, n. 58*. & Bordon. *n. 2*. docere, Regulares existentes Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ, non teneri ad ieiunium, si morantur in suis Monasteriis: secus autem si existerent in domibus sæcularium: quia vnusquisque potest se transferre à sua Parochia, vbi ieiunatur, ad Parochiam, vbi non seruatur ieiunium, & ibi non ieiunare: ergo, &c. Imò plus addunt, dictos Regulares, postea in diebus Rogationum existentes in suis Monasteriis, non teneri ad ieiunium, ad

J P 2 quod

quod tenentur in illis diebus ceteri Mediolanenses, sicuti v. g. Cremonensis existens Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ, & comedens carnes, postea Cremonæ existens in diebus Rogationum, non teneretur in illis ieiunare. His omnibus consentit Pasqual. *dec. 209.* quæ quidem non audent tanquam improbabilia damnare.

An incidat in censuram Bullæ Cæna, qui falsificat Litteras apostolicas, secundum mentem Pontificis?

R E S O L. X V,

V. G. Supplicatio facta est pro dispensatione in consanguinitate, & Notarius apposuit loco consanguinitatis affinitatem. Item, supplicatio facta est pro impedimento secundi gradus, & tamen Litteræ per errorem expeditæ sunt pro tertio: an, inquam, si ista corrigantur iuxta mentem Pontificis, correctio hæc falsitatem inducat, & censuram? Affirmat, ut probabilius, Suar. *disp. 21. sect. 2. num. 47.* Alther. *lib. 5. disp. 7. c. 2. propos. 2.* & Soufa in *Bull. Cæna, c. 7. disp. 42. concl. 4. p. 8.* Probatur; quoniam hæc mutatio est magni momenti: & licet mens Summi Pontificis fuerit, concessionem facere iuxta mutationem factam; intentio eius non est, ut error Litterarum per alios, quam per ministros ad id deputatos corrigatur. Deinde, non licet novas Litteras fabricare in prædicto casu, & loco aliarum supponere: ergo neque iam expeditas sic mutare. Tandem, in hac censura non prohibetur falsificatio mentis Pontificis, sed Litterarum apostolicarum: quod in casu conclusionis reverè contingit.

Sed ego adhæreo opinioni negatiæ, quam tuetur Sayrus *de censur. lib. 3. c. 10. n. 12.* Megala *tom. 4. lib. 3. c. 1. qu. 1. p. 4.* Regin. *tom. 1. lib. 9. n. 188.* Nald. in *Sum. verb. Falsum, n. 4.* & alij: quia illa mutatio verborum, comparatione Pontificis, mutatio non est, cum eius intentioni, & concessioni conformis sit: ergo falsitatem inducere non potest. Etenim mutatio sensus non tam est attendenda secundum verba materialiter posita in ipsa Bulla, quam secundum intentionem Pontificis Bullam expeditis. Nam, si licitum est, errorem manifestum Scriptoris emendare, sensu retento; cur non licebit errorem commissum contra mentem, & intentionem Pontificis? Præterea Litteræ sic correctæ, cum Pontificis intentioni conformes sint, veræ, & non falsæ sunt appellandæ. Ergo sic corrigens falsarius esse non potest; sed veri sensus, & mentis Pontificis restitutor. Secus verò est dicendum de eo, qui integras Litteras fabricaverit: quia illæ Litteræ, utpote à Pontifice non expeditæ, suppositæ sunt, & falsæ. Imò addit Sayr. *ubi sup.* nec in dictam censuram incurrere illum, qui corrigere Litteras Papæ exemplaris, vulgò, *minute*, Papæ oblatæ, & immutatæ à Scriptoribus Litterarum, si certus est de tali mutatione facta sine mandato Papæ: quia hic non esset immutator; sed potius restaurator veri sensus, & mentis Pontificis. Dicit tamen, hæc passim non esse faciendum, sed cum consilio peritorum. Et fortè, si quis à me consilium in re peteret, (quanvis peritus non sim,) hanc emendationem nunquam consulerem, cum vix dari possit casus, in quo quis esse possit certus de mente Summi Pontificis.

Nec obstat dicere cum Caiet. *verb. Excomm. n. 26. Sylu. quodam verb. 7. n. 8. §. Corrigenes.* Panormit. in *c. Ex Litteris, de fide instrum.* mutantes, etiam litteram unam in Litteris apostolicis manere excommunicatos. Quorum sententia sic probatur: Olim in privilegiis Summo Pœnitentiario concessis erat, quòd posset absolovere ab excommunicatione, quæ incurritur propter mutationem litteræ, vel puncti, in Litteris apostolicis, sensu non mutato: ergo quæcumque mutatio in Litteris apostolicis, sufficiens est ad incurrandam censuram huius Canonis.

Ex dictis inferitur cum Quardo in *Bull. Cæna, lib. 2. can. 6.*

q. 8. n. 8. quòd si in supplicatione dictum esset, Titio Ariminenfi, & errore Notarij scriptum esset, Titio Pisautiensis, corrigens, & ponens, prout in supplicatione, non peccat. Sicut nec Presbyter, quia in Litteris sui beneficij correxerit aliquid huiusmodi, quod rei substantiam, eiùve qualitatem non mutat.

Sed pone aliquem, nullam habuisse partem in falsandis Litteris apostolicis, sed illis uti, postquam falsatæ fuerunt; quæritur, an sit hac censuræ excommunicatus? Et videtur respondendum esse affirmativè: quia, qui utitur falsis Litteris, tanquam falsarius punitur, ut in cap. *Ad falsariorum, in fin. de crim. fals. §. Inter dilectos. §. Præterea, de excess. Prælat. l. Falsi nominis. ff. ad leg. Corn. de fals.* Et idem est de eo, qui falsas impetrat Litteras, ut in d. c. *Ad falsariorum.* Negativam nihilominus sententiam teneas; nam, cum Papa hic excommunicet, non falsar os in genere; sed tantum falsarios Litterarum apostolicarum, & hic, quanvis peccet peccato falsitatis circa Litteras apostolicas, formaliter tamen non potest dici falsarius Litterarum apostolicarum; & termini sunt formaliter intelligendi in qualibet facultate. Ita Suar. Soufa, & alij, *vb. sup.*

Item nota, defensores, & fautores falsificantium Litteras apostolicas; imò illas per alios falsificantes, non incurrere in censuram Bullæ Cæna, sed in censuram cap. *Ad falsariorum.* Censura tamen huius cap. reservata non est.

An incidant in censuram Bullæ Cæna, deferentes Infidelibus pecunias, merces, & victualia?

R E S O L. X V I.

AD hoc dubium respondet Soufa in *Bull. Cæna, c. 8. n. 5.* & sic ait: [Tolet. docet, non comprehendi in hac clausula, qui merces, victualia, ac similia, etiam belli tempore, ad fidei inimicos deferunt, quanvis excommunicentur in iure. Probat ex verbis sequentibus, scilicet. *Quibus Christianos, & Catholicos impugnant.* Quæ verba cum præcedentibus coniunguntur; mercibus autem, & victualibus nullus impugnatur. Placet tamen cum Caiet. in *Sum. verb. Excommunicatio, c. 20.* & Suar. *n. 56.* si huiusmodi victualia, vestes, & quæcumque merces tali tempore, & opportunitate deferantur, ut moraliter censerentur instrumenta, & auxilium ad bellum gerendum, excommunicari ea deferentes.] Ita Soufa. Cum Toletus consentit Sayr. *de cens. lib. 3. c. 11. n. 12.* & alij. Cum Suar. verò Bonac. *tom. 3. disp. 4. q. 8. punct. 2. n. 4.*

Sed novissimè opinioni negatiæ Toleti adhæret Castus Palus *tom. 6. disp. 3. punct. 8. n. 7.* [Tum, quia non est certum in hac excommunicatione comprehendi auxiliantes, consulentes, aut fautores quomodolibet Infidelibus, & Hæreticis in damnum Catholice Religionis, sed necessariò requiri, ut auxilium sit in monitione de statu Christianæ Reipublicæ; quia de his fuit sermo prius factus, & relatum, *illis, & ad id,* quod ad immediatè præcedentia refertur, id denotat. Præterquam quòd, non de auxilio, consilio, vel favore Turcis, aliisque Christianæ Religionis inimicis, videtur intelligendum; sed de auxilio præstito ipsis Catholicis, ut certiores faciant Turcas de statu Reipublicæ Christianæ, ita ut sensus sit: *Excommunicamus illos, qui per se, vel alios, de rebus statum Reipublicæ Christianæ concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christiana Religionis inimicos, necnon Hæreticos, in damnum Catholice Religionis, certiores faciunt; illisque, scilicet, fauentibus Hæreticis, ad id, hoc est, ad prædictum effectum monendi Hæreticos, auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant.] Hæc Palus.*

Ego verò utranque sententiam probabilem esse puto, sed veriorem secundam existimo: quia in his rebus, auxilium, & favor quomodolibet præstatatur nostræ Religionis hostibus

hostibus, Nullum enim auxilium bello aptius est, quam pecuniarium, mercium, & victualium. At in prædicta clausula videntur excommunicari omnes auxilium, consilium, vel fauorem inimicis nostræ Religionis præstantes. Ergo.

Sed hic obiter quæro primò: An nuntius deferens Infidelibus litteras, sciens continere reuelationem secreti Reipublicæ Christianæ, incurrat censuram Bullæ. Affirmat Soufa, *vbi sup. disp. 50. n. 4.* Quia, ait ipse, qui applicat ignem, moraliter loquendo, verè dicitur comburere: ergo, qui defert epistolas, vel alterius dictum denuntiat, verè moraliter eos certiores facere censebitur.

Sed Pal. *vbi sup.* docet, quòd alij non improbabiler contrarium asserunt; quia reuelatio, cum sit quædam manifestatio, & loquutio, nullatenus præstatur à tabellario litteras sigillatas deferente; non enim ipse reuelat, sed reuelationem defert. Applicans autem ignem dicitur comburere: quia ignis solùm physicè, non moraliter combustionem præstat: ac litteras mittès, & physicè, & moraliter secretum reuelat; eaque de causa deferens reuelationem ab hac denominatione reuelantis excusari potest. Verùm opinionem Soufa tenet Suarez *de cens. disp. 21. n. 58.* Vgol. Duardus, & alij.

At, quid dicendum, si aliquis reuelet secretum Christianæ Reipublicæ alicui fideli, qui creditur reuelaturus infidelibus? an, inquam, iste talis incurrat in censuram Bullæ? Affirmat Bonac. *tom. 3. disp. 1. q. 8. punct. 1. n. 4.* & alij penes ipsum. At negatiuè sententiæ adhæret Suar. & Palaus, *vbi sup.* quia in clausula Bullæ solùm puniuntur reuelantes per se, vel per alios statum Christianæ reipublicæ infidelibus. At sic fidelibus reuelans nequaquam dici potest infidelibus per se, vel per alios reuelare, cum ipsi fideles reuelantes nomine proprio reuelent, non autem nomine prioris reuelantis, qui nunquam ipsis reuelationem demandauit.

Quæro secundò: Vtrum vendentes arma infidelibus, in terris tamen Christianorum, incidant in censuram Bullæ? Negatiua pars suadetur: quia, cum censura hæc sit pœnalis, non debent verba illius extendi, sed interpretanda sunt iuxta propriam significationem. Quia igitur vendere non est deferre, & Summus Pontifex de deferentibus loquitur, ad vendentes extendenda non erit censura. Et ita tenet Azor, *tom. 1. lib. 8. cap. 23. q. 7.* Tolet. Nauarr. & alij, quos citat, Caltr. Pal. *loc. cit. n. 11.* qui tamen postea cum Vgol. Duardo, & Bonac. contrariam sententiam tenet: quia Bulla non requirit, vt arma transferantur ad terras infidelium, cum translationem ad infideles nullo superaddito prohibuerit: ac ea translatio ad infideles est facta. Neque obest, quòd ipsi ibidem non possint Christianos oppugnare: satis enim est, quòd possint in terris Infidelium trãslatari. Præterquàm quòd solùm per accidens ab impugnatione Christianorum ibidem impediuntur, scilicet, ob protectionem, & potentiam Christiani Principis; per se autem, & ex concessione armorum illis facta optimè possunt ibidem oppugnare Christianos. Nulla ergo causa est, ob quam hac censura ea venditio non afficiatur.

Itaque ego fateor quidem, non manere excommunicatos vendentes prohibita, ex vi particulæ, *Deferentes*: nihilominus, quatenus vendendo fauorem præstant infidelibus contra Christianos, non est, quare ab hac censura excusentur: & idem est, si illis vendant, quos certò sciunt ea ad Infideles esse missuros, siue ipsi infideles ad Christianorum ciuitates veniant, siue in ipsis pacificè viuunt, nisi forte eos paruitas materiæ excuset, vt si hastam vnã, vel equum vendant. Quòd idem dicendum erit de commutantibus arma pro armis, vt enses pro hastis, sicut docet Sayr. *lib. 3. de cens. c. 11. n. 27.* quidquid in contrarium dicat Sylu. *verb. Excommunicatio, 7. num. 64.* qui tenet, ob has commutationes censuram huius Cœnæ incurtere, Cuius sententia erit vera, si commutatio talis fuerit, vt infideles notabiliter meliùs Christianos impugnent; aliàs res est parui momenti, propter quam censura non fertur.

Et tandem pro coronide huius Resolutionis videtur excusari ab hac censura deferens prohibita, quando aliter

Antonini Diana Pars I. X.

captiui redimi non possunt: quam sententiã sequitur Vgolinus, *vers. Octauo.* Quòd Syluester intelligit, quando hoc sit tempore pacis, non verò si fiat tempore belli. Quæ tamen sententia non placet Toletò *in Sum. lib. 1. c. 24.* sed existimat, deferentes in hoc casu manere excommunicatos, tam in terminis huius Bullæ, quàm in terminis iuris antiqui. Prior sententia est magis pia, & idcirco in eam inclinandum existimo, dummodò grauius detrimentum ex prædictorum delatione Christianæ Reipublicæ non sequatur, quàm sit ex captiuorum redemptione vtilitas: hoc enim de benignitate Pontificis præsumendum est. Et hæc omnia docet Soufa *loc. cit. disp. 51. n. 6.*

An in casu dubij, possint Principes, sine incurssione censurarum Bulla Cœna impedire, ne victualia extrahantur ab eorum Regnis ad Romanam Curiam?

R E S O L. XVII.

Negatiuè respondet noster Duardus *in Bulla Cœna, lib. 2. can. 8. q. 10. n. 11.* vbi sic ait: [Hinc Princeps aliquis, annonæ ipsius ciuitatis, Prouinciæ, aut Regni consulens, prohibendo ab illis victualia, & his similia à supradictis eiusdem locis extrahi; quanuis ex tali prohibitione sequatur, quòd ad Romanam Curiam deferri non possint, nihilominus vi nostri Canonis non alligatur: quia hoc casu incidenter tantum prohibetur dictorum bonorum delatio ad Romanam Curiam: eò quòd per se primò vtilitati Prouinciæ, seu Regni, & eorum ciuitatibus consulitur, vt Caietano, Nauarr. Viual. & alijs docet hinc Sayr. *lib. 3. Thef. c. 12. n. 3. tom. 1.* Benè verum est, quòd ius, quo dicto casu Princeps vtitur, debet esse clarum, saltem practicè. nam, si quis in casu dubij vellet dispositioni dicti Canonis contraire, non excusaretur.] Ita ille.

Sed hanc opinionem impugnat Castrus Palaus *tom. 6. disp. 3. punct. 9. n. 6.* nam esto à lege certa nequeas te eximere ob causam dubiam, id verum est, cum pro lege est possessio: ac stante possessione pro parte impediens, non videtur impediens ob causam dubiam se à lege eximere, sed ob causam certam. Præterquàm quòd, stante dubio, an possit Princeps impedimentum victualibus deferendis præstare, æquum non est, quòd per legem ea potestate, etsi dubia, spoliatur. Sicuti non est æquum, quòd ad ieiunandum obligetur, qui dubius est, an 21. annum compleuerit; quia stante dubio, stat pro eius libertate possessio. Sed sententiam Duardi docet etiam Suar. *de cens. disput. 21. sect. 2. n. 64.* Filliucius *tom. 1. tr. 16. c. 7. n. 156.* & alij.

Notandum est tamen, quòd in foro externo, si impedimentum præstetur à persona publica, præsumitur iusto titulo appositum esse, secus à persona priuata, vt rectè notat Bonacina *tom. 3. disp. 1. q. 9. punct. 3. n. 2.*

An, si Sacerdos dicat Missam in Altari non consecrato, remaneat Altare consecratum?

R E S O L. XXVIII.

Affirmatiuè ex Pasqual. respondet Bordon. *tom. 2. ref. 83. n. 19.* tum ex D. Chrysof. *homil. 20. in 2. ad Cor. ibi: Lapis quidem natura est: sanctum autem fit, quoniam Corpus accipit Christi.* sed tunc lapis, seu altare dicitur accipere Corpus Christi, quando in eo celebratur: ergo celebratione consecratur: tum, quia consecratur altare, vt receptione virtutis spiritualis reddatur aptum ad diuinum cultum: sed magis redditur aptum per contactum Corporis Christi, quàm per verba formalia consecrationis: ergo celebratione consecratur; non enim minùs operatur factum, imò plus quàm verbum, l. *Non tantum ff. rem ratam hab.*

Nota ex dictis, Bordonum, *vbi supra, n. 5.* aduersus Dqminum meum de Lugò, docere, me citato, quòd si aliquis diceret Missam in Calice non consecrato, Calix consecra-

ius remaneret: quod etiam præter Doctores à me alibi in mei fauorem adductos, tenet hanc sententiam ex Soc. Iesu, P. Anthon. Escobar in *Theol. mor. tract. 1. exam. 1. Prac. 1. Eccles. c. 4. n. 65*, ubi sic ait: [Addo, posse Sacerdotem celebrare in Calice, & Patena nondum consecratis, & cum vestibus nondum benedictis, si alius Sacerdos bona fide cum ipsis antea celebravit: quia in prima celebratione iam fuerunt consecrata.] Ita ille. At Bordonus, *ubi supra*, tenet hanc sententiam, etiam si Sacerdos celebrasset mala fide, quod etiam docet Emanuel Sà *verb. Ecclesia, n. 19*, quia bona, aut mala fides Calicem non consecrat, aut execrat, sed Sanguis, & Corpus Iesu Christi in ipso, & Patena ministratum: & sicut Sacerdos ad huiusmodi virtualem consecrationem nihil confert, cum tota pendeat à consecratione Sacramenti, ita neque illius bona, vel mala fides obesse, vel prodesse potest huiusmodi sacrationi, per quã Calix effectus est aptum vas, & sanctum ad huiusmodi ministerium. Nota etiam, quod post hæc scripta inueni nostrã sententiam contra Eminentiissimum Lugo docere etiam Nald. in *Sum. verb. Ecclesia, n. 24*, & me citato, Pollach. in *Aphor. cerem. Missa, fol. 32. n. 4. & fol. 374. n. 2. & me etiam cito, Elig. Bass. in Flor. Theol. mor. verb. Missa, s. n. 2*. Unde nostra sententia remanet satis probabilis, quam nouissimè approbat ex Soc. Pellizz. in *Man. Reg. tom. 2. tr. 8. c. 5. sect. 3. n. 191*. & me citato, Ioan. Henriq. in *q. pract. sect. 22. q. 13*. Non nego tamen, sententiam Card. Lugo esse satis probabilem, quam nouissimè tuetur Leand. de *Sacram. tom. 1. tr. 8. disp. 7. q. 31*. Sed in mei fauorem vide etiam Baunium in *Theol. mor. tom. 1. tr. 6. q. 13*.

Post hæc autem scriptis mandata, legi Tamburinium *Opusc. de Sacrific. Missa, lib. 1. cap. 1. s. 4. n. 1. & seqq.* docentem, me citato, probabilem esse nostram sententiam, asserentem, Calicem, & Vestes remanere consecratis, & benedictis, si in illis non consecratis, & non benedictis, aliquis Sacerdos sacrificaret, etiam (addit ipse) si mala fide celebret in illis. Idem asserit de Patena, de Corporali, de Pixide, de Custodia, seu Sphæra, immediatè tangentibus sacras species: putat enim, omnia supradicta acquirere sufficientem consecrationem, seu benedictionem, eo ipso, quod in illis sacra ministeria exhibentur, quã iam continguntur suo modo à Sanctissimo Christi Corpore, unde omnis benedictio promanat: & licet Calix, v.g. deputetur ad Sacrificium per consecrationem factam ab habente potestatem, quod Sacri Canones semper requirere videntur, tamen æquiualeter, imò eminenter, talis deputatio habetur per sacratissimum contactum Corporis Christi. Idem etiam putat probabiliter de Ecclesia violata; reconciliari, nempe, per Sacrificium Missæ ibi celebratum. Et respondet ad argumenta, quæ in contrarium satis etiam probabiliter adduxit Eminentiissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, quem nouissimè nominatim contra me sequitur Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 4. dub. 9. n. 198*. Sed aduersus viros doctissimos, præter Authores citatos, oppono aliam virum non minus doctum, P. Agidium Coninch de *Sacram. q. 66. art. 2. dub. unico, n. 15*. ubi sic asserit: [Licet Patres dicant, Christum sanctificasse aquas, & sicque eam vim dedisse suo contactu, dum baptizaretur: non instituit autem eo contactu suum Baptismum, sed Baptismum Ioannis suscepit: moraliter tamen aquas consecrauit, (sicut contactu Sanguinis consecratur Calix, si quis celebret in non consecrato;) & sicque dictam vim meruit.] Ita ille, & iterum ego. Vtraque igitur sententia sua non caret probabilitate, vt diximus.

An ignorans homicidio esse annexam irregularitatem, excusetur ab illius incurfione?

R E S O L. XIX.

CAsus in dies accidit: & affirmatiuam sententiam probabilem esse putat nouissimè Castrus Palaus *tom. 6. disp. 6. punct. 6. num. 3*, ubi firmans, quod si probabiliter ig-

notes, irregularitatem delicto esse annexam: tamen si scias ecclesiastica lege esse prohibitum, ab irregularitate excuseris, aduersus hanc sententiam n. 2. sic arguit: [Si ad incurrendam irregularitatem necessarium foret cognoscere eam pœnã delicto annexi: ergo homicida ignorans hanc pœnam, nulla irregularitate teneretur, sed liberè posset ad Ordines promoueri. Hoc autem falsum videtur: si quidem Iudex iuste reum morti tradens irregularitatem contrahit, tamen si ignoret irregularitatem suo facto impositam esse, eò quod dedecet Christi esse Ministrum, qui alium vita priuauit: sed hæc indecentia efficacius vrget in eo, qui iniuste, & iniquè alium occidit: ergo irregularis erit, tamen si ignoret suo delicto irregularitatem esse impositam. Tamen ipse postea ad hoc argumentum sic respondet n. 3. Neque ius est inconueniens, quod Iudex, ignorans suo facto irregularitatem annexi, eam contrahat; non tamen eam contrahat homicida ignorans irregularitatem suo delicto annexi: quia irregularitas Iudici, non in pœnam, sed ob decentiam posita est: at homicidæ, tum ob decentiam, tum in pœnam delicti irregularitas indicitur; quæ irregularitas grauior est, & difficilius dispensationis, ac proinde non est mirum, vt cognitionem legis eam indicentis exposulet.] Ita Palaus, in quibus verbis, vt vides, aperte patet, ipsum docere, homicidam ignorantem suo facto irregularitatem annexam esse, illam non incurere.

Sed habeo magnam difficultatem in hac doctrina: video enim esse contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim: videtur enim sufficere, vt incurratur irregularitas, si sit annexa homicidio propter decentiam; & idè non obstat, si sit etiam annexa in pœnam: non enim incurritur ex vno capite, sed e iam ex alio, vt ego alibi adnotauì.

Sed ex his oritur alia difficilis quæstio, quæ ex verbis Magistri Serra in *p. 2. tom. 2. q. 76. art. 3. dub. 2.* tibi proponam: sic itaque asserit: [Nonnulli asserunt, illum, qui scienter accessit ad consanguineam vxoris suæ, ignorans priuationem petendi debitum esse ab Ecclesia ob hoc peccatum impositam, illam non incurere, sicque non egere dispensatione, vt à suo vxore petat debitum. Nam talis priuatio est pœna: ignorantia autem inuincibilis pœnæ ab ea excusat. Sed hoc tutum non est, cum sit contra communem Ecclesiæ consuetudinem: solent enim fideles moneri à Confessariis, ne petant debitum, quando ad consanguineam vxoris intra secundum gradum accesserunt, quousque dispensationem obtineant ab Episcopis, vel aliis ad hoc priuilegium habentibus. Nec prædictis Authoribus fauent Magister Soto in *4. dist. 37. q. unic. art. 2. concl. 2.* & alij, qui prædictam priuationem petendi debitum appellant pœnam: nam nolunt eodem modo iudicandum esse de illa, ac de aliis pœnis: aliàs enim cum iuxta sententiam probabilem ipsius Magistri Soto, quam prædicti Authores approbant, leges pœnales etiam apponentes pœnas, ad quarum executionem non requiritur aliqua actio, non obligent ad pœnam ante Iudicis sententiam; fateri deberet, etiam si quis, sciens pœnam priuationis petendi debitum, accederet ad consanguineam vxoris; non teneri se abstinere à petitione debiti ante Iudicis sententiam: quod quis dicat? Certè hæc priuatio petendi debitum non alio modo dicitur pœna incestus, quàm priuatio contrahendi matrimonium dicitur pœna criminis homicidij, vel adulterij: sed, qui tale crimen commisit, quantum inuincibiliter ignoraret priuationem contrahendi matrimonium, illam incurteret: ergo & qui committit prædictum peccatum incestus, priuationem petendi debitum incurrit, etiam si inuincibiliter ignoret illam. Vtraque enim priuatio, non proprie pœna est, sed impedimentum quoddam, & inhabilitas, à qua non excusat illius ignorantia.] Hucusque Serra satis probabiliter.

Sed ego etiam probabiliter puto, quod si quis ex ignorantia facti, vel iuris, vel solius pœnæ, contrahat cum suo coniuge cognationem, aut affinitatem, nõ priuatur petitione

ne debiti. Et ita præter alios, me citato, hanc sententiam tenet amicissimus Pater Franciscus Lugo de *Principiis Theol. mor. cap. 4. q. 3. num. 37.* cui adde nouissimè, etiam me citato, *Quintanadueñas in Theol. moral. tom. 1. tr. 9. singul. 6. num. 3. & 4.* omninò videndum,

An si inter multos sit dubium, quis ex illis occiderit, omnes remaneant irregulares? & quid, si sciatur occisor?

R E S O L. XX.

Casus est etiam practicabilis: & quoad primam, communiter affirmatiuè respondent. Sed negatiuam sententiam probabilem esse putat Lessius in 3. part. *D. Thoma, cap. 3. de irregularib. dub. 1. num. 25.* ubi sic ait: [Quando non constat, à quo quis fuerit occisus, vel à quo vulnus lethale accepit, omnes, de quibus dubitatur, sunt irregulares. Est communior sententia. Vide Couatruuiam 2. part. §. 2. num. 3. in *Clementina, Si furiosus*. Ratio est: quia in dubio homicidij censendus est quisque irregularis, cap. *Significasti. 2. de homicidio*. Nota tamen, quosdam recentiores non improbabiliè dicere, hoc solùm habere locum in foro externo, idque maximè ante diligentem inquisitionem: in foro tamen conscientie, si post factam diligentem inquisitionem adhuc manet omninò dubium, quis sit author, neminem censendum irregularem: quia fatius est crimen aliquod impunitum relinqui, quàm innocentes puniri.] Ita Lessius.

Quoad secundam difficultatem, si certò constiterit, quis vulnus lethale infixit, omnes alios vulnus lethale non inferentes affirmat Couatruuias, aliis relatis; in *Clem. Si furiosus, 3. part. §. 2. num. 3. vers. Secundum casus*. non fore irregulares. Ducitur: quia infligens vulnus lethale tenetur de homicidio, & non alius; reliqui enim tenentur de percussione, ex textu in leg. *Cum Mela. §. Sed & si seruum. ff. ad legem Aquilianam*, & in leg. *Si rixa. ff. de sicariis*. Ergo, cum liberi sint ab homicidio, liberi erunt ab irregularitate. Secundò probare potest ex cap. *Significasti. el. 2. de homicidio*, ubi Parochus excusatur ab homicidio, & irregularitate, si non infixit vulnus lethale latroni, qui aliis vulneribus acceptis subitò interiit. Et hanc sententiam probabilem esse fatetur Castus Palas *tom. 6. disput. 6. punct. 15. §. 6. n. 4.* licèt ipse meritò affirmatiuè sententiæ adhæreat: quia illos negari non potest sua præsentia auxilium, & fauorem occisori tribuisse, & occisum impedisse, ne se defenderet; ac proinde omnes iudicandi sunt secundùm Canones rei homicidij, & irregularitati subiecti, ex textu in cap. *Si quatuor homines. 23. quest. 8.* & ita etiam docet Auila *de cens. part. 7. disput. 6. sect. 3. dub. 3. conclus. 4.* Coninch *de Sacram. disp. 18. dub. 8. n. 70.* & alij.

Notat enim Lessius, *ubi supra, num. 23.* probabile esse, si quis alios comitetur, & nihil omninò per se faciat, nec causa sit, cur homicidium hic, & nunc fiat; id est, cum his circumstantiis, celerius, acrius, animosius, audacius, &c. non esse irregularem. Et ratio est: quia non censetur contulisse quidquam, aut vllum præbuisse influxum in illud facinus; unde etiam non tenetur ad restitutionem. Ita ille.

An abscissio alicuius membri facta inuito, inducat ipsi patienti irregularitatem.

R E S O L. XXI.

Casus mihi propositus, fuit talis. Cuidam inuento cum adultera, vir amputauit testicula: quæsierunt, an remanserit irregularis, ita vt absque dispensatione non possit ordinari. Aliqui Theologi responderunt, remansisse irregularem. Sed ego consulentibus dixi, negatiuam sententiam esse probabilem, & adduxi Lessium in 3. part. *D. Thoma, cap. 7. de irregul. dub. 1. num. 54.* sic asserentem. [Cui in-

uito ab alio membrum abscissum est, non est irregularis, etiamsi id ob culpam passus sit; nisi inde sit notabilis deformitas, & ineptitudo. Est contra Nau. *num. 198.* & quosdam alios; sed tenent multi recentiores: nusquam enim in iure id est expressum, vt si ab hoste, vel inimico sis mutilatus ob factam illi iniuriam; si in duello sis mutilatus; si à marito adulteræ inuentus in adulterio sis mutilatus. Quòd si à Iudice sis mutilatus per sententiam, non tam es irregularis ob mutilationem, quàm ob infamiam iuris, quam per sententiam incurristi.] Ita Lessius.

Adde etiam, quòd non desunt Doctores asserentes, testiculorum abscissionem, etiam voluntariam non inducere, irregularitatem: & ita docet Hurtadus *de irregular. diff. 5. n. 19.* & Bonac. *de cens. disp. 7. q. 4. punct. 8. n. 3.* Sed ego magis adhæreo affirmatiuè sententiæ, quam tuetur Cast. *Pal. tom. 6. disp. 6. punct. 15. §. 1. n. 4.*

Notandum est tamen hic obiter, Caietanum 2. 2. q. 65. ar. 1. *Sotum de iust. lib. 2. q. 2. ar. 1.* Suarez *de cens. disp. 4. sect. 2. n. 7.* Layman *lib. 3. sect. 5. tr. 3. part. 3. c. 11. n. 1.* asserere, eam mutilationem inducere irregularitatem, ex qua corpus humanum non integrum, sed imperfectum est; ac proinde abscissionem digitorum, & cartilaginis auris, & nasi, & testiculorum inducere irregularitatem. Sed ego existimo, illam mutilationem inducere irregularitatem, ex qua aliquod membrum corporis abscindatur: nam, dum membrum aliquod abscissum non est, corpus humanum non est mutilatum, & truncum; sed absolutè, & simpliciter integrum, & perfectum; aliàs mutilatio cuiuslibet partis corporis, quæ cum alio membro operatur, sufficiens irregularitati esset; & non solùm mutilatio digiti, sed partis illius irregularitatem induceret; & ex tali defectu mutilum, & truncum corpus humanum dicendum esset: quod oppositæ sententiæ Doctores non admittunt. Quapropter ea mutilatio constituit irregularitatem, quæ est mutilatio membri, sumpto membro pro ea parte corporis, quæ actionem aliquam habet ab alia distinctam, sicuti est auris, nasus, pes, oculus, manus, & similia, vt colligitur ex leg. *Idem Offilius. ff. de edil. editto*, ubi ex vnus digiti defectu non dicitur membrum deficere, & ex *l. Non sunt liberi. ff. de statu hominum*, ubi ob multiplicationem digitorum non multiplicantur membra. Et ex cap. 2. *de Clerico agrotante*, ubi Clericus carens duobus digitis cum medietate palmæ non dicitur mutilatus, aut truncatus; sed debilitatus, seu deformatus. Et ita docet Molina *tractat. 3. disput. 69. num. 2.* Auila *par. 7. disput. 5. sect. 1. dub. 1.* Coninch *disput. 18. dub. 8. conclus. 2.* Valentia *tom. 4. disput. 7. quest. 19. punct. 3. §. 4.* & alij: & idè pro casu nostro, licèt abscissio vnus testiculi non inducat irregularitatem; abscissio tamen vtriusque testiculi, impedit actionem generatiuam; ergo inducit irregularitatem. Nota verò, quòd licèt, qui alterum castrat, secundùm Hurtadum *loco citato*, non sit irregularis; tamen, qui seipsum castrat, aut se castrare permittit, est irregularis, ex peculiari dispositione in *Can. 5. & 11. dist. 55.*

An Episcopus possit dispensare, vt homicida voluntarius minoribus Ordinibus susceptis utatur, imò & sacris, iusta interueniente causa?

R E S O L. XXII.

Negatiuè responder Magister Cornejo in 3. p. *D. Thoma, tract. 5. de irreg. disput. 1. dub. 2. q. 2. n. 2.* ubi sic ait: [Hæc doctrina est contra Henriquez *lib. 14. de irregular. cap. 14. num. 1.* ubi dicit, Episcopum posse etiam modò post Concilium Tridentinum dispensare cum homicida voluntario ad vsum saltem minorum Ordinum: & *lib. 13. de excommunic. cap. 57. num. 1.* docet, posse dispensare cum eo ad beneficium simplex: quia existimat, Concilium Tridentinum non abstulisse ab Episcopis id, quod aliàs erat ipsis iure communi concessum, vt *cap. 20. de Clericis pugnansibus*

pugnantibus in ludo, ubi vtrunque videtur Episcopis concedi, &c. Hæc tamen sententia est falsa, ut conuincitur ex verbis Concilij, ibi, *Nec illis aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat sed omni Ordine, ac beneficio, & Officio ecclesiastico perpetuo careant:* ecce, ubi clare loquitur de beneficio simplici, & etiam de vsu minorum Ordinum; cum talis vsus Officium sit ecclesiasticum: ergo auferretur ab Episcopis potestas dispensandi, etiam in ipsis.] Ira Cornejo.

Sed opinionem Henriquez, quam falsam vocat Magister Cornejo, probabilem esse putat Pater Lessius, sic asserens in 3. par. D. Thoma, cap. 4. de irregul. dub. 2. n. 35. [Dico primò: In irregularitate ex homicidio voluntario, etsi occulto, solus Papa dispensare potest, non autem Episcopus. Patet ex Concilio Trid. sess. 24. c. 6. ubi excipit homicidium voluntarium; & sess. 14. c. 7. statuit Concilium, ut talis homicida careat omni Ordine, beneficio, & Officio ecclesiastico. Vbi tamen aduerte primò: Si iste habebat antea beneficiũ, non est priuatus ipso facto, sed priuandus per Superiorem causa cognita. Couarruias §. 3. n. 6. Aduerte secundò, probabile esse, Episcopum posse dispensare, ut homicida voluntarius, si crimen occultum sit, minoribus iam susceptis vtatur; imò, si causa iusta subsit, ut etiam in Sacris antea susceptis ministret: quia Concilium solùm vetat promoueri ad sacros Ordines. Ita tenent multi ex Recentioribus, & Couarruias §. 3. n. 4. qui etiam n. 6. docet, ab Episcopo posse admitti ad beneficium simplex, quod etsi dubium sit, saltem Episcopus potest dispensare, ut beneficium antea obtentum retineat.] Huc vsque Lessius. Verùm ego non recedo à prima sententia, quam nominatim contra Hentiq. sustinet Auila de censur. par. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3. concl. 2. qui tamen concedit, quòd Concilium Tridentinum non priuat ipso iure Clericum homicidam voluntarium beneficiis antea acquisitis, vnde quantum ad hoc, immutatum mansit ius antiquum.

Norandum est tamen, certum esse, Episcopum, etiam post Concilium Tridentinum, posse dispensare ad sacros Ordines, & ad quodcunque beneficium cum Clerico, qui commisit homicidium casuale, si sit occultum. Tale homicidium est, quod committitur in sui defensionem, sine debito moderamine: item, si Clericus, exercens Chirurgiam, aliquem interficiat ex negligentia, vel imperitia; item, si dominus mandet famulo, ut inimicum percutiat non lethaliter, & tamen famulus occidat. Huc etiam referri potest homicidium ex subita ira commissum: quia non censetur voluntarium, cum non sit factum per insidias, vel industriam; quod tamen Concilium videtur requirere, ut dicatur voluntarium. Imò, si homicidium casuale sit publicum, potest dispensare Episcopus ad minores Ordines tantum, & ad beneficium simplex. Ita Lessius loc. cit. n. 36. Auila dub. 2. concl. 2. & 3. & alij.

An excommunicatus, si sumat minores Ordines, efficiatur irregularis?

R E S O L. XXIII.

NEgatiuam sententiam esse probabilem docet Lessius in 3. par. c. 6. de irregul. dub. 2. n. 45. ubi sic ait: [Qui ligatus censura excommunicationis recipit Ordinem, præsertim sacrum, fit irregularis, Est communis, ex cap. Cum illorum. de sent. excomm. Vtrum verò, si minores recipiat, fiat irregularis, est dubium. Plerique putant esse irregularem: quia Canon generaliter loquitur de Ordine ecclesiastico. Sed contrarium non est improbabile: quia, cum Canon de Ordinibus ecclesiasticis loquuntur, sæpè tantummodò, sacros intelligunt, ut videre est in Concilio Tridentino sess. 14. c. 7. de refor.] Ita ille. Qui etiam subdit, quòd qui in suspensione recipit Ordinem factum, non videtur fieri irregularis: quia iure non est expressum. Est contra Nauarrum. Ratio esse potest: quia suspensio est directè ab

exercitio Ordinis suscepti, & solùm ex decencia impeditur susceptionem noui. Idem probabile est, si quis in interdito constitutus ordinetur; quia iure non inuenitur expressum. Hæc Lessius, quæ omnia confirmat Auila de censuris, par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 6. conclus. 3. & seq. Et ego absolute teneo, excommunicatum, sumendo Ordines minores, non incurrere irregularitatem. Vide Nauarr. consil. 28. de sent. excommunic.

Hinc sequitur à fortiori, quòd excommunicatus maiori excommunicatione recipiens primam Tonsuram, non est irregularis. Ita Nauarr. in eodem consil. ad 3. quest. Et hoc est verum, licet teneremus, quòd recipiens minores fiat irregularis. Ratio est: quia prima Tonsura non est Ordo, vt bene aduertit Auila ubi supra.

Quidam Episcopus volebat punire Parochum, qui ministravit Eucharistiam aliquibus in die Veneris Sancti: quasiuit à me, quid sentirem?

R E S O L. XXIV.

Respondi, non debere illum punire: quia, licet Sacra Congregatio die 9. Maij, 1606. declarauerit, seruandam esse vniuersalis Ecclesie consuetudinem non ministrandi, nisi infirmis in die Parasceue Sacramentum, vt testatur Gauiantus in Rubricis Missalis, part. 4. tit. 9. num. 25. & licet Barbola de presb. Parochi, cap. 20. afferat aliam declarationem eiusdem Congregationis datam sub die 19. Februarij, 1622. & probet hanc sententiam Francolinus tract. de Flor. canon. cap. 30. n. 10. ex Innocentio I. in Epist. 1. ad Decent. c. 4. & refertur in Can. Sabbato. de consecr. dist. 3. Et Missale Romanum dicat: *Hodie (id est, Feria quinta) Sacerdos consecrat duas Hostias, quarum unam sumit, alteram reseruat pro die sequenti, in quo non conficitur Sacramentum: reseruat etiam aliquas particulas consecratas, si opus fuerit pra infirmis.* Ergo solùm infirmis licet in ea Feria sexta communicare.

Tamen, his non obstantibus, non desunt Doctores asserentes, in die Parasceue licitam esse administrationem Sacramenti Eucharistie, per se, & secluso scandalo. Et ita, præter Suarez, & Vasquez, quos citat, & sequitur Quintanadueñas tom. 1. tract. 4. singul. 6. n. 4. tenet, me citato, Leander de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 5. quest. 24. Fragolus de Rep. tom. 2. lib. 10. disp. 21. §. 7. num. 19. Ex Dominicanorum Familia Reuerendissimus Candidus, Magister Sacri Palatii, tom. 3. disquis. 2. art. 28. dub. 12. fol. 324. Ioan. de la Cruz in Direct. de Sacrif. Missæ, q. 2. dub. 2. concl. 1. & ante omnes Magister Ledesma in Summa, tom. 1. de Sac. Euch. cap. 19. conclus. 5. fol. mibi 123. Idem docet Castus Palaus tom. 4. tract. 22. punct. 7. n. 3. Tannerus tom. 4. disp. 5. quest. 10. dub. 4. num. 57. Ballæus in Flor. Theolog. verb. Missæ, 3. num. 7. Fagundez de Precept. Eccles. 1. lib. 3. cap. 16. num. 14. Syluius in 3. par. quest. 83. art. 2. Queritur 3. Layman lib. 5. tractat. 5. cap. 1. assert. 7. Hurtadus de Sacrificio Missæ, disput. 4. difficult. 2. & me citato, Pellizzarius tract. de Mon. cap. 6. quest. 3. num. 9. & alij. Vnde Machadus lib. 4. par. 1. tract. 11. docum. 11. num. 2. obseruat, ita Marriti in Parochia S. Martini obseruari in praxi. Et ratio est: quia Innocentius in dicto testimonio tantum loquitur de celebratione, non de Communione; & Missale Romanum, dum ordinar, vt reseruetur Eucharistia pro infirmis, non prohibet, quòd reseruetur pro sanis, & ipsis non liceat, sed tantum infirmis; sed id ordinar, & præcipit pro infirmis, quia ipsis in periculo existentibus est sub præcepto necessaria, & non sanis. Nec id prohibitum est iure consuetudine introducto: quia, etiam si regulariter ea die fideles non communicent; id tamen non omittitur regulariter, quasi necessarium sit ea die non communicare; sed, quia est congruens, quia est dies maximi mætoris. Cum itaque in casu nostro, stante affirmatiua opinione supradictorum Doctorum Parochus communicando Parochianos, culpam non commisit: ergo

ergo non erat puniendus ab Episcopo, quia pœna supponit culpam. Deinde dici potest in fauorem Parochi, quod ei non constabat authenticè de dictis declarationibus Sacrae Congregationis; unde stante Decreto Urbani VIII. illud non obligabant. Verùm, suppositis dictis declarationibus, ego nunc existimo, in Feria sexta Parasceue non esse administrandam Eucharistiam, nisi infirmis. Purpuratorum Patrum oracula venerari oportet, nec sapere pliusquam oportet sapere.

Notandum est etiam hîc obiter, non posse Episcopum punire Sacerdotem, qui, secluso scandalo, & secreto, Missam priuatam dixit in Sabbatho sancto: quia hoc fecit sine culpa, stante opinione Doctorum: ergo pœna plectendus non est. Quod autem licitum sit in illa die celebrare, contra Nauarrum, Francolinum, & Valquez, docent Suarez, Fagundez, Gurtierrez, Sotus, & Cardinalis de Lugo, quos citat, & sequitur Quintanadueñas loco citato, num. 8. quibus ego addo, me citato, Caspensem in *Curs. Theolog. tom. 1. tract. 23. disp. 3. sect. 2. num. 5.* Mercerum de *Sacram. quest. 83. art. 2. propos. 2.* & me citato, Leandrum de *Sacram. tom. 1. tract. 8. disp. 5. quest. 26.* Granadum in *3. part. contr. 6. tr. 14. disput. 10. num. 3.* Marchinum de *Sacram. Ordin. tr. 3. par. 3. cap. 8. num. 5.* Lessium in *3. par. D. Thome, quest. 83. art. 2. num. 72.* Amicum in *Curs. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 10. n. 3 12.* Syluium in *3. par. D. Thome, quest. 83. art. 2.* Quod verò in tali casu non sit necessaria licentia Episcopi, tenet Eminentissimus Dominus meus de Lugo, & Fagundez, quos citat, & sequitur Quintanadueñas *ubi supra.* Difficultas est, supposito, quod sit licitum dicere Missam priuatam, secluso scandalo, in die Sabbathi sancti, quam hora dicenda sit? Ad hoc dubium sic respondet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 23. disput. unica, punct. 7. num. 5.* [Illud verò certum existimo, stante probabilitate contrariæ sententiæ affirmantis, quemlibet Sacerdotem celebrare priuatim posse; nemini id esse licitum, antequàm Missa solennis incepta sit: quia vsque ad illud tempus memoria realis Passionis ab Ecclesia colitur: quo durante cultu, nullum est Sacrificium celebrandum, ex d. cap. *Sabbatho. de consecr. dist. 3.* Ob hanc enim rationem diximus, nemini licitum esse Feria quinta in Cœna Domini post finitum Sacrificium solenne illius diei, & Sacramentum reconditum, priuatim celebrare, tamen si antea licitum esset.] Ita ille.

Verùm Eminentissimus Lugo hoc non admittit. Et nouissimè Doctus Pater Hyeronimus Garzia in *Summa moral. tr. 3. difficult. 2. dub. 4. punct. 3. n. 17.* sic ait: [Tambien aduerten muchos, que dado que se diga alguna Missa priuada, que no se comience sino algo tarde, quando ya estan dichas las Profecias, y demas Oficio en las Iglesias principales, y se comienza la Missa solemne con *alleluya*, se tocan las campanas, y se toman ornamentos blancos. Però Lugo *num. 16.* dize, que no ay que forman desto escrupelo, porque ya que la Iglesia anticipa este Oficio, tambien se puede dezir Missa anticipadamente la Missa solemne, y Nona, tambien con alguna causa en este dia se puede dezir Missa por la mañana, y vemos à muchos Obispos doctos, y pios, que lo hazen assi, quando en sus Capillas, y Oratorios, dan en esta dia Ordenes.] Ita ille.

Sed cum Castro Palao contra Cardinalem de Lugo, consentit ex eadem Societate P. Pericus de offic. *Sacerd. lib. 1. c. 4. dub. 8. n. 53.* Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 24. §. Si quaras.* Suar. in *3. par. tom. 3. disp. 80. sect. 2.* Fagund. *part. 1. lib. 3. c. 15. n. 17.* Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 1. n. 108.* Amicus *tom. 7. disp. 32. sect. 10. n. 3 12. in fine.* non est tamen negandum, sententiam Eminentissimi Cardinalis esse probabilem: & illam etiam tenet Hurtad. de *Sacr. Missa, disp. 4. difficult. 2.*

Ex his sequitur, quod si in Sabbatho sancto acciderit Festum Annuntiationis B. Virginis, posset Episcopus ordinare, vt in singulis Ecclesiis Missæ celebrentur. Et ita P. Garzia *ubi supra, n. 16.* testatur, factum fuisse in Diœcesi Cæsaraugustana anno 1639. quod etiam factum fuisse in ciuita-

te Neapolitana testatur noster Pater Leone de Capell. *sect. 17. n. 178.* sed de his omnibus ego *alibi, in tr. de celebratione Missarum.* Scio aduersus sententiam supradictam de Missa pridata in Sabbatho sancto licitè dicenda, contrarium docere nouissimè Castrum Palaum *ubi supra, n. 4.* Sed ipse fatetur, nostram sententiam esse probabilem, & à viris timoratae conscientia in praxi reductam, quod etiam concedit Pater Pericus *ubi supra, num. 51.* An verò contra nostram sententiam adfit aliqua declaratio Cardinalium, nescio: si adest, amplius huic opinioni non adhæreo; si non adest, illam iterum tenco.

An homicidium ab adultero, & adultera perpetratum animo, & intentione contrahendi matrimonium inter se, si ea intentio non significetur exterius, inducat impedimentum dirimens?

R E S O L. X X V.

Negatiuè respondet Poncius de *matrimon. lib. 7. c. 45. n. 4.* & Hurtadus *disp. 23. difficult. 1. n. 3.* Sed hæc sententia non placet Castro Palao *tom. 5. disp. 4. punct. 12. n. 5.* quia Ecclesia non punit intentionem præcisè, sed occisionem externam ea intentione factam, & cum puniat lege ipsa, & non per sententiam, opus non est de intentione constare, argum. desumpto ex *Clem. 1. §. Verùm. de Hereticis.* vbi Inquisitores excommunicantur, qui odio, vel amore ducti iniustitiam reis faciunt.

Verùm ego puto, non esse recedendum à negatiua sententia, quam cum Poncio, & Hurtado tenet doctus, & amicissimus P. Perez de *matrim. disp. 33. sect. 1. n. 7.* Quia certum est occultum omninò, & mentale delictum non subiace- re Ecclesiæ iudicio, neque punitio, optima ratione: quia lex est imperium Superioris inferiores ad sui obseruationem obligans: unde iure naturali oportet inferiorem ad voluntatem Superioris conformari: absurdum enim est ei refragari, & resistere, sicut honestum obtemperare. At conformatio hæc inferioris ad Superiorem in eo solùm attendi debet, quod proprium hominum est: id autem est exterior operatio secundum rationem: nam spiritualis conformatio Angelorù, & spirituum potius videtur, quàm hominum; vel hominum etiam, ea tamen ratione, qua cum Angelis communicant: lex igitur humana humanam postulans obedientiam, eam solùm exposcit in operibus exterioribus, quæ propria hominum sunt, nec communia cum Angelis, ac proinde actus omninò interiores, nec prohibere, nec præcipere potest: quia in illis conformatio obedientia humanæ non exigitur. Ex quibus patet responsio ad argumentum Castri Palai. Dico igitur, quod excommunicatio illa contra Inquisitorem illum, non ipsum comprehendit, si odium, vel amor sit omninò occultus, & nullo signo, aut opere exteriori manifestatus, aut indicatus. Quocirca in illa Clementina non excommunicatur, qui odio, vel amore, & gratitudine simpliciter omiserit inquirere; sed is, qui obtentu amoris, vel odij, hoc est, prætextu aliquo non inquirat: at prætextus est, quando aliquo signo talis animus indicatur: quare, si omninò maneret secretus talis affectus, nullam Inquisitor incurreret excommunicationem.

Notandum est etiam hîc obiter, quod si aliquis occidat, virum animo ineundi matrimonium cum vna ex filiabus Titij, contraheret impedimentum cum qualibet illarum: quia omnes nuncupatim, & expressè intentæ fuerunt. Ita Gurtierrez de *matrimon. c. 105. n. 22.* Sanc. *lib. 7. disp. 78. n. 18.* & alij. Sed hæc opinio non caret difficultate: quia, ait Palaus *loco citato,* esto, intentæ omnes sint; sunt tamen intentæ sub indifferentia, & indeterminatione, quæ cum matrimonio consistere nequit. Verùm opinioni Sanc. adhæret Perez *loco citato, sect. 2. n. 8.*

An promissio adulteri facta inducat impedimentum matrimonij?

R E S O L. XXVI.

Suppono, adulterium coniugis coniunctum cum promissione ducendi eam, cum qua adulteratur, esse crimen dirimens ex iure ecclesiastico, matrimonium sequutum cum ea: & id, quod dicitur de adultero, dicendum est de adultera. Hoc supposito, ad quaestionem propositam affirmatiue respondet Castrus Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. 12. n. 11.* Gutierrez *de matrim. cap. 105. n. 28.* Coninch *de Sacram. disp. 3. 1. dub. 5. n. 57.* & Sanch. *lib. 7. disp. 79. n. 10.* Quia ex promissione, serid facta, & cuius fictio non cognoscitur ansa occidendi coniugem, æquè nascitur, ac ex veta promissione. Ius autem hoc impedimentum constituit ad dictam occasionem tollendam, Ergo promissioni apparenter verè hoc impedimentum censeri debet appositum. Deinde præcepta ecclesiastica cadunt in adus externos, & eisdem punit Ecclesia; nam de inferioribus nihil iudicat: sed ille exterius promittit: ergo contrahit pœnam, seu impedimentum tali crimini iniunctum,

Mihi verò magis placet negatiua sententia, quam tuetur Hurtado *de matrim. disp. 2. 3. difficul. 2. n. 9.* Hentiq. *lib. 12. p. 14. n. 3. in fine*, & alij. Quod probatur exemplis fictè rebaptizantis, & fictè proferentis hæresim; nam rebaptizans ille in foro conscientiae excusatur ab irregularitate, quia adus ille verè in ratione culpæ non est peccatum consummatum rebaptizandi, sed est tantum imperfectum in eo ordine, & ideo non est sufficiens ad contrahendam illam irregularitatem, quæ imponitur propter delictum perfectum, & consummatum in illa sua specie. Ille etiam alius exterius hæresim profitens, veram fidem animo, & mente retinens, non incurrit pœnas, & censuras Hæreticis impostas, quia reuerà non est simpliciter Hæreticus, sed solum cum addito, scilicet, exterior Hæreticus, seu fictus. Sic ergo in præsentia, qui sine intentione exterius dat fidem matrimonio, reuerà non est promissor, sed fingit se promissorem; & ideo, quanuis in hoc etiam grauius peccet, non tamen propriè est illa culpa, propter quam impedimentum dirimens impositum est. Et licet Sanch. conetur ad hæc exempla respondere, ad eius tamen responsionem responderet Perez loco citato.

Sed, si hinc obiter quaeras, cum promissio de matrimonio contrahendo, vt inducat impedimentum, debeat esse externa, & acceptata, an taciturnitas inducat acceptationem, P. Perez *ubi supra, sect. 5. n. 4.* cum Poncio, Coninch, Rebellio, & Hurtado affirmatiue respondet. Ratio est: quia, cum adulteri se mutuò amant, censentur expectere mutuum matrimonium, ideoque vnus alteri hoc promittit, tanquam fauorabile. In his verò, quæ fauorabilia iudicantur ab eo, cui offeruntur, & vt talia ei offeruntur, quanuis in re ipsa non sint fauorabilia: *Qui tacet, consentire videtur, de regulis iuris, in 6. regula 43.* Verùm negatiuæ sententiæ adhæret Sanchez *lib. 7. disp. 79. num. 25.* Gutierrez *de matrim. c. 105. num. 28.* & Castrus Palaus *ubi supra, num. 10.* Nam est, matrimonium, vt quid fauorabile offeratur; de facto tamen, vt offertur, fauorabile non est: tum, quia acceptans inhabilis redditur ad illud matrimonium contrahendum, & pœnis ecclesiasticis subiicitur: tum, quia in probabili sententia obligatur ad repromittendum, quod onerosum est. At, cum promissio non est gratuita, sed onerosa, onusque continet, non censetur acceptari ex sola taciturnitate, vt tradunt Doctores *in regula, Qui tacet, de regul. iuris, in 6.* & l. *Qua dicit, ff. solut. matrim.* Neque obstat, quod promissarius ignorauerit onus, quod ex acceptatione promissionis subiit: quia ea ignorantia, vt potè iuris, non præsumitur; & cum taciturnitas, sola iuris præsumptione consensum inferat, nullatenus in præsentia inferre potest. Vnde vtranque sententiam probabilem esse puto. Ego verò magis adhæreo primæ sententiæ: quia, cum adulteri se mutuò

ament, cæco amore ducti maximè appetunt illud matrimonium, tamen si non ignorent esse onus, & impedimentum illius: vnde, qui tacet, censetur acceptare ad quod sibi iudicatur fauorabilius, & quod ipse maximè appetere censetur.

An in extrema necessitate, non solum pater, sed etiam mater, possit vendere filium?

R E S O L. XXVII.

Certum est, quod homo liber vendi non potest, etiam si referatur in tempus, quo iam sit seruus. Ita prohibetur l. *Sed Celsus citata.* & l. *Si emptio. §. Omnium rerum. ff. De contrahenda emptio. §. 1. Inst. de inuilib. stipulation. & l. 15. titulo 5. partit. 5.* Legatur Molina *disp. 340. n. 21. & disp. 33.* Quando autem l. *Et liberi homin. ff. de contrahenda emptio.* dicitur valere venditionem liberi hominis factam ignorantem illum esse liberum; hoc dicitur ad effectum; quod venditor, qui liberum esse sciebat, teneatur emptori ad interesse, iuxta §. *ultimum. Inst. de empt. & vend.* Si autem venditor ignoranter vendidit solum repetit emptor pretium. Ita Anton. Gomez *tom. 2. variarum, c. 2. n. 50.* Legatur Molina *disp. 268. ad finem.* In extrema tamen necessitate famis, potest filius vendi à patre, vt habetur in l. *2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt*, & ita docent communiter Iurisperiti, & Theologi, vt Dicastillus *de inst. lib. 2. rr. 9. disp. 1. dub. 1. n. 85.* & alij.

Difficultas est, an hæc potestas extendatur ad matrem. Casus est curiosus, & à paucis pertractatum inuenio. Negatiuam sententiam docet Georgius Acacius *tract. de priuilegiis parentum, & liberorum, priuileg. 21. n. 18.* qui citat Glosam, Baldum, Salycetum, & Azonem. Probari potest hæc opinio, primò: quia, qui in potestate aliquid nõ habet, illud vendere non potest: atqui in proposito casu famis, videlicet, & egestatis, permittitur patribus liberos distrahere: igitur in potestate liberos habere eos oportet. Iam verò mater non habere in potestate liberos, expediti est iuris. Sequitur proinde, quod mater non possit liberos ex prædicta causa distrahere. Si transactione mater non potest liberos efficere seruos; multò minus potest venditione eos in statum seruilem deducere: atqui verum est prius, per l. *Transactio. ne. 26. C. de transact.* Igitur, nec mater liberos vendendo efficere potest seruos. Leges semper intelligi debent iuxta rubricam, sub qua ponuntur. Atqui rubrica, sub qua illa l. 2. collata est, concepta est nominatim, & expressè de patribus, qui liberos distraxerunt, non autem de parentibus: ergo prædicta l. 2. illi rubricæ subiecta, non de parentibus, sed de patribus accipi debet.

Sed, his non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ mordicus adhæret Hulticus Hunnius *in vol. 2. Tractatorij, disp. 28. Thef. 4. 9. 10.* Quia in toto illo titulo *C. de patribus, qui lib. suos distrax.* nulla prorsus mentio fit patriæ potestatis, nec vnico quidem verbulo innuitur, quod ius istud distrahendi liberos, effectus sit patriæ potestatis, eiusque intuitu patribus competat. Nec denique alio in loco iuris nostri ad patriam potestatem referatur. Proinde verisimile non est ius istud effectum esse patriæ potestatis. Ex quo sequitur, quod ius istud distrahendi liberos ad matrem æquè atque ad patrem spectet. Et sanè alia longè ratio, ob quam parentibus conceditur potestas, accepto pretio, distrahendi liberos, ab Imperatore indicatur *in d. l. 2. necessitas*, videlicet, nimiaque paupertas, & egestas, in qua sola sese fundat Imperator. Atqui perperam hoc fieret, si præcipua illius distractionis ratio in patriæ potestate consisteret: perquam enim absurdum foret, rationem constitutionis veram, ac principalem silentio inuoluere; aliam verò rationem ad rem parum pertinentem, aut sanè minus principalem assignare; quod de tanto Imperatore præsumi non debet. Denique Imperator Constantinus *in d. l. 3. C. de patribus, qui lib. suos distrax.* vtiitur verbo, *Si quis.* Iam verò verbo hoc, *Si quis,* tam sceminas,

nas, quàm masculos contineri, author est Iurisconsultus in l. 1. ff. de verbor. signif.

Nec obstant argumeta pro opinione negatiua. Respondet Hunnius, & ad primum asserit, laborare æquiuocatione vocabuli, *potestas*. Cùm enim dicitur, quod quis in potestate non habet, illud distrahì non posse, nomine potestatis significatur dominium. At in proposita quæstione potestas non dominium, sed ius illud, quod patentes in libero habent, denotat, quod à dominio diuersissimum est. Ad hæc, quod d. l. 2. permittit parentibus liberos suos ex causa famis, & paupertatis vendere: id planè singulare est contra ius commune receptum, vt ex præcedente. l. 1. reluctat: non igitur patriæ potestati, tanquàm eius effectus, adscribi debet: alioquin semper, & regulariter liceret parentibus, etiam extra hunc necessitatis casum, liberos vendere.

Ad secundum quoque non est difficilis responsio: regulariter quippe, & ordinariè mater non potest sua transactione liberos suos efficere seruos, aut quacunque alia ratione in seruitutem conuicere; id, quod vult d. l. 26. *C. de transact.* Sed nec patri, extra prædictum necessitatis casum, idem permissum est. d. l. 1. Si igitur ex d. l. 26. rectè inferitur, quòd mater non possit, ex causa paupertatis, & famis liberos vendere, ex eodem certè fundamento idem de patre quoque concludendum erit. Quocirca casus d. l. 2. planè singularis est, & exceptionem à regula d. l. 2. continet.

Ad tertium respondeo, argumentum à rubro ad nigrum non esse perperuum, nec necessarium, sed probabile duntaxat, nec eo casu procedere, quo ratio legis generaliter est ipsa rubrica: ex ratione enim legis, vt quæ legis est anima, lex potiùs capit interpretationem, quàm ex rubrica: & interpretatio, quæ ex legis ratione sumitur, necessaria est: at quæ ex rubrica petitur, probabilis duntaxat. Iam verò, etsi rubrica sit de patribus duntaxat concepta, ratio tamen legis secundæ ita generalis est, vt parentum vtrunque sexum comprehendat. Sed de sola venditione dicta lex 2. Codicis loquitur, nec donare, nec permutare filium licere colligit Baldus in d. l. 2. q. 3. Salyc. *ibi*, n. 3. Ego tamen, vt de donatione consentio, quia contra rationem d. l. 2. non victus causa filium alienæ potestati tradit, qui donat, & eo non plus habet quàm antea: ita de permutatione, si filium in seruitutem tradat pro victu certo, aliud censuerim: idem enim egit, ac si vendidisset: permutatio enim vnica est emptori. l. 2. ff. de rerum permut. imò vicem obtinet emptionis, l. 2. *C. cod. sit.* §. *item pretium. Inst. de empt. & vend.* Et hanc sententiam tenet etiam Acacius *vbi supra*; hoc tamen admittens, vt diximus, in solo patre; sed Hunnius admitteret etiam in matre.

An clausula, appellatione remota, includat quancunque appellationem?

R E S O L. XXVIII.

Casus est nimis practicabilis, & ad illum affirmatiuè responderet nouissimè Hulricus Hunnius in *Commentariis ad Truenerium*, vol. 2. disp. 33. *Thef.* 4. q. 31. vbi mordicus firmat, quòd talis clausula, non de friuolis duntaxat, sed de legitimis appellationibus intelligi debeat. Et huius assertionis hoc fundamentum habeo, quòd alioquin clausula ista, *remota appellatione*, prorsus foret otiosa, & superuacua, nec quicquam operaretur, cùm & aliàs, non adiecta præfata clausula, friuolæ appellationes non admitti, sed rennueri debeant, d. l. fin. *C. de appell. recip.* At verò clausularum, illarum præsertim, quæ rescriptis Principum adiciuntur, ea est facienda interpretatio, ne sint frustraneæ, & otiosæ; sed vt aliquid operentur; cùm non sit credibile, Principem frustra, & sine effectu clausulam aliquam suo rescripto inseruisse, aut adiecisse. Deinde, sicut verba Legum cum effectu intelligi debent, l. 5. §. 2. ff. *ne quis in ius vocat.* ita quoque verba rescriptorum cum effectu sunt accipièda, vt quæ vim legum obtineant, §. *Sed & quod Principi.* l. *De iure nat.*

Gent. & Ciuil. Denique, si prædicta clausula, *remota appellatione*, intelligi deberet de leui solùm, ac friuola appellatione, ratio dari non posset, quare huiusmodi clausula non possit adici ab alio Magistratu iurisdictionem suam alij demandante. Iam verò in d. l. 1. §. *fin. ff. à quib. appellat.* expressè dicitur, Principem solere ita dare Iudicem, ne ab ipso appelletur; alium verò ita Iudicem dare non posse. Vnde meritò concluditur, quòd clausula sæpè dicta, non de friuola, sed de legitima appellatione sit intelligenda.

Non obstat discutiendum fundamentum, quòd, nempe, Princeps suo rescripto non possit alicui ius suum auferre: nam ad hoc respondeo, id verum esse, nisi iustam habeat causam ius appellandi alicui auferendi, argum. §. *fin. l. de his, qui sui, vel alien. iuris sunt.* qualem causam Princeps, clausulam istam adiciens, habere semper præsumitur: cùm enim ipse fons sit iuris, ac iustitiæ, non præsumitur, contra ius, & iustitiam quicquam rescribere: vnde & rescripta, placitæque ipsius vim iuris obtinere dicuntur.

Nec obstat huic sententiæ, quòd appellatio iuris sit naturalis, & ideò subditis non possit auferri: nam nulla idonea, & sufficiente ratione probatur, quòd ex iure naturali descendat. Quod enim dicunt, speciem esse defensionis appellationem, & ideò iuris naturalis; ad hoc facilis videtur esse responsio: nam posito, quòd sit species quædam defensionis appellatio, quod etiam negat Arius Pinell. *Rubr. C. de rescind. vend. p. 2. c. 3. n. 22. & seq.* minimè tamen consequens ei foret, quòd iuris sit naturalis: quanquam enim defensio ex iure gentium, & naturali descendat; species tamen singulæ non sunt propterea ex eodem iure. Conuentio quippe ex iure gentium descendit: at non omnes, & singulæ species ex eodem iure promanant; l. *Ex iure ff. de iust. & iur.* cùm forma specifica, quæ singulis speciebus est propria, originem, & esse soleat dare cuique speciei. Vt proinde non sequatur: defensio iuris naturalis est: ergo appellatio quoque erit eiusdem iuris. Et hæc omnia docet Hunnius *loc. cit.* quæ quidem, licet ingeniosè excogitata sint; non videntur tamen admittenda, cùm aduersentur communi sententiæ Doctorum per ea, quæ adducit Menoch. *de arb. cas.* 197. n. 2. & seq. Marchesan *de Commis. par. 1. c. 10. n. 18. Sesse de inbib. c. 8. §. 2. n. 10.* Gratian. *c. 41. n. 18.* Leo in *Thef. for. eccles.* par. 2. c. 2. n. 36. & alij.

Limitatur tamen opinio hæc negatiua, casu, quo, (vt *alibi* etiam adnotau) per Papam alicui Cardinali sit commissa causa, *appellatione remota*: tunc enim censeretur exclusa quælibet appellatio, etiam non friuola, & iusta, vt dignitas Cardinalitia aliquid operetur. Ita Bal. in l. 1. *ante fin. ff. de off. Pref. Prat. Affl. in rub. qua sint regalia, n. 4.* Gomez in *Compendio vtriusque sign. n. 49.* Mandos. *ad Rom. conf.* 211. in *addit. lit. C.* quos refert, & sequitur Farin. *fragm. crim. p. 2. verbo, Iudex, num. 963.* Card. Tusch. *præf. concl. tom. 1. lit. A. concl. 400. n. 11.* vbi dicit speciale in cõmissione facta Cardinali. Restringe pariter in priuilegiis Religionibus à Summis Pontificibus concessis, quòd, scilicet, ad executionem procedatur, appellatione remota: quo casu remotam esse omnem appellationem, tam legitimam, quàm friuolam obseruat Fr. Emmanuel *q. Regul. tom. 1. q. 8. art. art. 13.*

Nota tamen hinc obiter, quòd hæc clausula nihil operatur, si constat de grauamine notorio. Ita Cenedus *præf. & canonic. quæst. lib. 1. quæst. 45. num. 44.* Martha *de clausulis, par. 1. claus. 12. in ultima impressione, num. 47.* vbi *num. seq.* hoc ampliat, vt procedat, etiam si dictum esset, *Omni, & quacunque appellatione remota.* Nec operatur contra tertium: nam commissa causa appellationis cum hac clausula, non prohibetur tertius appellare pro eo, quòd sua interesse putauerit. Martha *vbi supra, claus. 12. n. 6.* vbi n. 11. resoluit, quòd hæc clausula apposita in gratia directa executori Litterarum Apostolicarum, intelligitur de contradictoribus de facto, & *num. 12.* quòd posita in persona delegati, non transit ad subdelegatum, & quòd hæc clausula non est odiosa, & respicit præiudicium tertij. Nec tollit supplicationem ad Superiorem. Lopus *alleg. 23.*

n. 3. nec reuocacionem in integrum, vt voluit Rota in Bonoujensi censu, die 11. Decembris, 1692. coram iusto, impressa apud Censum de censibus, decisione 109. n. 5.

An, qui in die 2. Nouembris omittat recitare Officium Defunctorum, & Officium Octauæ, committat unum, vel duo peccata.

R E S O L. XXIX.

Casus est curiosus, & nouus; & ad illum respondet nouissimè Pater Pellizzarius in tract. de Monialibus, c. 6. §. 8. num. 17. in 2. edit. vbi sic ait: [Addo hinc obiter, (quod non reperi decisum ab vlllo Doctore,) omittentem Officium Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & Officium Octauæ omnium Sanctorum, videri non improbabile, quòd faciat vnicum peccatum: cum illa die hæc duo Officia videantur præcipi per modum vnus; in quo mecum sensit Pater Zanettus, addens de rigore contrarium esse sustinendum.] Ita ille.

Sed ego, licet non audeam Doctorum virorum opinionem damnare, apud me tamen non caret maxima difficultate: quia sunt præcepta diuersa, vt pote de officiis diuersis; idèq; omisso vnus non officit alteri: nam recitans Officium Defunctorum adimplet obligationem illius, licet non recitet Officium Octauæ; & è contra: ergo, &c. Quod confirmatur: nam, quando illa dies est impedita, Officium Defunctorum transfertur in alium diem: ergo sunt diuersa præcepta. At ex his oritur aliud dubium curiosum, & à nemine, quod sciam, tactum; nempe, an qui in 2. die Nouembris recitat Officium Octauæ, sed relinquit Officium Defunctorum; si sit Beneficiarius, teneatur restituere fructus Beneficij? Ego, saluo meliori iudicio, negatiuè respondeo: quia, cum simus in odiosis, & pœnalibus, Bulla Pij V. non est extendenda ad casum nostrum: nam loquitur de Officio ordinario, quod singulis diebus recitatur, & idè in illa efficitur mentio de Floris, vt patet ex ipsius Bullæ contextu, quam Bullam affert Persicus de Horat. Canon. cap. 5. dub. 17. num. 2. Sed in Officio Defunctorum non adsunt Horæ, sed tantum Matutinum, Laudes, & Vesperæ: ergo Bulla Pij V. vt diximus, non loquitur, neque est extendenda ad Officium Defunctorum, vt pote diuersum ab ordinariis Officiis.

Nota verò, quòd amicissimus Pater Pellizzarius videtur nimis propensus, ex rationibus, vt ipse ait, à me adductis, ad declarandam consuetudinem recitandi Officium Defunctorum in die 2. Nouembris, non obligare ad peccatum mortale: sed videat, ne postea idem dicendum sit de consuetudine Monialium recitandi Horas canonicas extra Chorum; quòd ipse, & optimè mordicè negat; & de consuetudine ieiunandi in Vigilia Assumptionis B. Virginis, & de multis aliis consuetudinibus totius Ecclesiæ: nam, v. g. possent dicere parentes, & tutores, consuetudinem baptizandi infantes, antequàm ad vsum rationis perueniât, non obligare illos sub mortali, ac de similibus.

Dicendum est itaque, omnes supradictas consuetudines esse sub mortali obligatorias. Primò, quia sunt in re grati, vt de se patet. Secundò, quia omnes illas transgredientes putant peccare mortaliter. Tertio, quia omnes Doctores vnanimè ita docuerunt. Quarto: quia illas transgredientes à Superioribus puniuntur. Hæ enim sunt præsumptiones attendendæ, vt asserunt Doctores, ad probandum consuetudinem à principio introductam, & continuatam esse sub onere peccati mortalis. Et ita est communis sensus totius Ecclesiæ circa enumeratas consuetudines. Nec aliter dicendum existimo.

Vnde, præter Doctores in confirmationem supradictorum à me alibi adductos, non deseram hic apponere auctoritatem Ioseph Rocaful, sic asserentis in Praxi Theol. mor. par. 3. lib. 6. c. 4. §. 3. Quomodo possumus cognoscere, consuetudinem obligare, & ita habere modum legis; vel non

obligare, & sic introductam per modum deuotionis? Vera sententia ait, ex tribus coniecturis deduci posse, consuetudinem per modum legis obligare. Prima coniectura, si consuetudo sit grauis, difficilis, & communiter seruata à populo. Ratio est: quia non solet populus vniformiter conuenire in his actibus, quos secundum consuetudinem facit, nisi quando se obligatum sentit. Secunda coniectura est, si viri timorati malè sentiant de his, qui non seruant consuetudinem, & communiter populus scandalizatur. Ratio huius coniecturæ est: quia, nisi consuetudo obligaret, non malè sentirent viri timorati de his, qui non seruant eam, nec populus scandalizaretur. Tertia coniectura, si Prælati, & Superiores puniant violantes consuetudinem. Huius ratio est: quia, si Prælati non sentirent, consuetudinem obligare, non punirent violantes eam: nemo enim puniendus est ex eo, quòd non faciat id, ad quod non obligatur. Ex his colligitur malè dixisse Fagundez in 4. Præcepto Ecclesiæ, lib. 1. n. 12. difficile posse probari, consuetudinem non edendi oua in Quadragesima obligare: nam existimo posse probari, hanc consuetudinem obligare. Probat, nam hæc omnes coniecturæ adsunt ferè in omnibus, mundi partibus circa consuetudinem non comedendi oua, & lactinia tempore Quadragesimæ; ergo clarè apparet dictam consuetudinem abstinendi ab ouis, & lactiniis in Quadragesima obligare sub præcepto mortali: & hæc omnia docet Rocaful vbi supra. Vide etiam doctum, & amicissimum P. Baldellum in Theol. mor. tom. 1. lib. 5. disp. 47. n. 16. & 17. Merollam tom. 3. disp. 5. cap. 3. dub. 2. n. 32. Præpositum in p. 2. D. Thoma, quæst. 97. dub. 1. n. 7.

An conductor teneatur de culpa leuissima?

R E S O L. XXX.

Casus est practicabilis, & teneri de dolo, culpa lata, & leui non est dubium. Difficultas est, an teneatur de culpa leuissima. Helfricus Vlticus Hunnius, Iuriconsultus celeberrimus, cuius memoria in benedictione sit, nam ex Lutherano Catholicus factus, piè in gremio sanctæ Romanæ Ecclesiæ obdormiuit in Domino, affirmatiuam sententiam docet in var. resol. Iur. lib. 3. tract. 7. part. 2. §. 7. Monet ad hanc sententiam tenendam, ex textu in leg. 25. §. Qui columnam. ff. de loc. conduct. vbi Caius: Qui columnam transportandam conduxit, si ea, dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit; ita id periculum præstat, si qua ipsius, eorumque, quorum opera vteretur, culpa acciderit: culpa autem abest, si omnia facta sunt, qua diligentissimus quisque obseruaturus esset. Idem, scilicet, intelligemus, et si dolium, vel tignum transportandum aliquis conduxerit; idemque etiam ad cæteras transferri potest. Hinc patet, quòd, vt de leuissima culpa conductor non teneatur, requiritur, vt omnia fecerit, quæ non diligens; sed diligentissimus paterfamilias obseruaturus esset: à quo autem hoc requiritur, is de leuissima culpa tenetur, cum exactissima, & diligentissima diligentia culpæ leuissimæ opponatur.

Nec moueor eo, quòd nonnulli respondent in d. leg. 25. §. Qui columnam. agi de rebus frangibilibus, hoc est, de iis, quæ facillè frangi possunt, atque idè ab iis, quibus hæc transportandæ fuerint locatæ, exigi exactissimam diligentiam. Hoc enim satis verba ipsius textus refellunt: non enim solùm de columna, sed & de tigno, quòd facillè frangi non potest, loquitur: quinimò in fine aperte Iuriconsultus scribit, idem ad cæteras res transferri debere. Henricus Bocerus responder d. §. Qui columnam. non de leuissima sed de leui intelligendum esse, atque ibi superlatiuum, diligentissimus, vsurpari pro positiuo, diligens; perinde vt interdum positiuum ponitur pro superlatiuo, l. Heredum. §. Non tantum ff. famil. ercisc. l. Si vt certo. §. Custodiam. ff. commodat. l. In re mandata. C. mandat. Sed nec hæc responsio melior est priori: præterquam enim quòd diuinitoria, & in coniectura posita est; absurdum enim videretur, superlatiuum

superlatiuum positum esse, pro positiuo, cum superlatiuum non in se positiuo, sed positiuum in se superlatiuo: unde, qui doctissimus, & diligentissimus est, recte diligens, & doctus appellatur: at, qui est doctus, vel diligens, non protinus doctissimus, & diligentissimus appellari potest. Quod si itaque à conductore ea solum requiruntur, quæ diligens paterfamilias obseruaturus fuisset, male, & perperam Iuriconsultus dixisset, culpa vacare conductorem, si omnia fecerit, quæ diligentissimus quisque facturus fuisset.

Confirmatur insuper hæc sententia. §. *fin. l. de locat.* in quo Iustinianus ita scribit: *Qui pro usu, aut vestimentorum, aut argenti, aut iumentum mercedem, aut dedit, aut promissit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet, quam si praestiterit, & aliquo casu eam rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.* Respondent, & hic diligentissimum, pro diligens: sed id iam refulatum est. Alij dicunt, textum non absolute loqui, nec diligentiam eam desiderare, qualem diligentissimus paterfamilias suis in rebus praestaret; sed summam duntaxat illius diligentiam, qui conduxit; itavt talem se gerat in rebus locatis, qualem in suis rebus se gerit, cum est diligentissimus. Sed huic responsioni verba textus reclamant. Et praeterea aperte refellitur d. l. 25. §. *Qui columnam.* vbi Iuriconsultus talem à conductore requirit diligentiam, qualem quisque diligentissimus paterfamilias suis rebus adhiberet.

Nec obstat huic primò, quod quotiens vtriusque utilitatem, tam creditoris, quam debitoris, contractus concernit, toties debitor praeter non culpam leuissimam; sed dolum solum, latam, & leuem culpam, l. 5. *vers. Sed ubi vtriusque ff. commodati. §. fin. Inst. de obl. qua re contrahuntur.* Iam verò in locatione vtriusque utilitas vertitur, debitoris, & creditoris, locatoris, & conductoris. Igitur in debitore, seu conductore requiritur solum culpa leuis, non etiam culpa leuissima. Respond. Maiorem propositionem sic temperandam, & limitandam esse, nisi quis contractui se vel obtulerit, vel industriam suam, & artificium in opere aliquo consiciendo sit professus: at, qui rem aliquam consiciendam, seu opus aliquod perficiendum in se recipit, is suam industriam & artificium suum profiteri intelligitur: proinde etiam merito de culpa leuissima tenetur, si id, quod professus est, non praestiterit, nec opere completit.

Non aduersatur l. 5. §. 2. *ff. de commodat.* vbi non solum Ulpianus praedictam regulam proponit; sed & exemplum eius, locationem subiicit. Verba eius hæc sunt: [Vbi vtriusque utilitas vertitur, vt in empto, vt in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in societate, & dolum, & culpa praestatur.] Vbi appellatione culpæ non leuissimam, sed leuem significari non solum ex eo colligitur, quod appellatio culpæ absolute posita significet leuem culpam. argum. l. 23. *de reg. iur.* Sed & quod in contractu pignoris, & contractu societatis non leuissima, sed leuis saltem culpa praestari solcat, §. *fin. Instit. quib. mod. re oblig. conerabit. §. fin. Instit. de societate.* Ergo, cum contractui vero pignoris, & societatis coniungatur locatio, & conductio, quæ ex illis, eadem ex hac quoque culpa praestatur. Ad hoc quippe existimo sic commodè responderi posse; in adducta l. 5. §. 2. *vers. Sed ubi vtriusque.* locationem, & conductionem subiici tanquam exemplum illius contractus: in quo vtriusque commodum vertitur; non verò eius, ex quo leuissima culpa sit praestanda. Adeoque pertinere ad verba antecedentia, non verò subsequentia. Quæ responsio, licet alicui diuinatoria videri posset, stabilitur, & confirmatur fortissimè verbis textus dilucidis, & expressis, quibus asseritur, culpam leuissimam ex hoc contractu locationis praestandum esse, l. 25. §. *penult. ff. locati.* Et hæc omnia adducit Hunnius pro sua firmanda sententia.

Verum, pace tanti viri, quia sententiam negatiuam communiter tenent Doctores, non audeo ab illa tecedere. Dico igitur, conductorem non teneri de culpa leuissima: vnde

Antonini Diana Pars I X.

de pro norma, & regula assero, quod si in contractibus solius dantis utilitas versatur, veluti in deposito; dolum, & lata culpa praestari debent: vbi solius accipientis vertitur utilitas, praeter dolum, latam, & leuem, etiam leuissima culpa praestatur, veluti in commodato: vbi verò vtriusque utilitas versatur, praeter dolum, & latam, etiam leuis, non tamen leuissima culpa praestanda venit: veluti in empto, in locato, in dote, in pignore, & in societate. Ex quibus clarum est, in locatione, & conductione leuem duntaxat, non etiam leuissimam culpam praestari: cum hoc non solum in adductis textibus dicatur; sed etiam ratio iuris contractui isti maxime conueniens sit. Et ita docent duodecim Doctores, quos citat, & sequitur Escobar à Corto in *tract. de vtroque foro, artis. 3. num. 146.* Licet aliquando, ratione circumstantiarum, & passionum, leuissima culpa praestanda veniat, vt in l. *Qui mercedem. 40. cam seq. locati.* vel etiam si res natura sua exactissimam diligentiam requirat, vt si facile frangi possit, vt columna, dolium, vasa, & similia, l. *Si merces. 25. §. pen. vel ratione officij, propter quæstum, vt est sarcinator, fullo, & similes, vt in l. Item queritur. 13. §. Si fullo. 6. d. l. Si merces. §. pen. & fin. l. 12. & l. 17. vbi Gloss. 3. & 4. tit. 8. part. 5.* Vel si ad vnum usum rem conducatur, & ea vratur ad alium, vt mulam conduxit ad faciendum iter Hispalim, & iter faciat Matritum: quia tunc de leuissima tenebitur, imò de morte mulæ, quæ casui fortuito tribuitur, ex traditis per Doctores in l. *Qui fundum. de condict. furt.* & in l. *Sicut certo. §. plenè. commod. Felic. de societate, cap. 21. num. 41. Hermosill. l. 3. gloss. 6. num. 11. tit. 2. par. 5. fol. 157. & in terminis Ripol. var. cap. 12. de locat. num. 293. & seq. vbi n. 295. & seq. limitant, nisi cum mula esset datus famulus: quia tunc ad nihil, dolo excepto, conductor tenebitur; imputet enim sibi dominus mulæ, qui malum famulum elegit; & ita consulunt, quod cum mula famulum accipiat, vt euitet ordine periculum, l. *Cum in plures. 60. §. Seruum. 7. locati. l. Nam & Sernius. 21. §. fin. vbi Gloss. plura iura adducit, de negot. gest. Ioan. Aegid. Trullench 7. Decalog. cap. 14. dub. 11. num. 3. in fine. Quod limitat Sanchez 1. *consil. moral. cap. 5. dub. 8.* Cum inopinatè offerret necessitas eundi ad remotiorem locum; & ex eo nullum damnum domino prouenit. Vide eum, quia est curiosus casus.**

Et hæc omnia docet etiam Escobar loco citato, cui adde Ioannem Vvurmserum in *Nucleo Iuris controuersi, lib. 3. tit. 25. cont. 2. n. 3. & seq.* cum Maulio *tract. de locat. & conduct. c. 7. n. 3.* Berlichio in *Conclusionib. Practicab. cont. 4. concl. 25. num. 46.* & alij penes ipsos, quæ omnia notentur, cum passim in dies accidant.

Si domus conductæ comburatur, an damnum sit locatoris, vel potius conductoris?

R E S O L. X X X I.

DE hoc casu interrogatus fui, occasione magni incendij, quod his diebus vidimus Romæ in Palatio conducto ab Eminentissimo Cardinali Brancatio. Et quia casus sæpissimè accidit, non inutile erit pro Confessariis, & Responsoribus conscientie hinc illum breuiter pertractare. Suppono itaque, quod inter omnes conuenit, si fortuito casu incendium exortum sit, conductorem non teneri, ex l. *Ex conducto, §. Si vis. in fine. ff. locati, exil. Contractus. ff. de regul. iur. & similibus.* Item conuenit inter omnes è contrario conductorem teneri, imò puniri etiam, vbi culpam, vel dolo eius incendium factum sit, ex l. *Si quis fundum. §. Imperator. ff. eod. l. Sicut certo. §. Nunc videndū. ff. Commodati. l. Capitalium. §. Incendiarij. ff. de penis.* De genere autem pænæ consulendus est Menoch. *de arbit. cas. 139.* Controuersia autem inter Doctores est in eo; quid, si nefciatur, vtrum culpa, vel casu ortum fuerit incendium? & teneri conductorem, tenet Fachineus in *controuer. iur. lib. 1. o. 87.* ea ratione ductus,

Q

ductus, quia incendium plerumque culpa inhabitantium fit, ut ait Iuriconsul. in l. 3. ff. de off. Praefecti vigillum.

Sed ego negatiue sententiae contra Fachineum adhaerendum esse puto. Probatur nostra opinio: quia incendium ad casus fortuitos in iure referri solet, veluti hoc probatur per l. Si ut certa. §. §. Quod verò. ff. commod. ibi: Et si incendio, vel ruina aliquid contigit, vel aliquid damnus factus, non tenebitur, &c. Cui adlupulatur Caius Iuriconsultus in l. In rebus. 18. pr. ff. commodat. ibi: Et tantum eps casus non praestet, quibus resisti non potest, veluti mortis seruorum, qua sine culpa, & dolo eius accidunt, latronum, hostiumque incursum, piratarum insidias, naufragium, incendium, fugam seruorum, qui custodiri non solent, &c. Et consensit Iulianus Imperator in §. 2. Insti. quib. mod. re contrah. obligat. ibi: Et is, quidem, qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio, &c. nihilominus obligatio permanet. Atque tradit Ulpianus in l. Contractus. 23. ff. de regul. iur. ibi: Animalium casus, merces, quaeque sine culpa accidunt, fuga seruorum, qui custodiri non solent, rapina, tumultus, incendia, grandinum magnitudines, tempus praedonum à nullo praestantur. Atqui conductor casus fortuitos non praestat, l. In iudicio. 28. C. h. t. cum eos nemo regulariter praestare cogatur: siquidem istos nullum hominum consilium prauidere potest, ut loquitur textus in l. 2. §. Si eo tempore. C. de administr. rer. ad ciuis. pertinent. Deinde accedit, quod quilibet praesumitur diligens, & industrius, donec de eius negligentia, & culpa doceatur, Gloss. & Doctores in l. Quoties. §. Qui dolo. de probat. Igitur & conductor in re conducta tandiu praesumetur diligens, donec contrarium fuerit à locatore probatum, & consequenter non praesumetur ipsius culpa incendium accidisse. Quicumque igitur de dolo, culpa lata, leui, & leuissima, non verò de casu fortuito tenetur, is incendij nomine conueniri non potest, nisi illud culpa eius exortum probetur, arg. l. §. 4. & l. 18. pr. ff. commodat. §. 2. l. Quib. mod. de oblig. contrah. vbi commodatarius, qui de leuissima etiam culpa tenetur, non tenetur de incendio; quia ad casum fortuitum praestandum obligatus non est. Atqui conductor, licet, secundum aliquos, teneatur de culpa leuissima, non tamen tenetur de casu fortuito, l. In iudicio. C. de locato. §. 5. Inst. eod. & l. 25. §. 6. ff. eod. tit. Igitur de incendio conueniri non potest.

Ad argumentum verò Fachinei respondetur ex leg. Si vendita. 11. ff. de peric. & commod. rei vendit. vbi ait Alphenus Iuriconsultus, quod si insula vendita combuta esset, licet incendium sine culpa fieri non possit; tamen sine patrisfamilias culpa fieri possit, neque si seruorum negligentia factum esset, continuo dominus in culpa sit. Ex quo textu apparet: quod, licet culpa inhabitantium, incendia plerumque fieri soleant, tamen praesumptio hæc patrisfamilias non attingat; sed potius seruos eius, & qui cum eo habitant, pro quorum delicto patrisfamilias regulariter non tenetur. Secundò respondere possumus cum Doctoribus, quod d. l. 3. non de leui, sed de leuissima culpa debeat intelligi; in locatione verò, & conductione leuius duntaxat culpa praestari debet; quod in precedenti Resolutione probatum fuit. Tertio responderi potest, incendia quidem culpa inhabitantium plerumque fieri; non tamen certi, & determinati hominis. Proinde à locatore probari debet, cuiusnam hominis in individuo culpa incendium istud factum sit. Itaque, etsi praesumatur incendium factum culpa, tamen praesumptio hæc est indeterminatae personae: nam, licet incendium regulariter sine culpa fieri non soleat; non tamen inde sequitur, patrisfamilias culpa factum esse: neque si seruorum negligentia factum esset, continuo dominus in culpa erit; cum patrisfamilias illorum tantum ministrorum culpam praestet, qui circa officium deliquerunt, vel negligentes fuerunt. Praesumptio igitur hæc nec solida, nec vera, nec sufficiens est ad condemnationem. Et quod hoc ita sit, satis exinde liquet, quod commodatarius, qui tamen non minus de leuissima culpa tenetur, quam

conductor, de incendio non conuenitur, d. l. §. 4. & d. l. 18. pr. ff. comm. §. 2. l. Quib. mod. re oblig. contrah. Non obstat etiam secundum; quod enim incendium tale sit casus fortuitus, qui possit, & soleat, etiam sine culpa contingere, satis probat d. l. §. 4. l. 18. pr. ff. commodat. l. Sine hereditaria. ff. de negot. gest. l. 26. §. Non omnia. ff. mandati. l. Si quis domum. §. Si colonus. ff. locati. l. 3. §. 1. ff. nauis. caupon. stabul. l. 23. in fin. ff. de regul. iur. Quin etiam Iuriconsultus Alphenus in l. 11. ff. de peric. & commod. rei vendit. satis testatur, quod etiam sine culpa patrisfamilias incendium oriri possit, in verb. Respondi: quia sine patrisfamilias culpa fieri potest. Neque, si seruorum negligentia factum esset, continuo dominus in culpa erit. Ergo, &c. Et hæc omnia pro firmanda nostra sententia, quam contra Fachineum docuimus, adducunt, & sequuntur Ioannes Vvurmserus in Nucleo Iuris controuersi. lib. 3. tit. 25. contr. 3. & Hulricus Hunnius in variis resolutionibus Iuris ciuilibus, lib. 3. tract. 7. part. 2. q. 7. & in facti contingentia recognosce Farinacium q. 110 per totam, Mascardum concl. 894. per totam, & omnino videndum Matthiam Berlichium in conclusionibus practicabilibus, com. 4. concl. 25. per totam.

Sed incidenter hic quæro, an dominus, seu paterfamilias ex incendio familiae, seu domesticorum teneatur? Indistinctè dicendum videtur; quod sic: quoniam paterfamilias est caput familiae, cuius imperio reliqui omnes obediunt, & idè eius culpæ adscribendum videtur, quod minorem diligentiam, quam debuerat, adhibuit, nisi probare possit incendium absque sua, suorumque culpa contigisse, ut in specie docet Koppen. dec. 36. & 38. per totam. Verum distinguendum est. Aut de certa, & determinata persona ex familia non constat: aut de ea certò, & liquido constat, & apparet. In priori casu, cum de certa, & determinata persona ex familia, cuius facto incendium ortum est, non constat; dubium nullum est, quod paterfamilias non teneatur. In posteriori casu, si de certa, & determinata persona ex familia, vel domesticis constat, tunc iterum attendendum erit: aut illa persona extra suum officium peccauit, & suo facto incendium excitauit: aut circa suum officium deliquit. In priori casu, si extra officium suum peccauit, paterfamilias ex eius facto, & incendio non tenetur. Secus in casu posteriori, vbi circa officium suum deliquit. Unde infertur, si coquus ignem diligenter in coquina custodiuit: & postea alter familiaris non deputatus ad coquinam, discooperuit ignem, ex cuius culpa leuius incendium ortum est, paterfamilias de hoc incendio non tenetur, quoniam alter familiaris deliquit extra officium suum. E contra verò infertur, si stabularius ignem, vel candelam in stabulo, focaria in culpa, lotrices in lauatrina, fornicarij, seu calefactores in fornacibus negligenter custodiuerint, quod paterfamilias de hoc incendio rectè teneatur: quoniam illi circa suum officium deliquerunt. Hæc omnia tamen restringuntur, & paterfamilias ex incendio sui domestici, vel famuli, etiam si is in officio suo deliquerit, non tenetur, si famulus ille communiter pro fideli, & diligenti habitus, & reputatus fuerit. Et hæc omnia docet Berlichius loco citato, & alij penes ipsum.

Notandum est hinc obiter, res, quæ in incendij periculo versantur, non haberi pro derelictis; quod certum est: docuit verò Gabriel 4. distinct. 15. qu. 3. artic. 3. dub. 6. in fine, quod, qui domum igne perituram breuius destruit, ne incendium serpat vterius, nihil tenetur restituere: quia reuera damnus intulit nullum, & ius naturale permittit illam destructionem, ne alia domus pereat. Et ita etiam docet Turrianus in 2. 2. D. Thome, tom. 2. disp. 42. dub. 2. n. 16.

An mandataris teneatur de culpa leuissima?

RESOL. XXXII.

Afirmatiuam sententiam tenet Hunnius in variis resolutionibus Iuris ciuilibus, lib. 3. tract. 7. part. 4. quest. 3. Probat

Probat hanc suam sententiam ex textu in leg. *A procuratore* 13. C. *de mandato*: in qua Diocletianus, & Maximianus Imperatores rescribunt: *A procuratore dolum, & omnem culpam, non etiam improvisum casum praestandum esse, iuris auctoritate manifestè declaratur.* Cùm itaque omnem culpam procurator, seu mandatarius, praestare compellatur, sequitur, quòd non solum latam, & leuem; sed & leuissimam culpam praestare cogatur: nam, qui omnia dicit, nihil excludit. Accedit ad hoc, quòd, dum solum excipit Imperator casum fortuitum, ut à mandatario non praestetur; includere videatur culpam leuissimam; cùm exceptio vnus sit alterius inclusio; & exceptio regulam confirmare soleat in casibus non exceptis. Quin & l. 21. C. *mandati*. id ipsum clarè, & perspicuè exprimitur, dum Imperator ibi scribit: *Aliena negotia exacto officio geri: nec quicquam in eorum administratione neglectum, aut declinatum, culpa vacuum esse.* Quòd si igitur nihil in administratione negotiorum à mandatario neglectum est, culpa vacuum est; nec id, quod leuissima culpa neglectum, aut declinatum est. Et sanè ratio huius obscura non est. Idcirco enim procurator, omnisque mandatarius omnem culpam, adeoque leuissimam quoque, in re mandata praestare debet: quia mandatum recipiendo, intelligitur polliceri de industria sua, quæ rei gerendæ conueniat. Etenim res, quam procurator recipit gerendam, non geritur sine industria, & diligentia rei conueniente. Hoc igitur, cùm mandatarius pollicitus fuerit, praestare debet. Est enim ex bona fide, ut praestetur in omni contractu bonæ fidei, quod quis dixerit, & affirmauerit, l. *Si quid creditor*. ff. *de reb. cred.*

Nec obstat dicere, regulam iuris certissimam esse, quòd cùm in negotio aliquo utilitas debitoris non agitur; sed omne commodum, vel ad creditorem, vel ad alium spectet, in eo dolum tantum, & latam culpam praestari; leuem, & leuissimam non praestari, ut in deposito, l. 5. §. 2. ff. *commodat.* l. 1. §. *ut. l. Quod Nerua ff. depositi.* Atqui tale est mandatum, quod vel solum mandantis, vel etiam extranei causa contrahitur. Igitur ex tali mandato mandatarius non tenetur de leuissima, sed de lata duntaxat culpa. Non, inquam, hæc obstat: nam responderetur, regulam in dicta leg. §. 2. ff. *commodati*. propositam non procedere, quoties quis suam proficetur, ac pollicetur industriam: nam tunc ad eam praestandam, quam pollicitus est, obstrictus tenetur.

Secundò non obstat, quòd in leg. 21. C. *de mandato*, desiderat Imperator, ut mandatarius mandatum exacto officio exequatur. At exacta diligentia, à quo requiritur, is de leui solum culpa conuenitur, nec ad exactissimam diligentiam obstrictus est. Nam responderetur, in d. leg. 21. C. *de mandato*, positum esse pro superlatiuo positum, & exactum pro exactissimo dictum: id, quod ex sequentibus satis colligitur, dum subiicit Imperator: *Nihil quicquam in administratione negotiorum neglectum, aut declinatum culpa vacuum esse.* vult enim Imperator, quòd, quicquid neglectum fuerit, aut declinatum; culpa vacuum non sitira, nimis, ut si neglectum, aut declinatum quid fuerit, quomodocumque etiam id fiat, id praestandum sit; id autem fit culpa non minus leuissima, quàm leui, ut ita textus iste d. l. 21. non tam infringat, quam confirmet sententiam nostram.

Sed, his non obstantibus ab Hunnio adductis, puto, contra ipsum, non esse recedendum à negatiua sententia. Dicendum est igitur, quòd mandatarius, si res mandantis apud eum pereat culpa sua lata, tenetur restituere mandanti: si verò culpa tantum leui, vel leuissima, non tenetur mandatarius; sed domino suo, id est, mandanti res illa perit. Hæc conclusio probatur primò ex regula generali æquissima, quam ius statuit, l. *In contractibus*. 20. ff. *de reg. iur.* vbi etiam tenent omnes Doctores, quæ distinguit contractus in tres classes. Nam alij celebrantur in utilitatem solius custodientis rem, ut contractus custodiæ, & contractus commodati: alij, in utilitatem vtriusque contrahentis, ut emptio, & locatio: alij denique in utilitatem solius domini rei, non verò eam custodientis, ut depositum com-

modatum. Sancit ergo regula illa, quam omnes Doctores, & iura comprobant; in contractibus, qui celebrantur in utilitatem solam rei custodientis, teneri de culpa lata, leui, & leuissima; ut in commodato, & precario: in iis, qui celebrantur in utilitatem vtriusque contrahentis, teneri de culpa lata, & leui, non de leuissima: in iis verò, qui celebrantur in utilitatem solius domini, & non rei tenentis, teneri de culpa duntaxat lata, non verò de leui, aut leuissima, ut contingit in contractu custodiæ, & depositi, qui in utilitatem solius domini fit; ex eo autem custodiens nullam utilitatem consequitur. Cùm ergo in hoc contractu mandati mandatarius nullam utilitatem penitus consequatur, l. *Ex mandato*. 20. vbi textus: *Ex mandato apud eum, qui mandatum suscepit, nihil remanere oportet.* sequitur euidenter, mandatarius ex rebus mandantis, quas apud se habet, teneri; si pereant, vel deteriorentur de culpa lata duntaxat, non de leui, aut leuissima.

Secundò probatur iure, l. *Si procurator*. 8. ff. *mand.* §. *Dolo autem facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit.* Et infra: *Aut si lata culpa.* Vbi Bart. *Tenetur de dolo, & lata culpa.* Et Gloss. *ibi*, & Doctores. Et l. *A procuratore*. C. *eod.* vbi textus: *A procuratore dolum, & omnem culpam, non etiam improvisum casum praestandum esse, iuris auctoritate declaratur.* Nec te moueat verbum hoc, *omnem culpam*, ut credas teneri de culpa etiam leui, & leuissima. Nam, quod ad culpam leuem attinet, intelligi debet de accipiente mercedem ob mandatum, ut frequentissimè contingit in procuratore, de quo lex loquitur, & de Medico, Aduocato, & aliis: de leuissima etiam intelligi debet post moram in re restituenda, de quo nemo dubitat. Et hic intellectus harum legum necessarius omninò est, ut antinomia earum tollatur, & Inra Iuribus concordent; & ut prædicta regula generalis, quæ optima est, & probatissima, inuiolata semper custodiatur.

Probat etiam prædicta conclusio l. *Idemque*. 10. ff. *eod.* *ibi*: *Nihil enim amplius, quàm bonam fidem praestare eum oportet, qui procurat.* Sed, qui dolo caret, & lata culpa, licet leuissimam, aut leuem committat, bona fide agit rem alienam: quia plerumque, & communiter homines suis rebus maiorem diligentiam non adhibent. Ergo non tenetur mandatarius ex leui, & leuissima culpa; sed solum ex dolo, & lata culpa. Et l. *Procuratorem*. C. *eod.* *ibi*: *Procuratorem tam dolum, quàm latam culpam sumptuum, ratione bona fidei habita, praestare necesse est.* Vbi Salyc. [Procurator tenetur de gestis, & gerendis per eum susceptis, & de dolo, & lata culpa.] Et l. *Si fideiussor*. 29. ff. *eod.* *ibi*: *Si fideiussor omiserit exceptionem, videtur dolo versari: dissoluta enim negligentia prope dolum est.* Vbi vides, fideiussori, qui mandatarius est, dolum, & latam culpam, quæ prope dolum est, imputari, & alias minores culpas, leuem, scilicet, & leuissimam excludi. Clariùs; & formaliter l. *Si ut certo* §. ff. *commodati*, *ibi*: *Dolum in deposito.* nam, quia nulla utilitas versatur eius, apud quem deponitur, meritò dolum versatur solus; nisi forte, & merces accessit: & certè eadem est omninò ratio de alio quocumque mandato. Et hæc omnia docet Oñate *de contract.* tom. 2. *tr.* 13. *disp.* 44. *num.* 78. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 29. *tract.* 8. *cap.* 50. *num.* 609. Molina *disp.* 549. Layman *sect.* 5. *tract.* 4. *cap.* 25. *num.* 1. & alij.

Nota tamen, supradicta procedere in mandatario, qui non sit mercede conductus: nam, qui mercede conductus est ad mandatum de rebus, quas penes se seruat, mandantis, tenetur de culpa lata, & leui, non de leuissima, secundum prædictam regulam: quia contractus cedit in utilitatem vtriusque.

* * *

An licentia virtute Decreti Urbani VIII. concessa alicui Religioso colloquendi cum Monialibus, extendatur etiam ad socium?

R E S O L. XXXIII.

Affirmatiuè responder Peyrinus in *Addit. seu tom. 3. Priuileg. c. 7. n. 1.* vbi sic ait: [Nota primò, quòd in *Constit. 6. Pij V. n. 7.* posui nouum Decretum Urbani VIII. quo conceditur facultas Ordinariis dandi licentiam Regularibus, vt possint Moniales consanguineas alloqui. Istam verò licentiam extendi ad socios, docent Rodriquez *sem. 3. qq. Regul. q. 6. art. 1.* Riccius *1. p. praxis, dec. 745.* de connexis enim idem est iudicium, cap. *Translato. de Const.* Vnde licentia Papæ alicui concessa visitandi Sacrosanctum Ierosolymitanum Domini Sepulcrum extenditur ad socium à Superiore quocunque assignandum.] Ita ille: & post illam hanc sententiam docet Pellizzarius *tract. de Monial. c. 10. sect. 1. q. 10. num. 19. aduer. 7.* quibus ego addo Lezzanam in *Summa qq. Regul. tom. 4. verb. Moniales, num. 23.* & Tamburinium *de iure Abbatissarum, disp. 26. q. 3. n. 2.*

Sed, vt verum fatear, hæc opinio mihi non placet; nam, licet connexorum idem sit iudicium, vt patet in *l. 3. §. Iudicium contrario. ff. de contrar. act. iutel. l. Proinde. ff. ad legem Aquil. l. Eum actum. ff. de negot. gestis, cap. Translato. de constit. cap. Præterea. de offic. deleg. Martilius sing. 251. Decianus *consil. 45. cum seqq. lib. 1.* Crauetta *conf. 275. num. 3. cum seqq.* Castrensis *conf. 110. n. 2. cum seqq. lib. 2.* Ioan. de Imola *conf. 139. n. 6. & seq.* Tamen hoc procedit, quando connexa separationem non recipiunt, vt ex Decio in *c. Si duobus. n. 19. de appell. & conf. 33. n. 2.* Boët. *decis. 73. n. 4. & seq.* Parisio *conf. 66. n. 13. cum seqq. vol. 1.* concludit Marches. *de Commiss. p. 1. c. 5. n. 90.* ita vt vnus, & alterius idem sit iudicium. *Gloss. verb. Annexi, in c. Cum singulis. de prob. lib. 6. Gloss. verb. Connexa, in c. Quanto. de iudic.* Hyppolytus *singul. 251.* Guillelmus Bened. *in c. Raynuius. de testam. ver. & horum, à num. 1.* Menochius *de arbitrar. lib. 1. q. 45. & lib. 2. cas. 95.* Girondus *de priuileg. seu exemption. explicat. n. 751.* Itaque regula connexorum procedit, quando id, quod efficitur in vno, necesse est, vt efficiatur in altero. Et idèd connexa dicuntur indidua. Quæ omnia obseruat etiam Scaccia *de appell. quæst. 17. limit. 21. n. 26.* Ancharanus *conf. 160. n. 2.* Crauetta *conf. 275. n. 4. & 5.* Surdus *dec. 199. 13. & alij.* Cum igitur in casu nostro non militet eadem ratio inter connexa, vt de se patet; nec, quod efficitur in vno, necesse est, vt efficiatur in altero, & idèd indiuidua non sunt; non potest militare inter eos, vt diximus, Regula connexorum. Itaque vnus socius recitet deuotè Rosarium, vel Officium, aut legat aliquem librum spiritualem, dum alter socius loquitur cum sorore; hæc enim quid pertinet ad ipsum? Et supradicta confirmantur eè praxi, vt reor, vbique recepta: nam Episcopi non permittunt, quando præbent licentiam alicui Regulari vigore Decreti Urbani VIII. colloquendi cum aliqua Moniali, vt eius socius fruatur hoc priuilegio, & loquatur cum ipsa; neque etiam Superiores Regulares hoc illi permittunt: ergo, &c.*

Adhæreo tamen libenter P. Pellizzario, *vbi supra*, qui ait: [Quòd, si contingat, Religiosum habentem licentiam accedendi ad aliquam Monialè, non posse accedere die statuta; aliqui viri docti putant, non esse improbableè illum videri licentiæ posse accedere alia die, si parum temporis intercedat, nullum subsit periculum scandali, & dies, qua acceditur, aliàs non sit vetita: probantque ex eo, quòd Superior in tali casu quoad mutationem diei non censetur inuitus; cum statim fieri censeatur, quod sit paulò post, & parum distans nihil distare videatur: vel certè, si est inuitus, est solum inuitus quoad modum, quod non sufficit, vt vterque licentia dicatur peccare mortaliter.]

Notandum est etiam hîc, quòd si aliquis Regularis vult colloqui cum Moniali subiecta Regularibus, præter licentiam Episcopi, opus est, vt adit etiam licentia Superioris

Regularis illius Monasterij. Circa quam licentiam sic statuit (teste Lezzana in *Sum. tom. 3. verb. Moniales, n. 23.*) Sacra Congregatio die 29. Ianuarij, 1633. Monialium Regularibus subiectarum Superiores, subscriptentes post Episcopum, vel eius Vicarium, licentias eorum, qui ad colloquatoria accedunt, vel clausuram ingrediuntur, non possunt quid excludere, addere, vel adimere, ex illis, quæ Episcopus ipse, aut Vicarius pro cura, & bono regimine clausuræ, & licentiis præscribit, & apponit.

An Regularis obtenta licentia ab Episcopo colloquendi cum aliqua Moniali, possit hoc facere sine assistentia Monialium auscultatricum, (vs assistentunt,) vel absque eo, quòd assistat, vel intersit ipsarum Confessarius?

R E S O L. XXXIV.

Videtur, negatiuè respondendum: quia supradicta necessariò requiruntur tanquam forma: sed forma non adhibita, actus est nullus, & illicitus: ergo. Maior patet ex verbis ipsius Decreti Urbani VIII. Minorem verò docent Doctores, vt Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 2. c. 26. n. 40.* Larrea in *alleg. fiscal. tom. 1. alleg. 29. n. 13.* Vela in *Differ. iur. contr. tom. 1. differ. 21. n. 5.* Felicianus à Vega in *Relict. ad c. Dilecti, de iudic. num. 14.* Valenzuela *vol. 1. conf. 87. n. 77.* Themudo *id. decis. Archiep. tom. 1. dec. 81. §. 1. n. 14. & 15.* & alij communiter: ergo.

His tamen non obstantibus, affirmatiuè ad casum propositum respondet P. Pellizzarius *tract. de Mon. c. 10. sect. 1. subsect. 1. n. 20.* vbi sic ait: [Aduerto, quòd si præfata licentia detur non seruatis omnibus iis, quæ præscribuntur in Decreto, de rigore iuris ceteri debet inualida, cum in Decreto dicatur: *Si locorum Ordinarij, per plures vices, vel in vltiori gradu coniunctis, aut aliter, quàm supradicta forma, licentias concesserint, Regulares pœnis supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinissent, eo ipso se nouerint addictos, & præterea addatur in eodem Decreto, Ordinarios non posse dare talem licentiam aliter, quàm seruata ad vnguem forma infra scripta.* Concedo tamen, quòd, cum in eo Decreto extent aliquæ conditiones leuioris momenti, (qualis est, quòd præscribatur certa hora accedendi ad Monasterium; quòd assistant Moniales auscultatrices; quòd Confessarius Monialium intersit, & assistat,) quas constat experientia non vbique obseruari: consequenter, si qua talium conditionum omittatur, non idèd irrita debet ceteri licentia; idque ob doctrinam, quam tradit ex Decio, ac Felino, Naldus *verb. Actum, n. 33.* actum, scilicet, non vitari ex omissione formæ, si forma sit modici momenti: præterquam quòd nõ est nouum, legem aliquam acceptari secundum vnâ partem, & non secundum aliam.] Ita Pellizzarius.

Sed huic sententiæ ego adhæreo, non tantum ex prima ratione adducta: nam magis communiter tenent Doctores, quòd quando lex, seu statutum, aliquid inducit pro forma, tunc eadem forma debet non in parte, sed in totum adimpleri, & in parte, quanuis miuima non adimpleta, in totum corruit: quia forma indiuisibilis est: & eius omisio, quanuis sit leuis, actum vitiat, Tiraquell. *de retract. l. gnag. §. 1. gloss. 22. num. 11. in princ. & d. num. 11. in fine, & num. 12. & 13.* vbi alios plures ad præmissorum comprobationem refert concordantes, & *de retract. conuention. §. 4. glos. 6. num. 31. & 32.* Vbi pariter plures adducit concordantes, probantes, quòd formæ omisio, etiam quod leuis sit, & in minimo, in totum vitiat, quia indiuisibilis est. Quæ omnia confirmat etiam Socinus Iunior. *conf. 37. num. 6. lib. 2.* Parisius *confil. 9. num. 8. & seqq. lib. 3.* Rolandus *conf. 30. num. 5. & confil. 72. num. 58. & 64. lib. 3. & confil. 60. num. 28. lib. 4.* Alderan. Mascard. cum allegatis per eum *de generali Statut. interpret. concl. 9. num. 61.* Itaque opinionem affirmatiuam Pellizzarij admitto: quia Decretum

cretum Urbani VIII. (vt ipse testatur) quoad supradictas circumstantias, & requisita, non fuit vsu receptum; & sic testati sunt mihi fide digni, quòd in Archiepiscopatu Panormitano, & Neapolitano Regulares loquuntur sine tempore limitato, ac sine assistentia Confessarij Monialium. Supponendo igitur, Decretum quoad hanc partem non fuisse vsu receptum, opinioni affirmatiuæ Patris Pellizzarij adhaereo, cum quo etiam assero, Ordinarios vigore dicti Decreti Urbani VIII. non teneri dare licentiam Regularibus, vt possint adire Moniales modo dicto consanguineas; sed solum posse, si attentis præsentibus circumstantiis iudicent id expedire. Colligo ex verbis illius Decreti: *Quatenus sibi* (id est, Ordinatio) *visum fuerit in Domino expedire.*

An in die Mercurij quatuor Temporum, possit Episcopus vigore Decreti Urbani VIII. præbere licentiam Regularibus ad colloquendum cum Monialibus?

RESOL. XXXV.

Affirmatiuè respondet Pater Bordonus *tom. 1. resol. 7. n. 90.* sic asserens: [Nomine dierum Festiuorum veniunt Dominica, & Festa ex præcepto abstinendi à seruilibus, & non alia. Sub nomine Aduentus venit Romanus, non Ambrosianus, arg. cap. 1. de Constit. in 6. Papa enim præsumitur ignorare consuetudines, & statuta particularium locorum: ergo nihil censetur disponere secundum illa. Similiter Quadragesima incipit à die Cinerum. Neque sub nomine Vigiliæ veniunt quatuor Tempora: nam inter se multum differunt, vt videre est in Rubricis Breuiarij, tit. de Vigiliis; quæ non vocantur Feriæ maiotes, sicut quatuor Tempora, quorum commemoratio nunquam omititur, sicut quandoque vigiliarum relinquitur. Quare non poterunt habere licentiam diebus Veneris, aut Sabbathi: quia his diebus simpliciter prohibetur.] Ita ille, & post illud idem docet P. Lezana in *Summa, tom. 4. verb. Moniales, n. 23.*

Sed hæc opinio non caret difficultate: nam verum est, quòd quatuor Tempora, in ordine ad Rubricas Breuiarij, differunt à Vigiliis; sed in nostro casu, in ordine ad finem legis, vt per se patet, & ad mentem Pontificis, non videntur differre: & idèd vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, vt habetur ex leg. *Illud ff. ad leg. Aquil. l. Si postulauerit. §. 2. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. Quidam nummularios ff. de edendo. l. Nauta. §. fin. ff. nauta, cap. 1. A Trio. ff. de furis. l. Illud. Cod. de Sacros. Eccles. §. Si igitur. Instit. quod cum eo. Glos. verbo, Italia, in cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. Abbas in cap. Nihil. num. 5. de elect. Dec. conf. 15, num. 2. & conf. 301. num. 6. & 8. Calderinus conf. 147. Menochius conf. 324. num. 10. & conf. 335. num. 32. & 33. & conf. 339. num. 10. & conf. 343. num. 12. & consil. 232. num. 43. Surdus consil. 301. num. 19. & decis. 52. num. 10. Vgolnus de offic. & potest. Episcopi, cap. 13. §. 27. num. 1. vers. Quid igitur. & cap. 49. §. 4. num. 2. & Cardinalis Tuschus præct. conclus. tom. 6. lit. R. concl. 31. per totum. Alexander Trentacinius var. resolut. lib. 1. tit. de Statutis, resolut. 1. sub num. 2. vers. primo. Farinaeus Fragment. crimin. par. 1. lit. E, num. 51. eum seqq. Gloritis resp. 5. num. 85. & alij comprehenditur. Vnde casus noster non extenditur; sed comprehenditur in verbis Urbani VIII. per ea, quæ docet Surdus decis. 276. n. 8. Guttierrez præct. qq. lib. 3. quæst. 17. n. 84. & seqq. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. §. 7. in Proæmio, num. 105. & per ea, quæ ego dixi in par. 6. tract. 2. resol. Itaque in nostro casu non sunt consideranda quatuor Tempora cum Vigiliis in ordine ad Rubricas Breuiarij, sed in ordine ad finem legis, & mentem Legislatoris, qui voluit, vt in diebus ieiuniorum, & per consequens orationi consecratis, à cõloquiis Monialium abstinere. Vnde dicitur, quòd ratio legis, magis quàm verba spectanda sunt, ex leg. *Scire. §. Aliud. ff. de excusat. tutor. & docet Parisius consil. 12. n. 52. lib. 2. Baldus consil. 44. lib. 2. Alexander consil. 54. n. 9. lib. 4. & alij. Idèd ego Dominos Episcopos admone-**

Antonini Diana Pars IX.

rem, ne in die Mercurij quatuor Temporum similem licentiam præberent.

Nota tamen, quòd P. Pellizzarius *tract. de Monial. c. 10. sect. 1. n. 20.* tenet, per prohibitionem factam à Sacra Congregatione, ne Regulares absque expressa licentia eiusdem Sacræ Congregationis accedant ad Monasteria quaruncunque Monialium, non tolli, quin sine licentia prædicta possit Religiosus accedere ad dicta Monasteria causa tractandi cum aliqua fœmina seculari ibi degente, & quidem etiam de negotio profano; & testatur ita practicum fuisse, de licentia tamen Ordinarij: subdit tamen: *Nisi obset stylus Curia, & consuetudo.*

An, qui copulam habuit, vt facilius possit à Summo Pontifice dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si illa tantum interiùs concepta fuerit, nec manifestata?

RESOL. XXXVI.

Affirmatiuè respondent Doctores: asserunt enim absolute, & sine vlla distinctione, copulam cum illa spe explicandam esse. Ita docet Guttierrez in *can. qq. lib. 1. cap. 15. num. 20. Sanchez de macrim. lib. 8. disp. 25. num. 38. Rebellius par. 2. lib. 3. q. 5. n. 24. & alij: quia stylus Curia habet, vt in litteris dispensationis impedimenti consanguinitatis, vel affinitatis, explicata copula addatur clausula conditionalis hæc: *Dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis.* Quare, licet ea non addatur, nec explicetur copula, amplectendo opinionem probabilem dicentem, non esse eam necessariò explicandam, adhuc non suppletur hæc clausula, & dispensatio erit subreptitia non explicata copula hoc animo habita: eò quòd stylus Curiae declararit, mentem Pontificis esse, non dispensare in hoc casu, nisi id exprimat.*

Tamen, his non obstantibus, Castrus Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. ult. §. 3. num. 9.* putat probabile, hanc intentionem iniquam copulæ ad faciliorem dispensationem obtinendam, manifestam esse debere: nam, si interiùs tantum concepta sit, cum humanæ potestati non subdatur, non videtur necessariò exprimenda. Et hanc sententiam absolute tenuit Gaspar Hurtado de *matrim. disp. 26. diff. 5. n. 26.* vbi sic ait: [Quando verò commissio Papæ sit pro foro conscientia, vt quando committitur discreto viro, & in ea ponitur, aut clausula illa, *dummodo copula non fuerit*, aut illa, *dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis*, tunc dispensatio erit nulla in priori casu, si copula fuit verè habita, quanuis sit omninò occulta, & non constet commissario, & in posteriori, quando copula verè fuit habita dicta spe; quia tunc commissio fit commissario, vt dispenseret dependenter à veritate non habitæ copulæ, aut non habitæ dicta spe, tanquam à cõditione, dummodo spes sit exterioriùs significata, & non tantum interiùs cõcepta: quia spes interiùs concepta, non subest humanæ potestati.] Ita ille.

Et hanc doctrinam P. Martinus Perez de *matrim. disp. 46. sect. 7. n. 7.* extendit ad matrimonium contractum cum impedimentis, de quibus Concilium Trid. *sess. 24. c. 3.* cum animo, vt faciliùs ex hoc Papa dispenseret: sic itaque asserit: [Si prædictum matrimonium eo animo ineatur, vt faciliùs Pontifex dispenseret; hunc quoque, animum simul cum matrimonio explicandum esse: vt valeat dispensatio. Hoc etiam mihi videtur certum: quia Tridentinum *d. c. 5.* idèd statuit, vt scienter contrahens illud matrimonium, careat spe dispensationis ad compescendam multorum audaciam, qui ea spe freti inibant, ac consummabant matrimonium, non obstante impedimento dirimente. Igitur Tridentinum, volens punire eam deordinatam spem facilioris dispensationis ex facto ipso præsumptam, à fortiori formalem ipsam spem puniet, volens ipsam explicari. Idem dico, si ea spe consummetur matrimonium; est etiam consummationis, & illius spei mentio facienda.

Q 3

Et

Est verò notandum, hanc spem, cuius est mentio facienda, debere esse exterius significatam, & non tantum interiùs conceptam; quia spes interiùs tantum concepta non subest humanæ potestati.] Hæc P. Perez cum Hurtado consentiens, quæ quidem valde notanda sunt.

Sed quicquid sit de hoc, Sanch. n. 31, putat, non esse necessarium mentionem facere de copula cum spe facilioris dispensationis, quando fuit facta ex parte vnius tantum, quod etiam firmat Perez loco citato, n. 13. Quæ omnia satis in dies practicabilia sunt. Sed circa præsentem quæstionem, si casus acciderit, ne deseras videre Leandrum de *Sartram. tom. 2. tract. 10. disp. 25. g. 31. & 32.*

Notandum est etiam hic, Texedam in *Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 3. contr. 24. n. 8.* cum Rodriquez, Vega, & Navarro, docere contra Sanch. *vbi supra, n. 8.* quòd, quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificè factam, ante tamen quàm Ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum narratum. Ratio est: quia eo casu veritas fuit narrata, & causa vera existit dispensandi, nec vitium aliquod preces contingit; ergo ex nullo capite dispensatio est subreptitia.

Obicit Sanchez: Ad valorem dispensationis inter consanguineos est simpliciter necessaria veritatis narratio facta Pontifici: ergo, dum exequuta non fuerit dispensatio per eum, cui commissa est expeditio, redditur subreptitia. Probatur consequentia ex illis verbis à Pontifice adiectis, quando committit commissario facultatem dispensandi: *Si ita inueneris, &c.* Respondetur, nihil probare argumentum: nam illa verba adiecta in commissione faciunt hunc sensum: *Si ita inueneris mihi fuisse eo tempore narratum.* Vnde, cum veritas fuisset Pontifici narrata, & tunc nulla fuisset inter contrahentes consanguineos copula, valida est dispensatio, nec proinde ad Pontificem recurrendum est pro noua dispensatione. Fateor tamen, eo casu indigere contrahentes illos dispensatione Episcopi, atque ita commissarius dispensationis tenetur de prædicta copula Episcopum consulere, & ante eius dispensationem exequi: sic audiui à multis Patribus Magistris meis Salmanticæ, vbi similis casus occurrit, & iudicatum fuit ab illis id, quod à nobis relatum est.] Hucusque Texeda. Tu cogita, an probabiliter,

An, qui ligati sunt impedimento cognationis legalis, spiritualis, vel publica honestatis, si inter eos intercessit copula, teneantur illam explicare in dispensatione?

R E S O L. XXXVII.

Affirmatiuam sententiam contra Sanchez tenet Castus Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. ult. g. 3. n. 7.* quia copula habita ab iis, qui matrimonium contrahere impediuntur in reuerentiam alicuius virtutis, incestuosa est, vel sacrilega, vti ipse Thomas Sanchez, pluribus relatis, tradit *lib. 7. disp. 5. n. 6. & 7.* At copula habita inter eos, qui impedimento cognationis spiritualis, legalis, & publicæ honestatis obstricti sunt, prohibetur in reuerentiam virtutis religionis, vel pietatis, vt ipsemet Sanchez fatetur n. 10, ergo est specialis mentio illius faciendæ in supplicatione dispensationis horum impedimentorum, sicut fit, cum petitur dispensatio impediendi consanguinitatis, vel affinitatis. Præterea negare non possumus, expressa hac copula Pontificem non eodem modo dispensationem in his impedimentis concedere, ac si expressa copula non fuerit: quia maiorem pecuniæ compositionem exigit, pœnitentias inungit, & superstitem prohibet, ne ad aliud matrimonium transeat: quæ est ratio, ob quam Sanchez fatetur, illius esse mentionem faciendam, cum impetratur dispensatio in impedimento consanguinitatis, vel affinitatis.

Sed, his non obstantibus, puto, sententiam Sanchez esse probabilem, quam in ordine ad impedimentum cognatio-

nis legalis, & publicæ honestatis tenet Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 3. contr. 25. n. 12.* quia, ait ipse, in his, propriè loquendo, non reperitur incestus.

Sed hæc difficultas cessat in opinione afferentium, ad valorem dispensationis in impedimento consanguinitatis, & affinitatis, non esse necessarium mentionem facere de copula, si ea inter consanguineos, vel affines intercesserit. Ita plures Doctores magni nominis, quos ego *alibi* citavi, quibus nunc adde Martinum Perez de *matrimon. disp. 46. sect. 6. per totam*, & Ioannem Præpositum in *3. part. D. Thoma, quæst. 8. de dispens. dub. 6. num. 41.* Qui respondent ad argumenta contraria, videlicet, quòd stylus Curie, qui videtur contrarius, fortè id tantum requirit pro foro externo; & proinde in foro conscientie valet dispensatio, etiam si taceatur incestus. Quod etiam dicendum, quanuis Pontifex in dispensatione ponat: *Dummodo copula non intercesserit.* quia, vt ait Sà, *verbo, Dispensatio, num. 10.* dici potest, id intelligi, modò in foro externo non constet de copula. Idem dicendum de quadam declaratione Cardinalium *circa cap. 5. de reformatione matrimonij, sess. 24. Concil. Trid.* quòd, scilicet, intelligatur de foro exteriori, in quo dispensatio dici potest nulla, quando consanguinei, vel affines, qui se carnaliter cognouerunt, non meminerunt copulæ. Ergo, si secundum hos Doctores, non est necesse exprimere copulam habitam inter consanguineos, & affines; à fortiori dicendum, neque exprimendam esse, si intercesserit inter ligatos impedimento cognationis legalis spiritualis, & publicæ honestatis. Et idèd Perez *vbi supra*, sic ait: [Dico, non esse necessariò exprimendam copulam habitam ante commissionem Papæ, vt dispensatio valida censeatur. Moueor: quia hic incestus non est impedimentum egens dispensatione de se, vt constat. Nec inre aliquo iubetur copula exprimi, cum nullum extet ius scriptum; neque est ius introductum consuetudine, seu stylo Curie, cum non semper exprimat ex consilio virorum Doctorum secundæ sententiæ, tametsi aliquando fiat ex consilio Doctorum primæ sententiæ. Deinde stylus Curie, vt ait Rodriquez ex multis Iurisperitis, non obligat extra Curiam, nisi confirmetur Decreto aliquo Papæ, quod hic non est. Præterea, quando ex stylo Curie exprimitur, non pertinet ad causam motiuam in ordine ad dispensandum, vel non dispensandum in consanguinitate, vel affinitate, sed solum tanquam quid impellens ad concedendam dispensationem cum illis additamentis, quæ non adduntur pro dispensatione præcisè, sed in pœnam eius culpæ expressæ. Tandem Congregatio Cardinalium, quæ solet in fauorem contrariæ sententiæ adduci, sequuta est partem probabilem, & tutiorem, inquit Hurtado, sed non probabiliorem. Qui optimè addit, à fortiori verum hoc esse etiam de cognatis spiritualiter: si enim non est exprimenda copula inter cognatos naturales, minus erit inter spirituales, inter quos non est tam arcta cognatio.] Hæc Perez, quæ secundum mentem supradictorum Doctorum dicta esse volo: nam stylus Curie est in contrarium.

An, qui recitat solus omnes Psalmos, & postea vocat sociam, & ab illo auscultat nouem Lectiones, satisfaciat præcepto?

R E S O L. XXXVIII.

Affirmatiuè respondet Pellizzar. in *Man. Pral. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 91.* vbi sic ait: [Addo, satisfacere obligationi diuini Officij Religiosum, qui per se solum recitat omnes Psalmos Officij 9. Lectionum, & postea ab alio ad hunc finem euocato audit omnes 9. Lectiones. Ducor, quòd quoad partem Matutini, consistentem in Lectionibus, dici potest Religiosus communicare cum socio, audiendo Lectiones ab eo; & aliàs non est opus, quòd talis communicatio fiat in toto Matutino: præterquam quòd dici posset non requiri, vt in præsentia materia

teria communicatio sit mutua, stante doctrina Dianæ p. 2. tra&. 12. resol. 6. secus dicendum puto in casu, quo duo Religiosi simul recitent Psalmos Matutini alternatim, & postea 9. omnes Lectiones illius audiant à tertio vocato ad huc effectum: hoc enim esset recitare Officium in tertium, (vt dicunt,) ac si tres Religiosi simul Officium recitantes, tres veluti choros efficerent, quolibet illorum proprium versiculum singillatim dicente alternatim; quod Doctores communiter negant posse fieri, vt colligitur ex Azorio *part. 1. lib. 10. c. 7. quæst. 9.* & alioqui 9. Lectiones sunt materia grauis. Puto item satisfacere Religiosum, si recitans Officium cum alio, in decursu recitationis Psalmos aliquos solus recitet; sicut & omnes Lectiones, Hymnos, ac Responsoria aliàs cum socio recitans, maiorem partem Psalmorum solus recitet: nam singuli Psalmi sunt singulæ orationes, & non repugnat, Officium eiusdem diei partim recitari cum socio alternatim, partim seorsum, vt patet. Quod si in Choro recitentur omnes 9. Lectiones Matutini ab iis, qui alioqui nullo modo canunt Psalmos: reliqui interessentes Choro, qui recitant Psalmos, dici possent non satisfacere suæ obligationi; cum, data hypothefi, recitantes Matutini Lectiones, non possint dici communicare cum aliis Choristis: quanquam, admissa doctrina Dianæ *superius data*, contrarium non improbabiler possit sustineri, vt consideranti patebit.] Hæc Pellizzarius; Et pro casu posito in titulo *Resolutionis*, facit etiam id, quod, me citato, docet Perficus *de Horis canonicis, c. 8. dub. 1. n. 5.* nempe, in recitatione priuata, posse vnum dicere omnes Lectiones.

Nec obstat dicere, quod Reginaldus *tom. 2. lib. 18. c. 12. sect. 6. dub. 5. propof. 4.* asserat, recitantem cum socio debere ab eo audiri: sed in nostro casu, qui dixit 9. Lectiones, non audiuit Psalmos ab alio recitatos: ergo. Respondeo, quod Reginaldus loquitur de socio obligato ad recitandum Officium. Quod autem recitans Officium cum socio, qui non tenetur illud recitare, satisfacit obligationi suæ, certum est, & docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 11. n. 6. Layman lib. 4. tra&. 1. c. 5. n. 8. Filliucius tom. 2. tra&. 23. c. 7. n. 241.* & alij. Ergo, &c. Et hæc dicta sufficiant in defensionem opinionis Patris Pellizzarij.

Sed, his non obstantibus, ego puto non satisfacere præcepto, si quis recitet medietatem Matutini, & aliam medietatem audiat à socio; vel, si recitet integrum Matutinum, & Laudes, & postea audiat Horas, & reliqua à socio: nam ex tali casu, nec physicè, nec moraliter videtur recitare illas medietates Officij, sed tantum audire: ergo non satisfacit præcepto, quod imponit recitare, & non audire Officium. Nec militat eadem ratio in recitatione, quæ alternatim more solito efficitur cum socio: nam tunc moraliter vnus socius dicitur recitare partem alterius. socij: nam vnusquisque eorum participat in recitatione, v. g. vnus Psalmi, vnus Horæ, &c. Sed in casu proposito, vnus socius, vt dixi, neque physicè, neque moraliter participat in recitatione alterius socij, sed tantum illum audit: ergo, &c. Vide tamen, si saltem hoc esset admittendum, si, v. g. quis recitaret Vesperas, dicendo vnum integrum Psalmum, & alius socius alterum Psalmum: nam casus iste non videtur similis supradictis. Sed ego de omnibus idem sentio: nam vti debemus priuilegio recitandi cum socio, prout concedit, & admittit consuetudo Ecclesiæ,

An Episcopus possint in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, auctoritatem suam Vicario, vel aliis delegare.

R E S O L. XXXIX.

Magna quæstio est inter Theologos recentiores, an Episcopus in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium dispensare possit? Et negat nouissimè Texeda in *Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tra&. 3. contr. 23. §. 1. num. 25.* quia, ait ipse, antequàm matrimonium contra-

hatur, cum nulla possit vrgere necessitas ad dispensandum in impedimentis matrimonium dirimentibus, nec possit esse ad Pontificem facilis transitus; non præsumitur adesse Pontificis consensus, qui necessarius est, vt Episcopus in ipso lege dispenser. Confirmatur: nam, si potest Episcopus dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, postquam iam in initum est; idè est, quia constat de publicitate matrimonij, cum in initum sit in faciem Ecclesiæ, iuxta formam à Concilio Tridentino petitam, & non constat de impedimento, cum sit occultum; & aliàs si non dispensaretur in illo, oriretur scandalum, si prædicti coniuges separarentur: at hæc ratio non currit, quando matrimonium non est in initum, cum possit tempus protrahi, & ad Pontificem recurri pro obtinenda dispensatione: ergo in tali casu non potest Episcopus dispensare in impedimento dirimente ante contractum matrimonium. Secundò, quia si permitteretur, quod Episcopus dispensaret in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, aperiretur quidem ianua ad multa fraudulenta matrimonia, cum possit fingi necessitas vrgens, vbi nulla est, & allegari difficultas recurrendi ad Pontificem, vbi talis non est, nec vrgere potest tam grauis necessitas, quæ difficilem reddat ad Pontificem pro obtinenda dispensatione transitum: nam, si aliquis casus potest contingere, in quo horum modernorum sententia, verificari possit, solus esse potest, quando duo consanguinei in gradu prohibito habuerunt copulam carnalem inter se sub spe futuri matrimonij, & ne vir à promissione facta recedat, si fortasse timetur periculum in mora, ne forma violata remedio maneret destituta; & ob maiorem temporis accelerationem, vt obuietur tanto malo, poterit quis dicere posse Episcopum dispensare. Cæterùm, nec in isto casu vrgere grauissimam necessitatem, nec difficilem ad Pontificem recursum reperiri, ex eo mihi persuadeo: quia in tali casu inueniuntur duo impedimenta, quorum necessariò Pontifex debet fieri certior, nec vrgens necessitas instat, vt difficilis ad Pontificem sit accessus. Et præterea arguitur: quia copula illa inter illos consanguineos habita sub spe futuri matrimonij, vel est manifesta, vel occulta: si est manifesta, necessarium est, vt pro dispensatione obtinenda recurratur ad Pontificem, vt notum est: si est occulta, cum non sit periculum in mora, & possit Pontifex consuli, necessariò ad illum recurrendum est: nam in eo casu non præsumitur voluntas Pontificis adesse, quod necessarium est, vt Episcopus in casu necessitatis, vrgentis possit in impedimentis dirimentibus dispensare.

Sed ego satis probabiliter affirmatiuam sententiam teneo, & præter Vasquez, Sanch. Hurtad. & Poncium, hoc etiam docet Castr. *Pal. tom. 5. disp. 4. pñct. vlt. §. 1. n. 9.* quod colligitur ex c. 2. *de dispens. impñber.* ibi: *Districteius iubemus, ne aliqui ante ætatem à Canonibus præscriptam coniungantur, nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente, utpote pro bono pacis talis coniunctio toleretur. Toleretur*, inquam, non permissiue, sed approbatiue, vt aduertit Basilius. *Poncius lib. 8. c. 13. n. 6.* Ergo ex vrgenti necessitate ante contractum matrimonium potest Episcopus in impedimento ætatis dispensare: sed eadem est ratio in aliis impedimentis. Ergo in omnibus admitti debet hæc dispensatio. Ratio autem id manifestè conuincit, idè namque conceditur Episcopo potestas dispensandi in his impedimentis matrimonio contracto; quia communi Reipublicæ bono, animarumque saluti expedit, ne vrgente necessitate hominos remedio salutari destituantur: at ante matrimonium contractum vrgere ea necessitas dispensationis potest, vt compertum est: ergo concedenda est Episcopis hæc potestas. Vnde patet, non benè dixisse Texedam, in illo solo casu *suprà adducto*, nostram sententiam verificari posse: nam in multis verificatur, vt cum aliquis proximus matrimonium contrahere astringitur ob legitimandam prolem, ob restaurandum honorem, ob discordias sedandas, vel ob propriæ animæ salutem.

His suppositis, ad quæstionem propositam in titulo *Resolutionis* respondeo affirmatiuè. Dico igitur, Episcopum posse suo Vicario, & cuilibet alteri potestatem dispensandi in impedimentis ob urgentem necessitatem specialiter delegare, sicuti docuit Couarruias *lib. 3. var. cap. 20. à n. 6.* Sanch. *lib. 2. disp. 40. à n. 15.* Gutierrez *de matrim. cap. 4. n. 16.* Ratio ea est: quia hæc potestas à Pontifice conceditur Episcopis, quatenus tales sunt. At iurisdictio Principis privilegio competens alicui, non quæ talis persona est; sed quatenus talem dignitatem, vel officium retinet, non est delegata, sed ordinaria, & iurisdictionis ordinariæ iura habet, vt tradit Bartolus in *l. Ambrosia, num. 34. ff. de decreta ab ordine faciend.* Couarruias *d. cap. 20. n. 6.* Sanchez *disp. 40. num. 14.* Gutierrez *num. 16.* Ergo hæc potestas Episcopis competens, cum eorum dignitati, & officio perpetuo sit annexa, delegari potest, iuxta Gloss. in *cap. fin. de officio Ordinarij.* Quod adeo verum est, vt non solum possit Episcopus hanc potestatem delegare pro vno, vel alio casu occurrente, postquam ipse casus euenerit, vt placuit Henriquez *lib. 6. de penis. cap. 14. num. 7. iuncto commento l. O. & lib. 14. de irregularis. cap. 19. in fine:* sed antequam casus vltus euenerit, poterit hanc potestatem suo Vicario, vel alteri, ad omnes casus euenturos specialiter delegare. Verbum enim, *specialiter*, non specialem casum exigit; sed specialem, & expressam delegationem, vt tradit, aliis relatis, Sanch. *d. disp. 40. n. 17.* Gutierrez *cap. 49. n. 21.* Et hanc opinionem tenet etiam Hurtadus *de matr. disp. 26. diffi. 2. n. 7.* cui adde Martiñum Perez *disp. 44. sect. 7. n. 3.*

Nec obstat Concilium Tridentinum *sess. 2. cap. 6. de reformatione*, vbi concedit Episcopis casus Pontifici occultos, & explicat, per se, vel per Vicarium: ergo clarè denotat, non posse Episcopos delegare, vbi non committitur Episcopis delegandi potestas. Respondeo, Concilium solum velle Vicarium Episcopi non habere ex generali commissione Vicariatus, prædictos casus, nisi sibi specialiter committantur, non verò intendere Episcopo negare potestatem generaliter delegandi.

An Episcopus post matrimonium contractum, dispensationeque subreptitia obtenta, possit dispensare in eo impedimento, dispensationem Pontificis confirmando.

R E S O L. XL.

Affirmatiuè videtur respondere Hurtadus *de matrim. disp. 26. diffi. 2. n. 9.* quia hoc videtur concessum in *cap. Quia circa, de affinit. & consanguinit.* quatenus Pontifex consultus de his, qui subreptitia dispensatione contracterunt; respondit Episcopo interroganti: *Disimulare poteris, vt remaneant in copula sic contracta, cum ex separatione videas grane scandalum imminere.* illa namque dissimulatio, dispensatio est. Nam, licet, dissimulatio Superioris, quæ suo facto, & impunitate fit, non sit dispensatio, vt probat textus in *cap. Cum iam dudum. de præbend.* at dissimulatio verbis facta, dispensatio censi debet: quia est quædam approbatio. Et circa hanc sententiam dubius manet Basilius Pontifex *de matr. lib. 8. cap. 18.*

Mihi verò prorsus displicet. Dico igitur cum Perez *de matr. disp. 43. sect. 6. n. 15.* non esse talem facultatem Episcopo concessam: quia textus solum habet, Episcopum dissimulare posse; vt remaneant illi in matrimonio mediante dispensatione subreptitia contracto, si ex separatione graue immineat scandalum. Nam coniuges bona fide existimabant, se legitime coniugatos esse, & ex veritatis detectione timebatur graue scandalum: quapropter Papa tacendum, & dissimulandum esse dicit, illosque in matrimonio putatio, & inuincibili ignorantia excusato, permittendos esse. Nec opposita sententia ex textu in *cap. Quia circa.* vllatenus colligere potest, Pontificem Episcopis hanc potestatem concessisse: ad summum enim probaretur, eo casu da-

tam fuisse illi Episcopo eam facultatem, non tamen inde inferendum est, omnibus Episcopis datam esse. Sed neque hoc ex prædicto textu probatur: non enim Pontifex alicuius dispensationis meminit; sed solum dixit, ob graue scandalum ex separatione imminens permittendos esse illos coniuges in sua bona fide perseuerare. Si autem ipse Pontifex dispenseret, vel facultatem dispensandi Episcopo concederet, monendi essent coniuges, vt matrimonium reualidarent; quia copula subsequens, cum procederet ex errore, quo credebant se matrimonio esse ligatos, matrimonium constituere non poterat, vt falso, & satis inconsequenter à suis principis existimauit Basilius Pontifex *dis. 2. lib. 8. cap. 13. n. 7.* vt interpretationem legitimum Thom. Sanch. *lib. 2. de matr. disp. 38. n. 12.* impugnaret: vt optimè obseruat Castr. Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. vlt. §. 1. num. 11.* Non bene itaque Glossam, Cardinalem Heftiensem, Henricum; Alexandrum de Neuo, Berrachinum, Conradum, Henriquez, & alios affirmatiuæ sententiæ ad hæc esse dicendum est.

Nec supradictis obstat, Episcopos in sua Diocesi, & Legatos in terminis suæ legationis videri posse dispensare in impedimento consanguinitatis, & affinitatis, iuxta Trid. *sess. 24. c. 5. de reform. matr.* vbi Concilium permittit certis conditionibus dispensationem in gradibus prohibitis, non explicans, à quo hæc dispensatio fieri possit: atque ita censetur concedere facultatem Episcopo, cum alioquin permissio nihil operaretur. Confirmatur. Concilium etiam generale non potest Summo Pontifici præscribere, quibus conditionibus possit dispensare: cum ergo prædicto capite id fiat, apparet per illud dati Episcopis potestatem dispensandi. Respondetur, negando assumptum, Ad probationem respondetur, negando Episcopis competere facultatem, de qua *ibi* est sermo: quod patet ex ipsa Ecclesiæ praxi: nullus enim ordinariè recurrit ad Episcopos pro impetranda dispensatione in gradibus prohibitis. Vnde dico, Concilium *eo loco* non permittere dispensationem; sed tacitè rogare Summum Pontificem, vt iis, quæ in prædicto capite ponuntur, sese velit conformare, non facillè dispensando, nisi conditiones ibi requisitæ inueniantur in petentibus dispensationem. Ex quibus patet responsio ad confirmationem, quod scilicet, Concilium nullas imponat conditiones Pontifici, tanquam superiori; & tamen illud caput aliquid operetur; quia operatur per modum supplicationis ipso Summo Pontifici factæ. Nec contrarium sustineri potest, vt præter rationes supradictas confirmat vniuersalis consuetudo, & praxis Ecclesiæ, contra quam, faxit Deus, quod quidam Antistes miserrimè his temporibus non fuerit operatus, & in errorem lapsus: & idèd hanc sententiam, & omnia supradicta docet Perez *vbi sup. n. 14.* & Præpos. in *3. p. q. 8. d. disp. dub. 2. n. 6.* & alij communiter.

An schedula patris testibus non ob signata pro testamento habenda sit?

R E S O L. XLI.

Procedit casus iuxta formam appositam in Authent. *Quod sine. de testament.* & negatiuam sententiam tenet Iacobus Cuiacius *ad Nouell. 107. & consultat. 1.* Couarruias *ad cap. Reynut. §. 1. num. 3. & seqq.* Alexander *consil. 76. n. 13. lib. 3.* Nititur autem hac ratione Cuiacius, quod neque sit vllum testamentum, neque codicillus vllus, in quo conficiendo testes adhiberi non debeant; nec etiam extet vlla Constitutio, vel lex, quæ necessitatem adhibendi testes parenti, inter liberos testando, remittat.

Sed mihi placet magis opinio affirmatiua. Primò, quia in *l. 21. §. Imperfecto, C. de testament.* absolute dicitur ex imperfecto liberos succedere posse. Igitur vult Imperator, etiam valere illud parentis testamentum, quod propter non adhibitos testes est imperfectum. Respondet quidem ad hunc textum Cuiacius, & Hotoman. in *consil. 58. testamentum*

testamentum ibi imperfectum non vocari, quòd testibus careat, sed quòd à testibus, qui adhibiti fuerunt, non sit subscriptum; idque ex eo relucere ait, quòd Imperator priùs dicat non subscriptum, & non obsignatum testamentum pro imperfecto haberi: deinde subiiciat convenienter, ex imperfecto testamento voluntatem non tenere defuncti, nisi inter liberos. Veruntamen consequentia huius illationis negatur: etsi enim priùs dixerit, imperfectum esse testamentum, quòd non subscriptum sit à testibus, generaliter tamen postmodum subiicit, ex imperfecto testamento valere defuncti voluntatem inter liberos. Quin etiam illud testamentum à testibus non est subscriptum, & obsignatum, cui non adfuerunt testes. Ex præcedentibus enim intelligi potest Iustinianus.

Deinde confirmat hanc sententiam etiam Textus in l. ultim. C. Famil. eriscund. quæ in testamento inter liberos qualiacunque verba, vel indicia sufficere ait. Sed Cuiacius respondet, hoc sermone testes non excludi: quia, cum dicitur, fideicommissum nutu relinqui posse, hoc dicitur, non ut intelligatur sine testibus posse fideicommissum relinqui, l. Et in Epistola. C. de fideicom. Veruntamen & hæc responsio non dissoluit argumentum nostrum, propterea quòd nullibi dicatur ad fideicommissum sufficere nutum: hoc enim si diceretur, testes utique excluderentur, quemadmodum hinc dicitur, qualiacunque verba, vel indicia sufficere. Euincit hoc ipsum quoque Textus in nouell. 107. vbi de testamentis imperfectis Iustinianus constituit, ut parentum inter liberos voluntates omnibus modis firmæ, & ratæ sint. Ergo & eo modo, si in schedulam duntaxat voluntates suas consignarint. In nouell. 18. constituit, ut diuisio bonorum à patre facta inter liberos per scripturam, irademum valeat, si modò, vel ab ipso, vel ab ipsius liberis sit subscripta, l. In testamento. 38. ff. de fid. instrument. Et sanè si adhibitio testium esset iuris gentium, & omninò necessaria, semper, & omni actui adhiberi deberent testes; quòd tamen secus esse probat l. 17. C. de fide instrument. In nouell. 107. Non autem, tunc demum testes requiruntur, quando extraneæ personæ quid in testamento parentis relinquitur. Et hæc omnia docet Hulticus Hunnius in Commentariis ad Treutlerum, volum. 2. disput. 10. Thes. 6. quæst. 41. & ante illum Fachineus controuers. iuris, lib. 4. cap. 1. Scharodus, & Gilkenius in dictam. leg. 21. §. Imperfecto. Cod. de testam. cum aliis penes ipsos,

Quæ quidem opinio à fortiori procedit in foro conscientie, stante sententia dicti Hultici Hunnij ibid. q. 42. quòd adhibitio testium in ultimis voluntatibus necessaria sit solum ex iure civili: ergo dicendum est, testamentum, de quo est quæstio, validum esse; in sententia tamen illorum, qui asserunt, testamentum confectum absque solennitatibus iuris civilis, valere in conscientia. Et ita tenent Doctores, quos, me citato; adducit Baunus in Theolog. moral. tom. 3. tract. 9. quæst. 9. & Viggers de inst. tract. 5. cap. 3. dub. 3. n. 15. Et ratio desumitur partim ex l. finali. C. de fideicommissis, partim ex l. Et si inutiliter. C. eod. tit. Priori namque cogitur ad præstandum legatum hæres, ex testamento solennitatibus destituito, vel iurare eam non fuisse voluntatem defuncti: posteriori autem sancitur, non posse per te repeti fideicommissum relictum à defuncto inutiliter (id est, in scriptura minus solenni,) si tu sciens voluntatem defuncti, cuius es hæres, illud præstitisti. Et ratio additur, quia non ex sola scriptura, sed ex conscientia relictæ fideicommissi, defuncti voluntati satisfactum esse videtur. Ex quibus euidenter, ut apparet, sequitur solennitatem testium de iure requiri tantum per modum formæ probatorie in iudicio, non ut substantialem ad validitatem actus in se. Imò Imperator in posteriori supponit voluntatem defuncti, de qua per confessionem hæredis, cuius interest, constat, validam esse habendam etiam in foro externo: quia, scilicet, conscientia propria hæredis, probationem testium implet.

Ex his sequitur, testamentum ad pias causas valere, etiam

sine testibus, in utroque foro. Nec obstat, quòd iure diuino ad minimum requiruntur duo testes, ex cap. In omni, de testibus. Nam respondent Hunnius, & alij, hoc verum esse, si de actu aliquo probando ageretur; secus, si de eo perficiendo. Sed de hac quæstione ego alibi.

An, si aliquis iuravit, se testamentum non reuocaturum, possit non obstante illud reuocare?

R E S O L. X L I I.

Affirmatiuè respondet doctus Iurisconsultus Lusitanus, Benedictus Ægidius in Comment. ad leg. Ex hoc iure. ff. de inst. & iure. part. 2. cap. 13. claus. 8. num. 4. [putat enim, iuramentum de non reuocando testamento, actus substantiæ directò opponi: idcirco non valet, quia iuramento non potest confirmari actus, qui deficit in forma illi à iure statuta, iuxta Barr. doctrinam in l. Si quis pro eo. n. 14. ff. de fideiussor. quam sequitur Tholosanus Synagmat. iur. lib. 50. cap. 5. num. 10. & communi omnium consensu receptam esse, profitetur Couarruias in cap. Quamuis patet. 2. p. §. ult. num. 2. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 29. num. 3. Azevedo in l. 1. tit. 1. lib. 5. non. recop. n. 28. cuius ratio est: quia forma est, quæ dat esse rei, l. 1. Iulianus. §. Item si quis. ff. ad exhib. tradit Euerard. in locis legalib. loc. 10. à defectu forma, in princip. vbi pulchrum ad hoc vocat text. in l. Mulieris. §. 1. ff. de verbor. signific. Vnde, deficiente forma, non reperitur actus; qui iuramento possit confirmari. Nunc verò, quæ est alia testamenti forma, seu substantia; quàm libera, spontaneaque solennis hominis voluntas, eaque vltima, de eo, quòd quis post mortem suam sibi fieri vult, ut constat ex definitione illius, in l. 1. ff. de testament. & ex d. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Vnde, si promissio, & iuramentum de non reuocando testamento valeret, ita ut testator contraria solenni voluntate reuocare illud non posset; quid inde sequeretur, nisi pro testamento esse, eiusque vim, & virtutem habere, quòd supremam testantis voluntatem non contineret? Hoc ergo, quia actus substantiæ repugnat, iuramento induci nequit, nec iuramentum super eo præstitum obligatorium est, tanquàm super impossibili præstitum, cuius nulla obligatio est, l. Impossibile. ff. de reg. iur. Quemadmodum si contrahentes iurarent, emptio- nis, & venditionis contractum absque pretio celebrare, aut locationem absque mercedis interuentu: quia enim de substantia venditionis, & emprionis, est pretium, & merces de substantia locationis, ita ut sine mercede locatio non intelligatur, nec venditio sine pretio; possent, iuramento non obstante, tanquàm actus substantiam offendente, venditionem cum pretio, & locationem, mercede interueniente, celebrare absque periurij metu, in eo duntaxat peccantes, quòd temerè, id est, in vanum, nomen Domini assumpserunt. Sic ergo, qui iurat, testamentum non reuocare, non obstringitur iuramento, quòd actus substantiam lædit, quominus posteriore testamento solenniter factò, reuocare primum liberè possit. Atque ita euenit, quòd etsi absque dispendio salutis æternæ iuramentum in hoc casu seruari possit, quia absque dispendio salutis æternæ cum testamento illo testator mori possit; ex alio tamen tale iuramentum obligatorium non est, nempe, quia sublata actus substantia, cui opponitur, super impossibili emissum apparet, cuius idcirco obligatio nulla est, d. l. Impossibile. impossibile quippe est, esse testamentum, & supremam, ac liberam voluntatem non continere.] Hucusque Ægidius, cui adde Gomez ad leg. 3. Taur. numer. 95. quos etiam refert, ac videtur sequi Molina 4. libro de primogen. cap. 2. num. 4. censentes, non solum non manere firmum, sed etiam testatorem pro libito absque periurij reatu posse illud reuocare. Et in hanc sententiam ego olim videbar inclinare.

Sed, ut verum fatear, magis veritati accedit opinio negatiua

gatiue Molinæ Theolog. de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 151. qui citat Clapum, & Couarruyam. Est autem sermo de testamento, quod nullam continet dispositionem contra ius diuinum, aut humanum; ac proinde quod si nullum tale interuenisset iuramentum, posset testator absque peccato, quemadmodum reuocare, ita etiam non reuocare. Ratio potissima est; quoniam non reuocare tale testamentum, nihil mali continet, vt supponimus: esto, forte, aliquando consilium esset vt reuocaretur, & aliquid melius disponeretur: ergo, si iureiurando ali cui homini in illius bonum id non reuocare promittatur, obligat eiusmodi iuramentum, quod non est de re illicita ex parte iurantis.

Deinde, licet concedatur, ius ciuile non solum irrita fuisse promissionem, & pactum de testamento non reuocando, sed etiam illa prohibuisse, atque aded peccare testatorem, qui id spondet; nihilominus adhuc iuramentum de illo non reuocando esset de re licita, atque aded sub reatu peritij obligaret testatorem, id non reuocare; quod magno perere in re, de qua disputamus, est aduertendum. Aliud quippe est non reuocare, illudque primum, neque malum est ex se, nec prohibitum iure positiuo, quicquid sit de prohibitione secundi iure humano; qui autem iurat, se non reuocaturum, aut non conditurum testamentum, non iurat, se id sponsurum, quod existente prohibitione iuris positivi, esset malum, ac proinde iuramentum ad id non obligaret; sed, illicitè contra positiuum ius spondendo, iurat se non reuocaturum, aut non conditurum testamentum, quæ illicita non sunt. Itaque ad iudicandum, an promissorium iuramentum obliget, attendendum est ad id, ad quod quis tali iuramento se astringit; non verò ad promissionem, qua sub iuramento ad id se astringit. Et quidem, quando id, ad quod se astringit, licitum est, iuramentum obligat; esto, actus, quo se astringit, promissione iuramento confirmata, illicita sit; non quidem ex obiecto, quoniam contradictionem inuoluit id, quod promittit, illicitum non esse: & promissionem esse illicitam ex obiecto; sed ex dispositione iuris positivi, qua talis promissio rationabili ex causa sit prohibita. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenent etiam hi, quos citat, & sequitur Villalobos in *Summa*, tom. 2. tract. 30. difficult. 22. num. 7. vbi sic ait: El que reuoca el testamento jurado, peca mortalmente, si el juramento fue de no lo reuocar. Assi lo tiene Iulio Claro, diziendo, que es comun con Alexandro, Alciato, y dice, que no parece, que se puede dudar desto, y lo tiene Lefio. La razo es, porque el juramento, que se puede guardar sin offensa de Dios, es muy cierto que se deve guardar; como consta de vn Texto, y tal es este; porque aunque el testamento de su naturaleza es reuocable, llana cosa es, que no ay obligacion de reuocarle; y assi el, que quebrantasse este juramento, sin duda ninguna seria perjuro, si no es, que sacasse primero relaxacion del. Lo contrario tiene Antonio Gomez, por dezir, que el juramento contra buenas costumbres no vale, y este lo es, porque quita la libertad. Mas este es gran engaño, porque no es contra buenas costumbres el quitar vn hombre la libertad; que quando vno professa en Religion, se quita la libertad, y no es contra buenas costumbres.] Ita ille. Vide etiam Trullench in *Decalog.* tom. 2. lib. 7. cap. 18. dub. 9. & Sanchez in *Opasc.* tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 17.

Notandum est tamen, quòd, licet contra Agidium, & alios tenuerim, testamentum iuratum illicitè reuocari; tamen existimo contra Vasquez

cap. 2. dub. 3. num. 15. quòd si reuocetur,

valida eius erit reuocatio, vt ex

multis probat Cardinalis de

Lugo, tom. 2. de iustit.

disput. 24. sect. 1.

num. 27.

✱

An laici in Missa Natiuitatis, qua post mediam noctem canitur, vel in aliis, qua statim postea dicuntur, possint sacram Eucharistiam sumere?

R E S O L. X L I I I.

Negatiuè respondet Pater Bordonus tom. 2. *resolut.* 56. num. 61. vbi sic ait: [Tertium, quòd in ea nocte laici non possint recipere sacram Communionem suadet. Tum, quia illud priuilegium sumendi Corpus Christi ea nocte concessum fuit solis Sacerdotibus in actu celebrationis: ergo non est extendendum ad laicos, & non celebrantes: priuilegium enim vni personæ concessum, non extenditur ad aliam, etiam propter identitatem rationis, cap. *Sanè.* 9. de *privileg.* Tum, quia, ea nocte excepta, Sacerdos non celebrat, nisi intra Auroram, & Nonam, hoc est, meridiem, ex communi Doctorum apud Bonacinam *quest. fin. de Missa,* p. 9. num. 2. Dianam *part. 1. tract. 14. resolut.* 33. ergo neque laicus Sacramenta recipere potest extra illud tempus; quia tempus laici regulatur in hoc à tempore Presbyteri volentis celebrare, cum eadem rationes militent in vtroque. Tum; quia ita vsus inoleuit, vt sacra Communio recipiatur solum intra huiusmodi tempus à sanis; & cum huiusmodi consuetudo rationabilis, & legitima sit, & loco legis non extantis succedat, vt lex seruanda est, cap. *In his rebus.* 7. *distinet.* 1. Bonacina *quest. 7. de Eucharistia, par. 1. num. 14.* cum Syluestro, Sà, & Angelo *verb. Eucharistia.* Tabiena *Missæ* 6. Henriquez, Suarez, Possuino, c. 8. num. 8. docet, sacram Communionem posse recipi qualibet hora diei, etiam post meridiem, quia nulla extat prohibitio; & sic videntur excludere ab hac sacra refectione nocturnum tempus.] Hucusque Bordonus.

Sed hæc opinio, pace viri docti, mihi non placet, & praxis, atque consuetudo est in contrarium: nam ferè in omnibus Ecclesiis Societatis Iesu, nostræ Religionis, & aliarum, in supradictis Missis ministratur laicis Sacramentum Eucharistiae. Dicere autem hoc fieri ignoranter, & illicitè à viris tam piis, & doctis, absurdum manifestum apparet. Deinde ego non inuenio iura prohibentia laicis sumptionem Eucharistiae in illa hora. Et si dicas, quòd iura prohibent Missas dicere ante Auroram Sacerdotibus: ergo & laicis communicare. Respondeo, retorquendo argumentum: si laici non possunt sumere Eucharistiam ante Auroram, quia Sacerdotes neque possunt celebrare: ergo quando Sacerdotes, vt est in casu, de quo loquimur, possunt dicere Missas, licebit etiam & laicis communicare. Vnde ego puto, Regulares ex priuilegio, celebrando ferè tribus horis ante Auroram, vt ex Rodriguez, Filiucio, & Bonacina tenet Caltrus Palas tom. 4. tract. 22. *disput. unica, punct.* 7. num. 13. posse tunc in suis Missis, si velint, licitè laicis sacram Eucharistiam ministrare: nullam enim video prohibitionem in contrarium extare. Itaque dicendum est, laicos in nocte Natiuitatis posse sacram Synaxim sumere in Missis, quæ post mediam noctem in illa solennitate celebrantur.

An Nouitiatus factus, partim in vno Conuentu, & partim in alio, sit validus?

R E S O L. X L I V.

Est inualidum docet Franciscus Syluius, inelytus Theologiae Professor Duaci: sic enim asserit in *suis var. resolut. part. 2. verb. Nouitiatus*, 2. [An Religiosus Sancti Bernardi, qui annum Nouitiatus incipit in vno Monasterio, possit illum annum continuare, & complere in alio Monasterio eiusdem Ordinis, maxime cum de vno in aliud se transtulerit, absque interuallo temporis, præterquam vnius diei ad iter conficiendum necessarium? Respondetur, non posse: quia, iuxta Concil. Trident. *sess.* 15. cap. 15.

cap. 15. de Regul. annus Novitiatus debet esse integer, & iuxta communem, ac receptam sententiam, de qua cum multis Barbosa *allegat.* 101. num. 23. continuus; non potest autem censeretur integer, & continuus, quando per egressum ad aliud Monasterium (tamen eiusdem Ordinis) fuit interruptus: quoniam annus ille debet compleri intra Claustra Monasterij, nisi forte de Superioris licentia ad aliquod tempus egredereetur Novitiatus, manens interim semper sub eius obedientia; quemadmodum, videri potest apud Barbosa num. 26. & 28. Confirmatur: tempus probationis præscriptum est, non solum in fauorem Novitij, vt experiri possit asperitates Monasterij, sed etiam in fauorem ipsius Monasterij, vt motus Novitij possit experiri, cap. *Ad Apostolicam. de Regular.* Ad talem verò vtrinque experientiam oportet, Novitium in eodem Monasterio, vel saltem sub eiusdem Monasterij obedientia, viuere toto tempore Novitiatus; ac per consequens non potest partem istius temporis degere sub vnius Monasterij obedientia, & partem sub alterius.] Ita Syluius, qui pro sua sententia adducit aliqua loca Nauarri.

Sed prorsus affirmatiue sententiæ ad hærendum esse puto cum Bordonio *tom. 2. resolut. 54. num. 5.* Pellizzatio in *Manual. Regular. tom. 1. tract. 3. cap. 3. num. 21.* & aliis communiter: nam est falsum, quòd in nostro casu interruptur annus Novitiatus, cum solum mutantur loca Novitiatus, manente eodem Novitiatu: tum, quia Novitiatus ordinatur ad probandum Novitium; ac æquè benè is probari potest in diuersis locis, imò forte melius, cum in pluribus Monasteriis plura possit experiri, quàm in vno tantum: quòd si Nauarr. *consil. 37. de Regul.* sustinet, fuisse nullam Professionem eius, qui professus est præmissio Novitiatu per decem menses in vno loco, & per reliquos in alio; loquitur de transeunte sine Superiorum licentia, ideòque oppositum assereret in casu nostro. Non est igitur recedendum à nostra sententia, ex qua patet responsio ad argumentum Syluij, & ad Nauarri auctoritatem, quam in sui fauorem adducit.

An autem in tali casu Novitiatus indigeat ad profitemdum consensu vtriusque Monasterij; vide citatos Auctores, asserentes non requiri, si saltem æqualiter mansit in vtroque loco: secus autem, si in posteriori manserit tantum per tres, aut quatuor menses: tunc enim requiritur consensus etiam prioris Monasterij, cum in posteriori non ita sufficienter videretur probatus. Et ita ego etiam sentio.

An Parochus communiter ita reputatus, sine tamen titulo, quia à principio fuit intrusus, validè matrimonio assistat.

R E S O L. XLV.

Decisio huius casus pendet ex illa celebri quæstione, An aliquis, qui sine titulo, & auctoritate Superioris in officium Iudicis, Parochi, aut Confessoris se intrusit; si tamen communis error facti accedat, gesta per illum quoad vtrunque forum spectantia valida sint. Et negatiuam sententiam mordicus tenet nouissimè amicissimus Pater Perez *de matrim. disp. 40. sect. 5. num. 5.* & alij, cuius sententiam existimo communem, & probabilioram.

Affirmatiuam tamen Basilij Poncij, & aliorum, puto satis probabilem esse, quicquid parum modestè nominatum contra me dixerit Escobar à Corro, & ideò iterum contra illum adducam duos præstantissimos Theologos Societatis Iesu: sic itaque respondens ad casum propositum in titulo huius Responsionis asserit Castr. Pal. *tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 10. n. 9.* [Si Parochus intrusus sit in beneficium absque titulo à legitimo Superiore concessio, communis sententia tenet, nullatenus valere matrimonium, cui ipse assistit: quia deficit titulus coloratus, quem ius requirit, vt gesta ab inhabili valida reputentur, vt latè

probat Sanchez *d. dispus. 22. num. 49. & 50.* tamen si probabile sit, & rationi consonum solum communem populæ errorem sufficere ad iurisdictionem concedendam, vt latè probat Basilus Ponce *lib. 5. cap. 20. num. 2.* quia præscriptione, & consuetudine iurisdicchio acquiritur; eamque tribuere potest, qui est in possessione delegandi, tamen si verum titulum non habeat: arg. text. in Auth. *de Tabellionib. seu nouella 44. cap. 1. in fine.* ibi: *Documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis: quippe utilitas publica maxime expedit, ne gesta ab eo, qui communiter potens existimatur, inuvalida sint; cum Respublica defectum supplere possit.*] Ita Palaus.

Sed doctissimus, & amicissimus P. Bardi hanc affirmatiuam sententiam non solum probabilem, sed probabilioram putat in Bullam Cruciatæ, *p. 2. tr. 5. c. 1. sect. 12. n. 157.* Quia, quando adest communis error, etiam si nullus præcellerit titulus collatus à Superiore, viger illud ipsum adæquatum motiuum, per quod ius commune disposuit valida esse gesta ab eo, qui caret prædicto titulo, circa quem versatur communis error: ergo Confessarius intrusus, carens omni titulo præcedente, si ex errore communi putatur legitimus Confessarius, validè absoluit. Consequentia est certa: nam euidenter deducitur ex illo antecedente. Totam autem difficultas est in ipso antecedente, quod sic probatur: Motiuum adæquatum, per quod iura voluerunt valida esse gesta, quando cum errore communi est titulus à Superiore collatus, quanuis irritus, est bonum commune, exigens dispositionem illam ad vitanda inconuenientia, quæ sequerentur: sed hoc ipsum prorsus motiuum viger, quando est error communis sine titulo: ergo manet idem motiuum adæquatum in vtroque casu: neque facile percipere possum, quid operetur titulus iste inuvalidus, collatus à Superiore; dum enim est inuvalidus, perinde est, ac si non esset. Multas alias rationes adducit Bardi in confirmationem huius sententiæ, & responderet ad argumenta in contrarium: adi illum, & non pigebit. Itaque circa casum propositum in hac Resolutione, negatiue sententiæ adhæreo, & puto, Parochum sine titulo, cum solo errore communi, inuvalidè matrimonio assistere, licet satis probabiliter contrarium sustinere quis posset ex doctrina Superioris allata, quam, præter Doctores à me alibi in fauorem Basilij Poncij citatos, tenet nouissimè Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 5. quæst. 81.* & Carolus Baucius *de casibus singularibus conscientia, cas. 225.*

Certum est tamen in vtraque sententia, si Parochus beneficium parochiale obrinuit, inuvalidè tamen, quia excommunicatus, vel irregularis erat; vel, si validè obtinuit, postea fuit illo titulo priuatus, vel à iure, vel per sententiam, sed non beneficio spoliatus; stante communi errore vulgi putantes probabiliter, ipsum verum Parochum esse, tam matrimonium, quàm alia gesta per ipsum valida sunt; iuxta leg. *Barbarius Philippus. ff. de offic. Prætor. & cap. Infamis. 3. qu. 7.* Ius namque propter vitanda scandala, grauiaque inconuenientia, quæ ex nullitate actuum oriri possunt, tribuit potestatem iis, qui communiter habere iurisdictionem existimantur. Quod verum est, tamen à contrahentibus inhabilitas cognoscatur: quia singularis scientia communem errorem non impedit, ob quem iurisdicchio conceditur, argum. leg. *Nam de ea. ff. de legib. vt notauit Gutierrez de matrim. cap. 62. n. 26.* & Sanch. *lib. 3. disp. 22. num. 42.* cum aliis.

Quis habuit penitentiam dicendi singulis sextis Feriis Litaniis: quasiuit, an teneatur ad Preces, & Orationes subsequentes; & an teneatur adire Confessarium, vt se magis explicet?

R E S O L. XLVI.

Olim interrogatus fui de hoc casu, & respondi, non fuisse adundum Confessarium: quia verba accipienda

pienda sunt in significatione uisitati, & sub nomine Litaniarum non includuntur Preces, & Orationes subsequentes. Vnde idem dicendum est, si quis votum emisisset recitandi Litanias; vel aliquod votum fuisset commutatum in recitandis, v.g. singulis septimanis Litanis. Nunc verò inuenio, omnia supradicta confirmare Patrem Bordonum in *consil. Regular. tom. 2. resol. 45. n. 30.* ubi sic ait: [Nomine Litaniarum, quod est secundum probandum, veniunt non solum inuocationes Sanctorum, verum etiam subsequentes liberationes, & rogationes usque ad Orationem Dominicam, & non vltiores Preces; vt colligitur ex Rubrica Breniarum pro diebus Rogationum, quæ habet hæc verba: *Hodie qui non interfunt Processioni Litaniarum, dicant illas priuatim post Matutinum cum suis Precibus, & Orationibus, sine Psalmis Penitentialibus.* Si enim sub nomine hoc Litaniarum comprehenderentur subsequentes Preces, & Orationes, has expressisset. Frustrà: cum ergo ex illorum expressione constet diuersitas; obligatus ad Litanias recitandas non tenetur progredi ad Preces, & Orationes; sed eas abuit Oratione Dominica.] Ita ille.

An matrimonium conuersi cum infideli contractum ante Baptismum, dissoluatur per solennem Professionem Religionis.

R E S O L. XLVII.

Procedit quæstio in sententia communi, asserente, non dissolui matrimonium conuersi cum infideli, quousque conuersus transeat ad aliud matrimonium. Quæritur igitur, an sicut dissoluitur per nouum matrimonium conuersi; ita etiã dissoluatur per eius Professionem solennem. Et affirmatiuè responderet Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 76. n. 9.* & alij: quia Professio Religionis soluit matrimonium ratum fidelium, quod est vinculum fortius, & efficacius, cum sit non solum contractus, sed Sacramentum: ergo dissoluet matrimonium consummatum infidelium, arg. textus in *l. De accusat. 14. ff. de diuers. & temp. præscr.* Qui enim vincit vicentem, vincit victum.

Mihi verò contraria sententia magis placet, quam tueretur Coninch *de Sac. disp. 26. dub. 5. n. 65.* Hurtad. *de matr. disp. 8. diffie. 14. n. 52.* Poncius *lib. 9. c. 4. n. 10.* Perez *disp. 36. sect. 8. n. 2.* & alij. Et ratio est: quia dissolutio matrimonij fieri non potest, nisi ex diuina concessione: at nullibi inuenitur concessum, Professione Religionis dirimi matrimonium consummatum infidelium: nam, esto matrimonio contracto, dirimatur, id prouenit, ne coniux conuersus cogatur, vel cœlibem vitam degere, vel habitare cum infideli obstinato, & periculum peruersionis inducente, reddaturque ei conuersio onerosa. Quæ ratio omninò cessat Religione assumpta, cum iam ipse liberè assumat vitam cœlibem. Non igitur ex priuilegio concessio dirimendi matrimonium, alio matrimonio assumpto, inferri potest dirimi Religionis Professione. Neque item censenda est hæc dissolutio concessa ex concessione dissolutionis matrimonij rati fidelium: tum, quia est casus diuersus: tum, quia non militat eadem ratio; aliàs sicut potest fidelis non obstante matrimonio rato, ad Religionem transire, poterit etiam infidelis conuersus post matrimonium consummatum, tamen alius conuertatur, quod meritò ipsemet Sanch. *disp. 76. n. 3. & 7.* negat. Ad argumentum verò, quod adducit Sanch. respondetur, regulam illam: *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te.* non semper habere locum in his, quæ constant ex iure positivo, nisi quando eadem ratio in vtroque militat, & quando vtrunque ex eodem iure constat. In præsentem autem casu, neque currit eadem ratio, neque vtraque dissolutio fit ex eodem iure: quia dissolutio matrimonij antiqui iam consummati conuersi fit iure diuino Christi per matrimonium nouum ratum; dissolutio verò matrimonij rati per Professionem, fit tantum iure ecclesiastico.

Norandum est etiam cum Hurtado loco citato, quòd etiam aliqui Doctores non infimæ notæ censent, Ordine sacro assumpto vinculum matrimonij in infidelitate contractum dissolui: at communis sententia oppositum verissimè firmat, vt videtur est apud Sanch. *lib. 7. disp. 76. circa fin.* quia nullibi inuenitur hoc priuilegium statui clericali concessum, maxime cum matrimonium ratum fidelium eo statu assumpto non dissoluatur: ergo, &c.

Sed, si aliquis hinc obiter quærat, an matrimonium infidelium ad fidem conuersorum, etiam consummatum, possit à Pontifice dissolui ex aliqua iusta causa? Affirmat Sanchez *lib. 2. disp. 17. num. 2.* & alij: quia matrimonium infidelium, etiam consummatum, cum Sacramentum non sit, non habet eandem firmitatem, ac matrimonium ratum fidelium, vt colligitur ex *cap. fin. 28. quæst. 1.* Et ex Innocentio III. *cap. Quanto. de diuort.* ubi inquit, matrimonium infidelium insolubile esse, quia est Sacramentum. Cum ergo infidelium matrimonium Sacramentum non sit, non sic erit insolubile: at matrimonium fidelium ratum solui potest autoritate Pontificis, iuxta probabilem opinionem: ergo etiam solui poterit matrimonium infidelium, etiam consummatum.

Contrariam tamen sententiam tenet Coninch. *disp. 26. dub. 5. num. 66.* Poncius *lib. 9. cap. 4. n. 15.* & alij: quia matrimonium solui non potest, nisi in casibus à iure expressis, vt inquit Panormitanus in *cap. Ex parte. de conuersione coniug. vers. Nos autem.* At nullibi est expressum, matrimonium consummatum fidelium solui posse: illud autem matrimonium, etsi in infidelitate fuerit contractum, iam est matrimonium fidelium, & consummatum: nulla ergo via solui potest. Neque obest, quòd Sacramentum non sit: nam, esto, id admittamus, quod plures negant post vtriusque conuersionem; non inde efficitur, solubile esse, cum nullus iam adsit casus, in quo à Christo solutio concedatur: conceditur autem prædicto matrimonij casu, quo coniux vnus ad fidem conuertatur alio renuente conuerti, in quo à matrimonio, quod est Sacramentum, differt. Ego putò vtranque sententiam esse probabilem, licet secundam existimem probabiliorē.

An, dissoluto matrimonio à fideli in casu sibi permissio, liceat absque culpa coniugi infideli aliud matrimonium inire?

R E S O L. XLVIII.

Affirmatiuam sententiam tenet Castr. Palauis *tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 3. n. 14.* cum aliis, asserens, licitè posse infidelem obstinatum, dissoluto iam matrimonio à fideli, aliud matrimonium inire: quia nullo texto, nec ratione firma, ostendi potest ademptam illi esse hanc potestatem. Si enim, mortuo fideli coniuge, omnes fatentur posse nouum matrimonium inire, etiam poterit illud inire dissoluto coniugio per aliud matrimonium à fideli initum: æquè enim ac per mortem dissolutum est.

Sed aliis magis placet opinio negatiua propter auctoritatem S. Thomæ in *4. distinct. 39. quæst. vnic. art. 5. ad 3.* cui subscribit Sorus *ibi. art. 4.* verba autem S. Doctoris sunt: [Vnde in pœnam vxoris infidelis ei indicitur, quòd non possit cum alio contrahere, magis quàm ex virtute matrimonij præcedentis: sed, si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatio, vt alteri nubat, si vir eius aliam vxorem duxit. Vbi D. Thomas fatetur, tali infideli esse interdicitum secundum matrimonium in pœnam suæ perfidiæ: & reddunt rationem Sor. & Lop. *2. part. instr. cap. 93. verb. Huiusmodi.* quia infidelis eo ipso, quòd non vult ad fidem conuerti eo tempore, quo alter conuersus est, peccat contra ius naturale, & diuinum, non sequendo in conuersione coniugem conuersum: nam peccat contra fidem: non recipiendo illam mediante Sacramento Baptismi; & contra matrimonium, non sequendo

Yacendo conjugem conuersum, et habetur in Can. *Si infidelis*. 22. q. 2. quod est D. Greg. Itaque infidelis renuens conuerti, peccat in Deum, & in matrimonium, vt dixit *Ambrosius*. *Si infidelis*. 28. q. 2. Merito ergo non iure ecclesiastico, sed diuino arcetur à nouo coniugio contrahendo.

Nec obstant argumenta Castri Palai in contrarium adducta: nam ad primum, quod nulla est lex humana, nec naturalis, nec diuina, quæ obligat non nubendum infidelem, postquam fidelis secundo nupsit. Respondetur, ex dictis falsum esse assumptum. Ad secundum, quod dissoluto priori matrimonio post mortem coniugis conuersi, potest non conuersus secundum matrimonium celebrare: ergo etiam dissoluto per secundum matrimonium conuersi. Respondetur negando antecedens: quia infidelis nunquam potest secundum matrimonium contrahere, etiam mortuo fidei coniuge in pœnam perfidiz, & ob proteruitatem est ei interdictum, vt non possit cum alia contrahere, vt docet D. Thomas: sicut, qui vxotem enecat, etiam mortua illa, non potest aliam docere, nisi accedat dispensatio. Et ita hanc sententiam tenet etiam Basilius Poncius *de matrim. lib. 9. cap. 4. num. 15.* Itaque hanc sententiam puto probabiliozem; non nego tamen primam, quam cum Sanchez olim tenui, esse satis probabilem.

An Regularis delinquens in aliena Monasterio, possit puniri ab Episcopo, vel saltem à Superiore illius Monasterij?

R E S O L. X L I X.

Hunc casum ponit doctus Pater Bordonus in *consil. Regul. tom. 2. resolut. 68. quest. 9. num. 26.* vbi sic ait: [An, quando Religiosus delinquit intra Claustra alterius Ordinis, intret dispositio Decreti Conc. Trid. c. 14. sess. 25. videtur, quod sic per illa verba: *Qui intra Claustra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit.* Vbi per claustra venit proprium Monasterium: quare Franciscanus, e.g. delinquens in Claustro Dominicanorum, sine dubio dicitur delinquere extra Claustra Monasterij, vbi dedit, & sic in hoc casu videtur subiectus Episcopo iuxta dispositionem dicti capituli. Nihilominus respondetur, quod Episcopus nullum ius ex Tridentino habet super Religiosum Franciscanum delinquentem in Claustris Dominicanis. In quo casu non solum proprius Prælati errantis, verum etiam Superior Dominicanus punire potest Franciscanum reum: quia is, ratione delicti, & loci factus est de foro Prælati Dominicani, argum. cap. *Licet*. 20. de foro compet. per iura ibi allegata à Glossa. Confirmatur: quia etiam Prælati Regulares dicuntur habere territorium, quod est illorum Monasterium, intra quod delinquentes castigare possunt.] Ita Bordonus.

Sed ego libenter sentio cum ipso, in tali casu non posse Episcopum punire talem Regularem: quia, vt ipse ait, in verbis Concilij Tridentini adductis nomen Claustrum non sumitur absolute, sed comparative ad Diœcesim Episcopi: cum ergo Claustrum alienum, etiam qua alienum, non sit locus Diœcesis quoad iurisdictionem Episcopi; dispositio Tridentini non potest subintrare in eo casu. Tum, quia delictum debet esse perpetratum extra omne claustrum, ad hoc vt ex eo gigni possit scandalum in populo: non enim populus est in Claustris. Tum, quia Clericus delinquens in Monasterio exempto, puta ludens aleis, non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes: ergo, &c.

Dissentio tamen à Patre Bordonus, & puto, dictum Religiosum esse remittendum suo Superiore, & non posse puniri, vt ipse vult, à Superiore Monasterij, in quo deliquit: nam concedo, quod quis ratione delicti sortitur forum Superioris, in cuius territorio deliquit; tamen hæc regula fallit, quando qui deliquit, habet omnimodam exemptionem.

Antonini Diana Pars I X.

Et ideo rectè obseruat Londinens. Gillmanus in *arbores in dicitaria*, tom. 1. cap. 1. par. 2. §. 3. n. 7. Quod si is, qui in aliquo loco deliquit, generali priuilegio ab omni ordinaria iurisdictione exemptus fuerit, in loco delicti forum non sortitur: quod probatur, primò per leg. *Magisteria* 6. C. de iurisdic. omni. iud. vbi miles delinquens priuilegium fori, cuius vigore apud Magistratum militem conueniendus est, non amittit, vt sic. C. de offic. Magist. milit. l. Certi. 17. C. de iudic. l. 1. C. ad exhibend. l. De militibus. ff. de custod. reor. Secundò per Auth. *Cassa*. & Auth. *Statutum*. C. de Episcop. & Cleric. vbi Clericus fori beneficium ex delicto non amittit. Tertio, ex cap. 1. de priuileg. in 6. vbi priuilegiatus delinquens in loco priuilegiato priuilegium non perdit. Quarto, per Gloss. in *Authent. Quæ in prouincia*. C. Vbi de crim. agi oportet. vbi Legatus in legatione peccans, priuilegium fori retinet. Idem est in eo quoque priuilegio, quod iure communi concessum, & sub eodem comprehensum est: hac enim exemptionis prerogatiua exemptus gaudet, & obtinet, vbicunque deliquerit, secundum communem Doctorum conclusionem, nisi priuilegium illud alia lege specialiter auferatur, vt in l. 1. C. Vbi Senas. vel clariff. Itaque, cum Regulares habeant omnimodam, & generalem exemptionem, non solum à iurisdictione Ordinarij, sed etiam à cuiuscumque alterius potestate, vt habetur in Bulla Bonifacij VIII. cuius verba adducit Ioseph Aldrete in *allegat. pro omnimoda Regularium exemptione*, c. 2. n. 24. & in alia Bulla Ioannis XXII. illam affert Lezzana in *Summa*, tom. 3. verb. *Exemptio*, n. 8. & patet ex alijs priuilegijs; sequitur ex hoc, Regularem in casu nostro delinquentem in Monasterio alterius Religionis, non solum non posse puniri ab Episcopo; sed neque à Superiore illius Monasterij, in quo deliquit, vt voluit Bordonus; sed tantum erit puniendus à suo immediato Superiore.

Nota hic obiter, Bordonum vbi supra, docere, sub nomine Regularium in verbis Concilij non includi Superiores, qui egent speciali mentione, vt me citato, probat. Quod etiam probari potest: nam sub nomine Monialium non includitur Abbatissa; & excommunicatio lata contra colloquentes cum Monialibus, non contrahitur à colloquentibus cum Abbatissa. Ergo sub nomine Regularium non includitur Prior, Præpositus, &c. & ideo si isti delinquant extra Claustra, non subiiciuntur punitioni Episcoporum, ex vi Concilij Tridentini.

An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à patrinis, si non fuerint designati etiam à Parocho?

R E S O L. L.

Officere tantum, vt sint designati ad munus patris à parentibus baptizandi, & non simul à Parocho, docet Sanchez lib. 7. disp. 57. n. 15. & alij.

Sed Texeda in *Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. contr. 22. n. 25.* putat hanc sententiam verbis Concilij Trident. sess. 24. de reform. matrim. c. 2. contrariari: nam ibi dicitur sic: *Eos, qui à parentibus baptizandi designati sunt, vt officium patris exerceant, debere etiam à Parocho admitti.* Ex quibus verbis sic deducit argumentum contra hos Authores: Quoties in iure petitur aliquid, tanquam forma ad valorem actus, illud ad vnguem obseruandum est: sed ad exercendum munus patris in Concilio Tridentino exigitur, tanquam forma, vt ij, qui debent esse patris, designentur à parentibus baptizandi, & quod etiam admittantur à Parocho, vt receptores baptizati: ergo vtrunque requiritur, & vnum sine alio non sufficit. Confirmatur: quia eodem modo loquitur Concilium de necessitate consignandi patris à parentibus baptizati, ac admittendi eos à Parocho.

Verum nonissimè Castus Palauus tom. 4. tract. 19. *disp. unica. punct. 1. §. 2. n. 9.* putat, neque designationem patris,

rentum, seu rationem baptizari necessarium esse, ut verus pater sit, veramque cognationem spirituales contrahat. Et in primis necessaria non est, quando vnus tantum assumitur, qui tamen à parentibus baptizati designatus non sit. Contingere enim potest, parentes baptizandi Patrum in patrum designare; Parochum verò, eo illegitimè repulso, se in patrum admittere: tunc eo casu verus pater sit, veramque cognationem spirituales contrahit; ut rectè docuit Ludovicus Vega 2. par. casuum conscientia, casu 4. vers. Alterum. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 11. num. 3. Quia nullus est textus eam susceptionem irritam reddens: neque credendum est, Ecclesiam velle eo casu Baptismum sine fideiussore celebrari. Deinde, si nullus est à parentibus, vel Parochò designatus, vel ex malitia, vel ex ignorantia; tu verò munus susceptoris obeas; quis negare poterit, se verum esse patrum? si quidem intentioni Ecclesie te conformas. Neque præsumi potest, voluisse Concilium Baptismum solenniter celebrari sine patrum. Ob quam causam existimo, cum nullus est à parentibus designatus, & plures simul baptizatum suscipiunt; omnes patrum esse, veramque cognationem spirituales contrahere; quia ex duobus malis minus est eligendum. Etenim, cum eo casu vnus de duobus debeat contingere, vel Baptismum solennem celebratum esse absque patrum, vel omnes suscipientes patrum esse; fatendum est, Ecclesiam velle hoc secundum, ne Baptismus solennis contra consuetudinem à tempore Apostolorum probatam de patrum adhibendo celebraretur, præcipue cum hæc intentio conformis sit antiquis sacrorum Canonum institutis, cap. Non plures. de consecr. dist. 4. & c. fin. de cogn. spirituali, in 6. à quorum decisione recedendum non est, nisi nouis statutis derogatum sit. Præcipuum. G. de appellat. in 1. Sed nouo Trident. Decreto derogatum non est quoad hanc partem Textus in cap. fin. de cognat. spirituali. Si quidem Concilium solùm à patrum munere, cognationisque spiritualis impedimento exclusit eos, qui vltra designatos baptizatum perigerint; supponens manifestò, designatos tangere, & veram cognationem spirituales contrahere. De illis verò, qui baptizatum tangerent, nullis designatis tangentibus, Concilium nihil expressit. Ergo de illis iudicium est ferendum iuxta antiquorum Canonum instituta, ac proinde affirmandum veros patrum esse, veramque spirituales cognationem contrahere. Hæc omnia Palau, qui citat Cotinch, Rebellium, Poncium, Layman, & alios.

Verum ego cum Martino Perez de matr. disp. 29. sect. 3. n. 5. & communis sententia Doctorum dicendum puto, designationem patrum spectare ad parentes, vel ad illos, quibus incumbit cura baptizandi. Sic innuitur in Tridentino: & ita habet vsus, & praxis Ecclesiarum. In horum verò defectum pertinet ad baptizantem: quia ei incumbit, ut legitime Baptismus celebretur; quod non fieret absque patrum. Vnde sit, ut si parentes ritè vnus, vel duos designassent, non possent isti validè à Parochò reici, vel alios designare: si enim id faceret, irritè faceret, nec ipsi fierent cognati. Si verò parentes nullum designare vellent, spectaret ad Parochum; vel si non ritè designarent, ut si designarent Hæreticos non baptizatos, vel alios inuites. Et ita puto contra sententiam Texedæ.

Contra verò opinionem Castri Palai, & aliorum, vide Suarez in 3. par. tom. 3. q. 67. art. 8. Mezzatum tract. de matrim. disp. 9. sect. 9. n. 8. & Perez ubi supra, num. 9. assertentes, quod si nulli patrum designati sunt, omnes tangentibus non contrahere cognationem spirituales: quia Concilium simpliciter voluit, ut non possent esse plures susceptores, quam duo, nempe vir, & femina, & adhuc voluit, ut qui furor esset susceptor, esset specialiter designatus, & ad id munus admissus; & idè qui designatus non est, nec ad id officium admissus, iam non est susceptor, & consequenter nec contrahit impedimentum: alioquin non euitaretur, incommoda, quæ Tridentinum euitare intendit, si possent esse susceptores non designati ad hoc munus, vel plures

quam designati. Firmo hoc idem; nam Decretum Tridentini irritat cognationem inter patrum non designatos, cum illam restringat ad pauciores personas: ergo petit designationem, tanquam formam, qua non seruata, corrumpitur cognatio. Patet consequentia: quia Decretum irritans semper inducit nouam actus formam.

Aliqua curiosa circa patrum Baptismi breuiter notantur.

R E S O L. L I.

VXorem simul cum marito filium alterius in Baptismo suscipere, nulla auctoritate reperitur prohibitum, ut dicitur in can. Quod autem 30. q. 4. subditur tamen ibi. Sed dignum esse decernimus, ut vtrique in summi ad hoc aspiciat minime presumant. Quod præterea quidam veniale peccatum esse existimant. Alij nullum peccatum esse dicunt, sed solùm minus decens.

Notandum est etiam, quod statuit Concilium Tridentinum sess. 24. c. 2. de refor. matrim. vt vnus tantum, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de Baptismo suscipiant, &c. Si Parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur. Ex quo rectè colligunt aliqui, duos viros etiam solos, aut duas mulieres, etiam solas, non posse esse susceptores. Alij colligunt, Parochum contra hoc Decretum facientem peccare mortaliter. Nonnulli tamen solùm venialiter peccare existimant. Et omnia obseruat hæc etiam Serra in 3. par. D. Thoma, q. 67. art. 7. & Perez de matrim. disp. 29. sect. 5. n. 3. & 4.

Nota secundò, Hæreticum posse in patrum admitti, cum Catholicus commode reperiri non potest. Docet Layman lib. 5. tract. 2. c. 9. q. 3. in fine. Sed hæc opinio admittitur à Castro Palao tom. 4. tract. 19. disp. unica, punct. 11. §. 1. num. 9. [Si Sacerdos timet probabiliter, parentes baptizati grauitè esse offendendos ob patrum hæretici repulsum, vel timet delaturus esse filium ministro Hæretico baptizandum: quia eo casu Sacerdos minus malum permittit, vt grauiora euitet. Verum, si absque graui offensione parentum potest Sacerdos Catholicus Baptismum expulso patrum hæretico ministrare, nullo tamen adhibito patrum, quia Catholicum adhibere non potest; credendum potius debere ministrare Baptismum absque patrum, quam patrum hæreticum admittere.] Ita Palau, quod rationibus confirmat.

Nota tertio, quando baptizatur filius parentum infidelium, ministrum baptizantem, & tenentem, non contrahere cognationem spirituales cum iis parentibus non baptizatis; sed posse liberè ex hac parte iure cum iis matrimonium, si conuertantur ad fidem, & baptizentur, censent. Durandus in 4. dist. 42. qu. 1. n. 9. Sorus qu. 1. art. 3. Palaius disp. 1. Bartholomæus Ledesma de matrim. dub. 46. concl. 2. notab. 1. Petrus Ledesma q. 56. art. 3. Sanc. lib. 7. disp. 60. Poncius lib. 7. c. 40. Bonacina q. 3. punct. 5. §. 2. n. 20. Rebellius de oblig. inst. par. 1. lib. 3. q. 6. & quidam alij. Quorum fundamentum est; quia cognatio spiritualis est tanquam mutua relatiq; sed infideles ex parte sua non sunt capaces huius cognationis; ergo nec etiam fideles, qui fuerunt ministri in Baptismo contrahunt hanc cognationem cum infidelibus parentibus filij baptizati. Alij verò putant, supradictos suo modo cognationem spirituales contrahere, ita scilicet, vt non possint validè matrimonium cum iis iure, si conuertantur, & baptizentur. Ita sentiunt D. Anthonius, 3. par. tit. 1. c. 15. §. 3. Orbellius in 4. distinct. 42. q. 1. §. 5. Cotinch hæc 3. par. tom. 2. disp. 32. dub. 2. num. 27. Syluester in Summ. verbo, Matrimonium, 8. q. 7. conclus. 12. cum alijs.

Nec obstat incapacitas ex parte ipsorum infidelium. Tum quia in tali casu cognatio non esset mutua eodem modo ex parte vtriusque extremi; sed esset veluti subiectiue in personis fidelibus, & tanquam terminatiue ex parte infidelium.

fideliū. Tum, quia esset, & euaderet mutua pro eo tempore, & statu, quo infideles ipsi venirent ad fidem, & Baptismum. Quod est dicere, lege ecclesiastica impediri fideles ad ineundum matrimonium cum parentibus filij baptizati; & subdendos esse etiam huic impedimento ipsos parentes, quando venient ad fidem, Et idē vtraque opinio videtur mihi probabilis.

An mulieres possint ingredi Claustra Regularium, quando fit lotio pedum in die Iouis Sancti, vel datur Habitus, aut professio alicui Nouitio, absque metu censurarum!

R E S O L. L I.

Affirmatiuē respondet Portel in dubiis Regularium, verb. Clausura Monachorum, n. 5. vbi sic ait: Possunt licitē intrare fœminæ clausuram Monachorum, vel si quando intrant clausuram, habetur sermo Prædicationis, vel sit officium lotionis pedum in Ioue Sancto intra clausuram: vel quando datur Habitus, vel sit Professio Nouitij, si sit consuetudo fieri intra clausuram, vel sepelitur defunctus: & in his euentibus possunt fœminæ intrantes ingredi Capellas positas in Claustris, quia hæc non sunt officinæ secretæ.] Ita ille.

Sed Bonacina de clausura, q. 5. punct. 4. n. 10. & P. Lezana in Summa, tom. 1. c. 19. n. 12. negant, mulieres posse ingredi, quoties quis intra Claustra admittitur ad Habitum regularem. Verū in hoc casu putat Pellizzarius in Manual. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 6. sect. 2. n. 46. posse dictas mulieres intra Claustra admitti: quia, cum datur Habitus alicui Nouitio, efficitur pia exhortatio, & recitantur preces, quæ veniunt nomine diuinorum Officiorum, de quibus loquitur Bulla Bonificis. Sed tu cogita.

An sit licitum procurare, & obtinere beneficium animo resignandi illud?

R E S O L. L I I.

De hoc casu alibi ego egi, & de illo ferè singulis diebus interrogor, & negatiuē respondeo, stante Bulla Pauli IV. Verū nouissimè benignam opinionem circa materiam hæc inuenio apud Castrum Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 30. num. 8. vbi sic ait, loquens de suprascripta Bulla Pauli IV. [Denique excommunicat Pontifex eos, qui pro seipsis beneficia impetrant: animo tamen illa resignandi in fauorem aliorum. Bonacina disput. 2. quest. 3. punct. 28. numer. 6. existimat, te hac censura ligari, esto, animum habeas resignandi ex consensu, & licentia Pontificis, & non aliàs: quia dolum, & fraudem committere censuris ea intentione beneficium impetrans, cuius Pontifex, si conscius esset, non conferret. Sed verius oppositum existimo: quia impetratio sub ea intentione non est dolosa, & fraudulentia seclusa hac lege, vt de se constat. At hæc lex fertur ad purgandas sordes, fraudes, & dola, quæ in Curia Romana significabantur adesse in beneficiorū impetratione, antequam Pontifex legem tulisset. Ergo lata non fuit ad excludendam prædictam impetrationem. Et confirmos Pontifex hac lege remouere intendit fraudem, & dolum cognoscibile in beneficiorum impetratione: at in dicta impetratione nequit vllus dolum cognosci, maximè si intentio retenta sit. Ergo hac lege non continetur hæc impetratio. Adde non videri improbabile ex his, quæ tradit Bonacina disput. 2. quest. 3. punct. 28 in fine, hanc Constitutionem non esse receptam quoad omnes actiones; sed solam quoad primam de simulatione personæ, & subiectione suppositicia examini pro beneficio obtinendo; quoad reliquas verò in euentibus tantum simoniacæ prauitatis. Quippe Pontifex intendit hac Constitutione, & cen-

Antonini Diana Pars I X.

suræ prolatione remouere à Curia Romana, quod aliàs de se illicitum erat in beneficiorum impetratione.] Hucusque Palaus.

Sed vide, an sit admittendum id, quod asserit, nempe, Bullam Pauli IV. non esse vsu receptam, cum vigore illius in Curia, quando quis obtinet beneficium, præstat ei iuramentum, quod illud obtinet animo non resignandi: idē tu cogita: nam doctrinam Palai, nec approbo, nec damno.

An Superiores Regularium teneantur residere in suis Monasteriis.

R E S O L. L I I I.

Respondeo affirmatiuē: nam, generaliter loquendo, ea, quæ in Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. & 2. & aliis iuribus statuuntur circa residentiam Prælatorum, intelligi debent suo modo de Prælati Religionum propter similem rationem. Miranda in Manual. tom. 2. quest. 9. art. 5. Hinc Prælati Monasteriorum tenentur assistere suis Monasteriis tempore pestis, vel hæresis, etiam cum periculo mortis. Ratio est: quia sunt quasi Parochi illorum Monasteriorum: Parochis autem non licet fugere in talibus euentibus. Sanch. lib. 6. in Decal. c. 2. num. 55. & cum ipsis Lezana in Summa, tom. 1. cap. 18. n. 12. Vnde ego olim interrogatus, an Generalis cuiusdam Religionis potuisset permittere, vt Prior Monasterij Romæ remaneret per aliquot menses ad imprimendum quendam librum? Respondi negatiuē. Quod etiam nouissimè docet Bordonus in suis consiliis Regular. tom. 2. resol. 80. num. 47. Quando verò, & pro quali causa debeat Generalis in casibus occurrentibus dispensare, vide Tamburinium de iure Abbatum, tom. 1. disp. 14. q. 3. 4. & 5. Et aduertant Generales Religionum in hoc, ne cæci cæcos ducant, & omnes in foueam cadant.

An Regularis explanans aliquem casum conscientie Moniali, incidat in pœnas Decreti S. Congregationis contra colloquentes cum Monialibus?

R E S O L. L I V.

Negatiuam sententiam, me citato, probabilem esse existimat Pellizzarius tract. de Monialibus, c. 10. sect. 3. subsect. 2. n. 277. vbi sic ait: [Adde, quod docti Recentiores non improbabiler putent, Religiosum non subiacere pœnis latis contra Regulares ad Monasteria Monialium accedentes sine licentia, si alicui Moniali declarent casum aliquem conscientie: cum talis loquutio speciem habeat piæ exhortationis; & alioqui cesset finis prohibitionis in particulari, iuxta ea, quæ habet Diana par. 5. tr. 14. resol. 96. & si velint consequenter philosophari, concedere debent, Ordinarium posse mittere Religiosum ad aliquod Monasterium Monialium causa ibi exercendi aliquod opus pietatis, (v.g. ad componendam aliquam seditionem exortam inter Moniales, ad consolandam Monialem grauissima tristitia affectam, ad consulendum in graui concernente bonum Monasterij, & ad alios similes effectus:) in his quippe procedit eadem ratio, quæ in casu à præfatis Doctoribus concessio. Nec obstat, quod Sacra Congreg. in decreto iussu Xysti V. edito anno 1590. expressè statuit, nulli Religioso cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, ac dignitatis, (exceptis Superiore, ac Visitatoribus, respectu Monialium subiectarum, necnon Confessariis, tam ordinariis, quam extraordinariis,) licere absque licentia expressa eiusdem Sacre Congregationis accedere ad Monasteria quaruncunque Monialium ad colloquendum, siue tractandum cum eis; siquidē Sacra Congregatio per hoc non excludit casum pietatis, & charitatis, qui regulariter non præsumitur comprehensus sub generali prohibitione, iuxta regulam: Non

R 2

veniam

veniunt sub generali prohibitione, qua quis non esset verosimiliter prohibitorius, si in specie exprimerentur. sed solum excludit casum, in quo Religiosus velit accedere ad Moniales titulo urbanitatis, ad eas visitandas, v. g. ad negotia secularia tractanda, & similia.] Hucusque Pellizzarius.

Et hanc sententiam etiam, me citato, tenet Bordonus in *consul. Regul. tom. 1. resol. 7. n. 82.* sic asserens: [Colloquens cum Monialibus, causa urbanitatis, aliqua verba, vel pro aliquo negotio honesto, vel indifferenti, & raro, non dedita opera, non peccat mortaliter: quia huiusmodi loquutiones de se male non sunt, neque tales sunt mortiferae ex prohibitione Preteriti: quia hoc fundatur in presumptione scandali, illis verbis: *Ad occurrendum scandalis, qua contingere solent.* Hinc colligitur intelligentia responsionis Sacrae Congregationis datae 1. Iulij, 1606. Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra hoc Decretum, ultra penas priuationis officiorum, & vocis actiuae, & passivae, incurrere etiam poenam peccati mortalis. Dicunt enim Doctores ex ea responsione, accedentes ad Monasteria Monialium peccare mortaliter: excipiunt tamen tres casus, loquutionem causa urbanitatis, instructionem in aliquo casu conscientiae, & loquutionem per interpositam personam: unde videntur nobiscum sentire, loquutionem praesertim de rebus inhonestis, inducere peccatum mortale; sicut & quando alloquuntur de indifferentibus saepe, & multoties: quia id est potius spernere praecipia maiorum, maxime in his, in quibus omnino abstinendum est a similibus loquutionibus, etiam honestis.] Ita Bordonus: cui adde etiam, me citato, Lezzanam in *Summa, tom. 3. verb. Moniales, n. 20.*

Sed ego (vt legentibus patet) in 3. *par. tract. 2. resol. 112.* tantum refero sententiam Peyrini; meam autem non proprio. Verum, licet, speculatiue loquendo, eius sententia, & supradictorum Authorum, tanquam probabilis admitti possit; tamen puro, non esse in praxi deducendam: nam Pontifex, & Sacra Congregatio absolute prohibet accedere ad Monasteria Monialium ad colloquendum, & tractandum cum eis; nec distinguit inter colloquutionem, & tractatum causa urbanitatis, vel pietatis, & ubi lex absolute loquitur, absolute est intelligenda; & ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et si aliter diceremus, elusoria remaneret prohibitio Sacrae Congregationis: nam impune possent Regulares semper colloqui cum Monialibus, asserendo, se colloquutos fuisse cum eis causa pietatis, & declarando eis quendam casum conscientiae. Unde quicquid sit de peccato, quoad forum internum, stante auctoritate Doctorum virorum, Lezzana, Pellizzarii, & Bordoni, ubi supra; saltem in foro externo possent Episcopi dictos Regulares punire, tanquam Sedis Apostolicae Delegati; unde se abstineant ab his colloquutionibus.

An sit de necessitate Sacramenti extremae Vnctionis, ut sensus, qui ungitur, nominetur?

RESOL. LVI.

Affirmatiuam sententiam docet Auerfa de *Sacrament. extremae Vnct. sect. 4.* ubi sic ait: [Circa prolationem formae supponendum vltro est, non esse de necessitate Sacramenti, vt nominetur pedes, & renes, siue gressus, & lumborum delectatio: sicut, nempe, dicebamus, non esse de necessitate vntionem talium partium. Sed tamen quando ungentur, debent similiter ex praecipio nominari. De reliquo supponunt communiter Theologi, esse de necessitate, non solum praecipii, sed etiam Sacramenti, vt explicitè, ac distinctè nominentur singuli quinque sensus; nempe, per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum. Ita enim adaequate, & explicitè correspondet forma materiae. Et ita sumi videtur ex perpetuo ritu totius Ecclesiae Latinae in omni regione. Unde in Pastoralis illo Archiepiscopi Mechlinien-

sis, quanuis dicatur, sufficere vntionem alicuius sensus, tamen adhuc dicitur debere nominari singillatim omnes, Atque hoc pacto intelligit Concilium Florentinum, dum nominauit visum, & subiunxit similiter in aliis membris.] Ita ille.

Idem etiam docet Castrus Palaps *tom. 4. tract. 26. disput. unica, punct. 4. n. 4.* sic enim asserit: [Verba supradicta quoad praecipuum, & obligationem, necessario, vt iacent in Rituali, exprimenda sunt. Nemini enim licitum est, ordinem ministrandi Sacramenta, sua propria auctoritate inuerrere. Quoad essentiam vero ea verba, sine quibus vntio, & peccatorum remissio deprecatiuè significari non potest, essentialia reputari debent. Unde, si omittes dicere, *per hanc sanctam Vnctionem*, esto, ungeres, Sacramentum non conficeres. Secus, si solum illud verbum, *sanctam*, relinqueres, Item, si imperatiuo modo peccatorum remissionem promitteres, dicens: *Per hanc sanctam Vnctionem remittatur tibi, quidquid peccasti per visum.* quia huius formae oratio, & deprecatio propria essentialis est. Omissionem autem illorum verborum, *per piissimam misericordiam tuam*, incertum est, essentialem esse. Aliqui affirmant, alij verius negant. Propterea; quod in verbo, *indulgeat*, satis videntur contineri, cum non alia via, quam ex piissima sua misericordia remittere possit Deus nostra peccata. Secus est de verbis subsequenter, quae reputo essentialia: necessario enim remissio peccatorum deprecatiuo modo in hac forma exprimitur: quia, cum hoc Sacramentum institutum fuerit, vt illo Deus per Indulgentiam concedat, quidquid in iudicio poenitentiali superfuit ex iustitia soluendum, ob quam causam poenitentiae consummationum appellatur; merito haec remissio, & Indulgentia exprimi in petitione debebat; Quinimo non solum exprimi debet peccatorum remissio vntionem, sed organa sensuum, vt parte illorum peccatorum radix, & origo; vt signum esset, hoc Sacramento hominem perfecte sanari.] Ita ille, cui adde Amicum in *Cursu Theologico, tom. 8. disp. 19. sect. 5. n. 87.*

(Attende, Lector: non enim inuenies hunc casum apud multos.) Sed non desunt, qui sententiam negatiuam teneant: & ita docet Reginaldus in *praxi, tom. 2. lib. 28. c. 9. num. 56.* sic asserens: [Idem dicendum videtur de particulis illis, *per visum, auditum, & ceteris*, quae in fine singularum formarum partialium ponuntur, ex eo, quod non censentur de necessitate Sacramenti esse: quandoquidem talis necessitatis ratio dari non potest. Non quidem determinatio effectus huius Sacramenti, quasi in prima vntionem remittantur peccata commissa per visum; & in secunda, commissa per auditum, & sic de ceteris: quia Deus non dat veniam dimidiatam, ita vt alicui remittens peccata mortalia commissa per visum, simul etiam remittat cetera, quorum quaedam, nullo sensu; sed per actus merè internos intellectus, aut voluntatis commissa esse possunt. Nec etiam determinatio partium corporis, quae ungi debent; quoniam negari potest esse de essentia huius Sacramenti, vt haec vntio in illis partibus fiat: quandoquidem si quis careret aliquibus earum, vt manu, vel pede, nequiret aliqui valide suscipere istud Sacramentum. Atque dato, quod id esset de Sacramenti essentia; non idem tamen ipsum esset de necessitate Sacramenti, in forma exprimendum, vt confirmatur a simili: quia, etiam si vntio in fronte dicatur esse de essentia Confirmationis; id tamen in istius forma non declaratur.]

Et hanc sententiam admittit etiam Author doctissimi, qui tamen manet incognitus sub nomine Hermetis Theologici, *par. 8. c. 9. concl. 3.* ubi sic asserit: [Tertio obseruandum, probabile mihi esse, ad essentiam formae non spectare, vt sensus, qui ungitur, nominetur; sed sufficere ad valorem Sacramenti, si dum oculus, verbi causa, ungitur Sacerdos dicat: *Per istam sanctam Vnctionem, &c. indulgeas tibi Domine, quicquid peccasti.* & idem in aliis sensibus repetat, eos minime exprimendo. Sicut enim in forma Confirmationis frons non exprimitur, etsi illius vntio sit essentialis; ita, quanuis

quoniam vnctio sensuum sit necessaria ad substantiam huius Sacramenti, non sequitur, quod in forma sensus essentialiter exprimi debeant. Confirmatur: nam, si dum oculus vngitur, proferat Sacerdos formam modo iam dicto, sufficienter indicabit se à Deo petere, vt remittat ægroti quicquid per visum peccauit, & sic de aliis. Imò si inter vngendum omnes sensus, dicat Sacerdos, verba illa tantum semel: *Per istas sanctas Vnctiones indulgeat tibi Deus quicquid peccasti.* probabile est, Sacramentum valere, propter rationem iam dictam: quia, scilicet, sufficienter videtur per remissionem peccatorum omnium, quæ à quinque sensibus originem duxerunt.] Ita ille, cui adde, ad verbum, Petrum à Sancto Ioseph in *Idea Theol. Sacram. c. 94. resol. 3.* Vnde suspicor, quod forsitan ipse fuerit Author dicti Hermetis, cum omnia ab ipso ad verbum sumat, sed litteræ, Per R. P. G. F. I. in Hermere positæ, non indicant nomen Petri à Sancto Ioseph. Sed quicquid sit de hoc, ego non discedo ab affirmatiua sententia: non tamen audeo negatiuam, tanquam improbabilem, damnare: & idèd meritò Ioann. Præpositus in 3. par. D. Thoma de Sacram. Extremæ Vnct. q. vnica, dub. 4. n. 24. nostram sententiam tantum esse veriotem dixit.

Notandū est tamèn hïc obiter, quod potest Sacramentum extremæ Vnctionis à pluribus Sacerdotibus validè confici, si vnus aliquam functionem efficiat; & formam ei respondentem proferat; alter verò reliquum perficiat. Verùm, licèt hoc modo validè administrari, possit hoc Sacramentum; non licèt tamen ita illud extra necessitatem conferre propter consuetudinem Ecclesiæ, quæ per vnum Ministrum non minùs hoc, quàm alia Sacramenta administrare solet. Si tamen post vnā, vel alteram vnctionem peractam, & formas partiales eis respondentes prolatas, Minister interiret; posset alius Sacerdos reliqua absoluere. Secus, si absoluisset quidem vnctionem aliquam; nullam tamen formam adhuc protulisset: tunc enim totum repetendum esset, eò quod sola vnctio sine forma non habet perfectionem partialem Sacramenti, neque aliquid confectum relinquit. Imò, si periculū esset, ne ægrotus interiret, antequàm omnes vnctiones ab vno peractæ essent, posset vnus vnus sensum vngere, & alius aliam diuersæ rationis: si enim propter necessitatem conferentis Sacramentum plures Ministri successiuè adhiberi possunt; cur etiā licèt simul adhiberi non poterunt propter necessitatem ipsius suscipientis? Maxime, quia sicut nec ordo, ita nec successio inter istas vnctiones est essentialis. Quare, cum sit accidentalis, in necessitate permitti potest. Non tamen in dicta necessitate secundus Minister ita admittendus est, vt vnus vngat vnum oculum, & alius alium, & sic de reliquis sensibus. Et ratio est: quia secundus admitti non debet, nisi vt eo iuuante, res citius peragatur. At hoc non habet locum in graui necessitate, in qua potest Sacerdos vngere tantum vnum oculum, vnam aurem, &c. Si ergo alter simul inungat alium oculum, & aliam aurem, Sacramentum non erit citius confectum, quàm si prior illud solus administraret, & ita secundus Minister frustra adhibebitur. Quare, quandiu vnus inungit oculum; alius autem, vel alium sensum diuersæ rationis inungere debet. Vide Doctores citatos.

Nec etiam hïc deferam adnotare nouissimè Patrem Quintanadueñas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 5. singul. 4. n. 4. & 5.* ex priuilegio concesso Benedictinis, posse conferri extremam Vnctionem à Regularibus, Primò, familiaribus Regularium, hospitibus, iter agentibus, peregrinantibus, qui infirmati fuerint in eorum Monasteriis. Secundò, iis Architectis, aut cuiusuis artis, aut officij Officialibus, qui in Monasterio operam dant, siue sint exteri, vel ciues illius vrbis, domiciliūque in ea habentes, si contingat periculoso, & repentino morbo in Conuentu corripi. Tertio, similiter iis, qui Ecclesiæ immunitate gaudentes ibi graui infirmitate corripiuntur. Quartò, omnibus tandem laicis, quibus contingit intra Conuentuum sepra repentino casu hoc Sacramentum indigere. Quintò, etiam iis, quibus in prædiis, seu grangiis Regularium hoc euenerit, cum hæc sint velut

Antonini Diana Pars I X.

quædam Conuentuum partes, vt videbimus in *Appendice*: vbi de Iub. comm. generalis, & illa sub nomine, *Eremitorium*, comprehendi possunt. Hæc ex ipso priuilegio satis colliguntur, quod, vt rectè Emmanuel t. 2. q. 67. art. 1. ait, explicari debet, vt aliquid vltra ius commune operetur de iis; qui neque sunt famuli, neque familiares; si hi intra sepra Monasteriorum infirmari, & curari contingat; pro quibus tamen non recurrendum est ad Parochos: vt eis Sacramenta Eucharistiæ; & extremæ Vnctionis possint ministrare. Ita Quintanadueñas.

Sed debebat hïc Author considerare, an dictum priuilegium Nicolai Franci, Nuntij Apostolici, sit, vt optimè obseruat Lezzana in *Summa, tom. 2. c. 16. num. 20.* inter viuz vocis oracula annumerandum, & idèd his temporibus inutile. Tamen ipse Pater Lezzana tom. 3. verb. *Extrema Vnctio, num. 3.* adducit aliud priuilegium concessum nobis Theatinis à Pio V. ad ministrandum hoc Sacramentum etiam mercenariis famulis, operariis, & seruis Congregationis nostræ, ac quibusuis hospitibus, etiam sæcularibus, quos in locis nostræ Congregationis reperiri contigerit. Vide etiam Villalobos in *Summa, tom. 1. tract. 10. difficul. 6. n. 3.* vbi sic ait: [Ha se de aduertit, que Clemente IV. concedio à los Religiosos de nuestra Orden, (y otras Religiones tienen otros priuilegios de la misma manera, (que pueden administrar libremente los Sacramentos à los criados, que moran en su seruicio: y si murieren, enterrarlos en sus cementerios: y lo mismo se ha de entender, aunque el criado sea casado, que de noche se va à dormir à su casa, que en el Conuento se le pueden administrar los Sacramentos; y si cayesse malo, darle la extrema Vnction, como tiene el P. Portel, por vnos priuilegios de la Orden de S. Geronymo: mas si cae en su casa, hale de dar el Santissimo Sacramento, y la Vnction el Cura de la Parroquia.] Ita ille. Et hæc dicta esse volo secundum mentem supradictorum.

An Confessarius possit imponere penitenti, vt satisfactionem pro peccatis impositam applicet pro animabus Purgatory?

RESOL. LVII.

EGo alibi pro negatiua sententia adduxi Sancinm, pro affirmatiua Turrianum: sed hæc quæstio magnos excitauit tumores inter aliquos Theologos hic Romæ existentes, & idèd nunc denuò visum est mihi illam pertractare. Dico igitur nouissimè, negatiuam sententiam Sancij, me citato, docere Bordonum in *consil. Regular. tom. 2. resol. 70. q. 4. num. 16.* vbi tenet, quod Confessarius nullo modo imponere potest penitenti pro satisfactione, vt recitet aliquam orationem pro animabus Defunctorum. Probat: tum, quia opus satisfactorium ex Sacramento Poenitentia præcisè institutum fuit pro delendis peccatis debitis pro culpis, & peccatis iam remissis, & hoc ex primaria sua institutione: ergo non est credendum, ad alium finem, quàm intentum à Christo Domino in ipsamet institutione. Tum, quia Sacramenta tantum profunt recipientibus, & non aliis. Tum, quia Confessarius super penitentem nullum aliud ius habet, nisi in ordine ad salutem animæ eius: ergo illi præcipere non potest, vt orationibus impositis loco poenitentia satisfaciatur, & profit aliis; neque enim poenitens, quatenus poenitens, neque simpliciter, vt suppono, habet debitum orandi pro mortuis hïc, & nunc: ergo neque à Confessario cogi potest: in tantum enim poenitens subditur Confessario, in quantum poenitens est; cum extra hunc actū, quadoque poenitentis sit aliunde Superior Confessarij; sub ratione autem poenitentis nihil debet mortuis, sed tantum sibi ipsi; aliter eadè difficultas moueri posset favore viuorum. Neque valet distinctio Turriani, quod Confessarius possit imponere satisfactionem pro mortuis ex ea parte, qua opus spectatur ex parte operantis: quia vt sic hoc tantum se tenet ex parte ipsius poenitentis, & Confessarius

Confessarius imponendo satisfactionem iniungit id solum, quod deest ad perfectionem, & complementum Sacramenti; consequenter satisfactio per suam potestatem ordinatur tantum ad opus operatum, & ad partem sacramentalem. Vel dicas, huiusmodi considerationes se tenere tantum ex parte poenitentis, quatenus subiectum est huius Sacramenti; consequenter Confessarium in poenitentia iniungenda non posse recedere à natura Sacramenti, cuius finis est, ut totum opus, tam ex parte operati, quam operantis solum proficiat ipsi poenitenti. Deinde quandoque satisfactio ex parte operantis in peccato mortali nihil prodest, consequenter saltem in eo casu mortuis frustratoria est, Quomodo opus operantis, ut quid minoris conditionis, accessorie dependet ab opere operato, & per ipsum regulatur; ergo soli poenitenti potest prodesse, sicut opus operatum. Ex hæc omnia docet Bordonus loco citato, qui citat Philippum à Cruz, à me antea adductum, cui adde Vegam in Summa, tom. 2. c. 64. cas. 4.

Sed sententiæ affirmatiuæ non desunt alij Doctores, præter Turrianum, pro qua aduertendum primò, in opere quolibet bono in gratia facto tria reperiri, videlicet, meritum, satisfactionem, & impetrationem, meritum alicuius portiois gloriæ, satisfactionem poenæ peccatis debitæ, & impetrationem beneficij alicuius à Deo. Secundò, in opere satisfactorio in poenitentiam à Sacerdote imposto, duplicem satisfactionem reperiri; alia est ex opere operato, quæ respondet operi, quæ sacramentale est, & virtute Sacramenti eleuatur; alia est ex opere operantis, quæ respondet operi, & æstimationi eius, iuxta hominis feruorem, & charitatem.

Hoc supposito, asserit contra Sancionem Petrus Marchant in Tribun. Sacrament. tom. 1. tract. 6. tit. 3. q. 5. quòd fructus satisfactorius in poenitentia imposita ex opere operantis procedens, potest applicari fidelibus defunctis, etiam de mandato Confessarij, cui acquiescere debet poenitens. Et hoc est, quod antiquæ præxes poenitentiarum indicant habent enim illa opera, præter bonitatem propriam, quandam charitatis diffusionem, qua homo pro peccatis suis satisfaciens, etiam ad proximum diffunditur. Ex. g. de elemosynam pauperi per istud opus, & mea peccata redimo, & proximi indigentia consulo. Sic in sanctificationis poenitentis imponit Confessarius Sacerdoti poenitenti, ut pro defunctis celebret tres Missas; Sacerdos illas celebrans sibi acquirit portionem, quæ ex vi Sacrificij ipsi celebranti ex opere operato debetur; & portionem, quæ ex vi operis per Sacramentum poenitentia eleuati, oritur; fructum autem Missæ, qui cæteris, pro quibus celebratur, applicari solet, tenetur ex vi præcepti Confessarij applicare defunctis. Quod & clarissimè exemplificatur de poenitente, qui tenebatur Officium Defunctorum pro defuncto certo tempore legere, & non legit, si Sacerdos illi pro poenitentia illud legendum imponat, absque alia poenitentia. Certum primò est, poenitentiam priori obligatione per hoc satisfacere. Secundò, certum est, Officium illud Defunctorum sic ex priori obligatione impositum, defuncto prodesse; quia ad illud prius habebat ius. Tertio, certum est, poenitentem per hoc, sacramentalem poenitentiam adimplere, & eum sacramentalis poenitentia ex opere operato partem poenæ debitæ pro peccatis diminuat, consequenter dicendum est, illam diminutionem poenitenti deberi. Ex his patet responsio ad rationem in contrarium propositam.

Et idèd hanc etiam sententiæ ex alijs rationibus, me pirato, tenet etiam sapientissimus Pater Amicus in Curs. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 5. dub. 3. n. 63. ex eo, ait ipse, quòd poenitentia sacramentalis iniungatur poenitenti pro remissione poenæ alterius, non desinit esse pars Sacramenti: ergo licitum erit ad hunc finem illam imponere. Antecedens probatur: quoniam, ut sit pars Sacramenti, sufficit, ut virtute clauium eleuetur ad conferendum effectum ex opere operato, quem semper operabitur, siue imponatur pro remissione poenæ ipsius poenitentis, siue alterius, Confir-

mat: quia, sicut potest effectus impetrationis Sacramenti applicari alij; ita & remissio poenæ. Ex his inferitur, non solum pro defunctis, sed etiam pro viuis posse sacramentalem poenitentiam imponi.

Dices; Clauis sacramentales non se extendunt ultra sphaeram suæ virtutis: sed virtus clauium non se extendit ultra bonum poenitentis, in ordine ad quod sunt datæ clauis Sacerdoti. Respondetur, distinguendo minorem: virtus clauium non se extendit immediatè ultra bonum poenitentis, concedo; mediatè, nego. Etenim per poenitentiam applicandam defunctis immediatè procuratur bonum ipsius poenitentis, dum eius morbo medetur, qui fortasse contra iustitiam, vel charitatem deliquit in defunctos: mediatè vero bonum defunctorum.

Ex dictis patet ad fundamentum oppositæ sententiæ.

Nam ex eo, quòd poenitentia imponatur applicanda defunctis, non tollitur, quin possit, saltem per modum medelæ, vel cautelæ, prodesse poenitenti; ac proinde in tali casu Sacramentum suo fins non frustraretur. Non inficior tamen, tunc sacramentalem satisfactionem, quoad proprium suum effectum remittendi poenam ex opere operato, non prodesse poenitenti; sed defunctis: verùm hoc nihil obstat, nec repugnat Sacramento. Hucusque Pater Amicus, quæ tamen omnia secundum eius mentem dicta esse volo.

Et tandem hanc sententiæ affirmatiuam docet etiam Cardinalis de Lugo de Sacram. Poenitentia, disput. 25. n. 64. Pellizzarius de Mon. cap. 10. sect. 3. n. 211. & Castrus Palau tom. 4. tract. 23. disp. unica, punct. 21. n. 3. Concedunt namque, Sacramentum Poenitentia ad delenda peccata poenitentis, tam quoad culpam, quàm quoad poenam institutum esse; sed inde non inferitur, orationes pro animabus Purgatorij applicandas effectum in poenitente habituras non esse: habent quidem effectum ex opere operato, & virtute Sacramenti, qui à poenitente animabus Purgatorij communicari non potest; tamen illis communicet effectum, seu satisfactionem, illis orationibus correspondentem, quatenus ab ipso procedunt: qui effectus est omninò distinctus, & separabilis ab affectu, & satisfactione, quam illæ orationes habent, quatenus à Confessario sunt iniunctæ, & pars Sacramenti poenitentia constitutæ. Et idèd ex his omnibus ego prorsus huic posteriori sententiæ affirmatiuæ adhæreo. Puto tamen maturè procedendum in censurando priorem sententiæ Sancij.

An Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis in eod em tempore, v. g. centum personis conferat, committat centum peccata mortalia?

RESOL. LVIII.

Affirmatiuè respondeo, sicuti Confessarius in peccato mortali existens, si in eodem tempore centum personas absolueret, centum committeret peccata. Non nego tamen, probabiliter sustineri posse, Episcopum in tali casu vnum tantum peccatum committere: nam, licet illæ ministraciones Sacramenti sint numero distinctæ; tamen, quia successiuè ministrantur, videntur collatæ per modum vnius, ita ut vnum constituant peccatum mortale in genere moris, sicuti probabiliter Fagundez, & alij à me alibi citati asserunt, Confessarium plures confessiones eodem tempore excipiendo, vnum solum peccatum committere. Affirmatiuè tamen sententiæ, ut dixi ego adhæreo.

Hinc à fortiori dicendum est, ministrantem Eucharistiam pluribus in peccato mortali, non committere plura peccata: imò ego absolutè assero, ministrantem Eucharistiam in peccato mortali, non peccare mortaliter. Sed hanc sententiæ nouissimè nominatim contra me acriter impugnat Bordonus in consil. Regul. tom. 2. resol. 64. num. 23. [Quia, ait ipse, Sacerdos ad id munus est consecratus, & deputatus

putatus per Ordinem sacerdotalem, per quod in ipsa Ordinatione recipit gratiam, insinuando, Sacerdotem in administratione omnium Sacramentorum debere esse in gratia, ut sanctè illa tractare possit. Et quia collatio Eucharistiæ non est actio, minùs sancta, & minùs excellens actionibus aliorum Sacramentorum: ergo, sicut administrantes alia in peccato mortali peccant mortaliter; ita & Eucharistiæ conferentes conscij peccati mortalis grauitè lædunt animam suam. Et quia Sacerdos in collatione huius Sacramenti ministerialiter concurrat ad gratiam sacramentalem, sicut in aliis: Doctores ergo cum S. Thoma *part. 3. quest. 64. art. 1. & 5.* simpliciter, & indistinctè probant, Sacramenta conferri à ministris Ecclesiæ, qui ministerialiter concurrunt ad gratiam sacramentalem. Et quia simpliciter illud tangens in peccato mortali peccat venialiter, ut dixit Paludanus *in 4. distinct. 5. quest. 2. concl. 3.* cum Suarez *in part. 3. de Sacram. Euchar. disp. 72. sect. 4.* Ergo à fortiori illud tangens cum administratione peccat plusquam venialiter. Denique, cum inter alia Sacramenta id sit excellentissimum, & præstantissimum, continens ipsum Christum, authorem omnium Sacramentorum, cum omni reuerentia, munditia, & puritate conscientiæ, & animæ fidelibus dispensandum est: ergo, qui illud administrat in peccato mortali, fungitur hoc munere cum magna irreuerentia, & immunditia, consequenter peccat mortaliter; ex maiore etenim perfectione Sacramenti arguitur maior imperfectio in ministro dispensante in peccato mortali.] Ita Bordonus, qui pro sua sententia plures Doctores adducit, quibus ego addo Castr. Palaum *tom. 4. traët. 19. disp. unica. punct. 5. num. 12.* Præposit. *in 3. par. quest. 64. art. 6. dub. 1. num. 35.* Franc. de Lugo *traët. de Sacram. in gen. c. 2. q. 5. n. 40.* Mercet. *de Sacram. q. 64. art. 6. dub. 1. n. 8.* Granad. *in 3. part. contr. 3. traët. 5. disp. 5. n. 12.*

Sed ego non recedo à sententia, quam docti, & præter Vasquez, qui fuit ingeniorum Phoenix, & alios *alibi* à me adductos, nostram sententiam tenet ex Patribus Dominicanis Magister Serra *in 3. part. D. Thome, q. 64. art. 6. dub. 1.* ubi sic ait: [Mihi tamen cum plerisque asserendum videtur, per actionem sacramentalem intelligendam esse eam, qua conficitur Sacramentum. Ex quo colligò primò, illum, qui ministrat Sacramentum iam confectum; ut Sacerdos, qui alios communicat, Hostiam consecratam eis conferendo; non peccare mortaliter, etiamsi in peccato mortali id faciat: quia tale ministerium non est actio sacramentalis, hoc est, confectiua Sacramenti; imò nec propriè, & in rigore constituit ministrum Dei, cum sic ministrans non sit causa instrumentalis gratiæ, sed solum se habeat ut conditio; & ut applicans Sacramentum ad conferendam gratiam.] Ita ille, cui adde Amicum *in Cursu Theologico, tom. 7. disp. 9. sect. 1. num. 8.* Quia, ait ipse, quanuis actio ministrandi Eucharistiæ applicet Sacramentum, quod est sanctificatiuum subiecti; per se tamen non integrat vnum cum actione per se sanctificatiua subiecti. Idem etiam tenet Hurtado *de Sacram. in gen. disput. 4. diff. 9.* & Caspenf. *in Cursu Theol. tom. 2. tr. 21. disp. 5. sect. 3. n. 31.* Dico igitur, Sacerdotem existentem in mortali non peccare mortaliter, si Eucharistiæ iam confectam, & consecratam ministrat alicui extra Missam, communicando, v. g. aliquem, aut dādo alicui Viaticum: quia, licet ministrare Eucharistiæ per se pertineat ad potestatem characteris, & ad ministerium ex officio; non tamen est actio sacramentalis gratiæ causatiua deferre Sacramentum, & illud dare: minister enim in tali casu non est per se causa gratiæ, sed solum se haber, ut conditio sine qua non, seu, ut causa applicans actiua passiuus. Nam, ut bene notat Vasquez *disp. 136. c. 30.* in aliis Sacramentis ex ministro, & Sacramento vnum conficitur instrumentum Dei ad sanctificationem: at verò ex ministro deferente Sacramentum Eucharistiæ antea consecratum, & ex ipso Sacramento, non fit vnum instrumentum: & ita Sacerdos, licet quando conficit Sacramentum, peccet mortaliter, si non existat in gratia; non tamen quan-

do solum se habet ut deferens. Concedo tamen, sententiam Patris Bordoni, & aliorum esse satis probabilem.

Ex his etiam à fortiori inferitur in sententia probabili Doctorum asserentium, posse laicum in extrema necessitate ministrare moribundo Eucharistiæ, si hoc efficiat in statu peccati mortalis non peccare mortaliter, sicuti non peccaret, si ministraret Baptismum in peccato mortali, tempore necessitatis. Imò ego puto, in tali casu neque Sacerdotem baptizantem in extrema necessitate cum peccato mortali peccare mortaliter: quod olim docui, & docet nouissimè Lessius *in 3. par. quest. 64. art. 6. dub. 1. n. 11.* Licet negatiuam sententiam doceat Castr. Pal. *tom. 4. traët. 18. disp. unica. punct. 5. n. 10.* Quia Sacerdos, ratione consecrationis, deputatur ad quorumlibet Sacramentorum dispensationem; ac proinde quotiescunque, & quomodocunque ministrat, ministrat ex officio. Si enim, cum solenniter baptizat, censetur esse Minister publicus ab ipsa Ordinis susceptione deputatus; etiam cum absque solennitate ob occurrentem necessitatem baptizat, debet censeri publicus Minister, & ex officio ad id deputatus: quia Baptismus solennis à priuato solum differt in cæremoniis, & ritibus ab Ecclesia institutis. Ergo, si Sacerdos ex vi suscepti Ordinis consecratur ad ministrandum Baptismum solenniter; & ad ministrandum priuatiè consecratur, neque ex vi consecrationis vnum præ alio spectari potest, aliàs solennitas à iure diuino esset. Sed, licet hæc omnia probabiliter dicta sint, nostra sententia probabilitate non caret. Et hanc sententiam, præter Lessium, & alios, docet etiam Ioan. Vviggers *ubi infra, concl. 2. n. 25.*

Et tandem, si quis querat, an qui in peccato mortali administrat Sacramentum, committat duo peccata; vnum omissionis, quia non conteritur; alterum commissionis, quia indignè administrat? Respondetur, vnicum esse peccatum commissionis: quia tunc non est absolute præceptum pœnitendi, sed tractandi dignè Sacramentum: proinde ommissio pœnitentiæ non habet per se suam malitiam, sed est tantum circumstantia actus mali. Et ita docet Mercerus *de Sacram. q. 64. art. 6.* & alij.

Nota hinc obiter, Lessium *ubi supra, num. 10.* & alios, docere, Diaconos, & Subdiaconos canendo Epistolam, & Euangelium in statu peccati mortalis per longum tempus, & ex consuetudine, & cum intentione frequenter ministrandi, peccare quidem mortaliter: nam illud obiectum ita sumpsum satis graue videtur, & illa consuetudo, vel propositum oriri videtur ex quodam contemptu formali, seu virtuali. Sed hoc mihi non placet, sicuti non placet Patri Francisco de Lugo *de Sacram. in genere, cap. 2. quest. 6. num. 51.* Quia velle sæpius peccare venialiter non constituit mortale, nisi quando ratione læsionis illatæ, vel alia simili causa, materia violationis continuatur, ut contingit in furtis minimis, in comestionibus paruis intra diem ieiunij, vel similibus, quod non euenit in præsentia. Nam actus isti planè separantur inter se, nec relinquunt effectum post se, ratione cuius prior coalescat cum posteriori. Porro contemptum virtuale non facere de veniali mortale, censet Vasquez: Coninch verò negat, hinc reperiri contemptum virtuale, aut implicitum; sicut non includitur in frequentatione mendacij iocosi, vel verbi otiosi, similiue venialis culpæ: non enim apparet hinc maior ratio, quàm in aliis. Vnde concluditur, Diaconum, & Subdiaconum in mortali exercentes sua ministeria solenniter, & frequenter, solum peccaturos venialiter contra naturale præceptum.

Imò Pater Vasquez *in 3. par. disput. 136. cap. 4. num. 4.* putat, Diaconum, & Subdiaconum cantantem Epistolam, & Euangelium in peccato mortali, neque venialiter peccare. Quia nullum peccatum, etiam veniale, dari potest, quin sit contra præceptum aliquod, ut ipse tradit *1. 2. disput. 143. c. 3.* Cum ergo non detur hinc præceptum, nullum erit peccatum. Confirmat: quia, si peccatum aliquod committeretur, non esset veniale, sed mortale, cum materia

sic grauis; alioquin Diaconi, vel Subdiaconi suspensi, vel excommunicati non peccarent mortaliter, exercendo solenniter actum Ordinis sui, nec incurteret irregularitatem, quod nullus conceder. Sed melius docet Coninch *de Sacrament. quest. 34. art. 6. num. 38. & 39.* Lugo, & alij; in tali casu Diaconos, & Subdiaconos committere peccatum veniale irreuerentia contra naturale præceptum sanctè tractandi res, & actiones sacras: quod alij communiter supponunt, & mihi fit vetosimilius. Consonat Sanctus Thomas in 4. *distinct. 5. quest. 2. art. 2. questunc. 4.* dicens, quod quicumque in peccato mortali se ministrum exhibet Ecclesie in quocunque spiritali, peccat. Non desunt tamen Doctores, vt Ioannes Vviggers in 3. *par. D. Thoma, quest. 64. art. 6. concl. 5. num. 30.* & alij firmantes, quod Diaconus in statu peccati mortalis solenniter cantans Euangelium, & ministrans in Sacrificio Missæ, committit peccatum mortale; quod & de Subdiacono in tali statu cantante Epistolam, & solenniter ministrante videtur quoque dicendum. Sumitur ex D. Thoma in 4. *d. 24. ar. 3.* & docent Angelus *verbo, Clericus*, 8. Syluester *verbo, Clericus*, 2. Caietanus 2. 2. *q. 6. art. 2.* & Victoria *de ministro Baptismi. q. 29.* Et ratio assignari potest: quia peculiariter sacramentali consecratione ad hoc munus sunt deputati, & in se ministerium magnum est: quia valde accedit ad ipsum Sacrificium; præsertim ipsius Diaconi, qui etiam cum Sacerdote tenens eius brachium, aut pedem Calicis, simul præsentat, & offert materiam Sanguinis Domini, secundum eam rationem, qua mox in Sanguinem Christi mutanda est. Vnde hæc actio speciali reuerentia est digna. Quare de Diacono conclusio est certior, quam de Subdiacono: nam & de Diaconis scribit Apostolus ad Timoth. 1. c. 1. *Hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Sed his non obstantibus, non est recedendum à communi sententia Doctorum asserentium, vt diximus, Diaconos, & Subdiaconos Epistolam, & Euangelium cantantes in peccato mortali, tantum peccatum veniale committere.

An liceat vti iurisdictione probabilis, relicta certa?

RESOL. LIX.

Atendas, quæso, (amice Lector:) est enim quæstio quotidie in praxi occurrent, & ad illam negatiuè respondet nouissimè Petrus Marchant. in *Tribun. Sacrament. tom. 1. tract. 2. tit. 3. quest. 4.* quod probat ex doctrina communi de Sacramentis, in quibus docetur, quod vbi materia certa, vel ex essentialibus certa, omnia requisita ad Sacramentum occurrunt, non liceat sine peccato mortali vti tantum probabilibus. Ex. g. in Baptismo, si habes ad manum aquam elementarem puram, non licet vti impura, vt lixiuo, quanuis sit probabilis materia. Nec licet baptizare, si communem scias formam, & velis vti alia forma extraordinaria: vt aliquando ille ignarus, qui baptizabat: *In nomine Patriæ, & Filia, & Spiritua Sancta.* quanuis enim formam istam quoad valorem ob ignorantiam idiomatis in homine illo simplici admisit Zacharias Papa; non tamen vsum illius approbauit. Item, nec licet vti hac forma: *In nomine Genitoris, Geniti, & Spirati.* quamuis hæc apud graues Scholasticos probabilis sit, ac generaliter in omnibus Sacramentis multa probabilia in eorum administratione occurrunt, quibus tamen (vbi adsunt certa) sine peccato mortali non possunt ministri vti relictis certis, tum ob periculum, tum ob irreuerentiam, tum ob præsumptionem, & temeritatem in re tanti momenti spectante ad animarum salutem.

Ratio igitur fundamentalis in hoc Sacramento, & iudicio est: quia, cum iurisdictione sit vnum ex essentialiter requisitis ad hoc Sacramentum debite ministrandum: sicut non licet in aliis Sacramentis probabilibus tantum vti, relictis certis; sic multò minus hic licet: quia quis exponeret se periculo nil faciendi. Cum enim opinioni probabili

subesse possit falsitas; ea solum quandoque, & rarissimè in causa multum rationabili, & necessitatis licet vti: cum, nimirum, ob bonam fidem, & rationes occurrentes supplere censeatur Ecclesia iurisdictionem, quæ fortè ratione falsitatis in ista opinione deesse posset: tunc autem tantum censeatur Ecclesia supplere iurisdictionem, quando quis tali iurisdictione ex causa rationabili vtitur, & aliàs certa sine incommodo non est ad manum: nemini enim Ecclesia vult patrocinari in iis, quæ planè irrationabilia sunt, aut fraude, dolo, vel animi præsumptione, & leuitate nituntur, siue quæ contra propria, & expressa mandata planè voluntariè assumuntur; qualis est assumptio iurisdictionis probabilis tantum, relicta certa.] Hucusque Marchant.

Sed audiamus, ex Societate Iesu sapientissimum Patrem Quiedo in 1. 2. *D. Thoma, tract. 5. contr. 3. punct. 4. num. 33. & seq.* vbi sic asserit: Credo, minimè licere Sacramenta conficere cum probabili iudicio circa iurisdictionem ministri: sed idem dicendum est de probabilitate iurisdictionis, ac de probabilitate materię, & formæ: nam licet, certum sit, Ecclesiam non posse supplere defectum materię, & formæ in Sacramentis, & posse supplere defectum iurisdictionis eam tribuendo: tamen certum non est, Ecclesiam in hoc casu iurisdictionem supplere, seu eam conferre; id enim tantum probabile est, & non omninò certum: ergo, qui sic conficit Sacramenta, non potest habere certitudinem, sed tantum probabilitatem de eorum valore: Sacramenta enim ex hoc capite validè fieri, tantum esse probabile putat Suarez *tom. 4. in 3. p. disput. 26. sect. 6. num. 7. & seqq.* Adidit tamen, probabilitatem hæc non dare certitudinem in hac re quæsitam, & de eo ait Salas *tract. 8. disput. vnica, sect. 10. num. 100.* valde dubitare; & oppositum censeat Gaspar Hurtado *disp. 4. de consecr. diff. 8.* Insuper certum non esse errorem communem iurisdictionem conferre in his, quæ ad forum conscientia spectant, efficaciter probat Ioannes Sanchez in *selectis, disput. 44.* vbi Paludanum, & nonnullos Iuristas adducit, asserentes, talem iurisdictionem non conferri, pro quo etiam adducuntur duæ declarationes Cardinalium, quas ibi refert Sancius. Insuper Pater Lessius *lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 8. num. 68.* asserit, quod etiamsi certum sit in casu communis erroris iurisdictionem conferri, in casu opinionis probabilis tanquam probabile esse ait: quapropter negari non potest, hoc tantum manere intra limites probabilitatis, & oppositum probabile esse: quapropter qui sic conficit Sacramentum, illud conficit cum periculo illud irritandi; quod autem id sit cum minori periculo, quando probabilitas est circa sufficientiam iurisdictionis; quam quando est circa materię, aut formæ sufficientiam, quia hanc certum est, nec suppleri, nec posse ab Ecclesia suppleri, & illam suppleri sic valde probabile, cum certum sit, posse suppleri, facit, quod maius, minusve sit periculum, sicuti facit maior probabilitas circa sufficientiam materię, & formæ, & sic vti maior hæc probabilitas licentiam non facit sic conficiendi Sacramentum, quia cum ea stat periculum illud irritandi; sic neque illa, cum qua stat simile periculum. Et hæc omnia docet Quiedo *vbi supra.*

Et tandem hanc sententiam nouissimè docet doctus P. Bardi in *Bullam Cruciatæ, par. 2. tract. 3. cap. 1. sect. 14. n. 185. & 187.* quia, ait ille, in his, quæ pertinent ad valorem Sacramentorum, non est licitum sequi opinionem probabilem, imò neque probabiliozem, quando tutiorem, & certam sequi possumus; quia vt sic esset morale periculum irritandi ipsum Sacramentum: nam posset euenire, vt id, quod existimabatur probabile, in re sit falsum; ac proinde inualidum fiat Sacramentum: iurisdictione autem est de his, quæ essentialiter requiruntur ad conficiendum ipsum Sacramentum Pœnitentiæ; & ideò, quando non est opinio certa, sed solum probabilis in Confessario esse iurisdictionem, tunc si à parte rei Confessarius illam non habet, absolutio, cum procedat à non habente iurisdictionem erit,

erit propterea nulla; neque contrariæ opinioni suffragatur lex *Barbarius*, quæ licet habeat locum in casu communis erroris, in quo ad vitanda magna incommoda confertur iurisdicção ex ipso iure; hoc tamen non est dicendum in casu, quo non est communis error, sed solum probabilis opinio inter Doctores: est enim maior ratio, ut iurisdicção detur habenti titulum coloratum ex communi errore, quam ex probabili opinione: & ratio discriminis est: quia error communis vinci non potest, atque aded non videtur consentaneum, ut pœnitentes, qui bona fide procedunt, frustrentur beneficio absolutionis, & repetere cogantur, cum magna animi perturbatione, omnes Confessiones factas tempore communis erroris, dum error ipse detegitur; sed quando iurisdicção Confessarij est posita in opinione probabili, poterit pœnitens alium adire Confessarium habentem certam, & indubitatam iurisdicçãoem, à quo absolvatur; & si hoc non faciat, sibi imputari debet, & ided in tali casu Ecclesia, aut ius non debet tali Confessario iurisdicçãoem conferre.

Nec obstat dicere, non minùs esse potentem Sapientum opinionem ad inducendam iurisdicçãoem, quam vulgi errorem: qui enim ita dicunt, non rectè assumunt extrema comparationis: nam loquentes de communi errore vulgi inducente iurisdicçãoem, sumunt vulgum, ut distinctum à doctis, qui sunt pars eiusdem populi: & ided si hoc pacto loquantur, falsum est, errorem solius vulgi esse sufficientem ad iurisdicçãoem inducendam, nisi sapientes sint aded pauci in numero, ut verè, & absolute dici possit populus esse in errore circa iurisdicçãoem Confessarij: si verò per vulgum intelligant populum, ut verè intelligere debent; tunc sub populo comprehenduntur, & vulgares homines, & etiam Sapientes: & ut sic falsum est, non minùs potentem esse Sapientum opinionem, quam vulgi errorem; tum, quia hoc pacto error communiter afficit, & doctos, & indoctos; at opinio illa solum inter pauciores totius populi reperitur: tum etiam, quia ut benè probant Authores contrariæ sententiæ, error ille nequit vinci; sed dum est opinio, opinantes possunt sibi providere de alio Confessario ad vitandum nullitatis periculum; sed & tale moriturum excitans ad inquirendum alium Confessarium non habent, dum errore laborant; proinde in ordine ad hunc effectum longè potentior est populi error, quam sola quorundam Sapientum opinio. Et tandem post hæc scripta inveni doctum Patrem Spinolam Congregationis Somaſcæ de *Elect. opin. disput. 3. sect. 6. conclus. 3.* mordicus supradicta omnia confirmare,

His tamen non obstantibus, licet supradicta sententia, ut visum est, validissimis firmetur rationibus; tamen communiter affirmatiuam sententiam tenent Doctores, quos ego alibi citavi, & me citato, adducit Quiedo, *ubi supra*, quibus adde nouissimè doctum Magistrum Serra *in par. 2. D. Thoma, tom. 2. quest. 19. art. 6. dub. 4.* cuius verba hinc etiam per extensum non grauabor apponere: sic itaque ait: [Dicens, in administratione Sacramentorum etiam esse licitum, omisso eo, quod tutius est, sequi opinionem probabilem asserentem sic, vel sic validum, & non irritum fieri Sacramentum, aut eius effectum suscipi; si tamen Ecclesiæ usus, & consuetudo id permittat, & non prohibeat. Probatur: nam circa potestatem, ac iurisdicçãoem Sacerdotis ad absoluendum pœnitentem, sine qua nulla est absolutio, & Sacramentum Pœnitentiæ est inualidum, multæ sunt opiniones probabiles, qualis est asserens, in articulo mortis simplicem Sacerdotem posse absolueri pœnitentem, etiam præſente Sacerdote approbato, vel proprio; & asserens approbatum in vna Diocesi, posse in altera audire Confessiones habentium Bullam Cruciatæ, eoque absolueri; sed has licitum est sequi, quoties se obtulerit occasio, etiam si tutius esset pœnitentem in articulo mortis absolui à Sacerdote proprio, & habentem Bullam Cruciatæ absolui ab approbato in Diocesi, in qua est, & ad quam pertinet: ergo, &c. Minor probatur: nam tales non solum as-

serunt probabiliter, huiusmodi Sacerdotem habere potestatem, & iurisdicçãoem; sed etiam posse licitè absolueri: sed opiniones probabiles asserentes licitum esse aliquid facere, licitum est sequi: ergo & prædictas. Confirmatur: nam, etiam si in re falsæ essent prædictæ opiniones, tamen iuxta doctrinam sumptam ex leg. *Barbarius. de officio Prætoris*, de qua vide Caietanum *in Summa, verb. Absolutionis impedimenta*,) communis error ortus ex opinione probabili sat est ad gestorum per dictum Sacerdotem valorem, & stante opinione probabili Ecclesia confert tali Sacerdoti iurisdicçãoem: ergo prædictas opiniones sequens tutus in conscientia esse potest, & prudenter existimare, sufficienter cauere periculum damni spiritualis proximi, quod quauis re ipsa esset, non imputaretur ipsi secundum prudentiam (quæ non obligat ut semper cum euidencia operemur) agentis: aliàs qui domicilium habens in vno loco, ad alium se recepit moraturus ibi per annum, interimque volens matrimonium contrahere cum fœmina, quæ idem fecit, non esset de suo matrimonio, nec in conscientia tutus, siue eligeret, ut suo matrimonium assisteret, Parochum proprii domicilij, siue Parochum loci, ad quem ipse, & fœmina se recuperant; sunt enim de Parocho, qui debet assistere diuersæ opinionibus: sed hoc est falsum; quia talibus opinionibus stantibus valida sunt gesta per quemlibet ex illis Parochis: ergo, &c. Hinc colligitur, cur non sit licitum baptizare in nomine Genitoris, &c. nisi forte urgeat aliqua necessitas, & minister non sciat nisi illam formam; licitum tamen sit absolueri accedentem ad Sacramentum Pœnitentiæ cum sola attritione cognita; & idem est, cum sunt opiniones probabiles circa iurisdicçãoem Sacerdotis ad absoluendum. Ratio enim est: quia illud non permittit communis usus, & consuetudo Ecclesiæ, nisi in casu necessitatis; hoc verò permittit, sicque hoc fieri potest licitè.] Ita Serra *loc. cit.* Vide etiam nouissimè Fragosum de *Regim. Reip. Chr. tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 19. §. 1. num. 23.*

Nota tamen, quòd, etiam si standum esset in prima sententia, concedit ipse Marchant. *ubi supra, quest. 5.* quòd aliquando, vi licet iurisdicçãoe tantum probabili: sic enim ait: [In tribus ferè casibus licet uti iurisdicçãoe tantum probabili, etiam relicta certa; nimirum, ut bono pœnitentis consulatur; ut damnum euitetur; in congrua necessitate. Primò itaque, ut bono pœnitentis consulatur, ex.g. quia indiget consilio, adiutorio, doctrina, solatio spirituali, singulari secreto; nec expedit, ut qui certam habet iurisdicçãoem modò hinc, & nunc audiat Confessionem. Secundò, ut damnum euitetur; utpote, ne complex in cognitionem veniat, aut pœnitens in aliquam auersionem, vel damnosam suspicionem Confessarij incidat. Item, quia fortè non confitebitur alteri, aut integram Confessionem non faciet. Tertio, in necessitate congrua: ut, quia implendum est præceptum, aut Indulgentia particularis lucrificandæ, aut quia timetur non fore postea opportunum tempus confitendi, &c. Aduertendum verò, si adsit Sacerdos, qui æquè benè audire possit, & certam iurisdicçãoem habeat; tunc Sacerdotem, qui tantum probabilem habet, debere abstinere.] Hæc Marchant. quæ aliquantulum molliunt rigorem primæ sententiæ, quæ, ut verum fatear, nimis urget, & validis fulcitur rationibus, vnde in praxi non esse deserendam puto.

An eo ipso, quòd aliqua opinio in aliquo libro inueniatur impressa, existimanda sit probabilis?

RESOL. LX.

AD hoc dubium respondet Ioseph Rocafull *in Præxi Theolog. moral. tom. 2. par. 3. lib. 3. cap. 2. num. 20.* Quòd si liber sit alicuius Doctoris iunioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis; dum non constet reiectam esse

esse à Sede Apostolica, tanquam improbabilem. Et ratio est: quia, si ore tenus consultus Doctor gratis id doceret, doctrina illa esset probabilis: ergo scriptis tradita, & typis mandata erit pro probabili habenda; maxime quia quod typis mandatur, magna circumspectione & attentione elaboratum præsumitur, & Doctorum virorum iudicio, ac censura probatum est. Quod si liber sit alicujus Doctoris antiqui, non protinus illius opinio probabilis habenda est: nam potest esse antiquata iam, & à Sede Apostolica reprobata, & potest à Junioribus aliqua ratio, lex, vel decretum maximam vim habens contra illam opinionem, & plane conuincens esse falsam, animaduersa esse, quibus stantibus antiqua illa opinio, quamvis, dum hæc non constabant, esset probabilis, nostro tempore improbabilis est facta. Cæterum, si istis nouiter animaduersis contra antiquam opinionem, adhuc sint Doctores Neoterici, qui illam propugnent, & rationibus contrariis satisfaciant, & oppositas leges, siue decreta exponant, antiquorum opinio adhuc probabilitatis virorem conseruare existimanda est.] Ita Rocafull.

Sed hoc displicet Retro Marchant. in *Tribun. Sacrament. tract. 5. tit. 5. quest. 5.* ubi sic ait: [Pater, quam periculosum sit sequi quorumlibet Authorum, & Doctorum opinionem ex sola auctoritate, quod illas in suis libris referant, & permittantur imprimi; neque enim præsum, neque impressio, aut etiam censura euulgari permittens librum, dat auctoritatem opinionibus singulis, aut Authorum sententiis, quæ in libro repertiuntur: neque liber ipse, ed quod approbatus est, indicat omnes opiniones probatas; sed sufficit, quod liber, siue Author, nil contra fidem, aut bonos mores aperte doceat, aut apertos errores seminet. In tantum verò eorum opiniones existimandæ sunt, in quantum rationes sunt legi conformes, & non plus.] Hæc ille, cui quidem ego libenter ego adhæreo.

An omnia viua vocis oracula concessa Regularibus sint hodie sublata?

RESOL. LXI.

Aliqui viri docti ex Regularibus mordicus negatiuam sententiam tenent, quos adduxi in *part. 5. tract. 14. resolut. 17.* quibus nunc adde doctum Patrem Leandrum in *Regul. D. Francisci, quest. 20. ad cap. 6. n. 3.* ubi sic ait: [En el fuero de la conciencia pueden usar los Regulares de los privilegios concedidos, *viua vocis oraculo*, à los mismos Regulares, no obstante los dichos Breues de Gregorio Dezimoquinto, y Urbano Octauo: porque es muy puesto en razon, y conforme à derecho, que los privilegios de los Regulares se conseruen por auer sido concedidos por premio de seruicios hechos à la Iglesia, y à titulo de sus meritos; y se prueua, porque el Papa Clemente Septimo, en la Bula que empieza, *Dum fructus vberes*, despachada en el año de 1525. à 30. de Mayo, en el segundo de su Pontificado, concedio à los Frayles Menores todos los privilegios, inmunidades, essenciones, concessiones, indultos, indulgencias, remisiones, de pecados, concedidos à todas las Ordenes Mendicantes, y no Mendicantes, y todos los, que se huuiessen de conceder *in futurum*, en qualquiera manera, y modo, que fuesen concedidos, ò que huuiessen de serlo, y confirmó todas las que la dicha Orden tuuiesse concedidas en qualquiera manera que lo fuesen, por todos los Romanos Pontifices: con lo qual concedio todos los *viua vocis oraculos*: assi los que hasta el dia que se despachò la dicha Bula estauan concedidos à la nuestra, y à las demas Religiones, como todos los que en adelante se auian de conceder, como consta de aquellas palabras: *Omnibus. & singulis immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, peccatorum remissionibus, & gratis, quibusuis Congregationibus dictorum Ordinum, aliorumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, quomolibet*

concessis, & concedendis. De manera que concedio todos los indultos, priuilegios, y gracias concedidas, y que se auian de conceder en qualquiera manera que lo fuesen, ò que lo huuiessen de ser, con lo qual comprehende todos los concedidos por Bulas Apostolicas, ò solo por *viua vocis oraculos*, &c. Y Pio Quinto en la confirmacion que diò de los priuilegios de las Ordenes Mendicantes, en el año de 1567. en el segundo año de su Pontificado, no solo confirma todos los priuilegios concedidos à las dichas Ordenes por sus Antecessores, sino que añade, que los inquina, y concede de nuevo, como si sin faltar palabra alli lo refiriera *de verbo ad verbum*. Y lo mismo hizo Gregorio Dezimotercio, en la confirmacion, que dellos hizo, y Sixto Quinto, confirmando los priuilegios de los Frayles Menores, en el año de 1586. dize las mismas palabras. De manera que conforme à esto se ha de hazer cuenta, que todas las palabras de los priuilegios concedidos por *viua vocis oraculos*, hasta los dichos Pontifices, assi à los Mendicantes, como à los Frayles Menores, y que se auian de conceder adelante, estan insertos al pie de la letra en las dichas Bulas de Pio Quinto, Gregorio Dezimotercio, y Sixto Quinto, y por el consiguiente ya no son *viua vocis oraculos*, sino priuilegios concedidos por Bulas Apostolicas. Gregorio Dezimoquinto, y Urbano Octauo reuocan los priuilegios concedidos, solo por *viua vocis oraculos*, y estos no lo estan solo por esse camino, sino por Bulas de los Sumos Pontifices, (como dicho es,) luego no estan reuocados almenos en el fuero de la conciencia, porque siendo esta concession en general, y en especial de todos, y de cada vno de los priuilegios de los Regulares, ò sean concedidos por Bulas, ò por *viua vocis oraculos*, però sin nombrar en particular à alguno, no sera admitida en el fuero exterior para comprouar qualquiera de los priuilegios hechos por *viua vocis oraculos*: y porque de la concession hecha à los Padres de la Compania, por nuestro Santissimo Padre Urbano Octauo, que refiere Portel, y nos otros referiremos abaxo en el numero siguiente, no consta por algunas letras autenticas, sino solo por vna simple cerrificacion de los mismos Padres de la Compania de Jesus, la qual no basta, ni seria admitida para el fuero de la conciencia, y estando en el, es verdaderissima nuestra sententia.

Y se confirma, porque nuestro Santissimo Padre Urbano Octauo, concedio à los Padres de la Compania de Jesus, el año de 1624. à 19. de Abril, todos los priuilegios *viua vocis oraculo*, despues de la general reuocacion hecha por Gregorio Dezimoquinto en la Bula que empieza, *Re manu Pontifex in specula*. dada en Roma à dos de Julio del año de 1622. y los concedio sin alguna clausula esclusiva de las demas Religiones: por lo qual todos los que participan, como nos otros, de los priuilegios de la Compania de Jesus, gozan desta concession; la qual testifica auer visto firmada el P. Fray Lorenzo Portel en la vltima pagina del dicho libro, que està à fol. 909. y 910. y aunque despues de Urbano Octauo en la Bula que empieza: *Alias felices recordationis*. dada en Roma à 20. de Diciembre de 1631. reuoco todos los oraculos *viua vocis*; però en la dicha Bula solo reuoca los concedidos à instancia de Reyes, y Emperadores, ò Principes, ò autorizados por Cardinales, dexando en el mismo estado la primera reuocacion de Gregorio Dezimoquinto, por la qual vale la concession hecha despues à los Padres de la Compania, y se està en su vigor, porque Urbano Octauo no inouò nada acerca de los demas *viua vocis oraculos* fuera de los dichos: ni basta dezir contra esto, que si reuocò los, que tenian mas fuerza, à favor de los priuilegios es odiosa, y no tiene lugar, sino en los casos expresos en la ley del Pontifice, porque las cosas odiosas, *sunt stricti iuris*, y en ellas no se haze extension alguna, y antes se deve restringir, que ampliar.] Hæc omnia P. Leander: qui tamen postea subdit, hæc esse admittenda, nisi stylus Curie Romanæ sit in contrarium.

Sed

Ab absolute neglecta senectutem, me etate, nouissime docet Ioseph Rocafull in *Praxi Theolog. moral. tom. 2. par. 3. lib. 7. cap. 6. n. 44.* vbi sic asserit: [Porro de *uina vocis oracula* à Pontificibus redditis, quæ olim sæpè allegabantur, præter Bullas, & Motus proprios pontificios, nihil dicendum videtur: quoniam Urbanus VIII. nouissime in Bulla edita die 20. Decembris, 1631. sustulit omnia *uina vocis oracula*. Cœperat quidem id facere Gregorius XV, sub die 2. Iulij, 1622. Sed quædam tunc excipiebat. Urbanus tamen VIII. omnia simul, & semel sustulit; & cum clarè oquatur Pontifex, mirandum est, quòd Lezzana, & Laurentius de Peyrinis adhuc contendunt, Urbanum non omnia sustulisse.] Ita ille: cui etiam addi potest Pater Quinaduenas in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 9. singul. 3. num. 5.*

Sed, his non obstantibus, non deseram adnotare, Patrem Bordonum in *consil. Regul. tom. 1. resol. 31. & tom. 2. res. 54. num. 238.* docere, in Bullis Gregorij XV. & Urbani VIII. non fuisse sublata *uina vocis oracula* purè fauorabilia, & quæ nulli nocent, & præiudicialia sunt. Ad illum, & cogita. Sicut etiam de aliis doctrinis, quas adducit nouissime Pater Pellizzarius in *Manual. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 1. tit. 5. n. 130. & seqq.* cum esse videantur contra stylum, & maxime Romanæ Curie.

An secularis hospes Regularium, si inter illos moriatur, sepeliendus sit in eorum Ecclesia, vel in Ecclesia parochiali, in qua situm est Monasterium?

RESOL. LXII.

Posse sepeliri in Ecclesia Regularium docet Bordonus in *consil. Regular. tom. 2. resol. 51. num. 168.* quod probat ex cap. 1. 16. *quæst. 1. in fine*, ibi: *Mortuum non sepelias, nisi Monachum in Monasterio secum commorantem, vel si foruitò quæquam aduenientium Fratrum ibi mori contigerit.* Nomine Fratrum ibi non veniunt Conuersi Monachi, cum sub primo vocabulo, *Monachum*, contineantur: aliter non possent sepeliri in suis Monasteriis, sed solum Monachi Clerici: ergo sub eo nomine Fratrum comprehenduntur seculares peregrini, siue Clerici, siue laici: nam omnes fideles adiuuicem Fratres sunt per lauacrum regenerationis Iesu Christi: vnde Chrysostomus *homil. 25. in Epist. ad Hebræos*, dicit: [Si enim quis Frater nominatur in vobis, Fratrem in hoc loco omnem fidelem intellige, non Monachum tantum: quid est autem, quod facit fraternitatem, nisi lauacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum Patrem.] Ergo ex illo capite Religiosi habent ius sepeliendi mortuos apud se defunctos. Confirmatur: quia in tali casu recipiunt omnia Sacramenta à Regularibus: ergo.

Sed nouissime contrariam sententiam docet Egidius Trullench *tract. de iure Parochi, cap. 9. dub. 1. n. 5.* vbi sic ait: [Possunt Regulares in suis Ecclesiis (Parochis inconsultis) uos familiares, & seruitores sepelire, eisque Sacramenta ministrare, modò tamen dicti actualiter Religiosis inseruiant, aut in locis Religiosorum commorentur, & sub eorum obedientia viuunt. Constat ex concessione Clementis IV. & Sixti V. apud Fr. Ioan. de la Cruz de *Statu Religios. lib. 2. cap. 6. dub. 1. n. 1.* & c. 5. *dub. 4.* & maxime ex Trulentino *sess. 24. c. 11. de reformat.* ibi: *Exceptis tamen iis, qui uadit locis; aut militibus actu inseruiunt, & in ira eorum epas, ac domos resident, subque eorum obedientia viuunt.* Quæ omnia copulatiuè requiruntur, ut ij familiares dictis privilegijs gaudere possint, ut tenet Bellarmus. in *declar. sup. Trid. sess. cit. iuxta Bullam 67. Circumspecta.* Gregor. XIII. vide Fr. Ioan. de la Cruz *vbi supra, dicto num. 1. in fine, & cap. 6. dub. 1. num. 1.* vbi refert hanc Sacræ Congreg. declarationem: *Congregatio Concilij censuit, dictos Religiosos audire posse Confessiones secularium, qui sunt de sua familia, & consueti commensales: non tamen eorum, qui deser-*

uunt in uita Monasteria. Vnde non est audiendus Hieronymus Rodericus in *Comp. 99. Regul. res. 642. n. 1.* vbi idem extendit, propter aliqua priuilegia, ad eos, quos in Monasteriis contigerit inseruiari: quia tali priuilegia, si quæ sint, (non enim illa adducit,) sunt abrogata per Gregorium XIII. ut tenet idem la Cruz, & Doctores communiter. Imò idem Concilium *vbi supra* derogat omnia priuilegia dispositioni dicti Concilij contraria.] Ita Trullench.

Verùm sententiam Bordonum, præter Rodriguez à Trullench citatum, tenet etiam Peyrinus de *priuil. tom. 1. Const. 1. Iulij II. num. 94.* Quia Monasteria Regularium sunt exempta à iurisdictione Episcoporum, & æquiparantur locis positis extra Diœcesim, Ergo, si decederet dictus hospes in aliquo loco extra Diœcesim, nullam in eo haberet Episcopus, & Parochus loci, in quo Monasterium Regularium est positum, iurisdictionem: ita cum decedit in loco Regularium exempto.

Sed hinc obiter apponam pulchrum dubium, an secularis fœmina existens in Monasterio Monialium, si in fine vitæ velit sepeliri extra Ecclesiam Monialium, spectet ad Parochum, vel ad Confessarium Monasterij associare cadaver, & percipere quartam funeralem, & alia iura ratione sepulturæ? Hic casus accidit Panormi: nam, cum in Monasterio Sanctæ Catharinæ vsque ad senectutem uixisset fœmina nobilissima, uoluit post mortem sepeliri in Capella Maiorum, existente in Ecclesia Societatis Iesu. Itaque ad dubium iam propositum nouissime respondet Pater Pellizzarius *tract. de Monial. cap. 10. sect. 3. n. 233.* & putat, spectare omnia suprascripta ad Confessarium Monialium, cum Monasterio Monialium competat non solum exemptio personalis, sed etiam localis; & fœmina illa secularis illud sibi eligendo in domicilium, effecta sit de onibus Confessarij præfati Monasterij: qui proinde, tanquam Parochus illius, erga ipsam poterit exercere parochialia modo dicto: præterquam quòd à quo uiuentes recipimus Sacramenta; ab eodem post mortem debemus recipere & sepulturam; & consequenter ipse à nobis recipit iura parochialia, seu effectus dictorum iurium: sicut ergo fœmina illa uiuens recepit Sacramenta à Confessario Monialium, tanquam eius Parochiana; sic post mortem debet ab eo recipere sepulturam, & ille licet ab ea iura parochialia, cum verè sit eius Parochus, habeatque, ut talis, in illam iurisdictionem ordinariam, non autem solum delegatam. Ita ille, qui etiam putat, doctrinam posse probabiliter sustineri de puellis in Monasterio degentibus causa educationis: quippe quæ ibi acquirunt quasi domicilium, adeoque fiunt Parochianæ dicti Monasterij, iuxta probabilem doctrinam traditam à Sanchez *lib. 3. de matrim. dispn. 23. à num. 9.* vbi, si ibi moriantur, Confessarius Monialium exercebit cum illis omnia iura parochialia, tam quoad Sacramentorum ministratorem, quam quoad sepulturam; ut dictum est de fœmina seculari: quanuis de dictis puellis sustineri possit etiam opinio opposita, quam Sanchez censet esse probabilem. Hæc Pellizzarius.

Notandum est etiam hinc cum Bordonum *vbi supra, n. 206.* quòd pro Nouitio moriente apud consanguineos, uel alios extra Conuentum, si in Monasterio suorum Regularium sepeliatur, non debetur quarta Parocho, sub cuius Parochia mortuus est; quia illam exigit solum respectu suorum Parochianorum: Nouitius autem non dicitur Parochianus: quia in eius Parochia domicilium non habet; sed incidenter ibi reperitur, & censetur, ac si ibi non fuisset: qui enim reperitur in loco, à quo breui recessurus est, non censetur ibi fuisse, c. *Diuortium. 21. dist. 1.*

de penit. lib. 1. c. 6. Qui presens. ff. de verb. significat Caratus de Iur. Parochial.

tit. 6. cap. 2. &

tit. 7. c. 12.

An sponsalia valida sint, si a rationis ante septennium in contrahentibus reperiantur?

RESOL. LXIII.

Negatiuè respondent Hurtadus *de matrimon. disput. 1. diff. 14. n. 61.*, Castus Palaus *tom. 5. disp. 1. punct. 6. num. 8.* & Pater Vasquez interrogatus de hac sententia. Et ratio est: qui alias dispositio iuris, præscribens septennium, esset frustratoria: quia ex vna parte, quando est usus rationis perfectus ante septennium, validè fiunt sponsalia secundùm aduersarios: & ex altera, quando non est talis usus rationis: etiam post septennium completum, non fiunt validè: ergo ad nihil deseruit dicta dispositio, quia si malitia supplet ætatem, sponsalia eodem modo fiunt, aut non fiunt validè, siue ea dispositio extet, sine non extet. Ratio autem à priori est: quia quanuis pro matrimonio iure ipso fiat exceptio malitiæ suppletis ætatem; non tamen pro sponsalibus: ergo absque iure, imò contra ius ipsum absolute absque exceptione requirens septennium ad valorem sponsalium, admittitur dicta exceptio, quæ non fuit facta à iure: quia frustra fuisset facta dicta præscriptio ætatis pro sponsalibus, quæ non sit frustra in matrimonio: quia malitia suppletis ætatem in matrimonio, non tantùm est usus rationis perfectus, ut est in sponsalibus; sed etiam potentia ad generandum expedita, quæ non solet esse expedita ante ætatem requisitam pro matrimonio; ac proinde si ante eam est usus rationis perfectus, & potentia expedita, validè fiet matrimonium, & post eam etiam validè fit, si usus sit rationis perfectus, quanuis non sit potentia ad generandum expedita.

Sed, his non obstantibus, communiter affirmatiuè sententiæ adherent Doctores, quos citat Sanchez *tom. 1. lib. 1. disputat. 16. num. 9.* quibus adde Coninch *disput. 21. dub. 5. num. 51.* Poncius *lib. 12. cap. 5. num. 5.* Rebellius *lib. 4. quest. 5.* & alij. Et ratio est: quia septennium præscribitur, quia ante illud tempus usus rationis perfectus non præsumitur. Si ergo de usu rationis præsumptio fuerit, vel potius certitudo, cessat finis legis, & consequenter illius dispositio. Et forte ob hanc causam dixit Iuriconsultus *in leg. In sponsalibus. l. 1. ff. de sponsalib.* ad sponsalia satis esse, quòd sponsi, quid agant, intelligant. Et confirmatur exemplo matrimonij, pro quo contrahendo, esto, à iure requisitus sit in fœminis duodecimus annus completus, & in viris quartusdecimus. At si malitia, hoc est, potentia generandi, & discretio ante illam ætatem alicui adueniat, validum matrimonium contrahet, cap. *De illis. el. 2. de desponsat. impuber.* quia in eo cessat ratio, ob quam illa ætas 12. & 14. annorum præscripta est: at eodem modo cessat in habente ante septennium perfectum usum rationis. Ergo sponsalia ab eo contracta valida esse debent.

Sed hic rectè queritur, an ad sponsalia validè contrahenda sufficiat rationis usus, qui ad lethale peccatum sufficit. Negat Henriquez *lib. 11. cap. 13. num. 9.* Rebellius *2. par. lib. 4. quest. 5. num. 1.* Bonacina *quest. 1. punct. 4. num. 4.* Quia ad peccatum mortale sufficit consensus, & aduertentia mali præsentis: ad sponsalia verò requiritur cognitio futurorum, cum sponsalia sint promissio futuri matrimonij. At maior requiritur usus rationis ad providentiam futurorum, quàm ad consensum alicuius actus præsentis. Cæterùm affirmatiua sententia tenenda est, quam tuetur cum Sanchez, & Moceracio P. Peiez *de mat. disp. 5. sect. 6. num. 4.* quia usus rationis ad culpam lethalem sufficiens satis est ad obligandum se Deo per votum simplex Religionis: ergo & ad quidpiam homini promittendum: ergo & ad promittendum matrimonium: non enim ad hoc contrahendum sub gravi peccato obligabitur, quàm ad illud faciendum, quòd Deo vouerit: nec facilius huius voti relaxationem, quàm promissi matrimonij consequi poterit. Ergo, &c.

Nota tamen, sponsalia ob defectum ætatis, vel usus ra-

tionis nulla, posse postea fieri valida, si post legitimum ætatem, & usum rationis expressè, vel tacitè ratificentur à sponsis. Quòd fit consentiendo de nouo, vel simul habitando, vel sibi oscula, tanquam sponsis, impingendo, vel mittendo munera, quæ à sponsis mitti consueverunt, modo sponsi sciunt à se ipsis antè inita sponsalia fuisse inuvalida. Quòd si nesciant sponsalia fuisse inuvalida, non fiunt valida per ratificationem: sicut etiam ad ratificandam Professionem, vel votum inuvalidum, requiritur in ratificante scientia voti facti, vel professionis, & nullitatis eius. Vnde, si quis ex errore, quo putat, priora sponsalia fuisse valida, ratificet, nihil prorsus efficiet: & pariter si ex dubio de valore eorum ea ratificet, non tenebitur, vbi nouerit fuisse nulla: quia ea ratificatio fuit ex errore, nec præsumenda est voluntas se obligandi absoluta, sed solum ex suppositione falsa valoris priorum sponsalium, nisi constet voluisse ita se obligare, etiamsi sciret priora sponsalia fuisse nulla. Et ita docet Texeda *in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 67.* & alij communiter.

An Index laicus, inconsulto Episcopo, possit exhumare corpus defuncti occisi, ut constet de corpore delicti.

RESOL. LXIV.

Affirmatiuè responderi Bonadilla *in Politica, tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 93.* vbi sic ait: [Y aun siendo necesario para el dicho efeto desenterrar al muerto de pocos dias, praticase hazerlo sin pedir licentia al Iuez Ecclesiastico: ni aun podria el tal Iuez Ecclesiastico darla: porque si dandola se veniesse à aueriguar la culpa, prender, y dar pena de muerte al matador, no quedaria libre de irregularidad: y assi lo he praticado, y lo aprouè el consejo en cierto caso, en que yo auia proueydo desenterrar vn muerto, por lo qual se librò vna muger de la muerte, que se le imputaua auer dado à su marido, sobre lo qual se occurrio al consejo por via de fuerça.] Ita ille, & post illum hanc sententiam docet etiam Emmanuel Themudo *in Decisionibus Archiepiscopalibus Vlyssiponensibus, tom. 2. decis. 1. 1. num. 6.* vbi testatur, ita practicari in Regno Lusitaniz, & cum Bouadilla putat in tali casu, si Episcopus præberet licentiam, adesse periculum irregularitatis.

Sed hæc omnia respuesta sunt. Et quoad primum assero, Iudicem laicum absque licentia Episcopi, exhumando corpus defuncti occisi, frangere immunitatem ecclesiasticam, & idèd posse excommunicari: quia Iudex laicus nullam in Ecclesia potest exercere iurisdictionem, ex cap. *Decet. de immunit. Eccles. in 6.* & ita in terminis præter Genuensem vbi supra, docet Possuinus *de officio Curati, cap. 14. num. 8.*

Ad periculum irregularitatis, quod adducit Bonadilla, & Themudo; assero, in tali casu Episcopum concedentem, ut debet, licentiam Iudico laici corpus exhumandi, nullam incurrere irregularitatem: quia ad illam incurrendam requiritur, quòd actus, qui fit, sit causa proxima, directè in mortem, vel mutilationem, non causa remota. Nauar. *cap. 7. num. 211.* Sotus *de iustis. & iure, lib. 5. quest. 1. art. 7.* & alij. Sed actus ostendendi cadauer occisi, est remotissimus, & suapte natura non directus in mortem, vel mutilationem: eò magis, quòd Episcopus nihil operatur; sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationem: & non omnis causa, sine qua non dicitur principalis, ut latè tradit Nauar. *in conf. 19. de homicid. conf. 16. de Simon. ergo, &c.* Et omnia supradicta docet Genuensis *in Praxi, cap. 42. num. 10.* & alij. Vnde testatur Genuensis in Curia Archiep. Neapolitana fuisse resolutum ex supradictis de causa proxima, vel remota, quòd posset concedi Curiz seculari copia sententiæ depositionis, siue degradationis verbalis, & renuntiationis Habitibus clericalibus cuiusdam Clerici, inquisiti de homicidio in Curia seculari, allegantis,

allegantis, se esse Clericum ob prædictam depositionem, & renunciationem: siquidem, quod aliquis sit, vel non sit Clericus, non est causa propinqua mortis. Facit text. in cap. *Si Index laicus. de sententia excommunicationis*, in 6. ubi ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est Clericus; sine aliqua limitatione, an sequatur, postea mors, vel non.

An sufficiat ad validè contrahenda sponsalia, diem ultimum septennij inceptum esse?

R E S O L. LXV.

Negatiuè respondet Gaspar Hurrado *de matrimon. disput. 1. difficultat. 14. num. 59.* Castrus Palaus *tom. 5. disput. 1. punct. 6. num. 6.* ubi probat, diem inceptum non sufficere; sed necessariò completum esse debere: quia usquequò completus sit, non est integer dies, & consequenter neque integer, & completus mensis, qui ex integris, & completis diebus coalescit. Deinde, quia, quoties tempus est à Iure determinatum, currit de momento ad momentum, argum. leg. 3. §. *Minorem. ff. de minorib. & ibi Glossa, & Doctores, l. Pater. §. Sexaginta ff. de adulteriis.* Et ibi Bart. *l. Eos. §. Sin autem. C. de appellationib. & ibi Baldus l. 2. §. Dies ff. quando appellandum sit. & ibi Glossa.* Et probari potest ex bimestri concessio ad deliberandum de Religionis ingressu, cap. *Ex publico. de conuersione conu. & ex ætate ad Professionem requisita, cap. 15. sess. 25. de Regularibus.* in quibus dies inceptus non habetur pro completo, ut probat Thomas Sanchez *lib. 2. disputat. 24. num. 22.* ergo idem est dicendum in septennio pro sponsalibus requisito. Neque obstat textus in *l. Qua astate.* quia ibi est specialis dispositio, quæ ad alios casus extendi non debet, præcipuè cum non sit eadem ratio: quippe testamentum testatori fauorabile est, & nullatenus onerosum. At sponsalia, sicut & Religionis Professio, partim fauorabilia sunt contrahentibus, partim onerosa: merito ergo in testamento dies inceptus pro completo reputatur; secus in sponsalibus, & Religionis Professione.

Sed affirmatiuè sententiæ adhæret Poncius *lib. 12. c. 5. n. 5.* Goninch *disput. 21. dub. 5. n. 51.* Gurtierrez *c. 2. n. 5.* Et ratio est: quia non minus fauorabile est matrimonium, quàm testamentum: sed ad testamentum vltima dies incepta censetur pro completa, ut statuitur *l. Qua astate cit.* ergo. Et ita hanc sententiam tenet etiam Texeda *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 2. n. 57.* & Pater Perez *de matr. disput. 5. sect. 5. n. 6.* Fateor tamen sententiam Hurradi satis probabilem esse, licet ipse immeritò affirmatiuam falsam vocet.

Adde, ut *alibi* adnotauit, non deesse Doctores asserentes, quòd ad valorem sponsalium non requiritur ætas mathematicè completa: vnde septennium non physicum, sed morale requirunt. Quorum autem dierum defectus morale complementum impediatur, non conueniunt Doctores. Nam Ioan. Andreas *cap. Litteras, num. 2. de desponsat. impuber.* Henriquez *cap. Accessit. eodem num. 3.* & Vega *lib. 6. Summ. casu 101.* asserunt, ob defectum duorum, vel trium dierum, non impediri. Eman. Rodriguez *1. tit. Summ. cap. 244. num. 2.* censet neque vnus hebdomadæ defectum. Socus verò *in 4. distinct. 27. quest. 2. art. 2. ad 3.* Viuald. *Can. delab. 1. part. de sponsalib. cap. 2. num. 15.* rem amplius extendunt. Quinimò Gurtierrez *dicto cap. 2. numer. 8.* audeat affirmare, dimidij anni defectum impedimentum non esse, quin septennium completum esse dicatur, ut sponsalia valida sint, & præsumantur

* *

An appellantes à Pontifice ad Concilium generale actu existens incidat in censuram Bullæ Cœnæ?

R E S O L. LXVI.

Affirmatiuè respondet Gambarupta *de excommunicat. Bullæ, c. 2. num. 11.* & Vgolinus *in Bullæ Cœnæ, can. 2. §. 1. vers. Quinto.* cum aliis: quia materia excommunicationis est sacrilegium contra Sedis Apostolicæ primatum, ut ex Caietano *in Summ. verb. Excommunicat. cap. 25.* Sed tam sacrilegi sunt contra primatum Sedis Apostolicæ appellantes ad futurum generale Concilium, quàm qui ad præsens, vel ad prouinciale, siue præsens, siue futurum appellant: ergo eodem modo per hanc clausulam excommunicantur. Et confirmatur: tum, quia vtraque appellatio est occasio schismatis: tum etiam, quia vtraque videtur Concilium constituere supra Papam.

Sed mihi magis placet negatiua sententia, quam sustinet Soufa *in Bullæ Cœnæ, cap. 3. disput. 21. num. 2.* Castrus Palaus *tom. 6. disput. 3. punct. 3. num. 6.* & alij: quia lex pœnalis non excedit proprium casum: sed pœnalis est ita lex, & non loquitur nisi de appellantibus ad futurum generale Concilium: ergo non est extendenda ad appellantes ad generale præsens, vel ad prouinciale, siue præsens, siue futurum.

Sed maior difficultas est, an appellantes ab ordinationibus pontificiis, quatenus Princeps temporalis est, excommunicationi Bullæ Cœnæ subiiciantur? Affirmatiuè respondet Bonacina *tom. 3. disput. 1. quest. 3. punct. 2. num. 3.* quia Pontifex ob iniuriam sibi factam in hac appellatione excommunicationem profert: at hæc iniuria Pontifici irrogatur per appellationem à quocumque illius mandato; siquidem illum esse inferiorem, & subditum Concilio denotas: ergo. Et confirmo: Pontifex potest excommunicare non solum appellantes à suis mandatis, vel ordinationibus, quatenus Pontificis sunt, sed quatenus Principis temporalis. Sicuti excommunicat piratas in suo mari pontificio discurrentes: ergo censeri debet ita factum esse; tum quia id cedit in eius fauorem; tum, quia excommunicatio fertur contra appellantes absque vlla limitatione.

His non obstantibus, negatiuè sententiæ adhæret Reginaldus *tom. 1. lib. 9. num. 263.* & Castrus Palaus *ubi supra, num. 5.* quia, esto, appellantes à mandatis pontificiis in causis temporalibus Pontifici iniuriam irrogent, si ipse in illis causis supremus Princeps sit: at cum id ex Pontificis munere non inferatur necessariò, siquidem potest in illis causis alteri Principi subiectus esse, ut potest qui sub ea conditione dominium temporale concessit, non videtur si appellantes, & iniuriam per accidens inferentes, voluisse comprehendere. Ego verò puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia.

Vtrum verò consulentes appellare ad futurum Concilium, in censuram Bullæ Cœnæ incidant? Et non desunt, qui existimant, dantes consilium ad appellandum, per hanc clausulam excommunicari. Inter quos numerandi sunt Nauarr. *in Manuali, cap. 27. num. 58.* Toletus *in Summa, lib. 1. cap. 20.* & Grassius *lib. 4. decis. cap. 18. num. 47.* & Vgolinus *hic ad illa verba, Necnon eos. vers. Exipiuntur.* quatenus dicunt, manere excommunicatos dantes consilium, si appellatio sequatur. Probat hæc sententia: In hac clausula excommunicantur dantes auxilium, aut fauorem: sed consilium fauor quidam est; nam, qui consilium præbet non parum iuuat ad operandum: ergo consulentes excommunicantur.

Sed negatiuam sententiam docet Suarez *de censuris, disput. 21. sect. 2. num. 17.* Bonacina *ubi supra, num. 6.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9. num. 263.* & alij. Et ratio est: quia nudum consilium, neque est auxilium, neque fauor: ergo nudus consiliarius non excommunicatur hoc loco. Consequens

S quentis

quentia est bona : quia in hac clausula solum agitur de prestantibus auxilium, & fauorem. Antecedens ex eo constat: quia auxilium, fauor, & consilium ad diuersa tendunt: nam consilium iuuat ab intrinseco dirigendo, & instruendo rationem eius, cui datur; fauor autem, & auxilium solum dirigunt ab extrinseco, suntque, proprie loquendo, actus externi ordinati ad executionem operis. Secundo, quando Summus Pontifex voluit comprehendere dantes consilium, de illis expressam mentionem fecit, vt videre est in clausula 7. 10. 11. & aliis huius Bullae: ergo, cum hoc loco consulentium non meminert, illos excommunicare non intendit. Ego vtramque sententiam probabilem esse puto: sed, esto, negatiua esset tenenda; scias tamen, dictos consulentes in nostro casu incidere in excommunicationem reseruatam, latam à Pio II. in Bulla incipiente, *Execrabilis*, & confirmata à Iulio II. in *Extrauag. Suscepti regiminis*. vt bene adnotarunt Viualdus, Sayrus, & Bonacina *loc. alleg. Quinimò* in dicta constitutione Iulij II. excommunicantur decernentes, deliberantes, seu vocem dantes, & approbantes appellationem: quod optime fieri potest, tamen appellatio non subsequatur, sicuti aduertit Bonacina *punct. 3. num. 9. in fine*.

Nota tamen cum Suarez *ubi sup. n. 16.* & aliis, approbantes appellationem factam, vel prestantes auxilium, au fauorem appellantis post appellationem, hac excommunicatione non ligari: quia verba legis solum appellantes, & auxilium ad appellationem prestantes comprehendunt.

An, qui recitat Horas canonicas lingua Italica, Hispanica, vel alia vulgari, sine causa peccet mortaliter?

R E S O L. LXVII.

Negatiuam sententiam docet Bonacina *de Hor. canon. disput. 1. q. 3. punct. 1. num. 15.* cui adde nouissime Escobar à Corro *tract. de Horis canon. quest. 4. §. 2. num. 5.* vbi firmat diuinum Officium recitari hac, vel illa lingua, nempe, an Latina, vel vulgari, an Graeca, vel Hebraica, nihil interest quoad precepti substantiam, quae in significatione verborum consistit, & eadem est quacumque lingua. Quod ampliatur vt procedat Regula, dum obligatio recitandi oritur ex voto, aut ex poenitentia Confessoris, vt si fuerit recitandi Psalmos Graduales, aut Poenitentiales, aliasve Preces: nam persolui poterunt materna lingua Latina, aut alia qualibet.

Limitanda est tamen haec sententia, vt intelligatur, quoad satisfactionem substantiae precepti, quoad peccatum mortale, & restituendum distributiones; non vero quoad peccatum veniale, deficiente iusta causa: nam propter magnas causas vsus Bibliorum, ex qua maximè diuinum Officium constat, interdictus est vulgari sermone. Ita supracitati, & omnes.

Nota tamen, quod ex iusta causa quis liber erit ab omni peccato, recitando vulgari lingua diuinum Officium. Si vero veller ex deuotione aliquos recitare Psalmos, poterit materna lingua eos persolvere; etiam si, vt diximus, ex voto ad id teneatur; nisi misceatur aliqua actio peccaminosa, vt erit iocus contemptus, superstitio, & similia. Vide etiam Macignum *tract. de Horis canon. c. 29 n. 47.*

His tamen non obstantibus, affirmatiuam sententiam tenet doctus Pater Baldellus *in Theolog. Moral. tom. 2. lib. 3. disput. 21. num. 23.* putat enim, recitare Horas canonicas aliqua lingua vulgari, esse peccatum mortale: nam ex Trident *sess. 22. c. 8. de Sacrificio Missae*, grauer prohibetur, ne Missa passim celebretur vulgari lingua. Et *Can. 6.* anathema dicitur illi, qui dixerit, eam debere tantum celebrari vulgari lingua. Et in Indice librorum prohibitorum, *reg. 4.* grauer prohibetur libri Sacrae Scripturae vulgari lingua; & qui illos presumpserint legere, aut habere sine facultate,

saltem Episcopi, aut Inquisitoris, dicitur non posse petere absolutionem suorum peccatorum, nisi prius illos tradiderit Ordinario: quod certè importat culpam longè grauiorem, quàm tantummodo venialem, cum haec non reddat vilo modo incapacem absolutionis sacramentalis: quod etiam clariùs explicatur in Bulla Pij V. ad dictum Indicem librorum prohibitorum: vbi post commendatum ipsum Indicem, & post imperatam obseruationem omnium Regularum, & post latam excommunicationem in eos, qui legerint, aut habuerint libros Haereticorum, vel scripta cuiusuis Authoris damnata, & prohibita propter haeresim, vel propter suspicionem falsi dogmatis; subditur, quod qui libros alia de causa prohibitos legerit, aut habuerit, praeter peccati mortalis reatum, seuerè sit puniendus arbitrio Episcoporum. Quia ergo, qui recitaret Italicè aut Germanicè, vel quauis alia vulgari lingua, Horas canonicas, sine facultate, & approbatione Sedis Apostolicae, legeret, & haberet Psalmos, & Lectiones, hoc est, libros Sacrae Scripturae vulgari lingua conscriptos, non posset saltem ex hoc capite excusari à culpa mortali. Et qua ratione licentia celebrandi Missam vulgari lingua non conceditur, nisi à Papa, & ex graui necessitate: ita & licentia recitandi Officium eadem vulgari lingua, non est petenda nisi ab ipso; & non est, nisi vsurpatio alienae iurisdictionis, & in re graui, si quis recitet ex priuata auctoritate, & quasi ex iure proprio, sine tali licentia. Et cum ex eodem Tridentino *sess. 22. cap. 8. citat. de Sacrificio Missae*, in vnaquaque Ecclesia debeat retineri, & seruari antiquus ritus, qui sit approbatus, & permissus ab Ecclesia Romana, omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra, & ex iure communi vnusquisque in Horis canonicis debeat sequi modum, & ritum suae Ecclesiae Metropolitanæ; & ex Bulla Pij V. qui tenentur ad Breuiarium Romanum, & ad morem, & ritum Romanae Ecclesiae, omnino teneantur ad prescriptum, & ad rationem illius: negari non potest, quin etiam haec sit magna audacia, & grauis culpa, ex hoc etiam capite, si quis relicto idiomate sui Breuiarij, Horas recitet ex quouis alio idiomate, à Romana Ecclesia prohibito, aut non approbato, sed sibi tantum probato, & bene viso. Et haec etiam mutatio idiomatis potest dici additio & detractio ad Breuiarium, quae specialiter prohibetur in dicta Bulla, siue ex toto, siue ex parte, cum sit detractio omnium verborum Latinorum, & additio Italicorum. Et quemadmodum non vacaret culpa mortali, si quis ex proprio ingenio, & solum pro arbitratu notabiliter mutaret in Sacrificio Missae vestes sacras quoad solum colorem, aut solam formam; ita & si mutet in Horis canonicis solum idioma, & omnes terminationes, & sonos verborum. Caeteras rationes adducit Baldellus, quas pernes ipsum videbis.

Quid ego sentiam, dicam breuiter. Puto igitur, illum qui lingua Italica, seu vulgari, diuinum officium recitaret licet satisfaceret rezepto recitandi, quia quoad substantiam omnia verba recitaret; peccare tamen grauer: quia sine dispensatione mutaret antiquissimum, & communissimum Ecclesiae vsum: & ob hanc causam Concilium Tridentinum *sess. 22. c. 8. & can. 9.* decreuit, vt Missa non vulgari lingua celebretur: & iure optimo in indice librorum prohibitorum vsus Bibliorum vulgari lingua conscriptorum interdictus est.

Dico secundo: Recitando diuinum Officium, vel Psalmos Hebraica, vel Graeca lingua, etiam sine vlla causa, non solum satisfieri rezepto, sed etiam nullum committi peccatum. Ratio est: quia Sacrae Scripturae semper habitae sunt his linguis non vulgaribus, nempe Hebraea, Graeca, & Latina; & Sancti Apostoli, qui per totum terrarum Orbem sanctum Euangelium praedicarunt, his tantum tribus linguis scripserunt, cum tamen haberent donum linguarum. Rectè itaque dixit Eman. Sà *verb. Hora can. n. 10.* quod potest quis priuatim Officium dicere lingua,

qua, qua velit, vt Græca aut Hebræa; etsi ego, vt vulgari dicar, non facile admiserim,] Ita ille, & ego.

Sed circa præsentem quæstionem, præter Doctores citatos, vide Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 1. c. 7. dub. 14. n. 10.* Castum Palaum *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 2. num. 14.* Faustum de *Horis can. lib. 2. q. 13. 1.* Suarez de *Relig. tom. 2. lib. 4. c. 7. num. 7.* & alios penes ipsos.

An Superiores Regularium possint concedere licentiam laicis, vt in Oratoriis suis prædicent?

RESOL. LXVIII.

Affirmatiuè respondet Baldellus *tom. 2. lib. 1. disput. 2. 1. num. 13.* vbi sic ait: [Nomine Sacerdotis, cuius rogatu permittitur laicis prædicatio, omnis ille videtur intelligendus, qui habet iurisdictionem spiritualem in loco, in quo prædicatio est facienda, quales sunt etiam Superiores Religiosi pro suis Oratoriis, & Ecclesiis. Vnde Episcopus non potest illis prohibere, quominus permittant aliquos laicos, aliqui sufficientes, interdum disserere de rebus diuinis, & prædicare in suis Oratoriis, cum hæc permissio, & concessio illis competat de iure communi, cap. *Mulier. distinct. 23.* & idè non possit Episcopus plus contradicere laico, ne sic prædicet in Oratoriis Religiosis de licentia Superiorum quam possit contradicere ipsismet Religiosis: quanuis, in rigore loquendo, iam possit exigere ab huiusmodi laicis, vt petant ab ipso benedictionem, ad hoc, vt prædicent; quam potest id exigere ab ipsis Religiosis, iuxta Trident. *sess. 5. cap. 2. de reform. & sess. 24. ca. 4. de reform.* & ab vtrisque æqualiter possit exigere, vt prius faciant professionem fidei.] Sic ille. Et ita ego olim respondi Eminentissimo Cardinali ab Auria, in fauorem Mariani Manfredi, Procuratoris laici, qui Panormi, vt omnes sciunt, optime concionabatur.

An Religiosi, & Clerici in sacris, negotiando per alium, peccent mortaliter?

RESOL. LXIX.

Affirmatiuam sententiam tenet nominatim contra me Pater Bordonus in *consil. Regul. tom. 2. resol. 53. num. 98.* Tum, quia, quod alicui non licet suo nomine, nec alieno licebit, *67. reg. in 6.* Tum, quia motiuum prohibitionis præcipuum fuit lucrum, & auaritia, ex citatis textibus, quæ duo maxime damnantur in Clericis præcipuè Religiosis, ob eorum votum paupertatis: auaritia enim hominem cæcum facit, cap. *Auaritia. de elect. cap. Virum. cap. Sicus. dist. 46.* maxime ecclesiasticum, qui nesciat prosequi bonum, & declinare à malo; & omne lucrum in Ecclesiastico vocatur turpe, & damnabile, ex citatis textibus. Sed huiusmodi motiuum non cessat, si Ecclesiasticus per tertium negotietur: quia adhuc animum adiicit auaritiæ, & lucro, aliàs certè non negotiaturus per tertium, si sciret nihil se lucratorum. Præterea, licet negotiatio retrahat Ecclesiasticum à diuinis obsequiis; id tamen non est principale motiuum: quia Clerici, & Monachi ab ineunte Ecclesia, suis persolutis Deo cum gratiarum actione officiis, & obsequiis, se exercebant in operibus manualibus, & illis licitum erat negotiari pro subleuandis propriis eorum indigentis, quod fecerunt Apostoli, & Monachi S. Benedicti, cap. 1. cap. *secundum. ne Cleric. vel Monachi. cap. Clericus. 2. & 4. distinct. 91.* Ex quibus infertur, neque per tertium negotiari posse: quia etiam in hoc casu intenditur lucrum, & auaritia. Ita Bordonus, qui citat pro se Megalium, & Genuensem à me adductos in *resol. 72. de contract.*

Sed communis sententia est in contrarium, teste Hurtado de *contract. disp. 2. difficult. 17.* & præter Molinam, Medinam, Lessium, & Malderum à Bordonis, ex me adductos Antonini Diana Pars IX.

atos, tenet negatiuam sententiam Amicus in *Cur. Theolog. tom. 5. disp. 2. sect. 2. n. 31.* Turrianus in *2. 2. tom. 2. disput. 59. dub. 3. num. 3.* Fagundez de *contract. lib. 5. cap. 12. n. 1.* Diacastillus de *inst. lib. 2. tract. 9. disp. 1. dub. 5. num. 256.* Vvigers in *1. 2. D. Thoma, tract. 9. de contract. in genere, dub. 1. n. 7.* Vvadengus *tract. de contract. disp. 7. dub. 13. num. 6.* Valentia *tom. 3. disp. 5. quest. 20. punct. 5.* Rebellius *part. 2. lib. 9. quest. 1. sect. 2. Salas de empt. dub. 2. num. 8.* Caspensis in *Cur. Theolog. tom. 2. tract. 19. disp. 4. sect. 16. num. 96.* Eminentissimus Lugo, Trullench, & Escobar *vbi infra.* Tum, quia hoc modo cessat ratio prohibitionis: nam neque est aliqua indecentia respectu status, neque Clerici ipsi in ea negotiatione infumunt tempus: tum maxime, quia negotiari per alios nullibi est prohibitum; imò in *Clementina 1. de vita, & honestate Clericorum*, id in simili casu videtur permissum, vt obseruant Vvigers, & Caspensis *locis citatis:* & idè non recedo à sententia, quam docui, & impugnat Pater Bordonus.

Non desinam tamen hic adnotare, aliquos Doctores, circa præsentem quæstionem distinguere: & idè Renatus à Valle in *suo Hipparcho, seu in discept. de Religioso negotiatore, § 5. num. 91.* postquam me citato, sententiam negatiuam adduxisset, sic asserit: [Mihi distinctio adhibenda videtur: nam, si ille alius, per quem negotiatio exercetur, non sit administer, nec habeat rationem concausæ principalis, puto, negotiationem illam per alium, esse Clericis, & Religiosis illicitam; quia is, qui ita negotiatur per tertium, est verè, est propriè negotiator; & sic accipio, quæ habet Straccha *part. 1. Operis de Merc. n. 26.* monstrans, negotiationem per alium constituere verum negotiatorem Ad hæc, talis negotiator, etiamsi tertium adhibeat, verè tamen obnoxius est omnibus illis inquietudinibus, & fluctibus curarum, ob quas negotiatio per se ipsos veratur sacris hominibus. Videmus sanè, maximos quosque negotiatores, etiamsi pluribus ministris non destituantur, agitari animo, & irrequietos semper esse, ac procul ad illo sancto otio, quod in sacris hominibus Ecclesia, & ipsum eorum vitæ institutum deposcit. Itaque talem negotiationem per alium illicitam esse sacris hominibus, pono extra dubium. Sicque accipio Roderic. *tom. 3. qq. Regul. quest. 74. art. 8.* At, si agatur de negotiatione per alium, qui sit concausa principalis; & curas omnes, ac sollicitudines negotiationis exsorbeat; admitto negotiationem per tertium posse per factas personas, & Deo dicatas exerceri: sic enim *suprà, § 2. ratione 8.* rectè positum est, fas esse Religiosis inire contractum societatis cum campore, aut mercatore conferente totam operam: Religiosis ex parte sua, non nisi neruos negotiationis, siue pecuniam conferentibus: in quo ne venialiter quidem peccant, quicquid dicant Mol. *tract. 2. disp. 342. versic. Vtrum autem.* & Guttierrez *tract. de Gabellis, quest. 93. n. 30.* Et sanè huiusmodi negotiatio caret admittione defectuum illorum, ob quos negotiatio malè audire solet; nimirum, obnoxietate mentiendi, vel etiam peierandi, & rixandi; nec habet adiunctam eam mentis dissipationem, quæ auerit negotiatorem ab otio ministeriis ecclesiasticis, & vitæ religiosæ consentaneo. Fateor, iuxta receptum pronuntiatum, quæ per amicum facimus, videri per nos ipsos facta: verum, qui per alium facit, purus manet; cum ille alius solus contrahit fordes, si quæ contrahendæ sunt ex opere, quod exequendum suscipitur. Et ita contingit in hoc negotio.] Hucusque Renatus.

Et ante illum hoc etiam docuerat Franciscus Syluius in *2. 2. D. Thoma, quest. 77. art. 4.* vbi sic ait: [Dico, si personaliter: quia, quod Clericus negotietur per alium, committendo, v. g. pecuniam suo vel consanguineo, vel amico, qui ex ea negotietur, & lucrum deinde cum Clerico diuidat; probabile est, non prohiberi in inre: tum, quia illic solùm prohibetur, ne Clericus per seipsum negotietur, quemadmodum ex citata *Clementina prima* colligitur: tum, quia rationes inhibitionis non pariter locum habent

bent, quando aliquis solum negotiatur per alium, nullam ipse præstans operam, sed solum communicans pecuniam: tum denique, quia sic pecuniam subministrare, non est propriè negotiari; nam & viri nobiles, & matronæ honestæ ita subinde lucrum quærant; nec propterea censentur negotiari. Addendum tamen, huiusmodi mercimonium, & statum Ecclesiasticum dedecere, & vix absque alio Clerici peccato fieri posse. Quod si negotietur ita per alium, ut famulos, aut factores habeat, per quos negotiatio transigatur; verè in iura delinquit, quia hoc propriè est esse mercatorem.] Hæc Syluius.

Ego tamen aduerto cum Eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo de *inst. tom. 2. disp. 26. sect. 3. n. 36.* quod stando in nostra sententia, quam me citato, ipse etiam tenet; possunt Regulares & alij peccare venialiter tantum, etiam si non tota cura omninò relinquatur laico, à quo lucrum accipias; sed retines tibi aliquantulum curæ, sollicitando; dirigendo, instruendo, & quasi superintendendo, quæ videtur esse aliqualis negotiatio per temeripsum. Non nego tamen, quod tanta posset esse hæc superintendencia, ut perveniret ad culpam mortalem: quia perinde esset, ac si per famulum negotieris, quod est in rigore negotiari per teipsum, & opponitur directè & graviter legi ecclesiasticæ: & in hoc consentio cum Renato, & Sylvio.

An filij nati, ex fornicario concubitu habito à sponso, vel sponsa de futuro, sint naturales, an spurij.

R E S O L. LXX.

Contra Sanchez, esse spurios, constanter affirmat Texeda in *Theolog. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 3. contr. 1. num. 33.* quia illa fornicatio, quamvis non sit adulterium perfectum, est tamen imperfectum: nam sponsa de futuro non est soluta, sed desponsata, id est, alteri fide adstricta, cui reuerà promissit fidelitatem seruire, à qua recedere fas non est, neque durante eo statu potest ad nuptias transire: & idèd filij ex eo nati adulterini sunt, loquendo de adulterio imperfecto: & propterea, quia attento iure canonico, soli illi filij dicebantur naturales, qui ex vna concubina domi retenta procedebant, inter quem, & inter quam tempore conceptionis, aut natiuitatis filij nullum erat impedimentum ad contrahendum, ut decidit Innocentius III. in cap. *Nisi cum pridem. §. Persona. de renunc. &* affirmat Menochius de *arbitr. lib. 1. conf. 4. casu 396.* & Salyc. in *Praxi crimin. cap. 14. part. 3. §. Ant. Gomez l. 11. Tauri, num. 91.* ergo, si inter sponsam, & riualem suam erat impedimentum ad contrahendum, filij ex eo concubitu nati, sunt illegitimi.

Obiicit Sanchez: Tempore conceptionis poterant parentes, sponsalibus non obstantibus, matrimonium validè contrahere, quamvis non absque culpa: ergo filij nati ex sponsis de futuro per fornicationem sunt naturales. Respondetur, sufficere sponso habere impedimentum, ut ad nuptias transire non possint, ut filij nati ex illis, per copulam fornicariam nasci dicantur, & sint adulterini; & idèd l. *Si uxor. in princ. ff. ad leg. Jul. de adul. conceditur facultas sponso, ut possit accusare de adulterio cubantem cum sponsa de futuro: ex quo constat, talem concubitum esse adulterinum; imò si sponsus de futuro reperiret Clericum cum sponsa sua de futuro, quamvis illum percutiat, liberatur ab incurfione excommunicationis, ut ibi dicitur: quia in ea fornicatione cum sponsa de futuro reperitur enormis iniuria sponso illata, & illa fornicatio potest dici alieni thori violatio.*

Sed, his non obstantibus, ego sententiæ negatiuæ, quam docet Sanchez, adhæreo, cui etiam adhæret Coninch de *Sacram. disp. 22. dub. 1. n. 7.* Gutierrez de *matrim. c. 1. n. 21.* & Castrus Palauus *tom. 6. disp. 1. punct. 7. n. 10.* Basilius Pontius *lib. 11. cap. 2. num. 7.* Molina de *inst. tract. 2. disp. 167. &*

alij. Quia sponsalia de futuro solum impediunt, ne licitè matrimonium celebreretur; at celebratum non annullant, & consequenter filius procedit ex habitibus ad valdè matrimonium contrahendum. Ergo est naturalis, & non spurius.

Nec obstant rationes contrariæ: nam, esto, illius filius ex coitu sacrilego sit genitus, & ex parentibus impeditis ad legitime contrahendum: quia tamen sacrilegium illud, & illud impedimentum non annullant matrimonium contrahendum; ea de causa filius inde genitus non est spurius. Cum verò lex Tauri disponit, filios naturales debere procedere à parentibus, inter quos iuste absque dispensatione matrimonium esse poterat, verbum illud, *iuste*, intelligi debet, id est, *validè*. Præterea, non solum ex solutis, sed etiam ex matrimonio ligatis, potest filius illegitimus nasci: si enim parentes impediti essent petere, neque obligari reddere, ut contingere posset, cum alter illorum Professionem in Religione emiseric ex alterius consensu, & in illo statu filium procreasset, illegitimus & spurius reputandus esset: quia procedit ex coitu sacrilego, & à personis aliàs inhabilibus ad validè contrahendum, si de facto matrimonium non esset contractum. Sic post alios antiquiores Azorius 2. *part. Insistunt. moral. lib. 2. cap. 6. quest. 8. circa finem.* Suarez *tom. 5. de irregulari. disp. 50. sect. 2. num. 5.* Sanchez, aliis relatis, *lib. 9. de matrim. disputat. 3. num. 5.*

An sponsalia inter impares valeant, vs inter feminam nobilem, & virum ignobilem?

R E S O L. LXXI.

Affirmatiuè ex Molina & aliis, respondet Sanchez de *matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 14. n. 2.* Quia, cum contrahens sit dominus rei promissæ, & concilius notabilis excessus; videtur velle liberè cedere iuri suo, & excessus donationem facere. Et idèd quamvis puella nobilis, & diues malè faciat sponsalia contra patris voluntatem cum ignobili, aut paupere contrahendo, èd quòd exequutio esse nequeat sine aliorum scandalo; & ipsius puellæ dedecore, & ita prodigè, & cum peccato promiserit; tenent tamen sponsalia; & neminem video audere affirmare oppositum, èd quòd est contra Ecclesiæ praxim huiusmodi fidem seruare cogentis.

Sed aduersus Sanchez insurgit Texeda in *Theolog. mor. tom. 2. tract. 1. num. 79.* [Quia, ait ille, scemina illa cum tanto dedecore patris, & propinquorum scandalo implere non tenetur promissionem, neque matrimonium exequi: quia iustitiæ virtus obligare non debet ad actum, qui sine peccato impleri non potest; qualiter interuenit, si puella illa tam nobilis, cum tam inæquali viro matrimonium contrahat cum tanto scandalo, & propria ignominia & patris mortore. Quare dicendum est, quòd quamvis doctrina à nobis tradita vera sit, & sponsalia clandestina de futuro post Concilium Tridentinum sint valida, & obligationem inducant implendi: nihilominus patitur exceptionem, quando ex matrimonio contracto oritur graue scandalum & ignominia alterius contrahentis: quod quidem colligitur expressè ex cap. *Cum in tua. de sponsal.* vbi agitur de fama, & scandalo, vbi Gloss. *verb. scandalo*, & Abbas *ibi n. 4.* dicunt, quando ex matrimonio contracto scandalum timetur inter consanguineos, debere Iudicem illud impedire: quapropter bene potest pater matrimonium filij impedire contra eius voluntatem, quando ex illo timetur scandalum, discordiæ, & inter parentes odium, & inimicitia, ob indignitatem, & vilitatem, ut ita dicam, sponsal.] Hæc omnia Texeda.

Sed non bene inuehitur contra Sanchez: nam Sanch. n. 3. ut legitibus patet, limitauit suam sententiam in casu, de quo loquitur Texeda, nempe, si scandalum magnum ex eo matrimonio probabilitè timeatur. Quia

VICIUS

virtus iustitiæ obligare nequit ad actum, qui sine peccato impleri non potest: sed contrahere matrimonium cum magno illo scandalo, est aperte lethalis culpa, cum notabiliter charitas proximi lædatur, dissoluatur parvum pietas, & cognatorum amicitia; ergo, &c. Vnde, vt dixi, non debebat Texeda Sanchez impugnare. Cuius sententiam sequitur etiam Matt. Perez *de matr. disp. 5. sect. 3. n. 2.*

Nota tamen, quod cautè considerandum est hoc scandalum: non enim quodcumque sufficit: sæpè enim vanæ minæ iactantur, terrorèsq; opponuntur, & discordiarum pericula intentantur; quæ tamen, experientia teste, statim ac cessat ille impetus, & matrimonium celebratur, in nihilum recidunt, facilèque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas. Idem dicerem, quoties est timor probabilis pessimi exitus, vt odij capitalis inter ipsos contrahentes. Et ita docet Menochius *vol. 1. conf. 1. n. 66. Guttierrez in qq. can. lib. 1. cap. 20. n. 23.*

Ex his collige, posse patrem impedire sponsalia filij, vel filia, contra eius voluntatem inita, interueniente prædicto graui scandalo, non verò aliàs: quia, cum filius teneatur fidei seruare, non potest pater tuta conscientia impedire, ne filius exequatur, quod debet.

An clandestinè contrahentes, copula interueniente, teneatur saltem, ratione iniustitiæ vir fœminam uxorem ducere?

R E S O L. LXXII.

NEgatiuam sententiam tenet Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 20. n. 5.* quando animo decipiendi sic contraxit, licet virginem deflorarit: quia, quoties virgo intellexit, vel potuit, & debuit intelligere se decipi, non tenetur deceptor eam ducere: sed in hoc casu fœmina scire debuit, se decipi, cum forma contrahendi matrimonium; tradita in Tridentino, deficiat; & sit tam vulgaris, vt sit crassissima ignorantia id nescire. Ergo.

Sed plus addit, videlicet, non teneri eam ducere, licet vero animo contraxerit illud matrimonium, & eam deflorarit. Probat: quia non tenetur ratione contractus, qui prorsus irritus fuit; nec ratione iniuriæ illatæ, quia ipsa sciuit, vel scire debuit, matrimonium esse nullum, & pœna grauissima dignum. Et confirmatur: quia maiorem intulit iniuriam, quando fictè contraxit: nam vltra deflorationem, interfuit iniuria doli: ergo, si quando fictè contraxit, non tenetur, vt probaui, à fortiori quando verè: cum in vtroque euentu contractus fuerit nullus, & in priori grauior fuerit iniuria. Confirmatur: quia, secundum aliquos, certum est promittentem consanguineæ matrimonium, si Papa dispensauerit, eamque deflorantem non teneri, Papa dispensante, eam ducere, eò quod contractus est iure reprobatus: cum tamen valdè dubium sit, eum contractum esse reprobatum: ergo à fortiori in nostro casu non tenebitur, cum constet matrimonium clandestinum iure reprobatum esse, & redditum prorsus nullum.

Sed, his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Texeda *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 88.* putat enim, in tali casu virum teneti titulo iustitiæ ratione iniuriæ fœminæ illatæ, damnum illud compensare, vel illam ducendo, vel iterum matrimonium cum illa celebrando: quia Concilium Tridentinum, statuens non valere matrimonium clandestinum, non abstulit à contrahentibus obligationem, quam aliàs alio titulo iustitiæ habebant. Nec valet si dicas, fœminam illam fuisse consciam nullitatis illius matrimonij clandestini, & ideò sibi imputare debere damnum ex sua defloratione ortum: quia fœmina illa semper sperauit ab eo, cum quo contraxit, (& ob id se deflorandam obtulit,) remedium, & sui status augmentum; imò & ratione promissionis implicite, & contractus ibi repperiti tenetur, is qui cum tali fœmina contraxit, vel illam

Anthonis Diana Pars IX.

per alium actum legitimum matrimonialem ducere, vel ad dotem addere. Ita ille: qui etiam subdit, si contrahentes clandestinè tempore contractus intentionem habuere se obligandi eo modo, quo possunt; manere obligatos, non quidem in ratione contractus matrimonialis, cum nullus fuerit; sed in ratione sponsalium, propter promissionem singularem in actu illo repertam; quia sponsalia non sunt prohibita clandestinè fieri: & ideò diximus, minorem sexdecim annorum solenniter profitentem, non manere voto solenni ligatum, attento decreto Concilij Tridentini; manere tamen voto simplici castitatis adstrictum, si tempore professionis intentionem habuit se obligandi eo modo, quo potest. Quod tamen ego iterum limito, dummodò talis Professus tempore profitendi intentionem determinauerit ad profitendam castitatem, paupertatem, & obedientiam eo modo sibi possibili. Hæc Texeda.

Quod tamen etiam, quoad hoc vltimum, non admittit Sanchez *num. 6.* Quia contractus externus omninò nullus est; intentio autem sola sine actu externo valido intentionis significatiuo non potest obligare ad sponsalia, quæ sunt contractus inter homines. Nec obstat dicere, in matrimonio virtute claudi sponsalia, & ex alia parte adesse legitimam intentionem: quia, quando explicatur intentio inter puberes per sola verba de præsentibus; consensus de futuro sub eo inclusus, omninò corrui: vnde sola manet intentio destituta signo aliquo externo sufficienti? ad producendam obligationem inter homines. Nec est simile de Professione: quia obligatio voti simplicis est in ordine ad Deum, cui omne cor patet: quare sola intentio sufficiens fuit ad obligandum. Vnde ex his puto, vtranque sententiam, quoad omnia, tam Texedæ, quàm Sanch. probabilem esse.

An Pirata, seu Cursarij, non solum discurrentes mare pontificium, sed alia maria, incidant in censuram Bullæ Cœnæ?

R E S O L. LXXIII.

CAsus est practicabilis in his calamitosis temporibus. Et quidem Grassius *lib. 4. decis. cap. 18. num. 53.* exponens Bullam Xysti V. & Suarez *de cens. disp. 21. sect. 2. num. 18.* exponens Bullam Clementis VIII. asserunt, non solum excommunicari discurrentes mare Ecclesiæ; sed omnes Piratas deprædantes in mari Christianorum, & in hoc sensu explicat Grassius illam particulam, *Mare nostrum*, id est, Christianorum.

Mihi verò magis placet opinio asserens, solos latrones maritimos, qui discurrent mare Ecclesiæ, præsertim à monte Argentario, vsque ad Tarracinam, hoc loco excommunicari. Imò etiam puto, quod mare pontificium censendum videtur, quod ad Pontificem pertinet, etiam mediatè ratione feudi, sicuti pertinet mare Tyrrenum, quod Regnum Neapolitanum, Corsicam, Siciliam, & Sardiniam attingit, vti notauit, aliis relatis, Bonac. *tom. 3. de cens. disp. 1. q. 4. punct. 2. num. 4.* E contra verò discurrentes per mare sub alterius dominio constitutum, ibique deprædantes, etsi veri Piratæ sint; in hanc tamen excommunicationem non incidunt: quia non comprehenduntur sub verbis Bullæ, ibi, *mare nostrum discurrentes.* Quod etiam docet Castus Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 4. num. 3.* Et ratio est: quia pœnæ sunt favorabiliter interpretandæ: cum ergo lex ista pœnalis sit, intelligenda erit in ea verborum significatione, quæ accommodatior, & magis propria fuerit, qualis est explicare particulam, *mare nostrum*, in censura Pontificis, de mari Ecclesiæ; hoc enim proprius dicitur mare Pontificis, quàm ipsiusmet in propria persona loquentis, mare Christianorum dicatur.

Sed ex his oritur alia quæstio, an Piratæ in dictam censuram incurrant discurrentes per mare pontificium, si nullam

nullam deprædationem actu exercent? Et affirmatiuè respondent Duardus, Toletus, Reginaldus, Bonacina, & sub dubio Suarez *de cens. disp. 21. sect. 2. n. 19.* Quia actio sub excommunicatione in his Bullis prohibita, est maritimus discursus animo deprædandi: aliàs si deprædatio, mutilatio, vel occisio necessaria foret, uti in Bullis Iulij II. & Gregorij XIII. expressum erat; ut quid à tempore Clementis VIII. hæ actiones à Bullis expunctæ sunt? Hæc sententia est satis probabilis.

Sed negatiuam sententiam probabilem etiam esse existimo; & ut verum fatear, ei magis adhæreo cum Soufa *in Bull. Cæna, cap. 4. disput. 26. num. 2.* qui citat Viualdum, & Sayrum, cui adde Castrum Palaum, *vbi supra, num. 5.* Et probatur: Latrones maritimi non excommunicantur absolutè, sed in ordine ad deprædationem: ergo, si nullam exercent deprædandi actionem, excommunicationis gladio non feriuntur. Patet consequentia. Probatum antecedens: Quia latrones non dicuntur, nisi à latrociniis; unde, qui nullam actionem latrocinij exercent, latrones dicendi non sunt, saltem in actu, & foro externo: ergo quandocumque latrones absolutè excommunicantur, intelligendi sunt exercentes latrocinij actiones: verba enim cum effectu accipi debent, ut habetur *l. 1. §. Hac autem verba. ff. quod quisque iuris.* Ex hoc sequitur si latrones maritimi mare Pontificis discurrant, etiam cum intentione deprædandi, si nullam deprædandi actionem exercent, non excommunicari: sola enim intentio ad censuram incurrendam non sufficit, nec omnis discursus prohibetur. Dixi, si nullam actionem deprædandi exercent: quia non opus est, quod de facto deprædatio sequatur: satis enim est, quod deprædari nitantur occidendo, mutilando inuadendo, aut insequendo. Itaque dicendum est, quod Piratæ, & latrones, non ab intentione deprædandi, sed à deprædatione ex officio, & proposito facta, denominationem recipiunt, teste Ambrosio Calepino, *verbo Pirata, & seqq.* Quapropter verba illa Bullæ, *mare nostrum discurrentes*, appositæ censenda sunt ad præcedentia; ita ut sensus sit: *Excommunicamus omnes Piratas, Cursarios, & Latrunculos discurrentes mare nostrum*, id est, qui mare nostrum discurrunt. Unde, cum Piratæ, Cursarij, & Latrunculi non sint ante deprædationem; hac excommunicatione aduersus Piratas lata, non afficiuntur, tamen si eo animo discurrant. Quod verò Pontifices prædictas actiones mutilationis, occisionis, deprædationis in aliis antiquioribus expressas omiserint; id videtur factum, quia ea expressio necessaria non erat; siquidem expresso nomine *Pirata* satis subintelligebantur.

Nota hîc etiam primò, quod qui ex officio nauticum latrocinium non exercet, casu tamen semel nauigantem deprædatur; censuram Canonis huius non incurrit. Secundò: qui indicto bello, siue iusto, siue iniusto hostes deprædantur, in hanc excommunicationem non incurrunt: quia non animo deprædandi, sed vindicandi, & puniendi hostes, sequè ab illis defendendi, deprædationem committunt. Tertiò: qui deprædantur infideles, siue iustè, siue iniustè id faciant, per hanc clausulam non excommunicantur. Sed ex hoc ultimo notando insurgit difficultas, an deprædantes infidelium nauim à Christianis assecuratam, incidunt in censuram Bullæ? Affirmatiuè respondet Bonacina *tom. 3. disput. 1. quest. 4. punct. 1. num. 13.* quia censendi sunt Christianos spoliare, penes quos stat periculum rei assecuratæ. Idem affirmat *num. 11.* casu, quo à Principe Christiano securitatis priuilegium concessum esset: quia cedit ea deprædatio in damnum, & iniuriam Christiani Principis, sitque contra voluntatem, & intentionem Summi Pontificis. At ego adhæreo sententiæ negatiuæ Castri Palai *tom. 6. disp. 3. n. 7.* quia huiusmodi damnum per accidens est, neque ex vi deprædationis infidelium necessariò sequitur, quia de causa non videtur sufficiens ad excommunicationem hanc inducendam: maximè, cum hæc excommunicationem non aduersus damnum inferentes Christianis; sed

aduersus eos, qui Christianos deprædantur, statuta sit: at deprædantes nauim, & merces infidelium, tamen assecuratæ sint à Catholicis, dici non possunt Catholicos deprædari; cum non deprædentur bona Catholicorum, neque ad Catholicos pertinentia. Ergo in hanc excommunicationem non incurrunt.

An mulier quinquagenaria soluta sit ab obligatione ieiunandi?

R E S O L. LXXIII.

Sententiam affirmatiuam docet doctissimus Narbona *in Annalibus Iuris, an. 60. n. 13. & 14.* vbi post multa ait: [Ergo securè defendi poterit, nedum sexagenarias fœminas, verum etiam quinquagenarias à ieiunij vinculo, & obligatione in posterum eximi, non aliter, atque sexaginta annorum homines liberari diximus. Quod in vtriusque sexus personis adèò verum est, ut quamuis prædictæ ætatis vltimus annus inchoatus solummodò; non verò exactus, & mathematicè completus sit; prædicta ieiunij excusatione vti possint: quia in fauorabilibus annus inceptus habetur pro completo.] Ita ille: cui etiam videtur adhærere alius Iurisconsultus Henricus Zoësius *in lib. 3. Decret. tit. 36. num. 10.* Et hanc sententiam, tanquam probabilem admittit nouissimè Machado *de perf. Confess. tom. 1. lib. 2. p. 4. tr. 3. docum. 9. n. 4.* & P. Pellizzar. *in tract. de Monial. c. 6. n. 25.* qui addit, hoc non solum procedere quoad ieiunia Ecclesiæ, sed etiam à præscriptis à Religione: sic itaque ait: [Cum Sanchez non improbabiler asserat, fœminas quinquagenarias excusari etiam à ieiuniis communibus Ecclesiæ; probabiliter item dici potest, Moniales quinquagenarias excusari etiam à ieiuniis præscriptis in Regula. Moueor ex doctrina, quam tradit idem Sanchez *lib. 4. mor. c. 11. n. 54.* nimirum, ætatem sexagenariam, sicut excusat viros à Præcepto ieiunij, ita & excusare à voto ieiunij, cum talia vota non obligent aliter, quàm Præcepta Ecclesiastica de iisdem rebus, (si tamen aliter non constet de intentione vouentis.) Quod si hoc procedit de obligatione ieiunij ex voto, à fortiori procedet de obligatione proueniente ex Professione religiosa; & si admittitur de vtriusque.] Hæc Pellizzarius. Et idèò hanc sententiam tam fœminis fauorabilem, ego non audeo, tanquam improbabilem, damnare, ut ex Layman damnat Alphonsus Leone *de cens. recollect. 5. n. 471.* memor verborum Salomonis: *Non est ira super iram mulieris.* Idèò iudicent alij, an sit probabilis, necne.

Nota tamen, doctrinam à Narbona, & Pellizzario superius adductam de anno quinquagesimo quoad mulieres, & de anno sexagesimo quoad viros, incepto tantum, & non completo, minimè approbati à multis, & præsertim à Patre Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tractat. 3. cap. 2. sect. 4. num. 37.* Quia (ait ille) in iure talis ætas non est determinata; sed eius determinatio dependet ab hominum arbitrio, qui non excusant ante talem ætatem à ieiunio. Et licèt aliqui censeant sufficere annum sexagesimum inceptum, idque fundent in eo principio, videlicet, in fauorabilibus annum inchoatum haberi pro completo, nihilominus id puto verum esse, quando in iure, vel etiam arbitrio prudentum est præfixus terminus: at in casu nostro non est ita; quia neque in iure, neque communi hominum iudicio habemus tempus determinatum; in quo fideles à ieiuniis Ecclesiæ eximantur; sed ut vidimus, in assignatione huius temporis diuersæ sunt Authorum opinioniones: proinde illa sententia, quæ asserit, eum, qui attingit sexagesimum annum, non teneri ad ieiunium, mouetur, quia in tali ætate existimant incipere virium defectum. Altera verò opinio, quæ non ponit hanc exemptionem, nisi vsque ad septuagesimum annum, ducitur ad hoc, quod iudicet, vsque ad talem ætatem esse sufficien-

tes vires : & in hac re discurrendum est , sicuti in qualitate requisita ad furtum mortale : nam alij materiam notabilem furti existimant quinque , alij sex argenteos , &c. & non in minori quantitate ; & consequenter docent , si ex determinata quantitate ad furtum mortale vnum obolum deficiat , materiam illam non esse notabilem , & sufficientem ad culpam grauem : eodem prorsus modo est ratiocinandum in casu nostro. Ergo, &c.

At , his non obstantibus , puto , probabiliter aliquos asserere , annum sexagesimum sufficere esse inchoatum , vt quis à ieiunio liberetur : & ita , præter Narbonam , me citato , *vbi supra* , num. 15. tener vterque Sanch. Medina , Trullench , Parisius , quos adducit Bardi numer. 34. quibus adde , me citato Pasqualigum *in praxi de ieiunio* , decis. 258. Et , me citato , Alphonsum de Leone *tract. de censuris* , *recollet. 5. num. 472.* Et ratio est : quia in fauorabilibus annus inchoatus habetur pro completo , vt colligitur ex l. *Qua astate. ff. de testamentis.* Et Gloss. *ibi* , *ver. Dia ergo.* loquens de die , ait , diem inceptum haberi pro completo. Et confirmari potest à pari : nam in promotione ad sacros Ordines satis est , vt promouendus , v.g. ad Presbyteratum , attigerit vigesimum quintum annum , sicut etiam ad contrahendum matrimonium sufficit in masculo decimus quartus annus inceptus , in fœmina duodecimus pariter inchoatus , vt Doctores communiter testantur. Adde doctrinam Patris Lezzanzæ *in Sum. qq. Regul. tom. 1. ver. Annum* , num. 7. & aliorum asserentium , quod in dubio in fauorabilibus sufficit annus inchoatus. Nec obstat dicere cum P. Bardi , quod hoc procederet , quando omnes Doctores conuenirent , annum sexagesimum excusare à ieiunio ; quod non est verum : nam doctores , qui illud docent , rectè inferunt , sufficere annum sexagesimum inceptum. Non nego tamen , sententiam Patris Bardi esse satis probabilem. Nota etiam hic obiter cum Escobar *in Theolog. mor. tractas. 1. exem. 13. capit. 3. num. 104.* cum , qui vouit ieiunare toto vitæ tempore , post annum sexagesimum non teneri amplius ieiunare : quia , cum cessat obligatio ieiunij , cessat obligatio voti , & vita senis ad ieiunij laborem , quæ 60. anno terminatur. Dummodo , vt , me citato , optimè obseruat Narbona *vbi supra* , num. 9. votum non fuerit emissum post annum 60. sed antea : quia in tali casu cum eo impedimento se obligauit. Ergo tenentur ad ieiunium. Vide Tamburinum *de iur. Abbat. tom. 2. dist. 12. quest. 5. num. 7.*

An Superiores Religionum possint aliquem Clericum ad statum laicalem transferre?

R E S O L. LXXIV.

Cum casus discuteretur in Sacra Congregatione Episcoporum , & Regularium , de illo interrogatus respondit , docere negatiuam sententiam Nauarrum *in cap. Quando. quest. 22. num. 20. de Consecr. dist. 1.* quia Superior Religionis nequit Religioso concedere facultatem transeundi ad laxiorem Religionem. At constat , statum laicorum esse laxiorem , & minus perfectum. Et confirmatur : quia D. Thomas ab omnibus receptus , 2. 2. *quest. 189. art. 8. ad 2. docet* , ex Monachis arctioris vitæ (laicis tamen) licere transitum ad Canonicos Regulares , vbi Clerici futuri sunt , & non è contra. Quod Ordo Clericorum sit alior , iuxta illud D. Hieronymi ad Rusticum : *Sic vine in Monasterio , ut Clericus esse merearis.*

Verum affirmatiuam sententiam tenendam esse puto , vt patet ex praxi ; & idè hoc supponunt , tanquam certum , Azorius *tom. 1. lib. 50. cap. 6. q. 7. Sotus de inst. lib. 10. quest. 5. art. 5. Aragon. in 2. 2. q. 83. art. 12. dub. 4. in 4. arg.* Ledesma *in Summa* , tom. 2. *tract. 9. cap. 4.* quibus adde Pellizzarium *in Manual. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 69.* & alios. Et ratio est : quia , vt optimè obseruat Sanchez *in Summa* , tom. 2. *lib. 6. cap. 7. num. 80.* in tali casu nullatenus substan-

tialis Religionis status variatur ; sed illæsus manet : nec hic ad Religionem aliam transfertur ; sed cum eisdem illiusmet numero Religionis votis , verus illius Religionis alumnus manet. Præterea , quia etiam transeundi ad Religionem aliam laxiorem concedere potest licentiam Prælati , nedum ad inferiorem quendam statum intra eandem Religionem ; eò vel maxime quod , etsi humilior sit is laicorum status , & ad inferiora ministeria deputatus ; est tamen durior , & asperior : & iuxta maiorem , aut minorem austeritatem , pensandam esse puto maiorem , aut minorem Religionis perfectionem quoad hunc transitum. Nec obstant in contrarium adducta : nam ad primum negatur antecedens , & esto ; id esset verum , non est hic transitus ad laxiorem Religionem , vt explicuimus. Ad confirmationem respondeo , loqui D. Thomam de transitu ad aliam Religionem , & retenta sua doctrina , qua censet , maiorem Religionis perfectionem , quoad hunc transitum , attendi penes maiorem perfectionem in se , & ministeriorum , ad quæ deputatur ; & non penes maiorem arctitudinem , cuius contrarium firmat Sanchez *vbi supra* , num. 21. Ergo , &c.

Sed supradiçtis obstat Decretum Clementis VIII. *in Inst. super recep. & educat. Noui. §. Tempore.* in quo sic habetur : *Si qui ad Conuersorum Habitum recepti fuerint ; ad clericalem statum transire , etiam durante tempore probationis , non possint.* Ergo dicendum est , quod etiam neque Clerico ad statum laicalem transire licebit. Respondeo cum Bordonio *in consil. Regul. tom. 2. resol. 54. n. 229.* vbi sic ait : *[Aduerte autem , quod qui ad Conuersorum Habitum recepti fuerint , ad Clericorum statum transire non possunt , etiam durante tempore probationis , vt dicitur expresse in Inst. Noui. §. Tempore verò.* Clem. VIII. de transitu verò Clericorum ad statum laicalem , & Conuersorum , nihil dicitur : vnde Papa non videtur hunc prohibere transitum : negatio enim vnus est alterius inclusio , ex cap. *Nonne de presumpt. & concessum* censetur , quod non est expresse prohibitum , cap. *Sunt nonnulli. 25. 16. quest. 1. cap. Jam nunc. 7. 28. quest. 1.* Hæc omnia Bordonus : ex quibus verbis aperte patet , posse Superiores transferre Clericum ad statum laicalem , neque Decretum Clem. VIII. excludit casum nostrum : nam Superior Religionis , ad quem spectat , non transtulit laicum ad statum clericalem , sed Clericum ad statum laicalem , quod Pontifex non prohibet , & , vt dixi , praxis Religionum demonstrat , & communis Doctorum opinio confirmat , inter quos multi scripserunt post dictum Decretum Clementis. Ergo , &c.

An adstrictus sponsalibus iuratis , si postea emittat Religionis votum , possit adhuc matrimonium contrahere , animo ingrediendi Religionem ante consummationem?

R E S O L. LXXV.

Negatiuè respondet , & peccare mortaliter ex Sanch. & Gutierrez docet Castr. *Pal. tom. 5. disp. 1. punct. 16. n. 8.* eò quod sic contrahens manifestissimo periculo te obicere censeris ; quod illicitum est , nisi aliqua causa graui excuseris ; qualis esset , si alia via non tibi pateat aditus securus Religionem ingrediendi ; vel honori fœminæ , aut prolis bono consuli non possit.

Verum non peccare mortaliter , imò esse ei licitum ex Caiet. Ledesma , & Rodriq. docet Texeda *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 237.* Quia , qui voto Religionis adstrictus matrimonium contrahit , non peccat contra votum , vt manifestum est : quia votum Religionis , seu castitatis , solum obligat ad non contrahendum cum animo consummandi ; aliàs nunquam esset licitum absque obtenta priùs dispensatione eo animo contrahere , quod falsum est , vt constat in eo , qui voto ligatus Religionis aliter non potest votum suum implere , nisi priùs matrimonium

inuenendo, ut si perclusus detineatur, & timeat amittere vitam. Secundò, quia aliàs, si sententia horum authorum esset vera, sequeretur, quòd qui eo animo contraxit, teneretur postea non ingredi Religidaem. Tertio, quia nulla iniuria ex matrimonio sic contracto infertur alteri coniugi, nec Sacramento, ergo, &c. Probatum antecedens pro utraque parte: nam, qui matrimonium contraxit, potest absque iniuria alterius ad Religionem transire: nam ex sententia omnium Doctorum, & est expressum in Iure, conjugatis conceditur bimestre, intra quod possunt ad Religionem transire, relicto statu matrimoniali: cum enim Religiosus status excellentior sit statu matrimoniali; in ipso contractu matrimonij, aut sponsalium, clauditur conditio hæc, nisi alter sponsus velit ad Religionem migrare; & eadem exceptio subintelligitur in iuramento, cum nemo præsumatur contra id, quod est consilium euangelicum, jurare velle: ergo voto Religionis adstrictus sic matrimonium contrahendo, nullam iniuriam infert alteri coniugi: imò si aliqua esset, illa sequitur per accidens, cum vouens utatur iure suo. Quòd etiam nec irrogetur iniuria Sacramento, ostendo: quia copula, seu matrimonij consummatio, non spectat ad substantiam eius: ergo bene potest stare verum Sacramentum matrimonij absque eius consummatione: & idèò utranque sententiam satis probabilem existimo. Sed stando in affirmatiua, infertur contra Sanchez lib. 1. disputat. 43. num. 11. & Gutierrez capit. 225. num. 3. licitum esse ei, qui sponsalia iurauit, etiam nullo voto adstrictus, matrimonium contrahere cum animo ingrediendi Religionem ante eius consummationem: quia ex tali modo contrahendi matrimonium, nulla per se sequitur iniuria alicui, & aliàs ipse contrahens utitur iure suo: imò si quæ iniuria alteri contrahenti sequatur, illa est per accidens, cum alter coniux possit, & teneatur præuidere, non obstante matrimonio inito, licitum esse alteri coniugi ad Religionem transire gratia melioris frugis, & meliorandi vitam, & statum: quod quidem etiam ipsi concessum est.

Sed, quid dicendum, si iuramento sponsalia firmata sint? Potestne iurans, sponsa deserta, Religionem ingredi? Negat Rebellius lib. 4. q. 8. sect. 6. concl. 2. Sed mihi magis placeat opinio Pontij lib. 12. cap. 10. num. 9. & aliorum, asserentium posse: quia iuramentum sequitur naturam actus, cui adhæret, cap. *Quemadmodum de iureiurando. leg. fin. Cod. de non numerat. pecun.* At natura promissionis matrimonij, cui iuramentum adhæret, imbibit conditionem: nisi promittens velit Religionem ingredi; quæ conditio cum non insit sponsalibus ex iure positivo, sed ex naturali, aut diuino privilegio; nequit ab Ecclesia ab sponsalibus iuratis excludi: siquidem sponsalia iurata exequi non est ita perfectum, ac est Religionis status: aliàs ex matrimonio rito iurato non esset licitus transitus ad Religionem, quod non est dicendum. Certum est tamen apud me, quòd si votum Religionis emisisti ante sponsalia, & fornicam deflorasti sub fide data de matrimonio; teneris illam ducere, omisso voto, Ita contra Nauarrum, Rodriquez, & alios tenet Layman lib. 5. tit. 10. par. 1. cap. 2. n. 4. Coninch disp. 23. dub. 3. concl. 6. & alij non ob promissionem præcisè, sed ob traditionem sui corporis tibi bona fide factam sub conditione, & pacto matrimonij futuri, & sub illius spe: æquitas namque naturalis non patitur, ut cum tanto damno proximi in Deum liberalis existas.

Et tandem quæram etiam hinc obiter, an sponsus, qui post sponsalia votum emisit castitatis, committat aliquam culpam? Circa quam difficultatem Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 46. num. 10. Layman in Summa, tract. 10. de spons. n. 6. affirmant, huiusmodi vouentem non liberari post sponsalia vouendo castitatem ab aliqua culpa; & idèò dicunt, sponsus post sponsalia votum castitatis emittendo, peccare mortaliter, nisi vouendo intendat transire ad Religionem: & idèò fatentur, huiusmodi votum non esse licitum. Cæterum omninò affirmandum est cum Soto in 4. dist. 27.

quest. 2. artic. 5. Couarruua in Epitom. de sponsal. cap. 3. huiusmodi votum esse licitum, nec proinde sponsus sic vouendo aliquam committere culpam. Ratio est: quia huiusmodi votum est de meliori bono: ergo est licitum, nec proinde vouendo peccat. Nec obstat dicere, quòd sponsus nequit vouere in præiudicium alterius sponsi, excepto voto Religionis: ergo, cum votum castitatis sponsalibus superueniens præiudicet alteri sponso, nequit validè, & absque peccato fieri. Respondetur ex dictis, quòd in sponsalibus subintelligitur exceptio, id est, clauditur hæc conditio, nisi alter sponsus velit ad perfectiorem vitam transire: & idèò liberum est utrique coniugi votum simplex castitatis facere, aut assumere Ordines: quare sponsus illud votum emittens, nec alteri sponso damnum infert, nec illicitè facit; cum utatur iure suo, atque adèò nullo modo vouendo peccat.

An sponsalia iurata dissoluantur ex mutuo consensu, etiamsi iuramentum intuitu pietatis emissum fuerit?

RESOL. LXXVI

Suppono, sponsalia ex mutuo contrahentium consensu dissolui ex textu in cap. 2. de sponsalibus, ubi Innocentius inquit: *Videtur, quòd instar eorum, qui societatem interposita fide contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.* Res enim per quascumque causas nascitur, per eas dissolui potest, si solubilis est ut est regula Iuris, & cap. *Omnis res. 27. q. 2. & obligationes, quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluantur, §. vlt. Institut. Quib. mod. oblig. tollant.* Debet autem huiusmodi remissio sponte fieri, non coactè, aliàs nulla erit. Ex hac doctrina procedit, quòd etiamsi iuramento sponsalia confirmata sint, possunt ex mutuo consensu dissolui: quia iuramentum, quòd in fauorem alterius factum est, tacitam imbibit conditionem, nisi alius remiserit.

His suppositis, quæritur, an si iuramentum sponsalibus adiectum, esset principaliter in honorem Dei factum, possint sponsalia confirmata mutuo consensu remitti: ut, si Titius, v. g. iuret Caia pauperi, se eam ducturum, ubi tota promissio cedit in fauorem Caia: & affirmant Sanch. lib. 1. de matrim. disputat. 25. num. 8. Henriquez lib. 1. de matrim. cap. 14. num. 8. posse sponsalia mutuo consensu dissolui, etiamsi iuramentum sit principaliter in honorem Dei factum.

Sed contrarium videtur tenendum ex mente D. Thomæ in 2. 2. q. 89. art. 9. ad 2. in illis verbis: *Quòd homo potest alteri promittere aliquid dupliciter. Vno modo, quando promittit aliquid pertinens ad utilitatem ipsius, puta, si sub iuramento promittat, se seruiturum ei, vel pecuniam daturum, & à tali promissione potest absolueri ille, cui talis promissio facta est: intelligitur enim iam soluere promissionem, quando facit secundum voluntatem eius. Alio modo, quando promittit aliquid alteri, quod pertinet ad honorem Dei, vel utilitatem aliorum, puta, si aliquis sub iuramento promittit alicui se intraturum Religionem, vel aliquod opus pietatis facturum: tunc ille, cui promittitur, non potest absolueri promittentem: quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo.* Hæc D. Thomas, ubi affirmat expressè, cum aliquid promittitur intuitu pietatis, & Religionis principaliter, remitti non posse. Eandem sententiam sequitur Soto lib. 8. de iust. quest. 1. artic. 9. ad 2. Ledesma de matrim. quest. 43. art. 13. Syluester verb. *Iuramentum*, 9. quest. 5. Nauarr. in Summa, cap. 22. Couarruias de pact. 1. par. 5. 3. num. 1. Et probatur manifesta ratione: quia, quando iuramentum est principaliter in honorem Dei præstitum, confirmando aliquam promissionem homini factam; Deus est principalis creditor, cui ex merito talis iuramenti fuit acquisitum ius: ergo sine authoritate Dei, vel eius, qui eius vicem gerit, nequit remitti, nec relaxari. Confirmatur: quia iuramentum

rum factum Deo intuitu pietatis, & principaliter propter honorem eius, æquiualeat voto, ut bene Sotus: ergo, cum in voto nulla persona priuata possit dispensare, eò quòd soli Deo sit ius acquisitum; nec etiam in eo iuramento.

Nec obstat dicere, quòd quauis iuramentum Deo sit præstitum, ipse Deus recipit illud in utilitatem partis: ergo pars, cui debetur, remittere potest; sicut alia debita condonare. Respondetur enim, hanc rationem esse valde sterilem: & idèò, concessò antecedente distinguo consequens: nam, si iuramentum propriè, & principaliter intuitu partis præstitum est, verum est: si autem intuitu pietatis, & Religionis principaliter, & in honorem Dei illud acceptantis, falsum est. Quare egregiè dixit Sotus in huiusmodi promissionibus homini factis sub iuramento semper esse inquirendam promittentis, seu iurantis intentionem; atque si fuerit principaliter in fauorem partis, cui fuit facta promissio; iuramentum per consensum eius potest relaxari; si verò principaliter in honorem Dei, ac intuitu pietatis; minimè potest. Et bene addit D. Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 3. promissionis iuramentum confirmatorium erga hominem præstitum, relaxari non posse sine eius, cui fuit præstitum, consensu: quia per illud iuramentum, ius homini acquisitum est: quo iure priuari non debet sine eius consensu, sicut nec de aliis bonis propriis.

Verum, sicet huic opinioni ego adhæream, sententiam tamen Sanchez, tanquam probabilem, admitto: quam

etiam tuetur Pontius *de matrim. lib.* 12. *cap.* 9. n. 2. Gurtierrez *c.* 24. *num.* 1. Coninch *disp.* 23. *dub.* 1. & Cattr. Palaus *som.* 5. *disp.* 1. *punct.* 17. n. 4. & alij.

Notandum est tamen, quòd licet *suprà* dixerimus, quòd sponsalia mutuo consensu dissoluuntur; tamen hoc intelligendum est de sponsalibus puberum: nam de impuberum sponsalibus alia ex dispositio, ut constat ex cap. *De illis. el.* 1. cap. *A nobis. de sponsalib. impuber.* quippe impuberes sponsalia contrahentes resilire non possunt, quousque pubertatem nacti sint: & merito, ne passim resiliant, & passim contrahant. Adueniente pubertate, qui prius illam attigerit, resilire potest: neque opus habet expectare pubertatem alterius, cum solum ex eius dissensu post pubertatem permissò sponsalia dissoluantur. Quinimò statim ac pubertatem attigerit, reclamare debet, alioquin sponsalia firmavit, ac si post pubertatem illa contraxisset. Hunc tamen dissensum, & reclamationem, esto, Thomas Sanchez *num.* 16. & Gurtierrez *num.* 7. censent, pro foro conscientie sufficere, si interius fiat, mihi contrarium placet: nam, sicut ad contrahenda sponsalia non sufficit interior consensus, nisi exterius manifestetur: sic nec sufficere potest ad contracta dissoluenda dissensus interior, nisi manifestetur exterius: uti notauit Pontius *disco. capit.* 9. *num.* 5. Manifestari autem expedit coram Episcopo, vel eius Vicario; & ipsis deficientibus, coram honestis personis, iuxta textum in cap. *fin. de appellationibus.* & tradit, aliis relatis, Sanchez *lib.* 1. *disputat.* 51. *num.* 17. & Gurtierrez *cap.* 19. *num.* 7.



TRACTATUS OCTAVVS MISCELLANEVS.

An Hæreticus non denunciatus possit absque incurfione excommunicationis in Ecclesia sepeliri?

RESOL. I.



FIRMATIVAM sententiam docet Henriquez *lib.* 13. *capit.* 11. *numer.* 3. ubi sic ait: [Prohibentur Christiani propriis tantum manibus deponere in sepulchro loci facti cadaver eius, qui fuerat publicè denunciatus, & incurrunt excommunicationem maiorem, si id scienter præsumant. Si tamen denunciatus non fuerat, non peccat sepeliens: quia sepultura pertinet ad diuinum Officium, in quo tunc tantum peccat, cum inducit excommunicatum non paratum: in proposito autem constat, non peccare cadaver defuncti. Sub eadem excommunicatione prohibetur sepelire Hæreticos, vel illorum fautores. Qui casus sub priori comprehenditur, in quo oportet fuisse denunciatos de hæresi.] Ita ille.

Confirmatur hæc opinio ex his, quæ notat Hæreticus Nicolaus Millerus in *addit. ad Commen. Martini Rumelini super Auream Bullam Caroli IV. part.* 3. *dissert.* 2. *num.* 6. ubi ita asserit: [Obseruandum, cum ad antiquissimam Pataviæ Academiam innumeri studiosi Augustinæ Confessionis, ac Reformatæ Religionis addicti accedere soleant, ibique sæpè vnus, vel alter, ut fert fortuna mortalium, è viuis decedat; Serenissima Respublica Veneta nationibus hisce exoticiis, etiam si diuersæ Religionis sint, singulari priuilegio ius sepulturæ in Ecclesiis concessit. Quod ius, cum meo tempore, Anglo cuidam Reformatæ Religionis

piè defuncto ab Ecclesiæ Parocho denegaretur, eò quòd priuilegium hoc Pontificum decretis repugnaret; contrariè enim Religionis addictos in Cœmeteriis Catholicorum sepelire Canonibus aduersatur: attamen Parochus Anglo sepulturam concedere à prætorè Ciuitatis Pataviæ per viam iuris adactus fuit.] Ita ille.

Sed ego puto cum Filiucio *som.* 2. *tract.* 22. *cap.* 7. n. 229. & Trullench in *Decalog. som.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 1. ut Hæretici sint priuati ecclesiastica sepultura, non esse necessè, ut sint nominatim denunciati; sed satis esse, manifestè constare ipsorum hæresim: nam hoc specialiter cautum est in Hæreticis propter criminis enormitatem: debet enim Hæreticus ita notoriè decedere, ut nulla tergiversatione eius malitia celari possit: aliàs priuari non debet sepultura. Et hanc opinionem tenet etiam Castrus Palaus *som.* 1. *tract.* 4. *disp.* 4. *punct.* 4. *num.* 1. sic asserens: [Non est dubium, Hæreticum, vispote excommunicatum, priuatum esse omni officio, & munere, quo excommunicatus priuatus est. Quapropter neque potest Sacramenta recipere, neque ministrare, neque actum Ordinis exercere; neque alia munia obire, quæ interdiciuntur excommunicato. Quòd si moriatur, caret ecclesiastica sepultura, cap. *Sicut. de Hæret. in fin.* Et cap. *Excommunicamus. d.* 1. §. *Credentes. de Hæreticis.* extenditur ad Hæreticorum fautores, & defensores: debet autem Hæreticus ita notoriè decedere, ut nulla tergiversatione eius malitia celari possit, aliàs priuari non debet sepultura. Quòd si, non obstante hac notorietate, sepelire illum præsumpseris, excommunicatione innodaris, ex cap. *Quicumque. de Hæreticis. in 6.* & ibi Gloss. & suspectus de hæresi redderis.] Hæc Palaus. Et idèò optimè obseruat Baldellus in *Theol. mor.*

som. 2.

tom. 2. lib. 1. *dispus.* 42. *num.* 1. quòd cum Hæretici non sint vitandi, nisi quando à Iudice sunt denunciati; rectè colligitur generaliter, quòd non peccent, qui cum illis liberè tractant, & conuersantur, etiamsi certò sciant eos esse Hæreticos excommunicatos; imò etiamsi id sit notorium, & publica voce circumferatur; & siue id accadat in iis locis, in quibus hæreses impunè grassantur, v. g. in Anglia, & Germania; siue in aliis quibuscunque. Ex quo principio colligitur specialiter, quòd non peccant, qui cum Hæreticis quibuscunque non denunciatis simul orant, vel Concionem sacram, an Missam audiunt, more, & ritu verè catholico, vel eorum funus comitantur, eosque ad sepulturam deducunt, quando sepeliuntur more Hæreticorum. Quia hæ communicationes, cum sint in rebus licitis; licitæ omninò sunt, quantum est ex rei natura; neque sunt illicitæ ratione excommunicationis, & censuræ, cum hæc non operetur obligationem vitandi, etiam in diuinis, ni sequuta denuntiatione. Et quemadmodum licitum est comitari excommunicatum viuente, non denunciato, etiamque deducere, quocunque voluerit: ita & est licitum comitari iam mortuum, eiusque funeri adesse, etiamque deducere ad sepulturam, cum vniuersaliter licitum sit in iis omnibus communicare defunctis, in quibus est licitum communicare viuus, cap. *Sacris. de sepult.* cap. *Ad hac. de prinil.* Sed hoc aduertit Baldellus procedere, dummodo sepultura non fiat in loco sacro: quia, ait ipse, licet excommunicatus quicumque non denunciatus non sit vitandus in sepultura, aut in funere, quando est mortuus; sicut nec fuit vitandus, siue in diuinis, siue in humanis, cum esset viuus, vt paulò ante diximus ex cap. *Sacris. de sepult.* & cap. *Ad hac. de prinileg.* vitandus tamen omninò est, quando funus, & sepultura fit in Ecclesia, aut loco sacro; non, quia hæ obligatio inducatur per excommunicationem non denuntiatam à Iudice; sed, quia inducitur ex ipsa rei natura, ex qua malitiam contrahunt, & digni sunt morte, non solùm qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, vt patet ex Apostolo *ad Roman. 1.* quòd certè est verum, etiam præciudendo ab excommunicatione, & siue illa sit denunciata, siue non. Vnde ex his patet responsio ad argumentum adductum ab Henriquez.

Si autem inquiras, an Ecclesia, in qua sepelitur Hæreticus, modo, quo *suprà*, remaneat polluta? Respondeo negatiuè: quia execratio, vel profanatio Ecclesiæ, aut loci sacri per sepulturam excommunicati, ea tantùm de causa inducitur in sacris Canonibus: quia non debemus communicare mortuo; cui non communicauimus viuo, cap. *Sacris. & cap. Ad hac. cit.* & idèd nec debemus celebrare Missas, & diuina Officia, vbi ille iacet mortuus, & tumultus: sicut nec debuimus celebrare, vbi ille extitit viuus. Ex his infertur, quòd non inducitur dicta execratio, vel profanatio Ecclesiæ, aut loci sacri, nisi per sepulturam excommunicati vitandi, cum quo solo ratione excommunicationis prohibemur modò communicare in diuinis, post Extrauag. *Ad euitanda.* Et ita hanc sententiam tenet Baldellus loco citato, firmans ex suprascriptis, quòd per sepulturam Hæretici excommunicati non vitandi, non execratur, nec profanatur Ecclesia, aut locus sacer.

Notandum est hîc obiter cum Trullench *tract. de iure Paroishi, cap. 9. dub. 6. num. 10.* quòd si aliquis reperiretur mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, non est statim priuandus ecclesiastica sepultura: quia, vbi non constar, quòd seipsum interfecerit, vel præcipitauerit, non est id præsumendum; cum potuerit per insidias, aut vim in puteum proiici, vel suspendi, aut ex furore, seu mentis alienatione id facere.

* *

An senex sexagenarius sit solutus à voto, Religionis quod antea emiserat?

R E S O L. I I.

Affirmatiuè respondet Fagundez in *Decal. tom. 1. præcept. 2. lib. 2. cap. 29. num. 9.* vbi sic ait: [Is, qui habet votum Religionis, si senex factus fuerit sexagenarius, non tenetur ad votum, vt est communis sententia: cum enim senectus ipsa per se sit morbus, sicut habens impedimentum morbi perpetuum post votum superueniens, non tenetur ad votum Religionis, sed liber ab illo manet, vt docet Sanchez *tom. 1. Decalogi, lib. 4. quest. 16. n. 36.* & Sotus *lib. 7. de iust. quest. 2. artic. 1. ad 3.* & Aragonius *2. 2. quest. 88. art. 3. ad 3.* ita qui in senectute incidit, liber erit à voti obligatione de ingredienda Religione. Ac proinde si quis vouerit, vel iurauerit, se ingressurum Religionem, si castitatem non serauerit; non obligabitur ad ingrediendam Religionem, si in senectute contra castitatem peccet; cum tamen conditio posita fuerit: si quidem, cum sit negativa, vsque ad mortem poni possit, ac proinde votum confirmari videatur. Respondetur primò, per accidens istum tunc non teneri ad ingressum Religionis, cum, moraliter loquendo, in ea ætate non soleant homines ad illam esse habiles, nisi tanta esset viri auctoritas, vt non obstante ea senectute iudicaretur valdè Religioni utilis. Respondetur secundò, illud tempus futurum vsque ad mortem in eo casu intelligendum esse moraliter, id est, vsque ad tempus habile ingressus Religionis. Cum igitur sexagenarius nõ sit in tempore ad Religionis ingressum requisito, pro mortuo reputatur respectu talis voti.] Ita Fagundez.

Nota verò, quòd si post sexagesimum annum emisserit votum, teneretur adimplere: nam, cum eo impedimento se obligauit: quapropter nisi superueniat maior, & notabilis debilitas, ratione ætatis, quàm illa, quæ tempore voti aderat; minimè à voto excusabitur, vt in casu simili de voto ieiunandi dixi Narbona in *Annalibus iuris, an. 60. quest. 2. num. 9.* qui etiam ex hac doctrina, me citato, colligit *quest. 8. num. 2.* senem sexagenarium non esse ad tritremium damnandum. Et meritò quidem: nam, vt auctor est Ioannes de Platea in *l. Cum in num. 1. versic. Vltimo nos a. C. de his, qui non impletis stipendiis, lib. 10.* quoad arma, & militiam idèd sexagenarij senes dicuntur, quia hæc ætate iam vires non suppetunt: ergo eadem ratione, etiam quoad tritremium pœnam, qui in prædicta ætate existunt, senes diiudicari debent.

Ex his etiam colligitur decisio alterius quæstionis: nam, vt *suprà* satis firmauimus, certum est, Episcopum posse à quocunque excommunicationis vinculo, quomòdolibet, etiam in Billa Cœnæ Domini, Papæ reseruata, absolute, quoties excommunicatus iustas habet excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur; ita quòd, sine periculo, apostolico se nequeat conspectui præsentare, vt in Pontificali rescripto continetur in cap. *De casero. 11. & in cap. Quòd de his. 26. cap. Ea noscitur. 13. capit. Quamuis. 38. de sententia excommunicatis.* Et inter reliquas excusationis causas, quibus excommunicatione innodatus ab obligatione Pontificem adeundi iuris constitutione eximitur, ætatis fragilitatem, aut impuberum, aut seniorum recensent: habetur enim in iure ratio ætatis quoad iter faciendum, l. *Continuum. 137. §. Cum ita stipulatus sum. de verb. obligat.*

Hoc supposito, quæritur, quot annorum senex, quoad huiusmodi excusationem, intelligatur? Quidam iudicio Episcopi relinquendum affirmant, vt ipse personæ qualitate inspecta arbitretur, an tale iter periculosè aggredi possit, vel non. Huius sententiæ fuit Barbosa in *Collectanea ad cap. Si quis suadente. quest. 4.* Alij verò maiorem septuagenario hoc beneficio vti debere idèd existimant, quia hæc sola ætas excusationem parit munerum personalium, l. *fin.*

l. fm. C. Qui atate. lib. 10. quare & ab itinere excusari debere scribunt, cum recta ratione personale munus dici queat. In quam sententiam inclinare videtur Stephan. Gratianus *discept. forens. tom. 5. c. 805. n. 20.* & antea Tiraquellus *de iure primogenit. in prefatione, n. 211.* vbi & illam rationem adfert: quia senes excusantur à longis itineribus. Veruntamen hæc Interpretum traditio minimè defendi potest, cum eximius itineris labor, quo frangatur, qui tam immensum iter aggreditur, meritò in causa esse debeat, vt sexagenario tantundem hoc priuilegium impartiat: nam, licet in huiusmodi ætate nonnullis robur & optima membrorum expeditio contingat; hæc aded lassitudini, & infirmitati existit obnoxia, vt vix sine labore, & periculo, nedum viam perfici, verùm neque proficisci valeant: inde secundum Innocentium, Syluestrum, & alios optimè resoluit Sayrus *in Thesouro casuum conscien. lib. 3. cap. 28. num. 25.* sexaginta annos habentem senem reputari, vt pro absolutione obtinenda Romanum Pontificem adire nullatenus constringatur, sed illam possit à suo Episcopo rationabiliter imperrare. Et ita etiam docet Narbona *loco citato, quest. 12. num. 5.*

An qui vouit, vel iurauit sub conditione, & consulto conditionem impedit, teneatur ad votum, & iuramentum?

R E S O L. III.

Difficilis questio, & de qua mihi olim magna altercatio fuit cum quodam viro docto Societatis Iesu, & mihi amicissimo, Patre Iosepho de Augustino, vt scripsi *in part. 4. tract. 4. resol. 101.* Ponamus exemplum: aliquis, v. g. vouit, se Religionem ingressurum, si spatium anni peccatum fornicationis cum Dei gratia vitauerit, vel si morbo liberatus fuerit: postea verò fornicetur, vel intemperatè viuat ob eam maximè causam, ne voto teneatur, Prima opinio affirmat: & ita docent duodecim Doctores, quos citat, & sequitur Fagundez *in Decal. tom. 1. Præcept. 2. lib. 2. cap. 30. num. 7.* Quibus adde Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 27. num. 24.* Et ratio est: quia, quoties apponitur conditio dependens ab aliis causis, siue naturalibus, siue liberis, quæ licitè impediri nequeunt; verus sensus conditionis est: Voueo talem rem, si per alias causas mihi inuoluntarias non steterit, quòd minùs hoc fiat. Deinde, quia is, qui conditione aliquid voto, aut iuramento promittit, censetur duplex votum, & iuramentum emittere: primum est expressum rei sub conditione promissæ: secundum est virtuale non impediendi consulto conditionem, ne tali vinculo teneatur. Tertio, quia quoties de alia peculiari vouentis, aut iurantis intentione non constat, verba sunt accipienda iuxta modum, ac sensum, quo ea Ius intelligit: & standum est in vtroque foro præsumptioni Iuris: at Ius in hoc euentu præsumit hanc intentionem in huiusmodi obligationibus, & verè reputari conditionem impletam, quoties malitosè impeditur, ne obligatio sequatur: ergo, dum non constat de alia voluntate vouentis, vel iurantis, ita in vtroque foro sentiendum est. Tandem, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debent, cap. *Aduersus. de immunit. Eccles.* patrocinauerit autem sine dubio, si in hoc casu vouentes, & iurantes voti, aut iuramenti vinculis non obligarentur: alioqui, si quis voto promittat Titio decem aureos, si domum promittentis ingrediarur, & volenti Titio ingredi ostium occludat; eximeretur ab ea obligatione: quod, quàm absurdum sit nemo non videt. Et idem dicendum est de promissionibus humanis, quæ nec voto, nec iuramento confirmantur, ob easdem rationes tactas, vt docent Glossa *in l. Si rem tibi. 19. §. finali. verbo, Victor ff. de præscriptis verbis.* & ita Barr. *sine,* & idem Barr. *in l. In exequutione finali. in fine,* & ibi Paul. *num. 2. Imol. in fine, Alciatus num. 3.* Decius *ea regula, in iure ciuili, num. 6.* vbi asserunt, promittentem

tem alteri, si ipsum vicerit in ludo: quanuis non teneatur, procurando se non vinci, ed quod conditio hæc sit talis naturæ, vt licitè impediri valeat; teneri tamen, si ob id ludere nolit, ed quòd per illum steterit, quòd minùs conditio impleatur.

Sed, licet hæc sententia sit probabilior & communior, vt ego concedebam Patri Augustino: tamen opinionem negatiuam puto esse satis probabilem, & illam sustinet Maior *in 4. dist. 38. quest. 1. corol. 7.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 17. num. 20.* & nouissime Castrus Palaus *tom. 3. dist. 1. punct. 17. num. 12.* Et ratio est: nam, vel talis vouens, qui fraude postea vsus est, ad voti exequutionem obligatur ratione conditionis impletæ, vel ratione peccati commissi. Neutrum dici potest: non primum, quia reuera conditio impleta non est: siquidem intra annum valetudinem ille consecutus non fuit, neque à fornicatione præseruatus est. Adde, incertum etiam esse, etiam si is fraude vsus non esset, vtrum conditio, quippe snapte natura contingens, impleta fuisset, necne. Neque secundum dici potest: nam hoc discrimen est inter violationem promissionis Deo factæ, & violationem promissionis homini factæ; quòd illa obliget ad pœnitentiam, & satisfactionem pro peccato, & iniuriâ Deo illata; hæc verò ad compensationem, siue restitutionem damni homini illati: quia homini violatione iuris sui damnum inferitur in bonis ei vtilibus, quòd compensari potest, ac debet. Deo autem, transgressione voti, nulla utilitas decedit, quæ restitui possit, ac debet: sed tantum honor, & cultus debitus asfertur, qui per pœnitentiæ satisfactionem eidem restituitur. Quare generalis regula tradi potest, quòd transgressio voti non obligat ad compensationem: v. g. si vouisti certo die, ob specialem deuotionem te ieiunaturum, atque eo die non ieiunas culpate, vel inculpate; non teneris alio die compensare, sicuti ex communi docet Suarez *lib. 4. cap. 15.* Sanchez *lib. 4. cap. 14. num. 25.* Atque exinde patet responsio ad prioris sententiæ fundamenta. Iraque, ait Palaus, cum tota obligatio voti pendeat ex intentione vouentis, & in voto conditionali non sit nisi sub impleta conditione, efficitur conditionem impleri debere ad obligationem absolutè contrahendam: at eo ipso, quòd conditio impediatur, non impletur: ergo votum illud conditionatum obligare non potest. Quòd si dicas, verum esse, conditionem non impleri secundum sensum materialem, & expressum; impleri tamen secundum sensum formalem à vouente intentum, quoties non stat per eum, ad quem pertinet, conditio impleri; non obstat: nam, esto, hæc regula locum habeat in promissionibus humanis, quarum obligatio multum ex dispositione Iuris positiui pendet: at in promissionibus diuinis locum habere non potest, quarum obligatio tota ex intentione vouentis pendet: intentio autem vouentis, & se obligantis, v. g. ad Religionem sub hac conditione, si eius pater expressè consenserit, non est, si per patrem consensus non steterit: quia hæc est conditio negatiua, illa positiua. Hæc latius patens, quàm illa, quæ fuit in voto apposita. Ee idem argumentum fieri potest de illa conditione: Si Deus mihi salutem dederit, si à peccatis præseruauerit, quæ non censetur impleri, quando non obtinetur salus, neque à peccatis præseruatio; esto, per Deum non steterit, quominùs implerentur. Explicatur ampliùs: si voueres Religionem sub aliqua ex prædictis conditionibus, ea expressa intentione; vt de facto, & formaliter, vt sonat, impleretur; clarum videtur esse, te non manere obligatum ea sic non impleta: tamen si per eum, ad quem pertinet, non steterit: at hæc intentio semper est præsumenda; tum, quia verbis expressis magis conuenit; tum, quia voti obligatio non late, sed strictè interpretanda est. Et ided hanc posteriorem sententiam probabilem esse fatetur Layman *lib. 4. tract. 4. cap. 6. quest. 3. num. 4.*

Nota verò, quòd si aliquis vellet stare in prima opinione affirmatiua, limitanda erit, vt intelligatur, quando conditio pendet ex vnico actu, ceu impeditur vnico actu,

actu: nam, si non ex vnico, sed ex pluribus actibus pendeat, quanuis semel in voti fraudem impediatur, non illicò obligat votum: v. g. promisit quis Religionem, si Deus illum à tali peccato præseruaret; non illicò ac tentationis fuit victor, tenetur voto; sed quando ita vicit, vt quasi dominium illius tentationis in se experiat: tunc autem deficiet conditio, quando ille vel semel lapsus est; quia tunc verum est dicere, non esse præseruatum. Si verò data opera labatur, non ex primo lapsu censetur impleta conditio; sed quando toties in fraudem labitur, vt iam omninò succubuerit tentationi, ita vt illa quasi dominium illius habeat: sicut è contra censetur præseruatus, quando ita vicit, vt quasi dominium illius tentationis haberet.

Ex dictis colligitur, vouentem ingredi, v. g. Religionem, si Deus illum conseruet ab aliquo peccato, non teneri voto, si ex quacunque negligentia illius peccati tentationi succumbat; sed solum quando data opera, vt voti obligationem effugiat: quia, vt bene Syluester, *votum*, 2. q. 2. d. 2. communiter in eo intendunt vouentes, vt Deus speciales vires ipsis addat: vnde, cum non constat de alia vouentis intentione, hæc in dubio à communiter accidentibus præsumenda est. Vide Sanchez in *Summa*, tom. 1. lib. 4. c. 23. n. 49. & 53. cum aliis, vbi supra.

An, qui vouit, se aliquid facturum, si alius sibi consulerit, teneatur ad votum, si imprudenter is, qui consulerit, rem promissam consulat.

RESOL. IV.

Affirmatiuè respondet Sanchez in *Summa*, tom. 1. lib. 4. cap. 23. num. 56. & post illum Fagundez in *Decal.* tom. 1. *Præcept.* 2. lib. 2. cap. 30. num. 18. vbi sic ait: [Denique, si veritate sincere narrata, ille contrarium consuluit, siue prudenter, siue imprudenter, & ex ignorantia, consuluerit, liber manet vouens à voti obligatione, quia defecit conditio. Et è contrario, si imprudenter rem promissam consuluerit, manet obligatus voto: quia ille non se obligauit ad alterius consilium sequendum in eo casu, quod esset conforme prudentiæ; sed ad id, quod ipse consuluerit, qualitercunque consuluerit; nec se obligauit ad aliud, nisi ad huius consilium petendum, & sequendum: & quanuis semel præstitum, illud postea reuocet, nihil proderit: quia de primo consilio ea conditio intelligitur: sicut conditio, si alter voluerit, intelligitur de prima voluntate, vt supra diximus.] Ita ille. Sed hanc sententiam putat Trullench in *Decal.* tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 17. num. 27. tenendam esse quando constat de intentione vouentis: nam, si non constat, existimat, virtualiter tantum se obligare ad sequendum consilium, si prudenter datum sit; secus autem minimè.

Sed, quid dicendum, an facias contra votum de Religione assumenda sub conditione paterni consensus; si de facto procures precibus, & rationibus, ne consentiat? Respondeo, contra votum non esse: quia hæc consensus paternum absolutè non impediunt; siquidem illum liberum ad consentiendum relinquunt. Esset autem contra votum, si per vim, aut fraudem consensus impediretur. Sic docuit Suarez tom. 2. de *Relig.* lib. 4. de voto, cap. 17. & 18. Layman lib. 4. tractat. 4. cap. 6. conclus. 2. Sanchez verò ait, peccare te contra votum, si petas à patre, ne consentiat. Sed non placet: quia hæc petitio, patris voluntatem non cogit, ac proinde non impedit eius liberum consensus, sub quo, tanquam sub conditione, Religio promissa est. Et ita docet Castrus Palus tom. 3. *disp.* 1. punct. 17. num. 8. qui idem putat, si votum sub alterius consilio esset emissum.

* * *

An obligatus ieiunare ex voto, si secunda vice comedat carnes, peccet contra votum? Et quid de penitentia ieiunij à Confessario imposita?

RESOL. V.

Affirmatiuam sententiam docet Azor. tom. 1. lib. 11. c. 20. q. 6. Palus tom. 3. *disp.* 1. punct. 12. n. 15. Quia de ratione ieiunij ecclesiastici est vnica tantum comestio, & abstinentia à carnibus in omnibus horis illius diei. Ergo vouens ieiunium vouet non comesturum amplius quam semel, & in nulla hora illius diei carnes: ergo quacunque hora illius diei carnes comedat, peccat: quia, esto, violauerit ieiunium, non violauit omni modo, quo potest. Dices, verum esse in ieiunio vtrunque contineri, & abstinentiam à carnibus, & à duplici comestione; sed vnum dependentem ab alio: ac proinde violato ieiunio ex vna parte, cessare ex alia. Sed hoc absque firmo fundamento dicitur, contrarium enim ex Præcepto ecclesiastici ieiunij colligitur, cui votum assimilari debet: in illo namque Præcepto ieiunij abstinentia duplici comestione annectitur abstinentiæ à carnibus; sed non è contra: excusatus à carniū abstinentia, excusatur à duplici comestione; non tamen excusatus à duplici comestione, excusatur à carniū abstinentia; imò potius quoties carnes comederit, toties peccabit. Ergo idem est dicendum de voto,

Sed negatiuæ sententiæ adhæret Sanchez in *Summa*, tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 42. quia in hoc voto non clauditur directè abstinentia à carnibus, sed indirectè, quatenus est pars essentialiter ad ieiunium requisita, & accessoriè ipsi ieiunio. Quare, cum, semel violato ieiunio, cesset obligatio circa principale; cessare videtur circa accessorium abstinentiam à carnibus. Sicut, quia promisso ieiunio, non promittitur directè vnica comestio; sed indirectè, & accessoriè, quatenus est ad ieiunium necessaria: hoc violato, illa non amplius obligat. Secus autem contingeret, vbi quis expressè voueret vnicam in die comestionem: peccaret enim absque dubio toties, quoties, præter vnicam, comederet illa die. Sic ergo dicendum est in nostro casu, cum non directè, sed indirectè, & accessoriè promissa sit abstinentia à carnibus, tanquam pars ad ieiunium necessaria; eò vel maximè, quod magis essentialis sit ieiunio vnica comestio. De ea enim omnes consentiunt, non autem de abstinentia à carnibus. Quare latum est discrimen inter obligatum ex præcepto ecclesiastico ad ieiunium, & obligatum ex solo voto. Quippe ille prima vice comedens carnes, nec excusatus à ieiunio, duplex peccatum necessariò confitendum committit; alterum in ieiunij legem ea comestione violatam; alterum verò in legem aliam peculiarem obligantem ea die abstinere à carnibus independentem à ieiunij obligatione. At comedens carnes in die solius ieiunij promissi, vnicum peccatum admittit contra solum ieiunij votum, quatenus ea comestione id violatur. Et tandem hæc pars probatur: quia vouens certà die ieiunium, non in diei honorem, excusatusque ab illius diei ieiunio; siue, quia iam illud sua culpa violauit, siue necessitate excusante à culpa, non tenebitur à carnibus abstinere; sed tenetur alia die ieiunare: aliàs, cum ad posterius constet obligari, esset ad duo obligandus, qui vnicum ieiunium vouit. Ergo in voto ieiunij non clauditur abstinentia à carnibus, vt omninò præcipitur ab Ecclesia, tunc enim teneretur ea die ab illis abstinere; sed tantum vt indirectè cadit sub ieiunij præcepto. Et ita iuxta hoc dicendum est, non magis delinquere contra votum edendo carnes, quam quicquam aliud, quo ieiunium violaret: & ita fat esse fateri violationem ieiunij voto promissam, non explicando, an esu carniū violata sit. Hæc omnia Sanchez, qui prorsus censet, idem dicendum de ieiunio in penitentiam sacramentalem iniuncto, quod est valde notandum.

Vnde

Vnde ex his ego puto, vtranque sententiam esse satis probabilem: & idem non assentior Patri Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. de voto, cap. 7. num. 9. & 12.* assenti, opinionem negariuam absurdissimam esse: sed potius, vt dixi, existimo probabilem esse cum Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. cap. 3. n. 3.* vbi sic ait: [Qui vouit, se certa die ieiunaturum, debet votum obseruare secundum formam ieiunij ecclesiastici, quippe quod vouens sibi propositum habuit: quare vnica ciborum absque carnibus comestione contentus esse debet: sin autem formam ieiunij substantialiter violauit, seu carnes comedendo, seu aliis cibis iteratim vescendo, de cætero continere se non tenetur; eò quod ieiunij formam amplius obseruare non possit: aded quidem, vt non improbable sit, talem vouentem etiam carnibus deinde vesci posse: in quo differt votum à præcepto ecclesiastico ieiunij, quippe quod etiam non ieiunantes separatim, atque distinctè obligat, ad abstinentiam à carnibus, imò etiam à lacticiis in Quadragesima. Votum autem ieiunandi tali die, vtranque eorum, videlicet, à carnibus abstinentiam, & vnicam comestionem per modum vnus comprehendit: quare, si alterum violatum sit, iusta, vel iniusta de causa, obseruatio voti omninò corrumpitur.] Ita ille. Opinionem itaque Sanchez probabilitate non carere dicendum est.

Si quis ex voto tenetur ieiunare, an absque Bulla in Quadragesima, vel intra annum comedens oua, & lacticia, vbi ex consuetudine non comedatur, peccet contra votum?

RESOL. VI.

Negatiuè respondet Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 52. & 53.* vbi sic ait: [Existimo, satisfieri omnibus his ieiuniis extra Quadragesimam factis edendo lacticia absque Bulla: quia est probabilior opinio, nec iure, nec consuetudine interdicti lacticia in illis. Tandem idem existimo, tanquam valde probabile, de ieiuniis quadragesimalibus, voto, pœnitentia, vel Iubileo indictis; nisi Pontifex in Iubileo, vouens in voto, vel Confessarius pœnitentiam iniungens, expressè vsum lacticiorum interdicerent. Quauis enim peccaretur in Præceptum Ecclesie interdicens eo tempore lacticia carenti Bulla; at non peccaretur contra votum, pœnitentiãve tunc ieiunandi, & satisfaceret eo ieiunio voto, vel pœnitentiæ, vel ieiunio Iubilei. Ducor: quia hic ex pœnitentia, voto, vel Iubileo ad solum ieiunium eo modo, quo est ab Ecclesia institutum, tenetur, & ad id, ad quod obligat Præceptum ieiunij, vt sic. At Præceptum ieiunij, etiam quadragesimalis, vt sic, non obligat ad abstinentiam à lacticiis, sed est distinctum omninò Præceptum independens à ieiunio. Quod inde constat; quia ex cap. *Demique. 4. d.* vbi hæc abstinentia præcipitur in Quadragesima, nulla fit mentio de Præcepto ieiunij, nec ratione ieiunij id præcipitur; sed tantum dicitur sic: *Par est, vt, qui his diebus à carnibus abstinemus, ab his, quæ sementinam trahunt originem à carnibus, ieiunemus.* Et ita in Dominicis Quadragesimæ ibi præcipitur quoque hæc abstinentia; cum tamen tunc non ieiunetur. Atque pueri, & omnes alij à ieiunij Præcepto excusati, tenentur à lacticiis abstinere. Quare non est hoc Præceptum, sicut de hora refectionis non anticipanda: vtpote quæ ex vi solius præcepti ieiunij iniungitur, & eo ipso quod quis non tenetur ieiunare, non tenetur ad illam.

Sed, his non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ adhæret Palao *tom. 3. disp. 1. punct. 12. num. 18.* Suarez *lib. 4. de voto, cap. 7. num. 9. in fine,* & Azorius *1. p. lib. 7. cap. 10. quest. 2. in fine,* & *lib. 11. cap. 20. quest. 6.* Quia, licet abstinentia ab ouis, & lacticiis supponatur Præcepto ieiunij quadragesimalis: at, quia hoc necessariò supponitur; & tanquam pars integralis talis ieiunij; ea de causa vouens illo Antonini Diana *Part. IX.*

tempore ieiunare, censendus est votum emittere de ieiunio sub illa forma. Neque ecclesiasticum quadragesimale ieiunium est sola abstinentia à duplici refectione; sed etiam abstinentia à carnibus, & ab his, quæ à carnibus originem ducunt. Itaque ex his patet, vtranque sententiam pro se rationes probabiles habere.

Sed, quia hîc actum est de interpretatione voti in gratiam Lectorum alia selectiora adnotabo. Dico igitur primo, me non assentire Castro Palao, *vbi supra, num. 5.* assenti, votum de dicendo Rosarium non persolui cum socio: nam puto vouentem; alternatim cum socio recitando, voto satisfacere. Ita Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 15. num. 19.* & me citato, Pellizzarius *in Man. Regul. imò censo, & satisfacere, etiam si recitet Rosarium, facta notabili interruptione in ipsismet decenniis.* Secundo, qui vouit aliquid aliquo modo indeterminato, potest eligere id quod minus est: tum, quia votum est interpretandum strictè, quantum verba patiuntur; tum, quia sic habetur cap. *Ex parte. de censibus:* tum etiam, quia dum in legatis, attentis circumstantiis, videlicet, consuetudine patriæ, & ipsius testatoris facultate, & consuetudine, & dignitate legatarij, non constat de intentione testatoris; præsumitur testator voluisse legare, quod minus est, vt ad minimum graueret hæredem, l. *Nummus. 73. ff. de legat. 3.* Tertio, qui vouit ieiunare, v. g. toto mense Septembris, non tenetur ieiunare in Dominicis illius mensis, nisi id expressè intenderit: quia præsumitur habuisse intentionem obligandi se ad ieiunium eo pacto, quo Ecclesia obligat: Ecclesia autem nunquam obligat ad ieiunium die Dominica. Ita Sanchez *lib. 2. cap. 37. num. 20.* Bonacina *de Sacramentis disput. 4. quest. ult. punct. 6. num. 25.* & alij. Item, qui vouit ieiunare in vigilia alicuius Sancti, cuius dies festus incidit in fer. 2, potest Sabbatho antecedenti ieiunare, & non tenetur ad ieiunium die Dominico; nisi aliter expressè intenderit; præsumitur enim voluisse accommodare se Ecclesie consuetudini. Idem dic de eo, qui vouit ieiunare in die Annunciationis B.M. Virginis, si incidat in Dominicam, modò aliud non constet de mente vouentis. In dubio autem voluntatis existimo, posse in Sabbatho antecedente diem Annunciationis ieiunare, aut etiam posse ieiunium transferre in fer. 2. si die Sabbathi teneatur alio titulo ieiunare: habet enim iustam causam transferendi votum in alium diem, vt se vniuersali Ecclesie consuetudini accommodet, & hæc commutatio fieri videtur in æquale. Quarto, qui vouit tradere aliquid certo pauperi, tenetur tradere alteri pauperi, si pauper designatus moriatur nondum adimpleto voto; nisi aliter constet de voluntate vouentis. Ratio est: quia sic explicaretur præceptum, si de hac re extaret. Deinde, quia hoc votum explicandum est, sicut explicatur legatum pium pauperi relictum, quod soluendum est, etiam si mortuus fuerit pauper designatus. Et tandem non assentior Castro Palao *vbi supra, n. 12.* assenti, vouentem sextis feriis ieiunare, si eo anno incidat Natalis Domini in die Veneris, teneri ieiunare; contrarium enim puto cum Trullench *loco citato, n. 6.* qui omnia superius dicta confirmat.

An prorogato tempore, v. g. ad proferendam sententiam, censeatur etiam prorogata obligatio parenti tali sententia ex vi iuramenti prius præstiti?

RESOL. VII.

Negatiuè respondet Azor *tom. 1. lib. 11. cap. 8. quest. 12. ex cap. Clericus. de iureiurand.* vbi decernit Pontifex Clericum, qui iurauit, se statuta edita in Ecclesia sua seruaturum, promittens per idem iusurandum statutum postea editum fideliter obseruaturum, licet præstare debuerat promissum, non tamen vi præstiti iusurandi ad id fuisse obligatum. Et Abbas, Antonius Butrius, & alij ibi

ibi annotarunt iusurandum ad noua, aut futura non protendi; Vnde, si famulus cum domino conuenerit, & conuentionem primo iurauerit; & postea, id domino exigente, iusurandum primum ad alia extenderit, non extenditur, ut ait Abbas in cap. Clericus. de iureiur. Archidiaconum securus, Item, si quippiam aliquis domino iurando dixerit, & deinde aliud per iusurandum antiquum mendaciter affirmauerit, mendax est, per iurum non item, ut idem Abbas ait. Præterea, si Notario, vel Iudici detur facultas, ut instrumentum, vel syngrapham, aut chirographum extendat ad alia; non eo ipso iusurandum ad alia protenditur; licet instrumentum vnà cum iureiurando ad alia iuratur, ut docent Antonius, & Abbas cap. Clericus. de iureiuran. nisi in his omnibus denuò iurauerit, aut nisi ei expressim dicitur: Iura per primum iusurandum. hoc est, per formulam in primo iureiurando conceptam; aut, iura per primum iusurandum, sicut per sacram rem, ut ait Abbas loci citato.

At his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Suarez de Relig. tom. 2. lib. 2. de iur. promiss. cap. 36. num. 7, juncto num. 8. & num. 14. Quia, cum de consensu partium sit prorogatio temporis compromissi, non fit nouum pactum in substantia, ut volunt Authores contrarij; sed illud idem differtur, prorogatur; & commutatur in maius tempus: & ideo totum ipsam pactum, prout antea erat iuramento affectum, prorogatur: quia nulla est ratio separandi pactum à iuramento; nec est impossibilitas in continuatione eiusdem pacti, & iuramenti: cum ibi non fiat extensio iuramenti ad nouam materiam; sed continuatio eiusdem iuramenti circa eandem materiam continuatam; maxime quia cum iuramentum adhæreat promissioni, tanquam accessoriam principali; prorogato principali, censetur prorogari accessorium. Secundò probatur, & declaratur magis: quia, quoties prorogatur, seu commutatur iuramentum, siue ex consensu partium, siue auctoritate Iudicis, id, in quod sit commutatio, cadit sub eadem obligatione iuramenti; aliàs non esset commutatio, nec prorogatio; sed noua promissio, nouum pactum & extinctio prioris pacti. Consequens est falsum; ergo,

Et quidem hæc opinio videtur probabilior: sententiam tamen Azorij puto, etiam probabilem esse, quam postea securus est Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 3. cap. 17. num. 23, & de hac quæstione late, & doctè scribit Couarruias de pactis, part. 1. num. 6.

An Tabelliones, vel alij Iustitia Ministri, iurando non accipere aliquid præter stipendium taxatum, si successu temporis tale stipendium iniustum censeatur, teneatur ad iuramentum?

RESOL. VIII.

Respondeo, quod iuramentum, quod Ministri publici, Iudicisque, & Tabelliones accipiunt, nihil amplius accipiendi pro actione aliqua sui muneris ultra stipendium sibi à lege, vel à Rege taxatum, non obligat, quando à viris doctis probabiliter iudicatur, tale stipendium successu temporis minus sufficiens, & iniustum esse. Ratio est: quia iuramentum non potest obligare ad id, quod iniustum est: non enim est vinculum iniustitiæ. Deinde, quia iuramentum seruandi aliquod statutum, semper intelligitur, quatenus illud iustum est, & obligatorium: non ergo obligabit iuramentum ad eam taxam, quando iudicio prudentum iniusta censeatur. Et ita docet Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 3. cap. 14. num. 14. Molina tom. 1. de iustit. disput. 83. versu, *Vt ad rem redgamus. fal. mihi. 508. solum. 2.* Sylvester verbo, *Restitutio*, 3. quæst. 5. pronuntiato. D. Antonius 2. part. tit. 2. cap. 5. §. 1. & 3. & cap. ult. §. 51.

Nec obstat dicere, quod iurans, latrone cogente, se ei daturum pecuniam, teneatur soluere, etiam si iniuste latro

id exigit, non aliam ob causam, nisi quia iurans, tale iuramentum licet exequi potest: ergo, cum similiter iuramentum seruandi legem taxantem publicis Ministris stipendium iniustum, possit ab illis iuste executioni mandari; tenebuntur illi eam legem seruare, & non poterunt licet iniustum stipendium, extra legem accipere. Respondeo, esse diuersam rationem: quia latro, petens pecuniam, intendit obligare promittentem ad illam ei reddendam; & promittens licet iuravit. & promisit latroni eam pecuniam ad redimendam suam vexationem, imò potius ad vitam emendam; & ideo cum promissio, & iuramentum ex parte illius sint iusta, licet ex parte latronis sit iniusta petitio; teneatur in conscientia Deum testem efficere rei veræ, & veræ promissionis, quam latroni fecit. At auctoritas, & potestas publica, quando prædictum iuramentum à publicis Ministris petit, non intendit eos obligare ad seruandum iuramentum iniustum. Vnde, quoties constat, stipendium illud esse iniustum, & insufficientis, ut quando ratione temporis iniustum factum est; tale iuramentum, nec ex parte iurantis, nec ex parte potestatis publicæ illud petentis, obligat. Vnde est diuersa omnino ratio, ut patet. Et de hac quæstione alibi etiam dictum est.

An si amasus, & meretrix iurent fidelitatem, nempe, ut nullam aliam personam carnaliter cognoscant, tale iuramentum obliget?

RESOL. IX.

Affirmatiuam sententiam docet Sanchez tom. 1. lib. 3. cap. 15. num. 17. ubi sic ait [Hinc deducitur, quid dicendum sit promissione iurata, vel non iurata, qua duo concubinarij promittunt sibi fidelitatem, vel solum alter alteri; id est, fore ut promittens nullam aliam personam carnaliter cognoscat. Videtur enim ea promissio minime obligare; quia finis est malus, nempe, amicitiam eam turpem conseruare. Sed existimo, hoc iuramentum, vel promissionem obligare: quia, ut iuramentum homini præstitum in eius fauorem obliget, nihil refert, an iurans id promittendo peccarit; sed tantum spectandum est, an possit impleri absque culpa. Et eadem prorsus ratio est de promissione humana. At obiectum huius promissionis, nempe, ad nullam aliam personam fornicando, accedere, potest impleri absque peccato; cum non sit necesse, ut id ob finem turpem executioni mandetur: & quanuis is ad promittendum induxerit; at re vera promissio illa est, ut merces, & stipendium vsus præteriti corporis. Sicut, si ob eum finem promississet illi nuptias, aut pecuniam aliquam, teneretur implere.] Ita ille.

Sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuctur Fagundez in Decalog. tom. 1. Præcept. 2. lib. 2. cap. 24. num. 19. Dico igitur, talem promissionem, siue iuramento confirmata sit, siue non, minime obligare. Probatur primò: quia finis huius promissionis, nempe, turpem amicitiam cum concubina seruare, malus est, & de se peccatum mortale: iuramentum autem ad peccatum obligare non potest, cum non sit vinculum iniquitatis. Secundò, quia ea promissio non fit, nisi ut magis, magisque in sua turpi amicitia conseruentur, in peccatoque concubinarus diutius, remotis occasionibus, quæ à tali peccato illos amouere possunt, durent, ac perseuerent: promissio autem, ac iuramentum vinculum iniquitatis esse non potest; tale autem esset, si ad hoc obligaret. Quemadmodum enim si quis iuraret, ac promitteret, se non remoturum occasiones peccandi, talis promissio, & iuramentum non obligaret; ita nec hoc iuramentum, aut promissio obligat, cum perinde sit iurare hoc, ac illud, ut patet. Nec obstat, quod obiectum talis promissionis, nempe, non accedere ad aliam, impleri possit absque peccato,

imò

imò quòd non possit non impleri sine peccato: quia, quando dicimus, in promissionibus, & iuramentis solum esse attendendum, an exequutio illorum sit licita, ut obligare censetur; id intelligendum est, modò inde nullum peccati inconueniens sequatur. hìc autem sequitur, ut manifestum, & probatum est. Et quanuis peccatum committi debeat, si non impleatur promissio, satis est, ut ea non valeat, quòd firmitas illius habita ex iuramento, sit occasio permanendi in peccato; & ut dicamus non debere dari, ne iuramentum sit vinculum iniquitatis.

An contra incendiarios sit lata aliqua censura.

RESOL. X.

Quicquid asserat Bonacina de censuris, tom. 3. disput. 2. quast. 3. punct. 43. num. 1. ego cum communi sententia Doctorum existimo, nullam esse in iure latam excommunicationem ipso facto contra incendiarios. Ita docent Eminentissimi Cardinales Caietanus, & Tolerus, ille in Summa, cap. 22. hic lib. 1. cap. 35. num. 5. cum Nauarro in Man. cap. 27. num. 74. Suarez de censur. disp. 22. sect. 2. n. 15. Filiucio tom. 1. tract. 15. c. 2. qu. 5. num. 52. Auila de censur. par. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 9. Gambarupta de cas. reseru. cap. 6. num. 4. Emmanuel Sà verb. Excommun. Papa reseru. num. 7. Sayro de censur. lib. 3. cap. 29. num. 8. Megala tom. 4. lib. 4. c. 6. n. 7. Homobono in consultat. cas. conscient. vol. 1. par. 1. resp. 53. Leone de cens. recollect. 4. verb. Incendiarij; & ex Iurisconsultis hoc etiam obseruauit Barberius in Viatorio Iuris pari. 1. rub. 22. n. 6.

Dicendum est itaque, incendiarios nullam ipso facto excommunicationem incurrere; sed esse quidem ab Episcopis excommunicandos: & si postea denuntientur, tunc talis excommunicatio erit Papæ reseruata, ut patet ex cap. Tua nos de sentent. excommun. Et hic est casus, ut bene obseruat Coninch de Sacram. disput. 13. dub. 5. n. 37. in quo aliquis potest ligare, & non soluere. Quod etiam notant omnes Doctores superius citati. Dicta verò denuntiatio an sufficiat fieri edicto generali, discrepant Doctores: nam affirmat Suarez ubi supra, num. 18. Bonacina n. 6. & Filiucius num. 53. Sed negat Megala num. 10. Sayrus num. 12. Et hanc sententiam esse magis communem testatur nominatim contra Suarez, Pater Turrianus de censur. lib. 3. disp. 30. dub. 2. & Thesaurus in Praxi de penis; par. 2. verb. Incendiarij, cap. 1. Itaque secundum sententiam horum Doctorum, ut excommunicatio contra incendiarios lata, sit Papæ reseruata, non sufficit, latam esse per edictum generale, sed facienda est ab Episcopo expressis nominibus incendiatorum.

Verum difficultas est, an Episcopi teneantur sub aliqua pœna contra incendiarios excommunicationem ferre? Et affirmatiuè respondeo, sub pœna suspensionis per annum à pontificalibus, ut patet ex cap. Pessimam. 23. qu. 8. Nec valet dicere cum Patre Thesaurò in Praxi de penis, par. 2. verb. Incendiarij, cap. 2. dictam suspensionem non esse vsu receptam: nam nominatim contra ipsum insurgit Pater Leone de cens. recollect. 6. verb. Episcopus. n. 359. cui adde Castrum Palaum tom. 6. disput. 4. punct. 10 §. 5. num. 11. & Bonacinam de censur. tom. 3. disp. 3. qu. 5. punct. 9. asserentes quidem, pœnitentiam in dict. cap. Pessimam. contra incendiarios impositam seruandi Ierolymis, vel in Hispania, non esse receptam: sed hoc minimè asserunt de suspensione contra Episcopos latam, si incendiarios non excommunicent. Quod etiam patet ex aliis Doctoribus, qui de hac suspensione mentionem faciunt, ut est Filiucius tom. 1. tract. 27. cap. 8. num. 159. Sayrus de censur. lib. 4. cap. 12. num. 44. Barbosa de potestate Episcop. par. 3. allegat. 11. num. 23. Honorius in Compend. Iur. an. lib. 5. tit. 17. num. 9. & 10. Machadus de perf. Confess. Antonini Diana, Pars IX.

tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 11. docum. 6. num. 22. Bassæus in Floribus Theol. verb. Suspendio, 4. num. 57. Megala tom. 4. lib. 5. cap. 4. quast. 5. num. 8. Præmolius in Catalogo Suspendionum; cap. 1. num. 19. in fine, Man. Clericorum. Non est igitur admittenda opinio Patris Thesauri.

An Pœnitentiarius Ecclesia Cathedralis N. possit absolvere ab omnibus casibus reseruatis ab Archiepiscopo absque eius licentia, & independenter ab illo?

RESOL. XI.

Suppono ex declaratione Sacræ Congregationis, teste Barbosa, Collect. 381. num. 24. Pœnitentiarium non posse absolvere à casibus Episcopo reseruatis, nisi Episcopus hanc facultatem ei specialiter dederit. Idè difficultas est in casu nostro, an Pœnitentiarius possit absolvere à reseruatis, vigore assertæ consuetudinis? Et respondeo, quòd cum consuetudo pertineat ad factum, qui eam allegat, tenetur illam probare, ut patet ex cap. 1. de Constit. in 6. cap. Cum in Iure. de offic. deleg. cap. Cum Ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propriet. & ex l. Si quis reum. ff. de custodia reor. l. Assueratio. C. de non numer. pecun. & docent Doctores, quos plena manu adducit Ludolphus Schraderus de feud. tom. 2. part. 10. sect. 9. n. 243.

Videndum est itaque, an scriptura N. olim Archiepiscopi, præsentata à R. Pœnitentiario, probet sufficienter consuetudinem ab ipso prætentam absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, independenter à licentia Illustrissimi Domini Archiepiscopi? Et negatiuè respondeo: quia consuetudo legitime probanda est: sed non est legitima probatio, quæ procedit ex testimonio vnus, ut patet ex l. 9. C. de iureiurando: & ita consuetudinem non probari per vnicum testem; sed plenè, & perfectè, atque concludenter probandam esse docet Hermannus Volteius vol. 1. conf. 33. num. 34. Nicolaus Raufnerus lib. 1. consil. 12. num. 112. Matthias Vvesembechius lib. 1. consil. 1. num. 54. Ludolphus Schraderus, ubi supra, & lib. 1. consil. 6. n. 45. Cyriacus lib. 1. c. contr. 67. num. 43. Hulricus Hunnius in vol. 1. Trentleri super Pandectas, disp. 1. Thef. 9. quast. 61. & Ioannes Vvurmserus in Nucleo Iuris controversi super Instituta, lib. 1. tit. 2. n. 11. & alij penes ipsos. Quibus ex Theologis adde Casirum Palaum tom. 1. tract. 3. disput. 31. punct. 6. n. 7. Ergo, cum in casu nostro R. Pœnitentiarius consuetudinem in sui fauorem non probet, nisi per vnicum testem; sequitur esse legitime probatam, atque idè non posse officere Illustrissimo D. Archiepiscopo, ac frustra contra illum adduci dicendum erit.

Nec obstat dignitas personæ testificantis, cum non solum sit Archiepiscopus, sed Archiepiscopus Prædecessor: ergo, cum de eius interesse ageretur, omnino credendus videtur. Non, inquam, hoc obstat: quia etiam Cardinali testanti de aliqua re, si vergat in præiudicium tertij, minimè credendum esse asserunt, Doctores, quos citat, & sequitur nouissimè Fragosus de Repub. Christi. tom. 2. par. 2. lib. 5. disp. 15. num. 8. & seq. cum limitationibus ibi adductis.

Ad id verò, quòd sit Archiepiscopus Prædecessor, assero, factum prædecessoris non officere successoribus, ut ex multis probat Ioannes Baptista Latrea in allegationibus fiscalibus, tom. 1. allegat. 16. num. 21. Surdus consil. 419. num. 28. Natta consil. 437. num. 36. Sesse decis. 74. num. 25. & Auendaño de censibus, cap. 68. num. 23. & ex Theologis Suarez de legib. lib. 8. cap. 34. cum aliis penes ipsos: ergo factum Archiepiscopi N. non potuit suis Archiepiscopis successoribus præiudicare, Vnde rectè clamant Iura, quòd nemo debet prægravari, & onerari ex facto alieno, nec factum vnus debet alteri nocere, ut patet in l. Si quis in suo. §. Legis. C. de inoffic. testam. l. In causa ff. de

curatoribus, *Si unus §. Ante omnia ff. de pactis, & consil. 346. num. 26. Surdus consil. 22. num. 29. & consil. 173. num. 84. Thomas de Thomaferis in Floribus legum, reg. 125. cum aliis penes ipsos. Pater igitur ex supradictis, consuetudinem assertam à R. Pœnitentiario non esse plenè & legitime probatam, atque idè nihil officere.*

Sed penes me, non solum ex defectu probationis; sed etiam secundum se, & à parte rei dicta consuetudo claudicare videtur. Primò, quia, si inter alia requisita opus est, ut consuetudo sit rationalis, ex cap. *Cum dilectus*, cap. *Ex parte*, cap. *fin. de consuet. leg. 2. C. que sit long. consil. & aliis iuribus*, quæ citat, & sequitur Gaufridus in *Synopsi Decretalium*, lib. 1. tit. 4. Chassanæus in *Paratitla ad Decretales*, lib. 1. tit. 4. Vallensis etiam in *Paratitla ad Decretales*, lib. 1. tit. 4. §. 2. num. 6. Valenzuela *consil. 4. ex num. 66. Fontanella tom. 2. decis. 488. n. 8. Hunnius in Encyclopaedia Iuris*, par. 1. tit. 4. c. 3. num. 30. *respons. 51. n. 39. Graueus lib. 2. consil. 33. num. 7. & alij communiter. Quo pacto dici potest rationalis consuetudo*, (de qua est quæstio,) cum in ordine ad absolutionem referuatorum constitueret in una Diœcesi duos Episcopos æquales in iurisdictione, & potestate, & independentes vnum ab altero, ita ut quod vnus ædificaret, alter destrueret. Et idè ex hoc, ut teor, (non obstantibus seruitiis, & meritis Regulationum erga Sedem Apostolicam,) visum est Pontificibus nouissimè, priuilegia olim Regularibus concessa absoluedi à casibus Episcopo referuatis penitus abolere, & reuocare, ut patet ex Decreto Gregorij XIII. die 10. Septembris, 1577. & ex alio Decreto Sacræ Congregationis, annuente Urbano VIII. die 7. Nouembris, 1628.

Deinde, non solum consuetudo debet esse rationalis, sed etiam legitime præscripta, ita ut per vnicum actum in contrarium interrumpatur, ut docet Socinus *lib. 1. consil. 7. num. 11. Romanus consil. 368. num. 7. Hippol. Riminaldus lib. 2. consil. 72. num. 117. Battolus in l. De quibus. num. 16. & ibi Baldus num. 29. Iason num. 79. ff. de legibus. Glossa in l. Nemo. §. Temporaria. ff. de regul. iur. & ex Neoteris Hunnius in Encyclopaedia Iuris, part. 1. tit. 4. cap. 3. num. 29. Schraderus de feudis, tom. 2. part. 10. sect. 20. num. 157. Mynfingerius Decad. 6. *respons. 56. num. 27. Graueus lib. 2. concl. 31. num. 16. & alij*: sed in nostro casu, non semel, sed pluries dictam consuetudinem, si forsitan extitisset, interruptam fuisse dicendum est: nam Sacri Antistites in Synodis Diœcesanis semper absolutionem à referuatis sibi competere declarant priuatiuè quoad alios, ut de facto patet in Synodo Illustrissimi Archiepiscopi nunc viuentis, & in Synodo Archiepiscopi N. in quo tantum absolutionem à quatuor casibus referuatis supradicto Pœnitentiario concessit ipso tunc non contradicente, nec reclamante: ergo prætenfa consuetudo nunc ab ipso adducta, nunquam fuit legitime præscripta, quia sæpius interrupta. Dicendum est itaque ex omnibus superioribus adductis, assertam consuetudinem contra Illustrissimum Archiepiscopum, vel nonquam extitisse, vel saltem à R. Pœnitentiario in Scripturis ab ipso allatis plenè, & concludenter, ut opus erat, minimè probatam fuisse.*

Magis firmatur id, quod dictum est in superiori Resolutione, nempe, Pœnitentiarium Ecclesiæ Cathedralis, non posse absoluedi à casibus Episcopo referuatis.

R E S O L. XII.

VT magis elucescat veritas firmata in superiori Resolutione, visum est mihi inferius dicenda adnotare. Affero itaque, non deesse Doctores tenentes in indiuiduo, Pœnitentiarium ex vi suæ institutionis habere facultatem absoluedi à casibus Episcopo referuatis; & ita docet Cuccus *Institut. maior. lib. 5. tit. 4. num. 190. & cap. 4. num. 224. Piaf-*

*cus in praxi Episcop. par. 2. cap. 1. art. 3. num. 15. Salazar de Mendoza in libello de Instit. Canon. Pœnitent. in Ecclesia Toletana, §. 5. Quia Concil. Tridentinum sess. 24. c. 8. Idè constituit, ut in omnibus Cathedralibus, vbi id fieri commodè potest, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ instituat, (qui sit Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel Iure canonico, & annorum quadraginta, seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate inueniatur, quique, dum audiet Confessiones in Ecclesia, interim præsens in Choro censeatur, (ne ipsum Episcopum pro absolutione à referuatis adire semper sit necesse: ergo Tridentinum dat eidem Pœnitentiario facultatem absoluedi à casibus Episcopo referuatis, licet id non expressè dicat. Cæterum, quidquid sit, an ex primaria institutione officij, & attento solum Iure Tridentini id possit; nihilominus iam passim vsu, & consuetudine receptum est, ut quasi ex munere, & officio in foro interiori, seu conscientia Pœnitentiarius, iuxta formam Concilij institutus, huiusmodi facultatem habeat, possitque pro eodem foro Pœnitentiarius absoluedi à casibus Episcopo referuatis. Et ita, stante dicta consuetudine, tenet Bossius in *disceptationib. moral. de potest. Episcopi, discept. 1. num. 51. Homobonus de cas. reseruat. par. 1. §. Pœnitentiariorum facultas, & Chapeauille de cas. reseruat. cap. 3. quest. 1. difficul. 2. vbi sic ait: [Quantum Concilium Tridentinum expressè non det facultatem Pœnitentiario præfato absoluedi à casibus Episcopo referuatis, ut patet legenti Concilium Trident. iam tamen passim vsu receptum est, ut Pœnitentiarius in Cathedrali, quasi ex officio, ab illis absoluat in foro interiori pœnitentiæ.] Ita ille Et hæc omnia, satis sunt fauorabilia supradicto Pœnitentiario.**

Verum his non obstantibus, ego non recedo à sententia, cui in superiori Resolutione adhæsi in fauorem Archiepiscopi; & contra Cuccum, & Piafescium assero ex sua institutione, & ex vi sui officij non posse Pœnitentiarium absoluedi à referuatis Episcopo, nisi ipse ei specialiter facultatem dederit; cum in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 8. de casuum referuatorum absolutione, nouo iure nihil decretum sit. Et præter Declarationem Sacræ Congregationis à me adductam, hanc sententiam esse magis receptam testatur Machado *tom. 2. lib. 4. par. 4. tract. 5. docum. 3. num. 2. & illam tenent Garcia de beneficiis, part. 5. cap. 4. num. 115. Gauantus in Enchir. Episc. verb. Pœnitentiarius, n. 31. Riccius in Praxi, part. 1. decis. mibi 492. n. 2. Vulpe in Praxi iudiciaria, c. 35. n. 15. Vgolinus de potest. Episc. par. 2. cap. 33. num. 3. Nauarrus *conf. 20. de pœnit. & remiss. in 2. edit. Zecchius de Repub. Eccles. cap. 24. num. 16. Zetola in Praxi, par. 1. verb. Dimissoria, §. 1. Sayrus in Floribus de pœnit. & remiss. decis. 44. Rodriguez in Summa, tom. 1. cap. 85. num. 2. Quibus omnibus adde Sacram Rotam Romanam in Neapolitana Pœnitentiariæ, die 5. Iunii, 1637. coram heu! quondam amicissimo Merlino. Vnde piaculum existimarem, si cum Cucco, & Piafescio aliter sentirem contra Sacram Congregationem, & Rotam Romanam.**

Nec obstat dicere, dictam sententiam veram esse, & amplectendam in rigore Iuris: secus verò dicendum erit de consuetudine, de qua, ut supra diximus, testantur Chapeauille, Homobonus, Bossius, & alij, tribuente Pœnitentiario Ecclesiæ Cathedralis facultatem absoluedi à casibus referuatis independenter ab Episcopo; ita ut possit, secundum Chapeauille; talem facultatem aliis concedere, & subdelegare. Hoc, inquam, non obstante, puto, non esse recedendum à sententia negatiua, quam tenui in fauorem Archiepiscopi: & idè dictam consuetudinem pro Pœnitentiario adductam à Chapeauille, & aliis, validè confutat, & refellit Alphonsus de Leone *de censur. re collect. §. num. 558. Tum, quia (ait ille) consuetudo non sic de facili præsumitur, sed ab allegantibus ipsam, debet probari, cap. finali, ext. de consuetudine, cum aliis allegatis per Rotam part. 2. recent. decis. 112. num. 1. & ad probandam*

bandam ipsam non sufficit dictum Doctorum, ut eam probant dicti Authores. Et dato, quod credi debeat Doctori testanti de consuetudine; id tamen intelligi debet pro locis, in quibus Doctor, vel Doctores, qui de ea testantur, versati fuerunt, non pro omnibus locis, & sic de consuetudine vniuersali. Et ego testari possum, in pluribus Ciuitatibus Italiae me vidisse contrarium seruari, nempe, non solum expressè dari dictam facultatem Pœnitentiarii; sed illam concedi ab Episcopis pro quibusdam casibus, & non pro aliis: vnde, cum consuetudo vniuersalis non sit vniuersalis, sed difformis; attendendum est Ius commune. Tum etiam, quia concessio, ut supra, quod hoc non habeant Pœnitentiarii ex d. Concil. Trident. hoc dependet à voluntate ipsorum Episcoporum, & per consequens sumus in facultatiuis, in quibus non inducitur consuetudo liberæ voluntatis restrictiua per actus liberæ electionis; quidquid secus dicendum esset, si ipsis reluctantibus Episcopi acquiescissent. Hucusque Pater Leo.

Et quidem, quod Doctoribus testantibus de consuetudine non sit credendum, docet Iason in l. De quibus. ff. de legibus. Borfacius lib. 1. conf. 8. num. 37. Hulricus Hunnius in variis Resolutionibus Iuris civilis, lib. 1. tract. 1. quest. 29. & latè Ioannes Vurmserus in Nucleo Iuris controversi, lib. 1. tit. 2. contr. 11. num. 27. cum seqq. Vel saltem illis credendum esse pro locis, in quibus versati sunt, obseruat Rolandus à Valle volum. 4. num. 18. Cacheranus Decis. Pedemont. 141. num. 16. Riminaldus Iunior lib. 3. conf. 245. n. 41. & sequ. Hondedeus lib. 1. conf. 110. num. 20. & alij. Vnde ex his sequitur, Chapeauillam, & alios Doctores asserentes, Pœnitentiarios ex consuetudine habere facultatem absoluendi à casibus Episcopis reseruat, esse intelligendos de consuetudine, forsitan vigente in Diocesis, vbi scripserunt: nam, si de generali consuetudine in omnibus Diocesis restarentur, falsum hoc esset; cum de multis Diocesis Leone, vbi supra, testetur contrarium. Et Zecchius notat, S. Carolum Borromæum facultatem absoluendi à casibus suo Pœnitentiario tribuisse, quod passim videmus fieri ab Episcopis. Nec talis consuetudo vniuersalis, si adesset, Sacre Congregationi, & Sacre Rotæ ignota foret, & de illa supracitati Doctores mentionem facerent, Dicendum est itaque, Chapeauille, & alios, de consuetudine aliquorum locorum fuisse loquutos: vnde Pœnitentiarius in casu nostro dictam consuetudinem adesse teneretur probare: sed cum adhuc non probauerit, remanet non posse absoluere à reseruat Archiepiscopi, absque eius licentia. Et post hæc scripta ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, ut patet ex infra scripto Decreto: [Die 2. Maij, 1648. instante Archiepiscopo Cusentino Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium S.C.T. Interpreterum respondit, Decanum Ecclesie Cathedralis Cusentine præbendam Pœnitentiariæ obtinentem non posse absoluere à casibus per ipsum Archiepiscopum reseruat, nisi eidem dictus Archiepiscopus concesserit facultatem, non obstante præsentia consuetudine allegata. Aloysius Cardinalis Carafa Præfatus. Franciscus Paulucius Secretarius.]

An, si quis intuitu pietatis, & solum propter Deum iuret dare dotem mulieri, possit fœmina illius obligationem remittere?

R E S O L. XIII.

NEGatiuè respondet ex Soto Azorius tom. 1. lib. 11. cap. 3. quest. 11. vbi sic ait: [Quid dicendum, cum Titius iurauit, se certæ Caij filia dotem daturum, ut possit commodè nubere, an Caius, aut eius filia eiusmodi iusiurandum possit remittere? Sotus lib. 8. de iust. quest. 1. art. 9. distinguit: Aut Titius iureiurando se deuinxit pietatis, ac Religionis causa, eò quod filia Caij inopia premeretur: aut promissit gratia puellæ, vel patris. Si primo, inquit, modo Antonini Diana Pars IX.

iurauerit, non potest Caius, & filia iusiurandum dirimere: est enim votum Deo factum. Si secundo, potest Caius iusiurandum soluere, quoniam sibi, aut filia est facta promissio. Idem est, si iures, te certo pauperi eleemosynam largiturum: aut enim promittis, ut pro sis homini, & proinde causa ipsius; aut promittis Deo, videlicet, studio pietatis in Deum. Si primo modo, pauper potest iusiurandum remittere; si secundo modo, non item. [Ita ille. Probat hæc opinio ex doctrina D. Thomæ 2. 2. quest. 89. art. 9. ad 2. vbi asserit, eum, cui aliquid promittitur intuitu pietatis, id non posse remittere: nam iuramentum factum Deo intuitu pietatis, rationem voti habet, votoque æquualet, ut Doctores omnes tradunt: in voto autem nihil potest persona priuata; cum soli Deo ius acquiratur. Secundo, quia tale iuramentum soli Deo præstat; cuius iuri alter renunciare non potest, non tamen intelligas, velle hanc opinionem, ut sic iurans teneatur puellam nolentem dotare, aut ducere; hoc enim absurdissimum esset: sed sensus huius opinionis est: per remissionem promissionis alterius non manere liberum iuramentum, si adhuc, remittens velit matrimonium, dotem, aut rem sibi promissam.

At ego affirmatiuè sententiæ ad hæreo: quia, quanuis iuramentum Deo præstetur, & intuitu pietatis fiat; tamen ipse Deus gratum illud in patris vtilitatem habet, & quatenus parti est commodum, & fauorabile; & solum asseritur Deus in testem talis promissionis: ergo pars, cui debetur, remittere illius obligationem potest, sicut & alia sibi debita condonare. Secundo, quia idè potest pater aliqua filiorum vota irritare, quia potest tollere materiam, qua sublata, votum cessat: ergo similiter pars potest tollere, & remittere materiam Deo in sui fauorem promissam: ergo consequenter tollit obligationem iuramenti. Hanc opinionem tenet Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 52. num. 7. & 8. & 9. & tom. 1. Decalog. lib. 3. cap. 20. num. 7. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 14. num. 6. Ludouicus Lopez 2. par. Instruct. de matrim. c. 38. fol. mibi. 1048. col. 2. Nauarrus in Summa Latina, c. 22. n. 25. casu 1. Hispan. n. 22. Vivaldus in Candelabro, 1. part. de sponsal. 5. n. 31. Brunellus de sponsal. conclus. 9. n. 2. Anthon. Cuccus lib. 5. Instit. maior. tit. 10. n. 61. & alij Addit tamen Anthonius Cuccus teneri hunc aliam pauperem ducere, aut dotare: quia promissio illa iurata duo continebat: primum, pauperem ducere, vel dotare; aut eleemosynam pauperi dare: secundum, hanc pauperem ducere, dotare, aut illi eleemosynam dare. Quare, si iurans nequit vtrumque implere, tenebitur alterum, ut Celsus. §. 1. ff. de recept. arbitr. Sed oppositum dicendum est: quia huic pauperi præcisè promissit, & non alteri.

Nota tamen, quod in vno casu, opinio negatiua Azorij, & Soti esset admitrenda, quando, scilicet, ea dos, eaq̃ eleemosyna, nulli esset determinato pauperi, aut personæ promissæ: & similiter quando quis promississet Deo, votoque, aut iuramento id firmasset, se ducturum in uxorem quandam pauperem fœminam absolutè, & nulli in particulari id promississet: quia tunc nullus pauper obligationem talis iuramenti, & promissionis potest remittere: quia id iuramentum Deo soli est præstitum, nec res promissa cedit in fauorem certi pauperis, qui possit huic fauori cedere; sed cedit vagè in fauorem huius, vel illius, ac proinde nullus particularis poterit eam obligationem remittere Solum ergo talia iuramenta, quæ rationem voti induunt, & soli Deo præstantur, manebunt subiecta irritationi, relaxationi, dispensationique, ac commutationi, quemadmodum, & vota manent, & ad quos pertinet vota irritare, relaxare, commutare, & dispensare, illa quoque pertinebunt, ut bene notat Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 3. cap. 20. n. 9. Vnde ex his infertur, quod si quis filia, intuitu patris, dotem sub iuramento promittat; tunc non ad filiam, sed ad patrem remissio iuramenti pertinet.

An tutores, & curatores possint vota, & iuramenta pupillorum in aetate impuberi emissa, post pubertatem postea irritare?

R E S O L. XIV.

Suppono discrimen inter tutorem; & curatorem: nam Tutor datur principaliter personæ, secundariò verò datur rebus; at è contra curator datur principaliter rebus, & secundariò personæ. Deinde, tutor datur in ætate pupillari, id est, vsque ad pubertatem, qua completa cessat statim; at curator datur puberibus, duratque toto minoris ætatis tempore, nempe, vsque ad vigesimumquintum annum completum, iuxta ius commune; & iuxta nostrum, vsque ad vigesimum completum, quo tempore finito cessat curator.

Hoc supposito, asserunt multi, quoad tutorem, posse supradicta vota pupillorum irritare. Ita expressè Angelus *verb. Potum, 2. num. 10.* Emmanuel Sà *verb. Potum*, ubi de voti irratione, *num. 5.* & Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 35. n. 2.* ubi sic ait: [Tutor utriusque sexus, etiam mater, potest omnia vota realia, & personalia, & mixta impuberum irritare, eodem modo, quo pater. Ita communiter DD. qui quoad hoc eodem modo loquuntur de patre, ac de tutore; militat enim eadem ratio in patre, & tutore. Nam tutor gerit vices patris, ad consulendum imbecillitati intellectus impuberum, ne imprudenter votis se adstringant. Poterit etiam tutor vota impuberis irritare, sicut pater, transacta impubertate, si postea non ea confirmavit pubes.] Ita ille. Et ratio est; quia quoad omnia vota impuberum, illorumve personas, gerunt tutor, & curator vicem patris, & rerum gubernationem in omnibus respectu pupillorum; ergo, quod de patre respectu filij impuberis dictum manet, dicendum quoque est de tutore, & curatore respectu suorum minorum, & pupillorum. Et hanc sententiam docet etiam Lessius *lib. 2. q. 40. dub. 14. n. 82.*

Contrariam tamen sententiam tenet Sanch. in *Summa, tom. 1. lib. 4. cap. 30. num. 15.* Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 24. & 25.* & alij. Et ratio est: quia eo ipso, quòd pupillus fit pubes, desinit tutor esse tutor, & incipit esse tantum curator, cui non persona, sed bona tantum pupilli subiiciuntur; amisso autem tutoris officio amittitur potestas irritandi vota, & iuramenta facta, etiam in impubertate, seu ante quattumdecimum annum in masculis, in fœminis verò ante duodecimum; pater autem, etiam post pubertatem, non desinit esse pater. Nec refert, quòd amisso tutoris officio adhuc maneat illius persona; quia vota, & iuramenta non pendent à tutoris persona, sed ab officio, aliàs irritandi potestas non transiret ad tutorem sequentem, si contra impubertatis annis alter tutor daretur pupillo, remoto priori tutore ab officio tutoris. Cùm ergo statim adepta pubertate à pupillo expiret prorsus officium tutoris, & maneat ipse tutor persona priuata, expirabit quoque conditio ab eo officio pendens, & potestas irritandi.

Si verò loquamur de curatore dato minori post pubertatem, siue idem sit, qui prius erat tutor, siue alius; quidam existimant, non posse huiusmodi curatorem irritare vota, & iuramenta personalia, vt castitatis, Religionis, peregrinationis, &c. facta ab impubere, tempore, quo ipse erat subiectus patri, vel tutore, quanuis nec ab ipso essent post pubertatem ratificata, neque à patre, vel tutore, vel ante, vel post pubertatem confirmata: quia ad curatorem tantum pertinet administratio, & gubernatio rei familiaris pupilli, non gubernatio personæ; curator enim non personæ, sed rebus datur, l. *In copulandis. 9. C. de nuptiis.* Et ita curator vota personalia sui minoris irritare nequit; poterit tamen irritare vota illius realia, Et ita docet Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 6. n. 24. & 25.* quem citat, sed non sequitur Sanch. *tom. 2. Decalogi. lib. 4. c. 30. n. 15.*

Alij, & meliùs, existimant, posse ipsum curatorem, non olàm huiusmodi vota, & iuramenta realia, sed etiam per-

sonalia suorum minorum irritare: & ita docet expressè Sanch. modo allegatus, & docet etiam Syluester *verb. Potum. 4. quest. 2. dicto 6.* Et ratio est: quia pater potest irritare hæc vota, & iuramenta respectu filij post pubertatem: ergo & curator, dum eius officium durat, id est, vsque ad vigesimumquintum annum minoris completum: nam vsque ad hoc tantummodo tempus durat officium curatoris: quia, vt omnes Authores fatentur, curator respectu sui minoris vicem gerit patris, & patri succedit, illique equiparatur in omnibus. Vnde, si pater potest, potest etiam ipse curator, dum curator est: nam ea vota semper manent imperfecta, vt prius erant ratione imperfecti iudicij, & pendentia à conditione; nisi pater, aut succedens patri in potestate, irritauerit. Nec refert, quòd curator detur primariò ad rem familiarem minoris administrandam; non enim datur solummodo ad solas res minoris administrandas; sed datur primariò, & principaliter ipsis rebus sustinendis, & administrandis; secundariò verò datur personæ minoris, vt illam etiam dirigat, & gubernet; vt *suprà* probauimus: & hoc sufficit; vt prædicta illius vota, & iuramenta irritare valeat, vt pater: ergo, &c. Et ita docet Castrus Palam. *tom. 3. disp. 3. punct. 3. §. 3. num. 5 & 6.* ex Sanchez, Suarez, Azorio, Valentia, & aliis. Et ratio horum omnium est: quia hæc vota, & iuramenta verè ab impubere fuerunt emissa, & habent illius ætatis imperfectionem. Cùm ergo tractu temporis nulla mutatio in illis facta sit aduentu ipsius pubertatis; potest pater, & qui loco parentum sunt, illa irritare post pubertatem, sicut de reliquis impuberum votis diximus, dummodo ea in ipsa pubertate non ratificauerint, aut pater illa confirmauerit. Vnde, si extra impubertatem à patre non irritentur, & ipsi impuberes ea tunc ratificent, obligabunt. Solus tamen Viualdus in *Candelabro aur. 1. par. cap. 4. n. 99.* ausus est dicere, non posse patrem irritare vota personalia de ingredienda Religione, aut seruanda castitate, & similia personalia filiorum impuberum dilata in tempus pubertatis: sed nullam rationem, nec fundamentum pro se asserit, vt inquit Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 6.* Itaque, si quæras, quid de votis, & iuramentis filiorum impuberum implendis in tempus pubertatis, siue realia, seu personalia sint; vt si voueant aliquid exequendum, cùm adoleuerint, & ad pubertatem peruenerint, v.g. castitatem, Religionem, aut eleemosynam? Respondeo, hæc eodem modo irritari posse à parentibus, tutoribus, & curatoribus, quo hæctenus diximus. Quia, vt dictum est, curator succedit in gubernatione filij ex potestate, quæ patri conuenire debebat eo tempore, si viueret: sed *alibi* probaui, patrem irritare posse vota filij puberis ante pubertatem emissa, nec post pubertatem confirmata. Ergo idem poterit curator, quidquid dixerit Suarez *ubi supra, num. 24.* alibi à nobis impugnatus; cui adde Sotum *de inst. lib. 7. quest. 3. art. 2. dub. ult.* Aragonium in *2. 2. q. 88. art. 9. in fine.* Sed opinio affirmatiua, cui ego adhæreo, est satis probabilis, & tuta in praxi.

Sed, quia à nobis paulo *suprà* dictum est, posse patrem, curatorem, & alios Superiores, vota filiorum irritare, dummodo non fuerint post pubertatem confirmata; quæritur, quando, & quomodo dicantur confirmata? Respondeo, non censeri confirmata per approbationem parentis; (tamen contrarium sentiant Suarez *lib. 6. cap. 6. n. 15. & 16.* & Sayrus *lib. 6. in Clauis Regia, cap. 10. num. 28.* Quia hæc approbatio, nec supplet perfectè imbecillitatem iudicij impuberis, nec priuat parentem potestate gubernationis filij; sed solum præstat, ne pro libito, & absque causa licite irritare possit filij vota. Sanchez *c. 30. num. 36.* Deinde non censentur confirmata ex eo, quòd vouens voluerit illa exequi. Quia hæc voluntas non immutat obligationem antea contractam; sed illi, quantumuis infirmæ, annexa est. Sic Navarrus *cap. 12. num. 71.* Azorius *1. part. lib. 11. cap. 17. quest. 7.* Valentia *2. 2. disp. 6. quest. 6. punct. 6. quest. vltima.* Suarez *cap. 6. nu. 12. & 13.* Lessius *lib. 2. c. 40. dub. 14. num. 83.* Sanchez *lib. 4. Sum. cap. 30. n. 38.* Neque

item censentur confirmata, tametsi sæpè renouentur, seu repetantur vt firma, credendo firma, & irritabilia esse: quia huiusmodi repetitio est approbatio prioris vinculi, non alicuius noui constitutio; & ignorantia seu error tollit voluntarium, ac proinde impedit, ne firmentur amplius, quàm sint. Nauarrus, & Lessius *suprà*, & Sanchez 30. *num.* 43. Quapropter tunc vota confirmata censentur, quando vouens conscius infirmitatis priorum votorum, se obligare vult firmiter, & irreuocabiliter; vel vult se obligare, ac si nunquam obligatus esset. Quia hæc voluntas æquiualeat nouæ voti remissioni. Et ita in specie docet Palauus *tom.* 3. *disp.* 2. *punct.* 3. *num.* 10. quod est valdè notandum.

Si filius, seruus, uxor uoueat, v.g. singulis sextis feriis sua vita ieiunare, vel quotidie Litanias recitare, & similia, an talia vota possint à parente, marito, aut domina irritari?

R E S O L. X V.

Affirmatiuè respondet Sanch. in *Summa, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 7. [Quia sicut votum absolutè emissum recitandi quotidie Officij diuini, aut quotidie dandæ elemosynæ posset prorsus irritari, cum tamen toto vitæ tempore obliget: ita potest, quando totum vitæ tempus exprimitur; quia in neutro casu censetur partim relatum ad subiectionis, partim autem ad libertatis tempus. Quare iure optimo Azorius *tom.* 1. *Instit. moral. lib.* 11. *c.* 17. *quest.* 11. *ad finem*, & Saytus in *Clauiregia, lib.* 6. *c.* 10. *n.* 18. dixere, posse id votum omninò irritari, quando ad nullum tempus est expressè relatum, sed absolutè emissum. Et Azorius expressè dicit, tunc non posse, nisi quoad partem, quando expressa fuit vtriusque temporis mentio.] Ita Sanc. itaque, secundum illum, hæc vota æquè libertatis, ac subiectionis tempus afficiunt; ac proinde irritationis perfectæ capacia sunt.

Verùm contrariam sententiam nominatim contra Sanchez tenet Castus Palauus *tom.* 3. *disp.* 2. *punct.* 3. *§.* 4. *n.* 2. Quia supradicti domini solùm irritare vota subditorum possunt, quatenus sibi præiudicant: sed illa vota solùm dominis præiudicare possunt, quoad materiam contingentem tempore subiectionis, non autem postea. Neque obstat, hæc vota æquè libertatis, ac subiectionis tempus afficere. Quia afficiunt illud diuisibiliter; est enim materia illis promissa diuidua, singulis diebus correspondens: ac proinde secundum partem implendam tempore subiectionis suspendi possunt, manentibus firmis quoad partem tempore libertatis implendam. Aliàs votum castitatis emissum ab vxore irritari posset à viro, ita vt soluto matrimonio nulla illius esset obligatio. Quod est omninò falsum, vt satis colligitur ex *cap. Quidam.* & *cap. Placet de conuersione coniugatorum.*

Sed opinio Sanchez non habet difficultatem in sententia Doctorum asserentium absolutè potestatem mariti, domini, parentis irritatiuam, extendi ad vota emissã tempore subiectionis, etiamsi sint adimplenda subiectione dissoluta. Quia tempore, quo votum illud emittitur, voluntas illa subditur Superiori, siue absolutè, siue quoad materiam promissam, quantuncunq; exequutio in aliud tempus differatur. Et confirmatur: quia quauis exequutio pendeat in futurum; at talis voti grauamen, & obligatio sunt præsentia, Secundò, quia sequitur ex tali voto præiudicium Superiori: nam tempore, quo est verè Superior, & alter subditus, cum non recognoscit vouens sine eius consensu. Et hanc opinionem probabilem putat etiam ipsemet Sanchez. *ubi supra, n.* 3. Sed de hac quæstione *alibi* à nobis etiam actum est.

An presentatus à patrono laïco ad Ecclesiam parochialem, possit ab Episcopo examinari coram Examinatoribus non constitutis à Synodo?

R E S O L. X V I.

Affirmatiuè respondet Barbosa in *Concilium Tridentinum, sess.* 24. *cap.* 18. *num.* 51. vbi sic ait: [Præsentatus à patrono laïcis ad Ecclesiam parochialem de iure patronatus laïcorum, sufficit, quòd examinetur coram aliis Examinatoribus non synodalibus.] Ita ille, qui ex Aldano postea testatur sic declarasse Sacram Congregationem sub die 19. Decembris, 1620.

Sed contrarium omninò affirmandum esse puto, quod patet apertè ex verbis Tridentini *sess.* 24. *cap.* 18. *ibi*: [Quòd si ius patronatus laïcorum fuerit, debeat, qui à patrono presentatus erit, ab eisdem deputatis, vt supra, examinari;] nempe, ab Examinatoribus, quos Concilium *suprà* præceperat eligi in Synodo diocesana. Et idèd, stantibus dictis verbis Concilij, Garcias de *benefic. tom.* 2. *part.* 9. *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 255. sic ait: Dubitatur, an in Parochialibus iurispatronatus requiratur examen per concursum? In quo dico primò in Parochialibus iurispatronatus laïcorum non requiri examen per concursum; sed solùm presentatum examinandum esse ab Ordinario cum tribus saltem Examinatoribus synodalibus, & illi idoneo reperto institutionem faciendam, ex *dicto cap.* 18. Concilij *versic.* Quòd si iurispatronatus laïcorum.] Ita ille, & post illum Venerus in *Exam. Episcop. lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 33. sic asserens: [Quæritur, quando in prouisione parochialis Ecclesiæ requiritur examen priuatum, & non concursus? Respondetur primò, in permutationibus, & resignationibus, quando venit, in forma dignus. Secundò, in permutationibus beneficij simplicis, & curati. Tertio, in beneficiis Regularium, quæ sæcularibus conferuntur. Quarto, in Vicariis perperuis, si conferantur ad confirmationem dignitatum, quòd, scilicet, dignitates eas habent vnitas. Quintò, in presentato à patrono laïco. in his requiritur examen à synodalibus, & non concursus.] Hæc Venerus. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Lessius *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 16. *num.* 81. *iuncto num.* 79. Leo in *Praxi, par.* 2. *cap.* 3. *num.* 39. Parisius de *resignat. benefic. lib.* 8. *quest.* 9. *num.* 111. Vgolinus de *potest. Episcop. c.* 50. *§.* 3. *ver.* 3. Alzedus in *Praxi Episcop. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. & alij penes ipsos.

Vnde ex his puto, declarationem adductam à Barbosa in principio huius Resolutionis, tanquam spuriam reiciendam esse: nam Patres Purpurei possunt declarare id, quod obscurum est in Concilio, non autem determinare contra id, quod determinatum est à Concilio: sed in Concilio, vt visum est, determinatur, presentatum à patrono laïco esse examinandum ab Examinatoribus in Synodo diocesana constitutis: ergo, &c. Et idèd, vt appareat apertè, quòd dicta declaratio à Barbosa adducta sit adulterina, sciant Lectores, Sacram Congregationem, inhærendo verbis apertis Concilij, nostram sententiam declarasse, vt patet ex verbis dictæ Congregationis, quæ adducit Gonzalez in *Regul.* 8. *Cancell. Gloss.* 6. *num.* 134. vbi sic ait: [Potest prouideri Parochialis sine concursu, quando est iurispatronatus laïcorum: nam tunc presentatus à patrono debet simpliciter examinari ab Examinatoribus deputatis; & si idoneus repertus fuerit, admitti, & institui; vt disponitur in *eodem cap.* 18. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. versic.* Quòd si iurispatronatus. Et declarauit Sacra Congregatio Concilij dicens: Examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialis, quæ sit iurispatronatus laïcorum: sed sufficit, quòd deputatus à patrono, examinetur ab Examinatoribus in diocesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit hîc Concilium Tridentinum in *§.* Quòd si iurispatronatus.] Hæc Gonzalez. Vnde puto, quòd in verbis Declarationis addu-

Et à docto. & amicissimo Barbosa irreplevit mendum ex incuria amanuensis, vel impressionis; cum ipse de potest. *Episcop. par. 3. allegat. 60. num. 18.* aperte nobiscum asserat, in Parochialibus de iurepatronus laicorum, presentatum esse examinandum coram Examinatoribus synodalibus.

Notandum est tamen hic, quod licet (ut habetur in *citata Declaratione Cardinalium*) in examine Parochialis iurepatronus laicalis non debeat fieri concursus; tamen hoc fallit in tribus, ut observant Garcias, Gonzales, & alij *vbi supra*, Primò, quando parochialis esset iurepatronatus merè laicalis: secus verò, si esset iurepatronatus mixti, partim Ecclesie, & partim laici: nam tunc fieri debet concursus, ut Eminentissimorum Cardinalium Tridentini Concilij Interpretum Congregatio declaravit, dicens: Si Ecclesia parochialis sit iurepatronatus, partim Ecclesie, partim laici, servanda est forma examinis per concursum: hic posita, quam Concilium prestitit in conferenda Parochiali, quæ sit iurepatronatus merè ecclesiastici; & idem dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantum ad Ecclesiasticum. Et factò concursu in hoc casu, si Parochialis est de iurepatronatus mixto, patronus debet electum presentare, & ab Ordinatione institutio fieri. Secundò, declaratur, ut procedat, & locum habeat in iurepatronatus laicorum ex constructione, fundatione, & dotatione, aut donatione: secus verò, si competat ex privilegio, vel prescriptione, vel alio quovis modo. Nam isti patronatus cum quasi possessione inde sequuntur, (salvis his, qui Principibus sublimibus, & studiis generalibus competunt,) sunt omnino sublatis, & derogari per Concil. Trident. *sess. 25. de Reform. cap. 9. §. Denique*. Tertio declaratur, quod procedat, si patronus laicus unum duntaxat presentat: secus vero, si presentat plures Clericos ad Parochialem; quia inter ipsosmet presentatos, & non alios, debet fieri examen per concursum, & idonei sunt ab Examinatoribus approbandi, & ex his approbatus est magis idoneus ab Episcopo eligendus, ut Sacra Concilij Tridentini Congregatio declaravit, dicens: [Eueniente vacatione Parochialium de iurepatronatus laicorum, quando plures sunt presentati, requiritur examen per concursum, inter ipsos presentatos tantum, ut ex his, qui peracto examine idonei ab Examinatoribus denunciati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicaverit; atque illum, & non alterum instituat, iuxta hoc Decretum.]

Non desinam tamen hic adnotare circa id, quod dictum est, ex Declaratione Cardinalium non cessare examen per concursum in beneficiis patronatus mixti laicalis, & ecclesiastici, casu, quo pars laicalis prævaleat in presentatione; eò quod præcipua sit. Et idem dicendum videtur, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, pro vna tantum ad Ecclesiasticum. Ratio verò huius decisionis est favor Ecclesie, ut hac via melius provideri possit. Tamen hæc omnia habent aliquam difficultatem: nam, ut observat Castrus Palus *tom. 2. tractat. 13. disput. 2. punct. 2. §. 5. num. 3.* si pars laicalis in patronatu prævaleat, necessarium ab ea presentatus instituendus est, si idoneus fuerit repertus, iuxta textum Concilij. Quæ ergo utilitas est, si in concursum cum presentato à patrono ecclesiastico examinatur, cum hic presentatus, etsi dignior, institui non possit? Adde, etsi favor Ecclesie sit, examen fieri per concursum, ut hac via de digniori ministro provideatur; etiam favor Ecclesie est patronis laicis favere, & presentatum ab eis, modò dignus sit, instituere: quia hac via ad fundandas Ecclesias excitantur. Sed
 autoritas Sacre Congregationis est
 maxima.

An, qui certus est de animo, & intentione iurandi, dubitat tamen de intentione se obligandi, teneatur ad iuramentum?

RESOL. XVII.

Non desunt Doctores asserentes, iurantem cum animo iurandi, non se tamen obligandi, teneri ad iuramentum. Ita Aragon. *in 2.2. quest. 89. art. 7.* Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 2. de iur. cap. 7. num. 21. & sequ.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 42. dub. 8. num. 38.* Sayrus *in Claus. Reg. lib. 5. c. 6. num. 8.* Sotus *de iust. lib. 8. quest. 1. art. 7. ad 4.* Caictanus *in 2.2. quest. 89. art. 7. ad 4.* Gurtierrez *in can. 99. lib. 2. c. 22. n. 31.* Valentia *tom. 3. disp. 3. quest. 7. punct. 4.* & alij. Quia, si habens intentionem non se obligandi, non maneret obligatus, nullo modo esset mortalis periurij reus habens animum non implendi; hoc autem non est dicendum: ergo. Deinde substantia iuramenti non consistit in intentione, & voluntate se obligandi; sed in intentione, & voluntate iurandi: quare, si quis vult iurare, necessario vult se obligare.

His tamen non obstantibus, alij asserunt, quod qui iurat animo iurandi, non tamen se obligandi ad tale iuramentum, præcisè, & ex vi, ac religione iuramenti, ad illius observationem non obligatur. Ita Sanch. *in Summa. tom. 2. lib. 3. cap. 10. num. 8.* & alij penes ipsum, quibus addit Fagundez *in Decalog. tom. 1. præcept. 2. lib. 2. cap. 9. n. 90.* Quia qui iurat cum animo iurandi, & non se obligandi, reuera non iurat; & licet poterit se iurare, fallitur omnino, & vulgariter tantum id dici potest iuramentum, non verè: nam iuramentum de futuro, si quod est, obligatorium est: unde cum ipse expressam habeat intentionem non se obligandi, si putat se iurare, fallitur. Secundò, quia promissio, & votum factum animo vouendi, & promittendi, non tamen se obligandi, non obligat: ergo neque iuramentum eodem modo factum obligabit; quanvis enim ex promissione, & voto naturaliter, velit, nolit vouens, ac promittens, oriatur obligatio; hoc tamen est supposito valore promissionis, & voti: ille autem, qui promittit, & vouet cum animo promittendi, & vouendi; sed cum animo expresso se non obligandi, reuera non vouet, nec promittit, nec validum votum, aut promissionem facit; quia apponit conditionem contrariam essentiae ipsius voti, & promissionis. Unde nihil vouet, nec promittit, & si putat se vouere, decipitur: per secundam enim intentionem non se obligandi, destruit intentionem vouendi. Similiter ergo dicendum erit in iuramento promissorio, cum ferè in omnibus rebus sequatur naturam promissionis: sicut si Princeps legem faceret nolens per eam populum obligare, specie quadam, & nomine tantum lex esset; re tamen vera lex non esset; lex enim, si qua est, obligatoria est.

Verum etiam stando in hac posteriori opinione, dicendum est in casu proposito huius Resolutionis, quod licet qui iurat, aut vouet, animo iurandi, & vouendi, non tamen se obligandi, non teneatur ad votum, & iuramentum; tamen quando certus est, se voluisse iuramentum, & votum emittere, & dubitat, an se voluerit obligare, necessario obligandus est ad tale votum, aut iuramentum: quia obligatio moralis prædicti voti, & iuramenti, moraliter resultat ex voto, & iuramento, hoc est, ex intentione vouendi, & iurandi, nisi aliunde per expressam voluntatem non volendi se obligare ad tale votum, aut iuramentum impediantur, ut probavit Fagundez *loco citato*. Hic autem non impeditur talis obligatio per talem voluntatem expressam: quia de illa, facta bona diligentia, dubitatur: quare necessario dabitur moralis obligatio, nisi tamen quis aliàs solitus sit iurare, & vouere sine animo se obligandi ad tale iuramentum: quia tunc censendus est noluisse se obligare. Et hæc omnia à fortiori procedunt in sententia Doctorum, *vbi supra*, asserentium, eum, qui iuravit, vel vouit cum intentione iurandi, vel vouendi, & sine intentione

entione se obligandi, eo ipso manere obligatum ad tale votum, & iuramentum. Vnde docet Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 4. de voto, cap. 8. n. 6.* cum quis absolute promittit castitatem, & dubitat de intentione vouendi, standum esse verbis, & obligandum ad seruandam castitatem integram; nisi coniecturas habeat, quæ sufficiant ad ferendum probabile iudicium, quoddam intentio non fuerit adæquata verbis. Et idem iuxta Sanchez *tom. 2. Decalogi, lib. 4. ap. 1. num. 36. & lib. 3. cap. 10. num. 10.* dicendum est etiam, quando quis certus est, se fecisse votum, & iuramentum; dubitat tamen, omnibus perpensis, an sciter de obligationem consurgere: quia eo ipso, quoddam certus sit de voto, & iuramento, debet esse certus de obligatione; cum hæc moraliter resultet ex illa, & non pendeat à conscientia vouentis. Et cum Sanctio consentit Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 2. cap. 7. num. 18.* ubi dicit, eam ignorantiam non excusare: quia, etsi ignorantia inuincibilis excuset ab obligationibus pendentibus immediate, & directe à voluntate contrahentis; non tamen excusat à consequentibus naturaliter, aut moraliter à priori actu: quia tunc, elicit, nolit agens, ea obligatio mortaliter, aut naturaliter resultat ex ipso actu, quando illam per contrarium actum non impediuit.

Norandum est etiam ex his primò, quoddam si quis certus sit, quoddam verba iurandi, vel vouendi protulerit, dubitat amen de intentione, qua illa protulerit, & an voluerit orare, vel vouere, vel simulare; iuramentum tenet, & obligat. Ita tenet expressè Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 2. de voto, cap. 33. num. 4.* Secundò, si quis certus est, quoddam aliquid se facturum, vel daturum promiserit; sed per talia verba, quæ possunt habere sensum ambiguum, & de quibus dubitari potest, an contineant formam iuramenti, & dubius est de intentione, & significatione, qua illa dicere voluit, ut si dixit, per fidem suam: & dubitat de qua fide intellexerit, humanane, an diuina, non obligatur ad tale iuramentum. Ita docet expressè Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 2. de iuramento, cap. 33. num. 3.* Caietanus *2. 2. quæst. 89. art. 7.* Tertio, si quis certus est de iuramento, & voto, & de intentione se obligandi; & facta diligentia dubitat, an quando illa emisit, habuerit intentionem implendi, extra controuersiam est, ad illa teneri. Ita Sanchez *tom. 2. Decalogi, lib. 3. cap. 10. num. 5.* & Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 2. de iuramento, cap. 7. num. 21.* Quarto, si quis certus est de voto, & de intentione se obligandi, & adimplendi illud; dubitat tamen, an de facto iam illud adimpleuerit, tenetur, non obstante tali dubio, illud adimplere. Est communis. Ita Rebellus *de iust. part. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. num. 13.* Sanchez *tom. 1. Decalogi, lib. 1. c. 10. num. 36. fins. & num. 12.* & Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 2. cap. 33. num. 7.* Quintò, Gregorius de Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst. 6. punct. 1.* expressè asserit, non obligare iuramentum, aut votum factum cum animo iurandi, & vouendi, & se obligandi, & sine animo implendi, exequendive illud. Fundamentum illius est: quia, qui non habuit animum exequendi rem votam promissam, aut iuramento, potest probabiliter existimare; se non habuisse verum animum promittendi, aut se obligandi: raro enim contingit dari propositum se obligandi sine animo implendi, & simul cum animo, & proposito non exequendi: & idè ubi de hoc animo, & proposito non exequendi constat, & animus promittendi est dubius, potest quis in hoc dubio coniectere defuisse quoque animum se obligandi. Tamen, his non obstantibus, dicendum est, quoddam qui iuramentum, vel votum emisit cum intentione iurandi, & vouendi, & se obligandi, sed cum expressa intentione non implendi; nihilominus ad iuramentum, & votum tenetur. Ita docet Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 1. de essentia voti, cap. 4. n. 2.* Gutierrez *lib. 2. qq. canonic. cap. 22. num. 30. per multos, & lib. 2. de iuramento, cap. 7. num. 21.* & Sanchez *tom. 2. Decalogi, lib. 3. cap. 10. num. 5.* ubi dicit, hanc opinionem sibi certissimam esse. Et ratio est: quia per promissionem, & volun-

tatem se obligandi Deo, vel homini factam, acquirit promissarius ius ad rem, & per expletionem consequitur ius in rem; ergo, quanuis promittens nolit tradere promissario rem promissam per votum, aut iuramentum, semper manet obligatus in conscientia ad illam tradendam. Deinde, quia, suscipit Ordinem sacrum, etiam si non habeat voluntatem seruandi castitatem, imò cum expressa voluntate non seruandi illam votum emittit; nihilominus tenetur ex voto illam seruare. Idem ergo est de promissione facta alicui cum simili proposito: nihilo enim minus valida est. Idem etiam est de quocunque voto simplici. Quare, si quis habens intentionem verè vouendi castitatem, aut iurandi illam, & se ad eam per votum, aut iuramentum obligandi, etiam si habeat intentionem non implendi, & non faciendi, quod promittit; illud votum; & iuramentum est validum, & obligans.

An sponsa per vim oppressa à sponso ante bimestre, possit semen incontinenti expellere?

RESOL. XVIII.

Affirmatiuam sententiam, tanquam probabilem, admittit Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disputat. 25. num. 17.* ea communi doctrina, quam amplectuntur. Sorus *lib. 5. de iust. quæst. 1. art. 8. versic. De bonis autem.* Bañes *2. 2. quæst. 64. art. 7. dub. 3. ad 2.* Aragonius *art. 7. fol. 382. §. In hac difficultate explicanda.* & ibi Salonius *controuers. 2. §. Ex his sequitur.* Manuel. *1. summa, 2. editione, cap. 136. num. 15.* ex doctrina, inquam, quæ habet, licere priuata auctoritate furem incontinenti, ubi furtum artipuit, antequam in loco tuto constitutus sit, percutere, & eam reputari defensam: similiter ergo reputabitur defensa, cum incontinenti, & statim, ac semen receptum est, foemina vim passa expellit: secus quando iam semen habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum: tunc enim non erit defensa, sed intrinsecè malum. Et confirmatur: quia posset foemina illa vim passa, quocunque tempore membrum virile extrahere, si posset, quanuis semen effundendum esset; non enim tenetur id pati: ergo incontinenti ac effulum est, potest similiter expellere: quia, cum nondum semen habeat pacificam vasis possessionem, adhuc quasi in fieri, & in ipsa effusione reputatur esse. De sponsa autem, de presenti per vim cognita; id non affirmarem: quia iniuria est multò leuior, nec infamiam paritur, & damnum non est aded graue. Nec de foemina per metum cognita, quia copula fuit voluntaria; & cum peccato admissa. Ita Sanchez.

Sed aduersus illum acriter insurgit Magister Taxeda *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 124.* Quia expellere semen intra vas constitutum, est intrinsecè malum, ut pote contra naturam ordinantem semen illud ad proli generationem: ergo ex nulla causa honestati potest. Secundò, quia ex illo semine viri intra vas foeminae deciso, potest oriri proles: ergo vxor illud expellens peccat contra iustitiam, irrogans proli maximam iniuriam. Tertio, quia quando semen iam habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum, nequit vxor vi oppressa illud expellere: ergo neque quando statim, & incontinenti decisum est. Antecedens conceditur à Sanchez. Sed euidenter probatur consequentia: quia semen iam decisum intra vas foeminae, in quocunque loco sit, siue nuper sit decisum, siue aliqua mora sit elapsa, habet eandem vim, & operatur eundem effectum; imò respectu matricis, quæ recipit, & habet virtutem attrahendi illud, parum refert, quoddam parum, vel paucum distet à loco tuto: nam experientia, teste inuentum est, foeminam virginem in balneis, matrice attrahente semen ibi casu decisum, absque apertione claustris concepisse, & idè multò certius concipiet vxor, statim ac incontinenti semen per carnalem copulam intra suum uterum recepit. Deinde illa iniuriæ repulsio, extrahendo

hendo à vase semen receptum, vt iniuriam repelleret sibi à marito factam, qui intra bimestre oppressit illam, non tendit contra maritum iniuriantem, dato casu, quòd talis iniuria esset vxori illata, (quod tamen non credo;) sed contra prolem innocensem ex semine illo generandam, & idèd est iniusta: nemo enim potest repellere iniuriam sibi factam, iniuria afficiendo eum, qui talis iniuriz nullo pacto causa est: Ad argumentum adductum à Sanch. respondere postea Texeda n. 128. cuius sententiæ ego libenter adhaereo.

Sed hæc oritur quæstio; an intra bimestre possit maritus vxorem inuitam cognoscere absque peccato mortali, dato; quòd de ingredienda Religione non cogitet. Et negatiuè respondere Glossa in cap. Coniuges. 27. q. 2. verb. *Primum*. Syluester verb. *Debitum*. quæst. 1. causa 4. Rosellam ibidem, n. 2. Annilla n. 9. & plures referens Sanchez lib. 2. disp. 24. n. 25. Poncius lib. 9. c. 9. n. 7. Sed ego contrarium puto. Dico igitur, maritum vxorem comprimentem intra prædictum tempus bimestre, non peccare mortaliter; quia à tempore initi matrimonij rectè, & benè habet ius in corpus fœminæ vxoris suæ: ergo illa vtendo vt non peccat mortaliter. Antecedens conceditur ab omnibus, & consequens ostendo; quia nemo vtendo re propria, & iure suo peccat: etsi aliquibus sequatur iniuria.

Obicitur: Intra illud bimestre poterat fœmina illa, Deo inspirante, deliberare de meliori statu, & ad Religionem transire facere: ergo vit vi opprimens vxorem, & auferens ab illa potestatem istam, peccat mortaliter. Respondeo, quòd in textibus à Sanchez adductis non imponitur præceptum, vt coniugati per bimestre abstineant à copula; sed duntaxat permittitur illis, vt intra bimestre possint abstinere, vt deliberent de meliori statu; atque ita nullum præceptum maritus transgressus est.

Nec obstat dicere, quòd illud bimestre non solum conceditur, vt cogitans de ingressu Religionis possit interim de eo deliberare; sed etiam vt interim præparet necessaria ad solennitatem nuptiarum; ac vt sponsus eò chariorem habeat sponsam, quòd diutius eam desiderauit. Nam respondeo negando, bimestre ob alias causas concedi in iure; etenim, cum ius expressè det rationem, cur eos duos menses concedat, sine fundamento alias rationes excogitamus. Et certè cum sponsalia soleant præcedere matrimonium, facillè interim necessaria ad solennitatem præparari possunt, vt etiam communiter fit; & diuturnior negatio sponsæ potest facillè fieri ante contractas nuptias. Quare concludendum est, eum, qui non cogitat ingredi Religionem, statim ac fit contractus, teneri reddere alteri. Et idèd hanc sententiam contra Sanchez, præter Texedam *ubi supra*, n. 130. tenet etiam Castrus Palauus tom. 3. disp. 3. punct. 2 §. 5. num. 7. Coninch de Sac. disp. 26. dub. 4. n. 16. & Martinus Perez de matrim. disp. 20. sect. 5. n. 12. qui etiam optimè notat, quòd quanuis transierit bimestre ante consummationem, volenti ingredi Religionem irrogari iniuriam, si vi comprimat ad consummationem, quando statim ac ab ipso petitur debitum, vult Religionem ingredi; quia ei licet ingredi statim. Nam, quantuncunq; temporis elapsum sit à matrimonio contracto, modò non sit consummatum, siue iure, siue iniuria id contigerit, vtraque pars habet ius ingrediendi Religionem, modò id statim faciat. Concludendum est igitur, vt probaui, hoc bimestre solum concedi iis coniugatis, qui animum habent Religionis capeffendæ. Ducor; quia à puncto contracti matrimonij tenentur coniuges sibi inuicem reddere debitum, nisi iure pontificio ob bonum Religionis aliquo tempore hæc obligatio suspendatur. At nullis aliis coniugibus inuenitur suspensio; nisi iis, qui de Religionis ingressu tractant; vt constat ex cap. *Ex publico. de conuers. coniugat.* vbi hoc bimestre, & non alibi inuenitur concessum; ergo, &c. Non nego tamen sententiam Sanchez, Poncij, & aliorum suam habere probabilitatem,

An, quando matrimonium initum est absque denuntiationibus, sit peccatum lethale consummare, antequàm præmittantur.

R E S O L. XIX.

Afirmatiuè responderet Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 11. num. 3. & alij penes ipsum. Quia ex præcepto Concilij Trident. sess. 24. cap. 1. non solum tenebantur hi contrahentes præmittere denuntiationes contractui; sed si tunc omisæ sunt, præmittere illius consummationi: ergo, sicut illas non præmittere matrimonio absque iusta dispensatione, esset peccatum lethale; etiam, vbi contrahentes adhiberent diligentiam, vt nosset, an laborarent aliquo impedimento; ita erit mortale non præmittere consummationi, eadem adhibita diligentia: cum idem præceptum violatur. Deinde, quia matrimonium intrinsecè ordinatur ad copulam, & prohibetur ante denuntiationes, vt evitetur copula, ne forsan, si impedimentum subsit, admittatur fornicatio: ergo à fortiori prohibetur ipsa consummatio, non præmissis denuntiationibus. Tandem, quia Parochus tenetur sub mortali curare, vt tales denuntiationes fiant ante consummationem, quando à principio factæ non sunt: ergo & ipsi coniuges peccant mortaliter consummando, iis non præmissis.

Verùm, his non obstantibus, Sotus, Ledesma, Rodriquez, Veracruz, & alij, quos citat, & sequitur Texeda in *Theolog. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 49.* asserunt, contrahentes in tali casu non peccare mortaliter prima vice consummando matrimonium ritè celebratum iuxta determinationem Concilij, si contrahentes sint certi inter eos nullum subesse impedimentum. Probatum ex verbis Concilij, quæ talia sunt: *Vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes dimittantur.* Ex quibus Concilij verbum sic infero: ergo, cum certum est, moraliter loquendo, nullum subesse impedimentum, non agunt contrahentes contra Decretum Concilij, matrimonio rectè, & benè celebrato, prima vice consummando illud, etiam si id faciant absque causa. Probatum hoc: quia Concilium petit, quòd postquam matrimonium est initum omissis denuntiationibus, si id visum fuerit Ordinario expediens ante consummationem, tenentur contrahentes matrimonium publicare, quando dubitari potest de impedimento: ergo, si certum sit, nullum subesse impedimentum, non agunt contrahentes contra Decretum Concilij, ante publicationem prima vice consummando: quia vtuntur iure suo, & nemo vtens iure suo peccat.

Obicit Sanch. Peccant mortaliter contrahentes contra Decretum Concilij, matrimonium contrahendo, omissis absque causa denuntiationibus: ergo etiam peccant mortaliter contra Decretum Concilij, si post contractum matrimonium illud prima vice consumment absque causa ante denuntiationes. Hoc est totum argumentum in forma huius moderni, quanuis illud satis dilatat, & confundat. Sed respondeo, concessio antecedenti, negando consequentiam: quia in primo casu Concilium absolute præcipit non esse absque causa denuntiationes omissas, & idèd si absque causa contrahentes illas omittant, antequàm matrimonium contrahant, peccant mortaliter contra Decretum Concilij; in secundo tamen casu Concilium Tridentinum satis se explicat, dum dicit: *Vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur.* loquitur enim sub conditione, quòd fuerit aliquod impedimentum, quòd detegi debet. Et idèd, si certè constet, nullum subesse impedimentum, contrahentes prima vice consummando non peccant, sicut nec secunda. Quare benè aduertit Caietanus tom. 1. opusc. tract. 13. de usu matrim. quæst. 2. quòd, quanuis ante Decretum Concilij Tridentini matrimonium consummare ante denuntiationes esset illicitum, & mortalis culpa; post Decretum tamen Concilij, si matrimonium fuerit

ut validè initum, illud consummare ante denuntiationes, nullum peccatum esset, dummodo adsint duo. Primum, quòd certum sit, nullum subesse impedimentum. Secundum, quòd contrahentes vtantur matrimonio cum intentione illud publicandi. Hæc omnia Texeda *vbi supra*.

Sed exat dubium, an coniux teneatur debitum reddere alteri coniugi petenti ante denuntiationes? In qua difficultate affirmat Henriquez *in Summa, lib. 11. de matrimon. cap. 16. num. 1. & asserit duo*. Primum, non tenei coniugem reddere debitum. Secundum, quòd si fuit matrimonium semel consummatum, reddere tenetur: icur vouens Religionem, peccaret prima vice reddens; at leinceps reddere tenetur: quia semel consummato matrimonio, habent coniuges plenam potestatem, & vsum corporis. Idem tenent alij Neoterici docti: sed ducuntur hac ratione: quia iam hi violarunt Ecclesiæ præceptum, nec possunt refarcire, sicut qui die ieiunij primo mane scienter comedit, deinceps non peccat, comestiones multiplicans. Sed meritò hanc sententiam impugnat Sanchez, *vbi supra, num. 5. & Texeda num. 52*. quia eadem præcepti vis vrget in ordine ad denuntiationes omittas in prima consummatione, quæ in secunda: ergo, si in secunda tenetur coniux reddere debitum, tenetur etiam prima vice: vel si non tenetur reddere prima vice, neque etiam in secunda. Deinde, quia per matrimonium verè, & rectè contractum transfertur ius, quod habet quilibet coniux in corpus alterius: ergo matrimonio vtendo non peccat.

Ad exempla adducta respondeo, non esse similia: non enim est simile de Religionis voto: quia, semel consummato matrimonio, ratione fortioris matrimonij consummati vinculi, redditur vouens impotens ad implendum votum; & idè reddere tenetur: at verò, quia adhuc potest coniux implere præceptum Tridentini, abstinendo, donec fiant denuntiationes; nec tenetur contra præceptum illud reddere. Nihil etiam probat secunda differentie ratio: quia ieiunium individuum est, nec commodam patitur diuisionem, cum eius substantia in vnica comestione consistat: quare, ea fracta, deinceps obseruari requirit: at præceptum non consummandi matrimonium est diuisibile, vt præceptum abstinendi à carnibus: nam in qualibet copula militat eadem ratio Tridentini, vt probauimus: sicut ligatus castitatis voto peccat qualibet vice perendo; non tamen peccaret qualibet vice comedendo, sed sola prima, si ieiunium vuisset.

Notandum est hîc obiter, quòd si contingat casus, in quo matrimonium statim contrahi bono communi, vel speciali contrahentium, expediat maximè, neque sit recursus ad Ordinarium, qui in prædictis denuntiationibus dispenset, poterunt contrahentes absque vlla culpa matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, Parochusque, & testes adesse poterunt: quia leges ecclesiasticæ non censentur eo rigore obligate, vt benè docent Sotus *in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. §. Ex his*. Ludouicus Lopez *1. par. instruct. cap. 39. §. Ex prædictis*. Coninch *disp. 27. de matrim. dub. 5. num. 52*. Sanchez, aliis relatis *lib. 3. dispus. 10. n. 27*. Layman *tract. 10. 2. part. cap. 4. n. 10*. Indicat Gottierez *cap. 57. de matrim. num. 6. & docet Palaus tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 3. num. 5*.

An matrimonium initum cum licentia dolo, & mendacijs à Parocho extorta, sit validum?

R E S O L. X X.

Negatiuam sententiam docet Texeda *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. num. 33. & 34*. vbi sic ait: [Si roges, an validum sit matrimonium, cui Sacerdos assistit; si licentia assistendi à Parocho fuerit impetrata dolo, & men-

dacijs? In hac difficultate affirmat Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 14. & idem asserit*, si licentia fuerit à Parocho metu cadenti in constantem virum extorta. Cæterum oppositum firmiter asserendum est, imò existimo, Sanchez sententiam esse contra mentem Concilij Tridentini, quod petit ad valorem matrimonij præsentiam Parocho, vel alterius Sacerdotis de eius licentia: sed licentia dolo, fraude, & mendacijs, aut metu graui extorta, non est licentia Parocho vera, sed subreptitia, ab illo Sacerdote arrepta, & non concessa: sicut licentia Religiosi à Prælato concessa dolo, aut metu graui ad consummendum aliquas pecunias, non est licentia: & idè si ex vi illius Religiosus illas consumat, peccat mortaliter contra votum paupertatis: quia consumpsit illas absque legitima Prælati licentia; cum licentia ab eo concessa fuerit subreptitia, & nullius valoris: ita, quando dolo, & mendacijs, aut metu graui licentia assistendi matrimonio Sacerdoti conceditur à Parocho, & dolo, aut metu graui ab eo extorquetur; talis licentia non reputabitur pro licentia.] Ita Texeda.

Sed hæc sententia ita absolutè prolata mihi non placet: nam casus appositus à Sanchez est iste, an, si quis falso nomine alicuius Magnatis, vel Principis, petat à Parocho, vt concedat licentiam certo Sacerdoti, vt assistat tali matrimonio; talis licentia sic dolo, & mendacio extorta: valida censenda sit? Et meritò contra Texedam affirmatiuè respondet: nam in dicto casu dolus non versatur circa substantiam, vel causam finalem, sed impulsivam. Et ita cum Sanchez tenet Perez *de matrim. disp. 41. sect. 6. num. 5. vbi be asserit*: [Si illa falsa existimatio Principis, vel Magnatis (ecce casum Sancij) talem facultatem petentis, fuit vnica, & totalis causa finalis, & motiua prædictæ concessionis, tunc in eo casu validam non fuisse licentiam. Hoc etiam videtur certum, quia tunc ille dolus, & mendacium tollit omninò consensum, qui est simpliciter necessarius ad liberam talis licentiae concessionem. Vnde ex defectu consensus erit nulla talis licentia, cum absolutè non consentiat voluntariè, nec velit nisi ob eam causam, vt veram ab ipso apprehensam, cum tamen reuera sit falsa. Regulariter tamen loquendo, non ita contingere solet, vt velit Parochus suam licentiam esse nullam, si allegata falsa sit. Patet causa: quia non videtur rationi consonum, vt ea sit mens Parocho concedentis licentiam, vt, nimirum, velit eam esse irritam, ea petitione falsa existente, ob damnum graue, quod inde sequitur, vt, videlicet, matrimonium passim irritetur. Quod maximè firmo: quia Parochum, vel Ordinarium concedentes prædictas licentias, si sint viti docti, & prudentes, non latet, sæpè mendaces esse, & fictitias similes Principum, & Magnatum petitiones. Vnde non illis innituntur, vt eas concedant; sed quia tenentur ex officio per se, vel alium assistere, atque adè validè concedunt. Secus autem dicendum est in eo casu, in quo mendacium, & dolus esset circa substantiam, vel concedens exprimeret deficiente veritate talem licentiam non concedere: certum enim est, concessionem inualidam fore. Hoc negari non potest; quia in primis, si putaretur Petrus petere sibi hanc facultatem, & non Paulus, esset error, vel dolus circa substantiam; quia deest substantialis consensus, cum non consentiat in illum quem putat, sed in alium. Et ita, præter Perez, tenet etiam Auerfa *de matrim. quæst. 6. sect. 4*. Castrus Palaus *tom. 5. tract. 28. disp. 2. punct. 13. §. 12. num. 2*. Antonius Escobar *in Theolog. mor. tract. 6. exam. 9. cap. 1. num. 76*. Hurtadus *de Sacram. matrim. disput. 5. difficul. 11. num. 39*. Stephanus à S. Gregorio *de Sacrament. lib. 3. cap. 98. num. 2*. Caspensis *in Curs. Theolog. tom. 2. tractat. 26. disputat. 4. sect. 5. num. 23*. Trullench *tractat. de iure. Parocho, cap. 8. num. 5*. Noguerolus *tom. 1. allegat. 24. num. 187*. Coninch *de Sacrament. disputat. 27. dub. 3. num. 37*. Barbosa *de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 32. num. 133*. Reginaldus *tom. 2. lib. 31. num. 182*.

num. 282. Bonacina de matrim. quest. 2. punct. 8. num. 17. Bossius de contr. matrim. cap. 4. § 46. num. 126. Carolus Buccius tract. 1. de cas. miscell. quest. 465. per. 11. & alij. Itaque opinio Sanchez contra Texedam vera est; quia dolus in impetranda licentia à Parocho versatur tantum circa causam impulsuam, secus autem si versaretur circa substantiam, & in hoc casu procederet opinio Texedæ.

Nec obstat dicere, quod falsitas circa causam finalem dispositionis, ipsam vitiat; sed in hoc casu est falsitas circa causam finalem, quia Parochus illa ratione cessante nullo modo concessisset eam licentiam: ergo. Secundò, dispensatio ex falsa causa obrepta est subreptitia, & nulla, cap. Quia. de consanguinitate, sed prædicta licentia conceditur ex falsa causa, & est quædam dispensatio; ergo est nulla. Tertio, deest consensus Parochi in ea licentia; ergo est inualida, Antecedens probatur; quia nihil magis contrarium consensui, quam error, l. Si per errorem. ff. de iurisd. p. m. iudic. Non obstat hæc dicere; nam ad illa respondet Perez ubi supra. Et ad primum iam dictum est, causa finali vnica cessante, & falsa existente, non valere eam licentiam. Cæterum id moraliter non contingere, iam explicatum est supra: nam error, & falsitas non contingit circa causam finalem; sed circa solam impulsuam. Ad secundum, maior est vera: quia est ita dispositum in iure, & à Pontifice declaratum. Minor verò est falsa: quia talis facultas datur ex vera causa motiua, & finali, tamen si aliqua falsitas subsit in causa impulsua. Ad vltimum negatur antecedens: nam lex illa adducta in argumento, vbi dicitur nihil tam esse contrarium consensui, quam errorem; aperte de errore substantiali loquitur. Præterea, quando concedens limitat suam concessionem asserendo, si vera sunt, quæ proponuntur, clarissimum est, deficiente veritate, concessionem esse nullam. Atque hæc est ratio, cur rescripta Pontificum dolo obrepta, sunt nulla: quia Pontifex hoc in iure aperte declarauit. Quod non procedit in casu nostro. Ergo, &c.

An excommunicatio sit actus irretractabilis, seu irreparabilis, ad ornatum Concilij Tridentini, sess. 13. cap. 1. de reform.

RESOL. XXI.

Negatiuam sententiam in vna Eldensi censuratum docuerunt plures Aduocati huius Romanæ Curie, viri quidem docti, quos ego nominatim subscriptos vidi. Idem docuit Antonius Planes, Canonicus Ecclesie Alphenis, in quadam allegatione impressa, quam approbaverunt, & subscripserunt 30. Theologi ex Dominicana Familia, ex Societate Iesu, ac aliarum Religionum cum doctis Fontanella, Xammar, & alijs Iurisperitis Barchinonensibus. Quia per tractus irretractabiles illi solum intelliguntur, in quibus per reuocationem, quæ subsequi potest, non potest concedi restitutio executionem passo ad primum illum statum, vt docet Alexander in l. 4. §. Cædemur. ff. de re iudicata. & ibi Iason num. 24. Sed in excommunicatione per absolutionem plenam consequitur restitutio: ergo, &c.

Sed ego de hoc casu interrogatus, non potui adherere supradictæ sententiæ, & illam acriter impugnaui, affirmatiuam docendo. Quæ aperte probatur: nam Concilium Tridentinum sess. 13. c. 1. de reform. cum determinasset à sententia interlocutoria posse aliquem appellare, si contingat grauumen irreparabile, quod per definitiuam reparari nequit; consultâ Sacra Congregatio, quænam essent dicta grauamina irreparabilia, facto verbo cum Sanctissimo tunc Clemente VIII. respondit esse torturam, excommunicationem, & carcerationem, vt patet in Decreto edito Romæ, die 16. Octobris, 1600. Quod per extensum apponit Piascius in praxi, par. 2. cap. 4. ar. 15.

num. 6. Riccius in Praxi, tom. 1. resolut. 104. Barbosa in Conc. Trid. sess. c. 1. n. 22. & Doctores infra citandi, quorum verba accipe. Leandrus à Murcia in 99. Regular. ad c. 10. Regula S. Francisci, qu. 6. n. 10. [Solo pueden apelar los subditos de la sentencia definitiva, y no de las interlocutorias, si fuere tal el daño, y grauumen, que se le figuiesse dellas, que no se pudiesse reparar por la apelacion de la definitiva: all lo enseñan Peyrinis de subdito, tom. 1. quest. 1. cap. 20. per primum dictum, §. Aduertendum tamen, y Spathario tr. 10. par. 4. cap. 1. n. 2. y se prueua, porque assi lo determino Pio IV. vniuersalmente por la Constitucion, que empieza: De salute gregis Dominici, la qual refiere Cherubino en el Barlario, tom. 2. in Pio IV. y o ordeno tambien el Concilio Tridentino, en la sess. 13. cap. 1. de reform. y la razon, porque tal apelacion feria friuola, y sin causa, pues el subdito, apelando de la definitiva, se podria reparar del grauumen; luego no puede apelar de la interlocutoria, y si hisiere no ha de ser oïdo. Dixe: sino es que es grauumen no se pudiesse reparar por la apelacion de la definitiva, como son aquellos grauamenes, que por el mismo caso, que se los imponen à alguno, tienen luego su efecto, como la carcel, la descomunión, suspensión, exrecho, ò el tormento, de los quales es licito apelar, aunque se impongan por sentencia interlocutoria.]

Peyrinus de Religioso subdito, tom. 1. quest. 1. cap. 20. [Grauamina autem, quæ per appellationem à definitiuâ sententia reparari non possunt, sunt illa, quæ eo ipso quod sunt lata, suum sortiuntur effectum, v.g. carcer, excommunicatio, suspensio, interdictum, tortura.]

Prosper de Augustino in Addit. ad Sum. Bull. Quarant. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 20. lit. K. [Grauamen irretractabile dicitur omnis actus irretractabilis ferens secum executionem in instanti, vt excommunicatio, carceratio, tortura, & alia huiusmodi, quæ continent factum, quod infatum esse non potest. l. In bello §. Facta. ff. de captiu. & post l. i. reuer. idem illud grauumen irretractabile censetur. Doctores in l. Quod iussit. ff. de re iudic. Diaz reg. 39.]

Lezzana in Summa, tom. 3. verb. Appellare, n. 17. [Cuius sententia duplex sit, altera definitiuâ, altera interlocutoria, ita vt definitiuâ sit, quæ fertur super causa principali, de qua lis agitur, v.g. an Religiosus fuerit fornicator; interlocutoria verò, quæ fertur super dubiis, quæ emergunt in ipsa causa, v.g. de teste aliquo recipiendo, ditione danda, &c. idem appellatio fieri potest ab vtraque sententia; ira tamen, quod ab interlocutoria communitè non liceat, nisi contineat damnum irreparabile. Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. de reform. & sess. 24. cap. 20. de reform. Hoc autem damnum irreparabile est, v.g. tortura, excommunicatio, suspensio, interdictum, imò etiam ex declaratione Sacre Congregationis, incarcerationio.]

Idem etiam iisdem verbis docet Naldus in Summa, verb. Appellatio, num. 2. Ciartlinius in contr. iur. tom. 2. cap. 125. num. 68. Zipæus de iure Pont. lib. 2. tit. de appellat. n. 10. & alij. Vnde ex his patet, me rectè, vt dixi, non potuisse in illo casu contingenti adherere voto illorum Doctorum asserentium, excommunicationem non esse actum irretractabilem, & irretractabilem; nec enim absolutio postea à censura obrepta, potest tollere damnum ab excommunicato per illam iam incurso, tam ingenti, vt patet, nec indiget probatione: vnde patet responsio ad argumentum Aduersariorum.

Nota verò, quod Sacra Congregatio rectè apposuit in dicto Decreto carcerationem inter grauamina irreparabilia: nam, præter Doctores citatos, ita docet etiam Nauarrus in Rubrica de iudicijs, num. 83. Sforza Oddus conf. 72. num. 37. Sylvanus conf. 17. num. 2. lib. 1. Caualecanus de Brachio Regio, par. 2. num. 13. vbi dicit, capturam afferre præiudicium irreparabile, siue quoad honorem, siue quoad scandala. Idem docet Genuensis in Praxi, cap. mibi 70. num. 12. Marcellus Vulpe etiam in Praxi, c. 21. n. 10. & alij penes ipsos: quibus adde Henricum Bocerum (vltimam

pius esset Author) *Disputationum de vniuerso Iure, tom. 2. Class. 6. disp. 34. num. 20.* quia, præter alias rationes, licet carceratio possit per liberationem de futuro reparari, & reuocari; non tamen potest reuocari de præterito respectu præiudicij ignominia, damnorum corporis, &c. sicut diximus de absolutione ab excommunicatione. Hæc adnotare volui: quia, quando casus supradictus hinc Romæ agitabatur, visum est aliquibus nimis durum, carcerationem à Sacra Congregatione appositam esse inter grauamina irreparabilia: sed merito hoc factum fuit, vt patet ex *superius* dictis: vnde rectè, & sapienter, vt semper solent, Patres purparati sic decreuerunt.

An illegitimus dispensatus vt Clericus fiat, censentur dispensatus ad omnes Ordines minores?

R E S O L. X X I I.

PUtat Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 6. n. 43.* talem dispensationem tantum ad primam Tonsuram esse restringendam: quia, acceptatione primæ Tonsuræ, verè quis efficitur Clericus. & dispensatio, tanquam odiosa, est aded strictè interpretanda, vt si aliquid operetur, extendenda amplius non sit, vt concedit Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 3.* Idem dicendum existimo, quanuis dispensaretur cum illegitimo, vt ordinetur in Clericum, quidquid dixerit Gloss. *incap. Litteras. verb. Ordinari. de fil. Presb.* quia militat eadem ratio. Nec obstat dictio illa, *Ordinetur.* Nam etiam collatio primæ Tonsuræ, secundum communem vsum loquendi Canonum Ordinatio appellatur, vt colligitur aperte ex cap. *Cum contingat. de etat. & qualis.*

Ego verò censo, in talicasu illegitimum sic dispensatum ceteri dispensatum ad Ordines minores: quia, quanuis prima Tonsura intra Ordinem clericalem hominem constituat; tamen cum ea dispensatio aliquid beneficij habeat, & sit permissio in genere; permissio quidem in genere mediocritatem respicit, l. finali, §. 1. *C. Communia, de legat. & l. Legato generaliter. ff. de legat. 1. & Ordines minores medij sunt inter primam Tonsuram, & Sacros Ordines. Ergo, &c.* Et ita hanc sententiam docet Fagundes *in Præcept. Eccles. Præcept. 5. lib. 3. c. 3. n. 4.* & Sanchez *lib. 8. disp. 1. n. 16.*

Sed, quid dicendum, an dispensatus ad Ordines, censetur dispensatus ad Ordines Sacros? De hac re *alibi* diximus, nunc breuiter obseruabo, affirmatiuam sententiam docere Marchinum *de Sacram Ordin. tract. 1. par. 9. c. 4. n. 10.* Quia petens dispensationem illam à Summo Pontifice, intendit eam impetrare pro omnibus Sacris Ordinibus: nam cum Episcopus quoad solos minores cum eo dispensare potuisset, non recurrit ad Summum Pontificem, qui, cum absolute ad Ordines cum eo dispenseret, pro omnibus, & consequenter etiam pro Sacris dispensasse non irrationabiliter præsumitur. Secundò, licet dispensatio sit odiosa, & ided restringenda; semper tamen debet saluari rigorosa verborum significatio, sed nomine Ordinis in omni rigorosa significatione intelliguntur etiam Sacri Ordines; qui magis propriè præ cæteris sunt Ordines: imò verbum absolute prolatum rectè intelligitur pro primo analogato, & sic pro Sacris Ordinibus. Denique non est verisimile, bis petendam esse dispensationem in defectu natalium, primò pro Minoribus, secundò pro Sacris, ita vt post minores adhuc ligatus maneat, nec possit amplius ascendere. Et pro hac sententia citat Marchinus Suarez *de censur. disp. 41. sect. 3. num. 3.*

Verum Suarez, & magis probabiliter negatiuæ sententiæ adhæret, vt patet clare *lib. 6. de legibus, cap. 28. num. 16.* Item, Sanchez *vbi supra*, Azorius *tom. 2. lib. 6. cap. 3. quest. 6.* Reginaldus *lib. 30. tract. 2. num. 75.* Molfesius *tom. 1. tract. 2. c. 16. n. 8.* Campanilis *Rubr. 11. cap. 13. num. 95.* & alij pe-

Antonini Diana Pars IX.

nes ipsos. Secus autem dicendum est, si in dispensatione vteretur Pontifex his verbis: *Dispenseo secum ad omnes Ordines.* Nam tunc sine dubio hæc dispensatio etiam de omnibus Sacris intelligenda est, vt Sanchez, & alij etiam fatentur. Quidquid Syluester, Henrtquez, & Sayrus sine fundamento dicant, scilicet, adhuc dispensationem ad omnes minores Ordines esse restringendam.

Notandum est etiam hinc obiter pro casibus quotidianis, aliquos asserere, dispensationem ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum. Ratio est: quia hæc duo sunt separabilia, & executio vnus potest stare sine alterius executione: & ided hanc sententiam sustinet Glossa *in cap. 2. de filiis Presbyteror. & ibi* Gemianus, Tabiena *verb. Beneficium, numer. 18.* Borghasius *tractat. de irregularit. part. 5. in Rubr. de filiis Presbyteror. numer. 9.* Rebuffus *in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natalium, num. 46.* Campanilis *in diuersorio Iuris canonici, rub. 11. cap. 13. num. 95.* quos etiam refert, & sequitur Barbosa *de Officio Episcopi, allegat. 45. num. 7.* Nicolaus Garcias *de beneficiis, part. 1. cap. 6. num. 70.* Martinus Anthoninus *variar. resolut. lib. 1. resolut. 19. num. 10.* Azorius *Instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 3. quest. 5.* Sed nota, Sanchez *lib. 8. disputat. 2. num. 27.* quoad hoc, distinctionem quandam adducere, quem videbis omnind; & ego illum *alibi* adduxi.

Ex his deducitur, dispensatum ad Sacerdotium, non ceteri dispensatum ad beneficium curatum vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium curatum, non intelligi dispensatum ad Canonicatum: quia hæc est dignitas, vel quasi, quæ non venit nomine beneficij curati. Dispensatus verò ad maius, censetur dispensatus ad minus; & dispensatus ad vnum beneficium simplex, vel curatum, censetur dispensatus ad omnia beneficia eiusdem rationis. Ita Campanilis, Barbosa, & alij, *vbi supra.* Quia dispensatio est exorbitans à Iure; & ided restringenda, vt ea comprehendat, quæ ab inuicem sunt separabilia. Hinc etiam fit, vt Regularis illegitimus admissus ad Ordines, non possit sine peculiari Summi Pontificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam dignitatem, vt testantur Nauarrus *lib. 5. de irregularit. cap. 51. num. 13.* Sayrus *de censuris, lib. 7. c. 14. n. 22.*

An Clericus possit alienare patrimonium absque licentia Episcopi, si aliunde acquisiuit beneficium, vel alia bona sufficientia pro victu?

R E S O L. X X I I I.

Discordant in hoc Doctores. Prima opinio negat. Et ita docet Hugolinus *de potest. Episcop. cap. 26. §. 13. num. 4.* Gauantus *in Enchir. Episcop. verb. Ordines maiores, num. 13.* Præpositus *in 3. par. quest. unica, de Sacram. Ordin. dub. 18. num. 178.* Tiberius *in Instruct. ordinand. c. 9. §. 74.* Cenedus *in 99. Canon. lib. 1. quest. 11. num. 9.* vbi sic ait: [Sciendum tamen est pro intellectu dicti cap. 2. sess. 21. minime irritam ceteri præfatam patrimonij alienationem, absque licentia Ordinarij factam, si ipse alienans tempore alienationis habeat congruam sustentationem: quia tunc temporis, secundum dispositionem Concilij, licentia Ordinarij poterit bona, ad cuius titulum ordinatus fuit, alienare: quia in hoc casu cessat ratio finalis Concilij, ibi: *Ne cogantur mendicare.* & sic debet cessare illius dispositio, l. *Adigere. §. Quauis ff. de iur. patron. c. Cum cessante, de appellat. Quam interpretationem confirmant verba Concilij, ibi: Donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sine adeptis, vel aliunde habeant, vnde viuere possint.] Ita aduertit Flaminius *de resignat. lib. 2. quest. 6. num. 16. & 36.* Grassus *lib. 2. cap. 97. num. 65. vers. Quod intellige.* Ceuallus *in pract. quest. 527. num. 8. & quest. 561. ex num. 30. & sic cum constituatur regula in Sacro Concilio Tridentino,**

V

quòd

quòd bona, ad cuius titulum Clericus ordinatur, non possint alienari sine licentia Episcopi, & postea sequatur limitatio, donec sufficiens beneficium ecclesiasticum sint adepti; sequitur, quòd in hoc casu non requiritur prædicta licentia, imò ab ipso Concilio mittitur, cum exceptio debeat esse de regula, ex l. *C. Prætor. de iudic.* aliàs enim tam regula tradita in Concilio, quàm eius exceptio, idem disponeret, quòd esset absurdum. Ita Cenedus. Quibus adde Castrum Palaum tom. 4. tractat. 27. punct. 11. numer. 13.

Sed secunda opinio affirmat: & ita sentiunt Garcia de benef. tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 186. & seq. Ludouicus de San Iuan de Sacram. quest. 2. art. 10. difficul. 2. Gratianus in disceptat. forens. c. 159. num. 14. Molfesius in Summa, tom. 1. tract. 2. cap. 18. num. 31. Azorius tom. 2. lib. 3. cap. 4. quest. 3. Patius de resignat. benef. lib. 2. quest. 6. num. 16. & alij. Et ratio est: quia dictio illa, *donec*, apposita in Concilio, est restrictiua temporis, habetque naturam suspensiuam, donec aliud emergat, id est, dato beneficio, vel alia hæreditate, ex qua promotus decenter viuere possit, non prohibetur patrimonij alienatio absque alia Episcopi licentia: & idèd hanc non esse necessariam in casu congruæ sustentationis aliunde acquisitæ. Itaque sicut fundus dotalis, durante matrimonio, alienari non potest, quoniam data est dos ad onera matrimonij sustentanda: ita nec patrimonium alienari potest, donec habeat Clericus, vnde commode viuat.

Quid ego sentiam, dicam breuiter. Secunda opinio est factis probabilis; mihi verò probabilior prima apparet: & idèd, præter Doctores citatos illam tenet nouissimè doctus Pater Hieronymus Garcia in Summa moralis, tr. 1. difficul. 1. dub. 5. punct. 5. num. 38. [Quia (ait ille) el patrimonio erigido en titulo para ordenarse, es conuertido entre los bienes Ecclesiasticos, y goça de sus priuilegios; ni puede el Principe secular cosa sobre el; luego este patrimonio sin licentia del Obispo es inagenable. Lo secundo, porque si el ordenado, por solo que tiene que comer sin el patrimonio, pudiese por sumera liberalidad, y gusto, deshazerse del sin licentia del Obispo, superfluo fuera dezir el Concilio, que no pueda enagenarlo *absque Episcopi licentia*, y que esto no se entienda, quando no tiene de otra parte con que sustentarse el ordenado, sino aun teniendolo. *Paret*: porque sino lo tuuierse, como podria dar licentia el Obispo, pues era forçoso, que si la daua, que dar el obligado à darle à comer; y pretender esto el Concilio, ni es creible, ni lleua camino, luego habla del caso, quando y a el ordenado tiene que comer por otra parte, que aun en tal caso le ha de pidir licentia para deshazerse del. Lo vltimo se prueua *abinconuenienti*. Demos que vn Subdiacono se ordenò à titulo de patrimonio; y luego obtuuo beneficio, ò le dieron hazienda equiualente al patrimonio, con lo qual se deshizo del patrimonio con que se ordenò, si luego despues le impetrasen el beneficio, ò por alguna censura se le quitasen, ò se gassase lo subrogado en lugar de patrimonio, seria fuerça repetir al que se lleudò el patrimonio, que lo buelua para poderse ordenar de Diacono: estos son absurdos, è inconuenientes grandes: luego no se puede resignar patrimonio, y a fortiori beneficio, à cuyo titulo se ordenò vno sin licentia del Obispo, como se manda en el Concilio.] Hæc Garcia. Dicendum est igitur, alienationem patrimonij, factam absque licentia Episcopi, esse illicitam, etiamsi promotus de nouo habeat sufficiens beneficium, vel congruam sustentationem. Et quidem si ordinatus habens aliunde, vnde viuat, posset absque Episcopi sui licentia patrimonium, ad cuius titulum fuit sacris initiatus, pro libito suo alienare: ergo Tridentinum ineptè, & frustratorie apposuisset illa verba, absque Episcopi licentia: siquidem iuxta oppositam sententiam sensus esset, tunc solum prærequiri Episcopi fa-

cultatem ad alienandum dictum, patrimonium vbi quis non aliunde haberet, vnde viueret: nam, si habeat, vnde aliunde viuere congruenter possit, nolunt Doctores aduersæ sententiæ, necessariam esse hanc Episcopi licentiam. Quare, si hæc propositio negatiua est falsa, affirmatiua erit vera. Quòd si factam illationem coacti admittant, rursus rogo, ad quid Episcopi licentia eo casu necessaria à Tridentino exigitur, cum illam Episcopus daturus non sit: quia, si illam ob quamlibet causam daret, teneretur ipse suis sumptibus promotum sustentare? Duo ergo his verbis Concilium prærequirere videtur: vnum, quòd in locum patrimonij, sufficiens beneficium, vel congrua pensio pro decenti victu subrogetur: alterum, quòd Episcopus post diligens examen de tali sufficientia iudicet: qua existente pro dicti patrimonij alienatione suum præstet consensum.

Sed hinc oritur difficultas, an, si absque Episcopi licentia patrimonium vendas, permutes, obliges, aut aliquo modo alienes, antequàm habeas, vnde viuere possis, nulla sit talis alienatio, vt colligitur ex Tridentino prohibente prædictam alienationem sub verbo, *nullatenus*, quod tollit potentiam alienandi, & reddit actum nullum ex Glossa in Clementina 1. verbo. *Nullatenus*, de sequestr. possess. & in Auth. *Si qua mulier*. verbo, *Nullatenus*. Codice ad Senatusconsultum. *Velleianum*, & ex verbo, *Non possit*. quod etiam inducit nulitatem, vt pote quod omnem potentiam ad actum refert, teste Bart. l. *Cum lex n. 6. & 7. ff. de fideius. sorib.* Iafon, l. *Frater à fratre. n. 44. vers. Tertia difficultas. ff. de condit. indebiti*; & pluribus aliis exornat Sanch. lib. 6. de matr. disp. 38. n. 20.

Verùm, his non obstantibus, licet hæc opinio sit probabilior, & illam teneat Ioannes Præpositus in tertia part. quest. unica, de Sacrament. Ordinis, dub. 18. n. 178. Sanchez vbi supra, disp. 32. num. 7. Anila de censuris, part. 3. disp. 5. dub. 5. concl. 2. Molina disp. 238. Garcia part. 2. cap. 5. n. 177. & alij; tamen contraria sententia non videtur carere probabilitate, quam tuetur Suarez de censur. disp. 31. sect. 1. num. 38. & Petrus Ledesma de Sac. Ordin. cap. 7. conclus. 7. difficul. 1. Quia Concilium solum hanc alienationem prohibuit, sed factam non irritauit: sicuti facta in alienatione beneficii, quam sine licentia Episcopi factam irritam esse decreuit. Cum ergo in alienatione patrimonij, & pensionis hoc Decretum irritans non addiderit, indicasse videtur, validam fore, si de facto fiat. Sed hæc parui momenti sunt, vt à communi sententia recedamus. Nam esto Concilium in alienatione patrimonij, & pensionis non apposuerit expressè clausulam irritantem; apposuit tamen illam virtualiter sub illo aduerbio, *Nullatenus*, iuncto verbo, *possit*, quod omnem potentiam tollit, & actum contra factum irritat, & annullat. Ergo, &c. Neque obstat verbum, *nullatenus*: quia multi docent, non habere vim decreti irritantis, quando actus altis posset fieri ab eo, cui prohibetur. Sic Angelus, Excomm. 7. sine, Syluester Excomm. vltimo, sine. Armilla, excomm. casu 35. & alij apud Tiraquellum in l. *Si unquam*. verb. *Renertatur*, n. 69. Neque verbum, *possit*: quia non possumus, quod licitè non possumus; & idèd non semper omnino actum habentis potestatem irritat, vt Couarruuias in c. *Quannò pactum*. 2. p. de pactis, n. 10. Suar. 5. de leg. cap. 31. n. 14. Salas de legib. disp. 16. sect. 8. n. 33. Bonacina de legib. disp. 1. q. 5. p. 7. §. 5. n. 17. vers. *Hoc*.

Et tandem, bona patrimonialia, ad quorum titulum ordinatus es, non obinde fieri bona ecclesiastica; tamen si priuilegio fori bonorum ecclesiasticorum gaudeant; aliàs alienari non possent ex sola Episcopi licentia, vt permittitur in Tridentino. Sed necessaria esset solennitas à iure requisita in alienatione bonorum ecclesiasticorum, de qua in cap. *Sine exceptione*. 52. 12. questio 2. & capit. *Nulli*. 5. de rebus Ecclesia non alienandis. Gaudent autem priuilegio fori, non quia Ecclesiastica sunt; sed, quia sunt bona personæ ecclesiasticæ. Vide Gratianum disceptatio forens.

forens. 159. n. 27. Menochium de recuperand. possess. rem. 15. n. 21. Ceuallos commun. quest. 527. Cenedo practice quest. lib. 1. quest. 11. a. n. 5.

An patrimonium Clerici, illi à patre donatum, ut possit ordinari, sit supputandum inter bona legitima?

RESOL. XXIV.

Affirmatiuè respondent aliqui, nisi de expressa voluntate patris manifestè constat Ita docent Gurtierrez *pract. 99. 2. quest. 65. numer. 12. Garcia de benefic. tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 159. Bonacina tom 3. disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 1. num. 14. Couarruias in cap. Raynaldus. de testam. §. 2. num. 7. Menochius de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. n. 44. Quibus omnibus adde omninò videndum Marchinum de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 6. cap. 7. difficul. 10. & Castrum Palaum tom. 4. tract. 27. disput. unica, punct. 11. num. 6. Repugnat enim æquitati naturali, inter filios non seruare æqualitatem. Quinimò, si locus est præsumptioni, potius dicendum est, patrem voluisse partem laicorum esse pinguiorem ob conseruationem, & splendorem familiæ, quàm illam Clericorum. Secundò probatur ex l. *Omni modo. §. Imputari. C. de inofficioso testamento.* vbi sic habetur: *Imputari vero filiis, aliisque personis, que dudum ad inofficiosi testamenti querelam vocabantur, in legitimam portionem, & illa volumus, que occasione militia ex pecuniis mortui ipsidem personis acquisita posse lucrari eas manifestum est, eo quòd talis sit militia, ut ven datur, vel mortuo militante certa pecunia ad eius heredes perueniet.* Ex quibus verbis colligitur, in legitimam id computandum, quòd pater insumpsit in militia, vel alio officio suo emendo, eò quòd talis militia, vel officium vendi, aut transmitti possit ad hæredes: atqui patrimonium Clerici ad hæredes transmitti potest: ergo in diuisione legitimæ necessariò supputandum. Tertio, donatio ob causam necessariam, ad quam quis officio Iudicis compelli potest, sine dubio in legitimam supputatur, sicut donatio propter nuptias, *Authen. Ex testamento. C. de collationib.* sed donatio patrimonij ob Ordines sacros recipiendos est donatio propter causam necessariam, ad quam pater ab Episcopo cogi potest. Ergo, &c.*

His tamen non obstantibus, vigintiquinque Doctores allegat Barbofa *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 19. n. 69.* æregantes, donationem filio factam, pro patrimonio esse computandam in legitimam: quia bona prædicta filio concessa sunt pro alimentis necessariis: at ea, quæ sic conceduntur, utpote concessa ex causa necessaria, non computantur in legitimam, vt tradunt *Gama dec. 140. num. 3. & decis. 164. & decis. 130. num. 13. Surtus de aliment tit. 8. q. 57. num. 2. & tit. 9. quest. 34. in princip. Molina de iust tract. 2. disp. 308. Valacus tom. 1. allegat. 59. num. 10. Deinde donata ob causam, ob quam efficitur castrense, vel quasi castrense peculium, in legitimum non imputantur, argum, *leg. Si filius. C. Familia erciscunda. leg. 5. tit. 15. part. 6. leg. 3. tit. 4. part. 5. & pluribus exemplis exornat Matienzo leg. 3. tit. 8. lib. 5. noua recopilat. glos. 2. à n. 3. & 11. Sed bona collata ad Ordines in titulum patrimonij efficiuntur quasi castrensia: siquidem gaudent priuilegiis bonorum ecclesiasticorum, vt multis relatis tradit *Azeuedo leg. 10. tit. 6. lib. 5. recopilat. n. 30. ergo, &c. Et tandem expensæ factæ pro doctorando filio, in legitimam non veniunt, sicuti docent *Rebuffus de priuileg. scholar. priuileg. 55. num. 3. Valacus de partit. c. 13. n. 175. Perez leg. 8. tit. 2. lib. 1. ordinam. & tit. 7. lib. 5. pag. 208. Neque item veniunt, quæ conceduntur pro ingredienda militia, vti resoluunt idem *Valacus de c. 13. n. 60. & 61. & plures alij relati à Flores de Meza ad Gam decis. 140. in princ. ergo, &c. Itaque ex omnibus supradictis, nemo negare potest, vtranque sententiam probabilem esse, ita vt *Garcia in Sum. mor. tr. 1. difficul. 1. dub. 5.******

Antonini Diana Pars IX.

punct. 5. num. 39. negatiuam communem dixerit; & Molina disp. 138. etiam affirmatiuam communem vocauerit. Ego tamen puto, negatiuam esse communiorem; affirmatiuam tamen probabiliorem, cui magis adhæreo. Vide Castrum Palaum, & Marchinum respondentes ad argumenta negatiuæ sententiæ.

An census redimibilis sufficiat ad patrimonium Clerici?

RESOL. XXV.

Negatiuam sententiam tenet *Vgolinus de potest. Episc. cap. 26. §. 10. num. 2. & §. 12. num. 3. cum Bonacina de Sacram. disp. 8. q. unica, punct. 5. num. 32. Quia venditor potest illum redimere, quo casu res sit mobilis, quæ non sufficit ad patrimonium.*

Sed optimè *Ioannes Baptista Tiberius in Instrucl. ordin. c. 9. quest. 68. Garcia de benefic. tom. 1. part. 2. capit. 5. num. 95. Parisius de Res. lib. 2. q. 6. num. 15. Azorius tom. 2. lib. 3. cap. 14. quest. 7. Castrus Palaus tom. 4. tract. 27. disput. unica, punct. 11. num. 9. asserunt, censum redimibilem sufficere ad patrimonium: quia annui census inter immobilia computantur, *Clementina, Exiui. §. Cùmque annui redditus. de verborum significat.* Neque obstat, quòd redimi, & extinguì possit, quia obligandus est ab Episcopo talis ordinatus ad conuertendum prægium in alia bona fructifera: & hoc casu posset etiam alius census cum ipso fundari, vt *Nauarr. de usuris, n. 87. Lessius. lib. 2. cap. 22. num. 77. Itaque in tali casu, si redemptio fiat, deponatur pecunia ex Indicis decreto apud idoneas personas, vt iterum census constituatur: si enim hoc est sufficiens pro constitutione vinculi, & maioratus perpetui, vti tradit *Molina de Hispan. priuileg. lib. 1. cap. 10. n. 6. cur non sufficiet pro titulo ad Ordines requisito? illa enim cautio periculum extinctionis vitatur. Et licet illo tempore, dum pecunia deposita est, nec se offert occasio censum constituendi, non possit ordinatus ex ea alimenta suscipere; non obinde censendus est insufficientis titulus esse census constitutus: quia illud tempus, moraliter loquendo, breue esse solet, ac proinde in considerationem non venit; ideòque reputatur census perpetuus, ac si redemptio non contigisset. Et ita nouissimè hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet *Pater Garcia in Summ. mor. tract. 1. difficul. 1. dub. 5. punct. 5. num. 33. Machadus tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 7. docum. 7. n. 6. & Marchinus de Sacram. Ordinis tractat. 2. part. 6. capit. 7. difficul. 2.****

Sed hîc incidenter quærendum est, an sufficiat patrimonium ab alio donatum sub conditione, vt cesset statim, ac ordinando de sustentatione prouisum sit? & an sit passim admittendum? Dico primò, de rigore esse admittendum: quia patrimonium, etiam absolutè datum, renuntiari potest de Episcopi licentia; obtemperata aliunde decenti sustentatione: sed Episcopus admittendo talem conditionem, dat licentiam: ergo. In actu tamen, quo renunciatur, deberet Episcopus interuenire, vt iudicet, an aliunde sit prouisum sufficienter. Dico secundò: licet patrimonia ab alio donata reici non possint ex Sacræ Congregationis responso; reuerà tamen frequenter sunt inania; cùm enim ad minus donator speret fore, vt ordinatus alimenta non petat, ideò is, ne illum offendant, nil aude exigere: vne cogitur, si non mendicare, satem indecorè viuere, vestire, laicis inscruire, &c. & ideò et si talia patrimonia, cùm omni suspitione carent, non sint reicienda; non tamen frequenter putatim admittenda; maxime quia, cùm Episcopus neminem ad titulum patrimonij teneatur ordinare; nemo conueni potest, si patrimonio ab Episcopo requisito carens non admittatur. Et hæc omnia docet *Tiberius in Instrucl. Ordinis. c. 9. q. 72.*

Notandum est tamen hîc obiter contra *Sayrum de cens. lib. 10. c. 14. n. 19. Campanil. in diuer. Iur. Rubr. 8. c. 4. n. 10.*

V 2

aliquem

aliquem non posse promoueri ad sacros Ordines ad titulum beneficij, si titulus sit de futuro: sententia enim supradictorum est contra Concilium Tridentinum, quod prærequirit titulum de præsentis iam pacificè possessum, *ibi*. Pacificè possidere. c. 2. sess. 21. de reform. Ergo non sufficit titulus de futuro. Ita Garcia de benefic. p. 2. c. 5. n. 130. qui tamen notat, fuisse à sacra Congregatione resolutum, quòd poterit quis Subdiaconatum, vel Diaconatum recipere ad titulum beneficij præsentis, licet fructibus illius non statim potiretur; sed solum post receptum Presbyteratum illis frui inciperet. Sed hæc decisio videtur difficilis Marchino de Sac. Ord. tract. 2. p. 6. c. 6. difficul. 3. n. 10. nam ex ea fieret, promotum ad Subdiaconatum, vel Diaconatum, si non habeat, vnde viuat, cogi interim mendicare: quod, vt à clericali honestate alienum, Sacri Canones abhorrent. Vnde ex his cautè legendus est Gonzalez de Regul. Cancell. Gloss. 5. §. 9. n. 8. qui absolute docet, aliquem posse promoueri ad titulum coadiutoriz: nam exponendus est de coadiutoria perpetua habente de præsentis congruam ad victum sustentationem. Vide Moneram de optione Canon. c. 4. q. 8. n. 169.

Hinc etiam contra Rodriguez in Summa, part. 2. cap. 15. num. 11. dicendum est, quòd impetrato beneficio, sed prohibita possessione à Iudice sæculari, non posse aliquem Sacros Ordines sumere: nam Concilium ante ordinationem, pacificam beneficij possessionem prærequirit. Vide Marchinum, *ubi sup. diff. 4.*

An si Iudex secundum allegata iuste cogat ad matrimonium, licet à parte rei illa coactio sit iniusta, adhuc tamen matrimonium illud sit validum?

R E S O L. XXVI.

Affirmatiuè respondet Sanchez tom. 1. lib. 4. disp. 13. num. 8. ubi sic ait: [Aduerto, non tantum valere matrimonium, quando Iudex iuste reuera, & à parte rei compellit ad illud; sed etiam quando iuste secundum allegata, & probata: v. g. aliquis fidem dedit de matrimonio fœminæ, quæ postea fornicata est, quod cum probare nequeat sponsus compellitur illam ducere, quanuis secundum rem hæc compulsio sit iniusta, cum ille, ratione fornicationis, esset ab obligatione sponsalium liberatus: quia tamen est iuridica, & iusta, secundum allegata, & probata non vitiat matrimonium: non enim est credendum, ius canonicum, quod in hoc casu compelli præscribit, velle, vt ea compulsione matrimonium irritetur. Et è contra intelligo non valere, si Iudex iniuste secundum allegata cogat, quanuis in re iustum esset: quia est iniuria.] Ita ille.

(Sed aduersus illum insurgit Texeda in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 10. num. 41. & putat, tale matrimonium sic initum, esse nullum. Primò, quia huiusmodi sponsus secundum rei veritatem iniuste compellitur, cum ratione fornicationis sponsæ liber omnino sit re ipsa ab obligatione contrahendi: ergo, si contrahit, coactus contrahit & coactio illa in interiori conscientiz foro extrinseca est, tollens ab illo libertatem. Secundò, quia metus ille est ab extrinseco illatus, & re ipsa iniustus, cum sponsus innocens nullo modo dederit causam coactioni. Tertio, quia matrimonium illud ex parte sponsi est initum absque consensu eius: ergo est ipso facto nullum. Ad rationem autem pro Sanchez adductam, responderetur, quòd licet iuste Iudex secundum allegata, & probata compellat sponsum, vt matrimonium contrahat, quia promisit illud; re tamen ipsa, & in foro conscientiz matrimonium nullum est: quia procedit ex metu extrinseco, & absque consensu contrahentis.

At, his non obstantibus, opinionem Patris Sanchez sequitur Martinus Perez de Matrim. disp. 17. sect. 16. num. 5. firmans, non solum valere matrimonium, quando Iudex re

ipsa, & verè compellit ad matrimonium; sed etiam quando iuste secundum allegata, & probata, tamen si secundum rem, & à parte rei sit ea compulsio iniusta. Ratio est: quia nullam facit alteri iniuriam; è contra verò, si Iudex iniuste secundum allegata, & probata compelleret, quanuis in re iustum esset, non valeret matrimonium, quia est iniuria.

An metus grauis à lege iuste incussus irritet matrimonium, si Iudex, v. g. intendat delinquentem cogere per illum metum ad contrahendum.

R E S O L. XXVII.

Negatiuè respondet Sanchez de matr. lib. 4. disp. 13. n. 6. & 7. Sed contrariam sententiam prorsus tenet Texeda in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 10. n. 35. [Probatur ex cap. Veniens. et secundo, de sponsal. ubi expressè dicitur, matrimonium validum non esse, ad quod contrahendum pater coëgit iuuenem, quem cum propria filia in lecto cubantem inuenit: at eo casu pater iuuenem iuste coëgit et si iuuenis ille dederit causam coactioni, & præbuerit contra se inquinamentum, & fuerit in culpa totalis damni tam puellæ illati, quam patri; imò magis patri, quam puellæ fuit illud damnum illatum non solum circa honorem, sed circa dotem, quam teneatur pater addere, eò quòd filia corrupta sit. Secundò, quia coactio ideo irritat matrimonium, quia aufert plenam consensu libertatem: ex matrimonio enim coacto infelices sperantur fines: sed non minus libertatem aufert, quando metus à lege iuste incutitur, ac iniuste: ergo, sicut metus iniuste, incussus matrimonium vitiat, eodem pacto illud vitiat metus iuste à lege oblatus.

Scio tamen, præfatum Sanchez cum aliis respondere, solum metum, & coactionem iniuriosam tollere plenariam libertatem ad matrimonij valorem necessariam: & idè ad argumentum negat rationis paritatem: quia metus à lege iuste incussus est metus ab intrinseco præconceptus in ipso perpetrato delicto, atque adèd metum passo nulla irrogatur iniuria. Vnde asserit, quòd si Iudex delinquenti ad mortem condemnato liberationem offerat, si nubat filiz suæ, alioquin infallibiliter mortem fore subiturum; matrimonium esse validum. Sed contrarium dicendum est: quia licet Iudex ius habeat puniendi delinquentem, & pœnam mortis infligendi iuxta tenorem legis, & ipse reus ob perpetrata scelera, lara contra eum sententia, illam pati teneatur: at non habet ius cogendi illum ad matrimonium cum filia sua ineundum, & idè metus ille, respectu matrimonij extorquendi, ab extrinseco, est tollens prorsus libertatem necessariam ad valorem matrimonij.

Dices cum Sanchez: Si dux militi atrox crimen perpetranti offerat libertatem, si filiam eius, aut sororem ducat, aut si contrahat cum tali fœmina, neque infert metum, neque causam metus dedit; sed solum offert metum iam iuste præceptum, & vice pretij exposcit matrimonium; cum lege iustitiæ non teneatur militi suam operam & liberationem præstare: ergo matrimonium ita ex metu isto initum est validum, cum sit metus ab intrinseco, imò est ablatio metus quem iuste ex delicto perpetrato miles conceperat. Responderetur, nihil argumentum probare, & ex dictis manere solum: nam, quamuis Dux possit punire militem, & miles teneatur subire pœnitentiam, & pœnam; non tamen potest compellere illum, vt filiaz suæ nubat: neque matrimonium oblatum collocatur vice pretij liberationis, vt malè opinatur Sanchez: quia est alterius generis, & rationis, in genere matrimonij: nam ad Ducem, vel Iudicem solum spectat infligere pœnam, & punire delictum causa comprobata, & sententia lata; non verò cogere voluntatem ad matrimonium contrahendum, ad quod requiritur maxima in contrahente

hente libertas, cuius Iudex non est Dominus.] Hucusque Texeda contra Sanchez.

Sed opinionem Sanch. puto satis probabilem, quam tueretur nouissimè Pater Petrus de *matrim. disput. 17. sect. 16. numer. 6. & sequent.* quem videbis. Et idè ego puto contra Texedam cum Sanc. quòd si Iudex capto iustè, mortemque timent, vitæ condonationem promittat, si ducat ipsius Iudicis filiam, aut aliam sceminam, alioquin ei mortem iustè inferendam comminetur, valere matrimonium. Et ratio est: quia eo euentu metus non iniicitur ad matrimonium in eundem; sed iam conceptus aufertur, traditurque modus euadendi periculum: unde, si iura eo casu illud irritarent, periclitanti omnem viam salutis præcluderent, cum tamen intendant ei succurrere. Unde, licet deus, eo casu Iudicem non iustè procedere in ea promissione, quin fiat vlla delicti compensatio: attamen, cum metum patienti præbeat modum, quo possit vitæ periculum effugere, quòd aliter, quàm contrahendo matrimonium nequit vitare; idè valebit matrimonium. Unde ex his infero primò, validam esse Professionem, dum vir minatur vxori in adulterio repertæ mortem, nisi Religionem profiteatur, quando minatur mortem auctoritate Iudicis infligendam; quia est metus ex iusta lege, & causa incussus: secus verò si minaretur propria auctoritate mortem illi infligendam, non enim valeret; quia iniustè illi metus incuteretur. Secundò, si quis mineretur reo, v. g. latroni iustam accusationem, nisi certum contrahat matrimonium, id valere: quia non est metus viri constantis ab alio incussus iniustè.

Verùm hic obiter obseruo, controuersiam esse, an, quando cogens fuit particeps culpæ metus alteri illati maneat obligatus ad non resiliendum, & teneatur postea contrahere cum coacto, si velit. Affirmant cum multis Doctoribus Basilius Ponce *lib. 4. cap. 15. & Coninch disp. 28. dub. 1. num. 7.* Primò, quia cogens intulit iniuriam coacto, quam resarcire tenetur, & nequit aliter, quàm stando contractui matrimoniali, si coactus velit; ergo ad id tenetur. Firmatur: quia ad id non est necessaria Iudicis sententia, cum ex iniuria illata nascatur naturalis obligatio reparandi; & idè ante omnem Iudicis sententiam ea obligatione tenetur.

Mihi verò magis placet opinio negativa, quam tueretur Sanchez *lib. 4. disp. 15. n. 5. Ochagavia de Sacram. matrim. tract. 3. q. 30. & Hurtadus disp. 6. diffie. 4. n. 16.* Quia non tenetur cogens in pœnam iniuriæ coactione illatæ, quia nullo iure talis pœna statuta est: neque tenetur, vt eam iniuriam resarciat; quia seclusis aliis damnis extrinsecis inde sequutis, iniuria illa ratione sui non exigit recompensationem, (aut saltem non exigit tantam) imò ex sua natura non est resarcibilis; neque tenetur ex eo, quòd consensum præbuit, quia ex consensu præstito in contractu mutuo non manet quis obligatus, nisi quando alter etiam obligatur: in nostro autem casu coactus non obligatur: ergo neque qui ad matrimonium cogit, manet obligatus ad denuò contrahendum, nisi quando ex matrimonio coacto sequutum est aliud damnum extrinsecum, quòd nequit aliter resarciri, & est adèò graue, vt ob eius recompensationem non iudicetur rigidum ad tantum obligari.

An Regulares possint dispensare cum suis subditis, quoad interstitia, & vt ordinentur extra tempora?

R E S O L. XXVIII.

A Libi contra Vasquez, & alios, excommunicatione priuilegij Societatis, affirmatiuam sententiam probabiliter docui, quam nouissimè, tanquam probabilem, etiam admittit Pater Castrus Palaus, non ex meo principio, sed ex alia ratione: & idè apponam hic eius verba, quæ nimis grata Regularibus, & plausibilia erunt: sic ita-

Antonini Diana Pars IX.

que asserit *som. 4. tr. 27. disp. vnica, punct. 13. n. 13.* [Satis probabile existimo, quòd tradit Rodriquez, sibi contrarius, *tom. 3. qq. Regul. q. 23. art. 5. Villalobos tr. 11. de ordine, diffie. 12. in fine, & diffie. 13. n. 6.* nempe, Prælatos Religionum vt posse facultatibus in hac parte ante Tridentinum concessis; neque per Tridentinum esse derogatas. Etenim, Alexander VI. concessit, quòd prior Generalis Ordinis S. Hieronymi, & singuli Priores eiusdem Ordinis præsentibus, & futuri possent eligere quencumque Episcopum Catholicum, communionem Sedis Apostolicæ habentem: qui personas singulorum Monasteriorum huiusmodi ad id idoneas ad omnes etiam sacros & Presbyteratus Ordines; etiam extra tempora à Iure statuta, tribus diebus Dominicis, siue festiuis duplicibus successiuè promouere possit, Diocesano licentia super hoc requisita. Sic refertur in *Compend. Mendicant. tit. Ordines sacri, §. fin.* Item, Eugenius IV. concessit, vt singuli Monachi præsentibus, & futuri S. Benedicti ad id idonei, quos Prior sui Monasterij ad hoc elegerit, siue nominauerit, semel duntaxat anno quolibet, omnes etiam sacros Ordines, vna, & eadem die, etiam extra tempora à Iure statuta, à quibusvis Catholicis Antistitibus gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus (cuiusvis super hoc licentia minimè requisita) suscipere, dictique Antistites eisdem Monachis Ordines huiusmodi conferre possint. Sic habetur in dicto *Compendio Mendicantium, tit. Ordines sacri, §. 8.* quibus priuilegiis fruuntur Religiones Mendicantes, & aliæ, quæ in priuilegiis Religionum communicant. Hæc ergo priuilegia, quoad facultatem concedendi extra tempora, & dispensandi in interstitiis, affirmant Rodriquez, & Villalobos *suprà*, non esse à Concilio derogata; benè tamen quoad facultatem suscipiendi duplicem Ordinem sacrum eodem die, & ab Episcopo in aliena Diocesi absque licentia proprij. Etenim de hac facultate suscipiendi duplicem Ordinem sacrum, eodem die, inquit Concilium Tridentinum *sess. 23. c. 13. de reform. in fine.* [Duo Sacri Ordines eodem die, etiam Regularibus, non conferantur, priuilegiis, ac indultis quibusvis concessis non obstantibus.] De facultate autem se promovendi ab alieno Episcopo, inquit Tridentinum *cap. 8.* [Quòd si quis ab alio, quàm à proprio Episcopo promoueri perat, nullatenus id ei, etiam cuiusvis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur.] Et *sess. 1. de reformat. c. 5.* ait: [Nulli Episcopo liceat cuiusvis priuilegij prætextu, pontificalia in alterius Diocesi exercere, nisi de Ordinarij expressa licentia,] & in personas eidem Ordinario subiectas, seu habentes à suo Ordinario dimissorias, vt benè explicuit Rodriq. *tom. 3. qq. Regul. q. 24. art. 2.* Cum ergo de facultate Religiosis facta concedendi extra tempora, dispensandique in interstitiis, nulla adsit à Concilio derogatio, dicendum est in suo robore persistere.

Neque verùm est, per clausulam illam generalem derogatoriam appositam *sess. 25. c. 22. de Regularib.* derogata esse omnia priuilegia Regularibus concessa, aduersa Tridentini statutis: nam illa derogatio, vt pote odiosa, non ad omnia contenta, & disposita in Trident. sed ad contenta, & disposita in illa Trident. sessione extendi debet: neque est vllum fundamentum, ratione cuius debeat extendi ad omnia in Tridentino contenta. Nam, si Tridentinum vellet omnia priuilegia Regularium aduersa Trident. Decretis derogare, in vltimo Decreto *sess. 25. de reformat. prædictam* derogationem constitueret: quòd tamen non præstitit. Igitur nulla alia priuilegia, quàm aduersa Decretis *illius sessionis 25.* illa clausula derogantur; ac proinde priuilegium concedendi extra tempora, & dispensandi in interstitiis ab Alexandro, & Eugenio concessum, firmum persistit. Neque ex eo, quòd Gregorius XIII. & Xystus V. confirmauerint Religionum priuilegia, quæ Tridentino aduersa non erant, inferitur, derogasse aduersa; sed solum inferitur noluisse ea confirmare, & locum opinionibus relinquere, an essent reuocata. Minus obstat Motus

V 3

proprius

proprius Xysti V. qui, vt *superius* dictum est, fertur contra male promotos, quia tales censerent non debent promoueri ex Sedis Apostolicæ priuilegiis. Item, ille Motus reuocatus est, & ad terminos Iuris communis redactus. Neque denique obstat prohibitio facta à Gregorio XIII. ne alij Religiosi aliorum ordinum communicationem in dicto priuilegio suscipiendi Ordines extra tempora, & non reseruatis interstitiis, communicarent: nam hæc prohibitio solum infert, non posse priuilegio vti Religiosos aliorum Ordinum via communicationis; non tamen impedit, quin eo vti possint, si aliunde est illis concessum; vti concessum est ab Alexandro VI. & Eugenio IV. Neque prædicta prohibitio tollit, quin alij Pontifices successores eam communicationem facere possint, vti fecit Gregorius XIV. sicuti probat Rodriguez *tom. 1. qq. Regular. qq. 55. art. 17.* Adde, esto, per Tridentinum reuocata essent priuilegia Alexandri VI. & Eugenij IV. at Clementis VIII. speciali concessione innouata esse censentur, teste Rodriguez *ditto tom. 3. qq. Regular. q. 25. art. 5. in fine*, & Villalobos *tract. 11. de Ordine, difficul. 12. in fine, & difficul. 13. n. 6.* & approbat Barbosa *in Remissionib. Conc. sess. 23. c. 8.* Affirmantque Rodriguez, & Villalobos, non solum in tribus Dominicis, sed etiam in tribus diebus festiuis duplicibus, vel semiduplicibus promoueri Religiosum posse ob concessionem Alexandri VI. & declarationem Clementis VIII. Quod credo probabiliter sustineri posse; tamen si verius censeam, quoties alicui priuilegium absolute conceditur vt extra tempora in tribus Dominicis, vel diebus festiuis ordinetur, quin additum fuerit, *duplicibus, vel semiduplicibus*; intelligi debere de festiuis diebus; qui à Clero, & populo sub obligatione præcepti celebrantur: quia, vt dixi, dies hi secundum communem hominum acceptionem festiui nuncupantur, non illi, quos Clerus officio duplici, vel semiduplici honorant. Et hæc omnia docet Palauus *vbi sup.* quæ quidem secundum eius mentem dicta esse volo, & ideo illa alijs iudicanda relinquo.

Qui etiam sciant, hanc sententiam, præter citatos Doctores, docere Patrem Leandrum à Murcia *in Regulam S. Francisci, cap. 6. q. 19. num. 1.* vbi sic ait: [Quando el Papa confirmando los priuilegios dize: *Dummodo non sint contra Concilium Tridentinum.* no es su mente reuocar todos los priuilegios contrarios al Concilio Tridentino, en qualquiera manera, sino solamente aquellos, que de tal manera le son contrarios, que en proprios terminos, y expressamente son reuocados del, como de hecho los reuoca en particulares lugares, porque si en proprios terminos, y directamente no fueren reuocados del Tridentino, aunque por otro camino se le opongán, no estan reuocados, y por la misma razon son confirmados del Papa, aunque en la confirmacion ponga la dicha clausula. Esta conclusion es de Manuel Rodriguez *en el tom. 1. quest. 8. art. 6.* el qual dize, que assi fue respondido de los Doctores de la Vniuersidad de Salamanca, consultados en este caso; y pone este exemplo Rodriguez: ordenarse extra tempora, es contra el Tridentino *en la session 23. en el cap. 8.* però con todo esso; porque el Concilio no reuoca los priuilegios, que los Regulares tienen en contrario, los dichos priuilegios quedan enteros, y en su fuerça, y vigor aunque son contrarios al Concilio, porque alli en quanto à esto, no estan derogados, però porque el mismo Tridentino *en la misma session, en el capitulo doze*, expressamente deroga lo priuilegios de los Regulares, por los quales podian recibir Ordenes sacros antes de la edad, que alli señala el Concilio, por esta causa estos priuilegios alli derogados, en quanto à la anticipacion de la edad, no son licitos à los Regulares: y assi se han de entender los demas priuilegios contrarios al Concilio Tridentino: y la dicha clausula: *Dummodo non sint contraria Concilio.* se ha de explicar añadiendole, *& non sint ab ipso reuocata, secus si sint reuocata.*] Ita ille, qui postea diligenter enumerat omnia priuilegia à Tridentino Regularibus reuocata; & postea

inquit, an dicta priuilegia reuocata à Concilio, intelligantur reuocata etiam in foro conscientie, ita vt Regulares vti illis non possint: & cum Rodriguez, Henriquez, Sorbo, & alijs, negatiuam sententiam probabilem putat: sed contrarium communiter docent Doctores. Vide Portel *in dubijs Regul. verb. Priuilegy cessatio per non usum, n. 64.* & alios. Nota tamen, quod post hæc scripta inueni Peyrinum *de Pralato, q. 3. c. 7. n. 11.* docere dictum priuilegium concessum à Greg. XIII. Societati Iesv, fuisse postea derogatum à Sixto V. vnde hodie neque Patres Societatis posse vti dicto priuilegio; sed de ipsis, & de omnibus alijs Regularibus contrarium docet, me citato, Gauantus *in addit. Man. Episc. verb. Ordo in genere, n. 8.* & ego scio in Societate dictum priuilegium hodie extare in viridi obseruantia, & in nostra sententia hodie illo vti possunt alij Regulares.

An, si in aliqua Ordinatione non fuit, verbi gratia applicata debita materia, possit die sequenti adhiberi, non expectando aliam Ordinationem?

R E S O L. XXIX.

EX Granada *alibi* affirmatiuam sententiam tenui, quam scio placuisse multis Episcopis; nunc addo, eandem sententiam docere nouissime Patrem Quintanaduénas *in Theolog. moral. tom. 1. tractat. 6. singul. 1.* firmat enim ex multorum Recentiorum sententia eos, qui statutis à Iure temporibus, & cæremoniis ordinati sunt; si postea cognoscant, aliquem defectum substantialem ad valorem Ordinis in sua Ordinatione interfuisse v. g. quia debita materia non fuit; vel non fuit debite applicata, aut calicem, librumve non tetigerunt; aut absuit in Sacerdotio manus impositio, posse quolibet tempore eiusmodi defectus suppleri: hoc enim non est Ordinem celebrare, sed perficere, quod imperfectè præstitum est tempore Ordinationis: & licet quando quid substantiale omissum esset, deberet suppleri statutis temporibus, vt docent aliqui Doctores apud Thomam Sanch. *lib. 7. concil. c. 1. dub. 13. n. 7.* & cum iterantur Ordines ex dubio primi Baptismi, non deberent suppleri iis temporibus; cum in his Ordinibus nihil defuerit, quod debito tempore non sit collatum: & hoc statum est pro vera, & absoluta Ordinum collatione, non pro conditionata. Similiter, non est necesse, vt in Ecclesia, aut alio publico loco conferantur; sed sat est in secretiori conferri. Propter hæc ego etiam existimarem, licere eodem die omnes Ordines, tam minores, quam maiores simul iterari: licet consulerem, minores cum Subdiaconatu vno die, & duobus sequentibus Diaconatum & Sacerdotium suscipere, nisi aliquod scandalum, aut incommodum notabile ex hoc oriretur: quoniam quidem vitandum erit, & maximum esset in publicitate, & interstitiis, videre, nempe, quem Sacerdotem cognouerunt homines, modò satis initiari. Deinde solemnitates omnes, quibus Sacerdotium, Diaconatus, & Subdiaconatus, vel alij minores Ordines conferuntur, non esse necessariò adhibendas in hac conditionali Ordinum repetitione existimo: sed solum præcisè sub conditione iteranda esse ea, quæ requiruntur ad valorem Sacramenti, ita Granada *controvers. 9. de Ord. sr. 3. dispus. 3.* & alij ex Recentioribus ab ipso tacito nomine relati, asserentes, in defectu substantiali irritanda solum esse ea, quæ omisa sunt, vel de quibus dubitatur, v. g. contractus instrumentorum, vel manuum impositio, simul cum prolatione formæ. Quod præcipue obseruari sufficit in defectu dubio & in iterando conditionaliter Ordine, cuius cæremonias omnes certò scitur esse factas, & scito hæc suppleri posse à quocunque Episcopo. Hucusque Quintanaduénas. Confirmantur supradicta ex doctrina Lessij, qui nouissime *in Auctuario casuum conscientie ad 1.2. D. Thoma, verb. Ordines sacri, cas. 2. num. 6.* docet Episcopum posse ordinare extra tempora Subdiaconum, qui susceperat

susciperat Ordinem Subdiaconatus cum actuali intentione, & protestatione illud non suscipiendi : quia in foro externo ille iam censetur ordinem hunc suscepisse, esseque Subdiaconus, ac proinde in foro externo satisfecit Canonide Ordinibus suis temporibus suscipiendis, sicut qui in foro externo contraxit matrimonium præsumptum coram Parocho, & testibus; irritum tamen ob aliquod occultum impedimentum, sublato impedimento potest contrahere absque Parocho, & testibus, ut declarauit Pius V. quia satisfecit foro externo, habeturque verus coniux. Ita Lessius, cuius opinio satis nostram probabilem esse declarat.

Sed hic querendum est etiam pro praxi, an aliquis Episcopus Ordines, aliisque Pontificalia exercere possit in loco exempto ex licentia Ordinarij illius loci, nulla ab Episcopo, (intra cuius Diocesim locus ille exemptus est) irrequisita licentia. Supponit Vasquez *disp. 143. c. 3. n. 53.* id fieri posse, fauentque verba Concilij: non enim Episcopi, sed Ordinarij licentiam requisit. Cæterum, si locus exemptus sub aliqua Diocesi contineatur, verius censeo, non solum licentiam Ordinarij illius loci, sed etiam Episcopi necessariam esse: quia verè censetur Ordinarius. Secus esset, si locus exemptus ad nullam Diocesim pertineret. Et ita docet Barbosa *de potestate Episcop. p. 2. alleg. 6. n. 12. & 13.* & Castr. Pal. *rom. 4. tr. 27. disp. unica, punct. 15. n. 10.* & alij. Vnde mensibus elapsis rectè ego consului, Episcopum non potuisse in Monasterio Regularium exemptorum illos ordinare sine licentia Episcopi diocesani, in cuius Diocesi Monasterium illud extabat.

An sit de necessitate Sacramenti, ut unctio in Confirmatione adhibeatur ab Episcopo in fronte?

R E S O L. XXX.

Negatiuam sententiam docuit Martinus Ledesma *in 4. Sensen. tom. 1. q. 13. art. 12* vbi sic ait: [Nota, quòd puto non esse de substantia Sacramenti Confirmationis, ut in fronte conferatur; sed teneret factum, esto, in alia principali parte conferretur: peccaret tamen Episcopus, qui ritum Ecclesie mutaret.] Ita ille, & post illum ex eadem Religione Victoria *in Summa de Confirmat. q. 18.*

Sed Viri doctissimi in hoc cœdè lapsi sunt: nam Episcopus, non solum peccaret mortaliter, sed efficeret Sacramentum nullum, si frontem confirmandi non vngeret. Et idèd sententiam Ledesmae, & Victorie omninò falsam, & plusquam temerariam, imò oppositam existimat de fide Basilii Poncet in sua doctissima prælectione *de Sacram. Confirmat. par. 2. cap. 5. n. 5.* Probatur manifestè ex vsu Ecclesie ab antiquis Patribus comprobato, præcipuè Tertulliano *lib. de prescription. c. 40.* Dionysio *de Ecclesiast. hierarch. cap. 2. part. 2.* Cyril. Ierosolymit. *catechesi. 3. & 4. mystagogica.* Gregorio Turonen. *lib. 2. de gestis Francor. cap. 31.* Augustino *Psal. 141.* super illa verba: *In via hac, qua ambulabam.* Sed præcipuè id constat ex Innocentio III. *in c. unico, de sacra Vnctione,* & ex Concilio Florent. Decreto de Armenis, declarante huius institutionis rationem: [Idèd in fronte (inquit Concilium) vbi verecundie sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè Crucem eius, quæ Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum. Propter quod Crucis signo signatur.] Et licet antiqui Patres expressè non dixerint, hanc in fronte signationem esse essentialem; satis id indicarunt absque vlla varietate conuenientes, ita faciendam esse. Præterquam quòd eodem modo requirunt unctioem in fronte, ac in figura Crucis: sed unctioem in Crucis figuram reputant essentialem: ergo etiam in fronte reputare debent. Denique, ex fine huius Sacramenti, qui est ad confitendum Christum absque vlla erubescencia; & timore, non leue argumentum desumitur, ad probandum unctioem in fronte neces-

sariam esse huius Sacramenti valori. Et ita tenet D. Thomas *in 3. part. quest. 72. art. 9.* & tradunt, pluribus relatis Suarez *q. 72. art. 4. disp. 33. sect. 3. in medio,* Coninch *art. 3. dub. 1. concl. 5. num. 53.* Layman *lib. 5. Sum. traët. 3. cap. 2. n. 49. circa finem.*

Nota tamen, quòd licet sit essentialè, ut ea unctio fiat in fronte, ita ut si in ea non fiat, nullum sit Sacramentum Confirmationis: ac non est essentialè, ut fiat in sola fronte, sed possunt etiam vngi Chrismate aliæ partes, & sensus corporis iuxta diuersas Ecclesiarum consuetudines. Hæc pars constat manifestè ex recepta consuetudine Ecclesie Græcæ à primis temporibus, & approbata ab Ecclesia Romana, iuxta quam consuetudinem non solum frons baptizati, sed & aliæ partes corporis inunguntur, cum hoc Sacramentum ministratur. Id conuincitur primò ex Concilio II. generali, quòd est Constantinopolitanum I. *Can. 75* vbi statutum est, quosdam Hæreticos à certis quibusdam hæresibus ad Ecclesiam redeuntes recipiendos, & obfignandos sancto Chrismate in fronte, oculis, naribus, & ore, & auribus. In quibus verbis planè de Sacramento Confirmationis sermo est: Græci enim quemadmodum in sacro Fonte baptizandos in aquam totos immergunt, ita etiam in Confirmatione diuersas corporis partes inungunt, toties repetita forma; qui tamen actus ex multis particularibus collectus, moraliter loquendo, vnus censendus est, quamuis in prima unctioe frontis, Sacramentum Confirmationis perfici, & effectum sortiri, indubitatum esse debeat.

Cùm itaque unctio sit adhibenda, de necessitate Sacramenti, in fronte, queritur, an etiam de necessitate Sacramenti sit adhibenda immediatè manu propria Episcopi, nullo medio instrumento. Et aliqui negant: vnde Serra *in 3. par. D. Thomæ. q. 82. art. 4.* sic ait: [Communitè asserunt Theologi, de necessitate Sacramenti esse, ut unctio fiat in figura Crucis, & Crux formetur Chrismatis unctioe; Quòd autem hæc unctio fiat immediatè manu ipsius Episcopi, & non medio aliquo instrumento, non est ita certum esse de necessitate Sacramenti: nam, quamuis multè hoc satis probabile esse dicant; alij tamen oppositum docent.] Ita ille. Et hanc sententiam nouissimè tenet Pater Quintanadueñas *in Theol. mor. tom. 1. traët. 2. singul. 3. n. 5.* qui citat Leandrum, Hiltradum & Henediam. Probatur hæc opinio. Facta enim unctioe medio aliquo instrumento, utpote penicillo, seu calamo, forma huius Sacramenti verificatur: non igitur esse potest necessarium fieri manu Pontificis immediatè. Neque ex vsu, & consuetudine Ecclesie ea necessitas colligi potest: aliàs fieri pollice manus dextræ necessarium esse. Nihilominus dicendum est, necessarium esse fieri unctioem manu Episcopi immediatè: quia impositione manus hoc Sacramentum à primis Ecclesie exordiis conficitur, ut constat ex Apostolorum vsu. Et ita docent Poncius, *vbi supra, n. 7.* Pitigianus *in 4. tom. 1. dist. 7. q. 1. art. 6. in fine,* Reginaldus *in Praxi tom. 2. lib. 28. c. 2. n. 10.* Filiucius *tom. 1. tr. 3. c. 1. q. 7. Castr. Pal. rom. 4. tr. 20. disp. unica, punct. 3. n. 4.* & alij. Sed de hac difficultate alibi etiam aliquid tetigimus.

Aliquæ opiniones in materia luxuria non admittuntur.

R E S O L. XXXI.

Circa infra-scriptas quæstiones ego alibi plures adduxi Doctores, sed sententiam meam clarè, & firmiter non aperui, quòd nunc faciam. Idèd queritur primò, an peccata contra naturam, videlicet, mollities, sodomia, bestialitas, specie distinguantur. Alibi Fiilliucium adduxi asserentem, probabile esse, omnia peccata contra naturam esse eiusdem speciei infimæ; sed merito ex inclyta Societate Iesu præstantissimus Theologus Pater Ouiedo *in 1. 2. D. Thomæ, tr. 6. cont. 5. punct. 3. §. 7. num. 54.* putat, hanc sententiam

sentiam esse singularem, neque in praxi amplectendam. Et in primis, quia D. Thomas à Filliucio adductus, Armilla, & alij, intelligendi sunt de specie subalterna: nunquam enim trahendi sunt Doctores ad singulares sententias discrepantes à communi Doctorum consensu, quando iuxta hunc interpretationem patiuntur, & non nisi temere in re grauissima propter verba vniuersalia obiter, & non nimis clarè prolata, Doctorum auctoritatem quis potest sibi fingere ad praxim similibus opinionum turam in conscientia iudicandam. Insuper ratio Filliucij nullius est momenti: quia non quælibet diuersitas explendi voluptatem veneream fundat diuersam dissonantiam, etsi modi valde diuersi eam fundent. Primum suadent exempla ab ipso adducta. Secundum clamat hominum communis apprehensio: quis enim maiorem dissonantiam non concipit in concubitu bestiali, seu hominis cum bestia, quàm in simplici pollutione, etiamsi vterque actus æquè generationi opponatur. Ex hoc efficax argumentum contra hanc sententiam desumo. Peccata distinguuntur in specie propter diuersas dissonantias: sed diuersa dissonantia est in concubitu rationalis cum irrationali, & maior, quàm in simplici immunditia, seu pollutione, ergo distincta species. Sola minor indiget probatione, quam hominum apprehensio negare non permittet: omnes enim longè magis horrent bestialitatem, & sodomiam, quàm pollutionem propriis, vel alienis tactibus excitatam. Sit ergo firmum cum communi Doctorum sententia, quam defendit ipse Filliucius *ibid.* immunditiam, sodomiam, & bestialitatem specie distingui, nec de necessitate has species distinctè in Confessione explicandi prudens dubium potest insurgere pro parte negatiua. Non est igitur recedendum à sententia Patris Quiedo, nec modò contrariam puto esse probabilem: vnde non assentior nouissimè doctissimo Caramuel *in Theol. mor. lib. 4. n. 163.* vbi asserit, quòd mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata eiusdem speciei infimæ, ad eoque nemo tenetur in Confessione exponere, vtro ex istis modis peccauerit; sed satisfaciat dicens procurauisse pollutionem. Et licet hanc eius, & Filliucij sententiam probabilem esse paret Escobar *in Theol. mor. tract. 1. exam. 8. cap. 2. num. 77.* & Trullench *in Decalogo. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. num. 8.* Tamen ego modò dictam opinionem Filliucij, & Caramuelis omninò tanquam intolerabilem cum Sapientissimo Quiedo, *vbi supra*, reiciendam esse puto.

Queritur secundò, an confricare pudenda brutorum ex curiositate videndi semen, sit peccatum mortale? *In par. 1. n. 17. resol. 37.* pro negatiua sententia adduxit Sanchez nec sententiam meam aperui: nunc existimo affirmatiuè sententiæ adhaerendum esse. Quia actus iste est multùm inordinatus, & obscœnus, valde repugnans rectæ rationi; tum, quia proximè inclinatur ad libidinem, & ex tali confricatione sequitur non modica delectatio ex parte confricantis, non ex curiositate, quæ sensualem delectationem non causat, sicut ipsemet actus confricationis, qui sicut excitat delectationem in animali bruto, ita & in ipso homine confricante, vt experientia constat inter personas, quarum vna aliam excitat ad libidinem confricatione membri; tum, quia, etsi actus venereus non est mortalis, neque venialis ex parte animalis; non cessat tamen esse mortalis ex parte confricantis. Confirmatur: quia confricans viriliâ omninò, & penitus stulti, mortaliter peccat, licet non peccet ipse stultus: est igitur idem iudicium de confricante pudenda bruti animalis; ex cuius parte ille actus venereus non est peccatum, vtrique verò ex parte confricantis. Et ita hanc sententiam, præter Bonaciam, & Salas à me, *vbi supra* adductos, tenet Bordonus *tom. 2. resol. 74. num. 8.*

Queritur tertio, an finito actu matrimoniali, & viro à femina sublato, licitum sit feminae, quæ nondum semipauit, agitata libidine, se tactibus excitare, donec seminet? Pro affirmatiua sententia *alibi* plures adduxi; & nunc il-

lam docet doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez *de matrim. disp. 49. sect. 8. num. 4.* vbi sic ait: [Quæres, quid dicendum, vbi vir seminauit intra vas, & membrum virile extraxit, licebitne feminae, quæ nondum effudit, se prouocare tactibus, donec seminet? Sentit Sanchez *num. 12.* id licere: quia illa prouocatio feminae est actus conjugalis perfectio, ac consummatio; & quanuis ad generationem simpliciter, & omninò non desideretur, valde tamen confert, vt *antea* dixi, & idem non est inter coniuges inhonestum. Quod etiam firmat: quia alias evidentissimo periculo committendi quamplurima peccata mortalia feminae essent expositæ: quia frequenter viri, præsertim robustiores, prius seminant, & illicò recedunt, manente in femina valde irritata libidine: quare expectare vir non tenetur, licet possit etiam effuso semine adhuc copulam continuare, vt femina seminet.] Ita ille. Verùm puto, non esse recedendum à negatiua sententia, quam nouissimè tenet Texeda *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 1. 2. n. 43.* [Primò, quia tactus ille, quo femina extra actum matrimonialem se tangit, & prouocat ad pollutionem, nullo pacto ad finem matrimonij, qui est prolis generatio, spectari ergo est illicitus. Probatum antecedens: quia est actus habitus solum ob ipsam delectationem, & non ob finem matrimonij. Confirmatur, & explicatur: quia, cum iam vir intra vas feminae seminauerit, & solum viri semen ad prolem generandam necessarium sit, præsupponitur iam proles genita, & completa generatio: ergo femina tactibus se excitans ad effundendum semen, finita copula maritali, & viro ab ea sublato, peccat mortaliter. Respondet Sanchez, illam feminae prouocationem esse perfectionem, & consummationem actus conjugalis. Sed contra: quia actus conjugalis consummatio, & perfectio est ipsa proles genita, quæ est finis principalis matrimonij: ergo actus illi feminae, qui post viri seminationem sequuntur, nullo modo conducunt ad prolis generationem; sed solum sunt ob ipsam delectationem à femina captandam habiti, & sic sunt mortales. Probatum tandem principaliter assertum nostrum: quia generatio potest sequi perfectè absque feminae seminatione, vt fatetur ipse Sanchez, ergo, si iam semen viri scissum est intra vas feminae, & statim reconditum in suo particulari sinu, & sedili, vt ita dicam; effusio seminis feminae non est necessaria, neque ad produendam prolem, neque ad perfectionem actus conjugalis. Si rursus dicas cum Sanchez, verum esse, semen feminae non esse ad generationem necessarium, valde tamen ad illam conferre, nimirum, ad facilius generandam prolem. Sed contra: quia id est, quod iudicamus falsum, & aduersari doctrinae eius, ac præbere occasionem peccandi feminis: nam finito actu conjugali, & semine viri intra vas feminae recondito, statim sequuta est generatio per virtutem matricis attrahentis illud, & constituentis in suo loco, præcludendo formam eius, ne aer subintraret: ergo semen feminae postea sequutum mediis illis tactibus secum habitis extra matrimonialem congressum, est impertinens, imò valde illicitus. Obicit Sanchez: Si huiusmodi tactus post maritalem coitum, & membro virili extracto, non liceret feminae ad emittendum semen, maximo, & evidentissimo periculo emittendi semen essent feminae expositæ, cum frequenter viri, cum sint robustiores, prius seminant, & statim recedant, manente in femina valde irritata libidine. Sed contra: quia ex ratione ista oppositum sequitur: nam, si licet feminis, membro virili substracto, extra maritalem congressum, se tactibus ad emittendum semen prouocare ob periculum emittendi illud; quod maius periculum potest esse, neque imaginari emittendi seminis, quàm quod femina agitata libidine se ipsam tactibus impudicis prouocet ad pollutionem? nam, si solum irritationem illam pateretur, non ita certè sequeretur seminis emissio, sicut sequitur ex tactibus illis impudicis ordinatis, ex parte feminae, ad emittendum semen.] Hucusque Texeda, cui adde, ex Societate

cierate Iesu Castrum Palaum *tom. 5. disput. 3. punct. 4. §. 3. num. 6.* quia, ait ipse, coniugibus ea copula licita est, per quam efficiuntur vna caro, & mulier illa effusione seminis non videtur fieri vna caro cum viro, utpote ab ea separato: ergo.

Quæritur quarto, an licitum sit fœminæ aliquando operari ad expellendum semen, quod existimat esse corruptum, quanuis prævideat verum semen emittendam fore? Pro affirmatiua sententia *alibi* adduxi Sanchez, & alios asserentes, quod quando semen est corruptum, & intra vas fœminæ detentum, si ob id patiatur venenosa accidentia, licitum esse ei operari tactibus, & confricationibus in partibus impudicis habitis ad expellendum illud semen, etiamsi prævideat simul verum semen effundendum, si id eueniat præter intentionem fœminæ operam dantis ad illud semen emittendum. Sed contrarium tenendum est cum Texeda, *vbi supra, numer. 62.* Primò, quia in illa feminis corrupti effusione sentitur vehemens delectatio intenta, & procurata: ergo est illicitum. Antecedens est certum: quia nequit fieri in partibus occultis fricatio, vsque ad effusionem seminis, sine magna in parte sensitiva delectatione. Consequens verò à Sanchez conceditur, dum asserit, idèd seminis effusionem ob vitam tuendam, aut conseruandam, licitam non esse: quia in ea seminis effusione magna sentitur delectatio, quam homines, tanquam humanum bonum, prosequerentur; atque ob id, asserit, natura in omni euentu ipsius seminis administrationem homini denegauit: ergo, si vehemens delectatio, quæ in seminis effusione sentitur, est tota ratio, cur seminis effusio in nullo euentu sit licita; cum illa reperiat in seminis corrupti effusione, minimè hæc licita erit. Nec obstat dicere: licitum est vti medicamentis ad expellendas aliquas prauas, & nocentes qualitates, quando id expedit ad sanitatem corporis, etiamsi per accidens sequatur veri seminis effusio: ergo licebit etiam partium verendarum confricatio. Cæterum argumentum hoc nullius est momenti, & idèd respondetur concessio anteced. negando consequ. quia, quando expellitur semen corruptum mediis applicatis medicamentis, non sentitur vehemens delectatio, atque adèd benè applicari possunt; præcipuè, quia illa medicamentorum applicatio non per se tendit ad expulsionem seminis veri, sicut prædicta confricatio membri. Itaque dicendum est; seminis veri emissionem, etiamsi fiat concomitanter ad seminis corrupti effusionem, quia opponitur per se prolis generationi, & absque magna delectatione fieri nequit, esse illicitam.

Quæritur quintò, an sit peccatum mortale refricare pudentia in superficie vasis præposteris vxoris? In hoc solam culpam venialem agnoscit Sanchez *lib. 9. disput. 17. num. 5.* Sed ego non solùm de intromissione membri virilis in vas fœminæ præposterum, (quod certum esse debet,) sed etiam de refricatione illius in prædicti vasis superficie, existimo esse peccatum mortale, tamen absit periculum pollutionis, & fiat animo consummandi in vase naturali fœminæ: quia prædicti tactus censendi sunt sodomiticæ copulæ inchoatio, èd quòd ex se, & spectata eorum natura, ad ipsam referantur; quam resolutionem non tollit agentis intentio. Et ita nostram sententiam tenet Castrus Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 2. num. 6.*

Quæritur sextò, an aliquando tactus inter coniugatos sint liciti, etiam cum præuiso periculo pollutionis? Affirmatiuè respondet Sanchez *tom. 3. lib. 9. disput. 45. num. 36.* vbi sic ait: [In coniuge perente non semper sunt mortales tactus cum periculo pollutionis in se, vel in altero coniuge, quando nec ea est intentio, nec est consensus periculum. Sed erunt mortales, quando absque causa vrgenti exercentur. Probat: quia, licet hi tactus sint causa per se pollutionis: at excusat tali causæ operam dantem vrgens causa: at aliquando adest talis causa. Hinc deducitur, amplexus, & oscula, & alios tactus solitos exerceri inter con-

iuges ad mutuam indicandum, fouendūque amorem, & turpitudine carentes, minimè damnanda esse de culpa lethali ob periculum pollutionis præuisæ, quando non nimia voluptas adest, nec incitat; sed tanquam indicia amoris exercentur, represso excessu libidinis insurgentis. Ducor: quoniam causa vrgens adest huiusmodi tactus exercendi, vt mutuus indicetur, foueaturque amor inter coniuges, magnaque austeritas esset, & valdè minueretur amor, si ab huiusmodi tactibus abstinere, Deinde, quia amplexus inter sororem, & fratrem foris venientes ad indicandum amorem, & ne austeri, & inurbani videantur, non damnantur ob pollutionis præuisæ periculum. Cur ergo inter coniuges damnandi sunt? Ed vel maximè quòd vbi non nimius libidinis ardor incitat eos, sed voluntas mutui amoris fouendi, non influunt notabiliter in coniugatis ad pollutionem: quanuis in omnino solutis, quibus copula est interdicta, influerent.] Ita ille. Sed contra illum, & meritò insurgit Pater Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thoma, q. 6. de bonis matrimoni, dub. 26. n. 187.* vbi ita asserit: [Non videtur mihi probandum, quod ait Sanchez, non semper esse mortales tactus exercitos cum periculo pollutionis, etiam in petente: id, inquam, minus probatur, cum pollutio eo casu possit vitari petendo actum coniugalem, quem coniugatus potest exercere. Confirmatur: si dans operam rei alioquin licitæ, & præceptæ aduertat inde sequuturam pollutionem, quam retenta actione possit impedire, tenetur impedire, alioquin mortaliter peccabit: cum ergo coniugatus in nostro casu possit occurrere pollutioni per actum coniugalem, qui non est ei difficilis, tenetur illum exercere: propter quam rationem, per se loquendo, sentio, compartem, quæ per modum reddentis eisdem actus cum delectatione venerea patitur, vel exercet, teneri actum coniugalem petere, si aduertat in se pollutionis periculum, & nulla circumstantia extrinseca excuset: alioquin pollutionem censendam ei voluntariam, cum eam possit impedire per medium non extraordinarium statui matrimoniali, idque sine magno grauamine, vt suppono. Nota etiam, me non adhærere opinioni Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 44. n. 16.* asserentes, posse coniugem ob solam voluptatem veneream, & non cocundi causa, seipsum tangere, cessante pollutionis periculo. Quæ opinio, vt obseruat Dicastillus *de iust. lib. 1. disp. 3. dub. 15. n. 218.* in vltimis huius authoris editionibus, expuncta fuit ex rationibus, quas ipse Dicastillus adducit: vnde falsò Castr. Pal. *tom. 1. tract. 2. disp. 1. §. 2. n. 11.* in fauorem Sanch. adducit Vasquez: nam Vasquez oppositum docet, vt patet *in 1. 2. disp. 113. c. 2. n. 4.* & rectè notat Dicastillus *vbi sup. n. 219.*

Et tandem nota, à me *infra* impugnari Sanchez, asserentem, tanquam probabile, licitam, ac debitam esse effusionem seminis in copula fornicaria, stante effusione alterius. Et ita, me citato, docet etiam nostram sententiam Pater Auerfa *de matrim. q. 21. sect. 5.* Quia tota ea actio, & quælibet eius pars, est illicita, & indebita, ac semper vnusquisque tenetur ab ea desistere: vnde continuando perseuerat in actione peccaminosa, & contraria rationi, & iniuriosa proli. Quare non esset maius malum, nec simpliciter malum, sed potius debitum, desistere ab effusione seminis, etiam stante effusione alterius: quia ex hac parte non esset malum frustrari semen, vbi fornicariè conciperetur proles: sed malum fuerat fundi semen ex parte vnus, & inchoare copulam ordinatam ad effusionem vtriusque.

Imò teneri virum desistere, etiamsi sequutura sit effusio extra vas, quam ipse amplius impedire non possit, aduertit Diana *part. 3. tract. 4. resol. 227.* vbi oppositam sententiam non vt probabilem admittit.] Ita ille, & iterum ego.

* * *

An incestuoso iniquè petenti debitum, possit sine peccato coniux innocens illud reddere?

R E S O L. X X X I I.

Affirmatiuam sententiam docet Pater Sanchez de *matrimon. lib. 9. dispus. 6. num. 12.* Sed aduersus illum insurgit Texeda *tom. 2. lib. 4. tractat. 1. controuer. 12. num. 88.* quia coniux incestuosus ob adulterium, & commissum incestum amisit ius petendi, & petendo peccat mortaliter: ergo coniux innocens, cum nulla in sit illi reddendi obligatio, cooperatur peccato incestuosi, & est particeps illius. Probatur consequentia: quia potest impedire peccatum adulteri, & non impedit, cum possit. Secundò, quia idèd coniux innocens dubitans de valore matrimonij, peccat mortaliter reddendo debitum adultero non dubitanti: quia reddendo debitum solum excusabatur à culpa ratione obligationis, quo tenebatur reddere; quæ tamen ratione adulterij contra ipsum commisit cessat: ergo, cum in nostro casu coniux non teneatur reddere debitum adultero incestuoso petenti, reddendo peccat mortaliter, cooperando peccato eius. Tertio, quoties quis potest remouere aliquem à peccato mortali, tenetur lege charitatis saltem id facere, cum habeat præceptum à Deo de proximo suo: sed coniux innocens, absolutè loquendo, potest coniugem nocentem, & adulterum, & incestuosum remouere à peccato mortali, ei non reddendo debitum petendi, ergo ad id tenetur; atque si reddat, peccat mortaliter, cooperando peccato eius.

Obiicit Sanchez: Coniux innocens ex eo, quòd alter coniux adulterium commisit, & incestum, non peccat: ergo nulla potest assignari ratio, vt iniuste priuetur facultate reddendi, & petendi debitum: aliàs enim peccatum coniugis adulteri, & incestuosi noceret innocenti, cum ipsam priuet tota sui iuris plenitudine. Sed respondetur, argumentum procedere ex praua intelligentia delicti perpetrati ab adultero incestuoso: nam per illud coniux innocens non priuatur aliquo iure petendi debitum, cum, si peccat teneatur coniux nocens, & adulter, & incestuosus reddere, sed solum priuatur potestate reddendi; & hoc quidem in pœnam, & supplicium adulteri incestuosi: vnde illa potestatis priuatio debiti reddendi incestuoso, quæ manet in innocente coniuge, non est priuatio alicuius iuris, quo innocens ob incestum alterius priuetur sed potius est sui iuris corroboratio; cum in sua potestate positum sit petere, quoties voluerit, absque vlla obligatione reddendi, & in adultero maneat obligatio reddendi debitum coniugi, quoties petierit: & hæc doctrina in praxi, tanquam vera, & secuta, sequenda est. Ita Texeda.

Verùm sententiam Patris Sanchez ego satis probabilem existimo, quam, præter illum, tuetur Layman *lib. 5. tractat. 10. part. 3. capit. 1. num. 15.* Cæst. Palaus *tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 6. num. 7.* Quia in tali casu, si attentè consideretur, nulla est iniquæ actioni cooperatio: quippe illa copula coniugalis secundum se illicita non est; sed solum quatenus peritur ab incestuoso: at petitioni incestuosi non cooperatis formaliter, si quidem illum ad petendum non incitasti; sed solum cooperatis copulæ petitz: ergo nulla in malitiam cooperatio adest. Ex alia autem parte delictum incestuosi te grauare non debet, vt dicitur cap. *Transmissa.* cap. *Tue. de eo, qui cognouit consanguin.* Ergo æquè debes liber esse ad petendum, & reddendum, ac si delictum commissum non esset. Et idèd hanc sententiam tenet etiam inclytum Lumen Dominicanæ Familiæ, Martinus Ledesma, in *4. tom. 2. quæst. 60. art. 5. fol. mihi 507.* qui plus addit, non solum vxorem in tali casu posse, sed teneri reddere debitum: sic ita asserit: [Si autem sequatur incestus, non dirimitur matrimonium iam antè contractum; nempe, si quis cognouit fororem suæ vxoris, vel eiusdem vxoris aliquam aliam consanguineam, non dirimitur iam contractum matrimonium; sed priuatur, vt non possit exigere

debitum ab vxore in pœnam; reddere autem tenetur: & si exigat debitum, peccat mortifere: & probabile est, quòd vxor non tenetur reddere, etsi licitè possit: licet probabilius mihi videatur, quòd vxor tenetur reddere debitum marito petenti, esto petens peccet.] Ita ille. At quoad hoc vltimum dissentio: puto enim contra Ledesmam, in tali casu nullam obligationem adesse debitum reddendi; licet possit reddere; contra Texedam, si velit. Vide Gutierrez in *99. Can. lib. 1. c. 23. n. 6.* Couarruu. in *4. Decret. par. 2. c. 7. §. 2. n. 5.* & Sanchez *ubi sup. n. 8.*

Notandum est hîc obiter, in gratiam coniugis innocentis, permitti aliquando posse incestuoso debiti tacitam petitionem, testantur Sotus in *4. dist. 37. q. unica, art. 2. post 2. conclus.* Gutierrez *lib. 1. canonic. 99. cap. 23. n. 9.* Sanchez pluribus relatis, *lib. 9. disp. 7. n. 1.* Si enim vxor cogeretor semper debitum petere, onerosum illi matrimonium esset, & periculo incontinentiæ exponeretur, crederèque posset, se minùs à viro diligi. Illud verò est certum, impetrata dispensatione prædicti impedimenti integrè incestuosum recuperare ius petendi debitum, ac si nunquam affinitatem contraxisset; neque ad hanc impetrationem consensus innocentis requiritur, vt optimè aduertit Sanchez *lib. 9. dispus. 6. num. 10.* Quam dispensationem concedere posse Episcopum, saltem ex consuetudine, testantur Sanchez *lib. 8. dispus. 12. n. 4.* Valentia *disp. 10. q. 5 part. 5.* Henriquez *lib. 12. c. 2. n. 9.* Layman *lib. 5. tract. 10 part. cap. 1. n. 13.* & alij plures apud ipsos. Ex priuilegio autem Sedis Apostolicæ, Superiores Religionum, & quibus ipsi commiserint, eam concedere possunt.

Sed hîc obiter quæro, an, si coniux adulterium committat, alter coniux, qui voto perpetuæ castitatis est obstrictus, teneatur ei debitum petenti reddere? In qua difficultate partem affirmatiuam tenet Lessius *de iust. lib. 2. capit. 41. num. 53.* Sed obstat validum argumentum: quia coniux voto castitatis ligatus, tenetur perfectè seruare suum votum, in quantum potest sine iniuria alterius coniugis, neque petendo debitum, neque reddendo: sed in casu posito coniux neque petere, neque reddere potest: ergo attempta vi, & obligatione ad id tenetur. Maior conceditur ab omnibus: sed probatur minor: quia coniux adulter ob adulterium, cuius est concius coniux, qui voto castitatis est obstrictus, amisit ius petendi: ergo coniux voto castitatis obstrictus non tenetur ei petenti debitum reddere. Idèd tu cogita.

An uxoratus impeditus petere debitum, possit absque dispensatione illud petere, ne periculo proximo exponatur labendi in peccata carnis.

R E S O L. X X X I I I.

Affirmatiuè respondet Quintanadueñas in *Theolog. mor. tom. 1. tract. 9. singul. 12.* ex eo, inquit, iuris principio, quod probant Cæsar Argel. *de contradictore legitimo, q. 19. n. 72.* & Barbosa *de princip. lit. L. n. 25.* Lex non debet esse iniquitatis vinculum. Vinculum autem, scandalum, & occasio ruinæ, ac grauissimæ iniquitatis esset lex ecclesiastica impediens debiti petitionem, in casu, in quo ex eius obseruatione, grauissimo, & proximo luxuriæ periculo quis exponeretur: ergo non est credibile, legislatorem obligare voluisse cum tanto detrimento.

Confirmatur hæc sententia ex Doctoribus asserentibus, licere coniugi impedito exigere debitum ab altero, cum in seipso periculum incontinentiæ sentit. Sic docent de coniuge, qui affinitatem contraxit, plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 9. dispus. 9. dispus. 7. n. 5.* adstruens, tunc id habere locum, quando ipse est, quòd ea copula periculo incontinentiæ subueniat, vel vbi id prudenter dubitaretur. Rationem adhibet: quia votum non obligat ad non petendum cum dispendio ruinæ alterius coniugis: ergo nec etiam obligabit cum dispendio animæ illius, qui illud

illud emisit: cum non minus, sed multo magis teneatur hic suæ salutis spirituali prospicere, quam salutis uxoris suæ, & matrimonij vsus post lapsum ordinetur, ut huic incontinentiæ subueniatur.

Limitanda verò est prædicta sententia, ut tutius procedat, ut ea utatur coniux, cum commodè dispensatio ad petendum debitum haberi nequit, vel est periculum in mora ipsius petitionis. Vnde in oppidis, ubi nec Parochus, aut secularis Confessor potestatem delegatam habent ad hanc dispensationem concedendam; nec Religiosus adest, qui eam concedere valeat? aut noctu suboritur vehemens stimulorum tempestas cum præfato periculo, potest etiam hoc impedimento ligatus, ab uxore debitum petere. Confortius verò erit, quod si potest, has occasiones præueniat, dispensationem ad cautelam antea impetrans, cum ad civitatem, vel locum diuertit, in quo sunt illi, qui eam possunt concedere. Sed ne scrupulis ansam præbeamus, adde, quod, licet hoc tutius sit; valdè probabile est, nullo modo dispensationem esse necessariam tunc, etiamsi facile obtineri possit; cum hæc sententia nitatur in eo, quod tunc nec lex, nec votum obligant, seu ille casus non cadat sub lege, nec sub voto ob rationes assignatas. Eo modo, quo Doctores, apud Bonacinam, de leg. disputat. 1. quest. 1. punct. ult. num. 8. docent, legis obligationem cessare in iis casibus, qui per epicheiam, seu æquitate, & prudentiam, non censentur comprehendi in lege, etiamsi verba legis illos comprehendere videantur,] Hucusque Quintanadueñas.

Sed his omnibus non assentior, utpote contra communem sententiam Doctorum, memor illorum verborum Baldi asserentis, quod qui loquitur contra omnes, non bene loquitur. Rectè itaque dixit Texeda in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. controu. 12. num. 92. Si roges, quid facere teneatur coniux, qui debiti petitione est priuatus ratione affinitatis contractæ per adulterium, & incestum, aut ratione voti castitatis, si grauissimis carnis stimulis sit agitatatus, ita ut illos vincere non possit: nam videtur eo casu licitam esse ei debiti petitionem, sicut licitam esse ei, quoties senserit in coniuge altero incontinentiæ periculum. Dico tamen, in nullo casu licitum esse ei debitum petere: & idè tenetur uti canis macerationibus, ieiunando, orando, aut disciplinis vires à carne auferendo. Neque est similis ratio de huiusmodi impedito, quoties videt in altera coniuge periculum incontinentiæ; in quo casu licitum est ei ab ea debitum petere: quia tunc illa debiti petitio, non est formaliter petitio, sed redditio, & obligationis solutio; quod non euenit, quando incestuosus, adulter, aut voto castitatis ligatus ad vincendas carnis tentationes debitum petit. Vnde patet responsio ad argumenta contraria.

Hinc inferitur, quod coniux non tenetur reddere debitum viro, lepra, morbo gallico, &c. infecto, etiamsi ingratia peccata carnis labatur, debitum non reddendo: quia patiens ad superandas tentationes carnis, ut ex Poncio, Coninch, Layman, & aliis docet Palas tom. 5. disput. 3. punct. 4. §. 11. num. 4. alia plura remedia adhibere potest, quibus diuina gratia adiutus, illas vincat. Sic & in nostro casu. Ergo, &c.

An excommunicatus sit incapax officiorum iurisdictionis secularis?

R E S O L. XXXIV.

Suppono, excommunicatum esse incapacem non solum beneficij, sed cuiusuis officij, muneris, seu dignitatis ecclesiasticæ, ut Legati, Delegati, Inquisitoris, Administratoris; seu Gubernatoris, Episcopatus, Prouisoris, seu Vicarij Episcopi, & à fortiori Prouincialis, Generalis Ordinum, Rectoris, Guardiani, seu Præpositi Conuentus, ex cap. Postulast. & fin. de Cleric. excommunic. ministr.

Difficultas est, an sit incapax officiorum iurisdictionis secularis. Et affirmatiuè respondet Garcia de benef. tom. 2. parte 7 cap. 13. num. 24. qui citat Auilam, Toletum, Henriquez, Sayrum, & Vgolinum. Probat: quia excommunicato interdicta est communicatio cum fidelibus, & iurisdictionis exercitium: ergo prohibetur collatio officij & muneris hoc exercitium exigentis, ex l. Oratio. de sponsalib. Deinde in cap. Venerabilem. 34. de electione, cautur, ne Hæreticus, aut excommunicatus in Imperatorem eligatur; & si fuerit electus, irritetur eius electio. Signum ergo est, officium iurisdictionis excommunicato concedi non posse. Limitat tamen Garcia hanc sententiam, num. 25. ubi electione, seu libera collatione conferuntur huiusmodi dignitates, seu officia secularia: secus ubi obueniunt successione, seu ratione bonorum, vel maioratus, in quibus excommunicatus potest succedere, & solum durante excommunicatione suspenditur vsus iurisdictionis.

Sed mihi, ut verum fatear, absolute opinio negatiua magis placet, quam tuetur Suarez de cens. disput. 16. sect. 2. num. 1. quem asserit Garcia, cui ego addo Coninch de Sacram. disp. 14. dub. 11. n. 106. Hurtad. disp. 8. difficul. 2. Filliuc. tom. 1. tract. 12. cap. 5. num. 118. & alios. Et ratio est: quia ex prohibitione vsus, & exercitij iurisdictionis excommunicato facta, solum inferitur prohibitam esse iurisdictionis concessionem: at non inferitur, nullam, & irritam esse. Ex alia parte, nullus est Textus hanc irritationem inducens: nam Textus in cap. Venerabilem. potius probat, valere Imperatoris electionem, tametsi veniat irritanda. In officiis verò, & muneribus ecclesiasticis, quia proximè beneficij conditioni accedunt, admittit communis sententia hanc annulationem, & irritationem. Non igitur ad officia, & munera temporalia extendi debet.

Notandum est hinc obiter primò, quod affirmant plures, si eligaris ad beneficium tempore habili, & acceptes tempore excommunicationis, validam esse acceptationem. Ex hac doctrina inferunt graues Doctores in Ecclesia, in qua est ius optandi pinguiorem præbendam, excommunicatum optare posse. Secundò inferunt, si sis coadiutor cum futura successione, & tempore mortis proprietarij excommunicatus existas, non impediri à consequutione præbendæ, si in forma gratiosa facta est, licet aliqui probabiliter supradicta non admittant. Sed nostra sententia est probabilior. Vide Auilam part. 2. cap. 6. disput. 5. dub. 6. & Garcia ubi supra, num. 35.

Notandum secundò, quod excommunicatus obtinens in excommunicatione beneficium, non solum ab excommunicatione absolui debet, ut beneficium retineat; sed noua collatione indiget. Verum, si collatio, vel electio; quæ ad Ordinarium pertinet, facta est tempore excommunicationis, ex dispensatione Ordinarij, retinere beneficium poterit: quia ea dispensatio æquiualeat nouæ collationi. At si collatio pertinet ad Ordinarium, sed prærequiritur præsentatio patroni laici, vel ecclesiastici, vel collatio pertinet ad Pontificem, est grauis difficultas, an ex sola dispensatione Ordinarij beneficium retinere possis? Negat Auila ubi supra, dub. 4. conclus. 2. Suarez de censur. disputat. 13. sect. 1. num. 43. Coninch disput. 14. dub. 9. num. 75. Garcia loco citato, num. 76. & alij: quia hæc dispensatio æquiualeat nouæ collationi: at Ordinarius beneficium, quod est de alterius præsentatione, patrono inconsulto, prouidere nequit; minúsque potest beneficium Sedi Apostolicæ affectum conferre. Ergo neque poterit dispensare, ut retineatur.

His tamen non obstantibus, contrariam, tanquam probabilem, admitto cum Layman lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 2. num. 8. Azorio part. 2. lib. 6. cap. 7. quest. 2. §. Quid dicendum. & aliis, quos citat, & sequitur Sanchez lib. 8. disp. 7. num. 12. ubi triplicem conditionem apponit. Prima, ut collationis nullitas occulta sit. Secunda, ne cedat dispensatio in tertij coelecti præiudicium. Tertia, nesciens se inhabi-

lem esse, possessionem beneficij acceperit; quia eo casu incurrit vitium intrusionis. Sed ab hoc, si occultum est, dispensari potest. Dicendum est itaque, satis probabiliter in tali casu ex sola dispensatione Ordinarij posse excommunicationem prædicta beneficia retinere: quia, ut facilius fidelium conscientijs consulatur, videtur hæc potestas Ordinario concessa in dicto cap. *Postulastis*. siquidem non reseruatur Pontifici. Dispensatio autem non reseruata concessa cenferur Ordinario, argum. cap. *Nuper. de sentent. excommunic.*

An sit maius peccatum inducere mulierem ad fornicandum, vel illam occidere.

R E S O L. XXXV.

Respondeo, quod si prouocans directè, & per se intendit mortem spiritualem mulieris, nimirum, si velit directè, ut amittat gratiam, simpliciter grauius peccat, quam occidens: secus verò quando per se primò, & directè solum intendit delectationem. Et suaderur primò, supponendo, hæc duo peccata posse tripliciter comparari: aut enim vtrunque nocuumentum mortis, scilicet, spiritualis, & corporalis, est in illis directè, & expressè intentum: aut vtrunque est indirectè volitum: aut tandem vnum directè, & alterum indirectè est volitum.

Quo supposito, ostenditur nostra conclusio: quando nocuumentum spirituale est directè, & formaliter volitum, tunc peccatum prouocandi mulierem in dicto casu est peccatum odij formalis proximi, & scandali: quod quidem cum directè sit contra charitatem, est grauius, quam peccatum homicidij, quomodocunque in illo sit volitum nocuumentum corporale, utpote quia hoc tantum est peccatum contra iustitiam, ac proinde minus graue, sicut & reuerentia iustitiæ minus perfecta est, quam reuerentia charitatis: ergo. Secundò probatur, quia scandalum, ratione damni spiritualis, tunc est speciale peccatum contra charitatem, quando aliquis directè, & per se intendit spiritualem ruinam proximi: secus autem, quando tantum indirectè, & secundariò illam intendit, ut ex his, quæ communiter docent Theologi cum D. Thoma 2.2. *quest. 43. art. 3.* supponimus: sed in dicto casu, si prouocans mulierem velit directè eius mortem spiritualem, tunc per se intendit spiritualem ruinam proximi: secus verò, si eius nocuumentum spirituale indirectè intendat: ergo primo modo duntaxat constituitur peccatum illud in specie scandali, ac proinde grauioris malitiæ: secus verò secundo modo, quia tunc non accipit speciem scandali, sed tantum prouocationis ad delectationem per se intentam: quæ proinde minoris malitiæ est, quam homicidium: quouis modo in illo corporalis mors intendatur. Et ita hanc sententiam docet Lorca in 1. 2. *quest. 73. artic. 8.* & ibi etiam Caietanus, quibus adde Vasquez *ibidem, disput. 102. capit. 4. & 5.* cum Aluarez *disp. 137.*

Nota tamen, Curielem in 1. 2. *quest. 73. art. 8. dub. 5.* absolute docere, inductionem ad fornicationem esse maius peccatum, quam homicidium: quia in tali casu prouocans ad fornicandum, peccat grauius grauitate essentiali, quam occidens mulierem: nam iste, licet peccet grauius grauitate essentiali, sed non totali, quæ constat ex essentiali, & accidentali; grauior autem est malitia, quæ constat ex essentiali, & accidentali, quam illa, quæ solum est essentialis: ergo grauior est in dicto casu malitia prouocantis, quam occidentis. Minor est nota, & maior probatur: quia mors spiritualis volita, etiam indirectè, est obiectum peius, quam sola mors corporalis: ergo tribuit actui peiorem speciem malitiæ. Sed tu, ne deseras distinctionem primam sententiæ,

* * *

An, qui per donationem, vel furtum accipit bona naufragantium ab alio accepta, incidat in censuram Bullæ Cœnæ?

R E S O L. XXXVI.

Affirmatiuè respondet Suarez *de censur. disp. 21. sect. 1. n. 33.* vbi sic ait: [Potest contingere, ut quis recipiat talia bona sine vilo antecedente pacto; sed ex mera voluntate subripientis; ita tamen ut sciat, qualia sint: (nam, si accepisset bona fide, & ex ignorantia inculpabili, quando illa durauerit, cessat difficultas.) Propter huiusmodi ergo receptorem videntur addita in Bulla Gregorij illa verba: *Aut ab alijs rapta, seu accepta scienter receperint.* quæ verba omissa sunt in Bulla Clementis: & idè dubitari potest, an reuocata sint, vel solum fuerint omissa: quia in verbo, *spoliauerint*, censentur sufficienter contenta. Et quanuis facile possit in vtranque partem res disputari, mihi hoc posterius videtur probabilius: quia ille, qui sic accipit talem rem, moraliter verum dominum spoliatur. Quod ita breuiter declaro: quia ille, qui sic accipit talia bona, tenetur illa reddere vero domino: ergo, si sit in mora reddendi, agit contra cap. *Excommunicationi.* eiusque excommunicationem incurrit: ergo à fortiori incidit in Bullam Cœnæ: ergo, si à principio iniuste accepit animo retinendi sibi, in Bullam Cœnæ incidit: nam, quod accipiat immediatè in littore, vel mari, vel mediante priori spoliatore, non variat malitiam, neque quoad hoc lex hæc quidpiam distinguit.] Ita Suarez.

Sed ego adhæreo opinioni negatiuæ, quam docet Sosa in Bullam Cœnæ, cap. 9. *disputat. 34. conclus. 1.* & Sayrus *de censur. lib. 3. capit. 8. num. 4.* cum alijs. Probatur: quia in Bulla tantum de primo subripiente fit sermo si non verò de secundo, vel tertio: ergo, quantuncunque secundus, vel tertius latro, aut gratis accipiens, sciant, bona illa iniuste esse ex naufragio accepta, non excommunicantur: non enim censurâ ultra proprium casum, cum sit pœnalis, extenditur. Antecedens non obscure colligitur ex illis verbis: *In ipsis nauibus, sine ex eisdem electa in mari, vel in littore inuenta, &c. subripuerint.* Quæ verba manifestè ostendunt de primo subripiente loqui tantum Summum Pontificem. Et confirmatur ex ablatione illorum verborum, quæ erant in Bulla Gregorij, quæ, cum secundos subripientes excommunicarent, modò ablata ipsos non ligant.

Verum occasione præsentis dubij, aliquæ difficultates enodandæ sunt circa intelligentiam Canonis Bullæ, & idè quæro, An, qui auxilium, consilium, & fauorem præstant, ut bona naufragantium subripiantur, incidant in censuram dicti Canonis? Suarez *vbi supra, num. 5.* & Filliucius *tom. 1. tract. 16 cap. 4. n. 101.* censent ligari censurâ auxiliatorem, non autem consulentem. Bonacina verò *tom. 3. disp. 1. quest. 5. punct. 1. num. 3. in vlt. num. 4.* affirmat, spectandum esse auxilium, & cooperationem. Si enim eius conditionis sit, ut verè, physicè, & realiter ad subreptionem concurrat, hæc afficitur excommunicatione; quia sic cooperans verè subreptor est, verèque, & propriè naufragantium bona subripit. Secus verò si solum moraliter in subreptione concurrat: quia ex morali concursu in subreptionem non subreptor, sed subreptoris motor dicendus es. Et cum leges pœnales ultra significationem propriam extendi non debeant, æquum non est, ut lex subreptoribus excommunicationem indicens ad subreptorem morale extendatur. Ex qua doctrina infer Bonacina, famulum ministrantem subreptori, opemque illi in subreptione præbentem, tum res deferendo, tum instrumenta suppeditando, tum assistendo, in hanc excommunicationem incidere: quia verè est subreptor physicus. Et idem erit dicendum de eo, qui nauim latroni accomodat ad bona subripienda, cum pacto ea diuidendi.

Mihi

Mibi verò magis placet opinio, quæ absolutè negat consulentem, mandantem, ratum habentem, & auxiliantem hac excommunicatione ligari; quia vltra proprietatem verborum extensio in legibus maximè pœnalis facienda non est. At consulens, mandans, ratum habens surreptionem non præstat, nec surreptor propriè est, sed surreptoris motor, & approbator. Et idem est de auxiliante, quatenus talis est, quia esto per actionem physicam surreptioni concurrat: cum ipse res naufragantium non surripiat, sed alteri, vè surreptionem præstet, auxiliator, excommunicatione lata aduersus surreptores ligari non potest. Quod manifestum fiet casus difficilioris expendendo. Etenim famulus, vel alius tertius opem ferens surreptori, cum subministrando Instrumenta ad surreptionem necessaria, cum ei assistendo, cum merces deferendo; si ipse famulus nihil ex bonis naufragantium surripiat, vt sibi retineat, nequaquam surreptor dici poterit, cum hæc denominatio non ex auxilio ad furtum, sed ex furto & rei alienæ vsurpatione habeatur. Ob eandem rationem excusari debet qui bona surrepta custodit, vt surreptori tradat; quia si nihil ex illis bonis sibi retinet, non bonorum surreptor, sed iniquus custos nuncupatur. Quod si ob prædictam custodiam, vel auxilium in surreptione delatum surreptor ei aliqua ex bonis surreptis tradat, cum hæc bonorum susceptio à surreptore habeatur, & titulo oneroso; à prædicta excommunicatione lata aduersus eos, qui ex nauibus, vel ex mari, aut litore bona naufragantium surripiunt, videtur excusatus; cum non ex his locis ea bona accipiat, sed ex surreptionis concessione, & donatione. Et ita hæc omnia docet Caltrus Palaus, tom. 6. *disp. 3. punct. 5. n. 11.*

Non nego tamen, contra Palaum extare Soufam, vbi supra, *num. 5.* sic asserentem: Omnes, qui dant auxilium ad faciendum primum furtum esse illius participes: vt quando latro non potest nauim ascendere, nisi alter scalam ministret, aut eum humeris subleuet. Dico secundò esse etiam participes, qui mandant. Dico tertio, participes similiter esse receptores, quando receptatio, vt furtum fieret, necessariò exigebatur, & sine qua non fieret: vel si merces occultent, quando ex tali occultatione furtum sequitur, vel perficitur. Ita Soufa. Sed opinionem Castri Palai satis probabilem esse existimo, quam etiam tætur Duardus in Bull. Cœnæ *lib. 2. can. 4. quæst. 23. num. 44.* & Vgolinus *cap. 4. §. 2. ver. 10.*

Quæritur secundò. An si Christiani piratæ naufragium faciant, excommunicentur eorum bona surripientes? Sayrus *lib. 3. cap. 8. numero 8.* quamuis dicat consulendum esse de hac re Summum Pontificem, probabile existimat huiusmodi surripientes non excommunicari, quia casus iste in iure excipitur, vt habetur in *Auth. Nauigia de furt.* Ius autem ciuile non videtur derogari hoc loco; atque aded accipiendum est vt explicatio, vt intelligamus de quibus naufragantibus loquatur Summus Pontifex. Et hæc opinio tuta conscientia admitti posse tradit Soufa *disputat. 35. numero 6.* licet contrariam sententiam probabiliorem esse existimet.

Nota etiam, quod ibidem *numer. 5.* idem Soufa firmat, quod qui surripit bona Christianorum, quæ in nauibus Infidelium cum asscuratione illa reddendi certo loco, quomodocumque pereant, asportantur, non excommunicatur: si verò Christiani eadem obligatione Infidelium bona deferant, excommunicantur illa surripientes. Probat ex eo, quia in primo casu bona illa non censentur fidelium quoad damnum sequutum ex naufragio; vel furto, cum pereant, Infidelibus pereant; atque aded cessat tota ratio Censuræ, quæ est ne vero Domino Christiano detrimentum aliquod ex naufragio sequatur: è contra euenit in secundo casu,

cum illa bona fidelibus pereant, ed quod sunt apud Christianos quoad custodiam cum obligatione reddendi.

Notandum est etiam hîc obiter primò quod etiam si imminente tempestate, naufragique periculo bona in mare iactentur, eaque ibi iactata, vel in naui posita surripias: ab hac excommunicatione immunis sis; quia non verificatur te bona illa surripere à naufragium passis, sed à passis naufragij periculum; quod diuersum est. Ita tenet Palaus vbi supra *num. 6.* & alij penes ipsum.

Notandum secundò, supradicta non procedere, quando surripiuntur bona ex cymba in flumine perempta, quia vt ex Vgolino obseruat Soufa, *disput. 37. n. 3.* Summus Pontifex solum loquitur de naufragio, quod fit in mari, neque ided de fluuiali mentionem non fecit, quia minus est, sed quia de eo legem sancire noluit; nec illa, cum sit pœnalis extendenda est. Si tamen ex naufragio maritimo aliquid accessu maris ingrediatur flumen, & in ripa illius inueniatur, idem de eo erit iudicium, ac de aliis rebus in litore ex naufragio maris inuentis.

Notandum tertio, quod si bona naufragantium accipias animo quærendi Dominum, illique reddendi, & interim rebus acceptis vtaris, quin impotens reddaris ad satisfaciendum vero Domino comparenti, nullam excommunicationem incurris, quia illa non est surreptio, sed iusta, & licita acceptio. Quod si postmodum voluntatem mutas: nolisque verum Dominum quærete, illique bona restituere, cum possis, incidis ad minus in excommunicationem latam in *cap. excommunicationi. de Raptorib.* vt notat Bonacina *tom. 3. disp. 1. q. 5. punct. 4. num. 5.* quia verè surripis bona naufragantium, neque ea restituis, cum possis. Quinimò existimo te excommunicatione bullæ innodari; quia ab eo puncto, quo voluntatem restituendi mutas, acceptio illorum bonorum iniusta esse censetur: acceptio autem iniusta, surreptio est; cui Bulla excommunicationem imponit. Ergo. Et ita docet Palaus loco citato, *num. 2.*

Et tandem notandum quartò quod quando bona fidelium ab infidelibus sunt capta, licet iniuste, non manet excommunicatus qui illa ex naufragio surripit: quando verò fideles bona rapiunt ab infidelibus, qui surripit ea ex naufragio, fidelium excommunicatur. Probat prima pars; quia bona, licet quoad dominium sint Christianorum, quoad vsum, & possessionem sunt apud infideles: ergo non censentur bona naufragantium Christianorum, sed Infidelium, de quorum bonorum surreptione Censura non loquitur. Secunda pars eadem ratione ostenditur; nam cum possessio, & vsus bonorum Infidelium in hoc casu apud fideles inueniatur, ab illis immediatè surripi censentur. Ita Soufa *disput. 35. num. 5.* Et hæc sufficiat adnotasse ad ornatum dicti Canonis Bullæ Cœnæ, vt magis practicabilia.

An copula Sodomitica imperfecta, quia semen non fuit emissum, pariat iustam causam disortij?

R E S O L. XXXVII.

PRO negatiua sententia Texeda in *Theolog. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. contr. 13. n. 14.* adducit Sanchez, Layman, & Filiucium, contra quos tamen actiter inuehitur, opinioni affirmatiuæ adhærendo; quia per illum concubitus, si sit habitus ex parte fœminæ cum alieno viro, nimis male tractatur matrimonium, fidesque in illo promissa frangitur, maritus etiam manet maxime dedecoratus, & per hoc ignominia affectus: ergo ex eo quod per illam adulterinam copulam sodomiticam, siue non naturalem non decidatur intra vas semen, con-

Iuxta innocens non amittit ius petendi diuortium ob maximum dedecus, & iniuria ex ea copula illi illatam. Secundò, quia vbi reperitur verum adulterium, reperitur vera causa diuortij; sed tunc per illam copulam omittitur verum adulterium cum thalamus sit violatus, & vtro innocenti iniuria: data ergo est vera causa diuortij. Probatur maior, quia verum adulterium, ex quo matrimonium efficitur iniuriatum, reperitur in accessu carnali vnus coniugis cum alieno; sed ibi reperitur accessus carnalis vnus coniugis cum alieno: ergo, &c. Confirmatur, quia ibi reperitur violatio alieni thori, quæ tribuit causam adulterij. Tertio, quia testè Sanchez tom. 3. de matrimon. lib. 10. disput. 4. num. 13. oscula, amplexus, & tactus habita ab vxore cum alieno viro sunt causa diuortij, si ea contingant cum talibus circumstantijs loci, & temporis, ex quibus probetur adulterium; sed adulterinus congressus, siue sodomiticus, siue naturalis habitus à femina coniugata cum alieno viro cum vasis penetratione, siue naturalis, siue innaturalis etiam si fiat sine seminis effusione, infert maiorem iniuriam marito, quàm oscula, amplexus, & tactus habita ab vxore: ergo si per oscula, amplexus, & tactus datur causa diuortij, potiori iure debet dari per copulam sodomiticam. Explicatur hoc, magis læditur matrimonium, & majori infamia afficitur maritus ex eo, quod vxor eius habeat accessum sodomiticum cum alio viro, quàm quod osculetur ab illo, & amplectatur; sed oscula habita ab vxore cum alio viro inferunt veram diuortij causam, vt fatetur Sanchez: ergo, &c. Adde quod per quid magis denigrari mariti fama potest, & honor eius vilipendi, quàm quod vxor eius cum alio habeat copulam sodomiticam, etiam non consummatam, si fiat cum vasis penetratione?

His tamen non obstantibus, sententiam Sanchez, & aliorum tenet nouissimè Castrus Palaus, tom. 5. disput. 3. punct. 6. §. 1. num. 2. vbi sic ait: *Nomine adulterij, ratione cuius diuortium celebrari ab innocente possit, etsi aliqui censuerint solam copulam naturalem cum alieno viro, vel femina esse intelligendam, communis sententia defendit sodomiam, & bestialitatem intelligi; quia his criminibus caro coniugis in alienam diuiditur contra matrimonij fidem. Debet autem sodomia, & bestialitas complexa esse, id est cum seminis effusione, aliàs non perfecte in alienam carnem esset diuisio, neque consummata iniuria, neque sufficiens diuertendi causa. Quod à fortiori procedit in tactibus turpibus, pollutione, siue secum tantum, siue cum alio, vti aduertunt omnes Doctores. Ita ille, cui etiam adde Martinum Perez de Matrim. disput. 56. sect. 2. n. 8. Præpositum in 3. part. quest. 5. de Insol. matrim. dub. 12. num. 94. Hurtadum disput. 11. difficult. 2. num. 8. Quod confirmatur ex communi sententia omnium Doctorum dicentium, non esse bigamum, vel irregularem, si prior vxor, aut femina, quam ducit, sit cognita sola copula extra vas, aut sodomiticè. Quia tunc non est diuisio carnis suæ in plures intra naturale vas aptum ad generationem; ergo idem dicendum est respectu diuortij, tametsi Sodomia, & brutalitas sint horrenda crimina; ideò non dare causam perpetui diuortij, quia verè per illa non diuiditur caro iuxta naturalem vsu aptum, & idoneum generationi.*

Non est igitur recedendum à sententia negatiua; quid asserat Texeda, quin etiam animaduerrere debebat opinionem Basilij Poncij de Matrim. libro 9. cap. 16. num. 5. qui indicat sibi verius, nec peccatum nefandum, nec brutalitatem, esse causam perpetui diuortij. Probat, quia cum diuisio carnis in plures dicitur in iure esse causa diuortij, de ea intelligendum est, quæ iuxta vsu naturalem est. Idque probat, quia ea diuisione inducitur in iure bigamia, & irregularitas. At nulla turpis coniunctio extra naturale vas bigamiam, & irregu-

ritatem inducit ex bigamia ortam, vel vera, vel similitudinaria, vt manifestum est. Igitur tantum diuisio carnis, quæ iuxta naturalem vsu est, adulterij nomine intelligenda est. Et Molina de Iust. tom. 4. tract. 3. disput. 95. numero 8. asserit, copulam Sodomiticam habitam cum quodam tertio, etiam si consummata sit, non carere probabilitate maxima, non inducere causam diuortij, maxime si vxor passivè se habeat in illo actu cum alio à marito suo. Sed sententia Sanchez est tenenda.

Hinc ex dictis colligitur non esse audiendum Texedam loco citato, num. 19. asserentem dari veram diuortij causam marito, cum cuius vxore alius pollutionem habuit inter crura, ipsa volente, & consentiente, & ideò si maritus probet factum, potest iure optimo intentare diuortium, & inde illam à se repellere. Ratio ipsius est, quia per illam pollutionem inter crura cum alio viro ab vxore habitam, frangitur fides promissa, & maritus illius maxime inhonoratur, & matrimonium ipsum manet læsum. Sed contrarium est tenendum cum Perez, Palao, & aliis vbi supra, quibus adde Villalobos, in Summa tom. 1. tract. 15. difficult. 1. num. 15.

An si vir expellat vxorem à domo, negans necessaria alimenta, & ex hoc illa fornicetur, sit viro concedendum diuortium?

RESOL. XXXVIII.

Negatiuam sententiam probat Sanchez libro 10. disput. 5. num. 6. sed more suo contra illum insurgit Texeda in Theol. mor. tom. 2. libro 4. tract. 1. can. 13. numero 23. & probat suam sententiam sic asserens. Primo quia maritus iniuste repellens vxorem à domo sua, priuans eam alimentis, & necessariis ad vitam transigendam, maiorem causam confert adulterandi, quàm si solum adulterij conscius illud non prohiberet: sed quando maritus scit adulterium vxoris, & non prohibet, non debet ei petenti diuortium concedi: ergo neque quando ipsa adulterium commisit repulsa iniuste marito, priuata necessariis ad victum, & vestitum. Secundò, quia intenta feminarum fragilitate, & inconstantia, vxor à viro iniuste repulsa, destitutaque remedio inueniendi victum, & vestitum, est in euidenti periculo fornicandi, cuius tamen est causa maritus: ergo amittit ius petendi diuortium. Tertio, quia maritus expellens vxorem iniuste à domo sua negans ei necessaria ad vitam agendam, peccat mortaliter, vt tenentur concedere moderni: ergo non est innocens, sed nocens, & iniustus. Tunc sic argumentor: sed diuortium non conceditur nisi in fauorem innocentis, in pœnam tamen nocentis: ergo, &c. Accedit etiam, quod maritus efficiens vxorem è domo iniuste, si ipsa ob id fornicata fuerit, censetur fornicationi vxoris consentire, atque ita pœna lenonis debet puniri, & non vxor. Accedit etiam ad confirmandam nostram doctrinam contra præfatos modernos, quod illa habetur expressa in a. discretionem, de eo qui cogn. consangu. cuius verba sunt: *Vir prius cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non possit obicere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim iniutam.* Ex quibus verbis sic potest argumentum formari contra præfatos moderatos: Maritus iniuste repellens vxorem à domo sua eam adulterandam tradit, cum sit remedio destituta, & aliàs non spernenda: ergo si fuerit cum alio fornicata, talis fornicationis causa per se fuit.

Verùm ab opinione Sanchez puto non esse recedendum: dicendum est igitur ex eo, quod maritus causam

remoram

remotam vxori dederit adulterium committendi, negando inquam debitum, non suppeditando alimenta, atque eam è domo, & ex sua cohabitatione expellendo; non censetur adulterio consentire, neque à diuortio faciendo impeditur; vti colligitur ex *cap. significasti de diuortijs*. Et ibi Glossam verbo materiam. Neque enim mulier ad fornicandum vlla ratione adduci debebat: *cap. Ite 32. quest. 5.* Neque ignoscendum est (vt inquit Vlpianus *leg. palam. num. 34. ff. de ritu nuptiar.* Et Glossa *cap. ex litteris, de diuortijs*) ei, qui obtentu paupertatis tyrpissimam vitam agit. Et ita sententiam Sanchez contra Texedam tenet Palaus, *tom. 5. disput. 3. punct. 6. §. 1. num. 2.* Hurtadus *de Matrimon. disputat. 11. difficultat. 3. num. 12.* Gutierrez *de Matrimon. cap. 129. num. 8.* Coninch *de Sacrament. disput. 35. dub. 1. in fine*, Basilius Poncius *de matrimon. lib. 9. cap. 17. num. 7.* & alij. Quod tamen intelligendum putant, nisi vir ea intentione vxorem repulisset, alimentisvè priuasset, vt necessitate compulsus adulterium committeret; quia eo casu adulterium vxoris marito est voluntarium; perindeque est, ac si adulterio coniueretur.

Sed si quæras hic, an si vxor metu graui cadenti in constantem virum fornicetur, talis fornicatio sit causa diuortij, & per illam à marito separari debeat? Et negatiuè respondet Abbas *conf. 3. num. 3. volum. 1.* Rosella *verb. adulterium num. 5.* Syluester *ibi, quest. ultim. Armilla, num. 5.* Tabiena *quest. 1. numer. 3.* Grassis, *2. part. detis. lib. 1. cap. 12. numer. 72. casu 2.* & inclinat Gregorius Lopez *leg. 7. verb. Por fuerça titul. 9. part. 4.* Et probabile censet Sanchez *lib. 10. disputat. 5. num. 13;* quia non ex malitia, & dolo, quod videtur requisitum iuxta *leg. penultim. ff. ad leg. Jul. de adul. commissum est*: & fauet Augustinus in *cap. propositio 32. quest. 5.* excusans Lucretiam ab adulterij crimine, non quo ad culpam, sed quo ad pœnam, eo quod metu coacta sit. Sed huic opinioni non assentior. Dico igitur, illam vxoris fornicationem esse sufficientissimam diuortij causam, posseque maritum illam fœminam iure optimo à se repellere tanquam adulteram, quia metus ille, quantumuis grauis, non excusat fœminam illam à culpa mortali, (cum teneatur potius pati mortem, quam fornicationem subire, ergo nec à pœnis adulterij debitis. Et ita tenet Coninch *disputat. 35. dub. 2. num. 10.* Sanchez vbi supra, *numer. 16.* Henriquez *lib. 11. cap. 17. num. 3.*

An vir, qui post sententiam diuortij latam adulterium commisit, teneatur reconciliari cum vxore nocenti dimissa?

RESOL. XXXIX.

Negatiuam sententiam tenet Rebellius *lib. 2. quest. 18.* Layman *lib. 5. tractat. 10. disputat. 9. numer. 30.* & alij penes ipsum partem affirmatiuam tinentem. Probatur hæc opinio, quia sententia diuortij iustè celebrati, transit in rem iudicatam in fauorem innocentis, & in odium adulteræ, atque in pœnam, & supplicium eius: ergo ab illo tunc sententiæ diuortij declaratæ manet innocens omninò liber ab obligatione reddendi debitum adulteræ petenti, & cohabitandi cum illa; & idè rectè dixere Durandus in *4. distinct. 39. q. 2.* Ledesma *de matrim. quest. 62. art. 6.* post latatam diuortij sententiam posse coniugem innocentem ad Religionem transire, in eaque adultero inconsulto, imò inuito, profiteri: ergo semel diuortio legitime celebrato, nullum deinceps manet Ius apud adulterum repetendi innocentem, etiamsi innocens post sententiam diuortij fornicetur. Confirmatur: Post sententiam diuortij coniux innocens, non est contra adulteri quantum ad thorum, & cohabitationem:

Antonini Diana Pars I X.

nam diuortium dissoluit matrimonium, etsi non quo ad vinculum, quo ad thorum tamen, & cohabitationem, & aufert ab adultero Ius, quod habebat in corpus innocentis: ergo coniux innocens admittens fornicationem, post sententiam diuortij, nullam infert iniuriam coniugi adultero; quia ob fidem factam Ius omne quod habebat erga personam innocentis, amisit. Et ita hanc sententiam probat, & sequitur Texeda *tom. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 13. n. 41.* contra Molinam.

Sed ego existimo sententiam Molinæ affirmatiuam esse probabiliorè, quam sequitur nouissimè Pater Martinus Perez *de Matrimon. disputat. 56. sect. 3. num. 5.* Præpositus in *3. part. quest. 5. de Indif. Matrimon. dub. 12. num. 101.* Hurtadus *disputat. 11. difficult. 3. num. 11.* Poncius *de Matrimon. lib. 9. c. 20.* Coninch *disputat. 35. dub. 2. num. 13.* & alij relati, Sanchez *num. 27.* Dico igitur in casu, de quo loquimur, non solum ex iudicis officio, sed ad petitionem patris cogendum esse innocentem postmodum nocentem nocenti dimisso reconciliari, obligatosque esse in conscientia hanc præstare reconciliationem quolibet volente. Et ratio est manifesta, quia sententia diuortij ob adulterium ab altero coniuge commissum, non concedit innocenti ius ab eo diuertendi, sed ius, quod ex adulterio acquisiuit, declarat, vt eo publicè vti possit. At ius, quod ex adulterio innocenti acquiritur, est dum innocens est: ergo facto nocente cessat prædictum Ius, ac proinde obligatus est reconciliari, sicut obligaretur si adulterium commisisset ante sententiam latam. Et hanc sententiam, præter Doctores citatos, docet etiam Castus Palaus *tom. 5. disput. 3. punct. 6. §. 6. n. 11.* qui responderet ad omnia argumenta, quæ pro negatiua sententia adducit Sanchez, cuius tamen opinionem satis probabilem esse existimo.

Norandum est hic, quod quando res non est integra ex parte innocentis, eo quod iam statum mutauit, factus professus, vt sacris initiatus, manifestum est nullum superesse Ius innocenti ad reconciliandum adulterum. Patet, quia assumpsit statum immutabilem, seseque tradidit Religioni per professionem, vel Ecclesiæ per Ordines ad sacra ministeria; vnde non potest ad coniugem redire, neque ab statu præsentis resilire; & idè cum statum assumens, omne à se Ius matrimonij abdicauit. Quòd si coniux innocens sit nouitius tantum, vel solum in minoribus constitutus, potest adhuc reconciliari; habet enim Ius iustitiæ ad coniugem nocentem, & illud Ius nondum impeditum est alio iustitiæ iure quale habet Religio in professum, vel Ecclesia in sacris initiatum. Idem est, si tantum impediatur voto simplici, extra Religionem tamen, potest quidem redire ad suum coniugem nocentem, licet peccet, cum se exponat periculo violandi tenebiturque reddere, sed non exigere. Ita Perez *sect. 6. num. 3.* & alij. Quod tamen, & rectè limitat Palaus, *num. 13.* si sacros Ordines, vel Religionem suscepisset, antequam sententia transiret in rem iudicatam; quia eo casu illegitimè Ordo & Religio suscipitur, ideoque coniugi non planè dimisso præiudicare nequit.

Notandum est etiam hic obiter, difficultatem adesse inter Doctores, An quando vterque coniux est adulter, & vnus ex eis vitam emendauit, alter verò minimè, liceatne coniugi emendato petere diuortium? In qua difficultate affirmat Sanchez *lib. 10. de Matrim. disput. 7. num. 4.* coniugem emendatum rectè, & iustè posse ab adultero in fornicatione sua perseuerante recedere, atque cum illo diuortium celebrare, etiamsi nulla inter eos præcesserit reconciliatio; dummodò coniux perseuerans in sua fornicatione per coniugem emendatum fuerit admonitus. Sed Texeda, vbi supra, *num. 65.* contrarium docet; censet enim admonitum ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblata, sed non acceptata, non cessisse Iuri diuertendi, quod ex alterius adulterio

adulterio acquisierat, quia esto æquè nocens sit, ac petens reconciliationem, id solum probat non posse alterum accusare delicto sibi non remisso, non tamen probat cessisse Iuri diuertendi. His tamen non obstantibus, sententiam Sanchez puto satis probabilem, quam etiam sequitur Layman *lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. num. 14.* & Coninch *disput. 35. dub. 2. n. 17.* licet tum Texeda sentiat Poncius *de Matrim. lib. 10. cap. 17. in fine.* & Hurtadus *disp. 11. difficul. 3. num. 10.*

An vir teneatur dimittere uxorem adulterantem, & persistentem in adulterando?

R E S O L. LX.

Affirmatiuè responder Texeda *tom. 3. lib. 4. tractat. 1. controu. 13. num. 71. & seq.* Quia ex natura rei tenetur vnusquisque auferre scandalum, quod scit, & cognoscit ex sua actione, aut cessatione actionis, quam exercere non tenebatur, fore originandum: sed ex eo quod maritus non recedebat ab vxore in adulterio perseverante, sequitur scandalum, cum non illam à se repellendo præbeat occasionem suspicandi ipsum esse adulterij participem, & ex consensu eius vxorem in adulterio perseverare: ergo tenetur maritus conscius adulterij sub mortali culpa recedere ab vxore adultera. Probatur, quia vnusquisque lege correctionis fraternæ peccata proximi vitare non tenetur per media conuenientia, & salubriora, quibus meliori modo possibili lucretur fratrem in peccato mortali existentem: ergo maritus, cum sit vxoris caput, cuius est eam dirigere, & gubernare, strictius tenetur ex vi præcepti correctionis fraternæ eius fornicationem impedire, eam à domo pellendo, si ex tali repulsa fuerit spes, vt vxor illa emendet vitam. Confirmatur; quia præceptum correctionis fraternæ omnes obligat; ergo etiam obligat maritum in ordine ad vxorem in adulterio perseverantem, vt utatur medijs possibilibus, & necessarijs ad lucrandam illam; sed medium possibile, & necessarium ad lucrandam vxorem in sua fornicatione perseverantem, est expellere eam à consortio suo, si subsit spes, quod repulsa, & relicta à viro, emendabitur; ergo ad id tenetur ex meritis præcepti correctionis fraternæ.

Verùm negatiuè sententiæ adhæreo, Dico igitur non teneri virum vxorem perseverantem in adulterio sub peccato mortali dimittere; nisi in rarissimo casu. Probatur, quia in tali casu non tenetur ratione adulterij, quia id potest ei remittere, vt dicitur *in cap. quemadmodum. 25. de Iureiurando.* Neque ratione correctionis fraternæ, quia huic obligationi satisfaciet, eam admonendo, & moderate, prout potest, puniendo; quia vxorem dimittere, est medium viro nimis incommodum, ad quod ratione correctionis non tenetur; quia sic tenebitur cælebs viuere, & solus domum regere, & eius infamia manifestior fieret; imò id vxori est periculosus; quia vxor, quæ sæpe reprehensa, & punita non emendatur, liberius viuere, si dimittatur: neque tenetur ratione vitandi scandali, quod erit, suspicandi ipsum conuiuere, & patrocinari adulterio vxoris, si cum ipsa inhonestè viuente cohabitare; quia ad id vitandum non tenetur cum dicto incommodo, cum ad id sufficiat, quod ita reprehendat, puniat, & custodiat, vt id intelligant vicini: vnde quod dicitur *in cap. si vir. & Prou. 18.* tantum intelligitur, quando vir pacificè, & quietè cohabitare cum dicta vxore. Addidimus non teneri, nisi forsan rarissimè; quia quando dimissio sit apta ad emendationem absque inconueniente, aut ad vitandam dictam suspicionem, & marito non sit valdè incommoda, & non sit aliud medium sufficiens ad emendationem, & ad suspicionem vitandam (quæ rarissimè coniunguntur) tenetur eam dimittere. Et hæc omnia præter

Sanchez, docet Castrus Palaus *tom. 5. disputat. 3. punct. 6. §. 3. num. 3.* Hurtadus *de Matrim. disput. 11. difficul. 4. num. 15.* Layman *lib. 5. tractat. 10. part. 3. cap. 7. num. 15.* Coninch *de Sacramento. disput. 35. dub. 3.* Auerfa *de Sacram. Matrim. quest. 22. sect. 5.* Perez *de Matrim. disp. 56. sect. 4. num. 4. & 5.*

Sed videndum est, an saltem peccet maritus mortaliter, si vxorem in adulterio pertinaciter perseverantem non dimittit, si adsit periculum incertitudinis proles, substituentique falsum hæredem? In qua difficultate affirmat Sanchez *lib. 10. de matrim. disputat. 13. num. 12.* non peccare mortaliter maritum non dimittendo vxorem ob prædictam causam, neque ad id teneri, etiam omni scandalo de medio sublato. At contrarium docet Texeda vbi supra, *num. 80.* Nam qui causam magni damni, & irreparabilis ruinae dat, damnum ipsum magnum inferre videtur, & ob id mortaliter peccat; sed maritus retinens vxorem adulteram, & in adulterio perseverantem est causa magni damni, & irreparabilis, quale est, vt adultera ex alio viro suscipiat prolem, quæ cum nascatur in domo mariti, tanquam filius proprius haberi debet, & quæ iure hæreditario hæreditatem patris tanquam hæres suus, & necessarius vindicabit, ac proinde, si maritus habuerit maioratum pinguem, in illo succedet filius adulterinus: ergo, &c. Verùm opinioni Sanchez adhæret Palaus, vbi supra iuncto *num. 1.* ibi: Siquidem ea retentione suis hæredibus, &c. Itaque in tali casu non videtur obligari vir ad hoc acerbum remedio vt ad hoc periculum euitandum: nec eius culpa adscribi debet ea incertitudo proles, eo renitente, & media suauia adhibente, resultans: nec antiqui Doctores ex hac ratione, sed tantum ex debito correctionis, & vitandi scandali, eam obligationem imponebant. Non videtur tamen negandum, vt optimè obseruat Auerfa, vbi supra, accidere posse, vt ex vna parte non sit adeò acerbum viro ab adultera vxore recedere; & ex alia parte nimis graue damnum legitimis successoribus obueniat, si magnam hæreditatem adulterina proles atcripiat; & ideo ex hoc capite aliqua obligatio consurgat, licet etiam rarissimè hæc omnes conditiones coniungi possint.

Sed quid dicendum de vxore, quæ ad virum adulterantem, & perseverantem in adulterando? Respondeo à fortiori, vxorem multo minus teneri ad dimittendum maritum adulterum in adulterio persistentem. Patet, quia neque ratione adulterij, vt liquet, neque ratione correctionis fraternæ, quia per hoc non emendaretur; neque enim ea demissio, præterquam quod esset maximè incommoda vxori, esset apta ad emendationem viri, & mulieris non est virum corrigere, nisi precibus, & suauibus admonitionibus. Nec denique ratione scandali, & vitandi suspicionem consensus vxoris, quia rarè præsumitur vxorem consentire; & quando id præsumatur, facile poterit huic præsumptioni alijs medijs occurrere. Quod si vxor omninò crederet virum esse emendandum, si ad tempus illum diuerteret, & posset id facere sine villo notabili incommodo, ad id teneretur ex charitate: sentio tamen vix vnquam esse talem spem; imò moraliter semper esse timorem peioris exitus, si vir ab vxore dimittatur. Ita Doctores citati pro nostra sententiâ, Palaus, Perez, Hurtadus, Coninch, quibus à fortiori adde Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 15. difficul. 2. n. 7.*

An Eminentissimi Cardinales, reuelando ea que in Consistorijs tractantur, incidant in censuram Sanctissimo reseruatam?

R E S O L. XLI.

Suppono in Concilio Lateranensi referri Bullam Leonis X. in hæc verba; Statuimus, ne quis Cardinalium

vota

vota in Consistoria data, & quæcunque ibi gesta, aut dicta, quæ in odium, aut in præiudicium, aut scandalum alicuius redundare possint, scripto, aut verbo, vel quouis alio modo reuelat sub pœna periurij, & inobedientiæ; & quociescumque à nobis & Romano Pontifice pro tempore existente specialiter, & expressè vltra præmissa indictum fuerit super aliqua re silentium, si quis contra fecerit vltra pœnas, excommunicationem latæ sententiæ incurrat.

Hoc supposito circa prædictam Censuram, duas difficultates inuenio. Prima est, an Cardinales reuelantes aliquid de actis secreto in Consistorio, si non existat præceptum Papæ, vt non reuelentur, incurrant adhuc in dictam Censuram? Et negatiuè respondet Pater Victorianus Premoli ex Societate in Catalogo excommunicationum cap. 1. num. 2. Leone vbi infra, & Bonacina tom. 3. disp. 2. quæst. 7. punct. 2. neque enim Pontifex videtur excommunicationem apposuisse aliis quàm iis, quibus ipse silentium indixit: nam reuelatores eorum, quæ in Consistorio dicta, vel gesta sunt periurij, & inobedientiæ reos esse decernit. Verum affirmatiuam sententiam tenent Filliucius tom. 1. tract. 15. cap. 9. num. 200. & Castrus Palaus tom. 6. disp. 3. punct. 28. num. 4. asserentes, supradictam Censuram Cardinales comprehendere siue reuelauerint, quæ à Pontifice sub secreto specialiter, & expressè acceperint, siue quæ in Consistorio dicta, vel gesta sunt, quæ reuelata in odium, præiudicium, aut scandalum alicuius redundare possint. Quia sub eadem clausula continentur; & quæ Cardinales reuelent in Consistorio acta, & quæ à Pontifice specialiter, & expressè sub silentio fuerint indicta. Quod verò ob reuelationem eorum, quæ in Consistorio dicta, vel gesta sunt, quæque reuelata in alicuius præiudicium cedere possunt, excommunicationem Cardinales incurrant; inde mihi persuadeo, quia illa clausula generalis: Si quis, contra fecerit, refertur ad ea omnia, quæ in antecedenti statuta sunt. At in clausula antecedenti statutum est, ne quis Cardinalium reuelat vota in Consistorio data, & quæcunque ibi gesta, vel dicta, quæ in odium, præiudicium, aut scandalum alicuius redundare reuelata possint. Ergo hæc reuelantes in Excommunicationem incidunt. Sed Ego vtramque sententiam probabilem esse puto.

Secunda difficultas est, an supradicta Censura sit vsu recepta? Et negatiuè respondendum videtur ex celebri doctrina Patris Suarez de Censur. disp. 22. sect. 6. n. 8. & 9. vbi loquens de quadam Censura in dicto Concilio Lateranensi imposta, sic asserit: Mihi est valdè dubium, an hæc Lex, & excommunicatio vsu, & consuetudine recepta sit; quod de omnibus Excommunicationibus illius Concilij affirmat Caietanus, verb. Excommunicatio, in fine, post cap. 81. & Bartholomæus Cartanza in Summa Conciliorum in fine illius Concilij, & Nauartus; cap. 27. num. 110. & idèd alias excommunicationes, quæ in eo feruntur, prætermitto. Ita Suarez; cui adde in terminis, vt dici solet, terminantibus, Leonem de Censur. Recollect. 4. littera C. ver. Cardinales 3. & Victorianum Premoli vbi supra. Sed quando est dubium, an Censura sit vsu recepta, illam non obligare, satis firmavit, cum Azorio, Rebellio, Palao, & aliis, in part. 4. tract. 3. resol. 14. & firmat nouissimè me citato doctus, & amicissimus Caramuel in Theol. mor. lib. 3. num. 1347. Ergo. Verùm nolo in re tam graui nimis indulgere; idèd tu cogita; imò assero Castrum Palaum vbi supra, docere dictam Censuram esse vsu receptam.

Puto tamen cum dicto Palao te in hanc excommunicationem non incidere, si ea, quæ tibi Cardinalis mihi què manifestauit, quæque ipse à Pontifice secreto accepit, reueles. Tum, quia Cardinalis non es, quos tantum hæc Constitutio comprehendit. Tum quia non reuelas ea, quorum silentium tibi indictum sit à Ponti-

fice, tamen si aliis indictum fuerit. In præsentem autem Constitutionem videtur requisitum, vt reuelatio secreti ab eo fiat, cui secretum à Pontifice commissum est, quia hæc est propria secreti indicti violatio in contemptum indigentis cedens.

Nota etiam hic, quòd si aliquis, vel casu, vel dolo audiret ea, quæ in Consistorio dicta, vel acta sunt, & aliis narraret postea, non incidere in dictam Censuram: quia lata est tantum contra Cardinales, aut contra eos, quibus à Pontifice secretum commissum fuerit.

An Gubernatores, & alij Officiales status Ecclesiastici, si accipiant munera, incidant in Censuram Papa reseruatam?

R E S O L. X L I I.

R Espondeo affirmatiuè, vt patet in Extrauag. Pauli II. & est 3. eiusdem, cuius initium est: Munera. Quam Constitutionem Sixtus IV. in Bulla 15. quæ incipit: Et si confirmauit. Vbi Paulus II. prohibet, ne Rectores, & Gubernatores, aliique Officiales Romanæ Ecclesiæ, vel etiam Legati à latere ad regimen, & gubernationem Prouinciarum, Ciuitatum, ac Terrarum Romanæ Ecclesiæ deputati, vel deputandi, à Prouinciis, Ciuitatibus, vel Terris, quibus præsumt, vel officia exercent, aut à singularibus suæ legationis regimini, vel gubernationi suppositis, aliquod genus muneris, aurum, argentum, vestem, aut equum, vel alterius cuiuslibet speciei accipiant, præter esculenta, & poculenta, quæ intra biduum consumi possunt; alioquin tam dantes, quàm recipientes, etiam si Pontificali præfulgeant dignitate (dummodo non sint Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui in Sacro Collegio coram Pontifice sponte sua obtulerunt, & promiserunt non recepturos huiusmodi munera) ipso facto sententiam excommunicationis incurunt, à qua absolui non possunt nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti.

Sed pro explicatione dictæ Excommunicationis nota Primò, quòd pro officialibus habentibus, &c. intelliguntur de habentibus Iurisdictionem temporalem in dicto statu, hoc enim significant verba Bullæ, ibi: Rectorem, Gubernatorem, suorumque Officialium, vel Legatorum à latere ad regimen, & gubernationem Prouinciarum, Ciuitatum ac Terrarum Romanæ Ecclesiæ, &c. quorum appellatione veniunt Consultores, & Assessores.

Nota secundò, quòd vt in illam officiales supradicti incidant, recipere munera debent ab iis, qui ipsis subditi sunt, vel apud quos sua officia exercent. Et idèd, si v. g. Gubernator Perusiæ reciperet munera à Magno Duce Herrutiæ, vel ab alia priuata persona externa, non incidere in hanc Censuram, quia lata est contra recipientes munera à subditis.

Sed difficultas est, an pœna dupli sit restituenda ante Indicis sententiam? Et affirmatiuè respondet Pater Thesaurus in praxi, part. 2. ver. Munera, cap. 8. vbi sic ait: [Nota, quòd hæc pœna dupli obligat in conscientia, etiam ante declaratoriam, propter particulam illam, reddere teneantur; vt de eadem particula dicunt communiter Doctores in cap. 2. de Cens. in 6. & Lessias cap. 16. num. 37. lib. 2. Emmanuel Sà, verbo Suspensio ipso Iure, num. 13. & in terminis huius Bullæ, Bonacina de Censur. particul. disp. 2. quæst. 7. punct. 8. num. 8. & facit pro hac sententia, quia ratione iuramenti præstiti Officiales obligati sunt obseruare hanc constitutionem, vt supra dictum est, ex eadem Bulla. Ita Thesaurus. Verùm Pater Castrus Palaus tom. 6. disp. 3. punct. 18. num. 10. contrariam docet; sic enim asserit: Præter

excommunicationem obligantur recipientes reddere omne id, quod acceperunt, & aliud tantundem. Quod ad eam partem, qua tantundem reddere tenentur, certum existimo sententiam saltem declaratoriam criminis requiri, ne suæ propriæ poenæ exequutores, se priuando dominio acquisito. At quod ad partem, qua acceptum obligantur reddere, reputo probabilius seclorâ sententia obligari, utpotè rei, cuius dominium non est illis acquisitum. Ita ille: vnde ytramque opinionem probabilem puto.

Videndum modo superest, cui nam facienda sit restitutio. Alij asserunt pauperibus; alij partem pauperibus, partem danti. Sed illos conatur concordare noster Pater Leo de Cens. Recollect. 4. littera M. ver. Munera. vbi sic ait: Bonacinâ subdit, dictam restitutionem integri dupli faciendam esse pauperibus contra Filliucium docentem partem receptam esse restituendam danti. aliam partem verò pauperibus. Quas opiniones concordarem hoc modo, scilicet, quod opinio Bonacinæ sit vera, quando dans munera, dedit in casibus, in quibus erat illi prohibitum, nempe illicitè; opinio verò Filliucij sit vera, quando dicta munera dantur licitè, scilicet ad redimendam iniustam vexationem, &c. Ita Leo. Mihi verò magis placet opinio Filliucij, quam etiam tuetur Castrus Palaus vbi suprâ tom. 6. disputat. 3. punct. 29. num. 10. asserens rem acceptam restitui posse donanti ante sententiam condemnatoriam; aliud verò tantundem, quod poenali Constitutione restitui præcipitur, solis pauperibus restituendum esse. De hac secunda parte nemini est dubium, cum obligatio restituendi illam quantitatem solùm ex lege poenali proueniat, & posita sententia condemnatoria, quæ nunquam donanti, sed pauperibus, aliisque operibus piis restitutionem applicabit. Priorem partem probo, quia cum rei acceptæ dominium non sit translatum in accipientem, eo quod translatio lege impediatur, videtur penes donantem remanere; quia, vt illo donans non priuetur, sententia declaratoria criminis requisita est. Sicuti requiritur ad obligationem restituendi illius tantundem, quod acceptum est.

Sed hîc oritur dubium, de quo consultus fui, & in praxi accidit, an si aliquis ex supradictis reciperet munus, & postea, finito officio, secundum nostram sententiam restitueret illud non pauperibus, sed donantis; si postea iste donans illud munus iterum restituenti voluntariè, & spontè vellet donare: an inquam in tali casu obstat prohibitio, & Censura, de qua loquimur? Et respondi negatiuè: nam in isto casu, neque Recipiens est Gubernator, Iudex, vel Officialis, vt suppono; neque dans est ei amplius subditus: ergo non habet locum prohibitio, & Censura Pauli II. quia loquitur de Officialibus recipientibus munera. Igitur cum vnusquisque possit de re sua ad libitum disponere; non est dubium, quod restituens in tali casu posset illud munus à donante recipere.

An extrahentes, mercimonij causa, in magna quantitate frumentum, oleum, blada, legumina, & alia ex Statu Ecclesiastico, incidant in Censuram Papæ reseruatam?

RESOL. XLIII.

Respondeo affirmatiuè, & relinquendo alias Bullas Pontificias, ita habetur in Bulla Urbani VIII. 12. Kal. Nouemb. 1624. quæ incipit, Superni. Dixi mercimonij causa: nam certum est non esse prohibitum præsentis Bullæ Urbani VIII. extractione illarum rerum, quæ in Bulla exprimentur, factam occasionem se, suamque familiam alendi, vel ob alium quemcumque finem,

præter mercimonium, tametsi in magna quantitate, vt constat ex illis verbis, mercimonij causa, dispositionem restringentibus. Dixi in magna quantitate: nam hæc semper requiritur ad peccatum mortale, & excommunicationem maiorem incurrendam. Quæ autem in præsentis sit magna quantitas, non est facile definire. Alij asserunt illam esse censendam, quæ deseruire potest in sustentationem familiæ pro tribus, vel quatuor diebus. Alij, quæ à tribus equis deferri nequit. Sed rectius Bonacinâ tom. 3. de Censur. disp. 2. quæst. 3. punct. 42. num. 13. arbitrio prudentis decisionem remittit, credens quantitatem quæ vno equo deferri potest modicam esse. Vide etiam Filliucium tom. 1. tract. 15. cap. 7. num. 162.

His suppositis, adsunt aliquæ difficultates: & idè primo quæro, an dicta excommunicatio sit Papæ reseruata? Negatiuè respondet Bonacinâ tom. 3. disput. 2. quæst. 3. punct. 24. num. 16. Sed ego puto, quod esto reseruata non sit expressè in Bulla Urbani VIII. at tacitè, & implicite reseruatur, quatenus prohibet extractionem, & delationem prædictarum rerum sub poenis, & Censuris contentis in Bulla Gregorij XIII. & Pauli V. At Censuræ ibidem contentæ reseruatae erant; ergo late in Bulla Urbani reseruatae censendæ sunt: aliàs non esset prohibitio sub eisdem poenis, & Censuris, sed sub diuersis; vt docet Filliucius tract. 15. cap. 6. quæst. 7. num. 147. in fine. Sed quicquid sit de hoc, certum est ex consuetudine, & stylo Curia hanc excommunicationem esse Papæ reseruata; vt notat Pater Thesaurus in Praxi, part. 2. ver. Annona, cap. 4. & Leone de Censur. Recollect. 4. littera E. ver. extrahentes.

Quæro secundo. An si quis extraheret panem coctum, incideret in hanc Censuram? Et affirmatiuè respondet Filliucius tom. 1. tract. 15. cap. 6. num. 158. Primo, quia prohibetur extractio frumenti propter panem ex eo conficiendum. At propter quod vnusquodque tale, & illud magis. Authentica multo magis. Cod. de sacrosanct. Eccles. Item frustra exprimitur, quod tacite subauditur, l. non restit. Cod. de fideiuss. At prohibito frumento tacite subauditur panis: ergo, &c. Item connexorum idem est iudicium, l. cum actum. ff. de neg gest. &c. Translatio de constit. Sunt autem panis, & frumentum connexa. Ergo, &c. Sed Ego adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuetur in terminis Castrus Palaus, tom. 6. disp. 3. punct. 30. num. 23. & docuit Bartolus in leg. qua falsis, §. illud. ff. de legatis 3. vbi inquit appellatione materiz non venire materiarum, hoc est ex materia confectum: cui sententiæ fauet lex, sicut lana, ff. eodem tit. dicens lanæ appellatione non venire lanam metam, id est, in filum redactam. Ergo multò minùs veniet tela ex lana confecta. Ergo sub nomine frumenti non venit panis, utpotè ex frumento confectus. Et ratio omnium est, quia panis esto ex frumento conficiatur, à frumento specie differt vt communis tradit sententia, quod in farina non procedit. Ergo sub frumento comprehendendi non potest, maxime in lege poenali, vbi strictior interpretatio faciendâ est. Præterea extractio panis regularitè obstat non potest grauitèr fini à Legislatore in hac lege intento, utpotè quæ annonæ caritatem vix inducere possit, cum difficile sit in magna quantitate extrahi, & diu conseruari. Et hanc sententiam in ordine ad incursionem Censuræ, probabilem putauit Filliucius loco citato.

Quæro tertio. An extrahentes farinam incidant in hanc Censuram? Et affirmatiuè respondet Azorius 1. part. Institut. moral. lib. 5. cap. 26. quæst. 2. Et idè Narbona ubi 6. tit. 2. leg. 14. gloss. 1. num. 41. Gutierrez in 99. Practicab. lib. 4. quæst. 44. per totam, Maceratensis var. lib. 2. resol. 23. num. 12. Bobadilla in pol. lib. 3. cap. 3. n. 55. Mexia in Pragmat. Taxa panis, conclus. 4. num. 2. asserunt, quod prohibitus vendere frumentum extra territorium

zorum non poterit vendere farinam, aut panem; quia in talibus non verborum sonus, sed effectus attenditur, secundum Nicolaum Boerium in *decis.* 77. num. 5. Albericum in 2. parte *statut.* quest. 105. Franc. Marcum, *decis.* 540. num. 2. & Guido Pap. in *quest.* 373. dicit, pluries per Parlament. Delphin. ita iudicatum fuisse, & late probat Alexander Imola in *consil.* 130. incipienti, super eo, de quo queritur, an Fideles. 1. *colum. volum.* 6. Quod probatur: nam ratio prohibitionis Pontificiæ, ne extrahatur frumentum, militat etiam in extractione farinæ; & ideo vna debet esse de illis dispositio; vt patet ex *leg. illud. ff. de leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verbor. obligat.* Et ita concludit Baldus in *l. non dubium. 4. colum. num.* 10. *Cod. de legib.* & Anchatanus in *cap. Canonum statuta, de Consil. versic. Iuxta prædicta congrue;* quicquid idem velit ipse Baldus in *l. si conuenerit. §. fin. ff. de pignor. actio. & in leg. quod non ratione, in 1. lect. ff. de legib.* vbi tamen censet, aliud non esse materiam ut materia, quando sit in fraude statuti. Facit, quod notat Bertachinus, in *tractat. de Gabelis in 11. quest. 2. particula, par. princip.* Sic vel ex eadem ratione, ne fraus fiat legi, quodque eadem in sit ratio, prohibiti incidere ligna in certa Sylua, & asportare, non poterunt ligna quæ reperiuntur incisa, vel collapsa asportare: Textus est, & ibi not. Bartolus in *l. 2. Cod. de cupress. lib.* 11. Nec si obijciatur, obicit, quod appellatione frumenti non contineatur farina, ex quo frumenti potentia per mutationem in farinam adeo victa sit, quod ad suas vites, suaque initia, amplius reuerti non possit. *leg. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhiben. l. questum. §. Illud. ff. de legat. 3.* vbi ita determinat Dynus, quem sequitur Albertus Gandinus in *tract. maleficior. in rub. de reb. non portan. contra deuel. quest. 4. versic. Item pone dicens,* ita fuisset iudicatum Paduæ. Quodque statutum pœnale, & odiosum, extendendum non sit, *regul. odia, & regul. in pœnis, de regul. iur. in 6.* Nam licet ex proprietate vocabuli, appellatione frumenti non contineatur farina: & si legatum sit frumentum, non censeatur legata farina, secundum Baldum in *l. 1. col. 3. Cod. de fructib. & lit. expens. & Bartolus post gloss. in d. §. Illud, ex mente tamen statuentium, extenditur ad farinam: quæ mens non minus obseruanda est, quam verba. l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signif. Vnde ex his omnibus Ego puto, extrahentes farinam de Statu Ecclesiastico in pœnas latis ab Urbano VIII. incidere. Et hanc sententiam tenet Filliucius, & Castrus Palaus, vbi supra, qui tamen, & recte non negat contrariam sententiam esse probabilem, nempe non venire farinam sub frumento prohibitam, quod docet Baldus in *leg. 1. Cod. de fruct. & lit. expens. & leg. non dubito Cod. de legibus,* Albericus & alij, quos citat Azotius vbi supra. Ergo sub prohibitione extrahendi frumentum, farina comprehendi non debet. Non enim lex pœnalis, & odiosa extendenda est ultra verborum proprietatem.*

Et tandem quarto quæro, An sub nomine Olei, cuius extractio ab Urbano in hanc Bullam prohibetur, comprehendantur oleæ, ex quibus ipsum conficitur. Et ad hanc quæstionem sic respondet Filliucius, vbi supra, *tom. 1. tract. 15. cap. 6. num.* 158. Dubium est de oleo; an prohibito oleo, etiam prohibita sit extractio oleatum. Et respondendum videtur pro parte affirmatiua; quia sub nomine olei, quod sit ex oleis, proximè continentur etiam oleæ. Paria autem sunt aliquid proprio nomine significare, vel aliter demonstrare. *l. certum. ff. si cer. per.* Item paritas rationis inducit paritatem dispositionis, *l. Titio. ff. de stipul. l. illud. ff. ad leg. Aquil.* Par autem ratio videtur esse olei & oleatum, ex quibus proximè fit oleum: sunt tamen ex viris doctis, qui distinguunt. Si enim oleæ extrahantur ad oleum faciendum ex eis, haud dubium est intelligi prohibitas sub oleo. Si verò extrahantur ad comedendum

ear, vel sale condiendum, vt postea ita comedantur, sic non intelligi prohibitas; tum quia hæ non sunt proxima materia olei, sed remota, vt potè acerbæ, & non nisi post aliquot menses aptæ ad exprimendum oleum; tum quia hæ solent esse in exiguo numero, nec afferte propterea caritatem annonæ. Atque hæc sententia probabilis est, quia benignius interpretatur legem pœnalem, alioqui in rigore dicendum esset cum prima, Hucusque Filliucius.

Ego verò cum Castro Palaus *tom. 6. disput. 3. punct. 30. num.* 23. puto sub hac Censura, & prohibitione Urbani VIII. non comprehendi olearum extractionem, siue naturæ sint, siue acerbæ, siue ad comedendum, siue ad faciendum oleum extrahantur. Ducor, quia oleæ ab oleo specie differunt, Ergo prohibita olei extractione, non est censenda prohibita oleatum extractio, quia constitutio pœnalis ultra proprietatem verborum extendenda non est, Præterquam quòd in oleatum extractione non procedit eadem ratio, ac in extractione olei. Quippe oleæ difficilè in magna quantitate extrahi possunt, & frequenter ad comedendum extrahuntur, raroque ad conficiendum oleum. Concedo tamen sententiam affirmatiuam Filliucij esse satis probabilem.

An delectatio morosa coniugis de copula cum coniuge absente, sit peccatum mortale?

RESOL. XLIV.

Affirmatiuè nominatim contra me respondet Pater Bordonus in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 74. q. 2. num.* 6. Tum quia huiusmodi cogitatio non potest referri in bonum proles, cum imaginatio nullum ordinem habeat ad prolem, neque aliquid operetur huiusmodi ordinatio, cum sit merè intellectualis, & nugatoria ad hoc, non valens excusare à peccato; ergo peccaminosa est; neque refert, quòd quis copula coniugali cogitet ea intentione, vt eam referat in bonum proles, quia ea imaginaria frustratoria est ad hunc effectum, & quandoque non adest bonum proles, si imaginatio referatur ad copulam sterilem. Tum quia in vidua similis delectatio est peccatum mortale: ergo & in coniugatis; cum idem faciendum sit iudicium de similibus, ex vulgatis Iuribus. Tum quia non solum debemus abstinere à malo, sed etiam ab omnibus illis mediis, quæ possunt nos inducere, & maximè proximè ad malum perpetrandum, quia finis, & mediolorum eadem est ratio, *l. oratio. ff. de sponsal.* media enim sequuntur naturam sui finis, & ab eo regulantur, ibidem Bartolus; & finis dat necessitatem mediis, in quem, si quis non potest, neque in mediis; & eadem obligatione quis tenetur ad media, qua constringitur ad finem; sed quilibet sub mortali tenetur se abstinere à motibus voluntariis partium pudendarum; ergo & mediis, per quæ tales motus causari possunt, cuiusmodi est imaginatio copulæ etiam coniugalis inter absentes. Tum quia coniugati absentes ab inuicem in quolibet actu venereo se habent, tanquam non coniugati, iuxta illud Apostoli *1. Corinth. 7.* Qui habent vxores tanquam non habentes sint. Ita ille, qui postea addit: Et ex his patet, quàm immeritò sententiam Sanchez Diana vocet probabilissimam; sufficit enim, si aliquatiter sit probabilis apud ipsum, & alios; nam apud me iudicatur improbabilis, cum ex tali imaginatione proximè sequatur carnis alterario, & voluntaria sensualis delectatio, quæ sine dubio peccatum graue est.

Sed etiam poterat penes ipsum sententia Sanchez magnam probabilitatem habere, non solum ex princi-

piis intrinsecis, sed saltem ex principio extrinseco, nempe auctoritate Doctorum: nam præter Sanchez, hanc sententiam docet Vasquez, Lessius, Salas, Layman, Coninch, Sancius, Palaus, quibus adde Ioannem Præpositum in *part. D. Thomæ quest. 6. de bonis matrim. dub. 26. num. 192.* Ochagauiam *tract. 5. de matrim. quest. 12. Hurtadum disput. 10. difficile. 10. num. 47.* Martinum Perez de *Matrim. disput. 54. sect. 1. num. 7.* Bossium *tract. de Scrupulis §. 7. num. 152.* Dicastillum *de Iust. lib. 1. disp. 3. dub. 15. num. 220.* Et hi omnes metiò vocari possunt Gigantes Theologiæ: vnde saltem ex eorum auctoritate nostram sententiam contra Patrem Bordonum factis probabilem esse patet. Nec desunt pro illa rationes, Quia talis delectatio appetitus sensitui, & commotio, membrorum, ac spirituum generationi inseruientium in coniugibus de se, seu per se loquendo, ad copulam maritalem ordinatur, sicut & tactus impudici inter eosdem coniuges; per accidens autem est, quòd propter absentiam, aut aliud simile impedimentum copula non exerceatur; ergo sicut tactus impudici inter coniuges ob solam voluptatem, absque animo copulæ, eo quòd natura sua coniuges ordinentur ad actum coniugalem, ratione matrimonij, excusantur à culpa mortali, sicut excusatur à mortali culpa ipsa maritalis, ut tradit Sanchez *lib. 9. de matrim. disput. 44. num. 11.* & docet Doctores communiter, quos ipse allegat, & alij tam antiqui, quam recentiores. Ita etiam matrimonium à mortali excusat in coniugibus delectationem in appetitu sensitivo de copula maritali cogitata, & ex ea ortam commotionem corporis, & spirituum generationi inseruientium, cum hæc omnia de se in coniugibus, sicut & tactus impudici, oscula, & amplexus, tanquam mediâ ad finem ordinentur ad copulam maritalem, quæ inter coniuges est licita. Quare omnia prædicta, si tantum propter delectationem à coniugibus appetantur, & exercentur absque pollutionis periculo, erunt peccatum veniale, quia extrahunt à suo fine, sicut enim defectus debiti finis in habenda copula coniugali, non est culpa mortalis, sed tantum venialis, nisi finis mortalis intendatur, ut docet idem Sanchez *eodem lib. 9. disput. 8. num. 8. & 9.* & est Doctorum communis; ita etiam defectus debiti finis in prædictis actibus præambolis ad actum coniugalem erit solum culpa venialis, secluso alio fine mortali, vel periculo pollutionis: alioqui certum est peccare mortaliter coniuges, si animadvertant ex illa commotione sensitiva venerè, vel ex tactibus impudicis sequituram pollutionem. Limitat præfatam sententiam Salas, affirmans esse mortale, si coniuges delectentur de copula maritali imaginaria, & ficta; sed rectè limitationem reicit Palaus, eò quòd parùm referat copulam esse fictam, vel veram; si delectatio absolute illis non est prohibita, & non tendit ad obiectum formaliter malum. Neque prædictæ sententiæ obstat illam delectationem sensitivi appetitus, & commotionem corporis esse initium effusionis seminis; nam ordinatur ad coitum cum coniuge, & seminis effusionem intra legitimum vas; quod sufficit, ne sit mortalis culpa; quauis tunc copula propter absentiam, vel aliud impedimentum simile haberi non possit. Sicut etiam non obstat, quòd similis delectatio voluntaria, & commotio non sit licita in vidua ex cogitatione præteritæ copulæ maritalis; viduæ enim prohibita est copula carnalis, ac proinde etiam delectatio sensitiva illius cogitata: & in ea deficit matrimonium quòd utrumque excusat. Itaque ex his omnibus patet, quòd talis est delectatio, qualis est consensus in actum, de quo capitur delectatio; talis enim est delectatio, quale est obiectum, ut docuit Aristoteles *lib. 10. Ethicorum, cap. 4. & 5.* Sed copula, de qua est delectatio, inter coniuges est licita: ergo ex hac parte non est culpabilis delectatio: esset autem culpa venialis, si careret debito fine ad

quem actus coniugalis à natura ipsa dirigitur. Et hæc sententia procedit etiam si ex ea delectatione confurgeret membri pudendi commotio; & alteratio absque pollutionis periculo, videlicet nullam esse culpam mortalem consensus in illam. Ratio est quia ut optime docuit Vasquez *1.2. disput. 113. num. 2. & 3.* matrimonium excusans à copula mortali delectationem sensitivæ partis, subindè excusat quoque commotionem illam naturaliter ex ipsa confurgentem. Quare sicut esset culpa mortalis, si coniux in actu coniugali delectaretur in alterius viri, aut fœminæ cogitatione carnaliter dilectorum; quia est delectatio morosa in obiecto mortaliter graui & turpi; ita è contra excusatur à culpa mortali illa delectatio, & commotio, quia est de obiecto, & copula licita, tamen si per accidens sit alter coniux absens.

His tamen non obstantibus, concedo sententiam affirmatiuam Patris Bordoni, & aliorum esse etiam factis probabilem; sed constanter nego nostram esse improbabilem, quam præter Doctores citatos ex Societate tenet nouissimè ex Neotericis Dominicanæ familiæ Magister Serra in *p. 2. D. Thomæ, 19m. 2. quest. 74. art. 8. dub. 2.* & Araujo ibidem *art. 10. dub. 3. num. 48.*

Sed maior difficultas est, an coniux possit absque graui peccato seipsum tangere ex voluptate carnali, non referendo ad copulam? Alibi pro negatiua sententia adduxi Vasquez, pro affirmatiua Sanchez, cuius sententia visa est probabilior Ioanni Præposito ubi supra in *3. part. quest. 6. de bonis matrim. dub. 26. num. 188.* quia talis contactus exercetur intra limites matrimonij, estque natura sua idoneus ad copulam licitam, nec ordinatur ad illicitam: ergo nihil per eum committitur repugnans fidei coniugali, aut fini matrimonij, & proinde ex illis capitibus nõ contrahit malitiam mortalem, quam non potest aliunde contrahere, si absit pollutionis periculum. Et hanc sententiam tenet etiam Hurtadus & Ochagauia ubi supra, quibus add e Patrem Martinum Perez loco citato *de Matrim. disput. 53. sect. 2. num. 6.* ubi sic ait: Dico, etiam si coniugatus seipsum tangat propter voluptatem captandam: absque pollutionis periculo solum esse veniale culpam; quia cum tactus ille indifferens sit ad copulam coniugalem licitam, vel ad illicitam. possitque ad vnam, vel alteram referri, nec ex intentione tangenti se distrahat à sua natura, & ab hoc ordine, vel ad copulam illicitam ordinetur, non est cur de culpa lethali damnandus sit. Sicut dixi de morosa delectatione copulæ cum coniuge absente, non esse culpam lethalem, quia suapte natura referri potest ad copulam coniugalem, licet actu non dirigatur. Vnde falsum est, ut ille tactus sit coniugalis, desiderari ut habeatur cum coniuge; non enim ut actus coniugis sit, requiritur eum cum coniuge fieri; sed satis est ut ad coniugium præsens sua natura ordinari possit, nec ab hac natura ex intentione illo vrentis deuiet. Firmatur hoc idem, quia prædicti tactus impudici idè inter solutos sunt mortales, quia excitant delectationem venerèam similem illi, quæ habetur in copula, & ad hoc natura sua ordinatur. Igitur quibus licita est copula, & in ea dicta delectatio, ut coniugibus; etiam illi tactus liciti erunt, si finem aliquem honestum habent; veniales, si eo careant, sicut ipsa copula esset. Itaque dicendum videtur, quòd illi tactus, utpotè coniugis natura sua referuntur ad copulam coniugalem, à qua relatione non eximuntur, estò copulam non intendas, vel impossibilis sit ob alterius coniugis absentiam. Hæc enim per accidens contingunt, quæ relationem intrinsecam illorum tactuum non mutant. Præterè sicut ex matrimonio prouenit copulæ coniugali honestas, sic tactibus, qui copulæ deseruire possunt, tamen si per accidens non deseruiant.

Sed his non obstantibus, Ego puto sententiam negatiuam

tinam Vasquez esse tenendam, & consulendam, quam nouissimè me citato tenet etiam doctus Pater Dicastillus *de Iust. lib. 1. disp. 3. dub. 15. num. 218.* quia ex matrimonio non habes potestatem tuo corpore vtendi, nisi quatenus necessarium est, vt ab altero debitum petas, vel illi reddas; ac in præsentī casu nec debitum petere, nec reddere intendis. Non igitur tibi licet prædictus vsus. Deinde illi tactus, & carnis commotio ex se referuntur ad pollutionem; vel coitum. Ad coitum autem vt impossibilem nequaquam referri possunt. Restat ergo, vt ad pollutionem referantur. Ergo sunt omninò illiciti.

Nego autem coniuges peccare mortaliter, qui liberè possunt actum carnalem exercere, si huiusmodi actus circa se, vel compatrem exerceant ad sedandas carnis tentationes, quamuis actum coniugalem non intendant; quia status matrimonialis in natura lapsa non tantum recipit generationem prolis, sed etiam est institutus ad sedandas carnis tentationes; & proinde actus illius potest licitè in hunc finem, relicto alio fine, assumi: vnde si in hunc finem exerceantur, ne quidem videntur venialia, secundum Præpositum vbi suprà.

Nota etiam hīc obiter, delectationem morosam de actu coniugij in absentia non esse mortaliter illicitam coniugatis, etiam quoties copula coniugibus est illicita, vel ob circumstantiam extrinsecam, quæ per se neutrum coniugem arcet ab vsu matrimonij, ob periculum sanitatis, vel abortus, vel ob aliquod impedimentum naturale post matrimonium superueniens, puta, ob impotentiam, coeundi matrimonio contracto superuenientem, & delectationem appetitus sensitui de copula maritali cogitata, vt præsentī, in eisdem coniugatis esse licitam, & excusari saltem à culpa mortali; sicut ex similibus casibus liciti sunt inter eosdem coniugatos tactus impudici, secluso periculo pollutionis, vt docet etiam Fagundez *in Decalog. lib. 9. cap. 6. num. 2. 3. & 4.* & ratio est eadem, quia talis delectatio, & tactus de se, & ex natura sua ordinantur ad copulam coniugalem, & per accidens est, quod non exerceatur, seu exerceri non possit. Quare cum eadem copula tunc sit licita, & prohibita, vel impossibilis, solum per accidens, & ab extrinsecò; licita etiam erunt delectatio illa, & tactus, qui de se ad actum coniugalem tanquam ad finem tendunt. Et tactus poterunt excusari à veniali, si non ob solam delectationem, sed ad conciliandum amorem, vel ad vitandam incontinentiam exerceantur absque pollutionis periculo. Et hanc sententiam me citato tenet nouissimè Bossius *tractat. de Scrupulis. §. 7. num. 153.* & Martinus Perez *de Matrimon. disput. 53. sect. 3. num. 2. & 3.* qui tamen optimè notat, supradictam doctrinam non procedere in viduis & in sponsis de futuro; non enim his licitum est delectari morosè de copula coniugali præterita, vel futura tempore matrimonij, quicquid in contrarium asserat Magister Araujo *in par. 2. D. Thoma, quest. 74. art. 10. dub. 3. num. 48.* & alij.

An extractus ab aliquibus violenter è manibus satellitum, si confugiat ad Ecclesiam, debeat gaudere eius immunitate?

R E S O L. X L V.

Affirmatiuam sententiam olim docui, sed illam impugnavit Pasqualigus. Deinde Ego eam tutatus sum; sed ipse illam iterum nouissimè impugnat in suis Decis. Canon. *Cent. 1. quest. 98.* Et licet pro mea sententia starent omnes ferè Ministri huius Almæ Curia Romanæ, de hoc casu à me consulti; recurrere tamen volui ad Oraculum Sacræ Congregationis, quæ nostram sententiam Decreto firmavit tenoris sequentis. Quæ-

ritur an Titius, qui cum ex mandato Iudicis Laici ducebatur captus à satellitibus in carcerem, & illius parentes violenter è manibus eorundem satellitum extraxerant, statim ad Ecclesiam confugit, sit Iudici Laico spoliato restituendus, an potius gaudere debeat Immunitate Ecclesiastica? Die 11. Februarij, 1648. Sacra Congregat. Eminentissimorum Cardinalium controuersis Iurisdictionalibus Præpositorum, vnanimi Eminentissimorum Patrum consensu, censuit supradictum Titium gaudere debere priuilegio Immunitatis Ecclesiasticæ. Martius Cardinalis Ginettus. Franciscus Pauluccius I. C. Secretarius. Locus Sigilli. Et hanc Declarationem penès me authenticam habeo. Vnde Episcopi caueant à Sententia Pasqualigi negatiua; nam alioquin Decretum Purpuratorum Patrum infringerent, à quibus seuerè punirentur; sed in facti contingentia Sacram Templorum Immunitatem intrepidè tueantur.

Ex his inferitur, secluso Indulto generali, omnes illos, qui Panormi, & Neapoli in his nouissimis seditio-nibus extracti fuerunt ex publicis carceribus violenter à Populo si in Ecclesia reperti fuerint, gaudere eius Immunitate, nec posse à Iudice Laico sine incurfione Censuræ inde extrahi.

Sed hīc obiter nota, quod vbi suprà Pasqualigus *decis. 96.* contra me asserit, Hospites nostræ Religionis, & Nouitios Laicos, antequam annum Nouitiatus incipiant, non gaudere priuilegio Canonis; sed hanc opinionem refellunt ferè omnes Patres nostræ Religionis, & præcipuè inter illos Alphonsus de Leone, *tractat. de Censur. Recollect. 5. num. 25.* & ex exteris nominatim contra Pasqualigum refellit nouissimè doctus Pater Bordonus *in Consilijs Regul. tom. 2. resolut. 54. num. 112.* nam, vt ipse ait, & satis Ego firmaui, supradicti sunt personæ Ecclesiasticæ, & experiuntur modum viuendi Religionis. Ergo.

Deinde *in decis. 100.* impugnat nostram sententiam asserentem, Parentes castrando filios pro voce conseruanda, peccare mortaliter, quod ipse negat. Sed nostra sententia est communis inter Theologos, quos alibi adduxi, & præsertim eam docet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, qui vnus penès me instar multorum est, cui adde me citato Gesualdum *in Theol. mor. tom. 2. tract. 23. sess. 4. de Irregul. cap. 1. num. 21.* & eruditissimum ac amicissimum Ioann. Baptistam Casalium *de veteribus Sac. Christ. Rit. cap. 44.*

Et tandem idem Pasqualigus ibidem *decis. 99.* asserit contra me, Christianum fingens se infidelem, & petens baptizari, vt certam pecuniarum summam accipiat, non debere abiurare. Sed hæc opinio est contra stylum, & praxim nostræ Inquisitionis Hispaniæ, & scio ab omnibus Fidei Quæstoribus non esse in facti contingentia admit-tendam. Itaque in difficultatibus supradictis coactus sum magis adhærere Declarationi Sacræ Congregationis, stylo, & Praxi Tribunalis Inquisitionis, ac communioribus Doctorum sententiis, quàm Patris Pasqualigi, licet Viri amicissimi, opinionibus.

An quando quis scit sub secreto naturali sollicitationem, in confessione teneatur illam denuntiare?

R E S O L. X L V I.

Proni sunt aliqui ex Doctoribus Lusitanis ad tuendam sententiam negatiuam circa præsentem difficultatem; & ideò Ego olim Fagundez impugnaui, & nunc impugno Fragosum, qui *in Republic. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 5. disput. 14. §. 1. num. 11.* sic ait: Quod si crimen sollicitandi sciatur sub secreto commissò, non est denun-

denunciandum; quia sicut Iudex non potest obligare; ut illi denuntietur reus, de quo nulla est infamia, nec indicia sufficientia, quod commiserit tale, vel tale delictum; quoniam hoc esset infamare illum contra legem diuinam cum onere restituendi: sic etiam; cura delictum scitur sub secreto, nec ab alio, quam ab vno scitur, non potest manifestari Iudici inquirenti generaliter, nec specialiter, cum secreta non subsint punitioni Iudicis, sed diuinae vindictae. D. Thomas 2. 2. *quest. 70. artic. 10.* Nauarr. in *Manuali, cap. 18. in fine*; & alia via delicto obuiari potest, D. Thomas supra *quest. 69. artic. 2.* Nauarr. citat. *num. 60. & 61.* nisi criminofus is esset huiusmodi sollicitationibus assuetus, & ad eadem crimina iteranda praeparatus: tunc praemissa correctione fraterna, si post illam non speretur emenda, denunciatur. D. Thomas *dict. quest. 70. artic. 1.* & Sotus *lib. 5. de Iust. quest. 7. arti. 1.* & Nauarr. ibi proximè, *num. 60.* vbi quando alia via excusari non potest, id solum detegatur, quod remedio est necessarium: & loquitur de delicto urgente in perniciem tertij, cui alia via obuiari non potest. Ergo nullo modo sollicitantes sunt detegendi, si sub secreto commisso crimen sciatur, & possit huic malo alia via occurri, maximè per correctionem Euangelicam, aut per alia remedia, quae charitas, & zelus animarum docere solet. Ita Fagundez.

Sed eius sententiam prorsus reiiciendam esse puto, & nouissimè illam refellit Escobar à Corro, de *Confess. sollicit. part. 2. quest. 3. §. 4. num. 45. & 46.* etiam si secretum fuerit promissum cum Iuramento, quia tunc esset vinculum iniquitatis. Quod etiam, me citato, tenet Carena in *Praxi S. Officij part. 2. tit. 9. §. 5. num. 22. & tit. 6. §. 22. num. 123.* Bossius post tractat. de *Iubil. in Append. dub. 26. num. 87. & seqq.* Sanctarellus tract. de *Hered. cap. 9. num. 20.* Suarez de *Fide, disput. 20. sect. 4. num. 17.* & alij penes ipsos. Et ratio est, quia sollicitatio in Confessione est delictum, quod vergit contra bonum publicum, & commune, scilicet contra Sacramentum Pœnitentiæ, & ad illud Sacramentum accedentes; igitur, nullo obstante secreto, etiam iurato (excepto Sacramentali) talis sollicitatio est denuncianda.

Ad id verò, quod asserit Fragoso, vbi supra, de correctione fraterna, est maior difficultas. Ego tamen puto, quod stante edicto nostri Sacri Tribunalis, hæresim, & sollicitationem in Confessione esse denunciandam absque praua correctione fraterna; & præter Doctores alibi à me citatos, hanc sententiam nouissimè tenet Quiedo in *Republic. Regular. part. 1. tract. 1. cap. unico, quest. 2. num. 48. cum seqq.* Itaque, licet, stando in iure naturæ, hæreticus iam emendatus non debeat denunciari: sed cum hodie stringamur positio iure, Ecclesiastico præcepto, Inquisitorum edicto, tenemur hæreticum quantumuis occultum, & emendatum, denunciare iuridicè Inquisitoribus: tum quia hæc positio lex includit naturalem de præponendo famæ, & bono hominis particularis (quod quidem ex lege naturæ conseruandum aliàs foret, existente hæresi occulta, & emendata) bonum commune, & Ecclesiæ, quod periclitaretur, si tam contagiosum flagitium semel commissum non exstingueretur. Tum quia semper debet timeri, quod verè, (id est pertinaciter) hæreticus, qui cum plena deliberatione Matri Ecclesiæ contradixit, si se emendatum ostendat: ut dicit Simancas de *Iust. titul. 9. num. 12.* & alias rationes tradunt alij. Quare nec teneamur fraternè corrigere, nec de emendatis, & correctis omittere denunciationem, hæc ratio specialis est, quia ex emendatione vnus delinquentis, (nempè hæretici, qui fortè fieret ex correctione fraterna) non satisfit bonum commune: deinde quia fortè ex illa hæresi aliqui infecti sunt. Nec alia est mens Dominorum Inquisitorum in illis verbis; Sin communicato con persona aliqua, potque assi conuene vengais à manifestarlo, quia si consultatio omnis pro-

hibetur, & hæreticus fugiat; à fortiori intelligitur prohiberi præmitti admonitionem respectu personæ denuntiandæ. Deinde, quia in dictis verbis intelligitur, nolle Dominos Inquisitores, qui ob suam specialem noticiam, & experientiam in delictis huiusmodi indagandis, & aperiendis, committere aliis iudicium de emendatione damni facti, spe emendationis hæretici, vel sollicitantis ad venerea in Confessione, sed hoc sibi reseruare. Et tandem, quia cum ex talibus criminibus tam graue damnum Reipublicæ prudenter debeat credi prouenire, quamuis criminofus fortè possideat bonum famæ, (quia est secretum delictura) hoc bonum priuatum postponendum est incolunitati, & bono communi; quia bonum gentis est diuinius ex Philolopho; & præsumptio de incerta emendatione est certa contra in hoc crimine hæreseos lapsos, propter rationem dictam.

Alij verò asserunt non concurrere in præsentem casum positio cum naturali: sed ius naturale nudum de consulendo bono, & fame proximi, moriendo ante denuntiationem; cum iure naturali potiori (vtique) de consulendo bono communi, denunciando, & cum securitate vitando fugam, prouidendo communi bono; quod non est dubium esse de lege, & iure naturali præcipuo, & non quidem nudo, sed simul cum iure positio, legis, & præcepti Inquisitorum, de statim denunciando hæreticos: vnde, qui hæreticum ante monitionem denuntiat, præceptum iuris communis obseruat propter rationem dictam: & simul ius, & præceptum positio, & Inquisitorum. Nec ex hoc excusatur ab obligatione correctionis fraternæ, si sit possibilis, & iudicetur ad bonum spirituale profuturam. Nec id impedire intendunt Dominus Inquisitores, imò & illis id placet maximè, cum non minus, sed ardentius emendationem hæretici cupiant, quam alij; & quod ad meliorem mentem reducat per correctionem, & emendationem; imò & ad supplicium fructuosius perferendum. Et idè hanc sententiam, præter Quiedum vbi supra, docet etiam Ioseph Rocafull in *praxi Theolog. mor. l. part. 3. lib. 3. cap. 6. num. 96. & 97.* probans hoc, ut supra visum est, ex edicto Inquisitorum, quod singulis annis promulgatur, quod habet vim legis Canonice, cum Inquisitores Apostolica auctoritate ferant illud, & Tribunal istud procedat cum maxima scientia, prudentia, & consultatione. Probat secundò, quia hoc crimen est grauissimum, contagiosum, & nocium bono publico, cui rarissimè potest remedium adhiberi per solam admonitionem priuatam; & licet hæreticus videatur emendatus, potest hoc fingere, ut sepe fingunt; neque res tanta priuato iudicio committenda est. Probat tertio, quia finis adæquatus huius denuntiationis non est sola correctio, & emenda fratris; sed publica correctio, & securitas aliorum fidelium, ad quem finem secreta admonitio nunquam est sufficiens remedium. Et sententia contraria, addit Rocafull, habet locum secluso edicto Inquisitorum, quod non contradicit diuino iuri positio *Matthæi 18.* non enim prohibet, quin Euangelica correctio adhibeatur; sed iubet, ut ea siue adhibita, siue non adhibita, denunciatur hæreticus. Possumus etiam dicere, semper præcedere monitionem: monetur namque semper Christianus, ne aliquid contra fidem teneat: quæ monitio sufficit ut censeatur quilibet Christianus aliquo modo correctus: sicut ad excommunicationem iuris sufficit ipsa iuris monitio.

Et tandem supradietis Auctoribus addam Escobar à Corro tractat. de *Confess. sollicit. part. 2. quest. 4. §. 1. num. 56.* vbi sic asserit: Limita nostram regulam in crimine sollicitationis, quod deferendum Inquisitoribus est absque praua correctione. Amplia Primò dictam limitationem, ut procedat, quamuis veresimilis sit spes emendationis; quia et si iure naturali attento, de quo loquuntur plures

plures loci Sacrae Scripturae, qui huic opponi videntur, obligatio denunciandi tunc esset, tamen inspecto Inquisitorum denunciandi praecipio, aliud dicendum est. Et verè ferendus non est Soula de Confessariis sollicitant. tract. 2. c. 6. num. 9. & 13. & in Aphorism. lib. 1. cap. 34. num. 57. vbi absolute ait, quod si crigen sollicitationis sit occultum, habeaturque moralis certitudo, quod servato fraternae correctionis ordine Confessarius emendabitur, non licet eum denunciare; & assentiri videntur Io. de la Cruz, 1. Directorij conscientia, praec. 5. quaest. 2. dub. 5. conclus. 2. Fagundez ad 2. Ecclesia praecipuum, lib. 4. cap. 2. num. 32. Peccinis in privileg. Minor. tom. 2. constit. 4. Gregorij XV. §. 9. num. 26. & in additam. ad eandem Constit. cap. 11. num. 26. & 27. quae assertio destruit omnino obligationem denunciandi sollicitantes, tum quia omnis actus sollicitandi ad turpia sua ex natura semper occultè sit: nunquam enim vidisti, quod publicè fiat non solum in Sacramento Pœnitentiae, verum nec extra. Et si pœnitens sollicitata ad corrigendum accederet, Confessarius emendam simularet causa vitandae denunciationis; & sic rarò similia atrocissima delicta debitam haberent coërcitionem cum Sacramento iniuria, & animarum pernicie; quod nec ferendum, nec consulendum est. Tum, quia ex hac opinione non adimpleretur finis magis principalis denunciationis, qui punitionis est quo nititur Inquisitorum Edictum; & intendit sollicitatores punire, ut tam ipsi, quam ceteri, à tam horrendo crimine metu pœnae saltem arceantur. Tum etiam, quia ex hac opinione plura gignerentur damna, & pericula in populo Christiano, & nihil metus denunciationis proficeret; sed potius tolleretur spe correctionis praebendae; ut de facto accidisse noui à quodam Confessario satis docto, & probo, & sanctae Inquisitionis Qualificatore, qui sollicitatus fuit à quadam foemina, & resistendo, & consulendo ei velui Pater, & Pastor; dixit impudica foemina nihil esse timori; nam licet ipse Confessarius eam sollicitasset in Confessione, muniti correctione poterat ad non denunciandum. Itaque praedicta opinio ad peccandum ansam praebet, & ad polluendum factum fontem, ad coinquinandum animas fidelium, & spernendum Summorum Pontificum Decreta, & Inquisitorum praecipua: quod quidem ferendum non est. At si sit spes emendae, & non timor fugae, poterit correctio fieri, non animo omittendi denunciationem; sed ut emendatio quae intenditur, citius consequatur: & si punitio necessaria fuerit, postea adhibeatur per denunciationem, quae omitti non debet. Tum quia ita adimpletur praecipuum naturale corrigendi, & posituum denunciandi. Tum, quia praecipuum Inquisitorum non omnino reiecit correctionem; sed tantum iubet, quod eius causa denunciatio non omittatur. Et haec omnia docet Escobar loco citato. Itaque ex his patet, quod nostra sententia non aduersatur doctrinae D. Thomae: unde non est audiendus nouissimè Texeda in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. tract. 1. num. 103.

An peccet sequens conscientiam errantem, si dicat utramque partem contrariam malam.

RESOL. XLVII.

Casus erit. Putat rusticus Pastor peccare lethaliter die festo, si Missam non audiat, quia praecipuum est Missam audire; putat etiam peccare lethaliter, si gregem deferat causa audiendi Missam, quia deuorabit eum lupus, aut fur rapiet. Similiter mulier assistens infirmo, putat peccare lethaliter, si infirmum deferat causa audiendi Missam. Inquiritur, an rusticus ille & haec foemina ignara, lethaliter peccent, dum ad alterum ex his extremis se determinant, quam determinationem

fieri necesse est, cum inter vtrumque non detur mediū. Et quidem Pater Granadus in part. 2. D. Thoma. Conr. 2. tract. 12. disput. 7. sect. 2. putat quamlibet ex his electionibus, seu quamlibet determinationem inter hae extrema, fore peccaminosam: quia tamen durum visum fuit illi posse hominem inter duo peccata perplexum constitui, ita ut non possit vtrumque effugere, sed alterum eorum necessariò sit efficiendum; tutius illi fuit visum casum negare; cumque difficile sit defendere, non posse contingere ex natura rei sub iudicio melius sentientium se dicturum ait, pertinere ad prouidentiam Dei hominem illuminare, ut possit hanc perplexitatem effugere, reddendo vincibilem illius ignorantiam.

Probat suam sententiam Granadus. Quando rusticus se determinat ad Missam non audiendam, illa determinatio, seu electio poterat non esse, seu non fieri ab illo; ergo est libera respectu illius: ergo liberè se determinat ad id, quod peccatum esse iudicat: ergo liberè peccat. Deinde, ait Granadus, similis libertas inter opera ex se bona sufficit ad meritum: ergo sufficit ad demeritum. A contradictorio antecedenti contradictorium infero consequentis. Si enim quis esset praedeterminatus ad dandum mihi centum aureos, vel equum eiusdem valoris, nullo modo de me benemeritus censeretur, si equum mihi daret.

His suppositis, idem Granadus sic ait, num. 14. Dicerem sub iudicio melius sentientium, pertinere ad diuinam prouidentiam non permittere hunc perplexitatis modum, atque adeò casum esse ex prouidentia impossibilem; licet intenta rusticitate aliquorum hominum, & seclusa speciali Dei gubernatione fortasse contingere posset. Inducor ad ita sentiendum, tum propter auctoritatem Doctorum quos retulimus; tum etiam quia quando inferuntur incommoda non leuis momenti ex aliqua hypothese, dicere saepe solemus in Philosophia, & Theologia, illam esse impossibilem; hic autem profectò videntur inferri: nam ex vna parte videtur ille homo habere libertatem sufficientem ad peccatum; ex altera verò esset rigidissima prouidentia damnare hominem propter peccatum, quod sine sua culpa vitare non potest, nisi aliud aequè graue committat; licet enim ibi sit libertas in reddendo equo, vel nummis determinatè, & ille modus libertatis sufficiat etiam ad meritum; cæterum inter homines, qui hae minus exactè perpendunt, non solet reputari magni momenti quod vnum vel alterum aequale fiat, quando vtrumque vitari non potest. Facilius ergo dicitur, Deum in praedicto casu illuminaturum hominem, ut prudenter iudicet sibi licere sine peccato facere quod maluerit ex illis duobus, & ita deponat conscientiam errantem, vel si noller deponere, fiat iam error vincibilis. Conueniunt autem Argentinas, Valquez, Medina, Corduba, & Angestus, posse dari perplexitatem, quando error vincibilis est; quia tunc potest, & tenetur deponere conscientiam, & id Deus illi praecipit: ex hypothese autem quod ipse pro sua culpa nolit deponere, mirum non est, si peccet audiendo Sacrum, vel non audiendo. Sicut ex hypothese, quod quis velit inanem gloriam in omnibus operibus huius diei, non est mirum si peccet elargiendo eleemosynam pauperi extremè indigenti, quia id facit propter malum finem, & peccet etiam non elargiendo, quia violat praecipuum charitatis. Hucusque Granadus.

Sed ego puto in tali casu nullum peccatum committi, quia non adest libertas sufficiens ad peccatum: cum enim vna ex illis contradictoriis sit tibi necessariò eligenda, & in illa repraesentetur peccatum, iam peccatum erit necessariò eligendum: quod est absurdum. Deinde non potest quis peccare in aliquo faciendo cuius contradictoriè oppositum indicat esse prohibitum; sed

sed in hoc casu pastor, qui Missam non audit, putat eam audire illi esse prohibitum, ne gregem deserat: ergo non peccabit, si cum prædicta conscientia Missam omittat. Rursus peccatum essentialiter includit dissonantiam ad rationem. Nullius autem prudentis viri rationi dissonavit, miserum illum rusticum non potentem indeterminatum permanere, se determinare ad extremum, quod ex nullo capite peius alio iudicat. Deinde, quo modo posset ob hanc determinationem reprehendi homo, qui posset respondere, eodem modo me reprehenderes, si hanc determinationem non habuissem. Unde ex his infertur à fortiori, hominem carcere detentum, & existimantem peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare; quia illa ommissio Sacri non est libera villo modo. Neque illud iudicium causa est illius omissionis, cum ommissio à causis aliis extrinsecis procedit; solum enim est iudicium speculativum falsum, quo iudicas in tali omissione esse peccatum, cum tamen non sit. Et hæc omnia docet Castrus Palaus *tom. 1. tract. 1. disp. 1. punct. 5. Rocafull. in praxi Theol. mor. par. 3. lib. 2. cap. 3. num. 66. Sancius in selectis, disp. 41. n. 27. Sanchez in Summa tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 14. Hurtadus disp. 26. de Deo homine, n. 89. & 99. Eminentissimus Lugo de Incar. dis. 26. sect. 10. num. 137.*

Sed an supradicta procedant solum circa eum, qui sine sua culpa in eum statum venit, ut utraque pars contradictionis videatur sibi peccatum; an etiam verificetur de eo, qui ob suam culpam in eas angustias redactus est. Respondeo cum Becano, *tract. 1. cap. 4.* quod licet quis sua culpa & negligentia, etiam mortali, in eas angustias devenierit; si tamen in eo statu iam constitutus de præterita negligentia doleat, & faciat, quod in se est, non committet novam culpam. Primum, quia nulla culpa, aut negligentia præterita potest hominem ad novum peccatum necessitare. Secundum, quia in quocumque statu, & quacumque posita conditione, potest homo prudenter operari; voluntas autem, quæ sequitur regulam prudentiæ non peccat.

Rogabis iterum, quod in tali casu agendum sit homini, ut prudenter se gerat. Respondeo, hoc non potest in particulari, sed tantum in genere præscribi; nam si in tali casu potest homo uti alterius consilio, optimè fecerit. Si verò per seipsum debet rem expedire, attendat vim, & naturam præceptorum, quæ illi videntur tunc concurrere, & simul expendat commoda, quæ sequi possunt; & tunc pensatis omnibus id eligat, quod videtur habere pauciora incommoda, vel esse contra præceptum minus obligans, & sine scrupulo procedat: nam si verè habet voluntatem non peccandi, & sufficientem adhibet diligentiam, nunquam peccabit, saltem graviter, etiam si forè eligeret id, quod maius malum est, modo ipse nesciret esse maius malum. Quod si omnibus perpensis utrumque æquivalè malum apparet, absolute poterit, quod voluerit, facere: tamen iuxta Cordubam *lib. 3. q. 5.* tutius consilium est, ut si homo censeret se ad alterum magis affici, eligat oppositum, ad quod minus inclinatur; quia affectio facit ut plurimum apparere plus ea, quæ ei conveniunt; & inde rationis iudicium impedit, vel ad se cursum trahitur.

An si quis, v.g. videat Clericum ex oblivione inuincibili omittere officium; vel aliquem comedere carnes in die ieiunij, teneatur illos monere?

RESOL. XLVIII.

Negativam sententiam tanquam probabilem admittit doctissimus Pater Oviedo *in p. 2. D. Thome tract. 5. canon. 2. punct. 3. n. 29. & 30.* ubi sic ait: Difficilius est definire, an priuata persona teneatur depel-

lere ignorantiam inuincibilem ab alio, quando ex illa facit opus, quod ignorantia seclusa, peccatum esset, etiam si hic, & nunc ratione ignorantia excusetur. De hac re Doctores agunt in materia de correctione fraterna, & omnes asserunt non teneri priuatam personam monere sic facientem opus peccaminosum, à quo excusatur ratione ignorantia, quando talis monitio non speratur fore vtilem. Si tamen vtilis speretur, distinguunt Doctores, aut opus factum ex ignorantia est contra ius naturale diuini, vel contra ius positivum. Quando est contra naturale, vel diuinum, fatentur omnes, per se loquendo, teneri personam priuatam monere sic errantem. Quando verò est contra ius positivum humanum, ut non comedere carnes die Veneris, recitare horas canonicas, aut alia huiusmodi, Authores diuisi sunt. Tannerus *2. 2. disput. 2. quest. 5. dub. 4. num. 77.* docet hanc admonitionem esse faciendam, quando speratur fore vtilem. Suarez *2. 2. disput. 8. de præcepto corrigendi.* Docet quemlibet teneri in hoc casu depellere ignorantiam alienam non præcepto correctionis, sed dandi consilium, vel doctrinam. Mihi tamen valde probabile est hominem, qui aduertit, Clericum ex oblivione inuincibili omittente horas vespertinas, aut alium comedentem carnes in die Veneris absque aliorum scandalo; non teneri illum monere. Ratio est, quia ad hoc non tenetur præcepto correctionis, quia alter non labitur. Nec alio præcepto, cum illæ actiones ex se malæ non sint; & à malitia, quam haberent ex oppositione ad leges humanas, excusatur qui eas exercet ratione ignorantia. Nec leges humanæ positivæ tanti momenti sunt, ut omnes teneamur aliis eas in memoriam reuocare, quoties ex earum ignorantia, aut oblivione naturali imminet materialis illarum transgressio. Hucusque Pater Oviedo, qui citat Villalobos, & Azorium; cum quibus subdit priuatam personam teneri ad ignorantiam prædictam ab alio remouendam quando cederet in damnum tertij, vel ex ea otiretur scandalum. Vide etiam præsentem questionem Coninch *disp. 28. dub. 4. num. 43.*

Sed hic incidenter quarto, an sit peccatum mortale agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu, v. g. errasti existimans esse peccatum ius Canonicum, vel physicam audire; ex huiusmodi errore physicam audis, immemor conscientia errantis, & dictantis esse peccatum. Item errasti, vincibiliter putans in hac hebdomada nullum esse diem festiuium, vel ieiunij, cum tamen sis; adueniente die festo, vel ieiunij, Missam, vel ieiunium omittis, quin tibi dubium occurrat esse diem festiuium, vel ieiunij, peccas ne omittens Missam, vel ieiunium? Et quidem affirmatiuè respondet Medina *in p. 2. quest. 19. art. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 1. difficult. 1. num. 2.* ubi sic ait: [Para que se diga, que vno haze contra conciencia, no es necessario que el dictamen le tenga actualmente, mas basta que aya pasado, y que de virtualmente: como si vno huviere tenido error, de que no es licito oyr Theologia, y la oyese sin reuocarle; haria contra conciencia.] Sic ille.

Sed ego contrariae sententia adhæreo, nempe te in physica audienda, vel in omissione Sacri, aut ieiunij non peccaturum actu, nisi actu sit conscientia dictantis esse peccatum, vel actu dubites de eius obligatione. Probat: Opera illa externa nequaquam possunt oriri à voluntate, & iudicio præterito, cum neque illa voluntas, neque iudicium præteritum adsint, neque aliqui effectus ab illis productus, qui opera externa causet. Ergo non possunt in illis operibus malitiam aliquam deriuare. Confirmo: idè, cum venenum tribuis alicui quo vita illum priuas, censeris homicidium committere, etiam si doleas, antequam venenatus è vita discedat quia illa voluntas antiqua occidendi in aliquo effectum manet. At in præsentem illa intentio præcedens non audiendi Missam, & iudicium errans de obligatione, non manet

manent in se, neque in aliquo effectu: Ergo. Secundò: si actus censetur manere moraliter, & denominare opera subsequenta, dum non retractatur; ergo infidelis, semel existimans ad operis bonitatem opus esse; ut id ad idolum referatur, peccabit in omnibus operibus, & obiecto bonis, quæ illius iudicij immemor efficit, quòd videtur absurdissimum. Et ita hanc sententiam contra Medinam rectè tenet Sanchez *in Sum. tom. 1. lib. 11. c. 11. n. 7.* Azotius *tom. 1. lib. 2. c. 8. quæst. 12.* Valquez *in p. 2. disp. 60. c. 3.* quibus adde Ioannem Præpositum *in p. 2. D. Thom. q. 19. a. 6. dub. 2. & Rocafull in prax. Theo. mor. p. 3. lib. 2. c. 3. n. 63.*

Quo pacto sit deponenda conscientia errans.

R E S O L. XLIX.

Perit Caietanus *in part. 2. Dini Thoma, quæst. 19. artic. 5.* conscientiam errantem deponi posse, etiam sine vlla ratione; eo solùm, quòd homo nolit admittere erroneum dictamen. Exemplum adhibet, dicens: Si mulier à concionatore audisset esse mortale uti alienis capillis, eo quòd sit simulatio; licet sine solutione huius argumenti pro libito deponat talem conscientiam, & credat sibi esse licitum talem usum: non peccabit utens prædictis capillis. Probat, quia conscientia errans non habet ex se vim obligandi, nisi quatenus acceptatur: ergo quancumque non acceptetur, non obligabit. Caietano subscribit Valentia *quæstio. 14. punctum 4. §. Atque ex eodem fundamento.* Medina etiam *ad artic. 6. dub. 3. versicul. Ultimo notandum est,* affert prædictam Caietani doctrinam, & exemplum, licet addat hæc verba utrum verò peccet (scilicet illa mulier) quia non adhibet fidem Concionatori, alia quæstio est.

Sed hanc sententiam puto reiiciendam esse cum Salas *vbi supra, in Dium Thomam, tractat. 8. disput. unica, sectio 3. numer. 30. & aliis, quos citat, & sequitur Sanchez in Summa tom. 1. lib. 1. cap. 11. numer. 10.* Quibus Ego addo Præpositum *in part. 2. Dini Thoma, quæst. 19. artic. 6. dub. 3. §. 1. Rocafull in Praxi Theol. moral. part. 3. lib. 2. Castrum Palaum tom. 1. disput. 1. punct. 6. numer. 5. & Granadum in part. 2. Contr. 2. tract. 12. sect. 5. numer. 27.* Dico igitur: te non posse pro libito conscientiam errantem deponere: cum manifesto periculo te exponas veram conscientiam deponendi: illa enim falsa conscientia tibi apparet ut vera. Si ergo veram pro libito deponere non potes, quia non potes pro libito te legibus diuinis exuere; neque poteris conscientiam errantem pro libito depellere. Secundò, vel illa conscientia ex rationibus probabilibus errat, vel ex rationibus moraliter certis secundum tuam æstimationem: quocumque modo sit, ut prudenter deponatur, debent adesse rationes saltem probabiles in contrarium, aliàs temerè procedes, neque poteris honestate actionem, cum oriatur ex iudicio absque vlla ratione efformato. Itaque dicendum est semper ita se debere gerere eum, qui habet conscientiam errantem, ut permaneat in eo saltem virtuale iudicium, quod probabiliter, atque adeo prudenter dicit, sibi licere oppositum eius, quod dicit conscientia errans. Probat manifestè; nam non potest quis licitè operari sine dictamine prudentiæ, hoc autem esse non potest sine opinione probabili de honestate obiecti; unde quod sit sine prædicto dictamine est contra rectam rationem. Ex quo principio inferitur directa solutio propositæ difficultatis; duplex enim esse potest conscientia errans, vna, quæ ita dicit aliquid esse peccatum, ut nullo modo etiam probabiliter credatur esse licitum id, quod re vera licitum erat secundum se; & hæc conscientia deponi debet medio

Antonini Diana Pars IX.

aliquo iudicio probabiliter saltem dictante id non esse peccatum; alioqui imprudenter, & male faciet, qui tale obiectum fuerit amplexatus, cum non habeat cognitionem, quam vidimus requiri ad honestam operationem, & quòd ad hoc omninò vera videtur sententia, quæ Caietanus refellit. Altera conscientia errans est, ratione cuius videtur homini probabile esse peccatum aliquid, quod certum est non esse peccatum; ita tamen ut simul habeat idem homo fundamentum, quo verisimiliter sibi persuadeat oppositum; & tunc licitum est deponere illam conscientiam sine vlla alia ratione denuò inuenta; imò licitè operabitur quispiam, quantumuis illam conscientiam non deponat. Et si id fortassè voluerunt Caietanus & Valentia, rectè sentiunt: nam ad honestè operandum non aliud requiritur, quàm iudicium practicè probabile de honestate obiecti; sed siue illa conscientia errans siue nouo aliquo fundamento deponatur, siue non deponatur; permanet iudicium probabile de honestate obiecti, ergo. Exemplum verò adductum à Caietano rectè obseruant Corduba *libro 3. quæstione 12. post 2. propositio. §. Ex quibus patet,* & alij, posse piè explicari, si nimirum illa mulier prudenter sibi persuadeat. Concionatorem esse scrupulosum, aut id dixisse potius ad terrorem; atque adeo eius dictum non obstare, quo minùs oppositum sit probabile; tunc enim licitè poterit uti illis capillis. Quam doctrinam veram esse existimat Valquez, sed alienam à mente Caietani.

An Regulares possint dispensare cum Secularibus super Irregularitatem ortam ex delicto? Verbi gratia si Sacerdos excommunicatus celebrasset, vel suspensus Ordines Sacros susceperet.

R E S O L. L.

Suppono quòd Irregularitas diuidenda est in tres classes. In prima est irregularitas, quæ contrahitur cum peccato, & resultat ex eo; puta ex homicidio, seu ex mutilatione culpabili. In secunda classe est irregularitas, quæ incurritur absque culpa, nempe ex bigamia, vel ex morte, seu mutilatione iusta, aut propter accelerationem ad mortem sine peccato, saltem graui; quæ dicitur ex defectu lenitatis. In tertia classe est irregularitas, quæ oritur ex mala susceptione, seu administratione Sacramentorum; quando scilicet quis excommunicatus, vel suspensus Ordines suscipit, vel celebrat.

Hoc supposito, quòd ad Casum propositum affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit nouissimè Fragofo *de Regimine Reipublic. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 11. disputat. 24. §. 7. numer. 18.* vbi sic ait: Satis probabilem tamen, & in praxi tutam puto partem affirmantem, posse scilicet Mendicantes per sua priuilegia absolueri ab huiusmodi Censuris, & dispensare ab illa irregularitate tertiæ classis, ex illis censuris resultante; ut patet ex priuilegiis nostræ Societatis *in compendio, verbo, Absolutio, paragrapho 1.* concessis à Paulo III. in Litteris Apostolicis, *pag. 20. ibi:* Omnes Confessarij Societatis habent facultatem absoluendi à quibuscumque peccatis; etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibuscumque sententiis, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis resultantibus. Sic ibi. Cum ergo Irregularitas hæc resultet ex mala administratione Sacramentorum, non est dubium posse solui per priuilegium Mendicantium. Idem dico de quibuscumque Sacerdotibus electis ab ipsis pœnitentibus virtute Iubilei, seu Bullæ Cruciatæ. Probat: quoniam nomine Censuræ, à qua potest Confessarius absolueri, venit

Y irregu

irregularitas ista, quæ propriè dicitur effectus censuræ, eùm ab ea originem trahat; siue censura, siue excommunicatio, siue sit suspensio. Item, quia vt tradit Innocentius tertius in capite vltimo, de excessibus Prælatorum, irregularitas suspensio quædam est; & priuilegium Principis est ampliandum, *capite vltimo de verbor. significatio. & leg. beneficium.* de constitutionibus Principum, vbi habetur, beneficia Principis esse largissimè interpretanda. Suffragatur, quia in priuilegiis prædictis dicitur, posse absolui à Censuris, & pœnis ex illis resultantibus: & irregularitas etiam est pœna, idcirco debet extendi ad irregularitatem. Quòd si dicas, in priuilegiis, & in Bulla Cruciatæ fieri facultatem Confessario absoluedi; sed in irregularitate necessaria est dispensatio, nec requiritur absolutio. Respondetur. suspensionem, seu irregularitatem contractam ex peccato quibuscumque verbis posse auferri. Vnde Confessarius virtute iubei, vel Bullæ Cruciatæ, seu priuilegiatorum, potest ab illa absolueri vel in illa dispensare, proat maluerit; quocumque enim verbo, tam absoluedi, quàm dispensandi, vtatur ipse, tollitur hæc irregularitas.

Nec obstat dicere per facultatem dispensandi, & absoluedi à quibuscumque Censuris non venire potestatem dispensandi in irregularitate, nisi exprimat; dicendum namque est id procedere in irregularitatibus primæ & secundæ classis: non verò in irregularitate tertiæ classis, quæ est verè pœna, & censura modo explicato, vel saltem effectus à censura profectus, & ab ea originem ducit; ideo potest Confessarius ab iis absolueri in foro conscientiæ. Nec refert stylus Curia dicens, non posse absolui in nostro casu; quia loquitur de foro externo: nos verò loquimur de foro interno, quando delictum est occultum, Et hæc omnia docet Fragofo.

Sed à fortiori supradictam sententiam tenet doctus Pater Leandrus à Murcia in *questionibus Regularibus super capite 7. Regula, quest. 8. numer. 62.* vbi sic asserit. [Pueden los dichos Confessores dispensar, no solo en todas las irregularidades en que dispensa el Obispo por derecho comun, sino tambien en las que dispensa por derecho especial del Concilio Tridentino en la *session 24. cap. 6.* y assi pueden dispensar en todas las irregularidades, y suspensiones, quæ nacen de delicto occulto (excepto en la del homicidio voluntario, y las que prouienen de delictis deduzidos al fuero contentioso.) Esta conclusion, en quanto a la primera parte; esto es, que pueden dispensar en las irregularidades que puede el Obispo por derecho comun, es de Manuel Rodriguez in *explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. numer. 137.* y del Collector, *verb. Absolutio, quo ad Seculares 2. numer. 18.* y se prueua por vn priuilegio de Eugenio IV. que trae el sobredicho Collector ibidem, concedido a los Monges de Santo Benito, del qual gozan todos los que tienen priuilegio de participacion, como lo tenemos todos los Frayles Menores.

La segunda parte de la conclusion es, que pueden dispensar en las irregularidades, y suspensiones, que pertenecen a los Obispos por derecho especial, es de Thomas Sanchez *lib. 4. oper. moral. cap. 54. numer. 27.* y de Egidio Trullench in *Exposit. Bullæ Cruciatæ. cap. 2. dub. 6. numer. 4.* y de Antonino Diana *1. part. tractat. 11. resolut. 28.* Porque aunque hablan de la absolucion de los casos que tocan al Obispo por derecho especial à fortiori han de conceder lo mismo de la dispensacion en la irregularidad, y suspensiones que nacen de delicto occulto, que tambien les toca por derecho especial: y se prueua, porque por el dicho priuilegio de Eugenio IV. los Regulares pueden absoluer, y dispensar en todas las penas y censuras Ecclesiasticas, maxime de las reseruadas à los Obispos: las sobredichas dispensaciones

de la irregularidad, y suspesion, que nacen del delicto occulto, estan cometidas por el Concilio Tridentino *vbi sup.* y por ley comun suya a los Obispos, y estan perpetuamente anexas à la dignidad, y officio Episcopal, y en ellas non deligitur industria personæ porque desta manera no la pudieran delegar los mismos Obispos; lo qual es falso, como sienten comunmente los Doctores luego tambien pueden dispensar en las sobredichas irregularidad, y suspesion los Confessores Regulares. Prueua se la consecuencia, porque a los dichos les concede el Papa, que pueden dispensar en todas las censuras, y penas que pueden los Obispos.

Ni obsta dezir, que este derecho especial, que el Concilio Tridentino concede à los Obispos, y que in generali concessione non veniunt ea quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus: porque este derecho, como queda ya dicho, compete à los Obispos por ley comun del Concilio; y la dicha dispensacion les està cometida, como cosa perpetuamente anexa à su officio y dignidad, assi esta jurisdiccion, y derecho es ordinario y comun, y no especial, aunque lo llamamos especial, porque algunos Doctores le laman assi: Ni tampoco obsta dezir, que para la dicha dispensacion deligitur industria personæ, porque si esso fuera el dicho derecho ordinario, y delegable, ni estuiera anexo al officio, sino a la persona; lo qual es falso, como consta claramente de las palabras del Concilio, que no los nombra con el nombre con el nombre de la persona, sino de la dignidad.] Hucusque Leandrus, qui etiam me citat idem docet de virtute Bullæ Cruciatæ.

Et ad confirmationem supradictorum, ne deseras etiam recognoscere Balthæum in *Flor. Theolog. ver. Casu reseruat. §. 7. num. 29. & vers. Hæresis num. 18.* Villalobos *tom. 1. tract. 9. Auilam de cens. p. 3. disp. 6. dub. 2.* Bordonum in *conf. Reg. tom. 1. resol. 6. n. 10. & 24.* & alios penes ipsos.

Nota etiam hic obiter cum Fragofo, *vbi supra*, quòd absolutio, seu dispensatio super has Irregularitates dari potest extra Confessionem; quia Censuræ possunt tolli à Confessariis habentibus ad id potestatem peccatis non auditis, extra Confessionem; quamuis in Bullis, seu priuilegiis dicatur, quòd pœnitens absoluetur; audita prius diligenter Confessione: nam nihilominus Censuræ possunt auferri extra illam, antequam fiat Confessio. Nec obstat quòd clausula, audita prius confessione, debeat referri ad omnia supra dicta siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, nam hoc est verum, quando omnium eadem est ratio: at hic non est eadem ratio, quia absolutio à peccatis obligat ad confessionem faciendam; secus verò de dispensatione seu ablatione irregularitatis, & de communicatione votorum, seu de absolucione à Censuris: tum quia absolutio à Censuris communiter impenditur extra confessionem. Auditis igitur peccatis, absolutio impenditur Sacramentalis: Censuræ autem extra confessionem absoluentur. Tum denique hoc constat, cum multoties possit casus contingere, in quo expediat absolui à Censuris ante confessionem, nimirum si adit dies festus, & excommunicatus non possit statim confiteri; vel quia non est paratus, vel quia confessio per aliquot dies debet durare: in quo euentu potest absolui etiam à Censuris. Sed hæc alibi latius declarau.

* *

An confessorius Monialium Regularibus subditarum sit ab Episcopo approbandus.

R E S O L. L I.

Negatiuè respondet Fragosus *de regim. Reip. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 18. §. 8. num. 7.* vbi sic ait: Nul- lam iurisdictionem potest Episcopus sibi assumere ex De- creto Concil. Tridentini in Confessorios Monialium, quæ ubiduntur Regularibus, Armendar. *ex addit. ad recopil. egum Navarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 98.* sufficit- que si Confessorij examinantur à suis Superioribus ad ex- ipiendas Confessiones Monialium, prout vult Azorius *lusit. moral. p. 1. lib. 13. c. 9. q. 2. vers. Quæritur an Confessorij.* & Sorbus *in suis annot. ad Compendium. Mendicantium. verb. monialia, vers. Quid præter* Subdens Confessores ordinarios ad Confessiones Monialium, quæ non sunt subiectæ Episcopo, esse approbandos à Superiore Ordinis; id tamen restringit Campanil. *in diuersor. Iur. Canon rubr. 12. cap. 16. num. 53.* in casu, de quo ipse testatur declaratio- nem Sacræ Congregationis, quæ censuit, ex autoritate Decreti Concilij Tridentini, *sess. 23. capit. 20. de Regularib.* posse Episcopum assignare Confessorem Monialibus, quæ ubiiciuntur Regularibus; si nulla ratione possunt induci, vt confiteantur de peccatis apud Regulares suos. Ita Fragosus.

Sed hodie prorsus eius sententia reiicienda est, eò quòd, quamvis ante Constitutionem Gregorij X V. edi- tam 5. Februarij 1622. quæ incipit, Inscrutabili, Con- fessorij quidem monialium locorum Ordinariis subie- ctarum debentur approbari ab ipsis Ordinariis, Confes- sarij verò monialium subiectarum Regularibus à Præ- latis propriæ Religionis tanquam Ordinariis ipsarum monialium: in præsentia tamen omnes Confessorij tam ordinarij, quàm extraordinarij quarumcumque monia- lium, etiam Regularibus subiectarum, debent approba- ri ab ordinario loci: idque ex citata Constitutione Gre- gorij X V. quæ quoad hoc habet: Confessores verò, siue Regulares, siue Sæculares, quomodocumque exem- pti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad Confessio- nes monialium, etiam Regularibus subiectarum audien- das, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocæsano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Vbi notandum ad audien- das Confessiones monialium modò non sufficere, quòd Sacerdos, siue regularis, siue sæcularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones personarum sæ- cularium audiendas; sed egere quòd ad hoc speciali ap- probatione: idque ex declaratione sacræ Congregatio- nis Concilij; quæ etiam declarauit Regularem appro- batum ab Episcopo ad audiendas confessiones monia- lium vnus monasterij, nequaquam censeri approbatum ad audiendas Confessiones monialium alterius mona- sterij; vt videre est *tom. 4. Bullarj post Constitut. 18. Gre- gorij X V.* Verum tamen est; quòd Confessorij Monia- lium exemptarum, tam ordinarij, quàm extraordinarij præsentari debent à propriis Prælatibus Regularibus, ad effectum, vt modo dicto approbentur ab Ordinario; vnde infert Tamburinius *disputat. 16. de Iure Abbatiss. quest. 3. num. 3.* non subsistere quòd ait Naldus *ver. monia- lia, numer. 2.* monialibus etiam exemptis, assignandum esse Confessorium extraordinarium ab Episcopo loci: si- quidem, teste Zipæo *lib. 3. de Iure Pontificio nono, num. 3.* extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Congre- gationis, quia decisum est huiusmodi assignationem fa- ciendam à Prælato regulari, cuius iurisdictioni subsumt diæ moniales, licet aliàs indigeant approbari ab Or- dinario, vt iam dictum est. Quin vigore citatæ Consti- tutionis Gregorij X V. neque ipsi Prælati regulares abs- que Ordinarij approbatione audire possunt Confessio- nes monialium sibi respectiue subiectarum: cum olim

Antonini Diana Pars IX.

possent & ipsi illas audire, & alios approbare ad illas au- diendas. Ita declarauit Sacra Congregatio Concilij vbi su- præ, addens Confessiones à dictis Prælatibus auditas sine præ- fata approbatione esse nullas, & irritas. Et hæc omnia docet Pater Pellizarius *tract. de monial. cap. 10. sect. 3. n. 164:* & alij communiter.

An Episcopus in aliquo casu possit dispensare cum homicida voluntario ad suscipiendos Sacros Ordines?

R E S O L. L I I.

Casus est curiosus, & à nemine discussus, nisi nouissi- mè à Fragoso *in Regim. de Republ. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 18. §. 9. n. 20.* vbi sic ait: ex sententia Thomæ San- chez *lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 7.* ausim dicere, posse dispensare Episcopum cum homicida occulto, si vrgentissi- mæ necessitati suscipiendi Ordines Sacros, non possit alio modo obuiari absque eo, quòd sacris initietur. Exem- plum sit, quidam vir grauis ratione Canonice paratus iam quoad omnia ad suscipiendum Ordinem Sacrum pri- die illius, quo Ordines conferebantur, de inuidia pa- trauit homicidium occultum; in hoc casu nullum est re- medium fortius, vt euadat infamiam, nisi ad Ordinem sacrum promoueri; quòd si non promouetur, apud omnes reputabitur author illius homicidij, & vitæ discrimen apertissimè subibit: si ergo Episcopus vrgente necessitate, aut scandalo, aut infamia potest, cum difficilis esset aditus ad Summum Pontificem, dispensare cum Sacerdote oc- culto homicida, vt ministret in sacris iam susceptis, & ex sententia Sanchez *d. disputat. 40. numer. 7.* potest dis- pensare in impedimento matrimonium dirimente, ante- quam matrimonium contrahatur, quando paratis iam om- nibus ad nuptias inuenitur impedimentum, cuius de- tentio infamiam notabilem generabit; & post omnia remedia quæ sita, ac tentata, nulla via euadendi illam infamiam repetitur, imò vehemens suspicio affurgit alicuius criminis, ob quòd matrimonium impeditur: si ergo in hoc casu potest dispensari, cur nostro casu non dispensabitur?

Dices, Summum Pontificem in matrimonij impedimen- tis solere dispensare plerumque, vt videmus: at cum ho- micida voluntario occulto rarissimè, igitur non poterit Epi- scopus dispensare in nostro casu, cum Concil. Tridenti- num *sess. 14. cap. 7.* dicat: omni ordine careat. Respondeo etiam Concilium contra eos, qui scienter in gradu prohi- bito ineunt matrimonium, *sess. 24. cap. 5.* quòd separentur, & spe dispensationis consequendæ careant; quæ pœna im- ponitur contra eos, qui scienter intra gradus prohibitos matrimonium inire præsumpserint, quæ præsumptio non datur in illo, qui pœnitentia ductus ad Episcopum recur- rit pro dispensatione obtinenda. Item, quia hoc impedi- mentum non suscipiendi Ordines cum homicida occulto est Iuris humani à Concilio statutum, sed in illo ob ma- gnam necessitatem potest Episcopus dispensare, vt bene notat Roman. *singulari 486.* Filiucius *capit. 1. fallent. 7. de constitut.* Lambertinus *de Iure parron. lib. 1. part. 1. quest. 7. artic. 19. numer. 2.* Gratianus *regula 433. nu- mer. 8.* Abbas *in capit. At si Clerici, § de adulteris, numer. 9 de iudiciis,* & alij, quos sequitur Gutierrez *Ca- nonic. Quest. lib. 1. capit. 23. numer. 18.* Et in hoc casu, si non promouetur, vrget scandalum, & periculum vitæ, & vehemens suspicio, quòd fuerit author homicidij pa- trati; si velit abstinere ab Ordinibus suscipiendis; igitur his omnibus concurrentibus, cum non possit Summus Pontifex adiri, videtur posse dispensari ab Episcopo. Hu- cufque Fragosus.

Sed quid dicendum, vtrum vrgente necessitate, seu scandalo, etsi non sit facilis recursus ad Summum Pon- tificem, possit Episcopus dispensare cum homicida vo- luntario, occulto tamen, vt ministret in susceptis Ordini-

Y 2

nibus

nibus sacris? Negat Nauarrus *conf. 45. de homicidio in 2. editione, per cap. 2. de Cleric. pugnans in duello.* idem volunt Fr. Manuel *tom. 1. in summa. cap. 179. notab. 5. & Ludonicus Lopez in instrum. par. 2. cap. 93. & probatur ex Tridentino sess. 14. cap. 7.* ibi, omni ordine careat, & vt citati interpretantur, careat ordine, hoc est, vsu susceptorum, quibus verbis ait Auila *p. 7. disp. 6. dub. 3.* tolli potestatem Episcopis dispensandi quoad vsum Ordinum. Nihilominus idem Auila, ibi, *concl. 1.* credit concurrentibus urgente necessitate, infamia, vt scandalo, & difficili recurso ad Summum Pontificem, posse Episcopum dispensare cum Clerico, vt ministret in susceptis Sacris, si delictum est occultum; consentit Henriquez *lib. 14. de regul. cap. 19. num. 1. & 2. iuncta Gloss. litter. V.* quia id poterat de iure antiquo: ergo etiam modo id poterit, non obstantibus verbis dicti *cap. 7.* ibi, ab Altari euelli debeat, & omni officio Ecclesiastico perpetuo careat; constat enim vsum factorum esse officium Ecclesiasticum.

Suffragatur praxis communis, qua Episcopi vtuntur in dispensatione matrimoniorum, quæ fuerunt celebrata cum occulto impedimento dirimente; nam dum hæc tria concurrunt, nimirum difficili recurso ad Summum Pontificem, scandalum, si fiat separatio & periculum incontinentiæ; possunt tunc Episcopi dispensare in his matrimoniis. Ita Nauarrus *in Manual. cap. 22. Hispanicè, n. 86. Latine, num. 85.* Henriquez *lib. 6. de penitent. cap. 20. num. 1. & lib. 12. de matrimon. cap. 3. num. 2.* Spino *in speculo, gloss. 15. num. 86.* Capua *lib. 2. decis. cap. 80. num. 14.* Anton. Gomez *in Bull. cruciat. clausul. 10. num. 58.* Manuel *in eadem Bulla, §. 13. num. 6. in fine.* Confirmatur ratione, quoniam quamuis regulariter nequeat Episcopus dispensare in lege superioris, seu Concilij; integrum est illi in casu urgente necessitatis dispensare, Baldus *in l. omnes populi, num. 8. de iustis. & iure, Guttierrez canonicar. quest. lib. 1. cap. 23. num. 18. & Duenn. regul. 248. limit. 2.* sed in utroque casu tam matrimonij irriti, quod est publicum, & impedimentum occultum; quàm sacerdotis, qui commisit homicidium data opera occultum, vrget scandalum, & infamia, & difficili recurso ad Papam: igitur si cum contrahentibus matrimonium, concurrentibus iis circumstantiis potest Episcopus dispensare; cur non poterit in homicida occulto, quoad vsum susceptorum Ordinum etiam dispensare, cum sit delictum occultum, & ipse Parochus, seu Sacerdos solitus quotidie celebrare, & periculum infamiae, suspicandique illum fuisse auctorem homicidij, nec sit aditus ad Summum Pontificem, nisi difficulter; & hæc omnia docet Fragosus *ubi supra*, quæ tanquam probabilia non respuit Lessius *in 3. part. Dini Thoma, cap. 4. de irregul. dub. 2. num. 35.* Sed in his omnibus tu cogita.

An quis pro Missis Hebdomada Sancta possit dicere Missas votiuas.

R E S O L. LIII.

Videtur negatiuè respondendum: nam feriæ dictæ Hebdomadæ excludunt non solum dies festos duplices, sed etiam duplices secundæ classis; vnde festiuitas Diui Francisci de Paula, & Annuntiationis Beatæ Virginis, si occurrant in dictis feriis, transferuntur; ergo quo pacto dici potest, quod sit licitum in dictis feriis dici Missa votiuæ?

Sed hoc non obstante, nouissimè affirmatiuæ sententiæ adhæret Quintanaduenas *in Theologor. moral. tom. 1. tract. 7. singul. 40. num. 2.* vbi sic ait: Quod verò pro his Missis possit Missa votiuæ priuata (non solemnis, aut cõuentalis) dici, minus, ambigo; cum hæc dici queat quocumque die, dum officium non sit duplex; & licet Officium Hebdomadæ Sanctæ sit maius, & duplicibus etiam festis præferendum; attamen duplex non est in

eo gradu, quo Missæ propriæ excludunt votiuas, iratiuæ regulariter dici nequeant. Vnde Emmanuel Rodriguez *tom. 1. quest. 43. artic. 8.* ex Nauarro *consil. 16. num. 8* ait: Pro Missa longa de Passione satis implet Sacerdos celebret de festo, etiam semiduplici, aut infra octauam. Consulam tamen Sacerdotem, vt tunc non publice, sed in priuato Oratorio celebret. Hucusque Quintanaduenas.

Verum ego puto contra illum prorsus non esse recedendum à sententia negatiua ex decreto sacre Congregationis: ita hanc sententiam docet Gauantus in rubricas Missalis, *part. 1. titul. 4. num. 3. littera O.* vbi sic asserit. Dicendum est prohiberi Missas votiuas in iis diebus, in quibus prohibetur fieri de festo duplici, argumento à fortiori sumpto, nempe infra octauam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, in Feria 4. Cinerum, in Hebdomada maiori, in vigiliis natiuitatis Domini, & Pentecostes. Et ita declarauit sacra Congregatio Rituum die 28. Augusti 1627. Hæc Gauantus; vnde caueant Episcopi opinionem Patris Quintanaduenas in eorum Diocesis practitari.

Notandum est etiam hîc, quod supra etiam obseruauit, dictum Quintanaduenas loco citato *singular. 39.* quærere, an peccaret mortaliter Sacerdos, qui Prophetias semper omitteret in Missis quatuor Temporum; vel sequentiæ in festis; aut pro his Missis alias diceret? Et negatiuè respondet, saltem si Missæ sine priuata, & scandalum absit. Et primò existimat, & probat hoc ex Granado *controuerf. 6. de Eucharist. tract. 14. num. 3.* statuente: Quando pars, quæ omittitur, non esset necessaria ad ordinariam Missæ integritatem, quia solet non dici, vt Symbolum, vel Gloria, vel tres Orationes, facilius posse à culpa mortali excusari eius omissionem: ergo cum Prophetiæ, vel sequentiæ dici non soleant in ordinariis Missis; immò semel, aut iterum in totius anni decursu tantum dicantur, & sine illis integra Missa dicatur; harum omisso venialis solum culpa erit sine causa, & cum hac nec venialis. Præterea; quia sequentiæ non ex præcepto, aut decreto, sed ex priuilegio Nicolai Papæ introductæ sunt, vt refert Durandus *libro 4. de Rit. cap. 22.* ergo non erit lethalis earum omisso. Et in hoc casu idem Quintanaduenas asserit non esse attendendum in omissione hac, an sit magna, vel exigua pars, seu quantitas, quæ in Missæ celebratione omittitur; sed an sit ex substantialibus, vel ad sacrificium conficiendum, vel ad integram Missam ex ordinariis perficiendam. Hinc omittere scienter in Canone pauciora verba, aut preces; verbi Gratia ab illis: *Nobis quoque peccatoribus*, vsque ad: *per Christum Dominum nostrum*, vel aliquod ex duplici Memento cum clausula ei annexa, esset lethale, quia & in canone & semper dicuntur, non verò esset, si in eodem omitteretur id, quod in ordinariis Missis dici non solet, sed in singularibus festiuitatibus Paschatis, Ascensionis, Natiuitatis, Epiphaniæ, &c. verbi gratia id quod additur precibus; Hanc igitur; ac precibus; Communicantes. Sic Filliucius *tom. 1. tract. 5. cap. 5.* & Diana *part. 2. tract. 14. resolut. 59.* Sicut nec iuxta hos Doctores esset lethale omittere Gloria, & Credo, quia sine his integra Missa ex ordinariis dicitur; secus Epistolam, vel Euangelium, cum sine is non dicatur: nam sunt, vt cum Suario *disputatione 88. sect. 3.* loquar, veluti membra principalia & necessaria huius corporis heterogenei. Nec obstat prædictis Ecclesiæ antiqua consuetudo in legendis Prophetiis, & dicendis sequentiis, à tempore nempe Nicolai Papæ, Sancti Ambrosij, Augustini, & aliorum antiquorum, vt videre licet apud Rodolphum *proposit. 23.* Durandum *lib. 2. capit. 22.* & Trithemium *lib. 4. cap. 22.* quia quantumuis vetustissima, sub mortali obligare non valet. Sic antiquissimus obtinuit mos, vt ab introitu Missæ audiretur, & qui ab Euangelio audiret, non peccaret grauius diebus festis sicut nec Sacerdos, qui

Gloriam,

Gloriam, aut Credo, omitteret: ergo similiter, &c. Et hæc omnia pro sua firmanda sententia docet Quintanadueñas ubi supra. Sed an probabiliter, iudicent alij. Non deseram tamen adnotare, quòd post hæc scripta inueni, Bordonum in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 64. num. 33.* docere, omittentes ex industria sequentiam Defunctorum in eorum Missis in die 2. Nouembris in die obitus, in Anniuersariis, &c, peccare tantum venialiter; quæ opinio confirmat opinionem Quintanz, sed alij de hoc valde dubitant, tum quia illa ommissio est quantitas notabilis, tum etiam quia versatur circa materiam grauem ab Ecclesia specialiter pro illis diebus assignatam, vnde supradictis opinionibus non assentior.

Elucidantur aliqua circa Informationes sumendas quoad Nouitios, virtute Bullarum Xysti V. & Clementis VIII.

RESOL. LIV.

Suppono, quòd Xystus V. in sua Constitutione edita 1587. inhabiles non solum ad professionem, sed etiam ad habitus susceptionem constituit illegitimos, criminosos, & ingenti ære alieno grauatos, & ratiociniis reddendis obstrictos. Quæ constitutio, quoad inhabilitatem, seu nullitatem habitus, & professionis, Clemens VIII. reuocauit. Quoad pœnas autem tam ingredientibus, quàm recipientibus ibidem positas, & quoad ingressum, in sua vi, & firmitate reliquit. Gregorius verò XIV. prorsus sustulit quòd de illegitimis Xystus disposuerat, & ad Ius commune reduxit. Solum ibi cauet, ne illegitimus in religionem recipiatur, in qua pater eius superstes sit. Excluit igitur Xystus V. à Religione criminosos non quoscumque, sed qui furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliavè facinora patrarunt, timentequè ob ea puniendos esse; & vt punitionem effugiant ad Religionem confugiunt. Debent ergo delicta esse publica, non occulta: nam ob occulta delicta puniatio non timetur; & non vtcumque publica debent esse, sed de quibus specialis inquisitio facta est, neque reus absolutus est, vel punitus: nam stante absolute, delictum manet occultum; stante punitione, fini Constitutionis est satisfactum; & consequenter poterit Religionem ingredi, Suarez *tom. 1. de Reliq. lib. 5. capit. 7. à num. 15.* Deinde excluit à Religione ingenti ære alieno grauatos, qui culpa sua in impotentiam satisfaciendi deuenerunt, si tamen spem habent aliquando satisfaciendi; constat ex illis verbis: Multi Doctores post dilapidatam rem familiarem. Quare si absque sua culpa supra vires debitis grauati sunt, eisdè breui tempore expectato satisfacere possint; non comprehenduntur in hac Constitutione; tamen si lute naturæ à Religione impediuntur. Tandem excluit obnoxios ratiociniis reddendis, siue publicis siue priuatis: illos tamen, quibus ex huiusmodi causa, vel molestia eis iam illata est, vel timendum sit ne inferatur. Nam si absque lite, vlloquè grauamine, aut distinctione creditur rationes reddi posse, optimè possunt Religionem ingredi. Sed hæc non debent facile præsumi.

His suppositis cum Castro Palao *tom. 3. tractat. 16. disputat. 1. §. 4. num. 10. & aliis*, ubi infra, quia ista materia est satis practicabilis, & quotidiana; ideo quæro primò, An prædictæ informationes sumendæ sint de Nouitiis Laicis, seu Conuersis? Et negatiuè respondet Bordonus in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 54. num. 82.* ubi sic ait: Constitutio Xysti V. videtur solum loqui de volentibus ingredi, vt Clericis; vt colligitur ex initio Bullæ. Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus in ea, quæ conuenit puritate, & dignitate conseruandis: sed Conuersi non sunt de ordine, neque dignitate Ecclesiastica: ergo excluduntur. Confirmatur ex altera illius Bulla incip. Ad

Antonini Diana Pars IX.

Romanum. apud Quaranta *ver.* Monasteria, & Conuentus, ibi: In oblatiis autem, & conuersis confessionem emittentibus satis erit, si quo ad mores, ad statum personarum, ipsa inquisitio fiat. Non est ergo illa inquisitio rigorosa de illis facienda. Et in *Instit. de educat. nouit.* Clementis VIII. dicitur. Ipsi autem conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum, & non saltem præcipua doctrinæ Christianæ capita nouerint. Et non replicantur perquisitiones, de quibus paulò antè dixerat respectu Clericorum. Et de eorum nouitiatu dicitur ibidem §. *cum autem.* Conuersis ipsis à Clericorum nouitiatu separatus ad dormiendum, locus, quantum commodè fieri poterit, assignari præcipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante Magistro nouitiarum, seu superioribus monasteriorum subditi esse, & obedientiam præstare debent. De illorum professione dicitur §. *Tempore.* Quòd verò ad Conuersos, si vigesimum primum exceßerint, ad professionem admittantur. Sed qui ad habitum Conuersorum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint. Et infra §. *Conuersus vero litterarum ignarus professus* in eorundem testium, qui se subscripserint præsentia, propria manu signum Crucis apponat. Hucusque Bordonus. Sed in mea Religione obseruatur, quòd Informationes etiam pro Nouitiis Laicis recipiantur. Et quidem eadem ratio quòd ad finem Bullarum Xysti V. & Clementis VIII. videtur in illis militare, ac in Nouitiis Clericis; & cum dictæ constitutiones sint latæ fauore Religionis, videntur potius extendendæ, quàm restringendæ, licèt Rodriquez contrarium sentiat.

Quæro secundò, An dictæ Informationes sint recipiendæ pro Equitibus Hierosolymitanis, si in Religionem Claustralem ingredi volunt? videtur negatiuè respondendum: nam minimè recipiuntur dictæ Informationes, quando quis ex vna Religione ad aliam transit; vt patet ex praxi: ergo neque recipiendæ erunt quando Eques Hierosolymitanus vult ingredi aliquam Religionem; cum Religio Hierosolymitana sit verè, & propriè Religio, vt aliæ Religiones; sicut me citato obseruat Bordonus ubi supra, *num. 16.* ita vt per eius ingressum dissoluatur matrimonium ratum, & non consummatum. His tamen non obstantibus, Bordonus loco citato, & Bartholomæus de Vecchis in *Praxi de Recip. nouit. disputat. 6. dub. 6. num. 1. & 2.* sic ait: Cum Xysti V. constitutio expressè tantum loquatur de commorantibus in sæculo, Religiosi à tali onere immunes sunt. Quòd intelligendum est de omnibus Regularibus, etiam Procuratoris, vel Camarlengatus officio, alioquè huiusmodi functi sint in Religione, à qua discedunt. Excipiuntur Professi in Religionibus militaribus, & multo magis Clerici, Presbyteri, & quicumque Ecclesiastici in sæculo commorantes; quia præfata Xysti V. Bulla omnes comprehendit, qui è sæculo ad regularem statum transeunt. Ita ille.

Quæro tertio, An dictæ informationes sumendæ sint ante ingressum Religionis, vel sufficiat sumere ante emissam Professionem? Respondet Bordonus, *num. 125.* posse sumi in ipso anno probationis. Sed errant valde aliqui Superiores Religionum nihil aliud faciendo ante ingressum Nouitij & ideo sciendum est, quòd vigore Constitutionis Xysti V. necesse erat haberi has informationes antequam reciperetur nouitius. Sed quia hoc in maximum animarum præiudicium, & damnum vertebatur, vt experientia docuit, eò quòd in præfatis attestacionibus procurandis iuuenes suum Religionis desiderium quibusdam propalare cogebantur; ex quo parentum postea, vel aliorum suasionibus, aut blanditiis, aliisvè modis tepesfacti, vel à proposito deterrebantur, vel in longum saltem protraherentur. Hinc Gregorius XIV. quadam constitutione, quæ incipit: Circum

specta Romani Pontificis prouidentia: quam refert Rodriquez *tom. 3. quest. 10. art. 1.* concessit omnibus Religionibus perpetuas filiationes habentibus, probationis habitum impertiri posse summaria informatione habita circa conditiones per constitutionem Xysti Quinti statutas: quæ quidem semiplena dicitur, si teste vnico constat; cum reseruatione tamen plenæ, vel plenariæ Informationis iuxta mentem Xysti Quinti ante Professionis terminum sumendæ. At quia hæc concessio facta fuit Religionibus filiationes perpetuas habentibus, vt sunt monasteria Monachorum; non extenditur ad eas, quæ iis filiationibus non gaudent, vt benè notant Rodriquez modò citatus, & Miranda *in Manual. Pralat. tom. 1. quest. 21. art. 1.* Deinde Clemens VIII. quadam Bulla, quæ incipit: In his quæ ad Religionum propagationem spectant, quam refert idem Rodriquez, concessit Religiosis Conuentus sancti Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum, vt admittere possint ad probationis habitum, solo iuramento præstito ab ipsis Nouitiis, se ab omnibus in Bulla Xysti V. contentis solutos esse; dummodò ante Professionem plenam informationem iuxta eiusdem Xysti V. constitutionem capiant. Qua concessione nos, & omnes priuilegiorum Communicationem participantes vti possumus; vt citati Doctores fusè probant. His prænotatis sit conclusio. Necessarium est omnino priusquam alicui probationis habitus concedatur, vel haberi memoratas informationes authenticas, vel ab ipsomet ingressuro desumi iuramentum secundum formam; & postea ante Professionem præfatas informationes absolutas procurari. Excipiuntur puellæ quæ habitu monialium induuntur; & pueri, qui decimum sexum suæ ætatis annum nondum expleuerunt; in quorum receptione præfate informationes non sunt necessariæ, nec etiam iuramentum. Et hæc omnia docet de Vecchis *ubi supra, dub. 4. per totum*; cui adde Portel *in Dubiis Regular. verb. Nouitiij informationes, numer. 2.* & Peyrinum *de Relig. Pralat. quest. 3. cap. 1. §. 1. num. 32.* qui citat Rodriquez, & Mirandam. Et idem non deferam hic ponere verba Patris Pellizzarij *in Manual. Pralat. tom. 1. tractat. 2. cap. 3. n. 24.* vbi sic ait: vel receptio fit in terminis Constitutionis Xysti V. & sic informationes fieri debent antequam nouitius recipiatur; id enim expressè statuitur in citata constitutione ipsius Xysti §. 4. iis verbis: Statuimus, & ordinamus, Iuuenes, aut viros adultos maiores sexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nisi, &c. Vel receptio fit in terminis Bullæ Clementis Octaui & sic sufficit dictas Informationes sumi antequam nouitius recipiatur ad Professionem; cum hoc tamen, vt ij, quorum interest recipere nouitios, non recipiant quemquam ad habitum, nisi ille prius iuret se esse liberum ab omnibus illis impedimentis, quæ Constitutioni Xysti referuntur: vnde & ait, ea omnia debent in specie proponi nouitio recipiendo. Vbi notat Portel, *numer. 2.* quod si Prælatus Regularis non exhibeat nouitio recipiendo tale Iuramentum, incurrit pœnas *quest. 9. explicatas*, peccatque mortaliter, vt potè violans Bullam Clementis supra citatam, quæ loco informationum ex constitutione Xysti Quinti præmittendarum ad nouitiorum receptionem: requirit exhibitionem præfati iuramenti; ac proinde non potest omitti sine culpa graui; quanquam exhibitio talis iuramenti non spectet ad Prouincialem sed ad Superiorem localem; cum de hoc, non de illo loquatur Bulla Clementis. Hucusque Pellizzarius. Videant ergo Superiores locales, quid faciunt: nam si nolunt sumere Informationes ante ingressum iuxta Bullam Xysti Quinti tenentur obseruare sub peccato mortali id, quod statuit Clemens Octauus in suo decreto, eo pacto, vt explicat Portel *ubi sup. & alij.*

Quæro quartò. An si nouitius sit cognitus, indigeat supradictis informationibus? Respondeo negatiuè cum

Bordono, *num. 87.* de Vecchis *dub. 1. num. 6.* & aliis; notorium enim non eget probatione; quod me citato, procedere etiam quo ad forum externum putat Lezzana *in Summa tom. 4. verb. Nouitius, num. 23.* Imo si nouitius non sit notus, & recipiatur absque informationibus, si à parte rei qualitates necessarias habeat, Superiores non incurrunt in pœnas latas in supradictis Bullis. Quod intellige in foro conscientiæ, non autem in foro fori. Ita docet me citato Pater Pellizzarius *in Manual. Pralator. tom. 1. tract. 2. cap. 3. num. 4.* & me etiam citato Pater Tamburinus *de Iure Abbatum, tom. 3. disput. 6. quest. 5. num. 3.* vbi sic ait: Quò ad secundam partem quæsitæ, scilicet, an incurrant pœnas contentas in supradicta Constitutione Xysti V. Respondeo cum Rodriquez *tom. 3. 99. Regular. quest. 54. art. 1.* & Laurentio Portel *in Dub. Regul. verbo Nouitiij informationes, n. 6.* & Antonio Diana *in suis resolut. moral. tractat. 2. resolut. 83.* quod Prælati omittentes prædictas informationes, non incurrunt pœnas Bullæ Xysti V. nisi à parte rei Nouitius, siue receptus absque informationibus fuerit aliàs criminofus, & ligatus aliquo impedimento ex contentis in prædicta constitutione Xysti Quinti. Quòd si omni careat impedimento, non incurrit pœnas; quia Textus ligat solum recipientes criminofos. Idem affirmat Bartholomæus da Vecchiis in prædicta Praxi Nouitiorum *dub. 5. n. 3.* Vnde Pater Diana loco citato fatetur, se liberasse à magnis angustiis quendam Superiorem Regularem, contra quem Fratres subditi insurgent propter receptionem cuiusdam Nouitij, non præcedente informatione de vita, & moribus secundum Bullam Xysti V. Ita ille. Cui adde, me etiam citato, Bordono, *n. 16.*

Quæro quintò. Quid faciendam circa præfatas Informationes, cum his, qui è Prouinciis remotissimis petunt ingredi Religionem. Respondeo cum de Vecchis *ubi supra dub. 5. per totum*, quòd quotiescumque informationes haberi non possunt ab his, qui ex remotissimis partibus venerint, vel habent Patriam ab Hæreticis aut infidelibus miserè oppressam, idem Xystus Quintus per aliam Constitutionem, quæ incipit, Ad Romanum spectat Pontificem: concessit facultatem concedendi iis religionis ingressum, & etiam admittendi ad Professionem absque præfatis Informationibus; dummodò adhibita conuenienti diligentia nihil in contrarium compertum fuerit. Indicio verò Superioris relinquitur, quando verè è longinquis & remotissimis partibus esse dicantur. Rodriquez tamen *tom. 3. quest. 10. articul. 13.* exillimat eam dici remotissimam regionem, ad quam intra annum probationis difficulter recurri, & informatio inde extrahi potest. Tunc verò censeo in hoc casu adhiberi conuenientem diligentiam, quam requirit præfata constitutio quando ingressurus Religionem, vel iureiurando affirmat, se nullo impedimento Bullæ Xysti V. obstructum esse; vel saltem ij, cum quibus versatus est in loco seu regione, vbi recipiendus est fidem faciunt, quò ad totum illud tempus, se nesciri in tali persona aliquod ex dictis impedimentis reperiri. Et hæc omnia docet etiam Lezzana *num. 24.* Tamburinus, *quest. 5. num. 6.* Pellizzarius *n. 3.* & Portel *n. 7.*

Quæro sextò. An dictæ informationes sumendæ sint, etiam si Nouitius non sit maior sexdecim annorum? Ad hoc dubium respondet Pater Lezzana *in Summa tom. 4. verb. Nouitius, num. 21.* vbi loquendo de dictis informationibus, sic ait: Quartò, nec esse necessarias pro receptione iuuenum, qui non sunt maiores sexdecim annis, communiter tenent Doctores, eò quod Pontifex in dicta constitutione. Cum de omnibus, id exprimat illis verbis, maiores sexdecim annis. Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 10. num. 11.* Rodriquez *tom. 3. 99. Regular. quest. 10. art. 13.* Miranda *tom. 1. Manual. q. 21. artic. 1. conclus. 3. & alij.* Cæterum licet id verum sit ex vi constitutionis Xysti; nihilominus stando in Decretis Clementis

mentis VIII. approbatis à Sacra Congregatione sub Sanctissimo D. N. Urbano, fieri etiam debent de iis, qui dictum decimum sextum annum non excedunt. Quod colligitur ex verbis illis ibi adductis, præcipue eorum, qui decimum sextum ætatis suæ annum excedunt, an criminosi, &c. vbi particula illa, præcipue, exprimit casum minus dubium. Barbosa *de dictis dict.* 220. numer. 1. & *dict.* 168. num. 1. Rodriquez *tom. 1. q. Regular. q. 100. artic. 2. vers. circa quam*, Menochius *de arbitr. lib. 2. casu 416. num. 19.* Peirinis *tom. 2. de Pralat. quest. 3. cap. 1. num. 10.* Cum autem dicta Decreta solum sint pro nouitiis in Italia, & insulis adiacentibus à Sede Apostolica approbatis, idè in aliis locis standum erit Constitutioni Xystinæ. Hucusque Lezana.

Et tandem nota dictum Pellizarium *n. 5.* docere ex privilegio concessò à Gregorio XIV. Societatis Iesu Superiores eximi ab obligatione sumendi dictas informationes, prout in Bulla Xysti V. & subdit hoc privilegio gaudere per communicationem alias Religiones: sed hoc vltimum non video obseruari.

An Religiosus, si cum licentia Superioris maneat extra Monasterium, teneatur confiteri cum Sacerdote approbato ab Ordinario?

R E S O L. L V.

Affirmatiuè respondet Lopez de Texeda in *Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. tract. 1. contr. 6. q. 3. num. 71.* vbi sic ait: An Sacerdos, cui Religiosi exeuntes è monasterio de licentia Prælatis debent sua confiteri peccata, debeat esse approbatus ab Ordinario? circa quam difficultatem affirmat Suarez *4. tom. de Relig. lib. 2. cap. 17. num. 6.* non esse necessarium Sacerdotem illum habere aliàs iurisdictionem, sed sufficere dumtaxat, fatetur, esse Sacerdotem; existimat enim præfatus Suarez Religiosos semper absolui per iurisdictionem à suis Prælatis derivatam: & idè assertit non esse necessarium, Religiosum exeuntem è monasterio, extra illumque peregrinantem, eligere Sacerdotem approbatum ab Episcopo, sed quemcumque alium non approbatum, siue secularem, siue Regularem. Cæterum ego dico talem Sacerdotem electum à Religioso peregrinante debere esse expositum ab Ordinario, habereque aliàs iurisdictionem ad absoluendum; quia Prælatis Regularis voluntas, concedentis licentiam Religioso extra monasterium exeundi, debet esse rationabilis, & non exorbitans à iure communi, sed conformiter ad illud debet Religioso concedere licentiam, & idè cum iuxta Concilium Tridentinum, Confessor electus debeat esse approbatus ab Episcopo, electus à Religioso debet etiam esse ab Episcopo approbatus; nec credendum est, Ecclesiam aliter concedere facultatem Prælatis in in ordine ad suos subditos.

Nec differentia, quam assignat Suarez inter peregrinum secularem, & Religiosum, est alicuius momenti; scilicet quòd secularis absoluitur in aliena Diœcesi more incolarum illius loci, in quo versatur; Religiosus autem peregrinus absoluitur more Religiosorum, atque adè per iurisdictionem manantem à suis Prælatis; id enim verum non apparet: tum quia Concilium Tridentinum absque vlla distinctione loquitur, & vniuersaliter decernit Confessarium eligendum debere esse approbatum ab Ordinario: tum etiam, quia secularis Clericus dum iter facit, non minus subiicitur Episcopo illius Diœcesis, ad quam diuertit, quam Religiosus Prouincialis illius Prouinciæ, in qua versatur peregrinando: ergo sicut Clericus secularis iter faciens, necessariò tenetur eligere Confessarium approbatum ab Episcopo; ita Religiosus: quare fallitur Suarez dum asse-

rit Concilium Tridentinum illam approbationem, quam exposcit, solum voluisse esse necessariam ad Confessiones secularium excipiendas, nam cum Concilium absolute loquatur absque distinctione vlla, non est æquum, vt nos illam apponamus.

Non enim nego ego, Prælatum in Conuentu suo posse exponere aliquem Religiosum, vt Confessiones cæterorum fratrum excipiat, quamuis approbatus ab Episcopo non sit, cui Religiosi possunt confiteri: cæterum quod nego est, & quod videtur nouum, quod Religiosus, qui ex licentia Prælatis à Monasterio exiit, & peregrinatur; etiam extra suam Prouinciã possit eligere Confessarium secularem non approbatum, nec ab Episcopo expositum: nam etsi Religiosus absoluatur more Religiosorum, & per iurisdictionem manantem à Prælato, id tamen debet fieri iuxta formam Tridentini. Et idè firmiter dico, Religioso exeunti à Monasterio ex licentia Prælatis, per se loquendo, in sua peregrinatione non esse ei liberam electionem Sacerdotis secularis, vel Regularis, nisi talis approbatus sit, & iurisdictionem habeat aliàs: nam illa Sacerdotis approbatio, & iurisdictione necessaria præsupponitur, & prærequiritur, vt possit eligi à Religioso peregrino. Hucusque Texeda. Sed ego puto non esse recedendum à sententia Suarez ex his, quæ adnotauit in *Addit. ad p. part. resol. 4.* vbi plures Doctores inuenies, ita vt sit sententia communis. Vide nouissimè doctissimum Amicum in, *Cur. Theol. tom. 8. disput. 15. sect. 3. num. 98.* vnde non est audiendus Texeda.

Sed hîc obiter quæro, quid dicendum de confessionibus Religiosorum, possunt nè Religiosi eligentes Confessarium virtute Iubilei, eligere ab Ordinario non approbatum, sed solum à suis propriis Prælatis designatum? procedit quæstio, quando Iubileum expostulat eligere Confessarium ab Ordinario approbatum. Hoc, inquam, casu videtur nequaquam eligi posse à Regularibus Sacerdotem ab Ordinario non approbatum, tamen à propriis Prælatis fuerit designatus; quia Iubileum expresse postulans, vt eligatur Confessarius ab ordinario approbatus, aliis non committit iurisdictionem absoluendi.

Sed hoc non obstante contrariam sententiam ex Bonacina probabilem putat Castrus Palauus *tom. 4. tract. 23. disputat. unica, punct. 15. §. 2. numer. 11.* quia præsumendum non est Pontificem, facultate Iubilei secularibus, & Religiosis concessa elegendi Confessarium ab Ordinario approbatum mutare voluisse ius Religiosorum potentium confiteri Sacerdotibus ab eorum Prælatis approbatis; sed potius illo iure retento, hanc illis extensionem addidisse, vt approbatum ab Ordinario loci eligere possint. Quare illa verba, approbatum ab Ordinario, ampliatiuè, & non priuatiuè sumenda sunt. Præterea, Confessor à Prælatis Ordinis designatus absolute dici potest ab Ordinario approbatus comparatione Religiosorum; tum quia extra Sacramentum Ordinis Prælatus Religionis comparatione Religiosorum est Ordinarius: tum quia à Pontifice approbatus est comparatione Religiosorum, qui ab eorum Prælatis fuerit approbatus. Sed tu ne discedas à sententia negatiua, quam tuetur Suarez *tom. 4. disputat. 28. sect. 6. num. 11.* Reginaldus *lib. 1. numer. 175. & alij.*

Nota tamen hîc obiter insigne priuilegium, quod ex Roder. refert Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 19. numer. 7.* concessum Fratibus Minoribus, & consequenter reliquis Religiosis, qui per communicationem illud participant; vt possint semel eligere de eadem obseruantia Confessorem, qui de omnibus peccatis referuatis, & censuris possit eos absoluerè, imò & dispensare in irregularitatibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. Quòd etiam obseruauit Amicus, vbi supra, *sect. 2. numer. 59.* subdens; dicto priuilegio vt non esse

Religiosos Societatis absque licentia Præpositi Generalis: cum nullum privilegium vim habeat in Societate, nisi vt communicatum à Præposito Generali, vel ab alio ab ipso designato, vt habetur in Bulla Gregorij XIII. de vsu facultatum.

An qui vi, vel metu coactus iurat, si habeat animum non implendi iuramentum, petendo prius relaxationem eius, non obstante hoc, peccet mortaliter?

R E S O L. L V I.

Negatiuam sententiam docet Suarez de Relig. tom. 2. lib. 2. cap. 7. num. 20. & Sanchez in Summa tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 17. vbi sic ait: Non credo peccaturum sic iurantem, si habeat animum non implendi iuramenti, obtentam tamen prius illius relaxationem; secus si absolutum non implendi animum haberet; quia in priori euentu nulla irrogatur iniuria extorquenti iniquè promissionem; nec est mendacium eò quòd iurans habeat firmum implendi animum, nisi relaxationem obtineat; & quamuis habeat animum petendæ prius relaxationis, & ea obtentam non implendi; animus hic est conformis conditioni imbibitæ in eo iuramento, quæ est, nisi eius relaxatio prius obtineatur; & idè nec mendacium, nec culpam aliam continet. Sicut iurans fœminæ matrimonium, cum intentione implendi, nisi illa fornicata fuerit, verum iurat, nec peccat; quòd ea conditio includatur tacitè in ea promissione.

Sed affirmatiuæ sententiæ adhæret Lopez de Texeda in Theolog. mor. tom. 2. lib. 3. tractat. 2. num. 118. Primò, quia qui sic iurat, quamuis vi, & metu coactus, absolutè vult non implere iuramentum factum: ergo peccat mortaliter. Probatur antecedens, quia idè simul cum iuramento habet intentionem petendi relaxationem, quia simul iurando habet intentionem non implendi: ergo absolutè vult iurare, & iuramentum non implere. Sed qui iurat cum intentione iurandi, & animo non implendi, peccat mortaliter in sententia omnium Doctorum, & est perijurij reus: ergo, &c. Hucusque Texeda. Ego vtramque, sententiam probabilem esse puto; sed negatiuam existimo probabiliorem.

An iuramentum præstitum redeundi ad carcerem iniustum, obliget? & quid de iusto?

R E S O L. L V I I.

Quòd ad primum affirmat Toletus, lib. 4. Summ. cap. 22. numer. 2. vers. Alterum est. Lessius lib. 2. cap. 42. dub. 6. numer. 28. Sanchez, aliis relatis. lib. 3. Summ. cap. 11. numer. 31. Suarez lib. 2. cap. 10. numer. 24. & 16. Bonacina tom. 2. disputat. 4. quest. 1. punct. 9. numer. 2. Ratio est, quia reductus ad carcerem factus est sine obseruandi fidem iuramento stabilitam, actus est veracitatis, fortitudinis, & patientiæ; neque obinde censeris debes te occidere, & vitam tuam prodigere, sed solum censeris debes te periculo vitæ exponere. Quod ex iusta & rationabili causa sæpè decet, vt bene probat Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 6. Adde ex obseruatione iuramenti non te propriè conici in vitæ periculum, quod antea habebas, quodque dato iuramento suspensum fuit. Non igitur excusari potes à iuramenti obseruatione.

His tamen non obstantibus, non desunt Doctores negatiuæ sententiæ adhærentes. Ità Couarruias lib. 1. variar. cap. 2. numer. 7. Plaza de delictis lib. 1. cap. 22. numer. 6. sine, Basilius Legionensis lib. 12. cap. 8. numer. 20. Gutierrez 1. part. de Iurament. cap. 57. numer. 24. & seqq. optimè Valquez 1.2. disput. 174. cap. 5. numer. 35. Nauarr. cap. 12. numer. 18. Reginaldus lib. 18. praxis, numer. 62. Ratio est, quia secluso iuramento iure charitatis propriæ tenebatur periculum iræ fugere. Ergo iuramentum de non fugiendo, sed potius de redeundo, illicitum est; quia est de re cõgruitati propriæ contraria. Item talis reductus subministrat tyranno occasionem iniquæ vexationis: Ergo non est licitus, & honestus: Ergo iurari non potuit. Item non est actus fidelitatis, quia non debetur fides illam iniquè exostulanti, neque fortitudinis, vitam sic irrationabili exponere: Ergo nullam habet honestatem.

Nec obstat argumentum in contrarium, quia, etsi se occidere sit intrinsecè malum, & subinde nunquam liceat: at non fugere periculum mortis, & illi se exponere interdum licet ex causa iusta: ergo ratione seruandi iuramenti potest se illi periculo exponere, & seruare iuramentum. Sed respondetur, antecedens esse verum, quando talis expositio periculi est actus virtutis: exponere se autem periculo mortis, redeundo in carcerem, quando absolutus ab illo, iurauit se in illum rediturum, non est actus virtutis; nec iusta adest causa reductus: sed potius est actus vitij, & temeritatis, cum sit actio repugnans naturali inclinationi, quia homo tenetur vitam propriam tueri, & conseruare; & idè reductus ille non est promissionis exequutio, sed occisio propriæ vitæ. Non negamus tamen id, quod Aduersarij petunt in argumento; sed dicimus nullo modo licere iurati reductum ad carcerem, nec tenei redire, quando instat periculum vitæ iniuste à se auferendæ: quia reductus ille est actus temeritatis, & vitij; de quo iuramenta facta sunt irrita. Vnde ex his omnibus apparet, vtramque sententiam esse probabilem; vnde Villalobos in Summa tom. 2. tract. 36. difficul. 5. numer. 16. sic ait: [De lo dicho se infiere que el que esta preso en la carcel, y jura de boluer a ella, donde injuriosamente estaua preso, aunque sepa que le han de castigar, està obligado a boluer a ella, como tienen Cayetano, Soto, Siluestro, y Toledo, y se colige de S. Thomas. Pero en est caso vna glosa, Nauarro, Panormitano, Ioan Andres, Couarruias, y Ioan Mayor dicen, que no està obligado a boluer, porque tiene obligacion a conseruar su vida, y estaua obligado a huyr, si pudiera; y ansi parece que hara mal en boluer, y que no està obligado a ello, ni puede hazerlo con buena conciencia. Esta sentencia dize lesio que es probable, y segura en practica, y es llano que se puede seguir, aunque no fnera tan probable como la contraria, por lo queda dicho arriba, quanto mas que es muy probable, aunque tambien lo es la contraria.] Ita ille.

Sed maior difficultas est de iuramento redeundi ad carcerem, quando carcer est iustus, & pœna mortis inferenda sit iusta, an inquam in tali casu obliget? Et negatiuè respondet Lopez de Texeda Theol. mor. tom. 2. lib. 3. punct. 2. num. 131. vbi sic ait: Maior difficultas de soluto è carcere iuramento prædito de redeundo in illum, an teneatur redire; quando carcer est iustus, & pœna mortis inferenda iusta; & affirmat Sanchez Summ. tom. 1. lib. 3. de iuram. cap. 11. num. 25. ad id tenei, etiam cum periculo vitæ: & reddit rationem, quia eo casu iuramentum est de re iusta, & nihil causari potest iurans, quòd hac obligatione liberentur, cum ad fortitudinem spectet id iuramentum cum vitæ periculo obseruare, nec

nec aliqua iniuria iuranti irrogetur. Cæterum nec etiam eo casu iuramentum est a carcere liberatum, ad illum redire teneri omnino asserendum est; quod ostendo primò rationibus immediatè à nobis adductis, quæ evidentè præbent, etiam de soluto è carcere medio iuramento præstito de redeundo in ipsum, quando carcer est iustus, & pœna mortis est iusta, & debita; & præterea quia quod immediatè, & per se tendit ad tollendam vitam, non est implendum; & etiam quia teste D. Thoma 2. 2. *quest. 69. art. 4.* idè ad mortem famis condemnatus, tenetur sub mortali culpa comedere, non obstante superioris præcepto de non comedendo; quia non comedere non tantum est non se conseruare, ut male asserit Valencia *tom. 3. de reo, disp. 5. quest. 13.* sed est formaliter, & immediatè se occidere: sed is, qui iurauit ad carcerem se rediturum, si ad illum rediret, ex eo reditu infallibiliter sequitur eius mors, imò reditus ipse est immediata causa amittendi vitam; ergo tenetur non redire Iure naturali, contra quod iuramentum præstitum non est validum

Ad rationem autem pro aduersariis constat ex dictis eo casu iuramentum non esse de re iusta, nec esse validum, nec ad fortitudinem spectare, sed ad temeritatem; nam sicut, si quis ad famis mortem condemnatus iuraret se cibos oblatos non manducaturum, eo tamen iuramento non obstante tenetur sub mortali comedere, propter rationem à D. Thoma assignatam, quæ deducta est ex ipso naturali Iure; ita qui iurauit se in carcerem rediturum, si capite plectendus est, quamuis talis pœna sit iusta, nec potest, nec tenetur redire, nec iuramentum est validum. Hucusque Texeda. Sed sententia Sanchez magis mihi placet, & est communis, quia talis reditus & honestus est, & fidelitati, religioni, & iustitiæ debitus: non nego tamen sententiam Texedæ suam habere probabilitatem.

An in venditionibus sub hasta detur excessus pretij?

R E S O L. L V I I.

CAsus est satis practicabilis, & ad illum ego olim negatiuè respondi; & ita me citato tenent nouissimè tres docti Neoterici, Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 2. disputat. 26. sect. 4. num. 45.* Escobar à Corro *tract. de viroque foro, art. 5. cas. 2. num. 165.* & Trullench *in Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 20. dub. 3. num. 2.* quibus adde Antonium Escobat in *Theol. mor. tractat. 3. exam. 6. capis. 5. num. 53.* Gordonum in *Summa tom. 1. lib. 4. quest. 5. capis. 8. num. 98.* Fagundez de *Contract. libr. 5. capis. 30. num. 6.* Tannerum *tom. 3. disp. 4. quest. 7. dub. 2. n. 30.* Dicastillum *de Iust. lib. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 4. num. 50. 51. & 52.* Villalobos in *Summa tom. 2. tractat. 21. difficul. 5. num. 9.* & V. Vadingum *de Contract. disputat. 7. dub. 5. §. 2. num. 2.* Qui etiam aduertit aliqua circa præsentem casum Primò, quod in subhastatione non habeatur fides de pretio, sed præsentem pecunia fiat solutio. Ita Iodocus Damhoudetus *in tractat. de subhastat. capis. 5. & citat. Bart. in l. à dino Pio. ff. de re iudicata,* sed ibi tantum agitur de pignorum districtione; & quod allegator, ibi non reperitur. & *Bart. de fiscalibus* tantum agit: sed tamen videtur praxis habere, ut res tantum mobiles, & non tantum pretij præsentem pecunia vendantur; pro immobilibus verò habeatur fides; v. g. si domus aut vinea etiam vendatur, non potest pecunia publicè numerari, sed post tempus designatum à venditore. Secundò si minor in adiectione superatus sit ab alio, posse in integrum restitui, & recuperare, quod neglexerit; modò ostendat iustam causam, cur sua intersit rem alteri venditam recuperare, & simul persoluat venditori excessum adiectionis, quam alter empror fecit, *l. si in emptione, siue l. 35.* Tertio, quando quis à fisco emit, si post statutos à

fisco dies alius adsit, qui plus offerat, posteriorem emprorem præferendum priori, *l. si tempora. Cod. de iure hasta lib. 10.* Quarto est controuersia, quando res subhastata veniit ultra dimidium iusti pretij, an detur remedium, *l. 2. Cod. de rescind. vendis.* negat Lopez 2 p. *Instructorij, capis. 63.* cuius sententiam Malderus *tract. 5. capis. 2.* probabilem putat, & Bartolus *in l. si quis. Cod. eod.* quando res immobilis venditur. Sed puto generatim loquendo probabilius esse nullum dari in contractu tali modo celebrato remedium rescissorium contractus. Et videtur ratio satis clara ex dictis; quia hic nemo læditur ultra iustum, cum iustum pretium nullum sit rei, nisi quod potest seposita fraude, & dolo in hoc foro acquiri, & ita sentit Barbaria *in d. l. si quis, & in l. 1. Cod. de prescription.* Ioan. Fabianus *de Monte de empt. quest. 5. num. 88.* Angelus, & Baldus apud Barbariam supra, quod procedit non solum in foro externo, sed etiam in interno. Et hæc omnia, ut dixi, docet V. Vadingus *loc. cit.* quæ valde deseruiunt ad iustificandum contractum, seu venditionem, quæ in Sicilia dicitur col Patto à discorsio.

An superior Regularis ex industria differens mittere subditum ad Episcopum Diocesenum ordinantem, ut postea illum mittat ad alium Episcopum, peccet mortaliter, & incurrat pœnas, stante Decreto Clem. VIII. sub die 15. Martij 1596.

R E S O L. L V I I I.

Negatiuè responder nouissimè Pater Bordonus in *Consil. Regular. tom. 2. resol. 67. num. 39.* Tum quia in Decreto duæ transgressiones spectari possunt. Prima est quando Prælatus regularis licentiat suum subditum ad extraneum, dum Diocesanus eo tempore ordinationem haberet; eo enim casu transgressio est grauis, & præiudicialis Iuribus Episcopi, quia ei de facto auferit subditum. Secunda est, quando Prælatus regularis differt, vel remouet subditum in ordine ad ordinationem, & facit ut suus subditus ab alio ordinetur Episcopo, in quo sensu transgressionem non puto mortiferam, nam non est grauis violatio Decreti, quia non continet verba præceptiua, neque materiam principalem, seu principale dispositum, quod est, ut quilibet religiosus recipiat Ordines ab eo Episcopo, in cuius Diocesi moratur; quòd verò differatur licentia, vel quòd remoueatur ad alium Conuentum se habent in consequentiam ad dispositionem decreti, & sic eius transgressio in his erit solum venialis. Neque in his casibus graue infertur præiudicium, quia Episcopi parum curant ordinationem huius, vel illius Religiosi hinc, & nunc; & Ius, quod habent super Religiosos, quoad ordines, est variabile iuxta mutationem Religiosorum, qui modo in vna Diocesi, modo in alia habitant; neque enim habent permanentem mansionem. Neque obstat argumentum à pœnis inferri graue peccatum; quia responderi potest, non valere argumentum à grauioribus pœnis ad grauiora peccata, *Glossa versic. Existimos, capis. admonere 33. quest. 2.* præterea pœna excommunicationis grauiissima est, & tamen quandoque transgressio alicuius rei prohibita sub pœna excommunicationis non est peccatum mortale ex iis, quæ docent Caietanus, Castus, & Nauarr. *capis. 23. numer. 53.* Demum dici potest, pœnas in Decreto expressas non extendi ad hos casus, sed solum ad principalem dispositionem, ibi, Litteras dimissorias concedere ad Episcopum Diocesenum, nam solum ad hanc aptantur, ibi: quòd qui non fecerint, id est, qui non dederint litteras dimissorias ad Episcopum Diocesenum, incurrant pœnas ibidem inflatas; quæ

quæ verba accommodari non possunt prædictis duobus casibus negatiuè conceptis. Hæc Pater Bordonus, vbi supra.

Verùm his non obstantibus, opinionem affirmatiuam docet Peyrin. de Prælato, *quest. 3. capitul. 7. numer. 4.* vbi sic ait: Quarto, an Prælati differentes mittere suos subditos ad suscipiendos Ordines, eo tempore, quo Diocæsanus, vbi morantur, ordinationes celebrat, vt quando non celebrauerit, occasione sumpta, mittant ad alium quemcumque, peccent, & incurrant pœnas dicti decreti? Respondetur, mortaliter peccare: tum quia contrafaciunt decreto Papæ in materia graui: tum quia Diocæsano Episcopo præiudicant. Possunt tamen excusari à mortali, si id bona fide faciant credentes vel id sibi licere, vel non esse peccatum, sed solum teneri ad pœnam, si in foro exteriori conuincantur. Item possunt excusari, si Episcopus Diocæsanus habeat examinatores valdè rigidos, seu etiam malignos erga regulares in genere, vel in specie, & aliqui subditorum sint aliquanto debiles, de quibus illis certò constet, quod non approbabitur; tunc enim potest illos constituere locales in alio conuentu alterius diocæsis, in qua non tantùm rigorosè cum Regularibus agatur. Quod constat; quia potest regularis qui solum scit legere, & scribere absque Grammatica, ad quemcumque Ordinem promoueri: sed hic, si in aliquo episcopatu permaneat, nunquam ordinabitur, quia in eo non ordinantur, nisi qui bene callent linguam latinam: ergo potest per Prælatum mitti in alium episcopatum, in quo non tam rigidè eam eo agatur. Quò ad pœnas autem aduerte, quòd non incurrunt ipso facto; ait enim Papa: qui non fecerint, &c. pœnas incurrunt. Qui modus loquendi insinuat, pœnam esse solum communicatoriam & infliendam, non ipso facto inflictam, iuxta ea, quæ cum multis docet Sayrus de Censur. *lib. 1. capit. 11. numer. 12. & 13.* Adde, quòd etiam si dicta pœna priuationis esset ipso facto, non tamen incurreretur in conscientia, sed semper requiritur Iudicis sententia saltem declaratoria facti; quia nemo tenetur tam rigorosam pœnam in se exequi. Et hæc omnia docet Peyrinis *loc. citat.* & post illum Tamburinius de Iure Abbatum *tom. 2. disp. 2. q. 18. n. 6.* quibus ego adhaereo.

Sed si aliquis inquirat, an Superior regularis contra dictum decretum mittens suos subditos ad Ordines suscipiendos; si missus Ordines non suscipiat, dictas pœnas nihilominus incurrat; & negatiuam sententiam tenet Tamburinius, & Peyrinis locis citatis. Tum quòd hoc statutum odiosum est, & contra antiquissima regularium Priuilegia, quibus poterant ordinari à quocumque Episcopo, vt constat ex Casarub. *in Compend. priuileg. mendic. ver. Ordines Sacri, num. 1. 3. 9. 10. 11. & ex tom. 1. priuileg. Ordin. Minim. in Constit. 2. Iulij II. §. 6. & ex tom. 2. in Constit. 7. Pij V §. 9.* Vnde strictè est interpretandum. Tum quòd verba intelligenda sunt cum effectu, *l. 1. §. hac verba. ff. quod quisque Iur. capit. relatum. de Cler. non resid. capit. qualiter. vbi gloss. vltim. de pact. cap. si à Iudice, de de appell. in 6.*

Verùm pro affirmatiua sententia stat Garcias *in addit. part. 5. capit. 7. numer. 92.* Riccius *part. 4. decis. 118. numer. 10.* & Pater Bordonus vbi supra, *num. 66.* Quia (ait ille) etsi actus concessionis sit ordinatus ad receptionem Ordinum: nihilominus, quia in ratione concessionis habet totam suam perfectionem, & complementum ex parte concedentis, respectu cuius pœna attenditur: idèd, cum in se sit actus completus, & absolutus, nihil prohibet, quin inducat pœnæ incursionem. Nec vrgent allata à Peyrino, quia licet aliàs Prælati regulares possent dimittere suos subditos ad quoscumque Episcopos; tamen ex Decreto hoc nunc non possunt; & cum etiam constet de pœnis, & de perfectione actus; non potest inferri nisi incursio pœnatum, quidquid deinde sit de non

vlu dimissoriarum; neque ex hoc exten dicitur decretum sed intelligitur secundum verum sensum; & priuilegia illa cum iam sint extincta nihil operari possunt, defendendo superiorem ab incurso pœnarum, quando directè fuit transgressus decretum. Et bene licentia obtinuit suum effectum ex parte concedentis, licet subditus non fuerit ordinatus; nam effectus ordinationis supponit quidem licentiam, sed ab ea non pendet vt sua causa, sed ab ordinatore; licentia enim sufficienter habet suum effectum, quando obtenta fuit à perente. Et idèd ego vtramque sententiam probabilem puto, licet hæc posterior videatur mihi probabilior.

An Prælatus regularis possit excommunicare Nouitium?

R E S O L. L I X.

Negatiuè respondet Reuerendissimus Magister Sacri Palatii Vincentios Candidus, *tom. 1. disquis. 24. artic. 58. dub. 3.* quia excommunicatio secundum veriorem sententiam non potest fieri ob delictum præteritum, sed ob delictum futurum ratione contumaciæ non obediendi; sed Prælatus non potest suo præcepto obligare Nouitios, nec excommunicatione præcepto adiuncta; quia non plene Nouitij Superioribus, & Regulæ subiciuntur, nec sunt veræ partes communitatis, nec sunt admissi in corpus religionis tanquam membra illius, donec professionem emiserint: ergo. Potest tamen Prælatus, si aliquam pœnam ratione delicti commissi nouitio imponeret, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ eidem præcipere, vt pœnam illam subiret; quia ad eam pœnam imponendam in foro exteriori habet iurisdictionem: ergo poterit quoque sub excommunicatione eidem præcipere illius obseruantiam. Hæc Candidus citans Henriquez.

Sed aduersus illum affirmatiuam sententiam tenet Pater Bordonus in *consil. Regul. tom. 2. Resolut. 54. numer. 133.* nam (ait ipse) si potest secundum Candidum, cogere transgressorem ad subeundam pœnam sub censura excommunicationis; quare non potest illum excommunicare ratione contumaciæ, quia exempli gratia, non vult obedire tali ordinationi sibi factæ sub pœna excommunicationis, vt si illi præcipiat sub pœna excommunicationis, ne colloquatur cum tali persona; vel adsit ordinatio, ne quis Religiosus etiam Nouitius extra reuellet tale secretum multum præiudiciale statui religioso. Neque obstat quod quis ob delictum præcisè præteritum excommunicari non possit, quin possit excommunicari ob delictum in futurum, si illud committat, ratione inobedienciæ; in illo siquidem sensu neque Professus excommunicari potest; quia nullus excommunicari potest, nisi pro contumacia, *Gloss. ver. Mortis. cap. nemo 39. 11. quest. 3.* per iura ibi allegata; excommunicatio enim fertur, vt quis retrahatur à peccato, *capit. nouit. de Ind. est enim medicina animæ, capit. cum medicinalis de sentent. excommunicat. in 6.* ergo ordinari debet ad futurum peccatum præcauendum, & non ad præteritum iam commissum, cui idèd non debetur pœna spiritualis, sed corporalis. Nec vrget, quòd Nouitius non sit verus Religiosus, neque membrum perfectum, & incorporatum Religioni, sicut Professus; quia hæc probant solum Nouitium non esse subiectum præceptis regularibus sub ratione voti, quod nondum emisit; ex quibus tamen non inferitur, quin sit verè subditus Prælato regulari, vt suo Iudici, & Superiori volenti illum coercere, & punire, sicut castigat Professos, & quoscumque alios commensales ratione domicilij contracti, & delicti. Hæc omnia Bordonus.

Sed sententiam amicissimi Magistri Candidi approbat Sanchez in Summa *tom. 2. libro 6. capit. 10. numer. 17.* quam

quam tamen in duobus casibus limitat. Prior est, quem posuit ipsemet Candidus, quando pœnam aliquam delicti Nouitio imponeret; tunc enim posset sub pœna latæ excommunicationis præcipere Nouitiis, vt pœnam illam subirent; quia potest obligare ad eam pœnam ratione iurisdictionis, quam in foro externo ad eam imponendam habet. Ergo potest quoque sub excommunicatione præcipere illius observantiam. Posterior casus est, quando Pontifex Constitutione, aut præcepto aliquo interdiceret aliqui sub pœna excommunicationis: si enim Nouitij id præceptum violarent, posset Superior Religionis eos punire, fulminando sententiam illam excommunicationis à Pontifice comminatam transgressoribus; quia ea pœna est condigna delicto. Sicut posset quoque infligere quamcumque aliam pœnam à Pontifice statutam in transgressores, quia dum Nouitij manere volunt in Religione, est legitimus Iudex ad imponendas pœnas eorum delictis condignas. Et hanc sententiam, præter Sanchez tenet etiam nouissimè Pater Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 1. tract. 2. cap. 6. num. 16. & 17.*

An ex adulterio publico oriatur diuortium, ita vt possit adultera Religionem ingredi?

R E S O L. L X.

CUM ex adulterio publico oriatur diuortium, ex *capit. significasti, de diuor. &* Doctoribus citandis, respondeo & assero Primò, adulteram in nostro casu posse ingredi Religionem & in illa profiteri, si priùs præcedat coniugis innocentis licentia; imò puto sufficere si id sciat innocens, nec contradicat, cum possit. Ratio est, quia hoc pacto satis videtur data licentia: & scienti, ac volenti nulla fit iniuria. Vnde obseruant Doctores individualiter pro casu nostro, quòd si vxor, sententia lata à Iudice seculari de eius adulterio, vel illo notorio existente, detrudatur in monasterium pœnitentiam actura? si intra biennium illius reclusionis non illam repetat vit, poterit Religionem profiteri; ea enim repetitionis omissione censetur, iure sic disponente, consentire ingressui: habetur *Authent. sed hodie, Cod. ad leg. Iul. de adulteror.* cuius decisio iure Canonico reuocata non est, vt rectè aduertit Abbas, *cap. gaudemus, de diuortijs, num. 7.* Hostiensis, ibi, *num. 3.* Ioan. Andreas, *num. 3.* Anchatanus *num. 2.* Basiliius Ponce *lib. 9. cap. 19. n. 3.* Sanchez *lib. 10. disp. 10. num. 8.*

Assero Secundò, vt suprascripta adultera profiteatur in Religione, non esse necessarium, vt innocens etiam ad Religionem transeat, vel votum castitatis emittat; sed posse manere in sæculo absque vllò voto. Probat, quia id apertè constat *ex capit. Agathosa 27. quæst. 2.* vbi deciditur coniugem ingressum in Religionem, vxore manente in sæculo absque voto, restituendum esse vxori, nisi mulier fornicata sit. Vnde textus prohibentes mutationem status alterius coniugis, altero in sæculo manente, saltem absque castitatis voto, vt *capit. sanè, capit. cum sis, capit. significant. de conuers. coniugat.* loquuntur, vbi matrimonium integrum, & illæsum perseverat; secus vbi est diuortium. Et ratio est aperta, quia cum innocens liber sit à iugo debiti coniugalis, potest in dependenter ab vlla mutatione status adulteri ad Religionem vel ad Ordines transire. At si id non posset ita liberè adulter, certè proueniret ob fauorem innocentis, ne videlicet iuri reconciliandi, quod habet, derogetur: ergo renuntiante innocente huic fauori, poterit nocens ita liberè transire ad Ordines, vel ad Religionem vt ipse innocens. Quinimò, neque ingrediente innocente in Religionem, astringitur nocens ad illius ingressum, vt benè aduertit Sorus in *4. distinct. 36. quæst. unica, artic. 5. ad 3.* Layman *libro 5. summ. tract. 103. part. 6. 7.*

*num. 12. Coninch disput. 35. dub. 5. initio, conclus. 1. Quia textus in cap. sanè. cap. cum sis. capit. significantis, de Conuers. coniugato. exigentes mutuum coniugum ingressum intelliguntur, cum matrimonij Iura integra, & illæsa sunt; secus verò quando ob diuortium sunt diminuta. Et hæc omnia, præter Doctores citatos tenet Castrus Palau *tom. 5. disput. 3. punct. 6. § 7. num. 2. & 4.* Martinus Perez de *Matrim. disputat. 36. sect. 7. num. 3. & seq.* Hutadus *disput. 11. difficul. 8.* alij penes ipsos.*

An sit licitum aliquando falsificare scripturas?

R E S O L. L X I.

Affirmatiuè respondet nouissimè Catolus Baucius in *singular. cas. conf. cas. 53.* ante illum Emmanuel Sà, *ver. Falsarius, numero 2.* vbi sic ait: Falsare non est nec peccatum mortale, amissæ scripturæ de hereditate aut nobilitate, aliam similem facere; nulli enim fit iniuria.

Sed ego olim illum acriter impugnaui; sed quia scio aliquem cum suo Confessario (cæcus enim cæcum ducebat) in hoc scopulo naufragasse; idèd proflus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam, me citato, tenet etiam Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de *Iust. tom. 2. disputat. 40. sect. 3. num. 27.* & præter alios Doctores à me aductos, hoc etiam docet, me citato, Mazuchellus *tractat. de cas. reseruat. disputat. 2. capit. 18. quæst. 2. numero 31.* vbi sic ait: Respondeo, quamcumque falsificationem scripturæ, saltem publicæ, esse peccatum mortale, etiam si ea in nullius personæ præiudicium cedat. Et ratio est, quia talis falsificatio licet non sit contra Iustitiam commutativam, est tamen contra Iustitiam legalem, & bonum Reipublicæ, quod maximè periclitaretur, scilicet falsa instrumenta aliquando conficere. Vnde videmus falsificationes omnes, vt potè Reipublicæ maximè perniciosas, seueris legibus prohiberi: quæ prohibitio cum iusta sit, in conscientia obligat.

Adde; etiam si tale Instrumentum falsum esset iam ab alio confectum, adhuc tamen non licere illud producere, quoties adest notitia falsitatis. Casus esse posset, si de prædio aliquo litigaretur, quod Caius certò sciret esse suum, alter verò iniuste illud pereret: licet Caius non alio modo posset probare tale prædium esse suum, quàm producendo falsum instrumentum pridem ab alio confectum; adhuc tamen non posset illud producere. Et ratio est, quia malum quod sequitur Reipublicæ ex falsificatione scripturarum, præponderat illi malo, quod patitur iniuste priuatus suo prædio. Quod verum est, licet fortasse antea extitisset legitima scriptura quæ id probaret, eaque casu aliquo fuisset deperdita. Ita ille. Ad auctoritatem verò Emmanuelis Sà respondeo cum Cardinali de Lugo vbi suprà, meritò in secunda editione dictum Sà quoad hoc fuisse correctum.

Nota tamen, quòd si quis priuatam aliquam scripturam, vt syngrapham, aut apocham, qua constaret se certæ quantitati pecuniæ mutuo acceptæ satisfecisse, falsificaret; quia aliam legitimam à creditore confectam amississet, nec alio modo probare posset solutionem, non damnatum peccati mortalis. Et ratio est, quia falsificationes hæc, priuatorum videlicet scripturarum non sunt ita Reipublicæ perniciosæ: & Authores citati loquuntur tantum de falsificatione Instrumenti, quod est scriptura publica. Et ita docet Mazuchellus loco citato *num. 33.* sed de hoc aliqui dubitant, idèd tu iudica.

An Aduocatus possit patrocinare causam clientis minus probabilem, etiamsi cognoscat contrariam partis aduersa esse probabiliorem?

R E S O L. X L I I.

Casus passim accidit, & quotidianus dici potest, & de illo ego in *part. 2. tract. 13. resol. 4.* Et ad illum nouissimè negatiuè responderet Sapientissimus Pater Arriaga in *p. 2. D. Thomæ tom. 1. dispur. 26. sect. 5. num. 27.* vbi sic ait: *Querimus, an si sub opinione sit, utrum hæc res sit mea, an verò Petri; possim ego intendere illi litem ob eam rem, accommodando me tali opinioni probabili? Respondeo, si æquè probabile appareat meum Ius, ac alienum; non videri posse esse dubium, quin utrique liceat ea de reagere: tunc enim vnus cedit alteri, antequam à Iudice causa decidatur? Quæ autem in hoc sit adhibenda limitatio, intelligetur ex dicendis paulò post. Hinc à fortiori constat, cum qui probabilius habet Ius, posse licitè illud prætere. Quæ omnia, non solum de ipso litigante intelligenda sunt, sed etiam de Aduocato: etenim si mihi licet agere pro hac re; ergo Aduocato licebit me in ea obtinenda iuuare, quia per hoc non fauet causam iniustam: & sicut ego non facio alteri iniuriam tunc temporis, pro ea re litigando; ita nec Aduocatus meus, mihi fauendo, vlli faciet iniuriam.*

Sed quid si alterius Ius probabilius sit poteronè ego agere contra illum? Poteritne etiam tunc Aduocatus mihi fauere? Affirmat Vasquez suprà *capit. 1.* & pro se citat Medinam, Angelum, Armillam, Sotum; & alios; eo quòd hi sine distinctione doceant, posse Aduocatum cuiuslibet parti patrocinari, quando res est dubia, Ego verò hanc Auctorum inductionem non reputo bonam; quia valdè diuersa ratio est, quando est æquè dubia, seu probabilis vtriusque causa; tunc enim, quia vnus præ alio Ius non habet; videtur licitum esse cuiusque fauere: valdè inquam, diuersa ratio à casu, quo probabilius est Ius vnus: tunc enim ille debet à Iudice præferri, vt iam dicam, & Ius id exigit, ratioque naturalis ei fauet: ergo nec litiganti, nec Aduocato licitum est contra illum agere per se; quia id esset directè agere, vt iniuste ab altero res auferatur. Vnde Tabiena, Rosella, & alij statim citandi, expressè censent, debere secundum probabilius Ius causam decidi. Vnde ego infero eos sentire, non licere mihi tunc contra alterum agere; quia id esset me conari, vt iniquè res decideretur; quod ex se intrinsecè malum est.

Crediderim ergo in hac quæstione sic decurrendum; vt dicamus, licitum esse vtrique inchoare agere suam causam, etiamsi ab initio iudicent esse minus probabilem, quia fortè continget, vt ponderatis omnibus rationibus deprehendatur postea probabilior: vnde addendum censeo, si certo agnoscant, alienam esse probabiliorem; nec videant, vnde possit propria apparere, postea vel probabilior, vel certè æquè probabilis; debere eos desistere ab ea causa; quia tunc (iuxta paulò ante dicta) directè agerent, vt illa iniuste decideretur, quod proculdubio illicitum est; agerent enim vt eam cum minori Iure obtinerent. Ita Arriaga. Imo paulò infra, *num. 33.* sic asserit: Hinc dicet: Ergo nec ipse litigans, nec Aduocatus poterunt licitè agere contra alteram partem, quando Ius est æquè probabile, hoc autem videtur absurdum; ergo. Patet manifestè consequentia, quia quando mihi certò constat, alterum habere æquale Ius meo, non licet mihi agere, vt ille spoliatur re illa. Si v. g. cum fratre sum relictus æqualiter hæres bonorum patris, non est mihi licitum agere ne fratri quidquam detur; sed debeo esse

diuisione contentus: ergo cum paulò ante dixerimus, idem esse, quoad hoc, duos habere æquè probabile Ius, ac duos certò habere æquale Ius, in eandem rem; manifestè infertur non licere mihi agere contra alterum, nisi ad summum vt diuidatur ea res. Confirmatur: Id quod non licet Iudici, omnibus pensatis, facere; etiam non licet mihi ab eo petere, vt faciat; quia peterem, vt faceret rem iniustam. Ergo, si Iudici proposito casu non licet sententiam ferre pro me, nec licebit mihi petere, vt eam ferat. Suppono in eo casu, me litigantem cognoscere æquè omninò probabilem esse meam, & alterius causam; item me cognoscere, non posse tunc Iudicem ferre sententiam pro me. Respondeo, si adhibitis omnibus diligentis iam mihi constet, Ius meum esse æquè omninò probabile cum aduerso, non posse tunc amplius vrgere apud Iudicem, vt mihi soli res adscribatur. Quod persuadet manifestè obiecto facta, maximè confirmatio illius; idèò nego in illo consequenti vllum esse absurdum. Nego etiam propterea (absolutè stante cognitione de æquali probabilitate) me ab initio non potuisse intendere litem, & Aduocatum eam litem suscipere. Ratio est, quia tunc poteramus ambo prudenter iudicare: esto nunc mea causa appareat æquè probabilis nobis, fortè decursu litis, & Iudicibus, & nobis ipsis constabit esse probabiliorem; & mihi haud dubiè licet agere, sine fraude tamen, quidquid possum, vt meum Ius deprehendatur probabilius: licet si post diligentias omnes adhibitas appareat mihi, & Iudici æquè probabile, iam non possim amplius licitè vrgere, vt mihi res adscribatur integra, sed vt diuidatur. Hucusque Arriaga, cuius sententiam satis probabilem existimo, & ad eius probabilitatem constituendam, auctoritas tanti viri sufficeret, quæ quidem si obseruaretur, fora non ita frequentarentur, nec tot litibus mundus implicaretur.

Sed quia nec à litigantibus, neque ab Aduocatis talis sententia in praxi obseruanda erit, idèò affirmatiuè sententiæ tanquam communi adhæreo, cui etiam olim adhæsi; & quam præter Doctores vbi supra à me adductos, tenet me citato amicissimus Pater Franciscus Lugo de *Principiis Theol. mor. part. 1. cap. 3. quest. 9. n. 75.* Gaspar Hurtadus in *part. 2. tract. de bonitate, & malitia, dispur. 4. difficult. 20.* & in *2. tract. de Iudicio Forensi, dispur. 5. difficult. 3.* Baunius in *Theol. mor tom. 3. lib. 3. tract. 4. quest. 8.* Præpositus in *part. 2. D. Thomæ, quest. 19. art. 6. dub. 5. §. 1.* Palauus *tom. 1. tract. 1. dispur. 2. punct. 11. num. 2.* Salas in *part. 2. quest. 21. tract. 8. dispur. unica. sect. 11. num. 104.* Escobar in *Theol. mor. Exam. 3. de conscientia, capit. 6. numer. 20.* idem me citato tenet alter Escobar, Ioannes videlicet in *tractat. de Confess. sollicitan. part. 1. quest. 2. §. 1. num. 31.* & 32. Montelinus in *p. 2. tom. 1. dispur. 29. quest. 5. num. 208.* Perez in *Laurea Salmant. Certam. 10. dub. 2. cap. 15. num. 67.* cum alijs penes ipsos. Et ratio est, quia Aduocatus prudenter agit dum probabilis sententia ducitur ad patrocinandum, nec vlli facit iniuriam. Et iura concedunt inter dubias opiniones, vnam eligere; vt patet in *capit. Capellanus, de Feriis, capit. si virgo, cum similibus 34. quest. 2.* & in *l. Rem nouam. §. Patroni, Cod. de Iudicijs*, vbi lex non dubiam, sed dispectam causam dicit ab Aduocato deferendam. Deinde munus Aduocati tantum est proponere fundamenta pro parte sui clientis; dummodò verè recitet leges, & loca quæ adducit in fauorem illius. Et tandem contingere potest, quod illa opinio, quam Aduocatus iudicat minus probabilem, ex opinione Iudicis sit probabilior, & quòd tandem ferat sententiam in lite, conformando se illi. Ergo licitè potest Aduocatus patrocinari, sequendo sententiam, quam ipse putat minus probabilem. Vnde ex his patet responsio ad argumentum Patris Arriaga; quod etiam prorsus infirmatur, negando illi Iudicem non posse iudicare secundum opinionem probabilem

probabilem, relicta probabiliori: nam contrarium tenent satis probabiliter plures magnæ notæ Doctores, quos ego adduxi in *par. 1. traët. 13. resol. 3.* Quibus adde nouissimè, me citato, quinque doctos recentiores, Patrem Lugo de *Princ. Theol. mor. par. 1. c. 3. quest. 8. n. 66.* Machadum de *perf. Confess. tom. 2. lib. 6. pars. 2. traët. 1. doctum. 7. num. 3.* Escobar de *Confess. sollicitan. par. 2. quest. 2. §. 1. num. 28.* Samuëlium de *elect. traët. 3. disput. 4. contr. 17. conclus. 3. num. 5.* & Dicastillum de *Iust. lib. 2. traët. 2. 1. disput. 5. dub. 9. num. 281.* Et hanc sententiam præter alios, enet etiam Magister Texeda in *Theol. mor. tom. 1. lib. 1. traët. 2. contr. 7. num. 7. & seq.* Quia eo ipso, quod opinio est probabilis, est conformis rectæ rationi: ergo tuta conscientia potest quis eam sequi etiam circa causarum iudicium decisionem. Secundò, quia Confessor tenetur sequi opinionem probabilem pœnitentis, relicta propria probabiliori; dummodò assentiatur opinioni pœnitentis, & iudicet non esse falsam: ergo eodem pacto Iudex in decidendis causis potest secundum opinionem probabilem sententiam dicere, probabiliori dimissa. Tertiò, quia multoties opinio probabilior, idest, quæ à pluribus recipitur, est minus tuta, & secuta; nam teste Soto, probabilior opinio est, & à pluribus recepta illa, quæ assentit Episcopos, & Clericos esse dominos suorum reddituum; & tamen opposita est securior; similiter probabilior opinio est, quæ docet licere mutuanti recipere aliquid ultra sortem ratione damni emergentis, vel lucri cessantis; at apposita securior est, & etiam communior, & probabilior opinio est, quæ docet, posse Iudicem secundum allegata, & probata condemnare innocentem probatum nocentem, & amplexari securior, & tutior est apposita, si certò sciatur eum esse innocentem: ergo opinio probabilior non ideo amplectenda est, quia tutior, & securior.

Obiiciunt aduersarij, quia ut habetur *cap. Ioannes de spons.* in dubiis tutior pars est eligenda: ergo in decidendis causis, ex duabus opinionibus probabilibus, probabilior, & tutior est eligenda. Sed respondetur hunc textum debere intelligi, quando utraque pars habet æquale meritum: cæterum quando utraque pars est secuta, & tuta, ut contingit, quando utraque pars est probabilis; bene potest sequi opinio probabilis, probabiliori, & securiori omiſsa, cum tuta & secuta sit, aliàs enim probabilis non esset: & in hoc sensu intelligendi sunt illij textus, ut constat ex *cap. Audientiam* de homicidio, ubi eadem verba apponuntur; si enim opinionem probabilioſiorem teneremur sequi, maximis scrupulis coarctaremur, & in indaganda & examinanda opinione probabiliori, multum consumeremus tempus; & ideo credendum non est, homines tam graui onere esse oppressos. Secundò respondetur, præfatos textus sermonem texere de dubio, quod est verè, & propriè dubium; non verò de opinione, quæ non est verè, & propriè dubium; & ideo illa potest amplecti si probabilis sit.

Sod contra, quia quando Iudex decidit causam iuxta opinionem probabilem, quam esse veram credit, cognoscit simul aliam opinionem esse probabilioſiorem: ergo contra suam conscientiam agit, iuxta probabilem sententiam iudicando, prætermittens probabilioſiorem. Sed respondetur, concessio antecedenti, negando consequentiam; quia Iudex, iudicando causam secundum opinionem probabilem ex parte Iuris, probabiliori omiſsa, non iudicat secundum quod eius ratio, seu iudicium distat speculatiuè esse tutius, quale est opinionem probabilioſiorem sequi, & secundum illam, sententiam proferre; sed secundum id, quod iudicat practicè esse rationi contentaneum; & ideo, quamuis speculatiuè Iudex cogno-

scat, alteram partem esse probabilioſiorem; non tamen habet practicè conscientiam dubiam, iudicando causam iuxta opinionem probabilem, sed certam; quia iudicat licitum esse sibi hic, & nunc relicta opinione probabiliori, sequi probabilem, quam certò cognoscit veram esse; & ideo eam sequendo, non agit contra conscientiam, aut iudicium practicum, quia sequendo opinionem probabilem, & secundum illam iudicando, prudenter agit.

Obiiciunt secundò præfati Auctores: Iudex, cum sit stipendiatus à Republica pro decidendis causis, & ibi agatur de Iure proprio unicuique reddendo, debet necessariò secundum merita causæ iudicare; iudicando autem secundum opinionem probabilem relicta probabiliori, non iudicat secundum merita causæ: quare sic iudicando, non liberatur à vitio acceptionis personarum. Et confirmatur: quia maius Ius habet pars illa, quæ opinioni probabiliori nititur, quàm pars altera, cui minus probabilis patrocinatur; hac enim ratione, personarum acceptor dicitur, qui digniori relicto, Beneficium confert minus digno. Sed respondetur, argumentum tantum probare, Iudicem in decidendis civilibus causis, de quibus inter partes controuertitur Ius, debere semper in conscientia iudicare in fauorem probabilioris opinionis ex parte facti; quod nos libenter concedimus, ut bene Sotus *lib. 3. de Iust. q. 6. art. 5. ad 4.* Salonius *2. 2. n. 63. art. 4. contr. 2.* Aragonius *2. 2. q. 63. dub. vlt. ad 3.* & re vera ita est, quia Iudex tenetur semper sententiam proferre secundum merita causæ, & ideo tenetur iudicare in fauorem illius partis, cui fauet opinio probabilior, & adsunt maiora merita, & quæ intentum suum per magis solida fundamenta probat; unde argumentum nihil contra nos conuincit, qui solùm asserimus quòd-ties ex iure fuerint duæ opiniones probabiles circa textum, aut legis decisionem; si vna ex illis fuerit probabilior ea relicta, tuta conscientia posse Iudicem adherere probabili, & secundum illam iudicare. Et hæc omnia docet Texeda ubi supra; ex quibus fundamentum argumenti Patris Arriaga satis probabilitate euanescit.

Adde quod etiam admissa obligatione in Iudice ferendi sententiam iuxta probabilioſiorem opinionem; hæc obligatio non incumbit Aduocato, cuius minus est sui clientis ius proponere, ut eo attentio Iudex sententiam pronuntiet, qui forsitan probabilioſiorem esse censebit, quam Aduocatus minus probabilem existimat. Ex quo inferes Aduocatum in causa, cuius iustitia minus probabilis est, non petere à Iudice ut sententiam ferat iuxta opinionem minus probabilem; sed tantum proponere ea, quæ suo clienti fauent, ut si probabiliora videantur, quam alia, quæ in alius partis fauorem adducuntur, vel ex alio capite sunt sufficientia, ut si ex vi illorum possit Iudex in clientis fauorem sententiam ferre, eam pronuntiet. Vide Oniedo ubi infra, & Serram in *part. 2. tom. 1. quest. 19. artic. 6. dub. 4. ad 3.*

Nota verò, quòd licet hæc omnia sint tuta in conscientia, quæ ego in gratiam Dominorum Aduocatorum adnotare volui, aduersus Patrem Arriaga; tamen ego puto, quòd per plures ex ipsis scæde labuntur, & in mortale peccatum incidunt, etiam defendendo opinionem probabilem; quia non declarant partibus opinionem aduersariorum esse probabilioſiorem, sed ferè semper certè victoriam illis spondent. Dico igitur, & aures porrigant Aduocati, debere illos æquitatem, vel probabilitatem causæ sibi propositæ diligenter inspicere. Quod si reperiant illam ita parum probabilem, ut raro, vel nunquam eo loco Iudices in illam inclinent; non possunt illam suscipere defendendam, alioquin Rei

erant iniustitiz, restitueret tenebuntur. Si verò repertant illam minus probabilem, quam oppositam, sed quæ recepta sit interdum apud Iudices; debent Aduocati aperire clienti, quantam habeant probabilitatem, vel spem obtinendæ victoriæ, ne falsa promissione, vel spe clientem detinentes, & ad sumptus frustra faciendâ inducentes, peccent contra Iustitiam, & ad compensandum ei-damnum teneantur. Adde etiam, quoties Aduocati causam sibi minus probabilem suscipiunt, affirmare non posse sibi videri probabiliorem, aut æquè probabilem, quia mentirentur, & interdum perniciosè cum damno clientis. Et hæc omnia docet Pater Lugo ubi supra q. 9. n. 76. Et idèd Præpositus in p. 2. q. 19. art. 6. dub. 5. §. 1. sic ait: si consilium peratur in ordine ad forum externum, seu contentiosum, Aduocatus non potest dare consilium iuxta sententiam minus receptam; nisi saltem id ipsum declarat; quia alioquin clienti erit causa multorum damnorum, & expensarum cum tali casu valdè imprudenter se gerat, Adde, quod non iudicetur probabile, quòd Aduocatus in hoc casu possit dare tale consilium ex quo alteri apertè prævideantur grauiamna sequutura, cum Iudices cognoscantur communiter sequi contrarium; videturque hoc casu reticens sententias probabiliores teneri ad restitutionem damni, quòd cliens per tale consilium incurreret. Interim cum præfata cautione, & monendo de dubio causæ, potest Aduocatus suscipere causam dubiam, & quamcumque probabilem; quia Aduocatus non profert sententiã, nec cogit Iudicem proferre, sed solum proponit quæ Ius clientis possunt confirmare. Ita ille.

Et tandem non deseram hîc apponere verba Ioannis Henriquez in *Compen. Cas. Moral. cap. 1. §. 3. numer. 19.* sic asserens: Quando el Abogado sabe que la iusticia de su parte es prouable, y que la iusticia de la parte contraria es mas prouable, no puede defender su parte con buena conciencia, sino es auisando a su parte como tiene mayor prouabilidad la parte contraria; y este es el punto de mayor importancia de todos los que practican los juristas; y si Christianamente se mirasse, no abria tantos pleitos, y escandalos en la Republica, ni tanto estrago en las conciencias. Sic Henriquez, cui etiam adde nouissimè doctissimum Ouiedo in p. 2. D. *Thoma tract. 5. contr. 3. punct. 10. num. 110.*

An miles subditus possit militare in bello iniusto?

RESOL. LXVIII.

Affirmatiuè respondet nouissimè Emanuel Themudo in *Decisionibus Olyssiponensibus, part. 1. Dec. 93. num. 10.* asserit enim, quòd licet bellum, quoad caput, & Reges indicentes, ex iniusta causa sit illicitum; tamen quoad subditos dicitur licitum; quia necessitas facit de illicito licitum, Baldus *consil. 358. licet Latrunculus num. 2. vers. super 2. lib. 2.* quem refert, & sequitur Card. Tusch. *verb. Bellum. concl. 35. num. 5.*

Amicissimus, & doctus Caramuel putat hunc casum esse impossibilem; sic enim ait, in *Theolog. mor. lib. 3. q. 2. numer. 1412.* An miles, certò sciens causam belli esse iniustam, possit militare? Respondeo casum esse impossibilem. Bella enim arcano consilio & sine gerantur, nec causa cognoscitur à milit. gregario. Supponendum est enim multa arcana militibus celari, pauca exponi. Ovvenus nomine Scholastici.

Scire tuum nihil est, nisi scire tuum sciat alter.

ait, & nomine Politici sublumit;

Si sciat hoc alter, scire tuum nihil est.

Sæpè enim expedit rem ipsam fieri, causas & motiua

ignorari. Si dubites, legas libros Politicos. Franciscus Guicciardino Hypomnesis I. Princeps legati sui operatum circumuenturus, primò omnium Legatum ipsam decipiat, oportet. Ergo cum in rerum politicarum mysteriis sit recondita veritas, & color solus extrinsecus oculis proponatur: impossibile est alium præter Principem (aut fortè etiam intimos Consiliarios ipsius, sed & hi solent decipi) cognoscere certò veram ætatorum causam.

Dices etiam illam posse euidenter inferri; nam Principes manifestationes, & iustificationes suas curant edicere, ne iniqui à populo credantur; ergo si causæ, quæ publicantur, tales sunt, vt bellum euidenter iniustum erendum sit, necessario tenendum omissas esse debiles; quia alias imprudenter omissæ; deberent enim potius vt clarior esset causæ iustificatio.

Sed nego manifestationes edicere, ne Principes iniqui credantur; id enim non semper omnes curat; nam edicuntur, vt potentius Aduersarios impugnent. Si Græci haberent contra Albanos iustas bellandi causas, secretas tamen, & nihilominus sibi ab aliorum fortitudine, & numerositate timerent: possent illis declarare bellum, quòd Tarquinij filium à Romanis profugum amice receperint. Sane hæc causa non esset sufficiens, vt bellum diceretur iustum, & tamen aliàs esse iustum supponitur, & hunc colorem quæsitum, vt prouocarentur Romani Albanos inuadere, & Græcos Romanam auctoritatem propugnantes iuuare. Hucusque Caramuel.

Sed Ego inuenio Doctores communiter supponere bellum Principis posse constare esse iniustum, vt patet penès Patrem Franciscum Lugo de *Princip. Theol. mor. part. 1. cap. 3. quest. 12. num. 89.* & idèd reicienda est prorsus opinio Themudi, quam superius posui; quòd bellum iniustum est de se illicitum: ergo necessitas non potest illud de illicito licitum facere; & contrarium asserere, est error manifestus, & dignus graui censura. Dico igitur, quòd si miles subditus sit, quoties ipsi non constat de iniustitia belli, potest obedire, quia tunc presumere debet bellum esse iustum. Sic decidit Augustinus in *cap. quid culpatur. 23. quest. 1.* & docent Valentia, *tom. 3. disput. 3. quest. 16. punct. 2.* Vazquez *1. 2. disp. 66. cap. ult. Molina tom. 1. tract. 2. disp. 113. col. 3.* Navar. *lib. 2. de Rest. cap. 3. part. 2. dub. 12. num. 260.* Thomas Sanchez *lib. 9. Decal. cap. 3. num. 15.* Salas *tract. 8. sect. 26. num. 266.* Villalobos *tom. 1. tract. 1. difficul. 18. Suarez de Charitate disp. 13. sect. 6. num. 8.* Nec tenetur subditus inquirere iustitiam belli dum est dubia negatiua, quia scilicet nulla specialis ratio suadet iniustitiam illius. Quare tunc potest, imò tenetur, si iubeatur, pro suo principe militare. Si vero subditus habeat dubium positium, & probabile putat vtriusque partis opinionem, poterit, quam maluerit, amplecti. Si tamen rationes, ita suadeant Iniustitiam, vt non appareat contraria pars probabilis, tenetur amplius disquirere veritatem, ne periculum subeat iniuste pugnandi. Sic Suarez supra; & Castro Palaus *tom. 1. tract. 1. disput. 2. punct. 8. num. 2.*

Sed non deseram hîc apponere sententiam Pauli Arriaga *tom. 1. in p. 2. disp. 25. sect. 5. num. 36.* vbi ita asserit: Vtrum subditus indoctus, qui non potest discernere, quando sit causa iusta, aut dubia, teneatur sepe obedire superiori præcipienti? V. g. Rex vocat milites ad bellum, miles dubitat, vtrum sit bellum iniustum, an possit, & teneatur obedire Regi? Suppono, quòd ille dubitat non solum de belli iustitia, sed etiam an sibi liceat ire ad illud bellum; certum sit non posse nisi deposito eo dubio; quia operarij cum conscientia dubia circa ipsam actionem hîc & nunc, peccatum est ergo difficultas vtrum ille possit sic discurrere; Responderet debet dignoscere causas iustas belli, & ipse est bonæ conscientie.

conscientiæ; suppono ergo illum benefacere, ideoque & mihi licere illum sequi? Respondeo primò, Si dubium de iustitia belli sit purè negatiuum, quia neque pro illo, neque contra illud vllam habet subditus rationem, omnino teneri; nam possessio stat pro Rege: non enim debet sine vllò planè fundamento de eo. præsumi delictum, quale esset iniustum bellum indicere. Si verò dubium sit positium ob aliquas rationes, v. g. quia scit subditus sæpè eum Regem iniusta bella mouisse, vel quia videt contra Catholicos in fauorem hæreticorum, vel ob alias rationes, quas ipse non scit soluere, quæque ipsum tenent perplexum; purarem omnino tunc temporis non posse ex sola præsumptione, quòd alter sit Superior, iudicare sibi licitum esse illud bellum; est enim subdito ipsi iam Rex suspectus; debet ergo in tali casu alicui homini docto suum dubium proponere, & consilium ab eo petere: quòd si ipsi dicatur, Hæc quidem ratio habet aliquam difficultatem; Rex tamen ob alias causas iustiores, & præponderantes, quæ non debent manifestari aliis, potest licitè inferre, &c. tunc poterit sine scrupulo ad bellum illud ire. Hæc Arriaga.

Verùm obiter in gratiam Curiosorum ponam hic alterum dubium. Quid dicendum si amicus à quo Rex petit auxilium, dubitet de iustitia belli? Ad hoc dubium responder supra Pater Arriaga; & quia Codex non ita facilè inuenitur, accipe eius verba. Difficultas est, vtrum si Rex ab amico aliquo petat auxiliũ pro bello, & dubia sit amico iustitia belli; possit iste per extrinseca principia de bonitate Regis præsumere illum habere iustas causas, eumque iuuare. Siluester *verb. Bellum 1. quest. 9.* assignat discrimen inter subditos, & amicos, de illis asserit, de his negat. Displicuit id Patri Vazquez supra, *num. 53.* ait enim; sicut amicus non potest ire ad bellum dubium, nisi per extrinseca principia deponat dubium; ita nec subditus: & sicut subditis non tenetur Rex manifestare causas belli, ita nec amici sæpè potest: ergo eadem est ratio de amicis, quæ de subditis. Mihi tamen probabilior videtur ea sententia Siluestri, nam, cum subditus sit in certa obligatione obediendi Domino, & Dominus in possessione iuris ad mandandum; non potest eximi ab ea obligatione obediendi, & sequendi Regem per solum dubium circa iustitiam belli: at amicus, qui ex nulla obligatione obediendi, aut iuuandi, neque ex vlla præsumptione iuris, sed omnino liberè, & spontaneè concurrat, maiorem debet habere de belli iustitia rationem. Quòd enim quis in dubium aliquod cum minori obligatione se intrudit, minus operatur prudenter. Fateor ergo non esse necessarium, vt in particulari causas belli Rex manifestet, etiam amicis; at si amicus habeat tam efficacem rationem in contrarium ad iudicandum bellum esse iniustum, vt non possit dubio satisfacere; & in communi vltimè audiat esse alias æquè fortes causas in contrarium; cum enim eas, quæ contra bellum sunt, ipse agnoscit, & alias ex sola ea testificatione non ita apprehendat; ac denique etiam quando iniuste pugnatur, solet licet semper esse iustas causas pro eo bello; vix poterit excusari, si tunc annuat vocanti, nisi perpenis omnibus rationibus deprehendat se nullas habere positivas rationes contra æquitate belli, sed purum negatiuum dubium, quòd scilicet non sciat, quæ sint pro bello, tunc enim libenter admitterem cum Patre Vazquez illum posse annuere vocanti, cogitando sic, mihi in contrarium nihil occurrit, & aliunde Regem suppono esse bonæ conscientie; ergo potero illum iuuare.

Addo pro maiori huius rei intelligentia, etiam si absolute bona personæ conscientia, magna sit præsumptio ad iustificandas illius actiones; in Regibus tamen

Antonini Diana, Pars I X.

magnum esse sæpè in his rebus errorem: contingit enim eos habere iuxta se ministros, qui propter propriam vtilitatem, vel ex malitia, vel quia ab aliquibus subornati sunt, vel quia ex bello sperant magnum lucrum, vel ob alias causas, ita diminutè rationes in contrarium Regibus proponunt; proprias verò ita fortiter, vt Rex putet inuincibiliter se habere iustam causam, vbi re ipsa iniquissima est; & quia nihil ad Regem immediate peruenire potest, sed omnia per eos ministros; & sicut rerum colores per vitra varij coloris immutantur, vt quæ alba sunt, appareant viridia; & viridia rubra, ita, &c. inde fit, vt non possit quis, quantumuis de bona conscientia Regis ei constet, facere inde præsumptionem de belli iustitia. Vnde amici, ad quos liberius perueniunt rationes in vtramque partem, quando habent potentes rationes contra iustitiam belli, & nunquam audiunt alias sufficienter compensantes; meritò possunt, & debent timere, ne ibi fraus lateat, & Rex decipiat; ideoque non sufficienter excusabuntur, si leuiter credant: neque iuuabuntur ob bonam Regis famam, nisi etiam ipsius ministri, & à prudentia, & à timore Dei reddantur in hoc puncto, & in aliis, omni suspicionem maiores: tunc enim facilius, credi potest, eos habere iustas causas, etiam si eas non vulgent passim. Et hæc omnia docet Arriaga loco citato; cui Ego etiam adhæreo: & vtinam hodie ab aliquibus considerarentur.

An si in Pyxide continente plures particulas consecratas misceatur aliqua non consecrata, validè Sacerdos illam consecrare, si non dignoscitur.

R E S O L. LXIV.

Negatiuam sententiam mordicus sustinet Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Lugo *de Sac. Euchar. disput. 4. sect. 7. num. 136.* vbi sic ait: Infero secundo probabiliter sequi, si multis Hostiis consecratis misceatur vna non consecrata, non posse postea illam consecrari, dum non dignoscitur, quæ sit, quod ex dictis videtur colligi; quia illa Hostia secundum talem statum non potest determinatè ostendi, & designari. Adde, quòd sæpè contingeret illam Hostiam esse infra alias consecratas, & per consequens non haberet præsentiam sufficientem: sicut si tegetetur Tabula, vel Lapide superposito; nam licet cum aliis simul posset consecrari; quia omnes illæ per modum vnus habent præsentiam; tamen ipsa seorsim ab aliis non habet prædictam præsentiam expeditam secundum se. Nemo enim in communi sermone loquens de vno nummo aureo posito in profundo loco sub mille aliis argenteis, & omnino latente, dicit: hæc est moneta aurea; illæ enim voces, quando ad vnã solam ex multis applicantur, intelliguntur de illa, quæ est in prospectu, non de illa, quæ omnino latet. Ita ille; qui postea, vt semper solet, acutè, & solidè respondet ad plura argumenta, quæ in contrarium adduci poterant. Hanc etiam sententiam tenet Garcias *in Theol. mor. tract. 3. difficult. 9. punct. 2. num. 16. & 17.* vbi sic ait: [Infero de lo dicho, que si hecha la consagracion se mezclase vna gota de vino con las species Sacramentales, no podria consagrarse, porque no podria verificarse el pronombre, Hoc, pues, no puede señalar en particular la materia; lo mismo es si mezclasen vna Hostia no consagrada con otras consagradas, y no se conociese. Ni vale dezir, que si aquella Hostia estuuiera debaxo de las demas quando se consagrauan todas, quedara consagrada; luego aora tambien

Z 2

bien lo hà de estar, que a esto respondo concediendo el antecedente, y negando la consequencia; porque en aquel caso todas que dauan consagradas, pues estauan todas presentes, per modum vnius, pero acà, no pueden señalarse las ocho que se han de consagrar, y no se han de consagrar mas, que alla todo se consagra. Ni tam poco vale dezir, que si vno quiere consagrar la mitad de la Hostia, podra señalando qual, y sera valida la consagracion: como le tienen Suarez, Vasquez, y con otros, ser verdad, que no podra señalar distintamente la linea, que diuide lo consagrado, de lo que no lo es; luego lo mismo hemos de dezir en nuestro caso, que a esto respondo, que para que valga la consagracion de la media Hostia, basta que humano modo se pueda distinguir, aunque no pueda señalarse metafisicamente el vltimo termino, y por lo menos ya se puede señalar la vna parte distinta de la otra quando se hà de consagrar; però en el caso que arriba pusimos de mezclar la Hostia no consagrada, o gota de vino con lo de mas non consagrada, no se puede señalar ni a vn humano modo, lo que se ha de consagrar, y assi no corre la misma razon.] Ira ille.

Sed affirmatiuam sententiam tenet nominatim contra Lugo, Amicissimus Pater Auerſa de *Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 2.* vbi ita asserit: Dubitatur quoque num hæc determinatio debeat fieri modo accommodato ad humanam noticiam, ac designationem eiusdem Sacerdotis consecrantis, id est si admisceantur aliqua Hostia non consecrata aliis consecratis, quæ discerni non possint; vel vinum non consecratum vino consecrato, & Sacerdos determinet consecrare illud quod consecratum non est, an talis determinatio valeat, & sufficiat ad conficiendum Sacramentum. Non valere, & non sufficere censet Lugo, eo quod non bene adaptetur Pronomen *Hoc*, abique determinata notitia, ac designatione certæ materiæ. Viderur tamen valere, & sufficere. Nam certè in sententia asserente, aquam in Calice non conuerti immediatè in sanguinem, quando adest aqua mista vino, humana notitia, ac designatione discerni non potest vtrumque, & tamen Sacerdos intendens consecrare, verè conficit Sacramentum sanguinis Domini. Ita Pronomen *Hoc*, satis adaptatur super illam materiam, quæ re ipsa determinata est, licet humano modo non discernatur. Hucusque Auerſa.

Verùm, hoc non obstante, posset quis in fauorem Cardinalis de Lugo asserere, quod in casu apposito à Patre Auerſa, Pronomen, *Hoc*, non solùm adaptatur super materiam determinatam, sed etiam illa humano modo discernitur: nã maior pars, quæ est in Calice, est vinum: quod à Sacerdote non solùm designatur, sed videtur; quod quidem non accidit in casu Particulæ non consecratae inter alias non consecratas admixtæ, & idè super illam non potest adaptari Pronomen, *Hoc*, sicut non adaptaretur, si Eques inter decem viros plebeios permixtus diceretur, Hic est Eques. At sententiam Patris Auerſa docet Laymann in *Theolog. moral. lib. 5. tractat. 4. cap. 2. numer. 12.* vbi sic ait: Simile est si contingat, formulas non consecratis Hostiis confundi, seu misceri; potest ac debet totus cumulus ad Altare deferri, vt Sacerdos intendat consecrare illas tantùm, quæ consecrationem non acceperunt. Etenim necesse haud est, vt Sacerdos omnes partes materiæ consecrandæ distinctè, ac singillatim cognoscat, & intendat. Ita ille.

Verùm, quid Ego sentiam dicam breuiter. Assero itaque cum Lugo non posse absolutè illam solam particulam consecrari; puto tamen posse consecrari sub conditione: nam optimè potest Sacerdos in eo casu intendere consecrare quicquid ibi est panis non consecratus, aut totum quod in Pyxide est sub conditione si non

est consecratum; & hoc fatetur, & concedit ipsemet Lugo. Difficulus tamen est, an in tali casu Sacerdos debeat ita consecrare. Lugo negat, vbi suprà, numero 139. sic enim asserit: An verò possit licitè consecrare sub conditione omnes, vt non maneret mixta illa alia non consecrata, non video necessitatem sufficientem ad reiterandam formam sub conditione super illas omnes Hostias consecratis; omnia enim inconuenientia possent alia via facile vitari, dando v. g. singulis in Communione duas ex illis particulis; sic enim certum est, singulos accipere aliquam hostiam consecratam. Alioquin liceret etiam iterum sub conditione consecrare Calicem, in quem post consecrationem casu infusa fuisset gutta vini non consecrati; quod tamen nemo admittet, quia nulla est necessitas reiterandi formam, cum non sequatur inconueniens ex eo, quod totum illud sumatur per modum vnius. Ita ille. Sed Ego contrariæ sententiæ adhæreo, quam docet Paulus Laymann vbi suprà, lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 12. cui adde Leandrum de *Sacr. tom. 2. tract. 7. disput. 8. quest. 79.* vbi nominatim contra Eminentissimum Cardinalem de Lugo firmat in tali casu, posse, & debere Sacerdotem consecrare sub conditione omnes illas formas, vt non maneret mixta consecratis illa alia non consecrata, quæ sufficiens ad reiterandam formam, adest necessitas, cum non possint facillè inconuenientia futura vitari (quicquid Lugo dicat) etiam dando singulis in communi duas particulas. Primò: quia licet tunc esset certum, singulis accipere aliquam Hostiam consecratam etiam esset certum, aliquem eorum adorare, & sumere aliquam Hostiam non consecratam, pro consecrata. Secundò, quia si non vna solùm, sed tres, aut plures Formæ non consecratae, mixtæ essent pluribus consecratis; tunc saltem non esset certum singulos accipere aliquam Hostiam consecratam. Ergo sufficiens esset necessitas, vt omnes illæ Formulæ sub conditione consecrarentur. Hæc omnia Leandrus.

Et post hæc scripta inuenio hanc sententiam docere etiam nominatim contra Cardinalem Lugum, in suis eruditissimis Disputationibus Scholasticis, & Moralibus de Sacramentis Doctissimum Patrem Ioannem Dicaillium, qui in editione Antuerpiana apud Cæsarem loachin Trognælium anno 1646. tom. 1. tr. 8. disp. 2. dub. 12. n. 227. sic asserit: Quætes, an, & quomodo possit valide consecrari vna Hostia non consecrata admixta aliis consecratis, ita vt dignosci non possit? Respondeo (quidquid aliqui dicant) posse consecrari intentione conditionali, qua quis totam materiam, & singulas Hostias velit consecrare, si non sint consecratae; tunc enim Pronomine, *Hoc*, omnes, & singulas Hostias designat, esto inutiliter iam consecratis designaret: quod admittit Lugo, disput. 4. num. 139. & satis per se patet. Deinde posset singillatim repetita consecratione super vnamquamque; licet enim malè faceret sic absolutè profereudo verba super singulas, tamen, si faciat, certò consecrabit illam, quæ non erat consecrata, etiam si consecrans ignoret, quæ sit ex illis: quod etiam videtur satis clarum. Addit Lugo non videri necessarium ad euitanda inconuenientia illam Hostiam consecrare; quia ea inconuenientia possunt facillè vitari alia via, dando scilicet in Communione duas ex illis particulis; sic enim certum esset singulos accipere Hostiam consecratam. Verùm neque sic video omnia inconuenientia vitari: nam tunc aliquis illorum vel communicaret non ieiunus, vel exponeretur periculo sic faciendi, vel saltem (vtcumque melius succedat) simul comedet panem vsualem, & Eucharistiam: quod si non est necessarium ad perfectionem Communionis (vt solet esse necessarium in ablutione post acceptam Hostiam)

Hostiam) aliquod apparet inconueniens, & in consecratione conditionali non ita apparet. Accedit, quod communiter solet doceri, non licere dare Hostiam non consecratam peccatori (etiam id scienti) quamuis sit ad vitandum graue damnum; & licet non ignorem paucos esse, qui putent licere simul apposita adoranda Hostia consecrata cæteris præsentibus, quos refert Diana 4. par. tract. 4. resol. 67. nemo tamen, quæ viderim, docet id absque urgente necessitate. Ergo non ita vitantur inconuenientia, vt Lugo putat: ideo tunc satius esse puto ubi conditione consecrare (in quo non video inconueniens) totam materiam modo prædicto. Quid autem faciendum sit de gutta vini infusa Calici iam consecrato, quæ non potest assignari per Pronomen, *Hic*? Ego licet verè posse consecrari, etiam per modum vnus dicta forma sub conditione super totam materiam, sicut diximus de Hostiis, vel potius sic sumendum totum; sicut quando musca, vel aliqua alia res (quæ facilius posset extrahi, & sicari, & comburi, & mitti cineres in Piscinam; iuxta Missalis præscriptum) iumenda est simul cum sanguine: nam in nostro casu non est separabilis illa particula. Hucusque Dicastillus contra Lugo.

Sed in eius fauorem potest adduci Rubrica Missalis, *it. de Defectibus, &c. num. 8.* vbi sic habetur: Si sumenlo Sanguinem particula remanserit in Calice, digito ad abium Calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat Vinum & sumat. In quo ultimo modo à Rubrica appposito quis bibit Vinum vsuale, & simul Panem Eucharisticum comedit, imò in hoc casu tiam potest accidere vt sumat Eucharistiam non Ieiunus: nam potest prius Vinum non consecratum bibere, quam illam particulam deglutire. Ergo modus ille distribuendi particulas binas à Cardinali Lugo appositus, non videtur continere absurda, quæ in ipso notauit Dicastillus. Respondere tamen quis posset, esse discrepantem rationem inter vtrumque casum: nam in casu Missalis, particula illa consecrata necessariò debet sumi à Sacerdote, nec alius modus inuenitur, nisi appositus in illa Rubrica: sed in nostro casu, particula illa non consecrata potest sumi alio modo, videlicet illam validè consecrando, vt concedit ipsemet Lugo: Ergo debet consecrari, & non ministrari, vt ipse vult; cum illis inconuenientibus notatis à Leandro, & Dicastillo, quæ tamen ratione necessitatis non possunt vitari in casu appposito in Missali, & ideo ex necessitate permittuntur. Secundò dicendum videtur, quod casus appositus ab Eminentissimo Lugo, posse saltem practicari si illæ particula consecrata, in qua mixta fuit particula non consecrata, conseruarentur in Tabernaculo & sumerentur à singulis Sacerdotibus in Missa post sumptum Sanguinem, non binæ, vt ipse vult, sed vna post vnã, tunc quidem non sequerentur absurda, quæ notauit Dicastillus, & Leandro, vt de se patet. Ergo, &c. Sed nec alius modus videtur admittendus: nam Sacerdos in Missa non potest sumere particulas præconsecratas post sumptam Hostiam, & Calicem, nisi ex aliqua necessitate, vt patet ex consuetudine Ecclesiæ. At in nostro casu Sacerdos celebrans non habet necessitatem sumendi illas particulas, eo modo, vt præscribit Cardinalis Lugo: nam potest illas consecrare sub conditione, vt ipsemet concedit, & relinquere, vt alij modo consueto illas sumant. Ergo, &c. Cùm itaque nodus appositus ab Eminentissimo Domino meo Cardinali de Lugo, in ordine ad distribuendas illas particulas non consecratas, non careat maximis difficultatibus, vt visum est, & satis probatum; existimo in casu contingenti, Sacerdotem posse dictas particulas sub conditione consecrare, eo pacto quo supra ex Leandro, à Dicastillo notauimus. Si quis autem se-

Antonini Diana, Pars IX.

qui vellet opinionem Eminentissimi Cardinalis, habebit etiam Auctorem ex nostra Religione, nempe D. Siluestrum de Afflicto nunc Episcopum Noceræ, qui hinc Romæ in sua Lectura sententiæ Cardinalis adhæsit; qui quidem Eminentissimus quantæ sit auctoritatis, nemo nescit si literas scit. Et hæc satis dicta sint in difficili, & curiosa Quæstione, non satis apud plures Auctores obuia.

Sed in gratiam curiosorum, ponam hinc etiam aliud dubium difficile, & practicabile; videlicet, Quid dicendum sit, si Sacerdos in Sacristia dixit velle consecrare Pyxidem cum particulis, & postea Sacrista ipso non vidente, dum legeret Euangelium, apposuit Pyxidem in Altari in cornu Epistolæ; an inquam illæ particula dicendæ sint consecratæ, licet Sacerdos de illis in consecratione Hostiæ non meminerit? Hic casus fuit alibi à me pertractatus, nunc addam Auctores præter ibi citatos. Dico igitur, quod negatiuam sententiam tenet Magister Candidus in *Disquisit. Moral. tom. 3. disquis. 2. artic. 2. dub. 72. num. 87.* Ioannes Vviggers de *Sacram. in 3. part. quæst. 74. artic. 2. num. 3.* & Castrus Palaus *tom. 4. tractat. 21. disput. vnica, punct. 6. num. 3.* vbi docet, quod formulæ, si incio Sacerdote in Altari essent depositæ, ipseque Sacerdos illarum ignarus esset, nullatenus consecrarentur, quia nullam intentionem, etiam virtualem habuit illas consecrandi. Secus verò esset, si ipse Sacerdos, vel alius ex eius beneplacito eas formulas consecrandas ante Offertorium deferret: nam eo ipso voluntatem habet eas consecrandi, ex qua voluntate consecrantur, tametsi tempore consecrationis illarum obliuiscatur. Quod intelligendum est, dummodo sint super Altare sacrificij, hoc est super Aram; nam si iuxta existant, & illarum oblitus fuerit, nequaquam sunt consecratæ, quia non est præsumendum Sacerdotem indebitè, & illicitè consecrationem facere voluisse. Et ita etiam me citato tenet Auerfa de *Sacram. Euchar. quæst. 2. sect. 2.*

Confirmatur supradicta opinio ex alia simili, quam adducit Garcias in *Theol. mor. tract. 3. difficult. 9. dub. 3. punct. 2. num. 18.* vbi sic ait: Difficultad tiene este caso: Saco vn vaso de formas para consagras, ò quando salgo à dezir Misa lleuo en la patena diez; ò doze formas para dar la comunion antes de ofrecerlas, con las acciones de la Misa y viento, se cae vna dellas sin verlo yo, y se pone debaxo el corporal, ò palia; ofrezco; y consagro las que tengo sobre la patena, ò vaso: Pregunto, la que se cayò quedará consagrada? Parece que si, porque para consagrarla la saque yo, y tuue entorces intencion actual de consagrarla, luego acra rendè yo virtual, luego eso bastará: Con todo eso lo contrario tengo por mas cierto; porque aunque es verdad que al principio se incluyó en la intencion actual, pero despues quando ofreci, y consagrè la exclui, pues mi intento no fue consagrar mas de lo que tenia delante, y, la que estaua debaxo del corporal no lo estaua. Ita ille.

Sed hoc non obstante affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandro de *Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 8. q. 83.* & Ioannes Præpositus in *3. par. D. Thoma, quæst. 74. artic. 2. dub. 3. num. 19.* sic asserens: Difficultas est de sequenti casu: Contingit aliquando Sacerdoti existenti in Altari afferri à ministro formulas consecrandas, & poni quidem super Altare, sed extra corporale, ibique relinqui à Sacerdote id aduertente: Difficultas, inquam, est, num eo casu sint consecratæ? non videntur consecratæ, quia Sacerdos non videtur habere intentionem consecrandi eas extra corporale positas, cum id absque peccato facere non possit, non est autem præsumendum velle peccare. Respondetur, moraliter loquendo, censendas consecratas; Sacerdos enim, qui inter celebrandum

dum aduertit reponi formulam vnam, vel plures, vt eas simul cum principali consecrat, habet voluntatem consecrandi, decernens tamen prius eas decenter collocare super corporale, ita vt respectu illarum formularum non tantum habeat actum, qui explicatur per, volam consecrare, & sit solum voluntas volendi, sed habet eum, qui explicatur per, volo, & est præfens voluntas consecrationis futuræ, ex qua voluntate etiam in futurum procedit in facto, nec eliditur ea voluntas ex eo quod ex naturali inaduertentia non reposuerit super corporale huiusmodi formulas ante consecrationem; vnde communiter excusatur à peccato, eò quod inculpate omittat formulas ante consecrationem super corporale reponere, & verè consecrat, quia non obstante naturali inaduertentia eius quod facere debuerat, manet virtualis intentio has formulas consecrandi. Hucusque Præpositus, & ego probabilem vtramque sententiam esse puto, licet priori adhæream.

An offa panis in vino sit materia vtriusque, vel alterius Consecrationis?

R E S O L. L X V.

CAsus est curiosus, & inter duos viros Doctissimos agitur, videlicet inter Eminentiss. Cardinalem de Lugo, & Patrem Ioannem Dicastillum. Ratio dubitandi est in primis pro Pane, quia adhuc perseverat in ratione Panis, & per modum cibi: ergo nihil deficit, vt possit consecrari. Pro vino verò, quia etiam si sit intra poros, seu foramina panis, adhuc est vinum, & quasi in vasculis, seu receptaculis. Nam si fierent ex metallo, auro, argento, aut alia materia vascula tam parua, sicut sunt pori, & cavitates panis, & diceret verba Sacerdos eum sufficienti intentione, & aliis requisitis ad valorem, non apparet cur negandum sit, consecrationem valere: parum ego refert, quòd vascula, & receptacula sint ex pane.

Verùm negatiuam sententiam docet, Eminentissimus Cardinalis, de *Eucharist. disput. 4. sect. 1. num. 12.* vbi sic ait: sit consequenter, si vinum esset imbibitum in offa panis, non posse tunc consecrari, licet possit antea consecratum retinere tunc consecrationem: ratio autem discriminis est, quod tempore consecrationis debet designari per Pronomen, *Hic*, dum autem continetur intra micam panis, non bene designaretur: illud enim non solum est vinum, sed etiam panis: at verò semel consecratæ species possunt retinere Christi sanguinem; quia ad hoc non est necesse, quod possint designari per illud Pronomen. Ita Lugo.

Sed Dicastillus aduersus illum, de *Sacramentis tom. 1. tract. 4. disp. 2. dub. 5. n. 91. & 92.* sic asserit: Esto Pronomen debeat significare substantiam, cuius sunt illa accidentia, & substantia non solum sit vinum, sed etiam panis, quid tamen si Sacerdos supra materiam panis, & vini coniunctam dicat vtriusque materię formam: Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, dirigendo intentionem priorem verborum ad panis, & posterio- rum ad vini materiam? Vnde sumitur etiam argumen- tum, quia, si de facto ponantur multæ particule panis triticeæ, & Sacerdos dicat verba, Hoc est corpus meum, dirigendo intentionem non ad omnes, sed ad aliquas; etsi omnes habeat simul & permixtas coram se, tunc nemo negabit consecrare illas, ad quas dirigit; & non obstabit, quòd sint loco coniunctæ particule, ad quas non direxit intentionem, vel quæ non sunt panis triticeæ, etiam si Pronomen, *Hoc*, ex se aptum esset ad significandas omnes particulas; sufficit enim, quòd dirigatur, & restringatur per intentionem proferentis ad capacem, & intentam materiam. Pari ergo ratione

etiam si panis, & vinum in offa sint loco coniuncta, & quasi penetrata, poterit Sacerdos, dicens, *Hoc est corpus*, dirigere ad panem, & dicens, *Hic est Sanguis*, &c. dirigere ad vinum. Eodem modo possemus dicere de grano vuz; nisi enim obstaret quod supra diximus, sic scilicet, ibi mustum per modum cibi (ad eò vt frangeret le- iunium, & censeretur manducare, qui vvas eo modo comedere) etiam si aliæ partes vuz, quæ non sunt ille succus, sint simul cum inulto, sufficeret, quòd intentio Sa- cerdotis dirigatur ad mustum, vt Pronomen, *Hic*, signifi- caret mustum, imò licet ad omnia ibi contenta dirigere intentionem, & vellet significare per illud Pronomen, non obstaret, quominus saltem materia capax consecra- retur; sicut consecrarentur particule triticeæ, quæ sunt simul cum non triticeis, etiam si Sacerdos vellet omnes consecrare; tunc enim verba, quæ sunt sufficientia conse- crare materiam capacem, non impedirentur ab effectu in tali materia propter simultatem localem materię in- capacis (vt aiunt Iurista, loquentes de Contractibus, Conuentionibus, Dispositionibus, & similibus) vnde per inutile non vitiatur.

Propter hæc, & alia quæ omitto, existimo satis probabile quòd vtraque materia possit consecrari valide, quamuis illicite, dummodò vtraque maneat sensibilis. Quia, si tam parua esset guttula vini, vt intra panem con- funderetur; defectu sensibilitatis desineret esse conse- crabilis. Sicut particula vini ingerti copia aquæ infusa, etiam si physicè nondum sit in aquam conuersa, non est consecrabilis; consecrabilis alioquin si maneat adhuc sensibilis, vt si vel congelata, vel ita crassa sit, vt post infusionem adhuc maneat sensibilis. Negandum ergo est, vinum intra cavitates panis receptum, non manere in ea offa sub ratione potus, & sufficienter sensibile, vt poterit. Quod si dicimus offam comedere, non verò potare, hoc est propter panem, qui vt crassior & sensibilior materia præualeat: in vva verò omnia sunt per modum cibi, vt dixi. Hucusque Pater Dicastillus,

Sed ego, vt verum fatear, magis adhæreo opinioni Eminentissimi Cardinalis, qui poterat in fauorem suæ sententiæ adducere duos doctissimos viros Molanum Professore Louaniensè in *Conuention. Theolog. Pract. tract. 4. cap. 7. concl. 3. n. 33.* & Cornejum Carmelita- num Professore Salmanticensè, qui in *3. part. tract. 4. q. 75. art. 5.* hæc asserit: Obiicies: vinum congelatum potest consecrari, quamuis non sit proxime potabile, nisi prius liquefiat; ergo etiam mustum, quamuis non sit proxime potabile, nisi mediante expressione. Conse- quentia videtur euidens, & antecedens probatur, quia species vini consecrari retinent sanguinem Christi post congelationem: vnde si contigerit calicem consecratum congelari, debet liquari, & sumi, vt præcipitur in Missali ergo etiam poterat à principio consecrari. Respondetur negando consequentiam: quòd licet admittamus cum Suarez, & Vazquez, contra Sotum & Valentiam, esse eiusdem speciei, quod tamen ipse Soto negauit; nihilominus expressum est in forma potabili: minime non ex- pressum, sicut propter eandem rationem non potest consecrari vinum, quo panis madefit, quamuis retinet speciem, & naturam vini, quia solum non est in forma potabili. Ita Cornejo, quem nouissimè sequutus est etiam Theologus Complutensis Pater Leandrus de *Sacramentis tom. 2. tract. 7. disp. 8. quæst. 31.*

Itaque ex dictis assero, offam in vino non esse conse- crabilem quoad speciem sanguinis; quia illud vinum non potest tempore consecrationis designari per Pronomen, *Hic*. Dices per Pronomen, *Hic*, potest designari vinum in Calice coopertum, vel in aliquo vasculo con- tentum: ergo poterit per Pronomen, *Hic*, etiam desi- gnari in nostro casu vinum contentum in offa panis. Respondeo, vinum in Calice cooperto, & in vasculo re- cluso, contineri ibi per modum potus, & ideo potest de- signari

signati per Pronomen, *Hic*, sed quando continetur in offa, non continetur per modum potus, sed per modum cibi: ergo non est designabile per Pronomen, *Hic*; nam illa offa tunc non solum est vinum, sed etiam panis. Sicuti v.g. mustum extra vnam est consecrabile, sed non est consecrabile intra vnam, quia in vna non continetur per modum potus, sed per modum cibi, vt rectè obseruat ipse Pater Dicastillus, & alij communiter. Sic & in nostro casu, vinum illud intra offam non continetur per modum potus, sed per modum cibi, vnde diceretur quis manducare illam offam, non bibere. Ergo vinum in ipsa contentum, non erit materia consecrabilis, sicut mustum in vuis inclusum. Et ita hanc sententiam, post hæc scripta, præter Doctores citatos, inueni etiam docere doctissimum Patrem Amicum in *Cursu Theologico*, tom. 7. *disputat. 16. sect. 3. num. 36.* & Patrem Auersam, *tract. de Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 5.* sic asserentem. Non sufficit ad consecrationem ipse vuarum succus inclusus in suis acinis, nondum ex illis expressus; tum quia talis materia non se habet per modum potus, sed potius per modum cibi. Nam vvas propriè manducamus, nec rectè de vua diceretur hic potus, sed rectè dicitur hic cibus: Tum etiam, quia succus inclusus in ipsis acinis, non est propriè demonstrabilis, sicut oportet ad verificanda verba consecrationis per Pronomen demonstratiuum sub quo proferuntur. Quare etiam si physicè loquendo, eiusdem speciei substantialiter sit talis succus in vuis reclusus, atque expressus; tamen in eo statu non est ad consecrationem aptus. Hinc similiter inferitur, non videri consecrabile vinum imbibitum in buccella panis, aut in spongia, aliove simili corpore poroso. Quamuis, si post consecrationem imbibatur, conseruabitur ibi sanguis Domini, donec vini species siccetur, & simpliciter corrumpantur; quia quoad hoc etiam plus requiritur ad consecrandum, quàm ad conseruandum. Ita Auersa.

Nec obstat dicere, quòd vinum consecratum adhuc mistum pani conseruat Christi sanguinem: ergo est aptum consecrationi sanguinis. Consequentia probatur; nam eadem dispositio requiritur ad conseruationem sanguinis, quæ requiritur ad consecrationem eiusdem. Nam respondeo negando consequentiam, eiusque probationem. Ratio discriminis; quoniam ad consecrationem requiritur, vt materia sanguinis possit initio consecrationis demonstrari per modum potus, quemadmodum & materia corporis per modum cibi: non est autem hoc necessarium ad conseruandum sanguinem. Cùm igitur nequeat vinum perfusum pani, demonstrari per modum potus, non erit aptum consecrationi, quia ad conseruandum sanguinem sufficit, vt retineat species vidi, etiam si non retineat illas in forma potus.

Quæres, cur non est necessarium, vt vinum in consecratione sit in forma potabili, non autem post consecrationem? Responderetur rationem esse, quia in consecratione debet verificari Pronomen, quo sanguis per Pronomen, *Hic*, demonstratur per modum spiritualis potus: facta autem semel consecratione, non est amplius necessaria talis demonstratio, sed sufficit, si tantum retineat species vini. Et hæc omnia docet Amicus loco citato: vnde satis remanet confirmata opinio Eminentissimi, & amantissimi Domini mei Cardinalis de Lugo.

Nora hic obiter, particulas appositae in Tabernaculo non esse consecrabiles: sed nouissimè Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 8. quest. 63.* contrarium docet, & ait, posse validè consecrari; quia (ait ipse) sufficienter demonstratur contentum per proximum continens: at in hoc casu Sacrarium, seu Tabernaculum est proximum continens: ergo illo demonstrato, demonstratur & contentum. Sed hæc opinio mihi non pla-

cet, & non discedo à negativa quam docui, & quam etiam docet Bassæus in *Flor. Theolog. verb. Eucharistia 1. num. 15.* Iesualdus in *Theolog. mor. tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 7.* Castrus Palauus *tom. 4. tract. 21. disp. unica, punct. 6. num. 5.* Auersa de *Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 3.* Garcias in *Summa Theol. mor. tract. 3. dis. 9. dub. 1. punct. 6. num. 58.* Et ad argumentum Leandri negandum est cum Palao, particulas in Tabernaculo existere ibi tanquam in continenti, quod sensu percipi possit. Tannerus verò ponit alium casum, *tom. 4. quest. 2. dub. 2. num. 66.* ait enim, quod licet si panis, aut vinum suo proprio vase, etiam clauso, contineatur, v.g. Pyxide Eucharistica ille; hoc vero Calice, seu ampulla clausa, valere consecrationem. Nam & pari modo ac sensu de loculis clausis dicimus; *Ha sunt pecunia*; & de poculo clauso; *Hoc est vinum*. Imo verò etiam si hostiæ clauso Calice contineantur, non videtur de consecratione dubitandum; quia & hic iuxta præsentis circumstantias, & Ecclesiæ vsus, satis designatur contentum sub speciebus panis. At verò sit in aliqua Arca magna, eaque clausa, pauculæ contineantur hostiæ, aut cantharus vini repositus asseruetur, non valebit consecratio, ob contrariam rationem. Eadem ratione, si in aliquo vase proprio vini, puta cantharo, vel ampulla vini clausa, aliqua forte sit hostia reposita non videtur valere eius consecratio, etiam si verba consiciendi corporis Christi adhibeantur; quia nec iuxta communem vsus, nec iuxta particulares circumstantias vase illo demonstrato censetur demonstrari, seu contentum sub hostia: sed vel ampulla ipsa, vel vinum in ea contentum, hæc Tannerus, quæ secundum eius mentem dicta esse volo.

An oua, & lacticia sint prohibita sub mortali in ieiunio Quadragesimali.

R E S O L. L X V I.

Opinionem negatiuam Fagundez, Auctores, qui post ipsum scripsere, iam refutauerant, & ego illam reprobauit in *part. 3. tract. 6. resolut. 80.* & me citato reprobatur Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. c. 2. dub. 2. num. 3.* Sed nouissimè dictam opinionem sequitur Pater Pellizzarius in *Manuali Reg. tom. 1. tr. 5. c. 5. n. 20. 21. & 22.* vbi firmat, esum lactiniorum, stando præcisè in iure communi, non esse sub mortali prohibitum in ieiunio quadragesimali, nisi consuetudo in aliqua Prouincia esset in contrarium: sed non ita facile statuendum est eam consuetudinem obligari sub mortali, quod si dicatur obligare, adhuc non esse certum ea adstringi Regulares. Itaque secundum Pellizzarium, in dubio antalis consuetudo sit introducta cum obligatione peccati mortalis, non solum Sæculares, sed etiam Regulares possunt impunè in Quadragesima vesci lactiniis. Sed (ne opinio Fagundez, & Pellizzarij radices figat) hæc omnia reicienda esse puto, & præter Sanchez, Sancium, Toletum, Nauarrum, Rodriquez, Azorium, Henriquez, Bejam, Lopez, Bonacinam, & Villalobos, quos citauit in dicta Resolutione 80. affirmatiuam sententiam docent Ioannes Vviggers, *tract. de Temperantia, dub. 4. num. 17.* Emmanuel Sà *verb. Ieiunium, num. 8.* Ludouicus à Cruz in *Bull. Cruciatæ disp. 1. c. 5. dub. 13. num. 4.* Tamburinus de *Iure Abbatum, tom. 2. disput. 12. quest. 9. num. 5.* Ghetius in *thesaura, verb. Ieiunium, num. 3.* Io. de la Cruz in *Direct. part. 1. præcept. 3. art. 4. conclus. 4.* Bossius de *Iubilæo, sect. 4. cas. 18. num. 33.* Io. Henriquez in *qq. Præct. sect. 16. quest. 7.* Castrus Palauus *tom. 4. tract. 25. disp. unica, punct. 8. §. 2. num. 1.* qui nominatim Fagundez impugnat, & ait, immeritò hanc sententiam tenuisse, & ex eadem Societate etiam nominatim con-

era dictum Fagundez insurgit nouissimè doctas Pater Bardi in Bull. Cruciat. part. 2. tract. 3. cap. 2. sect. 1. Vide etiam ex Societate Escobar in Theolog. moral. tractat. 1. par. 2. cap. 1. num. 102. Vide etiam Sanctorium in Constit. Minorum, cap. 3. stat. 13.

Probatum nostra sententia præter alias rationes alibi adductas, ex priuilegio Bullæ Cruciatæ; nam si lacticia non essent prohibita diebus Ieiuniorum, Pontifex non solum nihil concederet per hoc indultum, sed nec debuisset excludere personas illas Ecclesiasticas; dum autem eas excludit ab indulto comedendi oua, &c. Signum euidens est, ab ipso Pontifice supponi prohibitionem in iure, atque ad eò non supponi solam conuenientiam contineri in capit. Denique, quia sola conuenientia, seu consilium de abstinentia lacticianorum, non esset sufficiens ad excludendas tot personas Ecclesiasticas ab indulto vniuersali comedendi oua, caseum, &c. Exclusio enim parum, aut nihil operaretur, nam ipsa non obstante possent personæ exclusæ comedere oua; si solo consilio per Sacros Canones astringerentur ad abstinendum ab illorum comestione.

Nec obstat dicere cum Pellizzario, & Fagundez in cap. denique, distinct. 4. sic haberi: *Par autem est, ut quibus diebus à carne animalium nos abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus, à lacte videlicet, & caseo, & ouis.* Ergo in dicto texto non continetur præceptum, sed conuenientia quædam, quæ significatur per illam dictionem, *Par*, quasi dicatur, æquum, seu iustum esse, &c. ut interpretatur Glossa ibidem.

Sed ista expositio est prorsus abiicienda, quia Augustinus Episcopus, ut in declaratione notat Glossa. inquitens à Pontifice, an sicuti tempore Ieiuniorum abstinemus à carnibus, ita etiam abstinere debeamus ab ouis, caseo, lacte, &c. Et respondet Pontifex, quod sic; quia sicuti à carnibus ita etiam est abstinendum ab eis quæ sementinam originem ab illis trahunt, & id eò eadem Glossa versic. ab omnibus, sic exponit, quasi dicat ex quo caro prohibetur; ergo, & omnia, quæ de carne procedunt. Pontifex autem in hoc Canone declarat præceptum abstinendi à carnibus in ieiuniis Quadragesimalibus extendi ad oua, & lacticia: proinde sub eadem prohibitionem, & præcepto continentur carnes & lacticia.

Confirmantur supradicta, ex vsu aliquarum Prouinciarum, in quibus si lacticia comeduntur in Quadragesima, asserunt Doctores, habitatores excusari à fractione ieiunij, ratione consuetudinis ibi introductæ ex rationabili causa. Ergo apertè sequitur de iure, lacticia in ieiunio quadragesimali esse prohibita; nam si hoc non esset, Doctores, ut esum lacticianorum excusarent, à mortali in dictis Prouinciis non recurrerent ad consuetudinem. Et ita de Belgio, & Germania testatur Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 8. Et Pater Amicus in Curs. Theolog. tom. 5. disp. 5. sect. 16. num. 359. Et Iacobus Marcantinus in 99. Pastor. par. 2. cap. 5. quest. 1. Vnde non solum minimè admittendam esse puto hanc opinionem ita absolute prolatam, sed etiam aliam opinionem Doctorum asserentium, saltem in diebus Dominicis Quadragesimæ, oua, & lacticia non esse prohibita; quam opinionem, falsò, bona eius venia, asserit m. docere Ioannes Henriquez in 99. Pract. Section. 16. quest. 8. nam ego contrarium docui in 3. par. tractat. 6. resol. 80. & ut legentibus patet in tract. de Bulla Cruciatæ resol. 5. loquor de Religiosis, qui virtute Cruciatæ comedunt lacticia in diebus Dom. Ergo falsò Henriquez asserit, sine Bulla Cruciatæ licitam esse comestionem lacticianorum in diebus Dominicis Quadragesimæ; nam ego, ut dixi, loquor de Religiosis sumentibus pro dictis diebus Bullam Cruciatæ: Ergo suppono sine illa hoc non esse licitum. Et nostram sententiam tenet Nugnus Dominicanus,

Ludovicus à Cruz, Trullench, Fernandez de Moure, Corduba, Villalobos, & alij, quibus nunc addo ex Societate Castrum Palaum tom. 4. tract. 25. punct. 7. num. 8. Fernandez in instruct. Confess. par. 1. docum. 6. §. 1. & Bardi ubi supra num. 63. Et idem docet doctus, & eruditus Iurisconsultus Narbona in Annalibus iuris anno 60. quest. 3. num. 4.

Dicendum est itaque contra Patrem Pellizzarium, esum ouorum, & lacticianorum esse sub mortali in Quadragesima de iure prohibitum; nec etiam, stando in consuetudine, dubitandum est, illam ad peccatum mortale laicos; & à fortiori Religiosos obligare; ex præsumptionibus, quas ego ex Suarez, Salas, Vviggers, & aliis alibi adduxi, quæ demonstrant talem consuetudinem culpam lethalem inducere: vnde dicta opinio caucendum est, ne in praxi, deducatur, & maximè mihi displicet id quod Pellizzarius asserit, non esse certum in Religionibus consuetudinem non comedendi oua, & lacticia obligare ad mortale; hoc enim bona eius venia puto non esse admittendum, per ea quæ docet Sanctorius in Constitut. Minor. cap. 3. stat. 13.

Notandum est etiam hæc pro curiosis, quod Pater Ioannes Henriquez in 99. Pract. sect. 16. quest. 9. Ioannes de la Cruz in lib. 1. de statu Religios. cap. 6. dubio 21. conclus. 2. obseruant, quòd Leo X. in Bulla incipiente, Religionis zelus, edita sexto Kalend. Iunij anni 1514. concedit Religiosis Sancti Iacobi de Spata, de Veles, & Sancti Marci Legionensis, & eorum familiaribus, & seruatoribus, comedere in Quadragesima, & aliis diebus anni, de iure, consuetudine, aut iuxta sua instituta, aut aliàs quomodolibet prohibitis, butyrum, oua, & alia lacticia, & de consilio vtriusque Medici etiam carnes. Quo communicant aliæ Religiones, iuxta dicenda lib. 2. c. 4. seruatur ista Bulla in Conuentu de Veles. Ita Cruz. Sed ego non video tale priuilegium apud Regulares in vsu, & quod priuilegium perditur per non vsu. docet Azorius tom. 1. lib. 5. c. 4. quest. 8. Salas de legibus disp. 17. sect. 17. à num. 63. Bonacina disput. 1. quest. 3. punct. 8. §. 5. num. 3. cum aliis; ergo, &c. Verum contrarium docet nouissimè visus numquam satis laudatus, & Sapientissimus Pater Dicaillus de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 16. num. 340. Et Castrus Palaus tom. 1. tract. 3. disput. 4. punct. 18. num. 3. asserit hoc esse verum quando priuilegia tendunt in aliorum grauamen; sed quando non redundant in grauamen aliorum, ut v.g. ipse asserit priuilegium comedendi lacticia, probabilis censet numquam perdi per non vsu quantumcumque continuatum; quia nulla est lex statuens hæc priuilegia amitti per non vsu, leges enim statuentes priuilegia per non vsu amitti, ut l. 1. ff. de nundinis, & in Regno Hispaniæ lib. 4. tit. 17. par. 3. lib. 3. tit. 8. par. 5. loquuntur de priuilegiis quæ in grauamen aliorum cedunt, ut legenti constabit. Ergo non sunt extendenda ad hæc priuilegia. Tum quia restrictio priuilegiorum, & illorum decisio est odiosum: tum quia est diuersa ratio, siquidem in illis, quæ circa aliorum actus versantur, potest dari præscriptio: at in his priuilegiis quæ solum Priuilegij actiones respiciunt, nulla esse potest. Ergo, &c. Et ita in hanc sententiam cum Palao docet Pontius de matrim. lib. 8. cap. 18. §. 3. num. 3. & Suarez de legibus, lib. 8. cap. 34. num. 16. Sed his non obstantibus, & tali priuilegio non obstante, non lo Regularibus esse auctorem ut possint in Quadragesima lacticia velci; sed puto omninò standum vsui & consuetudini contrariæ; nunquam enim tale priuilegium practicum à Regularibus fuisse apertissimè patet. Ergo, &c. Dicendum est itaque ex supradictis, prohibitum esse de iure, tam Sæcularibus, quam Regularibus sub peccato mortali esum ouorum, & lacticianorum in ieiunio Quadragesimali, nec opinionem contrariam vilo pacto in praxi admittendam esse existimo.

An licitum sit cambium, quando responfor ex pecunijs ipsius Campforis extinguunt primum cambium, modo quo dictum est in p. 1. tract. 6. resol. 1.

RESOL. LXVII.

Loco citato negatiuam sententiam probabiliorem esse existimaui, & consulendam; affirmatiuam tamen probabilem esse dixi: sed nouissimè Iurisconsultus Antonius Merenda Primarius Professor Academiae Ticinensis suo tract. de cambio mundinali cap. 2. num. 108. post impugnatos Scacciam, Turri, Filiucium, Salonium, Trullench, & alios viros doctos acriter contra me etiam inuehitur, & bona eius venia tam parùm modestè de me loquitur, vt Lectoribus bilem moueat; & idè non sine stomacho de hoc plures mihi conquesti sunt, & præcipuè inter illos, Illustrissimus Dominus meus D. Franciscus Antonius Diaz de Cabrera Inquisitor Toleti, vir scientia, eruditione, & morum suauitate ornatissimus. Verum, his non obstantibus, licèt laceffito laceffere concessum videatur, absit vt maledictum pro maledicto reddam, imò hic ingenuè fateor, dictum Merendam esse virum satis doctum, & de Republica literaria benè merentem; poterat tamen mecum, & quod plus est cum alijs viris doctis modestè limites non transilire, nam de me asserit, absque fide, diligentia, & prudentia probabilitatem opinionum pronuntiare. Sed videat quàm sunt diuersa, & varia iudicia hominum; id enim quod ipse in me carpit, minimè adesse testantur, viri doctissimi. Et idè Andreas Lanfranchi tom. 2. opusc. 1. cap. 4. num. 15. Narbona in *Annalibus Iuris*, anno 11. *quæst. unica*, num. 3. & alij, vocant me solertissimum, & accuratissimum. Et Ioannes Caramuel vir eminentis literaturæ in Regulam D. Benedicti, seu in *Theol. reg. disp. 60. n. 1073.* (vereor hæc dicere) sic asserit, ingenium Dianæ viri doctissimi venerator, eius industria multas opiniones euasisse probabiles, quæ antea non erant, inuidus sit, qui non assermet. Ita ille. Vnde nouissimè Hieronymus Garcias in *summa Theolog. mor. tract. 1. diffic. 5. dub. 3. n. 3.* hæc asseruit: [En esto ha andado muy bien Diana, aunque algunos poco doctos han venido à dezir, que ha ensanchado las conciencias, y dar licencia para pecar, pues es cierto que no enseña opinion que no sea prouable per principia intrinseca, aut extrinseca, y assi sin razon le calumnian.] Magis itaque videtur standum tot Doctorum virorum iudicio, quàm vnus Merendæ asserentis, me temerè pronuntiare probabilitatem opinionum. Quod apertè probatur ex ista, de qua est quæstio, & quam ipse impugnat, & asserit me immeritò vocare probabilem: nam illam vt talem nouissimè me citato amplexus est, & docuit sapientissimus Magister Marcus Serra ex inelyto Ordine Parrum Dominicanorum; quia Codex non ita facile inuenitur, ponam hîc per extensum eius verba; sic itaque asserit tom. 2. in 2.2. *D. Thoma, quæst. 77. art. 4. fol. mihi 36.* Probabile est licitum esse cambium, quod dirigitur ad locum, vbi campfarius nec vllam pecuniam, nec fidem, nec respondentem, aut Procuratorem habet, sed Campfor exhibet Campfario suum factorem, qui pro illo respondeat, & soluat ex pecunijs ipsiusmet Campforis, & postea eandem pecuniam per aliud cambium remittat, vt ita fiat solutio vtriusque Cambij, & Interesse in loco vbi primò fait accepta. Probatur, quia vt huiusmodi Cambium verum, & reale, non siccum, & fictitium, nequaquam requiritur, vt Campfarius ipso tempore contractus habeat iam actum, & re ipsa pecuniam in loco vbi faciendâ est solutio, ad quem dirigitur Cambium Metinæ v.g. sed sufficit vt illam ibi habeat in spe, & virtualiter:

aliàs enim nec vendi, nec permutari possent pagæ acerbæ seu debita soluenda in posterum, quod fallum esse patet ex dictis hic *art. 1. dub. 5.* Vnde vt Natarrus *cap. 17. n. 189.* ait: sufficit quod habeat eam sub credito, ita quod certò sciat, vel saltem probabiliter credat, quod tradat eam is, ad quem destinantur litteræ. Nec refert, an is tradat eam gratis, aut cum lucro; mutando eam illi pro quod dat, aut ad Cambium dando: nam quamuis aliqui dixerint, vsuram palliatam esse nomine Cambij, quando Campfor dat ad Cambium ei, qui nec alibi habet, nec habiturum sperat sine simili interesse tempore restitutionis, pecuniam qua Cambium soluat, quia fit in fraudem vsurarum, sicut cum à pauperibus emuntur boues quos non habent: hanc tamen sententiam non esse veram docet Siluester *verb. Usura, 4. quæst. 9. num. 6.* quia emptori, & permutanti sufficit emere vel permutare iuste, id est, secundum æqualitatem absolutam iustitiæ ab eo, vel cum eo qui poterat licitè vendere, aut permutare: nec tenetur quærere vtrum habeat rem venditam, vel permutatam sine interesse, modo licitè habeat. Nec est simile de emente boues à paupere, quia ille nec habet nec est habiturus boues, iste autem est habiturus pecunias, quas vendit, aut permutat. Non requiritur etiam, vt Campfarius habeat in loco vbi pecunia est restituenda, respondentem, sed Campfor Campfario petente, aut liberè, & sine vlla coactione volente, poterit ei exhibere suum correspondentem seu factorem, qui illo in loco pro eo satisfaciatur: nam ad Cambium verum, & reale solum requiritur, vt pecunia accepta v.g. Valentiz, re ipsa soluarur in loco ad quem dirigitur Cambium, vbi est restituenda v.g. Metinæ. Hoc autem nomine Campfarij verè, & re ipsa factor Campforis præstare potest, soluendo vt gerit personam Campfarij sibi ipsi, vt gerit personam Campforis, ita vt Contractus Cambij Valentiz celebratus, & obligatio Campfarij ibi finiatur, & ex vi prædicti contractus ad nihil amplius teneatur Campfarius, non secus ac si ipsemet Campfarius Metinæ existeret, & ibi pecunia numerata Campfori ibi etiam inuento satisfaceret. Potest deinde Campfor efficere, vt eius factor ex eiusdem Campforis pecunia Cambium soluat; quia si potest Campfor dare litteras ad proprium factorem, quibus factor ille ex pecunia sua, vel alterius Cambium ab ipso Campfore collatum persoluat, debito illo per litteras ad eundem remisso, vt plerique fatentur, cur non licebit eidem Campfori efficere vt ex sua propria pecunia illud similiter persoluarur? Quod enim per alios præstare possumus in contractibus ciuilibus, per nos ipsos similiter possumus præstare. Et non repugnat naturæ Cambij, vt idem factor duplicem gerat personam, nempe creditoris recipientis solutionem Cambij, & Campfarij soluentis illud: cum duplicem etiam agat personam, quando fit Cambium per litteras subscriptas à mercatore, cuius factor, Campforis quoque factor, & Responsalis est. Et similiter quando Campfor per litteras indicit illi vt soluat Cambium ex suis pecunijs, eidem scilicet factori propriis. Et sicut in mutuo ipse mutuans potest esse fideiussor & assecurator, cur in cambio idem factor non poterit agere personam Campforis, & Campfarij? Nec repugnat naturæ cambij, vt pecunia qua soluitur cambium, sit collata campfatio à campfore per aliud cambium: nam sicut idem campfor potest pecuniam æream, quam ad cambium dedit Campfario, permutare per argentea vel aurea Cambio minuto: ita potest idem campfor pecuniam, quam ad cambium daturus est Campfario Metinæ permutare pro ea quam eidem dat ad cambium locale Valentiz. Vnde non est verum; quod auctores oppositæ sententiæ dicunt, in prædictis cambijs non esse diuersam pecuniam, nec diuersa dominia eius: nam non dicitur soluere cambium fa-

Et ex pecuniis Campforis, quia quando soluit, pecunia sit Campforis, sed quia Campfor illam dat; eo autem ipso ac dat, transfert eius dominium in Campforium, tuncque huius nomine factor eius soluit. Et quamvis Campfor nolit dare pecuniam Campforio indigenti nisi cum lucro, non propterea nomine permutationis pecuniarum mutuum palliat ut lucreretur; ut explicat Caietanus Opusculo de Cambiis, cap. 7. ad 1. rationem in 3. cap. propositam: quia non tenetur ad mutuum, & iustis commutationibus vacat. Nec quia Campforius quodammodo inuoluntarie Cambium accipit, quia mallet alia ratione, nempe mutuo pecuniam consequi, propterea contractus Cambij est irritus, ac fictus: sicut nec est inualida, & ficta venditio eius qui nollet res suas vendere, necessitate tamen cogente eas vendit; quia uterque absolute, & voluntarie contrahit, & per iniuriam à nemine compellitur ad talem modum contrahendi. Igitur cum hæc omnia satis probabiliter ostendant prædictum Cambium verum, & reale esse, non fictum, & fictitium, probabile erit tale Cambium licitum esse. Quod & confirmat illius communis usus Episcopis non prohibentibus, Prædicatoribus tacentibus, & Confessariis omnes absolutibus. Hucusque Magister Serra, qui ut vidisti satis doctè, probabiliter quæstionem hanc pertractat; cui addo alium Hispanum (semper enim plusquam mereor Hispani mihi addictissimi) doctissimum Patrem Ludouicum Caspensem Capuccinum, in suo *Cur. Theol. tom. 2. tract. 19. disput. 6. sect. 5. num. 25. cum sequ.* ubi me etiam citato, non solum hanc opinionem tanquam probabilem, sed etiam absolute amplectitur, & variis rationibus tuetur ad argumenta contraria respondens. Idem etiam citato nouissime fecit Pater Iesualdus Capuccinus in *Theol. mor. tom. 3. tract. 16. capit. 3. quest. 13. num. 27. cum sequ.* Et tandem eruditus Pater Stephanus Spinola ex Congregatione Somaſchæ in *tract. de Elect. in moralibus, disputat. 3. sect. 3. conclus. 3.* quærens, an Cambium Recursæ, quam Merenda acriter impugnat, sit licitum, respondet esse utriusque opiniones probabiles, & licite posse utriusque assentiri. Videat modò Merenda, si ego temerè pronuncio probabilitatem opinionum, cum tot viri doctissimi, hanc de qua inter nos est quæstio, probabilem esse ore pleno fateantur, & ut talem illam defendant, & tueantur; itaque, ut dixi, magis modestè poterat mecum agere. Sed ut agnoscat ex hoc me ab ipso animum alienum non habere; sciat opinionem quam ipse docet in dicto *Tract. de Cambio, cap. 45.* per totum, nempe, legem positivam posse imperare, vel prohibere actus merè internos propter se absolute, si nullum signum ea manifestauerit; sciat inquam doctissimum Magistrum, & Professore Inclytæ Academiæ Salmanticensis Franciscum Arauium in *par. 2. Dini Thoma. quest. 97. disputat. 3. sect. 4. difficul. 1. num. 40.* asserere, hanc sententiam, non posse sine nota temeritatis sustineri. Verùm licet ego cum Arauio, & omnium Magistro D. Thoma in *par. 2. quest. 41. art. 4. & quest. 100. artic. 9.* ubi Medina, Caietanus, & Valentia, *tom. 2. disput. 7. quest. 3. punct. 2.* Becano *tract. 3. cap. 6. quest. 5. num. 2.* Serra in *p. 2. tom. 2. quest. 96. art. 3.* Soto de *iust. lib. 10. quest. 5. artic. 5.* Gordono in *summa lib. 2. quest. 9. cap. 5. num. 2.* Petro à Sancto Ioseph in *Idea Theol. moral. lib. 6. cap. 6. resolut. 6.* Montelino in *p. 2. tom. 2. disput. 23. q. 11. difficul. 5.* Lorca *disp. 16. membr. 1. & 2.* Salas de *legibus, disp. 9. sect. 1. num. 3.* Suarez, *lib. 4. cap. 12. num. 4.* Sayro in *Clavi Regia, lib. 3. cap. 6. numer. ult.* Vazquez in *p. 2. disp. 160. cap. 2. num. 5.* Laymánn in *Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 4. num. 5.* Castro Palao *tom. 1. tractat. 3. disput. 1. punct. 6. num. 2.* Arriaga in *Cur. Theol. tom. 4. disp. 19. sect. 3. num. 9.* Amico *tom. 5. disput. 5. sect. 5. per totam.* Præposito in *p. 2. quest. 95. disp. 2. dub. 2.*

Granado in *p. 2. contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 5. sect. 2. n. 6.* Azorio *tom. 1. lib. 5. cap. 10. quest. 3.* Syluio in *2. 2. quest. 104. art. 5.* Maldero in *2. 2. tract. 10. cap. 2. de oratione, dub. 2.* Henriquez *lib. 9. cap. 25. num. 5.* Rocaful in *praxi Theol. mor. p. 3. lib. 6. cap. 5. dub. 2.* Caspensi in *Cur. Theol. 1. tract. de legibus, disp. 3. sect. 6. n. 74.* Vviggers in *p. 2. quest. 96. art. 3. n. 8.* Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 2. difficul. 27. num. 4.* & aliis, licet inquam ego prorsus sustineam contra Merendam cum Arauio, & supradictis Doctoribus, legem Ecclesiasticam, non posse per se præcipere, vel prohibere actus merè internos; verùm contra Arauium puto opinionem Merendæ tanquã temerariam non esse damnandam; imò illam probabilem esse existimo cum Lessio de *inst. lib. 2. c. 37. dub. 11. num. 66.* Granado, & Præposito ubi supra, & aliis. Et hoc dictum sit in fauorem Merendæ, qui tamen iniustus nota temeritatis remaneret, sit verum esset quod ipse tam immodeste, ubi supra, asseruit, videlicet, me absque diligentia, & prudentia probabilitatem opinionum pronuntiare: sed quia est vir ingenio feruidus, & acutus, facile excusandus, & condonandus venit.

Assero itaque, opinionem Merendæ circa cambium recursæ, quam ipse meritò tam late, & doctè tuetur, esse probabiliorē, & consulendam; & ego olim illi adhæsi, & nunc adhæreo; tamen contrariam non audeo tanquam improbabilem damnare, donec aliter à Sede Apostolica determinatum non fuerit. Et quidem, si daretur casus, quod Merenda è Cathedra ad Confessionarium transmigraret, puto probabilitatem huius sententiæ ab ipso non respuendam, sed vlnis expensis amplectendam fore, cognosceret enim in praxi, expediens aliquando esse, aliquas animas infirmas, medendas eo meliori modo quo mederi possunt, dummodò modus medendi non sit prorsus à Doctoribus reiectus.

An legatum Missarum transeat ad hæredes nominatim non designatos?

R E S O L. LXVIII.

TItius v.g. condidit testamentum, & instituit suos hæredes Franciscum, & Ioannem, postea in quodam Capitulo dicti testamenti, grauat infraſcriptos hæredes soluere annuatim Ecclesiæ Matriti centum aureos, pro celebratione Missarum in subsidium animæ suæ: quæritur, an mortuo Francisco, & Ioanne, alij teneantur soluere dictum legatum? Et negatiuè responderet doctus Iuriconsultus Petrus Surdus *tom. 1. conf. 123. n. 17.* ubi sic ait: Et si legatū annuum relictum Ciuitati, vel Ecclesiæ, in perpetuum, duret ultra centum annos secundum opinionem Iasonis, & aliorum (quam reprobamus); tamen illud non habet locum quando onus imposuit in perpetuum infraſcriptis hæredibus; quia propter verbum, infraſcriptis, onus extinguatur cum persona priorum hæredum, facit Cotta mem. inc. heredis in fi. Id quod multò magis vendicabit locum in præſenti facto, in quo præter dictam restrictionem, alibi testator in eadem parte testamenti loquitur de ipsis hæredibus; quæ verba faciunt onus esse personale, propter dictionem, ipsis, quæ personalissima est, *l. generaliter in fin. de off. Præs. cum aliis apud Nattam in conf. 163. num. 8.* Et licet appellatione hæredis veniat etiam hæres hæredis, tamen hoc fallit quando dictum est de ipsis hæredibus, ipse est personalissima, ut dicit in terminis Baldus in *conf. 304. vol. 5.* ubi allegat dicto §. hæc verba. Et infert, quod prohibitio alienandi eo modo concepta, non produciatur ad hæredem hæredis. Et hanc decisionem dicit mirabilem, & singularem Iason in *l. filiusfam. §. diuisi num. 151. ff. de leg. 1.* ubi Ferdin. num. 188. dicit corde tenendam. Ripa num. 111. ubi idem dicit, quando dictum est

est de infra scriptis hæredibus, Socinus Iunior in *consil.* 144. num. 14. vol. 3. Natta d. *consil.* 163. num. 8. Alciacius in *consil.* 424. num. 3. Cagn. in l. 2. num. 46. versic. 2. principaliter, *Cod. de pact. inter emptor. & vendit.* vbi ait idem esse in pronomine, *Hoc.* Cotta in d. memor. incip. Hæredis, in princip. Tiraquellus, de *retract. conuent.* §. 1. gl. 6. num. 25. quia vbi est demonstratio personæ, dispensatio non transit in hæredem: l. *Seruus, in princip. ff. de statu liberis.* Rolandus in *consilio* 59. numer. 28. & sequenti vol. 3. Cephalus *consilio* 352. numer. 27. & sequent. Menochius *consilio* 82. num. 158. Hæc omnia Surdus.

Sed contrariam sententiam tenuit Rota in vna Romanensis Vineæ die 20. Februarij 1581. coram Cantucci in *dec. diuers. Rota. part. 2. dec.* 140. vbi ita asserit: Nihilominus relicta ad pias causas nominatim ab vno hærede censetur tacite repetita ab eius substituto & ab eo debentur. Ita Romanus in *Authent. Similiter, in 15. Speciali. num.* 65. & in 20. *speciali in fine, ante n.* 79. per text. in l. 3. §. *Lucius ff. de aliment. & cibar. leg. quem text. ita intelligit* ibi Bart. in princip. post glossam, idem Bartolus in l. Mela, in princ. versic. Item quod relictum nominatim ff. eo titul. de alimentis, & cibar. lega. Romanos *consil.* 388. num. 5. Alexander in l. licet *Imperator. numer.* 11. & ibi Iason, *numer.* 38. idem Alexander in l. Si duobus, §. *Primo*, aliàs circa finem princip. versic. & idem videtur dicendum, & ibi Iason, *num.* 14. & 15. de leg. 1. idem Iason in l. Si fundum, §. *Ssichum, n. 4. ff. cod. tit. Socin. reg.* 3 10. n. 35. *propè finem.* Decius *consil.* 182. n. 2. versic. & ad hoc etiam facit. & *consil.* 273. num. 1. ad finem. Ruinus *consil.* 116. num. 3. & 4. lib. 3. & *consil.* 76. sub num. 17. lib. 5. Tiraquellus de *privileg. pie caus. prin.* 36. Gratianus *consil.* 5. num. 24. lib. 2. Andreas de Befert. in *repet. l. prima, num.* 228. *Cod. de Sacrosanct. Eccles. Moder.* Vtinen. de *coniectur. ultim. volunt. lib.* 8. tit. 2. num. 16. & fuit resolutum coram R. P. D. Decano in vna Romanen. Fideicommissi, siue Legari, 16. Ianuarij 1581. quæ resolutio fuit postea coram eodem confirmata 3. Martij eiusdem anni, & insuper allegatus text. in l. Lucius Titius ff. de fideicommissi. libert.

Non obstat Parisius *consil.* 86. num. 77. lib. 2. concludens post Decium *consil.* 273. num. 1. & 2. quod fauore piæ causæ substitutio facta in vno casu non debet extendi ad alium, quando substitutio piæ causæ fuit limitata ad certum casum. Quia Decius loquitur in casu, in quo pia causa fuit vocata siue substituta principaliter in penam hæredis, & non pro salutè animæ testatoris: vel in casu, in quo si fieret extensio, resultaret absurdum, quod quis sine culpa priuaretur, & contra voluntatem testatoris, prout ipsemet Decius respondet d. *consil.* 273. col. *ultima, vers. non obstant allegata, & vers. Vnde ad allegata.* At secus in casu nostro, in quo Testator substituit pauperes pro anima sua, & sic consilium Decij facit pro hac parte. Hucusque Sacra Rota.

Vnde puto ab eius sententia non esse recedendum; & sic interrogatus de casu proposito in hac resolutione affirmatiuè respondi: Tum quia piorum legatorum interpretationem, à mente, & voluntate legantium petendam esse præcipiunt viri excellentes iuris diuini, ac humani. Comitulus Responsorum Moralium *lib.* 7. *quest.* 5. *numer.* 2. & quando ex casu superueniente colligitur præsumptio, quod si testator cogitasset, ita disposuisset, talis mens debet attendi per text. in l. *Tale pactum, in fin. & in l. Acutissimi, Cod. de fideicommissis*, iuncta Glossa, & in l. *Generaliter, Cod. de Institutionibus, & substitutionibus sub conditione factis.* Siluester *verb. Testamentum* 1. *quest. ultim. conclus.* 8. Comitulus Responsorum Moralium, *lib.* 7. *quest.* 8. *num.* 4. Tum quia Testatoris voluntas dicitur euidens quando colligitur ex coniecturis, l. *licet Imperator. ff. de leg. 1. & leg. non ad ea,*

de conditionibus, & demonstrationibus. Abbas *consil.* 68. 2. *par.* Tum quia testatoris voluntas coniecturata idem operatur, quod expressa, l. *Si seruus plurium, §. in de legat. 1.* præsertim quando illam interpretamur coniecturis non captiosis. Comitulus, *Responsorum Moralium, lib.* 7. *quest.* 13. *numer.* 4. post Siluestrum, Couarruiam, & Nauarrum, ibidem citatos. Tum quia pium est, voluntatem Testatoris piè interpretari, Comitulus, *respon.* moralium, *lib.* 7. *quest.* 14. *num.* 9. Tum quia illa interpretatio semper facienda est, quæ fauet animæ. Constan. Roger. de *Iur. Interpr. vers.* 8. *Videamus, num.* 1. immò cum de fauore animæ agitur, verba latè semper sunt accipienda, vt notat Bartolus in *Authent. Sacramenta puerum. Cod. Si aduer. vend. Galarat. renunciat.* 23. *num.* 4. Tum denique, quia cum tractatur de commodo, & vtilitate animæ, recurrendum est ad verisimilem Testatoris voluntatem, quæ licet aperta non sit, est tamen omninò seruanda, l. *cum res, in princ. ff. de leg. 1. l. Sicut ceteri. Cod. de testament.* Mantica de *coniectur. ultim. voluntat. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 1. & 2. Vbi probat in testamento, si quid dubium, vel ambiguum scriptum sit, illud benignè interpretandum, & seruandum id, quod credibile est esse cogitatum: l. *cum in testamento. ff. de rebus dub.* Baldus in *lege fin. in vlt. not. Cod. de hered. instit.*

Vnde ex his dicendum est, & sequitur contra Marchinum, Sacerdotem obtinentem Capellaniam, de cuius fundatione nullo modo constat, sed illud tantum certum est teneri ad celebrandum quosidie in tali Ecclesia, vel in tali Altari cum stipendio conuenienti, sequitur inquam ex dictis, supra dictum Sacerdotem teneri applicare valorem Missarum pro Fundatore Capellanix. Et ita hanc sententiam ex omnibus superius adductis teneri Bariola, *consil.* 14. *per totum.* Vide etiam Siluium in *Resolut. Var. tom.* 2. *verb. Missa 4. in Respons. ad 1.*

Ansi duo Principes habeant Ius probabile ad successionem alicuius Regni, possint illum armis occupare, non expectata sententia Iudicum.

R E S O L. L X I X.

Difficilis quæstio, & quæ torquet doctorum hominum ingenia. Et ad illam negatiuè respondet Pater Vasquez in *part. 2. dispnt.* 64. *cap.* 3. docet enim, etiamsi alicui Regi videatur probabilissimum suum Ius, consultis Doctoribus, & Legisperitis, non tamen ei licere armis causam definire; quia barbarorum esse videtur melius ius Regni in armis ponere: ergo dubium in iure, iuridicè, non armis est decidendum. Censet igitur tunc eos, si habeant supra se alium superiorem in temporalibus, apud illud teneri causam agere; quod etiam extendit ad casum, in quo licet supremi sint, agunt tamen de Comitatu, aut Principatu alteri Regi subiecto; tunc enim in puncto illius Regni sunt planè ei tertio quasi subditi; vt Rex Hispaniæ ratione Burgundiæ olim erat subiectus Regi Galliæ; etiam ratione Mediolani, & Belgij est subiectus Imperatori, licet alioquin supremus sit in temporalibus. Quod si ratione Regni, de quo agitur, nec alio modo, sint alteri subiecti; tunc vtrumque debere stare iudicio Regni ipsius, de quo agitur; quia ad illud Regnum, deficiente hærede, pertinet de Rege prouidere. Et ita dicit factum in Regno Aragoniæ tempore Sancti Vincentij Ferrerij omnes enim contendentes, & litigantes coacti sunt stare iudicio Regni.

Addit tamen quando alter ex litigantibus habet respectum ipsum Regnum, licitum ipsi esse eius iudicium.

recu

recusare, & in arbitros Iudices litem reuocare, tenerique competitorum stare huic iustæ petitioni. Reicit autem ibi sententiam Nauarri in *Manual. cap. 25. num. 4. & Victoriz*; qui videntur insinuare, si supremus Iudex consultis Doctoribus iudicet se habere probabilius Ius, posse tunc armis illud velle occupare, atque hanc doctrinam nihil habere probabilitatis, immò, & perniciosam esse Reipublicæ. Hæc in Summa Vasquez, cui adde Quiedum in *par. 2. tract. 5. contr. 3. punct. 7. num. 89. & sequentibus. Valasum de success. Regni Portugallie, part. 2. punct. 1. §. 10. num. 35. & sequentibus. Palaum tom. 1. disputat. 2. punct. 7. num. 9. Montefinum in part. 2. tom. 2. disp. 29. quest. 5. §. 6. num. 222.*

Probat; quia omnis controuersia, quæ inter opiniones versatur circa Ius aliquod, non potentia, & armis, sed iudicio dirimenda est: barbarorum enim videtur melius, Ius regnandi in potentioribus armis constituere. Deinde bellum illud non potest esse actus iurisdictionis, neque sententiæ exequutio; quia asserere Regem posse sibi Ius dicere contra alium, ab omni ratione alienum videtur: quomodo enim Ius dicendum est contra partem, quæ non potest cogi ad comparandum in iudicio, & contra alium nullo modo inferiorem; cum par in parem iurisdictionem habere nequeat, & pars inaudita nullo modo possit condemnari. Deinde vergit in magnam populorum perniciem, licentiam hanc bellum mouendi Principibus concedere, cum ipsi alio modo possint iuri suo consulere. Deinde non potest esse actus iustitiæ vindicatiuæ, quia neuter Rex iniuriam facit alteri: ergo nullum est caput, ex quo possit bellum istud licitum fieri.

Sed difficultas est, ad quem pertineat in hac causa Ius dicere? & respondent citati Doctores, quod iudicium istud poterit ad arbitros ab utroque Rege assignatos remitti, vel standum erit iudicio regni, de quo contenditur. Primum docet Nauarr. supra, & sanum consilium forte docet Suarez, de *Charit. disput. 13. sect. 6.* Posterius docet Vasquez, Palaus, Montefinus locis citatis, Salas *tract. 8. disp. unica, sect. 13. & Gaspar Hurtado, disp. 4. diff. 12.* qui asserunt, si aliquis ex litigantibus suspectos habeat Iudices regni vacantis, ad arbitros recurrendum esse, ratio est, quia deficiente Rege, Regnum est regula dirimens controuersias in ipso; & ita in Aragonia res peracta est tempore Sancti Vincentij Ferrerij. Iuuat etiam exemplum Ecclesiæ, quæ dirimit dubium ortum circa Summum Pontificatum, & Ius dicit litigantibus, cui standum est. Si autem contentio non sit de regno aliquo, sed de re alia; ad Iudices recurrere necesse erit. Si autem nolit aliquis ex litigantibus ad hæc rationabilia media venire, iure poterit ab alio propter iniuriam factam armis oppugnari.

Sed in hac difficillima quæstione mihi placet adhærere opinioni Patris Arriaga *tom. 1. in p. 2. disp. 24. sect. 5. n. 44.* vbi impugnans ea, quæ supra notauimus ex Vasquez, sic ait: Crediderim in hac quæstione primò, Patrem Vasquez adhuc non respondisse toti difficultati; nam dissensio probabilis inter duos Reges potest esse, non solum quando agitur de iure in aliquod Regnum (quod Ius decidi ab ipso regno fortè poterit, de quo statim) sed quando ob alias causas probabile est, posse alteri Regi bellum inferre, independentem à iure successionis. v.g. alter creditur probabiliter fauisse meis hostibus, & grauissimum mihi damnum intulisse; inde ego probabiliter iudico me habere Ius illum inuadendi, vt damna resarciam. Certè litem hanc probabilem non potest regnum decidere, quia ea non est de iure successionis; quis ergo decideret eodem planè modo possunt excogitari multi alij casus, in quibus solum sit ea probabilis opinio de iure in alterum Regem, quæque decidi nequeat à Regno: ergo non satisfacit adæquatè Vasquez dubio præcedenti.

Secundò censo, in Nauarri doctrinam non habere vim argumenta illius: nam Nauarrus supponit, si per viam iustitiæ possit Ius componi, debere eo modo componi: ibi autem non excludit Nauarrus idè inter Reges Supremos non posse iuridicè litem decidi, ea præcisè ratione, quòd non habent superiorem: vt Vasquez ei attribuit; sed docet, idè non posse decidi verè, quia & caret superiore; & iura utriusque, seu præsentio est ab antiquo, & obscura: quibus supponit, etiam si non habere supremum, per iuris peritos debere causam decidi, si aliundè non repugnaret ob obscuritatem, vt dixi, iniuriam. Hoc autem dato, non sequitur eum Regem more barbarorum procedere, qui totum Ius in armis ponit; quando & supponitur prius teneri iuris peritos consulere, deinde Iudices arbitros; ac tandem, si eo modo nihil obtineat, posse armis suum Ius propugnare.

Tertiò censo, in aliquibus regnis vbi electio Regis ad Regnum pertinet, locum habere doctrinam Vasquez; quia ille debet causam successionis decidere, ad quem spectat successorem eligere; & ob eam rationem meritò in Aragonia ad regni iudicium recursum est eo tempore; quia Aragoniæ Regnum elegit sibi olim Reges, & præscripsit illis certas regulas; vnde de facto illi prætendunt se habere quædam priuilegia, quæ à Regibus non possunt reuocari; imò in multis rebus debere Reges stare iudicio regni, aut Iudicis, quem in *cap. ipsi* vocant.

In aliis tamen regnis, quæ à Regibus primum armis occupata sunt, & regnum non censetur habere vllum eligendi Ius; vt Lusitania, Castella, & idem dico de Ducatibus, aut Marchionatibus, vbi Prouinciæ nullum habent Ius eligendi sibi caput; non video cur, quando dubitatur de iure successionis, debeat ipsum regnum decidere causam.

Dices; per se ad omne Regnum, & Prouinciã pertinet, vt, deficiente hærede regni, sibi eligat Caput: ergo saltem, ob eam rationem habet Ius, vt in dubio de hærede decidat causam. Respondeo, in casu præsentis, non esse defectum hæredis, sed quis eorum iuxta leges, aut dispositionem priorem Regum habeat maius Ius; vt in Portugalliæ Regno contigit sub Philippo II. constabat enim esse hæredes sufficientes; sed dubitabatur, an fœmina, filia viri, an vero vir, filius fœminæ succedere deberet iuxta regulas maioratus, & ciuilem dispositionem; non pertinebat autem ad regnum quia tale, hoc Ius decidere; quia non regnum, sed prædecessores Reges clausulas hæreditatis constituerant, vel certè, si ad Ius ciuile attendendum erat, non poterat Regnum Lusitaniæ qua tale specialiter illud Ius decidere; idè meritò Philippus non recurrit ad regnum, sed ad iuris peritos, qui in ea causa optimi Iudices esse poterant: neque idè potuerunt illi vitio vertere prudentes, quòd fecerit: ergo non est vniuersaliter verum, id debere à regno ipso decidi.

Vnde vltimò censo, vniuersaliter loquendo in omnibus ferè casibus optimum modum componendi reuera dubia esse per Iuris peritos, & Theologos; qui quid in conscientia; quid in iure Rex possit facere, decidere optimè possunt; nam licet agatur de Regno, quòd habeat Ius electionis; semper tamen in similibus dubiis multa miscentur, quæ Ius commune, & conscientiam tangunt; hæc autem non possunt commodè decidi à regno, id est à Proceribus regni, ad quos aliquoquin spectaret electio, cominodissimè autem deciduntur à Iuris peritis, & Theologis: nec per hoc inducitur barbaricorum, quando quidem maximè attenditur ad rigorem iuris, & conscientiam.

Dices, quid si Iuristæ cuiuslibet regni dicant suis Regibus licere inferre bellum alteri. Respondeo facile si subditi Iuristæ habeantur suspecti, Reges debere conuenire

tenire Iuristas, & Theologos alterius Regni non suspectos, & illorum stare iudicio, ut cui adiudicata fuerit causa, tanquam probabilius Ius habenti, vel cedatur Regnum, vel satisfactio competens exhibeatur pro eis iniuriis, ob quas creditur habere iustum titulum inferendi bellum. Quod si alter Rex condemnatus, acquiescere noluerit peccabit graviter; & iuste ei bellum à competitori inferetur. Hæc dicta sunt, quando causa non est certa; nam si aperte constet de Iure unius, tunc poterit armis illud repetere, si alter cedere nolit. Hucusque Arriaga. Et præter ipsum pro affirmatiua sententia vide omninò Hurtadum de Mendoza, de Fide, Spe, & Charitate, vol. 2. *diff.* 169. *sect.* 7. §. 66. & *seqq.* Molinam *om.* 1. *tract.* 2. *diff.* 103. Suarez de fide, *diff.* 13. *sect.* 6. 1. 6. Granadum *in* 2. 2. *D. Thoma Contr.* 3. *tract.* 12. *diff.* 4. *sect.* 3. §. 3. *num.* 29. *cum seq.* & Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *diff.* 90. *dub.* 2. notat hanc sententiam affirmatiuam his temporibus esse communem, cui ego, ut dixi, adhæreo. Afferunt itaque hi Doctores, posse Supremum Principem, si bona fide procedat, expendere Ius suum per prudentes, & doctos viros; quorum iudicium (si per illud sibi constat de Iure suo) sequi potest, sicque non reprobabitur stare aliorum iudicio. Ratio est; quia ita est de hoc Iure iudicandum, sicut de iusta lite: in iusto autem iudicio duo intenduntur. Vnum est, examen causæ, & cognitio Iuris utriusque partis: cui negotio necessaria non est iurisdicatio, sed scientia potius, & prudentia, quia iam non intendatur per bellum, sed bello supponatur. Non est cur arbitris sit committendum. Alterum est, executio Iuris iam patefacti, ad hoc verò Iurisdicatio postulatur, quam per se habet supremus Princeps, quando aliàs sibi constat satis de Iure: tunc ergo non est, cur expectare teneatur alterius arbitrium, quamuis debeat iusta pacta acceptare, si offerantur.

Vide etiam circa præsentem Questionem Patrem Lugo de Princip. Theol. moral. pars. 1. cap. 3. *quest.* 11. n. 87. qui me citato plus docet, nempe posse Reges, stante opinione probabili inferre bellum alteri Principi Regnum ex opinione probabili etiam possidenti. Quia opinio probabilis circa Ius format conscientiam rectam, & dirigit operationem prudentem, & honestam. Sed Rex non debet esse deterioris conditionis quoad usum opinionum, quam cæteri: licebit ergo Regi iuxta probabilem opinionem inferre bellum, ut possessorem etiam opinione probabili nitentem spoliaret; probabilitas enim utriusque partis, utrique confert Ius iusti belli. Quin id quoque tacite legislatores decernunt; qui cum videant opiniones versari diuersas, eas permanere permittunt.

Sic opinanti probabiliter ex Testamento minus solemniter acquiri Ius ad rem legatam, & eam posse clam à possidente tolli, licitum est illam auferre autoritate priuata, secluso tamen scandalo, ut inquit Ioan. Sanchez *disputat.* 44. *numer.* 57. consonant Thom. Sanchez *lib.* 6. *Decal.* cap. 3. *num.* 7. Suarez de *legibus lib.* 5. cap. 18. *numer.* 10. dicentes, neminem posse autoritate priuata capere rem ab alio possessam, quamuis secundum opinionem sibi probabiliorum putet sibi competere; posse tamen illam accipere, si probabiliter opinetur, licere sibi possidentem spoliare, quasi dicant: Quoties opinio versatur circa factum, non licere possidentem spoliare: quando verò versatur circa Ius, licitum esse. Sic etiam Castro Palau *tractatu* 1. *disputatio* 2. *punct.* 7. *num.* 1. dixit, si attento iure sit probabile, licere Regi Ciuitatem ab alio possessam occupare; sine dubio posse tunc intentare possessionem. Consentiant item Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 21. *num.* 98. Couarruias *Regul. Peccatum, part.* 2. §. 10. *num.* 6. Thom. Sanchez *lib.* 6. *Decal.* cap. 3. *num.* 7. Filiucius *tract.* 40. *num.* 266. Pefantius 2. 2. *quest.* 70. *disputat.* 1. dicentes, posse dari bellum ex utraque parte iustum ex ignorantia, vel opinione

probabili; iuste siquidem alteruter pugnat ductus opinione probabili; & consentire debent, qui censent, posse Regem imponere tributum probabiliter iustum, & subditos illud non soluere iuxta contrariam opinionem. Quare hæc pars mihi magis placet, saltem quando opinio pro non possidente est æquæ, vel magis probabilis Hæc Lugo.

Nec obstat dicere cum Vasquez, Montefino *ubi supra*, & Villalobos *tom.* 1. *tract.* 1. *diff.* 17. *num.* 7. quod impossibile videtur dari bellum iustum ex utraque parte, nisi detur ex ignorantia inuincibili, qua vnus bellantium excusetur, quamuis reuera bellum gerat iniustum; aliàs circa idem omninò duplex Ius daretur contrarium; & idem Rex esset, simul iustus, & iniustus Regni possessor, quod videtur implicatorium. Confirmatur, nam inferre bellum est actus Iustitiæ punitiæ; sed nefas est illum punire, qui iuste possidet opinione probabili ductus; quamuis sit opinio contraria probabilis. Ergo non sufficit probabile Ius ad bellum inferendum. Respondeo possidentem iuxta probabilem opinionem esse iustum possessorem non absolute, sed solum probabiliter, aduersus quem subinde dari possit iustus probabiliter spoliator. Nec implicat esse simul aliquem iustum, & iniustum possessorem, aut spoliatores probabiliter, id est secundum assensus opinatiuos oppositos, ut latius ostendit Ioan. Sanchez *diff.* 44. n. 60. Ad confirmationem negamus, bellum esse semper actum iustitiæ punitiæ, seu vindicatiæ: quippe nonnunquam etiam est actus iustitiæ commutatiæ rem propriam acipientis.

An vota, quæ in quibusdam Religionibus annexuntur tribus votis substantialibus obligent Episcopos à dictis Religionibus assumptos?

R E S O L. LXX.

Suppono in aliquibus Religionibus adesse talia vota; & sic in Religione Beatæ Mariæ de Mercede adesse votum incumbendi Redemptioni Captiuorum: apud Minimos Diui Francisci de Paula, votum vitæ Quadragesimalis: In Religione Societatis IESU, votum quartum solemne obediendi Summo Pontifici in Missionibus peragendis. Deinde emittuntur alia quinque vota simplicia. Primum est de non relaxanda paupertate, nec admittenda eius relaxatione. Secundum est de non procuranda dignitate aliqua directe, vel indirecte in Societate. Tertium de non procuranda, vel acceptanda Prælatione, vel Dignitate extra Societatem, nisi obedientia intercedat. Quartum de denunciandis ambientibus Supradictas Dignitates. Quintum est de audiendo Præposito Generali à constituto in statu Prælationis eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint.

Difficultas est, an ista vota obligent Episcopos ab istis Religionibus assumptos? Et affirmatiue respondent aliqui; quia dicta vota sunt accessoria statui Religioso, & tribus votis substantialibus. Ergo manentibus istis, manent & illa. Deinde dicta vota non pugnant cum Statu Episcopali, imò plurimum illum adiuuant. Ergo, & cum votum sit obligatio personalis, sequitur personam in quocumque Statu. Hæc sententia est satis probabilis, & consulenda; sed existimo contrariam sua probabilitate non carere. Dico igitur omnia vota supradicta, durante Episcopatu, suspendi; secluso tamen voto Patrum Societatis de audiendo Præposito Generali, si aliqui ex ipsis ad Prælationes ascendant, eiusque consilia sequendo, si meliora visa fuerint.

Prima pars probatur, quia supradicta vota emittuntur ad conseruationem, & augmentum Status Religiosi,

giosi, & Communicatis, & Obsequantiz, & ad profectum Religioforum, & ædificationem sæcularium. Ergo Regularis ad Episcopatum assumptus non tenetur talia vota obseruare. Probo consequentiam, quia est exemptus Iugo monasticæ Professionis, & ab obseruatione Regulæ. Cæteras rationes videbis apud Castrum Palaum, tom. 3. tract. 16. disput. 4. punct. 24. num. 5. & seq. vbi in particulari de omnibus supradictis votis id probatur, quod etiam docet nouissimè Machadus tom. 2. lib. 4. p. 6. tract. 17. docum. 2. num. 5. Secunda verò pars conclusionis, nempe votum Patrum Societatis de audiendo Præposito Generali, &c. perdurare in Statu Episcopali, Probatur, quia tale votum pro tali statu emititur. Ergo si in assumptione ad Episcopatum non obligaret, ad nihil deseruiret, & irritorium esset. Et ita hanc sententiam tenet Palaus, vbi supra, num. 4. & 8 & Sanchez in Summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 15. & cum Vasquez, & Suarez penes ipsos; quibus nouissimè adde Amicum in *Curs. Theolog. tom. 4. disput. 32. sect. 7. num. 101.* & Lezanam in Summa qq. Regul. part. 2. cap. 4. num. 15. Nec aliter, quidquid alij dicant. Ego sensi in par. 5. tractat. 2. resolnt. 65. quod patet; quia, quando Authores asserunt aliquod enunciatum, & illud non explicant, vel limitent, aut distinguunt, sed citant tantum ad illius confirmationem auctoritatem alicuius Doctoris; illud enunciatum est intelligendum secundum mentem, explicationem, limitationes, & distinctiones Doctoris ab ipso citati; & hoc est ita clarum, quod non indiget probatione. Vnde dixit Bartolus in leg. non solum §. liberationis, num. 7. ff. de lib. leg. & Cardinalis Albanus in *Lucubrat. super Bartolum, ibidem n. 3.* dictum Doctoris intelligendum esse secundum legem quam adducit; quod etiam obseruat Antonius de Sousa in Lusitania liberata, lib. 1. cap. 6. num. 22. Acacius Enkelius de *Privil. Iur. Ciuilib. lib. 2. cap. 2. num. 24.* Valençuela tom. 2. consil. 187. num. 106. Gutierrez *Pract. qq. lib. 1. q. 2. num. 22.* Ioseph. Vela *differ. 24. num. 66.* Fran-

ciscus Ansaldo, *consil. 142. n. 42. 91. & 347. & consil. 36. n. 3. & 4.* Gratianus in *Discept. tom. 2. cap. 215. n. 31.* Bertrandus lib. 1. *conf. 128. num. 5.* Iason in *leg. cum filio famil. num. 129. ff. de legat. 1.* Corneus lib. 2. *consil. 124. num. 25. & alij communiter: sed ego in dicta mea resol. 65.* existimuni opinionem negatiuam esse probabilem, quam tueretur Sanchez, non explicando aliud. Ergo meum enunciatum est intelligendum secundum mentem Sanchez à me citatum; qui asserit, vota Religioforum annexa tribus substantialibus, non obligare, durante Episcopatu secluso tamen voto Patrum Societatis Iesu, de audiendo Præposito Generali.

Negandum est igitur (vt legentibus patebit) me in dicta resolutione admisisse negatiuam sententiam tanquam probabilem absolute; sed amisisse negatiuam sententiam tanquam probabilem, quam tueretur Sanchez, sed Sanchez tenet opinionem negatiuam, quoad alia vota, non autem quoad istud, de quo est quæstio. Ergo sententia negatiua, quam ego tanquam probabilem admisi, intelligenda est de illis, & non de isto, secundum mentem Sanchez, quem ego cito, & cui ego adhæsi. Quod confirmatur, quia ego dum in prima opinione affirmatiua dictæ Resolutionis adduxi exemplum de voto Minorum, & de dicto voto Patrum Societatis. Postea in secunda opinione negatiua pro qua citavi Sanchez, tantum mentionem feci de voto Patrum Minorum, & dixi, non obligare in Statu Episcopali. De voto autem Patrum Societatis nihil asserui; quia Sanchez illud in opinione negatiua non includebat, neque ego includere intendebam, eius opinionem citando, & sequendo. Assero igitur cum ipsi vota aliquarum Religionum, quæ annexantur tribus votis substantialibus, non obligare, durante Episcopatu secluso, & excepto voto Patrum Societatis de Præposito Generali audiendo, &c. Et ita Resolutione 65. tui sensu, & nunc iterum sentio.





TRACTATUS IX. MISCELLANEVS.

*Si quis haberet copulam cum femina mortua,
quodnam peccatum Luxuria committeret*

R E S O L. I.



NON est scelus, quod malitia humana non commiserit. Plures Confessarij testati sunt mihi sæpius in Praxi tale delictum accidisse: & fert fama in magna Italiae Ciuitate cum quadam Nobilissima muliere perpetratum fuisse. Posset itaque aliquis dicere, hoc delictum reducendum esse saltem ad fornicationem; quia licet femina mortua propriè non sit femina, æquiuoquè, & analogicè dicitur femina, sicuti dixit *Aristoteles 4. Meteor. cap. 12.* Oculum mortuum propriè non esse oculum, sed æquiuoquè, & analogicè. Ergo copula habita cum muliere mortua; reductiuè saltem reducenda erit ad fornicationem. Confirmatur: quia licet Clericus mortuus, non sit Clericus, quia Character imprimitur in Anima; tamen, si quis percuteret Clericum mortuum, incideret in Censuram Canonis; vt docet Pater Thesaurus in Praxi de Pœnis *Eccles. p. 2. verb. iniuria, c. 2. vers. Ampliatur secundò.* Squillante de Priuil. *Cleric. c. 6. n. 36.* Villal. in *Summ. tom. 1. tra. 7. 17. difficul. 22. n. 16.* & alij, quos alibi adduxi. Ergo & in casu nostro copula habita cum muliere mortua, dicenda erit saltem fornicatio; quia licet propriè non sit femina, est tamen æquiuoquè femina, sicut Clericus mortuus, dicitur analogicè Clericus.

Sed hæc opinio mihi non placet, sicuti nec placuit Sanchez vbi infra, asserenti, concubitus cum femina mortua non posse dici fornicationem ex rationibus inferius adducendis. Et ad confirmationem adductam, respondeo quod opinionem Patris Thesauri, & aliorum refellit Alphonsus de Leone, de *Cens. Recollect. 5. n. 55.* & alij asserentes, percutientem Clericum mortuum non incidere in Censuram, quia cadauer non est propriè homo. Sed stando in sententia Patris Thesauri, & aliorum dicendum non obstat in casu nostro: nam percutiens Clericum incurrit Censuram, quia illa percussio est iniuriosa statui Clericali: Ergo, &c.

Itaque circa præsentem quætionem, Amicissimus Pater Pellizzarius putat copulam habitam cum muliere mortua habere malitiam bestialitatis; sic enim asserit in *Man. Regul. tom. 1. tra. 4. capit. 3. sect. 4. num. 70.* Si quæras quam malitiam habeat copula habita cum femina mortua: Respondeo, copulam quidem habitam cum femina mortua includere malitiam bestialitatis, cum bestialitas sit coniunctio carnalis cum re alterius speciei; & femina mortua non, censeatur amplius speciei humanæ, vt patet. Itaque ille; cuius septentiam docet etiam nouissimè conciuus; & Amicus noster Frater Gesualdus de Bononijs Capuccinus in *oper. mor. tom. 2. tra. 12. c. 1. n. 43.* vbi docet, Peccatum bestialitatis esse peccatum Luxuriæ contra naturam mediante copula habita cum indiuiduo. siue supposito alterius speciei, si-

Antonini Diana Pars IX.

ue sit Bestia, siue Diabolus in corpore assumpto, siue Cadauer, vt est in casu nostro. Ergo, &c.

Verùm circa hanc sententiam habeo magnam difficultatem; nam bestialitas est actio viuientis cum viuente alterius speciei: vnde Escobar in *Theol. mor. tract. 1. Exam. 8. cap. 2. num. 77.* Filliucius *tom. 2. tract. 30. c. 8. num. 161.* Tamburinius *Opus. 1. lib. 2. cap. 7. §. 10. num. 78;* & alij communiter, definiunt vitium bestialitatis asserunt, esse concubitus cum re animata non eiusdem speciei cum homine. Sed in nostro casu, quando quis copulatur cum femina mortua non habet concubitus cum re animata: ergo talis copula non potest ad bestialitatem pertinere; vt vult Pater Pellizzarius, qui non bene dixit, bestialitatem esse coniunctionem carnalem cum re alterius speciei; sed debebat dicere cum re animata alterius speciei, vt patet ex supradictis Doctoribus. Quod confirmatur à fortiori ex doctrina Ignatij Lupi de *Casib. reseruat. pars. 2. Casu 10. §. 3. n. 8.* asserentis non incidere in casum reseruatum de coeuntibus cum brutis, qui cognosceret belluam, quæ iam emortua est, licet intra eius naturale vas seminet. Ratio autem vna est, nempe quia non est ibi coitus cum animali, quamuis autem qui coit cum bellua mortua, videatur coire cum animali: attamen non est verum; cadauer enim non est animal; cum animal, secundum commune omnium Philosophorum placitum, sit substantia animata sensitiua: cadauer autem non est animatum, nec sensitiuum: quod sanè constat lippis quoque, & tonsoribus. Ita Lupus. Ergo quanto magis à fortiori dicendum est, copulam in casu nostro non induere naturam bestialitatis; cum non operetur cum Bellua mortua, sed cum femina mortua? Et ideò Sapientissimus Sanchez de *Matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 4. n. 14.* cum firmasset Bestialitatem præbere causam diuortij; addit tamen hoc non procedere in concubitu intra vas cum femina, aut bestia mortuis. Vnde patet contra Pellizzarium, & Gesualdum, copulam cum muliere mortua non esse bestialitatem. Et quidem Doctores communiter, vt Lessius *lib. 4. capit. 3. dub. 13. num. 91.* Fagundez in *Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 23.* Azotius *tom. 3. lib. 3. c. 22. q. 1.* VViggers de *Iust. tract. de Temperan. cap. 3. dub. 11. n. 63.* Sayrus in *Clau. Regia lib. 8. cap. 5. n. 18. & 19.* Trullench in *Decal. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. §. 3. num. 1.* Dicastillus de *Iust. lib. 1. disp. 3. dub. 18. n. 285. & 287.* Bassæus in *Flor. Theol. mor. verb. Luxuria, n. 22.* & alij, agentes de vitio bestialitatis docent, esse coitum cum brutis, vel cum Dæmone incubo, aut succubo, & nullam faciunt mentionem de cadauere. Ergo, &c.

Inquirendum igitur restat, ad quod peccatum Luxuriæ talis copula reducenda sit. Et puto, saluo meliori iudicio, talem copulam non includere aliam malitiam in genere Luxuriæ quàm malitiam pollutionis; sicuti qui concubitus iniret cum pictura, vel statua, vt tenet Sanchez vbi supra, quicquid asserat Gesualdus. Et ideò rectè Tamburinius vbi supra, *num. 63.* dixit, inanimatum Instrumentum, quo quis se polluat, non facere mutationem speciei. Sed in nostro casu, quando quis

A a 2 copulam

copulam habet cum muliere mortua aliud non facit, nisi cum inanimato Instrumento pollutionem: ergo talis copula non inducit mutationem speciei. Confirmatur hæc sententia ex Sanchez loco citato, ubi docet concubitus cum femina mortua idem esse ac concubitus cum eius Statua; sed concubitus cum statua non includit nisi malitiam mollietatis; ergo idem dicendum erit de concubitu cum femina mortua. Vnde optimè dixit Ignatius Lupus *ubi sup.* non incidere casum reservatum de coeuntibus cum Brutis qui aliquod Corpus inanimatum, supergreditur, licet cum ipso se polluat, ut faciunt qui se polluant cum statu. Ita ille, Ex quibus verbis habetur concubitus cum statua non esse Bestialitatem, ut voluit Gesualdus, sed Pollutionem: ergo idem fatendum erit de concubitu cum femina mortua. nam ut dixit Sanchez, æquiparantur, & pari passu procedunt concubitus cum statua, & cum femina mortua.

Concludendum est igitur, copulam cum femina mortua non inducere vitium Bestialitatis, nec fornicationis ut docet Sanchez, sed tantum continere malitiam Pollutionis factæ adiutorio illius corporis mortui; quod cum sit Instrumentum inanimatum, ac si esset statua ipsius mulieris, ut ait Sanchez; non potest constituere diuersam speciem malitiæ ab ipsa Pollutione, ut bene dixit Tamburinus, loco citato. Vnde illi, qui sentiunt, circumstantias aggravantes non esse necessariò in Confessione aperiendas, concederent talem circumstantiam Copulæ non esse in Confessione aperiendam, sed sufficere asserere, se pollutionem habuisse. Et in nostro casu cum femina sit mortua, non adest malitia inductionis ad peccatum; & suppono copulam cum femina mortua non haberi ab homine peccante cum alio affectu fornicario diuerso à pollutione, nam alioquin cum pollutione adestet aliud peccatum Fornicationis, Adultetij, Incesti, &c. Ergo, &c. Et hæc omnia in quæstione non tam diligenter ab aliis pertractata, pro Curiosis Lectoribus adnotare volui, ut ipsi tamen iudicent si probabiliter dicta sint, vel ne.

Si quis haberet copulam cum femina dormiente, quodnam peccatum Luxuria committeret?

R E S O L. II.

Respondetur aliqui, quòd præter peccatum fornicationis si mulier esset soluta, & præter peccatum Adulterij, si esset coniugata, & præter peccatum Sacriligij si esset Monialis; & præter peccatum Stupri si esset Virgo, &c. committeret etiam peccatum Raptus formalis. Et ita hanc sententiam tenet Pellizzarius *in Man. Regular. tom. 1. tract. 4. cap. 3. sect. 4. n. 70.* ubi sic ait: Si quæras, quam malitiam habeat copula habitata cum femina dormiente? Respondeo, copulam habitam cum femina dormiente, quæ ante somnum consenserit in copulam, esse eiusdem speciei, ac esset, si haberetur cum illa vigilante, ac sponte consentiente: siquidem talis copula æquiparatur copulæ habitæ cum muliere Ebria. Quòd si mulier, cum qua Dormiente haberetur copula, in eam non consensit ante somnum, tunc copula continet etiam malitiam Raptus formalis; de qua Sanchez *lib. 7. de Matrim. disp. 14. n. 7.* eamque in Confessione necessario exprimendam: Imò & malitiam Stupri, si femina illa erat Virgo, ut colligitur ex ipso Sanchez *supra, n. 7.* Hucusque Pellizzarius.

Non obstat dicere, quòd violentia est de essentia Raptus, ut patet ex iuribus, quæ afferunt, & sequitur Martinus Perez *de Matrim. disp. 38. sect. 1. n. 1.* Sed in nostro casu copula efficitur sine violentia: Ergo non potest constituere malitiam Raptus. Respondeo enim cum Fagundes *in Decalog. tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 3.* quòd fraus, & dolus

violentiæ æquipollent *l. unica. §. Et si quidem. vers. Penas autem. Cod. de Raptu Virgin.* ubi consensus ille feminæ dolosis artibus exortus præsumitur, & ita communiter Doctores. Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 12. n. 7. & 11. Decianus 12. tract. Crim. lib. 8. c. 7. n. 8.* Sed in nostro casu adest fraus & dolus, quia copula illa haberetur cum muliere inuita; si enim vigilaret non consentiret. Ergo Raptus committitur.

Verùm his non obstantibus posset aliquis dicere, quòd tunc adestet fraus, & dolus, quando mulier fuisset v. g. cum Lopio, vel alio medicamento ex industria consopita, ut postea cum illa haberetur copula. Sed nos supponimus copulam, de qua loquimur, habitam fuisse occasionaliter, quia mulier inuenta est somno oppressa; & licet hoc non obstante, dicta copula exerceretur cum femina inuita, cum dormiat; tamen hæc iniuria, quæ hic & nunc ei infertur, non est illi nota: nam suppono illam somno immersam concubitus non sentite. Quòd multum existimo: nam ut docet D. Thomas *in 2. 2. q. 66. art. 4. & D. D.* communiter, alia ratio est inuoluptatis per violentiam, quæ est in rapina, alia per ignorantiam, quæ est in futuro. Ergo stantibus his circumstantiis, non videtur in casu nostro adeste tanta iniuria, & violentia, ut possit constituere Raptum formalem, ut vult Pellizzarius. Quòd idem dicendum videtur, si haberetur copula cum aliqua femina, subita Apoplexia correpta, vel ab alio morbo sensibus destituta, & tunc occasionaliter ab aliquo carnaliter cognosceretur.

Confirmantur supradicta; quia licet D. Thomas *in 2. 2. quæst. 54. art. 7.* Sanchez, & alij asserunt, solam violentiam constituere Raptum, tamen non desunt Doctores asserentes, quòd non dicitur Raptus, strictè & formaliter si mulier violentata non abducatur de loco ad locum: quòd probat Hurtadus *de Sacrament. disputat. 23. difficult. 3. num. 11. ex l. unica,* de Raptu, ubi dicitur, quòd raptus sit violenta extractio de Domo Patris. Et ita etiam docet Præpositus *in 3. part. quæst. 7. de impedim. Matrim. dub. 16. num. 148.* Perez *ubi supra. sect. 2. n. 4.* Tamburinus *Opusc. 1. lib. 2. cap. 7. § 9. n. 60.* Escobar *in Theolog. tract. 5. Exam. 8. cap. 2. n. 75.* & alij, quos citat & sequitur Sylvius *in 2. 2. D. Thomæ, q. 154. art.* ergo, &c. Vnde nouissimè Gesualdus *in Theol. mor. tom. 1. tract. 35. cap. 7. n. 10.* dixit, quòd ut Raptus sit peccatum Luxuriæ distinctum à fornicatione simplici specificè opus est ut fiat abductio mulieris. Sed in casu nostro, dato quòd adest violentia, non adest abductio: ergo talis copula non potuit inducere Raptum formalem.

Et quidem, si vera esset, & sequenda opinio Patris Pellizzarij, sequeretur, quòd qui habuisset copulam cum femina dormiente, & idèd commisisset (ut ipse ait) Raptum formalem, sequeretur, inquam, incurrisse in pœnas latas à Sacris Canonibus contra Raptos, stante opinione Lessij *lib. 4. cap. 3. dub. 9. num. 66.* qui extendit pœnas Raptorum ad illos, qui non traduxerunt de loco ad locum mulierem, sed tantum in loco violarunt. Vnde in nostro casu nimis durum potest videri propter Copulam cum femina Dormiente, sine alia vi illata, dictas pœnas incurri. Sed ego nolo harum opinionum Auctor esse: Idèd viri Docti iudicent.

An qui copulam habet Sodomiticam cum Infideli, vel copulam cum muliere Hebræa, vel heretica, debeat explicare circumstantias personarum?

R E S O L. III.

Sed dices; hi casus quid ad praxim? utinam in praxi non acciderent. Primus casus potest frequenter accidere

ficia in diversis Diocesisibus posse à quo maluerit Antistite ordinari : tum & præcipue , quia id nullo Iure reperitur expresse prohibitum : nec dicitur *cap. ne captanda, quod citat Archidiaconus*. est contra nos : nam illud solum loquitur de illo , qui habet facultatem à Pontifice ad acceptandum Beneficium , quod primo vacauerit ; qui quidem , antequam Beneficium vacet , non potest acceptare determinatum Beneficium , sed tenetur acceptare primum Beneficium , quod vacauerit ; quæ quidem capitis dispositio non videtur accommodabilis nostro casui , præcipue cum sit odiosa , & consequenter non extendenda. Quæ quidem sententia , me consulto , anno 1635. fuit in praxi acceptata in hac Diocesi *Valemti*. in quodam Beneficiario habente vnum Beneficium in Diocesi *Segobricen*. qui cum suscepisset ibi ratione illius Beneficij Subdiaconatum ; postea ratione alterius Beneficij in Diocesi *Valemti*. suscepit alios Ordines. Hucusque Trullench, satis quidem probabiliter.

An pollutio occulta in Ecclesia habeat malitiam Sacrilægij in Confessione explicandam ?

R E S O L. V.

Affirmatiuam sententiam docet Reuerendissimus Magister Candidus , *tom. 2. disquis. 24. artic. 23. dub. 38. num. 40.* vbi sic ait : Improbabilissimum est asserere fornicationem , siue seminis effusionem occultè admissam in loco sacro non habere malitiam lethalem Sacrilægij , atque ita loci circumstantiam , non esse necessariò tunc confitendam ; quia per talem culpam ex natura facti , & per se pollutur Ecclesia , licet non teneamur abstinere à celebratione in ea , dum occulta manserit. Tum , quia absque nouo actu , nouaque culpa incipit Ecclesia esse polluta , vbi primum de præterita culpa constiterit per famam , aut fornicantium confessionem , iuxta *cap. significasti, de Adult.* Et hanc sententiam docet etiam nouissimè Magister Serra *tom. 2. in part. 2. D. Thoma, quest. 62. artic. 2. dub. 2.* sic asserens : Hinc colligitur ratio ob quam blasphemare , vel loqui turpia in Ecclesia non habet malitiam Sacrilægij , sicut illam habet effusio seminis , aut sanguinis : quia scilicet illa non sunt , sicut hæc lege Ecclesiastica prohibita sub motiuo , & ratione , aut intuitu Religionis. Quidam limitant hoc ad notoriam seminis ; aut sanguinis effusionem : nam cum solum per ea quæ notoria est , violetur locus sacer , non est peccatum peculiare Sacrilægij , cum effunditur semen , aut sanguis occultè in Ecclesia. Hanc tamen limitationem & doctrinam alij falsam esse dicunt : tum quia licet concedi possit Ecclesiam ob occultam pollutionem non debere expiari ; admitti tamen non debet , propter illam non pollui aut violari : nam in *cap. Ecclesis, de Consecrat. dist. 1.* dicitur Ecclesias pollui , aut sanguinis effusione , aut cuiuscumque semine , & *cap. Significasti, de Adult.* præcipitur , vt reconcilietur Ecclesia , in qua mulier secretum adulterium cum Presbytero quodam commiserat , illudque postea publicauit , & falsa est : at non fuit Ecclesia violata , & polluta , per talem publicationem ; nam hæc solum fuit violationis manifestatio : ergo per secretam pollutionem. Vnde sicut licet non teneamur vitare eum , qui secretò percussit Clericum , quousque percussio sit notoria ; id tamen non est , quia propter publicationem , incidit in excommunicationem , sed quia non tenemur vitare nisi notorium percussorem ; ita licet Ecclesia per effusionem seminis occultam violetur , expianda non est quousque publicetur , quia solum expianda est , quando notum est fuisse violatam. Tum etiam quia licet verum esset , secreta pollutione non violari Ecclesiam ;

adhuc dici non posset illam non esse sacrilegium ; quia Ecclesia illam prohibet sub motiuo , & ratione , seu intuitu Religionis ; vnde sicut furtum rerum sacrarum Ecclesie ; quamuis occultum sit , & illo non violetur Ecclesia , est Sacrilégium : ita & secreta seminis effusio ; ad rationem enim sacrilegij satis est , si fiat contra sanctitatem ad quam Ecclesia consecratur : consecratur autem vt sit immunis ab omni violentia , & immundicia venerea per seminis effusionem : ergo , &c.

Verùm , licet ego huic sententiæ adhæream , pato tamen sententiam negatiuam non esse nota improbabilitatis inurendam ; nam illam docuerunt , vt alibi notauit , duo lumina Academiæ Salmanticensis , & Complutensis , Gabriel Vasquez , & Basilius Pontius , Gigantes Theologiæ Scholasticæ , & Moralis , ac ingeniorum ætatis nostræ Principes. Et idè hanc sententiam docet etiam post illos Caspensis in *Cur. Theolog. moral. tom. 1. tractat. de Peccatis, disputat. 2. sect. 3. numero 20.* Quia cum huiusmodi actus fiant in loco sacro ex natura rei non est specialis circumstantia in confessione explicanda , quando non fiunt ex motiuo Tempulum inhonorandi : aliàs oscula , & tactus , & turpia colloquia duplicem haberent malitiam , quod ipsi negant : tantum ergo ea malitia competit ex prohibitione Ecclesiastica ; prohibitio autem Ecclesie tantum eam seminis effusionem prohibet in loco sacro : qua Ecclesia ita violatur , vt egeat reconciliatione : non autem eget nisi quando publica est : ergo tantum ea habet speciem sacrilegij , & non alia. Itaque hanc sententiam tanquam probabilem admittit sapientissimus Ouiedo in *parte secunda Dini Thoma tractat. 6. controuers. 5. punct. 3. §. 9. numer. 64.* Et me citato tres alij docti recentiores , Trullench in *Decalog. tom. 2. lib. 3. capit. 1. dub. 7. numer. 11.* Caramuel in *Regul. Dini Benedicti, disputat. 66. conclus. 12. numer. 1017.* & Basilius in *Flor. Theolog. moral. verb. Sacrilégium 11. num. 3.* Igitur in præsentia difficultate libenter adhæreo , vt dixi , affirmatiuæ sententiæ Magistri Candidi , & Serræ tanquam communiore , nego tamen negatiuam Pontij , Vasquez , & aliorum esse improbabilem. Vnde nouissimè me citato dixit Leandrus de *Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disputat. 8. quest. 9.* nimis rigidè Magistrum Candidum sententiam negatiuam vocasse improbabilissimam ; vbi addit me meritò illam tanquam probabilem admisisse.

An si Clericus ex licentia Summi Pontificis pugnet in bello, si aliquem occidat incurras Irregularitatem ?

R E S O L. V.

Affirmatiuè respondet Lorca in *2. 2. Dini Thoma, quest. 40. artic. 1. sect. 3. disputat. 51. numer. 23.* vbi sic ait : Si Clericus ex dispensatione Pontificis expressa pugnet , etiam si occidat , aut mutilet , nullam irregularitatem incurere tradunt Couarruias , *6 Illo 3. numer. 2.* & Molina *disputat. 110.* quoniam qui dispensat in aliquo , dispensare censetur in eo quod consequens , & connexum est. Dispensatione tamen expressa , vt pugnet ; quia si solum concedat Papa Clerico vt bello intersit , non censetur concedere pugnam , vt tradit etiam Molina *lib. 5. capit. 49. numer. 5.* Sed id non probo. Quia milites iustè pugnantes , si occidant aut mutilent , irregulares fiunt : ergo eodem modo Clericus. Nec Papa concedens primum censetur concedere secundum , nisi in concessione expresserit. Ita ille.

Sed ego adhæreo opinioni Molinæ , & Couarruias quam etiam tuetur Præpositus in *3. part. quest. 5. de Irregul.*

Irregul. dub. 12. num. 96. Suarez de Cens. disp. 47. sect. 6. numer. 12. Turrianus in 2. 2. tom. 1. disp. 93. dub. 1. Hurtadus vol. 2. di. 69. sect. 14. subsect. 2. §. 139. & alij. Nec valet dicere cum Lorca, quia Laici possunt licite pugnare, nec tamen sunt ab irregularitate immunes: ergo licet Clerico sit licita pugna ex dispensatione Pontificis, non est immunis ab irregularitate. Nego consequentiam, quia Laicus utitur iure communi, Clericus autem iure derogante legi communi. Cum autem Pontifex censuit raptas esse satis ad permittendam Clerico pugnam, censuit idem de irregularitate. Et qui facultatem præber expressam ad aliquem factum, amouet omnia impedimenta ad illud. Et ideo Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 21. diff. 18. n. 9. sic ait: [Aduertase, que si el Papa da licencia à algun Clerigo para que pelee en la guerra, ò que asista à ella con armas offensiuas, y defensiuas, no queda irregular, aunque mare alguno, como dizen todos, que es esta vna como anticipada dispensacion, ò como dizen Couarruias, y otros, es visto quitar el Papa toda la pena, y censura de aquel acto.] Ille, & ego.

An Clerici exhortantes in bello iusto, ut Hostes occidantur, incurrant Irregularitatem?

RESOL. VII.

Afirmatiuam sententiam tenet Lorca 2. 2. sect. 3. dispensat. §. 1. num. 22. Suarez de censur. disp. 47. sect. 6. n. 8. Bañes in 2. 2. quest. 40. art. 2. dub. 1. & alij. Probatur ex cap. Quicumque ex Clero. 23. quest. 8. quia in tali casu iam Clerici essent causa homicidij; illa enim exhortatio est directè ad cædem quod spectat ad defectum lenitatis: non aliter ac exhortari Iudicem ad agendum furem in patibulum.

Verùm mihi placet negatiua sententia, quam rucur Auila Censur. part. 7. disp. 6. sect. 3. dub. 2. conclus. 2. ad 1. argument. Turrianus 2. 2. tom. 1. disput. 93. dub. 2. Hurtadus de Mendoza vol. 2. disp. 169. sect. 14. subsect. 2. §. 137. & 143. & alij penes ipsos. Et ratio est, quia irregularitas non est admittenda, nisi exprimitur à iure: sed nullo iure exprimitur in hoc casu: ergo. Secundò; quia persuasio totius exercitus ad pugnandum strenuè est coniuncta cum persuasione ad hominum cædes, & mutilationes; sed illa non contrahitur irregularitas: ergo nec hac. Maior probatur; quia strenua pugna totius exercitus non potest physicè separari à cædibus, & mutilatione. Qui enim potest acriter pugnari à toto exercitu, quin aliquis hostium cadat? Vnde non potest dici hæc persuasio remorè coniungi cum cæde. Confirmatur; si Bombardarij, & Sclopetarij statuerent non displodere sclopera, atque bombardas, posset Clericus absque irregularitate eos hortari ad displotionem, ex qua videret nonnullos necessariò iri cæsum, aut mutilatum; Ergo, &c. Et quidem si Aduersarij volunt licitum esse in prælio hortari milites ad fortiter dimicandum; quare non erit licitum hortari illos ad occidendum hostes? Nam si de re sit sermo, idem erit hortari milites in ipso congressu belli ad sic dimicandum, vt consequantur victoriam; & hortari illos ad occisionem hostium, si necessaria est ad victoriam reportandam; & quamuis vna locutio minus sit expressa, quam alia; consideratis tamen rerum circumstantiis, idem est vtriusque sensus. Et eundem esse sensum docuerunt Innocentius, & Panormitanus in cap. Quod in dubiis, de pænis; quamuis contra communem Doctorum existiment in vtroque euentu Clericos contrahere irregularitatem. Sed, vt dixi, in priori casu communiter sentiunt Doctores Clericos non incurrere irregularitatem, & in posteriori hoc est probabile propter factam

rationem. Itaque exhortatio ad cædem in bello iusto, non est causa irregularitatis.

An Clerici, in casibus in quibus licitè possunt pugnare, occidendo hostes, incurrant Irregularitatem?

RESOL. VIII.

Afirmatiuè respondet Nauarrus in Manual. cap. 72. num. 215. Caietanus & Bañes in 2. 2. quest. 40. art. 2. & Ledesma in Summa tom. 2. tract. 3. cap. 13. concl. 41. vbi sic ait: [Los Clerigos que pelean, aun quando estan obligados à pelear, se hazen Irregulares, si matan, o cortan miembro. Esta sentencia es comun entre los Doctores, y tienela Cayetano y Nauarro, y otros muchos. Esta sentencia se funda lo primero, en que esta Irregularidad no se consigue a pecado, sino a occision voluntaria, o à mutilacion de miembro. Y en esto caso a y alguna destas cosas. Luego incurrese Irregularidad. Lo segundo, porque en el derecho todos los que matan, o cortan miembro se hazen Irregulares, aunque lo hagan en defension de su Republica, fino es que sea en su propria defension. Luego todos los demas quedan Irregulares. Lo tercero; porque el juez que mata, o corta miembro queda Irregular, aunque sea obra buena, y que estaua obligado a hazerla. Y lo mismo es de el que mata defendiendo a su padre, quando estaua obligado a defenderle. Luego lo mismo sera eu nuestro caso. Ita ille. Et ita hanc sententiam tenet etiam Bañes in 2. 2. q. 40. art. 2. dub. 4. asserens sic esse Praxim Curie Romanæ, in qua Clericus, qui occidit in defensionem Reipublicæ, existimatur irregularis.

Sed negatiuam sententiam ego teneo cum Valentia, tom. 3. disp. 3. quest. 16. punct. 4. Molina de Iust. tom. 1. tractat. 1. disp. 109. Præposito in 3. q. 5. de Irregul. dub. 12. n. 92. Sayro de Censur. lib. 6. c. vlt. n. 9. Turriano in 2. 2. §. tom. 2. disp. 93. dub. 1. Hurtado vol. 2. disp. 169. sect. 14. subsect. 2. §. 140. & 141. & aliis. Dico igitur, quòd si bellum defensiuum sit necessarium ad salutem Reipublicæ, nec Clericos in eo pugnantes, & occidentes, vel mutilantes incurrere irregularitatem; si enim eam non incurrit qui alterum occidit, quando id est necessarium ad iustam proximi defensionem, multò minus incurrit qui idem præstat, quando bonum Reipublicæ id requirit; ad cuius defensionem aliquis obligetur. Confirmatur. Durum videretur, quod priuatus incurrat irregularitatem propter actum, ad quem iure naturæ obligatur, cum hac ratione multi arcerentur ab obseruatione præceptorum. Confirmatur ex D. Thoma in 2. 2. q. 40. art. 2. in fine corporis, vbi ex eo docet, Clericis non licere bellum gerere, quòd nulli, qui est deputatus ad aliquod officium, licet id, per quod suo officio incongruus redditur; cum ergo in nostro casu licitum sit Clerico pugnare, & occidere, non videtur per hoc impediri, quo minus pristinum officium exercere valeat. Itaque statuendum est, Clericum esse irregularitate immunem, quoties legitime pugnare potest, licet hostem ipse occidat. Et hanc sententiam probabilem esse concedunt ipsimet Aduersarij, vt Bañes loco citato.

Notandum est hic obiter cum Hurtado vbi supra, §. 142. quòd in bello iusto ad cuius foelicem exitum non est necessaria pugna Clerici; si Clericus pugnet peccat graniter, non tamen est irregularis, nisi ipse hominem occidat, aut mutilet: quamuis aliquem feriat, & alij socij hostem occidant: sola ergo nece aut mutilatione ab ipso effecta est irregularis. Vide etiam Reginaldum tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 80.

An post victoriam Clerici inuenti in exercitu hostili, possint impunè occidi?

R E S O L. I X.

Affirmatiuè responderet Caramuel *in Theol. mor. lib. 2. disp. 2. art. 1. n. 340.* vbi sic ait: Pugnantis duobus Christianorum exercitibus cohortes aliquot captæ, & in illis Ecclesiastici nonnulli reperti; cumque vi mera, sine aliqua concordia intercepti omnes sint, singulos milites occidi posse ex dictis clarè constat; sed dubitas, an occidi possint Ecclesiastici? Ratio dubitandi est. Quia Summi illos Pontifices donarunt eximiis priuilegiis, excommunicantes quoscumque, qui in eos manus violentas imposuerint.

Respondeo, Ecclesiasticos vel esse Confessarios, vel Concionatores. Hos fortius eloquentia, quam Legionarios armis, militare certissimum est. Vel qui dubitas, Mongallardi memineris, qui contra Henricum IV. populum tam acriter concitauit, vt qui arma non timuit, debuerit huius eloquentiam horrere, imò & condescendere articulis ab illo suggestis, (Cistercio-Iulienfis ille fuit; & male securus sub Henrico IV. ad Belgium veniens ab Alberto ad Aureuallensem Abbatiam promotus, obiit cum opinione sanctitatis.) Memineris etiam Ioannis de S. Bernardino, & aliorum Concionatorum, qui adhuc hodie turbant, & decipiunt populum in Lusitania proclamantes mendacia in veritatis sede, & asserentes secura potuisse conscientia Bargantinum coronam alienam inuadere. At verò puros Confessarios crudeliter à castris hostilibus arceremus; ipsi enim profunt animabus, negotiis publicis non intermixti: adeoque de Confessariis maior videretur, & difficilior controuersia.

Dico igitur Rempublicam posse tueri suum ius, & hoc directè. Addo eam posse indirectè occidere quemcumque hominem, sæcularem, aut Ecclesiasticum, qui consecutionem iusti finis impediatur. Subiungo malè ad Pontificum priuilegia recurri, non enim ille, aut concessit, aut concedere potuit, vt Ecclesiastici inuadant Rempublicam sæcularem impunè: nec interdixit, nec interdicerè potuit iustam defensionem, aut rei propriæ recuperationem, quam natura concedit; ac per consequens nec expoliare autoritate indirecta occidendi Ecclesiasticos, nata ex iure directo se, & sua defendendi. Concionatores, vtpotè exhortatores, hostes esse confiteor; an & Confessarij hostes sint, decernere non audeo, video tamen pistores, laniones, mercatores hostilis exercitus inimicos censeri & tamen necessarij sunt, & arma non mouent: vnde videretur de Confessariis pariformiter philosophandum. Hucusque Caramuel.

Sed ego prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis tuetur Ioannes de la Cruz *in Direct. Conscien. par. 1. precept. 5. art. 3. concl. 3.* vbi firmat, Clericos dum pugnant posse occidi, & spoliari; sed parva victoria, si non timetur periculum futurum, non posse occidi, aut spoliari, etsi pugnaverint; quia Principes extra actuale conflictum non sunt eorum Iudices. Et ita hæc sententiam tenet etiam Bañes *in 2. 2. D. Thoma, q. 40. art. 2. dub. ult.* vbi sic ait: Per accidens possunt milites accipere bona Ecclesiæ, & Clericorum, & ipsos Clericos occidere, & Ecclesias subuere. Probatur: nam possunt milites facere in bello iusto omnia necessaria ad consequendam victoriam: poterit autem esse ad id necessarium aliquando Clericos occidere, & Ecclesias subuere, vt diximus in primo dicto: ergo. Notandum tamen est, quòd si clerici pugnant in actuali conflictu, possunt expoliari, & occidi, tunc enim ex Clericis facti sunt hostes; parva tamen victoria non li-

ceret Clericos occidere, aut expoliare, quia Princeps non est Iudex Clericorum extra conflictum actuale. Ita Bañes, cui adde doctum, & amicissimum Candidum, *tom. 1. disquis. 17. art. 8. dub. 2.* Vbi tamen notat, quòd si bellum iustum esset contra Prælatum Ecclesiasticum possent Clerici etiam post partam victoriam expoliari in penam Præsidis Ecclesiastici, cui Clerici sint subiecti: non est igitur absolutè à negatiua sententia recedendum; & præsertim contra Caramuelem tenenda est in ordine ad Confessarios. Et hanc sententiam fatetur ipsemet obseruari ab Hispanis, & Gallis.

An qui plura habet Beneficia teneatur in fine Officij tot commemorationes facere, quot sunt Beneficia.

R E S O L. X.

Casus est nimis practicabilis; & ad illum ex Bonacina quatuor conclusionibus responderet Trullench *in Decal. tom. 1. capit. 7. dub. 12. §. 3. num. 27.* Prima est, Beneficiarius illis diebus, quibus commemorationes fiunt, teneretur facere commemorationem illius Sancti, in cuius honorem Beneficium erectum est, vel à quo Ecclesia illa particulare nomen accepit: hæc probat ex communi vsu Beneficiariorum, & Rubrica Breuiarij, vbi decernitur commemorationes Patroni vel Titularis fieri. Secunda conclusio: tot commemorationes faciendæ, quot sunt Beneficia; quia par est omnium ratio: ita tamen quòd si Patronus sit S. Petrus, aut Paulus, aut Beatissima Virgo Maria, sufficit commemoratio consueta: si autem sint plures Apostoli, aut Martyres, sufficit, quòd vnica commemoratione complectatur Apostolos, vel Martyres. Tertia conclusio, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, regulariter loquendo solum peccat venialiter; quia paruitas materiæ excusat à mortali. Dixi, regulariter loquendo, quia vltimum Beneficiarij tenentur vnã solum, aut alteram commemorationem facere. At si quis tot Beneficia possideat, vt illis correspondant plures commemorationes, quæ simul sumptæ, matutino, vel vespertino tempore grauem materiam constituunt, existimat Bonacina, Beneficiarium eas omittem peccare mortaliter; quia violat præceptum Religionis, seu obedientiæ in materia graui. Sicut, qui plura vota in materia parua eodem die omittit; de quo Sanchez *lib. 1. oper. moral. capit. 5. num. 16.* Quarta conclusio, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, quando solum peccat venialiter, non teneretur ad fructuum restitutionem; quia secundum communem Doctorem, ex omissione partis modicæ, non confargit obligatio restituendi: quando verò omittens peccat mortaliter, tunc existimat Bonacina, obligari ad restitutionem pro rata fructuum respondentium singulis commemorationibus omissis; quia violat Iustitiam in re graui, ex qua nascitur obligatio restituendi, secus in eo, qui solum leuiter peccat, vt dictum est. Hæc Trullench ex Bonacina.

Ego tamen puto probabiliter cum Escobar à Corro *in tractat. de Hor. Canon. quest. 3. §. 5. num. 34.* quòd in tali casu Beneficiarius non teneretur saltem sub mortali, & sub obligatione restitutionis tot commemorationes in Officia facere, quot beneficia possidet, & sunt Sancti Patroni ipsorum Beneficiorum, nisi quatenus ex Rubricis Breuiarij ad id teneretur; imò & tunc poterit excusari propter materiæ paruitatem, nisi ex numero Beneficiorum, & Patronorum grauis oriatur materia. Vide etiam Faustum *de Hor. Canon. lib. 2. quest. 19.*

Notandum est etiam hîc obiter Binsfeldium *in Enchir.*

chir. Theol. par. 4 cap. 3. concl. 10. docere, quod qui plura Beneficia possidet, quorum vnum sufficit ad decentem sustentationem, sine iustâ causa, & dispensatione, pluries eodem die tenetur dicere horas Canoicas secundum Guilielm. Parisiensem. *in tract. de collation. Beneficiorum.* Dionys. Carthus. *de pluralitate Beneficior. art. 8.* Nauarr. *in Enchiridio de orat. cap. 12. num. 61. in Miscellaneo 60.* In eandem sententiam ire videtur Albert. Ferrariensis. *de Horis Canon. num. 34.* dum ait. Vsum huius sæculi seruare, vt qui habet plura Beneficia, semel tantum horas dicat; se autem nescire, an vsus futuri idem seruet: Quia vnumquodque Beneficium, sicut suum habet commodum, ita etiam onus: onus autem annexum Beneficio Ecclesiastico, est oratio Horarum Canonicarum iuxta omnium sententiam: qui ergo duo obtinet Beneficia iniuste, duo vt ferat onera necesse est iuxta illam regulam; *commoda qui sentis; iungas onus emolumentis ff. de regul. Iur. Quemadmodum, ait Episcopus Parisiens. quos feuda vnusquisque tenet, tot debet inde seruitia.* Sic quot Præbendas, vel Beneficia vnusquisque detinet, tot debet inde Ecclesiastica seruitia. Ex hac conclusione cum prædictis Auctoribus inferitur, eum, qui inordinate plura Beneficia habet, & semel tantum in die horas recitat, ex duplici capite ad restitutionem fructuum obligatum esse; tum quia iniustum possidet Beneficium, tum quia non recitat horas pro multitudine Beneficiorum. Hucusque Binsfeldius. Sed merito ibi eius Additionator Franciscus Syluius hanc sententiam non admittit; & est contra communem.

An Episcopus possit ex iuxta causa mutare Pœnitentiam à Pontifice impositam?

R E S O L. X I.

Causus est pro dispensationibus, quæ obtinentur in Pœnitentiaria: & affirmatiuè respondet Homobonus *de Bonis in Consultas. Cas. Conscient. vol. 2. part. 5. resp. 148.* vbi sic ait: Vicarius cuiusdam Episcopi, cui delegata est matrimonialis dispensatio, quæsiuit an commutare possit pœnitentiam à Summo Pontifice iniunctam viro incestuoso nobili, & delicato, vt operam suam in fabricam Ecclesiæ conferat, &c. Respondi affirmatiuè: Nam necessitate urgente, aut vtilitate suadente, pium est interpretari, superiorem facultatem commutandi, aut etiam ipsam pœnitentiam relaxandi concedere, si impossibilis, aut etiam difficilis, videatur; ex Gloss. *in capit. Tempora. 26. quest. 7.* Ita ille. Facit etiam pro hac opinione alia Glossa *in capit. Latorem 33. quest. 2.* Vide etiam Zerolam in praxi *par. 1. ver. Pœnitentia q. 2.* asserentem, stante iusta causa, posse Episcopum mutare pœnitentiam impositam à Papa. Sed hoc intellige cum Valero *in Differentiis viriusque fori ver. Dispensatio different. 5.* Si fiat cum urgente causa, & non sit facilis aditus ad superiorem, qui pœnitentiam imposuit. Ego alibi hanc quæstionem pertractaui, & quia Praxis Pœnitentiariæ est in contrarium, non ausus sum affirmatiuè sententiæ ad hætere: idè tu cogita.

An contractus innominati pariant obligationem in foro conscientia, vel detur eis locus pœnitentiæ, vt disponunt Iura Ciuilia?

R E S O L. X I I.

Suppono quod Contractus nominati pariant non solum exceptionem, sed etiam actionem, & obligationem ciuilem: Contractus autem innominati exceptionem pariant, actionem verò, & obligationem ciuilem non item. Ita expressè *l. 1. & l. 7. Iuris gentium ff. de pact. in princ. ibi;* Quæ pariant actiones in suo nomine

non consistunt: quasi dicat, nominati contractus actiones pariant. Et infra §. Sed cum nulla subest causa, hic constat constitui non posse obligationem & concludit IC. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. Idem decernitur *l. dimerisionis. 45.* & ibi Gloss. & Paulus de Castro. *& l. legem, Cod. de pact. & l. petens 27. eod.* & ita docet Gomez. *lib. 2. Var. cap. 8. n. 4.* & alij communiter. Difficultas ergo est, an sit tutum in conscientia sequi Ius ciuile, & doctrinam de pœnitentia in contractu innominato. Et negatiuam sententiam tenet Pater Oñate de contractibus, *tom. 1. disp. 2. sect. 1. n. 101.* vbi sic ait: Ratio verò, cur nominati contractus actionem pariant, innominati non pariant, immediata non potest esse alia, nisi quia Ius ciuile ita disposuit. Ius inquam ciuile: nam Ius naturale etiam innominatis contractibus obligationem, & actionem dedit coram Deo, & in foro conscientia, quod valde notandum, & memoriæ commendandum est, & est etiam certissimum. Primum, quia contractus innominati sunt veri contractus: ergo obligationem, & actionem naturalem saltem pariant. Sed hanc naturalem obligationem Ius posituum nullo modo annullauit; nam licet pactis nudis, & contractibus innominatis non assistat, addendo eis obligationem, & actionem ciuilem: non tamen resistit, auferendo ab eis obligationem, & actionem naturalem. Nec vlla est lex, quæ talem irritationem contineat: nec illa lex esset expediens. Nam contractus innominati, & pacta nuda ex sua generali ratione nullam continent turpitudinem, quin potius sunt frequentius valde vtilia, & in vsu frequentissimo cuiuslibet Reipublicæ: ergo hodie quoque hæc pacta, & hi contractus retinent suam naturalem obligationem, & actionem, licet ciuilibus eis negata fuerit. Ita ille. Et idè Pater Molina *disput. 258. de Iust. & Jur.* existimat, leges à nobis citatas de repetitione eius, quod datum est ex contractu innominato, fouere peccatum, & multiplicare lites, proindeque & posse, & debere à Romano Pontifice abrogari. Sicut propter eandem causam ab Hispaniæ Regibus sunt reprobata; & non est concessa in illis pœnitentia, cum sit contra conscientiam positiuè concedere, vt homines pacta conuenta non obseruent.

His tamen non obstantibus, nouissimè Pater VVadingus *tract. de Contract. disp. 6. dub. 1. §. 3. num. 2.* docet, Ius ciuile nihil statuisse in hac parte contrarium Iustitiæ, aut fouens peccatum; & vt res explicet clarè, notat, aliud esse promissionem de celebrando contractu, aliud conuentionem, vel promissionem de eo dando, quod est obiectum contractus, v. g. Si promittam me tibi traditurum talem equum, est pactum nudum, & promissio de contrahenda emptione; ita quoque in proposito potest esse pactum nudum, & promissio de ineunda die crastino permutatione; vt promitto me cras tecum conuenturum de permutatione mei frumentum tuo vino; & illud non est contractus permutationis, nec habet vllum fauorem Iuris, sed obligat instar aliorum pactorum; nec admittit pœnitentiam, cum in Iure non habeatur quicquam, nisi de ipso contractu: de promissione verò ponendi contractum nihil statuitur. Vnde argumentum de obligatione naturali ex nudo pacto, in præsentī difficultate habet locum, & Iura loquentia de contractibus innominatis non euertit. Post pactum nudum de contrahendo sequitur contractus, vt si dicam, dabo tibi centum, si hoc pro me facias, altero repromittente fit contractus, de quo est præsens controuersia, an possit vna pars, altera inuita, resilire? Pro quo notat secundò; licet obligationes contractuum sint iuris naturæ, tamen variis modis subesse Reipublicæ, & menti contrahentium: Respublica enim aliquando facit aliquos ad contrahendum inhabiles; aliquando ipsos contractus sine certis solemnitatibus initos facit irritos, & sine obligatione: aliquando facit contractus parere debilem

debilem obligationem, & ad arbitrium dissolubilem, altera parte manente obligata. Sic diximus contractus cum pupillis, & minoribus in totum posse ad arbitrium pupilli, vel dissolui altera parte inuita, vel haberi ratos, quare ergo non potuit ius statuere contractus aliquos sic celebrari, ut obligationem parentem ante rei traditionem utrinque factam, sub conditione tamen, si modo non resiliant, & si contingeret unam partem citius implere contractum habendo rem, posset efficaciter obligare alteram partem manente libertate resiliendi: sicut de facto minor efficaciter sibi obligat minorem, & tamen vicissim non obligatur efficaciter, & partes quando contrahunt, sciunt se sub hac conditione contrahere, proptereaque non possunt queri, si alter utens iure suo reuocet, aut datum repetat, quando videt sibi prospectum à iure, ut in damno non sit, & quodcumque occasione contractus, ex suis bonis perdidit, refundatur per illum, qui repetit. Vnde omnibus rectè perpensis iudico ius civile nihil hac in parte iniquum constituisse. Deinde, si reperiretur iniquitas, mirum est id non aduersum à iure Canonico, nec reprobatum. Solet enim alia, quæ periculum peccati continent, in legibus civilibus corrigere, prout videmus in præscriptionibus, & aliis. Hucusque VVadingus, cuius sententiam probabilem. Ego existimo, licet priori sententiæ, ut communiori adhaream.

An filius familias teneatur soluere mutuum, si illud soluere iurauerit?

R E S O L. X I I I.

Suppono, quod filius familias, qui est sub patria potestate, si mutuum pecuniam absque consensu patris acceperit, non tenetur in effectu ad restitutionem; nec post mortem quidem patris: quia potest opponere mutuatore exceptionem Senatufconsulti Macedoniani, quo concessum est ei, ut non teneatur soluere, ut docet Gomezius tom. 2. cap. 6. num. 2.

Hoc tamen non obstante tenetur soluere in his casibus. Primò, quando habet peculium castrense, vel quasi castrense, quia cum talia liberè administret, potest quoque in illis se obligare. Secundò, debet esse mutuum in pecunia: si enim fiat in frumento, vino, &c. cessat exceptio, nisi in fraudem legis factum sit. Tertio, si cum licentia patris contraxit, non datur illi exceptio, intellige tamen cum Glossa, Bartolo, & aliis, si modò ille pater, qui consensit, habuit filium in potestate; quia si fuerit in potestate Aui, licentia patris non tollit privilegium: & ita conciliantur l. filium, in fin. cum l. si permittente. Cod. eod. Quarto, si in rem patris versum est mutuum, cessat exceptio. Quintò, si accepit ad sumptus necessarios, quos ipse pater fecisset, v.g. pro victu, & libris necessariis, quando cum facultate patris versabatur in studiis. Sextò, si gerebat se pro filio sui iuris, & creditor bona fide existimauit eum esse emancipatum. In his casibus filius debet soluere sicut alij, & Senatufconsulto se non tueri.

Hoc supposito ad questionem propositam, affirmatiuè respondet Lessius lib. 2. cap. 20. dub. 2. num. 9. ubi sic ait: Quamuis verbis huius Senatufconsulti solum videatur tolli obligatio civilis; tamen etiam tollitur obligatio naturalis, ita ut in foro conscientiæ non teneatur vnquam tale mutuum restituere, si velit hoc privilegio uti. Idque statuit lex, tum in pœnam eorum, qui talibus mutuant; tum, ut omnis occasio machinationis prauæ contra parentes, filii præcinderetur; vnde etiam huic privilegio non potest filius renuntiare, quia magis est in fauorem parentum, quàm ipsius. Si tamen filius iurauit se soluturum, tenebitur soluere, saltem post mortem patris; quando commodè poterit; quia semper iuramentum in alterius fauorem factum, seruandum est,

quando absque peccato seruari potest; ut patet ex dictis supra cap. 17. dub. 7. potest tamen huius iuramenti peti relaxatio à Præfato; quia in fraudem legis appositum est; & aliàs lex facillè redderetur inutilis, eaque obtemperari poterit non soluere. Ita Lessius; cui adde Couartuiam in cap. quamuis pactum, p. 2. §. 3. & alios.

Sed negatiuam sententiam mordicus tenet Hukicus Hunnius in Treutlerum, vol. 1. disp. 18. quest. 35. quia Senatufconsultum Macedonianum publicam respicit utilitatem, ac prouidet, ne filij familias corrumpantur, & delictis fenestra aperiantur, atque occasio illis præbeatur vitæ parentum insidiandi: iuramentum itaque istud, quo Senatufconsulto huic renuntiat, est contra bonos mores, repugnat utilitati publicæ, occasionem denique præbet filios familias corrumpendi, insidiandi vitæ parentum: quocirca iure etiam Canonico improbat. Et quanquam aliàs hoc iure iubeantur obseruari iuramenta, quantum iis legibus civilibus contraria, id tamen verum est de legibus merè civilibus; Senatufconsultum verò Macedonianum ratione nititur naturalij, fundata in pietate liberorum erga parentes, & in quarto præcepto Decalogi. Deinde eatenus illud procedit, quatenus leges civiles delictum, & delinquendi occasionem non prohibent: talibus enim legibus ne iure Canonum quidem renuntiare licet. Iure equidem civili certum est non valere iuramentum, quod legibus civilibus aduersatur, l. j. Cod. de legib.

Sed magno Iurifconsulto addamus magnum Theologum. Scias itaque hanc negatiuam sententiam tanquam probabilem admittere ex Ioanne Andrea Panormitano, & Ferdinando, Vasquio, Patrem Petrum VVadingum ex Societate Ieru in tract. de Contractib. disp. 6. dub. 3. §. 1. n. 4. quia iuramentum istud magis, quàm mutuum simplex inducit ad omnia incommoda, & occasiones peccandi, quas lex euitare cupiebat in prohibitione contractus, & exceptionis privilegio dato filio in fauorem parentum: periculum enim maius videtur esse, quo magis videt filius sine remedio se obligatum ad solvendum; & licet Antonius de Butrio in capit. Cum contingat. de Iureiur. putet hodie inter Christianos cessare istud periculum, quia, ut ibi benè replicat Panormitanus, etiam si periculum parricidij cessaret, non cessarent tamen aliorum peccatorum pericula: filij enim, (ne aut vitæ nimis excrescant, aut cogantur diuturnos carceres subire) parentes deprædantur, & ad multa alia scelera inducuntur, ut pecuniam acquirant, ex argumento Antonij sequeretur, non esse hodie locum exceptioni Macedoniani, cum vix sit reperire parricidia ex hac causa, & tamen quia ad alia peccata inducuntur ex hac occasione etiam contra parentes committenda filij, Respublica iudicauit dandum illis privilegium Senatufconsulti. Sed his non obstantibus, affirmatiua sententia est communis; vnde malè Hunnius vocauit illam falsissimam, & absurdissimam.

Nota verò, quòd præter Lessium docet etiam Molina, disp. 301. seculo iuramento in conscientia filium familias non obligari ad soluendum mutuum, quod etiam docet VVadingus loco citato, explanans verba leg. 10. ff. ad Senatufconsf. Macedon. ubi dicitur manere obligationem. Idem etiam tenet Baunius in Theolog. moral. tom. 3. lib. 2. tract. 5. quest. 8. qui citat Azorium, Sanchez, & Layman.

Dicendum est itaque contra Rebelleum lib. 8. q. 20. posse in utroque foro filios familias, se tueri hoc privilegio, & mutuum non reddere, quia iuste id lex statuere potuit, ut tam extra iudicium, quàm in eo, adeoque in utroque foro, exceptio creditoribus opponi posset, ad liberationem filij familias, ac tam ad securitatem parentum, bonumque commune quàm in eorum pœnam odiumque, rem illis suam adimere. Voluisse autem colligitur ex lege, sed si. §. sed et si. ff. ad Senatufconsf. Macedon.

Macedon. ubi habetur, filium familias perpetua exceptione tutum esse contra mutuantem; quod falsum esset, nisi eum exceptio in animæ iudicio tutum redderet.

Non verò hic hanc exceptionem competere non tantum liberis masculis, sed fœminis, eorumque Parentibus; ac si minores sunt, illorum Tutoribus, & fideiussoribus aut hæredibus, ut dicit *l. 7. & 9. ff. ad Senatuf. conf. Macedon.*

Notandum est etiam huic exceptioni nullum locum esse, cum filius mutuum in rebus à pecunia distinctis dari sibi est passus, quia cum in eo *Senatusc.* pecuniæ fiat mentio, ad alia illud extendi non sinit petita ex æquitate ratio. Similiter cum de mutuo in eo sit sermo, ad exemptionem, aut alium contractum extendi non debet, etsi in mutuum desierit, puta si filius familias pannum ad vestes, equum ad iter, non numerata pecunia emerit, sed in confessionem mutui, seu crediti deducta, *Laymande pactis, sect. 5. tract. 4. cap. 15. num. 3.* nisi id in fraudem *Senatusconf.* fieret; quod accidit cum principalis est intentio non vendendi, sed mutuandi. Vide etiam Baunium loco citato.

An Principes saculares possint ex iusta causa dare Indais positivam licentiam exercendi usuris absque Pontificis auctoritate.

R E S O L. XIV.

Affirmativam sententiam docet Nauarrus, *consil. 33. & 34. de Usuris, & nouissimè Pater VVadingus tract. de Contr. disp. 5. dub. 13. num. 1.* Probatur ratione, quam affert Nauarrus suprâ, permittere usuras non est intrinsecè malum; alioquin Romanus Pontifex, nec in suo Statu posset eas permittere, nec aliis dare facultatem permittendi: ergo tantum obstat prohibitio Ecclesiæ, vel quòd sit contra Canonem. Sed ad Canones benè respondet Campegius, *quest. 49. in tract. de Dote, & breuiter dici potest Canones non obligare Principes supremos cum magno Reipublicæ incommodo.* Si ergo Princeps aduertat magnam esse in suo Regno necessitatem mutui, illudque non posse aliter haberi, quàm permissione usurarum, potest quantum iudicauerit necessarium hac in parte permittere; sicuti tolerat meretrices ad conseruandam matronarum, & Virginitatem: nec in hac re potest per Ecclesiam impediri, ut diximus *disputat. 3. dub. 4. §. 2. numero 6.* cum de fide hæreticis seruanda egimus. Secundò est illa Praxis generalis per totum penè Orbem. De Italia testatur Campegius suprâ, de toto Imperio Romano res est certissima, quia vbique pene Iudæi tolerantur cum exercitio usurarum. In Polonia sunt eorum multa millia: in ditionibus Regis Hispaniæ in quibus non sunt Iudæi, Christianus aliquis à Principe Supremo accipit potestatem scenebrem mensam habendi publicè. In Belgio obseruauit, quòd quamprimum erigitur in aliqua Ciuitate Mons pietatis, cogatur Usurarius abire; quia non est Reipublicæ necessarius, cum mutationi Mons sufficiat. Ita VVadingus.

Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo. Vnde additio ad dictum *Consil. 33.* Nauarri meritò contra illum insurgit, & asserit negatiuam sententiam esse communem, quam cum dicta Additione tenet Malderus *in 2. 2. D. Thoma, tract. 5. cap. 3. dub. 24. conclus. 7.* Cardinalis de Lugo, *tom. 2. de iust. disput. 25. sect. 11. numero 219. & 220.* VVigers *de iust. tract. 5. cap. 6. dub. 23. num. 111.* vbi sic ait: Si in aliquibus locis iudicetur valdè necessarium propter multorum graues indigentias, vnde maiora mala timeatur, permittere usuras; & usurarij, qui fœnus exercere parati sunt, non velint tamen mutuare, nisi permittatur ipsis actio contra mutuatarios, qui nega-

rent soluere usuras permissas, ac nisi his negetur actio ad repetendas soluras, vnde Magistratus quasi necessitetur ad faciendam eiusmodi permissionem usurariis, ut possit succurrere necessitatibus subditorum, & auertere grauiora pericula à Communitate: non foret contra Ius naturæ, Magistratus, iuxta sua promissa, tunc concederet Usurariis actionem, & vrgeret mutuatarios ad solutionem, & non concederet eis actionem repetendi. Quamuis interim usurariis talia permittere, & actionem concedere, & sic compellere mutuatarios, videatur fore contra Ius Canonicum. Quòd autem non sit contra Ius naturæ, probatur; quia Pontifex, ut testatur Nauarrus *consil. 33. de Usuris,* cogit Christianos in statu Ecclesiastico Romæ, Anconæ, & Auenione ad soluendum Iudæis usuras permissas: ergo ex rationabilibus causis concedere actionem usurariis ad exigendas usuras permissas, siue de quibus conuentum est, & ad illas soluendas compellere, non debet censeri esse contra Ius naturæ: neque enim dicendum, quòd ibi in illo facto erret & peccet contra Ius naturæ. Quare neque Princeps sæcularis sic faciendo peccabit contra Ius naturæ: quamuis, ut id licitè faciat, verius sit, quòd debeat accedere Pontificis dispensatio propter Ius Canonicum. Ita ille; cui adde, præter Doctores citatos, Syluestrum, *verb. usura. 9. q. 22.* & omninò videndum Marquardum de Susannis, *in tract. de Iudæis, part. 1. cap. 11. num. 11.* vbi plures Iurisconsultos pro hac sententia adducit.

Ad quem forum pertineat crimen usurarum?

R E S O L. XV.

AD hoc dubium sic respondet nouissimè Pater VVadingus *tract. de Contract. disp. 14. §. 1.* Postquam Romani Pontifices tam multa constituissent contra usurarios, opinati sunt plerique Canonistæ, hoc crimen esse fori Ecclesiastici, & non sæcularis. Sed Couarruias *lib. 3. var. cap. 3.* efficaciter probat hoc crimen ex natura sua esse merè sæculare, sicut est homicidium, furtum, & similia. Addit autem propter rationem *dub. preced.* deductam, Ecclesiam prudenter ad se traxisse, quando Principes sæculares videbantur existimare usuras moderatas esse licitas, sed postquam omnes vbique Principes Christiani suis legibus vetuerant usuras seuera pœna cessare causam prohibendi Principibus huius criminis cognitionem, siue faciendi illud fori Ecclesiastici. Canonistas autem, qui senserunt esse fori Ecclesiastici, ad illud tempus respexisse, quo non erant prohibiti serio à Regibus, & supremis Principibus, nec punitæ usuræ à Republica, & idè ex natura rei spectat cognitio criminis usurarum ad Laicum Iudicem. Couarruias suprâ, Syluester *verb. usura 9.* Molina *disputatione 333.* Probat, quia est crimen merè sæculare sicut homicidium, fraus, aut iniustitia commissa in venditionibus, & Contractibus, nec est ratio, cur Laicus, qui potest cognoscere, an Titius iniuste agat non reddendo pretium, aut vendendo carius; non possit cognoscere an iniuste pactus sit de Auctario reddendo ultra sortem, quia vtrumque est iure naturæ vetitum, & neutrum est spirituale, vel spirituali annexum. Secundò, est penè generalis praxis, ut usuræ à Principibus Sæcularibus, & cognoscantur, & castigentur illis pœnis, quas in suis legibus designarunt. In Bohemia, & in Germania obseruauit, quoad pœnas non spirituales, non se immiscere huic cognitioni Ecclesiasticos iudices inter Laicos. Et Gaillius *lib. 2. obseruat. 4. §. 5. & 7.* in Imperio id seruari animaduertit. Et Ioannes Baptista Lupus in tractatu de usur. ad finem, dicit opinionem verissimam, & in praxi receptam, maximè Florentiæ. De Ciuitatibus multis Italiæ testis est Menochius *de arbitria iudicij casu 398. num. 44.* & alij de alijs locis. Tertio Principes,

Principes Sæculares quando crimini non merè Spirituali conituerunt pœnam suo fisco præsertim applicandam (vt factum est in prohibitione vsuratum) non permittunt ad Iudices Ecclesiasticos deuolui causam. Vnde tandem concludo, quando non agitur de pœnis Ecclesiasticis incurrendis Iudicem Laicum hic se interponere: quando verò controuersia est de sepultura Ecclesiastica, & similibus, quæ ad solam Ecclesiam spectant, iudicem Laicum non se debere interponere. Hucusque VVadingus.

Sed hæc opinio est profus reiicienda, & de directo pugnat contra Ecclesiasticam immunitatem. Dico igitur, quòd licet crimen vsurarum pertinere ad solum iudicem Ecclesiasticum asserat Glossa in *Summ.* 11. *quest.* 1. & Glossa 1. *de offic. ordin.* & Glossa in *Clement.* 2. *verb. Vsuris, de iudic.* Secundùm quam Laicus non est iudex competens, nec dissentit Iul. 5. *vl. q. 37. n. 2. vers. Quæro igitur*: præsertim quando est Quæstio iuris super vlura, puta quando requiritur sit ne contractus vsurarius, licet quando vsuræ repetuntur, credat laicum esse Iudicem competentem, iuxta Bald. in l. *Quoties, circa fin. Cod. de iudic.* quamuis absolutè Bald. sibi parum constans dicat in *dist. l. Quoties, col. 1. versic. Tu dic,* esse hoc crimen vsuræ merè Ecclesiasticum, & in *consilio 443. in fine, vol. 3 Bartol. in l. Titia, n. 7. ff. solut. matrim. Corn. cons. 227. viso processu, vol. 3. Laurent. de Rodulph. tract. de vsuris, quest. 114.* & secundum hanc partem non potest iudex Laicus de hoc crimine inquirere, secundum Ioan. Andr. in *cap. Peccatum col. 8. & 9. de regul. iur. lib. 6. Bald. in l. Improbum, versic. Credo glossam verum dicere, Cod. ex quib. caus. infam. irrogetur.* Tamen ego puto his non obstantibus esse crimen mixti fori, quando agitur de quæstione facti; si verò agatur de quæstione iuris pertinere ad solum iudicem Ecclesiasticum. Et ita docet contra Couarruiam nominatim Ioseph Vela in *c. 1. de offic. ordin. par. 1. n. 71. Michael Agia de exhibendis auxiliis, fundam. 17. Fragoso de Repub. Christ. tom. 1. lib. 2. disp. 4. §. 21. Valboa in c. cum sit generale success. leg. de foro compet. §. 3. Martha de success. leg. par. 2. c. 7. Analdus de iur. par. 2. tit. 9. c. 12.* & alij communiter; vnde reprobatus est, vt dixi, VVadingus loco citato. Sicut reprobandi sunt etiam, vt optimè aduertit Vela vbi supra, alij asserentes crimen vsurarum esse mixti fori in ordine ad Iudicem Laicum, etiam si agatur de quæstione iuris.

Nota tamen, quòd quando dicitur crimen vsurarum cum agitur de quæstione iuris, pertinere ad Ecclesiasticum, intelligendum esse de iure obscuro, & opinionibus obruto, argumento textus, & quod ibi Glossa, & Doctores notant, in *cap. cum dilectus. 8. de consuetudine,* non verò de iure claro, quo videlicet aperte fuerit contractus, vt vsurarius damnatus, nam cum id ius euitari nequeat, ex regula l. *ornamentorum 37. alias 39. ff. de auro, & argento legato;* in hoc sanè casu etiam sæcularis iudex mixtam cum Ecclesiastico iurisdictionem habet ad cognoscendum, & iudicandum de contractu secundum illud Ius, circa cuius intellectum nihil noui videtur agere, sed ipsam per se certum, ac exploratum detegere, argumento legis hæredes palam 21. *ff. de testamentis, l. adeo 7. §. Videtur. ff. de acquirendo rerum dominio.* Id quod sæcularibus iudicibus prohibitum non est, vt probat Peguera *decis. 30. crimin. n. 23.* Et ita ex multis docet Vela, & Agia locis citatis. Sed ego de hoc alibi.

An Nouitius possit condere testamentum seruatis tantum solemnitatibus iuris Ecclesiastici, non autem ciuilibus? & quid de Clericis?

R E S O L. XVI.

Affirmatiuè respondent Præpositus, Ancharranus, Suarez, Tapia, Molina & Azorius apud San-

chez *lib. 7. in Decal. cap. 3. num. 19.* ea ducti ratione, quòd Nouitij inter personas Ecclesiasticas computantur, gaudentque privilegio fori instar Ecclesiasticarum, & quòd militi militiæ cælestis non debet denegari, quòd conceditur muliti militiæ armatæ, iuxta Glossam l. *miles v. facere. ff. de re iudic.* nimirum vt possit facere testamentum absque forma solemnii iuris ciuilibus. Et hanc opinionem esse probabilem putat VVadingus, *tractas. de Contr. disputat. 4. dub. 5. §. 1. numero 2.* & Pellizzarius in *Man. Regular. tom. 1. tract. 1. cap. 7. q. 13.* Sed ipsi merito negatiuè sententiæ tanquam probabiliori adhærent, & docet etiam Castrus Palaus *tom. 3. disput. 1. punct. 14. num. 2.* Quòd probatur: nam licet probabiliter asseruerint Ferdinandus Vasquius, *lib. 3. de creat. success. §. 21. num. 37.* cum sequentibus. Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 16.* & alij; Clericos in Testamentis non tenei seruare formam à iure ciuili statutam. Tamen magis probabiliter contrarium docuit Sanchez in *Summa tom. 2. lib. 7. capit. 3. num. 20.* Molina, *disputat. 133.* Vasquez in *part. 2. disput. 167.* Salas *de legibus, disput. 14. scilicet 8.* cum aliis, ex fundamento passim à Theologis recepto in materia de Legibus, quòd Clerici teneantur legibus Principum sæcularium, quando sunt generales pro tota communitate, & non disponunt directè de Clericis, aut rebus eorum, nec aliquid continent aut sacris Canonibus, aut statui Clericorum repugnans, vt satis declaratur *cap. 1. de noui operis nunciatione,* & innuitur in *cap. Innotuit, de arbitris:* atqui leges irritantes Testamenta si certa solemnitate sunt istius generis; ergo iis tenentur Clerici.

Dices primò: Personæ supradictæ sunt à sæculari potestate exemptæ: ergo non possunt eius legibus obligari: hoc est argumentum Vasquij. Respondetur negando consequentiam; quia etiam si sint exemptæ, propter conformitatem tamen cum cæteris Reipublicæ, in qua viuunt, membris, voluit Ecclesia eos obligari legibus totius Communitatis, quando concurrunt quæ in probatione assumptimus.

Dices secundò. Ecclesia in *capit. Cum esses, de testam.* reduxit eos ad solemnitates iuris gentium. Respondetur, Capitulum cum esses, ex communi sententia, & praxi tantum habere locum in terris temporali Pontificis iurisdictioni subiectis; extra verò illas, nec Laicos, nec Clericos, nisi specialia Regnorum statuta, aut consuetudines legem ciuilem abrogauerint, dispositioni illi se posse conformare. Et fortè, cum Suarez existimauerit dispositionem istius capituli esse pro omnibus Clericis, vt multi sentiunt, consequenter negauit testamenta Clericorum cum sola solemnitate istius capituli facta censeri debere irrita: in materia verò de legibus aliam, & communiorem secutus sententiam, dixit Clericorum testamenta (ad causas scilicet profanas; ad pias enim aliter iudicandum) sine solemnitate iuris ciuilibus esse irrita.

His tamen non obstantibus nota, quòd hæres alicuius Nouitij, vel Clerici, ex testamento confecto ab ipsis sine forma iuris ciuilibus, potest in conscientia hæreditatem adire, & possidere stante probabilitate opinionis asserentis, vt supra visum est, Nouitios, & Clericos posse testari absque solemnitate requisita à iure ciuili; licet ego, vt dixi, contrarium teneam.

Notat verò Castrus Palaus *tom. 3. disp. 1. punct. 14. n. 15.* Nouitium Societatis Iesu, etiam si possit validè condere testamentum, peccare tamen venialiter, si hoc faceret absque licentia superioris.

Sed hic obiter oritur difficultas, an Patres Societatis Iesu, qui post annum Nouitiatus emittunt tria substantialia vota, possent validè testari absque licentia Superioris? tale testamentum esse inualidum putat Molina *disput. 139.* Lessius *lib. 2. cap. 4. dub. 5.* Sed Suarez *tom. 4. lib. 4. cap. 6.* Sanchez, & Azorius, quos citat

&

& sequitur Vvadingus, vbi supra, §. 2. contrarium tenent: docent enim validè eos testari sine licentia Superioris. Et ratio est, quia, qui validè de suis rebus disponit inter viuos, validè quoque disponit in morte, nisi specialiter à iure reddatur inhabilis ad testandum: atqui nullum ius peculiariter reddit Scholasticos Societatis inhabiles ad disponendum per testamentum magis, quàm inter viuos.

Dubitari autem potest, an illicitè testentur. Respondetur: Si testamentum condant cum animo Superiori illud subdendi, vt ipse, si velit, approbet, aut reiiciat, nec velint effectum sortiri, nisi ex consensu Superioris, non videntur peccare: quia sicut possunt Superiori tradere, quamcumque aliam suæ voluntatis declarationem inter viuos, vt approbet, vel improbet, ita & possunt voluntatem dispositionis post mortem. Verum si facerent testamentum sine animo subiiciendi Superiori, sed absolutè exequendi sine licentia; proculdubio peccarent contra promissionem, & etiam votum paupertatis, volendo exercere actum dominij, qualis est testamenti confectio independentè à voluntate Superioris.

At quid dicendum, si talis Religiosus ex Societate licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus sit, possitne Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere? Suarez tom. 4. de Religion. lib. 4. de Instit. Societat. Iesu cap. 6. docet omninò id posse; idemque existimat de omnibus dispositionibus, etiam inter viuos factis; quia licet putet validè donare inter viuos Scholasticum, tamen addit, donationes tales esse infirmas, siue ad arbitrium Superioris reuocabiles, & omnes contractus sine licentia initos esse rescindibiles. Qua in re Suarez auctoritatem magnificò, & potuit fieri, vt Ecclesia tali conditione dominium reliquerit illis, vt non solum peccarent alienando sine licentia, sed etiam vt tales contractus essent à Superiore rescindibiles. Sed non video sufficiens fundamentum hoc asserendi; quia posito (quod est ex mente Suarez, Sanchez, & aliorum multorum) quod votum paupertatis faciat tantum, vt illicitè vsu petur dominium à Religioso sine licentia Superioris, valida tamen sit illa translatio dominij, quantumuis peccaminosa; non possumus asserere donationem semel validam contra naturam suam fieri reuocabilem ad arbitrium Superioris, nisi lex specialiter id statuat; sola enim prohibitio donationis non est sufficiens fundamentum; cum donationes aliæ, quæ sunt illicitæ, sint tamen plerumque irreuocabiles; & ita temperanda cum aliqua distinctione sententia illa videtur. Si enim Religiosus talis testamentum condens, moriatur antequam illud Superiori ostenderit, Superiorem dico posse præsumere eum voluisse, vt subderetur, & reuocari possit; & tunc rescindet validè, & in tali casu succederet illi ab intestato, non à societate, sed ab amicis: & quò ad illam præsumptionem procedit opinio Suarez. Si verò ex circumstantiis appareat noluisse Superiori ostendi, aut ab eo reuocari; dico esse validum, & firmum, & hæredes institutos succedere. Hucusque Pater Vvadingus ex societate. Sed quia sunt materiæ propriæ, & individualiter spectantes ad diuinam Religionem, meum iudicium non interponam solum referre volui quid ipsimet sentiant. Et idè ne deseras recognoscere Cardinalem Lugo de Iust. tom. 2. disputat. 3. numer. 79. & Pellizzarium in Man. Regular. tom. 1. tractat. 4. cap. 2. sect. 2. num. 159. & 160. Sicut etiam facio de alia quæstione; nam Sanchez lib. 7. de præcept. cap. 27. num. 24. licet Collegia, & domos professas Societatis Iesu, concedat posse hæredes institui, siue ab aliquo suo Religioso, siue ab extraneo, & in hoc puncto veritatem attingat; tamen negat Coadiutorem formatum, aut professum Societatis pos-

Antanini Diana, Pars IX.

se hæredem institui, & in hac parte nihil nos differre ab ordine S. Francisci, legatum aliquod fatetur posse personis particularibus relinqui, illudque acquiri Collegio, ac domui in qua persona illa habitat. Cum Sanchez consentit Laymann lib. 3. tract. 5. cap. 5. num. 4. Sed Pater Vvadingus tract. de contr. disput. 4. dub. 5. §. 4. num. 5. putat omninò probabilius professos Societatis tantum esse incapaces successione ab intestato; & circa successiones eodem modo se habere Professos Societatis, quò se habent omnes Religiosi in Gallia, qui ab intestato non succedunt, sed tantum ex testamento: possunt ergo professi Societatis hæredes testamento institui, sicut Religionum aliarum professi, & Collegia, vel Domus professæ possunt eorum nomine hæreditatem adire. Probat hoc Vvadingus pluribus rationibus.

Nota tamen contra Castillum de Vusufructu lib. 1. c. 65. num. 7. Gutierrez, Spino, & alios, testamentum fieri à Nouitiis, non obstante decreto Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. de Reform. Quia Tridentinum solum loquitur de contractibus inter viuos, & irreuocabilibus natura sua: Tum quia verbum renunciatio, & obligatio, hoc propriè significat. Tum quia loquitur Concilium de renunciatione, seu obligatione, quæ necessario professione facta esset effectum habitura; vt constat ex illis verbis, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, ni secuta professione, aliter verò facta, &c. Deinde quia in testamento cessat finis huius decreti, qui fuit, ne vi renunciationis factæ impederetur Nouitius à libero Religionis egressu, quòd in testamento nunquam contingere poterat, cum semper liberum fuerit nouitio illud reuocare. Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Castrus Palaus tom. 3. disputat. 1. punct. 14. num. 11.

An si quis resignet beneficium cum conditione, vt sibi pensio soluatur, sit simonia confidentialis?

RESOL. XVII.

NON solum in tali casu adesse simoniam, sed simoniam confidentialem docet Suarez, & Garcias, quos citat, & sequitur Castrus Palaus tom. 3. disput. 3. punct. 18. num. 6. quibus ego addo Ioannem Vviggers de iust. tract. 9. cap. 4. dub. 17. n. 96. Quia confidentia Simoniaca est resignatio beneficii sub conditione, vt prouisus fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, aut cedentis, aut alterius relinquat, & remittat. Ergo idem dicendum est de resignatione sub reservatione pensionis; quia pensio pro parte fructuum debet computari. Secundò, quia vna ex coniecturis, quæ ibi adducitur ad probandum crimen confidentiæ, est, si resignans post resignationem fructus percipiat: quæ præsumptio cessaret, si non esset confidentia resignare cum pacto, vt dentur aliqui fructus resignanti. Tertiò, quia in bulla Pij IV. ad cuius confirmationem Pius V. suam expedit, vt constat ex proœmio, damnatur vt simonia confidentialis ea resignatio, quæ fit cum onere soluendi pensionem, vel fructus beneficii eidem resignanti, vt omnes fatentur; ob cuius causam dicit Lessius, cap. 35. n. 97. se credere hac in parte illam bullam non esse receptam.

Sed probabilem etiam negatiuam existimo, quam præter Vgolinum, Nauarrum, Menochium, & Lessium docet etiam Pater Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 34. num. 12. Probat, quia motus prius Pij V. explicans, quando censetur simonia confidentialis, dicit hæc. Si quis ex resignatione, vel cessione beneficii simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis rece-

Bb

peris

perit beneficium, ut eidem dimittenti, vel alteri conferatur postea: aut eius fructus, vel eorum pars alij, vel aliis concedantur, vel pensiones solvantur ex eisdem simonia confidentialis censeatur. Ecce quomodo quando resignatur beneficium cum pacto, ut postea restituatur, dicit motus proprius, eidem dimittenti, vel alij, at quando loquitur de pacto restituendi fructus, non dicit, eidem, vel alij, sed alij, vel aliis. Item quia statim immediatè tractans motus proprius, quando habens potestatem conferendi, vel præsentandi, confert, vel præsentat cum pacto restituendi fructus, dicit: Ad utilitatem conferentis, vel cedentis, vel alterius, vel pensionem illi, vel illis, vel alij, quem patronus, collator, vel cedens signauerit, persoluat. Ecce quomodo dicit esse simoniam confidentialem, quando collator, vel patronus paciscitur, ut sibi, vel resignanti, vel alij detur aliquid ex fructibus; at quando Resignans apponit pactum, tantum dicitur, ut restituantur fructus alij, vel aliis. Ergo, si resignans apponit pactum, ut sibi restituantur fructus, non erit simonia confidentialis ibi damnata. Nec obstat, quod si dare fructuum beneficij alij, vel arguit confidentiam, à fortiori arguit confidentiam dare fructuum eidem. Tum quia satis est, quod ille motus proprius non iudicat hoc esse confidentiam; & non est ampliandus, ut pœnalis, & odiosus. Tum etiam, quia dare, vel promittere eidem fructus simoniam arguit, sed non confidentiam: sicut dare, vel promittere alij, vel aliis, quia hoc arguit, quod resignans confidit Resignatario, & conuenit cum eo, ut daret illis. Non obstant etiam verba posita in proœmio, quia nunquam dicit argui confidentiam ex sola reservatione fructuum, sed simul dicit, beneficia apud alios deponunt, vel ineunt pactum, ut de illis possint postea disponere, quod manifesta est simonia confidentialis, ut nos etiam diximus. Et in fin. ubi ponit proprius motus coniecturas, non dicit esse simoniam confidentialem, eo quod resignans percipiat postea fructus, sed esse coniecturam: inde n. coniecturari potest non purè datum esse beneficium, sed in depositum, & confidentiam. Ex his patet utramque sententiam esse probabilem, sed affirmatiuam puto probabiliorem; & idè Machadus tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 3. docum. 18. num. 4. sic ait: [Dudan los Doctores, si el que resigna el beneficio con condicion, de que el Resignatario le pague alguna pension, cometa simonia confidential, è incurra en las penas de las constituciones referidas. Muy probable opinion es de Navarro, y otros, que afirman, que no se comete simonia confidential por las dichas constituciones, sino es quando la resignacion se haze en fauor, y con obligacion de pagar à otro, ò à otros; però no al mismo resignante. Però mas probable lo contrario: conuiene à saber, que la resignacion del beneficio, hecha con obligacion de que al Resignante le pague el Resignatario alguna pension, ò frutos del no solo es simoniaca, sino tambien simoniaca confidential, y comprehendida en las penas de las dichas Constituciones.] Ita ille, & ego.

Nota verò Lector, quod si aliquis vellet stare in hac opinione negatiua Sanchez, & aliorum, si quis resignaret beneficium reseruans sibi pensionem sine licentia Papæ, quia non committeret simoniam confidentialem, sed tantum simoniam prohibitam de iure Ecclesiastico, non subiaceret restitutioni, nec pœnis simoniæ; idè in tali casu quis non esset excommunicatus, nec priuatus beneficio sic recepto ipso iure, nec teneretur fructus restituere. Probat, quia Canones loquuntur de simonia diuino simul, ac Canonico iure reprobata; nam præfatio legis dat intellectum toti legi, & ex ipsa regulatur; & causam finalem accipit; ut optimè multos allegans docet Molina lib. 1. de primogen. cap. 5.

num. 3. Gutierrez l. 3. pract. quæst. 17. num. 89. & quæst. 1. num. 36. & l. 1. q. 89. num. 5. 6. Secundò probatur quia verba in dubio capi debent in potiori significato, ut docet Ludouicus Gomez Reg. de trienn. q. 12. §. Sed quod regula. Sicut diximus de excommunicatione quod in dubio capitur pro maiori, cap. penult. de sent. excomm. & in materia pœnali, & est odiosa, qualis est ista simonia, nomine simoniæ tantum comprehenditur illa quæ propriissimè est simonia, ut docent idem Gomez d. quæst. 12. versicul. Cum igitur. At potius nomine simoniæ significatur simonia iure diuino prohibita, & ea tantum est propriè, & strictè simonia, ut constat ex simoniæ definitione, quæ est, emptio, & venditio rei spiritualis: ergo. Vnde cum in Extrauag. 2. dicitur, quomodolibet dando, &c. solum prohibetur modus, non obiectum non enim dixit, quodcumque dando, sed quomodocumque, siue enim spirituale pro temporali per munus à manu, obsequio, &c. incutuntur pœnæ. Terziò, quia cap. Cum olim, de rerum permutat. quod loquitur de permutationibus beneficia, tantum habet pœnam priuationis, ferendam tamen: Excommunicationem verò non habet, & hanc sententiam tenet Sanchez in Opuscul. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 108. numer. 2. & 3. iuncto num. 4. individualiter pro casu postro.

Notandum est verò cum Castro Palao ubi supra num. 1, quod in Constitutionibus Pij IV. & Pij V. Pœnio, & quodlibet aliud sub nomine beneficij propriè non comprehensum, etiam si resignetur cum accessu, vel regressu, vel alio quouis modo Simoniaco non prohibetur, nec punitur in his Constitutionibus, quod etiam docet Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. de Simonia, cap. 43, num. 4.

An si aliquis resignet Beneficium, cum intentione, ut Resignatarius iterum conferat, & resignet v. g. suo nepoti, committat Simoniam prohibitam in Bullis Pisanis?

R E S O L. XVIII.

AD hanc Quæstionem sic respondet Machado tom. 1. lib. 3. part. 3. tract. 3. docum. 18. num. 3. [Es tambien dudoso, y controuerso entre los Doctores, si la resignacion del beneficio hecha con intencion, quel el resignatario buelua à hazer resignacion en algun Piente del Resignante, ò que pague frutos del, sea Simoniaca, y prohibida por Constituciones referidas. Suarez, Navarro, y otros defienden, que no basta que la resignacion se haga con intencion manifesta de obligar al Resignatario, que buelua à hazer la resignacion en su fauor, ò le pague frutos; sino que tambien es necesario que interuenga tacito, ò expreso pacto desta obligacion; porque sin este pacto juzgan, que no se comete Simonia conuencional, y por consiguiente ni punible por las dichas Constituciones. Otros defienden lo contrario, y que basta la intencion como se le manifeste à la persona, que huuiere de recibir el beneficio, para que sea Simonia confidential, y expuesta à las penas de las Constituciones referidas; y aun algunos quieren, que lo sea, aunque no se aya manifestado à la otra parte.]

Itaque secundum priorem sententiam à Machado positam, dicendum est non sufficere resignationem fieri cum intentione manifesta arctandi, & obligandi Resignatarium ut in fauorem Resignantis beneficium iterum resignet, aut fructus soluat, sed requiri etiam tacitum, vel expressum pactum huius obligationis. Quia sine huiusmodi pacto non committitur simonia conuencionalis.

conventionalis, & consequenter neque punibilis per supradictas Constitutiones. Ad verba tamen Pij V. affirmantis censeri confidentiam Simoniacam commississe, qui receperit beneficium ea intentione, ut postea dimittenti esset regressus. Responder Nauarrus *cap. 23. num. 100. §. 6.* illa verba solum intelligi de presumptione, hoc est si in exteriori foro probetur dimittentem habuisse intentionem arctandi, & obligandi Resignatarium ad sic resignandum beneficium, eo ipso presumatur resignatarius commississe simoniam hanc confidentialem.

Verum, licet hæc sententia sit satis probabilis, mihi magis placet opinio contraria, quam docent Auctores, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 3. disp. 3. de Simonia, punct. 18. num. 4.* existimat enim Resignantem beneficium ea intentione, ut Resignatarius maneat obligatus iterum in sui fauorem beneficium resignare, vel fructus soluere, committere Simoniam, modò tamen intentio illa recipienti beneficium manifestetur, quia absque hac manifestatione solum est mentalis simonia, quæ pœnis Ecclesiasticis non subiacet; ut constat ex cap. fin. de simonia.

Sed quia in dictis Constitutionibus Pij IV. & Pij V. prohibentur resignationes beneficiorum cum accessu, regressu, vel ingressu ad beneficium, breuiter, & clarè declarabo dicta verba. Accessus itaque vocatur, si mihi impedito ob ætatem, vel alia de causa, Prælati conferat ius, ut quam primum capax sim, ingrediari beneficiū, quod Petro interim confertur. Regressus dicitur, si beneficium à me possessum cedam alteri, seruatò iure regrediendi ad illud; si fortè ille pensionem non soluerit, aut Religionem ingrediatur, aut Episcopus fiat, aut præmoriatur, Ingressus verò dicitur, si beneficium mihi collatum ante captam eius possessionem alteri resignem, reseruato mihi iure ingrediendi possessionem illius, si ille præmoriatur, aut fiat Episcopus; vide Lessium *lib. 2. cap. 35. dub. 16. num. 98.* & Ioannem Vviggers *de instit. tract. 7. cap. 4. dub. 17. num. 97.*

Sed est difficultas, an sola resignatio beneficii cum accessu, regressu, & ingressu; an etiam permutatio in supradictis Bullis prohibeantur? Suarez *lib. 4. de Simonia cap. 43. num. 11.* & Machadus vbi supra, *num. 2.* putant probabilius sic permutantes non committere simoniam confidentialem, quia Pontifex solum de beneficiis acceptis ex resignatione, aut cessione loquitur. Permutatio autem non propriè dicitur cessio, & resignatio; ea de causa esto sic permutantes committerent simoniam, non tamen committunt simoniam confidentialem, & his Canonibus punitam. Sed optimè Castrus Palaus *loco citat. num. 2.* putat secus affirmandum esse de Episcopo, & quolibet alio collatore beneficii, etiam ex causa permutationis, si sub iis confidentiis conferat. Quia verba Pij V. quoad collatores sunt valde vniuersalia; ait enim si ordinarius, aut Collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, &c. vacat autem ex causa permutationis beneficium, ut est recepta omnium sententia relata à Garcia *11 p. de beneficiis cap. 4. à num. 1.* taliter quod non potest renunciare beneficium ex causa permutationis redire ad beneficium renunciatum sine noua collatione, etiam si permutatio non sequatur, seu non teneat, aut habeat effectum nisi renunciatio esset in manibus Pontificis, ut multis allegariis probat Garcia loco citato.

* * *

* * *

* * *

* * *

Solent in Confessionibus viri timorati se accusare de ordinariis imperfectionibus, ut v.g. non consensisse diuinis inspirationibus. Queritur, an hoc laudabiliter ab ipsis efficiatur?

R E S O L. XIX.

Negatiuè responder Ioannes Sancius in *Selectis, disput. 1. num. 4.* vbi ait. Quod, licet secundum se narrare aliquem suas imperfectiones, causa humilitatis, capiendi consilij, mortificationisve, sic vtilius, quam ab illarum relatione abstinere; illas tamen sacramentaliter confiteri more, & animo, quo communiter à fidelibus in confessione recensentur, minus vtile est. Nam sacramentalis confessionis iurisdicctio ad sola peccata se extendit, ut constat ex institutione ipsius, illis Christi verbis Ioann. cap. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata; remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et constat ex Tridentino, *sess. 14. can. 3.* de quo Soto in *4. dist. 18. quest. 2. art. 1. col. 2.* Egidius de *Sacram. tom. 2. disput. 4. dub. 2. num. 16.* Valquez *tom. 3. in 3. part. disput. 135. num. 29.* & *tom. de pœnit. quest. 90. art. 1. dub. 1.* Suarez *tom. 1. de pœnit. disp. 35. sect. 1. num. 4.* Henriquez *lib. 4. cap. 2. num. 1.* Syluester *verb. Sacramentum, 1. quest. 13.* Narrare igitur, ut absoluantur quæ peccata non sunt, minus vtile est. Fideles tamen illiterati eo animo recensere decreuerunt: ut ab eis absolutione liberentur; cum verò error hic sit, æquum erit Confessariis pœnitentes monere, ne sacramentaliter velut absoluendas imperfectiones, quæ peccata non sunt, narrent. Quod si pœnitentes illas peccata esse putent, à Confessario doceantur scelera non esse, nec deinceps indigere eas amplius confessioni subiicere, ut absoluendas; & ne in posterum ex conscientia erronea peccent, id agentes, quod neutiquam facinus est. Ita ille.

Sed nouissimè contrarium docet Pater Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 1. num. 42.* vbi ita asserit: *Quereres an Regulares laudabiliter possint in confessionibus se accusare de ordinariis imperfectionibus, v. g. quod non responderint diuinis inspirationibus? Responderetur posse, & probatur, tum quia non est necesse, quod omnia, quæ pœnitens confiteretur, absolute, ac determinate sint materia absolutionis; cum aliqua dicantur in confessione ad maiorem abundantiam ad plenius aperiendum statum pœnitentis, vel ut per absolutionem deleatur, si quid in iis peccatum fuit; tum quia plura ex iis, quæ videntur merè imperfectiones, non sunt sine aliqua culpa veniali; præsertim attenda communi Thomistarum sententia, quod non detur actus moralis indifferens in indiuiduo. Ita ille, & ante illum Eminentissimus Lugo de *Pœnitentia disp. 16. num. 103.**

An qui deletatur de peccatis iam confessis, teneatur explicare illa?

R E S O L. XX.

Negatiuè responder Emmanuel Sà *verb. confessio n. 16.* vbi sic ait. Qui deletatus est de peccatis præteritis aliàs confessis, id solum oportet confiteatur, non autem exprimere quæ illa fuerint peccata. Ita ille. Unde ex hoc infert Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 1. tr. 5. cap. 3. sect. 1. num. 51.* id procedere etiam in casu, quo Religiosus deletatur de adulterio aliàs commissò: si de eo deletetur non quatenus fuit iniuriosum marito adulteræ, sed solum quatenus fuit fornicatio: quod putò communiter euenire: nam in confessione illæ tantum

circumstantiæ exprimi debent, quæ fuerunt intentæ, ac volitæ; in nostro autem casu circumstantia adulterij non fuit intenta, vt suppono.

Sed quicquid sit de casu Patris Pellizzarij, & de alio inferius apponendò, puto doctrinam Sæ esse refellendam, & ided verba citata fuerunt delecta in Editione Romana Magistri Sacri Palatii: & illam refellit àndiuidualiter contra Sæ Pater Sanchez in *Summa tom. 1. lib. 1. c. 2. n. 11.* nec aliter est sentiendum.

Nota verò, quòd si quis verè, vel falsò se laudauit de peccato mortali verè admissò, vel non admissò, quavis non adserit de tali peccato, de quo se laudat, gaudium, complacentia, vel delectatio morosa, sed sola vana iactantia, etiam fatendæ sunt circumstantiæ, quibus illud peccatum est effectum; vt si sit de percussione Clerici, sit fatenda ordinis circumstantia, vel si sit de peccato cum coniugata, sit fatenda coniugij circumstantia, quia hoc peccatum de iactantia vana peccatorum ad eam speciem reduçitur, cuius est illud peccatum, de quo est iactantia; virtus n. contraria non tantum peccatum contrarium, sed etiam delectationes morosas, & iactantiam, quia id peccatum tanquam bonum approbatur, cohibet. Et ita docet Candidus *tom. 2. disquisit. 24. art. 22. dub. 31.* Satis quidem probabiliter. Sed etiam probabiliter me citato, contrarium tenet Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quest. 12.* & me etiam citato Pellizzarij vbi supra; quia tota malitia quæ est in peccato iactantiæ consistit in eo, quod peccatù sumitur, vt medium ad captandam ex ipso gloriam, & laudem; ad hoc autem per accidens se habet, quod sit hoc, vel illud peccatum; vnde fit, vt sicut peccata quibus violatur votum, semper sint eiusdem speciei (cum solum attendatur irreuerentia Deo irrogata in violatione voti) sic gloriatio de peccato semper sit eiusdem speciei; cum hic item attendatur solum irreuerentia facta Deo quatenus ex eius offensa intendit quis consequi honorem, & gloriam.

Nota etiam, stando in opinione Patris Candidi, si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficeret dicere, toties peccaui, laudem, & gloriam querendo de peccatis mortalibus, licet non specificentur illa peccata mortalia quæ fortè non fecit, vel aliàs quis confessus est: quia tunc non esset iactantia peculiaris alicuius turpitudinis, sed in genere vt sit peccatorum mortalium.

Nota insuper hic obiter cum dicto Candido, vbi supra, *art. 23. dub. 24.* quod si quis coeat cum aliquo, & postea cum fratre illius, sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria: nam nulla affinitas oritur ex actu præpostero, & extra vas debitum. Item si sodomia commissa est cum persona cognata cognatione spiritali, vel legali, non est necessariò explicanda circumstantia cognationis; vt si quis congressus est cum persona à se baptizata, vel leuata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato; quia nulla est lex specialis, quæ eos coitus prohibeat, præter legem naturalem in genere prohibente Sodomiticum peccatum.

An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie?

R E S O L. XXI.

Affirmatiuè respondet Eminentissimus Lugo de *pœnitent. disp. 16. sect. 6. num. 314.* quia diuersa malitia est in filio, quando peccat cum matre contra reuerentiam sanguini debitam, ac in patre, quando peccat cum filia.

Sed negatiuam sententiam docet Pater Quiedo *in p.*

2. *D. Thoma, tractat. 6. contr. 5. punct. 3. §. 11. num. 76.* Firmat enim eisdem malitiis peccare patrem peccantem cum filia, & filiam peccantem cum patre, quia etsi diuersa malitia possit desumi ex reuerentia, quam filia debet Patri, ab ea, quæ sumitur ex circumstantia paternitatis, quatenus præcisè se tenet ex parte patris, vtramque tamen contrahunt tam pater, quam filia, quia vtraque inhæret eidem fornicationi, ad quam pater, & filia indiuisibiliter concurrunt. Cum autem eiusdem speciei sit malitia filiarum fornicantis cum patre, & filij fornicantis cum matre, sit patrem fornicantem cum filia, quia in causa est, vt filia cum ipso fornicetur, contrahere malitiam desumptam ex fornicatione filiarum cum patre eiusdem omninò speciei cum malitia desumpta ex fornicatione filij fornicantis cum matre, ac proinde tam patrem fornicantem cum filia, & filiam fornicantem cum patre contrahere malitias eiusdem omninò speciei. Iuxta hanc doctrinam, sufficit in confessione explicare fornicationem habitam cum consanguinea intra primum gradum lineæ rectæ, quin explicetur an fuerit cum matre, vel cum filia. Deinde, quia probabile est, intra lineam rectam consanguinitatis incestus omnes esse eiusdem speciei, sufficit dicere in confessione, commisi fornicationes cum consanguinea intra lineam rectam. Hæc omnia Quiedo, cuius sententiæ, tanquam probabiliori ego adhæreo; non nego tamen sententiam Lugo esse probabilem, qui quidem n. 311. optimè docet, quod incestus cum nouerca si pater viuat, habet malitiam speciei distinctam, ac haberet si pater obiisset, etiam si nouerca virum alium duxerit.

An Beneficiarius adimpleat præceptum persoluedi horas canonicas, si per alium recitat.

R E S O L. XXII.

Affirmatiuam sententiam admittit Cyprianus Croulers in *Regulam D. Francisci, c. 3. lect. 7.* vbi sic ait; Quæri potest; vtram horas persoluere sit onus personale, cui per alium non possit satisfieri. Respondet Landolphus allegatus à Bartholomæo Fumo in sua *Atmilla sup. non esse onus personale*, videtur etiam Syluester *verb. Hora §. 6.* aliqua ex parte assentiri. Quæ sententia communiori, & probabiliori reliquorum Doctorum contraria, etiam si posset habere locum in illis qui pro penso Horarum mercedem accipiunt, & ea de causa onus hoc illis impositum est, quales sunt omnes beneficiati, qui non sunt in sacris; locum tamen hæc questio habere non potest in illis, qui ex ratione status sui, ordinis scilicet sacri, vel ordinis Religiosi ad horas obligantur, quas certè persoluere per alium non possunt: sicut nec maritus per alium vxori debitum reddere: restat ergo vt personaliter hi suo muneri satisfacere debeant. Ita illo.

Sed prorsus aduersus illum dicendum est, quod non solum sacris ordinibus initiati, sed etiam beneficiarij tenentur per seipso horas persoluere, & ided rectè dixit nouissimè Escobar à Corro *tract. de Hor. Canon. q. 3. §. 5. num. 9.* quod beneficiatus ita per se debet persoluere pensum Officij diuini, vt non adimpleat per alium recitando, etiam si iusto impedimento sit obstructus, vt si vacet studio litterarum, cum sit hæc obligatio valdè personalis, secùs si impedimentum omninò inhabiliter ad recitandum; sed tunc nec per alium recitare tenebitur. Et ita tenet etiam Nauarrus, Lopez, & Sanchez penès Escobar, quibus adde Oliuerium Bonartium de *Instit. Hor. canon. lib. 2. cap. 4. n. 15.* vbi sic ait: Mouetur dubium, an videlicet talis facellania concessa prouisione Episcopi adolescenti à patrono laico oblato, qui nondum capax est Sacerdotij ob ætatem & proinde Missas, ad quas ex fundatione beneficij obligat,

garni, exolvere per se non potest, sed per alium id præstat, teneatur nihilominus officium Canonicum recitare. Et respondeo affirmatiuè, cum diuini Officij recitatio onus sit personale, & per alterum impleri non possit, sicut Missarum celebratio; cui accedit nullam causam excusantem occurrere, qua ab horis legendis eximatur. Suppono enim sacellianam iam satis lautam esse, quæ præter stipendium, quod Sacerdoti persoluitur, aliquam etiam notabilem alimentorum portionem Adolescenti ministret. Deinde adolescens ille beneficiarius est, non verò Sacerdos, qui ipsius vice Missas dicendas suscepit. Ergo non huic, sed illi onus incumbit horas persoluendi ratione sacellianæ. Ita ille; cui etiam adde Quintanadueñas in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 8. singul. 6. num. 2.* Vnde est reiiciendus Croufers, cuius opinionem, si esset probabilis, o quam libenter, & vnis expansis beneficiarij amplecterentur, sed tamquam improbabilem damnandam esse puto.

Est tamen aduertendum, quod Quintanadueñas, vbi supra num. 2. excusat beneficiarium à restitutione, si diuinum officium ab alio ex sua intentione recitatum, pro elemosyna defunctis applicanda, seu applicata contribuatur. Probatur ex sententia Nauarri, *cap. 25. num. 122. Reginaldi lib. 30. sect. 4. num. 45. Suariz tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 30. num. 48. Filliucij tom. 2. tract. 23. cap. 10. num. 325. Bonacinx de Horis dist. 1. quest. 5. punct. 4. num. 4. & aliorum, asserentium, restitutionem hanc fieri posse in celebrandis Missis, vel aliis suffragiis pro Defunctis offerendis. Ipsi enim verè sunt Pauperes, suffragio nostro maximè indigentes. Hæ igitur horæ à quocumque recitentur, suffragia sunt, & elemosynæ valdè vtilis Defunctis, pro quibus offerri possunt à Cappellano, vt inquit Doctores; vel, vt ait Filliucius, pro fundatoribus Cappellaniarum, sicut erit elemosyna data pauperi Sacerdoti recitanti pro Cappellani intentione. Nec obstat quod sit diuersus à Cappellano, qui debitum hoc soluere debet; ille scilicet, qui ex ipsius intentione recitat: quia etiam iuxta Doctores citatos, & alios plures, Beneficiarius, & Cappellanus satisfaciunt Missarum debito, sufficienterque restituent, si alij Sacerdotes Missas celebrent pro defunctis, stipendia illis erogando; sicut erogare valent his pro recitatione horarum; & si Sacerdotes recitati velint gratis horas recitare, satisfaciet ita Cappellanus, eo modo quo satisfaceret si Sacerdos secularis, vel Religiosus veller pro hac intentione sacrum gratis offerre. Et idem dicendum, & si alia pia opera satisfactoria pro Defunctis intuitu huius restitutionis fierent, vt auditio Sacri, flagellatio, indulgentiarum, & labiliorum lucratio, & his similia recitationi omittæ æquivalentia. Hæc omnia Quintanadueñas.*

Nota hic obiter primò, quod qui beneficium obtinuit per simoniam, vel dum erat excommunicatus, vel irregularis, aut sine legitima ætate, aut per aliam causam, ob quam collatio beneficij fuerit nulla, ad pensum diuini Officij non tenebitur, cum nullos fructus suos faciat, & teneatur ad eorum restitutionem. Idem dicendum aliqui putant in suspenso à beneficio, siue ad tempus, siue in perpetuum: qui recitare non tenetur, quia etsi ob suam culpam, cum effectu tamen Beneficio caret: vt docet Sanchez 2. *consil. moral. cap. 2. dub. 74. num. 2. contra Azorium 10. instit. moral. cap. 4. quest. 6. & veriorem Azorij opinionem vocat Trullench 1. Decalog. cap. 7. dub. 12. §. 3. sub num. 22.* Ego verò opinionem Sanchez valdè probabilem reputo, dum quis beneficio suspenditur, aut priuatur, quia tunc verè beneficio caret, quo casu verum est deficere hoc onus; quia deficit causa. Alteram verò contrariam Azorij etiam veram reputo, dum non beneficio, sed fructibus

priuatur, suspenditurque, quia tunc verè beneficium habet, cuius ratione persolvere officium diuinum tenetur; & licet fructus non percipiat, ex sua culpa, & delicto est. Bene verum est, quod licet in hac vltima specie non recitando peccet beneficiarius; non tamen tenebitur ad fructuum restitutionem cum nullos perceperit; & sic nihil accepit, quod restituere teneatur. Vide Trullench loco citato, & Escobar *num. 45.* cum aliis penes ipsos. Sed circa præsens dubium non deseras videre Perlicum de *Horis Canon. cap. 5. dub. 14. num. 5. & 6.*

Nota secundò quod licet verum sit, habentem beneficium Ecclesiasticum teneri ad persoluendum Diuinum Officium; si tamen habeat plura beneficia, non tenebitur pluries Officium diuinum recitare, sed semel tantum, nec illud omitendo, ni semel non peccabit; atque idem dicendum de habenti plures pensiones, quod ad officium paruum. Nec obstat dicere, quod qui voto, vel pœnitentia tenetur ad dicendas Horas Canonicas vltra debitas ratione ordinis, vel beneficij, non satisfaceret illas dicendo semel in die, secundum omnium mentem, inquit Nauarrus. Ergo neque qui eas debet ratione duorum beneficiorum. Respondeo negando consequentiam, quia qui tenetur legere Horas ratione simul Beneficij, vel Ordinis, & ratione voti, vel pœnitentiæ, tenetur ad illas duplici titulo, videlicet ratione præcepti Ecclesiæ, & præterea ratione voti, &c. Quæ ordinariè sunt de opere aliàs indebitum; qui verò ratione duplicis beneficij solum tenetur ex vi præcepti Ecclesiæ, sed duplici ratione, cui tamen satisfieri potest vna recitatione, quamuis aliàs debita. Si quis enim Sacerdos postea beneficium obtinens, satisfaciunt semel legendo Horas, cur non satisfaciet habens duo beneficia? Respondeo secundò, antecedens non esse ita certum secundum omnium mentem, vt putat Nauarrus. Quamuis enim ordinariè Sacerdos pœnitentiam imponens, vel aliquis opus bonum vouens, nisi aliud ex mente confessarij, vel vouentis colligatur, opus aliàs indebitum, seu voluntarium iniungat, vel assumat; quando tamen ex circumstantiis crederetur Confessarium noluisse multum grauare pœnitentem, vel vouentem seipsum, præsumi merito poterit vtrumque intellexisse de opere aliàs præcepto, vel debito. Vnde si Confessarius alicubi Sacerdoti sapius culpabiliter Horas omitenti iniungeret pro Pœnitentia Horarum in aliquo die recitationem, præsumi poterit illum intellexisse de penso debito ratione Sacerdotij, vt hac ratione Sacerdotem negligentem ad obseruationem præcepti Ecclesiastici suauis induceret. Pari modo si quis sapius solitus Horas negligere, ad quas ratione ordinis tenetur, voueret Deo se imposturum eas semper lecturum, censeretur solum votum suum extendisse ad Horas titulo ordinis debitas. Idem dicendum de eo, qui antea habens votum singulis diebus Horas Canonicas legendi, postea suscipit Ordines Sacros, vel beneficium. His enim & voto, & præcepto Ecclesiæ semel dumtaxat recitando satisfaciet, quia præceptum Ecclesiæ per opus alio titulo debitum impleri potest, vt constat. In dubio autem, tam votum, quam Sacramentalis Pœnitentia, intelligitur de opere, non debito. Quæ omnia valdè notanda sunt; & illa inuenies etiam apud Bonarium loco citato, *cap. 5. numer. 17.*

Nota tertio; quod ille, qui beneficium accepit cum onere soluendi alteri omnes fructus in pensionem tenetur diuinum officium recitare; quia sponte sua, & voluntariè acceptauit beneficium cum onere soluendi omnes fructus, ac proinde ex pacto tacito obligatus est ad illius beneficij administrationem, ergo etiam ad recitandum Diuinum officium, cum hæc sit vna ex potissimis partibus illius administrationis. Consequen-

ria est manifesta; quia vnusquisque ex iustitia tenetur implere pacta, & promissa, nec Papa sic conferens ei beneficium, intendit auferre ab eo hoc onus, nec ipse potest sua voluntate se ab eo liberare, cum sit intrinsecum ipsi beneficio. Confirmatur, quia beneficium non debet defraudari recitatione officij, sed in hoc casu non tenetur recitare pensionarius; ergo habens titulum, cum ipse sit beneficiarius. Ita Medina, *Codice de oratione, quest. 7.* Nauarrus *cap. 7. de oratione, num. 36. corollar. 23. cap. 20. num. 15. & cap. 21. num. 12 & in Manuali, cap. 25. num. 104.* Rodriquez *part. 1. Sum. cap. 141. num. 4. conclus. 3. versic. Quinto.* Graffius *p. 1. decisio. lib. 2. cap. 50. num. 17.* Zerola *verb. beneficium, §. 4. dub. 4.* Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 4. quas. 5. fin.* Suarius *tom. 2. de Religione, lib. 4. de horis Canonicis, cap. 20. dicto 2. num. 2.* Ad hanc sententiam accedit Pauldanus *in 4. distinct. 13. quas. 5. artic. 1. conclus. 4. fin.* vbi ait. Si distributiones non percipit, nec præbendæ emolumentum ad præsens, sed recipere expectat in futurum, est autem receptus in Canonicum, verum beneficium habet, vnde & obligatus est ad officium, quia vocem in Capitulo habet, & stallum in Choro. Idem dicit doctus Turcremata *cap. 1. distinct. 91. numero 19.*

Nota quartò, quòd si ablatio fructuum beneficij non est perpetua, sed pro aliquo tempore etiam si violenta, & iniusta, & sine spe recuperationis, non sufficit ad excusandum ab obligatione recitandi officium. Ratio est, quia si beneficiarius per furtum, vel rapinam priuetur fructibus beneficij, non propterea excusandus est ab administratione beneficij, neque si sit curatus ab administrandis Sacramentis: ergo neque ab onere recitandi officium, quod non minus est per se coniunctum beneficio. Præterea, si per sterilitatem temporum, beneficium aliquibus annis nullos redderet fructus, non idè excusandus esset beneficiarius à recitatione Officij; nam si contingat vberiores, vel duplo maiores esse fructus vnus anni, non propterea maius onus suscipit. Ratio à priori est, quia inter beneficiatum, & Ecclesiam hoc iustissimum pactum tacite interuenit, vt sicut ipse ratione beneficij ius habet ad omnes eius fructus, quotquot illi fuerint, ita etiam recipiat in se onera Beneficij, tanquam propria, & pericula saltem ordinaria, & moralia, vt interdum fructus minuantur, vel auferantur: ergo, licet pro aliquo tempore iniuste priuetur fructibus beneficij, non idè statim potest licite officium suum deserere, & Horas Canonicas omittere. Ita Vgolinus *part. 1. de officio Episcopi. fol. 68. & 70.* Naldus *in Summa, verb. Officium, numer. 1.* expressè Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canonic. cap. 20. num. 15.* Filiucius *tom. 2. tract. 23. cap. 5. quas. 7. dict. 1. num. 162.*

An Beneficiarius possit compensare Eleemosynas voluntarie iam factas cum obligatione postea contracta restituendi fructus propter omissionem Officij?

RESOL. XXIII.

Suppono Beneficiarium excusari à restitutione fructuum ob eleemosynas pauperibus iam datas, non tamen cum intentione satisfaciendi huic obligationi: vnde si beneficiarius ob omissionem recitationem tenetur restituere 500. aureos, si tantundem largitus est pauperibus, & si immemor huius obligationis, potest liberari à restitutione, quia hæc videtur esse virtualis intentio omnium facientium Eleemosynas, vt per eas satis-

faciant omnibus obligationibus, quas suis peccatis, aut negligentis contraxerunt: tum quia leges Ecclesiæ semper debent benignè explicari: quod etiam habet locum in debitis ex furto, vlturis, &c. quæ fortè soluenda sunt pauperibus ob incertitudinem creditorum: cum enim Eleemosynæ non repugnet velle satisfacere pro Eleemosyna aliàs debita (vt si quis Eleemosynam inuentam à Confessario det extremè indigenti, cui ex iustitia tenetur subuenire iuxrà probabilem Doctorum sententiam) qui dat eleemosynam censetur habere hanc virtualem intentionem satisfaciendi etiam alteri debito. Et ita hanc sententiam, quando olim docui in 3. part. tract. 6. resol. 57. & me citato, sequuti sunt postea quinque docti Recentiores, Trullench *in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dubio 24. num. 19.* Pellizzarius, & Escobar, vbi infra, Persicus *de Horis Canonicis cap. 5. dubio 21. num. 4.* & Garcias *in Summa tract. 2. difficult. 8. dub. 3. punct. 4. num. 3.*

Sed hoc supposito, difficultas est, an hæc doctrina procedat, si quis possit applicare eleemosynas olim factas pro omissione postea facta? Et negatiuè respondet Pellizzarius *in Manual. regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 4. num. 229.* Sed affirmatiuam sententiam docuit Olivarius Bonartius *de Hor. Canon. lib. 2. cap. 11. num. 21.* cuius sententiam nimis latam ego existimaui *in part. 4. tract. 4. resol. 220.* Sed modò inuenio illam mordicus docere Escobar à Corto, *tract. de Hor. Canon. quas. 5. §. 4. num. 20.* Et ratio adduci potest, quia præbens eleemosynam censetur virtualiter illam præbere, non solum pro debitis contractis, si extarent, vel etiam pro contrahendis, ita vt sit quædam anticipata solutio. Limitat tamen hanc sententiam Escobar, *num. 19.* dum tempore factæ Eleemosynæ, aut postea Beneficiarius eam applicuit alicui operi, aut necessitati, aut pro remissione peccatorum, pro animabus Purgatorij, aut pro alio opere pio: quia tunc ab hac speciali applicatione recedere non poterit, nec facere compensationem cum debitis restituendis ratione omissionis Diuini Officij, quia illa applicatio æquiualeat donationi perfectæ, quæ reuocari non potest, l. 3. & fin. *Cod. de reuocand. donat. l. fin. Cod. de Vsup. pro donatio, cum similibus.* & applicans post applicationem, & donator post donationem nihil sibi debitum retinet cum quo valeant compensare quod debent.

Sed hinc erit etiam discutienda alia quæstio.

An Beneficiarius, qui non recitauit, si altero die recitet, & suppleat omissum, excusetur à restitutione fructuum?

RESOL. XXIV.

Affirmatiuam sententiam docet nouissimè Quintanadueñas *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 8. sup. 6. num. 11.* qui citat Suarez, Ledesmam, Henriquez, Molfesum, & Filiucium. Tum quia rependit æquale, tum quia Capellanus, quia vno die tenetur ex onere Capellanix celebrare, si alio die celebret, non tenetur per se loquendo restituere: ergo neque qui officium alio die recitat. Ad rationes dubitandi respondeo, admittendo, quod Capellanus, qui semel omittit, non satisfacit præcepto recitationis, sed satisfacit oneri contracto alio die recitando; hæc enim non est affixa diei, in quo recitandum erat. In Missa verò auditione, & in ieiunio, cum non detur restitutio, sed præcepti adimpletio diei alligata, non potest hæc in alium diem transire. Sed animaduertas oportet, idem omnino dicendum esse, si pensum omissum v. g. hodie, recitet post duos, aut tres menses, aut aliud tempus; immò etsi recitet ante tempus, in quo recitandum

recitandum erat, solvens anticipata solutione. Ita ille.

Sed ego olim contrarium docui, & nunc iterum doceo, & me citato, docet Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 4. num. 221.* & etiam me citato, Escobar à Corro, *tract. de Horis Canonicis, quest. 5. §. 4. num. 10.* Tum ex Concilio Lateranensi, & Bulla Pij V. in quibus habetur, eum, qui non recitat suo tempore officium, non facere fructus suos; tam quia obligatio recitandi est alligata diei, & transit cum ipsa die, adeoque non potest suppleri alio die, ita ut ex tali suppletione immunitas restitutionis obtineatur; tum quia Beneficiarius, hoc ipso quod non recitat, absque alia Iudicis declaratione incurrit pœnam restitutionis fructuum: nemo autem potest se eximere à pœna modo dicto contracta per legem Superioris.

Verùm, an opinio affirmatiua sit probabilis, Bonacina affirmat; sed Perticus de *Horis Canonicis, cap. 5. dub. 18. num. 7.* putat post Concilium Lateranense, & Bullam Pij V. nullo modo talem sententiam sustineri posse; ut nouissimè Pater Pellizzarius, ubi suprà, probat Suarez à P. Quintanadueñas, & Bonacina adductum, loquutum fuisse in terminis iuris naturæ, secluso iure positivo: & idèd, hoc stante, an opinio affirmatiua sit probabilis, modò viris doctis iudicandum relinquo.

Non desinam tamen in defensionem Patris Quintanadueñas adducere verba Garciae in *summ. tract. 2. difficult. 8. dub. 1. punct. 3. num. 12.* qui dixit. [Esta opinion de Suarez, assi por su autoridad; y la de los Demas Doctores, como por su razon no se puede censurar por impronable; y puede seruir de consuelo, y aprouecharse della algun beneficiado quando no tiene que restituire por auerselo gastado, ò porque le hara falta.] Ita ille.

Sed alia difficultas est, stando in opinione affirmatiua, an si quis v.g. elegerit prædictum modum spiritualis restitutionis, obligatus fuisset restitutionem facere in eadem specie actionis, id est, in recitatione eiusdem Officij omitti, an verò potuisset satisfacere per alias preces æquales prudenti arbitrio, v. g. per integrum Rosarium, vel sacrificium Missæ tot diebus repetitum, pro illa intentione.

Ratio dubitandi est, quia si consideremus iustitiæ rigorem, videtur necessarium reddere idem opus in specie: nam mercenarius conductus ad fodendum in vinea, non satisfaceret aliud opus, suo arbitrio faciendo, etiam in Domini voluntatem. Ad hoc dubium respondet P. Susarius, prædictum non teneri faceere restitutionem in eadem specie; quia quando creditor moraliter, & rationabiliter præsumitur acceptare, sufficit æquiualens compensatio, licet non sit in eadem materia, sed ita præsumitur in præsentis casu, quia spiritualis fructus ibi Ecclesia intentus potest esse æqualis, vel maior in illo genere spiritualis compensationis; vnde illa, quasi materialis diuersitas non videtur impedire condignam satisfactionem. Et idèd Garciae, loco citato, *num. 15.* sic ait: [Però preguntara alguno, estando en la opinion contraria, de que se puede suplir la omission del rezo, quanto a la restitucion de frutos con rezar otro tanto; si la de ser esto forçosamente en Officio Diuino, o si bastara que sea en Rosarios; Psalmos Penitenciales, Missas, otras cosas guardando y gualdad ad arbitrium boni viri. Responde Suarez ubi suprà, *num. 102.* y le sigue Luyz de San Iuan duda 3. que no es necessario, sino que podrá ser en otras cosas de las dichas: porque quando se presume moralmente hablando, que el acreedor està contento, y se darà por pagado, con que le den equivalente de la deuda; aunque no sea en la propria especie puede hazerse, en este caso se presume esto de la glesia que es el acreedor, Luego bastará la equiualencia, mayormente quando es mayor compensacion: y

confirmarse con el simile del voto, el qual se cumple con cosa æquiualente.]

Nota tamèn contra Escobar, loco citato, *num. 14.* quod si in singulis horis vnus diei, quid leue omittitur, quòd simul sumptum grauem materiam constituat, non obligare Beneficiarium ad restitutionem. Et ita probabiliter, me citato, tenet Pellizzarius ubi suprà, *num. 213.* & me etiam citato Trullench *num. 12.* Sicut etiam non teneretur Beneficiarius restituere, si omitteret partem notabilem vnus horæ. Ita me citato Pellizzarius. Et licèt Escobar *n. 12.* contrarium teneat, probabilem tamen esse nostram sententiam faterur.

An qui vouit recitare Officium Sancti particulari in die, quo debet recitare de altero Sancto, teneatur duo Officia dicere?

R E S O L. XXV.

Negatiuam sententiam probabilem putat Escobar à Corro, *tract. de Hor. Can. quest. 3. §. 1. num. 10.* ubi sic ait: Dum quis vouit recitare Officium Sancti particularis, ut puta B. Mariæ, in die, quo secundum Breuiarium Romanum dicendum est de alio Sancto, vel de feria, quia tenebitur due Officia recitare illo die, vnum de B. Maria, alterum de feria, vel de Sancto secundum Breuiarium Romanum. Contrarium tamen non imò probabile reputo, nempe recitatione vnus Officij satisfacere vtrique obligationi: Tum quia valde probabile est, quòd adstrictus recitationi Horarum Canonicarum duplici onere ordinis, nempe Sacri, & Beneficij satisficere vnum Officium tantum recitando, & omittendo vnum solum nanciscitur peccatum: Tum quia ex imitatione Officij non graue oritur peccatum, cum in substantia obligationi satisfaciat. Et sic votum adimplebit recitatione alterius Officij, & cum obligatione Officij diei recitando Officium voti: nihilominus tamen hoc subitico meliùs sentientis iudicio. Ita ille. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhaerecum Fausto, *tract. de Hor. Canon. lib. 2. quest. 130.*

Notandum est hic obiter, id quod asserit Croulers in *Regul. D. Francisci, cap. 3. sect. 1.* ubi sic ait: Etiam circa Horas Canonicas, putarem peccatum committi ab eo qui illas negligeret obtentu defectus Breuiarij Romani, si aliud ad manum habeat, vel habere possit. Obligantur enim fratres primò ad Officium Diuinum, deinde ad modum eius, quod posterius, si non possint implere, prius autem sic, peccant si non implent. Et idèd docuit Escobar, ubi suprà, *num. 3.* quòd si deficiat Breuiarium Romanum, poterit, imò, & debet recitare per aliud approbatum, quod præ manibus est, & qui potens non est totum Officium recitare per Romanum, & potest recitare per aliud Breuiarium approbatum, quia est breuius, satius erit per hoc recitare, quam alterum omittere.

An Regulares possint eligere in Iudices, Conservatores Reales aliarum Religionum?

R E S O L. XXVI.

Affirmatiuè videtur respondendum ex his, quæ habentur in Allegatione Ioannis Naldi, quam penes me impressam habeo pro Patribus Societatis Iesu contra Episcopum Angelopolitanum, ubi sic habetur, à §. 80. vsque ad 87. Quoad secundum, Conservatores à Patribus Societatis electos, fuisse legitimos, & competentes patet attento *cap. fin. de Iudic. delegat. in 6.* In quo Conservatores possunt eligi Episcopi, Abbates, seu Dignitates, vel Personatus in Cathedralibus,

bus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes, Patres autem præfati obtinent dignitatem, & personatum respectiue, quia Pater Io. de Pareda est Prior Conuentus S. Dominici; Pater autem Augustinus Godinez est Definitor Capituli Generalis. Quod Prior Regularis sit dignitas, & capax rescripti Apostolici; patet ex cap. *Statutum. verb. Obstantibus de rescriptis in 6.* & statuitur expressè in Clement. & si eod. tit. vbi prior Conuentualis, id est habens sub se capitulum, & collegiatam Ecclesiam, licet non esset electus, sed tantum ad notum, dicitur esse in Ecclesiastica dignitate constitutus ad effectum ut sit capax delegationis Apostolicæ, secus esset de priori Clauitrali, qui non habet Capitulum, ut beate Glossa, ibi *vers. Conuentualis, & clarius. Glossa in Clementin. Ne in agro. §. Carcerum, de statu Monachorum*; dicitur prioratus Conuentualis est, in quo sunt plures collegialiter, & in cap. *Nobis suis. vers. Conuentuali Ecclesia*, declarat eadem Glossa ad constituendam conuentualiam Ecclesiam sufficere, quod plures collegialiter viuunt, ad Text. in cap. *1. de elect.* id est quod faciunt vnum Capitulum, siue vnum corpus, iuxta dispositionem cap. *Dilecta. de Excess. Prælat.* Definitor quoque est personatus, quia maior est priore, & vocem habet in capitulo Generali, quia ad delegationem sufficit præminencia, qua quis præ aliis ditatus est in aliqua Ecclesia, uti dicit Glossa in citato cap. *Statutum. verb. Prædictis, de rescriptis in 6. cap. Quamuis verb. de significatione.* Et apparet ex Constitutione Clementis VIII. anno 1592. quæ incipit, Sanctissimum, & alia simili Gregorij XV. de anno 1621. quæ pariter incipit, Sanctissimus, in quibus mandata Apostolica talibus delegantur. Et quatenus Definitor non haberet dignitatem sufficientem, sufficit quod prior sit sufficiens, quia cum fuerint deputati in solidum, sufficit, quod vnus esset capax; nam vtile per inutile non vitiatur, l. 2. §. *Sed si, ff. de verb. obligat. cap. vile 37. de regul. iuris. in 6.* quod autem sub pœna fuerint electi in solidum, patet ex petitione Prouincialis, supra num. 4. in illis verbis, in principio, [Parezo ante Vuestras PP. muy RR. d-antes qualquieras de Vuestras PP. & in fine, à Vuestras PP. juntos, y à qualquiera di Vuestras PP. pido, &c.] Isti igitur fuerunt Iudices competentes iuxta sacros Canones, & de iure communi. Non enim obstat Constitutio Gregorij XV. in qua Iudices conseruatores demandantur Synodales in Synodo deputato: quia in illis Regnis Iudices Synodales non sunt, vnde ad impossibile nemo tenetur, l. *Si quis in graui, in princip. vbi Bartol. ff. ad Syllan. cum similibus, & quando tales non existunt, tunc possunt eligi alij, qui habeant qualitates de iure communi requisitas, hoc est, qui sint in Ecclesiastica dignitate, vel personatu, quales sunt nostri, ut vidimus. Sed quod tollit omnem dubitationem, Gregorius XIII. in Bulla data 24. Octobris, anni 1579. concessit quod Societas in Indiis eligere possit loco personarum in Ecclesiastica dignitate constitutarum, quosvis idoneos, & probos Viros sæculares caractere Clericali insignitos, non tamen coniugatos, nec propterea dictam Societatem ad certos, & determinatos Conseruatores obligari, autoritate Apostolica statuit; ex quibus patet, quod erat liberum Societati eligere Conseruatorem, elegit autem Regulares, quia Sæculares illi erant suspecti, cum D. Episcopus Aduersarius, tunc esset visitator Regius omnes faciliter ad suam partem traheret, vel saltem illius timore contra illum nemo procedere præsumebat. Et Patres Dominicani habent priuilegium à Clemente Septimo sub die octauo Martij. 1533. in quo conceditur illis, posse eligere Conseruatores quoscumque personas Ecclesiasticas, Sæculares, & Religiosas, etiam in Ecclesiastica dignitate non constitutas, dummodò litterati sint, & si non sunt litterati, adhibeant Assessores, & in sacris ordinibus constituti. Et*

hæc omnia, ut dixi, habentur in supracitata allegatione.

Sed ego puto hodie circa præsentem questionem, solum omnia Regularium priuilegia, ut optime obierat ex eadem societate Caltrus Palaus, tom. 3. tract. 16. disp. 4. punct. 12. §. 1. num. 9. vbi sic ait: Dixi spectato iure communi; nam si specialia priuilegia Societatis Iesu spectentur, quilibet Superior Regularis eligi potest in Iudicem conseruatorem, ut constat ex Bulla Gregorij XIII. edita anno 1573. cuius meminit Manuel Rodriguez tom. 1. 99. Regul. quest. 65. art. 3. Sanchez lib. 6. n. 79. Sed quid sit de his priuilegiis, & de decisione, cap. fin. de officio deleg. in 6. standum est Constitutioni Clementis VIII. editæ anno 1592. & Constitutioni Gregorij XV. editæ 1621. Quatum tenorem refert Barbosa, alleg. 106. in fin. à num. 53. quibus cauetur, nullum alium conseruatorem eligi posse à Regularibus, nisi qui qualitates habeat in dicto capite, Statutum præscriptas, designatque Iudex sit in Synodo Prouinciali, vel Diocesana. Et ob hæc causam querente Archiepiscopo Turritano, an Regulares vnus Conuentus, Monasterij, vel Domus aliquam Priorem, seu Guardianum, vel quemuis alium, quauis dignitate Regulari fulgentem, in suum Conseruatorem eligere, vel deputare possint? Sacra Cardinalium Congregatio respondit 6. Octobris anno 1617. non posse, teste Barbosa alleg. 106. num. 15. Hæc vique Palaus, cui adde ex eadem Religione Fragsolum in Repub. Christ. tom. 1. lib. 4. disp. 12. §. 6. n. 112. & sequentibus.

Nota tamen, quod post hæc scripra promulgatum est Breue Sanctissimi D. Nostri Innocentij Decimi sub die 14. Maij 1648. vbi plura definiuntur circa Conseruatores ex causa litis supradictæ, inter Patres Societatis, & Episcopum Angelopolitanum; idè Lectoribus illud remitto.

An Episcopus possit prohibere Regularibus, ne ministrarent Sacramentum Eucharistia in die Paschatis?

RESOL. XXVII.

Suppono Paulum III. in Bulla anno 1549. Societati Iesu concessa, asserere, Regulares excepto Resurrectionis die, omnibus Christi fidelibus Eucharistiam ministrare posse.

Difficultas est, an verba dicta intelligenda sint de die Paschatis materiali, an de die Paschatis formali, videlicet quo præceptum Paschalis Sacræ communionis impletur, & de hoc ultimo, verba Sanctorum Pontificum intelligenda esse tradunt Suarez, Vasquez, Koninch, Layman, Sanchez, Fagund, Miranda, & Bonac. quoscitat, & sequitur Caltrus Palaus tom. 4. tract. 21. disp. unica punct. 29. num. 3. Quibus adde Lessium in 3. part. D. Thoma. quest. 82. art. 3. dub. unico, num. 12. Perficium de officio Sacerdotis, lib. 3. cap. 6. dub. 3. num. 51. Lezana in Summ. tom. 3. verb. Eucharistia, n. 2. Et Amicum in Curs. Theol. tom. 7. disp. 3. sect. 3. num. 58. vbi sic ait. Notandum per diem festum Paschatis Resurrectionis Dominicæ, non intelligi solum diem Paschatis, ut intellexerunt Compilatores nostrorum priuilegiorum præcitato loco, sed totum tempus, quo currit præceptum Ecclesiasticum annuæ communionis, ut nostræ Constitutiones exponunt part. 7. cap. 4. in explicatione litt. D. modò enim vna die intra hoc tempus Paschale quis in sua Parochia præceptum annuæ communionis adimpleuerit, poterit reliquis diebus, etiam ipso Paschatis die in nostris Templis communicare, Parochi licentia minimè requisita; alioqui sequeretur, quod nulla alia die, præter quam ipsa die Paschatis, fideles præceptum annuæ communionis in suis Parochiis, adimplerent. Nam idè hæc excipitur, ut in ea, suis in Parochiis, præceptum adimpleat ergo si solus dies Paschatis excipitur, in qua nostris in Templis

Templis communicare non possint, sola ea die poterunt in propriis Parochiis præceptum adimplere, cum nequeat illud adimplere in nostris Templis absque Parochi licentia. Sic ille, Itaque dicendum est, non diem Dominicum Resurrectionis materialem, sed formalem, id est, quo præceptum Paschalis communionis adimpletur, supradictis privilegiis intelligi. Quia intentio Pontificis in excipiendo Resurrectionis die à privilegio Religiosis concessio Eucharistiam ministrandi fuit in tactum, & illæsum conservare præceptum latum in cap. Omnis utriusque sexus, de pœnitent. & remissionib. quo canetur omnes obligatos esse de manu proprij Parochi tempore Paschali communionem accipere, vt eo facto proprium pastorem recognoscant. At hic finis nullatenus obtineretur, si omnes à Religiosis accipere communionem præceptam possint, tamen non possint eam in die Dominico Resurrectionis accipere. Atque ita posse Religiosos communionem concedere eo die Resurrectionis omnibus illis, qui præcepto communionis Paschalis satisfecerunt, vel intentionem habent sequentibus diebus satisfaciendi. Vide omnino Remigium Scropha in 99. Moral. quest. 35. per totam, in qua me citato, hanc sententiam latè firmat, & tuerur.

Hoc supposito, videtur negatiuè ad difficultatem propositam respondendum; quia Pontifex non prohibet Regularibus ministrare Eucharistiam Sæcularibus in die Paschatis, qui ex deuotione illam sumunt: ergo non possunt Episcopi hoc illis prohibere; non enim possunt tollere privilegia, quæ Papa Regularibus concessit.

Sed his non obstantibus, non desunt Doctores asserentes, in verbis Pontificum superius positis, excipi ipsum primum diem Paschæ, itavt in eo non liceat Regularibus sacram Eucharistiam ministrare, etiam ex deuotione sumentibus, etiam si iam præcepto satisfecerint. Quod probatur ex illis verbis concessionis Xysti IV. & Leonis X. præterquam in die Resurrectionis Dominicæ, & Nicolai V. præterquam in festo Paschæ Resurrectionis Dominicæ, vbi Pontifices expressè excipiunt ab illa concessione ipsum diem Resurrectionis Dominicæ, videlicet primum diem Paschæ: nam in eo Dominus resurrexit. Ratio exceptionis est, quia hoc privilegium est contra ius commune. Et hanc sententiam tenet Trullench in Praxi sacrament. lib. 3. cap. 7. dub. 1. num. 9. Nauarrus in man. cap. 21. num. 52. Henriquez lib. 8. cap. 55. n. 1. & in Glossa lit. D. Azorius tom. 1. lib. 7. cap. 30. quas. 7. & alij. Vnde ex his sacra Congregatio Concilij declarauit, posse Episcopos hoc Regularibus prohibere; quæ declaratio emanauit cum subscriptione Sanctissimi D. N. Innocentij X. & est tenoris sequentis.

Die 9. Iulij 1644. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum post maturam discussionem censuit Archiepiscopum Burdegalensem non posse Regularibus habentibus privilegia Apostolica, vt à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusivè, administrare non valeant personis secularibus Sacramentum Confessionis; posse tamen eisdem prohibere, vt personis secularibus in die Paschatis non administrarent Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, etiam si dicta persona seculares in alia die satisfecerint præcepto Ecclesia hac de re edito. Ioannes Baptista Cardinalis Pamphilius. Et hac declaratio habetur impressa in Allegatione Ioannis Naldi pro Patribus Societatis Iesu contra Episcopum Angelopolitanum in summano, num. 10.

Nota, quod in part. 1. tract. 14. resol. 73. adduxi quoddam privilegium Pij IV. ex quo Ioan. de la Cruz, & alij existimauerunt posse Regulares ministrare sæcularibus Eucharistiam, vt impleant præceptum communionis; sed modò puro tale privilegium nullo pacto admittendum esse, ex his, quæ adducit Castrus Palaus, vbi su-

pra num. 5. & me citato, Trullench num. 8. non enim tale privilegium fuit à Regularibus vsu receptum: privilegium autem vt vim habeat, acceptationem illius requirit.

Nota etiam hîc obiter, in supracitata allegatione §. 49. hæc haberi: Iesuitæ habent privilegia propria Gregorij XIII. & aliorum Pontificum, quæ longum esset recensere, quæ circa Confessionem, & prædicationem amplissima sunt, nec videntur reuocata, per Concilium Tridentinum, vel saltem, quæ reuocata essent videntur reconcessa à Paulo V. de anno 1606. in citata Bulla, quæ incipit: Quantum Religio, in qua confirmantur privilegia Societatis, cum clausulis amplissimis, vt diximus; & quia consonant viæ vocis oraculo Pij V. in quo eisdem Patribus confirmantur privilegia reuocata per Concilium Tridentinum, quod viæ vocis oraculum prætendi etiam potest dici debere Bullam, per illam Bullam Pauli V. ac per consequens non comprehensam in reuocatione generali huiusmodi oraculorum facta per Gregorium XV. & Urbanum VIII. Ita ibi, & §. 71. asserit quod per quamcumque derogationem non intelligitur derogatum privilegiis concessis Societati, nisi tribus distinctis vicibus ipsis Patribus derogatio fuerit intimata, & insinuata. Sed licet hæc omnia satis plausibilia erunt Regularibus & præsertim nostræ Religioni, quæ gaudet omnibus privilegiis concessis Societati, tamen circa supradicta maximam habet difficultatem; & præter alias rationes, video styllum Curie esse contrarium, de cuius vi etiam in conscientia agit Pellicionius in quinquagena Quæstionum utriusque iuris, quest. 25. cap. 3. & alij. Sed de his alibi etiam à nobis actum est.

An Canonicus surdus, vel Religiosus assistens Choro, & cum aliis diuinum Officium recitans satisfaciat suæ obligationi?

RESOL. XXVIII.

Suppono cum Rocafulli in Praxi Theol. moral. part. 2. Slib. 3. c. 4. dub. 4. num. 316. & Trullench in Decalog. tom. 1. libr. 1. cap. 7. dub. 28. n. 9. Surdum, qui potest legere, teneri recitare, siue se audiat, siue non: satis enim est, quod mente attendat, & cognoscat, quid dicat.

Hoc supposito, ad quæstionem præpositam negatiuè respondet Pater Bordonus in Consil. Regular. tom. 2. resol. 77. num. 39. vbi docet, quod surdus assistens Choro, lucratur quidem distributiones, non tamen satisfacit obligationi recitandi Diuinum Officium. Ratio illius est, quia ad lucrandum distributiones, sufficit assistentia, & partialis recitatio Diuini Officij. Ratio huius est; quia non minus est de essentia Officij auditio, quàm recitatio, cum ambæ sint partes essentialia Officij in choro recitati, & ambæ partes fundentur in attentione recitationis, & auditionis. Sed defectu recitationis, diuinum Officium non subsistit, vt clarum est: ergo neque defectu auditionis. Quare domi suæ recitet Officium, si vult satisfacere. Rationes quas adducit, resoluuntur dicendo, quod surdus non facit suam eam partem, quam non audit, quia cum ea communicare non potest, nam communicatio fit per auditum, aliter sequeretur, quod surdus suam faceret concionem, quia cum aliis assistit prædicationi, vt compar, & membrum totius Auditorij; præterea tollitur ratio innixa illi Regulæ, nam auditio partis non est conditio, sed pars essentialis necessaria ad satisfaciendum. Deinde licet Officium, in choro recitatum, sit oratio communis totius chori, & consequenter singulorum, non tamen per hoc facit suam partem, quam non audit, quia singuli faciunt suam solum eam partem, quam posuerunt, cum

id

id totum dependeat à singulari actione cuiuslibet : cum ergo in communitate surdus non contulerit alteram partem, defectu auditionis, sed solam recitationem, idèd hanc solam ex communitate participat, & sic quo ad auditionem non dicitur habere partem in communitate, sicut neque ille, qui licet recitet, non tamen attendit, dicitur facere suum Officium, seu satisfacere suæ obligationi defectu intentionis, quæ & ipsa est de essentia orationis. De obligatione sacrificij est dispar ratio; nam sicut sola assistentia, cum deuotione, & attentione satisficit Missæ, ita & eiusdem obligationi per assistentiam, neque enim oblatio circumstantium fit per recitationem uerborum, quibus Sacerdos offert, sed sufficienti oblatio virtualiter contenta in assistentia formali ad Missam; in recitatione uero Diuini Officij requiritur recitatio ex vna parte, & auditio ex altera, & sic adest conformitas in uerbis recitatis, & auditis, quæ uniformitas in obligatione necessaria non est. Hæc omnia Bordonus, qui pro sua sententia citat Bonacinam; quibus ego addo Castrum Palaum, *tom. 1. tract. 7. disputat. 3. punct. 4. num. 6.* Faustum de *Hor. Canon. lib. 3. quest. 19.* & Persicum, *cap. 4. dub. 9. num. 3.* Hæc sententia est probabilis.

Sed non minus probabilem affirmatiuam existimo, quam tuerur sapientissimus Suarez, *tom. 4. de Relig. libr. 4. cap. 28. num. 18.* cui ego addo Escobar à Corro, de *Hor. Canon. quest. 4. num. 66.* ubi firmat surdum, dum canit in choro ex obligatione propria, & munere, adimplere Præceptum recitandi Horas Canonicas, etiam si non audiat alterum chorum recitantem. Et idèd etiam asserit de quocumque Recitante in choro, si non audiat alteram partem, cum ei nulla possit culpa imputari, & fecerit ex se quantum potuit; quod accipio, tam quò ad implementum obligationis recitandi, quam quo ad lucrandum distributiones, etiam si partem, quam non percipit, non repetat. Et ita etiam docet nouissimè Rocafull in *Praxi Theolog. moral. part. 2. libr. 3. cap. 6. dub. 4. numer. 56.* ubi sic ait; An si chorus silens non possit percipere chorum canentem, satisfaciatur Respondeo satisfacere. Ita Sà, & Suarez loquens de surdo, qui alios canentes in choro non intelligit, nec os sequi potest. Ratio est; quia hic uerè dicitur assistere choro, & communicare suam partem aliis; neque per ipsum stat, quin uersiculos à sociis recitatos audiat, & illam partem suam efficiat: conditio enim censetur adimpleri, quando non stat per eum, qui eam adimplere debet. Hæc ille.

Nec obstat dicere, quod ex dictis sequeretur, posse surdum dicere Horas Canonicas cum socio, etiam si illum non intelligeret; & adimplere præceptum: quod negat Trullench, Rocafull. ubi supra, & alij. Respondeo esse disparatam rationem in utroque: nam in casu obiectionis, recitatio Surdi cum socio est voluntaria: in nostro casu est necessaria, ut est, quæ fit in choro per Canonicos, & alios illi addictos. Ergo, &c.

Notentur hæc omnia; quia casus potest in Praxi accidere, non solum cum surdis, sed etiam cum surditis.

Nota etiam hinc obiter, Pellizzarium in *Man. Regul. tom. 1. tractat. 5. cap. 8. sect. 3. num. 143.* Me citato docere probabiliter surdum non assistentem choro, gaudere distributionibus quotidianis.

An uerò cæci deobligentur à recitatione Diuini Officij? respondet Pellizzarius loco citato, *num. 111.* quòd quamuis Doctores communiter dicant, eos non deobligari, si memoriter sciant Horas, aut cum socio possint Psalmos alternatim recitare, aut etiam antea soliti essent recitare cum aliis, idque commodè etiam modo præstare possint: & hoc ex regula generali, quòd qui tenetur aliquid, tenetur etiam ad media ordinaria, sine quibus illud impleri non potest; nihilominus

absolutè loquendo, non uidetur improbabile, cæcum obligatum ad Horas ex Professione, aut Ordine Sacro non teneri eas recitare, etiam si memoriter sciat Psalmos, cum adhuc Lectiones legere non possit, & alioqui non teneatur admittere socium quantumuis se offerentem ad recitandum; cum facultas recitandi cum socio, sit priuilegium, & fauor, quo quilibet potest libere non uti; idque etsi solitus fuisset eo uti; semper enim Priuilegiatus potest renunciare priuilegio, ut patet. Ita Pellizzarius; cuius opinio facit contra id quod docet Pasqualigus in *99. Can. Centur. 1. quest. 53.* nempe Regularem cæcum teneri sub mortali assistere choro, si potest alternatim dicere Officium; cum enim Regularis ex vi constitutionum, ut suppono, non teneatur sub mortali, choro assistere; & Regularis cæcus, secundum Pellizzarium, probabiliter non tenetur dicere Officium cum socio, etiam se ultro offerente, non video quare teneatur assistere, ut cum aliis persoluat Horas Canonicas. Et ita contra Pasqualigum in terminis docet etiam nouissimè Ioannes Henriquez in *99. tract. sect. 35. quest. 22.* Religiosum cæcum non teneri recitare Horas Canonicas. Sed de hoc ego alibi.

Nec deseram hic apponere uerba Escobar de *Hor. Canon. quest. 6. num. 38.* ubi sic ait: Verius censeo contra Bonacinam, Clericum habentem Beneficium, ex quo sufficientes colligit fructus, non teneri conducere socium ad recitandum, & si cum eo recitare, non uerò solus, quia Præceptum ad orandum obligat per se, non ad adhibendum socium, & si non potest per se, ut supponimus, ad nihil tenetur. Nec facit teneri adhibere media necessaria ad implendum præceptum recitandi, quia hoc intelligitur de medijs ordinarijs, ut est emere Breuiarium, non de extraordinarijs, ut est conducere socium, ad quod simile præceptum non obligat. At ex eadem ratione censeo, non esse tenendam illam opinionem eiusdem Bonacinæ dicentis, cæcum, qui per se recitare non potest, teneri socium adhibere, ut paulatim Psalmos memoriæ mandet; nam censeo ad neutrum teneri, quia neutrum præcepto continetur, & nimis durum esset, & molestum ad id illum obligare; etsi enim probabile sit quòd carens Breuiario, licet memoriter Psalmos, absque Lectionibus teneat, recitare non tenetur Psalmos, quia per se absque Lectionibus Officium non constituunt, quod est præceptum, non Psalmi, multò magis probabiliter erit, quòd cæcus non teneatur Psalmos memoriæ mandare, nec ad id conducere socium, cum etsi eos memoriter teneat, recitare non tenetur; atque ita melius tenent Soto 10. de *Iust. quest. 5. art. 3.* & Macignus de *Hor. Canon. cap. 14. num. 9.* Hucusque Escobar.

Sed si incidenter hic quæras, an cæcus, qui non potest recitare maiorem partem Officij teneatur, recitare minorem, quam potest? Affirmatiuè respondet Sanchez in *opusc. tom. 2. libr. 7. cap. 2. dub. 46. num. 6.* Layman *libr. 4. tractat. 1. cap. 6. dub. 1.* & alij. Ratio est, quia ut docet Caietanus 2. 2. *quest. 147. artic. 7. ad 3.* & Nauarrus in *Man. cap. 21. num. 27.* Qui non potest implere totum præceptum Ecclesiæ, tenetur partem quam potest; unde qui non potest ieiunare totam Quadragesimam, tenetur ieiunare partem, quam potest; & qui uouit seruare castitatem, & matrimonium contraxit, licet non possit totam seruare, quia tenetur reddere debitum, tamen tenetur seruare partem, quam potest, scilicet non petendo debitum: ita cæcus, qui non potest recitare totum Officium, tenetur recitare partem, quam potest, scilicet illam, quam memoria retinet, & si non potest solus, tenetur cum socio, quem habere commodè potest. Hanc sententiam docet Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 3. de Horis, à num. 24. usque ad 28.* & in *num. 24.* docet, hanc questionem non solum locum habere in impedimento infirmitatis, sed etiam

tiam in aliis; unde bene inferit, qui tota die fuit legitime occupatus, ut nullam horam dici dicere potuerit, & ante mediam noctem potest saltem Completorium recitare, cur non obligatur? Et is, qui Breuiarium non habet, tantum scit memoria Primam & Completorium, cur non tenebitur illas horas dicere, etiam si minorem partem officij contineant? Et num. 27. dicit, non esse veram generalem regulam pro omnibus casibus & impedimentis, videlicet ut qui non potest dicere tot horas, ut contineant saltem maiorem partem totius officij, nullam dicere teneatur. Eum sequitur Reginaldus lib. 8. cap. 13. num. 183. quest. 4.

Sed his non obstantibus non desunt Doctores negatiue sententię adherentes, nempe quod qui non potest maiorem partem officij recitare, non tenetur ad nuptiam si potest; quia maior pars trahit ad se minorem. Et ita tenet Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 9. numer. 54. Filiucius tom. 2. tractat. 2. cap. 9. quest. 6. num. 294. & Azorius, tom. 1. libr. 10. cap. 13. quest. 5. qui loquitur in specie de cæco; unde ego puto utramque sententiam probabilem.

An si quis bona fide confiteretur cum simplici Sacerdote de venialibus, & mortalibus, valida esset absolutio?

RESOL. XXIX.

Affirmatiue respondet Mazuchellus, de Casib. reseru. disp. 1. quest. 3. difficult. 14. num. 43. & 44. vbi sic ait: Inferior Sacerdos non potest absque causa rationabili, & urgente necessitate absolueret pœnitentem à non reseruatis, remittendo postmodum illum ad superiorem pro reseruatis. Dixi, absque rationabili causa, vel urgente necessitate; hæc enim concurrente, poterit inferior Confessarius ita absolueret. Verum tamen est quod si absque vlla legitima causa absolueret, adhuc tamen Sacramentum teneret, quoties pœnitens bona fide confiteretur. Et ratio est, quia in pœnitente adesset bona fides, ut suppono: debita item dispositio. Confessio item esset integra, & Confessarius haberet intentionem absoluendi ab iis peccatis, à quibus posset: ergo validum foret Sacramentum, cum quia si pœnitens peccata illa reseruata fuisset oblitus, ea fuissent indirecte deleta, & pro iis delendis suffecisset iurisdictio inferioris Confessoris: ergo adhuc debebantur, etiam si ea à pœnitente manifestentur: ad hoc enim, ut stet Sacramentum, sufficit quod Confessarius habeat iurisditionem circa partem materię à pœnitente exhibitę; & sic ea peccata, circa quę habet iurisditionem, directe delentur; cætera verò circa quę illam non habet, qualia sunt reseruata; indirecte tantum, id est per concomitantiam, ex eo quod non possit vnum deleri sine alio, Tum quia, si & Confessarius bona fide absolueret, & pœnitens bona fide confiteretur, ex eo quod hic putaret illum habere iurisditionem super reseruata: Confessarius verò putaret peccata confessa non esse reseruata: certe in hoc casu staret Sacramentum, & tamen bona illa fides non suppleret iurisditionem: quod argumento est, quia si pœnitens veniret postmodum in cognitionem, Confessorem non habuisse hanc iurisditionem, teneretur iterum peccata reseruata Superiori subiicere: ergo adhuc stabit Sacramentum, etiam si mala fide Sacerdos absoluat: bonitas enim, vel malitia Confessoris non reddit irritum Sacramentum quoties illi non desit pœnitentio.

Dices, sequeretur pœnitentem obstrictum venialibus, & aliis mortalibus non reseruatis posse valide

absolui à simplici Sacerdote, quoties illi bona fide confiteretur, & putaret illum habere iurisditionem. Respondeo, concedendo sequelam, licet enim simplex Sacerdos per se iudicare non possit de peccatis mortalibus, tamen quatenus habet potestatem conficiendi tale Sacramentum propter iurisditionem, quam habet circa peccata venialia confessa, inde est ut possit hominem sanctificare, & consequenter mortale peccatum expellere, licet ab illo per se non absoluat. Vide Suarez de Pœnitentia, disputat. 31. sect. 2. num. 6. & Reginaldum in Praxi, tom. 1. lib. 8. num. 81.

Hinc ego olim recte respondi, quod si quis etiam cum attritione cognita confiteretur cum simplici Sacerdote non approbato, bona tamen fide, si moreretur ante aliam confessionem, saluus fieret, quia absolutio illa fuit valida, & gratiam Sacramentalem contulit. Ex his etiam inferitur, confitens bona fide peccata reseruata manere absolutum; quia cum non desit sufficiens iurisdictio in Absolvente, si alioqui accedat bona fides, & dispositio ex parte pœnitentis, validum efficitur Sacramentum, accedit autem bona fides pœnitentis; vel quia ignorat esse casum reseruatum; vel quia inculpabiliter putat, illud posse absolui à quolibet. Unde etiam si Sacerdos culpabiliter absoluat, tenet absolutio; quia concurrunt omnia ad validitatem Sacramenti: & solum manet pœnitens cum onere explicandi reseruatum Superiori, quoties illud nouerit esse reseruatum. Et ita docet Amicus in Curs. Theolog. tom. 8. disputat. 13. sectio. 10. num. 223.

An Sacerdoti non omninò cæco, si posset videre Calicem, & Hostiam, licitum sit celebrare, non obstante quod non possit legere, si memoriter sciret Missam de Requiem, vel de Beata Virgine?

RESOL. XXX.

Respondeo affirmatiue, ut ex sapientissimo Vazquez docet Ioannes Præpositus insignis Theologus Societatis Iesu in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. 4. num. 168. vbi sic ait: Requiritur etiam liber qui saltem contineat Canonem, ut communiter Doctores, ne in re tam ardua memoria hominem fallat: unde communiter docetur, eum, qui audet rem diuinam sine libro facere, peccare mortaliter: non est tamen improbabile quod censent aliqui, non esse peccatum iusta de causa sacrum sine libro celebrare, si absit scandalum, & errandi periculum. Videri potest Vasquez disput. 133. cap. 3. sine, qui docet, eos, qui propter debilitatem visus non possunt legere, possunt tamen sufficienter Hostiam, & Calicem videre, permittendos celebrare, si Missam sufficienter memoriter teneant. Videri etiam potest Suarez, disp. 81. sect. 6. conclus. 1. §. Quarto requirunt. Ita Præpositus; cui adde nouissimè Pellizzarium in Man. Regul. tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. subsect. 1. num. 130.

Existimo tamen cum suprascripto Sacerdote sic celebrante, assistere debere Diaconum, vel alium Sacerdotem ut illum adiuuet ad colligenda fragmenta ex Hostia supra Patenam, vel Corporale relicta, si forsitan dictus Sacerdos celebrans, illa non videret. Et ita Pater Cæsar del Bosco, vir doctissimus, & amicissimus testatus est mihi, consuluisset eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo in quadam Congregatione facta ex ordine Patris Mutij Vitelleschi Generalis Societatis, in ordine ad cæcitatem Patris Viualdi Ianuensis eiusdem Societatis.

Et

Et idem ego annis elapsis consului quendam Parochum, cuius oculis omnes litteræ duplicabantur, & idem legere non poterat, potuisse celebrare quotidie, si memoriter sciret Missam de Requiem: iste tamen Parochus fragmenta Hostiæ optimè videbat.

Notandum est hic obiter, quòd in casu, quo elector fiat cæcus, cum nihilominus cum aliis Electoribus debere admitti ad eligendum, non quidem faciendo sibi scribi nomina eorum, quos intendit eligere, in iuncto Scriptori iuramento de fidelitate seruanda, ut vult Castellinus *de elect. cap. 5. num. 60.* Sed accedendo ad aures scrutatorum, ibique suum suffragium aperiendo, iuxta formam antiquam, de qua *in cap. Quia propter, de elect.* sic quippe facilius euaditur periculum infidelitatis, retento etiam secreto nomine eligentis; & alioqui, ubi forma alicuius actus in totum seruari nequit, explicari debet eo meliori modo, quo potest.

An in Confessione peccatorum venialium sufficiat dolor virtualis?

RESOL. XXXI.

AD hoc dubium sic respondet Thomas Tamburinus in *Methodo expeditæ confessionis, libr. 1. capit. 3. §. 1. num. 1. & 2.* Probabile est etiam sufficere dolorem virtualem in confessione venialium: in confessione enim mortalium, de qua solum agere videtur Concilium, quando requirit dolorem formalem, necessarius omnino est formalis. Quare si quis accedat ad confitenda venialia sine actuali complacencia peccati venialis, cum desiderio recipiendi Sacramentum, eiusque effectum, cum in hoc desiderio sufficienter detestationem virtualem habeat, benè erit dispositus. Nam propterea Concilium alicubi dicit, ad Sacramentum hoc requiri tanquam partem proprium motum pœnitentis: tunc enim videtur loqui de confessione in vniuersum, id quod verificatur in confessione venialium, nam certè voluntas suscipiendi Sacramentum, motus est proprius pœnitentis. Hanc sententiam Præpositus vocat non improbabilem, citatque pro eâ Suarezium, *de Pœnit. dispus. 12. sect. 1. num. 9.* quamuis alibi sibi contrarium: additque idem Præpositus quòd hanc sententiam alij sequuntur: iuxta quam si quis se dirigat non peccabit, & fortè consequetur Sacramenti effectum. Hanc eandem sententiam sequitur Rosella, & Syluester, & veram esse mihi dixit Pater Franciscus Chiros nostræ Societatis Iesu, in Theologia morali non parum versatus: Fauent Ledesma, Vega, Almainus, & Bernardus de Gañaco, quatenus dicunt, dolorem esse quidem partem, sed integrale non essentielle Sacramenti, atque aded sine qua tota essentia Sacramenti consistat: quos tamen licet cum opinione communi Theologorum reiiciamus, nihilominus prædictæ sententiæ fauere inficiari non possumus. Hucusque Tamburinus.

Sed ego negatiuæ sententiæ prorsus adhærendum esse puto. Itaque dicendum est contra Tamburinum, quòd qui confitetur peccata venialia tantum, teneatur elicere actum doloris efficacis, sicut tenetur in confessione de peccatis mortalibus. Quòd teneatur elicere actum doloris, probatur ex Concilio Tridentino, in quo partes huius Sacramenti assignantur, videlicet contritio, confessio, & satisfactio; & nomine contritionis intelligunt communiter Doctores, detestationem peccati; sed dolor imperfectus, seu displicentia inefficax non est detestatio, aut retractatio peccati; eum possit stare cum proposito iterum committendi peccatum illud, de quo doletur, immò cum

iplo peccato actuali; ergo confessio de venialibus requirit etiam dolorem efficacem, sicut confessio de mortalibus. Quomodo enim vult Deus remittere peccatum habenti huiusmodi complacenciam in iplo peccato: immò cum voluntate peccandi absque vlla retractatione?

Confirmatur, quia peccata mortalia possunt remitti extra Sacramentum per dolorem virtualem tantum, nempe per actum amoris Dei super omnia, qui dolor virtualis dicitur; & tamen si remittuntur in Sacramento Pœnitentiæ, necessariò requiritur dolor formalis, ex supra dictis: ergo à pari et si peccata venialia possint remitti extra Sacramentum sine dolore formali, tamen si remittantur in Sacramento Pœnitentiæ, debent remitti per dolorem formalem supernaturalem. Dolor enim non requiritur ex vi remissionis venialium, sed ex vi Sacramenti Pœnitentiæ, quòd necessariò requirit pro sua materia hunc dolorem formalem supernaturalem.

Quòd verò sit mortale confiteri tantum venialis absque dolore supernaturali, patet: nam sic redditur forma Sacramentalis Pœnitentiæ irrita. Idem enim peccat mortaliter, qui confitetur mortalia sine dolore, quia culpa sua frustratur forma Sacramenti, seu Sacramentum redditur nullum; sed etiam culpa contentis venialia forma Sacramenti redditur nulla: ergo etiam iste peccat mortaliter, &c.

Nec dicas primò, quòd Sacramentum frustratur in re leui. Quia contra est; nam frustratur totum Sacramentum; quòd verò frustratur per rem leuem, vel per rem grauem impertinenter se habet ad Sacramentum, sicut quòd quis occidit Titium cum ense, vel cum lapillo, impertinenter se habet ad gravitatem homicidij intenti; semper enim iste talis homicida peccat mortaliter, etsi instrumentum, seu ictus sit leuis, dummodò homicidium sit intentum. Adde, quòd acetum etiam res leuis est, & tamen, qui acetum consecrat voluntariè, peccat mortaliter; quia applicat verba Christi, quæ sunt forma Sacramenti Eucharistiæ, frustra, & quasi irritatoriè, cum sit absque omni prorsus vtilitate, & effectum.

Nec dicas secundò, quòd effectus, quo homo priuatur ob talem irritationem, est leuis, cum sit remissio peccati venialis. Quia contra est, nam dolor de venialibus, ut dixi, requiritur non ex vi remissionis, sed ex vi Sacramenti; vnde non ratione iacturæ remissionis, sed ratione irritationis Sacramenti committitur peccatum sacrilegij. Aliter enim, neque peccator, qui confitetur peccata sine dolore peccaret mortaliter, quia iactura posset statim recuperare per aliud Sacramentum cum debito dolore: & sic sicut non peccat mortaliter ratione iacturæ, qui nunc habet commoditatem confitendi peccata sua mortalia, & non confitetur, quia potest postea confiteri; ita qui nunc confitetur mortale sine dolore, ratione iacturæ, non peccabit mortaliter, quia potest cum debito dolore confiteri iterum, & amissam gratiam recuperare.

Confirmatur, quia si semel admittatur, non esse mortale, frustrari formam Sacramenti, sequitur, neque mortale esse, si baptizatus iterum se offerat ad baptizandum, etsi de facto baptizetur; nam non se priuaret aliquo fructu, cuius esset capax; neque peccaret mortaliter mulier, quæ sub habitu virili faceret se ordinari ab Episcopo, quia non se priuaret fructu sibi debito; nec Sacerdos, qui consecraret voluntariè aquam, si statim postea vinum sumeret, & consecraret. Sed hoc est dissonum dicere: ergo etiam dicere, quòd quis possit confiteri venialia sine dolore, & reddere nullum Sacramentum. Et hæc omnia inuenies apud Iosephum de Ianuario in suis doctis Resolutionibus

nibus *Theol. moral. part. 1. resolut. 30. num. 12.* ubi etiam respondet ad alia argumenta Et præter Suarez, & Vazquez à Tamburino citatos, firmantes nostram sententiam, vide Eminentissimum Dominum meum de Lugo de *Sacram. Pœnit. disput. 14. sect. 8. §. 2. n. 108.* & sapientissimum Patrem Amicum in *curfu Theol. tom. 8. disput. 12. sect. 5. n. 92.* & hanc sententiam certissimam esse putat Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. q. 24.* & asserit esse communem inter Theologos.

Sed si aliquis inquireret, an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti potest? Aliqui respondent, peccatorum venialium remissionem virtute Sacramenti Pœnitentiæ fieri per se, si simul cum mortalium remissione fiat; secus si separatim facienda sit; illudque sufficit, ut Pœnitentiæ Sacramentum non solum pro remittendis mortalibus, sed etiam venialibus institutum sit. Alij asserunt virtute Sacramenti tibi remitti non solum ea peccata, quorum attritionem habes; sed etiam omnia illa, quorum non habes complacentiam; quia Sacramentum Pœnitentiæ non solum pro remittendis peccatis venialibus peccatoris, sed hominis iusti videtur institutum; at venialia peccata hominis iusti remitti non possunt virtute Sacramenti Pœnitentiæ, sed ad illorum remissionem displicentia requiritur: hæc enim absque Sacramento sufficiens est.

His tamen non obstantibus, hanc doctrinam non approbat Castrus Palans *tom. 4. tractat. 23. disputat. unica, punct. 7. numer. 15.* Primò, quia inde sequitur, aliquod peccatum remitti absque Pœnitentiæ virtute. Nec valet dicere, ipsam voluntatem suscipiendi Sacramentum esse pœnitentiam virtutalem, sicut diximus de voluntate suscipiendi Eucharistiam, virtute eius Eucharistia, peccata venialia quorum non est complacentia, remittit; quia ea voluntas supponit sacramentum Pœnitentiæ institutum esse per se ad remittenda peccata venialia; tamen illorum nulla fiat confessio; quod nullatenus dici potest, quia institutum est per modum iudicij, cuius sententia per se, & directe ferri non potest in causam incognitam, & cuius nulla à pœnitente est instituta accusatio. Secundò, si Pœnitentiæ Sacramentum posset remittere per se, & directe peccata, tamen illorum actionem non habes, dummodo ab illorum complacentia abstineas, illis tantum confessis posses Sacramentum Pœnitentiæ recipere; quia sufficienter absolutione dispositus es. Hoc autem est contra Tridentinum definiens partem essentiali Sacramenti Pœnitentiæ esse contritionem saltem imperfectam. Ergo, &c. Hæc omnia Palans ubi supra.

An si Confessarius in actu confessionis dicat pœnitenti, Se io fosse secolore, vi prendere i per moglie, sit denunciandus tanquam sollicitator? Et alia curiosa notantur circa crimen sollicitationis.

R E S O L. XXXII.

Negatiuè respondet Bordonus in *sacro Tribun. c. 23. quest. 3. n. 54.* quia dicat verba nullum dicunt peccatum ad minus mortale, & quia solum explicant pudicum affectum erga mulierem.

Sed tu cogita; quia dicta verba sine aliqua occasione in confessione dicta, videntur maxime excitativa ad venerem; & cum sine impertinentia ad confessionem, sapiunt sollicitationem; callidus enim, & perfidus Confessarius paularim vult illam incipere, & mulierem allicere, sicut si laudaret illam ex pul-

chritudine; & tamen verba, quæ sceminam laudant ex pulchritudine, non sunt mala, nec explicant impudicum affectum: verum si sine aliqua occasione proferuntur à Confessario, esset denunciandus, ut vult ipsemet Bordonus, ubi supra, *quest. 8. num. 59.* ergo, &c. Ideò, ut dixi tu cogita, & recognosce Escobar de *Sollicit. part. 1. quest. 3. numero. 38.* ubi docet, me citato, quòd dum non ita certum sollicitationis sensum verba continent, ut trahi aliquo modo possint in bonam partem, posse Inquisitores vocare Confessarium, & cum circa intentionem interrogare.

Nota etiam hic, quòd dictus Pater Bordonus, loco citato, *quest. 16. numero. 74.* docet, Confessarium, qui consentit sollicitationi à muliere sibi factæ, non esse denunciandum etiam in terminis Bullæ Gregorij XV. quia verba Bullæ comprehendunt colloquia de rebus turpibus sine ordine ad prouocationem, aut de lenocinio peragendo à pœnitente. Præterea illa verba referuntur ad Confessarios authores inhonestorum sermonum, ut colligitur ex verbo, habuerint, quòd sine dubio refertur tantum ad Confessarios. Ita ille contra Trimarchum; cui adde Baldellum *tom. 2. lib. 2. disput. 63. num. 34.* & Trullench in *decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 18. num. 53.*

Sed ego puto, sententiam nostri Siculi Patris Trimarchi viri docti, & amicissimi esse tenendam, quam ante illum ex Soufa docui, & nouissimè, me citato, tenet Illustrissimus Inquisitor Escobar à Corro in *tractat. de Confess. Sollicitan. part. 1. quest. 3. num. 44.* & nosster conciuis doctissimus Pater Ioseph Augustinus in *brevi notitia, &c. Titulo de Confess. sollicit. num. 4.* ubi sic ait. Tenentur pœnitentes revelare Confessarios sollicitantes, etiam si ipsi pœnitentes fuerint primi in miscendis sermonibus inhonestis, aut Confessarios sollicitauerint, dummodò Confessarij consenserint, & habuerint inhonestos sermones: nam in Bulla prædicta constat sufficere ad hanc denunciationem, si Confessarius habuerit cum pœnitente illicitos, & inhonestos sermones, aut tractatus, nec excipitur casus, in quo ipsi non fuerint primi, sed satis est si inhonestos sermones habuerint. Ita ille; cui adde à fortiori meipsum in *part. 4. tractat. 5. resolut. 4.* Et ita ego testor, quòd sententia contra Bordonum, & alios observatur in praxi in nostra Inquisitione Hispanica, & quòd etiam observatur in hoc Tribunali Sanctæ Inquisitionis testatus est mihi nunquam satis laudatus Dominus meus Illustrissimus Franciscus de Albicis Sancti Officij Assessor, & Reuerendissimus Confessarius Pater Ioann. Baptista à Martinengo, ambo viri docti, & amicissimi. Puto tamen supradictum Confessarium esse mitius puniendum.

Sed quid dicendum de interprete confessionis, an si sollicitet pœnitentem sit denunciandus? Negatiuè respondet Bordonus *quest. 14. numer. 69.* contra Trimarchum. Sed pro Trimarcho stat nouissimè Escobar à Corro ubi supra, *part. 1. quest. 2. numer. 31.* quia Interpres accidit ad Sacramentum in casu necessitatis, ut Sacer Medicus per intelligentiam verborum perueniat in cognitionem morborum, & antidotum opportunum adhibeat, quòd in mortiferum venenum reddidit interpres sollicitans cum tanti Sacramenti notoria iniuria. Tum quia est medium inter Sacerdotem, & pœnitentem in ipso Sacramento, & debet velut principalis iudicari ratione dependentiæ, saltem quoad hunc effectum, *argumen. text. in l. tunc inutile 13. de peculio legato*, Menochius de *retinend. remedio 1. num. 149.* Valenzuela *const. 18. numer. 71.* & seqq. Tum quia negari non potest, ni quòd prætextu confessionis sacramentalis, & veræ, sollicitet; quòd sufficit ex nouo decreto. Tum quia concurrat ad confessionem, &

gnoscit peccata per ordinem ad eam, & ita afficitur effectibus confessionis, ut sententia est communis omnium loquentium de sigillo, *cap. Omnis, de pœnis. & remissionib.* & patet ex pluribus, quos allegat Martin. Bonacina, *de Pœnitentia, disputat. 5. quæst. 6. sect. 5. punct. 3. num. 5. pag. 172.* quibus adde alios per plures apud. Dianam, *5. pars. tractat. 11. de Sigillo Confess. fol. 48.* Tum denique quia eo ipso quod permittitur accedere ad Sacramentum habetur pro Confessario interpretatiue saltem; quod sufficit præcipue, quia adest identitas rationis in comprehensione, ita Freitas ad Acuña *q. 13. num. 27. & 28.* quæ mihi videtur probabilior, maxime attenda noua Gregorij X V. Constitutione, ex qua dubitari de hac opinione meo iudicio non potest. Hucusque Escobar.

Nota verò quod licet me citato asserat Leandrus, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 13. q. 40.* non esse denunciandum confessionis Interpretem ex vi Constitutionum Pij IV. Clementis V. I. I. Pauli V. & Gregorij X V. tamen aliunde dictum Interpretem verè subiecti iudicio Dominorum Inquisitorum, eò quod & iniuriam faciat Sacramento, & suspectus videatur in fide. Et hoc etiam docet Fagundez *in decalogum lib. 6. c. 12. n. 23.*

Obseruat etiam Bordonum loco citato, *num. 66.* contra Trimarchum asserere, Sacerdotem iurisdictione carentem, si sollicitet in confessione non esse denunciandum, quia Constitutiones Pontificiæ loquuntur de Sacerdotibus deputatis, & habentibus curam animarum: ergo in dictis Constitutionibus non includuntur Sacerdotes simplices. Verùm pro Trimarcho à fortiori facit Escobar vbi supra, *num. 27.* asserens, Laicus simulans se esse Confessarium, si sollicitet fœminam in confessione, esse denunciandum vigore Bullæ Gregorij X V. cum talis sollicitatio fiat prætextu, ac simulatione confessionis: ergo comprehensa manet in Bulla Gregoriana. Verùm licet Leandrus vbi supra, *quæst. 37. 38. & 39.* asserat, Laicos, Subdiaconos, & Diaconos, vel Sacerdotes carentes iurisdictione sollicitantes in confessione, non esse ex vi prædictarum Constitutionum denunciandos, posse tamen ab Inquisitoribus puniri tanquam suspectos de fide. Vide Bossium *in Discip. Mor. discip. 5. num. 4.* qui citat omnes meas Resolutiones circa præsentem difficultatem.

An Confessarius sedens in Confessionario, si sollicitat mulierem stantem, vel sedentem ante Confessionarium, non simulando confessionem, sit denunciandus?

R E S O L. X X X I I I.

Negatiue nominatim contra me respondet amicissimus Pater Bossius *in Discip. 5. numer. 3.* vbi sic ait: An verò Confessarius, qui sedens in confessionario, & extra occasionem confessionis, loquens cum fœmina stante, vel sedente ante confessionarium, non simulando audire confessionem, illam sollicitaret ad actus inhonestos, comprehenderetur dicto Decreto, essetque denunciandus? affirmat Diana *part. 4. tractat. 5. resolut. 38. circa finem.* Verùm Decretum illud viderit intelligendum, quando adest simulatio confessionis prout etiam decernitur in Bulla Gregorij, cuius pœnas iste Confessarius sic sollicitans absque simulatione confessionis non incurrit. Ita ille, cui adde etiam nominatim contra me Leandrum *de Sacram. tom. 1. tractat. 5. disp. 13. quæst. 30.*

Sed quidquid dicant Leandrus, & Bossius ego non discedo à sententia, quam docui, & quam me citato, tenet nouissimè Pater Bordonus *in Sacro Tribun. cap. 23. num. 46.* & ante illum, etiam me citato, Escobar à Cor-

ro *Tractat. de Confess. sollicitant. part. 1. quæst. 4. §. 1. numer. 35.* vbi sic ait: Indubitata mihi est hæc opinio, & contraria improbabilis, attenda proprietate verborum, & mente ipsius Decreti. Et procedit, quamuis fœmina non genuflectat, sed stet, aut sedeat, quia adhuc verius cenfeo, debere Confessarium denunciari, si sollicitet, aut turpia loquatur, ex dicta declaratione Cardinalium à qua non esse recedendum bene ait Diana. Ita ille. Et ideò, me etiam citato Trullench *in Decalogum tom. 1. libr. 1. cap. 3. dub. 18. num. 73.* ita asserit: Aduertit Castrus Palas, posse quidem Sacerdotem cum fœmina de rebus inhonestis in confessionario tractare, quin simulatio vlla sit confessionis audiendæ, & tunc denunciandus non est; ut si in confessionario sollicitet extra confessionis occasionem, non simulando audire confessionem, sed alloquendo fœminam stantem, aut sedentem, quia non quælibet sollicitatio in confessionario facta, cauetur illo Decreto, sed sollicitatio, quæ simulationem confessionis trahat, constat ex illis verbis: Simulantes ibi confessiones audite. Hanc autem doctrinam non approbat Diana *4. tract. 5. resolut. 38.* vbi ait: Oppositum esse Decretum à Congregatione Cardinalium pro tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum sub SS. D. N. D. Paulo V. die 10. Iulij 1614. quo Decreto stante ab hac sententia non est recedendum. Hæc Trullench, & iterum Ego.

An si Confessarius in Confessione det aliquod donum mulieri, dicatur illam sollicitare, ita ut sit denunciandus?

R E S O L. X X X I V.

Affirmatiue respondet Trimarchus, *tract. de Confess. sollicitant. disp. 2. sect. 4.* Primò quia ex Ledesma, & Paramo, sollicitatio fit per donorum largitionem Secunda quia dona magis quàm verba alliciunt. Tertiò mulier non est pauper, neque anulum perdidit: ergò nihil aliud cogitare potest, nisi Confessarium habere effectum libidinosum ergo se: ergo tunc tentatur ad libidinem.

His tamen non obstantibus, nouissimè doctus Patet Bordonus in Sacro Tribunali, *cap. 23. quæst. 10. n. 61.* negatiue sententiæ adhæret: tum quia donum ex sua natura non ordinatur ad venerea; ergo de se non est signum, aut factum sufficiens ad arguendum sollicitationem ex quo tollitur primum argumentum Trimarchi; esto enim dono fieri possit sollicitatio, ea tamen non præsumitur, neque asserenda est nisi dono adiungantur verba præferentia sollicitationem, in quo casu sollicitatio consisteret in illis verbis, non in dono. Tum quia, donum mouere potest etiam ad beneuolentiam honestam, ad gratitudinem, ad aliud donum pinguius, quare cum sit indifferens, inde colligi non potest assertiue, donum traditum fuisse ex affectu turpitudinis, imò id suspicari temerarium est, cum donum in bonam partem accipiendum sit, & sic soluitur secundum argumentum, & tertium: nam mulier malum cogitans de Confessario, peccat, & imprudens est illius cogitatio, cum in bonum sensum trahere possit finem, quem habuit Confessarius in donatione annuli, putando donationem sibi factam fuisse, vel in signum gratitudinis, si Pœnitens illi fuit aliàs liberalis largitione elemosynarum, vel ex affectu paternitatis spiritualis, &c. Tum quia, non est sollicitatio ex eodem Trimarcho *numer. 19.* quando pecunia tribuitur Pœnitenti pauperi, quia præsumptio stat pro Confessario ex titulo paupertatis: ergo neque donare diuiti, quia præsumptio boni finis, qui inesse potest huic donationi, facere potest favore Confessarij, pro quo in dubio præsumendum est. Demùm huiusmodi

di sollicitatio, si qua adest; solum dubia, & praesumpta est, ac proinde non est conformis Bullae Gregorianae, quae punit certam sollicitationem non praesumptam, consequenter nulla est obligatio denunciandi Confessarium donatorem.

Sed Ego in hoc casu distinguendam esse puto: nam si quis v. g. daret Poenitenti ramusculum, seu florem, vel donum minimi valoris, tunc adhaerere opinioni Patris Bordonis, & ita docet Escobar *tract. de Confessor. sollicit. part. 1. quest. 3. §. 2. num. 14.* Secus autem si donum esset magni valoris, consideratis circumstantiis personarum, & in hoc casu non mihi displicet opinio Trimarachi; nam extra occasionem, & impertinenter ad confessionem dare donum considerabile mulieri, quae confitetur, est maxima praesumptio contra Confessarium: tum quia, ut ait Escobar loco citato *num. 16.* non solum prohibetur aperta sollicitatio, sed etiam palliata tacite, vel amphibologicè demonstrata, qualis videtur donatio muneris, de qua loquimur: tum quia muneribus foeminae facile allici, & prouocari solent: tum quia in hoc venenoso crimine nec subterfugium, nec velamen relinquendum est, quo simile flagitium laici Confessarii cooperite valent.

An emere Cedula habitus D. Iacobi, Alcantarae, Calatrauae, &c. ab aliquo Ministro Regis, sit Simonia?

R E S O L. X X X V.

Quidam Auctor modernus, me saepe parum modestè impugnans de opinionibus satis probabilibus, quem ego ex consilio Doctorum vitorum silentio mulcaui, ad propositam difficultatem affirmatiue respondet: sed nominatim contra illum insurgit doctus Ioseph Ianuarius in *Resolut. moral. part. 1. resolut. 6.* per totam, in qua me citato negatiuam sententiam firmat, quem etiam me citato tenet ex Societate IESV Stephanus Fagundez de *Contract. lib. 5. capit. 20. num. 9.* vbi sic ait: Quæstio est, vtrum licitum sit pretium cui-dam tertio dare, ut Caium admittere faciat, & adscribere inter milites, & Equites D. Iacobi, Christi, Alcantarae, & Calatrauae, illorumque Habitu, & Commenda insigniri? Et supponimus, illum esse idoneum ad talem Habitum, & Commendam, & Benemeritum illius. Supponimus etiam eum, cui pretium porrigitur, plurimum valere apud Regem vel apud ministros Regis, qui tam Habitum, quam Commendam conferre possunt; tandem supponimus cum communi Doctorum, eam gratiam, quam habet erga Regem, pretio esse aestimabilem, merèque temporalem, & illam, & laborem, quem positurus est in eo negotio assequendo, plus, minusve tantum in aestimatione hominum valere, quantum aestimatur, valetque pretium quod ex pacto accipit, & si quid plus valet, libentissimè, & liberalissimè illud plus donare; similiterque si pretium excedit aestimationem laboris, & gratiae, dantem illud plus libentissimè, & liberalissimè illud remittere, & condonare accipienti? Et in his terminis negat Azorius *tom. 3. libr. 13. capit. 16.* vbi ait; Id esse illicitum, quia est Simonia, & venditio Habitus Religiosi Ordinis, & Commenda, & consequenter dicit, ligari excommunicatione Summo Pontifici reseruata, contenta Extrauaganti 1. de simonia, ut norat Reginaldus, *tom. 2. lib. 23. cap. 12. num. 173.* & hanc opinionem Azorij debent tenere omnes illi Auctores, qui asserunt, praedictos Equites esse verè Religiosos, & illorum habitum sacrum, & Religiosum esse: quos supra citauimus §. de Equitibus verò. Dicendum tamen est, in praefatis terminis loquendo,

Antonini Diana Pars IX.

non solum id non esse simoniam, sed etiam rem esse licitam, & absque villo peccato fieri posse, & de illa cum accipiente pacisci, & in iisdem terminis id tenet expressè Diana *tract. 2. de dubiis regularib. resol. 64. initio, unctio §. instabit.* Debent tenere id omnes, qui dicunt, non esse simoniam vendere Commendas; quos statim citabimus in §. *Attamen*, & illi etiam, qui tenent, huiusmodi milites non esse vere Religiosos, nec Habitum illorum Religiosum esse, sed insigne tantum nobilitatis. Ita Fagundez; qui postea validis rationibus hanc sententiam confirmat.

Idem etiam, me citato, tenet Machadus de *perfecto Confess. tom. 2. libr. 5. part. 4. tract. 2. docum. 1. num. 4.* sic asserens: [No es menos controuerso entre los Doctores, si el vender los Habitos de las Ordenes militares sea materia de simonia. Graues Auctores sienten que si fundados en que no solo las Encomiendas que tiene la Orden de San Iuan son beneficios Ecclesiasticos, sino tambien las de Santiago, Alcantara, i Calatraua, &c. Pero la mas probable i recibida opinion es, que en la venta de los Habitos de las dichas Ordenes Militares no se comete simonia, por no ser beneficios Ecclesiasticos las Encomiendas, sino cosa temporal, i precio estimabile que se da à los Caualleros militares con titulo laycal para ayuda de costa, i estipendio por los seruicios que han hecho, ò se espera haran en guerra contra los enemigos de la Santa Iglesia.] Hæc ille. Vide etiam Ludouicum à San Iuan *difficul. 2. dub. 1.*

Probatur hæc opinio primò, quia iuxta meliorem opinionem, Habitus praedictorum Ordinum, non est habitus Religionis veræ, sed secundum quid; non ergo erit simonia, illum pro pretio, modo praefato, procurare, sed nec erit etiam illicitum. Secundò, quia ille habitus hodie post, dispensationem in votis castitatis perpetuae, paupertatis, & carentiae propriae, & rigorosae obedientiae à Summo Pontifice obtenta, mansit ille habitus, insigne honoris honorificentissimum, non insigne Religionis personarum, quae Deo per vota Religionis substantialia consecrantur, & idèd quanto quis cum alio paciscitur, ut habitum sibi pretio obtineat, aut illum emit, non emit illum tanquam insigne Religionis, sed tanquam insigne quoddam honoris saecularis, pretio aestimabile; quare si aliunde est idoneus ad illum, & non datur excessus considerabilis pretij & laboris ex vtraque parte, aut si datur libenter, & gratiosè, ad inuicem remittitur, non video cur hoc illicitum sit. Alias rationes videbis apud Ianuarium loco citato, qui responderet ad argumenta, quae contra me dictus Auctor modernus adduxerat.

Nota, quòd Ianuarius, me citato, vbi supra docet, quod si non pro cedula, sed pro laboribus assumptis, pecunia praebetur tertio impetranti, & si ex pacto hoc fiet, nullo modo illicitum est. Immo si pretium exuperat labores assumptos, & qui emit intelligit donare gratis tali tertio, magis hoc licitum est, & nullo modo est simonia. Sed de hoc ego alibi.

An Regulares possint excipere confessiones famulorum actu seruientium, & commorantium in eorum Monasteriis absque Episcopi approbatione?

R E S O L. X X X V I.

Affirmatiuè respondet Bordonus in *Consil. Regul. tom. 1. resol. 34. n. 41. & tom. 2. resol. 75. n. 84.* Tamburinus de *Iure Abbatum, tom. 2. disput. 6. q. 6. n. 4.* Peyrinus *tom. 1. Const. 1. Iulij II. num. 12.*

Verum ego adhaereo negatiuae sententiae, quam tue-

tur Rodriguez tom. 1. *quæst.* 67. *art.* 1. & Suarez tom. 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 18. Quibus adde Mancium *de visis. infirm. pract.* 8. *dub.* 14. Pellizzar. *in Man. Regular. tom.* 1. *tract.* 8. *capit.* 3. *sect.* 2. *num.* 55. & Lezzanam *in summa tom.* 2. *cap.* 16. *num.* 16. Constat enim ex Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 15. nullum etiam Regularem posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, &c. idoneus iudicetur. Deinde Urbanus VIII. in Bulla, quæ incipit, *Cum sicut accepimus*; & refertur in Bullario tom. 4. *Bull.* 92. reuocat omnia priuilegia aliàs concessa, quoad audiendas confessiones sæcularium personarum, sine examine, & approbatione Ordinarij.

Dicere autem cum Peyrino, & aliis, quod Patres Concilij Tridentini, & Urbanus VIII. loquitur de confessionibus sæcularium extraneorum (quales sunt etiam artistæ, qui Monasteriis inseruiunt, sed in iis non viuunt, neque dormiunt; & teste Rodriguez tom. 2. *quæst.* 67. *artic.* 1. dicuntur familiares lato modo) non autem de confessionibus famulorum, qui sunt continui commensales, qui scilicet ordinariè viuunt in Monasteriis, ibique comedunt, bibunt, & dormiunt; hoc inquam dicere, est mera fuga, & gratis dicitur: nam Concilium, & Urbanus absolutè, genericè, & sine vlla distinctione loquuntur; ergo eorum verba secundum regulas iuris absolutè, & sine vlla limitatione intelligenda sunt.

Sed si aliquis quærat hîc quomodo, & à quo sit puniendus Regularis excipiens sæcularium confessiones absque approbatione Episcopi. De hoc dubio nouissimè extat declaratio Sacræ Congregationis tenoris sequentis. Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini. Quæritur ab Eminentissimis Vestris, qua pœna, & à quo sit puniendus Sacerdos Regularis, qui absque præuia Archiepiscopi, seu Episcopi approbatione confessiones personarum sæcularium audit. Die 14. Aprilis 1646. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit: Puniendum esse ab eodem Archiepiscopo, seu Episcopo pœnis, etiam censurarum. Petrus Aloysius Cardinalis Carafa. Franciscus Paulutius S.C.C. Secret.

Nora etiam hîc, quod Bordonus, & Peyrinus locis citatis tenent, dictos Confessarios absoluere posse prædictos familiares à casibus locorum Ordinariis reseruat. Sed ego contrarium teneo cum Patre Lezzana, vbi supra num. 17.

Sed hîc obiter quæro, an Regulares possint ministrare Sacramentum Extremæ Vnctionis sæcularibus occasione hospitij intra Monasteria ipsorum infirmantibus ad mortem? Affirmatiuè respondet Pellizzarius *in Manual. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *capit.* 3. *sect.* 4. *num.* 326. Idque, ait ille, absque vlla licentia Episcopi, aut Parochi; & hoc ex indulto concessio PP. Benedictinis, & relato in Compen. *Soc. verb. Extrema Vnctio*, his verbis: Possunt nostri iis, qui intra septa Collegiorum, seu domorum infirmati fuerint, Extremam Vnctionem Apostolica auctoritate liberè, & licitè Parochialis Presbyteri, aut alterius cuiuscunque Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu nullatenus requisito ministrare. Ita Suarez tom. 4. *de Regal. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 16. qui bene notat, ad vsum talis indulti, nullam familiaritatem requiri, sed sufficere, vt quis ægrotet intra Monasterium, siue id contingat ratione hospitij, siue aliqua alia occasione (studiorum v. g.) Aduertit autem Miranda *part.* 1. *Manual. quæst.* 49. *art.* 1. eiusmodi indultum fuisse concessum à Nicolao Franco Apostolicæ Sedis Legato de Latere, eoque posse frui etiam alios Regulares per viam communicationis, & quidem etiam in præsentia. Sed vt optimè obseruat Lezzana vbi supra num. 20. dubitari potest, an tale indultum inter *viua vocis oracula* recensens

dum sit, & per consequens his temporibus inutile. Notandum est etiam cum D D. quos affert, & sequitur Leandrus *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 7. *disput.* 3. *quæst.*... posse Regulares ministrare Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in articulo mortis familiaribus, & seruitoribus commorantibus in Monasterio, vel si sint coniugati, & dormiant nocte extra Conuentum, quia hi etiam commensales sunt continui.

An dolor debeat precedere confessionem, & an sit referendus à penitente ad Sacramentum penitentia, vt sit postea dolor sufficiens, quando penitens confisetur?

R E S O L. XXXVII.

AD vtrumque casum ex multis, affirmatiuè respondet Castrus Palaus tom. 4. *tract.* 23. *disput.* vnica, *punct.* 7. *num.* 11. sic asserens: Necessarium existimo, vt prædictus dolor confessionem præcedat; aliàs confessio non esset sui legitima accusatio ad reconciliationem tendens; sed quædam peccatorum narratio. Quod si facta confessione absque vilo dolore ad detestationem peccatorum Confessarij monitis exciteris, vti sæpè contingit; necessariò tota illa confessio denuò clauibus Ecclesiæ subiicienda est: quod vnico verbo præstare potest, si te accuses de omnibus confessis, ab iisque petas absolui. Atque ita Ægidius de Coninch *disput.* 4. *dub.* 6. Palaus Layman *lib.* 5. *summ. tract.* 6. *cap.* 4. *asseris.* 5. Neque dissentit Suarez *disput.* 20. *sect.* 4. *num.* 31. vbi bene notauit Layman supra. Tamen si consultum sit, cum peccata fateris, & absolutionem obtines, dolorem expressum habere de peccatis commissis; non est tamen necessarium: sufficit antea, eo scilicet die præmississe ex intentione ea peccata fatendi: Confessio enim postmodum subsequuta ab eo dolore virtualiter perseverante informari censetur, sicuti bene docent Suarez *disput.* 20. *sect.* 4. *n.* 29. Bonacina plures referens *disput.* 5. *q.* 3. *part.* 2. *num.* 17. Hucusque Palaus.

Sed circa hos duos casus, de directo negatiuè sententiæ adhæret Ioseph de Ianuario *in resolut. Theolog. mor. part.* 1. *resolut.* 29. *per totam.* Probatur primum ex præxi fidelium; videmus enim, quod Confessarij prudentes, postquam penitens confessus est peccata sua illum disponunt ad eliciendum actum contritionis, seu doloris, & postea nullo modo cogitant de reperenda confessione facta, nec distinctim, nec confusim; sed etiam probatur ratione; nam talis dependentia in materia Sacramenti penitentia, non requiritur ex parte formæ, neque ex parte gratiæ Sacramentalis: ergo est omnino impertinens. Quod non requiratur ex parte formæ, patet: nam forma Sacramenti penitentia, cum sit per modum sententiæ absolutiue, requirit tantum expositionem peccati, à quo reus est absoluendus, & requirit etiam dispositionem ad remissionem peccati, quæ habetur à dolore, seu detestatione supernaturali: omnis enim confessio exponit peccata quomodocumque dicta, & omnis detestatio supernaturalis disponit ad remissionem peccatorum, non quia confessionem parit, sed quia supernaturalis est, aliter enim etiam dolor naturalis produciens confessionem disponderet ad gratiam, quod est falsum. Neque talis dependentia requiritur ex parte gratiæ, nam ad gratiam sufficit dolor supernaturalis; quod verò pariat vel non pariat confessionem, hoc omninò impertinenter se habet, nam talis productio est omninò naturalis, etsi sit à dolore supernaturali; est enim à dolore supernaturali, sed non prout supernaturalis est, nam etiam si dolor naturalis sit, adhuc posset producere confessionem illam, & naturalia sunt omninò impertinentia in ordine ad gratiam supernaturalem, cum

cum dispositio semper debeat esse in eodem ordine cum forma.

Confirmatur; quia si quis aliquo repentino accidenti correptus statim confessarium vocet, & postea loquelam amittit; hic talis est absolendus à Confessario, etiam si Confessarius nullum aliud signum sensibile habeat, sed tantum testificationem à circumstantibus, & tamen hic non potuit prius elicere actum contritionis, quam confessionis: ergo talis dependentia non requiritur.

Probatum secundò, quia entitas confessionis independentem à dolore est habilis esse signum contritionis in actu primò, & si in actu secundo illam non significet; quia quando talis confessio est, tunc contritio abest: ergo si tunc adesset contritio, posset ab eadem confessione significari, seu posset talem contritionem reddere sensibilem, nam non differt specie entitas confessionis, quæ procedit à dolore, & entitas confessionis, quæ procedit à voluntate tantum confitendi: sed tempore, quo confessio est materia Sacramenti pœnitentiæ, adest contritio, seu dolor, nam confessio est materia proxima Sacramenti pœnitentiæ, non quando est, nec prout est à pœnitente etiam secundum Coninch, sed quando assumitur, & prout assumitur à Sacerdote per potestatem clauium, ut diximus, & assumitur tunc, quando vult largiri absolutionem, vel immediatè ante, vel saltem elargiendo absolutionem: ergo tempore, quo confessio est materia proxima, connotat, seu significat contritionem, et si consequenter factam.

Ad secundum verò casum, quòd scilicet dolor etiam si non ordinetur ad confessionem à pœnitente, sufficiat pro materia in Sacramento pœnitentiæ. Probatum non solum ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 4.* ubi in dolore requiritur tantum exclusio voluntatis peccandi in posterum, & nullo modo fit mentio de tali relatione ad confessionem, & ex communi sensu fidelium, nam si quis audiendo Concionem, vel legendo, ad actum contritionis moueatur, & postea cogiter de confessione facienda, si de facto confiteatur, hic existimatur optimè dispositus ad absolutionem obtinendam, & tamen talis dolor nullo modo fuit ordinatus ad confessionem antecedenter, sed tantum consequenter: ergo actus doloris factus sine tali ordine ad confessionem, sufficit ex communi consensu fidelium in Sacramento pœnitentiæ.

Sed etiam probatur deinde primò ratione; nam idèd requiritur dolor, seu detestatio peccati in confessione, ad hoc, ut homo, sicut voluntariè se conuertit per peccatum ad creaturam, & auertit à Deo, ita per dolorem se auertat à creatura, & voluntariè se conuertat ad Deum, ex Concilio Tridentino; sed talis conuersio habetur sine tali ordine ad confessionem, ut patet: ergo talis ordo non requiritur.

Confirmatur, quia pœnitens non idèd dolet, quia vult confiteri, sed idèd dolet & confitetur, quia vult remissionem peccatorum: ergo si dolor non dirigitur ad confessionem, sed ad remissionem peccatorum, implicite sufficit in Sacramento pœnitentiæ. Hæc consequentia patet, nam ille dolor sufficit in Sacramento qui conducit ad remissionem peccatorum, cum sit dispositio supernaturalis: ergo sufficit in Sacramento pœnitentiæ.

Probatum secundò ex ipsa natura, & institutione huius Sacramenti, in quo magis conaturale est: quod ex dolore, & contritione oriatur desiderium confitendi, quam quòd ex desiderio confitendi oriatur dolor, & contritio.

Nec obstat dicere, quòd dolor, & confessio debent esse saltem moraliter vnica ad faciendum vnum Sacramentum, seu vnâ partem materialem proximam Sa-

cramenti; sed hæc vnio habetur tantum per relationem doloris ad confessionem: ergo talis dolor debet ordinari ad confessionem: Respondeo negando minorem, nam talis vnio factis habetur, si dolor significetur à confessione intra debitum tempus; dum enim confessio significat dolorem; hæc vnitur cum illo in ratione signi. Et hæc omnia docet Ianuarius vbi supra; & ante illum docuerat Eminentissimus Lugo *de Sacram. pœnit. disp. 14. sect. 2. & 4.* licet quoad illud de dolore non ordinato ad confessionem, præter Palaum loco citato, contrarium teneat Bonac. *de Sacram. pœnit. disp. 5. q. 3. punct. 2. n. 17.*

Sed hic obiter discutienda sunt duo dubia satis difficillima. Quarto igitur primò, an si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum, an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem, an potius debeat iterari confessio tanquam substantialiter inualida. Et sententia, quæ docet sufficere virtualem repetitionem per subsequentem dolorem, quo prior confessio peccatorum validetur, probabilior est. Fundamentum est, quoniam ad essentiam huius Sacramenti non requiritur, ut voluntas confitendi peccata præcedat ipsam confessionem peccatorum, sed sufficit, si subsequatur in ipso actuali dolore; ergo etiam si prior voluntas non fuit sufficiens, modo sit sufficiens posterior, quæ additur post confessionem, validum erit Sacramentum. Antecedens in quo est difficultas, probatur primò. Si pœnitens accedat cum expressa voluntate non confitendi sua peccata, nisi cum tali Sacerdote determinato; si post confessam peccata, aduertat illum non fuisse, cui tantum sua peccata confiteri volebat, non est necessaria formalis, & expressa repetitio peccatorum huic Sacerdoti; ut validè ab illo absoluti possit; sed sufficit, si tantum eliciat nouum actum, quo velit confessam iam peccata huic Sacerdoti esse subiecta. Secundò, si pœnitens ebrius, vel phreneticus in ipsa ebrietate, vel phrenesi narret omnia sua peccata coram legitimo Ministro, & post illorum confessionem fiat (sui compos, aduertatque se omnia peccata dixisse, sufficit in hoc casu, solum addere voluntatem, qua narrata peccata liberè subiiciantur clauibus, & dolorem, quo illa informentur, ut proxima materia Sacramentalis absolutionis. Ergo pariter sufficit, post confessam peccata cum proposito non dolendi de illis, addere dolorem, & confessionem noui peccati in ipsa confessione admissi. Et ita hanc sententiam firmat Pater Amicus *in Cur. Theol. tom. 8. disput. 12. sect. 4. num. 63. & seqq.* respondens ad omnia argumenta contraria.

Quero secundò, an si pœnitens post dolorem, nouum peccatum committat, nouum debeat dolorem elicere cadentem super omnia, an sufficiat de nouo tantum peccato commisso dolere? Prima sententia esse potest: nullum requiri dolorem, sed sufficere priorem, ante nouum commissum peccatum elicitum. Fundamentum; quia ille idem virtute extendebatur ad omnia peccata, & consequenter etiam ad nouum commissum; sed per nouum commissum non est ille abolitus; igitur prior dolor sufficiet, non solum pro præteritis, sed etiam pro præsentem peccato de nouo commissio. Secunda sententia affirmat, saltem nullum requiri nouum dolorem, si prior, quo pœnitens sua peccata detestatus est, fuit contritio. Fundamentum esse potest; quia contritio per sequens peccatum non extinguitur, sed adhuc manet in diuina acceptione: ergo adhuc poterit esse dispositio pro nouo peccato ad gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam. Consequentia constat; quia contritio vi sui motiui formalis se extendit ad omnia peccata, & consequenter etiam ad nouum commissum: ergo si adhuc post nouum commissum illa perseverat, poterit pro illa esse dispositio ad gratiam obtinendam cum hoc Sa-

cramento. Antecedens verò probatur: nam contritio vi gratiæ iustificantis, quam secum ex diuina promissione affert, sit opus viuum, & meritum condignum coram Deo: nullum autem opus viuum, & de se condignum coram Deo extinguitur per subsequens peccatum; alioqui, non posset illud redire remisso peccato, sicut non possunt redire opera mortua, facta in peccato. Tertia sententia docet, requiri nouum dolorem cadentem super omnia peccata, etiam super ea, quæ priori dolore fuit quis detestatus. Fundamentum est; quia subsequens peccatum retractat priorem dolorem, illumque penitens extinguit: igitur opus est nouum, cadente super omnia peccata, cum nullum peccatum possit esse materia Sacramentalis absolutionis, nisi sufficienti dolore detestatum. Sed in hac difficultate Ego adhæreo sententiæ Patris Amici *ubi supra*, *sect. 5. n. 86. & seqq.* Qui fusiùs totam quæstionem pertractat clarè, & doctè. Ad illum, & non pigebit.

An Generalis possit eximere subditum ab obedientia Prioris, Rectoris, Præpositi, vel Prouincialis?

R E S O L. XXXVIII.

Affirmatiuæ sententiæ adhæret Pellizzarius in *Mani. Regul. tom. 1. tract. 4. c. 4. sect. 6. n. 167.* ex Suarez, quia Prælati inferior pendet in suo esse à Superiori: ergo & in iurisdictione, & consequenter in quantitate, seu amplitudine iurisdictionis: tum quia inferior Prælati, est subditus Superiori: ergo si Superior præcipiat, vt in hac, aut illa re non se intromittat, teneretur ei obedire, supponendo in eo præcepto nullam reperiri turpitudinem, sicque etiam Prælati poterit ei limitare potestatem: Tum denique quia Prælati vniuersalis potest immmediatè præcipere omnibus subditis: ergo & potest eis prohibere, ne in hac, aut illa re obediant inferioribus Prælati: ergo etiam hoc pacto poterit limitare facultatem illorum, cum eius potentia, & voluntas sit efficacior. Verum tamen est, quod non sine graui causa talis exemptio concedi debet, aliàs concessio erit illicita, quamuis valida. Ita Pellizzarius,

Sed negatiua sententia mihi placet, quam præter Siluestrum, Mirandam, Peregrinum, Rodriquez, & Lezzanam à Pellizzatio citatos, tenet doctus Bordonus in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 80. num. 49.* quia, ait ille, sicut ipsemet subditus hoc præscribere non potest, *cap. Sicut nobis 17. de Regular. cap. Cum non liceat, de prescripti.* ita neque Superior huius occasionem dare non potest. Aliam rationem adducit Portel. *in dub. Regul. ver. Generalis, num. 3.* & Leandrus à Mutcia *in qq. Regular. capit. 4. super cap. 8. Regul. num. 6.* vbi sic ait [No puede el General eximir algun Frayle de la iurisdiccion ordinaria de su Prouincial, ó de su Guardian, ó Prelado local, porque se seguita manifesta contradiccion moral, y que fuele subdito y no lo fuele, y gran confusion y causa de pleytos]. Ita ille quibus adde Peyrinum *ad Constit. 5. Julij 11. n. 6.* Vnde apparet hanc sententiam esse communem inter Doctores; fateor tamen posse Generalem facere aliquam gratiam alicui subdito, vt v. g. non accedat ad Matutinum, vel non comedat in Refectorio, aut non leget in mensa, & similibus.

Notandum est hinc obiter cum eodem Leandro, quod Generales Religionum [pueden dispensar en la pena impuesta por el Prelado inferior, v. g. por el Prouincial, como se colige del Concilio Tridentino en la Session 14. de reformatione, en el cap. 1. sin consentimiento del mismo Prelado inferior, salvo si el Prelado, que puso la pena fuele y a muerto, ó huuiesse vacado, que en tal caso podria el General dispensar: y tambien lo podria ha-

zer, si el mismo caso llegasse à el; ó se deboluiesse por via de apelacio.] Ita ille.

An quis venando, vel piscando in locis pecunia alteri locatis, vel in quibus prohibitum est venari, vel piscari, teneatur ad restitutionem?

R E S O L. XXXIX.

Casus est practicabilis, & ad illum affirmatiuè respondet Bonacina *de restit. quest. 3. punct. 7. num. 22.* quia venando peccat contra iustitiam, & facit contra ius illius cui reseruata est venatio, sed qui peccat contra iustitiam tenetur ad restitutionem damni quod patitur is, ad quem ius venandi pertinet, non quidem habita ratione valoris animalium, sed habita ratione damni, vel lucri cessantis, &c. & ad rationem Vasquez respondetur, Venatorem, seu Piscatorem non teneri ad restitutionem eo quod præcisè communem accipiat, sed violat ius, quod alter habet à Communitate ad capiendas res communes: alioquin sequeretur, capientes res Communitatis, aut Piscantem cum magno Communitatis detrimento, aut facientem magnam lignorum stragem in sylua communi, non teneri ad restitutionem, quod est falsum.

Sed contra Bonacinam merito insurgit Ioseph delanuario *in Resolutionib. moralibus, parti. 1. resol. 67. per totam*, defendens opinionem negatiuam Vasquez, & Lessij, qui tamen limitat hanc sententiam ad casum in quo faciat magnam deuastationem ferarum, quia tunc (inquiunt) lædit ius alterius, cum tollat materiam venationis, aut piscationis, quam dominus illius loci poterat exercere. Deinde, quia illa deuastatione, aut crebra venatione factum est vt locus ille parui æstimeretur, & minus fructuosus reddatur: ergo damnum illatum est. Molina verò probat, quia ex tali venatione damnum, & lucrum cessans domino subsequitur, si plura animalia per ipsum, vel per suos forent capienda, nisi ea ab alio iniuste essent capta. Cum verò tot remanent, vt non esset plura capturus, quàm capiat, nulla est restitutio iniungenda, quia tunc venatio solum in iniuriam, non verò in damnum cessit; pro iniuria verò præcisè à damno, non debetur restitutio, sed pœna.

Sed mihi placet opinio docti Patris Dicastilli *de iustit. lib. 2. tract. 2. disput. 9. dub. 10. num. 308.* qui putat huiusmodi damnum non esse contra ius domini, & multo minus contra ius locatoris Syluæ, aut loci illius, atque adeo neque contra iustitiam. Consequenter ad nullam restitutionem huius damni, etiam magni, teneri ante sententiam iudicis, quia dominus fundi non habet ius ad rem circa animalia illa, quæ iure gentium sunt communia, & nulli per legem appropriata; vt concedunt Auctores oppositæ sententiæ: ergo qui ea capit, non capit alienum, quandiu illa animalia manent in eo statu. Lex autem, aut titulus quem habet dominus, solum dat illi ius ad licitè, & impunè capiendum animalia toto illo ambitu, aut nemore, & ad prohibendum, & multandum pœna aliqua eos, qui ingrediuntur venatum, & hoc tantum ius est, quod conductor emit, aut conducit à domino illius loci. Qui autem ibi venatur, non impedit hoc ius venandi, quia quoad hoc liberum dominium relinquit, sed impedit consecutionem, & facit iacturam huius animalis, ad quod non habebat ius dominus fundi, nisi media apprehensione. Ergo sicut qui loco communi prohibito, & etiam in non prohibito capit quod alter captus erat, nihil tenetur restituere, ita neque iste, sed tantum tenetur post sententiam soluere pœnam. Confirmatur, quia si dominus loci, vel eius conductor ante apprehensionem animalium haberet ius ad illa, & ad illos solos pertinere-

ret non possent alij venatores acquirere dominium illorum solo titulo venationis, quia venatio contra ius alterius, esset acceptio iniusta. Cum ergo venatores illi adquirent dominium animalium per venationem, vt fatentur auctores oppositæ sententiæ: inde colligitur, quod dominus non habeat ius vllum ad alia animalia, sed tantum ad ea capienda.

Nota tamen quod supradicta videntur, secundum aliquos procedere de venante in loco prohibito non circumsepto, nec clauso, quia de eo, qui venatur, aut piscatur in loco circumsepto, & clauso, vniuersaliter docent esse obligatum restituendi animalia in tali loco capta; quia censent esse propria domini talis loci, atque adeo furtum committere, qui ea venatur & consequenter dicendum est esse peccatum mortale in tali loco venari, nisi ex leuitate materiæ excusetur. Sed hoc, Dicastillus loco citato *numer. 312.* putat tantum esse verum, quando sylua, seu locus circumseptus ita paruus est, vt dominus arbitrato suo possit, cum velit capere, & vsurpare feras, aut animalia ibi inclusa; quia tunc propria censentur quoad dominium, & possessionem domini talis loci; si tamen animalia existant in magnis stagnis, siue riuulis, aut in loco circumsepto, sed ita vasto, vt in eo difficillimè capiantur, censenda sunt communia, & non propria; atque adeo ea venantes, neque mortaliter peccant, nec ad restitutionem talium animalium tenentur. Quod inde satis confirmatur, quod animalia, quæ sunt in insula duarum, vel trium leucarum, naturali libertate fruuntur, & fiunt primò occupantis: ergo idem dicendum de saltu, vel ipso amplissimo clauso etiam industria humana.

Nec obstat aduersus supradicta asserere, quod ius venandi, aut piscandi, est pretio æstimabile, & de facto emitur. Ergo si aliquis venatur, aut piscatur, lædit aliquid pretio æstimabile, & per consequens tenetur ad restitutionem. Respondet Ianuarius *vbi supra*, quod qui piscatur verbi gratia sine licentia, non piscatur iuridicè, neque ad suum libitum, & ideò non læditur ius piscandi, quia non piscatur tanquam potestatem habens piscandi ad suum libitum, sed piscatur faciendo contra legem prohibentem. Piscari enim tali modo pretio æstimari non potest, & sic piscari tanquam potestatem habentem est pretio æstimabile, non verò piscari subiiciendo se pœnis impositis pro tali piscatione. Respondet igitur ad argumentum in forma, ius piscandi est pretio æstimabile, distinguo, ius piscandi tanquam potestatem habendo liberè, & ad libitum, concedo. Ius piscandi feras, vel pisces retinentes suam libertatem, clam, & occultè, & cum periculo soluendi pœnas, nego. Id enim, quod emitur, non est ius ad animalia; cum dum retinent suam naturalem libertatem, nemo habet ius ad illa, & vnusquisque ius habet capiendi à iure gentium; sed emitur tantum ius liberè, & ad suum libitum in hoc loco piscandi, sine periculo luendi pœnas, & cum potestate applicandi sibi pœnas piscantium sine licentia, quæ pœnæ debentur post sententiam, & sic negatur consequentia, quia ius conductoris non læditur per piscationem clandestinè factam, cum ius conductoris sit tantum piscari liberè, & sine periculo luendi pœnas, vt dixi, & pœnas piscantium sine licentia sibi applicare, quæ omnia nullo modo læduntur. Hæc Ianuarius, qui postea cum Lessio docet etiam, in supradictis casibus sic venantes, aut piscantes non peccare mortaliter, sed tantum venialiter.

An Ecclesiastici peccent semper mortaliter venando? & teneantur restituere animalia capta,

R E S O L. XL.

Casus passim potest accidere, & ad illud sic responderet Pater Dicastillus *de iustitia, lib. 2. tractat. 2. di-*

sput. 9. dub. 10. numer. 300. Affero quod Ecclesiastici, qui contra prohibitionem ipsis factam ratione sui status venantur, rarò peccant mortaliter propter solam venationem, & animalia capta restituere non tenentur. Hoc vltimum satis manifestum est; quia cum animalia sint communia, & per prohibitionem non fiant incapaces domini, sua faciunt, quæ capiunt sine onere restituendi. Primum verò probatur, quia venatio sine tumultu & apparatu, illis non prohibetur; ac proinde sæpe potest esse licita, nisi ex aliis circumstantiis fiat culpabilis. Deinde nec venatio cum apparatu illis prohibetur, nisi fiat frequenter. Si tamen venatio esset frequens, præsertim si domi haberent aues; canes venaticos, & famulos venatores de mortali timere deberent; quia prædictis iuribus intuitu Religionis hoc illis videtur prohibitum sub graui suspensionis pœna. Non tamen audeo eos mortalis damnare ob solam venationem; quia nec Auctores eos damnare audent. Nam Caietanus *verbo Clericorum peccata*, secluso scandalo, & contumacia, generaliter docet non peccare mortaliter. Ita etiam Bañez *2. 2. quest. 64. articul. 1. dub. 4. in fine.* Silvester *verb. Venatio*, etiam non audet damnare, & Nauarrus *de Regularib. comment. 4. num. 26.* propter alias indecentias mortaliter damnat. Molina verò *disput. 44.* Caue, inquit, ne ex solo venationis capite facile damnes Clericos culpæ lethalis. Lessius etiam *dub. 9.* non obstante quod *num. 40.* dixisset propter iura citata frequentationem esse mortale peccatum, *num. 41.* ait, ordinariè non esse, nisi tantum veniale, modò absit scandalum, vel periculum occisionis, vel mutilationis. Rebellius autem *sect. 2. numer. 10.* de mortali, inquit, timere debent, si venatio clamorosa, & frequens sit, ratione videlicet scandali, quod resultare posset, in quo scandali euentu videtur procedere pœna suspensionis, posita *cap. 1. de Clerico venatore.* Ex quibus Auctoribus, & aliis multis recentioribus concludo, frequentem venationem cum apparatu prohiberi Clericis sub illa graui pœna propter incommoda, quæ consequi illam solent, subtrahendi se ab aliis muneribus, verbi gratia dandi eleemosynam, prædicandi, recitandi, studendi, vel assistendi Choro, vel administrandi Sacramenta, & ob periculum etiam celebrandi inquieto, aut tumultuanti spiritu, & hac occasione ducendi canes, & aues in Ecclesiam, & Chorum sub scandalo aliorum, & impedimento attentioni debitæ, quod non semel mihi vidisse contigit. Seclusis tamen his omnibus non videntur damnandi peccati mortalis. Hucusque Dicastillus.

Sed non deseram hîc etiam apponere verba Patris Gasparis Hurtadi *de iustit. disputatio. 1. difficult. 24.* sic asserentis: Tertiò, est illicita iure Ecclesiastico Clericis, & Religiosis venatio animalium terrestrium, & volatilium. Quia ratione status sacri est ipsis prohibita Clericis *in cap. 1. & 2. de Clerico venatore*, & in Trident. *sess. 24. cap. 12. de reformat. & religiosis in Clement. 1. de statu Monachorum. §. Porro:* est autem religiosis prohibita qualiscumque venatio, adhuc ea, quæ non est clamorosa, & quæ non est cum strepitu: imò eis etiam videtur prohibitum interesse tali venationi, quamuis id negent communiter Doctores, Clericis verò tantum est prohibita venatio clamorosa cum magno strepitu canum, & armorum, quæ fit per modum consuetudinis; vnde quæ non est dicto modo clamorosa, non est ipsis prohibita, nec ea, quæ est dicto modo clamorosa, si non fiat per modum consuetudinis. Venatio autem Clericis, & religiosis prohibita, est peccatum sacrilegij contra obseruantiam sacram, seu Duliam, vt potè prohibita intuitu status sacri eorum: non contra virtutem religionis eadem ratione, & proportione, qua tractat de Incarnatione *disputat. 20. difficultat. 8.* diximus, irreuerentiam eis factam non esse contra Religionem, sed tan-

tum contra Duliam sacram virtutem minorem Religionem, sed non erit peccatum mortale, vt aduertunt Saloni-
nius 2.2. *quest. 64. art. 1.* Valentia *punct. 1.* & Lessius *c. 5. dub. 9.* quia dicta venatio præcisè, ratione status sacri prohibita, secluse quocunque alio, non videtur gra-
uiter dissona rationi. Hæc Pater Hurtadus, vir inter Theologos Inchyta Societatis I. S. V. & nostri æui do-
ctissimus, quem cum magno cordis dolore intelligo, dum hæc scribo, eum obiisse; & quidem respublica lit-
teraria magnum virum amisit, & ego amicum mihi val-
de addictissimum.

*An Iudex debeat solum attendere, in ferenda
sententia, ea, qua allegata sunt, vel
ea, qua allegari possunt?*

R E S O L. XLI.

EX Vasquez, & Sanchez docet Castrus Palaus *om. 1. disputat. 2. de conscient. opinante. punct. 10. numer. 9.* Iudicem in eligendis opinionibus attendere solum de-
bero, quæ allegata sunt, non quæ allegari possunt, ne-
que posse alteri parti, quæ allegare, vel probare de-
beat, aperire, cum hoc sit officium non iudicis, sed
aduocati.

Verum (nota Iudex) contra supradicta insurgit Di-
castillus *de iustit. lib. 2. tractat. 1. disput. 5. dub. 9. numer. 285.* Nam (ait ipse) si quæ aduocatus non alligauit inscitia,
inaduerentia, vel malitia sua, talia sint, quæ vt pote
vera, aut magis probabilia necessariò mutarent iudi-
cium, si allegarentur; non video, cur non debeat hæc
Iudex supplere per se. Atque in primis eo ipso, quòd
causa iudici proponitur, tenetur ex officio examinare
omnia, quæ necessaria sunt ad cognitionem causæ. Pri-
mò circa factum, deinde circa ius, supposita facti veri-
tate cognita: quidquid enim aduocatus præstat, solum
est vt iudex habeat sufficientem informationem facti,
& iuris, debitamque notitiam, vt sententiam ferat. Si
autem iudex videat aduocatos partium, & partes ipsas
omittere vera, & genuina argumenta, vnde veritas facti
licite possit cognosci; item non allegare rationes, & le-
ges præcipuas, quæ sunt in iure communi, aut particu-
lari, quæ magis ad rem sint; cur non poterit, imò de-
bebit id totum supplere per se siue illud præstando, &
proferendo siue iudicando, vt ea proposita in libello,
seu processu, (vt appellant) habeantur, & ad illa atten-
dens possit iustam sententiam ferre? Nam quod com-
muniter dicitur iudicem debere iudicare secundum al-
legata, & probata, intelligi debet secundum allega-
ta, & probata, sufficienter, & quantum satis est: non
consentur autem, quæ sola, & sine adminiculo alio-
rum, quæ possent, & debuissent allegari allegata sunt,
& quæ melius possent, & debuissent probari non cen-
sentur probata sufficienter. Vnde si iudex facere po-
test: & curare, vt vnusquisque Officialis rectè, & ple-
nè præstet suum officium in Republica, illosque mone-
re, si aliquid negligant, cur non poterit etiam mone-
re aduocatum, si videat illum, vel negligentem, vel
ignarum eorum, quæ præstare tenetur? Quando enim
venit litigans ad iudicem, vel postulando, vel defen-
dendo ius suum, non censetur tantum petere, vt si ex
meris allegatis à se, vel à suo aduocato viderit ius sibi
fauere, pro se ferat sententiam, sed absolutè petere,
vt si iudex causam cognoscens nouerit iustitiam stare
à parte sua; in sui fauorem iudicet. Item, vt eam
diligentiam adhibeat in exploranda veritate iuris, &
facti, quam iudicauerit necessariam ad causæ, & iusti-
tiæ perfectam cognitionem; & ad hoc obligatur iudex
ex officio. Ergo si videat ad hoc expedire, & hinc, &
nunc esse necessarium mone-
re, vt litigantes, aut illo-

rum aduocati, non omitat talem, aut talem iustam,
licitamque diligentiam, non solum erit contra officium
iudicis id indicare, aut de hoc monere, sed maximè il-
li conforme, & debitum. Vnde gratis, & sine suffi-
cienti fundamento dixit Sanchez, si pars altera deficiat
in probatione, aut quippiam necessarium allegari omit-
tat; iuxta ea sola, quæ allegauit sententia ferenda est,
& non secundum probabiliorem sententiam, quam al-
legatis allegandis secuturi essent iudices, &c. Ita ille
lib. 1. in Decalog. cap. 9. numer. 48. Quæ doctrina mihi vi-
detur occasionem posse dare ad ferendas re ipsa iniustas
sententias. Si enim iudex sciens veritatem probari posse
posse iuridicè veris & certis, at probabilioribus argu-
mentis, & non aperiat viam ad illam probandam, sed
tacens permittat in libello poni rationes pro veritate
adèd infirmas, & pro falsitate adèd apparentes, & ap-
probabiles in foro externo, vt qui alias veritatem non
sciat pro parte falsa, & iniusta iudicare debeat, & ipse
tantum vtatur ea scientia, & non alia, nec posset indica-
re, aut supplere media, quibus veritas appareat, exposi-
tus est ad sæpè adiudicandum parti iniquæ, aut non ha-
benti reuera ius.

Verum quidem est iudicem teneri iudicare secundum
allegata, & probata contra innocentem in criminalibus;
etiam si ipse priuata scientia nouerit innocentem; tamen
hoc intelligendum est de scientia priuata, quam ipse iu-
dex moraliter non possit facere publicam. Nam si pos-
sit inuenire media, quibus possit facere, vt veritas inno-
tescat, debet id non omittere, & publicam facere illam
scientiam; medium autem valdè congruum, est indicare
aduocato rei innocentis viam, per quam possit illius in-
nocentiam certò vel probabiliter ostendere, neque hoc
casu puto negabunt Aduersarij. Ecce qua ratione tunc
iudex potest aduocatum dirigere, & non attendere solum
ad allegata, & probata. Idem autem est in ciuilibus, ne
qui ius habet, priuetur iure suo, alioquin priuandus, si
tacente iudice veritas lateret occulta. Et hæc omnia do-
cèt Dicastillus loco citato, vir quidem doctus.

Sed aliqui putant distinguendum esse. Dicunt igitur
sententiam Castri Palai, & aliorum veram esse de alle-
gatis & probatis quoad factum; secus autem dicendum
est quoad ius, & in hoc casu procederet opinio Dica-
stilli; nam iudex debet supplere omnes defectus iuris;
& partes possunt expressè dicere se nolle probare, quod
iuris sit, sed id relinquere quærendum iudici, qui debet,
vt custos legum in numerato habere quid in vnaquaque
causa de iure sentiendum sit, atque ita quo communiter
dicitur iudicem teneri iudicare secundum allegata, &
probata intelligi de allegatis, & probatis facti. Secun-
dum quæ tenetur iudicare, etiam si sciat scientia priua-
ta, alia posse allegare, & probari: non tamen intelligi
de allegatis, & probatis circa ius ob rationem dictam.
Et ita hanc sententiam tenet Rocafull *in praxi Theolog.*
mor. part. 3. lib. 3. c. 10. n. 106. & Xammar *de officio iudicis,*
part. 1. q. 9. n. 128. vbi citat Pegueram, Fabrum, Roma-
num, Socinum, Mascardum, Menochium, & alios.

Nota tamen, quòd post hæc scripta, vidi Parrem
Pellicionium virum doctissimum nostræ Religionis *in*
qq. vtriusque fori q. 47. qui sententiam Dicastilli in-
iudicus tenet; ponit enim hunc casum, & ita asserit: Ver-
titur in dubium, quid posset iudex in partium litigan-
tium instructione. Casus est huiusmodi. Iudex cog-
nita veritate negotij causæ ciuilis, de qua coram ipso age-
batur viso processu, aduertit actorem non bene fun-
dasse intentionem suam, non enim produxit instrumen-
tum, ex quo potuisset rei veritas patere, & si tale instru-
mentum non produceretur, reus nequaquam condem-
nandus esset sed absolendus, idque iniuste, atque
adèd retenturus esset penes se alienum. Quæritur mo-
dò, an talis iudex instruendo aduocatum actoris ad præ-
sentandum tale instrumentum, ad hoc vt veritas appa-
reter

reret, & secundum illam posset sententiam ferre, peccauerit mortaliter instruendo aduocatum vnius partis. Ita Pellicionius; ad quod dubium negatiuè responder: & postea validissimis argumentis suam firmat sententiam, quam probabilissimam esse puto, vnde sine metu in praxi à iudicibus amplecti potest.

Nec obstat dicere, quòd talis instructio tendit ad utilitatem partis priuatæ, sed iudex nihil debet facere ad priuatam utilitatem, nisi ille, cuius interest, id postulauerit vt asserit Gloss. fin. communiter recepta *in capit. finali de rescript. vbi omnes Doctores*. Respondeo enim quòd in nostro casu non procuratur principaliter utilitas priuata, sed veritas, secundum quam possit, & valeat iudex ipse iudicare, quo casu, etiam parte non petente, potest iudex, & de iure, & de facto supplere; quia ad ipsum pertinet ferre sententiam iustam, & secundum veritatem, & hac de causa supplet, etiam de facto ad priuatam utilitatem, *l. eos, §. fin. & l. iudices. Cod. de appell.* Id enim iudex ex officio suo tenetur facere *§. Curare, Instit. de actionibus*.

Nec obstat secundo, quòd iudicis est ita se gerere in iudicio, vt modis omnibus procuret, ne ex alieno facto causam alterius faciat deteriore, *leg. 1. vbi gloss. ff. de alienat. iud. mutat. causa facta. leg. vt perfectus. ff. de annuali exception. ex regul. sext. in l. non debet. ff. de regul. iur.* Ergo non debet permitti talis instructio, etsi id iudex efficiat, cum sit res grauis, & in tertij præiudicium, vti que mortaliter peccabit, & ad restitutionem damni dati parti læsæ tenebitur, iuxta Regulas generales in materia restitutionis. Respondeo, quòd tunc ex facto alieno non debet fieri deterior causa alterius, quando illud factum non concerneret veritatem negotij; sed in nostro casu, id factum est ad veritatem ipsam inueniendam, & ad hoc, vt secundum ea iudex iudicare potuisset; constabat enim illi, secundum suam priuatam veritatem, rem illam aliter se habere, & erat in tempore, ac modum habebat diligentiam adhibendi ad veritatem indagandam. Idèd sub pœna peccati mortalis id debet procurare.

Dicendum est itaque, quòd iudex tenetur omnibus modis laborare, vt veritas inueniatur, vt secundum ipsam possit iudicare; quia ex suo officio non solum tenetur inquirere veritatem, sed etiam curare debet, vt falsitas detegatur, ex *cap. Deus omnipotens 2. quæst. 1.* ac tandiu debet partes, & alios interrogare, donec id fieri possit; nec aliquod prætermittendum est, quod admitti debet, ex *cap. iudicante. 30. quæst. vlt.* Hinc potest supplere de iure, & de facto, vbi vertatur periculum animæ. Hostiensis in *cap. bona memoria, in primo, de postulat. Prælat.* Ioannes à Capestrano in *Specul. conscient. part. 2. n. 188. ex text. in cap. exceptionem, de except.* & ex aliis, plures Doctores cumulat Farinacius in *consil. 35. n. 2.* His tamen non obstantibus, sententiam contrariam Vasquez, Sanchez, Castri Palai, & aliorum, contra Dicastillum, & Pellicionium, existimo etiam satis probabilem esse: & idèd si iudex illam sequi vellet, nec peccaret, nec ad restitutionem teneretur. Itaque in facti contingentia, ora Deum, vt iudex tibi amicus sit.

An Episcopi possint examinare Regulares, qui predicare volunt in alienis Ecclesiis?

R E S O L. XLII.

Negatiuam sententiam ex Barbosâ, Miranda, & Peyrino docet nouissimè Pellizzarius in *Manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 4. sect. 1. num. 22.* Quia si quod ius habent Episcopi examinandi Regulares Concionaturos in aliena Ecclesia, maximè est ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 15.* statuente, nullum etiam Regularem pos-

se confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur: cum tamen potius oppositum in Concilio præfato decernatur; itante quod *sess. 5. cap. 2.* Prædicatorum Regularium examen de vita, moribus, ac scientia ibi committitur ipsorum Superioribus, seu potius supponitur esse de iure commissum: eoque præmissis Regulares prædicaturi, solum obligantur ad petendam licentiam, aut benedictionem ab Episcopis modo supra dicto: idque nulla mentione examinis facta: In odiosis autem, (cuiusmodi vti que est examen, de quo hîc) non est facienda extensio à casu expresso ad non expressum: & consequenter ex eo, quòd Regulares subiiciuntur examini Ordinariorum, ad hoc vt approbentur pro confessionibus; non sequitur illos etiam subiici examini, ad hoc vt approbentur pro prædicatione: cum hæc duo sint diuersa, & à diuersis non fiat illatio: præsertim cum Leo X. in sua Constitut. 21. relata in *Bullar. tom. 1.* statuatur, vt Regularis prædicaturus, non solum examinetur per suum Superiorem (onerans in hoc conscientias superiorum,) sed etiam vt ille quocumque prædicatus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu alias sui examinatoris, approbatorisque Episcopi, & ali is locorum Ordinariis fidem legitime faciat. Ex quo constat vi præsentis Constitutionis denegari Episcopis potestatem examinandi Prædicatores Regulares hoc ipso, quod hi adstringuntur exhibere Episcopis testimonium authenticum suæ doctrinæ per examen exploratæ; vt sic ipsis sufficienter innotescat illorum idoneitas: aliàs quippe inutilis esset exhibitio talis testimonij, nimisque onerarentur Regulares, si ad obtinendam licentiam prædicandi necessariò subiici deberent examini, tum Episcoporum tum Superiorum Regularium. Hucusque Pater Pellizzarius, qui pro hac sententia citat Campanilem, & Cespedem, & me etiam adducit in *p. 3. tract. 2. resol. 111.*

Sed ego ibi adduxi tantum Mirandam, & Peyrinum, nec illis adhæsi, imò dixi, praxim esse in contrarium, quam video canonizatam à Sacra Congregatione Concilij in vna Vngentina die 22. Ianuarij 1622. cuius verba hæc sunt. Prædicare volentes Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, examinare potest Episcopus. Hanc declarationem adducit, & sequitur Barbosa in *decis. Apost. Collect. 591. n. 3.* Bordonus in *Consil. Regul. tom. 1. resol. 7. num. 15.* & Lezzana in *summa tom. 3. verb. Concionari, num. 7.*

Ad id verò, quod asserit Pater Pellizzarius dictæ declarationi Sacræ Congregationis obstat Bullam Leonis X. Respondeo, negandum esse; nam licet asserat in dicta Bulla Pontifex, Regulares pro prædicatione examinandus esse à suis Superioribus, non negat minimè Episcopos postea si velint examinare illos non posse; sicuti quando Episcopus non ordinat, examinat suos Diœcesanos pro Ordinibus alibi recipiendis, & testatur de hoc in dimissoribus; & tamen non ex hoc sequitur Episcopum ad quem mittuntur non posse illos, si velint examinare, vt de facto aliqui examinant, vt docet Alzedus in *praxi Episcop. par. 2. capit. 3. numer. 72.* & alij. Ergo, &c.

Nec obstat dicere, quòd Concilium, quando loquitur de prædicatione Regularium, non facit mentionem de examine: nam respondeo, Concilium asserere, Regulares non posse prædicare in alienis Ecclesiis, nisi ab Ordinario licentia obtenta. Ergo, supposita necessitate dictæ licentiæ, debet Ordinario constare de sufficientia Concionatoris: sed hanc Episcopus assequi non potest, nisi per examen: ergo per Concilium, Episcopis dictum examen concessum est: quod patet ex obseruantia subsequente; & idèd rectè dicitur, quòd consue-

tudo

tudo sit optima legum interpret, ex *leg. 37 ff. de legibus.* & statuta ex praxi, & obseruantia ipsorum practicata, interpretantur, restringuntur, & ampliantur, vt probant Doctores, quos citat, & sequitur Hulticus Hunnius in *sua Encyclopaedia iuris, part. 1. titul. 3. cap. 7. n. 71.* Ergo, &c.

Confirmantur suprascripta ex Bulla Pij V. allata à Basæo in *Florib. Theol. mor. verb. Prædicator. n. 7.* Tamburino de *iure Abbatum tom. 2. disp. 11. q. 2. n. 12.* & Emanuel Sà *verb. Prædicare, n. 7.* vbi habetur, Religiosos Mendicantes semel examinatos in vna Diocesi ad prædicandum, non posse in ea amplius examinari: ergo dicendum est contra Pellizzarium, & alios, Concilium præbuisse Episcopis potestatem examinandi Regulares, quoad prædicandum; nec Bullam Leonis X. abstulisse Episcopis hanc potestatem; cum Pius V. clare asserat, Regulares Concionatores ab Episcopis saltem examinari posse.

Non deseram tamen hîc adnotare in fauorem amicissimi Patris Pellizzarij, suam sententiam præter Doctorem ab ipso citatos, docere mordicus Cyprianum Croufers Capuccinum in Regulam D. Francisci *ad c. 9. lect. 1.* & probabilem ex Miranda existimare Hieronymum Rodriquez in *Compend. 99. Regular cap. 111. n. 2.* Verùm cum circa præsentem quæstionem adit praxis in contrarium, & declaratio Sacræ Congregationis, vt visum est, ab opinione affirmatiua non recedo.

An reus teneatur respondere, si sciat aduersum se extare solum dictum denunciatoris?

R E S O L. XLIII.

Respondeo negatiuè cum Valentia *tom. 3. disputat. 15. quest. 13. punct. 2.* Sed vterius requiri alium testem omni exceptione maiorem, aut infamiam, aut indicia sufficientia; sicut neque actor, vel accusator sufficit ad faciendam semiplenam probationem; cum non habeat locum testis; nemo enim in propria causa testis est idoneus. Sed ait Dicastillus *de iust. lib. 2. tractat. 1. disput. 6. dub. 1. num. 12.* iam ad hoc ferè semper vtuntur cautela, vel astutia, nimirum Officiali publico ad id designato (Fiscalem appellant in Hispania, quamuis aliqui alio nomine etiam id munus obeant) rem defert, qui alioquin erat accusaturus, & ille ipse accusaturus producitur tanquam testis ab Officiali illo, vel Fiscali. Quæ omnia sæpè multum fraudis habere possunt, vel periculi, cum omnia iam tandem nitantur dicto, & auctoritati vnus fortasse nebulonis, vel ad id pecunia corrupti, qui denunciatoris vices gerit, & accusatoris per alium submissum ad hoc, & seipsum facit testem. Quæ omnia, an sint semiplena probatio alij viderint. Ego non puto. Vnde si conitaret reo id ita factum esse; non puto eum debere suam causam censere tanquam semiplene probatam. Porro, nec Accusatorem, nec Denunciatorem, qui intendit punitionem, posse esse testes, constat *ex l. nullum ff. de Testibus.* cum hi suscipiant causam tanquam propriam. Hucusque Dicastillus. Sed nolo praxim receptam, si extet, condemnare; Ideo tu cum Iudicibus timoratis cogita: multa enim à fiscalibus efficiuntur, quæ ego valde dubito in foro conscientie sustineri posse.

Notandum est hîc obiter, Dicastillum *vbi supra, dub. 4. n. 87. & seqq.* docere, non licere aliis cooperari cum reo ad confringendum carcerem; tum quia, non habet tantum ius prout reus, qui id potest ob magnum damnum, quod sibi imminet; tum quia turbaretur Reipublicæ ordo, si quicumque posset iuuare delinquentes ad confringendos carceres, & vincula. Ipse tamen, hoc non obstante, existimat, nomine rei intelligi, non tantum ipsam personam rei, sed etiam sibi coniunctissimos, qui ferè reputantur pro eadem persona, quales sunt paren-

tes, coniuges, & fratres; imò in aliquibus regnis, aut Prouincijs, audio quod prædicti coniunctissimè reo, licet auxilio, consilio, & pecunia iuuent reum sibi modo prædicto coniunctissimum, impunè id faciant. Idem etiam dicit de his, qui spectatis circumstantiis certissime timerent reuelandos à reo fore, comprehendendos, puniendos, & infamandos à Iudice, perinde enim est tunc reum atque seipsum liberare. Ita Dicastillus; quæ omnia ait, procedere in foro conscientie, & seruatis omnibus, quæ tenetur seruare reus.

Sed si aliquis hîc quærat, an reus innocens, qui reipsa iniuste damnatur ad mortem, iuste tamen iuxta allegata, & probata, possit vi, & armis se defendere à Iudice, & ab eius ministris. Aragonius, & Salonijs, *q. 69. art. 4.* Couarruias *lib. 1. variar. cap. 2. num. 13.* Lessius *cap. 21. dub. 4.* Suarez *lib. 5. de leg. cap. 10.* & Bonacina *disput. 10. quest. 3. punct. 2.* docent, quod non possit; (quod certum existimat Vasquez) quia Iudex, quamuis sciat reum esse innocentem, potest, imò & tenetur, eum condemnare, & eius ministri sententiam exequi: ergo ei nullam inferunt iniuriam: ergo nequit se ab eis cum ipsorum iniuria defendere, Bañez verò, *quest. 64. articulo 4.* Valentia *disput. 5. quest. 13. punct. 4.* Angles *quest. de restit. in iudicio diff. 3. dub. 1.* Ledesma *tract. de iust. commutativa, cap. 8. concl. 8.* Villalobos *tract. 16. de reo. cap. 9.* Paris à Puteo, Lucas Pen. & Hippolytus, quos refert Couarruias, docent quod possit adhuc Iudicem, & eius ministros occidendo, si necessarium sit, quod dicitur docuisse Victoria, & non displicet Becano, *quest. 3. circa quest. 69.* nec Lessio *vbi supra,* & meritò, ait Hurtadus, *disput. 4. de reo, diff. 11.* Quia, vt ipse probauit, *disput. 1. diff. cul. 7.* absque iniustitia in innocentem nequit Iudex, nec eius Ministri eum occidere, imò nec mutilare: ergo vi, & armis potest eam iniustitiam propulsare, etiam Iudex, & eius Ministri innocentiam illius ignorent, sicut potest innocens vi se defendere ab inuasore furioso, & etiam ab existimante inuincibiliter quod possit illum occidere, imò & mutilare.

Sed ego adhæreo primæ sententiæ, & certum est secundam sententiam procedere in causa mortis, & mutilationis membri, non autem in reliquis causis.

An Testi falso, & iniquo, illicitum sit obicere falsum crimen, pro infirmando eius testimonio, & an hoc sit peccatum contra Iustitiam?

R E S O L. XLIV.

Casus frequenter potest occurrere; & ad illum negatiuè respondet Salonijs, & Aragonius in *1. 2. Diui Thomæ, quest. 70. articulo 3.* quia tunc falsò infamatur testis, & absque iure, quia ad falsum & mendacium, nequit esse ius.

Sed opinionem negatiuam tueretur Pater Gaspar Hurtadus, *disput. 4. de reo, diff. cul. 1.* tribus restrictionibus seruatis. Primò, quando obiectio criminis est necessaria ad infirmandum testimonium. Secundò, quando nequit alia minus noxia via infirmari. Tertiò, quando in causa leui testi coacto à Iudice ad testificandum non obicitur grauius crimen. Et Bañez, ea sola restrictione contentus, quod obiectio falsi criminis profit ad infirmandum testimonium testis iniqui. Vnde consequenter in tali casu non adest obligatio restitutionis. Probatur hæc sententia, quia vniciuque inest ius iustitiæ, vt seruatis tribus dictis conditionibus se defendat ab iniquo inuasore, adhuc vi, & damnificatione illius: ergo & obiectio- ne falsi criminis, quamuis hæc, quia aliàs opponitur veracitati, habeat malitiam mendacij, quia ad malum, seu peccatum contra aliam virtutem, quam contra Iustitiam, optimè potest esse ius Iustitiæ, vt verè quis habet

ad prodigaliter elargiendam suam pecuniam. Et etiam coniux voto castitatis obstrictus, verè habet ad accedendum ad propriam coniugem: & idèd, quatuvis petens accedat, non peccat contra castitatem, quia accedit habens ius iustitiæ ad eum accessum, etiam si peccet peccato Sacriligij contra Religionem voti. Itaque secundùm Hurtadum in casu proposito, reperitur peccatum veniale mendacij, & peccatum mortale periurij, si fiat cum iuramento; non tamen peccaret mortaliter contra Iustitiam cum onere restitutionis, & in hoc sensu intelligenda sunt ea, quæ dixi in *part. 3. tractat. 6. resolutio 4.*

Verùm non deferam per extensum apponere ea quæ docet Pater Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 2. disputat. 12. part. 4. dub. 2. num. 404.* vbi sic ait: Non licet tibi appellare adulterum; qui te appellavit furem. Poteris tamen dicere, quòd sit mendax, & ad eius confirmationem patefacere aliqua mendacia illius, vt in eo, quod tibi impingitur, non habeatur fides. Ita Sotus *de iust. lib. 5. q. 9. art. 3.* Bañez, Aragonius, & Salonijs *2. 2. q. 72. art. Valentia disput. 5. quest. 16. punct. 3.* Molina *tom. 5. tract. 4. disp. 20. concl. 3.* Adduntque Molina, & Salonijs, id non solum esse verum dum contumelia inferatur ignominiosa; sed etiam post illam completè illarum, quando id necessarium est, ne detur ei fides ab iis, qui audierunt, vel ad illam fidem eneruandam, & tollendam. Quando enim fides data est, perseverat iniuria. Addit vltierus Bañez, etiam licere obiicere illi crimen occultum verum, quando id est necessarium ad tuendum honorem & famam, quæ aliàs amitterentur.

Vltierus addit Bañez, quòd in tali casu obiicere contumeliosè crimen falsum deseruiens ad prædictum finem tantùm erit peccatum veniale mendacij non perniciosum, nec contra iustitiam. Pro hac sententia, retuleram ego olim Vegam, *verb. Iniurias casu 1. suæ Summæ, & Orellanam*, postea inveni alios Auctores infra referendos. Si tamen prius referam controuersiam inter me, & virum quendam grauem Religiosum Cucullatum gymnopodam (cuius nec nomen, nec Ordinem placet indigitare, iustis de causis) cùm versaremur in Hungaria obortam. Prædictam ego opinionem cum casu probabilem, & grauium Doctorum iudicio, ipsius probabilitatem firmari dixissem, non solum tunc immediatè acrem euomit censuram; sed postea apud nullius litteraturæ viros, & scæminas perrexit me traduce-re, quòd dixissem aliquid præiudiciale, scandalosum (vtor verbis ipsius) perniciosissimum contra bonos mores, & contra pacem rerum publicarum, & Communitarum. Hæc, & id genus alia non solum denotuit apud illos; sed litteris quoque ad me datis scripsit, & subscripsit, se iactans habere contra meam doctrinam Auctores omnes, & efficaces rationes. Non refero (inquit) Auctores, quia omnes absolutè comprehendo quotquot in hac materia loquuntur, nemine excepto. Nec etiam immoror in asserendis rationibus, cùm tot sint, & tam claræ vt nemo sani iudicij, siue doctus sit, siue indoctus, eas possit vel negare, vel ignorare: postea satis temerè affirmat, non solum esse contra prædictam sententiam, quotquot Catholici sunt, sed quotquot esse possunt in Ecclesia Dei.

Cùm à me postea rogatus esset proferte in medium rationes, & Auctores quibus probaretur ita efficaciter oppositum (ego verò meæ doctrinæ fundamenta, & Auctores eidem de scripto dedissem) arripuit calamum non semel, & coniecit in chartam, quæ piget me referre multa, à recta Philosophia & Theologia, aliena. Atque cùm vidisset argumenta, quibus ego, & alij Auctores à me relati probamus esse posse casum, in quo dicitur falsum testimonium graue, quod deseruiat ad eneruandam fidem eius, qui aliud simile dixit esse, quidem emper peccatum, propter mendacium; sed non esse

peccatum contra iustitiam mortale; cùm hæc (inquam) vidisset, ingenuè falsus est esse probabile, quod non esset peccatum contra iustitiam, sed esse semper mortale contra charitatem proximi, & inde habere inseparabilem, & intrinsecam malitiam mortalem, & hanc dixit esse omnium Catholicorum doctrinam, omnium (inquam) quotquot sunt, aut esse possunt in Ecclesia Dei, cumque nullam alicuius momenti rationem attulisset, vt probaret illam malitiam intrinsecam, & inseparabilem contra charitatem, ego verò affirmassem eam inseparabilem malitiam contra charitatem à nemine (quod sciam) agnosci, neque ratione posse probari, voluit offerre Auctores, & post diu, multumque quæstos, obtulit tres Auctores, Lessium, Filiucium, & Villalobos, qui docent fieri posse, vt in aliquo casu sit peccatum contra charitatem; nempe quando quis in suo falso testimonio plus dicit, quam sit necessarium ad eneruandam alterius fidem. Qui Auctores, & doctrina extrarem afferri mihi visi sunt. Agimus enim de malitia intrinseca, & inseparabili, quam ille dicebat habere falsum testimonium, non de ea, quam per accidens & in aliquo casu habere potest. Omitto plura, quæ in eam rem ex parte vtriusque nostrum allata sunt, & venio ad ipsam doctrinam, quam ego probabilem dixeram tunc, & nunc dico. Eam verò conieci in chartam quam legerunt, & probabilem propria manu scripserunt, & se subscripserunt post RR. PP. Ioannem Gans Confessarium Sacratissimi Cæsaris Ferdinandi III. & P. Danielem Bastelium Serenissimi Archiducis Leopoldi eiusdem Imperatoris fratris Confessarium, professores omnes publici, & ordinarij Vniuersitatis Viennensis, Vniuersitatis Pragensis, & Vniuersitatis Grezensis. Quorum ego omnium censuras, & subscriptiones apud me habeo, simul cum Cancellariis earum Vniuersitatum. Qui omnes sunt septemdecim, quibus annumerari possunt alij Doctores, & olim Professores P. Henricus Philippi Confessarius olim, & in re tum Philosophica, tum Theologica eorundem Serenissimorum Fratrum Magister, & Professor, P. Ambrosius de Peñalossa olim etiam in Viennensi Vniuersitate Theologiæ Doctor, & Professor, nunc verò Cæsareæ simul, & Catholicæ Maiestatis Concionator. Item P. Vitalis Pelliceroli Doctor Theologus, & in eadem Viennensi, & Grezensi Vniuersitatibus Professor, qui tres vltimi, (sicut & alij tres ex supra comprehensis in numero actu profitentium) eandem doctrinam probabilem iudicarunt ante hanc obortam controuersiam, quando librum hunc approbant, vt posset Typis mandari. Placuit autem totam doctrinam ipsis omnino verbis, quibus illam iudicio prædictorum omnium subieci hîc proponere, vt vel inde appareat non decere virum doctum, seu, qui talis vult haberi, temerè, & subito absque maturo iudicio aliorum opiniones notare. Hucusque Dicastillus.

Nota tamen, quòd post hæc scripta inueni sententiam Hurtadi, & Dicastilli, licet ipsos non adducat, docere etiam Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo *tom. 2. de iust. disp. 40. sect. 2. n. 26. & seqq.* Ad illud, & non pigebit. Et idèd existimo hanc sententiam esse satis probabilem.

Ponit casum Cardinalis de Lugo, & petit: quid si falsus vel iniustus testis iam esset mortuus ante finitam causam, poterò ne adhuc sine iniustitia illi falsum crimen opponere ad infirmandum eius testimonium? Ratio dubitandi est; quia hic iam non lædit me iniustè, cùm iam non sit in eius potestate retractare quod dixit: ergo solum restat effectus actionis præteritæ, pro qua volo reddere illi malum. Respondeo tamen affirmatiuè consequenter ad prædictam sententiam: sicut etiam tunc possem detegere crimen verum occultum ipsius ad infirmandum eius testimonium, & sicut si aliquis se ex sublimi loco proieceret supra te ad te comprimendum, licet

licet non posset iam suum impetum reprimere; adhuc tu posses ratione defensionis eius imperum retardare opposito gladio, vel telo, quo eum in ipso saltu confoderes; hoc enim non facis, ut ipse se comprimat, sed ut te defendas. Ita ergo in presenti non erit contra iustitiam nos defendere ab impetu testis iniusti contra formam, opposita ei infamia, licet iam nunc ipse non possit reuocare, vel reprimere impetum sui testimonij, quod prius iniuste dixerat. Ita Lugo ingeniosè, ut semper solet.

An qui probabiliter putat rem esse suam, etiamsi probabiliter teneatur ab alio, possit de illa occultam recompensationem facere, si ius suum non possit defendere coram iudice?

R E S O L. XLIV.

QVæstio est curiosa, & ad illam affirmatiuè responder nouissimè Pater D. Stephanus Spinula Congregationis Somaſchæ in suo erudito Opuscul. *de Elect. opin. disputatio. ult. sect. 7.* ubi sic ait: Hinc probabiliter etiam dici potest, eum, qui ius probabile habet ad aliquam rem, quæ ab alio detinetur; quòd ius in iudicium deferre non potest, posse licitè occultè compensationem facere; quia suo iuri adèdè benè fundato, quomodo potest alia via satisfacere? Debetne ergo illud ius haberi pro nullo? In dubio quidem posset, quia in dubiis melior est conditio possidentis; sed in casu opinionis probabilis nonne debet quid plus posse facere? semper tamen intelligo, supposito, quòd ex opinione probabili facti, nempe quòd res sit sua, possit habere opinionem probabilem, quòd sibi illa sit adiudicanda, adèdè ut verè sibi deberi, probabiliter opinetur, & licet communis sententia Doctorum videatur esse in contrarium, tamen Cardinalis de Lugo multum propendet in hanc sententiam, *de iust. & iure, disp. 16. sect. 5.* ubi etiam notat Doctores contrarium asserentes inconsequentia, quia id negant in vniuersali, & in genere, concedunt autem compensationem occultam cum opinione probabili in particularibus materiis. Videatur dictus Cardinalis loc. cit. ubi soluit omnia argumenta in contrarium.

Urgeo, si probabilius est rem esse illius, qui non possidet, re delata ad iudicem poterit iudex, quin debebit à possessore ereptam, illi adiudicare; dictum est enim *disput. precedent. sect. 6. concl. 2.* teneri iudicem sententia-re pro parte probabiliori; ergo si non possit lis ad iudicem deduci, ne, qui non possidet, priuetur suo iure, poterit occultè compensationem facere. Iusto: Potest iudex, vel debet pro illo sententiare. Quare? quia illi debetur res ab alio possessa; aliàs si non deberetur, non posset iudex rem illi adiudicare. Neque verò solùm debetur post sententiam; sententia enim non facit quòd res alteri debeat, sed rem adiudicat alteri. Supponit rem deberi, & ex hoc supposito; tanquam ex motivo iustificante rem adiudicat. Si ergo res mihi debetur, iam habeo opinionem iuris pro me: ergo potero hac opinione iuris uti, & occultam facere compensationem. Claudio: Res mihi debetur, & quare non poterò, ea via, quæ sola superest, citra scandalum iuri meo satisfacere?

Dices. Est veluti axioma in materia iustitiæ, quòd à non liquido ad liquidum non datur compensatio; sed ius probabile ad rem non est ius liquidum: ergo non potest fieri compensatio accipiendo rem liquidam. Respondetur: Illud axioma absolurè prolatur, si comprehendat etiam iura probabilia, nec in sententia Aduersariorum esse verum: nam concedunt Aduersarij, quod si alicui legatum relinquatur in testamento non solemniter, licet non possit in foro fori legatum repetere, posse ta-

men occultam facere compensationem; quia probabile est, quòd tale legatum de iure naturæ sit validum, ac proinde probabile est quòd sibi debeat. Neque enim certum est tale legatum sibi deberi, quia probabilis est aliorum sententia negantium in hoc casu vllam obligationem oriri ex iure naturæ, ac proinde asserentium non deberi. Igitur ius ad hoc legatum est tantum probabile ac proinde non liquidum; & tamen potest occultam fieri compensatio: ergo, &c. Dicendum igitur est, illud axioma valere in dubiis propriè dictis: sicut in iisdem tantum valet, quòd melior sit conditio possidentis; est enim moraliter sufficienter liquidum ius, quòd probabile est. Hucusque Pater Spinula.

Et ego in fauorem suæ opinionis adducam etiam doctissimum, & amicissimum Patrem Franciscum de Lugo in *principiis Theologia Moral. part. 1. capit. 3. quæst. 13. num. 100.* ubi hæc asserit: Secundus casus est de possidente rem, quam probabiliter opinaris esse tuam. Aliqui dicunt te non posse possidentem spoliare re possessa, quamuis probabile tibi sit, & forsan probabilior, rem esse tuam. Quoniam etsi proprietate possidentis sit solum probabile, possessio tamen certa est, & ideo preponderat tuæ probabili proprietati. Ioan. Sanchez *disp. 33. num. 42. & disputat. 43. numer. 54. & seqq.* distinguit. Si probabilitas sit circa factum orta, scilicet ex probationibus, & testimoniis, dicit non posse possidentem spoliari, nisi per iudicem iudicantem. At verò si probabilitas sit circa ius verbi gratia quia tibi per testamentum minus solemne res legata fuit, vel alio titulo probabili competit, dicit secluso scandalo, posse te possessorem spoliare, clam auferendo rem: quia possessio preualet contra dubium negatiuum, non verò contra probabilem opinionem circa ius. Imò num. 56. subdit, aliquos viros doctos à se consultos voluisse, probabilem etiam opinionem circa factum ex probabilibus testimoniis ortam sufficere, ut possis authoritate priuata, cessante profus scandalo, nondumque re deducta ad forum contentiosum, accipere rem, quam probabiliter opinaris esse tuam, & illa possidentem spoliare. Quod etiam mihi probabile videtur. Quia possessio nicitur proprietate quæ solum est probabilis. Ergo non impedit vsum opinionis contrariæ probabilis. In praxi tamen non crederem, rem esse priuatim accipiendam, si iuridicè peti possit & expectari iudicis sententia. Ita Lugo. Sed contrariam sententiam tenent Sanchez in *summ. tom 2. lib. 6. c. 3. n. 7.* Suarez de *legibus lib. 5. cap. 17. num. 20.* Palauus *tom 1. tractat 1. disp. 2. punct. 6.* & Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. n. 21.* Quibus ego addo Giuniparum de *Iure Pontif. disp. 6. q. 6. cap. 3. num. 51.* & huic negatiuæ sententiæ ego adharco.

An excommunicatio liget, quando pro subdito adsit opinio probabilis in contrarium?

R E S O L. XLV.

NEGatiuam sententiam nominatim contra me docet Neruditissimus Pater Stephanus Spinula in *Opuscul. de Elect. opin. disp. ultim. sect. 4. per totam.* Probat hanc sententiam ex *cap. 1. de postulatione Prælatorum.* quem textum (ait) sic induco. Damnat Pontifex Episcopum Altisiodorensem, qui in sua Diocesi non seruauerat interdictum fulminatum à Legato Papæ, licet se excusantem quia non fuisset in sua Ecclesia promulgatum, quia nullam sufficientem excusationem adhibeat, sed omnia erant friuola, quæcumque adducebantur; quia satis superque illius interdicti ad illum fama certa peruenerat: quin in sua Metropolitana Ecclesia tale interdictum fuerat promulgatum, & seruatum. Ex quo subdit Pontifex: hinc liquido constat eum non posse excusari. Et

go à contrario, cum quis potest sufficienter excusati non est damnandus, nec incurrit penas violatæ obedientiæ, & censuræ Ecclesiasticæ, quam non tenetur timere, quia illa non afficitur. In tantum enim Episcopus Altriodorensis dicitur debuisse seruari interdictum, quia nullam excusationem sufficientem poterat afferre, quare non tenetur, & illo non afficeretur. Et quidem de hoc liquido constabat; unde tanquam reus violatæ obedientiæ, & non seruatae censuræ, qua afficiebatur, damnatur, & punitur in eo capite; ergo à contrario, qui excusationem habet sufficientem, non afficitur censura, nec illam tenetur seruare, seu se gerere, vt illa affectum.

Modò subsumo, sed in casu opinionis probabilis, & sufficiens excusatio datur, nec liquido constat, quem teneri, seu affici censura, & illa non afficitur.

Secundò: quia ignorantia inuincibilis præcepti validi, & censuræ adnexæ præcepto verè ligantis excusat à præcepto; & censura; sed in casu opinionis probabilis hinc & inde est ignorantia inuincibilis, quòd præceptum liget, & censura sit valida: ergo tunc hæc excusat quemque ab obedientia præcepti, & incurfione censuræ. Maior est euidens, quia est omnium iurium, & Doctorum axioma. Minor probatur. Tunc est ignorantia inuincibilis rei, quando res ignoratur, nec quis potest, aut debet certiorari; sed quando concurrunt opinioniones hinc, & inde probabiles, qui ignorat veritatem, ita ignorat, vt fortè absolute non possit scire veritatem; quia absolute impossibilis est demonstratio, seu euidens cognitio rei: sanè non debet aliud efficere, vt inueniat veritatem, cum in probabili opinione tutè quiescat, nec debet ad vltiora progredi: ergo tunc est ignorantia inuincibilis, quæ excusat ab omni pœna, & ab omni culpa.

Tertiò: quia excommunicatio non incurritur sine contumacia, & inobedientia, quando Ecclesiæ quis parere debet; sed quando vtrinque sunt opinioniones probabiles, eligens quancumque non est contumax contra Ecclesiam, nec inobediens est, cum parere non teneatur, cum non sit certum tunc præceptum obligare, sed hoc sit sub opinione positum: in quo casu quælibet opinio in praxim deduci potest, nec vllum peccatum incurritur inobedienciæ, & contumaciæ, quæ supponit in subdito debitum parendi: quod in subdito non est, quotiescumque in superiore non est ius certum præcipiendi, quale non est, cum sit probabilis opinio, quòd non sit: ergo cum subditus non teneatur obedire, si non obediat, nec inobediens, nec contumax est, & per consequens corrui etiam censura; tum quia est annexa præcepto, tanquam accessorium; tum quia hæc non incurritur sine speciali contrauentione, & violatione præcepti, cui certò parendum sit.

Et hinc aduerte, quòd licet non sit sub opinione, an censura sit valida, necne, sed solum sit sub opinione hinc, & inde verè probabili, quod id, quod prohibet Superior, non sit illicitum, vel, quod à subdito sine peccato fieri potest, per hoc præcisè excusatur ab omni pœna, sub qua Superior præceperit. Patet, quia per id præcisè, per quod quis excusatur à culpa, etiam excusatur à pœna, & quod sine culpa sit, nulla pœna puniri potest: iuxta illud, Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, *cap. cognoscentes, de conscri.*

Confirmatur, nam si quis credat probabiliter Superiorem per errorem iussisse, aut non iussurum fuisse si veritatem nouisset, non peccat non obediendo; sed qui habet opinionem probabilem, quòd Superior non possit præcipere id, quod præcipit, credit probabiliter Superiorem per errorem præcipere, & non iussurum si veritatem nouisset; si enim nouisset se non posse præcipere, certè non præciperet: ergo in hoc casu non peccat non obediendo: ergo neque incurrit censuram, cum hæc si-

ne peccato non subsistat; tam enim per errorem credit probabiliter latum esse præceptum, quam censuram: unde nec illi parere tenetur, nec illa afficitur. Et idem dicatur etiam si ex parte Superioris esset opinio probabilior, quia etiam minus probabilis in praxim deducitur sine peccato, & tunc adhuc saluatur ignorantia inuincibilis, & corrui contumacia, inobediencia, & quæcumque culpa.

Dices: Si opinio Superioris sit vera, censura est valida; quia potuit Superior præcipere: ergo tunc ligabit, ergo simpliciter timenda est: unde saltem ad cautelam petenda absolutio est, & Superiori obediendum. Respondetur negando consequentiam; quia ad hoc vt excommunicatio liget, non sufficit, quòd habeat ex parte agentis, seu ferentis sufficiens principium sui valoris, sed etiam debet cadere supra subiectum aptum: talis autem non est subditus in isto casu, quia etto opinio Superioris sit vera, & Superior vere in re possit præcipere, hoc tamen quia non constat, & est sub opinione positum, & opinio verè probabilis dicit Superiorem in hoc casu præcipere non posse; idèd subditus non obediendo non peccat, sufficienter enim excusatur ab obediendo; subditus autem non obnoxius peccato mortali, non potest ligari censura graui, seu excommunicatione maiori; unde quantum est de se excommunicatione illa est ligatiua, per accidens autem non ligabit; ac proinde subditus absolute non peccabit, nec incurret excommunicationem. Hucusque Pater Spinula; Spina quidem nimis acuta pro Superioribus. Ex cuius sententia sequeretur, quòd in dubio, an præceptum Superioris ex alio capite sit inualidum, quia dubitatur, an Superior hinc & nunc possit præcipere, vel quia materia quam præcipit, non sit suæ iurisdictionis, vel quia illud, quod præcipitur, illicitum sit, non tenebitur quis obedire, ac proinde neque timere debet excommunicationem præcepto annexam: ergo multo magis id dicendum cum opinione probabili; quæ omnia Pater Spinula concedit.

Sed ad prædictorum confirmationem audiamus Iannarium, virum doctum & sapientissimum in suis Resolutionibus Moralibus *part. 1. resol. 44. n. 13.* vbi docet quòd si iustitia in lege sit tantum probabilis, non sufficit ad simpliciter obligandum subditum: nam quando est opinio pro Superiore, & pro subdito, possessio non magis fauet iuri Superioris in subditum, quam libertati ipsius subditi, vt patet: ergo non est maior ratio cur subditus teneatur obedire Superiori, quam sequi suam libertatem. Nam posita sub opinione potestate Superioris in subditum, eo ipso non dicitur Superior simpliciter esse in possessione, sed tantum sub opinione seu opinabiliter, & sub opinione etiam est, subditum non teneri obedire Superiori sic præcipienti.

Nec dicas primò, quòd subditus tenetur obedire, quando est incertus de re præcepta, an sit licita, vel an excedat potestatem Superioris: ergo etiam tenetur subditus obedire, quando adest opinio quòd res præcepta sit iusta, quia tunc subditus etiam est incertus. Nam respondet Ioan. Sanchez *in selectis, disp. 35. n. 37.* quòd incertitudo in lege oriri potest, vel à dubietate, vel ab opinione: quando enim oritur à dubietate, non potest subditus non obedire, cum Superior sit in possessione, & in dubio, melior sit conditio possidentis; nec potest funditus cum suo iure dubio expoliare Superiorem suo iure certo. At quando incertitudo oritur ab opinione, potest subditus non obedire, quia fas est cuique vti opinione probabili, vt omnes concedunt. Nec dicas secundò cum Vasquez *in 1. 2. q. 19. disput. 62. cap. 6. num. 32.* quòd subditus, id quod potest licitè exequi, tenetur exequi, accedente præcepto Superioris: sed potest licitè exequi, quòd præcipitur, etsi sit sub opinione: ergo tenetur. Nam contra est, quia subditus te-

Dd

netur

netur exequi quidquid potest licitè exequi accedente præcepto Superioris habentis potestatem absolute illud præcipiendi. Nam ad præcipiendum requiritur iustitia ex parte præcipientis, seu requiritur potestas in præcipiente ad rem illam præcipiendam, quæ potestas in præcipiente si est absoluta, subditus tenetur absolute exequi mandatum, si licitè potest; si verò potestas illa in Superiore est sub opinione, tunc, quia unicuique licitum est vti opinione probabili, subditus poterit licitè non obedire, sequendo opinionem probabilem oppositam. Vnde distinguenda est maior, quidquid potest subditus licitè exequi, ut subditus est, tenetur si præcipiatur, conceditur: quidquid potest subditus licitè exequi, ut non subditus, tenetur; negatur: nam potest subditus licitè exequi præceptum Superioris circa res merè internas, & tamen non tenetur; sic etiam dicendum est, quòd quando adest opinio de re præcepta, potest subditus sequi opinionem oppositam Superiori, quia secundum illam opinionem, subditus in illa re, non est subditus, nisi probabiliter, & sic quamvis licitè possit, non tenetur.

Nec dicas tertio, quod si dateretur bellum iustum ex utraque parte, cum licitum sit Superiori præcipere aliquid, sequendo opinionem sibi fauentem, & licitum sit subdito non obedire, sequendo opinionem sibi fauentem. Nam contra est, quia non implicat dari bellum iustum ex utraque parte, quando ignoramus veritatem; ignorantia enim veritatis utrumque excusat, ut optimè Thomas Sanchez in *summa lib. 6. cap. 3. num. 21.* in fine, nam tunc bellum erit iustum ex vna parte materialiter, & formaliter à parte rei; ex altera autem parte erit iustum tantum formaliter, & erit materialiter iniustum; quia si coram Deo Superior iusta præcipit quæ secundum opinionem subditi sunt iniusta, tunc Superior iniicit bellum iustum materialiter, & formaliter, & si subditus iniiciat bellum formaliter tantum iustum, & materialiter iniustum. Vnde subditus, quando non obedit præcepto Superioris, ductus ab opinione probabili; tunc non facit bellum de re iusta absolute, contra rem iustam absolute, nam hoc implicat; sed facit bellum de re iusta probabiliter contra rem iniustam probabiliter, ut optimè Ioan. Sanchez loco citato n. 42. vers. Sed esto, & ex Maldero de *virtutibus. quest. 40. dub. 4.* & Molina *tom. 1. de iustis. disput. 103.* & sic bellum non erit iustum, & iniustum secundum idem, id est secundum eandem rationem, sed erit iustum secundum rationem Superioris in sua opinione, secundum quam rationem erit iniustum bellum subditi contra Superiorem: & erit bellum iustum secundum opinionem, seu rationem opinionis subditi, secundum quam rationem erit iniustum bellum Superioris in subditum, & sic erit bellum iustum, & iniustum respectu diuersorum, quod non implicat; non enim implicat, quod idem sit debitor, & creditor eiusdem secundum diuersas rationes.

Nec dicas quarto cum aliis, quod subditus peccat contra iustitiam, dum Superiorem spoliat iure præcipiendi quod ius Superior habet ab illa opinione probabili; qui enim alterum spoliat re, quam iuste possidet iniustitiam committit. Nam contra est, quia etsi verum sit, quod qui alium spoliat re, quam iuste possidet, peccat contra iustitiam, tamen hoc verum est, quando rem iuste absolute possidet: at quando possidet rem iuste probabiliter, & non absolute, tunc non facit contra iustitiam, quia re illa ipsum spoliat, sequendo opinionem oppositam. Nam possidere iuste probabiliter admittit secum iniuste probabiliter possidere: quando igitur subditus spoliat Superiorem illo iure iuste probabiliter possessio, non spoliat illum secundum quod iuste probabiliter possidet secundum opinionem Superioris, sed secundum quod iniuste probabiliter possidet secundum opinionem ipsius subditi. Et hæc omnia docet laudari vbi supra.

Vidisti, amice Lector, quam validè hi duo docti Recentiores, post utrumque Sanchez, causam subditorum tutare voluerint? Quorum omnes rationes, & argumenta, hic per extensum in tui gratiam apponere volui. Vide etiam Franciscum Girago de *Regim. Regular. part. 3. dub. 30. per totum*, & ne deseras cognoscere Rocafull in *praxi Theol. mor. part. 3. lib. 3. dub. 14. n. 143.* vbi num. 146. sic ait: Quæres in casu quod subditus sequens opinionem probabilem, non obtemperet Superiori, incurrat pœnas, vel censuris ligetur? Respondeo, non incurrare pœnas, neque censuris ligari. Et ratio est, quia non delinquit subditus non obtemperans in hoc casu, cum sequens opinionem probabilem, culpa careat operando, iuxta illam; & res, quæ culpa caret, in damnum vocari non debent *cap. 2. de Constitutionib. nec sine culpa quisquam puniendus est, ex regul. iur. in 6.* & sanè, si subditus puniretur in hoc casu, puniretur ob actionem, quæ solum esset peccatum ex Superioris iudicio, seu propter peccatum excogitato à iudice, non propter peccatum à Reo reuera omissum, quod est absurdum. Ita ille.

Verum his non obstantibus ego non recedo à sententia affirmatiua, quam olim docui, & contra me, ut dixi nominatim impugnat Pater Spinula; & idèd præter Vasquez, Villalobos. & Turrianum à me alibi citatos, tenet nostram sententiam sapientissimus Theologus Societis Iesu Ioannes Præpositus in *3. part. D. Thoma, quest. 1. de censuris in communi, dub. 9. num. 63.* vbi sic ait: Quando constat de potestate ferendi legem, censura debet seruari, nisi aperte constet legem esse nullam, vel in se, vel in ordine ad censuram, vel ita moraliter iudicetur esse nullam, ut pro eius iustitia vix appareant rationes probabiles; si enim vel probabiles appareant, iudicandum est pro Legislatore, qui est in possessione ferendi legem, qui in vtu huius potestatis potest sese conformare sententiæ probabili, non minus quàm priuati, & proinde eo casu subditi tenentur obedire; nisi enim ad id obligantur, grauis perturbatio sequeretur in Ecclesia. Ita ille, cui adde ex eadem Societate Valerium Reginaldum in *praxi tom. 1. lib. 9. cap. 8. num. 165.* qui optimè obseruat, quòd ex contraria sententia sequeretur in Ecclesia confusio, & perturbatio Ordinis Hierarchici.

Sed quia resolutio huius dubij, multum pendet ex illa difficultate, an obedire debeat subditus Superiori procedenti iuxta sententiam probabilem? Vide Texedam in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 2. controu. 4. num. 16.* Præpositum in *1. 2. D. Thoma, questio 19. art. 6. dub. 5. §. 1. num. 3.* & alios, quos citat, & sequitur doctissimus Ouiedo in *part. 2. tract. 5. controu. 3. punct. 5. per totum.* Et quidem si quando æqualiter dubitatur de iustitia, & iniustitia legis, nihilominus subditus cogitur obedire, ut docent Doctores, quos citat, & sequitur Suarez *lib. 5. de legib. cap. 18.* ergo à fortiori, quando iudicium est speculatiuum pro utraque parte, debet practicè præferri ius Superioris; est enim eadem ratio, vel maior, quia in presenti certò constat practicè de iustitia legis, ibi autem neutrum constat practicè, vel speculatiuè, sed præsumptiuè tantum. Et quidem contrarium asserere esset, ut ait Giuniparus de *iure Pontif. disp. 6. cap. 3. num. 46.* nimis larga licentia, & multam confusionem, & scandalum gereret in Republica Christiana, etiam respectu Legum Ciuiliū, & Sanctionum, ac Statutorum Principum sæcularium.

Nota verò, quod etiam si standum esset opinioni Patris Spinulæ, & aliorum negatiua, procederet quidem in foro conscientie, non autem in foro exteri, in quo excommunicatus est puniendus, & ut talis existimandus; vnde nouissimè doctus pater Bordonus in *Consiliis Regul. tom. 2. ref. 78. num. 198.* sic asseruit: Quando clarè constat sententiam fuisse nullam, & inuvalidam, in hoc casu

casu censuratus non tenetur timere, neque seruare sententiam, quia illa non ligat neque apud Deum, neque apud Ecclesiam, quæ neminem iniquè & contra iustitiam ligat, quæ vnique mandat seruari ius illæsum. Dixi clarè, quod contingit in omnibus illis casibus, in quibus Doctores communiter in nullitate sententiæ. Quod si in opinione sit casus, & vtrique sunt Doctores communiter, ita quod opinionem reddant probabiliorē, vel æquè probabilem ex parte iudicis, in foro Ecclesiæ sententiatus tenetur timere, & seruare censuram, quia tunc casus censetur dubius; in dubiis autem obediendum est iudici, & Prælato, ex vulgatis iuribus. In occulto autem, si pro se subditus habet probabilem opinionem, potest non seruare sententiam: quia sic prudenter agendo non peccat coram Deo. Ita ille; cui adde Rocafull *vbi sup.* citatum in fauorem negatiuæ sententiæ, qui *lib. 7. de lege Eccles. c. 5. num. 39.* ait: Quod si opinio probabilis excusaret subditum, id esset in foro conscientiæ, non tamen in foro exteriori tribueret inferiori potestatem, qua se eximeret ab obligatione legis probabili iudicio innixæ.

Sed ego puto nostram sententiam tenendam esse in vtroque foro.

Infirmus in articulo mortis, quoniam præcepto tenetur Viaticum sumere, & si illud non sumat, an peccet tantum venialiter?

RESOL. XLVI.

AD hoc dubium sic respondet ex Societate IESU P. Baunus in *Theolog. moral. tractat. 5. de Euchar. questio. 14.* vbi sic ait: Contendunt alij, sumptionem hanc non ad diuinam, sed Ecclesiasticam institutionem referendam esse, quibus ego calculum meum adiungo, hac maximè ratione inductus, quod quæ sunt iuris diuini, his priuari nemo possit, cum ad ea potestatem, Dei voluntate habeat. Sed apud multas gentes mos hic inualuit, vt vltimo supplicio afficiendis negetur Eucharistiæ perceptio, quas culpæ mortiferæ, ob eam rem affines omnes esse, nemo prudenter asserat: non est ergo diuino iure sub finem vitæ frequentanda Communio.

Confirmatur legibus Ecclesiæ, non admittuntur ad Cœlestem hunc cibum excommunicati, quamuis eorum valetudo sit desperata, nisi sit eidem persuasum illos resipuisse, vitamque Christiano dignam agere, quia Eucharistia cibus est viuientis animæ, ac Deo gratæ, qualis non est excommunicati, qui publico Ecclesiæ iudicio ob lethale flagitium est mortuus: non est ergo moribundis iure diuino præcepta Eucharistiæ perceptio, quia lege, ac statuto Ecclesiæ, diuinum non potest euerri, & tamen eius auctoritate tam præcisæ, de quorum pœnitentiæ certa non habet argumenta, quàm facinorosis, morituris cum infamia in publico foro, non est impartienda Eucharistia.

Obiiciens. Tunc maximè res est in præcepto, cum eius vsus est necessarius ad assequendum finem præcepti, sed si quando vniti oportet hominem Deo, maximè sub finem vitæ, quam in rem maximè Communio est utilis, & à Deo instituta: est ergo tunc vsurpanda. Confirmatur: quia hoc Ecclesiæ semper curæ fuit, ne quis decederet sine Viatico, quod est argumento, credidisse illam, cuique eo tempore, quo periclitatur, iure diuino sumentum esse.

Respondendum est argumento, negando vsum Sacramenti Eucharistici absolute esse necessarium ad vniōnem animæ cum Deo, quod tamen supponi videtur in maiore: hominis enim reconciliatio cum Deo, effectus est gratiæ, eiusdemque cum eo vnio per amorem,

Anthonini Diana Pars IX.

quæ duo assequi potest quilibet aliis mediis quàm Eucharistia.

Ad confirmationem dicendum, in id Ecclesiam incubuisse ab omni æuo, vt fideles refecti sacro pane è vita excederent, non quod ea opinione esset vt crederet ad hanc religionem teneri eos lege diuina, sed quod sciret, in eo Sacramento, magna ac verè præcipua salutis, gratiæque consequendæ præsidia esse. Quando ergo iniques si non in mortis periculo, lex diuina de suscipienda Eucharistia obligat. Non sæpius quàm semel in vita, inquit Maior: *Victoria in summa de Sacramento. questio 86. de Eucharistia.* Non credit eum peccare, qui semel Eucharistiam sumpsit in anno, si illam in mortis articulo omittat ex negligentia. Eodem inclinat Nauarrus *in consil. 16. de pœnitentiis, & remissionibus.* Mihi probatur eorum opinio qui dicunt, ea de re statui nihil posse ex scripturis cum de tempore, ac sedulitate frequentandæ Eucharistiæ, ne verbum quidem habeant, possintque hæc verba: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c.* intelligi dicta esse de Communione vnica. Hucusque Baunus.

Verum, vt Iesuitæ Dominicanum consociemus, audi, quid asserat Martinus Ledesma *in 4. som. 1. quest. 21. artic. 11. dub. 2. folio mihi 415.* Dubitatur, ait, an sit de præcepto, quod ægotantes sumant Eucharistiam? Ad hoc dicit Paludanus, quod si tales parum post Pascha morerentur, & fuerunt communicati in Paschate, non peccarent, licet non sumerent Eucharistiam. Aliter autem peccarent. Tamen Syluester dicit, quod nullum est peccatum, saltem mortale. Et ita est tenendum, quia non est aliquod præceptum in contrarium. Sed esset veniale peccatum ex negligentia illud dimittere.

Et est antiqua consuetudo in Ecclesia; quod detur Eucharistia ægotantibus: vt habetur *de pœnitent. & remissionib. cap. Quod in te.* Et Eusebius in Ecclesiastica historia refert de quodam ægrotō, qui clamabat, vt deferretur ei Eucharistia, & statim conualuit in cælum allata Eucharistia. Præterea quod quis ægotans ob negligentiam non sumeret Eucharistiam propter Ecclesiæ antiquam consuetudinem, grauius peccaret, venialiter tamen citra contemptum. Vnde stando in solo iure diuino, sufficeret solùm semel in vita communicare. Hæc Ledesma.

Sed quid tibi videtur amice Lector; adhærendum ne erit nobis his opinionibus? Apagè. Et idèd rectè Salmanticensis Ochagauia *de Sacramento. tract. 2. de Eucharistiæ effectibus, & usu q. 14. n. 4.* sic ait: Antiquitas fuit in Ecclesia, & nunc etiam est præceptum de sumentum Eucharistia in articulo mortis, quod nullus sine temeritate negare potest. Ita statutum est in Concilio Ancirano, *can. 22.* circa homicidas voluntarios, & in Concilio Niceno, *can. 13.* & idem statuitur circa publicos pœnitentes in Concilio Carthagenense I V. *can. 77.* Neque valet dicere, quod in Concilio Nicæno, & Ancirano, solùm fiat sermo de Sacerdotibus, & Episcopis, quibus imponitur hoc præceptum ministrandi; nam contrà est, quod si hoc Sacramentum non esset necessarium ex præcepto, populo, non ita strictè administratio præciperetur Sacerdotibus. Tum quia Concilium Nicænum Eucharistiam vocat Viaticum necessarium, quod si non esset impositum sub præcepto populo; non diceretur necessarium Viaticum, nam hæc necessitas non est, nisi respectu populi, cui dicitur Viaticum. Vnde merito contra suprascriptos Doctores inuehitur sapientissimus Granadus *in 3. part. controvers. 6. tractat. 10. dispus. 3. num. 8. & 9.* Vide etiam Cardinalem Lugo *de Sacramento. Eucharist. dispus. 16. sect. 2. num. 33.* Coninch *de Sacramento. quest. 80. ars. 11. dub. 3. num. 94.* Layman *lib. 5. tractat. 4. capis. 5. numer. 2. Palauum tom. 4.*

Dd 2

diffusæ

diffus. unica punct. 14. n. 4. Amicum in Curs. Theol. tom. 7. diffus. 29 sect. 2. num. 12. & communiter Doctores.

Dicendum est itaque contra sententiam, quæ est Alensis. 4. part. 9. 11. memb. 2. art. 4. §. 1. Bonaventuræ in 4. distinct. 12. part. 2. art. 2. quest. 1. S. Thomæ, dist. 9. 9. unica, art. 1. ad q. 2. & dist. 12. quest. 3. art. 2. ad 1. q. Argentinæ 9. 3. art. 4. Ferrariensis 4. contra Genes, cap. 61. Sylvestri verb. Eucharistia. 3. quest. 1. Gabrielis in Can. Missa lect. 87. in fine, Palatii in 4. d. 9. diff. 2. concl. 4. Dicendum est inquam contra sententiam supradictorum Doctorum, præceptum de sumenda Eucharistia esse diuinum: & ita docet D. Thomas Magister omnium in 2. part. quest. 80. art. 11. Manifestum inquit, est, quod homo tenetur hoc Sacramentum sumere non solum ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini. Et præter Doctores citatos idem docet Vasquez *diffus. 213. cap. 2. Suarez diffus. 69. sect. 1. Henriq. lib. 8. de Euch. c. 4. & alij penes ipsos, ita ut Valentia tom. 4. diff. 6. q. 8. punct. 4. dixerit nullum Catholicum hoc tempore oppositum docere. Probat, quia Eucharistia saltem in voto implicito est medium necessarium ad salutem: ergo diuino præcepto tenentur homines aliquando illam suscipere. Patet consequentia; quia cum ex ipsa Dei institutione teneatur homo prospicere salutem suam, tenetur consequenter ea efficere quæ Deus ipse instituit ut media ad salutem, si ea sint eiusmodi, quæ ab homine effici possunt. Sic enim diuino præcepto tenetur homo recipere Baptismum, elicere actum fidei, & similia, quia sunt media necessaria ad salutem, & ab ipso homine recipi, aut effici possunt: ergo cum Eucharistia sit instituta à Domino, ut medium ad salutem & illius usus, seu receptio sit opus, quod ab homine fieri potest, tenetur diuino præcepto ad illius usum.*

Nec obstat Eucharistiam solum esse medium in voto implicito: nam id solum conuincit posse hominem adipisci salutem æternam absque reali susceptione Eucharistia absque expresso illius desiderio; non tamen probat, nunquam teneri diuino præcepto ad illam accedere; potius enim oppositum planè colligitur: nam Eucharistia dicitur medium necessarium, quia nulli confertur iustificatio ex diuina institutione, nisi intuitu Eucharistia tanquam finis Sacramentorum, ad cuius susceptionem, statim & opportunis temporibus accessurus est: ergo ex ipsa diuina institutione oritur obligatio accedendi ad illam opportunis temporibus; alioqui frustra conferretur prima iustificatio intuitu Communionis.

Quandonam verò obligat hoc præceptum? Aliqui asserunt quoties magna aliqua necessitas urget ad consequendum finem, propter quem hoc Sacramentum est institutum, nempe ad roborandam vitam spiritualem contra graues tentationes. Quæ sententia probabilior est: difficultas tamen non modica est in assignanda huiusmodi necessitate. Durandus in 4. d. 9. q. 2. & Gabriel 9. 1. art. 2. post concl. 3. assignant articulum mortis, in quo vnusquisque fidelis tenetur se præmunire hoc necessario Viatico; de quo non est dubitandum, ut supra probauimus. Alij, præter hunc articulum, quoties necessitas urget superandi grauem aliquam tentationem. Alij, quoties fidelis putat, nonquam amplius huius Sacramenti opportunitatem se in hac vita habiturum: Suarez *diff. 69. sect. 3. concl. 3.* Tertio, quartovè quoque anno. Alij hanc obligationem vltra articulum mortis relinquunt prudenti iudicio Confessoris; nec posse aiunt, dari tempus quo quis certò obligetur ad hoc Sacramentum recipiendum, sed ad illud necessariam fuisse Ecclesiæ determinationem. Sed hac in re duo videntur mihi certa: vnum est, eum qui singulis annis ad Eucharistiam accederet, satisfactorum huic obligationi: quia Ecclesia ita sentit, cum hoc tempus præscripserit fidelibus, & nemo dubitet maiorem frequentiam non esse præceptam. Alterum quod notauit Victoria, & Valentia non displicuit, scilicet diuino præcepto teneri sumere Eucharistiam

eum, qui prudenter crederet, se iam vsque ad finem vitæ non habiturum vltimam opportunitatem accedendi ad hoc Sacramentum: etenim si tunc non accederet, differret postea Communionem per plures annos, & fortè per totam vitam, intra quam aliquoties communicare teneretur, ut dictum est: quare, ut quoquo modo potest, prospiciat spirituali salutem, tenebitur præuenire tempus, & præ assumere cælestem panem, quem postea accipere non licebit.

Nota tamen, quod licet Suarez *diffus. 69. sect. 5. Bonacina de Sacrament. diffus. 4. quest. 7. punct. 1. num. 8. & alij asserant, etiam seclusa aliqua Ecclesiæ determinatione, omittentem per tres, vel quatuor annos Communionem præcepto diuino reum esse, & illud constringere; tamen Palus tom. 4. diffus. unica, punct. 14. num. 9. & Vasquez *diffus. 214. cap. 3. n. 20.* cui ex parte consentit Egidius Coninch 9. 80. art. 11. dub. 3. in fine, aiunt seclusa determinatione Ecclesiæ nullius peccati reum esse qui toto vitæ tempore vsque ad mortis periculum omitteret Communionem. Nam præcepta affirmatiua determinatum tempus & cognitum habere debent, in quo executioni mandentur. At seclusa determinatione Ecclesiæ, nemini constat, nec constare potest, quod tempus Christus huius præcepti executioni signauerit præter mortis articulum. Ergo extra illud, nemo præcepto Diuino obligari potest. Et confirmo. Ponamus Christum Dominum instituisse hoc Sacramentum, præcepisseque in vita sumendum, quoties Ecclesia sua lege determinauerit. Sanè ex hac constitutione, & Decreto quod rationi maximè consentaneum est, inferitur manifestè, neminem obligatum esse ex Diuino præcepto Eucharistiam sumere, antequam Ecclesia tempus sumptionis determinauerit, quia obligatio diuini præcepti ab ea determinatione pendet & sub ea determinatione profertur.*

Sed hoc dictum esse volò in sententia horum Doctorum. Et ex illa sequeretur, quod præceptum diuinum de sumenda Eucharistia semel adimpleri possit, quod ex Neotericis docuit Ledesma *vbi supra*, & ante illum Palud. in 4. d. 9. q. 1. art. 1. & alij quos refert Suarez *diff. 69. sect. 3.* Sed huic sententiæ, & meritò non assentit Gradus *vbi supra*, quia cum Eucharistia instituta sit in cibum spiritualem, & ad enutriendam animi vitam, valde negligens iudicaretur propriæ salutis, qui in tantis huius vitæ periculis, tamque frequentibus semel tantum per 40. annorum spatium, v.g. se ipsum hoc cibo munit, & vires spirituales reficeret. Meritò igitur dicendum est, præter articulum mortis, præceptum diuinum de sumenda Eucharistia, obligare aliquoties in vita. Sed quantum temporis vnam, & alteram Communionem, sumptam per modum Viatici, in articulo mortis debeat intercedere, in sequenti Resolutione explanabimus.

An infirmus non ieiunus, qui sumpsit Viaticum, possit iterum illud sumere sequenti die?

R E S O L. XLVII.

Affirmatiuè respondet Castrus Palus tom. 4. tr. 21. *diff. unica, punct. 13. n. 14.* vbi sic asserit: Ego verò dicendum existimo, vel sentiendum esse cum Vasquez, vel affirmandum non solum post sex, vel octo dies te posse iterum Viaticum sumere, sed singulis diebus. Nam si constitutus in mortis periculo, ut præcitati Doctores affirmant, nulla est lex posita de præmittendo ieiunio Communioni; cum datum omnibus sit singulis diebus Eucharistiam accipere, poterunt illam accipere non ieiunati si ieiunium seruare non possunt. Necessitatem verò tanti Sacramenti singulis diebus habent morituri, ut quid ergo illo priuandi sunt? Poterunt ergo singulis diebus communicare, si aliter non possunt. Et ita sustinent Tabiena, &

& Armilla casu quo moriturus post semel acceptum Viaticum peccaret mortaliter, quod absit Henriq. lib. 8. c. 5. solum dicit non decere ob reuerentiam Sacramenti sic sapius communicare, tacite indicans solum esse minus conueniens, sed non illicitum, Emanuel Sa verb. Eucharistia, num. 5. & 34. edit. Rom. sine vlla limitatione, inquit posse sapius in eadem ægritudine infirmum, etiam non ieiunum, communicare, quoties expetere videtur. Layman existimat, si aliquis assuetus est frequenter communicare, vel sacrificare, & propter deuotionem, ac desiderium difficile abstinere, permitti posse, vt altero statim die iterum sanctam Eucharistiam è manu Sacerdotis accipiat non ieiunus, dummodo mortis periculum instare videatur. Hæc omnia Palaus. Hanc etiam sententiam tenet Hurtad. de sacr. Euchar. disp. 9. diff. 11. Baunius in Theol. mor. tom. 1. tract. 5. de Euchar. q. 22. dub. 3. Leandr. de Sacram. 2. tract. 7. disp. 5. q. 40. Escobar in Theol. mor. tract. 7. exam. 6. c. 5. n. 62. Bassæus in flor. Theol. mor. verb. Communio Sacram. n. 45. & de solitis frequentare Communionem, Quintanadueñas in Theol. mor. tom. 1. tr. 4. singul. 14. n. 5. Et ideo Magister Serra Dominicanus in 3. p. D. Th. q. 80. art. 8. hæc scripta reliquit. Si quæras (ait) an in eadem infirmitate possint infirmi non ieiuni post sumptum Viaticum communicare? Responderi solet communiter, posse, dummodo inter vnam & alteram Communionem mediet tempus sex, vel octo dierum. Non defuncti tamen qui dicant, si mortis periculum semper instat, posse etiam altero die post Viaticum sumptum, & deinceps quotidie communicare non ieiunum; quia in mortis periculo non solum permittitur non ieiuno Communio, vt possit implere præceptum accipiendi Viaticum, sed etiam quia moriturus valde indiget huius Sacramenti præsidio. Ita Serra. Et hanc sententiam probabilem esse putat Tamburin. in method. expedita Communionis, c. 5. § 11. n. 24.

Sed hæc opinio mihi non placet, nam directe est contra Rituale Romanum Pauli V. vbi habetur, quod si æger sumpto Viatico, dies aliquot vixerit, & communicare voluerit, eius pio desiderio Parochus non deerit. Itaque secundum Rituale, infirmus qui sumpsit Viaticum, potest iterum communicare, sed post aliquot dies: ergo non sequenti die, vt volunt citati Doctores. Nec obstat dicere cum Choquæzio in dissert. Theologica de Confessione per litteras, c. 7. n. 42. vbi sic ait. Ad confirmationem eodem modo dicitur, Manuale, seu Rituale illud, vt & alia, alicuius priuari Doctoris opera confectum esse, & illius auctoritatem non excedere. Neque consensus Pontificis, aut iussio vt conscriptum fuerit, & euulgatum, confert aliquod pondus rebus, quæ in eo prescribuntur; tum quia non præcessit serium, ac sufficiens Theologorum examen, tum, quia Pontifex non intendit communibus, ac receptis sententiis Scholarum vllò pacto præiudicare propter illius opinionem, cui Manualis, seu Ritualis editionem commisit. Ita ille. Sed miror virum doctum hæc scripsisse, nam loquitur contra expressa verba Pauli V. in Breui datum Romæ die 17. Iunii 1614. in quo Pontifex testatur dictum Rituale non fuisse compositum ab vno Theologo vt perperam vult Choquæzius, sed à Congregatione plurimorum Cardinalium specialiter ad id deputatorum cum consilio eruditorum virorum, & vult in dicto Breui vt omnes Episcopi, Archiepiscopi, &c. ab omnibus Parochis faciant dictum Rituale inuoluntate obseruari: vnde merito aduersus Choquæzium insurgit acriter Coninch in responsione ad Dissertationem de absolutione moribundi n. 62. Itaque opinio Palai, & aliorum non videtur admittenda, cum sit contra Rituale Romanum.

Sed si aliquis curiosus inquirat quot dies debeat superviuere infirmus, vt possit iam sumpto Viatico iterum communicare, vt vult Rituale. Respondeo, præter diem sumpti Viatici alteros duos dies. Opinio est in iure, & verbis Ritualis fundata: & ideo suppono id quod

habetur in Regula pluralis 40. de regul. iuris in 6. quod pluralis loquutio duorum numero est contenta, vbi Glossa figurat casus in cap. Is cui. §. 1. de prob. eo. lib. Papa dispensauit mecum vt possem obtinere plura beneficia, aliter non declarando: Quæritur quot beneficia potero obtinere virtute dispensationis? potero solum obtinere duo beneficia; quia cum dispensatio sit odiosa, est restringenda; & in odiosis sufficit quod verba possint verificari: & illa verba verificabuntur in duobus beneficiis; quia pluralis locutio, duorum numero est contenta. Item potest casus figurari per l. libertas §. post annos ff. de manum. test. Aliquis Titius veniens ad mortem suam condidit testamentum, & in testamento suo cuidam seruo legauit libertatem post annos: quæritur post quot annos seruus consequatur libertatem? Respondetur, post duos annos, quia verbum, annos, verificatur in duobus per rationem huius regulæ. Et Petrus Peckius id ex pluribus legibus, & exemplis confirmat, addens, quod plerique sunt in ea sententia, vt existiment hanc regulam habere locum, etiam si in plurali locutione sit hæc dictio, Omnia. Nam si dicatur omnia, verificabitur in duobus, idque admodum vtile est ad saluandos testes à contrarietate, aut diuersitate, si dicat vnus Titium à pluribus, vel omnibus esse vulneratum, & alter dicat à duobus ipsum vulneratum esse, nam cum dictio omnes, vel plures, verificetur in duobus, dicentur testes isti esse concordantes. Vide Zangium in l. si pluribus, n. 8. ff. de leg. 1.

Hoc supposito sic argumentor. Rituale Romanum asserit, infirmum sumpto viatico, posse denuo Eucharistiam sumere, si vixerit aliquos dies. Ergo assero ego, potest sumere post duos dies. Probo consequentiam: nam vt supra visum est, pluralis loquutio verificatur numero duorum. Et hæc nostra sententia respicit reuerentiam debitam Sacramento, quia non concedit Viaticum sequenti die, vt docent Palaus, & alij vbi supra, citati. Respicit etiam necessitatem, & vtilitatem infirmorum, quia non differt secundum Viaticum vsque ad sextum, vel octauum diem, vt vult Suarez, & alij. Ergo cum sit satis fundata in iure, videretur amplectenda, vt illam amplexi sunt viri doctissimi à me consulti. Et hanc opinionem practicandam censeo non solum cum assuetis communicare, sed etiam cum non assuetis; quia omnes illo tempore indigent auxilio tanti Sacramenti; vnde teneo absolute pro omnibus; quod si aliquis v. g. sumpsit Viaticum feria secunda, possit illud iterum sumere feria quinta; nam sic dicitur illud sumpsisse vt vult Rituale Romanum, post aliquos dies. Nota quod nostra sententia ita placuit cuidam viro docto, vt putauerit infirmum non ieiunum posse sumere secundum Viaticum post 48. horas, nam vnus dies constat ex 24. horis, & sic sumeret Viaticum post duos dies. Sed ego puto hos duos dies computandos esse à prima media nocte post diem sumpti Viatici.

Sed contra id quod firmatum est adduci potest Possuinus de Officio Curati, c. 8. quest. 22. vbi ait: Rituale Pauli V. docere infirmo Communionem dandam semel non ieiuno, quod si sapius detur, dandam semper ieiuno. Sed hoc gratis dicitur à Possuino; nam Rituale asserit, Viaticum breui morituris dandum non ieiunis: cum igitur loquatur absolute, & illimitate, non est limitandum, vt vult Possuinus ad primam vicem: immò cum in eodem Textu efficiatur mentio de secunda Communionem, quam post sumptum Viaticum vult facere infirmus adhuc existens in periculo mortis, absolute statuitur esse communicandum à Parocho; nulla adhibita limitatione de ieiunio. Sic enim asseritur; quod si æger sumpto Viatico dies aliquos vixerit, vel periculum mortis euaserit, & communicare voluerit, eius pio desiderio Parochus non deerit. Instabis, in dictis verbis esse communicandum à Parocho infirmum, qui periculum mortis euaserit, ac infirmum qui post sumptum

Viaticum, si aliquos dies vixerit, vellet communicare, sed in primo casu infirmus non potest communicare, nisi sit ieiunus; ergo idem dicendum erit & in secundo. Respondeo quòd dicta verba Ritualis applicanda sunt singula singulis, illa postea intelligendo prout de iure possunt & debent intelligi; verum de iure certum sit infirmum extra periculum mortis non esse communicandum nisi ieiunum, non potest nec debet hoc intelligi de infirmo existente in periculo mortis, qui post Viaticum vellet iterum communicare; nam in tali casu contra Vasquez & paucos alios communiter posse hoc facere non ieiunum asserunt Doctores, qui solum discrepant de tempore interponendo inter vnam, & aliam Communionem, & supra ego satis probabiliter firmaui sufficere duos dies. Ergo, &c.

*Quando quis virtute alicuius Monitorij teneatur
reuelare Scripturas.*

R E S O L. XLVIII.

Casus est frequentissimus, & illum prae manibus necesse est vt habeant Confessarij, & Responsores Casuum Conscientiae: idèd apponam hic verba Gregorij Sayri in *Clavi Regia, lib. 12. cap. 20. num. 30. & seqq.* vbi sic ait: Dubium est, quid dicendum sit quando excommunicatio fertur in omnes, qui talem scripturam, vel instrumentum habent, si intra certum tempus non exhibent, aut edant; & contra omnes qui sciunt talem scripturam, vel instrumentum esse penes Petrum, an qui sciderit teneatur sub poena excommunicationis reuelare? Notandum est, quòd instrumenta vel scripturae istae possunt esse in duplici differentia; vel enim sunt publica, vel propria rei, vel propria actoris, vel communia reo, & actori. Publica voco illa, quae continent acta causae in iudicio, scilicet confessiones, interrogationes, responsiones, & caeteras obligationes factas in iudicio. Instrumenta rei voco, quae pertinent ad ius ipsius rei, & numerantur in bonis ipsius, licet in illis aliqua dicuntur, quae faciunt pro iure actoris, & fauent illi. Instrumenta communia voco illa, quae tam pertinent ad ius rei, quam ad ius actoris, & tam in bonis actoris quam in bonis rei numerari possunt, nihilominus tamen reus est possessor earum. Instrumenta propria actoris illa voco, quae solum pertinent ad ius illius, & solum numerantur in bonis illius, iuxta quae sequentes propositiones subiungam.

Prima propositio: instrumenta publica reus prodere tenetur, & similiter testis ea reuelare. Ratio est, quia illa sunt publica, & ad publicum iudicium pertinentia, & consequenter ad iustitiam publicam administrandam exhibenda, & reuelanda sunt, vt ex *cap. G. perpetuum Vicarius, de fide instrumentorum*, constat.

Secunda propositio: Reus propria ipsius instrumenta prodere non tenetur, quamuis faciant pro iure actoris neque testis ea reuelare tenetur. Ratio est, quia non tenetur reus arma contra se praebere inimico, idemque de teste dicendum est. Etenim excommunicationes istae, quae feruntur, intelligendae semper sunt ferri contra eos, qui retinent scripturas alienas, & pertinentes ad iura, & bona actoris: tunc enim cum bona sint actoris, iniuste contra voluntatem eius detinentur, & cum debito restituendi. Cum autem testis sciat scripturas esse proprias ipsius rei, non tenetur eas reuelare.

Tertia propositio: Quando instrumenta sunt communia reo, & actori, non videtur obligatus reus ad prodendum illa si faciant pro iure alterius, & contra ius proprium rei. Ratio est, quia cum sint utriusque communia, & in bonis utriusque numerentur, & reus sit in possessione, si caetera sint paria, melior est conditio possidentis. Neque testis similiter ea reuelare tenetur;

quia verè tunc non occultantur scripturae, quae sunt actoris propriae, quia etiam sunt propriae rei, & reus est possessor earum.

Quarta propositio: Si reus scripturas illas actoris bona fide acceptas retinet, & in causa, & lite habet certo, & euidenter iustitiam, tunc non videtur obligatus ad prodendum illas si prodendo illas iustitiam in causa, & litem pendere timeat. Ratio est, quia nempe ad restitutionem cum tanto suo damno, & incommodo non obligatur: vnde si detrimentum sit magnum, quod passurus est eas prodendo, non censetur obligatus eas exhibere: sicut neque testis in tali casu eas reuelare tenetur, & non prodendo, aut non reuelando in hoc euentu excommunicationem non incurrunt. Hucusque Sayrus.

Sed circa hanc ultimam propositionem Sayri, in qua semper solent esse difficultates, cum agatur de scripturis alienis, clarius rem totam explanabo. Et idèd distinguendum esse puto; nam illa scriptura aliena, vel possidetur mala fide, quia fuit furata, & tunc possidens sub excommunicatione eam manifestare tenetur: nam pars habet integrum, & totale ius in hanc scripturam: ergo mandatum Praelati iustum est. Imò etiam ante praecceptum iudicis tenebatur ex iustitia; nam talis scriptura, etiam ante mandatum iudicis, est applicata alteri parti litiganti: ergo possidens tenetur ex iustitia reddere vero domino, tanquam retinens rem alienam, qui ante sententiam iudicis tenetur reddere vero domino. Ita Syluester *verb. Falsarius, q. 3.* Hinc sequitur, quòd si non manifestet scripturam, tenetur restituere damnum inde sequutum parti. Ita Syluester *ibidem.* Vel scriptura aliena possidetur bona fide, & tunc si ex illius manifestatione pateretur possidens graue detrimentum, tunc non tenetur illam virtute Monitorij manifestare; nam qui statum iuste acquisitum conseruat cum bonis partim iniuste acquisitis, non tenetur restituere bona, quae iniuste acquisiuit cum graui detrimento bonorum, quae iuste acquisiuit: ergo ille, qui iuste possidet scripturam, non tenetur eam manifestare cum graui detrimento, imò, ait Auila *vbi infra*, haec ratio, etiam tenet in casu, quòd per fraudem quis obtinuerit scripturam. Vide Doctores, quos citat, & sequitur doctus, & amicissimus Barbosa nouissimè meritoque ad Episcopatum assumptus, de potestate Episcopi *part. 3. alleg. 96. num. 50.* & Escobar *tratt. de Confessar. sollicit. par. 2. quest. 2. §. 3. num. 15.* quibus adde Henriquez *lib. 13. cap. 18. num. 2.*

Verum licet haec doctrina sit vera circa illam tamen multi naufragantur, nam limitanda venit, si creditor patitur ex occultatione scripturae tantum detrimentum, quantum pateretur debitor ex illius manifestatione; nam in tali casu debitor tenetur sub poena excommunicationis scripturam reuelare, nam in tali casu melior est conditio creditoris, qui est dominus illius scripturae: quod perpetud menti tenendum est; & ita asserit Auila *de Censur. part. 2. c. 5. disp. 4. dub. 1. concl. 1.* vbi sic ait: Quando scriptura est propria alterius partis, quae impetrauit excommunicationem, & non est possidentis, tenetur possidens sub excommunicatione eam manifestare. Hae conclusio vnam habet limitationem, nempe quando scriptura haecenus est possessa bona fide, & ex manifestatione patietur possidens graue detrimentum: tunc enim non tenetur manifestare, licet feratur excommunicatio. Hic tamen valde notandum est, quòd si ex occultatione talis scripturae dominus eius patietur tantum detrimentum, sicut possidens, tenebitur certè (meo iudicio) eam manifestare, quod quamuis patiatur damnum in pecuniis, tenebitur soluere, si credito ex dilacione patitur aequale detrimentum, quia in hoc casu melior est conditio creditoris. Ita verè, & doctè Auila; qui etiam subdit, quòd saltem quando per fraudem obtinuit scripturam, & non manifestat, vt euitet detrimentum in pecuniis, quando cessauerit hoc incommodum, tenebitur restituere

restituere domino scripturæ valorem illius spei, quam habebat vincendi in illa lite ad arbitrium boni viri, si ego manifestarem scripturam; nam quando debitor differt solutionem debiti, ne patiatur detrimentum in pecuniis propriis, tenetur postea refarcire creditori interesse, & damnum, quod patitur ex tali dilatione, vt tradit Caietanus 2.2. q. 62. art. 8. quod saltem est verum, quando debitum fuit iniuste contractum: ergo similiter in presenti.

Concludo igitur cum docto, & amicissimo P. Theophilo Raynaudo tract. de Monitoriis p. 1. c. 2. quest. 15. tunc tantum esse obligationem exhibendi, vel prodendi quacunq; scripturas, cum earum suppressio, aut retentio erit mortalis. Qualis non erit, cum magnum damnum mihi imminet, quod merito præferri debeat incommodo alterius, consecuturo suppressionem scripturæ à me factam. Ita ille, qui concordat cum Auila. Vnde non est audiendus Sotus in 4. sentent. dist. 22. quest. 1. art. 1. cas. 3. vbi asserit quod dum sub censura præcipitur, vt quicunque habuerit has, vel illas scripturas, quæ quoquo pacto ad aliorum ius attingunt, tunc proferendæ omnino sunt, nec sufficit, vt qui habet se excuset dicendo, quod inde vexationem timeret, nisi forsitan omni dubio procul manifestissimum sit taliter illas ad meum ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum attingant. Ita Sotus, cui adde ex Societate Baunium in Theol. mor. tom. 2. dist. 4. q. 10. assert. 3. sic aientem: Excipiendus est casus, in quo scriptura, quæ reddi præcipitur sub excommunicationis incurrendæ pœna, Aduersarij foret, non eius qui possidet, aut apud quem latet, quia cum creditoris, ac domini, conditio melior sit, quàm cuiusuis alterius, res est debita, etiam cum dantis detrimento reddi debet. Hæc ille. Sed Sotus, & Baunius temperandi sunt modo quo supra difficultatem explicauimus.

Notandum est tamen hîc cum Henrici vbi sup. lib. 13. cap. 18. n. 2. quod si absolute feratur, vt quicunque scripturas habeat de tali causa, manifestet: & tamen præcedit via inquisitionis absque præcedenti infamia, & semiplena probatione: non tenetur reus iure Canonico proferre in medium instrumenta contra seipsum, quamuis essent partim aliena: vt si instrumenta sint vtrique parti communia, nisi sibi noceat, & amittat verum ius suum.

Et tandem in hac materia cautè legendus est Panormitanus in c. 1. de probationib. vbi latè tractans hanc materiam dicit, quod possidens scripturas, non tenetur eas manifestare, si sit reus, & actor petit eas ad intentionem suam probandam. Respondeo primò, hanc doctrinam Panormitani intelligendam esse quoad forum exterius, imò dico, quod etiam in foro exteriori. Et ita docet Auila, vbi supra: nam ex communi praxi iudicum, quoad petitionem actoris, etiam ad intentionem eius fundandam, semper cogitur reus edere instrumenta, quæ consuetudo est valde consona rationi; nam qui retinet instrumenta, tantum minus habet iuris, quantum magis habet suus aduersarius mediante instrumento: ergo contra rationem vult agere, vel se defendere, ac si haberet integrum, & perfectum ius; si autem possidens instrumentum, non possit illud per se manifestare sine detrimento famæ, poterit dare occultè alicui Religioso, qui manifestet illud tacito nomine possidentis. Sed hæc doctrina limitanda est, nisi ex manifestatione talis scripturæ timeat sibi graue detrimentum in vita, vel fama, quod non possit evitari, vel etiam in bonis, quæ iuste possidet: tunc enim non tenetur manifestare. Probat: nam testis etiam iuridicè interrogatus non tenetur respondere, si ex testificatione timeat sibi aliquod graue malum. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras recognoscere Lazzarium de monis. sect. 3. quest. 1. per totam.

An Episcopus ex iusta causa possit imponere pensiones super beneficia pinguis suæ Diocesis.

R E S O L. X L I X.

Circa præsentem difficultatem, adesse aientem, & negantem sententiam, notauit Machadus de per. fact. confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 15. docum. 7. num. 2. Itaque negatiuam sententiam tenet Lessius lib. 2. capit. 34. dub. 38. num. 206. Pensionum Constitutionem per stylum Curie referuari Summo Pontifici; vnde Ordinarij non poterunt, nisi quatenus id eis privilegio, vel consuetudine est concessam: nam stylus Curie ius facit: quod maximè in pensionibus verum est, quarum ius vniuersum ferè constat consuetudine. Confirmatur, quia pensionum Constitutio est contra ius commune, quo statuitur vt beneficia sine imminutione conferantur, Decretal. lib. 3. tit. 12. Itaque continet in se dispensationem iuris: at Episcopus vt pote inferior non potest dispensare in iure, nisi quatenus id ei ipsum ius, vel consuetudo legitime præscripta, quæ instar iuris habeat, concedit. Idem confirmari potest Extrauag. Ambitiosa. de reb. Eccles. non alienand. Nam Constitutio pensionis non minus est alienatio quàm vel decennalis locatio, vel hypothecatio; quia est alienatio rei immobilis, nempe iuris Ecclesie competentis; pars enim iuris Ecclesie ad fructus alienatur: quod maximè locum habet in pensionibus perpetuis. Ius autem tale inter immobilia censeri constat. Idem ereditur de pensionibus vitalibus, quia non minus inter immobilia censeri debent, quàm redditus vitales, & usufructus. Adde has pensiones plerumque amexam habere aliorum bonorum obligationem, quæ etiam illi Extrauag. repugnat. Requirit autem ea consuetudo, vt legitime præscripta censeri debeat, secundum communiorem sententiam Doctorum, vel 40. annos cum titulo, vel tempus immemorabile sine titulo, quia ius commune, & iuris præscriptio ei obstat, iuxta c. 1. de prescriptionib. in 6. Ita Lessius, cui adde Lopez in instrum. tom. 1. cap. 203. Sotum de iust. lib. 9. quest. 7. art. 2. vnde Ledesma in summa tom. 2. tract. 12. conclus. 21. hæc asseruit: Solo el Pontifice entre todos los Prelados Ecclesiasticos tiene authoridad de poner pensiones sobre los beneficios Ecclesiasticos. Esta conclusion tienen todos los Theologos, y Iuristas. Prueuale de la comun costumbre de la Iglesia. De suerte que aunque estando en derecho Diuino, qualquier Obispo puede poner pensiones sobre los beneficios de su Obispado, que destruye: pero por derecho positivo esta facultad esta reservada al Sumo Pontifice, como consta por el vsu.] Ita ille. Idem asserit Palaus tom. 3. tract. ult. disput. 3. punct. 3. n. 3. Valentia tom. 3. dist. 6. quest. 16. punct. 3. Aragonius in 2.2. q. 100. art. 4. & alij.

Probat hanc opinionem Primò ex stylo Curie, de quo testatur præter Lessium, Cardinalis Toletus in Summa lib. 5. capit. 83. num. 1. Secundò ex quodam Decreto Pauli I V. quod asserit Granatius ad simoniam de Reservationib. quest. 62. num. 6. & 7. & Mandosius de signat. tit. de Pensionib. vers. Hodie tamen, & in tit. de Confirmat. vers. Pensionis ab Ordinario. Tertio ex Bulla Pij V. quam adducit Parisius de Confidens. quest. 28. n. 120. & 121. quia verba Pontificis prohibitiua vniuersalia sunt, respectu omnis Collatoris, ac proinde complectuntur etiam Episcopus, vt constat ex secundo casu, quem damnat, & punit, & his verbis declarat habendum pro confidentialis: quoties, inquit Collator, aut cedens iusserit, vel significauerit ei, cui contulit beneficium, vt soluat pensionem sibi, vel aliis, seu illi vel illis, quem, vel quos, idem Collator, aut cedens, vel alius pro se, scripto, aut verbo iusserit, &c. Ex his enim verbis videtur manifestè omni Collatori, ac proinde etiam Episcopo

sublata facultas pensiones quascumque imponendi. Nam omnis pensio reservatur à Collatore sibi, vel aliis, sed Pontifex decidit, quoties Collato pensionem sibi vel aliis in collatione reservat, habendum pro simonia-co confidentiali. Ergo cum hanc damnet, prohibeat, & puniat, prohibet quoque talem reservationem, vt impositionem pensionis. Imò Rebuffus de *Pacificis possess. num. 105.* notat etiam ante Pium V. per non usum, & dissuetudinem, facultatem Episcopis concessam, pensiones in aliquibus casibus imponendi cessasse, & ab aula recessisse.

His tamen non obstantibus, affirmatiuam sententiam in fauorem Episcoporum post dicta decreta, & Constitutiones tenent plures Neoterici, & præcipuè inter alios Garcias de *Beneficiis, tom. 1. cap. 5. §. 2. num. 295.* Gonzalez in *Regul. Cancell. Gloss. §. 5. a num. 27.* Barbosa de *iure Eccles. lib. 2. cap. 11. numer. 56.* qui addit, quod potest esse causa, vt Episcopus imponat pensionem super beneficium amore, quo ille suum ex fratre nepotem prosequitur. Vide etiam Gratianum in *disceptat. forens. tom. 4. cap. 617. num. 5.* vbi sic ait: Quamuis regulariter ordinarius non possit reservare pensiones, cum illæ non reserventur, nisi auctoritate Papæ; *Rot. decision. 437. num. 2. part. 1. in recentior.* Tamen hoc intelligitur sine iusta causa, nam illa existente partim ei permittitur reservatio; videlicet pro bono pacis, vel pro studio alicuius scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro vsu pio, pro renunciantibus ex causa renuntiationis loco alimentorum in quantitate moderata, & non ex pactioe partium, & præcedentibus similibus legitimis, & rationabilibus causis. Ita ille, qui postea *num. 9.* obseruat quòd talis pensio reservetur per viam quantitatis pecuniæ, bladi, vel vini, non autem per viam quotæ, videlicet quod detur tertia, vel quarta pars reddituum, quia hoc esset diuidere beneficium, quod de iure prohibetur. *cap. Maioribus, de præbend. cap. de Casero, de Transaction.* Et in *n. 13.* etiam obseruat, quod in casu quo Episcopus potest reservare pensionem, istud intelligeretur, vt reservatio solum fiat vsque ad vitam onerati, ita vt tantum teneatur ad talem pensionem primus oneratus, non autem successor in illo beneficio. Non enim Ordinarius, vel alius inferior posset imponere huiusmodi pensiones perpetuas, & ad successores transmissibiles, & alios, pro vt facit summus Pontifex, nec fructus beneficiorum diuidere, nisi pro bono pacis ex causa concordie, & ad lites tollendas tales pensiones reservaret; quia tunc habet facultatem illas imponendi perpetuo duraturas, & ad successores transitorias, prout Papa solet reservare. Et tandem *num. 18.* firmat, quòd non sufficeret assertio Episcopi dicentis causam interuenisse in similibus pensionibus per eum reservatis, ideo aliunde debet constare de causa.

Nec desunt etiam præter Canonistas, Theologi, qui partem Episcoporum tuentur, & præcipuè inter alios Filliucius, *tom. 3. tract. 42. cap. 2. quest. 3. num. 3.* Azorius, *tom. 2. lib. 8. cap. 6. quest. 1.* Vvigers de *Iust. tract. 7. cap. 4. dub. 15. num. 89.* Malderus de *Iust. tract. 9. cap. 3. dub. 12.* Suarez de *Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 24. num. 27.* & alij. Ad argumenta verò contraria respondetur, quòd iura statuunt, ne beneficia conferantur cum diminutione: atqui Episcopi non sunt supra Canones, sicuti Pontifex; ergo non possunt reservare Pensiones, quia sic viderentur conferre beneficium cum diminutione. Respondetur: Flaminius de *Resignationib. beneficior. quest. 2. numer. 3.* dicit Canones illos hoc tantum prohibere velle, ne Collatores sibi aliquid applicent, aut reservent ex ipsis beneficiorum prouentibus. Vel cum aliis responderi potest, Canones tantum statuere legem ordinario Collatori, vt tali, qua huic non liceat

in permutationibus, aut resignationibus diminutionem aliquam facere, siue pensionem pro altero reservare, non autem ibi aliquid statui contra ordinariam potestatem Episcopi, vt talis. Ad stylum Curie de quo testatur Tolerus, & alij; Garcias *vbi supra, n. 310.* negat adesse. Ad Decretum Pauli I V. idem Garcias *n. 301.* dicit factum fuisse pro Dataria, scilicet ne Ministri, seu Officiales Papæ absque ipsius licentia pensionem imponant. Ad Bullam Pij Quinti, Filliucius *vbi sup. n. 5.* existimat, nullam facultatem Episcopis abrogatam, qua prius vti licite possent; sed tantummodo punitam impositionem pensionis ab ipsis factam sine causa, & hoc non in omni casu, sed in collatione beneficii. Ex quo inferitur primò, posse Episcopos extra casum collationis imponere pensiones ob illas omnes causas, quas recensuimus; illas enim Pij Constitutio non attingit. Secundò inferitur in collatione præsumptionem confidentiæ tantum adesse, cum pensio imponitur primò sine causa vlla probabili; secundò reservatur in fauorem personæ declarandæ; tertio, cum collatio fit de beneficio vacante ob cessionem per resignationem. Ita Filliucius,

Ad id, quòd dicunt Rebuffus, & alij, Episcopos amississe facultatem imponendi pensiones ex non vsu, respondet Garcia *n. 309.* quòd per non usum non tollitur facultas aliquid faciendi.

Et tandem ad confirmationem supradictorum adducitur Decisio Sacræ Rotæ Milleuitana Canonicatus 6. Martij 1595. coram Millino, dicens, quòd pensio imposita per Episcopum ad fauorem certæ personæ, etiam de consensu prouisi, etiam coram Notario, præstito in forma, non facit prouisionem simoniacam, licet sit nulla ipsa pensio, si non constet de causa; si autem pensio fuisset imposita per Episcopum personæ sibi bene visæ, & postea declarandæ, esset simoniaca, & confidentiaria ex Bulla Pij V. quo casu solum est intelligenda. Ex qua Decisione Rotæ apparet, posse Episcopos imponere ex iusta causa pensiones; & quòd id fuerit eis prohibitum ex Bulla Pij V. quam contra illos afferebat Parisius; vnde hic non deseram apponere verba D. Thomæ in *2. 2. q. 100. art. 4. ad quartum.* sic asserentis: Si Episcopus, antequam beneficium alicui conferat, ob aliquam causam ordinaverit aliquid subtrahendum de fructibus beneficii conferendi, & in pios vsus expendendum non est illicitum. Ita Sanctus Doctor. Et idem, stantibus supradictis, ait Layman *lib. 4. tract. 2. cap. 18. num. 2.* Negari non potest in casibus specialibus, ac necessariis, v.g. propter paupertatem, senium resignantis, ob lites compositionem, aut ad coequandos fructus in permutatione beneficiorum, adhuc hodie Episcopo competere, vt pensionem beneficio imponat; quamuis non in perpetuum, neque cum facultate transferendi ad alterum, sed solum ad vitam pensionarij, id est, eius cui pensio designatur, sicuti habetur in *cap. Nisi essent. de præbendis.* Ita pari ratione statuere potest Episcopus cum Capitulo ob causam necessitatis, vel magnæ utilitatis, vt pars aliqua reddituum beneficii ad certum usum pium, v.g. Ecclesiæ fabricam, Religiosorum sustentationem; item ad debitorum nomine Ecclesiæ contractuum solutionem applicet. Hæc Layman.

Nota tamen, vt dictum est, vt Episcopus validè pensiones imponat, debet semper interuenire iusta causa, id est legitima, qualem scilicet leges præscribunt. Ex quo inferitur primò, pensionem collatam ab Episcopo nulla causa expressa, nullam & inuvalidam esse; vt ex pluribus Decisionibus probat Garzia *part. 1. cap. 5.* Secundò, posse eam argui confidentiæ simoniacæ, vt constat ex iis, quæ tradit Flaminius *quest. 28. de Confid.* & post illum Garcias *part. 1. cap. 5. §. 2.* Tertio causam expressam, sed non-qualem leges permittunt, vitare etiam impositionem pensionis ab Episcopo, cui tantum iura concedunt hanc facultatem in certis casibus, & propter causas

causas expressas, vt bene Nauarrus *consil. 4. de simonia*, & Fillincius *ubi supra, n. 8.*

Verum, si stylus Curia, hodie absolute, & sine vlla distinctione, pensiones omnes referuat soli Pontifici, vt vult Toletus, Lessius, Binsfeldius, & alij, priuatiue, quoad Episcopos, videant ab ipsis omnino seruandis, quia stylus. Curia facit ius, & in his materiis Romana praxis est regula: vnde caute procedant Episcopi; nam praeter iurisdictioni usurpatam, beneficiatus tentabit litem contra pensionarium, de nullitate pensionis impositae ab Episcopo potestatem non habente.

An qui vespere ingreditur annum assignatum pro aliquo Ordine suscipiendo, possit mane praecedenti illum sumere?

R E S O L. L.

Sententiam affirmatiuam, quam docuit Primarius Professor S. Theol. in Acad. Salmantina Petrus de Ledesma Dominicanus, ego olim probabilem esse dixi, Sed nouissime Pater Pasqualigus, qui caute vt omnes alij debere aliorum opiniones censurare, nominatim contra me putat in *99. Can. cent. 2. quast. 122. num. 5.* hanc sententiam omni probabilitate carere. Verum, me citato, probabilem esse putat Trullench *de Sacrament. lib. 6. cap. unico, dub. 10. num. 4.* Et ita hanc sententiam, praeter Doctores adductos, tenet me citato Marchinus *de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 5. capit. 2. num. 7.* & etiam me citato Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 6. dist. 6. quast. 8.* quia in casu de quo loquimur, vespera dici trahitur ad mane, cum ex utroque, vna dies fiat, vnde morali continuatione, qui sic ordinatur, dicitur ordinari in anno vigesimo secundo, tertio, aut quinto constitutus. Videat modò Pater Pasqualigus, si sententiam tantorum virorum nota improbabilis, quare illam adduxit in *Praxi de Ieiunio decis. 443. num. 13.* ad confirmandam quandam opinionem quam ibi docet? quasi robur mea sententia, suae sententiae adiceret; ergo tunc illam probabilem existimauit; non debebat igitur postea improbabilem vocare; verum ipse sciat Leandrum asserere, qui hanc sententiam improbabilem esse asseruerit, improbabiter loqui. Imò ipse putat hanc sententiam debere dici probabiliorē: sed ego, vt verum fatear, puto contra Pasqualigum esse tantum probabilem; at contrariam existimo probabiliorē.

Nota etiam hic obiter, dictum Patrem Leandrum docere *q. 7.* ad recipiendum v. g. Subdiaconatum sufficere viginti duo anni inchoati, non per vnum integrum diem, vt vult Cononch, & alij, nec per vnam horam, vt ego volui cum Pontio; sed sufficere si sint inchoati per vnum vel dimidium quadrantem horae; quia ait Leandrus, qui per dimidium quadrantem horae, viginti duos tres, aut quinque annos attingit, verè constitutus est in anno 22. 23. & 25. à Tridentino praescripto. Ergo, &c.

Et tandem non deseram hic adnotare Michaelē Zanardum Dominicanum in *Direct. Theolog. part. 1. de Sacram. matrim. cap. 40. §. 14.* docere Episcopos posse dispensare si deficiant ordinando duo, vel tres dies ad aetatem debitam ad suscipiendos Ordines, quia moraliter parua distantia, pro non distantia habetur, quia quod parum distat, nil distare videtur. Ita Zanardus,

sed tu cogita, licet supradicta opinio Zanardi satis confirmet probabilitatem nostrae sententiae, contra Pasqualigum

An actus doloris, si per multum temporis precedat, sufficiat ad eius validitatem?

R E S O L. L I.

AD hoc dubium respondet Tamburinus, *Opusc. 1. lib. 1. c. 2. §. 4. u. 5.* vbi sic ait: Quoniam verò communiter solet praecedere confessionem; quanto tempore praecedere potest? Dico quantum mortaliter potest censeferi vnum actum imperari ab alio, & facere vnum mortaliter cum illo. Haec est doctrina Theologorum communis: sed quò ad Praxim difficultas est, quantum sit illud tempus quo id moraliter censeatur in re nostra? Respondeo qui mane dolet & actu non reuocato, post tres vel quatuor horas confitetur sine nouo doloris actu, non est dubium quòd benè satisfaciatur. Rursus, si quis vesperi examinans conscientiam, elicit actum doloris proponens sequenti die confiteri, abundè est. Idem puto si non solum praecedenti vesperi, sed etiam praecedenti die id fecerit, actu semper vt dixi, non reuocato. Longiorem temporis extensionem nondum inueni quò ad Theologos. Si quis inueniat, vel longiorem satis esse autumet, hic oro, subscribar. Ita ille.

Sed ego Theologum inueni, qui magis loquitur; & is est Pater Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. dist. 7. q. 6.* in qua contra me ipsum, Granadum, & alios docet, sufficere ad validam efficiendam Confessionem, quantumuis per multum temporis spatium praecedat dolor absolutioem, dummodò postquam semel habitus est, nec expressè, nec implicite retractetur. Et citat Hurtadum *de Sacram. in genere, diff. 11. in fine,* & Candidum *disquis. 24. art. 6. num. 2.*

Nota hic etiam, dictum Leandrum, *ubi supra, quast. 5.* docere, quòd quando quis vnus, aut alterius peccati, statim post absolutioem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget nouo actu doloris; quia in virtute prioris doloris adhuc virtualiter manentis, potest ab illo peccato absolui: nam dolor prior, vt in virtute extensus ad peccata oblita, petinde valet ac si esset nouus dolor de solis peccatis oblitis. Et citat pro hac sententia Lugum; & Henriquez.

Idem *quast. 4.* docet etiam, me citato, & Cardinali Lugo; quòd quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directe fuerat absolutus, non tenetur habere nouum dolorem eorundem peccatorum; quia repetita Confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor praecedentis Confessionis, perseverantis adhuc moraliter, & virtualiter.

Nota etiam hic contra Vasquez, & Hurtadum, attritionem ob metum poenae purgatorij, sufficere ad valorem Sacramenti; quia terrore dictae poenae optime potest dolere homo, non solum de venialibus, sed etiam de mortalibus, quae post iustificationem, poena Purgatorij puniuntur. Et idem dicendum videtur de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius damni temporalis, quò Deus solet punire peccata in hac vita. Haec Leandrus, *ubi supra quast. 13.* ex Cardinali Lugo, & aliis. Qui etiam, *quast. 14.* inquit, an attritio ob infamiam, aut mortem, quam Iudex infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit sufficiens ad effectum poenitentiae suscipiendum? Et respondet esse sufficientem, casu quo illa attritio, vel dolor ob infamiam, vel ob aliud malum temporale sit cum aliquo respectu ad Deum, id est, sit dolor de peccato, quia Deus immisit, vel immittet illam infamiam, mortem, aut aliud malum: secus verò si sit dolor ob infamiam, aut metum, &c. Ita Ochagauia, Hurtadus, Cononch, Lugo penes ipsum, quos ego etiam olim adduxeram.

An

An qui habuit Penitentiam ieiunandi v. g. singulis sextis feriis, si non possit eo die ieiunare, teneatur altero die ad ieiunandum.

R E S O L. LII.

Affirmatiuè respondet Amicus in *Cursu Theolog.* s. 8. disp. 16. sect. 5. dub. 10. n. 93. vbi sic ait: Tripliciter potest penitentia à Confessario iniungi. Primò, vt certo die adimplenda: vt ieiunium pridie Natiuitatis B. Virginis; Rosarium in Sabbato orandum. Et hoc modo omittam penitentiam assignato die non tenetur penitens illam alio die adimplere; sed tantùm de omissione dolere, eamque suo tempore confiteri. Ratio est; quia talis penitentia est addicta certo tempori, quo elapso, non amplius obligat: sicut Officium Diuinum, aut Sacrum in festo omittum, vel votum ieiunandi, aut recitandi Psalmos determinato die, in honorem alicuius Sancti, non tenemur alio die ea perficere; quia sunt opera ex intentione Ecclesie, vel Confessarij, aut vouentis addicta ad certum diem, quo elapso non amplius obligant; quia ultra illum non se extendit intentio imponentis, aut vouentis. Secundò: iniungi potest penitentia à Confessario ad nullum certum diem addicta: & tunc certum est, quolibet die eam à penitente impleri posse. Tertiò: imponi potest certis quibusque diebus in hebdomada, aut mense exequenda, vt ieiunium singulis diebus Veneris intra mensem, vel annum seruandum. Et tunc quando penitens vna hebdomada, aut mense penitentiam non adimplet, tenetur alia hebdomada, aut mense adimplere. Ratio; quia tunc Penitentia non imponitur, vt addicta ad certum diem; sed pro commoditate penitentis diuiditur in hebdomadas, vel menses, vt facilius adimpleri possit. Ex his inferatur, si Confessarius imponat ieiunium penitenti singulis diebus Veneris per annum seruandum, & festum Natiuitatis Domini incidat in diem Veneris, non teneri penitentem illo die ieiunare; sed posse ieiunium transferre in alium diem. Hucusque Amicus.

Sed nouissimè nominatim contra me negatiuè sententiæ adhæret Pater Leandrus de *Sacrament. to. 1. tract. 5. disputat. 9. quest. 78.* quia existimat, quòd communiter confessarij respiciant tempus, ac præfigant diem, & fortè in memoriam Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris. Ergo elapso die, non tenebitur penitens, cum sit onus eius in alio ieiunare. Sed ego non recedo à sententia quam docui.

Nec deseram hîc apponere verba Castri Palai *tom. 4. tract. 23. disp. unica, punct. 21. §. 4. num. 13.* vbi sic ait: Si tempus designatum à confessario, sit v. g. vt proximo die Veneris, vel vigiliæ B. Virginis ieiunes, confitearis, aliudvè opus præstes; non est dubium, te obligatum esse eo die exequi. At, si ob malitiam, vel impotentiam eo die penitentiam omittas, alicui videri poterit te excusatum esse; quia illius diei designatio in specialè Beatæ Virginis, vel Passionis Christi Domini honorem facta est; quem honorem non respicit ieiunium alio die assumptum, ac proinde cessat materia præcepti penitentiae sicuti cessaret, si obligatio esset ex voto, & alio quouis præcepto. Sic sentire videtur Fagundez de *secund. Eccles. præcept. lib. 9. cap. 4. n. 5.* & Fauet Henriquez *lib. 5. Summ. cap. 22. in fine.* Sed omninò dicendum est, per se non cessare obligationem ieiunij, & communionis: nam esto hæc opera eo die tibi præcipiantur exequi in honorem B. Virginis, Christi Passionis: non tamen hic finis est vltimus, sicuti est in voto, alioque Ecclesiastico præcepto; sed est finis medius, & relatus ad finem satisfaciendi pro peccatis commissis, & præcauendi futura. Vnde esto cesset illius finis medij consecutio, cum nõ cesset hic finis vltimus, & præcipuus, non cessat præce-

ptum. Quod si vrgeas: cessat materia præcepti: si qui dem cessat fieri ieiunium in Christi, vel B. V. honorem quæ fuit materia præcepta. Respondeo cessare ex parte sed non ex toto cessare: cessare, inquam, quoad accessorium, sed non quoad principale. Etenim in prædicto præcepto duo continentur: primum, & principale ieiunium: secundum minus principale, & accessorium, vt eo die in honorem Virginis ieiunes: vtumque satisfactio nem præteritorum, & futurorum medelam respicit: ac cessante secundo primum consistere potest, cum suum finem specialiter spectet. Non igitur ex designatione temporis finitur penitentiae obligatio. Ita Palaua ex Suarez, Coninch, & aliis. Qui tamen ab hac doctrina excipiunt penitentiam, quam confessarius ita temporali alligat, vt eo transacto, obligationem cessare velit. Reputant autem hanc voluntatem habere, quoties penitentia per longum tempus, statis temporibus, distribuatur, quæ si in vnum coniungeretur, intolerabilis esset: v. g. si debeas ex penitentia iniuncta singulis hebdomadis, imò & singulis mensibus ieiunare, vel communicare, & longo tempore ieiunia, vel confessiones omiseris; censent, te non esse obligatum compensare; quia intentio confessarij hanc penitentiam imponentis, fuit finite simul cum tempore obligationem, ne si, simul cum subsequente persisteret, penitens nimium grauaretur.

An penitens possit commutare propria auctoritate penitentiam in melius?

R E S O L. LIII.

Negatiuè contra me nominatim respondet Tamburinus, *Opusc. 1. de Confess. lib. 4. cap. 3. §. 1. num. 15.* quia, ait ipse, nemo potest commutare præceptum Superioris, etiam in melius: v. g. non potest fidelis commutare auditionem Missæ die festiuo in opus quodlibet illa auditione excellentius, quia non est superior: tum quia in casu nostro illud opus, quod à confessario imponitur, eleuatur virtute clauium, ad hoc vt sit opus Sacramenti, non verò illud à te susceptum. Dices: At est sententia probabilis, quòd quilibet possit sibi commutare votum in opus æquale, vel saltem in melius. Respondeo: In voto ipse vouens est loco Superioris sibi legem voti imponens: & opus ex voto non debet eleuari virtute Clauium, quæ aliter se habent in casu penitentiae, vt dictum est.

Sed his non obstantibus, me citato, affirmatiuam sententiam mordicus docet Pater Leandrus *tom. 1. tract. 5. disp. 9. quest. 102.* non tantùm ex ratione de commutando voto in melius, sed quia ex Nuño, & aliis quando penitens obliuiscitur penitentiae iniunctæ, & non possit adire primum confessarium, potest adimplere penitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessa, & satisfactionem quæ communiter solet adiungi pro similibus peccatis. Ergo penitens potest commutare illam. Vnde hæc sententia habet viget adhuc quatuor validissimos Patronos, Villalobos, Porcel, Celestinum, & Leandrum, est itaque probabilis, licet ego priorem negatiuam, probabiliorem existimem, quam tueretur Cardinalis Lugo de *Pœnit. disp. 25. sect. 6. num. 96.* & alij.

Sed ex his querit Leandrus, *vbi supra quest. 73.* an penitens satisfaciat, Psalmis, Coronæ, aut aliis Precibus penitentia iniuncta debitis, si sola mente recitet? Et affirmatiuè respondet, casu quo certò constaret expedientiùs esse spirituali eius saluti orare mente quam voce quia potest penitens commutare eas preces penitentia debitas, in orationem illarum mentalem: nam, vt ipse tenet, penitens propria auctoritate penitentiam sibi iniunctam, in æquale, aut in melius commutare potest.

Sed Doctores, qui negant pœnitentiam non posse commutari in melius à pœnitente, circa casum propositum negatiuè contra Leandrum respondebunt. Et idèd Amicus in *Cur. Theolog. tom. 8. disp. 16. sect. 5. dub. 1. num. 57.* sic ait: Ex dictis infertur, pœnitentem suæ obligationi non satisfacere, si Rosarium, quod in pœnitentiam à confessario accepit, non vocaliter, sed mentaliter tantùm recitaret. Ratio; quia Confessarius, nisi aliud exprimat, semper tenetur pœnitentias iniungere iuxta modum ordinarium, quo solent communiter ab aliis exerceri: cumque cõmuniter Rosarium soleat vocaliter recitari, non satisfacit pœnitens, si illud tantùm mentaliter dicat. Sicut nec latisfacit, qui habens pro pœnitentia iniunctum ieiunium, illud nocte frãgit, etiamsi die seruet, contra Suarez *disp. 38. sect. 8. initio.* Ratio est, quia ieiunium censetur à Confessario pœnitenti iniungi iuxta morem, quo illud communiter seruatur in Ecclesia. Hæc Amicus, cuius sententiæ ego adhæreo.

An Confessarius possit minuere pœnitentiam pro magnis peccatis, si post eorum absolutionem addat Clausulam: quicquid boni feceris, aut mali sustinueris, &c.

RESOL. LIV.

Negatiuè nominatim contra me respondet eminentissimus Lugo, cui adde Tannerum in *3. par. tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 1. n. 10.* Coninch de *Sacram. disp. 10. dub. 8. n. 64.* Castrum Palaum *tom. 4. tract. 23. disput. unica, punct. 21. §. 3. n. 13.* & alios, negantes ea verba communia: quidquid boni feceris, &c. efficacia esse, vt omnia opera bona, postmodum facta ex opere operato, remittant pœnas pro peccatis debitas. Nam ex vi illorum verborum non designantur opera in satisfactionem ex opere operato, sed oratur Deus, vt taliter fiant. vt in satisfactionem peccatorum deseruiant. Tum quia in communi designantur; quæ designatio obligationi apta non est. Si enim peccatum in communi non licet pro materia huius Sacramenti constituere, nisi in casu raro, & extraordinario; neque etiam satisfactionem in communi licebit. Tum quia æquè designantur omnia opera à pœnitente efficienda, vt in augmentum gratiæ, præmium vitæ æternæ deseruiant, aut designantur in peccatorum remissionem. Sed ea opera à Confessario iniuncta, vim non habent augendi gratiam ex opere operato, vt etiã Contrarij fatentur: ergo neque vim habere debent remittendi peccata ex opere operato. Adde, absque fundamento ea verba restringi ad satisfactionem pro peccatis in ea Confessione declaratis: nam opus in satisfactionem à Confessario iniunctum, non solùm pro peccatis illius Confessionis, sed pro quibuscumque peccatis satisfactorium est. Ergo idem est dicendum, si omnia opera in communi possint in satisfactionem iniungi.

Hæc opinio est satis probabilis; sed etiam probabilem existimo affirmatiuam sententiam quam docui, & nouissimè me citato tenet Leandrus *tom. 1. tract. 5. disp. 9. quest. 109.* quia quamuis per huiusmodi clausulam non alliget Confessor pœnitentem ad bona opera, saltem in particulari peragenda, efficit tamen vt quæcumque peregerit, ei in pœnitentiam Sacramentalem cedant. Nam vt benè obseruat Amicus in *Cur. Theolog. tom. 8. disput. 16. sect. 5. dub. 6. n. 85.* vi illorum verborum: quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem pœnæ, & præmium vitæ æternæ: omnia bona, quæ pœnitens est factururus, & mala, quæ patienter est passurus, operari ex opere operato ipsi pœnitenti: nam per hæc verba, tam bona à pœnitente facta, quam mala ab eodem sustinenter passa, virtute

clauium eleuantur ad operandum ex meritis Christi, vltra id, quod operarentur, ex sola sua intrinseca honestate. Dicendum est itaque quòd supradicta verba per se nullum effectum Sacramentalem operantur, sed solùm ex intentione absoluentis in partem pœnitentiæ iniungunt omnia opera bona, quæ factururus est, & mala quæ patienter toleraturus est pœnitens. Vnde non ipsa verba, sed opera iniuncta per hæc verba operantur effectum, quem operatur pœnitentia ipsa, quæ à Confessore iniungitur; quia cum Confessarius virtute clauium potestatem habeat eleuandi omnia opera bona pœnitentis, vt illa ex meritis Christi operentur vltra proprium valorem, his verbis, hac intentione prolatis, omnia opera bona pœnitentis eleuat ad operandum effectum vltra valorem proprium, ex opere operato meritorum Christi. Confirmatur, quia potest Confessarius in pœnitentiam iniungere confesso omnia bona opera; quæ factururus est: ergo etiamsi hoc explicitè illi non dicat, modò intentionem habeat ea in pœnitentiam iniungendi, manebunt omnia in pœnitentiam iniuncta, non secus ac si explicitè illa in pœnitentiam iniunxisset, cum non sit necessaria notitia, & expressa acceptatio pœnitentis, sed sufficiat sola intentio ministri, vt illa operentur tanquam pars Sacramenti virtute meritorum Christi, vt constat in casu, quo quis post Sacramentalem Confessionem suorum peccatorum amitteret sensum. Is enim posset, & deberet absolui, præsertim si instaret periculum mortis, vt docent Leo Papa, *Canone, his qui. 26. q. 6.* Et Paulus V. in suo Rituali: nam in eo casu absolvens eleuaret præteritum dolorem pœnitentis, vt partem Sacramenti, ad operandum ex meritis Christi absque notitia ipsius pœnitentis.

Ex his infertur, omnia opera bona in pœnitentiam Confesso iniuncta, etiam quæ factururus est in statu peccati, operari ex opere operato meritorum Christi remissionem pœnæ temporalis relictæ ex peccatis confessis, & remissis, quia cum hanc vim habeat pœnitentia pœnitenti explicitè imposita, eandem vim habent omnia opera bona ex intentione Ministri pro pœnitentia iniuncta, cum non minus hæc, quàm illa suam virtutem operandi habeant ex meritis Christi, quæ sicut per peccatum pœnitentis suum valorem non amittunt, ita illam iis operibus communicant, quæ iniuncta sunt pœnitenti, vt pars integralis Sacramenti, quia cum homo etiam in peccato existens sit capax remissionis pœnæ ex confessis, & remissis peccatis relictæ, cumque per peccatum pœnitentis merita Christi non extinguantur, non est, cur hunc effectum pœnitentiæ Sacramentali, etiam in statu peccati solutæ denegemus. Rectè igitur ex his omnibus Pater Leandrus nostram sententiam amplexus est, quam etiam admittit Vviggers in *supplem. ad 3. part. D. Thome q. 15. art. 2. n. 11.*

Nota etiam, Leandrum nominatim contra me, quæst. 101. vbi supra, docere, commutationem pœnitentiæ posse fieri à Confessario extra confessionem Sacramentalem etiam à secundo Confessario; quod est valdè notandum. Sed ego non discedo à sententia, quam docui in loco ab ipso citato; edocet nouissimè Amicus vbi supra in *Curf. Theol. tom. 8. disput. 16. sect. 4. n. 47.* etenim sicut non licuit priori Confessario pœnitentiam imponere, nisi ex Sacramentali iudicio, ita neque licebit posteriori, illam in aliam commutare, nisi ex Sacramentali iudicio, cum vterque teneatur integrum facere Sacramentum: integratur autem Sacramentum per pœnitentiam Sacramentalem iniunctam.

Instabis. Potest Pontifex, vel Episcopus mutare sacramentalem Pœnitentiam extra iudicium sacramentalem per applicationem indulgentiæ, per quam, aut tollitur tota, si sit plenaria; aut pars, si plenaria non sit. Respondeo, posse Pontificem, vel Episcopum per applicationem indulgentiæ extra Confessionem sacramentalem pœnitentiam

tentiam mutare; quia per indulgentiam ex opere operato supplere possunt effectum sacramentalis satisfactionis, qui est remissio pœnæ relictæ ex peccatis condonatis, & recompensatio diuinæ offensæ, quæ recompensatio æquè fit per indulgentiam, per quam Christi satisfactio applicatur: quos effectus supplere non possunt inferiores Sacerdotes extra Sacramentum Pœnitentiæ. Et hanc sententiam, me citato, tenet etiam Trullench de Sacrament. lib. 4. c. 6. dub. 3. n. 9.

Idem Leandrus, qu. 47. docet, nominatim contra me, quòd pœnitens satisfacit pœnitentiæ de danda elemosyna, dando illam patri, fratribus, aut auis indigentibus, si teneatur illis aliter subuenire; quia benigna interpretatione censetur confessarium tali elemosyna aliàs ex præcepto contentum esse. Sed ego iterum negatiuæ sententiæ adhæreo, & illam docet nouissimè Amicus ubi supra, sect. 5. dub. 9. num. 90. ubi sic asserit: Si imponatur pro pœnitentiâ elemosyna, satisfacit pœnitens, etiâ si illam faciat extremè indigenti, cui aliàs ex præcepto charitatis tenetur illam facere. Secus si illam faciat propriis parètibus, vel consanguineis, qui ordinariè semper extremè indigent. Ratio discriminis est; quia hic casus obligat ordinariè pœnitentem ad succurrendum suis extremè indigentibus; non autem ille; proinde ille nõ censetur, sicut iste à pœnitentiâ confessarij exclusus. Ita ille.

Et tandem nota, quòd cui integrum Rosarium, ex tribus partibus constans, iniunctum est in pœnitentiam, satisfacit recitâdo tribus diebus singulis singulas partes. Item pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam ieiunij in pane & aqua, non tenetur ieiunare modo cõsueti Ecclesiæ. Et cui iniunctum est in pœnitentiam, vt quotidie per vnum annum, mensem, vel hebdomadam, Psalmos, vel Coronam recitet, satisfacit si vno, duobus, aut tribus diebus, &c. hæc recitet simul. Ita Leandrus, qu. 74. 75. & 79. Non esse verò denegandam absolutionem pœnitenti, si nollet acceptare pœnitentiâ pro peccatis cõfessis, nisi leuem, & exiguam; secus autem si nullam, docet ex Layman Castrus Palau ubi supra, §. 4. n. 5.

An ratione distinctionis numerica obiectorum peccata numero distinguantur?

R E S O L. LV.

DE hac quæstione alibi à nobis actum est, nunc illâ iterum tracto propter aliquos casus in particulari, qui ab ipsa deducuntur. Dico igitur, quòd aliqui negant; dicunt enim peccata non multiplicari numero propter multiplicationem indiuiduam obiectorum, atque aded actum tendentem indiuisibiliter in plura obiecta numero tantum distincta, vnum tantum esse peccatum, & simplicem malitiam habere. Supponunt enim non posse duas malitias tantum numero distinctas eidem subiecto inesse, quia omnia fundamenta eiusdem rationis in malitiam eandem quasi conspirant. Hinc Pater Leandrus de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 8. §. 3. q. 19. & seqq. plures casus deducit. Primò, qui vnico actu voluntatis vult v. g. decem homines occidere; aut ad decem mulieres eiusdem conditionis accedere; aut ad eandem mulierem decies accedere, non debet explicare illam circumstantiam obiectorum. Secundò: qui de facto vnico ictu decem occidat homines, non committit decem peccata necessariò fatenda, sed sufficit confiteri solum malitiam specificam; non autem distinctè totam malitiam indiuidualem peccati; sufficit enim dicere, occidit aliquos homines. Tertio: qui vnico verbo lædit famam, & honorem v. g. trium hominum, non committit tria peccata. Quarto: si quis vnico ictu tres occidat Clericos, in tres excommunicationes, nec in tres irregularitates minime incurrit. Nec Iudex ferens sententiam mortis contra tres, incurrit tres irregularitates. Quinto: qui vult occi-

dere Petrum cum tota sua familia, vnicum tantum committit homicidium. Sextò: qui maledicit Deo, & duodecim Apostolis, aut imprecatur malum Paulo, & toti eius familiæ, vnicum tantum peccatum committit. Septimò: qui vno tempore, & actu pluribus iniuriam infert, non tot peccata committit quot sunt personæ, quæ tali iniuria afficiuntur. Octauò: qui vnico actu surriperet à pluribus quantitatem notabilem, non plura committit peccata, nec tenetur in confessione explicare numerum personarum. Nondò: qui vnico actu voluntatis statuit omittere Officium Diuinum per integrum mensem, aut ieiunium per totam Quadragesimam, vnicum tantum committit peccatum; secus autem si postea dictum actum voluntatis executioni mandaret, non recitâdo, nec ieiunando; nam tunc tot peccata committeret, quot ieiunia frangeret, vel Officia omitteret. Decimò: qui vnico actu mollietiei recogitat plures coniugatas, aut plures moniales, non committit plura peccata, sed sufficit dicere, habui mollietiem cum cogitatione in coniugatas, seu in moniales. Vndecimò: qui vnica vice scandalum dedit, non tenetur explicare numerum personarum; vt quando aliquis coram multis peccauit, vel turpia loquutus est. Et hæc omnia docet Pater Leandrus ubi supra; cui adde Tamburinum in Opusc. 1. de Confess. lib. 2. c. 1. §. 8. & 9. quæ satis plausibilia erunt confessariis, & pœnitentibus. Sed ego in meo tractatu de circumstantiis plures de dictis casibus non admitto. Et secundum doctrinam Leandri, quis dicere posset probabile esse, Iudicem, qui simul duos homines extra heret ab Ecclesiâ vnica censuram incurrere; & eum, qui eodem tempore simul duos excommunicatos alloqueretur, vnica etiam incursum censuram. Et ex eodem principio videtur inferri, Religiosum habentem rem cum Religiosa, vnum tantum committere peccatum contra Religionem; & sufficere si in confessione dicat commississe fornicationem sacrilegam, seu contra castitatis votum: nec aliquam video disparitatem inter circumstantiam coniugij tenetis se ex parte vtriusque coeuntis, & voti ex parte eorumdem se tenentis; nihilominus illationem hanc in Authoribus hucusque non reperi: id enim profectò mirum est in prædicto principio, quòd illius patroni pro conclusione legitime ex illo deducta nouam semper quæstionem mouent hanc admittentes, illam negantes, & de pluribus dubitantes.

Sed, vt verum fatear, licet opinio affirmatiua circa difficultatem in titulo huius resolutionis propositam, sit satis probabilis; nam illam tenet Suarez, Fagundez, & alij viri docti: tamen magis mihi placet opinio negatiua; nempe peccata multiplicari numero quoties multiplicantur obiecta, ita vt, si eodem actu quis quatuor feminas concupiscat, quatuor committat peccata, vel si in tres personas maledicta coniciat, tria committat peccata; & ita teneatur explicare numerum personarum, in quas maledicta coniecit. Ita Vasquez, Granadus, Tannerus, Henriquez, & alij, quos nouissimè citat, & sequitur Doctissimus Pater Ouiedus in part. 2. D. Thom. tr. 6. contr. 5. punct. 7. n. 122. qui sic probat suam sententiam: In eandem numero physicam actionem possunt coincidere duæ malitiæ specie distinctæ, vt admittunt omnes in fornicatione coniugati: ergo & duæ malitiæ numero distinctæ. Dices, malitias specie distinctas non posse in vnum coalescere, & id posse malitias numero distinctas. Ex hac solutione argumentum desumo ad meam probandam sententiam. Duæ fornicationes, seu duo homicidia non possunt in vnum coalescere: ergo nec malitiæ ex illis desumptæ. Confirmatur: si quis ad meretricem accederet, animo committendi duas fornicationes, & vnâ immediatè post aliam absque vlla interruptione committeret, etiâ si ex vi eiusdem voluntatis actus in quo semper perstitisset, vtraque fornicatio procederet, duplex peccatum committeret; quia quælibet

vet fornicatio est quoddam torum completum, & absolute in seipso terminatum, & perfectum, & ita dum ad aliud procedit, nouum aliud committit peccatum, quod affirmat Suarez de Pœnitentia disp. 22. sect. 5. n. 34. & de censuris in genere disp. 2. sect. 3. num. 8. Ergo animus committendi has fornicationes tendit in duo peccata externa numero distincta: ergo habet duplicem malitiam. Confirmatur: actus externus, & internus efficax eadem malitia indiuisibili indiuisibiliter afficiuntur, quia faciunt vnum in genere moris: ergo si datur duplex malitia externa, affectus efficax ex se tendens in vtramque, habebit duplicem malitiam. Deinde sequeretur ex sententia Soarij, cum qui vno actu decernit duplicem fornicationem, & ex vi eiusdem actus interni permanentis vtramque incontinenti exercet, vnicum peccatum committere, cuius oppositum affirmat idem Soarius locis citatis, propter rationem modò datam.

Ex his infert Oniedus, eum qui simul decernit plures committere fornicationes, plures homines occidere, in plures personas maledicta iacere, pluribus simul eodem reuelato delicto honorem detrahere, tot peccatis numero distinctis peccare, seu tot malitiis numero distinctis in confessione necessariò aperiendis, in quantum fieri poterit, quot sunt obiecta, circa quæ illius versatur actus. Idem dicendum videtur de eo, qui simul eodem dicto, in plures Sanctos blasphemar. Sed de his omnibus remitto me ad ea, quæ dixi in dicto tractatu de circumstantiis.

Et tandem non deseram hîc apponere verba Castri Palai, tom. 4. tract. 23. punct. 9. num. 8. vbi sic ait. Salas, & Vazquez affirmant, se non esse obligatum in peccato furti numerum dominorum declarare; quia ex eorum multiplicitate non videtur peccatum multiplicari, cum sit eadem priuatio dominij, idemque damnum; tamen plures illud patiantur, in quo est latum discrimen ab eo, qui vno actu plures occideret, vel vulneraret, vnicòque verbo famam plurium læderet; vel id præstare veller, quia occasiones, vulnerationes, famæque læsiones distinctæ sunt, & vna ab alia non pender, nisi in causa, & consequenter voluntas illorum multiplex est moraliter pro multiplicitate damni inferendi. Debet ergo in confessione manifestari. Ita ille, cui adde Trullench de Sac. lib. 4. cap. 6. dub. 4. num. 7. & 27. cum Escobar in Theol. moral. tract. 7. Exam. 4. cap. 7. num. 36.

An peccatum ex causa iusta omissum in confessione, sit statim alteri Confessario data opportunitate confitendum, vel possit differri ad tempus præcepti annuæ confessionis.

RESOL. LVI.

Suppono aliquando posse pœnitentem reticere aliquod peccatum in confessione, vt quando ex illo peccato graue damnum animæ, corporis, famæ, vel fortunæ alteri probabiliter timetur. In his tamen casibus seruandæ sunt hæ regulæ. Prima: si potes debes alium Confessarium adire, cui possis integrè confiteri; nec nisi urgente aliqua necessitate mortis, aut præcepto annuæ confessionis, vel sumendæ Eucharistiæ, aut magnæ utilitatis: alioqui diffrenda est confessio, præsertim quando breui speratur copia Confessarij. Secunda: cum non potes peccatum in specie, vel actum externum, teneris saltem in genere, vel affectum internum confiteri, ea tantum circumstantia omissa, ex cuius confessione posset peccatum in specie cognosci. Tertia regula sit quod interdum non solum potes, sed etiam teneris sacere peccatum in confessione: in iis videlicet casibus, in quibus non es dominus boni, cuius priuatio ex tua confessione

incurritur: vt in quibus timetur damnum spirituale proprium, vel quodcumque damnum proximi.

Hoc supposito ad quæsitum Sorus in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. in solutione tertij argumenti. in fine. & Henriquez lib. 5. de Sacramentis, cap. 12. num. 6. affirmat, illud statim esse confitendum, nec licitè differri posse ad tempus, in quo iterum recurrit præceptum annuæ confessionis. Fundamentum horum Authorum est; quoniam, vt docet Concilium Florentinum in Decreto de vnione Armen. ad confessionem pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter. Quod etiam docet Tridentinum sess. 14. cap. 5. Sed hoc præceptum non implet qui peccata ex causa in confessione tacet: igitur tenetur statim atque confitendi opportunitas datur, illud confiteri, vt hoc præceptum adimpleat. Ex quo discrimen assignant inter peccata oblita, & ex causa ommissa: quod oblita non tenemur statim, sed possumus vsque ad tempus sequentis anni differre, quando currit nouum præceptum annuæ confessionis. Ratio quia illa non fuerunt in memoria peccatoris, quando peccator confitebatur.

Sed mihi magis placet opinio negatiua Suarez de Pœnit. disp. 23. sect. 2. n. 8. cum sit eadem ratio ac de obli- tis; quia, qui ex iusta causa peccatum in confessione tacet, præceptum confessionis adimplet; quia hoc non obligat, nisi ad integritatem formalem: ergo satisfacit præcepto de annua confessione: igitur non tenebitur amplius illo anno confiteri. Confirmatur: quia per confessionem integram formaliter satisfacimus præcepto diuino: vt patet de eo, qui in articulo, vel periculo mortis aliquod peccatum ex causa tacet; ergo etiam satisfacimus præcepto Ecclesiastico. Consequentia tenet à fortiori; antecedens constat; quia in eo casu ad confitendum obligat præceptum diuinum. Nec obstat, quod qui in articulo, vel periculo mortis ex causa peccatum omisit, durante tali periculo, teneatur statim oblata occasione omissum peccatum confiteri; quia hoc non oritur ex intrinseco iure talis confessionis, sed ex intrinseco periculo, ne possit amplius ingruente morte illud confiteri. Vnde si periculum mortis cessaret, non teneretur illud statim confiteri, sed differre posset ad tempus annuæ confessionis. Concilium verò Florentinum, & Tridentinum, intelliguntur de confessione, quæ ordinariè fit; vel de peccatis, quorum pœnitens memoriam habet non merè speculatiuam, sed practicam, & in actum redigendam.

Notandum est etiam hîc, quod peccata, quæ ex rationabili causa tacemus in confessione, sat esse vt derestemur attritione, sicut aliqua, quæ in confessione explicantur; eadem enim attritio, quæ est sufficiens dispositio pro confessis, est etiam sufficiens dispositio pro iis, quæ iusta ex causa tacentur. Nego autem, ea non subiici clauibus, saltem indirectè; vt oblita, quæ remittuntur simul cum confessis: nam subiici indirectè, est, ea hîc, & nunç per signa contritionis, & confessionem aliorum peccatorum à pœnitente manifestari, quantum, saluo omni alio præcepto, manifestari possunt. Et hæc omnia docet Amicus in Cur. Theolog. tom. 8. disp. 13. sect. 7. num. 123. & sect. 8. num. 145. & seqq.

Nota etiam cum Trullench vbi infra num. 16. Eum, qui habet iustam causam reticendi aliquod peccatum, iuxta superius dicta, non posse plura reticere, quàm postulat iusta causa, seu periculum probabiliter imminens: vnde si habeat iustam causam reticendi furtum externum, tenetur confiteri se habuisse voluntatem surripiendi, nisi etiam ex hoc sequeretur periculum; idem in aliis peccatis, nam confessio debet esse integra, quantum fieri potest. Item eum, qui solum habet peccatum reseruatium, posse in necessitate communicandi confiteri actum internum, & ab eo absolui, quamuis pœnitens adhuc retineat obligationem præsentandi se coram Superiore pro

E e refer

referuacione. Vide etiam Coninch *de Sacrament. disput.* 3. *dub. 9. num. 95.*

Sed obiter hęc quæro, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata referuata, tenetur ne illa cum non referuatis Confessario manifestare, si non habefet potestatem in referuata? Et negatiuè responderet Alexander Alenfis 4. p. 9. 18. *memb. 4. art. 5. §. 2. ad vlt.* Petrus de Soto *lect. 10. de Confess.* & alij relati à Suarez *disp. 31. sect. 3. n. 8.* quorum sententiam ipse merito probabilem reputat: neque enim obligaris peccata fateri, nisi Sacerdoti ea integre, & perfecte iudicare, ab eisque absolutionem concedere valenti; quia solùm ob absolutionem Sacramentalem obtinendam, est obligatio confitendi peccata.

Sed etiam probabiliter sententiæ affirmatiuæ adhæret Trullench *de Sacr. lib. 4. c. 6. dub. 7. n. 17.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. difficult. 37. num. 3.* Layman *lib. 5. tract. 6. c. 12. n. 11.* Suarez vbi supra, & alij. Quia confessarius pœnitentem absoluens, necessario iudicare debet absolutioni esse ritè dispositus: at hoc iudicium conuenienter habere non potest, nisi sibi manifestentur ea, quæ rectè dispositioni obstare possunt. Igitur, cum peccata referuata huic possint dispositioni obstare, efficitur ea manifestanda esse. Quòd si respondeas, Confessarium obligatum esse iudicare de pœnitentis dispositione iuxta causam, cuius est legitimus iudex; referuatorum autem legitimum iudicem non esse, ac proinde non esse illi necessario manifestanda, Aliàs nunquam tibi liceret retinere peccatum in confessione, si eo tacito Confessarius cognoscere non posset ritè te esse dispositum. Obstat, quia esto Cōfessarius per se non iudicet de dispositione pœnitētis, nisi secundum causam sibi propositam, & pœnitens non semper obligatus sit omnem sui causam manifestare: at quando eam manifestationem absque graui sui, vel alterius iactura præstare potest, videtur ad eam faciendam obligatus: quippe Confessarij sententia non tam in peccata confessa, quàm in confitentem cedit; ipse enim est qui absoluitur. Debet ergo fateri, quæ ipsius absolutioni obstare possunt.

An hodie, virtute Priuilegiorum, possint Regulares expellere Religiosos propter delictum graue semel perpetratum, non obstante Decreto Urbani VIII. de electis & fugitiuis.

RESOL. LVII.

Ioseph Gibalinus nouissimè edidit suas eruditissimas Disquisitiones Canonicas *de Clausura Regulari, & in Disquis. 2. cap. 4. §. 13. num. 67.* affirmatiuam sententiam docet; sic enim asserit: Dico quartò, non esse perpetuo necessariam propriè dictam incorrigibilitatem ad expulsionem, quæ iusta aliquando erit, propter vnum aliquod crimen graue, & scandalosum semel tantum commissum; nisi dicas tunc præsumi illum similia, aut grauiora etiam commissurum; atque ita eò etiam casu reperiri aliquam incorrigibilitatem ex iuris præsumptione. Ita Azorius 1. *par. lib. 12. cap. 16. quas. 3.* Sanchez *lib. 6. in Dedalog. cap. 9. num. 5.* Suarez *tract. 8. de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 11. & seqq.* Ferdinandus à Castro Palao *tract. 16. disputat. 4. punct. 19. num. 7.* Rodriguez *tom. 1. 99. Regular. quas. 30. art. 15.* Peirinus *in subdito Relig. quest. 1. cap. 25. conclus. 3.* Miranda *tom. 1. Manual. Pralat. quest. 52. art. 2. conclus. 2.* Primò, quia cum hæc pœna instituta sit in bonum commune, eiusmodi aliquando potest esse delictum admissum, vt famæ Religionis aliter prouideri nequeat, & scandalo atque offensionem externorum satisfieri, quàm rei eiectione. Secundò, ea sunt aliquando delicta, quæ secum trahunt non modò infamiam; vbi innotescunt, & sen-

sim alios inficiunt; sed etiam præbent iustam suspicionem iterationis; ita vt vix credere possit Religio se esse extra periculum, aut vti ministerio Religiosi, quem nouit etiam semel tantum in illud peccatum lapsurum fuisse, maximè si illius variæ, & frequentes occasiones in tali vitæ genere sæpius occurrant. Tertio, nonnullam quam Regulæ ipsæ Religionum definiunt certa peccata, quibus eiectionem infligunt: quo casu Superior qui debet iudicium, imò & imperium Regulæ, neque tantum in foro externo, sed etiam in foro interno, cum & sapienter statuerit Regula, & Pontifex, qui illam confirmauit, ita iudicari, vlueritque expulsionem esse condignam pœnam talis delicti; atque ita 2. *part. Constitutio. Societatis Iesu cap. 1.* enumerantur causæ dimittendi è Societate, quarum aliquæ ad Professores etiam pertinent, & 9. *part. Constitutionum cap. 4.* ponuntur illæ, propter quas Generalis non modò exauthorari, sed etiam eiici è Societate si necesse foret, possit. Quarto, Indulserunt Pontifices pluribus Ordinibus, vt programmaticis criminibus etiam semel tantum perpetratis, & vbi iudicarent expedire Religiosos expellerent. Ita Leo X. concessit Minoritis, & aliis, vti referunt Rodriguez, Peirinus locis citatis, & in Compendio Priuilegiorum habetur. Gregorius etiam XIII. nostræ Societati in Bulla, quæ incipit, *Cum aliis.* Quintò, denique plurima peccata exilio, morte, excommunicatione & dispositione puniuntur etiam tantum semel admissa, vti in toto iure Canonico, & ciuili patet, quidni & similia poterunt plecti eiectione, quamuis nulla aut correctio, aut monitio præcesserit.

Obiicit Tamburinus *tom. 3. de iure Abbat. disput. 1. quas. 7. num. 7.* & Bonacina *questio 2. de Clausura punct. 12. §. 1. num. 8.* & Decretum Sacræ Congregationis Regular. probante Urbano VIII. quod prohibet quemquam, nisi propter incorrigibilitatem à Religione expelli: neque incorrigibilem censerit vult, nisi vnus annus spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus. Derogat autem omnibus Priuilegiis, & priuatis Constitutionibus. Sublatis inquit in hac parte statutis, & Constitutionibus cuiuscunque Religionis & Ordinis à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis. Non licebit igitur, nisi impœnitentem, & obduratum, atque formaliter incorrigibilem expellere.

Respondeo, in primis hæc Decreta Congregationis non habere vim vllam nisi eodem modo promulgentur, quo ipsæ Constitutiones Pontificiæ: quod factus in nostra scientia Canonica ostendimus. Secundò, illud Decretum non derogare priuilegiis à Pontifice factis, quandoquidem illorum non meminit: & quamuis meminisset, cum pleraque, & ferè omnia indigeant derogatoriorum derogatoriis, & nullam eiusmodi clausulam apponat illud Decretum, sanè illis non derogat. Tertio, explicat tantum ea, quæ ad incorrigibilitatem ex iure communi petuntur. Nam ait præter ea, quæ iure communi postulatur, se addere annum carcerem. Quare non agit de his, quæ ex iure naturali, aut priuato constituuntur. Quarto denique, cum de illo decreto vix authenticè constet, & vsus ipsi non consentiat, non officit iis, quæ nuper sunt ex variis Pontificum indultibus stabilita. Hucusque Gibalinus.

Sed pace viri decti hanc sententiam profus reiectam esse puto; est enim contra stylum Curie Romanæ & contra praxim omnium Religionum, in quibus Superiores in expellendis subditis, tanquam incorrigibiles, vtuntur amplius priuilegiis, sed ad vnguem obseruant Decretum Urbani VIII. appositum in Bullario *tom. 4. editum, die 25. Septembris 1624.* cum clausulis annullatiuis tam clari, vt miror quomodo Pater Gibalinus potuerit supradictam sententiam docere. Et ideo contra illum opponam hęc accuratissimum, & amicissimum Patrem Pellizzarium *in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. c. 8. sect. 1. num.*

num. 42. ubi sic ait: Si loquamur de eiectione Religioſo-
ſum Societatis faciendâ ob incorrigibilitatem; tunc utri-
que ea faciendâ eſſet iuxta tenorem præſati Decreti:
ſcilicet quod in ampliffima forma derogavit omnibus
privilegiis in contrarium conceſſis; & conſequenter
etiam indulcis hæc de re factis in favorem Societatis, ſic-
que in tali caſu etiam in Societate Ieſu locum habet de-
cretum illud Sacræ Congregationis, ſicut cenſuerunt
viri docti Societatis à me conſulti. Ita ille, cui adde Ma-
giſtrum Lezzanam in *Summa tom. 1. cap. 23. num. 4.*

Nora tamen, quòd non obſtante ſupradicto Decreto
Urbanæ VIII. Generales Societatis Ieſu hodie poſſunt
expellere ſuos ſubditos ex aliis titulis, quàm incorrigibi-
litate, nam decretum loquitur tantùm de eiectione pro-
pter incorrigibilitatem, & quoad hoc tantùm tollit re-
gularium privilegia, non autem ſi extarent privilegia,
quæ ex alio titulo aliqua Religio poſſit ſubditos expel-
lere, ut habet Religio Societatis Ieſu propter eminentem
ſanctitatem, ſapientiam, & prudentiam in Eccleſia
Dei celeberrima, & idèd à Summis Pontificibus variis
privilegiis decorata. Quæ omnia confirmantur ex uſu,
& præxi: nam Generales Societatis poſt dictum decre-
tum expellunt ſuos ſubditos vigore privilegiorum ex
illis cauſis, quàm incorrigibilitatis. Vide Pellizzarium
ubi ſuprà num. 41. qui tamen poterat prætermittere ea,
quæ dixit num. 3. Vnde ex his patet reſponſio ad argu-
menta Gibalini, contra quæ adſunt verba clariffima ip-
ſius bullæ, & idèd non eſt proſus audiendus.

*An maſſa panis coagmentata cum aqua maris va-
lidè conſecretur? Et quid de iuſculo, quod
vulgo edicitur Pan cotto.*

RESOL. LVIII.

HOs caſus non inuenies apud plures pertractatos.
Et quoad primum, negatiuè reſpondet Fagundez
le præcep. Eccl. præc. 3. lib. 2. c. 1. n. 14. ubi ſic ait: Idem di-
cendum eſt, ſi farina triticea coagmentetur, & ſubigatur
in aqua roſacea: nam ſi tota aqua, aut maior pars illius
(& idem de qualibet aqua ex floribus, aut herbis ſtilla-
ta) ſit roſacea, ex tali panis materia non fiet Sacramentũ:
ſi verò parua quantitas admisceatur naturali aquæ, non
mutabit ſubſtantiam materiæ, quia probabiliffimum eſt,
conuerti ab alia parte maiori aquæ naturalis, præſertim
adiuncta coctione, in qua odoriferæ aquæ vtiplurimum
exhalantur; & ſic non impedit, quominus ex illo pane
fiat Sacramentum, cum ſit, & maneat vſualis; illicitè ta-
men fiet, & contra vſum communem conſecrandi, ac cõ-
ficiendi illud, Et ratio, ac fundamentum eſt; quia panis
communis, & vſualis, ſicut non fit, niſi ex tritico; ita
non fit etiam niſi ex aqua naturali, & vſuali, & vtraque
res eſt neceſſaria æqualiter, ut huiuſmodi panis coaleſ-
cat: ac proinde ſicut panis ex alia farina non poteſt eſ-
ſe materia huius Sacramenti, ita nec etiam ex alia aqua
niſi naturali. Oppoſitam tamen ſententiam, ſcilicet eſſe
validum Sacramentum in pane conſectum ex aqua ro-
ſacea, licèt grauiſſimè peccaret, qui hoc tentaret effice-
re, tenet Caicranus in 3. p. q. 75. art. 7. & ante ipſum te-
nuit Alexander Alenſis 4. p. q. 32. membro 5. art. 1. qui-
bus conſentit Sà verbo *Miſſa n. 4.* Probant: quia panis,
conſectus ex aqua roſacea, eſt eſſentialiter, & verè panis,
ſolumque ab alio differt in odore, & melius reficit ho-
minem, quàm ſi eſſet ex aqua naturali conſectus. Dein-
dè, quia aqua non eſt pars eſſentialis panis, ſed materia
transiens, & concurrens ad panem, in fieri, non autem in
facto eſſe: eſt enim panis tertium quid reſultans ex ad-
mixture aquæ, & farinæ, per decoctionem paſtæ: & cum
dicimus, panem, qua panis eſt, habere formam ſubſtan-
tialem, non debemus concipere, panem tanquam com-

poſitum quoddam ex duobus entibus naturalibus; ſed
ex materia aquæ, & ex materia farinæ, expulſis ſuis
formis ſubſtantialibus, integrari vnâ materiâ tota-
lem, in quam actione ignis introducitur forma ſubſtan-
tialis panis: & quamuis ignis multum exhælet de mate-
ria aquæ; non videtur tamen negandum, ſen per ali-
quid de materia illa remanere in pane. Denique quia, ſi
aqua maris, & fluuij differrent ſpecie, panis ex altera
illarum conſectus, eſſet aptus ad conſecrationem; ergo,
& ſi aqua roſacea differat ſpecie ab aqua naturali, pote-
rit ea conſeci verus panis. Cæterùm, hæc rationes non
ſunt adèd firmæ, ut hanc ſententiam veram efficiant; li-
cèt enim panis conſectus ex aqua roſacea ſit eſſentiali-
ter, & verè panis; tamen non eſt panis vſualis, qui in ali-
mentum communiter aſſumatur, ut patet, & ex hoc ſolo
principio, & fundamento non eſt vera materia huius Sa-
cramenti: ſicut ob eandem cauſam non eſt etiam mate-
ria illius, panis aqua maris conſectus, ac ſubactus. Huc-
uſque Fagundez.

Sed hæc opinio non caret difficultate: & idèd contra
ipſum ſic argumentor. D. Thomas in 3. parti. quaſt. 74.
art. 7. ad tertium, dixit: Si farina admisceatur aqua, non
poſſet ex eo conſeci Sacramentum, quia non eſſet verus
panis. Ita ille: Sed aqua maris, ut idem aſſerit quaſt. 66.
art. 4. ad primum, eſt vera aqua, & idèd Baptiſmus col-
latus cum aqua maris eſt validus; ergo panis conſectus
cum aqua maris, eſſet verus panis, & idèd materia con-
ſecrabilis. Videtur itaque dicendum contra Fagundez,
quòd ſufficit ut panis dicatur vſualis, ſi ſit conſectus
cum aqua naturali, ſive maris, ſive fluminis, ſive putei,
ſive fontis: nam licèt iſtæ aquæ differrent ſpecie, ſunt
tamen omnes aquæ naturales; ſecus verò dicendum eſt
de aqua roſacea, nam non eſt aqua naturalis. Hoc du-
bium ego explorare volui, quia accepi à fide dignis, in
Calabria pauperes, quia non habent pecuniam ad
ſoluendum Gabellam ſalis, efficere panem cum aqua
maris.

Quoad ſecundum reſpondeo: Iuſculum panis cocti,
non eſſe materiam conſecrabilem. Primò, quia, licèt olim
fuerit panis aſſatus, nunc tamen eſt panis elixus, in quo
fieri non poteſt conſecratio, vnde quis inualidè conſe-
craret in his, qui Italicè dicuntur *Virmicelli, Tagliarini,*
Maccheroni. Secundò, & melius, quia agente igne, &
aqua, panis ille effectus eſt quoddam mixtum artificia-
le, & quid diuerſum à pane vſuali; vnde non dicitur
ſimpliciter panis, ita vt multi aſſerant non poſſe ſumi in
collatione ſerotina ieiunij, nec votum ieiunandi in pane,
& aqua adimpleri, ſi ſumeretur iuſculum panis cocti.
Tertiò, muſtus eſt materia conſecrabilis, ſi tamen co-
quatur, non erit poſteà materia ſufficiens conſecrationis
ſanguinis: ergo &c.

Nec obſtat dicere, quòd mica panis madefacta, &
digitis compreſſa, & facta quali maſſa cruda, ſit mate-
ria conſecrabilis, ut tradit Cardinalis Lugo de *Sacr. Eu-
char. diſputat. 4. num. 5.* Hurtadus diſput. 1. difficult. 3.
Ochagauiæ tract. 1. quaſt. 5. num. 15. & alij; quia per ta-
lem mutationem nullo modo amiſit coctionem, aut eſ-
ſe panis. Ergo, &c. Non inquam hoc obſtat. Primò, quia
multi negant talem materiam eſſe conſecrabilem. Ita
Trullench de *Sacrament. lib. 2. cap. 1. dub. 1. num. 8.* &
Fagundez in *præcep. 3. Eccleſ. lib. 2. cap. 1. num. 12.* do-
cet, quòd tanta poteſt eſſe compreſſio, ut panis vſualis
non ſit, nec materia conſecrabilis; imò, & ut ſpeciem
panis mutet iterum in maſſam. Reſpondeo ſecundò, eſ-
ſe diſparem rationem inter vtrumque caſum: nam mi-
ca panis madefacta calore tantùm digitorum difficile
poteſt in maſſam crudam tranſmutari: ſed in noſtro ca-
ſu, ex potentia, & vi ignis agentis, panis ille verè effi-
citur quoddam mixtum artificiale, diuerſum quid à pa-
ne vſuali, vnde vulgo vocatur, *Minetra*: ergo non
erit amplius materia conſecrationis corporis. Si ta-

men omnia supradicta viris doctis non placebunt, eis libenter adhaeream, & sufficere mihi illis materiam speculandi praebuisse.

An fornicatio sit intrinsecè mala, vel tantum mala, quia prohibita?

R E S O L. L I X.

Non esse intrinsecè malam, docet nouissimè Ioannes Caramuel in *Theolog. moral. lib. 3. num. 1600.* vbi sic ait: Si Deus fornicationem non interdixisset, non esset mala, nec peccatum. Et ut puto euidenter ostendam, quia si duorum solutorum commixtio secundum se peccaminosa est, vel quia naturaliter mala ipsius, vel quia naturaliter mala proli, neutrum potest dici; ergo. Non primum, quia saepe contingit esse vtrique salubrem, & in tali casu non est vtrique naturaliter mala: accedit quod si quando insalubris dicatur, cum grauius insalubris non sit, non possit esse grauius peccaminosa. Nec poterit dici secundum; fornicatio enim mala proli non est, primò enim non potest dici mala physice, quæ in causa ut homo, qui aliàs in rerum natura non esset, producat, quia si iniurius homini, qui illum occidit, beneficus omnino qui illum gerat; imò beneficentior genitor, quàm iniurius occisor; iste enim non potest facere, quòd homo qui est, omnino non sit, ac ille efficit, ut qui omnino non est esse incipiat. Aliqui ad educationem recurrunt; fatentur enim ipsam fornicationem esse proli physice vtilem, sed nociuam moraliter, sed hoc est verbis solis obcludere, nam si Augustinus dixit melius esse damari quàm annihilari, item diceret melius esse proli malè educatam esse, quàm absolute in rerum natura non esse. Et sanè malam prolium educationem potius ex paupertate, quàm ex fornicatione suboritur; Principum enim notos optimè educatos videmus, cum tamen nulli disciplinati mores inter homines viles, & mendicos. Potius igitur pauperum matrimonia venirent condemnanda, quam diuitem fornicationes. Sed inquirunt esse per accidens, quòd filij illegitimi Principum bene educantur; dicunt, non tamen probant, verosimilius enim videtur esse per se quòd filij pauperum malè educantur. Sed esto, sit inter diuites bona notorum educatio omnino accidentalis, ergo si per accidens contingit quòd filij fornicarij Principum bene educantur, etiam per accidens continget quòd parentes fornicantes non peccet; & probo sic. Idèd fornicatio interdicitur, quia ex illa mala prolium educatio sequitur: ergo si hæc non sequeretur, non interdiceretur illa: finis igitur huius inhibitionis bona educatio est; atqui probabile est, quòd quando finis cessat per accidens in aliquo particulari, lex etiam cessat per accidens in particulari; ergo siquidem admittunt quòd finis legis fornicationem prohibentis soleat in aliquo particulari cessare per accidens, admittendum omnino est ipsam legem cessare. Si dicas cessante fine legis in particulari, cessare legem in particulari, non quidem diuinam, sed humanam, putabis te aliquid dicere, & nihil omnino dices; legum enim humanarum finis aliquando vniuersaliter cessat: ac naturalium non aliter quàm per accidens & in particulari cessare potest. Pater in homicidio indirecto patrat: inuaforem enim occidere possum non obstante quinto præcepto Decalogi: tunc enim per accidens, & in particulari cessat præcepti finis, adeoque etiam ipsum præceptum; nec dabitur casus in quo legis naturalis finis cesset vniuersaliter. Tunc sic: nulla ratione naturali ostendi potest simplicem fornicationem esse malam, & tamen malam esse in sacris litteris asseritur: ergo dicendum est non esse malam intrinsecè, & ex natura sua, sed extrinsecè ratione interdictionis adeoque non esse pro-

hibitam quia mala, sed potius malam solummodo quia prohibita. Hucvique Caramuel,

Sed hic fuit error Martini de Magistris, contra quem insurrexit tota Schola Theologorum: & idèd aduersus sententiam Caramuelis vide Vviggers de *inst. tract. de Temperam. cap. 3. dub. 6. num. 33.* Layman *lib. 3. sect. 4. num. 10.* Texedam *tom. 1. lib. 2. tract. 3. contr. 5. num. 18.* Fagundez in *Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 8.* Dicaillium de *inst. lib. 1. disput. 3. dub. 16. num. 239.* Azorium *tom. 3. lib. 4. quest. 1.* Lessium *lib. 4. cap. 3. dub. 7. num. 50.* Syluium vbi infra, & alios communiter. Dicendum est itaque, fornicationem esse intrinsecè malam, & idèd non solum prohibi tam iure positio, ac diuino, sed etiam iure naturali. Rationes videbis apud citatos Auctores.

Nec obstat, quòd aliquis forsitan opponet, melius scilicet esse proli sic esse, quàm non esse; quia plus boni simpliciter parentes proli iuxta naturalis rationis dictamen, supposito quod velint generationi operam dare, quàm præbere ipsum esse: dicit enim ratio, causam non satisfacere officio suo, dando esse effectui, sed insuper ei incumbere, seu eius esse muneris, procurare media opportuna, quibus esse illud conuenienter suæ naturæ promoueat, ac conseruetur, quando id potest, neque alia causa ad hoc per se est ordinata; quod passim obseruatur in plerisque etiam animalibus brutis. Hunc autem ordinem, & modum præuicantur fornicatores: quantum enim est ex ratione talis generationis, præuant prolem hoc bono, videlicet debita educationis, & instructionis ad statum perfectum. Deinde, non tantum militat contra bonum proli, sed etiam contra communitatem bonum humani generis; quia si fornicatio licita foret, passim proles negligeretur; unde non posset non sequi summa confusio, perturbatio, & ignorantia in humano genere. Neque à peccato excusatur fornicatio, idèd quòd aliqui fortassis particulariter proli de educatione prouideant medio extraordinario; quia hoc per accidens fit, & sic finis legis vniuersaliter obrineri non potest, neque enim legi satisfacit quis, vel ab eius violatione excusatur, quando illa ob vniuersalem finem lata est, si opus non præstet, quamuis per aliam viam conueniat, finem legis assequi.

Ex dictis sequitur, & refutata manet opinio Durandi in *4. dist. 33. q. 2. n. 10.* qui asserit fornicationem simplicem iure naturæ, seclusa Dei prohibitione, *Non moribaberis*, esse malam, non tamen habere malitiam, & inordinationem mortalem, sed venialem, mortalem verò habere solum à iure diuino, quo prohibetur, & fundamentum illius erat, quia fornicatio simplex non meretur mortem æternam secundum legem naturalem; quia lex naturalis nihil dicit, nec nominat de morte æterna, & idèd totam malitiam mortalem habet ex iure diuino plurimis locis expresso. Sed hoc fundamentum Durandi (quod illius verbis retulimus) futile omnino est satis; enim ostendimus hanc inordinationem ex natura ductu esse grauem, & mortiferam, cum sit directè contra finem generationis humanæ, qui est intra speciem suam generare prolem perfectam; perfecta autem non potest proles humana, nisi ex matrimonio oriatur, & planè si leuis esset ex natura sua, ius diuinum superueniens grauitatem illi non adderet, sed relinqueret suo gradu; nam Deus prohibens aliquid iure diuino non facit illud grauius, quàm erat, sed grauitatem addit: non enim idèd malum est, quia grauius prohibet, sed idèd grauius prohibetur, quia de se, & ex sua natura graue est. Deinde ex fundamento Durandi sequeretur neque homicidium, neque adulterium, neque sodomiam esse peccata mortifera natura sua, seclusa prohibitione diuina, cum lex naturalis nihil dicat, nec nominet de morte æterna, quod omnino absurdum est: videmus enim nonnullos barbaros quibus

quibus lumen naturale videtur consopitum seuerissime furta, homicidia, adulteria, & sodomiam punire, eo solum, quia lumen naturæ dicitur hæc esse grauissima mala digna, quæ seuerissimis suppliciis puniantur.

Nota tamen hic pro praxi, posse dari ignorantiam inuincibilem de fornicatione simplici, saltem apud certas gentes destitutas Doctoribus, & scientia rerum moralium; nam etsi præcepta Decalogi deducantur ex principiis per se notis, ut bonum amplectendum, malum fugiendum, & huiusmodi: tamen, quia non ita euidenter deducuntur, aliqua potest in hæc cadere ignorantia probabilis. Quod enim fornicatio inferat damnum proli futuræ, seu nascituræ, non ita facile ab omnibus perspicue cognoscitur. Quod inferatur iniuria in corpus mulieris, quando saltem ipsa consentit, vix æstimari potest in soluta; vnde nihil mirum, si possit cadere in hominem iusta ignorantia. Dixi, saltem apud certas gentes destitutas, &c. Quia apud Christianos degentes in Ciuitatibus, & Oppidis, in quibus fiunt aliquando Conciones, instituuntur pueri Christiana Doctrina, visitationes Episcoporum frequentantur, & cognitio aliqua traditur rerum ad finem pertinentium, vix credibile est posse dari eiusmodi ignorantiam, ut cum Angelo, Siluestro, & Naararo tenet Azorius. Denique facilius potest ignorare fornicationem cum meretricibus expositis non esse peccatum, quam cum muliere vaga; multi enim vulgares homines sunt, qui nesciunt distinguere inter peccata permissa, vel non prohibita quoad pœnam, & non quoad culpam, & ex eo, quod non punitur fornicatio simplex, sed impunè permittuntur meretrices, putant etiam non esse peccatum ad eas accedere. Quod etiam in ciuitatibus alioqui bene instructis in fide, & Religione, persæpè locum habet, ut bene norunt Confessarij. Vide Trullench in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 2. num. 5. cum Doctoribus citatis, quibus adde Syluium in 2. 2. D. Thoma q. 154. ut. 2.

Confirmantur supradicta primò. Cum enim Durandus in 4. distin. 33. quest. 2. existimauerit (quamuis non sine graui errore) non omnem fornicationem esse contra ius naturale, quanto magis id existimare possunt homines planè rudes, & quidem absque culpa, si nullum habeant instructorem? Secundò: quamuis præcepta Decalogi deducantur ex principiis per se notis, non omnia tamen illic prohibita tam clarè deducuntur, ut nulla possit de aliquibus esse ignorantia probabilis: nam quod fornicatio inferat damnum proli nascituræ, non acilè ab omnibus cognoscitur. Tertio meretrices interdum publicè exponuntur, & permittuntur; homines autem agrestes, & prudentiorum doctrina destituti non bene discernunt inter ea, quæ permittuntur anquam minus mala, & ea quæ tanquam licita exercentur. Verùm inter Christianos non apparet aliquem posse (saltem ordinariè) excusari per ignorantiam à fornicatione; cum satis iam sit prædicatum, prædiceturque frequenter, quod fornicatio sit peccatum mortale. Dico, saltem ordinariè; si quis enim inter Christianos, notus, & surdus à natiuitate ignoraret fornicationem esse illicitam, partim ex eo, quod sit duri, agrestisque ingenij; partim quia nullus eum instruxit, neque (cum aliis scientibus, ac fortassis etiam inducentibus esset fornicatus) quisquam eum reprehenderit; fortè excusari possit per ignorantiam.

Nota etiam ex superius dictis contra Caramuelém, fornicationem esse per se malam, neque villo vnquam casu posse esse licitam; cum careat conuenienti modo, & ordine, quem natura ad educationem, & promotionem prolis instituit, ac requirit. Quapropter etsi mors uipiam intenteretur, nisi ad mulierem non suam accederet: non liceret ei accedere, vti nec si accedendo, pos-

Antonini Diana Pars I X.

set quantumcumque bonum procurare toti Patria: quia non sunt facienda mala ut eueniant bona. Si qua tamen persona amens, fornicationis actum committeret, aut si qua puella per vim, prorsus inuita violaretur; non peccaret, quia deesset voluntarium, imò nec propriè foret actus fornicarius ex parte vel amentis, vel puellæ vim passæ, cum fornicatio importet congressum voluntarium. Obseruat autem Toletus lib. 5. cap. 10. & Rodriquez par. 1. cap. 202. num. 1. id quod de puella vim passæ dicitur, non habere locum ex parte agentis: eo quod agens non agit absque consensu. In consensu autem est peccatum mortale.

Idem quod dictum est de fornicatione, dicendum est etiam de pollutione contra eundem Caramuelém loco citato num. 163. asserentem, quod si Deus mollities non interdixisset, nunquam esset mala, sæpe esset bona, & aliquando obligatoria sub peccato mortali. Sed hæc opinio respuenda est, sicut de fornicatione diximus, & scio viros doctos has opiniones celsura Theologica inuendas esse, existimare, quia adeo vehemens est delectatio, quæ in seminis effusione sentitur, ut illam homines tanquam bonum naturale vehementer sensibile maximè prosequantur, & propterea natura in omni euentu illius administrationem illis prouidè denegauit, si enim in aliquo casu eam illis concederet, euidentissimum periculum foret, ut homines ea passione abrepti sibi persuaderent causam passim iustam illius procurandæ habere: atque ita semen prodigerent, indeque fornicationes, adulteria, sodomia, & vniuersa alia luxuriæ vitia pullularent, & hanc ipsam rationem assignauit etiam Abulensis cap. 5. quest. 184. in Matthæum, & addunt, non sic contingere in membri abscissione, quia dolor ipse in causa erit, ut non sibi persuadeant, illam sibi facile licere, ut de se manifestum est. Huic ergo rationi adhæreo, est enim bona, & plenè satisfacit, nec valet consequentia, quam aliqui in hunc modum inferebant; licet pollutionem desiderare ob sanitatem: ergo licet eam procurare ob eandem sanitatem. Sicut non valet etiam ista, licitum est desiderare mortem huius hominis iniqui: ergo licet illam procurare: nec etiam ista licitum est desiderare esse martyrem: ergo licitum est se occidere illius desiderij causa. Vide Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 17. num. 16. Layman lib. 3. num. 15. & DD. citatos, quibus adde Ioan. Henriquez in 99 pract. sect. 8. quest. 7.

An sit per se peccatum non orare pro anima patris defuncti?

R E S O L. L X.

Casus est nimis practicabilis. Et affirmatiuam sententiam tenet noster P. Pellicionius, vir quidem doctissimus, & cui multum debeo; nam ipse principalis impulsor fuit ut ego Opera mea Moralia Typis ederem ea selectione, & modo scribendi quo usus sum, quem postea Lectores ex eorum benignitate tantopere approbauerunt. Pater igitur Pellicionius ad propositam questionem affirmatiuè respondet in Quinquagena 99. vtriusque iuris q. 42. vbi docet, teneri filium ex vi quarti præcepti, nempe, habeas in honore parentes, animæ patris in purgatorio existentis subuenire per elemosynas, & suffragia arbitrio prudentis Confessoris: nam tenerur filius patri in corporali necessitate existenti subuenire, ut omnes Theologi, Canonistæ, & Iuristæ docent apud Expositores quarti præcepti: ergo & eo magis in necessitate spirituali. Item tenerur filius captiuum patrem redimere ab hostibus, post alios Molestus in 1. part. summa, cap. 18. Ergo multo magis in purgatorio detentum, Accedit constitutio Regni de Officio secreti, in qua præcipitur, quod succedente filio decedentibus ab intestato, quando nullus superest

E c 3 in

in gradu successibilis, tertia pars bonorum distribuatur à Sterero pauperibus pro anima defuncti. Si fiscus id facit decedentibus ab intestato, fortius id debet facere filius erga patrem. Et in specie, quod teneatur filius hæres patris adiuuare animam patris, erogando eleemosynas affirmant Sayrus, & Azorius explicantes quartum præceptum, Sayrus c. 5. in fine. Azor. c. 2. q. 8. & 9. & facit text. notab. in l. in testamento, ibi, pios tamen filios debuisse manumittere. ff. de fideicom. libers. Arbitrium autem Confessarij resulandum est iuxta quantitatem patrimonij; non enim grauandus est filius supra vires pro liberanda anima patris à purgatorio, Azorius d. q. 9. & iuxta disposita in testamentis, licet inualidis: nam actus nullus probat intentionem. l. si. ff. de reb. eor. & potest sufficiens coniectura voluntatis Testatoris capi à testamento nullo, & inualido. Hucusque Pellicionius.

Sed negatiuam sententiam tenet Sancius in select. disp. 4. n. 6. quia præceptum charitatis, & pietatis erga parentes, solum obligat dum ipsi viuunt. Dicetne aliquis (ait ipse) teneri me, quamuis diuitem, largiri centum, aut minus ducatorum eleemosynam ob liberandum damnatum ad suspendium ob eius mala facinora, aut tritemes? quem Respublica non tenetur liberare, imò punire, tenebor ego? Absit: iuste patitur; iustam verò mortem proximi impedire nullatenus teneor, quod expressè docet Malderus de virtutibus tract. 3. r. 1. dub. 15. fol. 353. Nauarrus in c. non inferenda 23. q. 3. num. 24. Sà, ver. Charitas. n. 6. Sic licet pater meus in purgatorio detineatur, & possim illum meis precibus, aut eleemosynis iuuare, ad id nequaquam ex præcepto tenebor, cum iuste ibi patiatur. Ita Sancius. Et ad auctoritatem Azorij dicentis, peccatum filium differendo subsidium impartiri parentibus defunctis ob leuem iacturam bonorum temporalium, non tamen ob grauem. Respondetur, id intelligendum esse, quando subsidia offerre esset à patre iustum. Vel quòd solum sit debitum ex honestate quadam, non ex morali obligatione, quando à patre non esset imperatum, & aliàs absque graui iactura bonorum posset filius eum iuuare, vt à purgatorio liberaretur. Quòd si ex promissione Diuina parentis defuncti anima filio appareat, rogetque Missarum sacrificia pro se offerri vel eleemosynas, vel orationes; licet impietissimum esset illum non iuuare, tamen contra aliquod præceptum illum acturum omittendo, non arbitror; cum à iusta pœnæ inflictione ob delicta eripere non teneatur. Vnde licet ad suspendium, vel tritemes esset iuste damnatus pater, & pars offensa punitiorem remitteret certis centum ducatis, illos offerre ex præcepto non teneri filium, probabile videtur, iuxta dicta ab Azorio tomo 2. libro 2. cap. 3. questio. 15. in fine, dicente esse probabile, filium posse patri publicè proscripto alimenta denegare. Quamuis valde indecorum, & inhumanum esset à largitione abstinere: nam, vt supra dictum est, cuius Respublica non tenetur indemnem seruare vitam, nec particularis licet filius, nequaquam tenebitur. Nec obstat, filium teneri reuereri patrem, Rempublicam verò ad id non astringi pari vinculo, cum in pluribus casibus, in quibus debet filius, parentibus, reuerentiam, Respublica non sit deuincta. Non obstat, inquam, hoc: nam quamuis id verum sit in præceptis affirmatiuis, deficit in negatiuis: semper enim quòd Respublica non est astricta aliquod præceptum negatiuum seruare, nec etiam particularis erit obligatus non omittere talis præcepti fractionem. Dixi, non omittere, nam per commissionem tenebitur non infringere præceptum, quod seruare Respublica non astricta est; sicut malefactorem non tenetur Respublica non occidere, & tamen tenetur particularis non perimere, positiuè necem inferendo; non verò tenebitur positiuè iuuare ad conseruationem vitæ; sicut damnato

iuste ad mortem famis, non tenebitur cibum ministrare, licet possit; nec damnatus sumere; imò ad non ministrandum teneri censent plures. Præterea nec teneri filium liberare patrem, licet reuera esset innocens, probatum tamen esset delictum commississe, tanquam probabile turabuntur plurimi, tenentes, iudicem non teneri non punire innocentem, tanquam nocentem conuictum. Quamuis filium ad id teneri verissimum reat, sicut teneretur quisque liberare à carcere detentum iniuste ob falsam testium depositionem, absque resistentia tamen inferenda ministris iustitiæ. Vnde credendum non est Patri Dimas tract. de Purgatorio cap. 29. censenti teneri fideles ex præcepto charitatis, animas fidelium defunctorum, orationibus, Missarum sacrificiis, & aliis piis operibus iuuare. Quæ enim ibi congerit, solum conuincunt esse optimum opus consilij illis fauere, & ad id exhortandos esse fideles, non tamen criminis damnandos, hoc ipsum agere omittentes. Hæc omnia Sancius; quem postea sequutus est Ioannes Machadus de perfello Confess. tom. 2. lib. 6. part. 7. tract. 7. docum. 1. num. 5. vbi sic ait: [Esta obligacion que nace del respeto, amor, y obediencia, que el hijo deue a sus padres en vida, le obliga tambien en muerte, a enterrarle decentemente, y a cumplir, si le es possible, su testamento. Si tambien estè obligado à encomendar à Dios à sus padres muertos, y dezirle Misas pudiendo, han dudado los Doctores; y de manera, que algunos sienten que peca el hijo, si en esta razon fuèssè notablemente remisso. Lo contrario es mas probable, y recebido y por tal lo defienda el Doctor Iuan Sanchez; porque el precepto de amar a los padres, solo obliga mientras ellos viuen; si bien no por dexa de confessar, que es gran virtud, y muy accepta à Dios vsar desta piedad con los padres muertos.] Ita ille.

Sed ego puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia Patris Pellicionij; nec admittendum puto id quod Sancius asserit, filium non teneri alimenta prestare patri per sententiam damnato. Dico igitur, quòd tenentur filij etiam ex complexu damnato nati, parentibus indigentibus, & non habentibus, vnde se honesta arte, & decenti labore sustentare possint, etiam si sint Pagani, Iudæi, vel Hæretici, iure naturæ alimenta dare, quod existimo dicendum cum Villalobos 2. part. tract. 41. difficult. 6. num. 11. etiam pater damnatus sit à iudice vt fame pereat; vel quando est pœna grauissima imposita, ne quis Tirio proscripto, alimenta, aut aliquid in vitæ subsidium impendat: nam pietas dicere videtur has leges filium non comprehendere, nisi pater esset hostis, aut proditor Reipublicæ. Et ita docet Fagundez in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 1. num. 4. & 5. Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 1. num. 17. & alij.

Sed difficultas hîc obiter tractanda venit, an ad extremam necessitatem redacti filij, & parentes, cui nam teneantur filij parentibus ne potius succurrere, an propriis liberis? Et respondeo cum Schola Thomistarum post Diuum Thomam in 2. 2. quest. 26. art. 2. ad tertium. Quòd parentibus secus extra necessitatem extremam, nam tunc potius filiis, quàm parentibus succurrendum est. Aliqui contrarium putant, vt Angelus verb. Filius num. 24. & alij Iurisperiti: Dicunt enim in extrema necessitate succurrendum potius esse filiis, quàm parentibus, quod est probabile: id autem quòd dicimus, probabilius, nam filij totum suum esse, & vitam, & quicquid habent, à parentibus habent, parentibus autem nihil habent à filiis præter iacula, spinas, & ceras, quibus maximè anguntur, ac stimulantur, vt vitæ remedium quærant, iuxta dictum Iacobi Genesios 49. Ruben primogenitus meus, principium doloris mei: vbi principium doloris sui eum appellat, qua

quia cum primus illius filius esset, primò cœpit parentem cutis stimulare circa vitæ illius remedium querendum.

Secundò quæro, an Patribus, & creditoribus ad extremum redactis, teneantur filij potius patribus, quàm creditoribus subuenire? Et hac de re duplex esse potest opinio. Prima est eorum, qui docent, quando debitor, & creditor simul ad extremam necessitatem deveniunt, teneri debitores potius creditoribus suis, quàm sibi ipsi. Et ita tenent Doctores penes Azorium *tom. 2. lib. 12. cap. 8. quas. 5.* Quia duplici iure, ac nomine ea res creditoribus tenetur, & quia res est sua, & ab eo accepta fuit; debita enim non computantur cum rebus debitoris, & quia est in extrema necessitate constitutus; debitor autem unico tantum iure, & titulo eam potest retinere, ratione scilicet extremæ necessitatis: ergo tam ipso debitore, quàm patre, aut matre illius ad extremam necessitatem redactis, tenetur debitor eam rem potius creditori reddere, quam sibi retinere, aut illa parentibus subuenire. Secunda opinio est eorum, qui dicunt teneri potius debitorem ea re sibi, & suis parentibus subuenire in ea extremæ necessitatis circumstantia, quàm creditoribus in eadem similiter circumstantia existentibus. Et hanc opinionem tenet Azorius *tom. 2. insit. moral. lib. 12. cap. 8. quas. 5. vers. Sed quid si creditor.* Paludanus in *4. distinct. 15. quas. 2. artic. 1. conclus. 1.* Sotus *lib. 4. de iust. quas. 7. art. 1. ad 4.* Caietanus *2. 2. quas. 62. art. 5. ad 4.* Tabiena *verb. Resistio. q. 4.* Et id probant, quia in extrema necessitate omnia quoad usum tantum, non quoad dominium sunt communia, *l. 2. §. Cum in eadem. ff. ad legem Rhodiam de iact.* fuerunt enim res à principio diuise sub conditione redibilitatis, ut scilicet in extrema necessitate ad suum priorem statum Communitatis quoad usum tantum redirent; unde cum usus ipsius rei in ea extrema necessitate factus sit communis, & alioquin magis quis patri adstringatur, quàm creditori, & melior sit conditio tenentis, & possidentis: hinc fit, ut patre, & creditore ad extremam necessitatem devenientibus, potius patri, quàm creditori ea re subuenire debitor teneatur: fit etiam, quòd quando debitor, & creditor simul ad eam extremam necessitatem deveniunt, non teneatur debitor rem creditori solvere, cum sibi potius quàm illi succurrere ea teneatur, & quia possidet, & quia res in ea circumstantia, quoad usum tantum ad priorem statum Communitatis rediit. Et idè ego huic posteriori sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quicquid in contrarium alserat Toletus *lib. 4. cap. 25.*

An Regulares virtute suorum Privilegiorum possint absolvere à casibus Papalibus, à quibus Episcopus absoluit, ratione necessitatis, vel impotentia adeundi Summum Pontificem?

RESOL. LXI.

Affirmativè respondet Pater Pasqualigus in *99. Canon. cent. 2. quas. 146. num. 2. & seqq.* Quia Regulares possunt absolvere virtute Privilegiorum ab omnibus casibus reservatis, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ, & iis, quos Episcopi sibi reservant, & cæteris quinque, de quibus in declaratione, & moderatione facta 26. Novembris 1602. circa primum Decretum Clementis Octavi, auferens Regularibus facultatem absolvendi ab omnibus reservatis. Unde possunt absolvere ab omnibus casibus Episcopalis reservatis à iure. Deinde casus Papales fiunt Episcopales, quando indigens absolute, siue quoad erimina, siue quoad censuras, ratione legitimi impedimenti non potest accedere ad Romanam Curiam pro absolute obtinenda; tunc

enim absolvi potest ab Episcopo, ut decernitur in *cap. ea noscitur, de sentent. excomm. & cap. eos, qui, eodem tit. in sexio*; & notant Doctores communiter in citat. Text. & alibi.

Cum ergo Episcopi possint absolvere, quando legitime impediti, non possunt Romanam Sedem adire, duellantes, & à cæteris casibus Papalibus, ita ut in his terminis casus definant esse Papales, & fiant Episcopales, Regulares quoque poterunt absolvere, cum possint absolvere à casibus Episcopalis à iure reservatis. Et pro hac sententia citat Pasqualigus me ipsum.

Sed ego non sum loquutus in casu quo Episcopus non absoluit ea urgente necessitate, ut patet ex *Resol. 50. tract. 6. part. 6.* & ita intelligendus est Sanchez, ut ex ipso patet de *matrimon. lib. 2. disput. 40. num. 9.* asserens: non posse Regulares absolvere in casu, quo Episcopus ratione necessitatis, & legitimi impedimenti absolvet. Et idè novissimè Pellizzarius in *Manuale Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sectio. 2. num. 99.* sic ait: Quæres an Regulares possint absolvere à casibus Papalibus, quorum aliàs non habent facultatem, si pœnitens absolvendus iusto detineatur impedimento quo minus se præsentet Papæ ad recipiendam absolutionem. Respondetur, non posse; cum facultas absolvendi in tali casu iure communi delegetur Episcopo, electa industria personæ, idè què non extendatur ad alium Episcopo inferiorem: unde non est mirum eam non competere Regularibus, cum tamen iis competat potestas absolvendi ab iis omnibus reservatis, à quibus Episcopi possunt absolvere de iure communi, ut iam non semel dictum est. Ita ille, qui citat Nauarrum, & Henriquez, quibus adde Fagundez in *Decalogum tom. 1. lib. 2. cap. 45. n. 15.* sic asserentem: Religiosi habentes privilegium dispensandi in casibus Episcopalis, minimè possunt dispensare in casibus, quia non iure ordinario, sed ratione urgentis necessitatis competunt Episcopis; quia hi non dicuntur simpliciter casus Papales, sed verè ad Pontificem pertinent, & solùm ex quadam iuris interpretatione Episcopis censentur permitti. Hæc Fagundez. Vide etiam Quintanaduénas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 9. singular. 1. n. 6.* Bardi in *Bullam Cruciatæ, tract. 7. cap. 2. sect. 5. §. 13. n. 136.* Poncium de *matrimon. lib. 8. cap. 10. n. 11.* Layman *lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 17.* Portel in *dubii Regul. verb. Votum. n. 64.* Castrum Palaum *tom. 3. tract. 15. disp. 2. punct. 12. num. 7.* Trullench in *Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 7. dub. 5. num. 19.* Barbosa de *potestate Episcopi. par. 2. allegat. 37. num. 14.* & alios. Unde ex his inferunt Doctores citati, Confessarium vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, posse quidem commutare vota Castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus iure ordinario dispensare potest, eo quòd à perfecta votorum reservatorum ratione ob aliquam adiunctam circumstantiam deficiant, aut quia non est dispensatio, aut commutatio in substantia voti reservati, sed in aliqua eius qualitate, seu circumstantia, qualia sunt vota Castitatis, & Religionis; scilicet pœnalia, conditionalia, partialia, temporalia, &c. Non autem posse commutare huiusmodi vota Castitatis, & Religionis, in iis casibus, in quibus solùm iure speciali, seu per accidens ob urgentem necessitatem, & moralem impotentiam adeundi Papam dispensare potest. Ita communiter Doctores. Et ratio est, quia vota Castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus ob solam iminentem necessitatem potest dispensare, verè sunt reservata Papæ, & ex benignitate quadam, ne iugum Christi, & Ecclesiæ durum videatur, in illis dispensare in casibus necessitatis urgentis permittitur Episcopis ob prudentiam, solertiam, & industriam personæ, quæ in similibus casibus specialiter desideratur: magis enim confidunt Canones, & Papa de prudentia, & industria Episcoporum, quàm de industria, & prudentia aliorum Confessorum:

essorum; & idem in urgente necessitate, Episcopis, & non aliis Confessariis permittunt dispensationem in votis referuatis, sicut & in Legibus Papalibus. Et ita pro hac sententia, præter Doctores citatos, multos alios adducit Bossius de *Lubico, sect. 2. casu 20. num. 26.* Ergo; cum in casu nostræ quæstionis Episcopi non possint dispensare iure ordinario, sequitur, quod non possint dispensare Regulares virtute Priuilegiorum; quia possunt hoc facere, quando casus ex ordinaria solum iurisdictione, vel à iure, vel consuetudine Episcopo competunt absolutè, non verò in iis, qui ratione urgentis necessitatis. Non est itaque absolutè casus Episcopalis exercitium huiusmodi potestatis dispensandi in casu grauissimæ necessitatis, sed Pontificius; quia Pontifici absolutè, & Episcopo secundum quid, seu ratione necessitatis, competit.

Non deferam tamen adnotare, nouissimè sententiam Patris Pasqualigi, docere Leandrum à Murcia in *Regulam D. Francisci, c. 7. q. 7. §. 2. n. 56.* vbi sic ait: [En quanto à los dichos votos, quando concurren las circunstancias de necesidad, y imposibilidad, en la persona que hizo el voto de recorrer al Papa, y de urgencia, y causa justa para la dispensacion, los puedan dispensar los Obispos, es comun de los Doctores, y que queden referuados à los Obispos por derecho ordinario, se prueua: porque por derecho diuino, si bien subordinando al Sumo Pontifice, tiene el Obispo en su Obispado tanta autoridad, como el Papa en toda la Iglesia; como comunmente tienen los Doctores alegados por la quarta conclusion; luego este derecho es ordinario en el Obispo, y la referuacion extraordinaria, y especial; assi boluendo a el este derecho; y cessando por las circunstancias dichas la referuacion al Papa, no le buelue cosa especial, que no tuuiesse por derecho diuino; luego si los Sumos Pontifices conceden a los Regulares, que puedan dispensar en todos los votos, que pueden los Obispos, y en los dichos casos, por razon de las dichas circunstancias, pueden dispensar por derecho proprio, y ordinario, por el mismo caso podran lo mismo los Confessores Regulares.] Ita ille. Sed nostra sententia non est deferenda, cum sit communis inter Doctores: & idem contra Leandrum Capucinum Hispanum, oppono alium Leandrum Hispanum Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, 8. *Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 24. q. 22.* vbi, me citato, docet, Regulares posse vi suorum Priuilegiorum dispensare in votis, in quibus iure ordinario potest Episcopus, non autem quando potest dispensare in casu urgentis necessitatis.

An Cardinalis sit eligibilis in Generalem alicuius Religionis, sine auctoritate Pontificis?

RESOL. LXII.

Hanc quæstionem à nemine, quod sciam, in terminis vidi pettractatam: sed nostris ærumnosis temporibus illam vidimus non sine omnium admiratione in praxi positam: nam Patres Religionis N. elegerunt in suum Generalem Cardinalem N. Tunc quæsitus fui de huiusmodi electione iudicium meum proferre; idem more meo clarè, & resolutoriè,

Assero primò, dictam electionem fuisse illicitam, vt patet ex toto Titulo de *elect. lib. 1. Decretalium*, & præsertim ex *cap. Cum causam, cap. Officij, c. In magistrum, & c. Cum ad nostram.* & docet Glossa in *c. Presbyteros. 16. q. 1. vers. Abbatem.* Facit etiam *Clement. 1. de statu Monachorum, & c. In nona. 16. q. 7.* cum *Concil. Trid. sess. 14. c. 10. & sess. 25. c. 21.* & communiter Doctores, vt *Valentini Paratita in Decret. lib. 6. tit. 6. §. 5. n. 3.* *Honorius in summa Decretal. lib. 1. tit. 6. num. 12.* *Tolosanus de elect. cap. 10. num. 7.* *Siluester ver. elect. 1. q. 13.* *Castellinus*

de elect. c. 20. num. 1. *Lauorius vbi infra, Layman in qq. Can. de Pral. Eccles. cap. 16. quest. 193.* *Lezzana in summa qq. Regul. tom. 1. cap. 15. num. 35. & cap. 18. num. 5.* *Zipæus in Analyt. Iur. Pont. lib. 1. tit. de electione, num. 8.* & alij penes ipsos, asserentes, absque auctoritate Sedis Apostolicæ, aliquem non posse eligi ad Prælatum Regularium, nisi expressè in illa Religione emiserit Professionem. Quod certum esse, ex obligatione iuris positiui, stantibus supracitatis textibus, obseruat, & docet *Suarez de Religione, tom. 4. lib. 2. c. 3. num. 8. & seqq.* quicquid sit de obligatione iuris naturalis, quod voluit *Miranda in Manuali tom. 2. q. 3. art. 4.* Et rectè quidem hoc fuit determinatum à Sacris Canonibus, quia non Professus non potest habere experimentum disciplinæ Regularis, & Regimini. Vide etiam alias rationes apud *Gonzalez in Regul. 8. Cancell. gloss. 8. num. 78.* vbi adducit declarationem Sacræ Congregationis Concilij sub die 12. Decembris 1585. asserentis, Abbatias, & beneficia administrationem habentia, non nisi Professis, iuxta Canones, conferri posse. Quod adeo verum est, vt *Suarez vbi supra num. 11.* *Bononia num. 4.* asseruerit, etiam si dignus non inueniatur in Religione, absque auctoritate Summi Pontificis, non posse eligi in Superiorem Professum alterius Religionis. Dicendum est igitur, dictam electionem fuisse illicitam. Sed difficultas est, an fuerit inualida. Ideò

Assero secundò, dictam electionem, non solum illicitam, sed etiam inualidam fuisse, vt patet expressè ex *cap. Nullus. de elect. in 6. & ex Clement. 1. eodem titulo, & lib. vnde Pamormitanus in c. causam, n. 6.* sic ait: Nota quòd electio facta in Ecclesia Regulari de non Professo, venit irritanda, consuetudine contraria non obstante. Hodie verò est ipso iure nulla, per *c. Nullus. de elect. in 6.* Sic ille. Imò *Suarez* contra ipsum putat, vbi supra n. 9. etiam ex iuribus antiquis ante *cap. Nullus*, dictam electionem fuisse nullam. Quod etiam docet *Glossa in cap. Cum causam, de elect.* citans *cap. Abbatem, & c. Quamuis 18. q. 2.* Et ratio est, quia conditio Professionis est ita necessaria, vt sine illa electus esset inhabilis; quia illa conditio ponitur tanquam de forma substantiali electionis, & necessaria, tam ex parte eligentium, quam ex parte electorum, vt infra probabitur. Ergo, &c. Hanc sententiam docet etiam *Lauorius in var. Elucubrat. tit. 4. c. 16. num. 127.* *Castellinus de elect. c. 20. n. 1.* citans *Abbatem*; quibus adde *Mirandam vbi supra, & q. 23. art. 11. concl. 4.* *Samuelem in disp. de elect. tract. 2. contr. 1. concl. 3. n. 5.* *Layman in qq. can. de Pral. Eccl. cap. 16. q. 189.* *Bononiam tract. de elect. par. 2. c. 5.* in meo Codice dub. 87. num. 4. *Riccium in praxi tom. 4. ref. 136. num. 5.* cum alijs penes ipsos. Et ita firmavit Sacra Rota in vna *Vigellens* Abbatiz die 26. Mercurij 1583. coram *Seraphino tom. 1. dec. 647. num. 1.* vbi sic habetur. Fuit resolorum pro nullitate electionis Francisci, sine aliqua difficultate, quia non erat expressè Professus. *cap. Nullus, de elect. in 6.* Ita Sacra Rota.

Nec obstat primo, quod *c. Nullus. & Clemens. 1.* loquuntur de tacito, vel expressè Professo, & non de nullo modo Professo; ergo cum versetur in odiosis, & pœnalibus, textus ille non est extendendus præter casum expressum. Respondeo: Nos non versari in odiosis, sed in favorabilibus, cum determinationes illæ Pontificiæ, late in fauorem Religionum, propter earum bonam gubernationem; non enim, vt dicunt Canones, conueniens erat ad Regimen Religionis illum eligi, qui nullam haberet cognitionem de statu, & obseruantia Regulari. Adde quòd dato, & non concesso, quòd versaremur in odiosis, & pœnalibus; tamen lex pœnalis et identitate, vel paritate rationis, extenditur ad eos casus causas, & personas, in quibus eadem, vel par obicit ratio. Communis est Doctorum sententia, *Daniel Molærus in Comment. ad consil. elect. Saxonie. 41. num. 10. &*

11. par. 4. Portel in *Respons. Regul. tom. 2. casu 30. num. 2.*
 3. 4. Cardinalis Tuschus *concl. pract. 31. num. 38. tom. 6.*
 Ioan. Petrus Surdus *decision. Mantuan. 62. num. 27.* Sanchez de *M. arim. lib. 3. disp. 42. num. 4.* Ludolphus Schraderus de *Feud. par. 9. sect. 6. num. 13. C. de seru. fugitiv. Carolus Kunus conf. 112. num. 18. conf. 3. num. 13. vol. 5.* Et in tali casu proprie non efficitur extensio, sed comprehensio; quia lex illud continere dicitur, quod ratione eiusdem comprehenditur; vt optimè obseruat Borgninus Caualcans, *decision. Fiuizanens. 3. num. 7. p. 3.* Ioan. Petrus Surdus, *decision. Mantuan. 62. num. 25.* Hattmanus Pistoris, *lib. 3. q. 30. num. 18. & lib. 4. q. 6. num. 23.* Ludolphus Schraderus *conf. 23. num. 36. vol. 2.* Gutierrez in *pract. 99. lib. 3. q. 17. num. 83.* cum aliis, quos ad fatietatem adduxi in *par. 6. tract. 1. ref. 34.* Si igitur Canones determinant, tacite professum non esse eligendum ad Prælaturam, nec expressè professum in vno Monasterio, esse eligendum in alio; quanto magis dicendum est, disposuisse nullo modo professum (vt est in casu nostro) posse eligi ad Generalatum, Quis potest dicere hunc casum non inesse, & comprehendi in dictis iuribus? Vide omnino meipsum vbi suprà.

Nec obstat secundò, quòd in Constitutionibus Pontificiis, non includuntur Cardinales, nisi de illis expressa fiat mentio. Nam respondeo cum Dicastillo de *iust. lib. 2. tract. 1. disp. 5. dub. 7. n. 234.* Escobar *lib. Theol. moral. tract. 1. ex am. 1. c. 6. n. 6.* & aliis, hoc non procedere in rebus interdictis à iure communi, & in Constitutionibus insertis in corpore iuris; nam alioquin, Cardinales percutientes Clericos, alienantes bona Ecclesiastica, legentes libros hæreticorum, non incurrerent in censuras. Sed in nostro casu, Canones, de quibus loquimur, non solum habentur in corpore iuris veteris Decretalium, sed etiam in nouo sexti, & Clementinarum, vt suprà ostensum est: ergo, &c. Et idèd testatur mihi Doctus, & amicissimus Pater Abbas Don Hilarion Roncati, Ripam in *1. lib. Decretal. respons. 10.* de electione, docere, non posse eligi in Abbatem, qui non est Professus; etiam si sit Cardinalis. Adde, quòd requisitio Professionis apponatur tanquam forma: nam particula *nisi*, inducit conditionem, *ex leg. obligationum. §. conditio. ff. de obligat. & actiõ. leg. fideicommissa. §. Si fideicommissum. ff. de legat. 3.* & docet Barbola in *leg. Titia. n. 36. vers. Neque obstat secundo. ff. soluto matrim.* Conditio autem inducit formam; vt obseruat Felinus in *cap. dilecto. n. 5. de Rescriptis.* Vazquez de *success. creat. lib. 1. §. 4. n. 26.* & alij, quos adducit Vries ad *Risum. M. C. V. N. cap. 2. n. 355.* Ergo eius omissio reddit actum nullum, & inualidum; vt docuit sæpius Sacra Rota, & præsertim in vna Paduana feudi, die 21. Ianuarij 1627. coram Merlino; & docent communiter Doctores. Quòd clarè patet à fortiori in nostro casu: nam Pontifex apponit decretum irritans, inducens etiam formam; vt patet ex Decisionibus Rotæ, quas adducit Garzias de *Benefic. part. 9. cap. 2. n. 230.* & patet ex nouissima Coruiculi Pensionis, die 21. Martij 1632. coram Eminentissimo Domino meo Verospio.

Nec obstat tertio quòd Cardinalis N. erat Episcopus, & quòd Ordo N. erat exemptus ab Episcoporum iurisdictione, ex priuilegio. Ergo potuit illud renunciare, & se Episcopo subiicere non solum tanquam vnuersali Prælato, sed etiam particulari. Non inquam hoc obstat, quia contrarium asserendum est, vt patet ex c. *Cum tempore. de Arbitrio.* vbi Papa approbat quoddam compromissum inter Ecclesiam exemptam cum quodam Episcopo; & excipit, quæ contra Ecclesiæ illius exemptæ libertatem in eo compromisso continentur; reddens hanc rationem: cum, etsi spontè volueris, de iure tamen nequiveris sine licentia Rom. Pont. renunciare priuilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ Monasterium illud indicant ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere. Sic

ibi Papa. Quo nihil clarius ad nostrum intentum potuit desiderari; est enim idem casus in terminis; & iuuat *cap. Cum olim. 2. de Priuilegiis.* Vbi Papa circa Priuilegia, vel causam vnus Ecclesiæ priuilegiatæ, subdit hæc verba: Nos igitur attendentes, quòd eadem Priuilegia, non solummodo pro libertate Monasterij faciebant, sed etiam exprimebant ius nostrum, & Ecclesiæ Romanæ iustitiam tuebantur, &c. Tertio faciunt pro hac parte plusquam tredecim Doctores graues, quos citat Sanchez, *citato cap. 39. lib. 4. Decalog. n. 29.* Qui omnes, Rationibus, & Textibus neruose probant, non posse Prælatum regularem, suum subditum subiicere Episcopo, etiam in foro conscientiæ, vt absolueretur ab illo in casu, à quo ipse Prælatus regularis non potest. Et multo minus, dicunt, posse illum subiicere Episcopo, quò ad forum externum, quia, inquit, non potest Prælatus Regularis in hoc renunciare Priuilegio exemptionis spiritualis sibi concessio, non personaliter, sed pro tota Religione. Et quamuis ipse Sanchez, ibi, n. 32. cum aliis Doctoribus teneat, posse Prælatum in foro solo interno, subiicere suum subditum Episcopo pro absolutione Sacramentali, ait tamen cum Lapo, & Ancharano, id non posse Prælatum regularem facere, subiiciendo illum Episcopo in foro externo, & contentioso, qui est noster casus. Itaque, si exemptus ab Episcopo, immediatè subiicitur Pontifici, & eius iurisdictioni, *cap. Graue gerimus, 19. de Officio ordinarij.* cum ibi adductis per Glossam, & Doctores, & in *l. fistulam. §. fin. cum Gloss. fin. ff. de seruitutibus rusticorum. & in l. Parietem ff. eodem. cap. per exemptionem 9. cap. si Papa 10. de Priuilegiis lib. 6.* Non ergo poterit exemptus Episcopi iurisdictionem sine licentia Pontificis prorogare; ex ratione Text. in *cap. 1. & 2. de foro competenti iuncto cap. significasti.*

Deinde probatur etiam hæc opinio: nam Archiepiscopus maiorem habet iurisdictionem in subditos suffraganei sui, quam Episcopus in exemptos: at subditus suffraganei, sine illius licentia, non potest Archiepiscopi iurisdictionem prorogare, *ex cap. Romana, de foro compet. in 6. cap. Pastoralis, de Officio ordinarij.* Ergo à fortiori, exemptus non poterit consentire in iurisdictionem Episcopi, sine licentia Pontificis. Et ita hanc sententiam more suo neruose, & doctè sustinet Valboa de Magrouejo, in *Lection. Salmaticens. ad cap. 1. de foro compet. num. 34.* cui adde, me citato, Barbolam de *Potest. Episcop. par. 3. allegat. 105. n. 76.* Sed, dato, & non concessio, regulares priuilegiatos, posse se subiicere Episcopis, hoc procederet quò ad Episcopos locorum, in quibus morantur: nam illis de iure communi subiecti erant, *ex cap. obitum. 61. dist. cap. Omnes Basilica. 16. q. 3. cap. Monasteria. cap. Abbatibus. 18. quest. 2. cap. 1. de Offic. ordin.* Sed in nostro casu, Religio se subiecit Cardinali N. Episcopo, in cuius Diocesi Monasteria non habebat. Ergo, &c.

Et tandem quartò non obstat dicere, (& hæc prima facie videtur validum Argumentum) Canones adductos, non esse intelligendos de Episcopis; quia ex dicto *cap. Nullus, de elect. in 6.* Nquitijs, & Clericus secularis, potest eligi ad Episcopatum Ecclesiæ Cathedralis Regularis, vt immediatè præsit Monachis; ait ibi Glossa *verb. Regularibus, & in c. quod Dei timorem, de statu Monach. verb. Regimen.* Et rationem adducit Paulus Layman in *99. Can. de Præl. Eccles. cap. 16. quest. 190.* quia asserit, Dignitas Episcopalis supplet defectum Professionis. Ergo & in nostro casu, potuit Cardinalis N. Episcopus eligi ad Generalatum, non obstante, quòd Professus illius Religionis non erat; quia dignitas Episcopalis talem defectum supplebat. Non, inquam, hæc obstant: nam respondeo; casum in argumento adductum, esse casum specialem exceptuatum ab ipso Pontifice à lege generali, apposita in dicto *cap. Nullus*, propter rationem, & æqualitatem naturalem, vt seruaretur æquali-

tas inter sæculares, & Regulares: nam sicut Regularis potest assumi ad Episcopatum Ecclesie Cathedralis sæcularis; ut patet ex *cap. si Abbatem, & cap. quorundam, de elect. in 6. & Clem. 1. de elect.* Ita sæcularis etiam è conuerso debebat assumi ad Episcopatum Ecclesie Cathedralis Regularis. Non tamen ex hoc sequitur, nec potest inferri, ergo Episcopus sæcularis potest assumi ad Generalatum alicuius Religionis sine licentia Pontificis; cuius tamen auctoritate assumitur ad Ecclesiam Cathedralis Regularium, absolutè, & primariò eligitur ad gubernandos Laicos illius Diocesis, ut patet; per accidens, & secundariò postea euenit, ut præsit Regularibus, ratione Ecclesie Cathedralis Regularis. Et nota, quòd in isto casu, licet quoad alia Regulares subdantur Episcopo sæculari, tamen quo ad instituta Regularia non recognoscunt alium superiorem, nisi Prælatum Regularem; ut determinauit Paulus III. in quadam Bulla; & Sacra Rota Romana anno 1604. coram Coccino, in causa Ludou. de Torres Archiepiscopi montis Regalis, cum Parribus Benedictinis. Et ita docet etiam Lezzana in *Summa qq. 4. regul. tom. 3. verbo Episcopus quo ad regulares, n. 16.* Barbola de *Potest. Episc. par. 3. Allegat. 105. n. 73.* Gratianus *discept. forens. cap. 170. num. 4.* & alij. Ergo, &c.

Iteque ex omnibus supradictis apparet, electionem Cardinalis Episcopi, vel cuiuscumque alij non expressè Professi, in Generalem Religionis, esse illicitam, & inuvalidam, & illam facientes introducerent in Ecclesiam Dei rem nouam, & vsque adhuc inauditam.

At liceat Regularibus in articulo mortis præbere sæcularibus Viaticum si absit proprius Parochus?

R E S O L. LXIII.

Negatiuè respondet Trullench in *tract. de iure Parochi cap. 5. num. 11.* ubi sic ait: Si laicis infirmis urgeat necessitas, & adest periculum moriendi absque Viatico, existimat Coninch 3. *par. 9. 82. art. 3. n. 32.* posse tunc Religiosos ministrare laicis Eucharistiam ex priuilegio, quod (inquit) Paulus III. concessit Societati Iesu. Attamen uerius censeo, id non posse etiam in hoc casu, quamuis non adsit copia propriij Parochi, qui eam ministraret, ut cum Syluestro, & alijs tenet Sayrus in *thesauro, lib. 3. cap. 29. n. 30.* quia hoc Sacramentum non est necessitatis. Nec obstat (inquit Sayrus) *cap. penitent. dist. 50.* quia intelligitur, ut in morte detur Viaticum, per illos scilicet, qui possunt; & sic intelligitur *cap. Quod in te. de penit. & Remiss.* ubi consecutiue conceditur Viaticum ad penitentiam: quod verum est, ut cui exhiberi potest vnum, possit & aliud, non tamen à quocumque, cum illa non sit paris necessitatis. Ita Trullench.

Sed contra ipsum, & Sayrum affirmatiua sententia Coninch tenenda est, quam tueret etiam Fagundez de *Præcept. Eccles. lib. 3. cap. 2. n. 20.* Valquez *disp. 219. cap. 4. in fine.* Henriquez *lib. 8. cap. 55. n. 1.* Castrus Palaus, *tom. 4. tract. 21. disp. unica. punct. 20. n. 8.* ubi ait: In articulo mortis, si velis sæpius communicare, cum ea repetita, Communio non ex obligatione, sed ex deuotione fiat, sine dubio possunt tibi Religiosi Eucharistiam ministrare, quia illa Communio esto fiat in mortis articulo, id per accidens est, cum iam obligationi illius feceris satis; ut bene notauit Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3. n. 13.* Nec tamen obinde infertur tibi ægrotanti, & ex deuotione communicanti, posse Religiosum per Viaticos, & Plateas deferre Eucharistiam, quia illa solemnis ministratio Parochorum est propria. Suarez *dist. c. 3. n. 12.* Quare exceptio solùm intelligitur de Communionem

in articulo mortis ex obligatione, quam Religiosi; & Sacerdotes sæculares facere non possunt, nisi periculum adsit decedendi sine Viatico, nisi ipsi administrarent. Nam stante ea necessitate omnibus Sacerdotibus tam Religiosis, quam sæcularibus concessa est à iure in *c. Quod in te. de penitenti. & Remiss.* facultas Eucharistiam ministrandi. Nam esto prædictum caput, solùm loquatur de penitentia Sacramento, omnes Doctores ad Eucharistiam per Viaticum sumendam ob græuem illius necessitatem extendunt. Adde, si ob periculum mortis, absente Sacerdote, est concessa facultas Diacono ministrandi Eucharistiam, à fortiori, Sacerdoti concessa erit. Hæc Palaus. Vnde prorsus negatiuam sententiam respiciendam esse puto. Et idem rectè dixit Amicus in *Cur. Theol. tom. 7. dispus. 31. sect. 3. num. 61.* Urgente necessitate, posse Religiosos Viaticum ægrotato ministrare. Et hanc sententiam tenet Pellizzarius in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 3. n. 199.*

Nec obstat quòd Paulus III. concessit Religiosis Societatis Iesu, ut possint Eucharistiam in articulo mortis ministrare, si necessitas urgeat; nam necessitate urgente iure communi omnibus Sacerdotibus ea facultas concessa est: ut quid ergo Pontifex eam exceptionem fecit, cum nihil videantur ea verba operari? Respondeo, id factum esse ob maiorem securitatem. Etenim cum sint plures, grauesque Doctores negantes Eucharistiam à Religiosis administrari posse in articulo mortis absque Parochi speciali licentia, tamen si ægrotus esset sine Viatico decedens, ut docuerunt Syluester *verb. excommunicatio. 7. excommunicatio. 14. n. 32. dub. 3.* Nauarrus *cap. 21. n. 52.* congruè fuit eam exceptionem necessitatis urgentis exprimere, ut ea, expressa omni occasio dubitandi tolleretur. Sic Suarez, *tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3. num. 15.* Palaus, & alij.

Notandum est hinc obiter primò; quòd solis Religiosis, Clericis, aut Laicos communicare præsumptibus, est statuta excommunicatio, ipso facto incurrenda, soli Sedi Apostolicæ reseruata, ut habetur in *Clemens. Religijs. de Priuileg. & excessibus Priuileg.* ad quam non incurrendam sufficit quæcumque ignorantia, vel culpa probabilis, ut colligitur ex verbo *presumpserim*, quo prædicta Clementina vitur, quod expressam scientiam latæ excommunicationis requirit; nec ullam habet rationabilem causam excusationis. Præterea notanda est limitatio ad Clericos, & Laicos: non enim hæc excommunicatio contrahitur, si vel Religiosi alijs Religiosis, etiam sine licentia suorum Prælatorum, vel Clerici sæculares alijs laicis, aut Religiosis hoc Sacramentum administrarent. Nec valet argumentum à simili in penalis, quia hæc non contrahuntur, nisi sint in lege expressæ.

Nota secundò; quòd huius Eucharistia administratione non requirit antecedentem iurisdictionem, sed sufficit quæcumque probabilis spes futuræ ratihabitionis, quia cum non sit actus iudicialis, non necessariò requirit antecedentem iurisdictionem, ex qua procedat, sed sufficit tantum futura, in cuius præsumptione fundatur. Cæterum etsi hoc Sacramentum ministrare absque iurisdictionis potestate, ex natura sua sit mortale, (quod tamen varijs modis excusari potest) nullam tamen habet annexam censuram, aut pœnam. Neque Sacerdos qui sine iurisdictione hunc actum exerceret, incurreret irregularitatem; quia hæc non incurritur, nisi exercendo actum ordinis nondum suscepti, cum proprius ordo huius actus sit Presbyteratus, sed tantum actum iurisdictionis, quam non haberet, propter quem non incurritur irregularitas. Et hæc omnia docet Amicus ubi supra, *num. 52.* & seqq.

An si quis in Paschate sumat Eucharistiam in Ecclesia Cathedrali, satisfaciat præcepto?

RESOL. LXIV.

Affirmatiuè respondere Doctores, quos citat, Sanchez de Matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 27. num. 1. asserentes, Archipresbyterum Ecclesiæ Cathedralis esse Parochum totius Diocesis, & posse quæcumque Sacramenta in tota illa ministrare. Et ita indiuidualiter in casu nostro tenet Genuentis in Praxi cap. 76. num. 22. Posseuinus de Officio Curati, cap. 7. num. 57. Sà verb. Sacramentum num. 4. Batbosa de Officio Parochi, par. 2. c. 20. n. 12. Piascius in Praxi, par. 2. cap. 3. art. 3. n. 26. & Gesualdus in Theol. mor. tom. 1. tract. 12. c. 4. n. 20. vbi sic ait: Quæritur, an quilibet fidelis possit Eucharistiam aliaque Sacramenta in sua Cathedrali Ecclesia recipere, relinquendo Parochiam propriam? Respondetur affirmatiuè; nam Cathedralis Ecclesia in qualibet Ciuitate est Parochia communis, & vniuersalis rotius Ciuitatis, & Archipresbyter potest appellari proprius Pastor totius Ciuitatis, sicut Episcopus totius Diocesis, vt habetur in cap. quicumque 20. quæst. 1. & ex cap. præcipimus 12. quæst. 1. Ita Gesualdus.

Sed ego puto, quòd qui Communionem sumeret in Ecclesia Cathedrali, sine licentia proprii Parochi, vel Episcopi, non satisfaceret præcepto Ecclesiæ de Eucharistia sumenda, nam nullo iure probatur Ecclesiam Cathedralis esse communem totius Diocesis: vnde Archipresbyter, & Parochus Ecclesiæ Cathedralis possunt tantum ministrare Sacramenta in sua Parochia. Tamen quando Archipresbyteratus est quædam præbenda, cui ex officio esset annexum audire Confessiones omnium Diocesis illius, tunc esset proprius Sacerdos, & ordinarius in tota illa, & proinde posset ministrare Eucharistiam in Paschate omnibus ad Cathedralis confluentibus. Et in hoc sensu est vera opinio affirmatiua; si aliter illam non approbo. Et ita tenet Eligius Bassæus in floribus Theol. verb. Communio Sacra n. 13. & Sanchez vbi supra, cum Trullench tr. de iure Parochi, c. 5. num. 10. vbi sic ait: Obserua quosdam existimare Parochianos satisfacere præcepto Ecclesiæ, si Eucharistiam sumant in Ecclesia Cathedrali suæ Diocesis à Parocho, seu Archipresbytero illius: nam putant Archipresbyterum, seu Parochum prædictum posse audire Confessiones, & consequenter administrare omnia Sacramenta etiam Eucharistiam omnibus fidelibus illius Diocesis absque licentia proprii. Verius tamen, & tenendum est, vt Praxis confirmat talem Parochum non posse alienis quibus absque proprii licentia Eucharistiam, aut alia Sacramenta ministrare: nisi esset alicubi Presbyter deputatus, ad quam possent omnes de Diocesi gratia recipiendi Sacramenta confluere, quòd rarò contingit: iam in consuetudine positum est, solum habere potestatem in sua Parochia. Ita Trullench. verum Panormi vel ex licentia ab Archiepiscopis largita, vel ex consuetudine, omnes confluentes ad Ecclesiam Cathedralis promenda Eucharistia tempore Paschatis, adimplent præceptum, & accipiunt schedulam signatam, vt illa possint monstrare proprio Parocho.

In Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris Ordinibus constitutus, si secularis polluat, committat sacrilegium? Et an patiens pollutionem, circumstantiam personarum teneatur aperire?

RESOL. LXV.

Resolutio negatiua sententia adduxit alibi Llamas primum Auctorem huius sententiæ: postea adduxi Ni-

colaum Mosciscensem Dominicanum, & Ioannem Caramuelem Cisterciensem: nunc assero eandem sententiam docere Iacobum de Grassis Benedictinum, de castibus reseruat. lib. 3. c. 8. n. 39. cui nouissimè adde Patrem Gesualdum Capuccinum in Theol. mor. tom. 1. tr. 27. c. 10. n. 16. vbi sic asserit: Sequitur, quòd quando sola mollities committitur tactibus professi, siue alicuius in Sacris Ordinibus constituti, si patiens esset secularis, non tenetur amplius dicere in Confessione, nisi passus sum voluntariè pollui tactibus alienis; neque Religiosus amplius tenetur dicere, nisi casu tangens impudicè alium pollui, & si nō sit cognitus, non tenetur explicare: ego sum in sacris, siue Religiosus, nisi etiam ipsi accidat voluntaria pollutio consummata. Et ratio huius est, quia persona sacra non est in tali casu violata contra vorum Castitatis. Hæc Gesualdus.

Sed prorsus hanc sententiam reiiciendam esse puto. Et ego illam alibi improbaui; & me citato, improbat Trullench vbi infra, & etiam, me citato, sapientissimus Quieto in p. 2. D. Thoma. tr. 6. contr. 5. punct. 3. §. 10. n. 70. Vnde in summa Llamas inuenitur expuncta talis opinio iussu nostræ Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ, in Indice expurgatorio edito anno 1632. à Cardinali Antonio Zappata littera H secundæ Classis. Et idè non approbo id, quod asserit nouissimè Tamburinus in Method. expedit. Confess. l. 2. c. 5. §. 10. n. 66. vbi sic ait: si tu tuis manibus polluas vxoratum, vel Sacerdotem, &c. debes id explicare; quia cooperaris ad Adulterium, vel Sacrilegium: at si te suis manibus alius polluat, parum refert pro tuo peccato contra Castitatem, quòd ille fuerit vir, vel fœmina, vel Sacerdos: tunc enim (si aliud non additur) se habent illæ manus, vt merum instrumentum; & solum adest cooperatio cum alterius te polluentis peccato. Ita ille; qui sentit cum Llamas, secularis patientem pollutionem ab aliquo in Sacris constituto, non teneri amplius dicere, nisi passus sum voluntariè pollutionem tactibus alienis, & non teneri explicare circumstantiam personæ sacræ. Sed hanc sententiam, vt diximus, delevit ex Llamas index expurgatorius. Rectè itaque Trullench in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. §. 1. n. 2. sic ait: Hinc fit quando mollities committitur tactibus Professi, aut in Sacris constituti, esse id confessione aperiendum, vt benè existimat Diana tract. de circumstantiis. ref. 53. contra Llamas summa par. 3. cap. 8. §. 16. Ita Trullench, & iterum ego. Vnde cautè legendi sunt Tamburinus, Gesualdus, Grassius, Mosciscensis, & Caramuel: & caueant in posterum Auctores hanc sententiam in suis Operibus amplius imprimere.

Aliqua notabilia circa circumstantias peccatorum in confessione explicandas obseruantur?

RESOL. LXVI.

Quæro primò. An qui habet votum castitatis, debeat votum explicare, si consilio, vel auxilio fuit causa, vt aliquis castitatis votum habens peccaret. Affirmatiuam sententiam docet Leandrus de Sac. 10. 1. tr. 5. disp. 8 §. 1. 9. 10. quia qui proximo luxuriam consulit contra obligationem indirectam castitatis peccat, cum hæc obliget me indirectè, ne alios ad luxuriam inducam. Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam docui in part. 7. tract. 11. ref. 27. cum docto, & amicissimo Caramuele; cui nunc addo Patrem Pellizzarium in Man. Reg. 10. 1. tr. 4. c. 3. sect. 4. n. 91. vbi sic ait: Quæritur, an violet castitatem Religiosus, qui inducit alium Religiosum ad violandum votum castitatis? Respondetur non violare; cum votum castitatis obliget vouentem, vt ipse sit castus; non autem ad procurandum vt alij sint casti. Nota tamen in hoc casu contrahi posse malitiã scandalis, quatenus Religiosus cooperatur alterius peccato contra suum votum:

tum; & si ea malitia non aduerferur voto castitatis, nec in confessione dicti scandali explicari debeat circumstantia voti castitatis. Ita ille, qui citat pro hac sententia Cardinalem Lugo.

Quæro secundò, An si quis habuit tactus cum aliqua muliere sine intentione accedendi ad illam; postea mutata intentione statim cum illa copuletur; teneatur non solum copulam, sed etiam tactus, & oscula confiteri? Negatiuam sententiam docet nouissimè Pater Leandrus de Sacra. tract. 5. disp. 8. §. 6. quæst. 10. Quia licet in dicto casu deficiat finis operantis, propter cuius defectum non possunt tactus coniungi cum fornicatione, & efficere ex hac parte vnum peccatum cum illa; tamen non deficit finis ipsius operis, tactus videlicet, seu medij, ratione cuius coniunctionis, hæc omnia media inter se, & cum opere principali quod postea sequitur, vnum constituunt peccatum in genere moris; & idè non oportet in confessione explicari, quia explicata fornicatione, etiam ipsa explicata manent. Ita Leandrus; qui testatur sic sensisse doctos modernos à se consultos. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam postea me citato docet Eminentissimus Lugo de pœnis, disp. 16. sect. 14. num. 556. & Vazquez in 3. p. tom. 4. q. 91. dub. 5. num. 27.

Quæro tertio, An in sodomia sit explicanda persona, an videlicet fuerit perpetrata cum masculo, vel cum femina? Nominatim contra me negatiuam sententiam docet Leandrus de Sacra. tom. 5. tr. 5. disp. 8. §. 3. q. 3. putat enim non esse explicandam personam maris, vel feminae, quia hæc in genere moris vnius sunt speciei, nisi in casu quo mulier esset coniugata, aut voto castitatis adstricta; vel consanguinea, vel affinis. Sed ego affirmatiuam sententiam olim docui, & nunc iterum doceo, & illam me citato tenet nouissimè sapientissimus Pater Ouiedo in part. 2. D. Thoma, tract. 6. contr. 5. punct. 3. §. 7. num. 56. vbi tenet, sodomiam cum viro, & cum femina specie distingui, & esse in confessione explicandam. Puto tamen, vt olim dixi, sententiam negatiuam esse probabilem.

Quæro quarto, An Clerici, & Religiosi, si ludendo ludo taxillorum, siue alearum fraudauerint aliquem in notabili quantitate, teneatur in confessione circumstantiam instrumenti, seu medij aperire, videlicet circumstantiam de ludo taxillorum, Et affirmatiuè videtur respondendum; quia cum vsus prædictorum instrumentorum sit secundum ipsos sob mortali prohibitus, & prohibitum etiam sub mortali sit proximum in notabili quantitate fraudare, vt patet ex præcepto de non furando; hinc fit, vt cum proximus notabiliter fraudetur instrumento, seu medio specialiter prohibito, circumstantia instrumenti seu medij nouum peccatum addat: & idè non solum sit confitenda defraudatio, sed etiam circumstantia medij, quo ipsa fraus facta fuit. Et ita ex Fillucio, Molfesio, & aliis docet Gesualdus in Theolog. moral. tom. 1. tract. 19. c. 4. n. 30.

Non tamen hinc deseram adnotare nostrum Megalam docere, Clericos, seu Religiosos, si eis non sit facta specialis prohibito per statuta, siue per Synodalia, ne taxillis, seu aleis ludant, non peccare mortaliter, secluso scandalo, nec teneri in confessione aperire si alios in ludo fraudauerint circumstantiam medij; sic itaque ait in p. 1. instit. confess. lib. 5. cap. 14. num. 8. Ergo non tam facile affirmandum esse cenfeo, prædictos Clericos, aut Religiosos peccare mortaliter, secluso scandalo: quia in d. cap. 1. 35. dist. & in d. cap. inter dilectos, vbi præcipue fundatur opinio præcatorum Doctorum, nullo modo imponitur depositionis pœna cuius ratione deduci possit Clericos prædictos culpæ mortalis esse reos. Nam quoad cap. 1. ibi talis pœna non exprimitur, sed tantum præcipitur vt tales Clerici aleæ deseruientes, aut desinant, aut damnentur. Vnde Diaz in sua præct. crim.

cap. 64. miratur Dominicum, & Præpositum, qui summando illum Textum videntur tenere, quòd per illum imponatur pœna dispositionis, propter illud verbum damnentur, à quo potius arbitrariam pœnam denotari ipse affirmat: & cum sequitur Menochius de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. casu 399. Neque in d. cap. inter dilectos, de depositione à beneficio fit mentio, sed benefici collatio facta publicis aleatoribus, ac simul vsuariis manifestis propter vilitatem, ac indignitatem locorum irritatur. Itaque patet, publicum aleatorem tantum repellendum esse à beneficio obtinendo, vt notat ibi gloss. 1. & Panormitanus in num. 6. Cum igitur ex prædictis capitulis deduci non possit, prædictos Clericos depositione dignos esse, præcatorum Doctorum affirmantium Clericos prædictos peccare mortaliter, corrui fundamentum: ergo dicendum erit eos non peccare mortaliter.

Dices, eos peccare mortaliter ratione prohibitionis Lateranensis Concilij, vt patet in cap. Clerici, il. 2. de vita. & honest. Cler. vbi præcipitur Clericis, vt aleis, & taxillis non ludant, nec huiusmodi ludis intendant. Respondetur, non omnia, quæ d. cap. Clerici, continentur esse præcepta, sed quædam esse de præcepto, quædam de honestate secundum Pet. vt refert Abbas ibidem: imò secundum Innocentium in eodem loco, omnia quæ in d. c. continentur, sunt de honestate, non autem ex præcepto, & esto sint ex præcepto, dicit tamen Lessius in d. dubitat. 1. num. 5. hoc tempore non esse vsu receptum, vt obliget ad mortale, nisi quatenus prohibet id fieri cum periculo scandali. Vnde concludendum est, prædictos Clericos, ac Religiosos non peccare mortaliter, vt blasphemandi, mentiendi, fallendi, & sic in similibus: nec consequenter, si cessante scandalo, in prædictis ludis aliquem in notabili quantitate defraudauerint, teneri eos confiteri circumstantiam instrumenti, seu medij sibi prohibiti. Cum talis circumstantia ratione dictæ prohibitionis speciem non addat; sed satis erit accusate à se in ludo proximum fraudatum fuisse. Hucusque P. Megala, qui respondet etiam ad alios Canones in contrarium. Sed hanc sententiam approbare non audeo; idè tu cogira.

Nota etiam hinc obiter Leandrum vbi supra de Sacra. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 8. quæst. 19. me citato docere, Sacerdotem in peccato mortali excipientem confessiones centum personarum, non centum, sed vnum peccatum admittere, nec teneri in confessione numerum personarum explicare, sed tantum dicere; audiri confessiones plurimorum in peccato mortali. Et hanc sententiam tenet etiam Cardinalis de Lugo de pœnis, disp. 16. sect. 3. num. 135. & 558. & illam, vt ego olim, tanquam probabilem admittit Tambur. opusc. 1. de confess. lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 55. Escobar in Theol. mor. tract. 7. exam. 4. cap. 7. num. 38. qui ex Alphonso Vazquez Theologo Societatis idem asserit dicendum de Episcopo successiuè, v. g. centum personas ordinante; quod quid in contrarium etiam probabiliter asserat Ouiedo vbi supra punct. 5. num. 116. & alij. Et tandem nota dictum Leandrum vbi supra §. 7. quæst. 21. nominatim contra me, & alios docere, quod penitens non tenetur confiteri consuetudinem peccandi, etiam si à Confessorio de illa interrogaretur, & citat Sancium. Sed hanc opinionem ego reprobavi, & nouissimè à Sacra Congregatione Indicis fuit deleta ab operibus Sancij, vnde non est audiendus Pater Leandrus, & ita nostram sententiam præter Doctores à me alibi citatos docet Pater Tamburinus in opusc. 1. de Mat. exp. Confess. lib. 1. c. 1. §. 1. num. 3. in fine. Dicendum est igitur, quod licet penitens non sit obligatus manifestare in confessione consuetudinem peccandi, tamen hoc fallit si à Confessorio de illa interrogetur.

plura dubia elucidantur ad praxim conducentia proornatu Regula 33. Cancellaria, de possessione triennali.

R E S O L. X L V I I.

Materia est satis practicabilis, & quotidiana, & ego illam alibi cursim tetigi; nunc in fauorem Confessorum, & Responsorum casuum conscientie, aliqua explanabo dubia. Verba igitur dictæ Regule sunt hæc. Eum qui pacificè aliquod beneficium absque simoniaci ingressu, vel intrusione triennium possedit, præscribere contra actionem cuiuslibet impetitoris. Quæro itaque primò, an dicta Regula procedat non solum in foro externo, sed etiam interno? & negatiuè respondet Couarruias *ad Regul. possess. male fidei. part. 2. §. 10. num. 10.* Molina *tom. 1. disp. 70. num. 1.* Torrianus *in 2. 2. tom. 2. disput. 47. dub. 5. num. 1.* Castus Palauus *tom. 2. tractat. 13. disputat. 2. punct. 33. num. 3.* & alij. Et ratio est, quia beneficii titulus acquiri non potest aliter quàm Canonica institutione *cap. ex frequentibus, de institutionib. & cap. 1. de reg. iur. in 6.* Ergo præscriptione acquiri non potest. Ergo triennalis possessio titulum non concedit. Adde si triennalis possessio titulum concederet, & securum in conscientia redderet possessorem, non posset Ordinarius à triennio possidente beneficii titulum exigere, & examinationi subiicere.

Verum ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tenet Lessius, Azorius, Sanchez, Garzias, Rebuffus, Nauar. quos citat, & sequitur Hurtadus *de iust. disput. 2. difficult. 8.* quibus ego addo VVigers *de iust. tractat. 1. c. 5. dub. 7. num. 2. 2.* Gordonum *in summa lib. 8. quest. 4. cap. 5. §. 2. num. 24. & lib. 3. q. 4. cap. 3. §. 8. n. 13.* Layman *lib. 3. tract. 1. c. 8. num. 18.* Tannerum *tom. 3. disp. 4. quest. 1. dub. 6. num. 93.* Becanum *de iust. cap. 9. quest. 10. concl. 6. num. 7.* Reginaldum *tom. 2. lib. 30. tract. 3. c. 18. num. 159.* Et hanc sententiam esse satis tutam, & probabilem purat Cardinalis de Lugo *tom. 1. de iust. disputat. 7. sect. 7. num. 107.* Dicendum est itaque, quia sicut ex communi sententia præscriptio, quæ in rebus ciuilibus fit, auctoritate Ciuilibus Magistratus, locum habet in conscientia: ita etiam in causis Ecclesiasticis habere debet præscriptio, quæ fit auctoritate Papæ: ut sit ea, quæ per propositam Regulam de triennali pacifico possessore, est in bonum commune introducta: tum ad lites minuendas, quæ solent esse innumeræ, nonnunquam interminabiles: tum ad solatium plebis, ut suum Pastorem verum agnoscant, nec falsum ipsis obtrusum esse dubitent: saltem post ipsum habitum per triennium beneficii sui pacificum possessorem. Adde quòd Papa statuens in eadem Regula, ut talis possessor molestari non possit, aperte indicet, quòd is iniuste ac legitime retineat beneficium possessum: quandoquidem per id alioqui iustus possessor prohiberetur perire quod suum est, & possessor iniustus in sua iniustitia foueretur. Neque obici potest, quòd in cæteris rebus præscriptio requirit tempus triennio longius, de quo late Ludouicus Molina *de iustis. & iure tract. 2. disput. 58.* & aliquot sequentibus: quia beneficia sunt bona Ecclesiæ, de quorum acquisitione Pontifex Romanus plenam habet disponendi auctoritatem: neque deest in tali præscriptione sufficiens institutio; quia cum modus conferendi beneficia Ecclesiastica non sit de iure diuino, sed tantum de iure Ecclesiastico, eo ipso, quod Papa statuit ut aliquis sinatur possidere beneficium, aut statuit ne in eo molestetur, supplet id quod deest ex vero titulo: censeturque illud interea conferre, iuxta *cap. litteras de supplenda neglig. Pralat. iuncta gloss. finali.* Ad argumentum Molinæ, & alio-

Anton. Diana Pars I X.

rum, respondeo; quod quàmuis iure ordinario beneficium nequeat absque Canonica institutione obtineri, bene tamen iure extraordinario habito in hac Regula.

Quæro secundò, an hæc Regula defendat possessores triennales pacificos aliàs inhabiles, modò non sint hæretici, vel intrusi, videlicet, an quando titulus est invalidus defectu habilitatis recipientis beneficium, ut quia erat illegitimus, vel aliàs irregularis, excommunicatus, &c. sit titulus coloratus ad effectum huius Regule. Quidam enim negant, & sic dicunt posse molestari post triennium. Ratio, quia possessio longi temporis non habilitat incapacem. *cap. causam & cap. accedentes.* vbi Panormitanus, & Felinus *de prescript.* Nec obstat quod Regula de triennali, tantum duos casus excipiat, & sit in aliis videatur manere firma regula; quia casus excepti etiam cum dictione taxatiua, recipiunt extensionem ad alios casus similes. Quis enim diceret, non tonsuratum, bigamum, coniugatum, possidentem triennio beneficium, iuari hac regula: & tamen non sunt de casibus exceptis? Ergo regula recipit extensionem ad casus similes exceptis, ac quoties possidens est inhabilis ad beneficium, est casus similis exceptis; idè enim excipiuntur violentus & simoniacus, quia sunt inhabiles: ergo. Et ita hanc sententiam tenet Rebuffus *de pacifica possess. a num. 106.* Azorius *tom. 2. lib. 7. cap. 35. quest. 1. in fine.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 30. tractat. 3. cap. 18. numero 261.* & alij.

Sed affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo cum Castro Palao *tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 33. num. 9.* Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 31. num. 20.* Parisio *vol. 4. conf. 96. num. 2.* P. Thesaurio *in praxi part. 1. cap. 30. quest. 4.* & aliis. Dico itaque inhabilem ex pœna, vel censura, vel irregularitate ad beneficium obtinendum, & non ex conditione personæ, ut sunt merè laici, si bona fide obtineat à legitimo Collatore beneficium triennali pacifica possessione, tutum esse, & titulum reualidari, excepta inhabilitate ex simonia scienter contracta, vel ex violenta intrusione, vel quando beneficium esset reseruarum reservatione clausa in iure communi; quia hos solos casus Regula excipit. Itaque firma ratio hæc est, quia cum hæc Regula tantum excipiat hos tres casus, in reliquis manet firma. *Item quod liquide ff. de peru. legat.* Sic tenet Philippus Probus *addit. ad Cosmam Prag. Sanctio. tit. de pacif. possess.* super verbum *molestari, glossa 3.* vbi hæc verba dicit, quoad Regulam de triennali, omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui non excluditur in Regula: & soli illi, qui in regula excluduntur, dicuntur habere titulos discoloratos, licet aliud sit, quoad effectus iuris communis; & Ludouicus Gomez *Regula de triennali, quest. 26. §. quibus non obstantibus.* vbi hæc verba dicit, ut triennalis possessio locum habeat, sat est titulus ex alio capite, quàm ex defectu potestati conferentis invalidus; illa enim infirmitas sanatur, & adiuuatur per triennem possessionem: & dicit ita seruare quotidie Rotam sine aliqua dubitatione.

Hinc inferitur cum Sanchez primò: Illegitimum obtinent beneficium, & possidentem triennio iuari hac regula; quia non est de casibus exceptis in ea. Sic Gomez *quest. 2. Parisius vol. 2. conf. 96. num. 2.* & idem dicendum est de quolibet alio irregulari, cum non excipiatur in Regula: Secundò inferitur, quod si beneficium aliquod ex fundatione conferendum est promotò ad talem gradum, vel habenti aliam qualitatem, detur carenti illa, & ille triennio pacificè possideat, iuatur hac Regula. Tertio inferitur, quod si sæcularis absque dispensatione possideat beneficium regulate triennio pacificè, vel è contra Regularis sæculare, iuatur hac regula. Quarto inferitur, quòd

F F recipiens

recipiens beneficium ante legitimam ætatem ad ipsum requisitam, ut minor recipiens curatum, si triennio pacificè possideat, iuuatur hac regula, quia non est de casibus exceptis. Et tandem infertur quid dicendum sit de priuato à iure, vel ab homine beneficio, quod possidet postea triennio, an iuuatur hac Regula, ut si recipiat duo incompatibilia, contra Extrauag. *execrabilis, de prob.* quocasu à iure est priuatus altero. Quidam dicunt non iuari hac regula licet possideat triennio. Sed verius est contrarium scilicet in utroque casu iuari hac regula, & habere, quoad hunc effectum titulum coloratum, licet eo careat quoad alios effectus iuris communis, quia hic nõ est de casibus exceptis in ea regula, dummodo post acquisitionem vtriusque beneficii sequutum est triennium; secus si antea possedit vnum beneficium, & post acquisitionem alterius non sequitur triennium, quia non iuuatur hac regula. Sicuti etiam si esset declaratus per sententiam esse priuatus titulo; tunc enim non gauderet priuilegio huius Regulæ. Scio Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo *tom. 2. de iust. disputat. 7. sect. 7. num. 110. cum seq.* nimis probabiliter aliqua ex supradictis non approbare; sed ego magis adhæreo Gomezio, Sanchez, Thesaurio, & alijs.

Nota tamen quod si coniugatus, vel merè laicus, vel bigamus recipiat beneficium, & possideat triennio, non iuuatur hac Regula. Ratio, quia licet non excipiantur hi in Regula, at Regula loquitur de capacibus beneficii Ecclesiastici, hi verò sunt omnino incapaces, in cuius signum nec accipere possunt beneficium, & si antea acceperant, nempe ante matrimonium, vel bigamiam, eo ipso perdunt, quia sunt incapaces acquirendi, & retinendi: at excommunicatus, vel irregularis non est omnino incapax. Vnde patet responsio ex superius dictis ad absurda, quæ contra nostram sententiam adducunt Reginaldus, & alij Doctores contrarij.

Quæro tertio, an beneficium huius Regulæ procedat etiam in possessoribus malæ fidei. Affirmatiuè respondet Emmanuel Sà correctus à Magistro Sacri Palatii *verb. Beneficium, n. 14.* vbi sic ait: Triennio possidens beneficium, etiam si mala fide sit eius dominus secundum Naturam, & Regulam de trienniali possessione, nec tenetur ostendere titulum, ut declarauit Concilij Congregatio. Ita Sà; cui adde Couarruiam in *Regula Possessor, part. 2. §. 10. n. 10. concl. 4.* Palaum *tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 33. n. 10.* & Ludouicum Gomez in *Regul. de trienniali possess. quest. 42.* qui dicit, bis in Rota sic esse decisum; & dicit hanc exceptionem etiam mala fide post triennij possessionem reddere tutum etiam in foro conscientie possidentem. Quia Papa ad vitandas lites, & scrupulos, hoc potuit facere; immò, & dare verum ius, & dominium propter plenissimam in beneficialibus potestatem, quam habet. Probatum etiam hæc opinio, primo: quia per Regulam Cancellariæ aliquid de nouo inducitur ultra ius commune, sed nihil operaretur, nec de nouo induceret, si requireretur bona fides. Secundo, quia Regula tantum petit titulum coloratum, & duos excipit, scilicet, simoniacum, & intrusum in beneficium vacans apud Sedem. Tertio, quia in temporalibus in negotio præscriptionis agitur de maiori præiudicio, cum per præscriptionem verum ius & dominium acquiratur. Idem mirum non est, quod requiratur bona fides. Per hanc verò Regulam Cancellariæ tantum adquiretur possessio ad vitam possidentis duratura. Verum, his non obstantibus, ego puto ad obtinendum beneficium huius Regulæ, requiri bonam fidem possidentis, quia non est credibile velle Papam fauere peccati, ac malæ fidei possessori. Item quia Regula generalis est, malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere, *cap. Possess. de Regulis iuris in 6.* quod etiam in spiritualibus procedit, ut bene Glof. *cap. contingit, de dolo, & contum. vers. Consiuatur.* & dicendo hoc aliquid ultra ius commune ope-

ratur hæc Regula, quia de iure communi semper poterat possessor molestari, nec præscribatur titulus. Et ita hanc sententiam nominatim contra Emanuelem Sà tenet Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 1. dub. 6. n. 93.* Dicastillus *vbi infra, Becanus de iust. c. 9. q. 10. concl. 6. n. 7.* Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tract. 3. cap. 18. n. 164.* Layman *lib. 3. tract. 1. cap. 8. num. 7.* Hurtadus *de iust. disp. 2. difficult. 8.* Sanchez *in summa tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 91.* & alij communiter.

Non deseraim tamen hic adnotare primam sententiam Emanuelis Sà, & aliorum, negantem esse necessariam bonam fidem, minimè improbabilitatis nota inurendam esse, & posse quis eam sequi secundum Eminentissimum Cardinalem Lugo, qui postquam nostræ sententiæ adhæserit, tandem sic asserit *tom. 1. de iust. disp. 7. sect. 7. n. 115.* Per hoc tamen non dico, contrariam sententiam improbabilem esse, nec damnarem eum qui ei se conformaret, cum Sacra Rota eam aliquoties in iudicando amplexa fuerit, quæ teste Ludouico Gomez nunc in hanc, nunc in aliam partem declinauit. Ita ille, & Sanchez vbi supra, Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 1. disp. 1. dub. 12. num. 252.* nostram sententiam veriore tantum appellant. Ergo secundum Sanchez & Dicastillum, negatiua non est improbabilis. Sed quicquid sit de hoc absolute existimo bonam fidem necessariam esse pro trienniali possessione huius Regulæ 33. de qua loquimur.

Quæro quarto, an si aliquis v. g. te ignorante, simoniacè procurauit tibi beneficium, & idcirco collatio fuit nulla, profit tibi Regula triennialis: nam verba Regulæ excludere videntur collationem omnem simoniacam, qualis illa fuit, & in iure damnata, licet non propter culpam tuam, sed alienam. De hoc casu his diebus in facti contingentia ego interrogatus fui. nam patruus neptis ignorante emerit ei beneficium; & nunc intrepidè respondi, nostram Regulam intelligendam esse de his, qui scientes commisisse simoniam beneficia ingrediuntur: nam si illis ignorantibus simonia commissa est, non credo à favore huius Regulæ excludi; quia cum sit pœna, extendi non debet ad simoniam, in qua beneficiati culpabiles non sunt. Quod confirmatur ex ipsis Regulæ verbis, dum dicit: Si quis non simoniacè ingressus possederit, &c. vbi non solum requirere videtur simoniam, utcumque, sed quæ se teneat ex parte ingredientis beneficium: quando autem simonia se tenet ex parte alterius tertij, licet collatio ut cumque dicatur simoniaca, ingressus tamen, seu actio, qua prouisus ingreditur, non est simoniaca, nec ipsa punitur, sed actio mediatoris, quæ fuit simoniaca: non tamen appellatur ingressus, sed potius apertio portæ ut hic ingredi possit: quare cum versemur in odiosis, non debet exclusio ad eum casum extendi. Et ita nostram sententiam docet Hurtadus, Layman, & Dicastillus vbi infra: quibus adde Trullench in *Decalogum tom. 2. lib. 7. c. 4. dub. 9. num. 4.* Vgolinum *tabul. 1. cap. 6. §. 4. num. 2.* Garfiam *tom. 2. pag. 8. cap. 7. num. 15.* Palaum *tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 33. num. 11.* Dicendum est igitur, quod Regula nostra intelligenda sit in simoniaco scienti; secus in ignoranti: ut quia pater, vel frater aliquid dedit pro dando beneficio filio, vel fratri, eo penitus inscio; licet enim hic teneatur illud relinquere, nec acquirat verum titulum, at si possedit triennio, iuuatur hac Regula, quia hic habet titulum coloratum.

Nota tamen hic etiam contra Lessium *lib. 2. cap. 35. dub. 25. n. 140.* Simoniam huius Regulæ non esse extendendam ad simoniam conuentionalem, & ideo malè citat pro se Gomezium *quest. 12.* nam ipse in fine questionis se correxit. Et ideo assero, verba Regulæ intelligenda esse de simonia reali completa, non mentali, aut conuentionali: & ita docet Sanchez *in opuscul. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 32. num. 1.* & Cardinalis Lugo *de iust. tom. 2. disp. 7. sect. 7. num. 126.*

Quæro

Quarto quinto, an tempus possessionis triennialis, de qua loquimur, sit computandus ultimus dies de momento ad momentum, vel sufficiat ut sit inceptus: & suppono hoc triennium debere esse continuum & integrum, eo pacto quo docet Cardin. Lugo ubi sup. n. 120. ita ut prescriptionem triennem huius Regulæ, de quo loquimur, non iuuare possessori, si deesset triennio, vel dies vnus rectè docuerit Gordonus in *summa lib. 8. q. 4. cap. 5. num. 24.* & Reginaldus *tom. 2. lib. 50. tract. 3. c. 18. num. 263.* Hoc supposito: difficultas est, an ultimus dies huius triennij sufficiat quod sit inchoatus. Casus est curiosus, & ego à nemine pertractatum inuenio in terminis possessionis triennialis huius Regulæ. Et affirmatiuè respondeo ex doctrina recepta quod tempus vsucapionis computetur ciuilitè de die in diem, ita ut cœptus dies postremus pro completo habeatur, vt patet in *l. pen. pr. ff. de diuer. tempor. prescript.* Et ita docet ex Doctoribus Multicus Hunnius in *Transterum, vol. 2. disp. 22. Thef. 4. quest. 18.* Martinus Bocerus in *disputationibus de vniuerso iure tom. 2. class. 5. disp. 22. num. 29.* Hubertus Giphanius in *l. 6. ff. de oblig. & act.* Conanus *lib. 3. Commentar. cap. 12. num. 2. & 3.* cum aliis. Quod confirmatur primò ex textu *l. 5. ff. qui testam. facere possunt*, qua Vlpianus apertè ostendit, quod annus pubertatis ultimus cœptus pro completo habeatur: proinde & ultimus dies vsucapionis cœptus pro completo habeatur: nec enim ratio vlla diuersitatis assignari potest. Secundò: in *l. 8. ff. de minoribus*, asseritur ante annum vigesimum quintum neminem ad munera admitti, minores proinde 25. annis ad honores admitti non debere: subiicit autem Vlpianus, annum 25. cœptum pro completo haberi. Tertio: pari modo in *l. 74. ff. ad S. C. Trebell.* Cum testator iussisset hæreditatem suam filio restitui cum ad annum vigesimum ætatis peruenisset, dicitur annum cœptum pro completo haberi. Quarto denique cum *l. Alia Sentia* cautum esset, ne minor viginti annis aliter quàm vindicta manumitteret, questum fuit, vtrumne annus postremus, nempe vigesimus debeat esse completus, an sufficiat diem postremum, anni vigesimi cœptum esse? Et responderet Vlpianus placuisse eum, qui Kalendis Ianuariis natus post sextam noctis pridie Kalendas, quasi annum vigesimum compleuerit, posse manumittere in *l. 1. ff. de manum.* Rectè itaque dixit Bocerus ubi suprà, tempus de quo loquimur non esse à momento in momentum, neque ab hora in horam, sed à die in diem computandum, ita vt, qui vltimum diem attigerit sufficeret; qui igitur hora sexta diei Kalendis Ianuarij possidere cœpit, hora sexta noctis pridie Kalendis Ianuarij vltimi anni implet vsucapionem. Et hæc omnia dicta esse volo seclulo stylo Curiz, vel praxi Cancellariæ, si fortè in contrarium adessent quod nescio.

Nota tamen posse aliquem ex dictis confirmare sententiam nostris Patri Pelliccionij in *99. Can. q. 45. per totam*, in qua conatur defendere validam esse Professionem factam eadem die susceptionis Habitus, vel complementi sextidecimi anni. Finge v. g. aliquem susce-

pisse habitum primo die Ianuarij anno 1620. hora vigesima secunda, post vespèras, & recurrente eadem die prima Ianuarij anni sequentis 1621. hora decima septima, inter Missarij solemniam ad professionem fuisse admissum; cum defectu quinque, vel quatuor horarum ad integritatem anni. In hoc casu Pelliccionius putat professionem esse validam cum Henriquez, Rodriquez, & Palatio. Sed ego puto non esse discedendum à communi sententia, quam olim docui, & nouissimè me citato docet Sacra Rota in Magistrati decisione Burgens. nullitatis Professionis, die 16. Aprilis 1649. coram doctissimo D. Arguelles, & me etiam citato mutans sententiam, doctus & amicissimus Barbosa Episcopus Vgentinus de *potest. Episc. part. 3. alleg. 101. num. 22. in 3. edit.* & me citato Ciarlinius in *controu. forens. tom. 1. cap. 108. num. 25.* & me citato Bordonus *tract. de Profess. Regul. c. 4. quest. 10.* & me citato Lezzana in *summa tom. 4. verb. Professio Regularis, num. 90.* & me citato Nouatius in *Lucerna Regularium verb. Annus, n. 2.* & me citato Narbona in *Annalibus Iuris ann. 16. quest. unica num. 6.* Dico igitur, annum probationis computandum esse physicè, videlicet de momento ad momentum, nec sufficere, quod vltima dies sit incepta.

Notandum est hic obiter, aliquos asserere, annum nouitiatus debetè esse continuum, continuatione morali non physica: vnde nouissimè Leandrus in *99. Regul. cap. 8. super 2. Regula num. 12.* sic ait: [Me parece, que si por espacio de vna, ò dos horas se interrumpiesse el nouiciado, no seria cosa notable, porque este es negocio moral, y lo poco se reputa por nada: y en este caso cessa el fin del decreto del Concilio; porque este es, que en el Nouicio experimente las asperezas de la Religion, y ella su natural, y costumbres; y por vna interrupcion tan breue no dexa de experimentarlas. Itè, porque la prescripcion no dize interrumpida por la interrupcion de poco tiempo, como enseñan los Iuristas, maximè Tiraquel *tractatu de Indicio in rebus exiguis, num. 80. y 81.*] Ita ille. Et ita etiam docet M. Fulgentius de Ouiedo in *Republica Regulari part. 1. tract. 6. cap. 1. quest. 1. num. 4.* Adrianus Moens in *Enchir. Regul. c. 12. num. 1.* Zambellus in *Repert. moral. verb. Nouitium, n. 10.* præter alios, quos adduxi in *part. 5. tractat. 5. resol. 19.* Sed licèt ibi nulli opinioni adhaerim, nunc tamen existimo contra suprascriptos Auctores, annum Nouitiatus debere esse continuum continuatione physica, & non morali, ita vt si per vnâ, aut duas horas interrumpatur, non sit validum. Et ita docuit Sacra Rota in decisione citata, cui adde Pelliccionium in *99. Can. quest. 24. cap. 3.* qui hoc extendit etiam si Nouitius habitum Religionis retinisset. Et ratio est, quia alioquin nil certum de interruptione annus nouitiatus eiusque sufficientia statuere quis posset, sed relinquendum esset cuiuscumque arbitrio, quod dicere in re tam graui absurdum quidem videtur. Et quidem tempus nouitiatus est de forma; sed forma omissa in qualibet minima parte actus, vitiat totum actum. Ergo &c.



DE PRIMATV
SOLIVS D. PETRI,
AC DIFFERENTIA INTER IPSVM
ET D. PAVLVM,
DISCEPTATIONES APOLOGETICÆ,
AUCTORE
ANTONINO DIANA PANORMITANO,
CLERICO REGVLARI,
CORAM SS. D. N. INNOCENTIO X. EPISCOPORVM
Examinatore, & S. Officij Regni Siciliæ Consulcore.

*An Diuus Paulus fuerit Pontifex,
& Caput Ecclesie cum
D. Petro.*



Nquadam Epistola impressa Parisiis anno 1645. & ad Sanctissimum D. N. nunc feliciter regnantem directa, eius Auctor Anonymus, mordicus affirmatiuam sententiam tuerur. Et ad illam firmandam, coaceruat ex impio M. Antonio de Dominis, quamplurimas SS. Patrum auctoritates, in quibus asserunt, Pontifices esse Successores, & Vicarios D. Petri, & D. Pauli, in quibus etiam asserunt, D. Petrum, & D. Paulum fuisse Episcopos Romanos, Collegas, Principes Apostolorum, Fundamenta, Cardines, Duces, Coryphæos, Pastores, Apices, Columnas, Diademata, Oculos totius Ecclesie, ac similia Encomia significantia æqualitatem inter D. Petrum, & D. Paulum. Vnde ipsimet Pontifices, multis in locis fatentur, multa facere auctoritate sibi præstita à D. Petro, & D. Paulo. Ex quibus Anonymus, infert hanc conclusionem, & consequentiam. Ergo D. Paulus simul cum D. Petro fuit Caput & Pontifex Ecclesie.

Sed hanc opinionem prorsus refellendam esse puto, vnde diuidam hanc disceptationem in tres sectiones; in prima firmabo, Primatum Ecclesie fuisse collatum vni & soli Petro. In secunda demonstrabo, Paulum in ordine ad Primatum, fuisse subditum Petro. In tertia, respondebo ad argumenta Anonymi.

SECTIO PRIMA.

*An Primatus Ecclesie fuerit collatus soli Petro,
priuatiuè quo ad alios.*

Respondeo affirmatiuè. Probatum primò ex verbis Christi Matth. 16. *Et ego dica tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauas Regni Cælorum, &c.* In quibus verbis demonstratur expresse, Christum promississe collaturum Primatum Ecclesie soli Petro, & non aliis. Et ideo dixit Bernardus lib. 2. de Conf. cap. 8. *Prinilegium Petri singulare, & Cypr. de Vn. Eccles. Petri Cathedra singularis.* Et ideo sancti Patres vno ore asserunt Primatum Ecclesie vni soli, & tantummodo B. Petro collatum fuisse. Ne sim longior, paucos ex multis adducam. D. Gregorius lib. 4. Epist. 36. *Certè Petrus Apostolus primum membrum, sanctæ, & vniuersalis Ecclesie est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularia sunt plebium capita?* Rupertus in Euang. lib. 1. cap. 25. cui titulus est, De Primatu Petri Apostoli, inter Principes Regni Dei. Itaque, ait, potestas quidem est communis omnium, sed vnum, & singulare vnius est Petri Prinilegium, cui prius, & singulariter dictum est, Et tibi dabo clauas, &c.

Sanctus Burchardus VVormiacensis Episcopus in Decret. part. 1. lib. 1. cap. 1. & 2. In nouo Testamento post Christum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo, cui ipsi primo Pontificatus in Ecclesia sancta datus est, dicente Domino ad eum; Tu es Petrus, &c. Itaque hoc Prinilegium beato clauigero Petro sua vice solummodo commisit.

Damasus Epist. 2. *Princeps Apostolorum Petrus solus, & per*

Et *pre omnibus creditum est*, atque percipere meruit à Christo claves Regni cœlorum.

Pacianus *Epist. 3. ad Sympronianum*: Ad Petrum locutus est Dominus *ad unum ideo*, ut *veritatem fundaret ex uno*.

Cyprianus *Epistol. 73. ad Iubaianum*: Ecclesia vna est, & *super unum*, qui claves accepit, Domini voce fundata est. Et *lib. de Vnitat. Ecclesia Super illum unum. adificat Ecclesiam suam*, & illi pascendas mandat oues suas.

S. Thomas ex Cyrillo Alexandrino *lib. 1. contra errores Græcorum, cap. 32*. Habetur ex Doctorum Græcorum *authoritatibus*, quod Romanus Pontifex in Ecclesia plenitudinem potestatis habeat. Dicit enim Cyrillus Patriarcha Alexandrinus; Sicut Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ, gentium, & Israël, egrediens super omnem Principatum & potestatem: sic & Petro, & eius Successoribus plenissimam potestatem plenissimè commisit, *ut etiam nulli alij quam Petro Christo*, quod suum est plenum *ipfi soli* dedit.

D. Leo *serm. 2. de Natali Apost. Petri & Pauli*; dicens Beato Petro Apostolo: Tibi dabo claves Regni Cœlorum, & quæcunq; ligaueris super terram, &c. Transiit quidem in Apostolos alios ius istius potestatis, *sed non frustra uni commendatur*, quod omnibus intimeretur. *Petro enim singulariter* hoc creditur. Et *serm. 3. de Anniver. sui Pontificatus*: *Vnus de toto mundo Petrus eligitur*, qui & *uniuersarum gentium* vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ. Patribus præponatur.

Opratus Mileuitanus *lib. 2. contra Parmenionem*: *Solus Petrus claves accepit*. Et iterum: Negare non potes scire te in Vrbe Roma, à Petro primo Cathedram Episcopalem esse locatam, *in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus*. Audiatur Anonymus, quod Petrus Romæ sedit caput omnium Apostolorum, ergo Pauli; & ideo infra vocat illam Petri Cathedram, *Cathedram singularem*, ut vocauit Bernardus loco citato *de Consil. lib. 2*. Idem Opratus *lib. 7. de Schism.* Petrus præferri Apostolis omnibus meruit, & claves Regni Cœlorum communicandas cæteris *solum accepit*.

Petrus Damianus *serm. 27. Vnus est*, quem prænobilitant *singularis primatus insignia*.

D. Augustinus *serm. 49. de verbis Domini*: In Petro uno Christus firmat Ecclesiam. Et *lib. 3. de Baptism. cap. 17. Vnus est Petrus*, qui figuram Ecclesiæ gerat. Et rursus: *Vni Petro* in typo vnitatis Dominus dedit potestatem. Et *serm. 24. de Sanctis*. Paulum cum Petro laudans asserit: *In uno Petro figurabatur vnitatis omnium Pastorum*. Hoc etiam dicere voluit D. Leo *Epist. 8. in illis verbis*: Firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, *per Petrum cæteris* confertur. Hinc D. Thomas *in 4. sentent. distinct. 24. quest. 3. art. 2. q. 3. ad primum argum.* asserit: Quamuis omnibus Apostolis data sit potestas communiter ligandi, & soluendi, tamen ut in hac potestate aliquis ordo significaretur, primo *soli Petro* data est, ut ostendatur *quod ab eo in alios* debet ita potestas descendere. Et *lib. 4. contra gentes cap. 76.* hoc ipsum confirmat, dicendo: Dominus *soli Petro* promisit, Tibi dabo claves Regni Cœlorum, ut ostenderet, quod potestas *Clauium erat per eum* ad alios deriuanda ad conseruandam *Ecclesie vnitatem*. Et ante omnes hoc etiam docuerat Tertullianus in Scorpiaco: Si Cœlum, ait, clausum putas, memento claves eius hic Dominum Petro, & *per eum* Ecclesiæ reliquisse. Nota illud, *per eum*, quia ut dixit Opratus *ubi sup.* Solus Petrus claves accepit.

Vnde meritò Iulius Primus *Epist. 2. ad Theodorum* exponens illa verba, Tu es Petrus, &c. Habet inquit, *Petrus potestatem singulari privilegio*, sibi concessam aperire, & claudere ianuas Regni Cœlestis, quibus voluerit, &c. Rectè itaque dixit Pius II. *Epistol. 228.* Post Christum

Anonimi Diana Pars LX.

Petrus fuit Pontifex vnus, qui Ecclesiæ præfuit, Petro mortuo, eius Successores. Alias Patrum *authoritates* adducam vbi infra in Probatione 2. & 3. Nunc tantum addam verba piissimi, & doctissimi Alberti Pighij *de Eccles. Hierarch. lib. 3. cap. 7.* vbi testatur, *Sanctorum omnium Patrum fuisse communem, & concordem sententiam, Primatum Ecclesia vni Petro singulariter datum*. Ita ille, & post illum de hac communi sententia Patrum, nempe *soli Petro fuisse à Christo traditum Primatum Ecclesiæ*, testatus est etiam Nauclerus *de Monarch. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 8. fol. 305.* omnino videndus, & Salmorionius *tom. 4. tract. 21. part. 3.* asserit, *quod traditio Patrum vnum Petrum agnoscit post Christum Ecclesiæ fundamentum*.

Sed Anonymus dicit, multos alios Patres ab ipso congestos, & allatos asserere contrarium, nempe Primatum Ecclesiæ extitisse etiam penes Diuum Paulum. Respondeo hoc esse merum somnium, nam Patres ab ipso adducti nunquam dixerunt Primatum Ecclesiæ fuisse penes Paulum, & expressè, & verbis rotundis dixerunt de Petro, & eorum verba sanè interpretanda esse, & reducenda ad bonum sensum, ut inferius, & in posteriori Disceptatione patebit. Et plura loca Patrum ab Anonymo adducta, fuerunt desumpta ex penu Martini Lutheri, & Marci Antonij de Dominis, vnde illa deberet Anonymus veteri in Proscenium adducere, nec obstat dicere Lutherum, & Spalatensem ex illis locis Patrum adductis, in quibus videtur Paulum æqualem fuisse Petro, falsum inferre, Petrum videlicet non fuisse Pontificem, sed Anonymus hoc non admittit, sed infert simul cum Petro Paulum Pontificem fuisse. Hoc, inquam, non obstat, nam ex illis locis Patrum malè intellectis, Spalatensis, & alij hæretici peccarunt per defectum, nullum Pontificem in Ecclesia admittendo. Anonymus verò peccat per excessum, deos constituendo. Vnde ex his omnibus meritò Michaël Nauclerus *de Monarch. Eccles. tom. 1. part. 2. lib. 1. capite primo*, sic ait: *Potestas summa penes unum Principem spiritualem, Pastoremque vniuersalem esse debet, cui oues suas, & agnos Christus Dominus pascendos, regendosque sublimi autoritate concessit. Hunc verò Pastorem Occumenicum Monarchicumque Principem aliam à Sancto Petro, & successoribus eius legitimis Apostolica Sedis heredibus à Christo Domino fuisse creatum quòs mentiendo audebit imprudenter asserere, nisi quem Demonum prestigiis demensatum nefanda impiæque hereticorum dogmata fefellerunt?* Ita Nauclerus. Quid ad hæc respondebit Anonymus, Gallus est, qui loquitur, & doctor sapientissimus, ex inclito Museo Sorbonico.

Probatur secundò nostra opinio, ex alio loco sacre Scripturæ *Ioan. 21.* vbi Christus dixit Petro: *Pasce oues meas*, in quibus verbis apparet Primatum Petri fuisse gratiam specialem, ei tantummodo concessam. Nam sicut *Matth. 16.* post illam eximiam Petri confessionem: Tu es Christus filius Dei viui, fuit specialiter ei promissus primatus totius Ecclesiæ. Et ego dico tibi; quia tu es Petrus, &c. Ita & hic, post eximiam amoris significationem, per tres geminatas responsiones: Tu scis Domine quia amo te, fuit ei specialiter Primatus concessus in his verbis: *Pasce oues meas*, in quibus caput totius Ecclesiæ fuit constitutus. Nam idem est: *pasce oues meas*, ac si diceret: *pasce omnes oues meas*, nemine excepta, etiam Apostolos, etiam Paulum, & sic exponit dicta verba Pitigianus *in 3. sent. tom. 2. distinct. 15. quest. 2. art. 1. concl. 2.* Duuallius *de Rom. Pontif. part. 1. quest. 4. & 3.* Bellarminus *lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 16.* Corduba *in 99. lib. 10. de potestate Papa quest. 14.* Castillo *4. sent. in tom. 2. disp. 16. q. 2. n. 4. & seqq.* qui respondent ad aliqua loca D. Pauli adducta à Luthero, qui contendebat Paulum non efficere ouem Petri, sed illum ei æqualem

constituere. Idem etiam asserit Suarez contra Regem Angliæ *lib. 10. cap. 10. n. 3. & n. 20. & c. 11. n. 8. iuncto n. 20.* Sed audiamus Valentiam *tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 29.* Absolutè, inquit: pasce oves meas, quo ipso aperte significat alienum fore à suo ouili, quicumque Perrum pastorem non agnosceret, quamobrem, nec Apostolos quidem à Petri cura eximit. Nisi fortè non illi fuerunt Christi oves. Ita ille.

Audietiam Maldonatum *in Ioan. c. 25. vers. 15.* Quæso cum Christus dicit: pasce oves meas, pasce agnos meos, quas oves, quos agnos intelligit? Dicam clarius, comprehendit cæteros Apostolos, an non? Qui id affirmauerint, reperiuntur Eusebius, Cyprianus, quin & Auctores Græci à Romano Pontifice studio nationis abhorrentes. Qui verò negauerit, præter Lutheranos, & Calvinistas nuper repertus est nemo, quorum facillimè potest opinio refutari; quid enim est: pasce oves meas, nisi pasce gregem meum, pasce Ecclesiam meam? Quicumque ergo intra Ecclesiam erant, pascendos illi tradidit, reliqui verò Apostoli extra Ecclesiam, ut opinor, non erant. Denique Christus non dicit Petro: has, aut illas oves, sed pasce oves meas, omnium ergo suarum ouium curam illi dedit. Hæc Maldonatus.

Sed egregiè Caietanus supra omnes *in opuscul. tom. 1. tractat. 3. de Romano Pontif. institut. cap. 10.* pasce oves meas, inquit, aut omnes, aut istas, aut nullas, vel vagè oves committuntur. Et quidem quod non has, vel illas determinatè commiserit, verba ipsa testantur, quod verò nullas, veritati aduersantur: quod autem vagè reliquerit & Christi sapientiæ derogat, & veritati pronomini adiuncti contrariatur. Sapientis enim Gubernatoris, & Potentis definire, pronidere, non vagari relinquere provisionem suam, & constat quod ex hoc ipso, quod solo pronomine *Meas* demonstrat oves non vagè, sed indefinitivè loquitur, sed ex hoc ipso, quod nullas suas eximit, omnes suas comprehendit, dicendo: pasce oves meas, & propterea non oportuit apponere omnes, quia quæcunque oves ad quas extendens pronomem *Meas*, comprehenduntur, cum dicitur: pasce oves meas, sicuti *Ioan. 10.* omnes comprehensæ sunt Christi oves, cum dixit Dominus: Animam meam pono pro ouibus meis, & rursus: Oves meæ vocem meam audiunt, unde *ly Meas*, vniuersalis signi supplere effectum, altiori ratione necessario appositum patet. Et hinc confirmatur sensus Catholicus, quoniam, quod ibi, *Ioan. 21.* videlicet, Christus promisit, hic exhibuit, & propterea quia ei totam Ecclesiam promisit, hic omnes oves commisit. Et confirmatur rursus ex verbis *D. Ioan. 10.* Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Si enim ex omnibus ouibus, ouile vnum constare debet sub vno pastore, consequens est, ut cum vnus pastor instituitur, & dicitur: pasce oves meas, illius vnus ouilus cura committatur. Hucusque acutissimus Caietanus, qui in fine dicti cap. 10. asserit in dictis verbis: pasce oves meas, Christum dedisse potestatem Petro, etiam supra Paulum. Hinc Episcopus Massiliensis Coeffeteau contra Marcum Antonium de Dominis *lib. 1. cap. 5. num. 2. sic ait, Cum Petrus Princeps Apostolorum vocatur, nedum reliquorum, sed etiam ipsius Pauli Princeps significatur, quod non secus, quam reliqui, sit in numero ouium, quas pascendas susceperit Petrus.* Ita ille. Quod etiam nouissimè docet eruditus Pater Ioannes Bagotius *in Apologerico fidei p. 1. lib. 3. disp. 8. c. 3. sect. 1.* vbi firmat de iure diuino fuisse Petrum constitutum à Christo Principem, & caput Apostolorum. Et postea *c. 4. sect. 1.* idem confirmat, & inter Apostolos apponit etiam D. Paulum, & subditum; ac inferiorem Petro facit.

Rectè itaque ex omnibus supradictis communiter asserunt Sancti Patres, in citatis verbis: pasce oves meas, solum Perrum, & non alium fuisse in Ecclesia Pastorem su-

premiū constitutum. Nam omnes alios tanquam oves ab ipso regendas Christo in dictis verbis ei subiiciuntur quod patet ex contextu ipsius litteræ. Vnde Theophylactus exponens ista verba: pasce oves meas, præfecturam ait ouium totius Mundi *Petro commendatur, non alteri, sed huic traditur.* D. Cypr. *lib. de vnit. Eccl. sic asserit. Petro iterum post resurrectionem suam dicit: Pasce oves meas, super illum vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas, & quamuis Apostolis omnibus, post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat, sicut misit me Pater, & ego mitto vos, Tamen vt vnitatem manifestaret, vnam Cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipiente sua autoritate disposuit. Hoc erant vtiq; & cæteri Apostoli, quod & Petrus pari consortio præditi, & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitatem proficiscens, Primatus *Petro datur, vt vna Christi Ecclesia, & Cathedra vna monstrantur.* Sic ille. Sed non minus eleganter Bernard *lib. 2. de confid. c. 8.* Pasce oves meas: oves meas, inquit, cui non planum non designasse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguit nihil & fortè præsentis cæteri condiscipuli erant, cum committens vni, vnitatem omnibus commendaret in vno grege, & in vno pastore. Idem etiam docet D. Leo *serm. 3. de anniuers. sui Pont. de toto mundo, vnum Petrus eligatur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur. Vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint multi Patres omnia tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. & paulò post: Ideò Petro singulariter hoc creditur, quocunctis Ecclesiæ Rectoribus forma proponens, &c.**

Et tandem adducam hic auctoritatem D. Chrysostomi, qui ex dictis verbis, pasce oves meas, non solum firmat Petrum fuisse constitutum Ecclesiæ supremum pastorem, sed etiam Paulum, vt talem eum existimasse. Pasce, inquit, oves meas. Cur tandem aliis prætermittis de his solum Petrum affatur? Singularis, siue eximius ex Apostolis, & os discipulorum, & cæterus, ac vertex erat. Idcirco & Paulus ascendit, vt eum studiosè videret præter cæteros, ita Chrysostomus *Hom. 87. in Ioan.*

Dicendum est igitur cum Duallio *de Rom. Pont. p. 1. quæst. 3. Azorio tom. 2. lib. 4. c. 9. q. 1. Castillo vbi sup. n. 19.* & aliis in his verbis: Pasce oves meas, Christum complensisse promissionem factam Petro *Ioan. 21.* Et ego tibi quia tu es Petrus, &c. Ergo sicut ibi verba Christi satis expriment, & vnanimitè S. Patres exponunt, & declarant primatum solius, & tantummodo D. Petro, & non aliis fuisse promissum, sic dicendum est hic cum iisdem Patribus, etiam soli, & tantummodo Petro traditum fuisse, vt iam satis firmauimus.

Sed contra superius dicta, posset aliquis dicere in fauorem Anonymi non ob stare verba: pasce oves meas; nam sicut non esset hæreticum, imò satis probabile, asserere secundum aliquos ex priuilegio Beatam Virginem exceptam fuisse ex illis verbis generalibus; Omnes in Adam peccauerunt. Ita dicendum est, non esse hæreticum asserere cum Anonymo, Paulum ex priuilegio fuisse exceptum ab illis verbis: pasce oves meas, sed satis probabile ex auctoritate Patrum, quas ipse adducit. Respondeo, esse magnam disparitatem inter exceptionem Beatæ Virginis quam admittunt Doctores ab illa regula generali: Omnes in Adam peccauerunt; & inter exceptionem Diui Pauli secundum Anonymum ab illis verbis: pasce oves meas. Nam primò, ad sunt multæ rationes, quare excipienda sit Beata Virgo ab illis verbis: Omnes in Adam peccauerunt, quas enumerat, & obseruat Valentia *tom. 2. q. 11. punct. 11.* Sed nulla ratio adest pro exceptione D. Pauli ab illis verbis: pasce oves meas, imò contrarium dicendum apparet, nam præter alias rationes, ex dicta exceptione, Statum Ecclesiæ Monarchicum saltem minueretur, contra id quod dixit Ezechielis *cap. 34.* Suscitabo super eos Pastorem vnum,

& cap. 37. Erit vnus Pastor omnium vestrum; deinde ex dicta exceptione sequeretur absurdum, & ad quod tollendum dixit Hieronymus *lib. 1. contra Iouinianum Inter duodecim vnus eligitur*, vt capite vno constituto schismatis tolleretur occasio. Secundò, non desunt ex S. Patribus quamplures Doctores, asserentes B. Virginem fuisse exceptam propter multas rationes, ab illis verbis generalibus: Omnes in Adam peccauerunt. Sed nullus Pater, nullus Scholasticus, vsque adhuc ausus est dicere ab illis verbis: pasce oues meas, fuisse exceptum D. Paulum, imò omnes Paulum in dictis verbis includunt, & docent in regimine fuisse subditum D. Petro. Patres verò quos Anonymus adducit in sui fauorem nihil asserunt, vt ego satis in hac Discept. & in sequenti probaui. Tertiò, quia in aliquibus generalibus locutionibus B. Virgo non includitur, vt colligitur ex Trident. vbi declarat Virginem non comprehendì sub definitione sua generali, de peccato originali, & consequenter idem declarat, vel certè dat declarandi facultatem de locutionibus Scripturæ, quia Concilium id definit, quod censet in Sacra Scriptura doceri. Confirmatur hoc à simili, quia tam sunt generales locutiones illæ de peccato actuali: Non est homo, qui non peccet 2. *Paral. 6.* Et in multis offendimus omnes, *Jacob. 3.* In quibus verbis non intelligitur excludi Virginis priuilegium. Ergo eodem modo videntur explicandæ locutiones generales Scripturæ de peccato originali. Ergo non valet argumentum in fauorem Anonymi, desumptum ex verbis: Omnes in Adam peccauerunt, vt sicut ex illis excluditur Beata Virgo, ita & potest excludi D. Paulus ex illis: pasce oues meas. Nam vt probauimus, dispar est ratio inter exceptionem Beatæ Virginis ab illa regula generali: Omnes in Adam peccauerunt, & inter exceptionem præsentatam ab Anonymo D. Pauli ab illis verbis: pasce oues meas. Itaque notabiliter dicendum est cum Ioanne Præposito insigni Societatis Iesu Theologo in *p. 2. D. Thoma q. 83. dub. 4. §. poster. & aliis*, quod propositiones vniuersales Sacræ Scripturæ non includunt illos, quos aliunde colligitur habere priuilegium in contrarium, vel ex alio loco Sacræ Scripturæ, aut Patrum autoritate, vel alia ratione, vt aliqui Doctores in Beata Virgine in ordine ad peccatum originale dixerunt. At in nostro casu, neque ex rationibus, neque ex aliquo loco Sacræ Scripturæ, neque ex autoritate Patrum potest colligi priuilegium exceptionis D. Pauli ab illis verbis: pasce oues meas; imò rationes, Scriptura, & Patres sunt in contrarium, vt supra probauimus. Ergo videant quo pacto possent Aduersarij excipere D. Paulum ab illa propositione vniuersali: pasce oues meas. Vnde non desinam hic apponere verba Francisci de Ouiedo insignis Theologi Societatis Iesu in *p. 2. D. Thoma tract. 6. controuers. 9. punct. 1. n. 1.* vbi sic ait: Censeo aliquem excipere sine fundamento à propositione vniuersali reuelata, non solum esse temerarium, erroneum, & suspectum de hæresi, sed manifestè hæreticū: est enim negare obiectum proximè actum terminare assensum formalem & immediatè in se ipso reuelatum. Propositio enim vniuersalis immediatè de omnibus particularibus reuelatur, neque alio modo credimus innumera fidei mysteria, nisi propter reuelationes vniuersaliter factas. Ideò tenet communis Theologorum sententia in materia de fide, similia omnia contenta in propositione vniuersali reuelata de fide esse. Hucusque Ouiedo. Ex cuius doctrina videant Aduersarij, si possunt excipere Paulum ex illa propositione vniuersali, pasce oues meas, & quam censuram eius opinio mereatur. Nec obstat recurrere ad autoritatem Patrum, quas ipsi adducunt, nam nihil asserunt ad rem, & optimè explicantur à Theologis, vt à nobis latus in his disceptationibus explicatum est. Probatur tertò nostra sententia ex simbolo Nicæno, in illis verbis: Et vnā Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Dicitur enim Ecclesia

vna præter alias rationes, vt obseruant Patres ab vno Pastore suo Episcopo, cum plebs Christiana (vt Cyprianus *lib. 4. Epist. 9.* inquit, adunata cõhæret, & ita docet Valentia *tom. 3. disp. 1. par. 1. punct. 7. §. 15.* Franciscus de Castillo in *4. sens. tom. 2. dispur. 3. quest. 10. num. 11.* Bellarminus *de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 9.* & omnes Theologi communiter. Quod ita certum est, ait Duallius *de Rom. Pontif. par. 1. quest. 2.* vt à quoquam, citra fidei iacturam, negati non possit. Ezech. enim *cap. 34.* de fidelibus in noua lege ante fuerat pronunciatum. Suscitabo super eos Pastorem vnum. & *cap. 37.* Et erit vnus Pastor omnium vestrum. & *Io. 10.* Postquam Christus de filiis Israel locutus esse, subiunxit: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor. *Quibus accedit plurimum Conciliorum definitio, & vnanimitas veterum Patrum omniumque Christianorum consensus*, cui resistere ex Augustino *Epist. 118. insolentissima est insania.* Hucusque Duallius. Sed dicit Anonymus suam sententiam non lædere vnitatem Ecclesiæ & statum Monarchicum, quia licet ipse asserat Paulum, & Petrum fuisse Pontifices: non tamen dicit constituisse duo Capita, sed ambo vnum Ecclesiæ caput effecisse. Ergo in tali sententia vnitatis, & Ecclesiæ Monarchia non offenditur, & adducit exemplum Sanctissimæ Trinitatis, cuius status est perfectè Monarchicus, quia licet tres personæ distinctæ, omnes tamen habent tantum vnā potentiam supremam, & independentem in singulis, quam in omnibus, vnde sunt vnus Dominus; vnus Rex secundum fidem.

Respondeo, & miror, quod res tam grauis, ita gratis ab Anonymo asseratur. Proferat quidem vnum solum Patrem; qui asserat Paulum, & Petrum Pontifices effecisse vnum Ecclesiæ Caput: ego dabo Caput meum; proferat locum vnum, & vincat, sed omnia de suo cerebro fingi, vnde postquam ex verbis Patrum malè intellectis statuerit in Ecclesia duos Pontifices, Paulum, & Petrum, vt fugiat consequentiam: Ergo Ecclesia fuit corpus biceps sine vlla auctoritate, sed gratis asserit Paulum, & Petrum effecisse vnum caput, & ita constituunt vnitatem Pastoris in Ecclesia. Sed omnino talis sententia reprobanda venit, nam Sacræ Scripturæ ita communiter à Sanctis Patribus intellectæ; & explicatæ clamant, vnitatem Ecclesiæ à Christo Domino fuisse ex vno solo Petro fundatam. Vnde sapientissimè dixit Caietanus *tract. de Rom. Pontif. instit. cap. 5.* Oportet saluare non solum significationem, sed etiam deriuationem, hoc est, non solum vt vnitatis Ecclesiæ significetur per vnitatem Petri, sed etiam vt vnitatis Ecclesiæ proficiscens ab vnitatis Petri, ita vt initium habeat Ecclesia vnitatis ab vno Petro. Ita Caietanus.

Sed audiamus Patrum verba. Pacianus *Epist. 3. ad Sympronianum.* Ad Petrum, inquit, locutus est Dominus, ad vnum idè, vt vnitatem fundaret ex vno. Cyprianus *lib. de vni. Eccl.* loquitur Dominus ad Petrum. Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas, & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, si cui remiseritis peccata, remittuntur illis. Tamen vt vnitatem manifestaret vnitatis eiusdem originis ab vno incipiente sua auctoritate disposuit. Et *Epist. 40.* Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & Cathedra vna super Petrum Domini voce fundata. Vide alia aurea verba Cypriani adducta paulò supra in probatione prima.

Iulius II. *quest. 1. ad Episcopos Orientales.* Connexio totius corporis vnā sanitatem, vnā pulchritudinem facit, & hæc quidem connexio totius operis vnanimitatem requirit, *Quoniam & inter Beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis,*

& cum omnium par esset electio, *Vni tamen datum est, ut cæteris præmineret.*

Optatus lib. 2. contra Parmenidem: Cathedra vna est, quæ est prima de dotibus, *in ea sedis primus Petrus*, succedit Linus, Lino Clerus, &c.

Alexander II. *in Concilio Roma celebrato.* Cum omnibus discipulis parem ligandi, atque soluendi potestatem Dominus daret, Petro pro omnibus claves Regni Cœlestis se daturum promisit. Quicumque ergo ab unitate Ecclesiæ, *quæ per Petrum intelligitur*, fuerit alienus, execrari potest, consecrari non potest.

Anselmus *in cap. 16. Matth.* Eam potestatem ideò quasi *vni Petro concessit specialiter, ut ad unitatem nos inuicaret.* Ideo cum Principem Apostolorum instituit, ut Ecclesia quasi vnum principalem Vicarium Christi habeat.

Iterum Cyprianus *Epist. ad Iubaianum:* Ecclesia quæ vna est super vnum, qui claves accepit, voce Domini fundata est.

D. Augustinus *lib. de Pastor. cap. 14.* Imò verò & in ipso Petro unitatem commendauit, *multi erant Apostoli, & vni dicit: Pasce oues meas.* Sed non desinam hic apponere verba Summi Pontificis Bonifacii VIII. *in extranagant.* Vnam Sanctam, sic enim inquit, vnam Sanctam Ecclesiam vrgente fide credere cogimur, & tenere. Igitur Ecclesiæ vnus, & vnica vnum corpus, vnum caput, non duo capita quasi monstrum, *Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petrique successor.* Hæc pauca verba iugulant Anonymum, primò asserit Pontifex, vnum corpus, vnum caput. Et statim explicat, quid intelligat in his verbis, Vnum corpus, vnum caput, *Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petrique successor.* Ergo secundum Bonifacium constituunt in Ecclesia unitatem corporis, & capitis *Christus, Petrus, & Pontifex*, quæro ego ab Anonymo, quare ipse contra Bonifacium addit & Paulum, qui ei hanc tribuit auctoritatem, sunt meræ nugæ: verum omnibus supradictis addamus auctoritatem aliquorum recentiorum. Itaque Nicolaus Sanderus *de Clauis David lib. 3. c. 5.* vbi probat unitatem Ecclesiæ ex institutione Christi ab vno Petro processisse, sic ait: Deus per naturam vnus, & in personis trinus, atque ideò nec unitatis primum fabricandæ, nec multitudinis ex unitate postea propagandæ vnquam immemor, sicut primum firmavit vnum Adamum, ac deinde ex illo vno fecit omne genus hominum. Itemque sicut populum sibi peculiarem se lecturus, primum vocauit vnum Abrahamum (vt Isaias ait) ac deinde benedixit ei & multiplicauit eum. Sicut etiam ex *Ægypto* populum suum educurus, primum vocauit vnum Moysen; ac deinde tulit de spiritu eius, tradiditque eum septuaginta viris, vt sustinerent onus populi vnà cum illo. Sic etiam veteribus adaptans noua, naturam perficiens, figuram adimplens, & legem statuens: vnum Simonem Ioannis *filium vocauit Cephatham*, hoc est petram. Deinde Iesu Christi diuinitatem ei, primum, ac per eius Confessionem, aliis reuelans, promisit se supra petram ædificaturum Ecclesiam suam. Mox eidem Petro claves Regni Cœlorum contulit, quarum vsum postea cæteris Apostolis communicauit. Eum quoque fecit primum Apostolorum, cui postea vndecim socios adiunxit, qui onus Ecclesiasticæ molis vnà cum illo sustinerent. Ei præterea fidem contulit tam stabilem, & firmam, vt fratres suos confirmare tum posset, tum deberet. Eum postremò in gradu singulari, quo Christum cæteris Apostolis plus amauit, Pastorem ouium, atque agnorum constituit, alios postea simul cum illo ad docendum, ac baptizandum omnes gentes mittens. Ita & in Ecclesia ædificanda primus, ac solidissimus militantium lapidum est Petrus, & in familia gubernanda Princeps moderandarum clauium est Petrus, & in legatione obeunda Chori Apostolici Coryphæus est Petrus,

& in fidei causis decidendis columna maxima immobilis est Petrus, & in grege plus aliis amando, pascendoque, *Vnus & singularis pastor est Petrus.* Vndique igitur Apostolici ordinis caput est, cui Dominus tam eminentem gratiam, ac potestatem contulit, vt nemini maior, nemini par, nemini aliqua omnino potestas daretur. Vna est igitur Ecclesia, super Petrum fundata, ab ipso incepit, per ipsum conseruatur. Hæc Sanderus. Sed audiamus Stanislaum Socoleuium Polonum, virum suo æuo celeberrimum *lib. 2. de vera, & falsa Ecclesia discrimine. 3. fol. 237.* Capitis, inquit, vnitas quæ? non alia quam vnitas Pastoris, quis hoc doceret? Christus Dominus, & erit vnum ouile, & vnus Pastor; quis Pastor? quis alius, nisi spontè errare velis, quam ille, cui munus pascendi toties repetitis vicibus: pasce oues meas, pasce agnos, committitur? Ita ille. Rectè itaque dixit alius Stanislaus Cardinalis Hosius *in Confessione Cath. fidei cap. 26.* Unitatis constituendæ principium Christus, & retinendæ per eundem Christum *Petrum statuitur.* Quoniam verò præsentiam sui corporalem Ecclesiæ subtracturus erat, vnus vti ministerio voluit, per quem vnitas hæc retineret: Tu es Petrus, & super hanc Petram, &c.

Cum igitur ex supradictis Sacræ Scripturæ locis clarè pateat, & Patres asserant, unitatem Ecclesiæ Christum ex vno, & in ipso Petro fundasse; necesse sequitur propositionem Anonymi non esse admittendam, nempe Paulum fuisse cum Petro Pontificem, quia & contra Symbolum Nicænum, & contra Scripturas, & Patres, vnitas Ecclesiæ non ex vno, sed ex duobus à Christo fundata fuisset. Ergo &c.

Ad exemplum verò, quod ipse adducit de Sanctissima Trinitate. Respondeo, in Trinitate vnã habere Monarchiam, quia tres personæ sanctissimæ Trinitatis habent vnã potentiam, vnã voluntatem, vnã intelligentiam, & vnã essentiam simplicissimam, sed in Paulo, & Petro non exabat vnã voluntas, vnã eademque forma, essentia, & natura simplicissima, & per consequens non poterat existere vnã mens, vnã potentia, vnã voluntas. Ergo &c.

Dicendum est igitur ad unitatem Ecclesiæ, & gubernationem Monarchicã ex institutione Christi Pontificatū super vnum constitutum fuisse, vt rectè obseruat Salmonius *tom. 4. part. 5. tract. 5.* Duardus *in Bulla Cœna lib. 2. c. 1. q. 5. 10.* Gerson. *lib. de Aufer. Papa consider. 8.* Duallius *de Rom Pont. par. 1. q. 2.* Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 11.* vnde contra Almainum, & Ocham teste Ioanne Maiori *in 4. sentent. distinct. 24. quest. 3.* dicendum est, quod ex nulla vrgenti causa possit summus Pontificatus duobus æqualiter dari, nam tribus modis fingi posset duos summos esse Pontifices. Primò, vt summa potestas in duos diuideretur, quorum vnus in Oriente, summa Ecclesiæ administratione potiretur, alter verò in Occidente, vt olim duo erant Imperatores, Orientalis, & Occidentalis. Secundò, vt æquè singuli summam in Ecclesiam potestatem haberent, ita vt vterque in solidum gubernaret, & ita fuerunt aliquando duo Imperatores Augusti. Tertio vt ambo simul Primatum tenerent, ita vt neuter sine altero quidquam posset, sed omnia simul ambo præstarent. At nullo ex prædictis modis possunt duo esse Summi Pontifices, quia sic necessario fieret, vt summa Pontificis potestas ex parte minueretur: nam si duo primo modo crearentur, esset eorum potestas diuisa, ac proinde neuter in totum orbem, nec vnus omnia præstare posset. Si verò secundo modo, toti Ecclesiæ duo Summi Pontifices præficerentur, etiam vtriusque potestas ex parte minueretur, nam vterque esset Christi ouis, & tamè vnus non alteri præesset, ac proinde neuter in vniuersas Christi oues potestatem haberet. Nec tertio item modo duo esse possunt Ecclesiæ Pontifices, neuter enim summam haberet potestatem, vt qui vnus sine altero nihil posset. Et hæc omnia rectè obser-

uat

uat Azorius *ubi supra*, quæ quidem accidissent etiam cum D. Paulo, & Petro, si fuissent ambo Pontifices, vt vult Anonymus: Ergo, &c.

Reassumendo igitur omnia, quæ vsque adhuc dixi, assero propositionem hanc Paulus fuit Pontifex simul cum Petro, esse contra textus Euangelij *Math. 16. Ioan. 11.* à Sanctis Patribus communiter ita intellectos, & declaratos, nempe Primatum Ecclesiæ fuisse largitum à Christo Domino vni, & soli D. Petro, ex quo vno Christus Dominus fundauit vnitatem Ecclesiæ in Symbolo Nicæno expositam sub illis verbis; Et vnam sanctam, &c. Addam etiam verba Patrum Concilij Florentini, sic asserentiam. Definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & in ipso Beato Petro pascendi, regendi & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Christo plenam potestatem traditam esse. Si igitur Concilium in dictis verbis definit Pontificem esse successorem Beati Petri. Ergo non Pauli, quia alioquin tranca & manca esset doctrina, & definitio Concilij, quod absurdum est dicere. Item Concilium asserit Beatum Petrum fuisse Principem Apostolorum. Ergo & Pauli. Et tandem firmat Pontifici in Beato Petro à Christo traditam esse potestatem. Si in Petro, ergo non in Paulo. Quod etiam fatetur Innocentius tertius, *in cap. solita, de maiorib. & obediens.* asserens: Nobis in Beato Petro sunt oues Christi commissa, dicente: pascite oues meas. Et in Petro dixit successoribus suis: Quodcumque ligaueris, &c. Vide Concilia & Canones, quando loquuntur de primatu nullam efficere mentionem de Paulo, sed tantum de Petro, & tamen Anonymus contra Scripturam, Concilia & Canones vult in primatu Ecclesiæ Paulum Petro associare.

SECTIO SECVNDA.

An D. Paulus quoad Primatum Ecclesiæ fuerit subditus Diuo Petro, licet æqualis quoad Apostolatam.

Respondeo affirmatiuè; vnde, suppono, distinguendam esse inter Apostolatam & Primatum. Et idè licet Apostoli fuerint pares Diuo Petro quoad munus Apostolatus, & quoad clauem doctrinæ, fuerunt tamen inferiores quoad regimen & primatum. Clarè hoc patefecit Hieronymus *lib. 1. contra Iouinianum*: Super Petrum inquit, fundatur Ecclesia. Et licet id ipsum in alio loco super Apostolos fiat, & coniuncti clauis Regni Cælorum accipiant, & ex æquo (quod attinet quidem ad prærogatiuam Apostolatus) super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: *tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt Capite constituto Schismatis tollatur occasio.* An verò ab Hieronymo, vel amplius aliquid ad æqualitatem in Apostolatu declarandam, vel clarius ad Petri nihilominus præminentiam in authoritatem Regiminis tuendam, dici potuit? Et D. Leo *Epist. ad Anastasium Tartensem Episcopum*: Inter Beatissimos inquit, Apostolos, in pari honoris consortio fuit quædam discretio potestatis. Et cum omnium par esset electio (nempe ad Apostolatam) *vni tamen datum est vt ceteris emineret.*

Sed audiant Lectores, aurea verba incomparabilis vni Cardinalis Baronij *tom. 1. ann. 34.* sic asserentis: Sicut enim, quæ ceteris Apostolis æquè ac Petro conulit, & communia omnibus esse voluit, euidenter expressit, nimirum cum dixit de his, quæ ad sacrificium pertinent: Hoc facite in meam commemorationem. Quæ ad verbi prædicationem, quæque ad Baptismum: Euntes doce-

te omnes gentes, baptizantes eos. Quæ insuper ad remissionem peccatorum spectarent: Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in Cælo. Vel cum dixit: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Sicut cum aperit illis sensum, vt intelligerent Scripturas. Ita etiam, quæ peculiaria voluit esse Petri, aperte significauit. Sicut cum dixit: Tu vocaberis Cephas. Vel cum ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Aut cum subdit: Et tibi dabo clauis Regni Cælorum. Ac denique cum eodem modo perficiens, ac adimplens, ait: Pascite agnos meos, & pascite oues meas. *Ex his igitur videat Dominum nostrum, certo quodam discrimine adhibito, quæ communis essent omnibus Apostolis; & quæ Petro tantummodo contulisset, egregiè distinxisse: vt non mireris, si eadem adhibita distinctione Patres dixerunt aliquando, omnes Apostolos pari fuisse præditos potestate; aliquando Petrum cæterorum Caput, & Principem.* Hæc Baronius.

Supposita igitur hac distinctione, & differentia inter Apostolatam, & primatum, quam nemo ex Catholicis negabit, assero constanter, quoad munera Apostolatus, fuisse Paulum Diuo Petro æqualem; sed contrarium dicendum est in ordine ad primatum, & ad potestatem iurisdictionis. Nam in hoc Paulus non fuit æqualis, sed minor D. Petro. Et ita obseruat ex doctoribus Sorbonicis, piissimus, & doctissimus Andreas Duualius *in tract. de Rom. Pontif. part. 1. quest. 3. in fine.* firmat eam Paulum, & Petrum fuisse æquales, tum in fidei feruore, tum denique in passione; quia eodem tempore, & loco, & sub eodem Tyranno Martyrium subierunt; *non autem in ratione potestatis.* Idem etiam, ex eodem Museo Sorbonico, docuit Nicolaus Coeffeteau Episcopus Massiliensis, ex almo Ordine Prædicatorum; contra M. Antonium de Dominis *tom. 1. lib. 1. cap. 3. fol. 56.* vbi sic ait: Breuissimè dico, posse Paulum conferri cum Petro duplici respectu, scilicet vel ratione priuatae sanctitatis, laboris pro Ecclesiâ suscepti, zeli, adeoque Officij, & gradus Apostolici, & hoc respectu Paulum Petrum parem facere non dubitamus. Rectè enim Leo dicit: De eorum meritis, atque virtutibus, nihil nos debere sentire discretum. *Vel ratione iurisdictionis, & potestatis. sicque Paulum primas concedere Petro asseneramus.* Ita ille.

Vnde vtinam Aduersarij vestigijs Doctorum Sorbonicorum adhererent, inter quos etiam; tanquam illorum, & omnium Magister ponendus est Angelicus Doctor D. Thomas, qui *in lect. 2. Epist. 2. ad Galas.* exponens illa verba D. Pauli: Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem restitit, cum Glossa ibi dixerit: Restitit ei tanquam par. D. Thomas interpretans, quo pacto sint dicta verba Glossæ intelligenda, asserit: *Dicendum est quod Apostolus fuit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis.* Quid ad hæc responderunt Aduersarij? Thomas est, qui loquitur. Si leo rugit, quis non pauebit ad eius occursum? Sed iterum audiant ipsum, de directo contra ipsos loquentem. Ipsi asserunt, Diuum Paulum fuisse æqualem D. Petro. Thomas asserit fuisse subditum D. Paulum D. Petro. Accipe eius verba in suo vltimo testamento; nempe *in 2. 2. quest. 33. artic. 4. ad secundum*, vbi firmans illam conclusionem, quod subditus, & inferior potest cum debitis circumstantiis superiorem corripere, sic asserit: *Paulus qui erat subditus Petro*, propter imminens periculum scandali circa fidem Petrum publicè arguit. Ita ille, & ante illum, hanc opinionem esse communem testatur Abulensis *in cap. 18. Math. quest. 86.* sic asserens: Vbi tamen specialiter imminet periculum fidei, nisi Prælati publicè arguantur, possunt subditi, imò debent

debent arguere Prælatos suos. *Vnde Paulus etiam fesset subditum Petro*, ut communiter asseritur propter imminens periculum scandali arguit Petrum publicè. Hæc Tostatus. Idem docuit D. Antonius in *Chronica part. 1. tit. 6. cap. 4.* sic asserens: Quando dicitur specialiter de Petro & Paulo, quod sunt pares intelligendum est, vel quoad meritum & præmium, ut videtur sentire Ambrosius & Leo Papa, vel quoad potestatem Ordinis. Quamvis autem ad iurisdictionem. Petrus maior Paulo, & omnibus aliis fuit. Gabriel Biel in *Can. Missæ, lect. 74.* Paulus, ait, qui erat sub Petro, propter imminens periculum scandali Petrum publicè arguit. Et quamvis Hieronymus ad *Galat. 2.* dicat: Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, nisi se non impari sciret, sed hoc non de officio Ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ, & sanctitate conversationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Ita ille. Idem firmat etiam Cardinalis Turrecremata in *summa de Ecclesia lib. 2. capis. 13.* vbi sic asserit: Pater quomodo, siue in quo Paulus non dicebatur inferior Petro, scilicet in duobus. Primò hoc, quod à Christo immediatè erat institutus Apostolus, ut Petrus, & alij. Secundò in hoc, quod à Deo perfectè instructus in Euangelio erat, sicut & ipse Petrus. Non autem dictus est par Petro in potestate iurisdictionis, quoniam non iarebat ipsum Paulum, Petrum caput esse Ecclesiæ. Vnde eum vocat Cephas, quod caput secundum linguam Græcam sonat, ut dicit Beatus Isidorus. Cæterum licet Paulus non immediatè à Petro Apostolatus officium suscepit, sicut nec alij Apostoli, sed à Christo immediatè, non sequitur quod B. Petrus non fuerit Pauli, sicut & aliorum Apostolorum Princeps & Prælatas. Hæc Turrecremata, cui adde Beatum Ioannem à Capistrano de *Auctor. Papa, p. 1. fol. 8. & part. 7. fol. 113.* Thomam Vvaldensem *tom. 1. lib. 2. capis. 3.* Paludanum *lib. de Eccles. potest. art. 1. concl.* Cardinalem Iacobatum de *concilio lib. 10. art. 7. fol. 669. & 717. littera B.* Cardinalem Calerantum *tom. 1. Opusc. de Auct. Papa, & Concilij capis. 3.* Cardinalem Polum in *defens. unit. Eccles. lib. 2. fol. 69.* Cardinalem Baronium *tom. 1. ann. 34.* Cardinalem Belartmimum de *Roman. Pontif. lib. 1. cap. 17. per totum Io. Driedonium tom. 1. lib. 4. cap. 3. part. 3. fol. 237.* Albertum Pighium de *Hier. Eccles. lib. 3. cap. 11.* Nicolaum Sandertum de *visibili Monar. lib. 6. capis. 6.* Laurentium Arturum in *disput. Theol. de Petri Principatu num. 41.* Pteronium de *Aristocratia Regulari tom. 1. cap. 3. num. 11. 21. & seq.* Petrum de *Sot. in Defensione Catholica Confessionis cap. 89. part. 1.* Alphonsum Aluarez in *thesauro Christiana Religionis capis. 1. num. 59.* Campanellam de *Monarch Messie cap. 12.* Genebratdum in *Chronologia lib. 4. ann. 32.* Nauclerum de *Monarch Eccles. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 3.* Simancham in *instit. Cathol. tit. 45. num. 5.* Bzouium de *Roman. Pont. cap. 36.* Pitigianum in *3. sent. tom. 3. distinct. 25. quest. 2. artic. 1.* Ioannem Vviggers in *2. 2. D. Thom. tract. de Pont. artic. 10. quest. 1. dub. 1. num. 68. & seq.* Bagotium in *Apologetico Fidei part. 1. lib. 3. disp. 8. cap. 4. sect. 1.* Lorinum in *Acta Apost. cap. 28. vers. 30. 104.* Stephanum de *potestate coercitiua Pontificis cap. 8. num. 2.* M. Antonium Capellum de *Pont. Petri disput. 1. cap. 12.* Siluium in *2. 2. Diui Thoma quest. 33. artic. 10.* Tannerum *tom. 3. disput. 1. quest. 4. dub. 2.* Agricolum de *Primatu Petri cap. 7.* Coninch de *fide, spe, & charitate disp. 12. dub. 1. num. 11. & disput. 28. dub. 4. n. 52.* Salmeronium in *Epist. 2. ad Galatas, & latius tom. 4. part. 3. tract. 5. fol. 423.* Serarium opuscul. de *vis. a D. Pauli part. 4. num. 70.* Valentiam *tom. 3. disputat. 2. quest. 1. punct. 7. §. 31.* Becanum de *Republ. Eccles. lib. 2. cap. 7.* Perez in *Pentatherum Fidei lib. de Rom. Pontif. cap. 20.* Cornelium in *Epistol. 2. ad Galat. vers. 7. num. 3.* Bañez in *2. 2. D. Thoma. quest. 1. artic. 10. dub. 4. in responsio. ad primum argumentum.* Christophorum Matcellum de *auctor. Papa contra Caluinum lib. 1.*

sect. 1. ca. 12. 29. & 38. Panuinum de *Primatu Petri part. 2. cap. 3. & in respons. ad 2. & 3. argum.* Echium de *Primatu Petri, lib. 3. capis. 37.* Xistum Senensem in *Biblioth. lib. 6. annos. 269. & 271.* Arcudium *tract. de purgat. contra Barlaamum, Cariophylum in refutat. contra Garganum Blasphemia 33. & 35.* Nardium de *Papatu Romano c. 1. fol. 10.* Arriaga in *p. 2. D. Thom. tom. 2. disput. 18. sect. 1. n. 3. & 4.* Amicum in *curfu Theologia tom. 2. disp. 6. sect. 2. num. 77. & seqq.* Thomam Campegiu opus. de *Rom. Pont. c. 12. n. 6. 7. & 8.* Alphonsum Mendoza in *quodlibeto quest. 4. Scholast. num. 1.* Antonium Delphinum de *Ecclesia lib. 1. fol. 114.* Franciscum de *Castillo in 3. sent. tom. 2. disput. 16. quest. 2.* Alex. Carenum de *Potest. Rom. Pont. lib. 1. cap. 1.* Antonium Polum in *Lucidario potest. Pap. lib. 4.* Gordonum in *Epitom. Controuers. tom. 1. contr. 25. n. 8. & seqq.* & alios penes ipsos.

Quid dicit Anonymus ad tantam nubem testium? Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Qua fronte poterit se opponere torrenti Doctorum, quos ego omnes in fronte vidi, firmantes cum primum Magistris Sacre Theologiæ D. Thoma & Petro Lombardo, Paulum fuisse æqualem Petro in ordine ad Apostolatum, sed in ordine ad regimen & Primatum fuisse inferiorem, & subditum D. Petro, & ut ait Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 3. c. 11. n. 21.* illum recognouisse ut caput & Principem suum?

Quod etiam probatur ex facto ipsius Pauli ad *Galat. 1.* cum ad videndum Petrum accederet. Non, ut ait Hieronymus ibidem, dicendi studio, quia & ipse eundem prædicationis haberet Authorem, sed honoris priori Apostolo deferendi. Quæ verba, ut rectè obseruat Coeffeteau *lib. 1. cap. 9. num. 27. non prioritatem etatis, vocationis, aut ordinis*, sed sublimiorem Principatum demonstrant. Et idè rectè ibidem D. Ambrosius dixit: Dignum fuit, ut cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum. Hinc D. Chrysostomus *homil. 87. in Ioannem.* asserit: Petrus os erat Apostolorum, & Princeps, propterea & Paulus eum visurus ascendit. Quod etiam docuit Theodoretus, & Oecumenius, *apud Baronium, tom. 1. annotat. 38.* & Theophylactus asserit etiam Paulum ascendisse Hierosolimam videre Petrum, quia voluit honorare eum, cui maiorem se. vide Simancham in *Cath. instit. tit. 45. num. 5.* Bañez in *2. 2. D. Thom. quest. 10. art. 1. rub. 4.* Valentiam *tom. 3. disput. 1. quest. 1. punct. 3.* Tannerum *tom. 3. disput. 1. quest. 4. dub. 2.* Antonium Paulum in *Lucidario Potestatis Papalis lib. 4.* Capellum *disput. 1. de Potest. summi Pontificis, cap. 9.* & Sorbonicum Doctorem Michaellem Nauclerum de *Monarchia, tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 3.* asserentes, Paulum ascendisse videre Petrum tanquam Principem suum, & caput. Vide etiam Estium in *Epist. 1. ad Galat. num. 18.* & Salmeronium *tom. 15. disput. 21.* cum Nicolao Sanderò de *visibil. Monarchia lib. 6.* & Alberto Pighio de *Hierarch. Eccles. lib. 3. capite 11.* & Bozio de *signis Eccles. lib. 3. capite 2. & lib. 5. cap. 3.*

Sed audiamus æqualitatem, & differentiam inter Diuum Petrum, & D. Paulum, à Diuo Thoma, & Scholasticis superius positam, etiam à Sanctis Patribus antea confirmatam. Agmen ducat Augustinus, sic itaque asserit, *serm. 3. in festo Diui Petri, & Pauli:* Cum omnes Beati Apostoli parem gratiam apud Dominum Sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus, & Paulus videntur præ cæteris, peculiari quadam in Salvatore, fidei virtute præcellere. Quod quidem ex ipsius Domini iudicio possumus approbare. Nam Petro, sicut bono dispensatori Clauem Regni Cælestis dedit, Paulo, tanquam idoneo Doctore gentium, Magisterium Ecclesiasticæ, institutionis iniunxit: scilicet, ut quos iste erudierit ad fidem, ille suscipiat ad salutem, ut quorum corda Paulus patefecerit doctrina verbo-

rum,

rum, eorum animabus Petrus aperiat Regna Cœlorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicenda est, qua ad fidem peccatorum corda referantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus tenetur clausum, in palam rationabili manifestatione producit. Clauis, inquam, est, quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem Mysterij Saluatoris includit. *Ambo igitur Clauis à Domino accepturum, scientiæ Iste; Illæ potentia.* Ita Augustinus. Ergo non potuit Paulus par esse Petro in eodem genere Primatus: nam ipse accepit clauem scientiæ, Petrus autem potentia.

Hoc etiam confirmatur ex aureis verbis Gregorij lib. 4. *Epist. 38. indi. 13.* superius citatis: Certè ait, Petrus Apostolus primum membrum Sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ est. *Paulus, Andreas, Ioannes,* quid aliud quam singulares sunt plebium capita? Quid clarius dici potest. Vide quomodo à Gregorio, respectu Primatus, & ordinariæ Iurisdictionis, Petrus solus ponatur; Paulus verò cum cæteris Apostolis constituatur. Itaque concedimus Paulo parilitatem cum Petro in munere Apostolatus, non autem in Primatu. Idem, clarè docuit Innocentius III. *serm. 98. de D. Petro, & Paulo:* Petrus, ait, socium habuit Beatissimum Paulum, vnde cum singulariter præmittitur: Duc in altum, pluraliter subditur, Et laxate retia in capturam. Quia *Solus Petrus tanquam vniuersalis Princeps Ecclesiæ,* in altitudinem supremæ Prælationis ascendit. *Sed ipse cum Paulo, retia prædicationis ad capiendos homines in Vrbe laxauit.* Recognosce in his verbis differentiam inter Petrum, & Paulum, & quod ille acceperit Clauem Potentiæ, & Regiminis, iste verò Clauem scientiæ, & prædicationis. Solus igitur in regimine fuit Petrus, licet in prædicatione socium habuerit Paulum.

Hæc veritas etiam expressa inuenitur apud D. Leonem, *serm. 1. in Natal. Petri, & Pauli,* vbi de utroque loquens, sic ait: Isti sunt viri, per quos tibi Euangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras Magistra erroris, facta es Disciplina veritatis. Isti sunt patres tui, verique Pastores, qui te Regnis Cœlestibus inferendam multo melius, multoque felicius condiderunt, quàm illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt, ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde fœdauit. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens sancta, populus electus, Ciuitas Sacerdotalis & Regia, per *Sacram Beati Petri Sedem,* Caput Orbis effecta, latius præsideres Religione diuina, quàm dominatione terrena. Vide Lector in his verbis tanquam Patres, & Pastores Rom. Ecclesiæ laudatos Petrum & Paulum à Magno Pontifice, qui *tamen ad Cathedra Petri fastigium sue dignitatis originem constantissimè semper resulerit.* His ergo duobus Apostolorum Principibus, tanquam firmissimis columnis nixa Ecclesia Romana, vtrumque illorum laudibus in Cœlum vehit, sed Petro Principatum Iurisdictionis asserit, Paulo verò primatum scientiæ adscribit, vt in dispari genere circa Primatus Petri labefactionem, aut enervationem Apostolorum Principes meritò censentur.

Hanc etiam æqualitatem, & differentiam inter hos duos Apostolos agnoscens Fortunatus in lib. 3. *carminum* in honorem Petri, & Pauli ita cecinit,

Cœlorum portæ, læti duo lumina Mundi,
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.

Inrer Apostolicas radiante luce coronas
Doctior hic monitis, celsior ille gradu.

Hunc per corda hominum referantur, & astra per illū
Quos docet iste stylo, suscipit iste polo.

Pandit iter Cœli hic dogmate, clauibus alter,
Est via cui Paulus, ianua fida Petrus.

Et tandem non desinam hic apponere eximia verba Hugonis de S. Victore, qui eadem discrimina inter hos Apostolos, in *serm. 64. de Apost. Petri, & Pauli,* ita complexus est. Petrus cæteris eminent excellentiâ potestatis, Paulus excellentiâ Prædicationis. Petrus Sol, Paulus Luna: Petrus Sol per collatam sibi diuinitus potentiam, Paulus Luna, per collatam sibi cœlitis sapientiam. Luminare maius fecit Deus, dum dixit Petro: Caro, & sanguis fidei Sacramentum non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in Cælis. Et illum tunc lucere in Cælo præcepit, dum illi Clauis Regni Cœlorum contradidit. Luminare minus fecit, dum Saulum strauit, & Paulum erexit. Petrum Soli comparo, cum Petro soli dictum esse constet: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c. Petroque soli inter cæteros & præ cæteris à Domino cura Pastoralis principaliter, & specialiter iniuncta est, vbi dixit: Pasce agnos meos. Hucusque Hugo.

Vnde ex his omnibus apparet minimè admittendam esse opinionem Anonymi, asserentem D. Paulum fuisse æqualem Petro, & simul cum ipso Pontificem & Caput Ecclesiæ. Nam in ordine ad primatum dicendum est, Paulum non solum non fuisse æqualem, sed subditum Petro. Sicuti de cæteris Apostolis tradit Granadus in 2. 2. *contr. 1. tract. 7. disput. 1. sect. 2. num. 10.* Duuallius de Rom. Pont. *part. 1. quest. 4.* cum Valentia *tom. 3. disp. 1. quest. 5. punct. 7. § 28.* & aliis. Et ideo D. Thomas, & Tostatus *vbi supra,* vt visum est, dixerunt, *Paulum fuisse subditum Petro,* quod antea dixerat B. Petrus Damianus *lib. 6. Epist. 18.* in qua loquens de correctione, quam ad Galat. 2. fecit Petro Diuus Paulus, sic asserit; Quid est Beate Paule, quod *Priorem* tuum increpationibus laceras: obiurgationibus exacerbas? Quo pacto non vereris, eum ante hominum ora confundere, cui *speciali iure* concessum est vniuersi totius Ecclesiæ Orbis Præsidere, &c. In quibus verbis, velint nolint, opus est, Aduersarij recognoscant, non solum Primatum Petri, sed inferioritatem Pauli erga ipsum, cum Damianus apertè vocat Petrum Priorem, id est, Superiorem Pauli.

Sed audiamus Diuum Cyprianum *Epist. 71. ad Quintum,* idem asserentem, loquitur ibi de eadem correctione facta Petro à D. Paulo, & exaggerans humilitatem, cum qua Petrus illam sustinuit, sic ait: Nam nec Petrus, super quem ædificauit Dominus Ecclesiam suam, cum secum Paulus de Circumcisione disceptaret, postmodum vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, vt diceret se *Primatum* tenere, & obtemperare, à nouellis, & posteris sibi potius debere &c. Videant aduersarij, quomodo D. Cyprianus clarè sentit, Paulum fuisse Petro subditum, & inferiorem: nam alioquin non bene dixisset, quod correctus à Paulo poterat ei obicere suum Primatum, & Superioritatem in alios. Hinc dixit etiam Diuus Augustinus *lib. 2. de Baptism. contra Donat. cap. 1.* in Scripturis Sanctis didicimus Apostolum Petrum, in quo *Primatum* Apostolorum tam excellenti gratia præminet, aliter, quam veritas postulat de Circumcisione agere solitum: à *Posteriori* Apostolo Paulo fuisse correctum, & si aliquis asserat, Patres in dictis locis loqui de *Prioritate, & Posterioritate ordinis, aut ætatis.* Respondeo hanc esse responsionem impij Marci Antonij de Dominis, ex cuius pistino farinam suorum argumentorum, & responsionum sapius accipit Anonymus. Sed talem responsionem non est dubium ex ipsis verbis Patrum elusam remanere. Nam, vt legentibus patet, apertè faciunt mentionem de *Prioritate Regiminis, & Iurisdictionis.* Quod etiam fecit Venerabilis Beda, exponens verba D. Pauli, *Epist. 2. cap. 3.* Sicut charissimus noster Paulus &c. Ecce inquit, Primus Apostolorum quasi oblitus sui *Prioratus, & datarum sibi Clauium Regni Cœlestis,* da-

tam

tam Paulo sapientiam miratur, quia nimirum moris est electorum, ut aliorum magis, quam suas mirentur virtutes, per quas se ad perfectum excitent. Ita ille. Perpende in his verbis, Bedam tribuere clauem potentiae, & regiminis Petro; Paulo verò clauem scientiae, & eius inferioritatem erga Petrum clarè constituit, nam si Paulus Petrus in Primatu esset æqualis, ineptè dixisset Beda, ad Petri humilitatem extollendam ipsum Prioratus sui pene oblitum, & clauem receptas, Pauli sapientiam glorificasse. Dicendum est igitur cum communi sententia Patrum, & Theologorum, Paulum Petro non fuisse æqualem, sed inferiorem. Hinc rectè D. Gregorius homil. 18. in Ezechielem, Paulum cum Petro comparans, *Minorem fratrem eum appellas*. Vide etiam omnino Thomam Vvaldensem tom. 1. lib. 2. art. 1. c. 3. vbi ex multorum Patrum autoritate aduersus Vviclef. aperte probat inæqualitatem inter Paulum, & Petrum, & illum huic fuisse inferiorem demonstrat. Et quia semper aduersariis debitor sum, contra ipsos aliquem Doctorem Sorbonicum adducere, videant Genebrardum in Chronologia lib. 3. anno Christi 41. fol. 368. vbi docet, ex multis Patribus Petrum Paulo fuisse maiorem.

Et quidem respondent mihi aduersarij: Si Paulus fuit simul cum Petro Pontifex, ut ipsi contendunt, afferant quæso aliquam Pauli actionem, in qua appareat tanquam Caput Ecclesiae, & Pontificem se gessisse, voluant, & reuoluant totum Euangelium, certè non inuenient. Sed ego illis ostendam contrarium, videlicet in Act. Apost. cap. 15. nam cum Antiochiæ orta esset quæstio, aut Gentiles Christiani deberent circumcidi, & seruare legem Moysei, miserunt D. Paulum & Barnabam Hierosolymam ad Apostolos. Ergo Paulus non fuit Pontifex cum Petro, nam si Pontifex esset, Christiani Gentiles, & Iudæi acquiescerent eius determinationi. Venit igitur D. Paulus Hierosolymam, vbi ad illius quæstionis decisionem celebratum fuit primum Concilium, de quo mentionem fecit Synodus Constantinopolitana II. Col. 8. in conclusione trium Capitulum. In isto verò Concilio adfuit Paulus, ut cæteri Apostoli, & seniores. Petrus autem ut solus Pontifex, & caput, & ut Iudex quæstionem definiuit, & abrogauit legalia. Vnde Lucas vbi supra, asserit: Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, &c. Quasi (ait D. Antoninus in Chronica tom. tit. 6. c. 2. §. 10. explanans dicta verba) Princeps Apostolorum, & Pontifex Ecclesiae, qui audita controuersia in vtramque partem disceptatione, hic eam primus quasi iudex definiuit, vnde mox eius sententiam sequitur Iacobus, & alij. Quod etiam obseruat hic Iacobus Gagneus Theologus Parisius, Ioannes Lorinus, Gapar Sanctius, & Cornelius à Lapide, quibus adde Cardinalem Turrecrematam in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 5. Cardinalem Baronium tom. 1. anno Christi 91. Salmetonium tom. 12. tractat. 43. Sotum in 4. dist. 20. quæst. 1. artic. 2. conclus. 4. Christophorum Marcellum Archiepiscopum Corcyæ de auctoritat. Papa contra Lutherum lib. 1. c. 20. Et omnino videndum Ioannem Bagotium in Apologetico Fidei part. 1. lib. 4. disput. 6. cap. 2. n. 2. Pitigianum in 3. sentent. tom. 2. dist. 25. quæst. 2. art. 1. Tannerum tom. 3. disput. 1. quæst. 4. dub. 2. n. 73. Bouerium in Censura contra M. Antonium de Dominis part. 2. lib. 1. cap. 10. fol. 222. Capellum de Pontific. B. Petri disput. 1. in cap. 11. num. 10 Panuinum de Primatu Petri p. 2. cap. 3. resp. 1. ad 1. argum. Gauinam in contr. tom. 1. lib. 4. art. 2. fol. 488. & tom. 3. part. 2. controu. 3. art. 1. fol. 85. ad 5. argum. Coëffeteau de Rep. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 25. Becanum in Man. cont. lib. 1. cap. 4. numer. 45. & 51. Sanderum de Clauē David lib. 2. cap. 5. Agricola in tractat. de Primatu Petri capit. 7. submonit. ad Lectorem. Bañes in 2. 2. D. Thoma quæst. 10. art. 1. dub. 4. 10. Vviggers in 2. 2. Diui Thoma quæst. 1. artic. 10. dub. 1. num. 94. Alphonsum de Castro aduers. her. l. 10. vers. Papa. Bellarmi-

num de Roman. Pontif. lib. 1. cap. 22. Paulianum de Iubil. lib. 3. capit. 1. Antonium Polum in Lucidario potestatis Papali lib. 4. fol. 37. Pueronium de Aristocratia regulari tom. 2. c. 3. num. 26. Qui omnes firmant, D. Petrum in supracitato Concilio tanquam omnium Caput extitisse, & ut Pontifex lege lata, quid de Circumcisionis præcepto, ac Idolatriis obseruandum esset, præscripsisset. Et idè D. Hieronymus Epist. 89. qua est 11. inter Epistolas D. Augustini cap. 3. rectè asseruit Petrum fuisse Principem illius Decreti. Et Tertullianus lib. de Patientia cap. 21. dixit Petrum omnium spiritu instinctum de nationum vocatione præfatum. Et quod Paulus fuerit præfatus in dicto Concilio, tanquam vnus ex Apostolis, & non tanquam Caput eorum, ut Petrus, patet ex supradictis Doctoribus, & ex verbis Scripturæ, & dixit Theodoretus Epist. 113. ad Leonem Papam, vbi ita ait Si Paulum præco veritatis Tuba S. Spiritum ad magnam Petrum accurrat, ut is, qui Antiochia de legalibus institutis contendebant, ab ipso afferret solutionem. Multo magis nos, qui absentes sumus, & pusilli ad Apostolicam vestram Sedem currimus &c. Quod etiam ex Sophrovia Patriarcha Hierosolymitano Epist. ad Hieronimum Papam. Obseruatunt Nauclerus de Monarch. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 12. & Bozius de signis Eccles. tom. 1. lib. 5. cap. 3. & ne deseras videre Rodolphum Cupres trad. de Sacrosancta vniuersali Ecclesia, ver. Statuta Papa an. 2. fol. 159. Videat modo Anonymus, si Paulus fuit Pontifex simul cum Petro, & Caput Ecclesiae, ut ipse perperam vult, cum in dicto Concilio Hierosolymitano tanquam vnus ex aliis Apostolis interfuerit sub Principe, & Capite Petro.

Libet etiam hinc animaduerrere Petrum immediatè à Christo Episcopatum accepisse; Paulum verò ab Apostolis, vel ut alij volunt. Lucio & Manahen ministris Ecclesiae, ut patet in Act. Apostol. cap. 13. ver. 12. & 3. Et ita etiam docet Cardinalis Bellarminus de Rom. Pontif. lib. 1. c. 23. vbi sic ait: Saltem Paulum, quem Christus de Cælo vocauit, & Apostolum fecit, non Episcopum ordinauit, sed iussit ordinari per manus impositionem ministrorum Ecclesiae, ut patet Act. 13. & ex Leone in Epist. ad Dioscorum qua est 81. in operibus eius, sed in tomis Conciliorum 79. vbi loquens Leo de ordinatione Episcoporum, exemplum hoc Pauli adducit: & ex Chrystostomo, qui in hunc locum Act. dicit, adèd veram fuisse Pauli Ordinationem, ut in ipsa nomen mutauerit. Statim enim subiungitur, Saulus, qui & Paulus. Ita Bellarminus.

Sed non desinam hic apponere etiam verba Patris Bouerij in Censura Marci Antonij de Dominis part. 2. lib. 2. cap. 2. vbi loquens de Paulo, & Barnaba, ita ait illos accepisse Episcopatum è manibus Apostolorum, & non immediatè à Christo ut perperam voluit Spalatensis. Sic itaque Bouerius asserit: Cum Episcopatus, quædam dignitas sit, quæ propriè Ecclesiae gubernationem respicit, ea sanè ab alio conferri non potest, præterquam ab eo, cui vniuersalis Ecclesie gubernatio, ut capiti credita est, vel ab illo, cui ea potestas delegata sit; Christus quidem recdum in Cælum assumptus visibiliter decem Apostolos Episcopos instituit, ac vndecimum Petrum omnium Episcoporum Pontificem creauit: quapropter, eo in Cælum assumpto, hoc creatorum Episcoporum munus in Petrum velut Christi Vicarium, & visibilem Ecclesiae Monarcham translatum fuit; quod sanè ad eum solum spectare debuisset, nisi singulari priuilegio, id Apostolis quoque à Christo concessum, ac velut delegatum fuisset. Cum itaque hi Apostoli post Christi ascensionem tantum Episcopatum acceperint, quando, hæc creatorum Episcoporum potestas tantum penes Apostolos manebit: hinc velut indubitatum statuimus, eos ab Apostolis Episcopos ordinatos fuisse.

Neque

Neque obicere potes, hos Apostolos simul cum Apostolorum Episcopatum à Deo immediatè accepisse: *Nam cum Episcopos creare ad Ecclesiam iurisdictionem pertinet*; postquam semel Christus Ecclesie potestatem instituit, nam nunquam postea aut abstulit, aut dimisit; sed quæ Ecclesie propria sunt, Ecclesie integra esse voluit; quæ verò Dei, Deo perficienda reliquit. Ita fit, ut horum quidem electionem ad Apostolatam, ad quam Ecclesie potestas pertingere non poterat, Deus per se ipsum præstitit: Episcopatum verò, qui ab Ecclesie potestate pendeat, & ab ea perfici poterat, non per se, sed per Apostolos iisdem conferre voluerit. Hucusque Boërius, egregiè quidem pro casu nostro.

Nec obstat dicere Paulum *Epistol. 2. ad Galatas*, asserere, Apostolos nihil ei contulisse. Nam respondeo cum Henriquez, & Cornelio, hoc enim ipse à Christo didicit; sicut Apostoli, quibus quoad Apostolorum æqualis fuit. Scio Legionensem *in cap. 1. Epistol. ad Galat.* Caietanum *in Acta Apostol. cap. 13.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disputat. 34. sect. 1.* & alios asserere *in loco supra citato Act. 3.* Paulum non fuisse ordinatum Episcopum; quia illa manuum impositio, de qua textus ille loquitur, non fuit ordinatiua, sed deprecatiua: at communis sententia est in contrarium. Et ratio est, quia nusquam legimus, Saulum, & Barnabam ordinatos fuisse Episcopos, nisi hinc, vnde postea *in cap. 14. Act. & seq.* inuenimus, Episcopalia munia obisse, ordinando per ciuitates Presbyteros. Et nunquam in Scripturis apparet Paulum, præter Apostolatam, ac diuini Verbi disseminandi potestatem aliud à Deo accepisse: nam si eius vocationem perpendas, quando is primò ad fidem & Apostolatam à Deo accersitus fuit, nihil amplius de eo scriptum inuenimus, nisi: *Vade, quoniam Vas electionis est mihi iste, ut portet nomè meum coram gentibus & Regibus, & filiis Israël, vbi de solo Apostolatu agitur.* Et idem Paulus, præter Apostolatam, nihil à Deo se accepisse commemorat, cum ait: *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem.*

Dicendum est igitur, quod quia Christus ordinavit Apostolos Episcopos, hi alios, & alios: ergo & Paulus ab iis ordinatus est, hoc enim postulabat ordo Hierarchicus à Christo institutus, ut cum ipse Petrum, & Apostolos ordinariè, cæteri omnes ab eis, vel eorum successoribus ordinarentur; & ita, ut dixi, docent communiter Doctores; ut videre est apud Cornelium à Lapide, & apud Ioannem Lorinum *vbi supra in Act. Apostolor. cap. 13.* quibus omnibus adde sapientissimum Salmeronium *tom. 12. tract. 36.* vbi sic ait: *Arator in sui Poëmat. principio lib. 2. insinuat, Saulum, & Barnabam ordinatos fuisse Antiochiæ à Beato Petro, dicens:*

*Spiritus accensam verbo radiante lucernam
Sub modio lucere vetans, fecernise Saulum
Dixit in oris opus: quem mox sa. rauit euntem
Imposita Petrus ille manu. Cui sermo Magistri
Omnia posse dedit.*

Quæ, si vera sunt, colligimus, Petrum post liberationem carceris Antiochiam venisse, quæ extra Herodis Agrippæ ditionem posita erat, & vbi Marcus Syriz Præles parum gratus Agrippæ gubernabat. Quòd si ille non adfuit; profectò non deerant iam multi Episcopi per Apostolos promoti, qui Paulum, & Barnabam possent ad sacros presbyteratus, & Episcopatus Ordines promouere. Vnde & Occu-

Antonini Diana, Pars I X.

menius existimat Saulum, & Barnabam accepisse manuum impositionem à Lucio, & Manahen. Et cum Spiritus sanctus tantum iussisset segregari Barnabam, & Saulum: at illi addiderunt ieiunia, & preces, & imposuerunt manus, docebantque in ipsis Ecclesie exordiis quid posteris esset faciendum. Ita Salmeronius, cui etiam adde Gasparum Sanctum *in Acta Apostol. cap. 3. numer. 5. & 6.* & Henriquez *in summa lib. 10. cap. 3. numer. 3.* & Christophorum Marcellum *de Auctor. Pont. contra Lutherum lib. 2. cap. 14.* Videat modò Anonymus, si possit Paulum Petro in Pontificatù coequare, dum fuerit ordinatus Episcopus à Ministris Ecclesie, vel ab Apostolis,

Patet igitur ex omnibus supradictis, Paulum, secluso Apostolatu, in ordine ad potestatem Regimini, non fuisse æqualem, sed inferiorem D. Petro. Meritò itaque dixit Bzouius *de Romano Pontif. cap. 34.* Neque Paulus, qui plus omnibus laborauit, neque Andreas maior natu, neque aliquis Apostolorum alius, *sed solus vnicus Petrus Claves accepit.*

Nec aduersus supradicta obstant primò, verba nimis vrgentia D. Cypriani *lib. de vnitat. Eccles.* asserentis. Hoc erant vtiq; cæteri Apostoli, quod erat Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis. Quod etiam habetur *in cap. loquitur Dominus 24. quæst. 1.* Vnde Innocentius III. *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi,* asserit, Paulum accepisse plenitudinem potestatis. Respondeo, magnam esse differentiam inter potestatem Pauli, & aliorum Apostolorum, & inter potestatem Petri. Ideò Anacletus *Epistol. 2.* sic ait: *Cæteri Apostoli cum eodem (scilicet Petro) pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsumque Principem eorum esse voluerunt.* Et Melchiades Papa *Epistol. ad Episcopos Hispania.* Inter Beatos Apostolos fuit quædam discretio potestatis; & licet cunctis par electio foret, Beato tamen Petro concessum est, ut & aliis præmineret.

Concedo igitur Apostolos habuisse quidem potestatem in vniuersum Orbem, sed extraordinariam tanquam delegatos, Petrum verò habuisse potestatem ordinariam tanquam Caput, & ex officio. Itaque potestas data est Petro, ut per successionem perpetuè in Ecclesia duraret: aliis verò Apostolis solum data est per modum cuiusdam legationis, & personalis muneris finiendi cum vita eorum. Insuper hæc potestas, quoad actum ferendi leges, in Petro erat simplicitè superior, & independens; in Apostolis verò, inferiori modo, & cum multa differentia, quia Petrus poterat suis legibus, vel præceptis alios etiam Apostolos obligare, & nullus poterat eius leges reuocare: alij verò Apostoli nec Petrum obligate poterant, & Petrus in rigore poterat eorum leges non admittere, seu reuocare. Et ita docet (respondens ad textum D. Cypriani) Suarez *de legibus lib. 4. cap. 3. numer. 7. 8. & 9.* cui adde Acugniam *in Decretum Gratiani part. 1. distinct. 21. cap. 2. numer. 6.* Dominicum B.ñez omnino videndum *in 2. 2. D. Thoma quæstio. 1. artic. 10. dub. 4. in respons. ad primum argument. Gradatum in 2. 2. D. Thoma, controuers. 1. tractatu 7. disputat. 1. sect. 2. numer. 10.* Amicum *in Cursu Theolog. tom. 4. disputat. 6. sect. 2. numer. 79.* Perez *in Perzateuchum fidei lib. de Roman. Pontif. cap. 21.* Valentiam *tom. 4. disput. 1. punct. 7. §. 28.* Driedonum *lib. 4. de varijs dogmatibus cap. 3. part. 3.* Aluarum Pelagium *de planctu Eccles. lib. 1. cap. 60.* Canum *de loc. Theolog. lib. 8. cap. ult. ad argument. 17.* Sotum *in 4. distinct. 20. quæst. 1. artic. 2. & 3.* Becanum *in Manual. controuers. lib. 1.*

lib. 1. cap. 4. num. 47. & seq. Bouerium in controuers. tom. 2. l. 1. Demonstr. 3. Symboli de unitate capitis visibilis art. 9. Alexander Turc. de Eccles. Hierarch. lib. 4. Rad. 12. & alios.

Et hanc differentiam procedere etiam in Paulo individualiter patet ex Suarez vbi supra num. 4. iuncto n. 7. & seq. Et docet etiam expressè eruditus ex nunquam satis laudata Societate Iesu Theologus Nicolaus Serrarius opusc. de vita D. Paul. part. 4. num. 70. vbi sic ait: Cum summo Pontificatu auctus esset Petrus, solusque ordinariam in totam quacunque diffusam Ecclesiam potestatem haberet: omnes tamen alij Apostoli, & maxime sanctus Paulus, extraordinariam accepit. Sic enim initio decebat, vt omnium omnibus Ecclesiarum sollicitudo quædam inesset, omnes omnium Prouinciarum procuracionem, quadamtenus haberent, vt tanto & facilius, & citius, & diligentius Euangelium, omnes in oras, & regiones spargeretur. Ordinaria tamen, & legitima cura, & administratio penes vnum Petrum, eiusque posteros semper mansit. Sicuti cum Sacerdotio summo initiatus esset Aaron, ordinario is munere fungebatur; quod eius etiam posteri retinuerunt: extraordinariam tamen simul etiam tenebat eius frater Moyses. [Quare Patres si quando comparacionem inter Petrum, & Paulum instituunt, quatuor ferè hæc docent. Primò hosce duos Apostolos aliis omnibus antecellere. Secundò, vt illorum virtutibus, & meritis altero maior sit, nobis incertum esse. Tertio, Paulum scientia, & doctrina, Petro antestare. Quarto, Petrum, potestate, & auctoritate primas tenere.] Hæc Serrarius nimis conducentia ad casum nostrum, pro responsione ad autoritates Patrum ab aduersariis adductas, ad quas latius infra.

Nec obstat dicere secundò; omnia supradicta esse vera, sed procedere loquendo de D. Paulo seorsum sumpto, secus si de Paulo cum Petro coniuncto, efficientibus vnicum in Ecclesia Principem, & Caput. Respondendo, hoc esse verbis illudere, & hanc nouam D. Pauli mixtionem: Dico nouam, quatenus asserit D. Paulum effecisse cum D. Petro, vnum Caput, atque constituisse vnicum Principem Ecclesie. Hanc, inquam, nouam D. Pauli mixtionem cum Petro, non agnoscunt, neque indicant sacre Scripturæ, nec veteres Patres, nec Theologi; ergo tanquam figmentum Chimæricum admittenda non erit; cum igitur Scripturæ absolute ad solum Petrum Primatum Ecclesie conferant, & veteres Patres quos plena manu, & ad satietatem superius adduxi in prima, secunda, & tertia probatione, cum omnibus Scholasticis, etiam simpliciter solum Petrum, & non alium Caput, & Pontificem Ecclesie vocant, profus negantes D. Paulo Clauem Potentie, & iurisdictionis eo modo, vt Petro competit. Nescio quo pacto Paulus possit ab Aduersariis vocari Ecclesie Pontifex, Princeps, & Caput, vt Petrus.

Sed instabis dicendo, cum Aduersariis n. 14. non officere, si aliqua loca Sanctorum Patrum faciant mentionem solum de Primatu Petri, & non Pauli; quia etiam in aliis locis Patrum, solius Pauli Primatus asstruitur: non, inquam, secundum ipsos, hoc obstat; quia in Scripturis, Pater, Deus appellatur; ita & Filius, Dominus; & tamen hoc non obstante, non excluditur Diuinitas Filij, cum Patri Diuinitas attribuitur; nec Dominatio Patris excluditur, cum Filio conferatur. Sic & in nostro casu non excluditur Primatus Pauli, dum attribuitur Petro à sanctis Patribus; nec excluditur Primatus Petri, dum attribuitur Paulo, & sic nominato Petro intelligitur nominatus Paulus, & nominato Paulo, intelligitur nominatus Petrus, vt eorum indiuidua Æqualitas demonstratur.

Sed hæc responsio non est admittenda, & est satis futilis, & straminea. Nam in Scripturis, expressa Diuinitate Patris, non excluditur Diuinitas Filij, quia alibi Scri-

ptura facit mentionem de Diuinitate Filij; & expressa Diuinitate Filij alibi Scriptura facit mentionem de Diuinitate Patris, & ita expressa Diuinitate Patris, intelligitur Diuinitas Filij expressa; & expressa Diuinitate Filij intelligitur expressa Diuinitas Patris. Sed ego quero Aduersariis, cum in Scriptura habeamus expressum primatum solius Petri, vt in multis locis apparet: afferat ipsi aliquem locum Scripturæ tribuentem paulo Primatum Ecclesie, & ego dabo manus, & argumentum eorum vim habebit. Sed cum in Sacris litteris tantum de Primatu Petri (vt visum est) efficiatur mentio, & nulla mentio efficiatur de Primatu Pauli, sequitur, non possit argumentari de vno ad alium, sicut argumentum de Diuinitate Patris ad Diuinitatem Filij, & e contra.

Nec valet dicere, hanc mentionem Primatus Pauli, docere aliquos Patres. Nam cum Scriptura (cui stādum est) de tali Primatu ne quidem vnum verbum asserat; idè Patres (secundum mentem Aduersariorum) hoc asserentes, reducendi sunt ad bonum sensum, & interpretandi sunt iuxta differentias, & discrimina, quæ diximus supra, adducta à D. Thoma, & aliis Patribus, & Theologis Scholasticis, vt infra magis in particulari dicemus. Et idè patres ab Anonymo adducti quædo postea, aperte, & in terminis loquuntur de primatu Ecclesie, semper faciunt mentionem de Petro, & ne verbum quidem asserunt de Paulo, imò, vt probatum est, fatentur Paulum quoad primatum fuisse petro subiectum & inferiorem. Vnde miror quo pacto Aduersarij possint hæc verba proferre, n. 20. videlicet à Christo ipso indisolubili modo constrictam Pauli cum Petro in eundem loci primatum societatem: Bone Deus, in quonam quæso Sacre Scripturæ Textu, hunc Primatum Pauli cum Petro obseruarunt? In lucem quidem promant; quia ego nec vlli ante me inuenerunt. Quædo Christus dixit Petro: Pasce oues meas, inter illa etiam erant Apostoli, & etiam Paulus. Sed quando & quo pacto fuerit ex oue postea effectus Pastor (vt volunt Aduersarij) mihi, & Theologis ignotum est. Desinant igitur Aduersarij admirari; si patribus (sunt eorum ipsissima verba, n. 19.) credimus Petro Ecclesie primatum assignantibus; quid est, cur eundem Paulo asserentibus non patiamur? Respondeo breuiter, Primatum Petri credimus, quia in Scriptura habetur expressè, & idè aperte à sanctis Patribus etiam asseritur. Verum Primatum Pauli non credimus, quia nõ solum non habetur in sacra Scriptura, sed nec etiam in sanctis Patribus inuenitur, sed tantum ex laudibus, & encomiis, quæ D. Paulo simul cum D. Petro Patres attribuunt, Aduersarij illud non bene deducunt, & inferunt: nam sanctorum Patrum loca, vt probatum est, & probabitur, de Primatu nõ sunt intelligenda. Ergo credimus Patribus asserentibus Primatum Petri, quia cum sacra Scriptura hoc manifestè dicunt. Non credimus Aduersariis Pauli Primatum asserentibus, quia id Scriptura non dicit, nec Patres ab ipsis adducti, bene intellecti, & expositi, hoc asserunt.

Hinc bene perpèdant Aduersarij, quomodo audeant summo Potifici persuadere, eorum opinionem esse certissimam traditionem omnium Patrum, & totius vniuersalis Ecclesie. Dicant quæso, quis ex Patribus dixit, non solum Petrum, sed etiam Paulum fuisse Caput Ecclesie, & Patrem cum Petro, quoad supremum eius Primatum? Certè ferè nullus. Hoc inuenio dicere Auctorem huius Epistolæ, qui illud deducit, sed malè, & aliquibus Patribus perperam ab ipso intellectis. Et quidem si talis opinio esset admittenda tanquam omnium Patrum, & Ecclesie traditio (vt volunt Aduersarij) sequeretur, D. Thomam, & totam scholam Theologorum negantem expressè æqualitatem Pauli, quoad Primatum cum Petro, sequeretur, inquam, aduersari directè communi traditioni Ecclesie, & sanctorum Patrum quod abhorrent aures audire, & in Ecclesia Dei, in re-

tam graui D. Thomas cum omnibus Theologis, pugnet contra omnes Partes. Agnoicant aduersarij, quanta laborant in Chalybdi?

Et videant si nouus Papatu D. Pauli ab ipsis inuentus dici possit totius Ecclesie traditio. Nam quidem traditiones Ecclesie sunt apertissimæ, & luce meridiana clariores. Quis enim scit, paruulos esse baptizandos ex traditione Ecclesie, ait Augustinus *lib. 10. Genes. ad litteram c. 23*. Quis non scit Symbolum fidei esse verè canonicum, & Apostolicum, de quo Baronius *tom. 1. ann. 44*. Quis non scit in Calice ante consecrationem, esse aquam admiscendam, vt obseruat Cyprianus *lib. 2. epist. 1*. Quis non scit obligationem ieiunij Quadragesimalis, de quo D. Leo *serm. 7. de ieiun.* Et sic dicendum de omnibus alijs Ecclesie traditionibus, & præsertim diuinis, & Apostolicis, quæ omnibus fidelibus patent, & vt tales ab omnibus creduntur. Sed dicant mihi Aduersarij, ista eorum traditio de nouo Papatu D. Pauli, quando nam in Ecclesia innotuit? quis vsque adhuc, ex Christi fidelibus illam sciuit? Quis ex Theologis, & Controuertistis, quando de traditionibus Ecclesie agunt, de illa fecerunt mentionem? Cerrè nullus. Ipsi soli post 1646. annos in Ecclesia Dei, talem traditionem publicauerunt. Dicere autem Patribus ab ipsis citatis innotuisse, & de illa testari, sunt meræ nugæ, est merum somnium, vt infra satis patebit. Cùm itaque vna ex Notis traditionum Ecclesie sit consensus, vt optimè obseruat eruditus Ioannes Bagotius in Apologetico fidei *part. 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2. sect. 1. n. 4. Valentia tom. 1. disp. 1. q. 1. punct. 7 §. 45*. & alij communiter. Et in assertione aduersariorum, quod Paulus fuerit Pontifex cum Petro, non solum est consensus inter Doctores, sed positua dissensio. Nam ex sanctis Patribus, & ex ipsa sacra Scriptura D. Thomas, & omnes Scholastici cõtrarium firmant, nempe Paulum fuisse inferiorem, & subditum Petri. nec ei æqualem in regimine. Bone Deus! qua fronte audent Aduersarij asserere eorum sententiam esse certissimam traditionem vniuersalis Ecclesie, cùm habeat tot, tantosque insignes contradictores, quos vsque ad fatietatem supra retulimus. Vereantur igitur vocare eorum sententiam traditionem Patrum, & Ecclesie. Nam traditio Ecclesie est in contrarium, & si in hac disceptatione breuitati non studeam, latius demonstrarem discurrendo per priora, & posteriora secula, Patres semper docuisse Primatum, soli, & vni Petro collatum fuisse, licet breuiter hoc firmatum sit supra in probatione prima, secunda, & tertia. Vndè rectè dixit magnus Salmeronius *tom. 4. tract. 2. part. 3*. nostram sententiam esse *traditionem Patrum*, & tamen Anonymus contendit, suum figmentum, Patrum esse traditionem. Ergo habebimus in Ecclesia duas traditiones Patrum sibi inuicem aduersantes, quid absurdius dici potest? sed prorsus eliminanda, & detestanda est hæc noua associatio Pauli cum Petro in regimine, & Primatu Ecclesie, quam Anonymus nouissimè in Proscenium deduxit.

Nam regimen Ecclesie militantis fuit institutum, vt optimè ex multis obseruat Duuallius *de Rom. Pont. p. 1. q. 2*. Bellarminus *lib. 1. cap. 9*. Pueronius *de Regul. Aristocrat. tom. 2. cap. 3. n. 3*. Paulianus *de Iubil. lib. 3. c. 1*. & alij, ad instar Ecclesie triumphantis tanquam quædam eius imago, sed in Ecclesia triumphante præter Deum, & post lapsum Luciferi, non adfuit alius Princeps, nisi solus Michaël sine societate alterius Angeli. Sic & in Ecclesia militanti præter Christum non est admitrendus alius Princeps, & Caput, nisi solus Petrus sine societate Pauli, & post ipsum eius successores. Adde quòd Gerson. Cancellarius Parisiensis *lib. de Auferibilitate Papa. Consider. 8*. asserat nullam aliam politiam in Ecclesia constituisse Christum immuta-

Anonini Diana Pars I X.

biliter præter Monarchiam, & contrarium asserere, putat esse hæreticum. Sed si Christus post institutum Pontificem Petrum, instituisset postea, vt vult Anonymus, etiam Paulum, mutasset regimen Ecclesie contra id quod firmat Gersonius, & tunc Ecclesia dici potuisset mutata, sicut etiam qualibet res publica censetur mutari, quando modus, seu forma gubernandi mutatur: quod de Ecclesia dicere videtur absurdum, vt optimè obseruat Becanus *in Man. Contr. lib. 1. cap. 1. num. 25*. Ergo contra Anonymum dicendum est cum Gersone regimen Monarchicum Ecclesie, semper immutabiliter existisse penès solum, & vnum Petrum.

Et idè Concilia Generalia alium Pontificem non agnoscunt nisi Petrum, & eius successores, supra adduximus Concilium Florentinum, cui nunc addo Concilium Nicænum, *Can. 19. Arabico*. Concilium Nicænum 1. *Can. 4*. Concilium Chalcedonense 3. *Act. 3*. Et Concilium Ephelinum, *tom. 2. cap. 16*. vbi sic habetur. Nulli dubium, imò sæculis omnibus notum est, Sanctum, Beatumque Petrum, Apostolorum Principem, & Caput fideique columnam. Ecclesie Catholice fundamentum à Christo Regni Claves accepisse, nec non per successores suos huc vsque viuere. Celebris est etiam locus alter *Concilij Generalis Lugdunensis sub Gregorio X*. Ipsa quoque (ait) sancta Romana Ecclesia, summum, & absolutum Primatum & Principatum, super omnem Ecclesiam Catholicam obinet, quem se ab ipso in B. Petro Apostolorum Principe, & vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum Potestatis plenitudine recepisse veraciter, & humiliter recognoscit. Agnosce quæso quomodo Concilia, quando aperte, & elarè loquuntur de Primatu Ecclesie, solum faciunt mentionem de Petro, & nunquam de Paulo, & tamen Anonymus audet Paulum in Primatu Petro consociare: ergo Patres in omnibus Concilijs Generalibus, dicendum est, immemores fuisse Primatus Pauli in Ecclesia? Ergo eorum verba in re tam graui fuerunt semper trunca, & manca? Absit hoc dicere, sed de Paulo nunquam mentionem fecerunt; quia Christus Dominus aliud Caput in Ecclesia non reliquit, nisi Petrum. Itaque istum nouum, & alterum Pontificem Paulum videlicet nostro Anonymo relinquamus; nos autem cum tota Ecclesia D. Paulum tanquam Apostolum, & inter Apostolos maximum, humiliter veneramus; sed Pontificem à Christo institutum solum, & vnum Petrum priuatiuè quoad Paulum constanter credendum esse putamus.

Et tandem, vt finem imponam huic sectioni, non deferam hic apponere aliquas Patrum auctoritates, in quibus faciendo mentionem de Petro, & Paulo, Petrum prærogatiua Primatus in Ecclesia extollunt; Paulum verò alijs laudibus condecorant; vnde ex hoc manifestè patet, Paulum cum Petro minimè Pontificem fuisse, vt perperam vult Anonymus. Pulcher locus est ille Cyrilli Hierosolymitani *Catech. 6*. vbi sic ait. Errorem autem latius se proferentem coarguerunt duo viri boni huc perlari, Petrus, & Paulus Ecclesie Præfæcti, & Simonem se Deum ostentantem, talemque existimatum confestim morte affecerunt. Nam cum Simon sese sublimem in Cælos lacum iri profiteretur, & in aërem dæmoniorum vehiculo ferretur, genibus flexis prouoluti serui Dei, precum interuentu in magum eiaculari sunt, & in terram eum deiecerunt. Vide lector quod in his verbis Petrus, & Paulus vocantur Ecclesie Præfæcti, quis detinebit Anonymum, vt ex illis non inferat suam solitam consequentiam, Ergo Paulus, & Petrus fuerunt simul Pontifices, sed audi quid postea subiiciat Cyrillus: Nilque

Gg 2

hilque mirum videtur tamen mirabile sit; Petrus enim is erat, qui Claves Cœlorum circumferabat, nec admiratione dignum; Paulus enim is erat, qui ad tertium usque Cœlum, & Paradisum raptus, arcana verba audierat, quæ homini proloqui nemini licet. In quibus verbis patet, quod Cyrillus simul, & in eodem contextu loquens de Petro, & Paulo, Petro Primatum Ecclesiæ attribuit, alludens ad illa verba Christi: Et tibi dabo Claves Regni Cœlorum, unde in *Catech.* 17. vocavit etiam illum Principem Apostolorum, & Regni Cœlorum Clavigerum. Sed aliis laudibus Cyrillus Paulum exornat, nec cum Petro participem de Primatu Ecclesiæ facit; verum alto nomine commendat, quod nimirum ad tertium usque Cœlum, & Paradisum raptus fuisset.

Quod etiam factum inuenio apud Gregorium Nazianzenum Orat. 26. in qua sic asserit. Paulus Magnus veritatis præco, gērium in fide Magister, qui ad tertium usque Cœlum peruenit, qui paradisi spectator fuit, &c. Sed statim, & in eodem contextu loquens de Petro, dicit: Hic quidem petra vocatur, & fundamenta Ecclesiæ fideique credita accipit, &c. Vide quomodo caractere Primatus Ecclesiæ distinguat Nazianzenus Petrum à Paulo, Paulum multis exornat encomiis, sed Ecclesiæ Primatum vni Petro tribuit. Idem fecit D. Chrysostomus *Homil.* 9. de *pœnit.* in qua plura encomia confert Petro, & Paulo; sed Primatum Ecclesiæ soli Petro attribuit. Et supra adduxi alia verba D. Chrysost. *Homil.* 87. in *Ioann.* vbi ita loquitur. Cur tandem aliis prætermittis, de his solum Petrum affator? singularis, siue eximius ex Apostolis, & os discipulorum & cœtus vertex erat. Et statim addit. Idcirco Paulus ascendit, ut cum studiosè videret, unde ex omnibus superius dictis manifestè patet, quod Patres, quando loquuntur clarè, & apertè de Primatu Ecclesiæ, tantum faciunt mentionem de Petro, & non de Paulo; & hoc etiam in illis locis, & in eodem contextu, in quo nominant Paulum simul cum Petro, & illis laudibus exornant; Primatum enim Petro soli conferunt. Et idè in terminis aliqui asserunt, Paulum quoad Primatum fuisse Petro subditum, & inferiorem. Vide etiam præter citatos Patres Nicolaum Pontificem *Epist.* 1. ad Imperatorem Michaëlem, vbi laudat Petrum, & Paulum, tanquam duo lumina magna Cœli in Ecclesia Romana constitutos; sed cum præcisè de dignitate, & auctoritate suæ sedis loquitur, soli Petro illam tribuit. Ioannes VIII. in *Epist.* 18. ad Episcopos Manaducensem, & Equilensem, cum aliàs Petrum & Paulum Principes Apostolorum nuncupasset; tamen cum de sedis Apostolicæ auctoritate pressius agit, sedem vocat Petri. Et Leo IX. Ep. 1. ad Michaëlem Imper. loquens de Petro, & Paulo: Cathedralem, & Primatum tribuit Petro, Paulum verò Doctorem Gentium vocat. Alios etiam Patres inuenies in sectione sequenti.

Sed piaculum existimarem, si ad confirmationem supradictorum, non adducerem verba Clem. VI. in Extr. Vnigenitus Dei Filius, &c. vbi sic asserit: Quatum apud homines gloriosi Principes Terræ, Petrus, & Paulus (per quos Euangelium Christi Romæ resplenduit, & per quos Ecclesiæ religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici Pastores, fidei Lucernæ, Ecclesiarum Columnæ præ cæteris Apostolis peculiari quadam prærogativa in ipso Salvatore fidei virtute præcellunt. Quorum VNI, scilicet Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori Claves Regni Cœlorum commisit. Alteri tanquam idoneo Doctore, Magisterium Ecclesiasticæ eruditionis iniunxit, in speciali veneratione haberi debeant, &c. Vidisti amice Lector æqualia encomia, & laudes, quibus Clemens Pontifex exornat simul Petrum & Paulum, vocat enim illos Pastores gregis Dominici,

Lucernas fidei, Columnas Ecclesiarum; ex quibus verbis encomiasticis Anonymus noster certè inferret: Ergo Paulus & Petrus fuerunt simul Pontifices Sed. Clemens talem infringit conclusionem, nam statim declarat illam æqualitatem à se positam inter Paulum, & Petrum, non esse in ordine ad Primatum; & idè illic differentiam ponit inter Paulum & Petrum, quoad supremum Ecclesiæ regimen: nam vni soli Petro tribuit (ut loquitur D. Augustinus, & D. Maximus) Clavem Potentiæ, Paulo verò Clavem Scientiæ, dicens, ut visum est: Quorum VNI, scilicet Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori Claves Regni Cœlorum commisit; alteri tanquam idoneo Doctore Magisterium Ecclesiasticæ eruditionis iniunxit. Hæc, ut dixi, Clemens Pontifex: cuius verba desumpta sunt à D. Maximo Taurinensi Episcopo *Homil.* 3. de Petro, & Paulo, qui, teste Gennadio, ferè mille ducentis annis ante ipsum vixerat. Hanc etiam inæqualitatem inter Paulum & Petrum manifestat Ecclesia in orationibus appositis in Missa, quas recitat in eorum festiuitatibus. Nam in Oratione D. Petri sic ait: Deus qui B. Petro collatis Clavis Regni Cœlestis ligandi, atque soluendi Pontificium tradidisti, &c. In Oratione verò D. Pauli, hæc profert: Deus qui multitudinem Gentium B. Pauli Apostoli prædicatione docuisti, &c. Vide quomodo Ecclesia tribuat Petro Primatum, & Clavem Potentiæ, alludens ad alia verba Christi: Et tibi dabo Claves Regni Cœlorum; Paulo verò tribuat Apostolatam, & Clavem Scientiæ, iuxta illud, quod dixit Christus: Vas electionis erit mihi iste, ut portet nomen meum in Gentibus.

Denique, si aliquis curiosus mihi instaret, an præter verba superius allata: Ascendi Ierosolymam videre Petrum, in Epistolis D. Pauli extaret aliquis locus, qui pro Primatu Petri supra alios, posset adduci. Et respondeo affirmatiuè ex consideratione Cardinalis Baronij *tom.* 2. *an.* 57. *num.* 3. ex qua apparet Paulum in suis Epistolis, Primatum Petri supra alios ostendisse: nam 1. *Cor.* 1. ait; *Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: Ego verò Cepha: ego autem Christi.* Ex quibus verbis Baronius colligit, quod cum Petrus Corinthi nondum prædicasset, sed tantum Paulus, & Apollo: qui se Pauli, aut Apollo esse dicebat, se quidem tanquam ad prædicationis auctores referebant: qui verò se Cepha, aut Christi esse affirmabant, cum ad rationem prædicationis sibi vendicare non possent, ij ad Christum, tanquam Fidei auctorem, & ad Petrum velut Ecclesiæ Caput à Christo institutum, tantum respiciebant: neque hi à Paulo reprehenduntur; sed priores illi tantum, qui se aut Pauli, aut Apollo esse contentiosè affirmabant, ut ex eodem Paulo constat, qui postea tantum in eos inuehitur, qui se aut Pauli, aut Apollo esse asseriebant. Et licet hanc Baronij considerationem impugnet impius M. Antonius de Dominis *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 27. illam tamen defendunt Episcopus Massiliensis Coëffeteau, & Pater Bouerius, & meritò. Nam quæro primò; Corinthij solum Cepham, qui nondum ipsis prædicauerat, neque illis præterquam nomine notus erat, inter alios Apostolos in Caput sibi constituerunt; cum enim id neque prædicationis, neque solius Apostolatus intuitu præstarent, planè nulla alia videretur esse ratio, cur id dicerent, nisi quod Petrum in Ecclesia supremum Primatum gerere non ignorarent. Quod verò non tantum Paulus Cepham superaddiderit; sed ipsi Corinthij id de Cepha dixerint, apertè testatur Paulus, cum ait: *Ego autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: Ego autem Apollo: Ego verò Cepha.* Quo fit, ut falsum sit, Paulum ad exemplificationem tantum nomen Cepha, superaddidisse. Deinde certum est Paulum tantum, qui se aut Pauli, aut Apollo; non qui Cepha, aut Christi esse dicebant, reprehendisse.

Adducam etiam & alium locum D. Pauli manifestat-

tis Primatum Petri supra alios; sic enim 1. Cor. 15. asserit: *Tradidi enim vobis, quod accepi, quod Christus mortuum est pro peccatis nostris, & resurrexit tertia die, & quia visus est Cepha & post hac undecim. Quæ verba videlicet, Et quod visus est Cepha, explanans Theophylactus, sic asserit: In primis, qui cæteris omnibus præminebat auctoritate, ponit. Vnde Pater Iustinianus ex Societate Iesu etiam dicta verba exponens, n. 6. hæc profert: ait Apostolus se tradidisse Corinthiis, Christum se videndum præbuisse Cepha, tanquam Apostolorum Principi, cuius apud omnes auctoritas summa esse deberet. Ita Iustinianus; cui adde Estium, asserentem Paulum primo loco dixisse Christum visum esse Cepha, id est Petro, quia Petri tanquam Apostolorum Principis prima erat auctoritas, qui proinde primus nominandus erat. Et adducit Oecumenium obseruantem, quod Christus apparuit primum Petro tanquam primario Duci venerandi discipulorum Chori. Et tandem alium locum Pauli adducit pro Primatu Petri supra alios, Ioseph Stephanus Valentinus, in lib. de potestate coactiva Rom. Pont. cap. 8. vbi sic ait: Glorietur licet Paulus, se ipsum gentium Apostolum, & à Hierosolymis ad Illyricum vsque Euangelium detulisse; nunquam tamen sibi suo iure, quemadmodum Petrus, totius Orbis curam vendicabit. Habuit Paulus suos sibi præscriptos terminos. Aliis etiam omnibus secundum cuiusque mensuram. & regulam, singulatim sua regio contigit. Solius tamen Petri auctoritas, nullis certis terminis circumscripta, non solum singulas, sed omnes prouincias moderabatur, omniaque diuina auctoritate sibi commissa gubernat. Nos autem, ait Paulus 2. ad Corinth. c. 10. non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regula, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad vos: non enim quasi non peringentes ad vos, superextendimus nos. Sed singula diligenter perpendamus. Non, inquit, in immensum gloriatur, sic quædam, id est, non diffusè, ac sine modo extollitur, & de alienis laboribus, vt ait Theodoretus efferimur, sed secundum mensuram regula, qua mensus est nobis Deus, cuius est, id est, partitus est nobis Dominus, atque singularim distribuit, mensuram pertingendi vsque ad vos. Suus cuique modus & mensura præscripta fuit, nec totus orbis, vt in eo præessent singulis Apostolis contigit, sed pars. Quibus tanquam agricolis vineam distribuit Deus, vt ait Chryostomus, & Theophylactus in hoc loco, si orbem terrarum per singulas partes dispersiuit, & assignauit, vt in eas quas quisque suscepit colendas, diligenter incumberet. Petro tamen omnes creatura sunt tradita (vt S. Greg. lib. 7. Epistol. 95.) cum ipse (vt idem est auctor lib. 4. Epistol. 38.) primum sancta, & vniuersalis Ecclesie membrum fuerit, Paulus, Andreas, & Ioannes, singularium plebium capita. Ita Ioseph Stephanus, ex eius tamen sententia. Sed istam inferioritatem Pauli, erga Petrum, aliqui obseruant, bis hic Romæ Paulum demonstrasse. Nam vt notat ex Dionysio Areopagita epistol. ad Timotheum. Melchior Canus de locis Theol. lib. 6. c. 3. Alexander Turre de Hier. Eccles. lib. 4. rad. 12. & alij, cum Petrus, & Paulus dicerentur ad supplicium, extremas salutes sibi haberant, & Paulus dixit Petro: Pax tecum fundamentum Ecclesiarum, Pastor omnium, & agnorum Christi; in quibus verbis recognouit illum vt Caput suum, & totius Ecclesie, alludens ad illa verba Matth. 16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & etiam alludens ad alia verba Ioh. 21. pascet oves meas. Deinde obseruant Rodolphus Cupers in tract. de Sacrosanct. Eccles. ad cap. operabat dist. 79. fol. 123. & alij, quod cum Simon Magus per aëra à dæmonibus veheretur, dixit Paulus Petro, Tuum est impetrare, memm est orare; vt superioritatem Petri demonstrare. Et idem sapientissimus Ioannes Echius*

de Primatu Petri lib. 3. c. 37. sic asserit. Quantum verò ad Regimen, & potestatem attinet, sic Petrus fuit superior Paulo, quem velut Ecclesie Caput venerabatur, & quod Illustrissimus Princeps Georgius Saxonie Dux ponderabat pro Petro, quod cum Simon Magus illuderet populo, dixit Sanctus Paulus se oraturum, vt Petrus præciperet. Vide, imperium agnouit in Petro, & in hoc ei cessit. Ita Echius.

Quod confirmatur ex his, quæ obseruant Nauclerus tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 3. nempe hanc deiectionem Simonis Magi, à D. Petro factam, demonstrare summam eius Præfecturam, & Monarchiam in Ecclesia Christi. Sed satis; inconcussè in hac sectione firmatum est, Paulum (vt cæteros Apostolos) fuisse parem Petro in ordine ad Apostolatam, at in ordine ad Regimen fuisse Petro subditum & inferiorem, & præter Doctores vbi supra vsque ad satietatem citatos, vide Bouerium in consura contra M. Antonium de Dominis lib. 1. cap. 3. Videat modò Anonymus, quo pacto potuerit Paulum, Pontificem cum Petro facere.

S E C T I O T E R T I A.

Continens Responsiones ad argumenta adducta ab Anonymo pro Papatu D. Pauli.

R estat modò (vt magis nostra sententia firmetur) Respondere ad argumenta in contrarium adducta ex auctoritate multorum Patrum, qui indissolubili societate annectentes Paulum cum Petro, æqualitatem inter ipsos adfuisse demonstrare videntur. Sed ex superioribus dictis clara est responsio: nam fuisse æquales in eodem genere, nego; si in diuerso genere concedo. In ordine ad Apostolatam, concedo; in ordine ad Primatum, nego. Quoad clauem potentie, nego; quoad clauem doctrinæ, concedo. Verùm perpendamus aliqua loca adducta ab Aduersariis, Asserunt primò, Petrum, & Paulum vocari ab aliquibus Patribus principes Apostolorum, & quòd summam principalem Apostolatus obtinuerunt. Sed quid ad rem? Ergo Paulus est æqualis Petro in ordine ad Primatum? Nego consequentiam. Audiat Anonymus ipsos Sorbonicos. Sic itaque asserit Episcopus Massiliensis Coeffeteau contra M. Antonium de Dominis, lib. 1. c. 4. n. 2. Petrum, & Paulum Principes Apostolorum vocarunt, Hieronymus, Moses Barcephas Syrus, Nicolaus I. Ioannes VIII. & alij. In diuerso genere fateamur, in eodem negamus. Hoc discrimen, de quo plura aliàs, ipsi Sanctissimi patres nos docuerunt. Maximum, qui, Gennadio teste, ante ferè mille ducentos annos Ecclesiam Taurinensem, summa pietate, & doctrina rexit, sat fuerit hic testem citasse. Is igitur cum Christianæ fidei, ac Ecclesiarum omnium Principes nuncupasset, quo sensu accipiendum esset, statim significandum dixit. Cum (inquit) omnes Beatissimi Apostoli parem gratiam apud Dominum Sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus, & Paulus videntur præ cæteris, peculiari quadam in Salvatore, fidei virtute præcellere; quod quidem Petro (attende discrimen) sicut bono dispensatori Clauem Regni Cœlestis dedit, Paulo tanquam idoneo Doctore, Magisterium Ecclesiasticæ Institutionis iniunxit, scilicet, vt quos iste erudierit ad salutem, ille suscipiat ad quietem; vt quorum corda Paulus patefecerit doctrinæ verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna Cœlorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & paulus accepit. Ambo igitur Claves à Domino acceperunt, scilicet, scientiæ iste; ille potentie: diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ Theodosius, iste largitur. Itaque videt Petro suum constare Primatum etiam si

Paulus Princeps, & ipse Apostolorum dicatur. Est enim Princeps Petrus iurisdictionis auctoritate, est idem Paulus merito Doctrinæ. Hucusque Coëffeteau. Et ante illum Cardinalis Bellarminus, quem audent Aduersarij pro sua sententia adducere: sic enim ait, *lib. 1. de Romano Pontif. cap. 27* Sicut Petrus dicitur Princeps Apostolorum, quia institutus est Caput, & Pastor ouium, ita etiam Paulus dici potest Princeps Apostolorum, quia munus Apostolicum exuberantissime adimpleuit. Ita ille; cui etiam adde Ioannem Vviggers in 2.2. *D. Thom. de Fide, Spe & Charitate, ad quæst. 1. art. 10. dub. 1. num. 102. tract. de Pontifice.* Ergo licet Paulus etiam vocetur Princeps Apostolorum, non sequitur (vt volunt Aduersarij) fuisse Pontificem cum Petro, & Caput Ecclesiæ, cum in diuerso genere dicatur Paulus Princeps Apostolorum à Petro. Et hoc dicere volunt Patres adducti, nec aliter intelligendi sunt. Et idèd, præter Doctores citatos vide Zachariam Bouerium in *Censura contra M. Antonium de Dominis, lib. 1. cap. 5.* vbi optime explicat in quo sensu Patres vocent Petrum, & Paulum Principes Apostolorum, absque præiudicio Primatus Petri; quod etiam probauit in *cap. 11.* Itaque, quando Petrus seorsim vocatur Princeps Apostolorum, tunc intelligitur esse Princeps respectu omnium Apostolorum, etiam respectu Pauli, quia respectu omnium habet curam, & gubernationem pastorem. Nemo enim excipitur ab eo, quod illi dictum est, *pasce oues meas.* Quod autem Petrus, & Paulus simul vocantur Principes Apostolorum, hoc intelligendum est, non de vero Principatu, aut gubernatione Pastoralij, sed de eminentia laborum, ac molestiarum, in quibus illi duo præcellere. Ita magna est differentia inter Petrum, & Paulum. Primum, quia Petrus duplici titulo vocatur Princeps Apostolorum: tum propter eminentiam potestatis, seu præfecturæ, tum propter eminentiam laboris. At Paulus, posteriori tantum, secundò, Petrus, & seorsim solus, & coniunctim cum Paulo vocatur Princeps. At Paulus seorsim nunquam; quod bene notandum est. Et ita docet Martinus Becanus de *Republ. Eccl. lib. 2. cap. 4. num. 15.*

Secundò. Alias Patrum auctoritates adducunt Aduersarij, asserentes, Petrum, & Paulum fuisse fundamenta Ecclesiæ, concedo: ergo fuerunt in summa Potestate, & Iurisdictione: ergo constituunt vnicum Principem, & Caput Ecclesiæ, nego. Et alioquin de omnibus Apostolis hoc posset dici; nam non solum Patribus, sed etiam à sacris litteris vocantur Ecclesiæ fundamenta. Audi itaque ex præclara Societate Iesu Turrianum *l. 1. in 2. 2. D. Thom. disp. 15. dub. 1.* ita aientem: Tribus modis Apostoli dicuntur fundamenta Ecclesiæ, sine vilo tamen Petri præiudicio. Vno modo, quia ipsi primi Ecclesias vbique fundarunt. Secundò, ratione Doctrinæ illis reuelatæ, quam omnes prædicauerunt. Tertiò quia omnes habuerunt potestatem in omnes Ecclesias, quamuis Petrus peculiariter, vt illi in Primatu succederetur. Hæc Turrianus. Nihil igitur officit ad Primatum Petri, quod Paulus cum ipso vocetur à Patribus fundamentum Ecclesiæ: nam ex hoc (vt patet ex Turriano) non potest deduci, fuisse æqualem D. Petro in Regimine; vt malè inferunt Aduersarij. Qui quidem audiant etiam Zachariam Bouerium, in *controuers. tom. 2. in demonstrat. 3. Symboli de Vnitatis Capitis visibilis, art. 8.* asserentem, cum qua differentia, Paulus cum cæteris Apostolis, & Petrus dicantur fundamenta Ecclesiæ. Apostoli (ait idcirco fundamenta nuncupantur, quia fundauerunt Ecclesiam in fide, & Doctrina Christi. Quemadmodum ait Paulus *1. Corimb. 3.* Vt sapiens Architectus fundamentum posui. Quod etiam tradit Beatus Ignatius *Epist. 5.* Vna est Ecclesia (inquit) quam fundauerunt Sancti Apostoli in Sanguine Christi, propriis sudoribus, & laboribus. Petrus verò singulari quo-

dam modo Ecclesiæ fundamentum dicitur, quia supremus Rector, ac Gubernator Ecclesiæ à Christo institutus est. Ita ille, quod etiam fusius docuit in *Censura contra M. Antonium de Dominis, par. 2. lib. 1. c. 6.* Vide etiam Tannerum *tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 28.* Ioannem Vviggers in 2.2. *D. Thom. tract. de Pontifice ad q. 1. art. 10. dub. 1. num. 24. cum seq.* Alphonsum de Castro *aduersus Hæres. lib. 10. ver. Papa.* Dico itaque quod Paulus, & alij Apostoli dicuntur fundamenta Ecclesiæ, quia omnes fundarunt vbique illam; non enim Petrus solus per se conuertit totum Mundum ad fidem, sed diuersas Religiones susceperunt, ad fidem Christi adiuuantes. Vnde Paulus *ad Rom. 15.* ait. Sic autem prædicauit Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus nè super alienum fundamentum ædificarem. Admitrimus igitur Paulum, & alios Apostolos suis modis dici fundamenta Ecclesiæ, sed tamen addimus peculiarem fundamenti rationem competere Petro. Vnde sequitur proinde, quod sit ipse vniversalis Rector, & Caput Ecclesiæ. Vide præter Doctores citatos Pitigianum in 3. *sentent. tom. 2. dist. 25. quæst. 2. art. 1.*

Tertiò. Non obstat auctoritas aliquorum Patrum, vocantium Paulum Collegam D. Petri: nam hoc nomen etiam vsurpatur in eo, qui minorem habet potestatem, & dignitate sit inferior; alioquin omnes Episcopi essent pares Summo Pontifici, & in eodem honoris culmine, ac dignitatis Ecclesiasticæ æquali gradu collocati; vt nouissimè perperam voluit impius Claudius Salmasius de *Primatu Papa lib. 1. cap. 6. fol. 94. & 95.* nixus auctoritate D. Cypriani *Epist. 2. ad Antonianum,* in qua vocauit Cornelium Pontificem Romanum Collegam suum. Et idèd dicendum est, quod sicut D. Cyprianus, vocando Pontificem Collegam suum, non intellexit facere illum æqualem sibi, vt certum est. Ita & Patres ab Aduersariis adducti vocando Paulum Collegam Petri, non intendunt facere Paulum æqualem Petro: nam, vt dictum est, nomen, Collega, aliquando non significat omnimodam paritatem, Vnde adducam hic verba eruditi Iacobi Pamelij in *Epist. 4. Cypriani,* vbi vocauit etiam Fabianum Pontificem Collegam suum, & idèd Pamelius ait: Collegæ dicuntur, non illi dumtaxat, qui eiusdem potestatis sunt, vt duo Consules, duo Tribuni, sed & qui eiusdem sunt Collegij. Vnde & presbyteri Episcoporum Collegæ dicuntur à Concilio Carthaginensi *IV. can. 25.* Aliqui quæto sint Episcopis inferiores presbyteri, infra demonstrabimus. potest ergo quis Collega esse sui superioris, non ea tamen ratione, qua ille superior est. Hinc in Concilio Africano Aurelij Carthaginensis Episcopi Collegæ dicuntur omnes Episcopi, Consecratos, ac Coepiscopi, *can. 21. 22. ac 31.* Et tamè tanta fuit Carthaginensis Episcopi præeminètia, vt nihil, illo inconsulto, cæteris Episcopis, ac Primatibus Numidiz, ac Mauritaniz, agere licuerit, *can. 20.* eiusdem Concilij. Hucusque Pamelius. Quæ quidem desumpsit à Doctore Parisiensi Remundo Ruffo, qui in *Apologia pro Pontifice Romano contra Molinum fol. 119.* post multa sic asserit: Potest ergo quis Collega esse superioris sui, non ea tamen ratione, qua ille superior est. Suetonius de Augusto sic scribit: Perpetuam Tribunitiam potestatem recepit, in qua semel, atque iterum per singula lustra Collegam sibi cooptauit. Ibidemque ait de Cæsare, Nemini verò dubium est Tribunum illum Collegam Augusti potestatis dignitateque, nisi Tribunitia parem non fuisse. Ita ille. Dico igitur, quod sicut presbyter dici potest collega Episcopi, non quatenus Episcopus est Episcopus, sed quatenus Episcopus est etiam presbyter. Ita Paulus Apostolus dicitur à Sanctis Patribus collega Petri, non quatenus Petrus Papa, & Caput Ecclesiæ est, sed quatenus Petrus est etiam Apostolus. Itaque Paulum, & Petrum concedo Collegas fuisse ratione prædicationis, & Apo-

solatus; sed in regenda Ecclesia, & quoad Primatum, Paulum inferiorem fuisse Petro, dicendum est.

Quartò, Ad argumentum, quod Aduersarij adducunt, de quo exaltant, & Io triumphe videntur canere, D. Epiphanium asserere, Paulum, & Petrum fuisse Episcopos Romanos: Ergo fuit par Petro in Primatu Ecclesie. Respondeo primò. Quod Epiphanius loquendo in terminis de Primatu Ecclesie, sic ait, in *lib. Anchoran.* non longe ab initio: Ipse Dominus constituit Petrum primum Apostolorum, petram firmam, super quam Ecclesia Dei ædificata est. Itaque secundum Epiphanium in Primatu Paulus non est par Petro; quia, ait ipse, Petrum fuisse à Christo constitutum primum Apostolorum: Ergo & Pauli. Et super Petrum Ecclesiam fundatam esse: ergo non super Paulum. Deinde *lib. 2. Hæres. 5* t. post multa sic concludit. Quare Petrum Discipulorum suorum Principem elegit, uti perspicue declaratum est. In quibus verbis Dionysius Petavius animadvertens *num. 17.* sic ait: Egregius locus, ex quo liquet Petrum Andreæ, ac cæteris Apostolis, non ætatis, aut vocationis ordine, sed principatus, ac Dignitatis anteponi. Ergo etiam & D. Paulo. Itaque D. Epiphanius, quando dixit Paulum fuisse Episcopum Romanum, reducendus est ad bonum sensum, & explicandus. Idèò respondeo secundò, contra Primatum D. Petri, hoc argumentum adduxisse tetram illam pestem Ecclesie, Marcum Antonium de Dominis. Dico igitur, solum Petrum Episcopum Romanum extitisse. Vnde passim Patres Romanam Ecclesiam, Petri Cathedram vocant. Pro omnibus adducam tantum Optatum *lib. 2. contra Donatistas*, sic asserentem: Negare non potes, scire te in Vrbe Roma Petro primam Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua federit omnium Apostolorum (ergo & Pauli) Caput Petrus; vnde & Cephæ appellatus est. Ita ille. Igitur dicitur à D. Epiphanio Paulum cum Petro, Episcopum Romanum fuisse, non quia proprie, & in rigore fuerit, sed quia socius, & Collega D. Petri, fundavit simul cum ipso Ecclesiam Romanam, cuius tamen Episcopatus penes Petrum stetit. Vide Franciscum Agricolam *tract. de Primatu S. Petri Apost. cap. 10. in sua mentione ad Lectorem.* Igitur quando Epiphanius dixit Paulum fuisse Episcopum Romanum, hac ratione dixit, quia Episcopalia munera Romæ exercuit.

Quod potest confirmari ex opinione Feuardentij Doctoris Sorbonici in Diuum Irenæum *lib. 3. c. 3.* vbi sic ait: Mihi perplacet Sanderi doctissimi Theologi conciliatio, Petrum quidem Clementem ordinasse, Sed huic Linum, & Cletum in Catalogo Episcoporum Romanorum præponi, quod eos Petrus sibi coadiutores ascivisset. Ita ille. Si igitur secundum Feuardentium aliqui Patres apposerunt, & vocant, Episcopos Romanos Linum, & Cletum, non quia verè fuerunt Pontifices, sed quia in vita D. Petri fuerunt eius Coadiutores: quid mirum, si D. Paulus ab Epiphanio vocetur etiam Romanus Episcopus, non quia talis fuisset, sed quia magis quàm Linus, & Cletus D. Petrum coadiuuit, & in Ecclesia Romana fundanda fuit eius socius, & Collega. Sed notandum est hic cum P. Zacharia Bouerio in *Censura M. Antonij de Dominis lib. 4. cap. 1.* quod duplex foundationis genus quo ad rem spectat, considerandum est, Vnum quidem, quod per Euangelij disseminationem, & fidei prædicationem peragitur: ea verò est huius fundamenti ratio, ut tum primum aliqua Ecclesia fundari dicatur cum populus ab errore reuocatus, ad Christi fidem conuertitur. Alterum est cum populo ab errore conuerso, & Christi fide imbuto, nouus ibi Episcopatus erigitur, & Episcopalis Sedes in Ecclesia fundata à suo Episcopo administratur. Primum quidem foundationis genus, si Romanam Ecclesiam spectamus, retro, & Paulo æquè conuenire potest, vterque enim Romæ Euangelium dif-

seminauit, vterque in Romana Vrbe ad Christi fidem introducendam, laborauit quanquam prior Petrus ad eam accesserit, quo fit, ut etiam vterque hoc foundationis genere ipsius Ecclesie fundator, appellari queat. Vnde ex hoc sequitur, ut Romani Pontifices Petrum, & Paulum Romanæ Ecclesie auctores cognoscant, Bullas sub vtriusque nomine conficiant, ut infra dicemus, plumbeum sigillum vtriusque imagine connectant, vtriusque officium simul coniungant, ac in omni ferè Pontificali munere, cum B. Petri memoriam celebrant, Paulum à Petro nunquam disiungant, neque enim id alia ratione præstant: quàm quod æquè à Petro, & Paulo Romanam Ecclesiam hoc foundationis genere fundatam esse profiterentur; at verò si alterum foundationis genus spectes, Petrus dumtaxat Romæ Ecclesie fundator fuit, is enim solus Romanam Ecclesiam ut proprius Episcopus rexit, solus siue Paulo eam Ecclesiam, ac simul cunctas Orbis Ecclesias Pontificia auctoritate administravit. Vide etiam eundem Bouerium *lib. 2. cap. 7. & cap. 4.* vbi firmat, quod licet Paulus cum Petro in Romana Ecclesia fundanda laborauerit, non tamen illius Episcopus fuit, aut Roma simul duos Episcopos habuit, sed vnum Petrum dumtaxat. Dicitur itaque Romana Ecclesia à duobus Apostolis fundata, eo quod Petrus primum, deinde Paulus Romanum populum Christiana fide imbuerint, at Episcopatus tantummodò apud Petrum mansit. Et ita hæc sententiam in terminis, præter Bouerium vbi supra, tenet Coëffeteau *contra Rempubl. M. Antonij de Dominis tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 8. & 11.* vbi sic ait: Iunxisset operas Principes Apostolorum, ac de communi cõsilio, cum alter alterum Romæ nactus esset, rebus Ecclesie cõsuluisse, nullus dubitat. Sed Paulum egisse Romæ Episcopum, si Ecclesiastici vocabuli vis, & energia attendatur, vix est, ut concedi possit, cum Cathedram ibi figere non potuerit, occupata (ut omnes Patres asserunt) ea Sede à Petro Apostolorum Coryphæo. Accedit, quod cum Paulus Gentium Apostolus diuinitus constitutus esset, ut omnibus nationibus Euangelij lucem præferret, nulli certo loco astringi, ac veluti alligari debuit. Quod ergo à quibusdã scriptoribus Paulus inducitur Episcopus Romanus, ad functiones Episcopales, quas Paulo vbique obire licuerit, omninò referendum est, non ad Cathedræ illam erectionem, quàm vni Petro acceptã habet Ecclesia Romana. Sic ergo intelligendus Epiphanius, qui expressis verbis Paulum cum Petro Episcopum Romanum facit: scilicet ad munera Episcopalia respexit, cum tamen eum non lateret Episcopatus Romani proprie spectati fundamenta, vnum iecisse Petrum. Hinc scilicet, ut ostendimus, plerique eorum, qui Catalogos Romanorum Pontificum contexunt, à Petro, prætermisso Paulo, initium ducunt, ac demum ad Linum, Clementem, ac deinceps alios progrediuntur. Hucusque Episcopus Massiliensis. Vnde D. Augustinus *Epist. 164.* recenset Episcopos Romanos à S. Petro, ad Anastasium *tom. 2.* his verbis: Quanto certius, & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesie figuram gerenti, Dominus ait: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, &c. Vide etiam Amicum *tom. 4. disput. 5. sect. 1. n. 6.* qui adducit D. Irenæum. Hinc Patres aperte, & clarè Romanam Cathedram, & Episcopatum D. Petro tribuunt, ut Gregorius *Epist. 37. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum.* Hieronymus *lib. de viris illustribus c. 1.* Damasus in *uita D. Petri.* Seuerus Sulpitius *Hist. Sacra. lib. 2. D. Leo serm. 1. in natal. B. Petri, & Pauli.* Bernardus *Epist. 237. ad Eugenium Papam,* & alij communiter. Et idèò sententiam superius impugnata, nempe Paulum fuisse etiam Episcopum Romanum; latè, præter Doctores adductos, refellit Martinus Becanus *de Rempubl. Ecclesiast. lib. 3. cap. 2. per totum,* & idèò Ioannes Lorinus in *Acta Apost. c. 28. vers. 31. in fin.* loquens de Pe-

tro, & Paulo sic asserit: Dempta Primatus, & Romani Episcopatus in Petro prærogatiua, paria ferè omnia de utroque prædicant Patres, vt proprio de hac re sermone demonstraui. Nec aliter Epiphanius ambos vocans Romanos Episcopos intelligendus est, quàm propter functiones Episcopales, quas vbique licuit Paulo obire, etiam Romæ, sed salua dicta Petri prærogatiua Capitis. Hæc Lorinus. Vide etiam ex Doctoribus Sorbonicis Nauclerum *de Monarch. tom. 1. p. 2. lib. 4. cap. 10.*

Ex his omnibus breuiter contra Aduersarios assero, Petrum, & Paulum fuisse Episcopos Romanos hoc modo, videlicet, Petrum propriè, ac titulo; Paulum officio adiutoris Petro subordinati. Hinc Photius in *Bibliotheca cap. 254. fol. mihi 1403.* loquens de Ioanne Apostolo Ephesi Episcopo, sic ait: Ab exilio reuocatus, Ephesinæ præfuit Sedi, & per se cum septem Episcopis Ephesinam Dioccesim rexit. Ita ille, Itaque tempore D. Ioannis, regebant Ecclesiam Ephesinam octo Episcopi, non quia omnes essent Episcopi Ephesini, sed Ioannes erat propriè, ac titulo Episcopus, alij verò septem erant Episcopi officio adiutorum, Ioanni subordinatorum. Sic dicendum est in casu nostro, fuisse Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, Petrum propriè, Paulum tanquam eius coadiutorem.

Et tandem ad confirmationem supradictorum, apponam hic verba Sulpitij Seueri *lib. 2. Hist.* sic asserenti; Eo tempore Diuina apud Urbem Religio innaluerat Petro, vti Episcopo gerente, & paulo postea quàm ab iniusto Præsidis Iudicio Cæsarem appellauerat, Romam deducto, ad quem audiendum plures conueniebant, qui veritate intellecta, virtutibusque Apostolorum, quas tunc crebrè ediderant, permoti ad cultum Dei sese conferebant. In quibus verbis aperte patet, Sulpitium Episcopatum Romanum soli Petro tribuere, cum tamen faciat mentionem de Paulo, & ipsum consociet Petro in virtutibus, & prædicatione, non autem in Episcopatu, Quod etiam patet apud D. Hieronymum in Catalogo ad Dextrum Prætorij Præfectum, vbi docet Petrum Romæ vigintiquinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuisse, & statim loquens in eodem contextu de Paulo asserit tantùm, quod pro Christo Romæ truncatur. Et in libro Pontificalis, qui Damaso, vel Anastasio tribuitur, hæc de Petro habentur, Petrus ingressus in Urbem Romam sub Claudio Cæsare, ibi sedit Cathedram Episcopatus annos vigintiquatuor, mensem vnum, dies octo. Hic martyrio cum Paulo coronatur post passionem Domini annis triginta octo. Vide quomodo apponat Paulum socium Petro in martyrio, non autem in Cathedra. Malè igitur Anonymus ausus est consociare Paulum cum Petro in Episcopatu Romano: nam Cathedra Romana semper penès vnum Petrum fuit. Recognoscat etiam Anonymus Bedam in *Act. Apost. cap. 15.* vbi sic ait, Scimus Petrum, & Paulum Apostolos anno post resurrectionem Domini trigésimo octauo, id est vltimo Neronis anno passos fuisse martyrium, & B. Petrum Romæ vigintiquinque annos Episcopalem sedisse Cathedram. Vide quomodo Beda loquens de Petro, & Paulo Romæ simul degentibus, in Cathedra tamen solùm Petrum constituat, & Episcopum Romanum esse dicat. Quod etiam manifestat Prudentius Hymno 2. de sancto Stephano, hic Romæ iam regnant duo Apostolorum principes. Alter vocatur Gentium. Alter Cathedralem possidens primam, recludit creditas Aternitatis Ianuas. Satis igitur ex omnibus supradictis remanet labefactum argumentum desumptum ex Epiphanio, qui vocauit Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, nam sano modo Epiphanius intelligendus est, & in eo sensu, in quo supra à nobis explicatum est. Adde, quod etiam negandum est Aduersariis, Epipha-

nium vocare Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, sed vt ex textu Græco translaturum est, Episcopos apud Romanos. Est enim magna differentia, aliquos v. g. esse Episcopos Cathanenenses, & esse Episcopos in vrbe Cathanz. Larius hoc argumentum refellere volui, quia defensores Anonymi Achillem suum putabant.

Quintò, non obstat argumentum ab Aduersariis adductum, nempe Pontifices vocari successores D. Petri, & Pauli; nam respondeo, ita Patres locutos fuisse, non quasi Paulus cum Petro, iunctus, fuerit Caput Ecclesie, & Pontifex Romanus; sed quia cum Petro fundauit Ecclesiam, Prædicatione, Miraculis, Martyrio, &c. Et idè ex hoc Patres vocant Pontifices, successores Petri, & Pauli. Sed non deseram hic apponere verba Ioannis à Capistrano de *Auctor. Papa. par. 3. secunda partis principis. fol. 113.* vbi sic ait: Romanus Pontifex non solùm Petri, sed etiam Pauli successor est, Petri quidem in plenitudinem potestatis, Pauli verò in plenitudinem legalitatis, id est scientiæ. Ergo Pontifices dicuntur successores Petri, & Pauli, non in eodem, sed in diuerso genere. Et vt penitus remaneant Aduersarij conuicti, adducam hic verba D. Epiphaniij Hæref. 41. fol. mihi 300. vbi sic ait: *Credo, Hyginij Papa temporibus fuisse, qui in Apostolorum Iacobi, & Petri, & Pauli successione non iam locum tenebat.* Quid ad hæc verba respondebunt Aduersarij: si ipsi asserunt Petrum, & Paulum fuisse Pontifices, quia Patres asserunt Pontifices fuisse successores Petri, & Pauli, non solùm duos, sed etiam tres Pontifices in Ecclesia habebimus, quia vt vidisti, Epiphanius dicit Hyginium Papam, non solùm fuisse successorem Petri, & Pauli, sed etiam Iacobi. Hic locus D. Epiphaniij penitus Aduersarios euertit, & conuincit, & idè rectè obseruauit Bouerius in *Censura M. Antonij de Dominis lib. 1. cap. 5.* Quod si Romani Pontifices æquè in eorum Bullis Petri, & Pauli nomen vsurpent, hos duos Apostolos merito venerantur, eo quod simul Romanam Ecclesiam fundauerint, & eandem proprio sanguine consecraverint, manente tamen illibato Primatu Petri. Vnde modo superius explicato, venit intelligendus Eusebius *lib. 3. c. 21. Histor.* asserens Clementem III. in Vrbe Roma tenuisse Pontificatum post Paulum, & Petrum. Quæ omnia confirmantur ex responsione ad aliud argumentum Anonymi, asserentis Pontifices sedere in Throno D. Petri, & Pauli, vt de seipso testatur Gregorius VII. in Excommunicatione lata contra Henricum IV. anno 1580. Ergo, ait Anonymus, Paulus fuit Pontifex simul cum Petro; sed non obseruat, vel noluit obseruare, Gregorium VII. in dicta Bulla posuisse, & agnouisse differentiam inter Petrum, & Paulum; vnde in principio dictæ Bullæ sic ait: Beate Petre Princeps Apostolorum, & tu Beate Paule Doctor Gentium dignamini quæso aures vestras ad me inclinare, &c. Ergo dicendum est sedere Pontifices in Throno D. Petri, & D. Pauli, quia sunt eorum successores, sed diuerso genere, dicuntur enim sedere in Throno D. Petri in ordine ad Clauem potentie, & idè dixit Gregorius VII. Beate Petre Princeps Apostolorum; dicuntur sedere in Throno D. Pauli ordine ad Clauem scientiæ, & idè dixit Gregorius, & tu Beate Paule Doctor Gentium, &c. Igitur Pontifices sedent in Throno D. Petri, & D. Pauli, & dicuntur eorum successores, quia ambo Ecclesiam Romanam fundauerunt: Petrus vt Caput habens Clauem potentie, Paulus vt Apostolus Clauem scientiæ. Vnde ex his patet responsio ad aliam auctoritatem Patrum asserentium Pontifices esse Vicarios D. Petri, & Pauli. Nam respondeo hoc esse verum, sed diuersa ratione. Audi Coëfeteau vbi supra contra M. Antonium de Dominis *tom. 2. lib. 4. cap. 1. n. 12.* Pontifex dicitur Vicarius Apostolorum, quod in labores eorum introierit. Dicitur Vicarius Pauli, quod Roman

Romanam suæ autoritatis sedem nactus sit, quam Paulus sua doctrina illustrarit, ac etiam suo sanguine consperferit, & veluti sacrarit. Dicitur verò Vicarius Petri, quod eam Cathedram insideat, in qua Petrus Episcopus sedit.

Sextò, non obstat etiam argumentum desumptum ex verbis Pontificum asserentium efficere aliquid auctoritate D. Petri, & D. Pauli. Nam ad illud optimè respondet Martinus Becanus *de Repub. Eccles. lib. 3. cap. 2. n. 5.* Cui adde Nicolaum Coëffeteau loco citato, contra M. Antonium de Dominis *tom. 2. lib. 4. c. 1. n. 12.* asserit enim Apostolicam auctoritatem, qua potitur Pontifex, etiam in Paulo resedisse, quippe qui non secus ac Petrus, Christi Apostolus fuerit. Quare mirum esse non debet Pontificis, quem hæredem Apostolorum nuncupat Hieronymus, potestatem ad Paulum etiam referri; maximè verò, quod cum Petro operam nauarit, & Ecclesiam instituerit, quodque totum sanguinem cum doctrina ei profuderit. Igitur, dicuntur Pontifices multa præstare auctoritate Petri, & Pauli, quod vterque nouellam illam plantam excoluerit, ac demum cruore suo asperferit, ac irrigarit. Sed primas in ea Ecclesia fundanda habuit Petrus, tum quod primus Romæ Euangelium promulgarit, tum quod eam sedè pro auctoritate Capitis Ecclesiæ ad summæ dignitatis gradum euexerit. Paulus equidem eum secutus, institutos in fide Romanos confirmauit, sed sedem Romæ non fixit, cuius ratione eius Urbis Episcopus ceteri possit. Ita ille, quem ex industria sæpius in hac Disceptatione adducere volui, vt appareat arma contra aduersarios desumpta, etiam esse à præclaro Museo Sorbonico.

Confirmant hanc responsionem verba nostri Patris Duardi in *Bulla Cœne lib. 2. can. 1. quæst. 5.* vbi sic ait: Licet Pontifex dicat Censuras ferre auctoritate Petri, & Pauli, non intelligitur eas ferre auctoritate diffusa in eum à Paulo, sicut diximus de Petro, sed quia D. Paulus Ecclesiæ Romanæ vnà cum D. Petro fuit cooperator, & fondator, non tamen fuerunt in eodem tempore duo Pontifices, quia in Ecclesia duo Pontifices eodem tempore esse non possunt, quoniam hoc esset contra Christi institutionem, qui vnum duntaxat principem totius Ecclesiæ constituit, & tanto fortius, quia minueretur pontificia potestas; per coadiutorem autem pontificis Maiestas in nullo minuitur, quoniam penès coadiutorem non ius ipsum, ac titulum potestatis transferre dicitur, sed tantum administrationem maiorem, vel minorem ad sui libitum. Hæc Duardus.

Nec deseram hic apponere verba Antonij poli, quæ satis deseruiunt pro responsione, quo sensu Pontifices dicuntur successores D. Petri, & D. Pauli, efficere aliquid auctoritate D. Petri, & D. Pauli, & quo pacto dicuntur Petrus & Paulus Episcopi Romani, sic itaque asserit in *Lucidario potestatis papalis lib. 4. fol. 36.* Solus Petrus fuit Superior, & omnes alij subditi, etiam Paulus, sed in rebus gestis papalibus Paulus Petro coniungitur, quia Urbem suo martyrio consecrarunt, & in passione fuerunt socij. Ita ille.

Vnde Bouerius, vt supra obseruauimus in Censura contra M. Antonium de Dominis *lib. 4. cap. 1.* rectè notat, quia Petrus, & Paulus fundauerunt Ecclesiam Romanam prædicatione, & Romanos ad Christi fidem conuerterunt; hinc fit vt Romani Pontifices, Petrum, & Paulum Romanæ Ecclesiæ authores agnoscant, Bullas sub vtriusque nomine conficiant, plumbeum sigillam vtriusque imagine cohonestent, vtriusque officium simul coniungant, ac in omni ferè pontificali munere cum B. Petri memoriam celebrant, Paulum à Petro numquam disiungant, *neque enim id alia ratione præstant, quam quod æquè à Petro, & Paulo Romanam Ecclesiam prædicatione fundatam esse profi-*

tentur. Malè igitur Anonymus ex verbis, quæ aliquando in Bullis pontificiis apponuntur, videlicet auctoritate D. Petri, & D. Pauli, &c. malè, inquam, infert æqualitatem Pauli cum Petro in primatu Ecclesiæ, nam quoad primatum semper fuit Paulus subditus Petro, & ei subordinatus. Itaque dicendum est, pontifices asserere aliqua facere subnixos auctoritate Petri, & Pauli, quia fuerunt hæredes Apostolorum, & ideò D. Bernardus ad Eugenium lib. 3. vocat illum hæredem Apostolorum, potestate Petrum. Et D. Hieron. *Epistol. 2. ad Damasum* Qui Apostolos, inquit, honore sequeris, sequaris & merito. Vnde in Symbolo Nicæno dicitur: Et vnã sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, quia præter alias rationes, Apostoli, vt obseruat Franciscus del Castillo in 3. *sentent. tom. 2. dispui. 13. quæst. 11. part. 4. num. 23.* Becanus in *Man. contr. lib. 1. cap. 3. conclus. 2. num. 14.* & alij Sanctam Ecclesiam fundauerunt. Et ideò pontifices aliquando vocari sunt Episcopi Apostolici, & Ecclesia à D. Hieronymo *lib. 2. contra Ruffinum*, vocatur Sedes Apostolica. Et D. Augustinus *Epist. 162.* sic ait: In Romana Ecclesia semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus. Dum igitur pontifices asserunt aliquid efficere auctoritate D. Petri, & D. Pauli, hoc modo intelligendi sunt, videlicet auctoritate D. Pauli, vt Apostoli, auctoritate verò D. Petri, non solum vt Apostoli, sed vt Apostolorum Capitis. Consociant verò pontifices semper Paulum, & non alium Apostolum cum Petro, quia Paulus cum Petro in Ecclesia fundanda simul laborauit, & in passione, & morte socij fuerunt.

Ad illud verò de Imagine Pauli ad dexteram Petri collocata, Respondeo, quod eius solutio patet lippis, & tonsoribus. Videatur Ioannes Vviggers in 2. 2. *D. Theoma. Tractat. de Pontifice ad quæst. 1. art. 10. dub. 1. num. 103.* Alexander Carerius *de potestat. Rom. Pon. if. lib. 1. cap. 5.* Iustinianus in *Epistola Pauli tom. 1. dispui. 1. de Apostolatu cap. 9.* Bellarminus *lib. 1. de Rom. Pont. cap. 27. & 9.* eius validus defensor Iacobus Gretserus, cum Amico in *Cursu Theologico tom. 4. d. sp. 6. sect. 2. num. 82.* & Becano *de Republic. Ecclesiast. lib. 3. cap. 2. num. 7.* Dico igitur hunc maiorem honorem Ecclesiam paulo detulisse, non propter maiorem potestatem, sed propter maiorem sapientiam, & doctrinam, qua Ecclesiam illustrauit; vti solet sæpè Ecclesia minores Sanctos maiori solemnitate celebrare, propter illustriora exempla, quæ posteris reliquerunt. Vel dicendum est morem fuisse apud Antiquos, iuniorem ambulantem cum seniore incedere à dextris senioris, eumque obsequij causa paululum præcedere. Ex qua consuetudine fieri potuit, vt etiam in Imaginibus Paulus depingeretur à dextris Petri.

Et tandem ex superioribus adductis patet etiam responsio ad omnes alias Patrum auctoritates, quas Aduersarij plena manu cumulant, ex quibus propter indiuiduam Pauli cum Petro societatem, & propter eximias laudes, & titulos eis æqualiter præstitos, conantur firmare paritatem inter illos. Nam vnico cum schola omnium Theologorum respondetur (vt supra dictum est) dictos Patres locutos fuisse in ordine ad intrinsecam, & essentialem potestatem Apostolatus, non autem de potestate extrinseca, quæ in ordine, & dispositione regiminis posita est, qua inferiorem Paulum fuisse Petro, constanter dicendum est. Quando igitur Patres videntur æquare Paulum Petro, loquuntur (vt in scholis dicimus) de Petro vt Apostolo, non de Petro vt Papa. Et ita rectè præter Doctores, vbi supra citatos, tenent Suarez *de legibus lib. 4. cap. 3. num. 4.* Respondeo secundò. Quòd licet Patres ex verbis Encomiasticis datis Petro, & Paulo in eorum festiuitatibus, vel vigiliis, panegyricè, & non dogmaticè loquentes

loquenter, videantur aliquando illos pares constitue-
re; intelligendi sunt de paritate, quæ non dicit omni-
modam æqualitatem, sed tantum similitudinem, vt
optimè obseruat in terminis Cardinalis Turcremata
in *Summa de Ecclesia lib. 2. cap. 12.* Sic ego inuenio
Sanctum Clementem in principio *Epist. 2. ad D. Iacobum*, Fratrem Domini, vocare illum, Episcopum
Episcoporum, & Episcopum omnium Ecclesiarum Dei;
quæ quidem verba, certum est competere soli Petro, &
eius successoribus; sed quia ibi Clemens encomiasticè
loquitur, idè sanè intelligendus est, & eius verba ad
bonum sensum reducenda, vt fecit Pueronius *de Regu-
lariis Aristocratiæ, tom. 2. cap. 3. num. 34.* Sic & in casu
nostro; licet aliqui Patres in Encomiis datis Petro, &
Paulo videantur illos æquare, tamen, quia panegyri-
cè loquuntur, eorum verba sano modo interpretanda
veniunt, vt supra visum est. Et ne deferas etiam reco-
gnoscere Bouerium in *Censura M. Antonij de Domi-
nis lib. 1. cap. 11.* vbi contra Anonymum explicat plura
loca Sanctorum Patrum, æqualitatem inter Petrum, &
Paulum significantia, sed in diuerso genere intelligen-
da esse manifestè demonstrat. Vnde ego obseruo, quòd
aliqua loca Sanctorum Patrum videntur significare,
Paulum Petro præcellere; alia æqualem esse; alia du-
bium esse vter præcellat. Origenes *lib. 1. contra Celsum*,
vocat Paulum fundatorem Ecclesiarum post Christum
præcipuum. Ambrosius *lib. 2. de Spiritu sancto in fine*,
sic ait: Vna enim gratia fulgebat in his, quos Spiritus
vnus elegerat. Nec Paulus inferior Petro. Idem Am-
brosius *serm. 66. de Natal. Petri, & Pauli*, asserit. Bea-
ti Petrus, & Paulus eminent inter vniuersos Apосто-
los, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Ve-
rùm inter ipsos, quis cui præponatur incertum est. Er-
go supradicta, & alia similia verba Sanctorum Pa-
trum, de Petro & Paulo loquentium, intelligi non
possunt de Iurisdictione, Regimine, & Primatu? nam
alioqui Patres inter se essent contrarij; non enim inter
se cohærent hæc tria. Paulus præcellit Petro Iurisdic-
tione. Paulus par est Petro Iurisdictione. Paulus
vtrum præcellat Petro Iurisdictione, dubium est. Ita-
que supradicta verba Patrum, vel similia adducta ab
Anonymo exponenda sunt de vocatione ad Apostola-
tum, de virtutibus, de scientia, de laboribus, de me-
ritis, &c. Et idè Patres non pugnant inter se. Nam
optimè possunt cohære inter se hæc tria: Paulus in
laboribus, & doctrina præcellit Petro. Paulus est par
Petro in ordine ad Apostolatam. Paulus vtrum præcellat
meritis Petro apud Deum, incertum est. Hinc dixit Au-
gustinus *Triumphus de potest. Eccles. quest. 7. art. 6.* Paulus
fuit minor Petro, & maior, & æqualis. Minor quidem
fuit potestate Prælationis; quia solus Petrus fuit Ce-
phas, id est Caput totius Ecclesiæ. Maior autem præ-
rogatiua electionis, quia electus fuit à Christo post Re-
surrectionem, & post Glorificationem; vnde in Bulla
Papæ, Paulus ponitur à dextris, Petrus autem à sinistris.
Sed æqualis fuit officio prædicationis. Ita illè Conclu-
dendum est igitur, ex omnibus superius dictis, quod du-
plex potest constitui comparatio inter Petrum, & Pau-
lam. Vna, quoad Apostolatam, & sic fuit par Petro; quo-
ad Sanctitatem, Sapientiam, Laborem, & Zelum, & his
etiam fuit vel potuit esse Paulus par, vel maior Petro.
Altera comparatio inter Paulum & Petrum potest con-
stitui quoad Regimen, & Iurisdictionem, & sic Petrus
fuit maior Paulo; vt satis supra contra Anonymum fir-
matum est.

Et quidem, si ex eius opinione aliud non sequeretur
inconueniens, (quod est negandum) nisi admiratio Hæ-
reticorum, esset quidem penitus respuenda. Nam pro-
fectò possent ipsi exclamare Manhù, quid est hoc? Pa-
pani, & Romanentes, dicerent (sic ipsi per derisum
nos vocant) per tot annorum myriades pugnarunt

contra nos vsque ad sanguinem, negando Paulum fuisse
æqualem Petro, nunc verò concedunt. Et vsque
adhuc, pro atis, & focus aduersus nos contendent.
Caput Ecclesiæ fuisse solum Petrum, nunc verò
addunt simul etiam & Paulum. Quid, inquam, quæ-
so ex his nouitatibus, Hæretici ore impio in Roma-
nam Ecclesiam non effunderent? Quasnam quæso illi
rationes, & consequentias ex hac opinione contra Pri-
matum Petri, ipsi pessimè non inferrent? Hoc cogi-
tandum prudentioribus relinquo. Proxus igitur rati-
sententia refellenda venit, & his nouitatibus auer-
sè claudendæ, nec à semitis, quas Patres nostri vnanimi-
ter calcarunt, discedendum est, vt per calles inuis in-
cedamus.

Nec obstat dicere, id quod Aduersarij asseruerunt
num. 19. & 20. Infirmari Petri primatum, Pauli Pri-
matu conuulso, cum eadem & paria sint Sanctorum
Patrum de Petri, & Pauli Primatu testimonia; tolli;
& obscurari alterum non posse, vt non alter continèd-
collabatur, nec sperni de altero Patrum sententias, quin
de vtroque condemnentur. Sed hæc omnia negan-
da sunt. Primatus enim Petri non eger societate Pauli;
satis enim firmatus est, non semel, sed toties in aper-
tis Sacræ Scripturæ locis, in traditione Ecclesiæ, & in
Sanctorum Patrum testimoniis luce meridiana clario-
ribus; & autoritates Patrum ab Aduersariis adductæ,
satis supra explicatum est, quomodo interpretandæ ve-
niant. Idè obseruandum est multa tribui Petro, quæ
etiam Paulo tribuantur propter communem Apostola-
tus dignitatem, qua vterque tam insigni gloria efful-
sit, vt difficile sit censere, quis cui sit hæc parte antefere-
ndus. Cæterum, vt plurimum propter Capitis autho-
ritatem, qua Paulum vicit Petrus, cum eis eadem tri-
buuntur, non eodem respectu tribuuntur, sed in Paulo
quidem Patres sedulitatem, diligentiam, curas, pere-
grinationes, eximiam sapientiam, virtutes, signa, pro-
digia, reuelationes, & ærumnas, & labores in disse-
minando Euangelio susceptos spectant, à quibus eum
commendent. Cum verò Petrum iisdem laudibus or-
nant, ad Primatum, Principatum, & supremam po-
testatem, quam à Christo sit consecutus, respiciunt.
Non valet igitur argumentum Aduersariorum de lau-
dibus æquè datis Paulo, & Petro à Sanctis Patribus;
nam dicta loca explicata, vt supra excellentiam Pauli
demonstrant, & Primatum Petri confirmant, & bene
intellecta, tribuunt Petro, & Paulo ea, quæ ipsi de
iure competunt.

Ad id verò, quod asseritur *num. 23.* de extraordina-
ria, & singulari causa, qua secundum mentem Adu-
ersariorum mandatus fuerit duobus Apostolis totius
Ecclesiæ Principatus, ob dissimilitudinem morum, &
studiorum inter Gentiles, & Iudæos: & idè Paulus
Gentibus destinandus fuerat, Petrus verò Iudæis, ex
authoritate D. Hieronymi. Respondeo Matthæum Ili-
lyricum in legenda *de Petri Episcopatu, & Papatu* dix-
isse, Petrum constitutum fuisse *Episcopum, vel Pa-
pam Iudæorum, & Paulum Gentium*, sed hæc sunt de-
liramenta hæreticorum. Dico igitur, redeundo ad co-
sum nostrum, Paulum à Christo fuisse constitutum
Apostolum Gentium in ordine ad prædicationem
modò quo infra declarabitur, non autem in ordine ad
iurisdictionem, ita vt cum Petro fuerit Princeps Ec-
clesiæ, & Caput (vt volunt Aduersarij.) Et idè quan-
do *ad Galat. 2. & Act. 9. & 13.* de Pauli electione ad
Apostolatam mentio efficitur, tantum ibi de prædica-
tione, & ne verbum quidem de Iurisdictione dicitur,
vt omnes obseruant Expositores, Antonius Capellon
in *disput. 1. de Summo Pontificatu Petri, cap. 8.* Salmer-
ronius *tom. 15. disp. 24. in Epist. 2. ad Galat.* Tannerus
rom. 3. disp. 1. quest. 4. dub. 2. num. 98. & 99. Bellarmi-
nus *de Roman. Pontif. lib. 1. cap. 6.* Pueronius *de*
Arifi

hist. Regul. tom. 2. cap. 3. num. 32. Granina in conuers. tom. 4. part. 2. in Continent. quest. 1. fol. 28. Vnde Sanderus de visibili Monarch. lib. 6. cap. 6. asserit, solum in dicto loco dixisse se Apostolum Gentium, non ad coarctandam Petri potestatem, nec ad metas Petro circumscribendas, verum ad Euangelium dilatandum; saluo interim Primatu Petri, quem Paulus etiam post tot Gentes Christo subiectas agnouit, et honore, quo par erat, affectit, ab eoque dissolutionem controuersæ, quæ Antiochiæ orta erat, & dexteras societatis expetiit: non quod ipse de sua doctrina (quam Christo immediatè acceperat) dubitaret, sed ut tota ecclesia sciret, illum unitatem amare, Primatum Petri agnoscere, & eundem Spiritum sanctum in se, atque in aliis Apostolis esse confiteri. Ita ille & ante illum Cardinalis Turrecremata in summa de Eccles. lib. 2. cap. 3. exponens dictum D. Pauli, negat expressè, quod per illa verba, Paulus æquiparasse se veller Petro in Potestate Regiminis, quem sciebat Rectorem constitutum, & Caput totius Vniuersalis Ecclesiæ, nec Paulus credidit Petri potestatem restrictam esse solum ad Circumcisos, licet appropriatè pro illo tempore, ad illos specialiter verbum prædicationis extenderet. Quoniam Petrus in Antiochia, sedit, & in Hierusalem, & multos conuertit ibidem, & alibi in gentibus; sicut patet Actuum 12. de Cornelio, & 1. ubi reprehensus legitur à Circumcisis fratribus, quod ad gentes ingressus fuisset, & cum conuersis ex gentibus manducasset. Hæc Turrecremata, cui adde Cappellum, Tannerum, & alios citatos suprâ. Itaque non bene Aduersarij, ex destinatione Pauli ad prædicandum Gentibus Euangelium, eius Primatum inferunt. Nam non valet argumentum de prædicatione ad iurisdictionem.

Idèo piaculum existimarem, si non apponerem sic verba Cardinalis Baronij tom. 1. Anno Christi 34. fol. 205. sic asserentis: Quod pertinet ad Apostolicum munus Euangelij prædicandi, atque peccata soluendi, æquè omnes Apostolos plenissima potestate in vniuersum mundum missos esse, idem ipse Gregorius profiteretur, qui & eadem ratione, Paulum Apostolum Caput Gentium effectum esse, & totius Ecclesiæ principatum obtinuisse testetur. *Ceterum quantumlibet amplissimus fuerit eius Apostolatus, quem accessit ad Gentes saluandas: tamen nihil est, quod potestate quari possit Principi Apostolorum omnium Petro, quem Dominus præfecerit Dominum vniuerso Gregi, Gentes tiam eiusdem subdidit potestati. Futuræ enim erant & ipse Christi oues, de quibus ait aliquando: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Cùm itaque non nisi omnium vniuersum dicat vnum ouile esse futurum, vnumque pastorem, cuius Dominus oues suas omnes, & agnos curæ subiecerit: illum ipsum fuisse Petrum, nec alium præter ipsum, eadem Potestate, qua ipsum in vniuersali Ecclesia vnicum institutum esse Pastorem, ex his quæ dicta sunt, neminem puto, nisi fortè delirum, & mente captum, posse intelligere.* Hucusque Baronius. Vide etiam Ioanem Driedonem tom. 1. lib. 4. c. 3. par. 3. fol. 237. ubi explicat verba D. Ambrosij aientis: Quod sicut Petrus Primatum accepit ad fundandam Ecclesiam Iudæorum: ita, & Paulus Primatum accepit ad fundandam Ecclesiam Gentium. Explicat, inquam, dicta verba de Primatu Prædicationis, non autem de Primatu Gubernationis, & Regiminis, quod ad solum Petrum pertinet: probat. Et tandem Reginaldus Cardinalis Polus in defensionem unitatis Ecclesiæ ad Henricum VIII. Regem Angliæ fol. 69. 70. 71. ex multis probat D. Paulum fuisse inferiorem D. Petro; & respondet ad

argumentum cuiusdam Sampsonis hæretici, qui, ut vult etiam Anonymus, ex dictis verbis D. Pauli ad Galat. 2. contendebat ipsum esse æqualem D. Petro. Vide etiam Albertum Pighium de Hierarch. Eccl. lib. 3. cap. 11.

Itaque dicendum est, diuisionem illam factam inter Petrum, & Paulum de Iudæis, & Gentilibus non pertinuisse ad iurisdictionem, sed ad propagandum Euangelium: quæ tamen diuisio ita est accipienda, ut obseruat Ioannes Vviggers in 2. 2. D. Thoma tract. de Pontifice questio. 1. art. 10. dub. 1. & alij communiter. Marcus Antonius Capellus disput. 1. de Pontif. Petri cap. 12. Adamus Tannerus tom. 3. disp. 1. quest. 4. dub. 2. num. 99. Alexander Carerius de potest. Roman. Pontif. lib. 1. cap. 5. & alij, quod scilicet Petrus præcipuam operam collocaret pro illo adhuc tempore, sicut & prius fecerat, circa conuersionem Iudæorum: non autem, quod idcirco potestate prædicandi gentibus esset priuatus, vel à prædicatione inter gentes prohiberetur. E contra autem Paulus principaliter incumberet conuertendis gentibus ad fidem, non tamen ita ut idèo interdictum ei foret, etiam Iudæis per occasionem, & opportunitatem Euangelium annuntiare.

Quod enim ista partitio hoc modo sit intelligenda, manifestum est ex scripturis: nam & Petrus Act. cap. 10. prædicauit Cornelio, & domui eius toti: & ibidem cælesti visione ter admonitus didicerat etiam se ad gentes destinari, ut eis Euangelicam gratiam annuntiaret. Vnde & cap. 15. dicit Petrus: *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere: sic tamen, ut ab initio debuerit studere conuersioni Iudæorum, uti diximus: quem ordinem indicat Christus Act. cap. 1. quando sic locutus est ad Apostolos: Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudea, & Samaria vsque ad vltimum terra.* Et propterea etiam diximus, quod pro illo adhuc tempore principaliter Petrus incumberet prædicationi apud Iudæos: nam postquam Romam venit, longè latèque etiam inter gentes Euangelium per se, & per alios disseminauit, ut cumulate impletet, quod audierat Act. cap. 10. *Occide & manduca*, ut notat Esthius circa prædicta D. Pauli verba.

Quod Paulus quoque non fuerit prohibitus prædicare Iudæis, patet ex c. 9. Act. ubi Christus de illo dicit: *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel.* Vbi licet significetur, quod primario destinetur ad conuersionem gentium quæ primo loco exprimuntur, tamen etiam indicatur, quod possit, imò quod & portabit nomen Christi coram filiis Israel. Hinc etiam factum est, quod quocumque per gentes, & nationes proficisceretur, intraret quoque & euangelizaret in Synagogis Iudæorum, ubi eæ reperiabantur, ut Act. cap. 13. apud Salaminam, & Antiochiam Pisidiæ fecisse legitur, & cap. 14. apud Iconium, cap. 16. apud Thessalonicam, & 1. ad Corinth. 9. dicit: *Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer.* Docet autem hæc ita se habere Hieron. ad hunc locum Pauli, ubi proposita quæstione, An non licuerit Petro gentilem trahere ad fidem, & Paulo Iudæum, Respondet, omninò licuisse, imò hoc fuisse vtriusque propositum, ut ex toto mundo Ecclesiam congregarent: sed tamen Petrum habuisse principale mandatum de Iudæis, saltem ut ab illis inciperet, sicuti hoc explicuimus: Paulum autem de gentibus.

Volui (amice Lector) hanc diuisionem Petri, & Pauli, quoad Iudæos, & Gentiles latius explicare, ut profus

profus labefactata remaneat opinio Anonymi assententis dissimilitudinem morum, & studiorum inter Iudæos, & Gentiles fuisse causam, & rationem, quare Christus, post Primatum datum Petro, voluerit postea Paulum cum ipso in Primatu associare, quod merum figmentum esse ex superius dictis patet: nam nullam Iurisdictionem, quoad Primatum, Paulus accepit, dum fuit factus Apostolus Gentium à Christo Domino. Et idè dum Antiochiæ orta esset Gentiles, & Iudæos dissensio de observatione legalium, Paulus illam non determinavit, sed ad Petrum, ut observat Theodoretus pro eius determinatione cucurrit, ut patet Actor. 15. ubi (ut visum est supra) Petrus, tanquam Caput Ecclesiæ congregavit Concilium, & sententiam in favorem Gentilium tulit. Et miror quomodo Anonymus possit pro sua sententia adducere verba D. Hieronymi, quæ nihil pertinent in ordine ad Primatum, sed loquuntur de Apostolatu. Et idè Hieronymus, quando in specie locutus est de Primatu, soli Petro tribuit; idè dixit lib. 1. contra Iovinianum: *Inter duodecim unus eligitur, ut Capite constituto schismatis tolleretur occasio.* Et lib. 3. in Matth. circa cap. 6. *Simoni, qui credebatur in Petram Christum, Petri largitus est nomen, & secundum Metaphoram Petra rectè dicitur ei, adificabo Ecclesiam meam super te.* Et in cap. 1. ad Galat. exponens illa verba D. Pauli, *Ascendi Hierosolimam videre Petrum. Iuit (inquit) non discendi studio, sed honoris priori Apostolo deferendi.* Et tandem Epistol. 57. ad Damasum scribens, sic ei asserit. *Beatusudini tua, id est Cathedra Petri consocior.* Et Epist. 58. *Ega (inquit) clamato si quis Cathedra Petri iungitur meus est.* Vide quomodo Hieronymus, quando de Primatu agit, aperte, & verbis claris illum tantum Petro tribuat. Malè itaque pro sua sententia Hieronymum adducit Anonymus; nam in loco ab ipso adducto, (ut diximus, & patet) non loquitur de Primatu, sed de Apostolatu.

Verum quia in hac Disceptatione non solum Theologis, sed etiam Dominis Canonistis debitor sum, videant ipsi suam Glossam in cap. *Paulus, & Petrus 2. questio. 7. vers. Imparem*, ubi notat, Paulum fuisse parem Petro in meritis, non autem in administratione. Et in cap. *Puto, eodem loco, docet*, Paulum fuisse æqualem Petro in martyrio, & tamen Petrum fuisse maiorem in dignitate. Et paulò infra in cap. *Beati Petrus, & Paulus*, habentur in summario hæc verba. *Æquales fuerunt meritis, licet gradu differentes Petrus, & Paulus.* Et supradictis textibus adde etiam cap. in illis 80. *dist. cap. Est. Et aliud 14. quest. 1. cap. plurimos 82. dist. cap. multis 17. quest. 1. & supra adduximus cap. salaria, de maior. & obedient.* Et Extravagant. *Vnam sanctam, & unigenitum.* Videatur etiam inter alios Canonistas, Cardinalis Iacobatus *tract. de Conciliis lib. 10. art. 7. fol. 7. litt. B*, ubi asserit cum D. Thoma, & aliis Theologis, Paulum in Regimine, & Primatu fuisse inferiorem D. Petro, quod etiam Alvarez ex Iuriconsultis confirmat in *Thef. Christ. Relig. cap. 1. per totum.*

Sed dices (ut receptui canam) si æqualitas Pauli cum Petro consistit tantum, ut probatum est, in ordine ad Apostolatum, hæc quidem fuit communis aliis Apostolis. Quare ergo Patres, & Pontifices ab Aduersariis citati; tot eximiis, & iisdem laudibus, & titulis, Paulum solum simul cum Petro exornant, & semper consociant? Respondeo; ex tribus rationibus. Primò, ut rectè observat Angelicus Doctor in *Epistol. 1. ad Galat. cap. 1.* propter præclaras circumstantias suæ electionis ad Apostolatum. Fuit enim electus Apostolus à Christo post suam Resur-

rectionem, & Glorificationem: Vnde ipse dixit ad Galat. 1. *Creditum est mihi Euangelium Præputij, sicut Petro Circumcisionis.* Qui enim operatus est Petro Apostolatum Circumcisionis, operatus est mihi in gentes, &c.

Secundò, propter plures exantlatos labores in prædicatione Euangelij, ita ut ipsemet dixerit: *per omnibus laboravi, & faterur se habuisse sollicitudinem omnium Ecclesiarum.* Vide Alexandrum Cæciliarium *de potestat. Roman. Pontif. lib. 1. cap. 5.* Adde & propter plura, & doctiora, quæ scripsit, in quibus non solum æqualis fuit cæteris Apostolis, sed etiam ipso Petro excellentior. Vnde dixit Augustinus *lib. 3. ad Bonifacium, cap. 3.* *Apostolus dum dicitur, si non exprimat quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est Epistolis notior.* Et notat individualiter Ioannes Vviggers in 2. 2. *tract. de Petri ad quest. 1. art. 10. dub. 1. num. 102.* Iustinianus in *Epist. Pauli tom. 1. disput. 1. de Apost. cap. 9.* & Amicus in *Cursu Theolog. tom. 5. disput. 6. sect. 2. num. 81.* Vide etiam Pueronium in *Aristocratia Regulari tom. 2. cap. 3. num. 33.*

Tertiò, Propter Martyrium in eodem tempore, & loco, cum Petro passum, Romanam Ecclesiam condecoravit, & propter prædicationem Euangelij, Romanis exhibitam simul cum Petro, cum differentia tamen, quam observat Cardinalis Baronius *tom. 1. anno 41. num. 15.* ubi sic ait: Cæterum, quod spectat ad Irenæi sententiam, cum dicat tunc à Mathæo Euangelium scriptum esse, cum à Petro, & Paulo Romana Ecclesia fundaretur: non sic accipienda esse putamus eius verba, ut non nisi post Pauli Romam aduentum id factum esse voluerit significare, sed potius intellexisse, ipso initio fundationis Romanæ Ecclesiæ, à Mathæo Euangelium esse conscriptum; cum scilicet Petrus Romam accessit, & tantæ molis erigendæ posuit fundamentum, quod factum est post quatuor annos, anno scilicet secundo Claudij Imperatoris, Dominique quadragesimo quinto, nec sic Irenæum de Paulo meminisse credimus, quasi non ante Pauli Romam aduentum Mathæus scripserit; sed communi potius, tum ipsius, tum cæterorum Patrum usu loquendi, cum de Romanæ Ecclesiæ fundatione fit mentio, Paulum æquè, ac Petrum nominasse, non quod Paulus eodem quo Petrus tempore Romam venisset, ac simul cum Petro primum fundamentum iecerit, sed quod desuper adificauerit, ac denique eandem Ecclesiam una cum Petro sanguine consecraverit. Ita Baronius, quicquid contra illum latet impius Spalatroensis asserens, Petrum prius Romæ Euangelium, non prædicasse, quam Paulus ad eam urbem accessisset; sed hoc falsum est, nam Baronij sententia est verissima, siquidem ex omnium ferè vetustissimorum Scriptorum Monumentis constat, Petrum secundo, vel quarto Claudij Imperatoris anno, Romam accessisse, qui fuit annus quadragesimus secundus, vel quadragesimus quartus post Christum. Paulum verò impetrante Nerone, non antea Romam venisse, tunc scilicet, cum Cæsarem sub Festo appellavit, qui fuit annus quartus Imperij Neronis (annum quippe integrum navigatione expleuerat) & quinquagesimus annus post Christum, certum est. Cum igitur Claudius quatuordecim ferè annis Romanum Imperium rexerit, tres Imperij Neronis his addas, certè Petrum quadragesimo, aut saltem tredecim annis Paulum Romæ prædicasse reperies.

Quod quidem faterur ipse Paulus Epist. 1. ad Romanos, dicens: *Desidero enim videre vos ut aliquid impetretur vobis gratiæ spiritualis ad confirm-*

id est, simul consolati in vobis per eam, quæ vicem est, fidem vestram, atque meam. Ad quem loquitur Theodoros. Quia primus eis magnus Petrus doctrinam Evangelicam præbuit, necessarîo intulit. *Ad confirmandos vos.* Non aliam, inquit doctrinam afferro, sed eam, quæ iam oblatâ est, confirmare, & arbores iam plantatas irrigare volo. Quid clarius dici potuit? Cum igitur in vita D. Petrus, & D. Paulus, in fundatione Ecclesiæ Romanæ fuerint socij, & collegæ, vt loquitur Augustinus *lib. de baptis. contra Donatistas cap. 4.* & Cyprianus *Epist. 71.* eo modo quo supra ex Baronio, & alijs explicauimus, meritò ipsa Ecclesiæ post mortem in eorum veneratione, & laudibus socios, & collegas etiam illos efficere voluit. Et ex hoc Patres: quasi indissolubili societate, simul alios pariter, æqualibus encomiis extollere consueuerunt; manente tamen illibato Primatu Petri.

Glorietur itaque Sancta Romana, & Catholica Ecclesiæ, & recognoscat fundamenta, & originem suam à Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo, sub diuersa tamen ratione, & formalitate. A Diuo Petro tanquam à Capite, ac primam supremam, & ordinariam Iurisdictionem habente. A Diuo Paulo, tanquam in munere Apostolatus, in virtutibus, in meritis, in Prædicatione, in sanctitate, & in Martyrio D. Petro pari; imò D. Petro superiori, in laboribus, in sapientia, & circumstantia electionis ad Apostolatam, iuxta ea, quæ superius dicta sunt.

Dicendum est igitur, Paulum quodam regimene fuisse subditum Petro, qui solus à Christo Domino fuit Pontifex institutus, & vnicus Episcopus, qui Cathedram Romanam rexit. Nam duos sedentes vna sedes non capit. Nec Romanos geminos vnum Regnum capere potuit, quos vnum vteri excepit hospitium. Et quidem si Ecclesiæ comparatur cum exercitu bene ordinato, *Cant. 6. 3.* Item cum Regno, *Dan. 2. 24.* Item cum Ouili, *Ioan. 10. 16.* Item cum Domo 1. *Timoth. 3. 15.* Item cum humano corpore. 1. *Corinth. 12.* sequitur, quod sicut exercitus bene ordinatus regitur ab vno Imperatore, Regnum ab vno Rege, Ouile ab vno Pastore, Domus ab vno Patrefamilias, corpus humanum ab vno Capite; ita etiam Ecclesiæ ab vno Rectore Petro, & eius successoribus gubernandam fuisse, dicendum est: vt supra ex apertis verbis Bonifacij VIII. probauimus in Extrauagant. Vnam Sanctam, quam confirmauit Concilium Lateranense sub Leone X. Et exemplo etiam Synagogæ Veteris Testamenti, quæ fuit figura Ecclesiæ, vt notat Becanus in *Annal. vet. Testamenti. cap. 6. quest. 3.* & alij. Nam semper gubernata fuit ab vno Capite, seu Monarcha, nimirum à Pontifice, cui reliqui omnes erant subiecti, vt patet *Deut. 17. 12.* & fatetur ipse Calvinus *lib. 4. Instit. cap. 6. §. 2.* & Magdeburgenses *Cant. 1. lib. 1. cap. 7.* Et tandem exemplo rerum naturalium, tam imitatarum, quam inanimatarum, in quibus natura, vt obseruat Reinhardus Koning in *Theatro Politico part. 1. cap. 10. numer. 7. cum seq.* Henticus Velsenius *Politicarum Questionum, Decad. 7. quest. 3.* Monarchiam expressit; sic rerum principia vnam causam, apes & grues vnum Regem, partes corporis vnum, orbis lineas vnum centrum, stellas omnes vnum, & summam res quaslibet naturales aliquod vnum habere præeminens cernimus. Respicienda est igitur ista noua, inaudita, & chærica mixtio, & consociatio Pauli cum Petro in regimine Ecclesiæ. Aquila Imperialis constat ex no corpore, & duobus capitibus, nunc verò Anonimi Diana Pars I X.

nonymus vult formare Aquilam Ecclesiæ ex duobus corporibus & vno capite. Vsq;e adhuc in Ecclesiæ credidimus Deum vnum, & trinum, nunc Anonymus cogit nos credere Papam binum & vnum. O lepidum inuentum! Dicendum est igitur regimen Ecclesiæ tanquam Monarchicum, & Regale; vt rectè docent Doctores Sorbonici Andreas Duuallius *de potestat. Roman. Pontif. part. 1. quest. 2.* Alliacensis *tractat. de orig. Eccles. potest. conclus. 2.* Celaia in *4. sententiar. distinct. 24. quest. 4. & 7.* cum alijs, fuisse constitutum à Christo Domino super vnum Petrum, & eius successores immutabiliter: Ergo non supra Paulum; quia essentia, & ratio Monarchiæ, aliter non constat, quàm si vnus præsideat, vt patet ex Platone in *dialog. de Regno.* Aristotele 8. *Ethicor. cap. 10.* Simplicio 1. *Physicor. text. 19.* Aphrodysæo *Metaphysic. 12.* & notant Henticus Hænonius in *disputationibus Politicis disp. 9. n. 3. littera A.* Hennings Arnifæus in *doctrina Politica cap. 9.* Theodoretus Reinchinch *de regimine seculari, & Ecclesiastico lib. 1. Class. 1. cap. 1. numer. 1.* Christophorus Besoldus in *Synopsi Politica doctrina lib. 1. cap. 4. numer. 2.* Gregorius Schonborner in *Politica lib. 5. cap. 1. & alij communiter.* Vnde hoc supposito dixit Cancellarius Parisiensis Ioannes Gersonius in *lib. de Aferibilitate Papa considerat. 8.* Nullam aliam potestatem in Ecclesiæ instituit Christus immutabiliter, præter Monarchicam, & quodam modo Regalem, & oppositum sentientes, quod videlicet fas est esse plures Papas, errant in fide, & vnitatem Ecclesiæ, contra articulum hunc: *Et vnam sanctam Ecclesiam.* Et si pertinaciter maneant, iudicandi sunt Hæretici, sicut Marsilius de Padua, & alij. Ita Gersonius.

Quibus omnibus adde autea verba Pij II. Pontificis in *Bulla Retract. tom. 4. Concil. vbi sic ait.* Non duos instituit Dominus, qui suum locum tanquam Capita tenerent æqualia; sed V N V M constituit, vt verticem, & Ducem, & Pastorem vniuersi Gregis, Simonem Petrum, dicens: Tu es Petrus, &c. Quæ nulli alteri seorsim dicta leguntur, nisi Petro, vt in Petro Vnitas, & summa contineretur Auctoritas. Ita Pontifex. Et tandem claudat hanc Disceptionem Eusebius Episcopus Alexandrinus *homil. de Resurrectione*, qui explanans illa verba: *Dicite Discipulis, & Petro.* Sic introducit Christum loquentem: Veni Petre; ne timeas: nihil Tibi de gloria Chori Apostolici minui, non Te à dignitate remoueri, non dedi alteri Claves; ne timeas Petre, qualis eras, talis es. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis; ne timeas Petre, quod promisi impleo, super tuam fidem, quæ sit Petra, ædificabo Ecclesiæ meam. Hæc Eusebius. Quid clarius dici potuit ad apertè manifestandum Primatum Ecclesiæ fuisse singulare priuilegium vnus Petri, priuatiuè quoad alios, reclusis tamen Romanis Pontificibus suis successoribus.

Meritò igitur dixit Doctor Parisiensis Almaynus *de potestat. Eccles. cap. 3.* quod V N I P E T R O & successoribus eius data fuit potestas constituendi Canones per vniuersum orbem. Si V N I P E T R O, ergo non etiam & Paulo, vt vult perperam Anonymus. Itaque desinat ipse in posterum ex omnibus superius dictis Paulum Petro in Primatu consociare. Sed Ecclesiæ Primatum soli Petro tribuat, Paulum verò quoad munus Apostolatus, supra omnes alios exuberantissimè expletum, & propter alia eius egregia merita meritò summis laudibus extollat; & sic secundum iustitiam, dabit vnique quod suum est. Memor

H h

Vlpiani

Ulpiani Iurisperiti statuentis duos in solidam dominos esse non posse unius rei, quod obseruant Doctores communiter in *l. quamuis, ff. de iurisdic.*, teste Joanne Cornino *de iurisprudencia Romana lib. 1. cap. 68.*, & quidem si in Concilio Nicæno *Cap. 8.* teste D. Augustino *Epistol. 119.* statutum fuit, duos Episcopos non esse constituendos in vna Ciuitate; quanto magis dicendum est in vna Ecclesia Christum duos non instituisse Pontifices. Solus igitur Petrus, ut habetur in *cap. in nouo distinct. 21.* Ecclesie Pontificatum accepit, & idè subdit ibi Pontifex, Petrum reliquos Apostolos habuisse pro eorum

PRINCIPES: ergo necessariò sequitur secundum Anacleum auctorem dicti Canonis, etiam Petrum recognouisse Petrum ut Principem suum; Anonymus vellet dicere Paulum non fuisse Apostolum. Sed comprimendus est calamus, nam in mensum iter, Ster igitur firma nostra tam sepe reiterata conclusio. Paulum, quoad Pontificatum minimè æqualem Petro fuisse; sed inferiorem, & subditum, nec aliam Ecclesiam agnoscere post Christum supremum Caput, nisi solum, & unicum Petrum, eiusque legitimos successores. Hæc fides Orthodoxorum,



DE PRIMATV
SOLIVS
DIVI PETRI,
DISCEPTATIO APOLOGETICA
POSTERIOR,
CONTINENS RESPONSIONES
*ad plura loca Sanctorum Patrum in Manuscripto cuiusdam
Anonymi pro nouo Papatu D. PAULI
perperam intellecta.*

Responiones ad Scripturam cuiusdam Anonymi in fauorem noui Papatus D. Pauli.



UPERIORI disceptatione iam composita, & præterito mense Ianuario Sanctiss. D. N. humiliter exhibita, statim post paucos dies Eminentiss. dominus meus Cardinalis Panzitoli mihi legendum præbuit manuscriptum ad manus Sanctissimi delatum, sine nomine Auctoris, quem tamen non existimo Auctorem Epistolæ, sed alium congerentem ex libro lingua Gallica conscripto, plura sanctorum Patrum loca, quæ opinionem nouam de Primatu D. Pauli videntur firmare. Et licet ex dicta nea priori disceptatione ad omnia dicta loca facilis uerteret responsio, necessarium tamen duxi clarè, & breuiter more meo, singillatim supradictas auctoritates confellere, seu, vt melius dicam, ad verum sensum, secundum intelligentiam Theologorum, exponere. Et deo suppono, id quod breuiter in priori disceptatione, sed nunc aliquantulum fufius, & magis clarè, declarabo; suppono inquam in Apostolis (& inter ipsos D. Paulum includo) tria seorsim consideranda esse. Primum, Apostolatam. Secundò, Sacerdotium; seu Presbyteratum. Tertio, administrationem sacræ Politicæ, quæ designatur nomine Pontificatus. Quoad institutionem, & munera Apostolatus, omnes Apostolos pares confitemur. Quoad institutionem, & munera Presbyteratus, & Pontificatus, inæquales asserimus ratione Pontificatus. Eleuoddecim, eosque nominauit Apostolos, *Matth. 10. Luc. 10. Luc. 6.* quorum munus esse uoluit, euangelizare, testificari; prædicare omnibus gentibus, miracula patrare.

Eosdem Sacerdotes ordinauit, *Matth. 16. Marc. 4. Luc. 22. 1. ad Corinth. 11.* collata potestate coniciendi sanctissimum Eucharistie Sacramentum, & offerendi Deo incruentum sacrificium corporis, & sanguinis sui. Huic potestati, mox annexuit al-

Antonini Diana, Pars IX.

teram, dimittendi peccata in foro interiori, *Iuan- nis 20.*

Ad Apostolatam: & Sacerdotium, quæ communia fuerunt Christo cum Apostolis, accedebat in Christo iurisdicção, & administratio politica rerum sacrarum, quæ in eo solo tanquam in supremo Capite resedit, quandiu terras incoluit. Translata nimirum à Synagoga ad Ecclesiam, à Leui ad Iudam, ab Aarone ad Christum Cathedra Moysis quicquid religiosum est, ad Deum attinet, perinde ac ouile ad pastorem suum iure Pontificatus ad Christum pertinebat.

Hanc ascensus ad Patrem non concessit Redemptor aliis Apostolis (quando enim?) *sed uni Petro*; sicut ante tot symbolis se facturum promiserat, consequenter vno isto iure quoad ordinem Politicum omnibus aliis Apostolis Petrum præposuit, omnes alios Apostolos Petro subiecit.

Itaque ex his dicendum Paulum, & alios omnes Apostolos in potestate Ordinis, & ratione Apostolatus fuisse æquales; singuli enim potestatem, Euangelium ubique terrarum prædicandi, ligandi, & soluendi, & omnium, quæ pro mundi conuersione moraliter erant necessaria, à Christo, non à Petro acceperunt. In ratione tamen officij Pastoralis inæquales fuerunt; tum quia Petrus à Christo Pastor vniuersalis est institutus, vt expressè habet Chrysostomus, explicando verba hæc, *pasce oues meas, id est, esto præpositus loco mei, & primus in medio fratrum.* Quod fit, vt vniuersalis potestas in Petro, tanquam in vero, & legitimo Pastore ordinariè resederit, in cæteris verò Apostolis tantum extraordinariè, & per accidens, atque propter necessitatem: quia scilicet in dispersionem gentium erant abituri, & longis locorum interuallis à Petro separandi, vt pro Ecclesiarum, quas ipsi fundabant, necessitatibus, vix ac ne vix quidem cum possent conuenire.

Ex quibus sequitur, quòd duæ res sunt in quibus Petrus Apostolus antecelluit reliquis Apostolis, non quidem propriè, vt Apostolus, sed vt singulare fundamentum, & caput Ecclesie, & Pastor ouium Christi, & Cæli ianitor constitutus. Vna est, quòd illam Apostolatus auctoritatem in vniuerso orbe, ac-

Hh 2 cepit

cepit ipse à Domino tanquam ordinariam, & duratorem, suisque aded successoribus relinquendam: eo quod vniuersæ Ecclesiæ, quæ vnquam futura esset, fundamentum est constitutus, nec talis fundamenti locum ipse perpetuò, nisi per suos etiam successores tenere potuit. Reliqui verò Apostoli eam auctoritatem non eo modo acceperunt; sed eorum quasi extraordinarium priuilegium fuit, quòd & in orbem vniuersum, & à Christo proximè illam auctoritatem Apostolatus acciperent. Itaque illis è vita decedentibus; dignitas etiam eiusmodi Apostolatus esse desit.

Altera res, in qua Petrus reliquis Apostolis antecelluit, est, quòd ipse quidem potestatem accepit etiam quandam in ipsos Apostolos: tanquam omnium videlicet (nemine excepto) qui ad Ecclesiæ ædificium, & ad Christi gregem pertinent, fundamentum, & pastor singulariter constitutus. Itaque regere ipsos atque in fide confirmare cum auctoritate potuit, iisque præscribere, & modum, & locum ad fungendum ministerio Apostolico, quatenus ad Ecclesiæ bonum id expediret. Et hæc omnia firmat Tertullianus *de præscriptis*. cap. 20. & docet Caietanus *in opusculo tom. 1. tract. 1. de auctor. Papa, Concilij cap. 3.* cum tota Theologorum Schola.

His suppositis, quia Anonymus suam Scripturam distinguit in tres classes auctoritatum, nempe Summorum Pontificum, veterum Sanctorum Patrum, & Eminentissimorum Cardinalium, eodem ego procedam ordine, & ipsissima Anonymi verba adducam; & postquam verba Sanctorum Patrum ab ipso adducta secundum verum sensum exposuerim; adducam ex iisdem Patribus verba, quæ in aliis locis loquendo aperte de Primatu Ecclesiæ, illum tribuunt Petro, vt ex his clarè appareat, quæ fuerit mens dictorum SS. Patrum, & loca eorum obscura declarentur per clara.

Responsiones ad loca Summorum Pontificum.

AD primum locum S. Leonis Pontificis *serm. 1. de Nat. Apost.* respondeo, quòd nihil facit ad rem, quia licet ipse faciat pares Petrum & Paulum; hoc intelligendum est, in electione ad Apostolatam laboribus, & morte, quòd concedimus: ergo in regimine negotio consequentiā, Nec obstant illa verba, quòd *Christus Paulum, & Petrum inter omnia Ecclesiæ membra pronexerit in tantum Apicem, vt duo lumina constituant in corpore, cui caput est Christus*; nam respondeo hanc auctoritatem impium M. Antonium Spalatrensem adduxisse, vt efficeret Paulum Petro æqualem, sed ad illam sic respondet Doctor Sorbonicus, & Episcopus Massiliensis Coëffeteau *tom. 1. lib. 1. c. 11. num. 24.* vbi sic ait. Res similis monstri est Leonem, qui sexcentis locis Petrum omnibus Apostolis, & cunctis Ecclesiæ Pastoribus Præpositum scribit, testem huius æqualitatis quam inter Petrum & Paulum somniat Spalatrensis proferri. Et supra clarissimo eiusdem Patris testimonio ostendimus, Petrum totius Ecclesiæ spectabile Caput illi habitum; hinc verò propterea Petrum, & Paulum, tanquam geminum lumen oculorum in Ecclesiæ corpore posuit, quò illos cum Christo conferat æterno Ecclesiæ capite, à quo lucem sint mutuati, qua Ecclesiam collustrarunt. Sed hic rursus advertere debuit aduersarius, vt duo lumina Ecclesiæ censeantur Petrus & Paulus, propterea æqualitatem inter eos admittendam non esse. Sol & Luna duo sunt clarissima sydera, & lumina cæli, nec tamen Luna Solis splendorem exæquat. Ita Coëffeteau. Vide aliam responsionem apud Becanum *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 7. obiect. 7. num. 68.*

Vel etiam dici potest, Vocari duo lumina Ecclesiæ Petrum & Paulum, quia Romanam Ecclesiam ambobus fundarunt per prædicationem, manente, tamen illibato Primatu D. Petri. Et quòd hæc sit mens D. Leonis patet ex eius *Epist. 84.* vbi sic ait. Quoniam & inter Beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præmineret. Cum ergo ex mente D. Leonis vnus fuerit (id est solus Petrus) qui Primatum inter omnes Apostolos obtinuit, malè modo ex verbis D. Leonis non bene intellectis ab Anonymo asseritur, D. Paulum habuisse etiam Ecclesiæ Primatum. nam D. Leo vni Petro attribuit. Sed sentiant Aduersarij D. Leonem clarè etiam loquentem alibi *Serm. 3. Annu.* De toto mundo vnus Petrus eligitur (ergo non Paulus) qui, & vniuersarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis (ergo etiam, & Paulo) cunctisque Ecclesiæ præponitur.

Et tandem non deseram hic apponere alia verba eiusdem S. Pontificis *Epist. 87. ad Viennenses.* Ita Dominus noster Iesus Christus, humani generis Saluator instituit, vt veritas, quæ antea legi, & Prophetarum præconio continebatur per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est, *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Sed huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in *Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret*: vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet. Videat modo Anonymus, quò pacto possit adducere S. Leonem pro sua sententia.

Ad secundum locum D. Gregorij *lib. 4. in 5. Reg. in quo D. Paulus dicitur effectus Caput nationum, & obtinuisse totius Ecclesiæ Principatum.* Respondeo hæc Encomia non solum dari posse D. Paulo, sed etiam aliis Apostolis: nam vt optimè obseruat Duallius Doctor Sorbonicus *tract. de Rom. Pontif. part. 1. quæst. 3.* Apostoli ratione gubernationis, fuerunt nationum Capita, sed tamen non eodem modo, quo Petrus; illi enim in gubernatione Ecclesiæ summam, & amplissimam potestatem, vt Legati, & Apostoli sortiti sunt. At verò Petrus, tanquam Pastor ordinarius eam habuit. Et idèd, Paulus, & Apostoli particularia Ecclesiarum vocantur capita ab ipso met D. Gregor. *lib. 4. Epist. 38.* Petrus verò, totius vniuersalis Ecclesiæ. Deinde assero non solum Paulum, sed etiam alios Apostolos obtinuisse Ecclesiæ Principatum: nam, vt obseruat Bouerius *Controuers. tom. 2. lib. 1. Demonstr. 6. Symboli, art. 5. fol. 293.* Apostoli tamen si Petrum sibi, ac toti Ecclesiæ Prælatum à Christo agnoscerent, tamen cum extraordinaria pro Christo legatione fungerentur vniuersas orbis Ecclesias sibi subiectas habebant, & idèd omnes Apostolicum ius exercere poterant. Itaque D. Gregorius quando asserit Petrum, & Paulum obtinuisse Ecclesiæ Principatum. Respondeo distinguendo, quòd Paulus, & alij Apostoli obtinuerunt Principatum Ecclesiæ, ratione potestatis extraordinariæ, quam habebant in totam Ecclesiam; Petrus verò, ratione potestatis ordinariæ, & tanquam Caput. Vide etiam Cardinalem Baronium *tom. 1. ann. 34.* exponentem hunc locum ab Anonymo adductum.

Nec obstat, alia auctoritas D. Gregorij asserentis in oratione de D. Paulo, & Petro. *Deus qui ligandi, soluendique licentiã suis Apostolis contulisti, &c.* Nam respondeo, hæc verba etiam aliis Apostolis competere, nam vt re- & obseruat Cardinalis Baronius *tom. 1. ann. 34.* Christus dixit eis, Quæcūque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcūque solueritis super terram, erunt

erat soluta, & in Cælo. Sed in his verbis, vt rectè no-
cat Bañez in 2. 2. *quest. 2. art. 10. fol. 326.* non infertur
aliqua potestas Iurisdictionis, sed Ordinis: ergo ma-
lè pro Primatu Pauli adducuntur. Dicendum est igi-
tur cum Tannero *tom. 3. disput. 1. quest. 10. dub. 2. num.*
96. Petro soli nominatim Claves soluendi, & ligandi
traditas esse, tanquam supremo patrifamilias & gu-
bernatori Ecclesiæ, Paulo verò, & reliquis Aposto-
lis, vsus potius elauium, quam absoluta potestas ac
possessio clauium tradita est; sed de hoc infra iterum
redibit sermo.

Verùm quia Anonymus adducit pro sua sententia
D. Gregorius, sentiat quid ipse asserat clarè loquens
de Primatu Ecclesiæ. Apertè enim D. Petro tribuit, &
nihil loquitur de Paulo; vide *lib. 1. quest. 24. lib. 3. Epist.*
33. lib. 6. Epistol. 37. & lib. 4. cap. 32. ad Mauritium
Imperatorem scribens sic ait: Cunctis Euangelium
scientibus liquet, quòd voce Dominica *Sancto & om-
nium Apostolorum Principi Petro Apostolo totius Eccle-
sia cura commissa est.* Ipsi quippe dicitur, *Petre ama-
me? Pasce oues meas, &c.* Ecce claves Regni cœlestis
accipit, potestas ei ligandi & soluendi tribuitur, cura
ei totius Ecclesiæ, & Principatus committitur. Imò
idem D. Gregorius apertè fatetur, Petrum habuisse
Ecclesiæ Primatum, & Paulum ei fuisse inferiorem; sic
enim loquens de correctione facta Petro à Paulo, asse-
rit *Homil. 18. in Ezecb.* Quatenus, qui primus erat in
Apostolatus culmine, & primus esset in humilitate.
Pensate ergo in quo mentis vertice stetit Petrus, qui
Epistolas Pauli laudauit, in quibus scriptum se vitupe-
rabilem inuenit. Ecce à MINORI suo reprehenditur,
& reprehendi non dedignatur, sed caueat Anonymus,
responsonem hæreticorum asserere, nempe, Paulum
minorem esse Petro ætate; nam D. Gregorius clarè
mentem suam aperuit, nempe in quo D. Petrus se ma-
iorem minoremve Paulo dicat, asserit enim: *Vi qui
primus erat in Apostolatus culmine, esset primus in humi-
litate.* Ergo ista verba constituunt Petrum Paulo ma-
iorem, non solum ætate, sed dignitate. Ergo in ordine
ad Primatum Ecclesiæ, standum est verbis claris D.
Gregorij, qui apertè Petro solo tribuit.

Ad tertiam auctoritatem Hadriani 1. *Epistol. ad
Constantinum, & Helenam Imperat.* in qua Anonymus
notat ponderanda omnia, nempe, *quod Papa Petri &
Pauli Vicarij, eorumque Throni successores dicuntur, quòd
Ecclesia Romana, eorum Ecclesia; quòd Petrus, & Pau-
lus Apostolorum Coryphæi, & Orthodoxæ fidei funda-
tores appellantur. Sed hoc maxime, quòd eorum virif-
que collata à Deo potestas ligandi & soluendi peccata in
Cælo & in terra dicitur.* Respondeo, & concedo totum.
Ergo Petrus & Paulus fuerunt æquales in regimine; di-
co bardam esse consequentiam: nam diuerso modo,
omnia supradicta competunt Petro, & comperunt Pau-
lo. Itaque dicuntur Pontifices Vicarij & Successores D.
Petri, & D. Pauli, diuersa tamen ratione, vt obseruat
Beatus Ioannes à Capistrano *de Auctorit. Papa. part. 3.*
fol. 113. Dicuntur Petri Vicarij, & Successores, in plen-
titudine potestatis, Pauli verò in plenitudine legali-
tatis, id est scientiæ. Dicitur Ecclesia Romana, D. Pe-
tri & D. Pauli, rectè quidem; quia ambo illam prædi-
catione, & martyrio fundarunt, & Episcopi fuerunt,
Petrus tamen propriè, ac titulo; Paulus verò, ordine, &
officio adiutoris, & idè quia Paulus fuit focus &
collega Petri in fundanda Ecclesia Romana, rectè di-
xit Hadrianus Pontifex *illam esse Ecclesiam Petri, &
Pauli.* Ergo Paulus fuit in Primatu cum Petro, nego
consequentiam. Dicuntur etiam ab Hadriano, *Pe-
trum, & Paulum Coryphæi;* sed vt vult Coëffeteau contra
M. Antonium de Dominis *tom. 1. lib. 1. cap. 4. nu-
mer. 2.* Petrus iurisdictionis auctoritate, Paulus meri-
to doctrinæ, vel vt asserit Bellarminus *libro primo de
Antonini Diana Pars I X.*

Rom. Pontifice, cap. 27. quia Petrus institutus est Ca-
put & Pastor omnium, Paulus, quia munus Aposto-
licum exuberantissimè adimpleuit. Dicuntur Petrus, &
Paulus, Orthodoxæ fidei fundatores, concedo; & hoc
etiam de omnibus Apostolis dicendum est, vt docet
D. Ignatius *Epist. 5.* ergo Paulus, & alij Apostoli fue-
runt Petro æquales; nego, consequentiam: nam diuer-
so modo Petrus fuit fundator fidei, ac Paulus, & cæteri
Apostoli: Paulus, & Apostoli fundatores fidei fuerunt,
sine tamen Petri præiudicio, quia ipsi Ecclesiam fun-
darunt in sanguine Christi propriis sudoribus, & labo-
ribus: Petrus verò singulari modo dicitur fundator fi-
dei, quia supponimus Rectorem, & Gubernatorem
Ecclesiæ institutum fuisse. Dicitur itaque Petrus fun-
damentum Ecclesiæ, & fidei, quia dictum fuit ei à
Christo: *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam;*
Paulus verò vocatur Ecclesiæ, & fidei fundamentum,
eo quod diuina luce collustratus, egregios pro Ecclesia
Dei labores susceperit, eam aduersus Pseudo Apostolos
magna constantia, ac zelo defenderit, ac nihil non
gesserit, vt omnes Christo lucrificeret. Vide Tannerum
tom. 3. disput. 1. quest. 4. dub. 2. num. 96. Valentiam tom.
3. disput. 1. quest. 5. punct. 7. §. 28. Turrianum in 2. 2.
tom. 1. disput. 15. dub. 1.

Et tandem concedimus potestatem ligandi, & sol-
uendi Petro, & Paulo fuisse concessam; sed diuersa
ratione, vt infra probabimus, & docet Duallius *de
Rom. Pont. par. 1. quest. 2.* Nam Paulus, & alij Apostoli
acceperunt quidè quandam auctoritatem quoad
vsus Clauium, vt scilicet clauderent Cælum, aut ape-
rissent, retinendo, vel remittendo, seu quod idem est,
soluendo, vel ligando peccata. *Matth. 28. Ioann. 20.*
Claves autem ipse, hoc est, plena, atque summa pote-
stas id omni ratione faciendi Petro soli promissæ, at-
que aded tributæ sunt. Vide Valentiam *tom. 3. disput. 1.*
quest. 1. punct. 7. & Pitigianum *in 3. sem. tom. 2. dist. 25.*
q. 2. art. 1. circa finem.

Ad quartam auctoritatem Nicolai I. *Epist. 1. ad Mi-
chaelem Imperatorem, in qua asseritur Paulum Aposto-
lorum Principem in Ecclesia Romana tanquam luminare
maius diuinitus constitutum, & non à Petro, sed à Domino
facultatem potestatis super vniuersam Ecclesiam recepisse;*
sed omnia hæc non faciunt Paulum Petro æqualem
in Primatu; quia Paulus vocatur Princeps Apostolo-
rum, vt supra vocatus fuit ab Hadriano I Coryphæus
Apostolorum: igitur fuit Princeps Apostolorum me-
rito doctrinæ, non auctoritate iurisdictionis, vt Petrus.
Sic Coëffeteau, & Bellarminus paulò ante. Et idè
omnes Apostolos S. Leo *serm. 3.* vocauit Principes Ec-
clesiæ. Dicitur autem luminare maius, quia vt ipsemet
Paulus asserit in fundanda Ecclesia plus omnibus
aliis Apostolis laborauit, & idè obseruauit Nucleus
de Monarchia *tom. 1. parte 2. libro 4. cap. 10.*
Paulum non fuisse assignatum Episcopum alicuius
Ecclesiæ particularis; quia in omnibus Ecclesiis debe-
bat laborare. Dicitur potestatem non à Petro, sed à
Domino accepisse; sed quid ad rem? Hoc enim de
omnibus Apostolis dicendum est; & idè quoad hoc,
omnes sunt æquales Petro, manente tamen illibato
eius Primatu.

Et idè Granadus *in 2. 2. Controuers. 1. tractat. 7.*
disput. 1. sect. 2. numer. 10. docet, & supra nos etiam
docuimus, Apostolos fuisse æquales in Apostolica
dignitate, in eo nimirum quòd à Domino electi sunt
tanquam fundamenta Ecclesiæ, & iurisdictionem ac-
ceperunt in vniuersum Orbem, id quòd tantum
voluit S. Cyprianus *libro de unitate Ecclesia,* dum
dixit: Apostolis omnibus post resurrectionem tri-
butam fuisse parem potestatem: nam quòd Petrus
fuerit omnium Caput, ipsemet ibidem testatur, &
probat ex Euangelio; & eodem modo Victor Episcopus

pus Carthaginensis in *Epistola Synodica, qua legitur tom. 2. in Concil. Lateranensi sub Martino I. consuli. 2.* dicit: Omnes Apostolos pari honoris, & potestatis consortio præditos. Excelluit ergo Petrus in eo, quod cæteri Apostoli erant illi subiecti, non autem sibi inuicem; & in eo etiam quod Petrus hanc in vniuersum Orbem iurisdictionem habuit ex officio, cæteri ex delegatione. Itaque concedimus Aduersariis, Paulum non accepisse facultatem in vniuersalem Ecclesiam à Petro, & id certum est: ergo fuit æqualis Petro in Primatu: hoc negamus, & est impertinens consequentia. Itaque pro Papatu Pauli, nihil officit auctoritas adducta Nicolai I. sed Anonymus pro sua firmanda sententia relinquit Pontifices, & transit ad Patres.

Responsiones ad loca Sanctorum Patrum.

Itaque adducit primò plura loca D. Chrysoctomi, & incipit ex *homil. 18. in Epist. ad Romanos*, vbi asserit: *Christus S. Paulo omnem Euangeli prædicationem omnia vniuersi mundi negotia, mysteria sua, & omnem denique Ecclesia administrationem concedit.* Sed hæc farina desumpta ex pistrino M. Antonij de Dominis, qui hunc locum Chrysoctomi perperam, vt Anonymus adducit. Sed respondeo, hæc verba, posse etiam competere omnibus Apostolis, præcipuè tamen competunt Paulo, qui, vt ipse fatetur, habuit sollicitudinem omnium Ecclesiarum; sed nullam mentionem faciunt de Primatu, vt rectè obseruat Episcopus Coëfeteau *tom. 1. lib. 1. c. 11. fol. 287.* contra M. Antonium de Dominis. At Anonymus quod est de prædicatione dictum, semper perperam more suo, ad gubernationem transfert.

Secundò adducit verba *Homil. 2. in Epist. ad Romanos*, vbi ait: *Quæri tunc temporis non potuisse à Paulo, cur sese in magna huius Urbis regimen, seu gubernationem ingereret, respondisset enim hanc sibi necessariam esse curam vixit à Deo imperatam:* ergo ex hoc sequitur Paulum Petro fuisse æqualem in Primatu; nego consequentiam. Nam Paulo fatemur verè hanc potestatem imperatam fuisse à Deo, vt Delegato, Petro verò vt Ordinario. Vide Bannez *in 2. 2. quest. 1. artic. 10. fol. 327.* Vel dicendum est ex doctrina Caietani *opusc. 1. de Auctor. Papa cap. 3.* apud Chrysoctomum verbum *regimen* significare executionem, non auctoritatem regiminis, quod sonat imperium. Verum, ait Caietanus, quia vnum pro alio quandoque poni potest, si etiam inueniretur paritas in auctoritate regiminis, piè exponendum esset, pro executiua potentia, dedit enim Saluator omnibus Apostolis communiter vt exequi possent in eis, ad quos mittebantur, omnia quæ poterat exequi Petrus, puta instituere Ecclesias, Episcopos docere, excommunicare, &c. Petro autem absolutè dedit potestatem omnium. Et si Paulus aliquo modo, id est, executiue erat par Petro quantum ad defensionem fidei, vt ex secunda secundæ dictum est. Et si non penetras differentiam hanc, inter potestatem executiuam, & præceptiuam, vide illam in exemplo, Episcopi habent officium prædicandi, & Fratres Prædicatores habent officium prædicandi (cum ad hoc instituti sint) sed differenter, quia Episcopi ex propria auctoritate hoc faciunt, Fratres verò Prædicatores auctoritate Papæ delegantis eis id officium, hanc prædicationis exercendæ potestatem. Sic enim proportionaliter de potestate gubernandi Ecclesiam in Petro, & aliis Apostolis fuit: Petrus enim ex propria sui Pontificatus officij auctoritate gubernabat, alij verò Apostoli ex priuilegio Domini, delegantis eis gubernatoris officium. Hucusque Caietanus; vnde patet responsio ad verba Chrysoctomi ab Anonymo adducta.

Tertiò adducitur *Homil. 7. in Epist. ad Ephes.* vbi

asseritur: *Petrum, & Paulum ambos ea, quæ sursum sunt & deorsum, & ipsas Cæli & terra clauas hereditas accepisse, & possedisse.* Respondeo esse verba emphatica; & diuerso modo, vt supra probatum est, Clauas Paulus, & cæteri Apostoli acceperunt, quàm Petrus. Audi Origenem *tract. 6. in Matth. ferè in medio.* Quoniam oportebat, inquit, aliquid maius habere Petrum, ideò illi quidem sic dicit; Et tibi dabo clauas Regni Cælorum, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata, & in Cælis. Non ergo modica differentia est, quod Petro quidem sint datæ clauas non vnius Cæli, sed multorum Cælorum, vt quæcunque ligauerit super terram, sint ligata non tantum in vno Cælo, sed in omnibus Cælis, & quæ soluerit super terram, sint soluta non solum in vno Cælo, sed in omnibus Cælis. Ad eos autem, qui malis sunt ligatores, & solutores in terra, sic dicit, vt soluant, & alligent non in Cælis, sicut Petrus, sed in vno Cælo, quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus. Item Beatus Leo *Epistola 89. ad Episcopos per Viennensem Prouinciã constitutos:* Petro, inquit, *pra cæteris tradita soluendi, atque ligandi potestas.* Vide acutissimum Caietanum *tract. 3. de Roman. Pontif. Institut. cap. 5.* vbi doctè docet differentiam traditionis clauium factæ Petro, & aliis Apostolis à Christo Domino: quod etiam facit Pitigianus *in 3. sentent. tom. 2. dist. 25. quest. 2. art. 1. in respons. ad argument. & Ioannes Vviggers in 2. 2. D. Thoma de Pontifice quest. 1. art. 10. dub. 1. n. 39.*

Quartò asserit verba *in cap. 2. ad Galatas* explicans verba Pauli, qui dedit Petro in Apostolatam dedit, & mihi inter gentes. *Non se.* (asserit) comparat Paulum aliis Apostolis, sed eorum capiti ostendens eandem dignitatem virique collatam fuisse. Respondeo cum M. Antonio Capello *in disput. 1. de summo Pontificatu Petri, cap. 12. Salmeronio tom. 15. disput. 24. in Epist. 2. ad Galatas fol. 105. Tannero tom. 3. disput. 1. questio. 4. dub. 2. n. 98. & 99.* & aliis communiter, quod in dictis verbis D. Pauli *ad Galat. 2.* nulla mentio de Primatu efficitur, sed tantum de prædicatione. Ergo verba D. Chrysoctomi adducta non sunt intelligenda de dignitate Primatus, sed de dignitate Apostolatus; & ideò Paulus dictus est Apostolus Gentium, Petrus Apostolus Iudeorum; sed hoc non arguit eorum paritatem in Primatu, vt optimè obseruat Campegius *de potestate Roman. Pontific. cap. 11. num. 7.* & nos latè in priori Disceptatione probauimus.

Quintò in proscenium adducit locum *Homil. 1. Epist. ad Romanos.* Ibi enim dicitur mutatum fuisse Pauli, sicut & Petro nomen, vt eandem, quam habebat Petrus Capus Apostolorum super eos prærogatiuam, & ipse haberet. Respondeo, & fateor supra omnes alios Apostolos Paulum & Petrum habuisse prærogatiuam mutationis nominum. Sed si aliquis, ex hoc infertet; ergo Paulus in Primatu fuit æqualis Petro; anathematizet talem consequentiam, tanquam nimis impertinentem: distat enim nimis mutatio nominis à Primatu. Adde quod, vt optimè obseruat Becanus *in Manuali controuers. lib. 1. cap. 4. num. 45.* sola mutatio nominis in Petro, non indicaret Primatum, & eminentiam eius super omnes alios Apostolos, nisi simul adiuncta esset cum aliis prærogatiuis Petri, quæ simul sumptæ eius indicant Primatum, videlicet. Primò, quod quando in Euangelio recensentur nomina Apostolorum, semper primo loco ponatur Petrus. Secundò, quod Scriptura loquatur de Petro, tanquam de Principe: de aliis Apostolis, tanquam de subditis. Tertio, quod Petrus sæpè loquatur nomine omnium Apostolorum, tanquam illorum Antesignanus. Quarto, quod inter omnes Apostolos, soli Petro facta sit prima reuelatio diuinitatis Christi. Quintò, quod soli Petro inter Apostolos promissa sit stabilitas fidei, & Cathedræ. Sextò, quod Christus pro solo Petro, & seipso voluerit,

oluerit tributū solui in Capharnaum. Septimò, quod ost Resurrectionem inter omnes Apostolos, soli Petro ritum apparuerit. Octauo, quod Petrus sua auctoritate vocauerit alios ad electionem noui Apostoli, in eorum Iudæ proditoris. Nondò, quod primus promulauerit Iudæis Euangelium, post acceptum Spiritum sanctum. Decimò, quod primum miraculum apud Iudæos fecerit, in confirmationem Euangelij. Decimò primò, quod etiam primus prædicauerit gentibus Euangelium, & quod ipsi soli oblata sit visio cœlestis, de uocatione gentium. Decimo secundò, quod primus in Concilio Hierosolymitano sententiam dixerit. Igitur nalè Anonymus ex sola mutatione nominis Pauli in Petrum, Primatum Ecclesiæ habuisse, ut habuit Petrus; nam Primatum in Petro arguimus, non ex sola mutatione nominis, sed simul ex aliis prærogatiuis supra enumeratis, quibus caret Paulus.

Sextò, profertur locus in *cap. 1. Epist. ad Galatas*, ubi dicitur: Paulum Petro nulla re indignisse, nec illius voce, sed illi dignitate parem fuisse. Respondet, & angor sœpius eadem reperere, sed Anonymus ad id me agit. Dico igitur verum esse Paulum Petro vlla in re indignissimè & dignitatem parem fuisse; nam à Christo immediate accepit potestatem, & dignitatem Apostolatus, & non à Petro; sed non ex hoc sequitur, in Primatu uisse æqualem Petro; quando igitur Chrysostronus dicit, Paulum parem fuisse dignitate; intelligitur de dignitate Apostolatus, non de dignitate Primatus. Et idè dicitur in *cap. eo minus dist. 19. Huius muneris Sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit; at in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summò principaliter collocauit*. Quibus verbis apparet, conformitas quædam æqualitatis, paritatisque non munere, officioque communi omnium horum primorum, Christi Discipulorum: quod omnes essent Apostoli, missi in omnem terram, ad prædicandum omni creaturæ Euangelium. At distinctio magna iurisdictionis, & auctoritatis, quod omnes, licet immediata Christi concessione, creati sunt Apostoli, à Sancto Petro, in iuridica functione penderent, eius subditi potestati: sicut iubente, & ordinante Domino, pasce oues meas, his verbis illum suæ Monarchicæ dominationis, per participationem consortem faciente. Vide Duallium *de Roman. Pontif. part. 1. q. 2. Campegius de potest. Rom. Pont. cap. 11. num. 2. & alios communiter*.

Et tandem concludit Anonymus D. Chrysostronum innumeris locis vocasse Paulum etiam seorsim à Petro Principem, Ducem, Coryphæum Apostolorum, primum omnium primum à Christo, quæ omnia subordinationem, & dependentiam à Petro non sonant, sed potius æqualitatem. Sed hoc vltimum gratis dicitur, & prorsus negandum est; & quo sensu Paulus dicatur Princeps, Dux, Coryphæus Apostolorum & primus omnium, superius explicatum est, & inferius etiam explicabitur.

Sed contra Anonymum necesse est adducere aliqua loca D. Chrysostroni, in quibus loquens apertè de Primatu, illum Petro tribuit. Et idè non deseram hic apponere eius verba *Homil. 87. in Ioannem*, sic enim ait: Pasce oues meas. Cur tandem aliis prætermissis de his solum Petrus effatur? *Singularis, siue eximius ex Apostolis, & os discipulorum, & cæcus vertex erat*. Idèque comparatione D. Pauli, de quo continenter addit. Idcirco & Paulus ascendit, ut eum studiosè videret præter cæteros. *Et Homil. 55. in Mattheum*, ait: Petrum Pastorem, & Caput fuisse, & vniuerso terrarum Orbi à Christo præpositum. *Et Homil. 17. ex variis Matthei locis*, asserit: Princeps Apostolorum Petrus, super quem Christus fundauit Ecclesiam. Vide eundem *lib. 2. de Sacerdot. hom. 2. de Encom. Petri, & Pauli*. Vide Coëffeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 111. num. 25. ubi*

contra M. Antonium Spalatrensem ex etius peno Anonymus multa desumit, ex multis aliis locis D. Chrysostroni probat, illum in ordine ad Primatum, Petrum Paulo prætulisse.

Verum deueniamus ad auctoritates desumptas à D. Ambrosio, siue ut ipsemet fatetur à Pseudo Ambrosio.

Primò, in *cap. 1. Epistol. ad Galatas*, ait: Paulum à Petro visum propter affectum Apostolatus, & ut sciret Petrus hanc sibi datam licentiam, quam ipse acceperat. Concedo Paulum non eguisse licentia Petri ad prædicandum Euangelium, cum hanc à Christo immediate acceperit, ut cæteri Apostoli: ergo fuit par Petro in Primatu, nego consequentiam: non enim valet argumentum de prædicatione ad iurisdictionem. Vide M. Antonium Capellum *disput. 1. de Pontif. B. Petri cap. 11. & alios communiter*.

Secundò, in *cap. 2. Epist. eiusdem*, ait: Gratiam Primatus sibi vendicat soli concessam à Deo, sicuti & soli Petro concessa est inter Apostolos. Distinctione opus est. Duplex est Primatus. Primatus Iurisdictionis, & Primatus prædicationis. Primatus Iurisdictionis solus Petrus accepit: dixit enim Rupertus Abbas in *Euangel. lib. 2. cap. 25. Primatum esse vnum, & singulare vniuersi Petri priuilegium*: Primatum verò prædicationis, Petrus & Paulus à Christo acceperunt; hoc modo videlicet, ut optimè obseruat Ioan. Driedonius *tom. 1. lib. 4. cap. 3. part. 3. fol. 237. quia Petrus designatus est ad prædicandum Iudæis; (& idè dictus Apostolus Hebræorum) Paulus verò designatus ad docendas gentes, & idè Apostolus gentium dicitur; sed hoc intellige salua facultate quam alij Apostoli, & ipse Petrus, & Paulus habebant vbique, & promiscuè prædicandi tam gentibus, quam Iudæis. Sed obserua versuriam Anonymi, qui, ut talem responsum effugeret, non adducit verba, quæ D. Ambrosius ante dixerat. Itaque totus locus Ambrosij sic ait. Ab Apostolis, qui clariores inter cæteros erant, quos & firmitatis causa, columnas appellat, quique cum Domino semper in secretis fuerant, gloriam eius digni in monte respicere: ab his itaque probatum dicit donum, quod accepit à Deo, ut dignus esset habere *Primatum in prædicatione gentium, siue & habebat Petrus in prædicatione Circumcisionis*. Et sicut dat Petro socios viros egregios inter Apostolos, ita & sibi iungit Barnabam, qui Diuino iudicio ei adiunctus est; gratiam tamen Primatus sibi soli vendicat concessam à Deo, sicut & soli Petro concessa est inter Apostolos. Ita Ambrosius. Sed Anonymus hæc vltima verba adducit, & tacet priora; & tamen vltima verba explicantur à prioribus, in quibus Ambrosius, (ut clarè legentibus patet) non agit de primatu regiminis, de quo est quæstio, sed de Primatu prædicationis. Vnde apparet quo pacto Anonymus non querit veritatem, sed voluit, & reuoluit se ad nos fallendum, ut melius potest.*

Tertio, adducit locum Ambrosij in *2. cap. eiusdem Epistol. ad Galatas*, sic asserentis. Quis eorum, nempe Apostolorum, auderet Petro primo Apostolorum, cui Claves Regni Cœlorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se non imparem constanter improbare, quod ille sine consilio fecerat. Sed miror, hunc locum Ambrosij adducere Anonymum: cum habeat capillos nimis canos, & ad illum responderint omnes Theologi, & eorum Antesignanus Diuus Thomas in *cap. 2. Epistol. ad Galatas. lect. 2. & glossa in cap. Paulus, & Petrus 2. quæst. 7. nempe Paulum fuisse parem Petro in meritis Apostolatus, non in administratione regiminis. Vide etiam Cardinalem Turcrematam in *summa de Eccl. lib. 2. cap. 13.**

Quarto, adducit verba in *Epistol. 2. ad Corinthios. cap. 11. Hoc ergo dicit (nempe Paulus) quia minor non est, neque in prædicatione, neque in signis faciendis, Aposto-*

lis prædecessoribus suis non indignitate, sed tempore. O bone Deus, ad quid deseruiunt verba ista pro Primatu Iurisdictionis, cum nihil de ipso agant, & loquantur tantum de prædicatione, & miraculis. Patientia nobis necessaria est, ut dixit Christus in Euangelio. Sed, ut verum fatear, hæc verba, & alia, quæ ultimo adducit Anonymus ego non inuenio in meo Codice apud Ambrosium. Sed modò sentiat Anonymus quid dicat iste Pseudo Ambrosius, quando loquitur clarè de Primatu Ecclesiæ; explanans enim illa verba ad Galatas primo. Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum, sic inquit. Dignum fuit videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum. Vide quomodo in his verbis clarè designet Primatum Petri.

Ad tertiam auctoritatem D. August. *Sermone 25, de Sanctis*, sic asserentis: Christus etsi Petrum priorem, tamen ambos (Petrum scilicet, & Paulum) vno ditauit honore. Respondeo malè ab Anonymo hæc verba citari pro honore Primatus; sunt enim intelligenda de honore, & vocatione ad Apostolatam. Et ita tenet, ut patet ex Dominicanorum inelyta Familia Petrus de Soto in *Defensione Catholica confessionis, cap. 89. part. 3.* vbi docet, quoad honorem Apostolatus Paulum non fuisse inferiorem Petro; & ita etiam docet Sixtus Senensis in *Bibliotheca lib. 6. Annot. 271.* nam sicut Christus Petrum ad Apostolatam immediatè sumpsit, sic etiam & Paulum, & idè dicuntur (ut loquitur Augustinus) vno honore ditari, manente tamen Primatu penès solum Petrum. Et idè, in fine dicti sermonis, dicitur: Beatissimum Petrum Piscatorem modo genibus prouolutis adorare gentium multitudinem. Quod apertè patet apud eundem Augustinum *lib. 2. de Baptism. contra Donatistam, cap. 1.* vbi sic ait: In scripturis sanctis didicimus, Apostolum Petrum, in quo PRIMATVS Apostolorum, tam excellenti gratia præminet, aliter quàm veritas postulat de circumcissione agere solitum à POSTERIORI Apostolo Paulo fuisse correctum. Vide quo pacto Diuus Augustinus Primatum regimini in solo Petro cognoscat, & ei Paulum inferiorem faciat. Hinc idem Augustinus in *Psal. 108.* asseruit Petrum Primatum in discipulis habuisse. Vide eundem Diuum Augustinum *quæst. 75. ex nouo Testam. tract. 56. & 66. in Joannem serm. 13. de verbis Domini. Epist. 108. & 165. serm. 124. de temporibus. Et lib. 1. de Baptism. cap. 15.* ait: Vnus est Petrus, qui figuram Ecclesiæ gerat. Et rursus. Vni Petro in typo vnitatis Dominus dedit potestatem. Idem alibi *Serm. 27. de Sanctis*, Paulum cum Petro laudans asserit. In vno Petro figurabatur vnitatis omnium Pastorum. Agnoscat igitur Anonymus, quod quando D. Augustinus apertè loquitur de honore Primatus, illum soli, & vni Petro tribuat; itaque locus adductus ab ipso, intelligendus est de honore Apostolatus.

Ad quartam auctoritatem Maximi Taurinensis Episcopi *Homil. 4. in natal. Apostol. Petri, & Pauli*, in qua sic asseritur. Quos pro iustitiæ pietatisque plenitudine Saluator mundi, humano generi, & Patres dedit esse, & Iudices. Respondeo, quod hoc non solum concedimus Petro, & Paulo, sed omnibus Apostolis, nonne de iis canit Ecclesia in Hymno. Vos sæcli iusti Iudices &c. Dicere autem cum Anonymo, apud Maximum idem esse Iudicem humani generis, ac habere Clauem Potentiæ, super humanum genus, & ita sic se explicat *Homil. 1. in eodem natali*, in quo Petrum, & Paulum Clauem Cœli occupasse, ait. Et Ecclesiarum omnium Principes dispensatione Cœlesti factores esse dicit.

Sed respondeat mihi Anonymus, si Maximus eo quod dixit, Paulum recepisse Clauem Cœli, accepit æqualem Primatum cum Petro, & Clauem Potentiæ.

Ergo omnes Apostoli fuerunt etiam Pontifices ut Petrus. Probo consequentiam, quia Diuus Hilarius lib. 6. de Trinitate docet Apostolos accepisse Clauem Regni Cœlorum, sic enim ait. Vos, o sancti Beati viri (Apostolos alloquitur) ob fidei vestræ meritum Clauem Regni Cœlorum sortiti, & ligandi atque soluendi in cœlo, & in terra ius adepti, &c. Quid respondebit Anonymus? videat in quas angustias se iniecit. Si Paulus accipiendo Clauem Regni Cœlorum, Papa effectus est, etiam Apostoli Pontifices erunt; quia secundum Hilarium etiam illi Clauem acceperunt.

Habebimus itaque tredecim Pontifices, Petrum cum duodecim Apostolis, & Paulum. Dicendum est itaque contra illum, quod quando aliqui Patres asserunt, Paulum, & alios Apostolos Clauem Regni Cœlorum occupasse, hoc non eodem sensu est intelligendum, quo Beato Petro promissæ, & traditæ sunt, scilicet principaliter, & ut supremo Ecclesiæ post Christum Rectori, & Ianitori: sed eatenus Apostolos quoque easdem accepisse; quatenus videlicet ius etiam ligandi, & soluendi à Christo sunt consecuti, quod ius, Clauium potestas quidem in se quoque concludit, & possidet, sed longè tamen latius patet, & sese extendit generale nimirum, & supremum Ecclesiæ regimen designans, atque complectens, quod vni solique Petro, non aliis Apostolis à Christo promissum, & datum esse Hilarius non obscure fatetur, cum ait, Sanctum Petrum sua fidei confessione quam solus, tacentibus cæteris Apostolis, ediderat supereminens locum, promeruisse. Quatenus igitur Clauium potestas ligandi, & soluendi, remittendi item, & retinendi peccata facultatem includit, suo, sed non pari modo, cæteris Apostolis cum Beato Petro est communis, licet illa sub nomine Clauium, illis nec data sit nec promissa; quatenus verò Primatum, & generalem totius Ecclesiæ, ac supremam curam, & moderationem, omnium Christi fidelium designat. Et ita in hoc sensu dixit Optatus Mileuitanus *lib. 1. contra Parmenionem, solus Petrus clauem accepit: Vnde* (ut superius explicatum est) locum D. Hilarij explicat Franciscus Agricola *tract. de Primatu S. Petri cap. 3. fol. 47.* Vide etiam Valentianum *tom. 3. disput. 1. quæst. 1. par. 7. §. 28.* Quando verò Maximus asserit Petrum, & Paulum dispensatione diuina factos esse Principes omnium Ecclesiarum. Respondeo: Quod sicut Petrus, & Paulus dicuntur Principes Apostolorum non in eodem, sed in diuerso genere; sic & in nostro casu dicuntur facti fuisse Principes omnium Ecclesiarum. Petrus quò ad Primatum, & supremum regimen, Paulus verò in ordine ad prædicationem. Etenim alij Apostoli fuerunt, ut Episcopi alicui particulari Ecclesiæ addicti, Paulus verò nulli; quia omnes Ecclesias prædicando debebat sua sapientia erudire. Et idè Isidorus Pelusiota *lib. 3. Epistol. 176.* sic ait: Vnusquisque Apostolorum, ut ita dicam, vna regione suscepta, eam vprimè informauit: Paulus verò tanquam alatus agricola, orbem penè vniuersum perlustrauit, & ad ipsos terræ fines vltimos peruenit. Ex hoc ergo dicitur factum fuisse Principem omnium Ecclesiarum. Vnde agnoscat Anonymus loca Patrum in quibus videtur triumphare, ut futurum eualescere, quia ab ipso malè sunt intellecta, & simul audiatur, quando Maximus quem ipse citat loquitur apertè de Primatu Ecclesiæ quid sentiat, sic enim ait *Hom. 1. Hic est Petrus cui Christus ascensurus ad Patrem pascendas ouiculas suas agnosque commendat, ut quos ille pietate miserationeque redemerat, hic fidei suæ virtute seruaret, & rectè sanè ei arbitretur occulorum Dei filius pascendus oues suas euandasque commisit, cui nouerat in nutriendo grege Dominico, nec studium deesse, nec fidem. Et homil. 3. de iisdem.* Quanti ergo meriti apud Deum suum, Petrus erat, ut ei post nauicula parue remigium totius Ecclesiæ gubernacula tradidit?

Ad quintam auctoritatem Sancti Fulgentij *Ser. 58. in natal. Apostol. ita aientis.* O beata Apostolorum merita, ut vna duobus concessa sit gratia, &c. Hic nota, ait Anonymus, vnam ambobus gratiam datam, non ab alio quàm à Christo. Concedo totum, nam rectè ipse Paulus *ad Galat. 2.* dixit, creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatū circumcisionis, operatus est mihi inter gentes. Quæ quidem verba (ut probat Cardinalis Turrecremata *in summa de Ecclesia lib. 2. cap. 13.* & Cardinalis Baronius *tomo primo anno 38.* & alij Theologi communiter) non sunt intelligenda de Primatu, sed de prædicatione. Itaque quando Diuus Fulgentius asserit, vnam gratiam Petro, & Paulo datam fuisse, intelligendus est de gratia Apostolatus, & prædicationis: fuerunt enim ambo in hoc æquales: & idèd Petrus dicitur Apostolus circumcisionis, Paulus præputij. Nam ex speciali quodam Dei mandato, & spiritus instinctu, præcipua, præter Gentiles, Iudeorum cura, Petro, ut Apostolo commissa fuit: præcipua gentium, præter Iudeos Paulo credita; ita ut posset tamen vnusquisque & gentibus, & Iudeis promiscuè euangelizare, ut de facto fecerunt. Vide Bellarminum *de Roman. Pont. lib. 1. cap. 16.*

Ad sextam auctoritatem Primasij Vticensis Episcopi *in Epistol. 2. ad Galat. asserentis.* Non illi (id est Petro ait Paulus) sum inferior, quia ab vno simul ambo in vnum ministerium ordinati; Concedo Paulum Petro non fuisse inferiorem in ordine ad Apostolatū, quia fuerunt à Christo ambo ad dictū ministerium ordinati. Ergo Paulus fuit æqualis Petro in Primatu, nego consequentiam: nam non valet argumentum de Apostolatu ad Primatum. Vnde clarè patet, Anonymum coaceruare Sanctorum Patrum auctoritates, quæ ad rem non faciunt; Et recognoscat Sixtum Senensem *in Bibliothec. lib. 6. Annot. 269.* vbi adducit hunc locum Primasij ab Anonymo adductum, & negat ex illo posse deduci æqualitatem Pauli cum Petro, quoad regimen, benè quidem quò ad Apostolatū, docendi officium, & Euangelicæ prædicationis curam.

Ad septimam auctoritatem Synodi Oecumenicæ Octauæ *in Syn. Epistol. ad Adrian. 2.* vbi sic asseritur, Christus olim quidem illustrem, & præcipuam operatus est vestram magnam Ciuitatem Romanam per eos Sanctos lapides, qui ab Oriente ad eam deuolui sunt, Petrum aio, & Paulum, eximiam, & principalem Apostolorum summitatem. Respondeo Petrum, & Paulum dici eximiam, & principalem Apostolorum summitatem, non in eodem, sed in diuerso genere; Petrus, ut Caput, Paulus verò, quia fuit excellentior, non solum omnibus Apostolis, sed etiam Petro. Primò, in prædicatione: vnde tota Ecclesia Paulum, quasi suum, totiusque orbis Doctorem colit, & indigitat, atque antonomastice Apostolum nominat. Vnde in collecta de S. Paulo ita precatur. Deus qui vniuersum mundum S. Pauli Apostoli prædicatione docuisti. Quare merito S. Paulum admiratur Chrysostomus *hom. 4. de eius laudibus.* Etenim inquit, homo ignobilis (Paulus) abiectus, & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantum virtute progressus est, ut vix triginta annorum spatio Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne profusum humanum genus, sub iugum mitteret veritatis.

Secundò, excellentior fuit aliis, in laboribus: Vnde ipsemet scribens *ad Corinthios Epist. 1. cap. 11. ait:* Abundantius illis laboraui; Catalogum suorum, laborum exponens, *in Epist. 2. cap. 11. asserit.* In laboribus multis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. Et idèd rectè D. Hieronymus *Epistola ad Paulinum,* ita affatur. Subitus calor, longum vincit teporem. Pau-

lus Apostolus de persecutione mutatus; nouissimus in ordine: primus in meritis est; quia extremus licet, plus omnibus laboraui.

Et tandem tertio, Paulus in doctrina etià alios Apostolos: & etiam Petrum excelluit: Vnde Tostatus *in lib. 3. Regum, cap. 20. quest. 8.* docet, quod Paulus fuit excellentior in doctrina omnibus Apostolis; sed subdit, non tamen in potestate. Ergo secundum Tostatū contra Anonymum, non fuit Paulus par Petro in potestate, quia si talis esset vtique excelleret, quoad hoc, Apostolos, sicut excelluit Petrus. Dicendum est itaque, rectè cum Sancta Synodo, vbi supra, Petrum, & Paulum fuisse eximiam, & principalem Apostolorum summitatem, in diuerso tamen genere, ut dixi, non in eodem. Et idèd debebat Anonymus aduertere, alias Synodos Generales, loquentes de Primatu Ecclesiæ, solum D. Petro tribuere, ita Concilium Florentinum in Decreto vnionis *sess. 25.* determinat, Pontificem esse Vicarium Christi, & successorem D. Petri. Concilium Nouum Oecumenicum sic ait. Si quis tanta efferatur audacia quemadmodum Photius, & Dioscorus, siue scripto, siue sine scripto, insanos quosdam contra Cathedram Coryphæi Apostolorum Petri iactare audeat, eandem cum illis sententiam damnationis subeat.

Ad octauam auctoritatem Beati Laurentij Iustiniani *Sermone de Sanctis Apostolis Petro & Paulo aientis.* Ambo igitur iustificati gratis à Domino; ambo dum Apostolatus adepti sunt apicem, Dei gratiā in se exhibere laudabilem, de imis si quidem ad summā proeucti, omnium fidelium effecti sunt Principes. Respondeo, ad hæc omnia parere responsonem ex paulò superius dictis. Concedo Petrum, & Paulum adeptos apicem Apostolatus, & ad summa peruenisse: sed aduertit Becanus *de Repub. Eccles. lib. 2. c. 7. Obiect. 7. n. 53.* inter summos, vnum posse esse altiore, quàm reliquos. Nec etiam obstant verba sequentia Diui Iustiniani, videlicet, Meritò igitur Clauium Cœlestis Regni potestate præditi, ligandi animas, atque soluendi Pontificio fungebantur; nam alio modo Petrus accepit Clauem Regni Cœlorum, ac Paulus, & alij Apostoli, ut supra sæpius ostendimus; sed nunc etiam Anonymo adducam auctoritatem Hieronymi *lib. 1. contra Iouinianum.* Supra Petrum, inquit fundatur Ecclesia, & licet id ipsum in alio loco, super Apostolos fiat, & cuncti Clauem Regni Cœlorum accipiāt, & ex aquo, (quod est pro qualitate Apostolorū cum Sancto Petro ratione Apostolatus obseruandum) super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: *Tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio.* Sed videamus quid sentiat Beatus Iustinianus de Primatu Ecclesiæ quando apertè de illo loquitur. Sic itaque asserit *cap. 12. de Obedientia.* Huius siquidem Apostolicæ Sedis arcè, huiusque Catholicæ Ecclesiæ Monarchiam *Apostolus Petrus primus accepit,* quando Dei filium esse Dominum nostrum Iesum Christum confessus est, glificans: Tu es Christus filius Dei viui. Quamobrem ab eodem Domino audire promeruit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Verum tandem Anonymus deuenit ad tertiam classem locorum Eminentissimorum Cardinalium, & idèd illa expendere necesse erit.

Responsiones ad loca Eminentissimorum Cardinalium.

Ad primam auctoritatem Petri Damiani *Opus. 31 cap. 4.* aientis: Quandam si dici liceat, cum Christo similitudinem Paulus tenet, dum non vni dumtaxat Ecclesiæ, sed omnibus præsidet. Et infra. Planè ipse toto terrarum Orbe vniuersalem fundauit Ecclesiam, sic enim in omnibus ius tenet præsidendi. Respondeo, quòd

quod in dicto Opusc. præfata dixit, cum clausula, saluo cæterorum Apostolorum iure. Ergo à fortiori, multo magis, saluo iure Petri, quem ibidem *Senatus Apostoli Primum Principem* vocat, quod nunquam de Paulo dixit. Ad id verò quod asserit *de fundatione Ecclesie vniuersalis*, respondeo, quod communi ratione Apostolatus, omnibus Apostolis conuenire potest, sed Paulo præcipuè, propter maiores labores in fundanda Ecclesia susceptos. At verò D. Petro fundatio vniuersalis Ecclesie competit tanquam eius capiti, & ideò singulari ratione, vnde Christus dixit: Tu es Petrus, &c.

Ad locum *Opusc. 4.* in quo dicitur esse sacrilegi um negare Petrum, & Paulum, in Apostolici Senatus culmine principatum possidere. In quibus verbis docet Anonymus luculentissimè inter Petrum, & Paulum æqualitatem expressam fuisse. Respondeo distinguendo, si enim asseris Petrum, & Paulum in Apostolici Senatus culmine Principatum possidere in eodem genere: & nego: si asseris diuerso genere; & concedo. Deinde dici potest Principatum in quo Paulus Petri frater est, esse ipsum Apostolatatum, de quo dicitur *Psal. 138.* Nimis confortatus est Principatus eorum vnde omnes Apostoli sunt Ecclesie Principes constituti super omnem, & Principes populorum congregati cum Deo Abraham. *Psal. 44. & 46.* Principatus verò, seu Primatus inter, ac super cæteros Apostolos vnus est Petri. Itaque assero, Petrum in Apostolici Senatus culmine Principatum possidere, tanquam Caput, & Pastorem omnium; Paulum verò, quia munus Apostolatus exuberantissimè plus quàm alij Apostoli (vt supra probauimus) adimpleuit. Vide Bellarminum *lib. 1. de Roman. Pontifice, cap. 27.* Et ideò optimè dicit Coëfeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 9. numer. 7.* quod quando Patres asserunt, Petrum, & Paulum accepisse principatum Ecclesie, respondendum est accepisse diuerso modo, Petrum præcipuè, & tanquam Caput, primam curam totius Orbis suscepisse: Paulum, & etiam alios Apostolos tanquam ipsius socios: & ideò non cum pari dignitate, cum ipse esset in Collegio Princeps. Vide Albertum Pighium *de Ecclesiastica Hierarchia, lib. 3. cap. 8.* & Cardinal. Baronium *com. 1. ann. 34.*

Ad locum *Serm. 17.* ego verba adducta in illo sermone non inuenio. Sed responsio patet ex supradictis.

Ad locum *lib. 2. Epist. 1.* in qua Damianus vocat Petrum, & Paulum Lateranensis Ecclesie brachia, quibus, subdit Anonymus, nihil æqualius: ergo Petrus & Paulus inæquales inter se esse non possunt? O pulchra consequentia. Respondeat Anonymus mihi quæso, si quis vellet illum fustibus percutere, vel alapis, seu colaphis cædere; nonne ipse optaret percuti, & cædi magis brachio sinistro, quam dextro? Certè quidem. Sed ne iocosa inter seria misceamus.

Respondeo, quod quando Damianus vocauit Petrum & Paulum brachia Ecclesie, nõ voluit significare omnimodam paritatem, inter ipsos, sed similitudinem, vt cæteri Patres, quando Petrum, & Paulum iisdem laudibus encomiasticè condecorarunt. Et quod ista fuerit mens Petri Damiani in supracitatis verbis clarè apparet in *sua Epist. 8. li. 6.* quam citauit in *Discept. prior. 1.* & etiam hic apponere volo. Sic itaque ait loquens cum Paulo *de correctione facta Petro.* Quid est B. Paule quod PRIOREM tuum increpationibus laceras? Quo pacto non vereris eum ante hominum ora confundere, cui speciali iure concessum est vniuersi totius Ecclesie Orbis præsidere? In quibus notanda sunt tria. Primò quod Petrus vocetur Prior, id est superior Pauli: Ergo quomodo Paulus erit æqualis eum Petro. Secundò, quod præsentia totius orbis, dicitur Petro concessa speciali iure. Quod si Paulus esset æqualis, hoc ve-

rum non esset; neque Damianus poterat D. Paulo dicere illa verba; Quo pacto non vereris, &c. quia Paulus posset respondere, se reprehendisse Petrum caput Ecclesie; quia ipse etiam habebat Ecclesie Principatum, vt caput; tanquam Petrus. Agnoscat igitur Anonymus, Damianum sensisse Paulum Petro inferiorem fuisse. Idem Damianus *ser. 27.* sic ait, loquens de Petro. *Vnus est enim, quem pranobilisant, singularis Primatus insignia.* Si Damianus asserit Primatum fuisse singulare priuilegium concessum vni Petro; gratis Anonymus hoc priuilegium concedit etiam Paulo. Videat etiam eundem Damianum *serm. 31.* vbi docet, *Curam oculi totius Sancte Ecclesie, Petro à Christo commissam fuisse.* Sed moris est nostri Anonymi, obscura indigitate, clariora relinquere, vti nam ipse ad indagandam veritatem libros volueret, & non ad defendendum id, quod semel dictum est.

Ad secundam auctoritatem Cardinalis S. Georgij, *de Iubilæo, cap. 12.* vbi vocat Petrum, & Paulum bases Ecclesie, Religionis Apices, fidei conditores, auctores, præduces, & fontes. Respondeo hæc encomia etiam alijs Apostolis competere, nec obstare Primatui Petri, supra illos. Pariunt tamen aliquam difficultatem, alia verba eiusdem Cardinalis asserentis, *Petrum, & Paulum in eiusdem loci Primatu iunctos fuisse.* Respondeo hoc Encomium Paulo tribui, qui ipse solus inter alios Apostolos cum Petro fundauit Ecclesiam Romanam; nam Ioannes Romæ parum extitit, & ideò dicitur à Damiano habuisse simul cum Petro eiusdem loci Primatum; sicut etiam dicitur ab Epiphano *Heresi 27.* Episcopus Romanus, non propriè; vt supra dictum est, sed officio adiutoris, Petro subordinati. Et ideò dixit D. Leo *serm. 1. de natal. Apost.* Ad hanc ergo sortem, tu beatissime Petre Apostole, venire non metuis, consorte gloriæ tuæ Paulo Apostolo aliarum solum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato. Vide responsionem ad sequentem auctoritatem. Adde etiam, vt supra ex Ambrosio obseruauimus, duplicem esse Primatum, Prædicationis, & Regiminis. Quando ergo dicitur, Paulum habuisse in citato loco Primatum cum Petro, intelligitur de Primatu prædicationis; quia inter omnes Apostolos, ipse solus cum Petro fidem Romæ prædicauit, & Romanam Ecclesiam plantauit; Petrus tamen primò, deinde Paulus, confirmando eos, quos Petrus ad fidem traxerat; vt optimè obseruat Becanus *de Republ. Eccles. lib. 3. cap. 2. & num. 5. & alij.* Vnde ex hac ratione, Patres vocauerunt etiam Petrum & Paulum Collegas.

Ad tertiam auctoritatem Godofredi Cardinalis Sanctæ Priscæ *lib. 1. Epist. 7.* aientis. Romanum Pontificem sedere in Petri, & Pauli sede. Concedimus quidem, sed diuerso tamen modo hæc sedes competit Petro, ac Paulo; & ideò Pontifices dicuntur Vicarij, & successores D. Petri, & Pauli, & multa efficere auctoritate D. Petri, & D. Pauli non in eodem genere, sed diuersa ratione, vt supra in priori disceptatione, sapienter explicatum est. Sed omnino Anonymus, præter alios recognoscat Antonium Delphinum *de Ecclesia lib. 2. fol. 114.* vbi fusè probat, Pontifices non esse successores D. Pauli, quoad iurisdictionem, sed quantum ad ministerium Apostolatus, & quatenus Paulus fundauit Ecclesiam Romanam prædicatione vnà cum Petro: & ideò dicuntur à Cardinali Godofredo, Pontifices sedere in Petri, & Pauli sede. Nota quod Anonymus in hoc loco nimis se extendit in declarando quo pacto Patres tribuant Petro clauem potestatis, & Paulo clauem scientiæ: neque ex hoc putat inferri posse inter ipsos inæqualitatem; nam alioquin si diceretur solam potentiam clauem conuenisse Petro, vt Paulo solam scientiæ, hoc etiam Paulus Petro præferretur. Sed respondeo cum Episcopo Coëfeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 21.* quod

utd Apostolica quidem auctoritate maximus fuit Paulus, sed Apostolorum caput non fuit, vna cum reliquis Apostolis, Petro commendatus, & commissus. Petrus verò etsi summa fidei cognouit, quippe quem pater cælestis docuerit, non ægrè tamen scientiæ, ac sapientiæ palmam Paulo cõcedit, ab eaque eum commendat. Charissimus (*inquit Epist. 2. cap. 3.*) frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Itaque Patres vt significant Primatum Petri super omnes Apostolos, & Paulum, rectè asserunt Petrum habuisse clauem potentiæ, Paulum verò scientiæ, eo modo, quo supra explicauimus.

Ad quartam auctoritatem Cardinalis de Cusa *Epist. 1. de vsu communionis ad Bohemos.* Dico Anonymum facere de illa, vt loquuntur Iurisperiti, magnum festum, & idèd ait: Noranda omnia, quæ dicit dictus Cardinalis, & quod ambo Paulus, & Petrus, vnicam communis Principatus sedem fundauisse, ambo suum vnicum primatum successoribus reliquisse, ambo immediatè sub Christo, ita vt neuter alteri subesset, ambo potestatis vniuersalis tam in Iudæos, quàm in gentes plenitudine præditi dicuntur. Sed respondeo, hæc omnia reduci posse ad bonum sensum, ex distinctionibus sæpè superius adductis; nec terrere nos debent illa verba; quod Petrus, & Paulus ambo immediatè dicuntur sub Christo, ita vt neuter alteri subesset; nam intelligenda sunt quo ad missionem prædicandi vbique euangelium; & idèd M. Antonius Cappellus *disp. 1. de Pont. B. Petri, cap. 12.* ita asserit. Nos, tantum abest, vt Paulo eximio Apostolorum Petrum anteferamus in munere Apostolatus, vt potius, & Paulum, & omnes alios, Petro in potestate Apostolatus pares esse dicamus, neque Apostolos, qua Apostolos, missos arbitramur à Petro; sed à Christo; si enim eos non Christus, sed Petrus misisset, non amplius Apostoli Christi, sed Petri Apostoli essent. *Tota inæqualitatis nostra ratio in solo ordine politico posita est, cuius hic aperte Paulus primas Petro concedit.* Ita Cappellus; & ideo Cardinalis de Cusa vbi loquitur aperte de primatu Iurisdictionis, & regiminis soli Petro tribuit, vt patet in eadem *Epist. 2.* ab Anonymo citata, vbi sic asserit: Si scire velis an in Ecclesia existas, hac vestiges ratione, si cathedræ Romani Põtificis adhæreas, quæ per continuas successiones bonorum malorumque in Petrum Principem continuatur. Vnde *lib. 2. de Concordanti. Cathol. cap. 34.* hæc etiam asserit. In hac quidem gratia dicimus quo ad Apostolatam, omnes Apostolos æquales; sicut quoad ipsum sacerdotium omnes sacerdotes, sed abundantiori gratia dicimus Petrum inter Apostolos primum. Ita dicit Augustinus super *Ioan. serm. vii.* Quod Petrus abundantiori gratia fuit vnus, idemque primus Apostolus, & propter Primatum Apostolatus gerebat figurata qualitate personam Ecclesiæ. Et illum Primatum Petri, quo ipse abundantiori gratia à Christo dotatus fuit. Sacræ litteræ mihi exprimunt ibi, cum Christus diceret; Tu es Cephas. Et paulo infra citans D. Hieronymum, sic ait: Super Petrum fundatur Ecclesiæ: licet alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti clauis Regni Cælorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur; vt capite constituto, schismatis tollatur occasio. Ecce sententiam D. Hieronymi, cui non licet contradicere. Ex qua habetur Petrum constitutum caput Apostolorum, & eis per Christum prælatum. Hæc Cardinalis Cusanus, qui vt patet, concedit torundis verbis Primatum Petro, sine vlla Pauli societate. Sed tamen postea pessimè docet, hoc non obstante, Concilium esse supra Papam. Vnde videat Anonymus, Cardinalis Cusani opinionibus non esse facile adhærendum: ipse enim adfuit in Conciliabulo Basilicæ. Qui docuit etiam pessimè testè Pirigiano in *3. Sen.*

tom. 2. dist. 25. q. 2. art. 1. in fine, per consensum Ecclesiæ, & non ex iure diuino, Primatum Petri; & successorum eius, introductum fuisse.

Ad quintam auctoritatem Cardinalis Contareni Veneti tract. de Potestate Romani Pontificis; Respondeo me tale opusculum præ manibus non habere, & verba, quæ adducit Anonymus, reduci possunt ad bonum sensum. Adde, quod mihi dixit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Spada, plures Patres in Synodo Tridentina Congregatos asseruisse, opusculum citatum esse cautè legendum.

Non desinam tamen hic obseruare, quod ego penes me habeo quandam Epistolam dicti Cardinalis impressam Florentiæ anno 1558. directam Paulo IV. vbi loquens de compositionibus, facit mentionem de dicto opusculo citato ab Anonymo de potestate Pontificis; & sic ait. Iam enim cum essem laicus, incidissemque in locum, vbi oportebat Maiestatem, & Auctoritatem huius SANCTISSIMÆ SEDIS tueri, non tantum verbis, & oratione id præstiti, verum etiam amico cuidam meo viro grauissimo, opusculum quoddam conscripsi: quo, quantum pro temporis angustia, & per negotia, quæ mihi obeunda tunc erant, licuit satis perspicuè, ni fallor, ostendi SVMMAM HANC PONTIFICIS AVCTORITATEM nullo humano iure constitutam fuisse; sed à DE OPTIMO, VNICO QVE EIVS FILIO, collatam fuisse sanctissimo Petro, eiusque successoribus. Ita Cardinalis Contareni. In quibus verbis, vt clarè patet, testatur se in dicto opusculo, quod pro se citat Anonymus, fuisse supremam potestatem Pontificis collatam fuisse D. Petro, & nullam facit mentionem de Paulo. Ergo verba adducta ab Anonymo, interpretanda sunt de auctoritate Apostolatus, quæ equalis fuit inter Petrum, & Paulum; & non de auctoritate Primatus; nam quando de Primatu loquitur aperte Cardinalis Contareni, soli D. Petro tribuit. Ergo, &c.

Ad auctoritatem sextam Cardinalis Poli *lib. 2. de vnione ad Henricum IX.* Respondeo quod non facit ad rem, & ipse Cardinalis in toto *lib. 2.* apertissimis verbis tuerit Petri Cathedram, & Petri Primatum; & in fine dicti *lib. 2.* faciens mentionem de Paulo sic ait. Charitas, inquit, per quam domus Dei regitur, eum morem, vt ab inferioribus superiores reprehendi non soleant, perpetuo retineri non patitur: sed vbiicumque Ecclesiæ utilitas poscere videtur, nequaquam dubitat inferior superiorem reprehendere. *Quem admodum Paulus eo tempore fecit dum Petrum se superiorem reprehendit.* Ita ille, Ex quibus Cardinalis Polus aperte declarat, Paulum fuisse inferiorem Petro. Sed moris est nostri Anonymi in luce meridiana velle cæcutire. Et idèd Ludouicus Maioranus in *clipeo militantis Ecclesiæ lib. 3. cap. 44. tom. 220.* in fauorem nostræ sententiæ adducit Cardinalem Polum; sed ad maiorem Anonymi confusionem adducam hic verba Cardinalis Poli in *Tract. de Summo Pontifice quest. 6.* vbi sic ait: Et si Paulus sciebat se Apostolum esse gentium, tamen Petrum multo ante hoc officio cum sibi à Deo commendatum fuisset fungi instituisse, Paulum autem ex eius consensu, vtriusque verba ostendunt; sic enim apud Lucam Petrus loquitur, sicut elegit Deus gentes per os meum audire verbum eius. Paulus autem de eodem munere loquens se illud quidem iubente Deo, sed ex consensu Petri obire instituisse testatur cum Cepham dexteram sibi dedisse cum aliis societatis, vt Petrus in circumcissione, ipse gentibus euangelizaret. At Petrus nullo cæterorum consensu requisito id ipse tamquam summus vniuersi gregis pastor suscepit, cui & oves & agros commendans Christus, totius gregis curam tradiderat.

diderat. Hæc omnia Cardinalis Polus. Videat modo Anonymus, qua fronte potuerit Polum pro sua sententia, & pro nouo Papatu Pauli adducere.

Ad auctoritatem septimam Cardinalis Bellarmini *lib. 3. de Romano Pontifice cap. 2.* vocantis Petrum, & Paulum Episcopos Romanos; iam in eam priori disceptatione fuit responsum, nempe Paulum dici Episcopum Romanum, quia Romæ munia Episcopalia exercuit. Fuit igitur Episcopus Romanus, officio adiutoris Petri subordinati, non autem titulo, ac proprie, ut Petrus. Nec obstant alia verba dicti Cardinalis *lib. 1. cap. 27.* ibi enim loquitur ex hypothese, & ideo in *dist. cap. 27.* per totum demonstrat aperte inæqualitatem inter Petrum, & Paulum. Et eodem *lib. 1. cap. 16.* aperte asserit, Paulum fuisse Petro subiectum, & Petrum fuisse maiorem Paulo in officio gubernandi. Et tamen Anonymus aude Bellarminum pro sua sententia adducere.

Denique audiamus Anonymum claudentem suam scripturam his verbis: His omnibus auctoritatibus concordem imponet Angelici Doctoris præcipui Scholæ Parisiensis magistri doctrina, qui verba hæc *cap. 2. Epist. ad Galat.* commentans, mihi enim qui videbantur esse aliquid (inter quos Petrum numerat) nihil contulerunt, sic loquitur in persona Pauli. Ab his autem scilicet Petro, & Ioanne, licet ad horam cesserim eis, nihil tamen accepi ab eis potestatis vel doctrinæ. Et ibi, licet essent magnæ auctoritatis (Petrus scilicet & Ioannes,) tamen nihil addiderunt doctrinæ meæ, nec potestati. Ita Anonymus. O frontem! Et quis quæso auderet, citare Angelicum Doctorem pro hoc nouo Papatu D. Pauli; qui in eademmet *Epistola 2. ad Galat. lect. 2.* aperte docet, Paulum non fuisse æqualem Petro in regimine, & Primatu, quod norauit etiam ex dicto loco D. Thomæ, Caietanus in *opusculo 1. de auctoritate Papæ, cap. 3.* Vnde in *2. 2. q. 33. art. 4. ad 2.* aperte dixit, Paulum fuisse subditum D. Petro, & tamen Anonymus Paulum Petro æqualem facit, & aude D. Thomam pro se citare, qui etiam alibi *opusculo 1.* videlicet contra Græcorum errores *par. 2.* asseruit, Primatum Ecclesiæ soli Petro, & non alij datum fuisse. Itaque, quando in persona Pauli D. Thomas asserit Petrum, & Ioannem nihil addidisse suæ doctrinæ aut potestati. Respondeo, concedendo nihil Petrum addidisse doctrinæ Pauli, nam omnia quæ pertinebant ad fidem à Christo ipse didicerat, & fuerat diligenter instructus, ut obseruat inter alios Ioan. Viggers in *2. 2. D. Thoma de fide spe & Charitate Tract. de Pont. ad q. 1. ar. 10. dub. 1. num. 70.* & Bellarminus *lib. 1. de Rom. Pont. c. 16.* Concedo etiam, Petrum non addidisse aliquid suæ potestati extraordinariæ: videlicet; quia hanc etiam à Christo, Paulus sicuti & cæteri Apostoli in vniuersam Ecclesiam accepit. Vnde D. Cyprianus *lib. 1. de Unitate Ecclesiæ,* dixit: Omnes Apostolos fuisse eadem potestate præditos, & docet Suarez *de fide disp. 10. sect. 1. num. 25.* Caietanus *opusculo 1. de Auctor. Papæ, cap. 3. & alij.* Ergo Paulus par fuit Petro in Primatu, nego consequentiam; nam potestas extraordinariæ, quam Paulus, & cæteri Apostoli acceperunt à Christo, in Petro fuit ordinariæ, tanquam ex officio, & ut Capite, ac omnium Apostolorum, & etiam Pauli, Principe, ut obseruat Xystus Senensis in *Bibliotheca lib. 6. Annot. 169.* & Theologi communiter cum Andrea Duallio *de Rom. Pont. par. 1. qu. 2.* Sed nota, quod licet Paulus nihil potestatis, aut doctrinæ, ut dictum est à Petro acceperit, tamen Euangelium à Christo acceptum noluit prædicare nisi prius, ut ita dicam, fuisset bullatus à Petro tanquam Capite Ecclesiæ. Hoc erudite, ut semper solet ex SS. Patrum auctoritate probat Pater Franciscus Turrianus præclarissimæ Societatis Iesu vir celeberrimus, aduersus Magdeburgenses pro *Epist. Pont. lib. 2. cap. 4.* ubi sic ait, Sciebat quidem Paulus se esse discipulum Christi, & à celo edoctum, nec

enim ab homine accepit, quod didicit, sed per reuelationem Iesu Christi, sciebat inquam nihil sibi docturæ ex illa cum Iacobo, Petro, & Ioanne communicatione accessurum, nec illa quicquam Paulo contulerunt, ut ipse testatus est. Sciebat tamen sic à Domino sancitum esse in Euangelio, quod sibi reuelatum erat, ut Cephas esset omnium Hierarcharum sive Episcoporum Princeps; à quo tanquam petra, & capite omnium fratres firmandi, ac solidandi, ac dirigendi essent, in quæ ad dogma fidei pertinerent, ita ut periculum esset ne in vacuum currerent, dum id non fieret. Narrat igitur Galatis dogma fidei, auctoritate Cephæ, Ioannæ & Iacobo in consilium adhibitæ, firmatum ac solidatum, & veluti sigillo Apostolicæ Petræ signatum, ac munitum. Ita Turrianus, cui adde Valentiam in *Analyfi fidei Catholice lib. 7. cap. 6.* sic asserentem. Dicit Paulus significat quidem Apostolatus dignitate parum se Petro fuisse; quod minime sanè impedit quominus, ut ipse etiam ouis Christi erat, Petro inferior fuerit. Iam quod nihil sibi à Petro, & ab aliis collatum esse dicit, significat quidem nihil se ab illis didicisse quod pertineret ad fidem, ut qui erat ab ipso Christo in eo genere eruditus. Quamquam approbationem quidem Euangelij sui à Petro, ut à Principe hoc est ab Ecclesiæ auctoritate, cui Petrus præsidebat petiit. Hæc Valentia. Dicendum est igitur ex superius adductis Primatum Ecclesiæ fuisse collatum vni & soli Petro, & contrarium dicere aduersatur, ut probaui in prioribus disceptatione, verbis Matth. 16, Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo clauis Regni cælorum. In qua promissione Pontificatus, voluit Christus Dominus, ita ad viuum delineare Petrum, ut clarè ostenderet, gratiam Primatus, fuisse tanquam singularem, concessam indiuiduæ personæ Petri, ut egregie probat omnino videndus Gregorius de Valentia in *Analyfi fidei Catholice lib. 7. cap. 2.* per totum Ruardus Tapper, in *declarationem Articuli Louanien. ar. 23.* & Albertus Pighius in *Controuersis part. 2. Contr. 16.* Et quidem, ut optime obseruat ante omnes Caietanus, & postea Bellarminus, *de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 12.* Duuallius *par. 2. quest. 3. Vviggers in 2. 2. tract. de Pont. ad quest. 1. ar. 10. dub. 1. & alij.* Nullus Notarius in Codicillo alicuius testamenti posset delineare tam diligenter, & exactè aliquem Legatarium, aut Hæredem, ut apparet Christum Dominum delineasse personam Petri in promissione Primatus Ecclesiæ: Nam primò vocat illum nomine antiquo, Beatus es Simon; postea verò addit statim nomen Petri: Beatus es Simon Bar-Iona, ut faciunt Notarij in Testamentis, vocando Hæredem, vel Legatarium nomine proprio, & addendo nomen Petri, V. G. Franciscus quondam Ioannis. Et hoc ad distinguendum Petrum à Simone fratre Thadæi. Deinde vocat illum nomine quo tunc utebatur. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & statim reuertitur idem nomen. Et super hanc petram videlicet, & super te Petrum ædificabo Ecclesiam meam. Et tandem subiungit. Et tibi dabo, &c. quæ quidem sunt pronomina, certam personam designantia. Ergo in dictis verbis, tam particulariter delineantibus Petrum, manifestè patet Christum voluisse demonstrare, se collaturum Primatum Ecclesiæ, singulariter vni Petro priuatiuè quoad omnes alios. Quod postea manifestè fecisse, patet *Ioan. 21.* Nam adimplendo hanc promissionem Petro factam, dixit ei: Petre pasce oues meas. Non dixit (ait Bernardus *lib. 1. de Consid. cap. 8.* Bonifacius VIII. in *Extravag. Vnam sententiam, de Maior. & Obadient.* Et omnes Expositores) bene vel illas; sed indefinitè, oues meas; videlicet, omnes oues meas, nempe excepta. Ergo consulit Primatum Eccle-

Et Petro priuatiuè, quoad omnes alios. Probo consequentiam: Nam clarè patet per illa verba; Pasce oues meas constitutum fuisse solum Petrum pastorem, cæteris uero in Ecclesia tãquam oues remansisse; Ergo Primatus Ecclesiæ fuit collatus vni, & soli Petro, cæteris omnibus exclusis. Ergo propositio ista non est admit-tenda, Paulus fuit simul Pontifex cum Petro; quia facit Paulum Petro æqualem, contra expressa verba Christi constituentis Petrum pastorem, & Superiorem Pauli, & constituentis Paulum ouem, & subditum Petri. Nam quando Christus dixit Petro, pasce oues meas; idem est ac si dixisset, pasce Paulum: Propositio enim generalis censetur immediatè reuelata de omnibus particularibus & contrarium asserere, docet esse hæreticum. Franciscus Ouiedo in *part. 2. D. Thoma Tract. 6. controuers. 9. punct. 1. num. 1.* & alius Societatis Iesu præstantissimus Theologus Adamus Tannerus *Tom. 3. disput. 1. quest. 1. dub. 3. num. 71.* ergo ista propositio, Paulus fuit Pontifex cum Petro, refellenda venit, quia facit Paulum Petro æqualem, & non ouem Petro subiectam contra propositionem generalem expressè reuelatam.

Nec obstat dicere cum defensoribus Anonymi, supradicta procedere, & vera esse, si Paulus ex priuilegio non fuisset exceptus ex illis verbis, pasce oues meas; & ex oue à Christo postea factus pastor, simul cum Petro totius ouilis Ecclesiæ. Sed respondeo, quòd hoc sine fundamento asseritur, nec Patres ab Anonymo adducti, vnquam hoc dixerunt, & ita prorsus negandum est, vt patet ex superius dictis in mea priori disceptatione; & P. Ouiedo ubi supra docet excipere aliquem sine fundamento ex verbis generalibus S. Scripturæ, non solum esse temerarium, erroneum & suspectum de hæresi, sed esse hæreticum, quia propositio vniuersalis immediatè de omnibus reuelatur. Facit etiam ad horum confirmationem doctrina viri celeberrimi Patris Amici, etiam ex Societate Iesu in *Cursu Theologico, tom. 4. disp. 16 sect. 2. num. 33. & disp. 7. sect. 1. num. 33.* in quibus locis firmat, quòd quotiescunque in aliqua propositione reuelata continetur alia implicitè, non solum expressè reuelata, sed etiam implicitè contenta, pertinet ad eandem fidem, non quidem vt deducta, sed vt explicata, & idèd asserit illam propositionem esse hæreticam, quæ directè opponitur alicui veritati reuelatæ, aut conclusioni per euiden-tem discursum explicatæ, vt implicitè, & virtualiter contentæ in aliqua expressè reuelata. Ergo cum expressè in Scriptura habeamus reuelatum, omnes oues Christi fuisse subiectas in illis verbis, Pasce oues meas, sub regimine Petri Pastoris vnici; implicitè, & virtualiter habemus etiam in dictis verbis reuelatum, Paulum tanquam Christi ouem, fuisse etiam sub Regimine Petri constitutum. Ergo qui illum facit Pontificem cum Petro, & ei æqualem, pessimè facit; quia contradicit veritati virtualiter contentæ, in veritate expressè à Christo Domino in Scriptura reuelata.

Sed penes me superius dicta confirmantur ex illa Petri & celebri doctrina, quòd quando loca Scripturæ non sunt adèd clara, si in eodem sensu explicantur communiter à SS. Patribus tunc concors illa sententia Patrum demonstrat illum esse verum sensum Scripturæ; & piaculum est ab illo recedere, imò hæreticum. Ita docet expressè ex Societate Iesu P. Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 2. quest. 2.* ita docent Doctores nostri sacri Tribunalis, Antonius Saura in *vos. Platonis Prælu. 4. Simancha in Institut. Cath. tit. 54. num. 5.* Pegna in *Diu. inquis. par. 2. comm. 27.*

Et idèd non deseram hîc apponere verba Pirigla-rii, in *3. Sentent. tom. 2. dist. 25. quest. 1. art. 10.* sic asse-
Antonius Diana, Pars I X.

rentis, Quinque sunt testimonia ordinaria, siue Iudices infallibilis veritatis fidei; Sacra Scriptura, Traditiones Apostolicæ, Definitio Concilij Generalis, Definitio Papæ, & Consensus omnium Doctorum, & Patrum, qui dicitur consensus totius Ecclesiæ. Hæc Piti-gianus. Vnde Iacobus Gretserus in *Responsio ad Theses Hunnianas cap. 15.* dixit, Sanctorum vnanimem traditionem tuendam esse, ac ipsas Sacras litteras. Quibus adde omninò videndum Gregorium de Valentia in *Analyti fidei Catholica lib. 8. cap. 8.* Melchior-rem Canum de locis *Theolog. libr. 7. cap. 3. conclus. 5.* Petrum de Soto in *Defens. Catholic. confess. part. 2. cap. 33. & 69.* Alphonsum de Castro *aduers. Hæres. lib. 1. cap. 7.* Salmeronium *tom. 8. tractat. 2.* Granadum in *p. 2. D. Thoma tract. 8. disput. 2. sect. 2. numer. 5.* & alios penes ipsos. Itaque communis opinio Patrum declarat verum sensum Scripturæ, & idèd eorum communis sententiã in expositione alicuius scripturæ loci, constituit catholicam veritatem, non quia id ab ipsis simpliciter asseritur, sed quia id asserere, sacram scripturam testantur. Non est igitur communis sensus Patrum formaliter ipsa Reuelatio, aut veritas Diuina, sed est testificatio de veritate diuina, & idèd creditur communi consensui Patrum, non tantum quia ipsi ita senserint, sed quia ita sensisse scripturam demonstrent, & eam esse traditionem Ecclesiæ manifestent.

Et quidem, cum traditiones credere necesse sit, & ad scripturæ intelligentiam easdem adiungere oporteat, vt tradit Lyrinensis, *cap. 2.* Traditiones non aliundè agnoscuntur, quàm ex sensu Patrum, vt rectè obseruat Grauina, in *contr. tom. 3. part. 1. lib. 4. contr. 2. quest. 3. art. 7. fol. 251. & 3. lib. 4. art. 4. fol. 505.* Bagotius in *Apologético Fidei tom. 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2. sect. 1. & 2.* cum aliis. Consequens ergo est, vt ipsorum vnanimis consensus sit ipsa Ecclesiæ vox, & traditio. Quod confirmatur; quoniam sicuti quia Iudæis tradita erant eloquia Dei, oportebat (vt dicit Hilarius in *Psalm. 2.*) ad Seniores illos, recurrere pro intelligentia scripturarum, quæ in numero, & officio illorum seniorum conseruabatur, multò magis dicendum est hoc meruisse fidam Christi Ecclesiam, vt non solum ei crederentur eloquia Dei, sed sensus quoque illi apertè traderetur, præsertim cum Euangelium primario in corde Ecclesiæ descriptum sit, nec tantum in verborum foliis, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla sit exaratum. Ad Patrum ergo intelligentiam, in quibus sensus Ecclesiæ cernitur, est confugiendum. Et idèd in 6. Synodo Generali *can. 19* sic dicitur. *Si ad scripturas perueniens controuersia aliqua excitata fuerit, non eam aliter interpretetur Episcopi, quàm quomodo Ecclesia luminaria, & Doctores suis scriptis exposuerunt.* Quod etiam determinauit Concilium Meldense *canon. 34.* Concilium Senonense *decr. 4.* Concilium Lateran. sub Leone X. *sess. 11.* & Concilium Trôdeminum *sess. 4.*

Vnde hoc quod mandarunt aliis Sacra Concilia circa amplectendum sensum communem Sanctorum Patrum in facti contingentia semper obseruarunt; Idcirco in Concilio Ephesino in *Epistol. Alexandrina Synodi ad Nestorium*, cum contra Nestorium definita essent sic dicitur: *Hoc itaque veta fidei ratio protestatur, in ali sensu Sanctos Patres fuisse comperimus, ideoque illi non dubitauerunt Sanctam Virginem dicere Theotocoon; &c.* Et in Epist. Synodi contra Nestorium Patres Concilij ad definitionem se accingentes, dicunt. *Sequentes itaque omnium Sanctorum Patrum confessiones quas loquente Spiritu sancto protulerunt, & intentioni eorum aquis vestigiis inherentes, profiteamur, &c.*

In Chalcedonenſi Concilio *Act. 1. & Act. 4.* di-

citur sequentes Sanctos Patres docemus, &c. & Act. 5. acclamatur. *Hac est fides Patrum.* Act. 6. post Episcoporum subscriptionem piissimus Imperator ad sanctam Synodum dixit. *Pia, & Catholica fide à sancta, & uniuersali Synodo secundum Patrum expositionem declarata, iustum simul, & expediens esse nostra tranquillitas approbauit, omnem de cetero contentione occasionem, de sancta fidei religione penitus amputari.*

In Conc. Nican. 2. cum contra Iconomachos ageretur, test. moniis Patrum Nysseni, Basilij, Chrysoptomi, Cyrilli, &c. Imagines tenendas definitum est: vt patet Act. 2. & 4. in Act. 7. sic conclusum est. *His sic se habentibus, Regiam viam incedentes, & sanctorum nostrorum, & diuinorum Patrum doctrina insistentes, & Catholica Ecclesia, in qua Spiritus sanctus inhabitat, traditionem obseruantes, definimus cum omni diligentia, &c. & declarans quomodo eis debeatur cultus subdit. Sic sanctorum nostrorum Patrum optima disciplina, vel traditio Catholica Ecclesie, qua à finibus usque ad fines Euangelium suscepit, &c.* Et ita in fine acclamatur: *Hac est fides Apostolorum. Hac est fides Patrum, hac est fides Orthodoxorum.*

Et tandem in Concilio Florentino testimoniis sanctorum Patrum de processione Spiritus sancti contra Græcos disputatum est. Vide sessionem 25. & multas præcedentes.

Merito igitur Dionysius de Cælesti Hierarch. lib. 1. cap. 1. sic ait: Ad sanctissimam Scripturarum intelligentiam, prout illas à Patribus accepimus contuendas pro viribus pergamus. Vnde Vincentius Lyrensis aduers. hæres. Nouas. cap. 39. ita asserit: *Quicquid, vel omnes, vel plures Patres, vno eodemque sensu manifestè, frequenter, perseueranter accipiendo, tenendo, tradendo firmanerunt, id pro indubitato, certo ratoque habeatur.* Ita ille. Vide Grauinam tom. 4. in continuat. part. 2. fol. 285. & tom. 2. lib. 4. fol. 502 & 503. Itaque applicando omnia suprascripta in casu nostro assero cum communi Patrum sententia (vt satis firmavi in priori discept. probat. 1. 2. & 3.) exponendo hæc loca sacre Scripturæ, Tu es Petrus, &c. Tibi dabo clauas, &c. Pasce oues meas, &c. quæ inter se mutuam relationem habent, asserat in dictis verbis, Primatum Ecclesie, soli Petro, & non aliis promissum, & traditum fuisse; sequitur hanc propositionem, nempe, Paulus fuit Pontifex cum Petro, sequitur inquam, esse detestandam; quia est expressè contra sacram Scripturam, ita secundum traditionem Ecclesie, & communem sententiam Patrum expositam & intellectam, asserentem, videlicet, Primatum Ecclesie soli Petro à Christo Domino collatum fuisse. Et ideò Bouerius ad M. Antonium de Dominis in Censura par. 2. lib. 1. cap. 6. sic ait: *Quæris, cur Petrus solus à nobis Caput, & Pastor ordinarius Ecclesie asseratur? Dicimus, id à nobis affirmari; quia illi soli à Christo dictum fuit, Tu es Petrus, &c. Quæris vterius, cur Petrum, illis verbis, facimus, singulare quoddam fundamentum, quod alij Apostoli non fuerint? Respondemus, eò quod ea verba, ex omnium Patrum sententia cum sensum præferant.* Ita ille. Vnde Andreas Duuallius Doctor Sorbonicus in 2. 2. D. Thoma tract. de fide quest. 1. art. ult. rectè docuit in expositione sacre Scripturæ consulendam esse primum iugem & continuam Ecclesie traditionem, vbi enim omni tempore in Ecclesia recepta fuit obscura alicuius loci expositio ab ea sine piaculo recedi non potest, aliàs non tantum hæc expositio negaretur, sed etiam ipsa traditio, & Ecclesie auctoritas. Ita ille,

Sed in nostro casu iugis & continua Ecclesie traditio fuit, vt patet ex Patribus omnium sæculorum,

ex sacris Canonibus, & Conciliis Generalibus verba Matth. 16. & Ioan. 21. esse intelligenda de Primatu Ecclesie vni, & soli Petro concessio. Ergo hunc esse verum sensum Scripturæ, necessario fatendum erit. Quod etiam manifestè patet ex Bulla Ioannis XXII. contra Marfilium de Padua, & Ioannem Iandunum, datam Auenione X. Kalend. Nouembris, Pontificatus ann. 12. in qua Pontifex dogmaticè, & ex Cathedra loquens excommunicat dictos hæreticos, & aduersus illos supracitatis locis S. Scripturæ statuit Primatum Ecclesie fuisse collatum à Christo Domino vni, & soli Petro, & inter alia hæc asserit: *Quod autem B. Petrus plusquam alij Apostoli auctoritatis habuit, ex prædictis euidenter concluditur. Certum est enim, quod maior est auctoritas Pastoris, quam gregis. Petrus autem totius gregis Dominici generalis constitutus est Pastor, QUOD DE NVLLO ALIO APOSTOLO DICI POTEST, &c.* Quid ad hæc verba respondebit Anonymus? Si Pontifex asserit, Petrum ita fuisse constitutum Pastorem ouilis totius Ecclesie, VT HOC DE NVLLO ALIO DICI POSSIT. Quo pacto ipse post tot annorum myriades, audeat alium Pastorem in Ecclesia constituere, nempe Paulum? Cuinam credendum erit, amice Lector, Anonymo, an Pontifici? Sunt nugæ nugarum, & durum est contra stimulum calcitrare. Recognosce omnino dictam Bullam Ioannis XXII. in qua inuenies confirmata omnia à nobis superius dicta, videlicet Primatum Ecclesie fuisse priuilegium singulare vnus Petri, & regimen Ecclesie Monarchicum, fuisse ipsi soli collatum supra omnes alios Apostolos, & per consequens supra Paulum. Bullam verò Ioannis inuenies per extensum apud Bzouium in Annalibus Ecclesiasticis tom. 13. anno Christi 1327.

Et tandem pro curiosis Lectoribus, & pro corone huius disceptationis, non deseram hic apponere aliquas auctoritates recentiorum Doctorum, qui in individuo opinionem Anonymi refellunt, & quam malè oleat demonstrant, & primò, celeberrima facultas Parisiensis in Censura contra M. Antonium de Dominis libr. 1. cap. 5. num. 18. statuit iurisdictionem Apostolicam ordinariam extitisse in solo D. Petro, & contrarium asserere, putauit esse schismaticum & hæreticum, & hæc censuram Sorbonicam contra opinionem Anonymi in specie adducit, & approbat eruditissimus, & doctissimus Isaacus Habert lib. 2. de Cathedra singulari S. Petri c. p. in fine. Dicere autem cum Anonymo se constituere Paulum Pontificem, potestate extraordinaria, Petrum verò potestate ordinaria, hoc est verbis eludere: nam realiter, & in effectum, ambos veros Pontifices efficit, independentem vnum ab altero, sine vlla subordinatione, contra regimen Monarchicum Ecclesie, institutum à Christo super vnum immutabiliter. Facultas verò Parisiensis, fecit mentionem de potestate Apostolica ordinaria ad differentiam potestatis extraordinarie Apostolorum, quæ tamen nullam æqualitatem tribuebat illis cum Petro in ordine ad Primatum Ecclesie. Sed potestas extraordinaria, quam Anonymus tribuit Paulo, constituit illum Sum. Pontific. simul cum Petro, & sine vlla ad Petrum subordinatione, vt Petro subordinati erant alij Apostoli. Ergo, &c. Item Michaël Nauclerus de Monarch. Eccles. & Sacul. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 1. inquit: *Constituere in Ecclesia alium à Sancto Petro, & successoribus eius Pastorem, est dogma Hæreticorum.* Andreas Duuallius tract. de Rom. Pont. part. 1. questio 2. docet, Regimen Ecclesie institutum fuisse à Christo immutabiliter Monarchicè in VNO Pastore; & hoc ita esse certum, vt à quoquam circa fidei iacturam negari non possit. Et postea questio 3. & 4. probat,

pat, illam vnicam Pastorem fuisse Petrum, & firmat Paulum fuisse Petro subditum, & inferiorem. Ioannes Gersonius Cancellarius Parisiensis *tom. 1. lib. de Statibus Ecclesiast. consider. 1.* ait, Starum Papalem Monarchicum, & Regalem fuisse à Christo immediate collatum Petro super alios Apostolos, & contrarium dicere firmat esse Schismaticum, impium & hæreticum. Si Primatus, secundum Gersonium, fuit à Christo collatus Petro super alios Apostolos: ergo necessario sequitur, & super Paulum, quod aperte probat Becanus *de Republ. Eccles. cap. 4. num. 15.* & Cœffeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 5. n. 5.* nam alioquin Paulus non fuisset ovis Christi, nec Apostolus.

Sed reliquamus Doctores Gallos. Franciscus de Castillo *in 3. sent. tom. 2. disput. 16. quest. 4. num. 4. cum seq.* Io. Viggers *in 2. 2. D. Thom. tract. de Pontifice, quest. 1. artic. 10. dub. 1. num. 2. iuncto num. 59. & 68. cum seq.* Bellarminus *de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 16.* Pueronius *de Aristocrasia regulari, tom. 2. cap. 3. num. 11. 30. & seq.* Alphonsus Mendoza *quest. 4. Scholastica n. 1. in fine*, Bannez *in 2. 2. D. Thom. quest. 5. art. 10. dub. 4.* Suarez *contra Regem Anglia lib. 3. cap. 10. num. 3. & 20. & cap. 11. num. 8. iuncto num. 20.* asserunt, esse de fide Petrum habuisse iurisdictionem super omnes Apostolos, & inter illos apponunt D. Paulum, respondendo ad aliqua loca *Epist. 2. ad Galat.* ex quibus Hæretici inferre contendunt, æqualitatem Pauli cum Petro. Et tandem Antonius Polus, *in Lucidario postestatis, lib. 4. Carena in praxi S. Officij, part. 1. tit. 1.*

§. 4. num. 34. Amicus *in Cursu Theologico, tom. 4. disp. 6. num. 68. iuncto num. 127.* docent esse de fide, Pontificatum fuisse institutum supra solum Petrum, & contrarium firmant esse hæreticum. Concludendum est itaque alium Pontificem à Christo in Ecclesia non fuisse institutum, nisi solum, & vnicum Petrum, & post Petrum Romanos Pontifices eius Successores. Ita docent Oracula S. Scripturæ per traditionem, & vniuersalem Ecclesiæ consensum, ac concordem Sanctorum Patrum sententiam nobis exposita, & declarata. Ita docent Concilia generalia, & Sacri Canones. Ita omnes Theologi, Scholastici, Positiui, Polemici, & Morales. Ita Doctores vtriusque iuris, tam Civilis, quam Canonici; vnde aliter sentire, ac docere, nefas esse manifestè patet.

Et hæc dicta sufficiant; circa nouum Papatum D. Pauli, quem ego ex superius dictis; hinc Romæ ante omnes reprobauit, & post me alij viri doctiores, feliciter refellerunt, quod vbiq; locorum faciendum esse puto. Nora tamen Lector, quod licet ego in his Disceptionibus, opinionem Anonymi, tam acriter, ut patet erat, impugnauerim; tamen existimo illum reconditæ eruditionis virum, & ad ostendendum ingenij acumen, hanc quæstionem pertractandam, suscepisse. Vnde spero in posterum, quod tanquam pius, & Catholicus pro publico Ecclesiæ bono, ad vtiliora scribenda, calamum suum conuertat; exemplo D. Augustini, & Pij II. Pontificis, qui aliqua scripserunt, quæ postea respuerunt.

F I N I S.



*MONITIO AVCTORIS AD LECTOREM
post huius Operis impressionem.*

NOta Lector, quod post hasce disceptationes impressas, antequam
licentiam à Reuerendissimo P. Mag. S.P. illas publicandi obtinuis-
sem; emanauit Decretum sacrae Congregationis sancti Officij, in quo
SS. D. N. INNOCENTIVS X. sententiam à me in superioribus
disceptationibus impugnatam, tanquam hæreticam merito damnat, &
declarat. Decretum impressum fuit in Typographia Cam. Apostolica,
factum sub die 24. Ianuarij 1647. & publicatum die 25. eiusdem Mensis.

Iussu adm. Reu. P. D. Gregorij Carafa Præpositi Generalis Cler. Regul. nos infra scripti diligenter perlegimus
Disceptationes Apologeticas à Reu. P. D. Antonino Diana compositas, in quibus omnia reperimus nedum
Catholicæ fidei consona, sed in eiusdem fidei defensionem validissima, & omnino firma. Mira enim eruditione
celebris hic author nouum confutat inuentum; & vix natum erroris monstrum, antequam adolescat ad solidam
veritatis petram allidens, omnino dirumpit, & perimit. Procedat ergo quam primum in lucem præclarum hoc
Opus, & quod monstra non sinit viuere, viuat æternum. Romæ in Ædibus sancti Andreae de Valle. 13. Octobris
1646.

D. Paulus Maria Quartus Cleric. Regul. S. Theol. Professor.

D. Andreas Sottanus Cler. Reg. S. Theol. Professor.

D. Gregorius Carafa Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

APologeticas hasce Disceptationes à R. P. D. Antonino Diana, grati nominis viro, ad Apostolicæ Sedis (vt
par est) vnitatem tuendam opportunè compositas, cum aliqui ex nostræ Congregationis PP. quibusdam
commisimus, reuiderint, nihilque in eis, quod non sit luce dignum, inuenerint, vt typis mandentur, quoad nos
spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentis litteras manu propria subscripsimus, ac solito no-
stro sigillo firmauimus.

Romæ apud S. Syluestri Montis Quirinalis. Pridie Idus Octobris. M. DC. XLVI.

D. Gregorius Carafa Præpositus Generalis Congregationis Clericorum. Regul.

D. Ioannes Montoya Secretarius.

Imprimatur, si Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici videbitur.

A. Sacratius Episc. Comacl. Vicesg.

EX commissione Reuerendissimi Patris Vincentij Candidi sacri Palatij Apostolici Magistri, perlegi dicitur
Disceptationes Apologeticas *De Primatu Solius D. Petri*, Adm. Reuer. Patris D. Antonini Diana, in hisque
non solum nihil reperi, quod rectæ Fidei, aut bonis moribus aduersetur, sed doctrinam doctè & solidè firmatam,
ex fontibus Scripturarum, Sanctorum Patrum, & Theologorum Scholasticorum; quapropter in lucem edi posse
ad commune totius Ecclesiæ bonum existimo.

Datum in Ædibus nostris S. Siluestri Montis Quirinalis die 14. Octobris 1646.

Ego D. Andreas Sottanus S. Theologia Professor.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Pandolphus, Magister, & Socius Reuerendissimi Patris Fr. Vincentij Candidi
Sacri Palatij Apostolici Magistri, Ord. Prædicatorum.

DECISIO



DECISIONES NOVISSIMÆ SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

IN QUIBUS PLURIMA AB AVTHORE
superius pertractata confirmantur.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Arguelio.

In Caufa Vlixbonen. nullitatis Pro-
fessionis.

Luna 19. Ianuarij 1646.



By varias probationes hinc inde factas variz coram Reuerend. D. meo Carillo Præfide Valli-foletano emanantur decisiones, quibus omnibus diligenter perpenfis hodie Domini cénfuerunt recedendum esse à *decifis* sub die 11. Martij 1643. & inhærentes decisionibus editis sub diebus 30. Ianuarij 1640. & 16. Maij 1642. Professionem esse nullam, & inuolidam confirmantur, siue attendenda fit expressa Professio, siue Tacita Ratificatio, siue etiam Ratificatio Expressa.

Quod enim attinet ad professionem expressè emiffam à D. Francisca Coronella in Monasterio S. Dionysij de Ouidellas de anno 1605. de istius inuoluitate non fuit dubitatum, & clara resultat ex deductis in dictis duabus *decisionibus* de annis 1640. 1642. quarum fundamenta inconcussa agnoscentes informantes pro Dominis de Gomez fratribus eiusdem Francisce non impugnabant, sed punctum difficultatis reducebant ad ratificationem, cuius natura est validare actum nullum vsque ab initio virtute retractationis, *c. rati-habitionem* 10. *de regul. iur. in 6. l. fin. ff. de bon. poss. l. bonorum* 24. *ff. rem rat. hab. l. fin. C. ad Macedon. l. donationes* 25. *Cod. de donat. & ibi communiter scribentes.*

Quoad tacitam itaque ratificationem dixerunt Domini non intrare. Nam quidquid sit an cursus longissimi temporis, quo Francisca in Monasterio permansit deferendo habitum monialem, & faciendo alios actus ex aduerso ponderatos pro inducenda hac tacita ratificatione sit sufficiens de sui natura omnes, vnica responsione vsi fuerunt posse euitari, nempe quia ab initio Francisca coacta fuit ingredi Monasterium metu patris sibi incusso etiam cum minis mortis, vt diserte deponunt plures Testes de visu & auditu pro-
Antonino Diana, Pars I X.

prio deponentes, qui metus reddit professionem irritam & nullam, *Abb. 6. in cap. cum visum. num. 8. de regul. Felin. in cap. causam matrimony num. 5. de offic. deleg. Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 6. num. 36. & in precept. Decalog. lib. 4. cap. 3. num. 26. Rota in decif. 779. num. 10. part. 3. recent. cum aliis vulgaris.*

Ei operatur quod omnes actus subsequenter gesti tanquam prouenientes ab initio meticulouso laborent eodem vitio & nullius sint roboris ad inducendam ratificationem Professionis, signanter dum adhuc viuebat pater. *Doct. in l. 2. C. quod mot. caus. Bart. in l. penultim. ff. de condit. ob turp. caus. Couarr. in epist. tom. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 1. Rotand. conf. 2. numer. 86. lib. 1. P. Arif. conf. 60. numer. 34. lib. 4. Rot. dec. 771. num. 8. & 9. decif. 851. num. 1. decif. 863. numer. 4. coram Card. Seraph. & declarauit Sacra Congregatio Eminentiff. D. D. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum 13. Septembris 1629. Quæ censuit Matrimonium contractum à filia per metum à matre illatum esse inuolidum, etiam si mulier metum passa per plures annos post mortem matris permanserit cum marito, & filios procreauerit, vt prosequitur Barbosa in collect. Bullar. in verb. Matrimonium pag. mihi 445.*

Et probatum metu certum est quod omnes coniecturæ deductæ ad ostendendam liberam voluntarem euanescent. *Alexand. conf. 99. numer. 10. lib. 3. Nicol. Euerard. conf. 4. numer. 2. tom. 2. inter matrimonia Cilefi Gamma decif. Lusitan. 346. num. 3. Gregor. XV. decif. 326. numer. 45. Seraph. d. decif. 851. numer. 6. Rot. decif. 216. numer. 21. part. 2. diuers. imo probato metu impossibile esse contractum probari inquit Alex. d. conf. 99. num. 8. & 9. lib. 3.*

Nec dicatur quod etiam voluntas coacta sit voluntas. Quia non est tamen libera prorsus, ac simplex voluntas, qualis in Professione requiritur. *cap. cum locum* 14. *de sponsal. Butr. in cap. cum virum sub nam. 6. in fin. vers. sed ubi de regul. & ita declarat Decif. in leg. velle non creditur sub num. 3. vers. non obstat. ff. de reg. iur. ibique Cagnol. sub numer. 5. vers. ex quibus inferitur, & explicat Rota decif. 643. numer. 28. vers. secus tamen par. 1. recent.*

Quo vero ad expressam Ratificationem in qua fiebat maius fundamentum deductum ex eo, quod Francisca de anno 1638. mediante publico instrumento cessit liti, & protulit illa verba. *Quamuis Monialis non esset hodie, Monialis esse volebat, Domini pariter dixerunt non intrate tanquam inuolidam.*

Primo quia Francisca, vt ipsa pars aduersa confitetur

teretur & allegat in suo facto, illam fecit referuato sibi illæso iure successionis hæreditariæ Odoardi fratris isto medio tempore defuncti, quæ referuatio est contra substantiam, & validitatem Professionis, vt cauetur in *Sacr. Concil. Trid. sess. 25. cap. 2. cap. 20. vers. insuper de conuers. conjugat. glossa in cap. fin. de condit. apposit. & in cap. 1. qui cleric. vel vnen. Rodrig. quest. regular. tom. 3. quest. 17. art. 6. Ceual. commun. contr. commun. q. 85. numer. 2. Barth. à S. Fausto in Thesaur. Relig. lib. 8. quest. 21. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. numer. 63. Bonac. de claus. puncto 10. diff. 2. §. 1. numer. 13. Tambur. de iur. Abbatiss. tom. 3. disp. 6. q. 16. Barbof. de iur. ecclæs. lib. 1. cap. 42. num. 150.*

Secundò quia Francisca metu reuerentiali aliorum fratrum fuit coacta ad illum actum agendum, iunctis minis de subtractione alimentorum, qui metus non minor profecto est quam metus amissionis bonorum, vel maioris partis eorum, quem ad irritandam professionem sufficere tenent Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 5. num. 25. Pont. d. cap. 4. num. 9. Hurtad. disputat. 6. diff. 1. num. 2. Borbon. cap. 2. quest. 13. Tiraquell. de nobilit. cap. 31. num. 369. cum pluribus per eos citatis idem Sanch. de matrim. lib. 4. disput. 5. num. 4. & in præcept. Decalog. lib. 4. cap. 3. num. 8. Præsertim in muliere multo ære alieno grauata, à quo subleuari promittebatur, Pont. d. cap. 4. num. 10. Iaf. in l. Titia numero 10. vers. secundo notabiliter, de verb. obligat. Rota apud Farin. lib. 2. conf. crim. tom. 2. decis. 242. num. 13. & in d. decis. 326. num. 21. coram Papa Gregor. XV.

Tertio quia fuit etiam impulsæ ex minis protrahendæ, & perpetuandæ litis vt probant Testes ad Textum in leg. per mulierem 22. ff. quod met. caus. cuius litis ærumnas satis cognouerat Francisca quæ plurium annorum curriculo fratrum potentia impedita, nec larum quidem vnguem in lite progredi valuit, imò iidem fratres aduersarij non obtinuerunt etiam Rotales expeditiones, ac litteras Apostolicas violenta manu abripere, earumque executionem omni conatu possibili impedire, vnde postmodum coacti fuerunt absolutionem à censuris petere, & refusis expensis à Rota fuerunt assecuti, vt videre est in decisionibus coram eodem Reuerendissimo De Carillo desuper emanatis sub diebus 16. Nouembr. 1635. & 27. Martij 1637. At litis, & æris alieni quo grauata erat Francisca quanta sit miseria docuit tertium illum præceptum in templo Delphico aureis litteris consecratum, *Æris alieni atque litis miseriam fac effugias, & facit quidam Martial. lib. 7. Epigram. 64.*

Quæ concurrunt promissiones liberandi eam ab ære alieno, persuasiones, & preces importunæ, frequentes, molestæ factæ à fratribus de Gomez mediantibus multis personis, quæ per se solæ essent forsitan sufficientes ad vitandam Professionem, ex relatis per Aliograd. conf. 50. numero 271. Petr. de Pech. de testam. coniug. libr. 1. cap. 3. numero 4. & seq. Valenzuel. conf. 29. numer. 31. Afflict. decis. 69. numero 4. & ibi Vrsill. late Pont. d. lib. 4. cap. 12. per totum, & cap. 5. præcipue numero 17. vbi multis Sacra pagine testimonij, iuribus, rationibus, & argumentis comprobatur, & faciunt textus in l. 3. ff. de lib. exhib. l. vnic. C. de rap. virg. vbi Bartol. numero 20. Extrauag. execrabilis, vbi glossa in verb. extorsisse de praben. cum alijs per Dian. part. 3. tractat. 5. Miscellan. resolut. 26. notandum, & Præf. discept. 27. numero 63. & 65. vbi quod importunitas, & metus equiparantur, Castill. controuers. lib. 3. cap. 1. numero 154. Gravian. discept. forens. cap. 659. num. 9. Ros. dicta decis. 426. numero 13. coram Gregor. XV.

Quinto ponderabat vnus ex Dominis Franciscam fuisse deceptam etiam dolo attento lucro fratribus

ex hac Professione proueniente, quod vbi interuenit semper & dolus præsumitur. *Mieres. de maiorit. part. 6. quest. 25. à num. 1. & clare deducitur ex supradictis promissionibus, persuasionibus, ac minis: & eodem modo quo metus inuallidat contractum, vt bene Pont. d. lib. 4. cap. 25. numer. 5. siue sit in ipso actu, siue in ratificatione. Gellart. de renunc. lib. 3. cap. 11. numer. 3. Et certissima est conclusio quod dolus dans causam contractui bonæ fidei, inuallidum, & nullum eum reddidit. & eleganter ff. de dol. mal. l. 3. §. societas. ff. pro soc. l. qui cum tutoribus 9. §. 2. ff. de transact. leg. iuris gentium. 7. §. si prætor. ff. de pact. l. fin. ff. de constit. pecun. l. in causis 6. §. 1. ff. de minor. l. 1. C. de rescind. vend. Cuiac. ad lib. 12. Paul. in d. l. 3. societas. Donell. lib. 12. Comment. cap. 7. vbi Osual. lit. D. idem Donell. in l. si quis 36. num. 5. de verb. oblig. Picchar. insit. de excepti. in princ. num. 18. Henric. Bocerus ad l. contractus 23. cap. 2. num. 13. vers. hanc destinationem, &c.*

Sexto accedit error Franciscæ quæ credidit per illum actum liberationem ab ære alieno, & alimenta consecuturam, & è contra finem litis si actum non fecisset nunquam visuram, qui error licet circa qualitates extrinsecas, tamen quando in eas fertur animus eodem actu, & eis innititur expressè inuallidare professionem, tradit Basil. Pont. d. cap. 21. vbi plures cumulat, & adimit consensum contrahentis ab actu. *textus est expressus in l. sed hoc ita 20. vbi gloss. citat. concordant. ff. de aqua plu. arcen. l. error 8. ff. de iur. & fact. ignor. l. si per errorem 15. ff. de iurisd. omn. iud. Rota decis. 19. n. 10. coram bon. mem. Burasio.*

Septimo ponderatum etiam fuit quod ille actus facilius periclitatur tanquam gestus à muliere animi maxima perturbatione commota, & ferè desperata, vt dicunt testes, & sic abfuit plena libertas, & prudens deliberatio ad tam serium actum necessaria, *argumento textus in cap. diuortium 21. de pænit. quest. 1. cap. si quis iratus 5. caus. 2. quest. 3. l. 3. ff. de diuort. l. locatio 9. ff. de public. & vectig. l. 2. C. ad leg. Iul. maiest. l. quidquid in calore 49. ff. de reg. iur. vbi Dec. num. 3. & scribit versus Homeri adducti in cap. aut facta 19. de pænit. distinct. 1. ibi,*

Ira percitus Amphidamantis

Cum gnatum imprudens simul inuisusque peremi.

Cum ergo Francisca perturbata, & quasi desperata accesserit ad illum actum, eoque vix perfecto penituerit, & ad præcedentes lachrymas, & eiularum redierit, ac violentiam, & defectum voluntatis perfecit, (vt probant testes) satis inducitur ad inualliditatem ex supra allegatis, liquet enim quod non diuini spiritus afflatu ad d. ratificationem profilit, nam bonus spiritus non tam cito pertransit, & ex illa subita subsecuta conquestione repugnantia voluntatis arguitur Fab. Turret. conf. 28. num. 12. Paris. conf. 60. à n. 37. ad 41. lib. 4. Rota decis. 643. n. 16. par. 1. recept. Ponderando etiam quod statim dixit se nescire quid fecerat. & congruit sententia Eccles. cap. 6. & verba D. Pauli relata in cap. fin. caus. 23. quest. 9. & Sanchez d. lib. 4. cap. 5. num. 6. congruit textus in l. plerique 33. ff. de rit. imp. l. cum hic status 12. §. quod si diuortium 12. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. quod si diuortium 32. ff. de iur. dot. Doctores citati à Sanchez lib. 1. de matrimon. disputat. 6. num. 7.

Octauo considerabant Domini quod illa verba, *Quamuis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, nullo modo inducunt Professionem, nec Ratificationem, sed solam intentionem ratificandi impossibilem, quia verbum, *volo*, iunctum alteri verbo infiniti temporis non importat dispositionem de presenti, sed voluntatem propensam id agendi in futurum. *gloss. in l. serui electiones, in verbo possumus ff. de leg. 1. Malin.*

Molin. de Rij. nups. lib. 1. comp. 20. numer. & seq. Prat. Lexic. iur. in verbo volo, Barbosa diction. 436. numer. 14. & faciunt textus in l. Clodius Clodianus 97. ff. de acquir. hered. & in l. fin. ff. qui testament. fac. poss. Piccard. instit. qui. mod. testam. infirm. §. 1. num. 35. Castren. conf. 137. incipit in causa lib. 2. M.eres de maiorat. part. 1. quast. 48. num. 266. Peregr. in tract. var. tit. de pact. num. 3. & 6. Rosa decis. 221. num. 7. & seq. p. 1. divers. Seraph decis. 1079. num. 3. vers. secundo. & Burrat. dec. 196. num. 5. vers. prout si dixisset.

Nono animaduertebant iidem Domini quod illa verba non fuerunt à Francisca prolata in actu determinato ad emittendam Professionem, seu Ratificationem, sed ad alium finem, nempe ad desistendum à lite, idè non possunt deservire ad inducendam dispositionem textus in l. Diuus 25. ff. de milit. testament. & ibi Gottfried. lit. K. l. sale pactum 41. & ibi Bart. n. 3. Castren. num. 8. ff. de pact. l. si quid venditor 18. ff. de edil. edict. l. Ariannu 47. ff. de act. & obl. & l. quidquid adstringenda 99. ibi quidquid adstringenda obligationis est id nisi palam, verbis exprimitur omissum intelligendum est ff. de verb. obl. ibidem scribentes.

Et ratio est quia Ratificatio non præsumitur nisi ex verbis, vel factis necessatio inferatur *Bart. & Castren. in l. Paulus respondit alias l. non tantum §. ff. rem rat. hab. Aret. conf. 128. num. 9. Hier. Leo decis. Valent. 75. num. 7.* Hic autem concurrat coactio, & aversio Francisce tot actibus, & tot annis tentata. *Rota dicta decis. 326. num. 7. coram Gregor. repetita apud Farinac. lib. 2. Crimin. dec. 260. num. 3. & decis. 779. num. 1. part. 3. recent. Hip. pol. Rimin. conf. 67. num. 24. inter matrimon. Cileii.* Et concurrunt etiam protestationes tam in actu Professionis, quam ratificationis, *ad text. in l. 2. Cod. de his, qui prop. mes. iudic. non appell. & l. qui in aliena 6. §. Celsus, ff. de acquir. hered. Bar. in l. omnes populi num. 31. ff. de iust. & iur.* Aliaque tot præcedentia, & subsequencia signa aversionis, quibus omnibus simul iunctis proculdubio inexcusabilis patet inualiditas Professionis seu ratificationis Francisce *ex supra allegatis, quibus addi possunt Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 22. Prat. discept. cap. 18. a num. 43. ad 48.*

Ac etiam verba quæ ante actum protulit, ex quibus bene præsumitur animus subsequutus *glossa & Bartol. in l. apud Celsum 4. ff. de dol. except. quam Angel. dicit esse meliorem de mundo, & alios allegat.*

Decimo addebat vnus ex Dominis non esse verisimile quod Francisca, quæ per spatium 24. & ultra annorum ante dictum actum se Monialem esse constantissime recusauerat, & ob id maximas ærumnas, lites, & dispendia forti, virilique animo perpessa fuerat, ex abrupto, nulla extrinseca compellente causa, fortissima, mutata repente voluntate monialitatem sibi decreuisset, quam inuerisimilitudinem etiam pro metu præsumendo alias admisit. *Rota coram Gregor. XV. dicta decis. 326. num. 6. vers. & multum in eo valet argumentum &c. in decis. 645. num. 19. in fin. vers. ad metum autem probationem p. 1. recent. & in decis. 86. num. 16. & seq. coram bon. mem. Burratio.*

Et inuerisimilitudinem augeri ex lachrymis, querelis, & suspiriis à Francisca emissis, ex quibus metum, & animum satis dignosci, tradunt *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. num. 10. & seqq. Alciat. conf. 55. num. 8. lib. 9. Alex. d. conf. 99. num. 11. vers. secunda est præsumptio lib. 3. Crauet. conf. 461. num. 12. Noquerol. alleg. 19. num. 67. Rota in sepius allegata decis. 326. num. 41. coram Greg. 852. num. 2. coram Seraphin. & 779. numer. 5. part. 3. recent.*

Quæ omnia facilius procedunt in muliere, in qua minor metus sufficit ad irritandam Professionem. *gloss. in cap. cum locum 14. in verb. metus de sponsal. Valenzuel. conf. 148. num. 46. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 6.*

6. 4. num. 21. Calderin. conf. 1. vers. certio quid. sub iud. quod met. caus. Ancaran. conf. 24. num. 7. Abb. conf. 4. num. 5. lib. 1. & suis dictum in Tullen, nullitatis Professionis 13. May 1634. coram bon. mem. Merlino, & conserunt congesti in decisione huius cause sub die 17. May 1641. post principium.

Uterius etiam actus ex aduerso ponderari possent importare ratificationem ex parte Monialis, adhuc tamen ista non sufficeret cessante consensu Monasterij, non enim est integrum reclamanti post querelam quodocunque voluerit ad professionem redire absque noua voluntate & consensu monasterij. *vulgata regul. l. quasium 4. ff. de acquir. hered. leg. dispensatorem 62. in fin. ff. de solut. cap. ex eo 38. de regul. iur. in 6. ubi Barbos. plures cumulat. leg. si non erit §. fin. ff. de iur. iurand.*

Doctores autem per informantes pro Gomez allegati loquuntur in Ratificatione tacita, non autem in expressa, & publica, quæ diuerso iure censenda est, *l. si ita legatum 65. §. 1. ff. de leg. 1. Sanch. de matrimon. lib. 7. d. disput. 37. num. 57. & 65. Rota post Tamburin. de iur. Abbatis. decis. 3. numer. 5. & in decisione huius cause sub die 30. Ianuarij 1640.* Imo in expressa ratificatione professionis exiguntur eadem solemnitates, quæ in actus celebratione, *vt tradunt Aresin. conf. 128. num. 5. vers. sed quando lex. Surd. conf. 3. numer. 10. & decis. 159. numer. 21. vers. non aduersatur Reuerendissimus Virgellen. decis. 238. numer. 25. & seqq. & faciunt textus in l. si vi proponis 7. C. de nupt. & in l. si nuptia, 14. ff. de rit. nuptiar. Ricc. Cur. Archiep. par. 4. decis. 82. per tot. & præcipue n. 9. Rot. decis. 395. num. 11. & 17. coram Gregor. XV. decis. 204. num. 2. p. 4. recent. & dec. 1166. num. 3. vers. non obstat, coram Seraph.*

Professio siquidem est contractus vtro citroque obligatorius, quo Nouitia Deo, & Monasterio, Monasterium autem Nouitiæ ad eam tenendam, & alendam, vt aliis relatis probat *Tambur. de iura Abbatis. disp. 6. in fine.* Ideo ne esse est quod vtriusque contrahentium consensus concurrat sicut & in cæteris contractibus correlative, *late Pom. de matrimon. lib. 4. cap. 24 & 25. per tot.* Et hoc est etiam indubitatum in iure *vt in l. omnibus 56. ff. de act. & oblig. l. 1. §. conuentionis 3. ff. de pact. l. si voluntate 8. C. de rescind. vend.* An insuper quod simultanee in eodem actu interueniat, quia consensus semper præsumitur præstitus sub conditione si alter statim consentiat. *l. duos reos 6. §. fin. & l. si ex duobus 12. ff. de duob. reis l. continuis 137. in princ. ff. de verb. oblig. l. 1. §. item si ita ff. ad leg. Falcid. Faber in l. non erit §. §. si neque iuratum ff. de iur. iurand.*

Deficientia verò consensus monasterij clara desumitur tum ex reuocatione mandati quod dederat ad hunc litem. Tum etiam ex epistola Sancti. mem. Urb. no VIII. transmissa, & à septuaginta sex monialibus subscripta, quam pro vehementi adminiculo admittit etiam *deciso sub die 16. Iunij 1642. coram Reuerendissim. D. meo Carillo.* Tum demum ex pluribus relictibus deponentibus Franciscam non fuisse habitam pro moniali, & vestibus secularibus, ac sericis plerumque indutam incessisse, & ita ad nullos actus capitulares admissam scientibus & patientibus omnibus monialibus. Ac etiam ex aliis testibus ex aduerso examinatis dicentibus à multis annis ante ratificationem sic se Franciscam gessisse in Monasterio, & vitam secularem ab omnibus actibus profesarum seclusam semper duxisse tam ante, quam post professionem, & ratificationem, quo maius argumentum non acceptationis, & dissensus dari non potest.

Et quia illa decisio 16. Iunij 1642. suinat non potuisse ratificari quod fuerat ab initio nullum informantis

manentes pro Gomez contendebat quod Francisca noluit ratificare Professionem prout ex tunc, sed nouam Professionem emittere dum dixit quod licet Monialis non erat, hodie Monialis esse volebat. Hoc tamen non tollit, sed potius auget difficultatem, quia si ille fuit nouus actus, non autem ratificatio praecedentis, magis patens est inualiditas, et eo quia tanquam noua Professio emitti debuit in manibus Praelati potestatem habentis, ut tenet Hostiensis in cap. consultus numer. 1. qui Cleric. vel voken. Azor. lib. 12. instit. moral. cap. 5. quest. 6. Barbof. in cap. Porrectum & in cap. cum visum de Regul. Tambur. de iur. Abbatiss. disput. 6. quest. 5. per totum, Nauar. in Lucern. Regul. in verb. Professio num. 18. Lezana in eodem verb. Professio num. 13. & cap. 2. num. 2. & cap. 18. num. 66. Sanch. super praecip. Decalog. lib. 5. cap. 4. num. 64.

Praesertim cum nullitas istius Professionis ab initio fuerit publica, ut firmatur in praecedentibus decisionibus, quo casu nemo in quaestionem reuocat quin sit ratificanda coram Superiore solemniter. Bordonus cap. 6. quest. 14. & in matrimonio dicit Sanch. d. disp. 37. n. 48. Hurtad. de matrim. disput. 3. diff. 11. num. 43. & alij per eos cumlati.

Propterea dicebant Domini quod non est opus aggredi disputationem; An Papa tanquam primus, & summus Praelatus omnium Religionum suppleat defectum consensus Religionis: & An ista suppletio locum habeat Religione sciente, vel potius ea ignorante nullitatem super quibus disputationibus id est controversia inter Doctores. Quia cum in decisione diei 17. Maij 1641. Rota firmavit quod data scientia Monasterij quoad nullitatem professionis, necessarius sit nouus consensus ad illius ratificationem, & scientia, ac etiam contradictio ex supradictis sit patens, res est in tuto, & nullitas professionis remanet inuitabilis.

Alias enim inferretur magnum praedictum Monasterio si post reclamationem Franciscae cogeret ei consentire, quod Papa non intendit, sed illum consensum supplet deficiente contradictione Monasterij, ad hoc ut consulari tranquillitati, & paci, tam Religionis, quam profitentis. Sanchez lib. 7. disputat. 37. num. 64. ad med. & ad euitandas lites, & scandala Bonac. in tractat. de clausur. questio. 2. punct. 10. §. 5. diff. 4. numer. 3. & 4. vers. ego vero &c. Quod ideo non procedit lite iam cepta, & tandiu prosecuta, & esset potius species iniquitatis obligare Religionem ad consentiendum, dum hic non posset obligare Religiosum ad persistendum, & suppletio haberet locum quando nulliter professus ratificat, & Religio non reuocat primum consensum, Sanchez lib. 2. de matrim. discept. 3. n. 9. vers. confirmatur, ubi multis ibi. Bordon. cap. 7. q. 11. vers. final. cum alijs per Lezan. cap. 2. n. 27.

Nec visum fuit aliquid obstare, quod Moniales de tempore professionis non habuerint capitulariter scientiam metus. Nam quidquid sit de hac conclusione quam Domini hodie noluerunt firmare, & vnus dicebat sufficere quod hanc scientiam habuerit Abbatissa, quae nomine conuentus recipiebat Professionem, argumento textus in l. Hares 43. §. final. ff. de Vsu cap. l. cum mancipium. §. 1. ff. de Edilit. edict. ubi Bartol. & gloss. Cuiac. lib. 54. respons. Pauli; Ad l. secundam §. Censu, cum seqq. ff. pro emptor. & tract. 8. ad African. d. l. §. 1. & lib. 22. quest. Papinian. in d. l. Hares. §. 1.

Deinde sufficere dicebat, quod postea ista scientia capitulariter superuenerit ut ex tot actibus supradictis, & citatione ad litem datione mandati, & reuocatione postea, (quae omnia Capitulariter fiunt) & talis superueniens scientia operatur animi mutationem. optimus textus l. eum qui in prouincia 41. circa finem, ibi vsique si sciuerint sibi coharedem datum quoniam tunc non possunt videri bona fidei possessores esse, qui nec animum possidendi

habere, iuncta l. item veniunt 20. §. peritam 11. leg. f. & si 25. §. si ante litem 7. ff. de peis. hered. l. certum 21. ff. fundus 17. C. de re vendic. l. a. Prae or. 10. si quis tenuerit qui in fraud. cred. ubi ordinarij. Faber dd. §. 11. & 7. Schfordes lib. 3. tract. 22. quest. 17. col. 3.

Et dato quod illa scientia fuisset necessaria, non haberet locum in hoc Monasterio (dicebant Domini) ubi adest consuetudo quod Monasterij consensus non requiritur ad Professionem admittendam ex traditis in decisione 24. Februarij 1644.

Quapropter illi de Gomez laborabant in probando consuetudinem illam non fuisse praescriptam, quamuis in Franciscae Professione talis non fuisset consensus capitulariter exquisitus (quod nec illi negabant, & multis testibus probatur) sed retorquetur, quia si illa consuetudo non fuit praescripta, Professio sustineri non potest tanquam recepta a non habente potestatem quam Abbatissa non habet sine consensu Monialium capitulariter praestito. Sanch. in Praecip. Decalog. lib. 5. cap. 4. numer. 65. & 66. Nauar. conf. 9. de Regular. num. 6. Bonac. de claus. quest. 2. punct. 10. diff. 6. Tambur. de iur. Abbatiss. disput. 6. quest. 5. nu. 8. Lezan. quest. regular. cap. 2. n. 25. & cap. 18. nu. 66. ubi alios citat plures Barbofa in cap. Porrectum 13. de regular. n. 6. Si fuit praescripta non erit necessaria scientia Conuentus capitulariter, ex traditis in dictis decisionibus.

Nec habitae fuerunt alicuius ponderis exceptiones datae contra testes in vltima Remissoria examinatos pro Francisca. Quia eadem quae isti probat, probantur etiam a Testibus ex aduerso examinatis, & licet horum aliqui deponant de libera voluntate Franciscae, non intetel cum non deponant de actu proximo ratificationi. Vltro quod plus creditur duobus Testibus deponentibus de metu, quam mille de spontanea voluntate. Innoc. in 1. super hoc n. 2. de renanc. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praef. 126. n. 31. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 27. n. 1. Seraph. det. 851. n. & 6. dec. 863. n. 4. Greg. XV saepe alleg. decis. 326. num. 46. ubi plures.

Minus obstat quod testes sint moniales, & ideo repellantur ob quandam donationem a Francisca factam Monasterio. Quia etiam Testes de Vniuersitate sunt idonei quando, prout hic, victoria causae non resultat in singulorum utilitatem. Io. And. in cap. cum Nuncijs de testibus, Greg. Lopez, in l. 18. cap. 6. part. 3. Farinac. de test. quest. 60. n. 450. & seq. Burati. decis. 563. num. 1. Praesertim quando, ut in isto casu, vniuersitas est ecclesiastica. cap. in super 6. de test. Farinac. ubi sup. num. 431. & 459. ubi plures.

Vltra quod obiecta donatio non probatur per solam schedulam cuiusdam Monialis asserentis se esse scribam Monasterij, quia officium Tabellionatus est tanus virile, & mulieribus penitus interdicitum l. Generalis §. C. de Tabul. lib. 10. Praesertim monialibus, aliisque omnibus Religiosis capite sicut 8. ne cleric. vel monach. & ibi glossa in verbo Clerici, & apud Hispanos habemus textum in l. 10. titul. 3. lib. 1. Recopiar. ubi Azend. & Amara, & in ipsa Lusitania probat Barbof. in remis. ad leg. Lusitan. tit. 19. part. 3. ubi Greg. & facis textus in l. m. uersos C. de Decurion. lib. 10. & ibi Doctores. Nec apparet qua auctoritate extraxerit.

Nec refert quod aliqui ex dictis Monialibus, quae fuerunt Testes, sint amicitia iunctae cum eadem Francisca. Quia hoc non probatur, & probatum non obesset ex traditis a Farinac. de test. quest. 55. a num. 235. usque ad fin. & seq. cum alijs per Mascard. de probat. conclus. 85. per totum lib. 1. ubi quod est probanda circumstantia amicitia, & quod non qualibet amicitia repellit a testimonio.

Praeterquam quod etiam si aliquae paterentur hanc exceptionem satis suppleretur numero, Rota coram Burati. decis. 79. num. 10. & decis. 249. num. part. 2. Criminal.

re tamen ratificationem. Et licet ibi num. 7. dicatur in probatione metus Dominos non fuisse concordēs, satis patet, quod id sensit maior pars, aliās diceretur in decisione, & non esset necesse tantum laborare in validitate ratificationis, quæ negato metu non erat necessaria. Ab hac autem decisione fuit recessum in alia 16. Iunii 1642. & confirmata prima, & ab omnibus admissum fuit incissum fuisse metum Francisca ibi in §. 1. *Aduerentes in primis esse indubitatum, quod Professio Francisca ab initio emissa fuerit propter metum.* Et in §. *Nec dicitur in fine ibi, Adco quod inter eos nullum fuis hodie discrimen circa probationem nullitatis professionis; vsquo ad diem renunciationis liti factæ per eandem Francisca.*

Testes insuper per Gomez deducti non sint sine iurisdictione attentis supradictis, *Alex. conf. 99. num. 12. libr. 2. cum contrarium remaneat probatum non solum ex testibus, sed ex tot iudiciis, præsumptionibus, & coniecturis, Hond. conf. 29. numer. 21. lib. 1. Franc. & Pont. conf. 4. numer. 17. Seraph. decis. 771. num. 2.* Quæ omnia simul iuncta concludentem faciunt probationem. *Fran. de Ramon. conf. 54. num. 10. inter matrimonialia, & faciunt tex. l. 1. §. idem Diuus ff. de testibus, cap. cum causam 13. de probat. cap. accedens, il secundo, de lite non contest. cap. cum dilectus 3. de success. ab intest. Bald. in l. Spadonem, §. qui plura ff. de excus. iur. Dec. conf. 577. num. 12. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 35.* Iuncta præcipue etiam publica voce, & fama, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 125. num. 22. Capoll. conf. civil. 2. num. 3. Rota coram Seraphino dicta dec. 859. num. 8. & dec. 779. num. part. 3. recent.*

Denique non obstat quod in dubio facienda est interpretatio itaut professio sustineatur. Quia conclusio procedit quando dubitatur de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, quo stante defectu semper facienda est interpretatio, pro libertate personæ. *Rebuff. d. conf. 68. col. ult. vers. nec me conturbat &c.* Deus enim voluntarios sibi legit Milites *cap. non est 10. caus. 15. quest. 1. coacta vero seruitia contemnit cap. iam vero fin. caus. 23. quest. 6. cum similibus.*

Et ita causa pluries proposita, & vtraque parte audita ab omnibus Dominis de ordine Sanctissimi diligenter discussa, fuit decisum, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Mellio.

In Causa Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Luna 10. Decembris 1646.

IN hac causa ab anno 1628. introducta, & per tot annorum curricula nondum finita, multæ emanarunt decisiones. Nam cum Francisca factis suis probationibus super nullitate professionis metu extortæ, esset ferè in limine propositionis, Antonius, & Ioannes fratres obtinuerunt remissoriam ad probandum libere, & sponte professionem emissam. Et quia pendente testium examinatione prætendebatur Franciscam renunciaſſe liti, & professionem ratificasse: disputatum fuit 30. Ianuarij 1640. An obstaret renunciatio; & fuit resolutum, *non obſtare, nec renunciationem, nec præſentem ratificationem.* Repposita causa 17. Maij 1641. fuit recessum à decisis, & dictum quod *Professio fuit quidem nulla ratione metus, ut num. 7. & num. 11. ibi, Nunquam se habuisse pro Moniali, nec ab aliis Monialibus pro tali interpretatam.* Quod adducitur ad probandum Franciscam habuisse scientiam nullitatis suæ Professionis. Et clarius num. 14. ibi *Licet inualide professæ ob metum. Et ibi, De vera Moniali, non autem de Moniali saltem habitum. Et ibi, Sed tantum præcedentem nullam ratificare, obſta-*

re tamen ratificationem. Et licet ibi num. 7. dicatur in probatione metus Dominos non fuisse concordēs, satis patet, quod id sensit maior pars, aliās diceretur in decisione, & non esset necesse tantum laborare in validitate ratificationis, quæ negato metu non erat necessaria. Ab hac autem decisione fuit recessum in alia 16. Iunii 1642. & confirmata prima, & ab omnibus admissum fuit incissum fuisse metum Francisca ibi in §. 1. *Aduerentes in primis esse indubitatum, quod Professio Francisca ab initio emissa fuerit propter metum.* Et in §. *Nec dicitur in fine ibi, Adco quod inter eos nullum fuis hodie discrimen circa probationem nullitatis professionis; vsquo ad diem renunciationis liti factæ per eandem Francisca.*

Sed quarto causa in Rotam deducta 11. Maij 1643. fuit firmatum ratificationem fuisse validam, ex eo solum, quod *Moniales quando præſtiterunt capitulariter consensum ad professionem Francisca, non habebant notitiam de metu, & in §. penultimo dicitur, quod nonnulla Moniales deponunt de certa scientia, dicendo se vidisse, & audivisse Franciscam protestatam coram Sanctiss. Crucifixæ, quod ipse bene sciobat, eam non propria voluntate, sed per metum Patris esse professuram.* Et §. fin. ibi, *Ex testibus deponentibus, quod appropinquante tempore professionis, Francisca publicasset animum suum non propiciendi.*

Viso per Agentes Francisce motiuo Rotæ, petierunt Remissoriam ad probandum specificam scientiam Monialium, quæ fuit concessa; & approbata releuantia materiz articulata. Et in tota illa decisione pro comperto habetur, & supponitur metus; immo, & scientia metus in Monialibus, licet non capitulariter, & specificè.

Productis tandem Francisce probationibus, & suffectus ego in locum Reu. D. mei Carilli Præſidis Valliſoletani, coram quo emanarunt prædictæ decisiones, Dedi dubium *An sit recedendum ab ultimo loco decisis.* Et Domini affirmatiuè responderunt die 29. Ianuarij anni præteriti; quia metus erat concludentissimè probatus, nec vlla fuerat ratificatio tacita, vel expressa, ut late ex ibi deductis.

Quapropter cum data ex Dominorum benignitate noua audientia Dominis de Gomez, ipsi post alios quæſitos colores causam protelandi, petiissent nonam remissoriam ad probandum, Franciscam nullo metu coactam, spontè nomen Religioni dedisse, fuit negata ob suspicionem calumniz, & aliis iudiciis rationibus in decisione super hoc dubio facta deductis. Et cum instarent super hoc iterum audiri, & dicerent non potuisse scribere super negotio principali pendente Remissoriz petitione; causa fuit ad Kalendas dilata; ipsis vero nihilominus pro reuisione decisionis super Remissoriz acriter insistentibus, Rota negauit, & iussit causam super principali proponi. Et hodie Domini steterunt in decisis.

Nam metu, professionem à Francisca emissam, pro indubitato *tot decisionibus iam Rota firmavit*, quod multis probatur testibus de visu, & proprio auditu ultra protestationes Francisce tam antea, quam post professionem concludentissime probatas, & à Rota dd. decisionibus approbatas.

Quo metu dato, professionem nullius esse momenti, multoties in hac causa dixit Rota, & vnum sufficiat pro omnibus, qui adduci possunt *Sacroſanctum Concilium Tridentinum sess. 25. de Regul. cap. 19. & qui plures cupiat adeat ibi Barboſ. in margine & numer. 4. & 14. Modern. Neap. in Lucern. Regul. verbo professio num. 29. Laurent. de Peyrin. de subdito quest. 1. de obedientia cap. 25. §. 4. vers. fin. Cubrer. de metu lib. 2. cap. 10. num. 25. Bordon. de profess. cap. 2. quest. 12. Lezan. in Summ. quest. Regul. tom. 1. verbo professio cum. 16. qui multos congerunt.*

Nulla

Nulla adest quidem ratificatio. Non tacita ut sentit etiam Rota omnibus præteritis decisionibus, & constat apertissime, quia hæc præsumitur quidem ex dilatatione habitus, & ex actibus professis tantum convenientius, cum taciturnitate quinquennali, post cuius temporis spatium facultatem reclamandi *Sacrofanct. Concil. d. cap. 19.* denegavit, sed nec ipsum Concilium, nec ullus unquam firmavit Doctor, ex his induci veram, & realem ratificationem, aut professionem, sed præsumptionem tantum ratificationis, aut professionis, ut constat ex eodem text. Concilij; Et idem qui intra quinquennium, vel longissimum etiam tempus animum ratificandi, aut profitendi non habeat quantumcumque habitum gestet, vel actibus se ingerat professorem, non est reuera Religiosus, nec in foro conscientie tenetur ad regulæ obseruantiam secluso scandalo, ut multis citatis *Sanchez de matrimon. lib. 7. disputat. 37. à num. 9.* ubi doctè, & clarissime sem aperit *Burhof. d. cap. 19. numer. 14. & 15. & de officio Episc. alleg. 104. in fin. Miranda in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 30. art. 1. paulo post med. vers. secundo dico, & art. 3. in fin. Bordon. ubi supra d. cap. 7. quæst. 11. & duabus seqq. Cabrer. ubi supra num. 33. & 34.* quia sine consensu professio dari non potest, nec obligatio, quibus addi potest *l. 1. §. cautionis vers. adeo ff. de pact. & in l. in omnibus 55. ff. de act. & oblig. cum similib.* Et quod tempus non est modus, nec inducendæ, nec tollendæ obligationis, *l. obligacionum fero 44. §. placet ff. eodem. §. est ita Inst. de verb. oblig.* Et ideo inter modos inducendæ obligationis non recensetur à *Iustiniano in Instis. de oblig. fin. Nec à l. C. in l. 1. ff. eodem. Cuiac. in recit. ad l. 44. Picbard. d. §. est ita num. 5. congruit Aristot. lib. 4. Physic. cap. 10. docens omne quidem fieri in tempore, nihil autem propter tempus, quia tempus mensura est actuum humanorum non vero causa, & facit vulg. regula in cap. non confirmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit 18. de reg. iur. in 6. & Inde dixit *Sanct. libr. 5. præcept. Decalog. cap. 3. num. 14.* quod à gestatione habitus, & actibus solis professis convenientibus non inducitur professio, nisi sciat per hoc, tacitam professionem facere, & simul habeat animum profitendi, & tenent etiam *Caietanus in 2.2. q. 189. art. 5. Nauar. conf. 26. num. 18. & conf. 28. num. 7. de Regul. & in manual. cap. 12. num. 71. de ratificatione Gratian. discept. forens. cap. 44. n. 2. & ad hoc uti quis dicatur votum confirmasse, necessaria est expressa confirmatio per voluntatem, qua quis deliberet non amplius velle irritationem, sed absolute obligari, *Suarez de Relig. tom. 2. tract. de voto lib. 6. num. 3.***

Cum ergo præsumptio hæc sit, locum habere non potest in præterito, quia constat Franciscam ante, & post professionem protestasse, reclamasse; continuis etiam eiulibus, & lacrymis, suum dissensum, retinentiam, auersionem testatam satis ostendisse, ut patet ex testibus, & probauit *Rota d. decis. 16. Iunij 1642. §. nec dicta & 17. Maij 1641. num. 5.* Et quod vsque ad diem renuntiationis illa non fuerit Monialis; dicitur in *decis. 30. Ianuarij 1640. §. fin.* Vnde intrat conclusio illa, quod expressus dissensus facit cessare tacitum consensum, ut præter allegatos in *d. §. nec dicta, probat Adden. ad S. m. Greg. XV. decis. 385. num. 6. post med. vers. excluditur autem Rota decis. 706. num. 3. part. 2. recent. & decis. 60. num. 14. & seqq. post Visian. de iurep. num. 14. & in Messanen. nullitatis professionis 25. Maij 1642. coram R. P. D. meo Peutigerio Innoc. in cap. 1. de his qui vi numer. 1. in fin. Nauar. conf. 34. sub num. 3. vers. tunc quia non colligitur de regul. Decian. conf. 18. sub num. 5. vers. & in terminis nostris ac seqq. lib. 3. Rota decis. 579. part. 1. & decis. 179. & 533. part. 4. recent. & alij citati in decis. anni 1641. num. 5. ad fin. & vulgatissimum est iuris axioma, quod præsumptio cedit veritati ex *l. cum indebito 25. ff. de prob. Surd. conf. 37. num. 17.* Immo quod vna tollat*

aliam ex liquidam testam. 30. ff. de iud. lib. 1. C. q. d. de versus quos. Præcipue si fortior sit *l. Diuus 7. ff. de in i. regr. rest. l. non solum 67. ff. de ris. nupt.* Et eo magis procedit pluribus *l. 3. §. 1. ff. de testam.* Et plures in præterito sunt pro Francisca.

Et propterea S. M. Urbanus VIII. reuocè concessit restitutionem aduersus lapsum quinquennij, quam ex ista causa concedendam semper dicit *Sanchez ad part. disputans d. lib. 7. cap. 37. numer. 13.* Et in reclamante professionem, & ratificationem cessare tenuit *Innoc. in cap. sicut 15. de regul. num. 3. & 4. Cabrer. ubi supra numer. 55. vers. & quando in final. verb.* Et ex eo quod ante quinquennium coram nonnullis consanguineis, & aliis reclamauerat concessam restitutionem in *Sac. Cong. Concil. 27. April. 1630.* se informante dicit *Barbosa d. cap. 19. num. 19.*

Quæ fortius procedunt in muliere ignorante, ex quinquennij taciturnitate, induci hanc præsumptionem ex qua ignorantia in habitus delatione hanc præsumptionem cessare *Gratian. discept. forens. cap. 640. num. 1.* & in terminis loquens de viro, & maiori 25. annis *Sanchez d. disp. 37. numer. 22.* quia in muliere præsumitur ignorantia *l. cum de indebito 25. §. fin. autem ff. de prob. l. 2. §. fin. ff. de iure fisci l. regula ff. de iur. & fact. ign. in milite (quin in ignorantia iuris comparatur mulier ad iuribus) dixit *Marches. de commiss. tom. 1. de Signatura Gratia par. 1. cap. 2. num. 464. fol. mibi 95.* Cui post multos annos Religionis, & actus professorum concessa fuit restitutio.*

Quæ afferbantur ab illis de Gomez in præterito propositione ex habitus delatione, & actibus professorum cessant in facto, & in iure. In facto quia licet habitu regulari se induerit; eodem tamen tempore, & vestibus sæcularibus plerumque indutam processisse, & continue reclamacionibus animum explicasse probatur, & agnouit *Rota coram Rev. D. meo Carillo.* In iure, quia post *Concil. Trid. d. cap. 19.* hæc non habentur in consideratione, facta expressa possessione, sed quinquennij taciturnitas, ut late explicat *Sanct. ubi supra. num. 10. & 23.* ubi respondet *c. vidua, de regul. & similib. Moranta d. quæst. 30. art. 3. Bordon. de profess. cap. 1. quæst. 45.* Et obtenta restitutione aduersus quinquennium, omnia habentur ac si transactum non esset *Rota in Neap. professionis 18. Iunij 1518. coram Orano, & tenet *Adden. ad remissiones Bellarm. d. cap. 19.**

Et tandem hæc tacita ratificatio Franciscæ in Rota semper fuit reiecta; ut apparet ex *dd. decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Carillo, & coram me.*

Non etiam adest ratificatio expressa. Nam per illa verba; quod quamuis Monialis non erat hodie Monialis esse volebat, nulla relatio, immo expressa negatio ad actum præteritæ professionis apparet. Et omisso, An actus nullus possit ex ratificatione reconalescere. *Bartol. in l. quod obseruare ff. de off. Procons. app. 1. Surd. dec. 145. an. ad 13. & conf. 183. num. 34. & 35. & alij citati in dec. facta sub die 16. Iunij 1621.* Cuiusquam venit in mentem quod possit dici ratificatio actus, qui negatur gestus? Tum quia illa nullum verbum de ratificatione loquuta fuit, & hæc debet probari ab allegante, *Mascard. concl. 1255. num. 2. cum ibi citatis, & doceri verbis, aut factis ratificatum, quia nisi ex illis necessatio inferatur, non præsumitur, ut ex *Bartol. & aliis in præterita decis. adductis num. 25.* At hic verbum nullo modo sonant in ratificationem. Nam ratificatio est actum antea gestum ratum habere *text. in l. quomodo 12. ff. rem rat. haberi ibi Rem ratam haberi, hoc est comprobare agnoscereque quod actum est, & eius natura est retrahatio l. 5. vbi Dec. & Bart. & l. bonorum 24. ff. eod. in l. fin. ff. de bon. poss. l. fin. C. ad S. C. Maced. l. donationis 25. C. de donat.* Et Franciscæ verba nullatenus ad tempus, & actum præteritum, sed nec ad præsens referri possunt.*

unt, quia nihil de praesenti disponunt, vel affirmant
inter meram voluntatem in tempus futurum colla-
am late probatum in praeterita dec. num. 23. Nec dici po-
est, ut in decis. fact. 1642. quod ex illis verbis possit
inferri praecedentis professionis ratificatio, & consen-
sus de praesenti, nempe prout ex nunc ex dec. 216. nu-
m. 10. pag. 2. divers. quia ibi aperte dicit contrarium,
scilicet quod quando adest promissio, quod vult effici
Monialis, & solemniter emittit, postea professionem,
licet solum voueat obedientiam intelligitur, & caetera
rota fecisse, ergo non sufficit promissio; quod volebat
effici Monialis.

Non obstat Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 18. num. 27.
qui loquitur de verbis mutuo prolatis inter sponso-
s in isto celebrandi matrimonij de praesenti, sed hic nullus
adest tractatus, nec verba inter obligandos, (videlicet
Monasterium & profitentem) inter quos celebratur.
contractus vltro citroque obligatorius, ut praeter rela-
tos in praedicta decis. dicit Peyrin. tom. 2. de Pralat. quaest. 3.
cap. 1. §. 6. num. 160. Sanch. in precept. Decal. lib. 5. cap. 4.
num. 62. & lib. 6. cap. 9. num. 7. Bordon. ubi supra cap. 1.
quaest. 39. cum aliis. Nec actus ille ordinatus ad facien-
dam professionem, seu ratificationem, ut in praeterita
decis. num. 24. Et esto fuisset tractatum de ratificatione,
verba illam excludunt, & nec ipsi de Gomez habuerunt
eam pro tali (vnde prosequuti fuerunt suas diligentias,
modo noluerunt acceptare & tanquam non ratificatio-
nem reiecerunt) Nec Francisca, quae processit in suo ha-
bitu seculari, quem antea gerebat, nec Monasterium
quod nec in posterum habuit eam pro Moniali, & per-
nisiit ei d. habitum saecularem, quae obseruantia suffi-
ceret ad explicanda verba quando fuissent dubia late
Rota in Tiburti. fideic. 25. Maij anni praeteriti coram mo-
Maxime quando incipit statim post eorum prolationem,
Barrea dec. Granat. 53. num. 22. Et actus qui sequitur
ostendit qualitatem actus praecedentis §. Panonum Instit.
le ver. diuis. l. sed & Iulianus. 8. alias l. item §. proinde ff.
d. S. C. Macod. quem dicit pulchrum Osasc. dec. 90. num.
9. l. si qui 34. C. ad l. lul. de adul. quam dicit notabilem
Dec. conf. 421. num. 3. lib. 2.

Nec quicquam facit quod in decis. facta 1643. di-
ctum fuit negationem professionis, & monialitatis, &
verba Franciscae quamuis Monialis non fuerat, &c. in-
telligi de vera professione, & monialitate, non de
la apparente ex professione, licet nulliter emissa, &
abitus gestatione, & ad eam aptari ratificationem. Pri-
mo quia verba non sonant in ratificationem, ut dictum
est, & quando fuissent dubia in proprio, & vero signifi-
citu debent intelligi l. non aliter 69 ff. de leg. 3. Praecipue
quando non agitur de obligando l. quicquid adstringende
1. ff. de verb. oblig.

Sed & ipsi scribentes pro Gomez dicunt intelligen-
dam ratificationem, prout ex nunc, non prout ex tunc
toto retorquetur, in praeterita decis. num. 40. Et esse
ex nunc repugnat cum natura ratificationis, quae
cessario est distincta ab actu ratificato. Immo & ipsi
scribentes pro Gomez dicunt Franciscam non praeteritam
ratificasse, sed voluisse in posterum professionem facere,
in suo Summ. num. 14. lin. 1. formalibus verbis. Secun-
do testis super sexto *Necessarium erat d. Professionem
inter de nouo, eo quod ipsa Monialis non erat, sed
in posterum esset in posterum, & hac ratione dixit in dis-
tinctione quod quamuis Monialis non erat usque ad diem
mortis, ea in posterum volebat esse intelligens, quod de illa
in posterum volebat esse Monialis non vero ratificauit
illam professionem, quam a principio emiserat. Idem
est sextus testis ibi. Quod si usque tunc Monialis non
erat, futura esset, & nunquam ratificauit professionem.
eodem Summ. numer. 18. Quartus testis ibi. Quod
Francisca noluit dicere, nec fateri fuisse Monialem, sed
ad futura esset in posterum (quae testium ver-*

ba probant, quod nec de praesenti fecit profes-
sionem, sed quod volebat de futuro facere) idem alii
ibi.

Vnde dato & non concessio quod illa verba operaren-
tur consensum de praesenti, iam esset diuersus con-
sensus & ad diuersum actum ordinatus. Et ideo ne-
cessarius etiam consensus Conuentus. Nam quando
esset vera doctrina tenens quod Papa suppleat consen-
sum in ratificationibus quod forte minus probabile est
ut insinuatum fuit in praeterita dec.) Hoc necessario intel-
ligendum, prout ipsi ipsi loquuntur DD. nempe quando
ratificatur actus praeteritus inualidus, ac si valide gestus
esset, ut in illo qui venditionem metu factam ratificat,
etsi illa professionis actum ratum non habuit utique.
evanescit consensus Conuentus datus pro illo actu, qui
& solum dicitur perseverare quatenus actus ille ratifica-
tur. Nam quando secundus consensus non refertur ad
primatum etiam validum diuersus dicitur actus arg. tex.
in l. 2. in fin. ff. de nouat. Et si actu nulliter gesto om-
nia superueniant ex quibus constituatur actus ille de quo
agitur non habito respectu ad id quod praecessit nulli-
ter, incipit ex nunc actus nouus, & diuersus l. 1. §. 1. ibi
quasi nunc datum ff. de leg. 3. l. eos qui 65. §. 1. ff. de rit. nupt.
Barbosa d. cap. de reg. sur. num. 2. & 3.

Et quod illa verba nec de praesenti inducant profes-
sionem satis patet ex dictis & latius probatum in decis.
praeterita num. 23. & quando essent dubia simpliciter
prolata non sunt amare interpretanda arg. text. in l. quod
venditor 18. ff. de adil. edict. Nec trahendi ad promissio-
nem quod simpliciter prolatum est d. l. 18. in fin. iuncta
l. sciendum 19. §. dictum ff. eod. Quia ubi de obligando
quaritur propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem
ad negandum, vni de liberando ex diuerso, ut facilius fit ad
liberationem, ut per haec verba dixit Paulus in l. Ari-
annus 47. ff. de act. & oblig. & faciunt alia iura ibi a gloss. &
Gottofred. congesta.

Quae multo magis procedunt in muliere vim igno-
rante verborum, ut ratiocinantur citari a Modern. Lu-
cen. conf. 80. num. 16. ubi num. 8. quod clausula codicil-
laris in testamento mulieris simplicis nil operatur si
Notarius ei non explicat vim huius clausulae, quia vo-
luntas non cadit in ignorante l. sed hoc ita 20. ff. de ac-
qu. pluui. arcend. cum similibus, ex quo dicunt Azo. in l.
fin. col. 2. C. ad Vell. & ibi gloss. §. penult. verbo non usur-
ram, Cynus num. 4. Covarr. lib. 2. ar. cap. 3. per tot Greg. Lo-
pez l. 4. tit. 2. partic. 5. verbo Sabidores, late Guiterrez
de iurament. cap. num. 1. & 7. quod mulier renuncians
Velleiano nihil agit, nisi certiorata sit de beneficio sibi
competente.

Ex quibus satis apparet Franciscam nec ratificasse
nec professam fuisse. Quicquid sit an metu, ut in pra-
eterita decisione, vel dolo, & fraude, promissionibus, &
suasionibus fuerit inducta, licet hoc satis videatur pro-
batum ex testibus, & coniecturis, quae sufficiunt ad
probandum metum. Rota apud S. m. Greg. XV. dec. 326.
num. 7. Seraph. dec. 771. num. 2. Hond. conf. 29. num. 21.
lib. 1. Pont. conf. 44. num. 17. Mascard. concl. 1055. num. 3.
& alij per Cabrer. de mesu lib. 1. cap. 9. num. 4. Praesertim
quando omnes tendunt ad eundem finem, quia tunc
licet singulae non sufficerent simul iunctas efficere ple-
nam probationem dixit Rim. conf. 25. num. 12. lib. 1.
Ceph. conf. 718. num. 58. & 59. vol. 4. Barbosa l. 2. ff.
solui. matrim. numer. 19. Greg. Lopez in l. 11. tit. 4. par. 3.
verbo Per grandes. Rota contra Salic. dec. 260. numero 2.
& 5. apud Farinac. tom. 2. crim. & est Bald. doctrina
in cap. cum terra, de elect. numero 11. quem refert
& sequitur Marches. de comm. ff. d. tom. 1. part. 1. de Si-
gnatura gratia cap. 2. numero 45. fol. mibi 92. ibi, per
ipsa ferè verba Baldi. Ploratus, & vltimus signum metus,
& qui audierunt probant meum per modum signi. Nam
tunc metus probatur quamuis testes metum probare
nesciant

nascent per viam causa, & num. 453. ibi *Ploratus, & ululatus ubi passio cor penetrans*. Qui loquuntur in termino professionis *Cabrer. d. lib. 2. de metu cap. 10. nu. 35. in fin.* Et Francisca ciulatus & lacrymis, & large profusis ante & post lris renunciationem, & præensam ratificationem, satis metum, & animum demonstravit, *Nam lacryma interdum pondera vocis habent*, ut quidam dixit *Salmonen. Poeta*, Et de promissionibus & suasionibus pro parte Veredarij fratris Francisce factis expressè probant ipsius Veredarij testes producti in *Sum. numer. 15. ubi secundus testis ibi Faciendo es magnas promissiones*. Tertius ibi *fecit multas promissiones, & ad 40. ibi, Et facta fuerunt notabiles diligentia ad instantiam d. Veredarij*. Sextus testis ibi. *Et quod si ita faceres ei daturus esset auri pondera, & quod aliter non visura esset finem huius lris*. Septimus testis de suasionibus, & promissionibus, & multi alij testes *eodem Sum. n. 18. & 19. ubi Nonus testis ibi, & illi facta fuerunt magna instantia*. Idem dicunt alij *numer. 20.* Et quod Veredarius noluit adimplere promissa, quia ratificatio non fuit facta ad suum modum, & omnes deponunt suasiones, promissiones, & instantias, & diligentias factas fuisse per P. Emanuel Vasconcelos F. Iacobum Peregrium Capuccinum, P. Didacum de Emera Iesuitam, licet hi tres R. P. P. animose hoc negant in certis fidebus, quæ eorum nomine circumferuntur, & dantur in *Sum. numer. 16.*

Et quicquid sit etiam de metu reuerentiali cum minis acerrimis incusso quem non solum sufficientem esse respectu Patris, & Fratris in cuius potestate, domo aut cura existit, quæ metum patitur, sed etiam respectu eius à quo quis in non paucis dependet quando ob eam indignationem prudenter timet graue aliquod malum vel grauem cumulum malorum paruorum tenuit *Hurtad. de mas. disp. 7. diff. 1. n. 2. & faciunt verba rex. in l. vn. C. de Repud. ibi Si parentibus, aut tutor, aut curas. aut ipsis qua matrimonium contractura sunt potest esse terribilis*. Quicquid sit de omnibus supradictis sufficerent saltem ad declarationem verborum, dato citra veri præiudicium quod fuissent dubia *ex traditis à Rot. in Tiburi. fidei com. 14. Ianuarij huius anni coram me §. præcipue.*

Maximè cum non sint prolata dispositiue & de per se, sed causatiue, & enunciatiue quæ certum est non inducere dispositionem, *Barz. in l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3. Ripa in l. filius fam. 114. §. Dimi, si secundo n. 110. ff. de leg. 2.* Præsertim cum propter aliud & ad effectum alterius dispositionis multum diuersæ fuerint pronunciata, ut explicando *Aret. conf. 60. num. 2. dixit Genua de verb. enunciat. lib. 3. c. 7. num. 10. iuncto num. 8.* Et quod ex illis verbis nulla fuerit inducitur ratificatio, nec professio satis probatum in præterita *dec. n. 23.*

Quibus addebatur in dicta præterita decisione *ex num. 40. & cum seqq.* quod dato etiam verba illa inducerent professionem vel ratificationem erat necessarius nouus consensus Conuentus ex latè ibi adductis, esto vera esset opinio dicentium Papam, seu Ecclesiam Monasterij supplere consensum. Nam intelligitur si non reuocauerit medio tempore. *Bordon. ubi supra cap. 6. num. 11. vers. ex quibus, & vers. dixi, & in præsentem reuocatus expressè fuit in illa reuocatione mandati, quod datum fuerat ad prosequendam litem, & sufficeret Francisca reclamasse ante ratificationem, & multo magis impetrasset restitutionem contra lapsum quinquennij argumento minoris, ut benè probatur in l. 2. C. si aduersus transact. & in l. sed & Iulianus 13. §. sed & si quis 28. ff. de act. empt. ubi Ant. Fabr. & Barz. in §. precedenti ne ludibrio leges ei fiant, ut loquitur Iustinianus in l. fin. §. ubi autem puerilis C. de bonis qua lib. Tum quia vna via electa non potest quis ad aliam redire, sine nouo alterius contrahentis consensu *l. si fundus 4. §. eleganter l. post diem 7. ff. de lege commiss.* Tum etiam quia intelli-*

genda est (addebat vnus ex Dominis) rebus sic stantibus & non mutatis à die emissæ nulliter professionis diem ratificationis. Nam ad hoc ut valeat ratificatio cessarium est, ut nihil aliud impediatur coniunctionem extremorum videlicet actus ratificati, & ipsius ratificationis *Barbosa in cap. ratificationem 10. de regul. iuris sexto, & quod omnia sint in eo statu quo fuerunt tempore quo negotium gestum est, Barz. in l. si uxor §. quis uxorem numero 3. ff. de adult. Dec. in l. semper numero 13. ff. de reg. iur. Menac. de success. §. 18. numero 91. Surd. decis. 111. numero 1.* Aliàs si medio tempore professus indignus redderetur Religione, vel ad eum terminum res deuenirent à quo incipere non potuit, vel non debuit durum esset Religionem obligare tali ratificationi consentite. Præcipue si etiam tertio præiudicium irrogaretur. Nam si præiudicium fiat tertio, cui medio tempore ius aliquod quæsitum est, nihil valet ratificatio *Barz. in l. aliena in princ. de pign. act. argum. text. in l. si partem, §. ultimo ff. quemadmodum. seruis. amitt. dicit communem Tiraqu. de consist. part. 2. ampl. 7. num. 4. quod est contra mentem Principis l. 2. §. merito, §. & si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. leg. rescripta 7. Cod. de prec. Imp. off. cum vulgatis, & congectis à gloss. Gotsfred. ibi.* At certissimum est quod ex hac ratificatione Francisce præiudicium inferetur Conuentui, & iniuria, & grauissimum damnum fieret multis. Nam Francisca eo medio tempore (quo iam non dubitabatur quod non erat Monialis) vim magnam æris alieni contraxit, quod erat publicum, & nullo alio modo posse ab eo liberari nisi adipiscendo partem legitimam, aut fratris hæreditatem, aut si ab alio caueretur de solutione. Nec credendum est consensurum hoc Monasterium, & multo minus quod Pontifex, seu Ecclesia in tali casu veller eum consensum supplere cum præsertim Bullis Pontificis prohibitum inueniatur in ære alieno grauati ad Religionem admittantur, immò Sixtus Quintus in Bulla qua incipit, cum de omnibus, quæ apud me est 71. tom. 2. pag. 601. irritauit tales professiones, & nullas esse voluit, & licet quantum ad nullitatem eam reformauerit Clemens VIII. in Bulla quæ incipit, In suprema Ecclesie, quæ est mihi est 83. tom. 2. pag. 129. pœnas alias Sixto impositas reliquit.

Nec dicatur quod loquantur de viris, nam eadem ratio est in mulieribus, & quando eas non comprehenderent Bullæ, nititur tamen hoc ratione naturali, & iure communi ne videlicet iniuria fiat alteri. Et magis hic fieret creditoribus, & ideo ante Bullam editam nolam esse talem professionem tenuerunt multi apud *Sanchez in præcept. Decalog. cap. 19. num. 6 & 8. Miranda in Manual. tom. 1. par. 17. artic. 8. Peyrin. tom. 1. de subdito d. cap. 25. artic. 3. vers. de iure autem. Lezana quæst. 7. regul. tom. 1. cap. 25. num. 17. Bordon. de profess. cap. 9. §. 9.* Quos omnes citati tenent, quod licet professio non sit nullum tamen non potest fieri sine peccato mortali à proficiente, nec recipi à Monasterio præter alias pœnas quibus subiiciuntur recipientes.

Nec dicatur etiam quod Francisca bonis cedendo posset ingredi Religionem ut disputant relati: Primum quia illa non fecit hanc cessionem. Secundo, hoc non procedit in eo, qui habet spem probabilem futurum esse, ut posset si non ingrederetur, satisfacere. Et non solum spem istam, sed certitudinem habebat Monasterium, & Francisca quod remaneret sæculo posset ab ære alieno liberari ex legitima parte & ex hæreditate fratris, bene in fortioribus terminis distinguit *Sanchez d. num. 8. & alij quos sequitur Bordon. ubi sup. vers. duodecimo non potest*, immò, & in bio rationibus hinc inde urgentibus si probabilior set, quod posset satisfacere non posse ingredi *Sanchez ubi sup. num. 9.* Vnde cum tam magna eorum medio tempore rerum mutatio, nec Francisca potest ratificari

ificare, nec Monasterium recipere ratificationem, nec professionem posset ab initio recipere stante alieno. Nam in ratificatione requiritur, quod illi potuerit retroheri, & bene notat *Bord. d. 16. p. 30. vers. primo quod ratificatio actus inualidi eius nullitatem permanisse in suo statu & de iure in simili tenet Sanch. ad prac. Decal. lib. 5. tit. 1. §. 4. & ante eum, Io. Andr. ad Specul. tit. 1. Monach. §. qualiter.*

Interdixit fuit Francisca tantum informante, & pluries concipies libellum q. 37. num. 43.

Citata, & per multos menses expectata.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE

coram R. P. D. Peutingero.

Pampilonen. Parochialis.

Ven. 8. Februarij 1647.

Omni dixerunt, Carolo obtentam absolutionem ab excommunicatione ac recursus ad Iudicium Laicos incurram non suffragari. Quamvis enim rem recitibus, & omnibus quibuscumque iuribus & forsan acquisitis in amplissima forma renunciavit; quia tamen non obstante sequestro de mandato Rotae appposito super beneficio inter ipsum, & Sanctio controuerso, adhuc de facto se confouet in possessione eiusdem beneficij, & oblationes Christi finium recipit, vt probatur ex testibus in *Summario illi num. 8.* & sic apparet de clara, & euidenti violatione sequestri, iuxta notata in *Clem. ad compescende sequest. poss. & fruct.* minimè satisfecit conditioni in facultate absoluendi à Sanctissimo appositae hanc suam dumtaxat verbalem renunciationem, & proximis terminis dixit *Rota inter impress. post de consibus decis. 62. & in Pampilonen. de Ianzi in hoc mem. Lissa. relat. per Salust. Tiber. in pract. C. lib. 3. post cap. 10. n. 3. & 4. & in alijs relictis Madern. Perusia. de Manuten. obseru. 103. n. 14. §. 1.* Nec refert, quod testes sint sine citatione examinati, quia cum agatur de violatione sequestri à S. Rota apppositi, iudex sequestri non tenebatur de Carolo ad videndum examinari testes, cum ratio sequestri sapiat delictum, & maximè quia in materia recursuum admittunt probationes etiam inopes, & leuiore ad effectum denegandi audientiam *phin. decis. 296. n. 10. Caualer. decis. 529. n. 3. Budic. decis. 449. num. 9. & in Casaraugustana beneficij iurata 15. Nouembrijs 1644. coram D. meo Richo. ultra se excusat Carolus allegando sequestrum super fructibus cadere, cum ipsa possessio, tantum tentata fuerit sequestrata, & oblationes, quas recipit rectè inter fructus connumerentur, vt per *de re benef. lib. 1. quest. 30. num. 33. & 34. decis. 368. num. 1. p. 2. & decis. 391. par. 4. tom. 2.**

Stat etiam Carolo pro consequenda absolutione, expensas Sanctio nondum recesserit, vt debuissent clausula in Breui facultatis absoluendi appositae, *refectis expensis*, quae actualement satisfacionem daret, ad eò quòd oblatio, seu cautio de illis refectis, facta illarum liquidatione non sufficiat, ex testibus per *Barbos. clausula 132 num. 1. cum duobus coram Gregor. XV. decis. 492. num. 9. ibique Aditerra B.* ita quòd si expensae non erant liquidatae, vt Sanctio terminus ad liquidandum praefi-

Anton. Diana Pars IX.

geretur instare debuisset, vt in iudicijs privilegiatis fieri solet. *Rota decis. 269. n. 1. in fine par. 4. recens. prout est iudicium recursuum, & attentatum Lancell. de attentat. p. 3. cap. 31. n. 72. & seqq. praesertim quando in commissione adest clausula, refectis expensis*, quia ablatius ille absolutus infert conditionem, & proinde iurisdictionem suspendit, donec actualiter expensae reficiantur, vt in puncto dictae clausulae tradit *Capuaquen. decis. 150. per tot. p. 1. & in proximis terminis clausulae parito Breui. Seraph. decis. 655. Gonzal. super reg. 8. glos. 9. n. 1. in Annot. n. 247. cum pluribus seqq.* Hic enim dubitari non potest, quin de expensis saltem in genere constet, cum occasione recursuum plures actus iudiciales facti fuerint, qui utique sine expensis fieri non consueverunt. *Ad ad Gregor. XV. dec. 503. in fine ver. qua opinio.* quam resolutionem Carolus à Sanctio petere non posset, quia in Breue absolutionis à recursibus Sanctij non legitur clausula, *refectis expensis.* Cum supradictas itaque duas condiciones, quae copulatiue in Breui appositae adimplendae fuissent *generaliter. C. de insti. & sub. sit. Surd. decis. 135. n. 1. Fontanell. decis. 45. num. 13. Mantis. decis. 247. num. 4.* non adimpleuerit; licet iudicato, quod per appellationem à sententia interpositam, non adest, & in Breui demandatur quatenus adsit, parere non teneatur, tamen Domini resoluunt absolutione obtenta ipsum iuari non posse iuxta *decisionem in his terminis 173. ferè per totam par. 6. recens.* vtraque parte informante.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE

coram R. P. D. Meltio.

Calaguritana praetensi matrimonij.

Luna 11. Februarij 1647.

IN hac causa sub die 13. Martij 1643. coram me fuit resolutum Ioannem de Anguiano esse cogendum ad ineundum matrimonium cum Angela Zalduar vigore sponsaliorum de futuro, quae inter eos fuerant contracta, ac promissiones factae per d. Io. de contrahendo matrimonio cum eadem Angela, & non cum alia, vt apparet ex Sum. dictae propositionis, maximè quia inter eos postea sequuta fuit carnalis copula. Repposita sub hac die causa ad instantiam Ioannis recessum fuit à decisio ex nouiter deductis, & probatis per eundem vigore Remissoriae illi concessae. Primo enim fuit probatum D. Angelum non solum ante dicta sponsalia non fuisse virginem, verum etiam postea vitam inhonestam duxisse, quae habita fuit pro iusta causa impediendi ne Ioannes recusans tale matrimonium ad illud cogi possit, cum iure cautum reperiat contrahentem cum aliqua sponsalia esse quidem monendum, vt ad matrimonij effectuationem deueniat, non tamen ad illud esse cogendum, si aliqua subest causa ex qua vir à sponsalibus etiam resilire praetendat, *cap. ex litteris il secundo in fin. ibi, nisi rationabilis causa obstiterit &c. & ibi glos. & DD. & cap. Requisiuit, de sponsal. M. Anton. resol. 2. num. 3. vers. tamen quando adest vera, & rationabilis causa lib. 1. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 12. glos. vnic. num. 6. Menoch. de arbit. cas. 455. num. 1. Giouag. conf. 16. num. 19. & 36. lib. 1. Gabr. conf. 186. num. 1. & 8. lib. 2. Menoch. conf. 786. num. 1. Seraph. decis. 1112. n. 4. vers. haec tamen regula, & decis. 1258. num. 1. Cauat. decis. 447. num. 1. vers. quia est Inuis concl. Buratt. decis. 311. n. 2. & decis. 412.*

KK

num. 6.

num. 6. vers. tertio, & c. & in recent. decis. 217. n. 9. vers. aduertebant omnes DD. par. 1. & coram bon. me. Coccino decis. 437. num. 1. & seqq. relas. per Rubr. in suis anno. ad decis. 431. n. 79. par. 4. tom. 3. recent. Ecclesia solet abstinere à coactione matrimonij, ratio enim est, quia nuptiarum coactæ, ut plurimum exitus malos habere solent; cap. requisit in fine, & ita not. Glos. & DD. extra de spons. & ibi Abb. num. 3. Sanch. de matrim. disp. 10. n. 10. vers. 4. limita, & disp. 29. n. 4. vers. probatur autem lib. 1. Mant. de tac. & ambig. lib. 3. tit. 17. n. 12. ibi nam nup. per metum & c. n. 17. M. Anton. resol. 2. n. 7. vers. secunda erit causa, & seqq. lib. 1. Gabr. d. conf. 186. n. 7. vers. secunda est conclusio, & seqq. usque ad fin. lib. 2. Gionagn. cod. conf. 27. Rmin. iun. conf. 362. n. 50. vers. coactis nuptiis, & c. Seraph. dec. 893. n. 33. vers. nam & c. & dec. 1112. num. 7. vers. solent enim & c. Buratt. dec. 311. n. 2. vers. in proposito autem, & seq. & in rec. 207. n. 9. vers. Ideoque si etiam plena, & c. par. 1. & coram. Papa Greg. XV. dec. 376. n. 5. vers. & licet, & ibi Add. n. 9. ibi cum nuptiarum coactæ. Sponsalia autem in se habent tacitam conditionem si res in eodem statu permanerit & si causa iusta ab eis recedendi non superueniat, prout iustissima videatur, si mulier post illa cum alio fornicetur c. Quomodo de iur. iur. ubi glos. in verbo oculos. Hostien. n. 8. Io. Andr. n. 13. Ant. car. n. 3. Abb. n. 9. & conf. 48. n. 8. lib. 1. Sanch. de matrim. disp. 29. n. 4. Mant. de tac. & ambig. lib. 3. tit. 17. n. 19. vers. ex hoc autem deducitur & c. Rota d. 437. n. 9. circa fin. & d. 242. n. 3. ibi, Et ratio est coram Durano Seraph. 1112. n. 9.

In presenti vero casu quam plurimæ ex parte Io. adduntur causæ pro prætena dissolutione horum sponsalium, quæ autem sint iustæ Iudicis arbitrio remitti solent. DD. in d. c. Ex litteris, & c. Requisit. extra de sponsal. Sanch. de matrim. disp. 29. n. 16. ibi Totum enim id. Menoch. de arbitr. iud. cas. 455. n. 2. vers. & Iudicis arbitrio Fontan. de pact. nupt. claus. 12. gl. vnic. n. 6. M. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 2. n. 11. Surd. conf. 364. n. 9. ibi, quæ tamen aestima, & c. Gabr. d. conf. 186. n. 2. vers. vel quando, & c. Gionagn. d. conf. 16. vers. & quoniam lib. 1. Rota penes Buratt. dec. 311. n. 2. vers. quæ autem dec. 397. n. 2. vers. cum tamen, par. 1. diuers. & coram Papa Gregor. XV. dec. 386. n. 6. & 447. n. 2. vers. quæ causa coram Card. Canal & dec. 451. n. 3. par. 4. rec.

In primis autem DD. valdè iusta causa visa fuit pro tali dissolutione illa, quæ oritur ex mala fama, & impudicitia eiusdem Angelæ probata ante dd. sponsalia per d. Io. profus ignorata, ut patet ex eius Sum. n. 1. dum primus Testis deponit se habere, & tenere pro certo Angelam fuisse, & esse mulierem impudicam, secundus Testis refert se audiuisse ab vxore Matthæi de la Scaga Angelam modo cum vno, modo cum altero locutam fuisse, quo casu, cum copula sit difficilis probationis, ut inquit Rim. iun. conf. 247. n. 5. ibi, ex quo Soc. iun. conf. 32. n. 12. 13. & 23. lib. 2. Dec. conf. 577. n. 2. Ond. conf. 15. n. 30. vers. tum etiam quia, & c. vol. 1. Farin. in prax. crim. q. 136. cap. 1. n. 4. par. 2. tom. 2. Buratt. dec. 530. n. 9. ibi, quæ tanquam difficilis, & c. & agatur de probando eo, quod certitudinariè ex sui natura sciri, & cognosci nequit, cum secretè, & non palam, nec in hominum conspectu fiat, & actus copulæ in sensu testis immediatum non cadat. Ceph. conf. 82. n. 30. & seq. lib. 1. Ferret. conf. 389. n. 14. Ond. conf. 15. n. 26. usque ad 34. Farin. d. q. 136. n. 34. Alex. conf. 169. n. 12. lib. 6. propterea ad illam probandam admittuntur qualescumque probationes etiam præsumptiuè, & ex sola fama, & etiam imperfectæ, quæ vniuntur ad constituendam, plenam probationem, immò coniecturæ sufficiunt, cum semper admitti soleant in his, quæ sunt difficilis probationis. Mascard. de probat. concl. 452. n. 5. 10. & 12. Sanch. de matr. lib. 10. disp. 12. n. 46. Farin. d. q. 136. cap. 1. num. 2. & cap. 3. n. 74. & in tract. de test. quest. 64.

n. 223. & seq. Mant. de tac. & ambig. lib. 3. tit. 17. n. 8. R. iun. d. conf. 274. n. 6. 7. 8. & 13. Dec. conf. 117. n. 12. H. conf. 178. n. 13. & 15. Soc. iun. conf. 32. n. 13. lib. 2. Ond. d. conf. 15. n. 28. & 32. ibi, Et propterea & c. Buratt. 503. n. 9. & post 2. vob. conf. Farin. dec. 35. n. 2. ibi, in his, & c. & dec. 72. n. 2. ideo dd. testes etiam in res, & de credibilitate deponentes illam probationem in genere, Bart. in l. 2. §. Idem Labea n. 5. & plu. arc. Mascard. d. concl. 452. n. 13. Ond. d. conf. n. 33. vers. ideo Testes, & c. Pacen. matrim. 516. 20. coram S. D. N. in §. Accedente etiam quæ fornicationem Buratt. dec. 355. n. 9. vers. & c. Farin. de test. q. 64. n. 223. vers. limita 17. & seq. dum agitur ciuilitè, ut in presenti casu probandis sponsalibus Farin. d. tract. de test. d. q. n. 229. & in prax. crim. d. q. 136. n. 18. ibi, & c. & c. n. 1. ibi, ubi de crimine agitur ciuilitè & c. & c.

Remanet eo magis d. copula probata ex deponente d. primi Testis dum, testatur audiuisse à Petro ualora Scholati ipsum carnalem copulam cum Angelâ habuisse. Secundus Testis pariter deponit audiuisse Io. de Minoro ipsum quoque copulam cum Angelâ habuisse, ac idem fecisse Martinum Gil, Tertius Testis deponit audiuisse ab Andrea de Anguiano eandem Angelam tractatus impudicos habuisse cum d. Petro, & testes cum specificè deponant, & à quo audierint deponant ipsius Angelæ fornicationem, & factum in publico. Glos. in cap. Præterea vero consors, de testib. Hostien. num. 2. Ferret. consilio 168. n. 15. in fin. vers. uenio ad aliam speciem probationis & num. 1. & seq. Ferret. conf. 168. num. 20. per tot. Ceph. conf. 82. n. 30. ibi asserit se intellexisse, & num. 31. ibi, ubi etiam quod specificans, & c. Pro ut de reiteratis oculis etiam & amplexibus, dum Angela inuitabat d. Petrum ad cœnam dum simul sæpe cœnare solebant deponit d. primus testis asserens ulterius vidisse d. Angelam, & Petrum nocturno tempore in locis suspectis, dum ipsa descendebat ad aperiendam eidem Petro portam domus, ut ab ea exire posset, & de dd. oculis, & amplexibus deponit etiam secundus testis, qui actus cum lux præparatorij proximè proportionabiles conueniunt, & ordinati ad ipsam copulam, utique illam probant per text. cap. Ex litteris, ubi glos. in verb. Præterea de testib. gl. in l. quod ait ff. ad l. Iuliam de adul. Bart. ibid. num. Alex. in l. 1. n. 19. vers. exemplum in probat. ff. de testib. Lup. alleg. 53. consequens de amplexu Farin. d. q. 136. cap. 8. num. 109. & ibi num. 124. loquitur de conuul. & num. 130. de oculis, & num. 136. de amplexu, Rota d. conf. 374. num. 9. & seqq. loquens de dd. actibus, & aliis similibus, Ferret. d. conf. 168. n. 3. ibi per unum amplexum Dec. conf. 377. n. 10. & 11. Mascard. de probat. concl. 452. num. 16. & 18. Buratt. dec. 350. num. 10. vers. ex cohabitatione, & c. Vnde cum d. Angela probatur ab alio cognita, talis fornicatio sufficit pro sponsalium dissolutione etiam si illa fuissent iurata, & c. notat Mant. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 17. num. 17. vers. nam si sponse.

Ignorantia autem circa impudicitiam, & inuestigatos mores Angelæ probatur dum ipse erat otiosus in Oppidi S. Ascensij, quod distat ab Oppido Annante, in quo degebat Angela spatio 45. milliarum, idè illius qualitatem, vitam, atque mores scire poterat. Tum quia etiam ipse erat valdè iunior, ac teneræ ætatis, quæ in eo magis facit præsumere ignorantiam, maximè respectu eorum, quæ ad eum cultè fiebant ut alicui patere nequirent, e. Præsum. reg. iur. in 6. l. Verius ff. de prob. Surd. conf. 7. n. 35. & 28. n. 100. Seraph. dec. 916. n. 9. Greg. dec. 511. n. 19. & 19. n. pariter 19. Canal. dec. 289. n. 6. & in rec. dec. 136. n. 1. Mascard. de prob. concl. 880. n. 2. Concurrunt etiam uerissimi

nerisimilitudo, quod iuuenis nobilis mulierem impudicam ducendo, se domumque suam perpetuo dedecori subiisse voluisset, vt aduertit Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 63. num. 3. & seqq. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 33. num. 4. Giouag. d. conf. 16. num. 42. vers. quis enim honesta conditionis est tam factus, &c. & licet non desint, qui sentiunt causas prædictas tangentes mulieris impudicitatem, quamuis à sponso ignoratas non sufficere ad dissoluenda sponsalia iuxta text. in cap. Quemadmodum, de iureiur. vbi firmat sponsalia minime dissolui ob fornicationem, & morbum præcedentem Paludanus 4. quest. 27. artic. 3. num. 33. Tamen dum concludentur apparet de tali fornicatione etiam post dicta sponsalia, vt in præsentis casu illa bene possunt dissolui, & bene distinguitur per eundem text. in cap. Quemadmodum vbi doctor. etiam si fuerint iurata, vinculum enim iuramentum non adeo firmat sponsalia, vt non liceat ab eis recedere iuxta accedente causa text. in cap. Præterea el primo, & aperitius in d. cap. Ex his Siluan. & in d. c. requisit de sponsalib. & prædictis in locis Card. Burr. Abb. & Præpos. M. Martin. resol. 2. num. 4. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. num. 6. Molin. de iust. & iur. disp. 272. fol. 120. §. Deinde si mulier. Sanch. qui multos citat de matrim. lib. 1. disp. 29. num. 4. ibi, vbi dicitur non esse cogendum, &c. & disp. 63. num. 3. Pont. cod. tract. lib. 2. cap. 18. num. 2. Syluest. in verb. sponsalia, num. 10. Lup. in c. per vestras, §. 8. num. 15. Couar. super 4. decret. part. 1. cap. 4. Menoch. conf. 786. num. 10. & 13. Giouagn. dist. conf. 16. num. 19. & 42. vers. tum quia, &c. Gabr. d. conf. 186. n. 2. Surd. conf. 364. num. 7. ibi, nisi rationalis causa, Seraph. dec. 1112. num. 4. & 1258. num. 1. Coc. dec. 437. num. 1. & seqq. Cauat. dec. 447. num. 1. & dec. 1. num. 1. vers. & licet part. 1. diuers. & coram Papa Gregor. dec. 376. n. 5. & ibi Adden. num. 9. vers. quando tamen, &c. Rom. sponsalium 9. Febr. 1629. coram bon. mem. Piromano, hanc opinionem, vt veriore firmat Sanch. de matrim. disp. 29. num. 4. vers. tandem ibi, & ideo, vbi plures referuntur D. D. & loco supra citato num. 5. vers. verius tamen, &c. At in præsentis casu cessat ista quæstio cum nullibi appareat de iuramento Ioannis, qui solummodo promisit se non esse in vxorem ducturum aliam mulierem, quam d. Angelam, & propterea eo minus est cogendus ad perficienda dd. sponsalia, Seraph. de primileg. iur. priuileg. 38. num. 2. Sanch. d. disp. 29. num. 3. ibi, & ua à contrario sensu, &c. Giouag. d. conf. 16. n. 36. & 39. vers. his ita stantibus, ibi, tum quia sponsalia non fuerunt iurata, &c. Gabr. conf. 186. num. 9. & 10. Rota dec. 447. num. 7. & 468. num. 3. coram Card. Cauat. In sponsalibus autem non iuratis etiam quæcumque leuissima causa sufficit ad effectum ab illis recedendi, Gabr. d. conf. 186. num. 6. Giouag. d. conf. 17. n. 47. Franc. Marc. dec. 534. n. 8. M. Anton. d. tract. lib. 1. ref. 2. n. 12. vers. in sponsalibus autem.

Nec obstat, vt Io. ex eo quod promisit Angelam ducere in vxorem teneatur illi fidem seruare, vt firmatur in decisione quæ reuidetur sub §. 1. vers. & nihilominus, &c. & vt referunt Add. per Rub. in d. decis. 332. num. 58. & 59. maxime cum post dd. sponsalia, fuerit etiam sequuta copula carnalis, quæ operatur, vt sponsalia transeant in matrimonium, vt in ead. nota supra dec. vers. quod eo magis, Gratian. discept. forens. cap. 55. §. Add. per rub. loco cit. num. 66. maxime dum à princip. fuerunt mutuo consensu sponsalia contracta, non possunt illa hodie vnus ex coniugibus tantum dissensu dissolui, vt in ead. dec. d. §. 1. ibi, & dum à principio, &c. & dd. Addent. per Rub. ibid. num. 67. 68. 69. & 70.

Nam vt dicebatur dum Io. cum d. Angela ad sponsalia deuenit sub credulitate, quod ipsa esset virgo cum talem eam se finxerit, ac illius impudicitiam

ignorauit, & hac deceptione non obstante etiam post contracta sponsalia ipsa non seruauit ei fidem, cum inhonestè nihilominus vixerit, iste pariter non tenetur matrimonium contrahere vigore sponsalium, nec ipsi Angelæ fidem perseuerare ex trita illa sententia, frangenti fidem, fides frangat eadem, l. cum proponas, la secunda C. de pact. Rom. in l. 3. §. possideri, num. 7. de acquir. poss. Mantio. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 16. num. 22. Altogr. conf. 9. num. 1. quod autem in decisione in hac causa emanata dicatur sponsalia transire ad matrimonium sequuta postea copula, illa loquitur in suis terminis, scilicet vt hoc seruaretur ante Concil. Tridentin. quæ iuris dispositio cum modò correctæ reperitur per ipsummet S. Trid. Concil. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. vbi irritantur matrimonia, quæ non sunt facta præsentis Parocho, & testibus cum aliis dicantur præsumpta propter illam carnalem copulam voluntariam, ideo de iure sunt sublata, vt sæpius declarauit Sac. Congreg. Concilij ad tradit. per Nauar. in anal. c. 21. sub. n. 26. vers. tertio pro alterius num. 28. vers. è contrario & n. 85. & c. 25. num. 144. Thom. Treuis. decis. 20. num. 1. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. n. 96. M. Anton. lib. 1. resol. 28. n. 13. vers. nam hodie, & resol. 76. num. 1. 4. & 5. Surd. conf. 364. num. 54. vers. hac vero Giouagn. conf. 67. num. 3. 1. 33. & 37. Rota in Tullen. sponsalium 22. Iunij 1620. coram Card. Sacro in ordine 232. n. 7. ibique iuris dispositio part. 4. tom. 2. recent. & licet à principio sponsalia fuerint mutuo consensu contracta, tamen dum postea Iudex animaduertit partem recusantem matrimonium habere iustam causam ab illis resiliendi stante hac iustitia causæ pars resiliens immunis redditur ab obligatione illa perficiendi, vt inquit Guttier. de matrim. lib. 1. c. 14. n. 6. vers. quod si vnus, &c. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 52. n. 4. cum Sancta Mater Ecclesia timens summopere infauitos euentus coacturam nuptiarum se abstinere à coactione cum sponsalia non sint indissolubilia, sicut est matrimonium. Ideo legitima subsistente causa, vt dicebatur, Ecclesia potest, & debet dissimulare, ne ad coactionem procedatur, vt præter adducta in §. 1. ibi, & isto casu, &c. scribit collect. in d. c. resol. 2. vers. credo tamen, quod Ecclesia de sponsal. Mantio. de tacit. & ambig. lib. 63. tit. 17. n. 8. & 18. dd. adden. ad dec. 331. n. 79. M. Ant. d. resp. 2. n. 7.

Atque ita Iudex dum subest iusta causa debet tantum recusantem monere dict. cap. litteris, & ibi DD. omnes Abb. in c. requisit n. 4. de sponsalib. Alex. conf. 212. num. 5. vol. 5. Anton. alios referent ad resol. 2. n. 4. Vterius, constat etiam de graui indignatione parentum Io. & consanguineorum de odio, ac maxima animi auersione in sponso contra sponsam excitatis, necnon de imminente scandalorum periculo, ac de maximo infelicis exitus timore, quo casu sequatur tale matrimonium, prout de his omnibus deponit 8. testis eodem sum. num. 3. & 4. Idemque deponunt 4. 5. 11. 12. 14. 18. & alij 20. Testes examinati vigore remissoriaræ, quorum dicta comprobantur ex Epistola Ordinarij Calaguritani super his omnibus attestantis.

Quod autem dicta Angela post dicta sponsalia inhonestè vixerit, & fornicationem commiserit, colligitur ex Sum. Io. n. 2. & 3. vbi plures testes deponunt de illius honestate, scilicet de osculis cum diuersis amantibus, quod permanebat continuè in domo Martini, quod iste dixerit cum eadem pernoctasse, quod illa fuerit malè tractata ab eius Matre ob illius inhonestatem, quod mater obiurgabat Amasium, ad quem de nocte ipsa confugiebat de alteratione inter amasium, & Angelam, & quod ista dabat ex platea signa Amasio, quod Martinus Gil. olim Amasius rixabatur cum Andrea nouo Amasio

propter amorem Angelæ, quæ omnia in his terminis, & alia similia considerantur per *Ferret. in d. suo consil. 168 num. 19. vers. penult. adduct.* aliam spero Iudiciorum, quæ ex alieno auditu, &c. & n. 20. firmat testes deponentes de auditu, & à quo audierint probare adulterium, à contrario sensu firmabatur per *Mans. decis. 762. n. 5. Riminald. iun. cons. 398. n. 28. maxime cum dd. Testes credant, quod audierint. c. Quosia, & ibi Buer. & Aret. col. pen. vers. circa secundum, de testib. Natta cons. 170. n. 7. Cephal. cons. 250. num. 25. Riminald. iun. d. cons. 398. n. 29. vers. verum.* Et dum non agitur ad plenum præiudicium separationis vinculi, vt in præsentī casu, in quo matrimonium nondum fuit contractum dd. Testes suffragantur, vt firmat idem *Ferret. d. cons. 168. n. 20. vers. non obstat, &c.* qui licet de auditu deponant, iūcti tamen cum fama publica, quod d. Angela esset malæ conditionis, & inhonestè viueret, probant illius fornicationem, quæ præsumitur continuata post sponsalia, dum non probatur emendatio *d. cons. 168. num. 20. vers. concurrunt etiam*, quæ omnia sint apta negotio, de quo agitur, & verisimilis, faciunt adeo vehementem, & violentam præsumptionem, vt debeat includere animum ad credendum talem fornicationem, quatenus supradicta singula non prodesse, tamen simul iuncta iuuare debent *cap. final. de success. ab intest. cap. cum causam. de probat. cap. Ex litteris, & c. de presumpt. & d. cons. 168. num. 20. cap. fin.* Vnde cum ex supradictis, & ex aliis actibus ex eodem Sum. apparentibus, & concludenter appareat de inhonestate d. Angelæ, & de iusta causa in Ioanne matrimonium cum ea recusandi nullo quidem pacto ad illud cogi posse videtur *d. cap. Quamquam de iur. vbi Abb. & ceteri DD. duc. in Epitome de spons. p. 1. c. 5. n. 2. Menoch. de arbit. cas. 414. n. 5. Menoch. cons. 786. n. 16.* ibi attamen & causæ iam supra connumeratæ, &c. n. 25. §. respondebam *vers. ex qua sequitur, & c. Rota dec. 451. n. 4. vers. & licet p. 4. rec.*

Ex hac autem fornicatione Angelæ plures eiiciuntur causæ quæ sufficiunt, vt iure merito recidi possit à supradictis sponsalibus.

Quatum prima est odium capitale exortum inter prædictos quod valdè venit attendendum, &c. *cap. 2. & d. c. requisit, vbi Abb. n. 4. de spons. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. cas. 455. num. 3. vers. Et hi admonentur. & cons. 787. num. 25. vbi quod quando sponsus, &c. M. Anton. d. resol. 2. n. 8. & resol. 28. n. 13. in princ. lib. 1. Rota dec. 207. n. 9. ibi, stante præcipue quod inter ipsum, & Isabellam & c. part. 1. rec.*

Altera est asserta Indignatio parentum, & consanguineorum vt apparet *ex eod. Summ. n. 4.* quam valdè ponderat *Abb. in d. c. Requisit. Guttier. Canon. q. lib. 1. c. 20. n. 17. & seqq. Anuers. de matr. q. 8. sect. 14. §. 5. vers. & inter hac damna. Anton. d. resol. 2. n. 9. & d. resol. 28. n. 13. vers. Tum ob indignationem & c. Gionag. d. cons. 16. n. 43. vers. tertio quia, & c. Menoch. consil. 787. n. 16. ibi, quod fortius est patris dissensus, & n. 26. & tandem dixi, & c.* Ex qua indignatione imminet periculum exheredationis, vt deponunt Testes examinati in Proc. remiss. videlicet primus super 5. fol. 203. secundus fol. 212. tertius fol. 220. quintus fol. 233. qui quidem metus, vt præbeat iustam causam recedendi à sponsalibus tradit. *Bari. in l. si ob turpem num. 6. ff. de cond. ob turp. caus. Ant. d. res. 2. n. 10. Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. glos. vnic. num. 7. ibi, quando adesset timor, & c. Gionag. d. cons. 17. ibi, quando filius, & c. Seraph. dec. 1258. n. 2. Gregor. XV. dec. 376. & ibi Adden. n. 9. ibi, habetur tamen pro iusta causa, & c. & coram Cauall. dec. 447. n. 2. ibi, velle eam exheredare, & c. & dec. 468. n. 1. & in Tullen. matrimonij 13. Maij 1596. coram Penia. vers. Et in casu proposito. ibi, & tunc propterea post d. resol. 1. Ant.*

Adest etiam alia causa resultans ex maxima dispari-

tate coniugum ratione natalium, vt *ex eod. Sum. n. 6.* vbi apparet de nobilitate Io. & n. 7. de vili conditione Angelæ. quam magni facien. idem *Anton. d. res. 2. n. 5. Sanch. de matr. disp. 14. n. 3. Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. n. 7. Menoch. presumpt. 10. lib. 10. & cons. 786. n. 11. & 12. Gabr. dicto cons. 186. num. 4. vers. & ex maxima disparitate, Cas. de Grass. decis. 2. num. 5. sit. de sponsal. & Add. ad decis. 331. num. 81. matrimonia enim infelices exitus plerumque habere solent, quando inter impares contrahuntur. *Menoch. cons. 385. num. 6. circa. fin.**

Et ita Ioanne tantum informante fuit resolutum, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Meltio.

In Causa Hispalen. Decimarum.

Veneris 15. Februarij.

Bona de quibus agitur, nuncupata de Buena Esperanza prouenientia ex hæreditate Ferdinandi Enriquez vsque de Anno 1615. titulo emptionis fuerunt acquisita à Fratribus Prædicatoribus, seu Dominicis, Conuentus Sancti Pauli el Real Ciuitatis Hispalen. In his autem cum Capitulum Hispalen. prætendat esse in quasi possessione exigendi decimas, petiit manutentionem super tali exactione; Viceuersa autem cum dicti Fratres asserat se immunes à tali solutione vigore Priuilegiorum per Summos Pontifices ipsis concessorum, insteterunt pro manutentione in possessione prætenis exemptionis; dubitatum ideo fuit, cui nam ex istis dandum sit mandatum de manutenendo, & ad fauorem Decani, & Capituli fuit per Dominos responsum.

Habet enim Capitulum in huiusmodi exactione non solum fundatam intentionem ex assistentia iuris, cum sit generalis, & perpetuus Administrator reddituum decimarum, & illam exercent vice Archiepiscopi, vt fuit resolutum in *Hispalen. decim. 13. Iunij & 5. Decemb. 1636. coram bon. mem. Pirouano, & in alia Hispalen. Decim. 27. Iunij 1644. in principio coram Reuer. P. D. meo Corrado*, necnon in alia *Hispal. de Barana. 16. Martij 1646. §. Capitulum, coram R. P. D. meo Cerro*. Verùm etiam ante motam litem, & antequam bona huiusmodi peruenirent ad manus Fratrum S. Pauli, probat suam quasi possessionem exigendi per tres testes, vt ex eius *Summ. n. 5.* quæ operatur, vt manutentio illi sit concedenda *l. 1. ff. vti possid. §. reinenda Inst. de interd. Card. Seraph. decis. 1382. in princ. & 1497. n. 1. & in recent. dec. 341. n. pariter 1. p. 1. Rota in d. Hispalen. coram R. P. D. meo Cerro in princ. vers. ideoque, & in altera coram R. P. D. meo Cerro in primo §. circa finem.*

Non obstat deducta exemptio à Fratribus circa solutionem huiusmodi decimarum vigore Priuilegiorum ipsis concessorum per san. mem. Bonifacium Octauum, Martinum Quintum, & Eugenium Quintum, quæ per alios Summos Pontifices confirmata postea fuerunt.

Quia cum non appareat fuisse derogatum *c. nupt. de decim. quod vti conciliare, specialē derogationē requirebat Rebuff. de Decim. q. 14. n. 56. Archidiacon. c. 1. n. 2. de constit. in 6. Toletana Decim. 26. Nouemb. 1608. post Marchesan. de commiss. part. 2. fol. 596. n. 1. & in eadem 19. Iunij 1606. coram Iusto, & in alia Toletana Decimarum 29. Nouem. 1607. coram Oriembergo, Urbinate. Decim. corā Sanctissimo impressa post Tamburini de iure Abbatis. in ordine 96. Hispalen. Decimarum 3. Maij 1635. coram bon. mem. Buccabella in ordine 41. num. 10. parte 7. recentior. Corduben. Decimarum d.*

Lucena

Luzena 27. Februarij 1636. coram bon. mem. Coccino in ordine 103. n. 2. ibi, quæ quidem derogatio, *Vercellen. Decimarum* 13. Nouemb 1645. vers. non obstat, & 15. Ianuarij 1646. §. quæ responsio coram R. P. D. meo Cerro, & in dicta *Hispalen de Baroana*, vers. non obstat coram eodem, & Capitulum habeat assistentiam Iuris ac fundatam intentionem respectu suæ quasi possessionis exigendi in his bonis in ea est manutenendū, donec Fratres de eorum prætenfis iuribus plenè, ac concludenter docuerint. *Rota in Dertusen Decim. prima Julij* 1620. coram bon. mem. Cardinale Sacrato, *Leodien. Castri de Mombech.* 29. Aprilis 1637. coram Reuerendissimo Domino meo Præsede Vallisoleitano in ordine 214. n. 11. & decis. 41. n. pariter vnd. part. 7. recens. *Seraph. decis.* 1380. n. 1. vers. his tamen non obstantibus, quia inspectio Privilegiolorum, An scilicet, comprehendant etiam bona, de quibus agitur, necne, concernit petitorium, at ad illud talis inspectio remittitur donec liquidè constet, quod Privilegia comprehendant bona controuersa, vt fuit resolutum in *Trafonen. Decimarum* 341. n. 1. part. 1. recens. & 105. num. 3. part. 2. *Abulen. Decimarum*, quæ est 562. n. 1. part. 1. & dicta *Dertusen Decimarum impressa post tractus. Modern. Perus. de manuten. decis.* 157. per totum, & præcipuè n. 5. dicta *Hispalen. Decimarum*, §. secus vero coram R. P. D. meo Corrado, & in altera coram R. D. meo Cerro 12. Ianuarij 1646. §. quia permutationem, ibi, *Nec vñ facienda est, & c. vt in recens. decis.* 477. n. 3. p. prima, & 205. part. 2.

Nec releuat prætenfa consuetudo immemorabilis, seu præscriptio per Fratres allegata non soluendi decimas ex omnibus bonis acquisitis, & signanter ex illis, quæ propriis sumptibus colunt, seu coli faciunt, & quod ab Anno 1615. quo supradicta bona emerunt vsque ad tempus litis, scilicet de Anno 1632. illas nunquam soluerint.

Quia natura immemorabilis est, vt non liceat in ea assignare principium alicuius temporis; In præsentem casu clarè constat de initio quod desumitur ex Privilegio exemptionis dictis Fratribus concessio per Bonifacium Octauum, & ab ipsis Dominicaniis in actis producto, ex quo propterea remanet destructa natura immemorabilis, *Pat. decis.* 426. n. 1. lib. 2. & 467. num. 6. coram Papa Gregorio Decimoquinto 454. num. 4. & 1102. num. 8. vers. sed tollitur difficultas coram Cardinale Seraphino. *Burratt. decis.* 551. n. primo, vers. vnde sequitur. & decis. 831. num. 6. in recens. & 542. num. 3. p. 4. *Toletana Decimarum de Capilla* 4. Julij 1640. coram Eminentissimo Domino Cardinale Verospio, & in *Burgen. Decimarum* 26. Maij 1642. coram Reuerendissimo Domino meo Patanino, *Colonien. Iurisdictionis* 7. Maij 1646. vers. quoad secundum coram Reuer. P. D. meo Corrado. Addendum est etiam quod testes pro Fratribus examinati non coarctant negatiuam scilicet, quod illi non soluerint, nec soluere potuerint, quin ipsi sciuisent, prout deponere per necesse deberent; nam quamuis ipsi deponant de aliquo tempore minimè fuisse solutum, potuit tamen alio tempore solui, vt explicat *Cardin. Canaler. decis.* 487. n. 3. *Seraphin dicta decis.* 1102. num. 8. vers. & ideo in recens. decis. 667. n. 9. part. 4. & decis. 12. n. 5. p. 6. *Corduben. Decimarum* 10. Maij 1604. coram Ortembergo, confirmata 8. Maij 1610. coram Sanctissimo Domino Nostro *Vercellen. Decimarum* 13. Nouemb. 1645. vers. minus obstat, & 15. Iann. 1646. coram R. P. D. meo Cerro.

Vnde cum dicta immemorabilis, & præscriptio à Fratribus prætenfa non remaneat concludenter probata, & per tres sententias conformes canonizata, interim ipsi impedire nequeunt quin Capitulo concedatur manurentio. *Marescott. var. resol. lib. 1. c. 11. n. 6. 7. & 8. dictus Modern. Perus. obseruat.* 45. num. 19. *Theatina Iurisdictionis cum Valdo Seniore post Anton. Diana Pars I X.*

Eum tract. de manuten. decis. 197. n. 2. *Mantic decis.* 296. & in recens. decis. 273. num. 1. part. 2. maxime cum præscriptio in materia decimarum non extendatur de Prædio ad Prædium, sed in quolibet Prædio probari debeat iuxta regulam tantum præscriptum quantum possessum, *Burratt. dec.* 402. num. 4. *Canaler. decis.* 487. num. 4. *Postb. de manus. obseru.* 731. num. 183.

Et dum de anteriori possessione Capituli non dubitatur, multò minus suffragatur Fratribus allegata quasi professio exemptionis: cum non doceant quod sciente, & patiente Capitulo non soluerint *Seraphinus dicta decisio* 1102. num. 8. vers. & maxime, *Burratt. decis.* 572. num. 13. dicta *Hispalen. Decimarum* 27. Iunij 1644. §. primo quia non obstat, & c. vbi in hoc proposito luculenter multi allegantur Doctores. In præsentem autem casu excluditur talis scientia, & patientia Capituli dum decimæ non ipsomet Capitulo exiguntur, sed arrendantur, vt fuit consideratum in dicta *Vercellen. Decimarum* 13. Nouembrii §. minus etiam probatur coram Reu. P. D. meo Cerro. Immo potius euidentissima resultat contradictio, & reluctantia Capituli dum ab ipso in arrendamentis, & locationibus, quæ factæ fuerunt pro tempore, exceptæ, & reseruatae apparent illorum omnium decimæ, qui eas soluere recusassent ad effectum, vt contra illos iudicialiter experiri posset, vt deponunt testes dicto *Summario* n. 7. per quam contradictionem necessario inferitur Capitulum nunquam intellexisse eius quasi possessore velle dimittere, sed saltem eam animo retinere, quæ vt sufficiat ad istum effectum explicat *glos. in l. 1. §. in verbo possides. l. 3. §. in omittenda ff. de acquirend. possess.* *Gratian. discept. forens. cap.* 384. n. 31. vers. neque obstat. *Burratt. decis.* 604. n. 1. vers. nec possunt dici, & decis. 823. num. 5. vers. cum quia, & in recens. decis. 241. n. 4. vers. rursum 560. n. 3. part. 1. & 129. num. 4. vers. quod sufficit part. 4. *Duran. decis.* 138. n. 5. & dicta *Hispalen. Decimarum* coram Reu. P. D. Cerro, nec visa, ibi, Vnde resultat, & in allegata *Hispalen. Decimarum de Baroana* coram R. P. D. meo Cerro §. quicquid circa fin. & talis continuatio possessionis metienda est ex parte possessoris, non autem ab eo contra quem possidetur: *Guidopap. decis.* 629. & coram Papa Gregorio XV. decis. 175. num. 2. & ibi *Adden. num.* 18. & in rec. decis. 341. n. 1. vers. qua possessio & 562. num. 1. & 3. par. 1. & 205. num. 2. par. 2. d. *Hispalen. Decimarum* 27. Iunij 1644. vers. Quia fuit responsum. Dato igitur, quod Arrendatarij etiam fuerint negligentes in exigendo tales decimas, eorum tamen negligentia non præiudicauit Capitulo, minusque illud priuauit sua possessione, quinimò illius vigore manurentionem petere potest iuxta doctrinam *Bartol. in l. si uxori n. 3. ff. de acquir. possess. Verat. decis.* 170. n. 5. & 182. n. 8. *Adden. ad decis.* 116. n. 5. coram Papa Gregor. XV. & dec. 42. n. 6. vers. Et Ministro par. recens. & doctè fuit etiam firmatum in dictis *Hispalen. coram R. P. D. meo Corrado* §. 1. quia versic. Non vtiq; & coram R. P. D. meo Cerro §. 2. quia, & in *Vercellen. Decimarum* 13. Nouembrii 1645. §. Minus, & coram eodem R. P. D. meo Cerro.

Demum nihil refert quod bona huiusmodi transierint ex personis laicis in Ecclesiasticas personas. Quia cum agatur de alia Ecclesia, ac eius Capitulo, illius certè conditio respectu huiusmodi exactionis mutari atque fieri deterior non potuit ex mutatione personarum; contra quas possidebat, c. quoniam. vbi *Abb. §. 1. de offic. deleg. l. 3. §. ex his de verb. signif.* *Gratian. discept. forens. c. 113. n. 17. & c. 10. n. 59. Lotter de re benef. q. 39. n. 110 lib. 1. tom. 1. d. Modern. Perus. obser. 56. n. 5. Canaler. dec.* 83. n. 7. & 379. n. 6. & in recens. decis. 341. n. 1. ibi, Quia ex mutatione par. 1. *Romana fideicommissi de Epu* 4. Aprilis 1631. coram Eminentissimo Cardinali Verospio.

Et in vtraque parte informante &c.

D E C I S I O
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Celfo.

Gaudauē. Exemptionis.

Ven. 10. Maij 1647.

EXistētibz Monasteriis tam Fratrum, quàm Monialium SS. Saluatoris Ordinis Sancti Brigittæ Teneramundanæ in pacifica quasi possessione exemptionis ab auctoritate, & potestate Episcopi Gaudauē. Ordinarij contententis eadem Monasteria, necnon personas, & bona illorum iurisdictioni suæ esse subiecta, fuit per Signaturam Sanctissimi, commissâ causa Eminētissimo Cardinali Panziolo tunc Rotæ Auditori, in cuius locum susceptus dubitavi, an constaret de omnimoda exemptione, & libertate à iurisdictione Ordinarij: Et DD. in contumaciam Episcopi negligētis comparere, informantibus tantum Monialibus, Fratribz, & confessarij, affirmatiuè responderunt. Moti ex amplissimis privilegiis, & indultis Summorum Pontificum Bonificij IX. Ioannis XXII. Pauli II. & Leonis X. Datis in sum. n. 2. 3. 4. & 5. Ex quibus apertissimè constat dicta Monasteria, Abbatissam, & Moniales, & confessarium, necnon bona quæcumque tam præsentia, quàm futura, esse prorsus exempta, & immunia ab omnimoda Ordinarij, & aliorum quorumcumque iurisdictione, auctoritate, potestate, dominio, uisitatione, & correctione, & sub iure, proprietate, ac protectione Dni Petri, eiusque S. Sedis fuisse suscepta; ex cuius amplissimæ concessionis forma clarè resultat omnimoda, & totalis exemptio eorundem Monasteriorum, à iurisdictione Ordinarij, iuxta *ten. in cap. si Papa, & in cap. cum persona de priuil. in 6. Innocen. in cap. ueniens num. 7. vers. libertate de uerbor. signif. Ang. in summ. verbo exemptum num. 2. & eod. Tabien. n. 4. Dec. conf. 113. n. 6. vers. & in ista priuilegio, & n. seq. ubi ampliatur etiam si non fuerit facta mentio de iure Ordinarij Quod etiam uoluit Chokier. de iurisd. ord. in exemp. par. 1. quæst. 11. à num. 5. vers. nec erat necesse usque ad fin. Mascard. de prob. concl. 713. num. 1. vers. primò si dicatur, & n. 2. Mar. Antonin. var. res. lib. 3. res. 4. num. 1. Barbof. de potest. Episcopi alleg. 123. num. 11. vers. primò si Pontifex, & num. seq. Rota in Brundasina iurisdictionis 9. Februarij 1579. coram Bubalo, & coram Seraphin. decis. 1025. per tot.*

Nec ob stare visum fuit, quod Abbatissa, & Moniales, necnon Fratres, & confessarius renunciauerint privilegiis prædictis subiiciendo se, & bona iurisdictioni eiusdem Episcopi; nam ultra quod huiusmodi renunciatio extorta fuit per vim, & merum ut firmatum fuit in præsentia causa sub die 29. Aprilis 1641. coram Eminētiss. Panziolo, & propterea nullius est roboris & momenti *tot. titul. ff. & C. quod met. cau. Bart. in l. 1. §. 2. num. 4. ff. quar. rer. act. non datur, conf. 1. de renunc. Rob. conf. 100. n. 122. & seqq. lib. 4. & firmatum fuit in Posnaniens. Abbatia 15. Iunij 1646. coram me.*

Adhuc dicebant DD. renunciationem prædictam non sustineri, ex quo non potest exemptus sine consensu Pontificis, cui immediatè subiectus est, renunciare privilegiis Apostolicis, & iurisdictionem alterius protogare *ten. est expref. in cap. cum tempore de arbit. ibi. Cum & si spontè uolueris de iure tamen nequieueris sine licentia Romani Pontificis renuntiare &c. & notat ibi Abb. num. 2. idem Abb. in cap. significasti*

num. 8. in fine, vers. conclude ergo, & n. 9. de for. comp. Castr. conf. 431. num. 3. vers. quod autem lib. 1. Ferrer. conf. 102. num. 17. & 18. Gail. pract. obseru. 40. à num. 1. per tot. ubi num. 5. reddit rationem, quia interest superioris ne subditus ab alio iudicetur Rodoric. quæst. reg. tom. 1. quæst. 36. art. 5. col. 1. vers. præterea facit. Mandos. de sign. Grat. §. exemptionis ab Episcopis. vers. exemptio à iurisdictione fol. mibi 121. Sancto. super Decalog. lib. 4. cap. 39. sub num. 29. vers. prima negat Modern. de iur. Abbatiss. & Monial. disp. 17. quæst. n. 2. & seqq. & in puncto firmavit Rota decis. 456. num. 10. 14. & seqq. dec. 461. n. 20. & seqq. part. 5. in rec.

Et quæuis *glos. fin. in d. cap. cum tempore de arbit. firmo, sustineri renunciationem in præiudicium renunciantis, licet fecus in præiudicium superioris, nihilominus quicquid sit de huiusmodi opinione, quæ in terminis exemptionis reprobat Abb. in eodem cap. cum tempore n. 7. ea ratione, quia priuilegium exemptionis respicit non solum fauorem exempti, sed etiam eximentis, quorum ius est taliter commundum, & connexum, ut diuidi, & separari non possit, & firmavit etiam Rot. d. decis. 456. num. 11. & 17. ibi seqq. & decis. 461. à num. 24. part. 5. recen.*

In omnem casum non procedit in exempto immediatè subiecto Sedi Apostolicæ, ut aduertit Felin. in cap. P. G. num. 13. vers. & intellige de offic. & potest. Iud. deleg. Rota coram Seraph. decis. 595. n. 7. vers. cum enim isti, & coram san. mem. Greg. XV. decis. 325. n. 2. ubi ibique Add. num. 29.

Exceptio uero præscriptionis in partibus alias deducta nullo modo merebatur allegari, tum quia illa non iustificabitur in facto, prout necessario esset iustificanda, tum etiam quia dum in contrarium constat de quâ possessione exemptionis, quæ sita per Fratres, & Moniales, cessat quæcumque præscriptio prætensa per Episcopum circa exercitium iurisdictionis, quæ in omnem casum non releuaret, cum non possit præiudicare iuribus Sedis Apostolicæ per *ten. in cap. ad audientiam in fine. ibi Abb. n. 12. & Felin. n. 17. de præscrip. an. quæ actiōna, C. de sacros. Ecc. Rota coram Seraph. dec. 1025. num. 22. vers. præter has, & num. 23.*

Præsertim attento decreto irritanti in præfatis indultis Apostolicis appposito, propter quod infertur quicquid in contrarium gestum fuerit tam quoad titulum, quàm quoad possessionem, adeo ut per negligentiam, & non usum, nullum fuerit eiusdem Monasterii præiudicium illatum, ut post *Afchidius & alios probat Felin. in cap. cum accessissent num. 30. vers. quarto limita de constit. Rota decis. 3. de priuil. in antiq. & dec. 240. num. 4. part. 4. diu. & coram Baras. dec. 704. num. 10. vers. tertio quia. Et fortius vigore Constitut. san. mem. Urbani VIII. editæ sub die 5. Iunij 1641. incipien. Romanus Pontifex in §. necnon reliqua omnia.*

Minus releuat, quod iuxta Regulas eiusdem Ordinis in cap. 26. constituatur Episcopus tam Sororum, quàm Fratrum dictorum Monasteriorum Pater, ac uisitor necnon etiam iudex in omnibus causis, quæ cum postea superuenissent priuilegia exemptionis à Bonificio IX. & aliis Pontificibus concessa, per quæ omnis iurisdictione Ordinatio competens in personis, & bona huius religionis, sublata fuit, utique dubium non potest, quin fuerit derogatum dispositioni eiusdem reg. per *ten. in cap. 1. de constit. in 6. Rota coram Greg. XV. dec. 267. num. 9.*

Demum, ad id quod dicitur ex dispositione Concilij Trident. competere ordinario ius uisitandi Monasteria, & loca exempta, placuit pro nunc DD. responsio aliàs data in decisione Eminētiss. Cardinalis Panzioli, nempe dispositionem prædictam non habere locum in illis Ecclesiis, & Monasteriis, in quibus regit

laris obseruantia exercetur, vt apparet ex verbis eiusdem *Conc. sess. 21. cap. 8. de reform.* ibi, Propter ea commendata Monasteria &c. in quibus non viget regularis obseruantia &c. exempta ab Episcopis, etiam quoniam Apostolicæ Sedis delegatis annis singulis visitantur &c. notat *Roderic. quest. reg. tom. 1. quest. 36. vers. sed his que diximus.*

in illa &c.

D E C I S I O

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Bichio.

Barchinonensium Exemptionis.

Luna 30. Maj 1647.

Rotæ sententiæ à R. P. D. meo Corrado lata confirmatio hodie in gradu appellationis reuocata fuit in dubium, & pro confirmatione responsum; quia ex decisionibus editis in prima instantia coram b. m. Coccino, & coram eodem D. meo Corrado factis eius iustitia deprehenditur, vt dixit *Rot. dec. 325. num. 4. part. 5. recon.* & validitas apparet ex reuolutione processus iuxta vulgarem decisionem *Capusag. decis. 260. part. 2.* concurrente autem validitate, & iustitia sententiæ est confirmanda *Marc. Anton. de Amas. decis. 41. num. 31. Rot. dec. 207. num. 1. & dec. 295. n. 1. part. 5. recent.*

Neque videtur vnicum ex aduerso deductum obiectum nullitatis ex quo sententiæ sit concepta per ablatium absolutum, ibi, *saluo tamen & reseruatō Sanctæ Sedis beneplacito.* qui ablatius facit conditionem l. à testator. ff. condit. & demonstr. *Surd. dec. 268. n. 11. Coc. dec. 47. num. 1.* conditio vero efficit vt sententiæ tanquam nulla veniat reuocanda, l. cum Iudex, ubi gloss. in verb. palam est circa fin. ibique *Bart. n. 3. C. sent. & interlocut. omni. indic. l. 1. §. biduum ibi sane quidem, ff. quand. appellat. sit cap. biduum 2. quest. 6. Franc. in cap. præterea num. 1. de appellat. Guidop. dec. 67. num. 1. Ofsic. dec. 146. num. 2.* Quo magis quia hætenus conditio beneplaciti Apostolici purificata non fuit, vt per *Io. Andr. ad pap. titul. de sentent. §. iuxta num. 17. verb. si iudex, Bald. in d. l. cum iudex num. 8. C. de sentent. & interlocut. omni. indic. Bursat. in terminis sententiæ conceptæ per ablatium absolutum conf. 115. num. 6. & 2. seqq.*

Nam pro responsione Domini animaduertentur, quod sententiæ in parte substantiali nullam habet conditionem, sed purè & absolūtè declarat Capitulum & Canonicos Cathedralis Barchinonensis, & singulos eorum fuisse, & esse immunes penitus plenaq. ac libertate gaudere, & frui debere immunitate, & exemptione ab omnibus & singulis gabellis, impositionibus, & exactionibus per Ciuitatem Barchinonæ, seu illius Gubernatores, Rectores, Consiliarios, Ministros, & alios quoscumque pro ea impositis, & imponendis tam ratione quarumcumque rerum ac bonorum separabilium quam inseparabilium, id est quæ à Mercatoribus vel aliis Laicis postquam in Ciuitate fuerunt introductæ Clerici emunt pro victu, ac cæteris quibuscumque ipsorum ac familiarum vsibus.

Conditio autem illa saluo & reseruatō &c. adiecta est in Capitulo separato in quo firma semper remanente totali immunitate Canonicorum superius dispositiue ac purè declarata Iudex pro faciliiori executione huiusmodi immunitatis respectu bonorum inseparabilium pronunciauit Ciuitatem teneri in fine cuiuslibet anni restituere eisdem Capitulo & Canonicis quidquid importabit rata onorum & gabellarum im-

positarum pro tempore super bonis inseparabilibus, hoc est quæ Clerici à Mercatoribus, seu aliis quibusuis venditoribus pro ipsorum ac familiarum, & Capituli vsu emissent in Vrbe sequendo in hac parte præxim traditam ab *Azor. inst. moral. par. 2. lib. 9. cap. 11. §. quintum privilegium, vers. in dubium vocatur,* quæ cū recipienda sit quatenus Clerici consensu, & Sedis Apostolicæ beneplacito fuerit approbata, ideo Iudex præfatam approbationem, & consensum reseruat, nec tamen exinde dicitur restrinxisse, aut aliquo modo alterasse libertatem immunitatis Clericis de iure competentem superius pronunciatam, ac declaratam, *Pont. conf. 49. num. 15. lib. 3. Monach. conf. 422. num. 33. Anton. de Amas. resol. 5. num. 25. Grammat. dec. 66. num. 5.*

Cum igitur sententiæ in parte substantiali declaratoria immunitatis Clericorum disimat prorsus controuersiam omnemque habeat euidentem certitudinē, & nullam conditionem intrinsecam vel extrinsecam, conditio illa adiecta secundæ parti pro faciliiori executione, ibi, *insuper pro faciliiori præfatorum executione,* cum respiciat ordinem, & modum exequendi sententiæ illam conditionalem, & per consequens nullam non reddit, vt probat *ext. l. cum eorum §. Cod. de sent. & interloc. omni. iud. & notat ibi gloss. verb. præferent. Bart. in princ. Bursat. conf. 155. n. 9. conf. 219. sub n. 2. in fin. Gabr. de sent. conel. 1. n. 3. & 4. Vant. de nullis sent. ex defect. process. num. 116. & 117. Scacc. de sent. & re iudic. gloss. 14. q. 7. n. 181. & quest. 14. n. 8. & 60. qui omnes dicunt rationem, quia tunc adhuc remanet sententiæ certa in parte substantiali, & principalis eius dispositio non suspenditur per ea quæ faciunt adiecta circa ordinem exequendi, & faciliorem executionem, satisque est quod pars substantialis sit vndique libera, ac secundum iustitiam, ac iudicij rectitudinem prolata.*

Et absolum videtur quod Ciuitas in hac parte impugnet sententiæ quando potius gratias agere deberet, cum praxis illa respiciat non tam fauorem Clericorum quam ipsius Ciuitatis, quia Clerici iuxta eorum immunitatem recusare possunt soluere ab initio pro bonis inseparabilibus ratam pretij quam auget solutio Gabellæ facta per venditorem. Atque hinc neque informantes pro Ciuitate allegare deberent quod nondum sit obsecutum beneplacitum Apostolicum, & consensus Capituli, quia utroque cessante non est locus prædictæ praxi fauorabili ipsi Ciuitati, & Clerici gaudent vt supra totali immunitate ab initio, & in limine emptionis bonorum inseparabilium, præter quod, cum consensus, & beneplacitum præfatum respiciat executionem, non impedit quominus interim sententiæ possit confirmari prout iacet, & sufficit, quod vtrumque intercesserit quando agatur de dictæ praxi executione, vt per *Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 17. de sent. & ear. execut. n. 499. Peregr. de fideic. ars. 50. n. 81. & 83. Surd. conf. 186. num. 17. & conf. 410. num. 54. & seqq. Honded. conf. 98. num. 16. lib. 2. Rot. in Bononien. fideicommissi de Bolognino 15. Martij 1641. coram bon. no. Merlin. §. imò, & in eadem 27. Nouembri eiusdem anni coram R. P. D. Carillo §. quimmo.*

Rursus non obstat, quod sententiæ videatur continere contrarietatem, eo quod in prima parte declarat Canonicos absolūtè immunes absque aliqua reseruatione beneplaciti Apostolici tam respectu bonorum separabilium, quam inseparabilium, in secunda verò reseruatō dicto beneplacito declarat Ciuitatem teneri restituere in fine cuiuslibet anni eiusdem Canonis, & in Capitulo quidquid importabit rata gabellarum super mercibus, & rebus per ipsos emptis, si enim iuxta tenorem primæ partis Canonici non tenentur soluere nullaque actio competat Ciuitati contra illos pro gabellarum exactione, frustra compellitur Ciuitas ad restitutionem vigore secundæ partis,

& è contra si Ciuitas teneatur ad restitutionem, præsupponitur in necessarium antecedens, quod potuerit exigere id quod repugnat primæ parti sententiæ. Nam fuit responsum euitari contrarietatem ponderando quòd secunda pars non excludit liberam exemptionem firmatam in prima, sed quia accedente beneplacito Papæ possunt Canonici conuenire cum Ciuitate, vt pro bonis inseparabilibus soluant quidem venditoribus integrum precium, sed Ciuitas teneatur in fine anni restituere cuiuslibet illud plus, in quo creuit pretium ratione gabellæ, ideo in euentum in quem huiusmodi conuentio fieret, iudex condemnauit Ciuitatem ad restituendum vt supra, & hic omnisque alius possibilis intellectus accipiendus est ad euitandam contrarietatem sententiæ, *cap. cum tu de testibus, cap. cum expediat de elect. in 6. Alex. conf. 185. num. 4. & seqq. lib. 7. Barait. dec. 932. num. 10. Rot. decis. 167. num. 52. par. 4. Dec. 736. num. 8. par. 4. tom. 3. recent.*

D E C I S I O

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Otthobono.

Veneta Indulti.

Veneris 7. Iunij 1647.

Venerabile Monasterium S. Catharinæ Venetiarum Ordinis S. Augustini ingressa fuit nobilis Virgo Soror Priula de Priulis duarum germanarum sororum in eodem Monasterio professarum pietatem imitando, & in sui acceptione pinguiorem elemosynam, & solio maiorem Monasterio tribuit, & insuper ea conditione fuit recepta, ne vocem, aut suffragium haberet dū viuerent aliæ duæ sorores Moniales. Quænit per plures annos soror Priula, postea supplicauit S. mem. Urbano VIII. vt suffragij ferendi gratiam illi concederet, qui annuit, dummodo expressus ad id Abbatissæ, seu Priorissæ, & Monialium Monasterij capitulariter, & per secreta suffragia accederet assensus.

Verum dissentientibus Priorissa, & Monialibus, reiectaque petitione sororis Priulæ, fuit demum pro illius parte supplicatum Sanctiss. D. N. vt eidem vocem actiuam, & passiuam concedere dignaretur, & obrenta gratia fuit expeditum Breue, quod præsentatum Vicario Venetiarum mandauit exequi, quod decretum fuit moderatum, quousque verificata fuerint verificanda.

Appellauit Soror Priula ad Reuerendiss. Nuntium Venetiarum, qui mandauit exequi Breue Apostolicum, cui etiam decreto cum fuisset appellatum pro parte Priorissæ, Monialium, & causa esset deuoluta ad Curiam, fuit mihi commissa cum clausula, parito litteris arbitrio Rotæ. Vnde dedi dubium, An intraret arbitrium pro retardatione, aut pro executione Breuis, & re ad examen deducta fuit resolutum intrare arbitrium pro retardatione.

Arbitrium enim regulatur à iure iuxta doctrinam *Bart. sapius in Rota canonizat. in extrauag. ad reprimendam verbo videbitur n. 8. Cesar de Grass. dec. 7. n. 7. de sens. & re indic. Rota coram S. Greg. decis. 189. n. 3. & dec. 221. & dec. 495. vtrouique n. 1 & dec. 312. n. 1. p. 4. recent. de iure verd retardatur executio litterarum Apostolicarum, quotiescumque constat de earum subreptione, vel obreptione c. super litteris 20. de rescript. c. cum delicta 22. eodem tit. Rota coram Canal. dec. 92. num. 1. in fin. ac seq. & dec. 228. num. 3. par. 1. in recent. & in Sipuntina, seu nullius Archipresbyteratus 14. Martij 1646. coram R. P. D. meo Verosio.*

Verum Sanctiss. D. N. non fuit expressum per Agentes sororis Priulæ, quod eidem alias per S. me. Urbanum fuerat dispensatum super voce actiuam, & passiuam cum moderatione, & præseruatione consensus Monialium, quod si fuisset expressum, vel Papa gratiam non concessisset sine simili modificatione, vel saltem difficilius, & si fuisset factus certior de priori concessione limitata illam non mutasset, iuxta egregiam doctrinam *Io. Andr. in cap. 2. n. 2. de fil. presbyt. in 6. Innoc. in c. vniuersi n. 4. ibique Abb. n. 14. Felin. sub n. 2. de prescript. Ruin. conf. 161. n. 31. in fin. lib. 2. & conf. 81. n. 13. lib. 4. Socin. conf. 246. num. 4. Parsi conf. 74. num. 57. & seqq. lib. 4. Curt. sen. conf. 73. n. 15. post med. Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 4. n. 50. & 51. Gutierrez q. canon. lib. 2. cap. 15. n. 92. & 93. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 22. n. 2. & tenuit Rota coram Verall. dec. 218. par. 2. & magis in terminis in decis. 91. n. 2. p. 3. lib. 3. diuers. quæ loquitur de simili gratia concessa libere Abbatissæ non facta mentione primæ decurtatæ, & limitatæ ad consensum Monialium.*

Nec minus fuit Sanctiss. expressum Moniales acceptasse sororem Priulam ea conditione, & pacto, vt uiuentibus aliis duabus sororibus voce actiuam, & passiuam careret, talique pacto per plures annos sororem Priulam acquieuisse, quod sine dubio erat Summo Pontifici exponendum, nam Princeps pactis priuatorum derogare non solet *c. ex multiplici, & ibi D. D. de decim. gloss. fin. in cap. 1. verbo derog. ut de pact. in 6. modern. Rom. de re benef. lib. 1. q. 55. n. 21. & 22. nunquam enim pactis priuatorum censetur derogatum nisi de iis specificis, & expressa mentio fiat, vt est text. in d. c. ex multiplici de decim. Rota coram Pat. dec. 193. lib. 1. in cor. rest. inter diuers. dec. 614. n. 3. & 4. par. 1. coram Barait. decis. 435. n. 4. & coram Reuerend. Virgellen dec. 48. n. 10.*

Non obitat, quod hoc pactum posset esse notum SS. ex quo de iure est, quod tres sorores moniales in eodem Monasterio non sunt capaces vocis actiuæ, & passiuæ, vt constat ex decreto Sac. Congregat. Regul. relat. per *Modern. de iur. Abbatiss. disp. 5. q. 4. n. 8. quia adhuc pactum erat exprinendum, licet contineret tantum, quod continet lex, seu decretum Sac. Congreg. nam forsitan Papa derogasset legi, sed non pacto, vt in puncto firmat *Anchur. in d. c. ex multiplici sub n. 4. vers. sed dic. de decim. & ratio est, quia Papa referendo in quibusdam casibus dispositionem legis, magis facit gratiam, quam alicui iniuriam, sed quando quis sibi prouidet per pactum iniuria esset auferre, quod ex sua prouisione quæ fuit Rota in Valentina sub sidij 4. Maij 1611. coram Penia inter singul. Rubei tom. 1. fol. 496.**

Pactum enim dispositioni legali adiectum illam corroborat, & confirmat adiciendo nouum vinculum, & impedimentum *Salyc. in l. ea lege 3. n. 3. in fin. C. de condit. ob causam Alex. in l. filiu. fam. 118. §. Dini. l. 2. sub n. 1. circa med. ff. de leg. 1. Nat. conf. 481. n. 16. & seq. Rota coram S. me. Greg. dec. 529. n. 13. & 14. & in Romana Veneta 29. Maij 1634. coram R. P. D. meo Ghislerio, idem necessaria erat expressio pacti, cum etiã difficultus leuant cõcedi dispensationes, quando plura obstant impedimenta. *Menoeh. de arbit. iud. cas. 203. n. 13. Gutierrez q. Canon. c. 15. n. 14. l. 1. Gratian. discept. 287. n. 19.**

De huiusmodi verd pacto inter Monasterium, & sororem Priulam inito constare visum fuit ex confessione eiusdem sororis Priulæ emanata in precibus S. me. Urbano VIII. porrectis, vt ex lectura Breuis in summ. Monial. num. 5. iux. l. cum precum 9. C. de liber. caus. & ex partita libri Monasterij, in quo dicitur sororem Priulam fuisse acceptatam sine voce in Capitulo iunctis adminiculis resultantibus ex partibus positionibus iuratis per Moniales exhibitis, nec non ex iurata attestacione Priorissæ, & reuelacione

le facta à duodecim Monialibus, quarum fides ex vi integritate, & generis insigni nobilitate, ac ex n...
 ouillimum corroboratur *Roland.conf.72.num.5.lib.2.*
londed.conf.17.n.42.lib.1.Socin.conf.194.n.2.lib.2.Ro-
coram S.me.Greg.decif.340.num.6.

Denum non obstat consensus à pluribus Moniali-
 bus præstitus executioni dicti Breuis ad fauorem so-
 cietatis Priulæ, quia prætermisso, quod constat de
 eorum consensu, nisi per assertionem eorum, quæ
 momento interfuerunt, deest certè in hoc casu con-
 sensus capitulariter præstitus à Monialibus, qui neces-
 sario requiritur. *Innoc.in c.eam te n.9.de rescript.Fede-*
de sen.conf.61.num.5.Rota coram Card.Cauat.decif.
93.num.4.& 5.& coram Buratto decif.573.num.6.

Fuit itaque resolutum intrare arbitrium pro retar-
 tatione vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Otthobono.

In Causa Pictauien Commendæ.

Ven. 14. Iunij 1647.

ADuersus sententiam Rotalem R.P.D.mei Ghisi-
 lerij in iudicatum transactâ, obtinuit à Sanctiss.
 D.N.causam restitutionis in integrum, prout de iure,
 mihi committi Franciscus Le Petit Acquiñere, quo
 informante ex vna, & venerabili lingua Franciæ ex al-
 tera, proposui dubium, An constet de causis restitu-
 tionis in integrum, & Domini negatiuè responderunt.

Irrefragabile enim visum fuit fundamentum nulli-
 tatis Professionis emissæ à le Petit in Sacra Religione
 Hierosolymitana ante decimū sextum annum exple-
 tum, contra expressam dispositionem S. Concil. Tri-
 dentini sess. 25. cap. 15. de Regular. & statutorum Re-
 ligionis Hierosolymitanæ tit. 2. del recibimiento de
 Fratelli cap. 13, 14. & 15. quæ in hac etiam parte con-
 ueniunt cum Decretis S. Concilij, dum expressè pro-
 hibent Minores antequam perueniant ad decimum
 octauum eorum ætatis annum recipi ad habitum, &
 aliter receptos priuar beneficio antianitatis, & aliis
 prout legitur in d. cap. 14. & in terminis huius Sacræ
 Religionis sequuta est *Rota penes Burat. decif. 205.*
num. 28.

Quod autem Franciscus tempore Professionis ad
 legitimam ætatem non peruenisset, negari non potest;
 quia constat ipsum in lucem prodiisse 7. Maj 1583. &
 professionem emisisse 15. Augusti 1599. vnde tempo-
 re professionis emissæ non habebat ætatem, neque à
 S. Concilio, neque à statutis Religionis, requisitam,
 ideoque remansit in statu laicali, & incapax Com-
 mendarum, & aliorum Beneficiorum Religionis, tam
 ex dispositione dd. statutorum cap. 63. in titul. delle
 Commende, quàm ex dispositione Iuris communis,
 secundum quod Beneficia Regularia non secularibus,
 sed Regularibus dumtaxat sunt conferenda; *c. cum de*
beneficio, de prob in 6.clem.vnic.de supplen.nelig.Pra-
te Gonzal.ad reg.8.glof.8.num.8. Rota coram Seraph.
decif.1165.num.12.& decif.229.num.1.par.1.recent.&
plenè dictum in hac causa 11. Martij 1641. in
unic. coram R.P.D.meo Ghislierio.

Nullitas verò huiusmodi Professionis euitari non
 potest sub prætextu tacitæ professionis, deductæ ex de-
 tractione habitus, & ex aliis gestis per le Petit; quia
 cum ipse obtinuerit à sanct. me Paulo V. Breue restitu-
 tionis in integrum, & vigore huius sententiam, qua il-
 lus Professio fuit declarata nulla, vt in summario Ve-

nerab. Linguz num. 2. & 11. excluditur ex hoc tacita
 professio, stante expressio dissensu le Petit profitentis,
 vt probant *Innoc.in c.1. sub.n.1. & in fin Io.de Anan.*
sub num.7. & n.9. Burr.in fin.& alij de his, qua vi, me-
tusvè causa fiunt. Bald.conf.206.lib.4.Nauarr.conf.34.
num.3.de Regul. Decian.conf.18.num.5.lib.3.Honded.
conf.78.n.4.23.& 29.lib.2.Rot.decif.579.n.3. part.1.&
decif.705.n.5.part.2.& decif.179.n.1.ac decif.397.n.1.
& decif.533.sub n.4.& 5.par.4.recent.& in Vlixbonen.
nullitatis Professionis 10. Decembris præteriti in 6.cum
ergo coram R.P.D. meo Arguelles.

Neque le Petit hodie potest impugnare sententiam
 ad ipsius instantiam, & fauorem prolatam, sed in eius
 præiudicium valida, & omninò iusta præsumitur. *l. si*
seruus plurium 53.9.1. ff. de legat 1.l.transactione la 2.
C.de transact.late Peregr.de fideicom. art.53. num.33.
& seqq.Rot.decif.100.n.4 par.2. recent. & comproba-
tur ex decif.665. n.12. p.1. in eisdem, non enim potest
quis in iudicio proponere id, cuius contrarium fecit
approbare per sententiam, Roman. conf.34.sua num.9.
vers.an instantia. Gabr.do regul.iur.concl.1.num.44.&
47. Rota decif.78. num.3. par.1. in recent. & decif.556.
num.8. coram S. me. Greg.

Nec releuat, quod le Petit de anno 1618. obtinuerit
 Sedem in Prioratu Aquitaniz; Quia hoc perperam ob-
 tinuit à Iudice laico, nullam prorsus habente iurisdic-
 tionem in hac materia, *c. qua in Ecclesiarum de const.*
c. decernimus, de iudic. c. contingit de arbitr. nec minùs
suffragatur licentia deferendi habitum à Magno Ma-
gistro obtenta, quia si le Petit verè fuisset Religiosus,
habitum gestare potuisset absque licentia, quæ propte-
reà denotat eum non fuisse talem, cum licentia nil
aliud sit, quam collatio libertatis concessa ei qui eam
non habet ex se ipso; c. licet de Regul. Bald.conf.290.
antè fin.lib.3. & dixit Rosa decif.144.n.7.p.1. in recent.

Cum itaque ex prædictis constet de iustitia senten-
 tiæ Rotalis, & validitas appareant ex reuolutione
 Actorum, cessat læsio, sine qua non datur restitutio in
 integrum. *Rota coram Buratto decif.323. n.1. in recent.*
decif.132.n.2. & seqq.p.1. & decif.66.num.1. & dec.69.
num.9. par.6. in Romana præterita societatis 12. Iunij
1645. in fin. coram me, & in aliis sapissime.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Rojas.

Ianuen. Priuilegiorum.

Veneris 24. Iunij 1647.

Patribus Oratorij S. Philippi Nerij Ciuitatis Ia-
 nuen non licere residere in Ecclesia Sancti Pan-
 cratij post quintam causæ proportionem fuit hodie
 resolutum ex quo d. Ecclesia S. Pancratij non distat
 ab Ecclesia Parochiali S. Sir in qua resident Patres
 Theatini per Cannas 40. Vnde obstant priuilegia
 Apostolica emanata ad fauorem plurium Religionum
 ne alij Religiosi, vel personæ Ecclesiasticæ, vel pia
 loca valeant acquirere intra spatium 140. Cannarum.
 Potissimum est illud ad fauorem Patrum Carmelitarum
 Clem. I V. siue potius Clementis V. rela-
 tum per *Roderic. quest. regul. tom. 2. quest. 49. art. 5.*
Confirmatum per Sixtum Quartum vt refert Sorb. in
compend. priuil. regul. verb. adificare num. 19. in quo
expressis verbis prohibetur ne intra spatium 140.
Cannarum proximum Ecclesiis Carmelitarum possint
per quascunque personas Ecclesiasticas nouæ Ecclesiæ
ædificari

ædificari siue de nouo recipi; vnde quamuis prima pars prohibitionis locum fortasse sibi non vendicaret in præfenti, ex quo Patres Oratorij non intendunt nomina construere Ecclesiam; sed constructam ampliare iuxta *decif. Mant. 163.* certè locum sibi vindicat secunda pars priuilegij prohibens ne de nouo Ecclesie recipiantur, in quibus terminis nos versari non est dubium.

Præfatum verò priuilegium concessum per summos Pontifices Patribus Carmelitanis suffragari in præfenti Patribus Theatinis dicebant Domini ex quo Clemens Septimus communicauit eisdem generaliter omnia priuilegia mendicantium, vt habetur in Constitutione eiusdem Clementis V 11. *la 38. num. 12. Bullar. tom. 1. fol. 505. ibi, Exemptionibus, immunitatibus, & infra exemptiones, gratias, &c.* plenarium effectum sortiri debere decernimus, quæ priuilegia venire sub communicatione censuit *Rat. decif. 87. num. 5. p. 4. recen. eius priuilegij tenor est seruandus cap. porro de priuileg. Rot. decif. 791. num. 1. part. 3. rec. Mant. d. decif. 163. num. 2. &c.* communicatio priuilegiorum operatur idem ac si eadem priuilegia specificè concessa fuissent. *Oldrad. conf. 300. in princ. num. 6. Paris. conf. 22. num. 5. lib. 4. Rot. decif. 40. in princ. par. 4. rec. & tradit Roderic. quest. reg. tom. 1. quest. 9. art. 9.*

Nec obstat quod dicta Communicatio priuilegiorum non intelligatur de priuilegiis tendentibus in præiudicium tertij, & fuit decifum in *Valentina decimarum 28. Iunij 1603. Cor. Lancelloto penes Marches. de Commiss. som. 1. fol. 639. num. 2. in Valisoleana quarta funeralis 19. Aprilis 1606. Coram Iusto, apud Tambur. de iur. Abb. som. 3. decif. 83. num. 6. Cauat. decif. 101. n. 3.* quia hæc responsio non visa fuit tuta ex quo in puncto quod d. priuilegio Clementis V. gaudeant alij habentes communicationem cum priuilegiis mendicantium tradit *Barbos. de iur. Eccles. vniuers. lib. 2. c. 12. n. 72. in fin. Campanil. diuersorium Iuris Canonici rubr. 12. c. 13. sub n. 81. vers. Et quia præsertim,* cum d. communicatio priuilegiorum ad fauorem Patrum Theatinorum sit amplissimis verbis concepta, & loquatur etiã de priuilegiis præiudicialibus Ordinario seu tertio.

Minus obstat alia responsio adducta per informantes pro Patribus Oratorij Sancti Philippi quod d. priuilegium non sit in vsu in Ciuitatibus magnis, qualis est Ciuitas Ianuensis, dum in illis valent plura monasteria mendicantium viuere ob magnam affluentiam eleemosynarum quibus illa Ciuitas abundat, vt notat *Sorb. in compend. priuileg. regul. verb. adificare n. 20. in annot. vers. quoad dispositionem Tamburin. de Iur. Abb. tom. 3. disp. 5. q. sub num. 2.*

Attamen contrarium visum fuit manifestè apparere ita & aliter vt tale priuilegium extet in vsu etiam in Ciuitatibus magnis prout expressè voluit *Confect. in lib. de priuileg. mendic. tit. 3. c. 3. Campanil. diu. Iur. canon. dicta rubr. 12. cap. 13. n. 18. vers. Sorbus autem, & vers. Attamen ubi reprobat Sorbum,* supra adductum, & reddit rationem quia cum priuilegium sit concessum ordini regularium non abrogatur per eius non vsu aut contrarium vsu aliquorum monasteriorum *cap. si dilecti de for. compet. Miran. manual. Pralat. q. 33. art. 3. ybi quod non admittitur hoc priuilegium per non vsu per decennium neque per vllum tempus, Barbos. de potest. Episc. alleg. 26. n. 10. Rot. decif. 240. num. 5. & sequen. par. 4. diuers. Burat. decif. 704. num. 9. & 10. & par. 1. rec. decif. 82. n. 9. & par. 5. decif. 63. num. 10.* vltra quod ad probandum non vsu non sufficit attestatio aliquorum doctorum, cum illis circa hoc nõ credatur præsertim quia non sunt versati in Ciuitate Ianuæ *Surd. conf. 74. n. 14. Mohed. decif. 2. num. 3. de consuet. Coccin. decif. 123. num. 27. cum aliis congestis per Mascard. de probat. conclus. 528. n. 1. & seq. ubi num. 3.*

ampliat etiam si plures Doctores testentur de cõtrari

Nec fuerunt habita in consideratione exempla ducta per Patres Oratorij, quia esset probandum quod in illis casibus regulares vicini, vt in præfenti se opposuerint dum fundans se in obseruantia tenetur probare in terminis indiuiduis casus cõtrouersi. *Mant. decif. 58. n. 7. Seraph. decif. 326. num. 2. Burat. decif. 22. n. 6.* quando quidem casus, qui pro non vsu adducuntur non concludunt, quia valuit in illis interuenire regularium vicinorum consensus quocirca non est inferendum ad casum quo ipsi contradicunt vt in præfenti prout in terminis priuilegij super 4. funerali extat decisio in *Raennaien. quarta funeralis 20. Iunij 1622. coram b. m. Coccino.* ea ratione, quia non fuit in potestate Regularium consentire, vt monasteria noua erigerentur, talis obseruantia affirmatiua in actibus facultati non conuincit quod idem sit seruatum ipsis Religiosis inuitis. *Ruin. conf. 28. n. 10. & seq. lib. 1. Menoch. conf. 109. n. 63. Surd. conf. 460. n. 80. Seraph. decif. 8. n. 5. Vard. decif. 204. num. 2. par. 3. Cauat. decif. 85. num. 1.*

Sed cessat difficultas quia obseruantia, & vsus dicti priuilegij potius probatur in præfenti ex Breui *Sancti Pauli V. ad fauorem eorundem Patrum Theatinorum contra RR. PP. Societatis Iesu Summario Theatinorum n. 6.* prout rursus idem fuit seruatum contra Presbyteros seculares S. Caroli in Ciuitate Neapolitana *d. Sum. num. 7.* de quo meminit *P. de Lezana in sum. quest. reg. verb. Monasteria regul. num. 2. fol. 403. vers. Vnde cum qui Presbyteri S. Caroli ceræ nec erant mendicantes.* Quod Breue valde urgere dictum fuit siue interpretetur emanatum fuisse in executione antiquorum priuilegiorum siue in vim noui priuilegij, vitoque casu idem militat dum priuilegium concessum monasterio vnus loci prodest omnibus & singulis monasteriis aliorum locorum eiusdem Religionis ex constitutione Pij IV. quæ licet non procedat in priuilegiis concessis seu concedendis particularibus personis Religiosis, locum tamen habet in omnibus priuilegiis concessis ipsi Monasterio, vt per belle explicat *Roderic. regul. tom. 1. q. 55. art. 9. & art. 18. vers. aduertendum, &c.* id totum etiam in vim alterius Constitutionis Leonis X. relata à *Confecto in collect. priuileg. regul. inter cõf. Leonis X. Const. 18. fol. 188. ibi,* aut in postecum concedentur, etiam priuilegia postea concessa & in futurum concedenda suffragantur, cum lex semper loquatur *l. Adriani C. de heret. Castr. conf. 235. num. 1. vers. restat respondere lib. 1. Rot. in Cracouie. n. Iuri legend. 19. Iunij 1626. cor. b. m. Coccino.*

Nec est dicendum præfatum priuilegium fuisse reuocatum per Constitutiones nouissimas Clem. V 11 *la 99. Bullar. nou. tom. 3. fol. 146. Gregor. XV. conf. 31. tom. 4. fol. 138. & Urbani VIII. Const. 25. eod. tom. 4. fol. 265.* nam in dd. Constitutionibus ne verbum quidem de 140. Cannis de quibus specificè legitur facta mentio in antiquis Constit. *Et Rot.* in hac materia seruat antiquas Constitutiones *vt in Ianuen. Dominorum coram Manzanedo, qua est la 88. n. 5. par. 4. rec. & cum præfatæ constitutiones non disponant nisi inter regulares non derogant Iuri prohibendi quod dicto priuilegio regulares habent aduersus cõtrouersas personas Ecclesiasticas ne Ecclesias de nouo recipiant de quo dd. Constitutiones loquuntur iuxta theoreticam *Bald. in l. 1. §. final. C. de latin. libert. tollen. Ram. conf. 17. n. 1. & 2. Mant. decif. 104. n. 5. Rot. decif. 50. num. 5. part. 2. recent. & decif. 289. num. 7. part. 3.**

Satis autem præfatas antiquas Constitutiones priuilegia urgere ponderatum fuit contra Patres Oratorij S. Philippi propter præiudicium quod eorum omnia vicinitas intra spatium cõnarum 40. afferret Patribus Theatinis in Ecclesia Sancti Siri residentibus ratione eleemosynarum quas dubitari non potest quod

quæ eisdem Theatinos tenuiores redderentur propter viciniam vicinitatem, dnm Ecclesia Sancti Siri sacramenta percipere per assuetos diuerteretur ad nouam Ecclesiam Oratorij Sancti Philippi quod præiudicium quouis non esset considerabile si ageretur de noua introductione in Ciuitate idonea ad subministranda alimenta omnibus medicantibus iuxta terminos dictæ Constitutionis 99. Clementis Octauis de qua loquitur *Rota decis. 745. par. secunda recen.* summopere tamen extat considerabile, quod noua Ecclesia construeretur intra d. breue spatium præfatarum cannarum 40. propter exaltationem & rixas quæ inter Ecclesias tã vicinas possent exortiri, ad quas euitandas emanauit præiudicium Clementis V. vt habetur in verbis relatis à *Roderico in collect. priuileg. rom. 1 fol. 209. col. 1. n. 79.* ibi & *u. quæri eorum fratrum & c. Rota dicta decis. 87. num. 5. par. 4. rec.* Nec fat est quod intrare volentes non mendicent quia oportet vt nec aliud faciant ex quo aliquod detrimentum cæteris regularibus obuente possit, vt tradit *Pater de Lex. an. Modern. Carmel. Marien. in d. summ. quest. reg. verb. monasteria fol. 400. num. 6. Ror. decis. 87. num. 5. part. 4. rec.* Quocirca nil urget imò retorquetur *decis. 676. n. 1. part. 1. m.* in qua dictum fuit non præiudicari Theatinis per viciniam Collegij Societatis Iesu dum in huiusmodi Collegiis nullus non Religiosus ex eisdem sepelitur nec ibi elemosynæ pro Missis, & aliis officiis admittuntur: & non attendi an hi qui de nouo volunt Ecclesias acquirere sint mendicantes vel non mendicantes habetur ex d. priuil. Sixt. IV. vbi extendit præiudicium Clem. V. loquentis de mendicantibus ad omnes alios Religiosos aliorum ordinum etiam non mendicantium, & ad quascumque alias Ecclesiasticas personas refert *Sorbo in compend. Priuil. Regul. verbo qualificare num. 19. & eadem Bull. est impressa à Lex. an. rom. 5. summ. part. 2. §. 79. fol. 519. & in comment. num. 431. fol. 807.*

Quam sententiam eo libentius Domini amplexi fuerunt Patribus Oratorij S. Philippi nil nocet residere in loco remotiori, & Patribus Theatinis hoc multum prodest, præsertim cum ipsi sine redditibus ex puris elemosynis sponte à fidelibus oblati & non emendicatis viuunt, suntque certè omnia facienda, quæ ceteris non nocent, & illis profunt iuxta *text. in lib. 2. ibi nisi ei nihil nocent, & ibi Bart. vers. ad huius autem ff. fol. matr. Imol. conf. 17. num. 18.*

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

DECISIO
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Corrado.

Hispalen. Decimarum.

Mercurij 26. Iunij 1647.

Attendentes Summi Pontifices Paul. III. & Pius IV. S.M. multiples, & vberes animatum fructus, quos Venerab. Societas Iesu vsque ab eius oriens institutionis initio in Populo Christiano in dies proferebat, dignum censuerunt, vt illi plura concederentur præiudicia, inter quæ illud specialiter recensetur, vt de Collegiis, Collegiis, ac prædiis, bonis aliisque locis eisdem sociis iuxta eorum viuendi institutum haberi contra Decimam aliquam etiam Papalem soluere, seu portionem exhibere &c. non teneantur &c. eandemque Societatem, Domos, Collegia, & bona eorumque à quibusvis Decimis etiam Papalibus, præiudicialibus, & personalibus &c. aliisque ordinariis onibus &c. plenissimè liberarunt, & exemerunt, vt constat ex litteris Apostolicis Pauli. Incip. Licet debitum

Pastoralis officij. Dat. xv. Kal. Nouemb. anno 1549. in vers. concedentes ipsis sociis Bullar. par. 1. inter Constitutiones illius Põtificis 48. & in aliis Pij sub die 19. August. 1561. Incip. Exponi nuper fecistis. vers. & nihilominus pro potiori cautela. in libro Priuilegiorum d. Societatis fol. 87. & seq. Quas deinde cõfirmavit S.M. Greg. XIII. cum expressa derogatione Decreti Lateranen. Cõcil. relati in c. Nuper extr. de Decim. aliis litteris incip. Pastoralis officij cura. sub die 1. Ianuar. 1578. Bullar. par. 2. Constit. 61. Verum exortis tractu temporum litibus, ac controuersis inter Venerab. Capitula Metropolit. & Cathedralium, ac Rectores parochialium Ecclesiarum, ex vna, & Religiosos præfatæ Societatis in Regnis Castellæ, & Legionis super interpretatione, ac vsu dictorum Priuilegiorum. Leo XI. S. me. præmissa earum narratione, ac dd. Priuilegiorum tenore, illas ad se auocauit, & terminauit eius Decreto, quo iussit in posterum solui per Societate eiusque Domus, ac Collegia, & loca quæcunque in eisdem Regnis existètia illis Ecclesiis, quibus alioquin circumscripsit dictis Priuilegiis Decima soluenda erat, eius loco vigesimam omnium fructuum, & animalium, qua de Iure, vel consuetudine decimari consueuerant, ex quibuscumque bonis prædictis Religiosis tunc obuētis, ac deinceps ex largitione fidelium, vel aliis lucratiuis titulis obueniendis. Ex aliis verò emendis, vel ab extraneis conducendis integrâ Decimam. Exceptis ab hac præstatione Hortis, seu viridariis penes eorum Domus, seu Collegia, ac vno prædiolo Agro pro singulis Dõmibus, seu Collegiis mensurâ quatuor fanegarum illarum partium non excedere. Saluis tamen quibuscunque cõcordiis, seu tractationibus inter partes initis quas in suo robore permanere voluit, vt legitur in eius litteris. Incip. Apostolici muneris debitum exposcit. sub die 23. Aprilis anno 1605. quæ postea per San. me. Greg. XV. moderate, ad pristinum tenorem restituta fuerunt per San. me. Urb. VIII. similibus litteris. Incip. Alias à fel. rec. Leone Papa XI. sub die 29. Nouemb. 1623. Quare institutis de an. 1625. pro parte Venerab. Capituli Ecclesiæ Archiepiscopalis Hispalen. generalem, & perpetuam habetis administratione redituum, & Decimarum illius mensæ vice Archiepiscopi vniuersalis Parochi in ea Diocesi, nouis iudiciis primùm super executione dictarum litterarum Leon. XI. deinde super mantentione coram Illustrissimo Hispaniarum Nuncio contra Religiosos, & Collegia dictæ Societatis in illis partibus existètia. Pro quibus adducebantur ea quidem peculiaria præiudicia, ex prænarratis Põtificis Constitutionibus ipsis concessa, quorû vigore quæcûque eorum bona, etiam aliis locata, immò, & ab extraneis cõducta prætendebantur exempta, fuisse præfatis Leonis litteris abrogata; sed non fuisse sublatum ius ipsis communiter cum cæteris mendicantiũ Ordinibus competens ex immemorabili eiusdem Diocesis consuetudine, qua præseruatur ab eiusmodi præstatione immunia, quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt. Hisque omnibus ad Rotam delatis vigote Commissionis directæ bo. me. Coccino. fuit negata Capitulo mantentio præuia Decisione die 26. Nouemb. 1635. Ac subindè in prosecutione negotij principalis Coram me in causis illius subrogato. Domini die 1. Februar. 1644. mandarunt dati dubium. An, & in quibus litteræ Apostolicæ suffragentur Capitulo. Interea verò, quia pro Collegiis fuerant exhibitus Articuli ad effectum probandi allegaram consuetudinem immemorabilem, petebanturque litteræ Remissoriales ad partes, quas Informantes pro Capitulo contendebant. Voluerunt super his prius disputari.

Proposito itaque pluries Articulo, eoque mature discusso. Hodie fuit resolutum concedendam esse Remissoriam. Quia Decimarum causa censetur ad hunc effectum ex sentètia Rotæ ad instar profanz sicut alia quæ

quæcumque in quibus non agitur de titulo beneficij
iux. *decif. Put. 324. in fin. vers. & quia eramus lib. 2. in*
correçt. Verat. decif. 99. p. 1. & penes S. me. Greg. dec. 174.
& decif. 403. sub n. 1. & seq. ac in recent. decif. 677. sub
n. 1. p. 1. & decif. 183. num. 1. vers. & versatur. p. 3. &
in alijs infr. citat. Ideoque data releuantia materiz ar-
ticulariz, (etiam non concurrente veritatis fumo) ne-
gari non potest ad l. Iudices C. de Iud. l. Iudices cum
Aurb. seq. C. de fid. Inst. c. fin. 30. quest. 5. Put. decif. 212.
num. 3. vers. quia in materia profana lib. 1. in correçt.
Verat. decif. 68. à num. 1. par. 3. Cas. de Grass. dec. 1. à n. 8.
vers. maior tamen pars, & seq. de dilat. & decif. 102. a. 1.
vers. monebantur Domini. par. 1. diuers. & penes bon. me.
Card. Mansic. decif. 374. n. 2. vers. in profanis autem. &
seq. ac Sanc. mem. Greg. decif. 124. num. 1. & d. dec. 174.
sub num. 2. vers. & in profanis ac decif. 191. n. 2. vers. &
sumus in profanis ac d. decif. 403. num. 3. vers. in profa-
nis autem, Card. Caualer. decif. 250. num. 1. vers. nam
causa, Burat. decif. 656. num. 1. Reuerendiss. Vrgellen. de-
cif. 35. n. 1. & in recent. decif. 277. n. 1. & seq. & dec. 389.
sub num. 1. par. 3. & decif. 256. num. 1. vers. Hac enim
part. 4. tom. 2.

Releuantia verò ex eo deducitur. Quia probata im-
memorabili quilibet legitimus, & validissimus titulus
à Collegiis adduci potest pro defensione præten-
sæ exemptionis ab huiusmodi Decimarum solutione iux.
gloss. fin. in cap. in aliquibus vers. quia Clerici, vel Eccle-
sia. extr. de decim. Rot. penes Crescent. decif. 1. n. 2. vers. &
ad hoc probandum, & seq. de Decim. ac in Valentini.
Decim. de Gandia 23. Februarij 1601. coram bon. mem.
Card. Seraph. & in proprijs terminis hac ratione fuit
resolutum constare de releuantia Articulorum ad effe-
ctum concedendæ Remissioriz, licet alia priuilegia
exhibita fuissent prius reprobatâ in *Toletana Decim.*
27. Iunij 1608. coram Ortemberg. in §. Hic tamen non
obstantibus, ac seq. & in Tirason. Decim. 24. Maij 1619.
coram bon. mem. Pirouan. relata post secundum vol. conf.
Crimin. Farinac. decif. 303. in Valent. Decim. 21. Iunij
1613. coram Card. Canaler. decif. 258. in Legionen. De-
cimorum 22. Maij 1615. coram bon. mem. Manzaned.
in recent. decif. 677. num. 3. vers. Vterius & seq. par. 1. &
in Toletan. Decim. 4. Decembris eiusdem anni coram
bon. mem. Seleucien. decif. 715. sub num. 1. & seq. part. 3.
Eorundem.

Nec obstat, quod Articuli non fuerint rectè forma-
ti super immemorabili cum coarctatione negatiuæ.

Quia contrarium apparet ex eorum lectura, & præ-
sertim primi continentis in effectu omnia requisita
gloss. in cap. fin. in verb. memoria de præscr. in 6. quibus
illa bene probatur l. si arbiter. ff. de probat. P. Rebuff.
de decim. quest. 13. a num. 94. vers. quare quomodo pro-
betur. & seq. Mansinger. obser. 30. n. 5. vers. quomodo au-
tem probanda sit cent. 1. Decian. consil. 51. sub num. 35.
vers. Aliquando intendit quis probare vol. 2. Rot. penes
San. mem. Greg. Decif. 196. & in recent. decif. 445. sub
n. 1. & seq. p. 1. ac decif. 360. n. 13. vers. sexto p. 2. ac de-
cif. 431. sub n. 1. vers. & moti fuerunt p. 3. Eaque possunt
etiam per testes in eorum dictis, atque rationibus cla-
riùs explicari iux. tradit. per Specul. in tit. de teste §. 1.
sub num. 63. vers. quid ergo iuncto vers. sed dic valere
& sub n. 65. Felin. in consil. 2. sub 35. vers. premisso se-
cundo, & alios refert. Farinac. de testib. q. 71. sub n. 30.
& 31. in 7. & 8. limitatione, & fuit nuper dictum in
Mediolanen. Prioratus 27. Maij præteriti coram me,
in §. Præterea non obstat.

Minus obstat, quod non fuerit in eis deductum De-
cimas fuisse ex parte Capituli petitas, atque à Colle-
gijs negatas, eiusmodique negationi Capitulum ac-
quiescisse, quæ videntur necessaria ad effectum acqui-
rendi libertatem ab huiusmodi præstationibus.

Quoniam hæc non requiruntur ubi agitur de ton-

luetudine, seu præscriptione immemorabili, in his præ-
sertim, quæ alteri competunt per modum iuris: nam
illa vim habet tituli, ac concessionis expressæ eiusmo-
di adminiculis non egentis, quæ si necessaria forent ex
tanti temporis lapsu præsumerentur. Immo illorum
probatio eius essentiz prorsus repugnat cum præse-
rant, & includant per necesse initium actus, quod de-
stituit immemorabilem. *Oldrad. consil. 254. Quia una*
pars sub n. 15. vers. tertio opponitur. Crauet. consil. 111. d.
num. 21. vers. non obstat dictum Alexand. & c. & seqq.
vsq. ad fin. & consil. 775. sub num. 8. vers. non obstat m-
cessariam interpellationem. Nass. consil. 446. sub n. 17.
vers. Nec est vera. Purpurat. consil. 336. num. 11. vers. &
stante titulo presumpio ac seq. Decian. d. consil. 51. sub
d. n. 35. vers. Aliquando intendit quis probare & seq.
lib. 2. Menoch. concl. 234. sub num. 33. vers. Alia vero n-
quisita, & seq. & consil. 525. num. 10. vers. quia quod a-
ctinet ad primum Iosef. Lud. decif. 106. sub num. 4. vers.
nec obstat, & seq. Gast. Ant. Thesaur. quest. forens. lib. 1.
q. 8. num. 9. vers. Terius est casus & fuit responsura
Nonantulana Bonorum 18. & 22. Martij 1591. cum
bo. mem. Cardin. Mansic. in §. neque obstat quod si a-
uerfus hanc facultatem & seqq. vsque ad fin.

Deinde non obstat, quod prædicta consuetudo sit
improbabilis. Tum inspecto tempore litium, de qui-
bus fit mentio in litteris sanct. memor. Leonis XI. de
anno 1602. (vt asseritur) inceperunt, ideoque in
præsentia verisimiliter non repetiantur testes in æta-
te quinquaginta quatuor annorum tunc constituti, qui
eam legitime probare possint; Tum etiam stantibus
contrarijs actibus pro Capitulo adductis illam pro-
fus elidentibus.

Quia (prætermissis alijs) tempus illatum litium
(quæ cæpre fuerunt super solis priuilegijs particu-
laribus Societatis, vt attestatur *Rota in Carthagin. De-*
cimarum 16. Februarij 1615. coram Seleucien. in re. de.
645. n. 4. vers. considerarunt etiam Domini p. 3. In præ-
sentia considerari non debet, cum quia fuerunt prorsus
extinctæ, ac terminatæ vigore prædictarum litterarum
Sanct. mem. Leonis de anno 1605. ad text. in cap. pr.
extr. de transact. Sarnen. ad Reg. de iur. quas non tollend.
q. 7. Valenzuel. consil. 85. num. 19. vers. maxime, & consil.
151. num. 16. vers. maxime; Tum quia in eis actum
fuit de iure particulari priuilegiorum Societatis, non
autem vniuersali Mendicantium omnium communi,
de quo modò contenditur, Rot. penes Put. decif. 148.
vers. sed in casu nostro lib. 2. in correçt. & in Bon. de Mad-
uetiis 16. Maij 1588. coram bon. mem. Plato in §. nec ob-
stat, ac sanct. mem. Greg. dec. 403. sub n. 5. vers. nec potest
dici, & seq. & fuit resolutum in Illerden. Decimar. 16.
Decembris 1639. coram bon. mem. Pirouano. Sed atten-
dendum est tempus huius Iudicij instituti de ann. 1615,
super eiusdem breuis interpretatione, ac dictæ consue-
tudinis releuantia, vt apparet ex ipso Processu, de quo
testes plures iustæ ætatis, ac bene informati possunt
facile reperiri.

Actus autem contrarij pro parte Capituli deducti
ex sententia bon. me. *Alex. Iunij in Burgen. Decim. pro*
Capitul. Burgen. contra Moniales Beatæ Mariæ de la
Huelgas Ordin. Cistercien. anno 1558. 6. Iulij. Et alij
bon. mem. Oran. in Carthagin. Decimar. de Marcia pro
Episcopo & Capitulo Carthaginen. contra Moniales
S. Antonij de Padua Tertij Ordinis F. Francisci anno
1593. 10. Decembris præuia Decisione 19. Nouembri
eiusdem anni. Ac alia bon. mem. Penia in Carthagin.
Decim. inter eundem Episcop. & Cap. Carthagin.
Priorem, & Conuentum S. Petri loci de la Noya Ord.
S. Hieron. Et decif. 1293. & 1295. bon. me. Card. Seraph.
in Valentina Decim. 1. Iulij & 23. Octobris 1590. ac de-
1370. in Segunt. Decim. 30. Octobris 1600. (in qua non
fuerat legitime probata allegata generalis consuetudo

et ibi legitur sub num. 1. vers. nec obstar, ac seq.) & Tolosan. Decimar. 26. Nouembris 1609. coram Iusto. Advers. Joh. de Commiss. par. 2. fol. 596. ac in alia Tolosan. Decimar. 29. Nouembris 1606. coram Ortemberg. & Tolosan. Decimar. 11. Februarij 1608. coram Ortemberg. Lugdunen. in resont. decis. 212. p. 2. (quæ præcedunt per contradictas, vt patet ex principio) Et Tolosan. Decimar. de Belmonte 9. Maij 1615. coram Ortemberg. Vbaldo in resont. dec. 270. part. 4. (in qua præcedunt duntaxat de validitate concordia initæ in articulo vt iura legitur,) ac in alijs similibus. Quædam sunt intentionem Collegiorum. Nam (præter quosdam casibus) actum fuit tantum de alijs particulatim Collegijs à præfatis Religiosis præsentis, non de consuetudine immemorabili Mendicantium, vt præcedunt eisdem decisionibus. Immo quando hæc consuetudo præcedunt allegata, etiam reiectis ipsis privilegijs concessit Remissoriam in eadem Tolosan. Decimar. 26. Nouembris 1609. coram Ortemberg. in §. His tamen non obstantibus. Placuit Responsio, quod in articulis pro Collegijs præcedentibus deducta fuit immemorabilis, non solum particulariter in Regnis Castellæ, ac Legionis; in quibusdam nullæ ex prædictis Dioccesibus existunt, sed particulariter, & præcipue in Diocesi Hispalen. Ideoque licet etiam ex huiusmodi actibus elidi posset vniuersalis, non tamen excluditur particularis huius Diocesis consuetudo, vt bene respondit Anchar. in conf. 265. In causa, & questione qua vertitur sub num. 3. vers. Ad hoc dicitur, quod iustificari non potest, & seq. Crauet. d. conf. 270. num. 16. vers. & licet in Italia, & fuit dictum in Ceteris, Decimar. relata per Papaxon. ad dec. vltim. num. 101. vers. & in vna Caurion. de consuetud. in Nou. & consuetud. f. d. d. conf. 46. num. 24. vers. cum consuetudo lib. 2. Quæ maximè attendi, atque præferri debet, iuxta gloss. super eo in verb. vicinis vers. contraria verò non est. Causa Bart. in l. 2. sub num. 41. vers. trigesimo sex. & in l. 1. qua fit long. consuetud. Soc. conf. 7. sub num. 6. vers. Præcedunt & seq. lib. 1. Paris. conf. 25. sub n. 42. vers. ex quo non obstat lib. 4. Rota in Hispalen. Decimarum 18. Martij 1612. coram Vbaldo §. pen. vers. & in concursu, & in concursu Decimarum coram Cardin. Caualer. d. conf. 270. vers. non autem, & dec. 108. num. 1. vers. Et ibi d. conf. 356. num. 2. vers. qua consuetudo particularis præcedunt. decis. 169. num. 9. vers. quia in concursu præcedunt.

Præter quod Capitulum præcedat contrarium præcedunt testibus, & alijs. Quia non idè excludi debent probationes Collegiorum, sed perfecto processu in disputatione causæ quæ sint potiores, & præcedunt. cap. cum Ioannes ibiq. no. D D. extr. de probat. in resont. Bellam. dec. 624. num. 2. vers. De præcedunt d. d. conf. 374. num. 3. vers. nec probatio, & d. conf. 374. num. 5. vers. quo verò ad probationem par. 1. d. d. in resont. dec. 677. num. 5. vers. quibus non obstat. & d. d. 229. sub num. 4. vers. Atque ex abundantia d. d. conf. 660. num. 4. vers. Nam respondetur part. 2. & d. d. conf. 824. num. 7. vers. sicut etiam, ac seq. & d. d. in resont. pecun. 27. Ianuarij 1645. coram R. P. D. & d. d. in §. fin. Cum præcedunt illis interea aliter suffragentur adminicula testium in partibus præcedunt, quibus concinix relatio Modern. Lu. de iur. Eccl. lib. 3. cap. 26. §. 3. sub num. 35. vers. & d. d. in resont. ibi, prout in Hispaniarum partibus & c. & d. d. in resont. b. m. Coccino 26. Nouembris 1635. in qua solentur ab eis coactè, & metu censurarum factæ deprehenduntur, ac seprobantur, negaturque manuentio in articulo. Neque obstat assertio Franc. Castil. in eius d. d. de vernis debitis Regib. Hispan. cap. 36. sub num. 13. vers. Tambien suppongo, ibi, y no teniendo exempcion de Religiosos, las Religiones, y todas las personas Etolo Antonini Diana, Pars IX.

sanctas pagan. diez mos. vt probatur supra & c. Quia loquitur de iure communi secundum dispositionem sext. in d. cap. 2. §. ceterum. de decim. in 6. vt legitur pauld supra. (quo ibi se refert numer. 43. vers. cum alijs Religiosi omnes & c. non autem excludit consuetudinem immemorabilem, quæ privilegij, ac alterius cuiusque melioris tituli ius præferret, & in ipsamet lege Regia præseruatur expressè, vt legitur apud eundem in cap. 21. & pluribus sequentibus. Quinimò si eam referret, vel negaret, non tamen eius assertioni prorsus deferendum esset, cum hæc in facto consistat, cuius idè contraria probatio reiicienda non esset, Rota penes Mohed. decis. 2. & 3. de consuetudin. Cardin. Mantia. decis. 357. sub num. 6. vers. Præterea, vbi reiicitur Ciuitatis attestatio Beroi, de quodam stylo, seu consuetudine Bononiæ, & penes sanct. memor. Gregor. decis. sub num. 274. 4. vers. nec facis, & seq. vbi reiicitur alia similis, Catavit. de consuetudine Regni Neapolitani.

Præterea non obstat, quod Collegia non sint mendicantia, licet Indulto Apostolico fuerint illis communicata aliorum mendicantium priuilegia, quæ sanè communicatio exemptionem à solutione decimarum huiusmodi, quarum non fuit facta mentio, neque explicitè, neque implicitè derogando contrariæ Concil. Gener. Lateranens. Constitutioni relatæ in d. cap. Nuper. extr. de decim. regulariter non comprehendit.

Quia vetus hæc controuersia quam ex alijs excitauit Horat. Mandos. in eius Tractat. de Priuileg. ad instar gloss. 2. sub numer. 22. vers. Videndum est autem, & gloss. 11. sub numer. 24. vers. Vltimò non obstat & seqq. absoluit autem Gabr. in conf. 28. à numer. 8. vers. Verum & seqq. lib. 1. Videtur iam definita per sanct. mem. Pium V. in eius Constitutione Incip. Dum indefessè considerationis intuitu. in ordine 131. Bullar. p. 2. qua motu proprio declarauit his verbis, illam, & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis huiusmodi verè, & non solum mendicantes fuisse, esse, & fore, & inter aliorum Fratrum, & Religiosorum mendicantium Ordines, aliosque Fratres, & Religiosos mendicantes connumerandos, prout illos Nos connumeramus, connumerari debere, ac omnes, & singulas, tam Iuris, quàm hominum dispositiones in fauorem Religiosorum, seu Fratrum mendicantium nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illiusque Domibus, Collegijs, Præpositio, & alijs Religiosis locum habere & c. vt habetur in ea in §. 2. Hæc enim sunt membra Societatis pro scholasticis approbatis principaliter instituta, qui certè sunt personæ Societatis, & de corpore illius, vt legitur in Constitutionibus eiusdem part. 5. cap. 1. ibi, sed quia scholastici approbati etiam modo quodam interiori, quem admissi ad probationem in corpus Societatis computantur, & in Declaration. sub list. A. ibi, secundo modo, qui minus latè parte, Societas cum professis, & Coadiutoribus formatis etiam scholasticos approbatos continet. Ex his enim tribus partibus, seu membris Societatis corpus constat, & c. Molin. de Iust. & Iur. tom. 1. disp. 139. in vers. Cum Societas nostra & c. Et licet nec dum fuerint inter professos recepti, tamen quantum in eis est, & professionem emittere parati, (si id Præpositus Generalis Instituto Societatis congruere adiudicauerit,) & in perpetuum Dei uitio consecrari, ac sua forte contenti sunt, prout idem exigit institutum part. 5. cap. 4. §. 5. Ideoque merito emissis tribus vobis simplicibus, sunt veri, ac proprij Religiosi ipsius Societatis, illique ex parte sua prorsus affecti, & obligati, ac eius meritorum, & priuilegiorum participes, non secus, ac ipsi professi effecti fuerunt, vt habetur in Constit. sanct. mem. Gregor. XIII. incip. Quanto fructuosius in vers. Et licet

licet eos & vers. sed etiam alios omnes, & quoscunque. Dat. anno 1582. Kal. Februarij in praefato Libr. Privilegiorum Societatis fol. 214. ac seq. Et in alia eiusdem Pontificis Incip. Ascendere Domino, in vers. Et licet in vers. & non modò eos. ibid. fol. 222. Dat. anno 1684. viij. Kalend. Iunij in Bullar. part. 2. inter eius Constitutiones 89. *P. Molin. d. disp. 139. in versic. non solum autem professos, &c. Navar. consil. 8. sub numer. 4. vers. longè tamen &c. de Regular. Bona verò illis ex instituto permessa, non habent tanquam propria etiam in communi, sed sub administratione, & gubernatione omnimoda eiusdem Praepositi, debentque esse parati etiam ostiatim mendicare quoties obedientia, vel necessitas id exegerit, ut habetur in exam. general. cap. 4. §. 1. & seq. & §. 27. Ad hac, & vers. quandoquidem. Et in Constit. part. 3. cap. 1. 7. Ut experiri, & §. 25. Diligant omnes paupertatem, & part. 4. cap. 2. §. 5. Possessionem Collegiorum ibique in Declarat. lit. C. vers. Societas §. 7. vers. tunc enim, ac p. 6. cap. 2. §. 10. & in summar. Constitut. Reg. 24. & in Constitut. sanct. memor. Pauli Tertij Incip. Regimini militantis Ecclesiae in vers. Possunt tamen habere. Dat. anno 1540. v. Kalend. Octobris in Bullar. part. 1. inter eius Constitut. 25. & Iulij Tertij, Incip. Exposuit debitum Pastoralis officij vers. quae Collegia. Dat. anno 1550. 12. Kalend. Augusti in eodem Bullar. par. 1. Constitut. 9. Roderic. quest. Regular. tom. 1. qu. 2. art. 9. ad fin. Praeerea. P. Molin. disput. 139. vers. Illi qui finito probationis tempore, Suarez. de Religion. tom. 4. lib. 4. cap. 5. sub num. 11. vers. Nihilominus certissimum est, ac per tot. Sanchez ad Praecept. decalog. lib. 7. cap. 27. sub num. 33. vers. quare & num. 38. vers. nono, Ita ut neque Capitulum habere, neque capitulariter ad quavis peragenda congregari possint, sed omnis facultas celebrandi pro eis quoscunque contractus penes praefatum Praepositum Generalem resideat, ut caveatur in alia Constitut. sanct. mem. Pij V. de anno 1568. Calend. Maij in praedicto Libro Priuil. Societatis fol. 106. & seq. In c. Innumerabiles fructus. Atque etiam eadem bona, & redditus in iudicio, cum id conveniens, vel necessarium fuerit defendendi, ut habetur in Declarat. ad d. 4. par. cap. 2. §. 5. sub litt. C. versic. Societas in usum scholasticorum suorum, &c. Proptereaque Sanctus ille Pontifex omnibus attentè p̄satis Societatem ipsam indefinè, ac singulas eius personas indistinè, verè, ac non fictè mendicantes, eoque nomine cum omnibus eius Domibus, Collegiis, Praeposito, ac caeteris Religiosis tanquam vnus corporis membra vni subordinata capiti, cuius summum, praecipuumque Institutum in arctissima paupertate est constitutum sub quavis Iuris, ac hominis dispositione comprehendere declaravit in d. §. 2. eiusdemque omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, facultatibus, concessionibus, Indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & litteris, caeteris quibuscunque mendicantium ordinibus quomodolibet concessis, & concedendis liberè, ac licitè uti, frui, potiri, & gaudere in §. sequent. Non quidem per verba futura futuri dumtaxat temporis, sed & praeteriti, ut legitur in d. §. 2. ibi, verè, & non fictè Mendicantes fuisse, esse, & fore &c. ad in §. 3. versus finem, ibi, concessis, & concedendis antea potuerunt, & nunc, ac in futurum, &c. possint liberè uti, frui, potiri, & gaudere, &c. Ut quisque intelligeret ipsum nouam non addere Societati qualitatem, ac priuilegium, sed illi insitam explicare ad l. haeres palam §. si quid post factum testamentum ff. de testam. Bald. in l. non dubium sub n. 2. versic. tertio nota. Cod. de legib. Oldrad. cons. 263. Dominus Aegidius sub n. 3. vers. His praemissis ac seq. Rota dec. 502. sub n. 15. vers. Demum adest declaratio p. 1. ac decis. 414. n. 17. vers. neque est verum ac seq. par. 5. recent.*

Quare nec videtur de hoc amodò dubitandum

stante huiusmodi Pontificis (ad quem spectat) declaratione, quae pro lege seruati debet. *Imol. in Cl. 1. sub num. 9. vers. seuo si narratis aliquid, quod consistat in Iuris effectu, &c. de probat. Gabr. Com. cond. lib. 1. de probat. Conclus. 1. numer. 37. vers. Primo submissa.* Et ita in hac quaestione concludunt Suarez de Religion. tom. 4. lib. 4. d. cap. 4. sub numer. 11. vers. Imò quod maius est, & cap. 7. in fin. vers. Denique ob hanc causam & tom. 5. de censur. disputat. 22. sect. 5. numer. 1. vers. Rursus ibi, omnes autem dicti sunt verè, & praepositi Religiosi Mendicantes, ut satis declarat Pius V. in eadem Bulla &c. fol. mihi 430. col. 1. & Sanchez ad praepos. decalog. lib. 6. cap. 7. sub num. 117. vers. Dicitur ex parte contrarius est in fin. & ex aliis Bonacin. de Clausur. qu. 2. part. 9. §. 5. diff. 1. §. quinto sequitur in fin. & Medern. Sicul. in tract. de donat. contemplat. matr. fallit. tom. 1. discurs. 2. par. 4. sub num. 5. vers. omnes verò ac seq. DD. Regnicola.

Nec mirum quod in dubium id reuocauerit *Hond. Mandos. in d. tract. de Priuileg. ad Instar. d. gloss. 2. in fin. & d. gloss. 11. sub num. 24. & seq. ac Roderic. q. Regular. tom. 3. q. 49. art. 2.*

Quia ille non scripsit super hac Constitutione Pij V. sed super alia quadam sanct. mem. Pij Quarti Dat. die 26. Nouembris 1565. relata in alia eiusdem Pij V. Incip. Aequum reputamus, & rationi consonum in praedicto libro Priuileg. Societatis fol. 96. & seq. ut apparet ex praefatione d. Tractat. & ex verbis ipsius Bullae ibidem relatis ante primam glossam. Neuter autem eorum tam habuit notitiam dd. omnium Constitutionum, Litterarum Apostolicarum Societatis, ut fatetur uterque, primus scilicet dicta glossa 2. sub num. 23. vers. contra tamen. Alter verò d. q. 2. art. 9. in fin. vers. Hac dicta finit. Indeque altera irrepsit eorum æquiuocatio, dum aliter scholasticos approbatos non esse verè de Societate sed in via ad illam; quia id intelligitur de Societate sumpta in primo, vel secundo gradu scilicet Professorum, seu Coadiutorum formatorum, qui licet in ea sit praestantiores, non tamen soli eius integrum corpus constituunt, sed aliud quoque praedictum scholasticorum membrum concurrat, ut explicatur in dicta Declaratione ad Constitutionem par. 5. cap. 1. sub litter. A. vers. secundo modo, & vers. quare huius nominis, &c. quae sanè declarationes vim habent Constitutionum, ut statuit idem sanct. memoria Paulus Tertius in eius Constitutione, Incipit Iniunctum Nobis desuper Apostolice seruitutis officium, in vers. Ac quod quascunque Dat. anno 1543. Pridie Id. Martij, & Iulius Tertius in dicta Constitutione, Incipit, Exposcit debitum Pastoralis officij, in vers. qui quidem Praepositus Dat. anno 1538. Duodecimo Kalendas Augusti, & alij Pontifices successores & firmavit *Reca in Romana legati 10. Moij 1673. coram Buratt. dec. 245. sub n. undecimo, vers. Declarationes autem.*

Et ex praedictis tollitur etiam aliud obiectum quod scilicet praefata consuetudo suffragari non possit Collegiis dictae Societatis, cuius approbatae institutionis initium apparet ex allegata Bulla sanct. memor. Pauli Tertij. Dat. Quintò Kalend. Octobris anno 1540.

Quia si proberetur articulata immemorabilis ad feruorem omnium Religionum Mendicantium, hæc ipsa vniuersaliter intnitu, ac fauore Ordinis mendicantium introducta, videtur comprehendere Religiones mendicantes successiuè institutas, non tam vigore communicationis priuilegiorum, ut per *Horat. Mandos. in d. tract. de Priuileg. ad instar gloss. 15. à num. 59. vers. Videndum quoque est, & seq. usque ad fin. & Roderic. quest. Regular. tom. 3. q. 51. art. 2. vers. Secundo dico &c. attenda praedicti temporum verborum amplitudine, quam bene perpendit idem*

*Mandof. in d. scilicet. gloss. 14. sub num. 1. & 2. Quam
per proprias, ut in specie tradit idem Mandof. in d.
citat. gloss. 11. sub numer. 19. versic. Si ergo So-
cietas & Roderic. quest. Regular. tom. 3. q. 49. dist.
in §. Unde ex hoc concludendum est, versic. Socie-
tas quia cum illa non solum privilegij, sed legis
privilegium obtineat, l. 1. §. fin. versic. si tamen & in l.
in princip. ff. de aqu. pluvi. arcend. l. hoc iure
versic. Ductus aqua ff. de aqua quodid. & estiu. Idem
comprehendit etiam fururas, ac postea institu-
Arriani §. cunctis quoque legibus C. de Hæretic. &
in cap. Vnic. in verb. mendicantes in fin.
quoniam similem de excess. Pralat. in 6. Bart. in l.
sub num. 64. versic. Si vero continet ff. de iust.
in l. Alexand. consil. 178. In occurrenti casu sub nu-
mer. 1. versic. ego pro hoc adduco lib. 2. Gastr. in consil.
ad illam partem Dotis sub numer. 2. versic.
& quodam per Cyn. lib. 1. Socin. iun. consil. 76. sub nu-
mer. 1. ad fin. versic. vel quia dico lib. 1. Nat. consil.
lib. 2. §. 23. versic. Respondetur, & sequitur Molin.
lib. 2. cap. 6. sub num. 19. versic. quod cla-
vis prædicte, & supra sub num. 13. versic. Idque non mi-
rum est & comprobatur ex decis. Pus. 150. sub nu-
mer. 3. versic. tamen istis non obstantibus lib. 1. & decis.
lib. 1. numer. 27. versic. Imò quod in forioribus, ac seq. & de-
cis. 163. numer. 40. versic. & cum privilegium, ac sequen-
ti, & decis. 395. numer. 12. versic. & tale privilegium part.
recens. ac sequitur Valenzuel. consil. 79. à numer. 100.
versic. nam quoad primum & seq. & latius probat in
versic. 146. numer. 30. versic. quare ius per talem immemo-
rabilem.*

Non obstat insuper, quod licet allegata consue-
tudo in Diocesi Hispalen. vigeret, non tamen So-
cietati eiusque Collegijs prodesse posset, cum in di-
ctis litteris sanct. mem. Leonis X. fuerint abrogatæ
quæcumque contrariæ Consuetudines generales, vel
peciales, ac etiam particulares eiusdem Societatis, ut
eis legitur in §. Non obstantibus præfatis &c. Qui-
bus sanè verbis hanc quoque licet non peculiarem So-
cietatis, sed cum aliis mendicantibus communem fuisse
comprehensam. Ideoque inutilem omnino fore,
ac proinde irrelevantem eius probationem asseritur.

Nam hæc obiectio altiore præfert indaginem,
quàm præceptæ disputationis postulat ratio. Ideoque
in præfatione alterius dubij super meritis causæ
sit magis discutienda. Interea verò ad effectum,
le quo agitur in præsentia satis visum fuit Dominis,
quod ex littera earundem litterarum appareat tam in
parte dispositiva, quàm dispositiva Pontificem inten-
tione lites, ac controversias inter partes tunc verten-
tes super propriis Societatis Privilegiis ibi narratis,
quæ Collegia prætendebantur abuti in maximum
privilegium, & Parochialium Ecclesiarum prævi-
lè terminare, ac terminare, ut legitur in §. cum ita-
que præcepimus, & in §. Nos qui inter Ecclesiasti-
cos &c. Constatque etiam, quod in illis liti-
bus, ac controversiis actum fuerat tantum de exem-
tione præ Societatem prætenfa vigore dictorum eius
privilegiorum particularium ex attestazione *Rota in di-
c. 645. numer. 4. versic. considerantur etiam Domi-
ni versic. Certumque est part. 3. recentior. idemque
versic. certumque est processus ipsos Valenzuel. consil. 151. in
cap. versic. Ad quod præsuppono. Quare non videtur
Constitutio, siue Decretum ob amplitudinem Clau-
sularum derogatarum, quæ fuerunt appositæ in par-
ticulari in §. Quo circa Venerabili fratri &c. exten-
dere ad revocationem aliorum, de quibus nec in
precedentibus litibus actum, nec in ipsis litteris men-
tione facta fuit, Calder. consil. 11. sub numer. 1. versic.
Antonini Diana, Pars IX.*

*nec obstat, quod sufficiant generales Clausula, de Privileg.
Parif. consil. 141. numer. 15. versic. Iterum in huiusmodi dis-
positione lib. 3. & firmavit Rota in d. decis. 645. numer. 3.
versic. Responderunt enim Domini, & seqq. part. 3. recent-
ior. sed ad limites ipsius principalis dispositionis re-
stringi, ac moderari debere Clem. 1. in verb. ubi gloss. Ani-
marum cura versic. sed hæc clausula & infr. in verb. gratia,
ac DD. de præbend. Rot. apud Cardin. Seraphin. d. decis.
1193. n. 7. versic. non obstat, quod derogatum sit, ac seq. &
S. mem. Greg. dec. 159. numer. 6. versic. & non faciunt Clausu-
le derogatorie, ac seq. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 48. nu-
mer. 22. versic. non obstant secundo & in recent. decis. 103.
sub numer. 5. versic. Derogatio enim, & decis. 111. numer.
4. versic. & non faciunt clausula derogatoria part. 2. & de-
cis. 68. numer. 3. versic. non obstat quod Papa part. 3. & in
decis. 604. numer. 6. versic. Non obstant clausula generales de-
rogatorie part. 4. Non enim potest quævis Clausularum
prægnantia supplere intentionis defectum circa ea, quæ
in factis consistunt quorum non constat Principem ha-
buisset notitiam cap. 1. de constitut. in 6. Parif. consil. 1.
numer. 96. versic. Prout etiam dicimus, lib. 1. Cardin. Se-
raphin. d. decis. 1293. numer. 6. versic. non obstat clausula
privilegiorum, & S. mem. Gregor. decis. 164. à numer. 7.
versic. præsertim & seqq. & in recent. decis. 666. sub nu-
mer. 7. versic. sed difficultas esset ac seqq. part. 1. & de-
cis. 739. numer. 5. versic. prædictus autem defectus, part. 2.
Eoque minus ad tollendam consuetudinem imme-
morabilem, cuius expressa mentio requiritur, ita
ut sublata etiam quacunque consuetudine illa non
censeatur regulariter abrogata, Parif. consil. 101. sub
numer. 84. versic. qua præscriptio, & seqq. lib. 1. & con-
sil. 25. numer. 17. versic. ista enim præscriptio, & seq.
lib. 4. Rota penes Burat. decis. 435. numer. 5. versic. secun-
do dixerunt DD. ac sequenti, & in specie ex prædi-
ctis rationibus fuit resolutum in Placentin. Canonizat.
coram bon. mem. Coccin. in recent. decis. 614. numer. 1.
part. 2. confirmata dec. 286. part. 4. ac decis. 257. eadem
part. 4. tom. 2. & decis. 71. part. 5. Roderic. quest. Regular.
tom. 2. quest. 9. art. 5. in fin. versic. & advertendum. Et licet
fuerit etiam derogatum privilegiis; ac indultis,
non tamen fuit derogatum pactis, & contentioni-
bus legitimis, quæ sub eiusmodi generalibus verbis
non comprehenduntur, cap. ex multiplici ex. de de-
cim. & propterea cum hæc quoque includantur sub ip-
sa memorabili, ita ut eius vigore allegari possit quicun-
que melior titulus de mundo, Roland. consil. 42. nu-
mer. 28. versic. quia à pari procedunt, & sequenti lib. 1.
& consil. 66. numer. 40. versic. secunda est conclusio, ac
seq. lib. 2. Menoch. præf. 131. numer. 44. versic. Huc facit lib.
3. Crauett. consil. 4. numer. 13. versic. quia consuetudo,
Rota in dicta Nonantul. Bonor. coram bon. mem. Car-
din. Mantica. in §. proinde, qui habet immemorabilem in
versic. Igitur, potest allegare etiam pactum, & in §. ne-
que etiam refragatur, versic. & consuetudo, cum aliis rela-
tis per Modern. Roman. discept. 800. numer. 2. versic. tan-
quam ob spatium tanti temporis ac seq. Ideo nec illi
derogatum fuisse videtur, ut in his terminis, dum age-
batur de relevantia articulorum ad effectum conceden-
di Remissionem sensit Rota d. dec. 286. sub num. 2. versic.
nam fuit responsum, & sub n. 3. versic. & quamvis discreta
part. 3. recent.*

Neque videtur concludens argumentatio ex eo de-
ducta, quod cum S. mem. Gregor. X. moderando
dictas litteras decreverit Societatem, eiusque Reli-
giosos non teneti Decimas solvere, nisi prout ceteri
Mendicantes solvere consueverunt. Urbanus autem
VIII. S. mem. reuocata moderatione illarum teno-
rem observari statuerit, hinc constet fuisse per S.
mem. Leonem abrogatas non solum consuetudines
& privilegia particularia Societatis, & quæ ex eis
proce

procederent, sed ea etiam quæ cum aliis Mendicantibus habebant communia.

Quia certum est, quod dictæ litteræ Greg. XV. emanarunt solo, peculiarique favore, & pro maiori commodo, ac beneficio Societatis, ideoque nullo pacto retorqueri debent in eius odium prout manifestè contingeret si ex eis efficaciter deduci posset huiusmodi illatio; aded præiudicialis Societati, quod admittendum non est *l. si mancipia ff. de fund. instruct. l. quod ibiq. gloss. in verb. distingue ac Bald. in princip. vers. item in favore introducto per Principem C. de legibus, las. in l. si Ruffinus sub num. 5. vers. & quatenus, C. de testam. milit. Dyn. consil. 52. super eo quod queritur sub num. 8. vers. sed privilegium in fin. ac num. 8. & pul. respondit Oldrad. consil. 228. quod Fratres Prædicatores num. 5. versic. non obstat. Paris. consil. 19. num. 46. versic. nam dicta verba, lib. 1. & dicto consil. 141. num. 14. vers. & quia & c. lib. 4. Mandos. de privileg. ad instar. gloss. 8. numer. 8. vers. nam privilegium Decian. consil. 1. sub numer. 140. vers. quia respondeo lib. 3. Franc. Cald. de iur. emphyt. lib. 1. quest. 3. numer. 3. vers. quoniam renouatio & fuit dictum in Ariminen. Castror. 14. Februarij 1642. coram Reuerendissimo Domino meo Decano in § Verum etiam quia & c. In aliis verò posterioribus S. mem. Urbanus nil aliud intendit, (vt ex eis apparet) nisi easdem Leonis literas renouare, remque ipsam ad eorum terminos prorsus reducere, sublato quouis speciali privilegio, si quod ex Decreto Gregorij Societati contra earum tenorem superuenisset; non autem grauiora illi voluit inferre præiudicia, nec ea tollere beneficia, quæ non fuerant per Leonem abrogata, vt potè cum aliis mendicantibus communia, prout etiam refert Modern. Lusitan. in eius Tract. de iur. Ecclesiastic. libro 1. cap. 41. num. 195. §. A solutione, vers. Tamen Urbanus Obstant.*

Nec inde sequitur alia illatio nuper adducta, quod scilicet Decretum Leonis esset inutile, quando Collegia, circumscriptis particularibus Societatis privilegiis, frui possent adhuc communibus cum aliis Mendicantibus. Quia longè maiora resultabant illis beneficia ex particularibus privilegiis, ob quorum amplitudinem à decimis prætendebantur immunita quæcunque bona etiam extraneis locata, vel ab extraneis conducta, vt ex eodem Decreto colligitur; quam ex adducta consuetudine cum cæteris Mendicantibus communi, quæ angustioribus terminis circumscripta ea omnia non complectitur. Satis est autem ad euitandam obiectam superfluitatem, quod Breue aliquid operetur cap. cum dilectus. §. quia nobis vers. ceterum exr. de consuetud. Cepb. consil. 104. num. 17. versic. Septimo respondeo, Sard. consil. 271. n. 47. vers. & sufficit & sensu Rota, dict. dec. 645. num. 4. in fin. ac infr. par. 3. & dec. 527. sub n. 8. versic. Et superfluitas cessat, part. 4. recent. & penes Burat. d. dec. 435. n. 7. vers. Quæ nec propterea & c. addens, quod potius toleranda foret superfluitas, quam tollatur Ius ecclesiæ super pactis, & consuetudinibus fundatum; sed de his alias (vt præmissi) agendum erit in disputatione dubij principalis.

Non obstat demùm, quod iam plurimi fuerunt super eisdem fermè Articulis examinati testes in partibus, eorumque didicita testificata, ideoque nouum examen admitti non debeat.

Quia (præter quod nec testium multitudo facessit negotium, quippe fuerunt examinati ad probanda gesta in quampluribus & diuersis Oppidis, ac locis amplissimæ Diocesis, vt fuit responsum in Siracusan. quartæ 1. Februarij 1593. coram bo. mem. Gypso. in §. non obstat, quod Episcopus examinauerit. & in Toletan. Decimar. 28. Februarij 1614. coram Cardin. Cavaler. in qua fuerant pro parte Archiepiscopi petentis remissoriam examinati in antecedentibus instantiis centum quinquaginta quatuor testes, vt legitur in eius decif. 289. num. 1. vers. & licet,

ac seqq. & in Pacen. Decimarum 12. Iunij 1615. coram bo. me. Manzanedo in recent. decif. 183. part. 4. Nec eorum publicatio nocet Societatis Collegiis, quibus saltem restitutionis in integrum consultum esset Affili. d. 216. num. 2. vers. semper fuit practicata, Gabr. com. lib. 1. tit. de testib. concl. 21. numer. 48. versic. amplius idem Rot. in Segunon. media annas. 12. Iunij 1598. coram bo. mem. Litta & in d. Toletan. decimarum coram S. d. decif. 715. num. 2. in fin. par. 3. recent. vbi referuntur concordantes. Visa fuit cessare omnis difficultas, Articuli modo exhibiti non sunt iidem prorsus cum prioribus in partibus productis, sed substantialiter differentes. In illis enim non fuit deducta immemorabilis possessio, nec necessariis requisitis, sed longissima possessio, siue scriptio à quadraginta, & pluribus annis citra, vt apparet ex eis, ac depositionibus testium tunc receptorum. In his autem deducta fuit explicitè immemorabilis eius formalitate; ideoque negari non potest eorum admittio, ac Remissoriæ concessio iuxta theor. Abb. in op. fraternitatis sub num. 8. in fin. vers. quadam sunt, quæ comprehenduntur exr. de testibus, Rota penes Cardin. decif. 725. numer. 2. vers. modo articuli non bene spectant in prima instantia & San. mem. Gregor. dicta decif. 19. numer. 3. vers. Non obstat, & Cardin. Cavaler. decif. 392. sub numer. 2. vers. neque videbatur obstat, & Cocin. decif. 23. per totum. & in recent. d. decif. 483. num. 3. vers. terius licet ea, part. 4. & in terminis fuit responsum in d. Anconitan. penes Burat. decif. 392. sub num. 1. vers. non obstat. publicatio processus, & sequenti, & Toletan. decimar. coram Seleucien. in recent. d. decif. 715. num. 1. vers. non obstat fuisse examinatos alios testes part. 3. in aliis.

Postremò non obstat, quod agatur de executione litterarum Apostolicarum, quæ ob exceptiones requirentes altiore indagationem retardari non debet.

Quia procedit obiectio, quando litteræ Apostolicæ sunt vndique claræ, nullamque requirunt interpretationem, vel liquidationem, prout in casu proposito requiritur, in quo cum S. m. Leo præmissa expositione privilegiorum particularium Societatis tantum, ac litium, eorum occasione vertentium iusserit Decimas, ac vigesimam respectiue solui omnium rerum quæ de iure, vel consuetudine decimari solent Ecclesiis quibus alioquin circumscriptis dictis privilegiis Decima persolui deberet & c. Hæc vtrique ipsa earundem verba eiusmodi discussionem præferunt, vt constet, de quibus rebus, quibusque Ecclesiis, circumscriptis privilegiis prædictis de iure, vel consuetudine Decima erant soluendæ. Quibusque privilegiis, ac consuetudinibus fuerit ibidem derogatum. Quorum sanè congrua determinatio necessariam facti probationem præcedere postulat, vt certior inde resultet iuris decisio iuxta *l. si per plagis §. in Clivio, ibi, Respondi in causa Ius esse personam, vbi gloss. in ver. in causa ff. ad l. Aquil. d. l. Iudic. §. de Iud. l. 1. in princip. ibique gloss. in verb. probatis huiusmodi quæ sit long. consuetud. d. cap. fin. 30. quest. 5.* Ideoque omnino admitti debet etiam si longiore dilationem exspectat, cum oriatur, & prodeat ex ventre ipsarum litterarum iuxta theor. Bartol. in l. 1. §. & parui referuntur. numer. 5. vers. aut alie exceptiones descendunt. ff. de vi, aut clam. Rota penes Cardin. Seraph. decif. 980. numer. 12. vers. non obstat, quod dicitur & seq. vbi quæ alia pars grauatur & Burat. decif. 122. numer. 2. vers. ista exceptio ac seq. in recent. decif. 728. numer. 2. & in d. Et ista exceptio part. 2. & 348. sub numer. 2. & vers. quod ista exceptio part. 3.

Prædicta verò latius fortè, quam propositæ questionis exigeret solutio coacti fuerunt Domini aliter, vt emergens hæc disceptatio, iam tres ferè annos variis partium argumentationibus agitata fileat

dem, ac terminetur. Cum etiam in dubio æquius, ac tutius sit probandi facultatem concedere, quam coartate l. quoniam multi in fin. C. de heret. & Manich. cum concord. penes Buratt. decis. 28. num. 3. vers. & Rota, & d. de. 656. n. 5. vers. & nihilominus, & Coccin. dec. 20. sub 4. vers. eoq. libentius & in recent. dec. 503. sub n. 2. vers. & Rota part. 2. & d. dec. 277. n. 4. vers. præterea par. 3. ac de. 140. n. 6. vers. Atque in hanc sententiam par. 4. tom. 2. sufficit enim ad hunc effectum probabilis releuantia iudicis arbitrio pensanda Bald. in c. licet causam num. 33. vers. dicitur tamen extr. d. probat. Rot. penes Cassador. dec. 3. sub num. 1. vers. qua remissio non negatur de dil. & Card. Mans. decis. 312. sub num. 10. vers. unde remissoria, & Card. Cauat. dec. 232. num. 2. vers. nam Rota non solet, & dec. 105. n. 1. vers. præsertim & seq. par. 4. diuers. ac in recent. dec. 41. n. 41. vers. cum in istis terminis par. 7. quæ in hoc casu ex prædictis visa fuit Dominis resultare, Necessaria verò, atque concludens ad definitionem causæ refertur post factas probationes Veral. dec. 61. sub n. 1. vers. sed hoc iudicari debet & seq. part. 3. San. me. Greg. dec. 124. n. 3. ver. quamuis autem. Quo tempore præmissa quoque, ac alia à partibus adducenda denud (prout opus fuerit) discutientur. Ne autem diutius quam par sit probationes differantur reseruarunt Domini eorum arbitrio facultatem prosequendi interea, vel retardandi disputationem dubij principalis, ac processum ad vltiora, vt factum fuit in d. Anconit. seu Auximana flor. 26. Aprilis 1613. coram Burat. dec. 392. in fin. vers. Verum quia, & in Theatin. seu nullius Abbat. 15. Martij 1641. coram R. P. D. meo Bichio, ac in aliis.

Atque ita fuit conclusum concedendam esse Remissionem cum retardatione, vel sine arbitrio, &c. Vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Celso.

Maioriceñ. Parochialis.

Veneris 28. Iunij 1647.

PLacuit DD. sequendo sensum Sacrae Congregat. Consilij confirmare decisionem sub die 13. Iunij anni præteriti coram me emanatam, in qua resolutum fuit, decernendum esse nouum examen in Vrbe, & potuisse Iacobum appellatam prouocare Andream præelectum ad nouum examen, etiam non docto de irrationabili iudicio Episcopi.

Nam quamuis vera sit conclusio, quod pro iudicio Ordinarij semper præsumendum sit cap. in presentia, ibique DD. de renunc. cap. sicut de sent. & re iud. Rot. coram Burat. dec. 635. n. 8. & in rec. dec. 537. n. 14. in fin. pars. 1. decis. 36. n. 1. part. 2. decis. 521. in fine part. 3. & decis. 149. num. 8. part. 4. tom. 2.

Præsertim quando mores, & qualitates electi innotescunt eidem Episcopo, vt notat Gonzal. super reg. 8. sess. 4. n. 117. vers. præsertim, & n. seq. Caputaq. dec. 406. par. Buratt. dec. 22. n. 30. & dec. 654. n. 4. par. 4. diuers. Itaut allegans contrarium debeat id plene, & concludenter probare, Barbof. de Paroch. cap. 2. n. 142. Rota in Cremonen. concursus 15. Ianu. 1621. coram Manzanedo, & dec. 164. num. 1. & 2. par. 4. tom. 2. rec.

Nihilominus id venit intelligendum, si ageretur de infirmanda electione ipsius Episcopi, quo casu de dicta irrationabilitate deberet sufficienter constare, in quibus terminis procedit dec. 11. coram san. mem. Greg. XV. vbi non obstante, quod benedictus appellasset ab electione

Ordinarij, & obtento nouo examine, in quo præelectus non comparuit, repertus fuerit idoneus, & vltimus sententiam fauorabilem reportauerit, non propterea censuit Rota, constare de irrationabili iudicio Episcopi, quinimmo sententiam ad fauorem eiusdem Benedicti latam, esse reuocandam, & ita etiam loquitur decis. 223. impressa post 2. volum. conf. Farinac.

Constitutio enim sancti mem. Pij V. in ordin. 33. Bull. nou. tom. 2. duas continet partes, alteram, quæ concernit appellationem à præfensa mala electione Episcopi, & prouocationem præelecti ad nouum examen, & in hac nullam probationem præfensæ irrationabilitatis requirit, vt patet ex verbis ipsius Constitutionis, de quibus in §. 7. ibi, Possint ij, qui reiecti fuerint à mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit ad viciniorum Ordinarium, &c. aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatore prouocare. Quæ verba, cum sint satis clara, nulla indigent interpretatione, l. 3. C. de lib. prat. Aym. conf. 294. sub n. 6. vers. tertio principaliter, Rot. coram Seraph. dec. 762. n. 1. & in recent. dec. 45. num. 5. p. 1. & in his præcisè terminis firmat Gratian. dec. Marchia 97. n. 22. & melius ibidem in addit. num. 7.

Neque ex huiusmodi appellatione præiudicium aliquod infertur Ecclesiæ, quia talis appellatio non impedit, quominus electio facta per Ordinarium interim debitæ demandetur executioni, sed tantum operatur respectu deuolutiui, vt cauetur expressè in §. 8. eiusdem Constitutionis, & notat Garz. de benef. part. 9. lib. 2. c. 2. num. 246. Gratian. d. decis. Marchia 97. num. 93. Rot. in recent. dec. 656. num. 1. & 2. part. 1. Buratt. dec. 22. num. 11. & 15. dec. 37. num. 1. decis. 625. n. 4. & 5. dec. 900. & n. 1. vers. qua appellatio, & num. seqq. Add. ad Greg. dec. 538. num. 7. cum alijs per Loitber. de re benef. lib. 2. quest. 31. num. 126. & 127.

Alteram vero, quæ respicit terminationem causæ, & collationem ipsius parochialis, & in hac præcedere debet probatio super irrationabili iudicio Episcopi, ibi, Et constituto de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato parochialis magis idoneo conferatur, Clausula enim, constituto, importat conditionem, & debet plenè, & concludenter probari, vt latè Felin. in cap. si constituerit numer. 5. de accus. Paris. conf. 41. numer. 14. lib. 4. Rot. decis. 4. num. 5. part. 4. tom. 1. recent. & in his terminis firmatum fuit coram san. mem. Gregor. decis. 11. numer. 2. Riccius in praxi concursus resoluti. 363. numer. 1.

Vnde hodie non est discutiendum de qualitatibus oppositorum, neque, an electio de digno possit fieri digniori omisso; Esto enim, quod de digniori debeat, vt inquit, text. in cap. quoniam de iure patr. ibi, præficiatur Ecclesia, qui maioribus iuuatur, meritis, cap. Metropolitanano 63. dist. in fine, Beneuentana parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano inter diuers. dec. 655. num. 1. par. 4. & in Calaguritana dimidi beneficij 16. Iunij 1603. coram Ortembergio, & disponit Concil. Triad. sess. 24. c. 18. de reformat.

Nihilominus, non ex eo tantum, quod in examine Iacobus euadat doctior erit præferendus Andrea si apparebit, illum, ultra doctrinam; habere alias maiores qualitates, Rota dicta decision. 655. num. 1. part. 4. diuers. & in recent. dec. 521. numer. 1. & decis. 551. num. 2. part. 3.

Dignior enim dicitur ille, qui est magis utilis, & aptus ad munus, cui præponitur Couarr. in reg. peccatum par. 2. §. 7. n. 4. vers. dignior vero. Sor. de iust. & iur. lib. 3. q. 6. art. 2. concl. 9. Rodriguez in summa part. 1. cap. 165. num. 2. Marefch. de commiss. par. 1. fol. 283. n. 28. Rot. diu. decis. 654. num. 2. par. 4. & coram Buratt. decis. 22. num. 29. & decis. 635. n. 6.

Inde Concilium Tridentinum d. sess. 24. cap. 18. de reformat. in vers. peracto deinde examine, dum vult, quod Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, huiusmodi idoneitatem exemplificat in ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, & ita disponit text. in cap. cum in cunctis de electio. & notat Gonzal. super reg. 8. glos. 4. num. 110. & pluribus sequentibus usque ad num. 146. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 232. & seq. Ricc. in prax. for. Eccles. resol. 362. num. 2. & sequenti, modern. Alexandrin. in prax. habent. concurs. requis. 5. dub. 2. num. 6. & seq. & dixit in d. decis. 655. par. 4. diuers.

Quod autem examen huiusmodi sit facien. in Vrbe, probant expressè verba Constitutionis, ibi *Ac praelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, ac eius examinatorebus prouocare.* Quæ verba coram ipso, important de necessitate præsentiam, vt inquit text. in l. diem proferre, §. coram autem, ibique Bart. Bald. & communiter DD. ff. de recept. & ultra resolutiones Sacr. Congregatio Concilij, ita firmat Barbof. de offic. Paroch. part. 1. cap. 2. num. 149.

Et ita decisum fuit vtraque parte informante.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Otthobono.

Calaguritana beneficij de Cornago,

Veneris 14. Iunij 1647.

VAcante integro simplici beneficio in Ecclesia S. Petri de Cornago, eoque diuiso in duas partes, ac postmodum posito concursu iuxta dispositionem motus proprii fel. recor. Clement. VIII. plures filij patrimoniales dicti loci se opposuerunt, inter quos cum Baroxa, & Peralta renunciati fuissent habiles ad Curata, iidem ab Ordinario Calaguritano Institutionem, ac possessionem respectiue receperunt. Verum quia à relatione examinatorum tanquam mala appellauit Petrus Roderico causa ad Rotam deuoluta firmatum fuit coram R. P. D. meo Ghislerio, & per Sententiam Rotalem ob non interpositam appellationem in iudicatum transactam pronunciatum Roderico esse ad iudicandum d. integrum beneficium. Commissa verò causa restitutionis in integrum R. P. D. meo Verospio præpijs duabus decisionibus fuit firmatum constare de causis restitutionis, ac desuper lata fuit Sententia Rotalis cum declaratione dictis Peralta, & Baroxa esse adiudicanda dimidia beneficia de quibus agitur, sed causa appellationis mihi commissæ dubitavi An sententia Rotalis lata per R. P. D. meum Verospium esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro confirmatione responderunt.

Validitas enim remanet abunde probata ex actorum reuolutione iuxta decis. Caputaq. 260. part. 2. absque eo quod obstat vnicum obiectum per informantes pro Roderico excitatum scilicet, quod lata fuerit ad fauorem Baroxæ excommunicati ob recursus ad Iudices laicos. Nam cum ipsi obtinuerint ante Sententiam absolutio-nem à censuris in vim litterarum Apostolicarum ista nullitas remanet sublata ex facto.

Iustitia vero sententiæ aperte visa fuit Dominiis comprobata ex late deductis in duabus decisionibus emanatis coram R. P. D. meo Verospio super causis restitutionis in integrum, consistit siquidem in Baroxa, & Peralta concurrere omnia requisita per Constitutionem Clementinam necessaria pro huiusmodi beneficiis obtinen-

cum ipsi sint filij naturales, & Patrimoniales Loci Cornago se subiecerint examini, in quo fuerunt approbati habiles ad Curata, ac fuerint præsentati Ordinario à beneficiatis, quibus concurrentibus ipsis debet beneficium adiudicari cap. decernimus 16. q. 1. cap. in fine, vbi Abb. & alij de Iurepatr. cum aliis de Calag. beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Roias.

Præsertim quia maiores qualitates suppõditæ in sententia lata per Reuer. P. Dom. meum Ghislerium per adjudicationem ad fauorem Petri elisæ fuerunt magis verificantur in Baroxa, & Peralta quo calag. sis, & non Petro est debita adiudicatio, vt lapsus soluit Rosa in his beneficiis Calag. Dioc. & signanter in Calaguritana beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. nec obstat coram R. P. D. meo Roias in Calag. beneficij Ocon. 11. Maij eiusdem anni post princ. coram R. P. D. meo Pentigerio confirmata die 5. Nouembris subsequenti-ram me. In Calaguritana beneficij de Lumberras 4. Iulij eiusdem anni in §. ideo Morenus pariter coram me, & in Calagurit. benef. de la Casa de la Reyna 16. Ianuarij præteriti §. ideo isto casu, & seq. coram R. P. D. meo Bichso, ideoque cum sententia R. P. D. mei Ghislerij adiudicaret beneficium Petro non potest euitari eius iniustitiæ, ac per consequens fuit reuocata in gradu restitutionis integrum per R. P. D. meum Verospium cum restitutione semper competat, quoties sententia est iniusta Rotam Seraph. decis. 251. num. 2. & decis. 492. numer. part. 1. & decis. 307. num. 1. par. 2. rec. coram Bural. dec. 92. num. 5. coram S. mem. Greg. dec. 459. num. 2. & in Arminens. Molendinò 22. Maij 1637. in princip. coram R. P. D. meo Ghislerio.

Quod autem maiores qualitates concurrant in Baroxa, & Peralta patet quia constat non solum hos per octo annos ante fuisse Sacerdotij caractere insignitos, quam Sacerdotij antiquioris qualitatem ad hunc effectum ponderauit Rosa vt in hac eadem causa 20. Maij 1639. in §. quia cum iuxta Constitutionem coram R. P. D. meo Ghislerio, & in Calagur. Beneficij de Lumberras 4. Iulij præteriti in §. fin. coram me, sed etiam quia Baroxa, & Peralta sunt ætate seniores, quæ qualitas multum facit pro prælatione reportanda, Bald. conf. 167. in fin. lib. 4. Roland. conf. 470. numero 7. lib. 1. Lambert. de iur. part. lib. 2. quæst. 7. artic. 26. num. 2. Rosa in d. Calaguritana beneficij de Logrono in §. vltimus coram R. P. D. meo Roias in d. Calag. benef. de Lumberras coram me, & in d. Calagur. beneficij de la Casa de la Reyna in §. fin. coram R. P. D. meo Bichso. Et tandem quia constat de eorum habilitate maiori non solum ex testium depositionibus, sed etiam ex Synodalium examinatorum approbatione, quæ quidem maior habilitas sufficit pro obrinenda prælatione iuxta præscripturam eiusdem Constitutionis Clementinæ in cuius terminis sæpe resoluit Rosa vt in decisionibus relatis in d. Calaguritana benef. de Lumberras in §. ideo Morenus coram me.

Neque reuelat quod etiam Petrus fuerit renunciatus habilis ad Curata ab examinatorebus hic in Vrbe, prout fuerunt approbati Baroxa, & Peralta ab examinatorebus synodalibus, literatura enim inspicienda est de tempore examinis, non autem post, quia Petrus potuit discere post factum examen in quo fuit reprobatus text. in cap. si eo tempore cum glos. in verbo effectus de script. in 6. Rota d. cap. 147. num. 7. par. 6. rec. cent. & in Calagur. beneficij de Logrono in §. quod vero coram R. P. D. meo Roias. Ideo cum Petrus non intra annum prout saltim debebat, sed post 23. menses à die sequenti reprobationis ab examinatorebus synodalibus examini se subiecerit, non potest ex hac sera approbatione maiorem suam habilitatem deducere cum non sit habitus innatus, sed contingens & tractu temporis acquiritur iuxta text. in leg. Stichus 1. 2. ff. de leg. 1. L. un.

inter de re benef. lib. 2. quest. 31. num. 155. Rot. decis. 05. num. 4. part. 2. recent. cum relatis in decis. 18. Februarij præteriti in §. neque urget coram R. P. D. meo Verospio.

Præterquam quod etiam data paritate inter Petrum, Baroza, & Peralta quoad habilitatem, adhuc tamen Baroza, & Peralta essent præferendi, cum in Petro non possunt verificari qualitates maioris ætatis, ac Antiquioris Sacerdotij, quæ in illis concurrunt illosque digniores reddunt, ut resoluit *Rota in decis. Calaguritanæ benef. de Logrono 27. Aprilis 1646. §. fin. coram R. P. D. meo Roias, & in d. Calag. benef. de Lumbveras in fine coram me.*

Minus releuat quod Petrus sit Bacchalaureus, quia cum privilegium per ipsum exhibitum non sit legale, sed suspectum, huiusmodi qualitatem non iustificat, maxime quia compulsatis formiter libris in quibus diligentissime solent adnotari nomina illorum, quia huiusmodi gradum assequuntur non fuit repertum nomen Petri, hinc enim suspicio potissimum coadiuuatur, & negatiua conuincitur, ut notat *Bartol. in l. ultim. num. 2. C. de reb. cred. & in l. Titia textores 36. num. 2. ff. de leg. 1. Trentacing. var. resolut. lib. 2. tit. de fide instrum. resolut. 2. num. 3. cum aliis relatis in d. decis. 10. Decembris præteriti in hac causa emanata coram R. P. D. meo Verospio, & 31. Maij præteriti in §. verum cessas coram me, ac propterea privilegium non est admittendum in præsentia casu cum in civilibus sola suspicio falsitatis pro falsitate admittatur, ut notat in l. iubemus 24. C. de prob. Alex. cons. 57. sub num. 6. lib. 1. Gras. cons. 60. num. 19. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 99. num. 5. Rota coram Caputaq. dec. 4. num. 3. p. 2. & firmas utraque decisio R. P. D. mei Verospij.*

Nec demum obstat prætensa iniustitia Senten. de qua agitur deducta ex eo quod illa loquatur de duobus dimidiis beneficiis, & tamen beneficium vacauerit integrum per obitum Martini de Vea, & de integro beneficio loquatur Sententiâ in lata ad fauorem Petri. Quia licet beneficium tempore vacationis esset integrum, fuit tamen postea diuisum in duas partes, ut patet ex decretis Ordinarij datis in hodierna propositione huius causæ. Certum autem est quod Ordinarius potest beneficia dipidere propter utilitatem, & multipliciter Clericorum indigentium ex inueterato stylo, & consuetudine eiusdem Ecclesiæ Calaguritanæ, quæ remansit probata ex dispositionibus testium hodie datis.

Fuit itaque resolutum Sententiam Rotalem esse confirmandam utraque parte informante.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Bicchio.

Montis Cassinæ, Parochialis.

Veneris 8. Februarij 1648.

IN possessione Parochialis Ecclesiæ sub inuocatione S. Martini ad Iudaicam dixerunt Domini dandum esse mandatum de manutenendo Francisco Salsello prouiso ab Abbate Montis Cassini, quia ille possidere probauit per publicum instrumentum apprehensionis possessionis, quod nisi ex aduerso probetur tunc alium possedisse suffragatur ad obtinendam manutentionem l. pradia ubi notant omnes ff. de acq. poss. Rot. penes Greg. XV. decis. 138. num. 1. penes Cocc. decis. 14. n. 5. & alius sapissime.

Abque alia discussione vel exhibitione tituli quæ in hoc summarissimo iudicio neque in beneficialibus necessaria est, ne liceat cuique possessores molestare *Abb. in cap. in litteris n. 27. de rest. spoliat. quem secuta est Rot. decis. 212. num. 8. coram S. M. Gregor. XV. decis. 13. num. 3. & seqq. coram Reuerendiss. Virgellen. ubi respondetur omnibus contrariis, & dicitur illa forsan procedere in tribunalibus sæcularibus, quæ cum solum se interponant ad coadiuuandos prouisos à Papa, aut ab Ordinario, consequenter etiam titulum exhiberi exposcunt decis. 698. num. 3. p. 2. recent. decis. 242. num. 16. inter impress. apud Cinc. de censib. decis. 328. n. 8. decis. 492. num. 10. & 11. decis. 589. apud Modern. de manut. & suis dictum in Montis alii beneficij 18. Maij 1646. itaque coram me.*

A qua receptissima conclusione non potest in casu nostro recedi eo, quod cum agatur de beneficio seculari quale dicitur, quod Clerico seculari solet in titulum conferri, non attento an Collator sit sæcularis, vel regularis *Felin. in cap. in nostra sub num. 44. de rescrip. Gonzal. super reg. 8. Cancel. gloss. 8. num. 38. Lothor. de re benef. lib. 1. quest. 34. num. 7. ius resistit collationi de eo factæ ab Abbate Montis Cassini ad text. in cap. omnes Basilica 17. quest. 7. ac tradita per Lothor. de re benef. lib. 2. quest. 21. num. 1. & propter resistantiam etiam in summarissimo possessorio requiritur titulus saltem idoneus, ad præscribendum cap. cum persona de priuileg. in 6. Couarr. practic. quest. lib. 3. quest. 19. num. 11. Gratian. discept. 870. num. 15. & sequentibus Rot. decis. 646. num. 9. apud modern. de manutent.*

Quia licet secundum priorum Canonum regulam omnes Ecclesiæ in eius Episcopi potestate consistant, in cuius Territorio sunt, ut habetur in d. cap. omnes Basilica, exinde non prohibetur quin etiam Abbas regularis habere possit in eodem territorio collationem beneficiorum sæcularium, ut post *Abbatem, & alios ibi allegatos dixit Rota decis. 578. sub num. 2. vers. nam esto par. 1. recent. Lothor. de re benef. lib. 1. quest. 34. num. 8. sed solum resultat iuris existentia pro Episcopo, quæ non impedit quominus aduersus priuatum, nempe Ioannem Baptistam Martuccium de hoc ipso beneficio se prouisum prætendentem dari debeat manutentio *Abb. in cap. 1. num. 4. ut lit. penden. Marefc. var. resolut. lib. 1. cap. 11 sub num. 46. vers. quapropter, ubi ait aliud esse possidere iure communi resistente, & prohibente quasi possessione, aliud possidere ius aliquod aduersus quamdam præsumptionem iuris quasi possessionem, nec vehementer ei resistit Seraph. decis. 970. num. 5. decis. 1047. num. 10. Burat. decis. 222. num. 9. Rot. inter recent. decis. 752. num. 5. part. 2. cum aliis allegatis à modern. Perusino de manutent. obseruat. 44. num. 56. & sequentibus. Præter quod versamur extra terminos huius questionis, quæ forsan caderet, si ageretur de manutenendo Abbate in quasi possessione conferendi beneficium seculare existens in Diocesi alterius Episcopi; at beneficium hoc situm est in territorio Montis Cassini, & agitur de manutentione Clerici sæcularis illud possidentis cui nullatenus resistit; imo fauet cum beneficia secularia à secularibus possideri debeant cap. cum de beneficio de preben. in 6. Menoch. de arbitr. cas. 20. num. 86. & 87. Gonzal. super regul. 8. gloss. 7. n. 6. Egida. decis. 162.**

Nec pariter resistit possessioni Salselli dispositio Sacri Concilij Tridentini sess. 24. de reformatione cap. 18. mandantis prouisiones Parochialium fieri præuio concursu, quam dispositionem S. Me. Pius V. in Constit. 13. inter eius impress. Bullar. tom. 2. mandauit seruari sub decreto irritanti, quod inficit titulum, ac possessionem eius vigore subsecutam *Maus. 40. num. 8. recal. mem. Coccina decis. 51. num. 4. Rot. inter recent. decis. 48. num. 2. & seq. par. 5. Nam Salsellus fuit prouisus præuio concursu per Abbatem Montis Cassini tanquam loci Ordinarium*

diarium; an autem idem Abbas potuerit indicere concursum, & beneficium conferre, videndum erit in petitorio, & interim danda est manutentio Salsello possessori *Menoch. de resinen. remed. 3. num. 737. Loisher. de re benef. lib. 1. quæst. 33. num. 23. & lib. 2. q. 45. num. 38. Seraph. decis. 287. num. 4.*

Non obstat posterior possessio Iudicis autoritate capta à Martuccio aduersario, quia cum Iudex nulliter processerit non priuauit Salsellum sua anteriori possessione, in qua propterea venit manutenendus *Felin. in c. dilectus il 1. sub num. 1. vers. fallit secundo de rescript. S. M. Greg. XV. decis. 9. num. 8. dec. 46. num. 5. decis. 105. num. 5. vbi allegat concordantes Marr. Andr. decis. 1. num. 6. Et nullitas est euidentis, quia processit non citato Salsello possessore, vt debuit iuxta *text. in cap. licet Episcopus de prabend. in 6. l. fin. cod. si per vim, vel alio modo. Menoch. de recup. remed. 1. Rot. dec. 172. & 412. vtrouique num. 3. part. 4. diuers. quamuis (quod negatur) Salsellus esset intrusus, quia etiam intrusus est citandus nisi ex actis constet de notoria intrusione, nullumque prorsus competere defensionem *Franc. in cap. ex ratione num. 29. de appellat. Gabr. conf. 31. n. 20. lib. 2. Rot. decis. 234. num. 1. apud Modern. de manus. dec. 211. num. 1. part. 2. rec. decis. 187. num. 1. part. 3. vbi dicitur quod etiam metus executor, quando adest possessor tenetur eum citari facere.***

Quo magis ergo executor mixtus qui debet partes iudicis assumere, & procedere seruatis seruandis *Felin. in cap. de catero num. 9. de re iudic. Card. con. 75. n. 1. Menoch. dec. 7. de re spol. Achill. decis. 6. num. 5. super reg. de trienn. Seraph. dec. 1056. num. 2. Rot. inter recent. decis. 51. n. 9. part. 7. qualem fuisse eum à quo in executionem litterarum Apostolicarum aduersarius obtinuit immisionem constat, quia in dictis litteris adest clausula dummodo de tempore presentium alicui non sit ius quaesitum, nec non amoto quolibet illicito deceptoris, quæ clausulæ efficiunt, vt executor non sit metus, sed mixtus, vt de prima tradit *adden ad Greg. XV. decis. 413. sub num. 4. circa fin. Rot. coram eodem Greg. XV. dec. 91. num. 2. coram bon. mem. Burat. decis. 651. num. 4. & 6. & in Nullius, seu Baren. Beneficij 20. Martij 1626. coram Reuerend. Vigell. in Pistorien. Theauraria 31. Ianu. proximè præteriti coram R. P. D. meo Gbisterio, & de altera Canaler. dec. 478. num. 4. Burat. dec. 746. num. 6. & 7.**

Et ita decisum vna tantum parte informante præuis tamen pluribus citationibus aduersarij.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Verospio.

Toletana Decimarum de Capilla,

Luna 2. Martij 1648.

Post comprobatam ab Excellentiss. D. Duce de Beiar immemorabilem possessionem exigendi decimas in ditione de Capilla ex pluribus testibus de fama quoque priuilegij Apostolici deponentibus, & latam super vtraque probatione sententiam in iudicatum deinde transactam, Agentes clar. mem. Cardin. Infantis tunc Archiepiscopi Toletani, ad retardandam rei iudicatæ executionem, diuersa probationum genera produxerunt, quæ coram Emin. D. Card. Verospio sub die 16. Decem. anni 1636. ex irrelevantiæ fundamento reiecta, hodie vero coram me in eius locum subrogato ad disputationis trutinam reuocata, iterum Domini declarauerunt irrelevantiæ; quia immemorabilis decimarum exa-

ctio ab ipso Duce concludenter iustificata prædictis exceptionibus elidi non potuit non excludentibus immemorabilem per necesse iuxta dispositionem *text. in l. 2. ff. de except. l. quingenta C. de prob. & fore necessariis* notat *Bald. in l. frustra n. 2. de probat. Bart. in l. gener. 4. de iis qui notantur infam. Franch. in cap. 1. in 1. not. de prescr. lib. 7. Aym. conf. 201. num. 29. & conf. 226. Rot. dec. 190. n. 2. p. 2. diuers. & coram Greg. 201. n. 3.* ad destruendam intentionem Actoris proponatur exceptio, siue ad certam eiusdem probationem eliciendam cum non solum Actoris intentio, sed eius quoque perfecta probatio certa pariter, ac concludenti debeat exceptione refelli, vt notat *Bart. in l. admonendi num. ff. de iur. iur. Iason in l. ad hec num. 15. in fin. in 10. imitatione C. unde legitimi, Abb. in c. in presentia n. de prob. Rot. coram Mant. dec. 274. num. 4. & in Reuen. censuum 29. Martij 1621. coram Manzanedo r. post Cenc. in add. dec. 64. n. 5. & 6. licet si dubia præcessisset Actoris probatio, dubia quoque posset exceptione refelli iuxta *conf. Surd. 505. num. 6. & dec. R. 129. num. 33. par. 6. rec.* In quibus terminis procedunt allegati DD. & alij ab Informantibus adducti.*

Nec proinde immemorabilis vim elidit titulus acquisitionis duobus Instrumentis ex aduerso comprobatis in quorum altero continetur donatio Status de Capilla cum omnibus decimis, portoriis, atque proventibus collatis Ioanni Nunez ab Henrico Rege Castellæ, altero verò eiusdem Principatus legitur facta venditi per ipsummet Ioannem antecessoribus moderni Ducis quasi acquisitionis initiu inde conuincatur exclusiu immemorabilis iuxta *glos. in c. 1. de prescr. lib. 6. in verb. memoria, & not. ibi Io. Andr. in fin. glos. in cap. illud in verb. inconcessa eod. tit. Rot. cor. Greg. dec. 467. num. 6. & coram Andr. dec. 56. n. 5.*

Vtrumque enim Instrumentum ab Agentibus Archiepiscopi Toletani productum officere non potest moderno Duci, qui neutri inicitur, vt respondit *Rot. coram Crescentio dec. 21. n. 4. de prob. & in dec. 731. n. 10. p. 1. diuers. & dec. 56. num. 22. p. 7. rec.* quamuis eius Antecessores altero ex iis producto vti fuerint in causa dum ipse iure proprio, & ex peculiari titulo Maioratus non autem hæreditario causam proponitur, vt probat *text. in l. Modestinus, ff. de except. & in l. 2. C. de fid. Inst. notat Alex. in l. 2. C. de eden Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 7. Rot. coram Seraph. dec. 1314. n. 2. Eaque productio facta fuit causa diuersa, vt notat *Bald. in l. 2. n. 22. C. de eden. & in cap. causam, qua 10. n. 8. de test. vbi etiam Ara. n. 31. Dec. in l. conditione n. 7. C. de inst. & subst. Soc. sen. conf. 122. n. 8. lib. 4. Rimin. iun. conf. 213. n. 20. Quinimo adducta instrumenta solum ostendunt acquisitum ius Principatus, non autem decimarum, quod vti ab eo diuersum, ac independens, inde argui non potest ex Regia liberalitate donatum, *argum. text. in l. inter Aquilantem §. Sacram. ff. de verb. oblig. & in l. fin. ff. de calumniar. Bart. in l. Papinianus, num. 2. ff. de minoribus Alex. conf. 66. n. 7. & in his terminis arguit Bertram conf. 350. n. 1. & 8. Ludov. Bell. conf. 57. n. 26. Quamuis expressa eorundem mentio præcesserit in instrumento donationis, cum illa solum intelligi debeat de ea specie decimarum Regi debita ratione temporalis dominij, siue ex mercium emptione ac venditione, siue ex earundem introductione in portus Maris, siue demum ex piscatione trahenda, de quibus meminit *Bald. in conf. 419. n. 1. cas. propriè decimationes asserens appellari Lasari. de decim. cap. 19. num. 30. Fontanell. de pact. nupr. clausula 4. glos. 19. p. 1. n. 82. Gurr. de Gabell. q. 1. n. 13. Maffrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. n. 305. Molin. de iust. & iure disp. 662. n. 6. attenda præsertim potestate donatoris decimarum spiritualium omnino incapacis, à qua eiusdem voluntas, ac subsequuta decimarum donatio declaratur in specie decimarum temporalium laicis quoque personis* comp***

competentium ex not. cap. Daibertum 1. quest. 7. & in cap. super Abbatis de offic. & potest. Deleg. & notat ibi in verb. misuo aduersantibus, & in l. Lucius Titus §. Imperatorem ff. ad municipal.

Neque Apollolici priuilegij fama à Testibus Ducis nondè probata destruitur vel ex aliis testibus ab Archiepiscopo Tolerano productis de contraria vsurpationis fama deponentibus, ex quibus incerta, & incongrua reddi videtur altera fama aliorum depositione testium comprobata pro parte Ducis contra dispositionem text. in cap. de parentela 35. q. 6. constantem, & inuariabilem requirentis notat Bald. in l. conuenticulam C. de Epis. & Cl. Ros. conf. 3. n. 48. & 49. vol. 1. Surd. conf. 151. n. 79. Rot. coram bon. m. Coccino dec. 68. num. 18. Vel quia aliqui ex eisdem testibus Ducis nullam causam reddunt, vt fama ipsa processerit, ad cuius tamen expressionem adstrictos esse quamuis non interrogatos aduertit Iacobin. à S. Georgio in l. testium fines §. eiusdem quoque n. 14. ff. de testam. Alex. conf. 72. n. 9. lib. 1. & conf. 25. n. 6. lib. 4. Betrans. conf. 101. num. 6. Ruin. conf. 51. n. 14. lib. 5. & alij relati per Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 42. num. 16. Alij verò eam ex Maurorum expulsionem deducunt mediante huius familæ virtute sequuta, quæ tamen causa ex publicis Historicorum monumentis erronea conuincitur Ferdinando Regi expulsionem ipsam adscribentibus per annos 143. ante delatum in hanc familiam Capillæ Dominium, ac consequenter famæ probationem infringit, vt notat Bart. in l. de minore §. plurimum n. 18. ff. de quest. & ponderauit Aym. conf. 366. n. 45. Roland. conf. 30. n. 48. lib. 1. Alex. conf. 173. n. 11. lib. 6. & alij plures relati per Cyriac. contr. 150. n. 47.

Testes enim supra fama vsurpationis examinati præterquam pluribus exceptionibus repelluntur in præterita decisione deductis, neque eam concludunt per necesse, sed solum ex proprio iudicio, & per possibile contra dispositionem text. in l. Neque natales C. de probat. & l. ad probationem C. cod. tit. l. non hoc C. unde legit. cap. cum contingat de offic. deleg. notat Bart. in l. quid tamen §. si abierit ff. de recept. arbitris sub n. 3. & in tr. de testimonio n. 12. Tindar. in tr. de test. par. 1. c. 1. n. 5. Rota coram Verall. decis. 264. n. 13. part. 3. & in dec. 151. n. 10. & 317. n. 4. par. 4. t. 2. rec. neque percutiunt tempus ante litem motam, prout fore necessarium aduertit Abb. in cap. ex quadam n. 3. de test. Henric. Boich. in c. 1. §. super eo n. 6. de eo qui cogn. conf. vxor. sue Crot. in tract. de test. n. 368. Rota coram Verall. decis. 413. n. 1. part. 2. coram Greg. dec. 325. n. 13. & coram Seraph. 1103. n. 4. Ideoque cum hæc fama posterior oriri potuerit post motam litem, nec incertam reddidit præcedentem à testibus Ducis iustificatam, nullis ante litem motam contrariis probationibus debilitatam, vt ponderauit Rot. in Tullen. sponsationum 22. Iunij 1620. coram Sacrato par. 4. tom. 2. dec. 231. num. 21. in rec.

Testes verò pro parte Ducis de priuilegij fama sine causa deponentibus hinc reici non valent dum non arctantur ad oppressionem causæ per corporis sensum exterioriorem innotescens, vt notat Bald. in l. solam C. de probat. num. 22. & 23. in c. præterea n. 10. de test. vbi ad hunc effectum satis esse asserit, vt testis se publicè audiuisse concludat quia sensus decipi non potest circa proprium officium auditus conf. 168. num. 19. vbi attestatur Rota coram Verall. decis. 7. num. 1. part. 2. & 289. part. 3. & coram Cassad. decis. 3. num. 10. de probat. coram Cauat. decis. 234. coram Andr. decis. 45. numer. 6. coram Gregor. dec. 173. num. 2. vbi latè Add. n. 10. & dec. 351. n. 1. par. 1. rec. & in Hieracen. Iurispatronatus 15. Aprilis 1613. coram bo. m. Card. Verospio. Quæ sanè fama idcirco ex aliorum ratione testium erronea non infringitur, quamuis nec talis illa conuincatur ex prædictis Historicorum monumentis. Hi enim adscribendo Ferdinando Regi victoriam non proinde excludunt, quia virtute

Procerum huius familæ potuerit quoque contingere Maurorum eiectio ab eodem Statu de Capilla, postquam maximè ex aliis Historicis, testib. ex aduerso productis ostenditur Iacobum de Zuniga auctorem moderni Ducis sub Rege Alphonso per 14. annos ante in Bello Tolosano strenue pugnasse, ibique præclarum præbuisse specimen fortitudinis irrumpendo omnium primus in Castra Maurorum, contractis catenis ferreis, quibus illa muniebantur, in cuius præclari facinoris memoriam gentilitio stemmati postmodum anulo addidisse, vt fuit in præterita decisione ponderatum, inde enim nec possibilitas excluditur, quin immo maxima resultat verisimilitudo quod subsequente postmodum expulsionem Maurorum interfuerit Iacobus.

Et ita vtraque &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Ghislerio.

Calaguritana beneficij de la Casa de la Reyna.

Luna 27. Martij 1648.

Postquam in hac causa sub die 15. Dec. 1645. fuit resolutum, mandatum Ordinarij Calaguritani directum Beneficiatis de præsentando; & præsentationem factam à dd. Beneficiatis de persona Iosephi de S. Clemente, nec non collationem ab eodem Ordinario factam de beneficio, de quo agitur, cum aliis inde sequutis esse attentatam, & iuxta stylum huius S. Tribunalis esse apponendum sequestum non esse reuocandum, prout prætendebatur à Iosepho procedendo ad vltiora in disputatione super adiudicatione beneficij, fuit resolutum Francisco Diaz de Medina digniori esse adiudicandum beneficium. Siquidem cum tam ipse, quam Ioseph in partibus fuerint ab Examinatoribus renunciati habiles, & idonei, & in vtroque concurrant requisita Motus proprij Clem. VIII. in pari habilitate obrinere debet Franciscus, qui maioribus gaudet meritis, & dignitatibus c. si forte 65. dist. c. licet ergo 8. q. 1. Gutier. conf. 44. n. 10. Sarnen. in reg. de infirm. q. 15. n. 21. Rot. in Toletana Canonatus Pœnitentiaria 22. Aprilis 1641. vers. quantum coram R. P. D. meo Cerro, & ita passim in istis beneficiis Calaguritanis, vt in Calaguritana beneficij de Brinas 9. Ianu. 1629. coram R. P. D. meo Decano. in Calaguritana beneficij de Logrono 27. April. 1646. coram R. P. D. meo Royas in alia Calaguritana pariter de la Casa de la Reyna 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in eadem sub die 16. Ianu. 1647. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana beneficij de Cornago 28. Iun. 1647. vers. præsertim coram R. P. D. meo Otthobono.

Quod autem Franciscus maiori gaudeat dignitate, & qualitate euidenter probatur, quia est Sacerdos, vt ex litteris parentibus sui Ordinarij, & Sacerdos eoncurrans cum alio hac qualitate carente semper in adiudicatione beneficij est præferendus, etiam si Capellania non requireret Sacerdotium, quia est dignior respectu Ordinis Presbyteratus Gut. conf. 2. n. 22. Rota in Calaguritana beneficij de Cornago 5. Maij 1639. coram me, & in ead. 7. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carillo in suprad. Calaguritana beneficij de Corn. 27. Apr. 1646. coram R. P. D. meo Royas, & deinde in simili causa Calag. beneficij de la Casa de la Reyna 4. Iul. 1646. coram R. P. D. meo Verospio, & in Calaguritana beneficij de Lumbreras sub eadem die coram R. P. D. meo Otthobono, in maiori ætate constitutus, cum in lucè prodierit 28. Sept. 1605. Ioseph vero prima Iunij 1623. vt ex fide Baptismi. virtusque

Gutier.

Gutier. d. conf. 2. numer. 28. Bald. conf. 167. in fin. vers. & in dub. lib. 4. ubi argumento l. final. ff. de fide instrum. tenet quod in dubio in beneficiis conferendis praefertendus est senior, quem sequitur *Barbaz. conf. 23. in fin. vol. 1. & dixit Rota in dicta Calaguritana beneficii de la Reyna coram R. P. D. meo Verospio*, ubi quod in beneficiis conferendis semper est praefertendus senior, prout resoluit in *Calaguritana beneficii de Brinas prima Iunii 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano vers. Secundo quia est senior, ac in d. Calaguritana beneficii de Logrono coram R. P. D. Royas §. Vltimus*, dictus Ioannes est etate senior, multo tempore inseruiuit Ecclesiae, & in absentia Parochi Sacramenta ministravit, exercendo curam animarum in Ecclesia Oppidi de Angustiana Calaguritan. Diocesis, quae qualitas fuit ponderata in *Ripana parochialis 27. Iunii 1608. coram Sanctiss. D. N. relata per R. P. D. meum Verospium in dicta Calaguritana beneficii de la Casa de la Reyna 4. Julij 1646. §. Has vero maiores post medium vers. Et quod alias animarum curam, & fuit dictum in ead. Calaguritan. 16. Ianuar. 1647. coram R. P. D. meo Bichio*, quas qualitates multum facit pro praefertatione reportanda in beneficiis adiudicandis *Rota in ad. Calaguritanis coram Reuerendis Patribus Dominis Decano, Roias, Bichio, Verospio, & Orthobono*, & passim ubi agitur de aliquo praefertendo data paritate, & quod in utroque concurrant requisita dicti Motus proprii Clementis VIII.

Non obstat quod Iosephus ultra approbationem Examinatorum de partibus habebat praefertationem Beneficiatorum, cuius vigore fuit institutus ab Ordinario habente legem sibi praefixam in d. Constit. Clementis VIII. super prouisione beneficiorum in Ecclesia Calaguritana, ut debeat instituere illum, quem ex approbatis sibi praefertauerint Beneficiati, quae qualitates non concutunt in Francisco, qui quamuis se opposuerit, non fuit praefertatus à Beneficiatis, nec ab Ordinario institutus, cum non posset institui, qui non fuit praefertatus. Quia obiectum procedit in casu quo non processit appellatio interposita à relatione Examinatorum, secus autem quando per appellationem vnus ex oppositoribus à mala relatione Examinatorum, interpositam negotium fuit deuolutum ad hoc Sacrum Tribunal; Ratio est quia tunc impossibile est quod Beneficiati praefertent, cum propter appellationem, & litis pendentiam super titulo beneficii ligatae sint eorum manus, ut non possint amplius praefertare, ad quod faciunt *text. expressi in cap. 2. ut lit. pend. in 6. quos procedere etiam in praefertatione tradit Calde. conf. 1. ut lit. pend. conf. 18. Iur. patronat. Lap. alleg. 22. num. 3. ita tenet Garz. de benef. part. 5. cap. 9. num. 218. ubi allegat resolutiones Rotaes in istis terminis Laster. de re benef. lib. 2. q. 20. n. 2. & seq. Rota coram Canal. dec. 556. n. 1. & quatenus praefertent, praefertatio non debet attendi, cum sit attentata, & nulla; unde Rota in supradictis duabus decisionibus in hac causa factis censuit, praefertationem Beneficiatorum, & collationem Ordinarij de beneficio, de quo agitur, factam Iosepho esse attentatas, & in earum executionem fuit iuxta stylum Tribunalis appositum Sequestrum. Ita quod cum in hoc casu tam praefertatio, quam collatio habeantur, ac si non essent factae, & remaneat beneficium vacans, loco arbitrij Beneficiatorum succedit arbitrium Sacrae Rotae ubi pendet causa appellationis iuxta *text. in Clem. Auditor de rescript. & in puncto ita respondet Rot. in supra alleg. Calaguris. beneficii de la Casa de la Reyna 16. Ianuar. 1647. coram R. P. D. meo Bichio in §. Non obstat quod, & in §. seq. & per consequens beneficium est digniori adiudicandum, qui de iure debet aliis praefertari ex supra allegatis.**

Minus facit quod dictus Franciscus habeat alia duo beneficia, nempe integram portionem in Parochiali

Ecclesia de Angustiana, & aliam similem de Saxa Calaguritz, seu Burgen. Diocesis, Regula autem est, quae sequuta fuit *Rota in Calaguritana beneficii coram Serap. dec. 767. num. 1. quod non habens beneficium praefertendus est ei, qui habet, c. 15. cum de praben. in 6. Rota dec. 11. n. 2. eod. tit. in nou. cum aliis alleg.* Si quidem placuit responsio quod cum in Francisco plures supra relatae qualitates concurrant, merito venit praefertendus, licet Beneficiatus, & praefertim cum telles formiter examinati, pro eodem Francisco deponant beneficia, quae possidet, iuncto etiam beneficio de quo agitur, ad quod se opposuit, considerata penuria temporum praefertationis, & tenuitate fructuum dictorum beneficiorum non sufficere pro eius congrua sustentatione, & cum in illis possit deseruire per substitutum, ut depouunt testes, cessat tum obiectum pluralitatis beneficiorum, quod non intrat in beneficiis simplicibus quando primum non sufficit ad honestam vitae sustentationem, ad late tractata per *Garz. de benef. par. 11. c. 5. n. 264. & 307. sequens Innoc. in c. fin. de Cler. non residen. n. 1. & in c. cum iudicandum n. 2. & 4. de prab. Lap. Card. Rebus, & alias passim ubi relatae.* Tum obiectum incompatibilitatis, quae cessat, quia ista beneficia sunt inter se compatiblea, & possunt deseruire per alios, nec onus inseruendi est praesum, sed causatiuum respectu scilicet fructuum quae qui non inseruit, non percipit. Hinc est, quod *Garz. super reg. 8. glos. 5. n. 25. tenet Constit. Synodalem Calaguritanam, dum dicit in fine, omnia beneficia illius Diocesis esse seruitoria, esse intelligenda non respectu incompatibilitatis, sed respectu fructuum, quia non recedentes illos non percipiunt, & tollitur omnis difficultas, cum supradicti testes pro Francisco examinati deponant praedicta beneficia Oppidorum de Augustana & de Saxa, & de la Casa de la Reyna esse simplicia, seruitoria, & nullum ex eis requirere residentiam personalem, nam in omnibus illis deseruire solet per Capellanos, & si Francisco adjudicaretur supradictum beneficium, de la Reyna posset in illo personaliter, inseruire, & in aliis apponere Capellanos.*

Denique nulla ad hunc effectum est habenda ratio, quod Ioseph fuerit decoratus gradu Baccalaureatus. Tum quia qualitas Sacerdotij efficit Franciscum longedignorem iuxta cumulata per *Valez. conf. 142. num. 11. & plurib. seq. qui in specie sub num. 121. post Frat. Pet. Boll. dicit fuisse semper Sacerdotij statum ceteris honore praefertatorem, ac fulgidorem, hinc Sacerdos dicitur habere vim duorum testium iuxta gloss. in cap. Mennachus 7. distinct. quam probant alij congesti per Franc. Anton. Cost. conf. 40. n. 13. quod cautum non reperitur in gradu Baccalaureatus, & tamen etiam cum Sacerdotio concurrunt in eodem Francisco tot aliae maiore praefertationis superius ponderatae, & in terminis quoque gradus in Theologia non faciat quem esse praefertendum Sacerdoti late *Gutier. d. conf. 2. numer. 2. vers. Non obstat.* Tum ex quo Iosephi gradus Baccalaureatus fuit assumptus 24. Apr. 1615. nedum lite pendente, imò per beneficium post oppositionem ab eo factam de anno 1643. propterea tanquam gradus acquisitus lite pendente debet ei suffragari, & sic affectate assumptus, quae appellatio impedit, ne factum profit affectanti ex congesta *Sur. conf. 381. num. 96. & duob. seq.* Hinc est, quod praefertationis data Officialibus non habent locum in praefertationibus officia secundum *Barr. in l. Vniuersi C. de delegation. lib. 11. Roman. in l. si vero §. de viro in 36. fallens ff. solut. matrim. & de aliis similibus nuper gradatam vel aliquod officium assequitur latissime idem probat *Felin. qui aliis pluribus conclusionem exornat in cap. 3. n. 3. cum sequen. ff. de testib.***

Accedit supradictis, quod Iosephus innodatus censuris ob recursum ab ipso habitos ad Iudices laicos deductis in vltima decisione in hac causa remanet im-

apax adjudicationis beneficij, de quo agitur iuxta tractata per Rotam dec. 83. n. 17. & 18. part. 7. recent.

Ex quibus utraque parte informante fuit dictum beneficium esse adjudicandum Francisco.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Bicchio.

In Causa Colonienſi Decanatus.

Veneris 15. Maij 1648.

TAnquam vacantem per resignationem in manibus Serenissimi Ducis Neuburgi factam à Guillelmo Bont possessore Decanatus Collegiatæ Ecclesiæ Beatissimæ Virginis in Dusseldorf, ad eundem Decanatum Iacobus Merchen electus fuit à Capitulo dictæ Ecclesiæ sub die 6. Decembris anni 1637. & securo intra duodecim dies dicti Guillelmi obitu, idem Dux titulo hereditario Ducum Montensium, quibus Bonifacius Pontifex eius nominis IX. huius Decanatus Iurispatronatus concesserat, præsentavit Iacobum Linichium, in quem, & Ducem illi adhærentem ex vna. & Mercheu ex altera, moto de super iudicio coram Officiali Colonienſi, hic per sententiam diffinitivam pronunciauit, electionem Capituli esse confirmandam, & electum pro confirmatione obtinenda ad Eminentissimum Archiepiscopum Colonienſem remisit, salvo, & reservato Domino Duci Neuburgi asserto iure nominationis, seu præsentationis in petitorio. In cuius sententiæ executionem electus Archiepiscopi confirmationem succellere obtinuit.

Non obstantè appellatione ab huiusmodi sententia per Dominum Ducem interposita intra legitima tempora, quæ ex rescripto Signaturæ Iustitiæ simpliciter admittitur, eiusque causa commissa Rotæ, prodiit in primis cognitio super possessione Decanatus capta à Iacobo electo, quæ visa est nullius esse momenti: siue capta fuerit antequam Archiepiscopus electionem confirmaret, quia tunc resisteret apertissima iuris dispositio in cap. auaritia de elect. in 6. quam procedere, tam in dignitatibus, quam aliis beneficiis ob identitatem rationis notat ibidem. Archid. sub num. 2. versic. nullus. Franc. num. 2. versic. sed certè, & reiecta contrariâ opinione. Gemin. & Lambert. id ipsum firmavit Gabr. conf. 199. n. 4. ib. 1. Mareſcor. var. resol. lib. 2. cap. 35. num. 47. Rot. penes Treslen. dec. 6. num. 11. de iurepatr. dec. 261. num. 3. versic. neque etiam obstat peres Card. Mantic.

Siue capta fuerat post obtentam confirmationem, cum enim confirmatio emanauerit in executionem sententiæ, à qua victus intra legitima tempora appellauit, & deinde Signatura iustitiæ causam appellationis simpliciter commisit, tam ipsa confirmatio, quam possessio subsecuta, & quicquid aliud medio tempore gestum fuit, attentatum est cap. non solum de appellat. in 6. Lancell. de iur. part. 2. cap. 12. limit. 49. n. 2. & seqq. & in terminis electionis est text. in cap. si postquam de elect. in 6. non solum ac si rescriptum Signaturæ præcessisset, quia retrotrahitur ad diem latæ sententiæ, & interpositæ appellationis, Rge. dec. 96. n. 4. dec. 240. n. 3. coram Reuerendiss. Vrellen. dec. 305. num. 19. part. 6. recens. & in aliis relatis in Remon. Prepositura 27. Inuij 1644. coram R. P. D. meo Torrado, & in Calignitana Beneficij de Lumberas 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Otthobono.

Quo magis, quia sententia uti lata in contradictorio iudicio contra Præsentatum, & Patronum, habet vim diffinitivam, ac propterea est appellabilis, Franc. in

cap. auaritia, num. 5. de elect. in 6. Garz. de benefic. par. 9. cap. 4. num. 16. & seqq. Lancell. de assensat. part. 1. cap. 4. in prefat. num. 621. & cap. 12. limit. 40. num. 11. limit. 49. per 101. Rot. dec. 6. n. 2. p. 2. diuer. Nec dubitandum est, quin D. Dux potuerit appellare, & impetrare appellationis Commissionem, eamque prosequi valeat, cum contra ipsum nominatim lata fuerit sententia, & ratione iurispatronatus, quod in hoc Decanatu se habere prætendit, sit legitimus contradictor ad impediendam, seu impugnandam confirmationem, & possessionem electi, ne sua præsetatione neglecta alius admittatur c. 2. ubi gloss. verb. intererat, ut lit. penden. in 6. Gemin. in c. vi circa. §. primo sub n. 9. versic. vel patronus de elect. in 6. Ioan. Andr. in cap. auditis n. 5. de elect. Felin. in c. super his n. 15. de accusat. Rot. dec. 2. de iurepatr. in nou.

Ideo Domini dilata terminatione summariissimi possessorij, mandarunt videri de bono iure Iacobi electi, eoque pluries ad rutiinam euocato, non constare de bono iure Iacobi, hodie respõsum fuit, ex quo nititur electioni dupliciter nullæ; & primò, quia Decanatus de tempore electionis non vacabat, ut requiritur, cap. 1. & 2. seqq. de concess. præb. cap. deliberat. §. prohibemus de offic. deleg. in 6. Egid. dec. 443. in princ. Paris. de resign. lib. 8. qu. 7. n. 138. Siquidem vivebat Guillelmus antiquus illius possessor, & quanuis resignasset, quia resignauerat in manibus laici, & propterea nulliter cap. quod in dubiis, ubi gloss. verb. manum laicam de renunc. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 6. sub n. 12. versic. ille etiam, Paris. de resign. lib. 7. qu. 9. n. 7. & seqq. ubi signanter num. 12. hoc ampliat etiam si resignatio facta fuerit coram Laico constituto in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali, & n. 14. idem dicit procedere quamuis fiet coram Laico habente beneficij resignati Iurispatronatus, ea ratione quia fieri debet coram Superiore, cap. admonet, cap. vltim. de renunc. qualis non est Princeps, aut patronus laicus, Barboſ. in collect. ad dictum cap. quod in dubiis n. 3. Fusc. de Visitat. lib. 2. c. 28. n. 12. ex huiusmodi resignatione non fuit inducitur vacatio, quippe quæ nec quo ad resignantem insurgit ex solo actu resignationis, sed oportet, ut accedat Superioris admissio, cum respectu proprietatis, ac tituli non sit in potestate Beneficiati se liberare ab Ecclesia, cui erat obligatus per quasi contractum acceptationis, ut bene aduertit Ioann. de Imol. in d. c. quod in dubiis num. 10. versic. & ideo Compostell. ibid. num. 2. ubi ait quod renunciatio facta in manibus non Superioris tenet quoad renunciantem ad effectum ut ex capite huius delicti priuari possit beneficio, sed renuncians antequam à Superiore priuetur, non amittit beneficij proprietatem, Castrop. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 2. §. 2. sub num. 1. Caldas conf. 5. sub num. 4. versic. quia per cessionem, Lotther. de re benef. lib. 3. quest. 14. num. 24. & 26. & quest. 15. num. 44. Bisignet. dec. 4. sub num. 2. versic. & licet de renunc. Cassad. dec. 2. sub num. 3. eod. tit.

Nec releuat, quod postea Superior, nempe Archiepiscopus Colonienſis resignationem ratificauerit, electionem confirmando: quicquid enim sit, an sicuti per subsequentem admissionem, seu ratificationem legitimi Superioris conualeſcit resignatio facta in manibus personæ Ecclesiasticæ inferioris, eo quod nulla erat ob iniuriam, quæ fit ipsi Superiori: qui proinde potest illam remittere, Card. in clem. 1. sub num. 17. de renunc. Abb. in cap. vlt. num. 4. cod. tit. cum aliis allegat. à Paris. de resign. lib. 7. quest. 1. num. 48. & seqq. conualeſcat pariter resignatio facta in manibus Laici, quæ videtur ipso iure nulla iuxta distinctionem Hostien. quam sequitur Abb. in d. cap. quod in dubiis numer. 8. Anton. de Butr. ibidem num. 9. de renunc. Bero. in cap. sollicitudine num. 16. versic. potest, & num. 19. de restit. spoliat. reprobatur verò Paris. de resign. d. lib. 7. cap. 1. num. 34. certum est, quod donec Superior admittat, seu ratificet, vacatio est in pendentem, ideoque

ideoque interim beneficium resignatum conferri, aut ad illud eligi non potest, *Burr. in d. cap. quod in dubiis sub num. 8. vers. est tamen verum, & ibidem Panorm. sub n. 8. vers. est tamen verum. Imol. num. 13. Paris. de resign. d. q. 1. sub num. 8. vers. ideo inquis. Castropal. oper. moral. tom. 3. tract. 17. disp. 3. punct. 17. sub num. 1. Mohedan. decis. 22. de renunciatis.*

Cum itaque electio secuta fuerit antequam Superior Ecclesiasticus resignationem admitteret, seu ratificaret, verum est dicere, quod tunc Decanatus non vacabat, & propterea electio non tenet, ut in puncto *Francisc. Caldas. conf. 8. sub num. 15. vers. sed magis post. Ioan. Andr. in cap. non firmatur 18. num. 6. & 7. de reg. iur. in 6.* Cumque illa sit restricta ad vacationem ex causa resignationis, sustineri non potest, aut ex subsequenti vacatione per obitum resignantis *cap. susceptum de rescript. in 6. Mandos. super reg. 19. Cancell. quest. 17. num. 3. Garz. de benef. part. 11. cap. 1. num. 8. Menoch. de arbit. cas. 201. b. 103. Burrat. decis. 162. num. 3. & seq. aut ex successiva post dictum obitum admissione resignationis, quia semper vrget defectus vacationis de tempore electionis, ad quod cum tunc electio esset nulla, superueniens illius admissio non retrahitur, ut in puncto *Jo. Andr. in supradict. cap. non firmatur num. 4. vers. illa tamen, & num. 7. vbi dicit rationem, quia in electionibus spectatur initium, Franc. ibid. sub num. 3. in fin. de reg. iur. in 6. Caldas dicto conf. 8. sub num. 5. vers. quamobrem, facit Calder. conf. 1. num. 3. de elect. Paris. de resign. lib. 9. quest. 17. num. 70. & 71. Licet ad effectum deuolutionis, collationis tempus currat à die renunciationis, non autem admissionis ob rationes diuersitatis, quas affert *Nauarr. in cap. accepta in 7. opposition. salut. num. 31. & 32. de rest. spoliar. Rot. dec. 1. de elect. in antiquior.* Eoque minus suffragatur admissio, quia emanauit in executionem sententiae suspensae per appellationem, ut in terminis electionis admittae appellatione pendente, *Hofsiens. in cap. auditis. num. 6. de elect. & ex praedictis hic non intrat retrotracto, ob quam consensum lite pendente praestitum resignationi ante litem motam factae attentatum non esse tradit Lancell. de assentat. part. 2. cap. 4. l. 1. m. 29.***

Gratis autem dicitur admissionem Superioris non fuisse necessariam, eo quod renunciatus non esset verè Decanus, sed solum haberet ius ad rem quod absque Superioris autoritate renunciari potest, ut tradunt *Zabar. Archid. Gemin. & alij allegati à Paris. de resign. lib. 7. quest. 1. num. 76. & seqq. quia non probatur assumptum, & aduersarius qui desumendo vacationem ex persona renunciantis, ipsum in verum, ac legitimum Decanum agnouit, contrarium asserere hodie non potest, Add. ad Put. dec. 333. lib. 1. in corr. Rot. dec. 411. sub num. 1. vers. quam ex eo part. 3. rec. & in Compstellana parochialis 10. February 1645. coram R. P. D. meo Verospio, in Neapolitana Gimiliarchatus 26. Iunij 1647. coram me.*

Secundo electio reddita fuit, irrita per obitum resignantis infra 20. dies, sic disponente in verbis regula 20. Cancellariae nuncupata de Infirmis, ibi, *Collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare, quae locum habet etiam in resignationibus factis extra Curiam, cum generaliter loquuntur, eiusque ratio ubique militet, ut reprobatò conf. Dec. 232. quem secutus fuit Maudoz. super d. reg. quest. 16. per tot. late tueret Sarnen. super ead. reg. quest. 26. num. 4. Rebuff. in tract. nomin. quest. 17. sub numer. 5. nec refragatur, & conf. 72. vers. praeterea regula. Vamef. conf. 257. num. 12. Paris. de resign. lib. 12. quest. 5. num. 8. Azor. inst. moral. part. 2. lib. 7. cap. 18. vers. quarto queritur Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 9. punct. 2. §. 3. num. 7. Crescen. decis. 12. de renunc. Rota in Leodien. beneficij 25. Maij 1640. §. primo enim, & 2. seqq. coram R. P.*

D. meo Cerro, pariterque locum habet etiam in Dignitatibus Sarnen. super hac regula quest. 6. sub num. 5. Paris. de resign. lib. 12. qu. 3. num. 2. & seq. ac etiam in beneficiis iuris patronatus, Azor. d. cap. 28. vers. sexto queritur. Castrop. d. §. 3. n. 8. Paris. ubi supra n. 22. & seqq. Caputaq. dec. 36. n. 12. & 13. par. 3.

Neque evitari potest eo quod in casu nostro cesserit suspicio fraudis, militetque fidei fauor, cum in resignatione exprimat eam fieri ne si beneficium vacaret per obitum, D. Marchio Brandenburgi, qui est A Catholicus, & ad quem vigore alternatiuae inter ipsum, & Dominum Ducem Neuburgi seruari solitae spectaret praesentatio, personam A Catholicam praesentaret, & in Capitulo introduceret. Nam sufficit respondere, quod de hoc non creditur assertioni renunciantis, ne sit in eius arbitrio regulae dispositionem eludere, ut in fortioribus terminis *Oldr. conf. 161. per tot. Paris. conf. 36. num. 11. lib. 4. Aegid. dec. 617. in princ. Barbof. de potest. Episc. alleg. 66. n. 23. Rot. dec. 716. num. 1. dec. 752. num. 3. par. 1. diuers. & in Narnien. unionis 1. Iulij 1643. coram me. imò eadem assertio mendicata, & falsa apparet, quia impossibile erat quod per praesentationem D. Marchionis Brandenburgi, persona A Catholicam Decanatum assequeretur, cum in privilegio Bonifacii IX. ex quo idem Marchio, ac Dux Neuburgi uti successores Ducum Montensium ius patronatus desumunt, expressè cautum fuerit, quod nullus habeat Decanatum, nisi Canonicus praebendatus.*

Tertio informantes pro D. Duce electionem impugnabat, quia, & si à primæua erectione facta anno 1303. Decanatus electio competeret Capitulo, tamen postea de anno 1393. Bonifacius Nonus ex certa scientia ius praesentandi ad Decanatum concessit Ducibus Montensibus, & nefas est in beneficiis praesentim dubitare de potestate Papæ, ut in terminis iuris patronatus *Azor. inst. moral. par. 2. lib. 6. c. 19. vers. duodecimo queritur, Castrop. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 2. n. 10. vers. non est dubitandum.*

Verum quia plura hinc inde super existentia, ac pertinentia iuris patronatus deducta fuerunt altiore indaginem requirentia, & pro exclusione boni iuris Iacobi à Capitulo electi priora duo argumenta sufficiunt ex illis dumtaxat, ita decisum fuit utraque parte informante causa quater proposita.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Rojas.

In Causa Marianen. seu Accien.
beneficij.

Mercurij 10. Iunij 1648.

VAcante simplici beneficio sub inuocatione S. Petri de Accia Terræ Rustini de mens. Martij 1642. Episcopo gaudente alternatiua fuit de eo uti reseruatò vigore regulae 9. Cancellariae per Sedem Apostolicam pronisus Carolus Antonius Ornanus; Episcopus vero illud vniuit Mensae Capitulari Marianen. praetendens d. beneficium uti existens in Diocesi Accien. non comprehendi sub alternatiua ab ipso acceptata nominando se solum Episcopum Marianen. quamuis dd. doz. Ecclesiae Marianen. & Accien. fuerint ab antiquissimo tempore ad inuicem vnitae, & consequenter, dum illud vacauit de mense Martij, qui cessante d. alternatiua est Ordinarij iuxta d. regulam 9. Cancellariae huiusmodi collationem ad ipsam spectare. Vnde hodie dubitatur An praedicta alternatiua obtenta per Episcopum Marianen.

non suffragetur, quoad Accien, quod affirmatiue fuit resolutum.

Siquidem de alternatiua per Episcopum acceptata non potest dubitari, dum de hoc clare constat ex litteris Datariae, ubi similes acceptationes adnotantur extra opinionem Rotae, ut in *Ferrariensi Prioratus* 12. Martij 1608. coram Penia, & in dec. 349. num. 1. part. 3. Conf. 205. n. 2. part. 4. recent. & coram Baratt. decis. 888. n. 3. Et licet d. alternatiua obtenta fuerit sub sola expressione Diocesis Marianen; nihilominus sub illa comprehenditur Diocesis Accien, adeo ut suffragetur pro omnibus beneficiis in vtraque Diocesi existentibus.

Tum quia sola expressio nominis Marianen stat demonstratiue, non autem taxatiue, prout in dubio semper praesumitur *Aymon. conf. 301. n. 5. Rota decis. 662. n. 3. part. 1. diuers. & decis. 114. n. 5. decis. 352. num. 4. part. 1. recent. & in Casaraugust. beneficij de Taufte* 14. Nouembr. 1586. coram Platto relata per Garz. de benef. part. 5. cap. 1. n. 706. in vers. non obstat. Et appositum fuit solum nomen Marianen, quia uti dignius ab eo semper denominatio sumitur, ex argumento *Text. in l. quaritur ff. de stat. homin. Rebuff. in prax. tit. de union. n. 26. & in terminis obseruat Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 31. & 32. Maxime quia hoc fuit etiam seruatum in propositione dd. Ecclesiarum facta in Consistorio Papae ad fauorem praedicti Episcopi, in qua dumtaxat nominata fuit a Cardinali Ponente Ecclesia Marianen, quamuis vtraque proponeretur vnde ex solito inferitur, quod sub sola expressione Marianen comprehenditur etiam Diocesis Accien *Pus. dec. 45. n. 2. lib. 1. in correct. Rota in Valentina subsidij 4. Maij 1611. coram Penia, & in nullius, seu Sublacen. attentatorum* 15. Ianuarij prateriti coram R. P. D. meo Bichio.*

Tum etiam quia quamuis sint duae Dioceses, respectu tamen Episcopi attenda illarum vnione vtraque pro vna Diocesi haberetur *Anan. in cap. nouis. num. 2. de offic. legat. Hoied. de incompatib. benef. cap. 3. n. 2. ad med. vers. 3. modo inter tract. diuers. tom. 15. p. 1. fol. 167. Gratian. discop. 655. n. 6. Barbof. de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. n. 11. Rota coram Caualer. dec. 418. n. 3. & fuit dictum in Ampuriensi. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus* 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio. Vnde cum beneficia vtriusque Dioc. spectent ad liberam collationem Episcopi Marianen, in omnibus debet alternatiua gaudere, ut in fortioribus terminis firmavit *Rota in d. Casaraugustana beneficij de Taufte coram Platto*; ubi resolutum fuit, quod Episcopus gaudet alternatiua per ipsum acceptata etiam super beneficiis extra suam Diocesim existentibus, dummodo sint ipsius liberae collationis.

Tum denique quia obseruantia subsequuta aperte declarauit Episcopum Marianen acceptasse alternatiuam in vtraque Diocesi, dum eueniente vacatione beneficiorum in Diocesi Accien existentium in mensibus Alternatiuis Martij, & Septembris, illa contulit vigore d. alternatiuae. Ex hac enim obseruantia clare desumitur, qualis fuerit intentio Episcopi vsque ab initio in acceptatione huiusmodi alternatiuae, *Crauest. conf. 101. n. 3. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 1. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 63. num. 8. Rota coram Greg. decis. 502. n. 2. ac in alijs adductis in decis. 28. num. 13. par. 7. recent.*

Nec disceptandum est in praesenti casu; An dd. Ecclesiae sint aequae principaliter, vel subiectiue vnita, quia licet Dioceses extent distinctae, aut aequae principaliter vnita; tamen quoad Episcopum reputatur vna Diocesis exemplo Praesidis duarum Prouinciarum, ut praeter supra allegatos tenet *Innocent. in d. cap. nouis in fin. de offic. legat. quem sequuntur ibi Hostien. n. 13. Io. Andr. num. 5. vers. & nota secundum, ac alij relati Anton. Diana Pars I X.*

per Caualer in d. decis. 418. num. 3. & in decis. 337. num. 4. tom. 3. recent.

Itaque licet dictum beneficium vacauerit de mense Martij, qui vigore regulae 9. Cancellariae est semper Ordinarij; stante tamen d. alternatiua, quae suffragatur in Diocesi Accien praedictus mensis effectus fuit Apostolicus; itant huiusmodi collatio spectet ad Papam, *Mandos. conf. 18. sub n. 1. & 8. & dixit Rota in Segobien. beneficij* 26. Martij 1604. coram Iusto, ac in alijs congestis in d. decis. 349. num. 1. par. 3. recent.

Et ita Ornano tantum informantem resolutum fuit, &c.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE
coram R. P. D. Meltio.

Hispalen. Decimarum.

Veneris 19. Iunij 1648.

Concesso mandato de manutenendo sub die 15. Feb. 1647. Decano, Capitulo Hispalen in exactione decimarum bonorum nuncupatorum de Buena Esperanza prouenientium ex hereditate Ferdinandi Henriquez, & acquisiteorum a Patribus Praedicatoribus S. Pauli Ciuitatis Hispalen, in vim dicti mandati expeditae fuerunt litterae executoriales de parendo sub comminatione censurarum summ. Capituli num. 2. quae capitulariter dictis Patribus intimatae, d. summ. num. 4. atque in actis legitime reproductae, & seruatae quatuor termini soliti num. 7. cum per dictos Patres nedum necessaria paritio non fuerit praestita, sed aperte recusata fuit sub hac die contra illos resolutum pro relaxatione declaratoriae, quae deneganda non erat non solum ob non paritionem iuxta stylum huius Tribunalis, de quo testatur *Vestr. in prax. lib. 8. cap. ult. num. 19. Abb. in cap. 1. num. 10. de iudic. Mohed. decis. 1. de senten. excom. Achill. dec. 5. num. 2. eod. tit. Baratt. dec. 27. num. 1. & in rec. dec. 445. num. 4. par. 2. 254. n. 1. par. 6. & 299. num. pariter 1. par. 7. & fuit firmatum in Dertusen. decimarum* 11. Maij 1609. coram Marquemonio apud Marches. par. 1. fol. 675 *Bonen. Abbatia* 10. Nouembris 1645. §. moti fuerunt coram R. P. D. Arguelles. *Toletana Canoniciatus* 18. Iunij 1646 coram R. P. D. meo Orthobono, *Casaraugustana distributionum* 25. Maij eiusdem anni coram R. P. D. meo Cerro, verum etiam ex asserta expressa contradictione, quae colligitur ex responsione data per Syndicum dicti Conuentus allegantem nullitatem, & iniustitiam dicti mandati Rotalis d. summ. num. 6. ut fuit ponderatum in eadem *Bouen. §. & praesertim, & in d. Toletana canoniciatus §. imò quod prius est. Tridentina Decanatus* 27. Maij 1642. & in *Barchinonen. canoniciatus* 26. Feb. 1646. coram R. P. D. meo Royas, *Buratt. decis. 815. num. 2. vers. & ex responsione.*

Non obstat praetensa immemorabilis per dictos Patres circa exemptionem decimarum deducta ad effectum euitandi talem declaratoriam. Quia cum Testes ad illam probandam examinati non deponant per verbum fuit, & est, & careant aliis requisitis recentitis per gloss. in cap. 1. in verb. memoria de praescript. in 6. illorum depositio non releuat, *Seraph. dec. 454. n. 4. 1102. num. 2. vers. aut ex testibus, Gregor. XV. decis. 449. n. 9. vers. nam quoad immemorabilem, & decis. 101. num. 8. part. 4. tom. 2. recent.* Et isto interim donec talis immemorabilis melius probata fuerit, non est retardanda manutentio Capitulo iuxta text. in c. cum persona §. fin. de priuil. in 6. & fuit resolutum in dec. 1380. n. 1. vers. his tamen non obstantibus coram Seraph. Dertusen.

M m rusem

rufen. decimarum 1. Iulij 1620. coram Sacrato. & in rec. dec. 341. & 562. par. 1. 189. & 205. par. 2. *Hispalen. decimarum* 27. Iulij 1644. §. nec aduersantur. decisiones. coram R. P. D. meo Corrado.

Nec releuat quod Patres à Nuncio Hispaniarum mandatum de manutendo obtinuerint in possessione exemptionis, seu libertatis non soluendi has decimas, & per consequens ex hoc eorum possessio probata remaneat, & excludatur possessio Capituli. Quia Patrum possessio contra Capitulum absque illius scientia, atque patientia non potuit acquiri, quod autem ab eodem Capitulo nulla fuerit habita scientia, & præstita patientia, elicitur ex attendamentis decimarum per istos Ministros factis singulis annis cum expressa reservatione exigendi decimas à reuuentibus, & immunitatem prætendentibus, ut deponunt Testes in summo præcedentis positionis n. 7. & sic corrui possessio dd. Patrum, ex quo illa ab ipsis aliis acquiri non potuit, nisi data prædicta scientia, & patientia eiusdem Capituli, de quibus non doceatur, ut in his propriis terminis bene respondit *Rot. in Hispalen. decimarum* 27. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Corrado §. nec visa fuerunt subsistere. *Verulana decimarum* 13. Nouembr. 1645. coram R. P. D. meo Cerro. §. minus etiam, & in *Hispalen. decimarum de Burata* 12. Ianuarij 1646. §. quicquid ad finem coram eodem. Et ex hoc reicitur etiam obiectum factum super nullitate mandati de manutendo concessi d. Capitulo, deductum ex eo, quod in illo non reperiatur reuocatum d. præcedens mandatum de manutendo Patribus concessum à Nuncio Hispaniarum in possessione exemptionis, seu libertatis non soluendi decimas, quam reuocationem necessariam esse declarat *modern. Perus. de manus. obseru.* 108. num. 40. cum regulariter Iudices procedere non possint, non reuocata sententia præcedenti, ne detur sententia contra sententiam iuxta text. in l. 1. C. quand. reuoc. non est necess. *Felip. in cap. inter monasterium* num. 15. & seq. de sens. & re iud. & declarat *Gabr. cons.* 54. num. 8. lib. 1. Nam prædicta procedunt in casu quo primum mandatum non reperitur notorie iniustum, data enim notoria iniustitia, ut illud non indigeat aliqua reuocatione declarat idem *Modern. de manus. d. obseru.* 108. n. 42. alios allegans. De tali autem iniustitia hic non est hæsitandum, eo quia Patres concludenter non docuerunt de eorum prætensa possessione exemptiua, cum scientia, & patientia Capituli, ut supra deductum fuit, & late etiam firmatum apparet in decisione in hac eadem causa emanata coram me sub 15. Februarij 1647. §. & dum & c. imò talis acquiescètia aduersarij esse debuisset decennalis iuxta mentem Rotæ declaratam in *Sponsina pensionis* 8. April. 1647. coram R. P. D. meo Peusingerio.

Uterius etiam fuit per DD. ponderatum, quod sententia Nuncij Hispaniarum ad fauorem Patrum prolata emanauit diffinitiuè in iudicio ordinario petitorio, ac possessorio simul complicatis, ut colligitur ex illius lectura sum. Patrum n. 1. quapropter cum adhuc ab illa pendeat appellatio, bene potuit Capitulum intendere summariissimum manutentionis remedium, atque in eo per decretum pronunciari, cuius effectus durabit litè ipsa pendente *Seraph. dec.* 299. num. 1. & seq. & n. 9. vers. quarto non obstat cum seqq. *Gregor. XV. decis.* 275. vers. quia aut volumus.

Nihilque facit, quod Mangellum Procuratorem dd. Patrum fuerit facta oblatio, eosdem esse paratos, & promptos parere mandatos de manutendo, & executorialibus, facta tamen prius liquidatione d. sum. n. 8. quæ cum usque adhuc facta non appareat, utique ad relaxationem declaratorie deueniri nequeat.

Nam similis oblatio Patribus non suffragatur tanquam facta à dicto Mangello catente speciali mandato ad hunc actum necessario, & quod semper requiritur

pro declaratione eorum, quæ latent in animo principalium *Angel. in l. si quis intentione ambigua ff. de iur. Bart. in l. 1. §. 1. col. 1. ff. de liber. agnos. Alex. consil.* 18. n. 12. vers. sed ita est lib. 5. *Parisi. cons.* 31. n. 115. par. 1. *Seraph. dec.* 1100. n. 7. & in rec. dec. 525. n. 1. p. 4. tom. 2. *Vicen. pensionum* 4. Decemb. 1641. §. res coram R. D. meo Decano, atque ista oblatio uti verbalis non est sufficiens ad impediendam declaratoriam ob non partitionem, fuit firmatum in *Colonien. monasterij* 4. Aprilis, & 2. Maij 1629. coram *Vhaldo, & Leopolden. Abbatissim* 1. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Ghislerio.

Obiecta incertitudo summæ debite, ac illius omnia liquidatio minusque Patribus suffragantur, dum ipsi non comparuerunt, nec insteterunt, ut tales fieret liquidatio, prout tenebantur *Milis in reperitorio ver. excommunicatus iustè. Rot. dec.* 3. de re iud. in nou. *Achil. dec.* 1. in princ. de sent. excom. & in recent. dec. 254. n. 8. par. 6. & fuit dictum in *Vicen. pensionum* 18. Marij 1639. coram *Reuerendiss. D. meo Decano.* Imò etiam per eos petita fuisset liquidatio, ulterius debuissent Patres aliquid quantumuis modicum soluere, facta per eos obligatione de soluendo residuo post factam liquidationem, ut dixit *Rot. in præallegata Darsusen. decimarum*, & plenius in *D. Vicen. pensionum* 18. Mart. 1639. §. non obstat, & 4. Dec. 1641. §. non coram epd. *Reuerend. meo Decano, d. moder. Perus. d. obseru.* 104. n. 2. & seq.

Tandem non obstat præsentis excessus mandati contra Patres relaxati, cum illud contineat decimas ante motam litem decursas, & per consequens declaratoria vigore d. mandati non sit concedenda.

Quia quando agitur de manutentione super aliquate fructifera, & geritur res ipsa principaliter, fructus etiam veniunt ex quadam consequentia, & non debentur nisi à die petite manutentionis, & in his terminis loquuntur decisiones *Seraph.* 1168. n. 3. vers. decisionis in contrarium allegata, *Tirason. decim.* 5. Maij 1608. coram *Marquemontio penes Marches, de commiss. p. 1. fol.* 1262. d. moder. *Perus. obseru.* 74. n. 11. §. sed est quidem aduertendum. locus autem est quando principaliter fuit actum super ipso facto exactionis decimarum, ut in præsentis casu, & decimæ petuntur tanquam fors, & non uti aliquid accessorium, & sic veniunt etiam decimæ debite ante motam litem iuxta opinionem huius Tribunalis, ut in *decis.* 589. p. 3. lib. 3. & *decis.* 176. n. 6. p. 4. d. uers. *Bisignet. decis. ult. in fine de restit. fol. Mediolanen. pensionis* 19. Ianuarij 1635. coram *Merlino in recent. decis.* 3. n. 6. vers. prima est. & n. 18. vers. sic q. semper p. 7. confirmata sub 31. Ianuarij, & 27. Iulij 1646. coram R. P. D. meo *Bichio. de modern. Perus. obseru.* 74. n. 11. vers. secus vero & c. firmando id procedere etiam in pensionibus, censibus, & aliis similibus annuis præstationibus. Verum Domini benignius agendo ordinarunt, & mandarunt, quod declaratoria concedatur expectato prius spatio temporis vnus mensis quo videri possit, si veteres Patres mandato contra illos relaxato, parere velint, ut aliàs fuit obseruatum, & signanter in *Theatina iurisdictionis S. Ioannis in Venere* 10. Iulij 1621. coram *me. Coccino, qua est decisio* 290. n. 6. par. 4. rec. tom. 2.

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
coram R. P. D. Arguelles.

Pisaureñ. localium.

Luna 22. Iulij 1648.

Dissoluto matrimonio anno 1644. inter D. Comitissam Mariam Lauram Santinellam, & bon. mem.

nem. D. Camillum Pamphilium, istius Hætes coram Auditoribus Eminentiss. Legati Vrbanateñ petiit localia, aliasque res per sponsum sponsæ, traditas, ac transmissas, & per sententiam obtinuit, condemnari ad restituendū localia, & vestes pretiosas, ac festiuas dumtaxat. Causa appellationis mihi commissa dubitavi, An, & quæ res veniant per Comitissam restituendæ, & Domini pro enucleatione dubij animaduvertebant res, de quibus agitur, esse triplicis speciei. Primo, siquidem localia auto composita, & margaritis, gemmisque ornata. Secundo vestes festiuas, & pretiosas. Tertio vestes quotidianas aliasque res parui momenti, & crumenam nummorum.

Posita autem hac distinctione facti intrat modo distinctio iuris per Rotam, & Doct. communiter amplectæ quoad alias res in primo, & secundo loco descriptas, nempe quod

Aut sponsus tales res sponsæ animo donandi tradidit se, vel per Nuncium habentem commissionem ad donandum, & tunc intelliguntur donatæ irrevocabiliter, & repeti non possunt *per text. in l. mater. Codice de donat. ante nupt. leg. cum hic status §. 1. ff. de donat. inter virum & uxorem iuxta intellectum Bart. in l. penult. §. servus ff. sol. matr. Bald. in auth. ex testamento num. 3. Cod. de collat. & tunc nihil refert quod sint pretiosæ, cum etiam in pretiosis teneat donatio irrevocabiliter, *leg. quod adipiscenda, & l. nuper ff. de donat. inter virum, & uxorem. Rom. cons. 146. incipit ista questio per tot. Palacios in rubr. de donat. int. vir. & ux. §. 5. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 6. num. 76. Rot. decis. 113. num. 1. part. 1. recent. Surd. decis. 166. num. 21. & seqq. sanct. memor. Gregor. XV. decis. 474. num. 1.**

Aut vero constat quod sponsus noluit donare, sed dumtaxat ad usum concedere, & tunc soluto matrimonio restituendæ sunt marito vel eius hæredi, *l. mortis sua causa in fin. ff. de donat. int. vir. & ux. in l. commodatio §. sicut ff. commodat. Fontanell. ubi supra d. n. 74. circa med. vers. aut verb. constat sponsus, & Rot. decis. 113. n. 2. p. 1. recent.*

Aut sumus in dubio, quia non constat de animo sponsi donandi, & isto casu Doct. in varias opiniones degenerunt, *ut ex traditis à Bar. in l. penult. §. servus num. 2. ff. sol. matr. ab Angel. ibidem n. 3. Imol. numero 10. & Castren. numero 4. Fontanell. ubi supra numero 67. Rot. decis. 113. numer. 2. part. 2. rec.* Sed communiter in hoc conveniunt quod quando localia, & vestes sunt festiuæ, pretiosæ, & magni valoris non censentur donatæ, sed transmissæ ad usum sponsæ, & ut gratia ipsius sponsi, & eius honoris honestius, ac honorificentius incedere valeat, & ideo hæredibus viri veniunt restituendæ *per text. in l. ut certo §. interdum vers. 1. ff. commodat. l. sed si vir bona 31. ff. de donot. int. vir. & ux. l. id vestimentum 25. ff. de pecul. l. Quintus Mucius 27. §. cui legatum 54. vers. si factum. ibi, siue alterius vissonis causa, & c. ff. de aur. & arg. leg. hoc legatum 45. l. si quid earum 47. ff. de legat. 3. cum alijs per Palas. Rub. d. §. 3. & d. §. 4. Bart. in d. l. penult. §. 1. nam. 3. vers. tertia opinio. ff. sol. matrim. Corn. cons. 81. numer. 10. & seqq. lib. 1. Roland. consil. 10. num. 15. lib. eodem. Honded. cons. 30. num. 14 lib. 2. Surd. dicta decis. 166. num. 4. & seqq. Fontanell. dicta claus. 7. gloss. 3. part. 6. numer. 74. sub med. vers. aut sumus in dubio sanct. memor. Gregor. XV. d. decis. 474. numer. 1. Rot. d. decis. 113. numer. 3. part. 1. recent. & multi alij statim recent.*

Quibus sic præmissis in facto, & in Iure, facilis visa fuit resolutio præsentis dubij quoad res in primo, & secundo loco descriptas, quod scilicet cum non probetur per Comitissam donatas fuisse à spon-

so, nec à Nuncio donandi facultatem habente, tanquam pretiosas, festivas, magni valoris, & defertur. dumtaxat dum in publicum prodiret sponsa, censentur accommodatæ ad usum, & causa, ac gratia mariti, eiusque honoris, ut ornatio sponsa incederet, & idem cum non versetur in primo casu, hoc sufficit ad effectum ut dissoluto matrimonio veniant restituendæ, *leg. sicut certo §. interdum. ff. commodat. & communiter Doctores in l. penult. §. servus uxoris. ff. sol. matrim. Bald. in Auth. ex testamento num. 30. Cod. de collat. Angl. consil. 339. num. 3. vers. contrarium. Anchar. consil. 181. num. 3. Castrens. consil. 438. num. 2. lib. 2. Boer. in consuetud. Bituricen. cap. 8. col. 4. post med. qui dicit ita fuisse pluries iudicatum contra viduas, Afflict. decis. 315. n. 1. & 2. qui testatur ita iudicasse Consilium Neapolitanum tribus vicibus contra nobiles feminas, Surd. d. decis. 166. num. 4. & seqq. Card. Mantica de tacit. lib. 21. titul. 6. numer. 5. & 6. qui de receprissima testatur sententia Palas. Rubr. in rubric. de donat. §. 6. num. 5. & §. 11. à num. 1. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 9. numer. 192. Ripol. variar. cap. 10. num. 72. Gomez. in l. 50. Tauri numer. 3. & alij congesti à Merend. controu. lib. 6. cap. 7. num. 2. latissime Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 25. num. 10. & seqq. Ciriaco. controuers. 120. num. 50. & 67. & Rota pluries hanc opinionem sequuta est ut coram Bisignetto decis. unic. sub num. 4. vers. quoad vasa, & iocalia, & numer. seqq. de donat. int. vir. & uxorem in Vrbeniana localium 12. Junij 1589. coram Oratio, in Ferrar. lucri dotis 13. Martij 1606. coram Manzanedo, qua est supra allegat. decis. 113. part. 1. recent. & coram san. mem. Gregor. IX. d. decis. 474. & in Romana iocalium 11. Decembrii 1641. coram bon. mem. Merlino in §. postea autem, & c. ubi subdit rationem posse credi maritum tradidisse hac iocalia ad pompam & dignitatem sue familia, & ut satisfaceret consuetudini patriæ, dedecus enim fuisset, si eius sponsa inculta prodidisset, idem reiicienda est præsumptio donationis, quæ nunquam admitti solet dum alia recipi potest lege cum de indebito ff. de probat. Sanchez Ciriaco Fontanell. & alij superius allegati, & perpendit Rota in dicta decis. unic. numer. 6. coram Bisignetto de donat. int. virum & uxorem. & dicta decis. 113. n. 3. part. 1. rec. & quod vestes & ornamenta pretiosa censentur dumtaxat data ad usum latè multis citatis Ansonell. in n. cent. 1. cons. 24. num. 1. & seqq.*

Nec vlla distinctio est faciendâ, an localia tradita fuerint ante, vel post consummatum matrimonium. Quia quocumque tempore inspecto nunquam censentur donata quando sunt pretiosa semper enim militat eadem ratio non præsumenda donationis, dum alia capi potest præsumptio, *ut optime probat text. in dict. lege. sicut certo d. §. interdum ubi sponsa forte sua vel uxori ff. commodat. Imol. in l. penult. §. servus sub numer. 12. vers. item attende. ff. sol. matrim. Roland. cons. 10. num. 13. vol. 1. Clar. in §. donatio quest. 10. n. 3. Rot. in d. decis. 448. num. 2. coram san. mem. Gregor. XV. & dicta decis. 113. part. 1. recent. numer. 7. & 9. ubi prudenter dubitavit de opinione Ant. Gomez. contrarium tenentis, quem postea, & in super Montaluum, & Matienz malè distinguentes aperit reprobanis Gutierrez præq. q. Civil. lib. 9. q. 19. per tot. & reprobatur etiam Sanchez de matrim. d. lib. 6. disput. 25. n. 28. Rot. in d. Romana iocalium coram Merlino in §. nec vero vlla faciendâ, & alij per Merend. ubi sup. n. 4. & Leo decis. Valens. n. 36. n. 8. & d. decis. 113. n. 9. p. 1. recent.*

Prædictaque certiora sunt in casu nostro, quia nendum pro parte Comitissæ non probatum fuit nos versari in primo casu prout debuit ad effectum defendendi donationem, quam prætendebat, & sat-

esset nos versari in tertio casu, nempe in dubio quod scilicet non constet de animo donandi, ad effectum ut donatio excludatur. Sed insuper ex depositionibus Testium datis in *Summ. heredis num. 10.* probatur sponsum prædictas res sponsæ transmississe, ut incederet ornatio, & conforme alle suo pari (ut sunt verba Testium) ideo certum remanet nos versari in secundo casu excludente penitus donationem, ut probant supra alleg. & signanter Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 6. gloss. 3. par. 6. n. 74. circa med. & Rota d. decis. 113. n. 2. par. 1. recent.

Ex prædictis Testibus animum sponsi non donandi deponentibus omnino est inhærendum, cum vnus sit Auunculus Comitissæ, omnes sint formiter examinati, & deponant de certa scientia, & de publica voce, & fama ex nos. per Bart. in l. admonendi sub n. 48. ff. de iureiur. Alex. conf. 180. sub num. 6. vers. licet enim lib. 2. Fabr. de probat. concl. 1. num. 8. & in fortioribus terminis, quod ad declarandum animum, & voluntatem testatoris sufficiant duo Testes tradunt Mantie de coniect. lib. 3. tit. 1. num. 2. Afflict. dec. 44. num. 27. vers. testatorem dixit, & num. 29. vers. ex quo probatur, Rota decis. 761. num. 13. par. 1. rec. imò quod sufficiant Testes singulares Castr. conf. 395. num. 1. vers. isti quidem Testes post med. lib. 2. Aym. conf. 73. num. 33. & conf. 714. num. 16. Soc. iun. conf. 178. num. 6. & seqq. lib. 2. Rot. decis. 765. num. 7. par. 2. recent. & decis. 1302. num. 1. coram Seraph. Quodque ad hunc effectum sufficiant duo Testes contestes, & minus idonei tradit Signorol. conf. 188. num. 15. Mandell. conf. 529. num. 2. vbi de communi Surd. conf. 129. num. 28. in fin. & consil. 356. num. 12. Mantie de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 16. sub n. 2. & seq. & Rot. decis. 381. num. 6. & seq. coram Cauat. & in Auenion. fideic. 9. Decemb. 1637. §. nec Dominus coram Emin. & Reuer. D. meo Card. Panziolo.

Absque eo quod quidquã obstat vnicus Testis à Comitissâ datus num. 2. deponens sponsum de his localibus, & vestibibus dum sponsa exornabatur dixisse, mette glielo acciò se le goda perche son sue. Tum ista verba nõ probantur per Testem vnicum & singularem c. licet & cap. veniens de testib. Farin de testib. q. 63. cap. 1. & seq. Rot. in Florentina. seu bonon. de Barbadoris 25. Jul. 1640 coram Coccino. Tum etiam quia prolata non sufficerent ad inducendam donationem tanquam blanda, & iocosa ad hoc à sponso prolata, ut Puellæ sponsæ animum & gemmis, & vestibibus, & verbis recrearet, non autem ut inde desumi posset argumentum donationis, quemadmodum dicitur de verbis captatoris, & blandis in c. cum venissent, & ibi Canonist. de instit. & in l. ita stipulatus, vbi Ias. num. 5. ff. de verb. oblig. latè multis congestis Gomez in d. l. Tauri 50. n. 3. & in his terminis Sanchez de matrim. d. lib. 6. disp. 25. sub num. 14. vers. at licet, & vers. 3. quia & n. 15. & si vir fateatur res esse vxoris contra Barbosam, & in d. Rom. localium 11. Decemb. 1641. coram Merlino in §. deducta autem & c. in d. dec. 113. num. 10. par. 1. rec. sed iuxta subiectam materiam intelligi deberent ad omne peius de donatione ad vsum, ut docet Bart. in l. 1. §. nec Castrense n. 10. vers. & ideo puto. ff. de collat. bon. Palatios Rub. de donat. int. vir. & vx. §. 7. num. 1. & seq. & §. 11. à num. 1. vbi latè multis adductis iuribus optima & singularis gloss. in l. cum quid in verb. pro cauto. ff. si cert. pet. multi apud Merend. vbi supra d. n. 4. vers. quo in casu & c. Tusc. concl. 698. num. 27. in verb. donatio cum aliis per Roland. conf. 10. num. 15. & 16. lib. 1. & Borgnin. decis. 64. num. 19. & seq. Fontanell. vbi supra num. 76. Vrsill. ad Afflict. dec. 315. num. 1. Modern. Maceraten. d. conf. 24. num. 3. & Alex. Rolan. & aliis.

Nec placuerunt Dominis coniecturæ per informantes pro Comitissâ ponderatæ. Nam prima deducta ex

nobilitate vtriusque coniugis non vrget; Imò verior est contraria, quod nempe localia pretiosa, neque inter Magnates censentur donata, quemadmodum de pretiosis ornamentis traditis à Ruberto Mala: esta sponso filie Ducis Urbini sponsa consuluit, Corn. conf. 81. vol. 1. & comprobans Laderch. conf. 118. n. 3. & 4. & Hond. conf. 30. vol. 2. & de Magnatibus Regni viris Primariis, & opulentissimis loquitur Guttier. pract. quest. lib. 2. q. 19. n. 4. & 9 & de familia Iustiniana clarissima, & splendidissima loquitur d. decis. Rom. localium coram Merlino, & de familia Bentiuola nobilissima loquitur d. decis. 113. p. 1. rec. que n. 14. subdit quod contraria opinio aliquam probabilitatem haberet si coniuges essent disparis conditionis, quæ disparitas hic cessat Gratian. disc. for. cap. 189. num. 19. & 20. Surd. d. decis. 166. n. 22.

Quæ doctrina caret difficultate quando marites attempta eius qualitate non potest dici diues, Cancr. d. c. 9. num. 192. plurimi apud Merend. vbi supra n. 3. probantes istam distinctionem etiam inter coniuges Illustriss. quia non solum qualitas, sed etiam facultates sunt considerandæ l. si filia 43. ff. de leg. l. quæro 60. l. siue generalis 61. & l. cum post 69. §. Gener. a socero 4. ff. de iur. dot. Menoch de arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 49. & 50. & cent. 3. cas. 118. num. 5. vbi hoc tantum procedere in opulentissimis, & Principibus, Barbos. in l. que dotis 34. n. 80. vers. 1. limita ff. sol. matrim. Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 7. gloss. 3. par. 6. n. 77. Leo d. decis. Valentin. 36. n. 5. optimè Rot. decis. 113. n. 3. par. 1. rec. imò & nobilitatem, & diuitias simul non sufficere, nisi actus à nobile gestus conueniret donationi, & in rebus non magnis et Bart. & aliis contra Barbos. defendit Sanchez de matrim. d. disp. 25. n. 19. ceterum vbi fusc.

Secunda verò coniectura deprompta ex senectute sponsi, & iuuentute sponsæ, eò minus visa fuit releuans. Nam præterquam quod senectus ista non probatur, non intrat præsumptio donationis, quando ex aliis manet recompensata iuuentus Hond. d. conf. 30. n. 26. lib. 2. Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 10. num. 10. Et satis recompensata videtur iuuentus sponsæ ex eo quod nupta fuerit cum tam modica dote, quæ licet fuerit scut. trium millium, attamen duo millia erant accipienda in bonis stabilibus æstimatis, & reliqua millia in sex terminis, & sex annis minutatim soluenda, quæ solutio incommodissima est creditori, l. 3. ff. de alim. & cib. bar. legat. l. planè 3. ff. famul. erisc. cum aliis per gloss. ibi in verb. non minimam, & per Ant. Fabr. in Rational. Gail. de credit. cap. 4. q. 8. n. 1045. & 1046. vbi in puncto de dote, nam exiguitas dotis detrahit iuuentutis merito, ut istis verbis Surd. con. 164. n. 36. in fin. & concludit Palat. Rub. sup. §. 11. in his pretiosis non censi donationem, nec à senefactam, quia cum in §. 10. loquuntur fuisset de sene, postmodum in d. §. distinguit inter pretiosas, & quotidianas, quo argumento utitur Sanchez d. disp. 25. n. 19. vers. ceterum, Leo, vbi supra num. 17.

Et nullam posse considerari recompensationem vbi non adest commodum bursale dixit Bald. Nouell. d. tr. de dot. par. 10. num. 8. in puncto de donatione facta iuuenti à sene, quæ magis stringunt in proposito ex eo, quod fratres Camilli sponsi habuerunt dotes sex millium scutorum licet fuissent minus diuites, & quando dos est parua non præsumitur donatio etiam si alius præsumeretur Palat. Rub. dict. §. 1. n. 14. in fin. Fontanell. vbi supra num. 72.

Et tandem ista coniectura nihil omninò potest operari quando constat de voluntate (prout in casu nostro) sponsi non donandi, ut probant omnes supra allegati; quibus addi possunt Hond. d. conf. 30. num. 25. lib. 2. Gail. obseru. 144. num. 6. lib. 2. Card. Seraph. dec. 712. n. 4. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 405. num. 10. Rot. decis. 473. n. 10. par. 4. tom. 2. recent.

Et hæc concordēs Domini dixerunt quoad res in primo, & secundo loco descriptas & in sententia de partibus enumeratas, nempe *filum margaritarum, iocabe aureum adamantis ornatum, duos annulos aureos eum rubino, & adamante in eis aptatis, in aures aureos cum margaritis ex eis pendentibus, & vestes sericas, (ut vulgo dicitur) l'habito di brocato rosino, e la veste di brocato bianco.*

Quo verò ad alia in tertio loco descripta Domini non fuerunt concordēs. Quia licet pro maiori parte censuerint quod ea tanquam non pretiosæ, & ad quotidianum usum destinata irrevocabiliter spectent ad viduam superstitem, & ideo non veniant restituenda, *Afflict. dec. 315. n. 3. & ibi Add. vers. vestes missæ uxori, & Vrsill. n. 1. Menoch. qui admittit Iudicis partes esse hoc arbitrari cas. 215. n. 5. de arbitr. Ind. Gutier. pract. quest. lib. 2. q. 19. num. 9. Cyriac. contr. 120. num. 54. & 71. Surd. dec. 166. num. 8. Sanchez. de matrim. lib. 6. disp. 25. num. 10. 11. 13. 22. 23. 24. 25. & seq. Fontanell. de pact. nupt. de claus. 7. gloss. 3. part. 6. num. 54. 55. 56. & 58. ubi de vestibus arbitrandis a Iudice, & d. claus. 7. gloss. 3. part. 7. num. 89. Bart. in l. in his §. 1. ff. sol. matrim. Bald. in l. cum à te col. fin. C. de donat. ant. nupt. Peragr. decif. 140. num. 3. Castill. dec. 93. num. 9. Rot. in d. Romana iocalium coram Merlino §. fin. Gomof. sup. num. 4. ad fin. Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 51. & cas. 218. num. 5. ubi plures Sanchez. de matrim. d. disp. 25. num. 20. & alij per Merend. d. cap. 27. num. 5.*

Vnus tamen ex Dominis aiebat in præsentī casu non solum vestes pretiosas, sed etiam quotidianas, & omnia alia parvi etiam valoris esse restituenda. Quia quando apparet de animo non donandi nihil nec modicum quidem apud sponsam remanere debet, ut probant omnes allegati in principio decisionis, ex quibus multi etiam in dubio dixerunt non præsumi donata ex allegat. à Fontanell. supra num. 67. Vrsill. ad Afflict. decif. 315. num. 1. Sanch. disp. 15. num. 1. At in præsentī Testes Sum. heredis num. 10. deponunt Dominum Camillum voluisse dumtaxat ad usum commodare, non autem donare; sed etsi intelligeretur donatio, adhuc omnia essent restituenda, quia omnes præcitati Doct. loquuntur non solum quando matrimonium est ratum, sed etiam quando est consummatum, aliàs nil sponsam lucrari *Gregor. Lopez in l. 3. tit. 21. part. 4. Gomez in l. 50. Tauri num. 3. melius Palat. Rub. d. Rubric. §. 4. in princip. & in l. 52. Tauri num. 16. Sanch. d. lib. 6. de matrim. disp. 19. num. 2. & 3. optima omnes ratione, quia cum ista sponsalitia largitas facta sit ob causam matrimonij l. cum veterum 15. C. de donat. ant. nupt. ubi DD. non accedente consummatione non est perfectè adimpleta conditio.*

Nec dicatur consummationem præsumi ex eo quod simul sponsi cubauerint. Nam ultra quod hoc non probatur, solum enim producitur cuiusdam ancillæ testimonium, quæ nihil aliud dicit quam quod sponsi remanserant soli in Cubiculo, quæ cum sit Mulier, Ancilla, & vnica quam nihil probet clarius est quam ut probatione indigeat *Farinac. de testib. quest. 59. num. 4. & 37. & quest. 55. num. 55. & num. 113. & quest. 63. cap. 1. num. 1. & etiam admissa hac depositione nil releuat, quia ad probandam copulam præsumptiones debent esse violentæ cap. præterea 27. de Testib. cap. ex literis 12. cap. 3. loco 13. de pres. Rosa multis citatis in Romana Nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. §. Es in hac materia coram me, & quod ad lucrandam largitatem sponsalitiæ non sufficiat præsumptio consummationis matrimonij resultans ex eo quod sponsus traduxerit sponsam ad domum suam docet Abb. in cap. fin. in fin. de sponsal. & alijs citatis Sanch. Anton. Diana Pars I X.*

chez d. lib. 6. disp. 19. num. 4. reprobato Gregorio Lopez. Nec interest quod opponitur in facto, quia, ut bene notat Abb. in d. cap. fin. de sponsal. num. 2. Vbi Ius ali-quod inducitur ex præsumptione certa, seu ex aliquo facto non est satisfactum nisi illud factum sit perfectum; quæ sunt ipsius & Abbatis verba, & optimus ille textus ad propositum.

Et cum hoc sit suæ intentionis fundamentum id tenetur probare. *Quia in exceptionibus Deum partibus Actoris fungi oportere, ipsumque exceptionem velut intentionem implere his verbis Ulpian. ait in l. in exceptionibus 19. ff. de probat. & ad idem est text. in l. Ab ea 5. l. si pactum 9. l. Quoties 18. eod. tit. l. 1. ff. de except. cum alijs per gloss. & Gotofred. ubique.*

Imò è contratio pro non consummatione matrimonij multa videtur virgere. Primo Testes qui deponunt se id audiuisse sæpius à Domino Camillo, & de publica voce, & fama, quæ cum multum attendatur etiam ad probandam copulam *cap. præterea 27. de testib. cap. 2. de consanguin. & Affinis.* à fortiori pro non copula facit. Secundo confessio Iudicialis eiusdem Sponsi, dum petit ut sponsa cohabitaret, vel Religionem intraret quod ultimum fieri non poterat matrimonio consummato *cap. ex publico de Consanguin. & Affinis. Sanch. cum multis de matrim. lib. 2. disp. 22. & 24. per tot.* Tertio non leue argumentum est matrimonij non consummati quod Pater sponsæ dotem promissam Camillo à debitore eidem delegato exegit viuentē eodem Camillo quod contra bonam fidem factum fuisset si matrimonium non habuisset pro desperato.

Nec leuis præsumptio est ipsa propera, & tantum non antelucana sponsæ è cubiculo, siue è cubili migratio, ut colligitur ex cuiusdam Poëta versu,

Hæc mora profiliit tunica velata recincta.
& ex Satyrico.

Raptimque adem Veneris intrauit.

Et vnus ex Testibus Auunculus Sponsæ pro argumento non consummationis adducit noluisse sequi Maritum.

Accedit quod ipsa allegat senectutem Sponsi, & licet non satis probetur, sufficit tamen ad præsumendum quod eum tanquam senem aspexerit, imò desperaverit ut ex alio Poëta.

Et senis amplexum culta puella fugit.

Nec se excusare potest à culpa ut prætenditur ab Informantibus pro ea. Quia non sufficit copiam sui nocte vna Marito fecisse, nam debuit tempus conueniens expectare ad trad. per Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 108. n. 21. Narbon. de atat. ann. 50. q. 6. num. 1. Quia ut ait Satyricus.

Quod hodie non est eras eris, & magis in puncto summa tamen excusationis mea hac est, Placebo tibi si me culpam emendare permiseris.

Ex quibus præsumptionibus oritur saltem quod Sponsa maioris probationis onere prægrauetur *Gloss. & DD in l. transactioe C. de transact.*

Sed & fortè sufficeret etiam consummato matrimonio noluisse Sponsam ad Viri Domum accedere, & cohabitare, ad quod de iure naturali, diuino, & positiuo teneri docet Sanch. supra lib. 9. disp. 4. num. 2. sicut & debitum reddere *disp. 2. ad liberorum procreationem, qui finis est matrimonij. idem Sanch. lib. 2. disp. 29. n. 8. & 14. & sequi maritum ad suum domicilium e. vnaquaque 13. q. 2. & ibi gloss. & Barbof. Tirraquell. lib. 1. Connub. gloss. 1. part. 1. num. 39. Sanchez. supra lib. 1. disp. 40. num. 6. & disp. 41. à num. 1. sub pœna peccati mortalis num. 2. Nauarr. in sum. cap. 14. n. 20. cum alijs per eos adductis.*

Mm 3

Præter

Præterquam quod contrahens matrimonium non solum liberorum procreationem intendit, sed omnia quæ veniunt ex natura matrimonij, vt est illa indiuidua vitæ consuetudo, de qua in eius definitione *cap. illud in fin. de pres. l. 1. D. de nupt. cum aliis per Sanch. d. lib. 2. disp. 2. n. 1. & Aristot. lib. 8. Ethic. c. 14. Homines (ait) Coniugium subeunt non solum procreationis, sed eorum etiam gratia qua ad ipsam conferunt vitam, & ex D. Thom. & aliis Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 4.* Et sic cum causa propter quam fuit facta donatio non fuerit sequuta, & hoc Sponsæ culpa quæ iuris & Iudicis decepto insuper habitis *Sum. n. 4.* noluit cohabitare, nullo Iure poterit nec modicum ex dicta donatione retinere *l. §. final. ff. de donat. l. 1. §. dictam 8. C. de cond. ob caus. l. §. ego 9. ff. de iur. dos.* quia causa non videtur impleta, nisi plenè sequatur effectus *text. in l. fin. in fin. ff. de cond. caus. dat.*

Accedit, Vestes quotidianas ideo censeri donatas quia computantur in alimentis, vt late probat *Sanch. de matr. d. disp. 29. n. 10. 26. & 28.* sed virum non teneri alere vxorem quæ sine iusta causa ab eo decedit *mulier probat Surd. de alim. tit. 7. q. 16. n. 1. & tit. 6. q. 10. n. 5.* Quia mulier debet esse in obsequio Viri, & eam principaliter maritus alit propter obsequia, quæ præstantur ab vxore, *d. q. 16. n. 12. & bene tit. 3. q. 2. n. 8.* & durum quidem fuisset ad alimenta virum cogere, & vxore & dote spoliatum, cum alias nec indotatam alere teneatur, ex vulgatis.

Nec sufficit partem implere nisi totum perfectè impletum sit *l. si quis aliam 46. de solut. & ita impleatur, vt non auocetur ab incipiente l. si rem meam 20. ff. de solut. cum aliis per gloss. ibi verbo Rem meam.* Non enim videtur possessionem adeptus qui ita nactus est, vt eam retinere non possit per hæc verba ait Iuolenus *in l. non videtur 20. ff. de acquir. poss.* Non ergo sufficere potest vna nocte cum viro cohabitasse, si amplius non licuit Marito illam indiuiduam vitæ consuetudinem retinere Sponsæ culpa; Vnde ex actu pœna digno non debet illum legale præmium reportare *l. si no hereditaria 22. in fine. ff. de neg. gest. Sanch. dict. lib. 6. disp. 18. n. 6.*

Iisdem rationibus tentari posse videbatur etiam donata Matri, Sorori & fratribus sponsæ restituenda, vel ab ipsis accipientibus (cum fuerint ob eandem causam donata quia rediit ad non causam effectu matrimonij plenè non sequuto *l. nihil refert 4. in fin. ff. de cond. sin. caus.* Nec interest quod per eos non steterit Quia etiam casu fortuito non sequuta causa donatio intercidit *d. l. 2. §. fin. ff. de don.* Vel ab ipsa sponsa, quia in datione ob causam non adimplet, tenetur ad interesse *l. naturalis 5. §. 1. & 2. ff. de presc. ver. & ad sumptus propter illam causam factos l. qui pecuniam 5. §. 1. ff. de cond. caus. dat. & ibi Faber litt. A. col. 6. fol. mihi 266. col. 2. statim post princ.*

Crumenam verò cum pecuniis omnino reddendam securius affirmabat, cum non sit computanda inter res ad vsum quotidianum comparatas, nec dubitetur de traditione, nec interesse quod non constet de quantitate, quia id partis tradentis Iuramento deferendum, cum constar de traditione *dixit Dec. cons. 146. sub n. 14. post princ. vers. ex hoc Hippolyt. de Marsil. singul. 689. qui dicit menti tenendam, Gais. de Cred. c. 2. tit. 3. n. 754.* Nec obesse testimonium de restitutione, quia vt est in broccardicis dictum nullius prolixè *Farin. de test. d. cap. 63. n. 1.*

Deinde quia fuit missa ab Illustriss. D. Christophoro Camilli fratre, & sic in quocunque euentu siue sequuto siue non sequuto matrimonio eo dissoluto debet restitui, quia donata à Consanguineis viri eius contemplatione censetur donata nulla habita distinctione inter pretiosa, & quotidiana, vt ex *Bart. Inf. &*

aliis Roland. consil. 10. num. 11. lib. 1. Borquin. decis. 64. num. 22. Castill. decis. 93. n. 5. lib. 1. Clar. recept. sement. lib. 4. §. Donatio quest. 10. num. 2. Thezaur. lib. 3. quest. 5. num. 4. Gratian. disceptat. 139. num. 3. Fontanell. de pass. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 6. num. 92. Sanch. dict. lib. 6. disput. 26. n. 11. cum multis aliis, & Sacra Theologia, & Iuris Auctoribus in id expendon. leg. si est plura 11. §. in arrogato ff. de vulg. & alia Iura Cancr. variar. lib. 1. cap. 9. num. 194. Ripol. dict. cap. 16. num. 309. Rota dicta Romana localium §. Idemque dicendum coram Merlino etiam si conueniant tantum vxoti, vt contra Anglum Imol. in l. sed si plures §. in arrogato numer. 11. versum Alex. num. 13. ff. de vulg. Thezaur. supra num. 5. unde missa à sororibus Camilli corona flores, & alia videbuntur restituenda.

Addebat quod non satisfacit Sponsa reddendo res tritas, & consumptas, quia cum eius culpa causa non fuerit sequuta non potuit eis bona fide vii, & quia tenetur ad interesse vt supra dictum est.

Fuit tamen secundum communem DD. Sententiam, & distinctionem capta resolutio esse restituendas res dumtaxat descriptas supra in §. Et hac concordat Domini. &c. Vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Arguelles.

In Causa Faneñ. Præcedentia.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ABbas Vffreduccius in suo testamento fundauit sex beneficia in Cathedrali Faneñ. & inter alia ordinauit, quod sanctissimum Eucharistie Sacramentum cum ad infirmos deferretur, comitarentur post Canonicos beneficiati, & in Choro cum ipsis Canonicis interessent horis diuinis: reseruatò Iure patronatus suis hæredibus de Primogenito in Primogenitū *Sum. Vffreduccij n. 1.* Capitulum Sede vacante acceptauit foundationem; & Patronatum, & assignauit dictis Beneficiatis locum immediatè post Canonicos: sed cum instaretur apud Reuerendiss. D. Episc. vt dictos Beneficiatos institueret, hoc fecit assignando eis locum post Curatos ciuitatis, & post duos Mansionarios, qui præceduntur à Curatis, quando intersunt in Choro. Acquienerunt instituti, sed Patronus appellauit, & mihi commissa causa, dubitauit, quis locus esset assignandus dictis Beneficiatis & Domini esse assignandum immediatè post Canonicos responderunt.

Ratio resolutionis fuit quia cum dicti Beneficiati constituent cum Canonicis corpus Cleri Ecclesie Cathedralis *Grat. discept. 298. num. 50.* & teneantur cum eisdem inseruire, segregari non debent ab ipsis per interpositionem Curatorum aliarum Ecclesiarum, vt respondit *Sacra Rituum Congregat. in vna Turriana 1. & 27. Iulij anni 1601. & in alia Terull. 20. Decemb. eiusdem anni, vt refert Barbof. in summa decis. Apostolic. Collect. 60. verb. Beneficiatis n. 3.* Quibus S. Congregat. placitis semper maxima cum reuerentia ab hoc nostro Tribunali delatum fuit, vt testatur *dec. in Romana præcedentia 18. Maij 1620. coram Sacro, & in Oppiden. Processionum 28. Maij 1646. §. Et hac, & 15. Iunij 1647. §. 1. coram R. P. D. meo Verospio,* vbi multiplicantur, & quod sit ordo Præbendariorū qui immediatè sequitur post Canonicos *Rot. in Hispal. Præbenentiarum 17. Iunij 1613. coram Sanctissimo inter res. dec. 506. n. 3. part. 1.* Monstruosum enim, & præter ordinem naturæ videretur intra vnum corpus aliud inf-

tere, ut bene Ferr. de precedent. quast. 1. n. 6. in fin. quam rationem considerat Io. Monach. in cap. Rom. n. 9. de sent. excommunic. Gratian. discept. 111. n. 3. & facit bon. mem. Coccin. decis. 197. n. 1. cum seqq. & n. 13. & 15. Rot. decis. 152. n. 1. p. 6. rec. Et in proximis terminis de Priori S. Mariae de Pilar volente se in choro Cathedralis interferere dixit Rot. dec. 111. num. 1. & 4 pag. recent. & facit aliud responsum eiusdem sanctae Congregationis in vna inter Canonicos, & Clerum Cathedralis Viterbien. cum eiusdem Ciuitatis Curatis, vbi quod etiam quando ipse Parochus defuncti eius feretrum comitatur debeant praecedere Capitulum, & Cletus Cathedralis, & in aliis sic fuisse decisum commemoratur per Barbof. de offic. Paroch. cap. 9. num. 7. & de Canon. cap. 18. num. 60.

Secundò, quia Beneficiati exercent officium suum in propria Ecclesia (in qua Curati considerantur tanquam Clerici extranei) & sic debent praeferrri, bonus text. in l. 1. C. de offic. Vicar. Nat. conf. 62. per tot. Gratian. discept. foren. cap. 298. num. 1. 38. 40. 41. & 54. & aliis in Taurinen. delationis Baldacchini 4. Iulij 1646. §. neque demum coram R. P. D. meo Corrado Ferr. de preced. quast. 8. num. 7. & q. 32. num. 2. & 3. & facinus erudite congesta per R. P. D. Contolorum in tract. de preced. n. 17. 19. & 63. & non solum ratione officij, sed & ratione loci competit illis ista praecedentia in Choro ad tradita per Gratian. supra dicto num. 38. & 27. Barbof. dicto cap. 9. num. 3. & seq. & de Canon. cap. 18. num. 57. Ferr. dicta quast. 32. num. 2.

Deinde quia idem cauetur in processionum incessu, ut habetur in Ceremoniali Episcoporum lib. 2. cap. 33. col. 3. vers. & ultimo loco Clericis Ecclesiae Cathedralis, &c. Cuius dispositio seruati debet ex Constitutione sanctae memor. Clementis VIII. dat. 11. Iulij 1600. Ineipit cum nouissimè 69. in ordine Bull. meo, tom. 3. fol. 99. & plenè firmat Rota aliis congestis in d. Oppid. Gratian. d. discept. 298. num. 28. Vnde idem dicendum quoad ordinem sedendi in Choro ad tradita in allegata decision. 506. num. 3. part. 1. recent. Gratian. discept. 940. num. 23.

Vtcrius quia Capitulum admittit foundationem cum qualitate quod beneficiatis assignaretur locus immediatè post Canonicos, quod eo magis firmum consideratur, quia factum Sede vacante, quo tempore Capitulum habet vices Episcopi in omnibus concernènt. Iurisdictionem Episcopalem (quibusdam exceptis, ineter quae hoc non reperitur) cap. cum olim 14. vbi gloss. & Doctor. de maioris. & obed. cum multis aliis per Riccium in prax. decis. 572. num. 1. Barbof. d. cap. 4. & de potest. Episc. alleg. 36. num. 9. & alleg. 45. num. 27. & de Iur. Eccles. cap. 32. num. 61. Viuian. in prax. Iurisparr. lib. 5. cap. 3. num. 32.

Vnde benè potuit admittere istam foundationem cum supra dicta qualitate, ut post Lambert. & alios Panin. de potest. cap. Sede vacans. part. 5. quast. 2. num. 5. Garz. de beneficiis part. 1. cap. 9. num. 79. Viuian. de Iur. repar. lib. 1. cap. 2. num. 44. & lib. 2. cap. 1. num. 15. Barbof. de potest. Episc. alleg. 70. num. 32.

Quapropter non obstat D. Episcopi Decretum. Et eò mirùs quia appellatione extinguitur iudicatum l. 1. in C. ad sen. conf. Turpill. vel suspenditur. l. furti 6. §. 1. ff. de his qui nor. infam. l. si quis 11. C. de reb. credit. vbi communiter scribentes.

Nec obstat consuetudo praetensa per Curatos praecedendi Mansionarios. Nam licet in honorariis potissimum obtineat locum, ut notat Bald. in cap. causam num. 6. de probat. & in cap. cum olim de consuetud. Menoch. conf. 126. num. 3. Nauarr. conf. 2. de maioritas. & obed. Gratian. d. discept. 298. num. 8. Rot. decis. 4. in fin. de elect. in non. & decision. 214. num. 4. part. 8. sen part. 4. tom. 2. & decis. 85. num. 5. part. 5. & quod signet locum

sedendi, eundi, & standi Franc. decis. 387. num. 4. Decian. conf. 21. num. 6. volum. 1. & multis cumulatim Tiraguel. de nobilitate cap. 2. num. 55. vers. Sed in hoc, & facit Bulla san. memor. Gregor. XIII. in ordine 8. cuius meminit Zerol. in prax. Episc. 1. p. vrb. Processiones vers. Ad tertium principale. & Rot. in Mutinen. praecedentiae 25. Iulij 1638. coram bon. mem. Merlino. cum aliis. Primo quia nec probatur, nec docetur de praescriptione eò magis quia est odiosa Rota in Asten. sedis, qua est 865 n. 5. & 6. p. 4. diuers. Gratian. vbi proxime n. 53. Et sic non extendenda nec de casu ad casum, nec de persona ad personam Fab. de Ann. conf. 122. n. 32. & 33. lib. 2. Mastrill. cum aliis de Magistratib. lib. 4. cap. 13. num. 64. Surd. confil. 303. num. 6. & decis. 131. num. 9. Pont. decis. 8. num. 10. & 11. Rota decis. 178. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 583. num. 17. part. 5. recent. & est text. in l. 1. §. si quis hoc interdicto vbi Barbof. de itin. atque priuat.

Praecipue cum hoc non sit ratione introductum ad l. quod non ratione introductum est 39. ff. de legib. interpretando verbum similibus, de similibus in specie, ut fecit gloss. ibi solutione secunda probata ab Ant. Fab. ibi in Rational. Osuata. ad Donell. lib. 1. cap. 5. litt. A.

Praeterea quia sumus in facultatiuis, quia non inducunt consuetudinem in his quae sunt liberae potestatis, Abb. in cap. ex parte assensu 10. num. 7. in vltim. notab. de concess. Præbend. las. in l. quomina num. 28. ff. de flumin. Crauet. conf. 96. num. 4. Gratian. vbi supra num. 10. Requiritur enim prohibitio, & interpellatio, à cuius tempore nascitur praescriptio, Bald. in l. 2. C. de seruic. n. 54. Nat. conf. 106. num. 9. ad fin. lib. 1. Surd. conf. 127. n. 23. lib. 1. Gratian. vbi proxime in fin. & cap. 88. num. 15. & cap. 89. num. 18. Nec Mansionarij potuerunt prauidicare Beneficiatis ad notata per eundem, Gratian. dicto cap. 298. num. 9. Nam in consuetudine requiritur scientia illorum, qui ex ea laedi possunt, Albanon. conf. 156. num. 22. Vincent. de Ann. alleg. 131. num. 12. Ferr. cum aliis in tract. de Præbend. quast. 18. num. 20.

Accedit regula text. in l. sapè 63. ff. de re iudicat. cap. inter directos. §. in omnibus autem, vers. nec attestations de fid. Inst. & tot. tit. in Rubro & nigro. C. res inter alios acta Rot. in alleg. Taurinen. vers. Tum quia, &c. facit Muleiniana Antianitatis 30. Maij 1639. §. Non obstant nulli actus praecedentiae coram R. P. D. meo Decano.

Vtcrius quia isti Mansionarij videntur supranumerarij, qui non habent Præbendam in Ecclesia Cathedrali, sed in alia Sanct. Simonis, & Iuda (ut est in confesso inter patres) & sic sunt postponendi numerariis ex traditis à Ferr. vbi supra cap. 10. num. 5. vbi ex Cassan. Caser. & aliis. Quapropter retorquetur argumentum pro Curatis adductum, quod Beneficiati sint supranumerarij, cum habeant praebendas, sed Curati, & Mansionarij non habeant.

Minus obstat quod assertur de Dignitate Curatorum. Nam hoc procedit in propriis Ecclesiis, non vero in Cathedrali, & qualitas quae non facit ad actum, nullam parit praesentiae considerationem Ferr. dict. quast. 27. num. 2. & quast. 13. num. 3. D. Contolor. supra num. 23. Barbof. de Canon. dict. cap. 9. n. 11. Et de praecedentia in vno loco non potest argui ad praecedentiam in alio, idem D. Contolor. num. 63. Et vbi agitur de praecedentia Collegiali, Dignitas non Collegialis quamuis magna non attenditur, Seraph. decis. 1216. in fin. Gratian. aliis citatis dict. discept. 298. numero 33. idem D. Contolor. vbi supra num. 23. & 24.

Denique non obstat acquiescentia Beneficiatorum ex regula dict. l. sapè, nec D. Episcopus potuit prauidicare Iuri patroni iam quaesito ex Decreto Capituli emanato Sede vacante, ad tradita per Felin. in d. cum necessissent, n. 4. de Praescript. Coccin. dec. 197. n. 9.

*Burat. decision. 192. numer. 8. & 9. in quibus recen-
sentur.*

Et ita, &c. utraque, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Argualles.

In Causa Burgen nullitatis professionis.

Veneris 16. Iunij 1649.

PRO Ventura responsum, pro quo faciunt sequen-
tia verba Lapi. *Primo iste erat in probatione, & de-
liberatione, quia talis Annus datur etiam in favorem
sui, & ob fragilitatem humana conditionis, ut in cap. 2.
de Regular. lib. 6. sed exuendo, & dimittendo habitum
(ut in themate proponitur) videtur ipso facto delibe-
rasse se nolle profiteri, seu se non posse pati austerita-
tem clausura, & sic confirmatum fuit pro hac vice pro-
positum suum, unde mutato postea nouo proposito, opus
erat nouo tempore iterum probandum, & deliberan-
dum, nam ex eodem tempore probationis non potest
sequi placencia, & displicencia, & sic etiam Monaste-
rium, quia ista sunt aduersantia, & una, & eadem
res non debet pati diuersos effectus, præterea ex his qua
inordinatè procedunt, nihil ordinatè sequi potest, de
accus. & qualiter 1. & ubi fundamentum est viciosum, ni-
hil tutum superadificari potest. 1. quest. 1. Cum Pau-
lus, sed iste regressus quem fecit dictus iuuenis ad di-
ctum Monasterium, fuit inordinatus, & viciosus, nam
dictus iuuenis captus, & inuitus detentus rediit ad
Monasterium, & sicut matrimonium carnale debet
esse liberum, de sponsal. Cum locum, ita matrimo-
nium spirituale quod est maius cap. 1. sed hic iuuenis
ad fratres mendicantes in sua deliberatione iam facta
fuit impeditus, & coactus, & sic præsumitur non spon-
te, seu seruore spiritum, & quia talis coactio fuit fa-
cta operatione fratrum, & per consequens impedi-
erunt constitutionem (loquitur de dicto cap. 2. de Regul.)
id est annum probationis sub pœna nullitatis, sed etiam
quod infra annum quemlibet non impediatur quo minus ad
seculum redeat, prout de sua voluntate processit, ut in
dicto versiculo, quod si forsan reperitur coniunctim ge-
neraliter tota prohibitio ibi, contra hanc probationem (sic
legitur, sed errore librarij, nam in textu est prohibitio-
nem &c.) Prohibitio autem prædictorum emanauit con-
iunctim, & sub principali verbo, Non præsumatis, ergo
receptio postea facta de dicto iuueni non tenuit. Præterea
dictus annus probationis, ut supra est dictum, datur etiã
fauore Monasterij, ut Monasterij probet mores ingressi
si bonos mores habeat, & si voluerint admittat, & si ma-
los mores habeat pœna, quia non est aptus ad Religionem,
ut quia austeritatis regula pati non potest, aut non vult
eum extra remanere volente repellunt, sed cum iste in-
fra probationis annum fugiendo exiuerit extra Mona-
sterium, & habitum dimiserit apparuit eis quod bonos
mores non habuit, & Religioni aptus non erat: ergo eum
repellere debuerunt non per violentiam reducere, & sic
contra mentem iuris hoc fecerunt, in præiudicium Mo-
nasterij infra ex dolo suo, huc vsque Lap. alleg. 46. n. 3.
ante finem postquam eod. num. 3. statim a principio ver-
sum cum lex firmavit annum Nouitatus debere esse
continuatione physica, dum eam comparat continua-
tioni præscriptionis, de qua infra dicetur.*

Et si quidem nomen Religionis demas (quod nihil
interest ad casum) & quod ibi non per se ipsos, sed
per alios apprehenderunt Religiosum fugientem) quod
facit illum casum fortiozem, nam in nostro, officio

Birruariorum perfuncti sunt ipsi fratres, seu manis Ca-
nonici Regulares S. Norberti) nec lac lacti tam simile
est, quam casus Lapi huic nostro, nisi fortior etiam ille
videatur, quia Nouitius ibi bono spiritu ductus in-
gressus fuit Religionem, non vero desperatione, ut
iste noster.

Sufficeret pro decisione tanti viri auctoritas, &
iisdem penè rationibus Domini decreuerunt constare
de Nullitate Professionis Venturæ Muxicæ, qui non
in inspiratione, sed desperatione potius impediti matri-
monij carnalis ad spirituale transiit tenuit inconfi-
derate (quod debuerant Monachi rectè perspicere, ut
præcepit san. mem. Sixtus V. in sua Bulla 71. Cam de
omnibus 6. Kal. Decembr. 1587. §. ceterum 4. versus fi-
nem, ibi, nisi denique constet ipsos non humana aliqua
ratione, sed tantum deuotione, seu pietatis seruore vitam
religiosam spontè, & ex animo elegerit, ut bene explicat
Suares de relig. tom. 3. lib. 5. cap. 10. num. 16 paulo post
facti pœnitens inconsiderati (inde enim fit, ut ait M.
Basilius, ut eodem temere vnde fuerat egressus, re-
uertatur) ad sæculum redire velle sæpius protestatus
vestesque suas sæculares repetens, (quas debuit Ab-
bas restituere ex d. cap. 2. de Regul. in 6.) precibusq; æ
lachrymis instans, ac tandem nil proficiens habitu ex-
utus religioso, per cloacam, siue aquaductum nocte
fugam atripuit, & postera die à duobus Monachis
cum famulo ad id missis apprehensus, ut fuit in Mo-
nasterium reductus carcerique additus, & pane, &
aqua per mensem maceratus lacrymis sen. per, & ciu-
latibus obrestans se nolle proficere Nouitatum, &
Religionem, & sine intermissione nocte diuq; cla-
mans, & quitans, cum præter hæc Abbas continuo
minaretur cuidam Militum ductori, qui in vicino lo-
co Milites cogebat ad vrgens ardensque, tunc bellum
Fontis rabie plenum discrimine, imò desperatione se
eum traditurum, vel magis proditorum, coactus tan-
dem professionem emisit lacrymis, & singultibus
antea, & postea, & in ipsa professione metum ma-
gis, quam motum animi à Religione auersissimi de-
monstrans, & sequenti die palam repetens se metu
compulsus, ut primum potuit ad Ordinarium pro-
ficiscens iterum à Monachis acceptus duriori carcere
mancipatus, rupta satis alta fenestra linteisque in mo-
dum funis intortis præcipitavit se potius quam de-
misit, aut descendit, seque in desideratam liberta-
tem (si alibi libertas est, quam ubi Spiritus Domini
ex Paul. 1. ad Corinb.) asserere aperto vitæ periculo
procurauit, adeo homines natura libertati student
Ces. lib. 2. de Bell. Gallic. adeo multiplex patet ad li-
bertatem via lib. 3. de ira cap. 15. & adeo non ardua
virtus, securitium fugisse manu; dixit Lucan. lib. 4.
Pharsal.

Enim vero probationis annum continuuum esse de-
bere clarius est, quam ut multis indigeat probationi-
bus, nec sufficit coniungere priora tempora cum se-
cundis, cap. ad Apostolicam 16. de Regular. & Ab-
n. 9. Anchar. 7. Franch alios citans in c. 1. de regularib.
in 6. num. 3. vers. quid autem si non fuerit, & seq. contra
Gloss. Specular. & Io. Andr. explicando Ancharanum,
& Fortius post S. Concil. Trident. sess. 24. de Regul. c. 15.
utrobique, multi, diligenter elati à Reuerendiss. Bar-
bosa Episcopo Vgentin. ibi num. 5. hic num. 5. 24. & de
Po. est. Episc. 3. par. alleg. 101. num. 23. de iure Ecclis.
lib. 1. cap. 42. num. 121. & in summa decis. Apostol.
colle. 31. num. 12. (ubi sic declarasse Sacram Congre-
gationem Concilij) dixerat prius Bart. in l. final. §. quo-
tians 3. ff. de publican. & vectigal. arguens de seruis
Nouitiis Religionum per eum textum, qui bene con-
gruit ibi, sunt autem veterana que anno continuo in Vr-
be seruiuerunt &c. Nouitia autem mancipia intelligun-
tur que annum nondum seruiuerunt, Nanarr. cons. lib. 3.
di

de Regul. conf. 32. num. 1. vers. tertio quod &c. Mirand. in manual. part. 1. quest. 22. art. 4. & art. 5. per tot. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. dubit. 7. num. 59. Suarez late ad partes d. som. 3. lib. 5. capit. 15 à n. 1. & manu plenissima pro more R. P. Diana res. mor. tom. d. tract. 5. de paruit. materia resol. 19. multi per Bordon. de profess. § 4. q. 11. vers. Nouitiatus &c. Nauarr. in summa Bull. de Nouitiis recipien. num. 3. & 4. & in mucerna Regular. verbo annus n. 6. utrobique testans sic S. Congregationem determinasse, Marfil. in remission. ad Conc. d. cap. 15. R. P. Lezzan. in summa Regul. som. 3. verbo professio n. 10. & tom. 1. c. 2. n. 11. Ciarlin. contr. lib. 1. c. 108. n. 14. Vecch. in prax. Nouitiarum disp. 11. dub. 3. n. 1. testans etiam de S. Congregationis declaratione 7. Nouemb. 1597. Rota dec. 175. n. 2. part. 1. recent. ubi de dicta declaratione, & alij infra citandi.

Qui omnes rationem reddunt quod ubi fit mentio de tempore, lege, vel statuto, semper de continuo intelligendum est, l. Genero 8. ff. de his qui not. infam. l. 3. cum Gloss. penult. l. naturaliter § leg. nunquam la secunda in ordin. 31. § primo ff. de usufructu. Bart. ubi sup. Lap. ubi supra num. 3. & ibi Mandos. littera E, Amaya ex Gloss. Menoch. Donell. Osuald. obseruat. lib. 1. cap. 10. numero 6. Albert. Brun. in tract. de permanent. & Perseuerant. numer. 4. habetur tract. com. tom. 17. fol. 395. Anton. Bard. de tempore vitili, & continuo cap. 3. num. 9. ibidem tom. 6. fol. 210. col. 4. Fanuti. in tract. de moment. tempor. cap. 30. num. 10. relati à Vecch. ubi supra num. 2. Pelliz. zar. in manual. Regular. tract. 2. cap. 1. num. 10. Vela discept. Hispalen. 18. n. 3. lib. 1. Peyrin. tract. 2. de Pralat. q. 3. cap. 1. §. 4. num. 100. Bordon. cont. Regul. tom. 2. resolut. 99. num. 28. & resolut. 54. num. 188. ubi magna congeries iurium, & auctorum. Bart. à S. Fausto Thesaur. Religios. lib. 5. quest. 163. n. 5. Remig. Scrof. solut. quest. mor. q. 31. num. 2. Villalob. in summa tom. 2. tract. 35. difficult. 5. n. 7. qui testatur de S. Congregationis declaratione, Tambur. in de iur. Abbat. tom. 3. disp. 6. q. 7. n. 10. & 11. & pluri mi per modern. Iesuitam Regim. Christiana Reipublica tom. 2. lib. 11. disputat. 14. qui omnes & alij referendi exornant etiam supra traditam conclusionem §. antecedenti.

Et omnes quidem magna concordia firmatas supra conclusiones amplectuntur, & interrumpi dictam continuationem si Nouitiatus habitu dimisso, & animo deserendi Religionem extra Claustra se conferat citati à Vecch. sup. Peyrin. n. 10. Portell. verbo Nominatiuus n. 49. Tamburin. n. 17. Bordon. d. reso. 54. n. 19. Reuerendiss. Vgenin. d. cap. 15. num. 32. & ante eos Suarez de Religio. tom. 3. lib. 5. cap. 15. n. 6. quem sequitur Sanchez ad Prac. decalog. lib. 5. cap. 4. n. 32. & alij inferius. Vtrum vero sufficiat quaelibet interruptio physica, & realis, an vero moralis, & cuius temporis necessaria sit, magna discordia est.

Nam quod tempora coniungantur egresso Monasterium, & regresso tenuerunt ex antiquioribus Gloss. final. in cap. cum qui certus de reg. iur. in 6. Speculat. ad rit. de stat. Monach. n. 43. & ibi Adden. littera G & qui eos refert, & Anchar. Alex. conf. 54. num. 2. lib. 4. Bard. ubi sup. n. 9. vers. in Pradicto &c. Roman. d. l. fin §. quotiens num. 2.

Ex recentior. paucorum dierum interpolationem non impedire istam temporum coniunctionem, seu non interrumpere, moraliter tenuerunt Less. de iust. & iur. d. lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 5. vers. secundo hunc annum in fine, & ante eum dixerat Franch. dict. cap. 1. de Regular. in 6. num. 3. paulò post medium, vers. satis tamen videtur, qui pro contraria citat Lapum, & Nauarr. dict. consil. 3. 2. vers. tertio quod, ubi etiam si per solos tres dies foris maneret interrumpi Nouitiatum, quasi sentiat minorem interruptionem non sufficere ipse alios

pro se citat, & alios, Diana d. resol. 19. Reuerendiss. Vgenin. de Potestate Episcopi d. allegat. 101. num. 25. & de iure Eccles. d. lib. 1. cap. 42. num. 124. & d. sess. 25. cap. 15. num. 7. vers. contra Lessius & Pellizar. d. tract. 2. cap. 1. num. 10. & Bordon. d. quest. 11. d. resol. 54. n. 202. qui extendit ad spatium quinque dierum, & amplius pro quo nullum habet auctorem; & Nauarr. ab eo citatus, ubi supra qui loquitur de tribus diebus, forte hoc non dixit, nisi arguatur à contratio sensu, (quod non recipitur in doctrinis auctorum Rota decis. 135. in fine par. 4. recent.) dicit enim interrumpere exeuntem, etiam si per solos tres dies maneret, Remig. Scrof. supra quest. 31. sensit per spatium vnus noctis, vel vnus diei, quorum placita ultra adducta per eos possent forsau probari ex l. Paulus 38. §. Gaius ff. de liber. causa, quem Roman. supra num. 3. dicit nescire quod sit alibi.

Contrariam tamen sententiam tenuerunt Bart. in d. §. quotiens num. 2. Angel. & Alberic. ibid. Abb. & Anch. ubi supra, dum comparant istam interruptioni praescriptionis, melius Lapus, ut vidimus eleganter Suarez d. cap. 5. num. 6. per haec verba, *Mihi autem videtur magis esse considerandam grauitatem actionis per quam interrumpitur probatio Nouitiatus quam temporis diuturnitate, quia alias nil certum de hac interruptione eiusque sufficietia dici poterit. sed relinquendum erit cuiuscumque arbitrio, alicui enim videbitur parua mora trium, vel quatuor dierum, alij vero magna, quo circa censeo, si quis dimisso Religionis habitu egressus est, eo ipso interrumpi annum probationis etiam si paulo post intra diem paeniteat, quia eo ipso amisit, statum quem habebat, & indiget noua receptione, & admissione, ut possit iterum Nouitiatus esse &c. unde quod Nauarr. ait annum interrumpi per exitum trium, vel quatuor dierum, è Monasteriis sine licentia Superioris si intelligatur de exitu totali, id est animo non redeundi, & dimisso habitu non solum verum est, sed etiam sine limitatione temporis fuisse asserendum, quia actus ipse per se sufficit, & moraliter interrumpit perseuerantiam, & constantiam propter qua continuitas in probatione postulatur, huc usque Suar. idem num. 7. in medio vers. per dimissionem, sequitur Sanchez in prac. decal. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 32. qui postquam de continuatione, & interruptione multis ad saturitatem congestis late differuit à num. 30. & quamlibet interruptionem sufficere ex ipso Nauar. probauit conf. 33 prosequitur, *Præterea quia tempus peti ad aliquem actum censetur peti tanquam forma, ut probat textus in auth. que supplicatio. C. de prec. Imperat. deferen. iuncta Glossa in verbo forma &c. At omisso formæ in minimo vitiat actum, ut probat Tiraquell. de iudic. in reb. exig. n. 12. id Sanchez supra, & quando tempus est datum pro forma, nec addi, nec detrahi potest, nec minimum quid, ut per Scribentes in l. 1. ff. de lib. & posthum. Tiraquell. de utroque retract. p. 1. §. 1. Gloss. 2. n. 11. Fanuti. supra cap. 32. n. 21. cap. 33. num. 9. facit vulgaris regula quod si forma deficiat in minimo actus corrumpit. cum hi 6. §. si prator ff. de transact. cum vulg. per relata Axiom. 157. littera F. iisdem rationibus, & multis citatis Bart. à sancto Fausto d. lib. 1. quest. 164. num. 2. Tamburin. d. q. 7. num. 11. Ciarlin. d. cap. 108. num. 20.**

Cum ergo ad Professionis valorem petat S. Concil. Tridentin. annum continuum, quantumuis modicus continuationis defectus eam irritam reddet, sicut etiam quantumuis modicus illius anni temporis defectus sufficeret ad professionem cassandam, ita Sanchez argumentatur ubi supra, d. numero 32. vers. cum enim, & Elig. Basam in suo tract. Flores totius Theolog. verbo Religio 3. n. 5. vers. pro resolutione. Nam certum est tempus istud numerari de momento ad momentum, ut ferò per omnes supra citatos, & cum multis aliis

aliis Reuerendiss. Vgentin. d. cap. 42. num. 139. vbi adducit declarationem Eminentissimorum DD. Cardinalium 21. Ianuarij 1617. latius num. 118. & d. sess. 25. cap. 15. num. 20. & 21. vbi de aliis declarationibus plenissimè d. allegat. 101. num. 22. vers. verum & c. exornans ait se in illa tertia impressione re maturius examinata discedere à contraria opinione quam ternerat iuribus, & rationibus ibi videndis.

Quam opinionem, de modica inquam interruptione, sequuti sunt multi alij à supra citatis adducti, & à Peyrinis d. tract. 2. de Pralat. q. 3. cap. 1. §. 4. num. 100. fol. 406. vbi de reuerso post tres horas Castr. Palao in oper. moral. par. 3. tract. 16. disp. 1. §. 2. num. 7. quia illa est vera, & propria interruptio status qua cessat status assumptus, è contra verò cessat status probationis si habitum dimittas animo relinquendi viam ceptam, seu fugiendi obedientie iugum, siquidem Nouitiatu consistit in assumptione habitus animo Religiosam vitam experiendi; sic Palao supra, & alij citati à modern. Iesuista d. disput. 24. Miranda in manual. tom. 1. quest. 22. art. 3. concl. unica vers. quidam dicunt ex Bulla Iulij Secundi deducit per solam habitus dimissionem animo deserens Religionem Nouitiatum interrumpi Villalob. in summa tom. 2. tract. 35. diffic. 15. n. 7. qui loquitur de interruptione physica dum adducit Aristotelem dicentem, quod sex non sunt bis tria, sed semel sex, & in puncto dixit Abbas d. cap. ad Apostolicam n. 9. quod 50. & 50. non faciunt 100. adducit etiam Villalobos scens, & multi ex citatis comparationem præscriptionis in qua semel data interruptione tempora non coniunguntur, ita in proposito nostro Anchar. in d. cap. 1. de vita & honest. Cleric. lib. 6. n. 1. ad fin. vers. sentis enim. Corn. conf. 147. viso num. 23. lib. 2. Petr. Barbosa ad l. cum notissimum 7. §. immò num. 29. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. quia interruptio totum tempus præteritum extinguit Bald. d. l. 7. num. 7. Barbosa n. 7. & 9.

Accedit quod possessio per momentum temporis perditur vt de capto ab hostibus ad l. cum heredes §. 1. ff. de acquir. possess. etiam si per momentum captus extitisset Castr. in l. si is qui pro emptore 15. num. 7. ff. de vsucap. Menoch. de recup. remed. 14. num. 84. Fœnuci. supra cap. 32. num. 13. argumento text. in l. 2. & 3. C. de posth. hered. instit. & possessionem semel amissam non continuari cum possessione de nouo acquisita, Bard. supra num. 13. ex Bart. & aliis. Et multo magis si vna est iniusta Ferret. conf. 1. in causa possessoria, num. 8. lib. 1. vt in præsentì, quia secundus ingressus fuit violentus. Nec posse duas possessiones diuersæ speciei coniungi argumento text. in l. unica. C. qui numero tutel. l. Spadonum 15. qui iura 11. ff. de excusat. tut. l. 1. §. fin. ff. de vacat. mun. & cum ista continuatio ab animo pendeat Nouitij eo ipso quod egrediendo animum mutauit, interrumpitur, & mutasse animum eo ipso planum est, quod aufugerit, vtrumque probatur ex l. naturalem §. pauonum vers. ceruos ff. de acq. rer. domin. §. pauonum 15. Inst. de rer. diuis. Donell. lib. 4. comm. cap. 13. Borcholten. d. §. 15.

Ex quibus apparet communioem videri opinionem Lapi, Suarez, & sequacium: nec obstat d. l. Paulus 38. §. Caius, quam expendit Sanchez, supra n. 30. post Romanum vbi supra, nec text. in lege quod dicitur 38. §. miles ff. de milit. testam. nec l. unica ff. de bonor. possess. ex testam. milit. ant. l. nec non 28. si quis sapius ff. ex quibus caus. maior. quos adducit Alberic. vbi supra. Nam ipsi respondent ibi fauore libertatis, militis, & absentis Reipublicæ causa sit responsum; nos sumus in materia odiosa, vt dixit Rota d. decis. 175. num. fin. part. 1. recen. quia contra fauorem, & Nouitij, & Religionis esset, male probatum ad Religionem admittere, intentio namque finalis constituendi animum proba-

tionis fuit occurrere apostasiæ; in quam facilè dilabuntur hi qui minus consulto Religionem profitentur dict. cap. ad Apostolicam dict. cap. 2. & per hac iura Rota penes Seraph. decis. 121. numer. 2. Vecch. vbi supra dubio 2. numer. 6. & faciunt verba Sancti Basilij supra relata.

Sed esto quod difficilis quæstionis resolutio sit, ex quo suum sensum aperire noluit R. P. Diana vbi supra, contentus hinc inde auctores referre, extra istam aleam Ventura Muxica est, quia omnes supradicti auctores vtrinque adducti excepto Lupo, & Ciardin. loquuntur quando deserens Religionem, Monast. pœnitentiæ aditus regreditur non vero quando coactus, & vi redactus, vel potius raptatus vt Ventura, quo casu nulli venit in mentem tempora coniungi, immò Bordon. in suo casu ait necessariam esse nouam intentionem, & in regresso, & in monasterio.

Quæ omnia eo magis procedunt cum non solum fuerit violenter retractus Ventura, sed meru compolus ad professionem, quo casu nullâ esse latissime probauit Rota multis iuribus, & auctoribus decis. 175. n. 5. & per tot. part. 1. rec. Prat. discept. 27. & in Vlixboen. nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646 num. 3. & seqq. confirmata 10. Decembris eiusdem anni §. ex quibus satis, & §. sequenti. coram me. Et in præsentì metum adfuisse cadentem in constantem virum satis probatur, omisso quod multi dicunt, sufficere reuerentialem etiam sine minis propter summam libertatem ad actum istum requisitam tenuit Bassen supra verbo metus num. 3. cum multis ibi citatis, (Cardin. multis aliis iuribus, & Doctoribus dict. c. 108. qui latè profecquitur, appositissimè ad nostrum casum, & quoad qualitatem metum passi, & quoad probationem, & etiam ad coniecturas ex fuga, & lachrymis, & protestationibus ante & post professionem, ita vt durior appareat casus noster legendus à num. 27. & ante eos Nauarrus ex glossa, & aliis ad Tit. de his que vi. lib. 1. consil. 10. numer. 4. & de conuers. coniugat. lib. 3. cons. 3. num. 4. & in manual. cap. 22. numer. 51. & de metu reuerentiali Prælati cum minis Vecch. supra disput. 3. dub. 12. num. 19. & de reuerentiali cum mala tractatione, Bordon. supra resolut. 38. num. 87. vers. mala autem, & de motu reuerentiali Abbatis, Rodriguez quæst. regul. tom. 3. quæst. 17. artic. 18. & reuerentiali pedagogi iam officio functi in puero 15. annorum satis nosanter Reuerend. Vgentin. cumulatissimè pro more lib. 1. vot. 1. à num. 41. ad 48. vbi per tot. in casu fortiori matrimonij cardinalis, nam in Spirituali minorem iusto metum sufficere docuit Reuer. P. Diana part. 3. tract. 2. de dub. regul. resol. 92. ex declaratione S. Congregationis, & Rota multis congestis, vt solet Pont. de matrim. lib. 4. cap. 11. num. 15. & 16. qui meminit Rota decisionem, alij per Sperell. decis. 79. n. 28. referendo S. Congregationem, Rotam, & etiam per Ciardin. d. cap. 108. num. 33. latè disputat Cabrer. de metu ex S. Congregatione, & Rota, & multis aliis lib. 2. cap. 10. n. 49. viden. à n. 43. vbi post longam enumerationem contrariorum n. 50. respondet ad cap. fin. qui Cleric. vel vouentes n. 52. distinguendo inter matrimonium carnale, & spirituale.

Sed quia multi contrarium defendunt, de quibus Sanchez & plurimi relati ab Ognate de contract. tom. 1. disp. 3. sect. 14. n. 247. & à Sperell. d. decis. 79. à n. 60. Reuerendiss. Vgentin. voto 17. num. 128. lib. 2. Ventura tot metus imagines, tot minæ, tot malæ tractationes fuerunt incussæ, vt non puerum 16. annorum in quo minor metus sufficit, Vgentin. d. vot. 1. num. 22. lib. 1. d. voto 17. numer. 203. lib. 2. & latè ab Onate supra numer. 212. Ciardin. d. cap. 108. numero 31. vbi de puero 16. annorum, vt erat Ventura Bordon. dicta resol. 38. numero 87. vers. mensurandum. Eligius Bassens, vbi supra d. verbo

*metu num. 3. Vecch. num. etiam 3. Sperell. num. 6. sed vi-
rum constantissimum possent mouere.*

Et saltem si per se singula non fuissent vt sunt suf-
ficiençissima sufficerent simul iuncta *Sperell. decis. 5. n.
87. & d. dec. 79. n. 80. & de metu leui cum interruptione
Nonisatus considerauit Rota decis. 175. num. 5. part. 1.
recen.*

Et ita &c.

DECISIO
SACRAE ROTAE ROMANAE
coram R. P. D. Corrado.

In Causa Ianuen. Priuilegiorum.

Luna 28. Iunij 1649.

Commisssa mihi causa appellationis interpositae ad
Sanctissimum D. N. pro parte RR. PP. Con-
gregationis sancti Philippi Neri Ciuitatis Ianuen à
sententia Rotali, qua fuit declaratum illis non li-
cuiffe, neque licere Ecclesiam, Domum, seu Con-
uentum aedificare, vel recipere, neque habitare, aut
residere in Ecclesia sancti Pancratij, vel alio loco in-
fra spatium centum quadraginta cannarum ab Ecclesia
Sancti Siri, seu Conuentu RR. PP. Theatinorum di-
stanti iuxta Summorum Pontificum Constitutiones.
Hodie dubitau; An illa sit confirmanda, & Domini
re denuò exactè discussa responderunt affirma-
tiuè.

Quia nititur expressis verbis Bullae san. mem. Sixti
Quarti priuilegium hoc concedentis RR. PP. Car-
melitis sub Dat. 4. Kal. Decembris 1476. vt in ea le-
gitur penes *Roderic. in Collect. Priuilegior. Regular. fol.
mibi 209. sub num. 79. & P. Lezan. in summa qq. Regul.
tom. 5. part. 2. fol. mibi 519. sub eod. n. 79. ibi, Et vt qui-
si eorumdem Fratrum dicti Ordinis ulterius consulatur
Constitutionem felic. rec. Clem. Papa Quinti etiam pra-
decessoris nostri super Domibus professorum Mendican-
tium propè Domos aliorum Ordinum Mendicantium
professorum infra spatium centum quadraginta canna-
rum de nouo non recipiendis. Ad omnes alios Religiosos
aliorum Ordinum tam Mendicantium, quam non Men-
dicantium vtriusque sexus, & quascunque alias Eccl-
siasticas personas propè Domos Fratrum dicti Ordinis
de Monte Carmelo nouas Ecclesias, & Loca construere,
vel alias de nouo recipere, & habere volentes extendi-
mus. Ita vt nulli eorum infra predictum spatium cen-
tum quadraginta cannarum etiam per aërem mensuran-
darum, ubi alias commodè per terram mensurari non
possent, aedificare de nouo, seu construere, aut inhabitare
iuxta Loca predictorum Fratrum de Monte Carmeli
presumant. Si quis vero cuiusvis conditionis, status, aut
dignitatis fuerit, qui contra predicti Clementis praedecef-
soris Constitutionem, & nostram ampliatione venire, aut
agere presumpserint tam ipsi, quam auxilium, vel fauo-
rem prestantes ipso facto sententiam excommunicationis
incurrant, quam ferimus in his scriptis, & nihilominus
cuncta, & singula ab eis facta pro infectis habeantur, &c.
Additis in fine clausula sublata, &c. & Decreto irri-
tanti, &c. & amplis derogationibus.*

Idem referunt, *Hieronym. Sorb. in Compend. Priui-
leg. Regular. in verb. aedificare. sub num. 19. vers. idem
Sixtus fol. mibi 314. ac ipse iterum Roderic. qq. Regu-
lar. tom. 2. quest. 59. art. 5. vers. quo priuilegio. Lud. Mi-
rand. in manual. Pralat. tom. 1. q. 33. art. 4. in tertia con-
clusionone, Barbos. da vniuers. iur. Eccles. lib. 2. cap. 12.
sub num. 76. vers. pro Fratribus, &c. & alij.*

Quod quidem fuit deinde communicatum, ac
principaliter concessum eidem PP. Theatinis tam à
Clem. VIII. in Constitutione incip. Dudum pro
parte vestra. Dat. 3. Martij 1533. in ordine 38. §. 12,
Ac insuper vobis. Bullar. par. 1. ac Pium V. in eiu,
Constitutione. incip. Ad immacescibilem. Dat. se-
primo Idus Februarij 1567. in ord. 31. in §. 14. Ipsi-
que. & §. 15. Bullar. part. 2. & sanct. memor. Gre-
gor XIX. in eius Breui Dat. 5. Aprilis 1591. ibi, *Et
insuper volentes predictam Congregationem pro singu-
lari quo eam ob eminentia merita, charitatis affectu
complectimur amplioribus fauoribus, & gratiis, vt par
est, cumulare, & exornare, eisdem Congregationi, &
Clericis, vt vltra priuilegia, & alia sibi concessa pra-
dicta, omnibus, & singulis aliis Priuilegiis, exemptio-
nibus, facultatibus, Indulgiis, Indulgentiis, & peccato-
rum remissionibus, & relaxationibus, ceterisque gra-
tiis, tam spiritualibus, quam temporalibus quibusuis
Religionibus, Congregationibus, & Ordinibus. quo-
cunque nomine nuncupentur etiam Mendicantium, ac
tam virorum, quam mulierum, eorumque Monasteriis,
Domibus, & aliis Piiis locis per quoscunque Romanos
Pontifices praedecessores nostros, ac Nos, dictamque Se-
dem haecenus quomodolibet concessis, & imposturum
concedendis, ac quibus illorum vtriusque sexus persona
de iure, vel consuetudine, aut ex priuilegio, vel alias
quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac visi,
posiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in
futurum in his, qua eorum Regularibus Institutis non
aduersentur dumtaxat, non solum ad eorum instar, sed
aque principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per
omnia, perinde ac si eisdem Congregationi, & Clericis
specialiter, & expresse concessa forent visi, posiri, &
gaudere libere, & licitè valoant perpetuò concedimus,
& indulgemus, illaque eis communicamus, & concedi-
mus, & ad eos extendimus. Decernentes praesentes lit-
teras, & in eis contenta quacunque etiam ex eo, quod
interesse habentes ad hoc vocati non fuerint, nec eisdem
praemissis consenserint, nec ex quibuscunque aliis cau-
sis quantumuis legitimis, & iuridicis de subreptionis,
aut nullitatis vitio, seu inentionis nostra, vel quopiam
alio defectu notari, impugnari, retractari &c. non
posse &c. sublata &c. ac irritum &c. & prout latius
constat ex eodem Breui, cuius vigore quacunque
Priuilegia ceteris Religionibus concessa, & conce-
denda effecta sunt propria dd. PP. perinde ac si fuif-
sent ipsis nominatim concessa, independenter ab aliis
l. omnia, & ibi notat. C. de Episcop. & Cler. Oldrad.
consil. 300. sub num. 8. vers. & praesertim. cum aliis re-
latis per Horat. Mandos. in eius Tractat. de priuileg.
ad instar quest. 4. per tot. Rot. penes Crescent. decis. 9.
sub num. 5. vers. secundo quia, & in fin. de priuileg. &
latius decis. 30. num. 2. vers. qua communicatio part. 4.
tom. 2. recent. & pro eisdem PP. fuit aliàs dictum in
Licien quarta fiveral. 15. Ianuarij 1618. coram bon.
mem. Coccin. in princ. vers. in casu autem de quo agitur.
& in Rauennaten. iur. sepultur. 18. Februarij 1618. co-
ram eod. in princip. vers. priuilegia suffragantur etiam
predictis Clericis Regularibus. Quare omnino sunt
obseruanda, nec ab eorum tenore recedi potest, cap.
porro. vbi gloss. fin. & cap. seq. de priuileg. Ros. penes
Card. Mantie. decis. 320. num. 1. vers. nam tenor pri-
uilegij. ac in recent. decis. 226. num. 24. vers. quod cum
fuerit par. 7. cum aliis relatis per modern. Roman. dif-
cept. 947. num. 28. vers. cuius tenor.*

Nec aduersantur Decisiones in Toletan. Reaificat.
Capella 24. Februarij 1592. coram bon. mem. Cardin.
Mantie. decis. 163. & in Ianuen. domorum 15. May
1615. coram bon. mem. Manzaned. in recent. decis. 676.
part. 1.

Quia

Quia in illa Toletan. fuerat probatum Ecclesiam Sancti Ioseph, cuius Patroni, & Capellani in ea existentes nouam inceperant ædificare Capellam, fuisse constructam ante Monasterium PP. Discalceatorum, vt in ea legitur *sub num. 3. vers. imo probatur, &c.* In casu autem proposito constat Ecclesiam Sancti Siri antiquissimo tempore ædificatam, de qua mentionem facit *Sanctus Gregor. Dialogor. lib. 4. cap. 53.* Eandem apud MM. Cassinenses prius existentem fuisse deinde concessam PP. Theatinis anno 1575. ex publicis Instrumentis in processu productis. Et ab eis restauratam, vt attestatur *Card. Baron. in Notat. ad Martyrolog. in Lect. diei 29. Iunij SS. Apostolis Petro, & Paulo sacri in verb. Sancti Siri Episcopi fol. mihi 363.* Et in ea recentiori Sancti Pancratij PP. Congregationis longè postea receptos, & introductos anno scilicet 1644. proindeque illis inuitabiliter obstat dispositio relatæ Constitutionis Apostolicæ prohibentis non solum Ecclesias, Domos, ac Monasteria de nouo ædificari, sed iam ædificata etiam de nouo recipi, ac habitari infra spatium dd. centum quadraginta annorum, vt apparet ex eius lectura, & tradunt DD. supra citati. In illa vero Ianuen. discussus tantummodo, atque decisus fuit articulus. An RR. PP. Societatis IESV tenerentur vendere nonnullas Domos, & situs pro ampliacione dicti Monasterij Sancti Siri ex Priuilegio iure communi inducto Ecclesiæ, ac Religionis fauore per *l. si quis sepulchrum ff. de Religios. & sumpt. funer. vi patet ex dicta decis. 676. part. 1. recent.* vbi quoad hæc ipsa particulari. priuilegia, de quibus modo agitur eisdem PP. Theatinis competentia expressè fuit reseruata cognitio *num. 11. vers. qua tamen, &c.*

Minus releuat, quod sub eiusmodi generalibus Priuilegiorum communicationibus illa comprehendi non soleant, quæ sunt aliis præiudicialia.

Quia non procedit obiectio, quando constat de voluntate Summi Pontificis intendentis omnia indistinctè complecti, vel ex amplitudine verborum, vel ex aliquorum præiudicialium expressione, vel ex clausulis adiectis. Quæ omnia concurrunt in proposito casu, in quo prædictum Indultum non solum per viam communicationis, sed principalis concessionis in omnibus, & per omnia pariformis cæteris præcedentibus aliarum Religionum amplissimis verbis conceptum fuit, expressis etiam specialiter immutabilibus, & exemptionibus, quæ sui natura solent esse aliis præiudicialia, necnon additis clausulis abrogantibus defectum citationis, atque consensus omnium interesse habentium, ac etiam subreptionis, & obreptionis, & intentionis ipsius concedentis oppositionem. Ex quorum sanè amplitudine satis probatur deliberata, & enixa Pontificis voluntas impartienti huic Religioni quæcumque, & qualiacumque priuilegia etiam si tertiis præiudicialia cæteris Religionibus antea concessa, & imposterum concedenda, licet alias sub generalibus simplicibus verbis non fuissent comprehensa, vt benè comprobatur *Horat. Mandos. in dicto tractat. de priuileg. ad instar d. 9. 4. sub num. 7. vers. qua omnia cum seq. & fuit resolutum in Bonon. exemptio. 25. May 1618. coram bon. mem. Cardin. Verospiò in recent. decis. 30. per rot. par. 4. tom. 2. & in Meliten. collectar. 7. May 1627. coram bon. me. Card. Vbald. decis. 61. num. 4. vers. & quidem &c. ac seq. par. 5. earund.* Et in his terminis quod sub eiusmodi generali communicatione comprehendatur d. Priuilegium, de quo nunc agitur tradunt *Io. Baptist. Confelt. in summa priuileg. Ordin. Mendicant. tit. 58. cap. 1. fol. mihi 363. Roderic. qq. Regular. tom. 2. d. 9. 50. artic. 5. vers. quo priuilegio &c. Mirand. q. 33. art. 4. in conclusione secunda. in fin. vers. quo priuilegia.*

Laurens. de Portel. in dub. Regular. par. 1. in verb. communicatio priuilegiorum sub num. 9. vers. si una Religio & alij passim.

Præterea non consistit, quod dd. Priuilegia fuerint moderata, ac reformata per Constitutionem san. me. Clem. VII I. incip. Quoniam ad institutam. Dat. 23. Iulij 1603. inter impressas eiusdem Pontificis in ord. 99. Bullar. par. 3. confirmata per san. me. Gregor. XV. in Constitutione 31. incip. Cum alias 17. Aprilis 1622. & per san. mem. Urban. VIII. Const. 25. Romanus Pontifex 28. Augusti 1624. Bullar. part. 4.

Quoniam est aduertendum duplicem in hæc materia vigere prohibitionem. Alteram, scilicet generalem Sacrorum Canonum, & Conciliorum, qua vetitum est nouas Ecclesias, seu Monasteria in quibusuis Ciuitatibus, vel locis ædificari, erigi, ac introduci cum præiudicio iurium aliorum ibidem iam existentium, vt habetur *in cap. quicumque 16. q. 1. cap. 2. vbi gloss. in verb. veteribus. de Eccles. edificand. cap. 1. de excess. Pralat. in 6. S. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin. vers. nec de cætero, Guid. Pap. decis. 360. Rot. penes Cardin. Seraph. decis. 847. sub num. 2. vers. nam tam ex forma rescripti, quam ex dispositione iuris communis.* Et de hac disponunt præfatæ san. mem. Clem. Gregor. & Urban. Constitutiones, quibus præscribitur forma in præmissis seruanda, ac numerus quidam Religiosorum in singulis Monasteriis erigendis alendorum definitur, vt patet ex earum lectura, & in eisdem terminis loquitur *Rot. decis. 5. par. 2. recent.* quæ emanauit in causa vertente non inter duas Religiones, sed inter PP. Sancti Augustini Discalceatos, & Capitulum Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari Cæsaraugustanæ Ciuitatis, vt patet ex positione.

Alteram verò specialem ex peculiaribus singulorum Ordinum, & Religionum Indultis, & Priuilegiis, quibus per Summos Pontifices prohibitum fuit personis Ecclesiasticis ac Religiosis in Ciuitates, ac loca quæcumque denuò introductis, atque receptis Ecclesiis, Conuentus, ac Monasteria ædificare siue iam ædificata recipere, habere, & habitare infra certa præscripta spatia ab aliis ibidem iam erectis, ac institutis distantia. Quæ sicut non ex ea ratione (vt quidam asseuerant) sed ex alia diuersa, & particulari processit, nempe ad euitandas æmulationes, iurgia, dissensiones, & scandala quæ oriri possunt ex eorum vicinitate, vt apparet ex relatis verbis Bullæ san. me. Sixti Quarti, & aliorum Summorum Pontificum, & explicat *S. Bonanentur. in Libello Apologetico quest. 7. vers. Cum potius deberetis diligere tom. 2. Opusculor. fol. mihi 430.* ac pro ipsis PP. Theatinis respondit *Rot. in Ianuen. domorum 20. Decemb. 1610. coram bon. mem. Manzaned. in recent. d. decis. 87. sub num. 5. vers. qua autem deducebantur p. 4.* Ita sub generalibus illis Constitutionibus san. mem. Clem. Gregor. & Urban. fauore earundem Religionum ob aliam causam emanatis non comprehenduntur, nec ab eis reuocantur, sed in eorum robore permanent, quippè diuersam continent, non autem contrariam, nec repugnantem dispositionem, cum inuicem non aduersentur, sed benè conueniant, quod Religiones, & personæ Ecclesiasticæ, sequata forma dd. Constitutionum admittantur, & recipiantur in Ciuitatibus. Attamen non ædificent, neque constituent Ecclesias, Conuentus, neque habitationes eorum in locis alteri Religioni vicinis infra dictum spatium *cap. veniens ibique gloss. in verb. nullam. de præscr. cap. si propriæ. de reseru. lib. 6. l. hac saluberrima. vers. in tamen. ibiq. gloss. in verb. conuertere. C. de draposis. agent. in rebus lib. 12. Horat. Mandos. de priuileg. ad instar. gloss. 8. à num. 6. vers. secundo quia & seqq. Rot. penes Pat. decis. 83. num. 1. vers. & fuit decisum ac seq. lib. 3. Verat.*

Verbal. decis. 380. numero 1. part. 2. & in recent. decis. 29. numer. 33. vers. & cum secundum privilegium. part. 7. & in hac specie sentit Rot. d. decis. 87. sub numer. 5. part. 4. recent. & P. Lezan. in eius summa part. 4. in verb. Monasteria Regularium sub num. 20. vers. notandum secundo. & part. 5. tom. 2. circa §. 25. fol. 699. sub numer. 227. vers. secundum vero, &c. dicens in hac Vrbe experientia didicisse, quod quando Religiosi reclamant huiusmodi privilegiorum obsequantiam petentes à Sede Apostolica audiuntur.

Postremò non obstat quod dd. privilegia non sint vltu recepta.

Primò quia contraria vrget iuris præsumptio præsertim fauore illorum quibus concessa fuerunt, ideoque neganti incumbit onus probandi legitime, & concludenter *cap. accedenibus. de priuil. & respondit Rot. penes Crescent. decis. 4. numero 2. vers. unde Domini voluerunt. de priuileg. & decis. 67. numer. 3. vers. neque obstat & seqq. part. 2. diuers. Card. Caualer. decis. 423. numer. 1. vers. neque videbatur, & in recent. decis. 197. sub numero 5. vers. & cum vsus. & decis. 213. sub numer. 1. vers. quæ Constitutiones part. 1. & decis. 572. numer. 16. vers. obseruantia allegata &c. & seq. part. 4. tom. 3.* Id enim non satis probatur ex litteris, atque Decretis exhibitis pro PP. d. Congregationis. Nam quædam loquuntur de cannis tercentis, quæ ab eodem sanct. memor. Clement. IV. in alia eius Constitutione relata per *Ioan. Baptist. Confess. in Collectan. litterar. Apostolic. Mendicant. fol. 12. Const. 3.* & ab aliis deinde Summis Pontificibus fuerunt reducæ ad cannas centum quadraginta. Aliæ de sola mutatione situs Monasterij antiquitus in eodem solo constructi ab ipsismet Religiosis iam dudum in eo degentibus ob necessariam causam fienda, quia sub eiusmodi prohibitione non comprehenditur, vt probat *Mirand. in manual. prelat. tom. 1. d. quæst. 33. artic. 5. conclus. 2. Suarez. & alij relati per Barbof. d. cap. 12. sub numer. 78. vers. sicut etiam.* Aliæ verò in particularibus casibus, in quibus peculiare vigebant rationes, nec constat de hac distantia actum fuisse, Et propterea ex illis ad casum propositum congrua fieri non potest illatio *iuxta reg. l. Papinianus 21. ff. de minor. l. si maritus. la prima in fin. ubi gloss. in verb. separata sit inter vir. & uxor. Castr. in cons. 97. ne impropris utamur uocabulis. sub numer. 3. vers. nec obstat &c. part. 2. Rot. penes Cardin. Seraphin. decis. 892. numero 4. vers. & ideo est decis. 349. sub num. 1. vers. quia termini istarum decisionum part. 4. diuers. & penes san. memor. Gregor. 470. sub num. 9. vers. ex quo dicebant Domini.*

Secundò quia ob solam patientiam, & tolerantiam Regularium, vel aliquorum ex eis non fuerunt amissa huiusmodi privilegia validissimis clausulis, ac decretis irritantibus roborata, quæ ex Principis intentione omnia contra eorum tenorem per inferiores acta ita inficiunt, & quouis iuris effectu prorsus destituunt, ac si gesta non fuissent. Ideoque non vsus, vel contrarius vsus suffragari non potest *Archiep. in cap. cum de beneficio. sub numer. 2. vers. sed rone. de prebend. in 6. Felin. in cap. cum accessissent. sub numer. 30. vers. quarto limita &c. de Constit. Rot. decis. 3. de priuileg. antiq. & penes Crescent. dict. decis. 4. numer. 4. vers. & in hoc, & seqq. usque ad fin. od. tit. & decis. 240. numer. 5. vers. & cum illud privilegium. ac seqq. part. 4. diuers. Cardin. Caualer. decis. 423. numer. 2. vers. respondebatur insuper & seqq. Anton. Diana Pars I X.*

*Burrat. decis. 704. numer. 10. vers. tertio quia, &c. Horat. Mandos. de priuileg. ad instar. gloss. 15. sub numer. 32. vers. nono fallit, &c. Ioan. Baptist. Confess. in summa priuil. Mendicant. tit. 3. cap. 3. fol. mihi 292. idemque in specie comprobatur reiectis contrariis, Campanil. in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. sub numer. 81. vers. Sorbus autem &c. & P. Lezan. in loco supra citas. Eoque magis hoc procedit stante mutua generali communicatione privilegiorum inter ipsos Regulares per Summos Pontifices facta, ob quam gaudent concessis à Nicolao IV. sanct. memor. PP. Carthusiensibus. & ab Eugenio. IV. sanct. memor. PP. Cassinensibus, qui ab eiusmodi præiudiciis præservantur, vt apparet ex Bullis relatis per *Roderic. in dict. Collectan. Bullar. sub eodem Eugen. Bulla 9. numer. 19. vers. Adicientes. fol. 86. & Bulla 11. numer. 10. vers. Adicientes. fol. 90. & P. Lezan. in eius summa part. 4. in verb. privilegia Regularium. sub numer. 17. vers. notanda etiam fol. mihi 488.**

Tertio quia, quicquid sit de aliis Religionibus; certum est quod obiectio ex facto tollitur quoad PP. Theatinos, nam hi quoties casus euenit huiusmodi privilegio tam in iudicio, quàm extra vsu fuerunt, & specialiter in ipsa Ciuitate Ianuæ cum RR. PP. Iesuitis, vt apparet ex *decis. 676. numer. 11. vers. quia tamen. part. 1. & dict. decis. 87. part. 4. recent.* ac iterum cum eisdem in Ciuitate Messanæ anno 1542. vt patet ex litteris S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, & cum RR. PP. Præmonstratensibus hic in Vrbe. Ac denum cum Presbyteris secularibus S. Caroli Borromæi in Ciuitate Neapolis, vt apparet ex Decreto eiusdem Sacrae Congregationis sub die 16. Februarij 1643. relato etiam à *P. Lezan. in loco citas. sub dicto numer. 20. vers. unde cum Neapoli.* Ita quod licet quoad alios non essent in vsu, tamen quoad ipsos seruari debent, quibus propria diligentia prodelle, aliorum autem incuria nocere non debet, *Abb. in cap. cum accessissent. sub numero 8. ad fin. vers. dic ubi privilegium. de Constit. Rot. penes Cardinal. Seraph. decis. 951. numer. 1. vers. privilegium. ac seqq. & dict. decis. 240. numer. 6. vers. hoc autem. part. 4. diuers. Burrat. decis. 704. numero 9. vers. secundo quia. Ioan. Baptist. Confess. dict. cap. 3. sub princip. Ant. Cordub. in Addit. ad Sorb. in compend. priuileg. Regular. in verb. communicatio privilegiorum in verb. tandem. fol. mihi 198. Roderic. qq. Regular. tom. 1. quæst. 8. art. 5. & quæst. 55. art. 19. Mirand. in manual. Prelat. tom. 2. quæst. 47. art. 8. Portel. in dub. Regular. dict. verb. communicatio privilegiorum, sub numero 11. vers. quamuis una Religio. & in verb. privilegij communicatio. sub numero 22. vers. quando una Religio. Quod fortius etiam procedit attendente confirmatione, & noua concessione eorundem omnium privilegiorum ad ipsorum fauorem emanata à sanct. memor. Gregor. XV. Motu proprio, ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine per aliud Breue Dat. 16. Octobris 1621. cuius vigore præcedentia reuiuiscunt, & in pristinum statum reducunt à quibusuis antea actis præiudiciis vindicata *Ioan. Baptist. Confess. dict. cap. 3. in fin. vers. quæ quidem innovationes. fol. 293. Roderic. qq. Regular. tom. 1. quæst. 8. art. 4. col. 2. vers. imò talia confirmatio. Suarez, de legib. lib. 8. cap. 19. sub num. 1. vers. quia confirmatio ex certa scientia &c. & cap. 20. sub numero 8. vers. secundo dicendum est &c. ac seq.**

Postremò huiusmodi non vsus eo minus allegari

422 Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ.

gari debet pro parte PP. dict. Congregationis, qui, siue eiusdem Instituti Confratres in dicta Ciuitate Neapolis superioribus annis à sanct. mem. Urbano Octauo similem prohibitionem obtinuerunt, vt apparet ex Breue Dat. die 17. Maij 1631. producto in Registro Rotali fol. 297. & seqq. Itaque iustitiæ, & æquitati consonum est, vt eodem ipsimet iure æquo animo vtantur erga se ipsos quod in alios exercuerunt, *iuxta illud Tob. cap. 4. ibi, quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias; ac in Euang. S. Matthei cap. 7. in princip. & S. Luca cap. 6. post med & in cap. dilecti. ubi gloss. in verb. nolles de maior. & obed. ac in l. 1. ff. quod quisque iur. cum concord. relatis per Tiraquel. de retract.*

lignag. §. 1. gloss. 13. sub num. 6. vers. pratorca. cum seq.

Cum igitur ex prædictis, & aliis doctè, ac plenè adductis in duabus præcedentibus decisionibus coram R. P. D. mco Royas sub diebus 14. Iunij 1647. & 24. Ianuarij 1648. appareat iustitia sententiæ Rotalis, cuius validitas ex ipso processu iustificatur, in quo fuerunt seruata seruanda *iuxta decis. Verall. 262. par. 2.* Iure merito fuit per Dominos conclusum illam esse confirmandam *ad text. in cap. ea que ubi gloss. & DD. de senten. & re iudic.*

Et ita Decisum informantibus tantum RR. PP. Theatinis. Alia verò parte sæpè sæpius citata, &c.



I N D E X



INDEX RERVM NOTABILIVM.

PRIMVS NVMERVS TRACTATVM INDICAT,
Secundus Resolutionem, Tertius paginam.

A

Abbas.



BATES, & alij Prælati inferiores non possunt sibi erigere Oratorium in domo pro Missa celebranda. 1.48.32

Abiurare.

Abiurare an debeat Christianus fingens se infidelem, & faciens se baptizare propter luctum? 8. 45. in fine 249.

Absoluere à censuris.

Vide *Episcopus & Prælatus.*

Absoluere à Censura Can. si quis suadente, quis possit? 4. 47. 96. An Regulares subditos suos, &c. Vide *Prælatus*. Si percussio sit enormis regulariter pertinet ad Papam, sed in necessitate absoluit Episcopus. Vide *Episcopus*. An id procedat in omnibus papalibus? 7. 9. 167. Et an in defectu Episcopi possit etiam Parochus. 7. 10. in fine 169. Et sub quo onere 6.36.146.

Absoluere à Reservatis.

à reservatis Papæ in necessitate an absoluat Parochus? 7.10. 195. Et Confessarius Regularis? 9. 61. 231. Et à Reservatis Episcopo quilibet confessarius eum obligatione comparandi? 7.11.169. Extra necessitatem an Pœnitentiarius ex vi sui muneris? 8. 11. & 12. 219. & 220. Et an tempore pestis cesset omnis reservatio? 7.12.170.

Absolutio.

Absolutio à peccatis data à simplici Sacerdote petenti bona fide, an sit valida? 9.29.299.

Absolutio à Censuris an dari possit absenti? & extra confessionem? 7. 9. §. *Nota tamen* 167. An moribundo sensibus destituto? 7.13. 171. Et vtrum à Laico? ibid.

Ac.

Ac particula quando coniunctiue, quando disunctiue sumatur? 1. 2.1.

Adoptio, vide *Impedimenta*.
Anton. Diana Pars IX.

Aduocatus.

Aduocatus an patrocinari possit opinioni minus probabili, & an explicare debeat Clienti probabilitatem suæ causæ.8.62.264.

Alienare.

Alienare an possit patrimonium Clericus, postquam beneficium, vel aliàs sufficientem victum acquisiuit. 8.23. 229. Et an si aliunde non habeat, talis alienatio teneat. ibid. §. *sed hic*.

Alloqui Moniales, vide *Moniales*.

Altare priuilegiatum.

Altare priuilegiatum quid sit.2.1.29. Clausula in eius diplomate, quod septem Sacerdotes continuè celebrent in illa Ecclesia, quomodo intelligenda.2.9. 36. Et quomodo clausula negatiua similis priuilegij.2. 10.36. Et durationis ad septennium. 2.11.37. Et ne aliquid detur, vel accipiatur sub pœna nullitatis.2.28.46.

Altaris priuilegiati Indulgentia, an applicari possit viuis.2.18.41. Aut defunctis Catechumenis 2.27.45.

Altaria priuilegiata Regularium non communicantur. 2.21. 42. Non suspenditur per Bullam Cruciatæ. 2.22.43. Nec per Iubilæum anni Sancti 2.23.43.

Anima Purgatorij.

Animæ purgatorij adiuuantur Indulgentiis, & quomodo. 2.1. 29. Quid illis plus profit, Indulgentia Altaris priuilegiati, an Cruciatæ. 2. 26. 45. Missæ simul dictæ, an successiue, & per hebdomadas.2. 27. §. *Dico* 2.45.

Animabus Catechumenorum, an applicari possit Indulgentia Altaris priuilegiati.2.27.45.

Appellatio.

clausula *Appellatione remota*, an omnem Appellationem excludat.7.28.179.

Appellans ad Concilium præfens, non incurrit Censuram Bullæ Cœnæ. Vide *Bulla Cœnæ*.

Archiepiscopus.

Archiepiscopus an possit abrogare legem Concilij Prouincialis.6.40.149.

Index Rerum notabilium.

B

Baptismus.

- B**aptismus quando recipi debeat ab Adultis? 6.2.119
Et conferri infantibus Christianorum? 6.1.118
ad Baptismum an cogi possit Adultus filius Christianorum, qui in Infantia non fuisset baptizatus, nec umquam se gessisset pro Christiano? 6.2. §. *Secundum dubium.* 119. Et quid si esset Cæcus, Surdus, & Mutus? *ibid.* §. *Sed pro coronide.* Et quid de Monstris? 6.30. in fine 141.
Baptizari an debeat Infans expositus cum schedula? 6.35.145.
an sit validus Baptismus collatus à duobus, *Nos te Baptizamus* &c. 6.31.142.
an sit mortale, baptizare sine necessitate aqua non benedicta? 6.33.144. Et baptizare plures simul? 6.30.141. Et quid si in tali casu minister reperiretur in mortali? *ibid.* §. *Sed hanc.*
Baptizare an liceat domi? 6.37.147.

Bellum.

- Bellum an licitum, quando Ius est utrinque probabile, ante sententiam Iudicis? 8.69.276. Et quid si alter possideat? *ibid.* §. *Vide etiam.* 277.
in Bello iniusto, vel dubio, an possit subditus militare? 8.63.266. & amicus auxilium ferre? *ibid.* §. *Verum.* 308.
in Bello post partam victoriam an occidi possint clerici partis inimicæ? 9.9.284.

Beneficiarius.

- Beneficiarius an teneatur ad recitandas Horas per se? 9.22.292. Etiam si Beneficij fructus non percipiat? *ibi.* §. *Nota hic.* Et quid si id esset ad tempus? *ibid.* §. *Nota quarto.* Et an habens plura Beneficia teneatur ad plura diuina officia? 9.10.284. & 22. §. *Nota secundo* 293.
an Beneficiarius omittens Horas, satisfaciat Eleemosynis iam datis absque hoc intuitu? 9.23.294. Aut recitando die sequenti? 9.24.294. Vel alias preces? *ibid.* §. *Sed alia.* Et quid si omittat modicum? *ibid.* in fine.

Beneficium.

- Beneficium Principis latissimè interpretandum. 1.1.1. & 2.10.36. ubi, an id extendi debeat ad Indulgentias.

Beneficium Ecclesiasticum.

- an conferri debeat digniori? Et tales nominari Regibus à suis ministris? 7.7.166. Et an obtineri possit animo illud renunciandi? 7.52.195. Ab ordinando pacificè possideri debet. 8.25. §. *Notandum primo:* 231.
Beneficium Ecclesiasticum resignans cum intentione, ut Resignatarius iterum resignet suo nepoti, committit Simoniam. 9.18.290. An si cum conditione, ut solvatur sibi pensio, sit Simonia confidentialis? 9.17.289.
sensus Bullarum Pij IV. & Pij V. contra resignationes Beneficiorum cum accessu, regressu, &c. 9.18. §. *Sed quia.* 291.
regula Cancellariæ de possessione triennali an faueat in conscientia? 9.67.337. An incapaci? *ibid.* §. *Quero secundo.* An possessori malæ fidei? *ibid.* §. *Quero tertio.* An obtinenti per Simoniam alterius?

ibid. §. *Quero quarto.* Et quid si triennium paucioris prætergressum sit? *ibid.* §. *Quero quinto.*

Bulla Cœnæ.

- in Bulla Cœnæ excommunicantur appellantes ad futurum Concilium à Papa, etiam tanquam à Principe temporali. 7.66. *sed maior.* 205. An etiam consulentes appellare? *ibid.* §. *Verum verò.* Aut approbantes appellationem post factum? *ibid.* in fine. Et an appellantes ad Concilium præsens? *ibid.* ab initio.
excommunicantur falsificantes litteras Apostolicas per se. Falsificantes per alios? Fautores, & defensores falsariorum non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, sed aliam non reservatam. 7.15. in fine. 172. An incurrat utens falsificatis sine sua opera? *ibid.* §. *Sed pone.* Vel falsificans mentem Pontificis? *ibid.* initio.
in Bulla Cœnæ an excommunicentur deferentes pecunias, merces, & victualia infidelibus? 7.16.272. an vendentes eis Arma in terris Christianorum? *ibid.* §. *Quero secundo.* An reuelantes secretum Christianæ Reip. fideli relato infidelibus? *ibid.* §. *Ad quid.* Aut scienter ferentes infidelibus litteras, sectata huiusmodi continentes. *ibid.* §. *sed hic obiter.*
an excommunicentur Piratæ cursitantes in quocumque mari? 7.73.210. An accipientes bona Naufragorum per furtum, aut donationem ab alio? 8.36.240. & quid si naufragium faciant Piratæ? Quid de dantibus auxilium, & consilium surripientibus? Et aliis casibus? *ibid.*
an excommunicentur Princeps impediens victualia deferri ad Romanam Curiam, in casu dubij an id possit? 7.7.166.

Bulla Cruciatæ.

Vide Oratorium.

- Bulla Cruciatæ an faueat Regnicolis alibi existentibus citra priuilegium lactiniorum, si sumant per alios? 6.10.128. Et Regularibus quoad electionem Confessarij citra reservatam? *ibid.* §. *Notandum.*
cum Bulla Cruciatæ satisfacit quis præcepto Missæ in oratorio priuato. 1.4.3. An etiam in festis solemnioribus? 1.14.9. Et in die Paschæ? 1.25.14.
virtute Bullæ an Sacerdos secularis possit ministrare Eucharistiam in oratorio priuato? 1.9.6. Et fidelis satisfacere præcepto Communionis paschalis saltem concedente Parocho, vel iniuste, negantè? 1.25.14.
virtute Cruciatæ non potest quis habere in domo priuatum oratorium. ubi & explicantur verba Bullæ 1.23.13.
Nec talem facultatem dare potest Commissarius. 1.24.14.
ex priuilegio Bullæ an absolui possit percutiens Clericum etiam enormiter? 4.57.100.
Bulla Cruciatæ non suspendit Altaria priuilegiata. 1.21.42.

C

Cambium.

- C**ambium an licitum, quando responsor Camporis cum eiusdem pecunia extinguit primum Cambium? 8.67.273.

Capellanus.

- obligatus ex immemorabili tempore celebrare, tenetur applicare sacrificium pro anima fundatoris. 8.68.

Index Rerum notabilium.

In fine 175. An paucos fructus recipiens ultra Eleemosynas Missarum, teneatur ex hoc capite ad Horas Canonicas? 7.8.167. Obligatus ad celebrandum in tali Altari, an debeat celebrare per se? 2.14.39. Et celebrans in alio Altari, teneatur ad compensationem, præsertim si illud erat privilegiatum? 2.15.39.

Cardinalis.

Vide *Patrinus*.

Cardinalis reuelans ea, quæ tractantur in Consistorio, an incurrat censuram? Et quid si reuelent alij quomodocumque audientes? 8.41.244.
Cardinalis an possit eligi in Generalem alicuius ordinis, quem non est professus? 9.62.332.

Caro.

Carnes comedens in Ieiunio ex voto, aut pœnitentia, an peccet toties quoties? 8.5.26. Dispensatus ad carnes ob salubritatem an teneatur ad Ieiunium? 6.11.128. Et an possit comedere simul pisces? *ibid.* §. *Sed obiter*.

Carnes comedens in Ieiunio an committat duo peccata? 6.11. §. *Sed Nota* 128. Et an si comedat inaduerter, teneatur ad Ieiunium? 6.28.141.

Censura.

Vide *Absoluere*, *Absolutio*, *Bulla Cœnz*, *Excommunicatio*, *Incendium*.

Circumstantia Peccatum.

an explicanda sit in Confessione circumstantia obiecti Sodomitici in delectatione morosa? 6.3.121. Vel status coniugalis pœnitentis? 6.4.122. An si Sodomia commissa sit cum duobus fratribus? vel cum fœmina? 9.66.336. An species peccati in delectatione, & lactantia? 9.20.291. In Incestu, an commissus sit cum matre, vel cum filia? 9.19.191. Inducens ad fornicandum an debeat declarare, se habere votum castitatis? 9.66.335.

fornicans an explicare debeat tactus præcedentes sine ordine ad fornicationem? *ibid.* §. *Quæro secundo* *ibid.* Et Clericus circumstantiam ludii, in quo fraudem fecit. *ibid.* §. *Quæro 4.*

an in Confessione pollutionis explicanda sit circumstantia loci sacri? 9.5.282. Personæ sacræ? 9.65.335. Aut Cadaueris, ad cuius contactum quis se polluit? 9.1.379. In Confessione Fornicationis, aut Sodomiz, quod commissa sit cum dormiente? 9.3.280. Vel cum infideli? *ibid.*

in Sodomia circumstantia agentis vel patientis? *ibid.* in fine. Vel affinitatis? 9.20.391. in fine.

an numerus obiectorum multiplicet peccata in eodem actu? 9.55.324. Atque adeo explicandum sit quot personæ baptizatz sint simul, vel successiuè à ministro peccatore? 6.30. §. *Sed an ita*. 141. Vel quot confirmatz? 7.58.198. Vel Communicatz? *ibid.* §. *Hinc*. Vel absolutz? 9.66. §. *Nota etiam*. 3.35.

ministrans Sacramentum in mortali, an committat duo mortalia? 7.58. §. & *tandem* 198. Et qualiter peccet canens Epistolam vel Euangelium in mortali? *ibid.* §. *Nota hic obiter*.

Clausura.

mulieres an ingredi possint claustra Regularium occasione lotionis pedum in die Iouis Sancti Collationis habitus, aut Professionis? 7.32.195.

Anton. Diana Pars IX.

Clericus.

Vide *Episcopus*.

Clericus quis gaudeat priuilegio Canonis. §. 314. Si quis *Suadente*, & qui non, vide *V. Priuilegium Canonis*.

Clericus ut gaudeat foro satis est, si inferriat Ecclesiæ de licentia Vicarij Episcopi. 6.6.124. Imò etiam absque licentia. *ibid.* in fine.

Cæcus.

an teneatur ad Horas Canonicas? 9.29. §. *Sed si*. 299. An possit eligere? 9.30. §. *Notandum*. 299. Et celebrare Missam, quam tenet memoria, si aliquid videat? *ibid.* ab initio.

Commissarius Cruciatæ.

Vide *Oratorium*.

Communio.

Vide *Confessio*.

Communicare sine confessione extra causam necessitatis, quotuplex peccatum sit? 3.32.68.

Communio an dari possit Reo non ieiuno mox suspendendo? 6.42.150. An conferri possit à Diacono? 6.39.147. Et an in articulo mortis deficiente Sacerdote, Laicus possit se ipsum, vel alios Communicare? *ibid.* §. *Sed quid*.

Communio an dari possit à Regularibus in die Paschæ, & Episcopus possit illis hoc prohibere? 9.27.296. Et an in Oratorio priuato virtute Cruciatæ? 1.25.14. Et an in articulo mortis absente Parocho? 9.63.334.

Communio an sit Iuris diuini, & quando, & sub quo peccato? 9.46.315. Et an infirmus possit sumere viaticum pluries? 9.47.316.

Communio an dari possit in die Veneris Sancti? 7.24.176. Et statim post Missam mediæ Noctis Natiuitatis Domini? 7.43.190. An præceptum Communionis Paschalis impleri possit à quocumque in Ecclesia Cathedrali? 9.64.335.

Compensatio.

Compensatio an sit licita in Iustitia vtrinque probabili de re ab alio possessa? 9.44.312.

Concionator.

Vide *Episcopus*.

Conductor.

Vide *Incendium*.

Confessarius.

potestas ad absoluendum an conferatur Sacerdoti per illa verba, *Accipite Spiritum sanctum* &c. sine quibus licet approbatus inualide absolueret? 6.9.127. Confessarius an uti possit Iurisdictione probabili, relicta certa. 7.59.200.

Confessarius Regularis.

Vide *Regularis*.

an Confessarius Regularis possit absoluere casus Episcopales? 6.51.155. Ab excommunicatione contracta ob percussione clericum leuem? 4.53.99. Vel occultam? 4.65.104. Et ab occultis casibus Bullæ Cœnz? *ibid.* in fine. Et an dispensare possit in Votis papalibus? 6.56. §. *Sed Nota* 178. Et in irregularitate ex mala susceptione vel administratione Sacramentorum? 8.50.253.

Index Rerum notabilium.

an possit excipere confessiones famulorum actu inseruientium sine approbatione Episcopi? 9.36.303. Et illos absolueret à Reservatis? Ibid. in fine.

Confessio.

Vide *Sacerdos*.

Confessio an necessaria peccatori ante Communionem de Iure Diuino? 3.1.48. An probabilitè ex Ecclesiastico tantum? 3.2.49. Et quid si cui reuelata esset sua Iustificatio per contritionem? 3.4.49. Vel si quis haberet solummodo peccatum dubium? 3.6.51. Vel si post Confessionem dubij comperiret fuisse certum? ibid. §. *Verum*. Vel post Confessionem recordetur se omisisse certum peccatum mortale? 3.49. Et quid in casu quo Laicus recordetur peccati positus iam ad lintheum Communionis? 3.8.54. Vel si desit Confessarius cum necessaria facultate? 3.11.56.

an in articulo mortis teneatur peccator confiteri per interpretem? 3.10.55.

Confessio quam primum facienda post Missam à Sacerdote celebratè contrito in necessitate ex Trident. an facienda sit à Laico eo pacto communicante? 3.27.66.

Confessio quando possit non esse integraliter & quæ peccata taceri possint? Et cum quo onere? 9.36.325.

In Confessione an rectè explicentur defectus, qui non sunt peccata? 9.19.291.

Confirmatio.

Confirmationis materia essentialis an sit vnctio in fronte? 8.36.235. Per manum Episcopi immediatè? ibid. Episcopus non confirmatus confirmans alios, peccat venialiter. 6.47.253. Confirmans plures successiue in mortali, an plura committat mortalia? 7.58.198.

Coniuges.

Vide *Votum*.

an Coniux teneatur reddere debitam primo bimestri? 8.18.225.

an excusetur à reddendo ob difficultatem in alendis filiis? 7.3.163. Et quid de pauperibus? ibid. in fine. Et an sanus teneatur reddere amenti, vel ebrio, si ad aliam iturus esset? 7.4.163. Et quid si ambo amentes sint? ibid. §. *Non nego*.

Coniux incestuosus an possit petere debitum saltem tacite? 8.32.238. Et si vergeat periculum carnis etiam expresse? 8.33.238. Et an illi reddi debeat. ibid. Et quid de Leproso, vel infecto alio morbo? ibid. in fin.

Coniux an delectari possit de Copula cum coniuge absente? 8.44.247. Et quid si sit prohibita? ibid. §. *Nota etiam*. Et an se tangere turpiter absque ordine ad Copulam? ibid. §. *Sed maior*.

Consanguineus.

Consanguinei qui dicantur pro gaudento priuilegio Bullæ quo ad oratorium priuatum? 1.28.16.

Conscientia.

an peccet operans, quando conscientia vtrumque Contradictorium proponit vt malum? 8.47.251. Et quid agendum in tali casu? ibid. 252. Quid si Conscientia erret habitualiter? 7.48. *Sed hic*. Et quo pacto deponi debeat Conscientia erronea? 8.49.253.

Conseruator.

Conseruator Regularium non potest esse Prælati aliterius ordinis vel loci? 9.26.395.

Constantinus.

Constantinus baptizatus fuit à B. Syluestro in ipsa conuersione? 6.2. §. *Nec supradictis*. 119.

Consuetudo.

Consuetudo an obliget sub mortali moniales recitare Horas Canonicas extra chorum? 7.29. §. *Nota verò*. 180. Et omnes recitare officium defunctorum die 2. Nouemb. ibid. Et ieiunare in Vigilia Assumptionis? ibid. Et abstinere ab ouis in Quadragesima? &c. ibi de Consuetudine an credendum sit Doctoribus testantibus? 8.12. §. *Nec obstat*. 220.

Contractus.

Contractus innominati an obligent in Conscientia? 9.12.285.

Contritio.

Vide *Dolor*.

An requiratur quando quis confitetur peccatum oblitum? 3.5.51. Vel quando Sacerdos ante Communionem recordatus mortalis obliti, non potest illud confiteri? 3.11.56. Et quodcumque Sacerdos, vel Laicus in necessitate celebrandi aut communicandi contritus, mortalis confessionem præmittere non potest? 3.19.61.

Curator.

Curator quis sit. Et an possit irritare Vota, & Iuramenta sui minoris. 8.14.222.

D

Debitor.

Vide *Vsura*.

Dubium coniugale.

Vide *Coniuges*.

Delectatio.

Vide *Coniuges*.

Denunciatio.

Denunciare an teneatur sollicitationem in Confessione, qui illam scit sub secreto naturalitè? 8.46.249.

Denunciandus an sit Confessarius dicens mulieri, Ni essem Religiosus, te ducerem in vxorem? Vel consentiat sollicitationi mulieris? 9.32.302. An interpretis Confessionis? ibid. §. *Sed quid*. Et Confessarius carens Iurisdictione? ibid. in fine.

an Confessarius in Confessionario sedens & mulierè sine prætextu confessionis sollicitans? 9.33.302. Aut præbens ei donum in Confessione? 9.34.302. quando vigore Monitorij teneatur quis reuelare scripturas? 9.48.318.

Dispensatio.

Dispensatio an requiratur ad carnes in dubio, an earum abstinentia sit grauitè nocitura? 6.27.147. In dispensatione petenda an explicari debeat intentio occulta, qua quis copulam habuit, vt secum facilius dispensaretur? 7.56.185. Et an explicanda sit copula in cognatione legali, vel spiritali, vel impedimento publicæ honestatis? 7.37.186.

Dispensatio

Index Rerum notabilium.

Dispensatio Intercessionum, & extra tempora Religio-
sis an concedi possit à suo Prælato? 8.28.233.

Dispensatio illegitimi ad clericatum an comprehendat
minores ordines? 8.22.229. Et si exprimat ordines,
an comprehendat Sacros? *ibid.* §. *Sed quid.* Et Be-
neficium? *ibid.* §. *Notandum.*

Diuortium.

Diuortium an peti possit, ob copulam Sodomiticam
alterius coniugis non consummatam? 8.37.241.

Vel per adulterium consummatum inter crura. *ibi.*

An ob fornicationem vxoris, quam vir è domo ex-
pulerit, & alimentis priuauerit? 8.38.242. Vel quam
fornicator oppresserit? *ibid.* §. *Sed si quaras.*

an si coniux perseueret in adulterio, teneatur alter
diuortium petere? 8.40.245. Et vir, qui post di-
uortium ab adultera commisit adulterium, teneat-
ur reconciliari? 8.39.243. vbi multa de hac ma-
teria.

an adultera à marito diuertens possit eo non repu-
gnante, & in sæculo remanente, in monasterium
ingredi, & profiteri? 8.60.263.

Dolor.

quis Dolor, & quando ad Confessionem necessarius?

9.51. à §. *Nota hic.* 321. An virtualis sufficiat in con-
fessione venialium? 9.31.300. Et qualis de peccato,
quod confiteri omittitur ex iusta causa? 9.56. §. *No-
tandum.* 325. An debeat præcedere confessionem, &
ad ipsam referri? 9.37.304. Et quid si præcedat lon-
go tempore? 9.51.321. Et quid si quis non doleat,
sed confiteatur cum proposito dolendi post confes-
sionem? 9.37. *Sed hic obiter.* 304.

Domesticus.

Domesticus dicitur, qui expensis domini alitur, etiam si
non cohabitet. 1.27.15.

Dominus.

Dominus an audire possit in Oratorio priuato secun-
dam Missam in gratiam famulorum, qui aberant? 1.
27.15.

Dubium.

in Dubio quis inter multos occiderit, an omnes sint ir-
regulares? 7.20.175.

in Dubio, an Princeps possit, impediendo ne victualia
Romam adportentur, an incurrat censuram Bullæ
Cœnæ? 7.7.166.

Dubium tantum peccatum habens, an teneatur confi-
teri ante Communionem? 3.6.51. Et quid si post
Confessionem comperiat fuisse certum? *ibid.* §.
Verum.

E

Ecclesia.

Ecclesiæ nomine an veniat oratorium, vt visitari
possit pro Indulgentia? 1.29. in fine 16. & 31.
17.

Ecclesia non potest præcipere mere occulta. 8.67. in
fine 273.

Elemosyna.

in pari necessitate vti præferendi sint, parentes an filij?

9.60. §. *Sed difficultas.* 329. Parentes, an credito-
res? *ibid.*

Emptio.

Emerere an possit pretio currenti fundum, qui in eo sciat
latere thesaurum? 5.15.114.

Episcopus.

Episcopus erigere potest oratorium in domo sua pro
se, & familia 1.36.20. Vnicum tamen. 1.37.21. Etiã
extra diocesim 1.39.22. & ruri 1.38.22. Quod non
possunt alij Prælati Inferiores. 1.48.28. Possunt ta-
men Episcopi titulares. 1.47.28.

in Oratorio Episcopi non possunt familiares audire
Sacrum eo mortuo. 1.40.22. Vel absente. 1.41.23.

Episcopus absque facultate Papæ potest dare licentiam
celebrandi in oratorio domus, quando est seiunctum
ab habitatione, & habet ingressum publicum. 1.21.

12. Secus, si secus, ex decreto Urbani VIII. 1.42.23.

Nisi in necessitate pro certis casibus. 1.43.24. Vt

quando classis diu Missam non audiuit, vt celebra-
tur sub dio. 1.44.25. Vel debeat audire sacrum in die

festi. *ibid.* §. *casus secundus.* Item ad celebrandum in

cubiculo ægroti illustis, vt communionem acci-
piat. *ibid.* §. *casus tertius.* Et hæc omnia in propria

diocesi. 1.46.27. An etiam in cubiculo mortui, vt

Missæ pro illius anima celebrentur? 44. in fin. Et

quid tempore pestis? Et an vt celebretur in nauis?

1.45.26.

Episcopus qui approbare debeat oratorium? 1.26.
15.

Episcopus an possit absoluere à Censura Canonis si quis
suadente Regulares se inuicem percutientes? 4.54.

99. Clericos collegialiter viuētes, & se grauer per-
cutientes? 4.56.100. An impuberes, 4.58.100. An se-
nes? 4.60.101. An mulieres? 4.59.101. An seruos &

alios sub potestate constitutos? 4.61.102. An paupe-
res, infirmos, valetudinarios? 4.62.102. Et quando-

cumque Excommunicatus non potest adire Pontifi-
cem, licet posset mittere procuratorem, vel Episto-
lam? 4.48.96. An recurrere ad Legatum, vel alium

habentem priuilegium ad absoluendum? 4.62. §.

Aduerte quod 102. Et quid si percussio sit occulta?

4.63.103.

Episcopus absoluens à prædicta censura, debet præxi-
gere satisfactionem partis læsæ, & si absoluat ob im-
pedimentum temporale adeundi Papam, etiam iu-
rumentum adeundi Sedem Apostolicam, vel alium

potestatem habentem. 4.62. in fine. 102.

Episcopus an abrogare possit legem concilij Prouin-
cialis? 6.40.149. Et dispensare in lege propria sine
causa? 6.41.150. Et dispensare cum causa, vt homi-
cida ministret in ordine suscepto? 7.22.175. Et vr-
gente necessitate in impedimentis dirimentibus an-
te matrimonium contractum? Etiam per Vicarium?

7.39.187. Et confirmare dispensationem Pontificis
subrepticam? 7.40.188.

Episcopus an possit abesse tribus mensibus anni à sua
Ecclesia absque necessitate? 6.22. à §. *Notandum.*

138. an continuare tres menses secundi cum tribus
primis? *ibid.* initio.

Episcopus & Cardinalis Religiosus potest esse patri-
nus in Baptismo. 6.32.133. An teneatur ad quartum
votum Religionis. 8.70.277.

Episcopus an possit facere processiones, & ordinatio-
nes in Ecclesiis Regularium? 9.48.154. An punire
Prælatum regularem relinquentem extra claustra.

7.49. in fine 193. Et Religiosum subditum delin-
quentem

Index Rerum notabilium.

- quentem in Monasterio alterius Ordinis? ibidem initio.
- Episcopus an possit concedere regulari licentiam colloquendi cum moniali feria quarta quatuor temporum? 7.35.185.
- Episcopus non confirmatus confirmans peccat venialiter? 6.47.153.
- an in mortali confirmans plures actione continua, plura peccata committat? 7.58.198.
- an possit ordinare in loco exemptos alterius diocesis sine licentia illius Episcopi? 8. 29. §. *Sed hic* 234.
- Episcopus an teneatur ferre excommunicationem contra incendiarios? 8. 10. §. *Verum.* 219.
- an possit dispensare cum homicida voluntario ad ordines suscipiendos? 8.52. 255. Aut exercendos. ibid. §. *Sed quid.*
- Episcopus an possit commutare penitentiam Penitentiarum pro dispensatione? 9.11.285.
- an possit imponere pensiones supra Beneficia pinguium suarum diocesis? 9.49.319.

Eucharistia.

- Eucharistia an ministrari possit in oratorio privato à Regulari? 1.8.6.
- an à seculari virtute Bullarum? 1.9.7.
- an coram ipsa lumen perpetuò accensum teneri debeat? 6.34.144.
- an si particulis conservatis immisceatur indiscernibiliter non consecrata, hæc consecrari possit? 8. 64. 267. Et quid de vino in ossa panis imbibito? 8.65. 270. Et de pane coacto cum aqua maris? & pane cocto? 9.58.327.

Examen.

- Examen presentari à Patrono Laico ad Beneficium, an Episcopus facere possit per examinatores non synodales? 8.16.223.
- Examinare an possit Episcopus Regulares volentes concionari in alienis Ecclesiis? 9.42.309.

Excommunicationis.

Vide Privilegium Canonis.

- quo pacto ferri possit in defunctos? 2. 2. 30. Et an sit actus irreparabilis? 8.21.228.
- Excommunicationem Canonis si quis suadente an incurrat pater percutiens filium clericum causa correctionis? 4.1. 69. Et similiter magister, & Prælati secularis, vel Regularis? 4. 21. 81. Et quid si hi percutiant per Laicum? 4. 22. 81. & 23. 82. Vel etiam torqueant? 4. 30. 87. Et quid si in Religione esset statutum, ne Prælati percutiant monachos? 4. 41. 93. Item an incurrant Ostiarii principum percutientes clericum in arcendo multitudinem? 4.20.81. Et comites tritemium percutientes clericum Remigem? 4. 17. 79. Et quid si supradicti excedant in correctione ex odio? ibid. & 4. 22. 81.
- Excommunicationem prædictam an incurrat clericus percutiens se ipsum? 4. 8. 74. Vel alius percutiens consentientem? 4.9. 74. Aut monialis, quæ sumit venenum, vel pugnis se cædit ad faciendum abortum? 4. 10. 75. Vel duo clerici gladiis inuicem dimicantes, si omnes ietus gladio repercuterent? 4.4.71. Item an clerici pueri rixantes inter se? 4.27. §. *Quis vero* 85.

- an Excommunicationem prædictam qualis violenta manuum iniectio requiratur? An requiratur læsio omnino physica? & mortifera etiam externè? 4.27. 85. An sufficiat rei clerico adhærentis violenta ablatio? vel percussio? Etiam medio instrumento? Vel etiam nocumentum illatum cum iniuria citra percussionem ibid. 99. An satis sit dare illi venenum? ibid. 36. 90. Aut deturpare illius portas per ignominiam? 4.27.85. An frangere ei cingulum, aut vestem dum dormit? 4.37.91. Aut barba, capillis, vel caputio apprehendere, & minari percussionem sub conditione, si non esset clericum, vel monachum? 4.35.90.

quibus casibus clericus vel Religiosus amittat hoc privilegium, & sine censura percutiatur? *Vide Privilegium.*

- an Excommunicatione prædicta excuset indeliberatio ex subita passione? aut familiaritas in ludo? 4. 27. §. *Quis vero* 58. Etiam cum aliquo excessu? 4. 43. 94. An item excuset Ignorantia? ibid. Et 4.41. 93. Aut error in persona, stante malo animo contra alium clericum 4.27.85. in fin. & 4.31.88.

Excommunicatio an ferat secum incapacitatem ad officia iurisdictionis secularis? 8.34. 239. Et beneficia? ibid. §. *Notandum.* Et irregularitatem, si excommunicatus suscipiat minores ordines aut tonsuram? 7.23.176.

Extrahere.

- Extrahentes ex statu Ecclesiastico victualia ob mercimoniam an incurrant in Censuram papalem? 8.43. 246. Quid de pane, farina, oleis? ibid.
- Extractus per vim ab Ecclesia, an gaudeat immunitate? 8.45.248.

Extrema unctio.

Vide Oleum.

- Extrema Unctio inualidè confertur decumbenti sine periculo. 6.45.152. Vel cum periculo dubio. ibid. §. *Sed hic obiter.* Et in primo casu si infirmus in periculum deveniret, posset ei denuo ministrari. ibid. in fine.
- an in eius collatione recitandi sint psalmi, & preces Ritualis? 6.46. 153. Cum superpelliceo, stola, & lumine? ibid. §. *Item.* Et an adhiberi possit femina pro ministro? ibid. §. *Sed an.* Et oleum anni præcedentis? ibid. §. *Item poterit.*
- an ministrari possit à Regularibus? 7.56. §. *Nec etiam* 196. Saltem hospitibus? 9.26. §. *Sed hic.* 295. Et an sit de essentia nominare sensum, qui iungitur? 7.56.96.

F

Falsificare.

- an aliquando licitum Falsificare Scripturas? 8.61.263. *Vide etiam Bulla Cæna.*

Familiares.

Familiares Episcopi, & habentis cruciatam, an, quando accipere possunt Sacrum in Oratorio privato. *Vide Bulla, Episcopi, Oratorium.*

Filius familias.

- an teneatur solvere mutuuum iuratum? 9. 13. 286. & quid de aliis contractibus? ibid.
- à Filio familias inuentus thesaurus ad quem pertineat? 5.7.103.

Fornicatio.

Index Rerum notabilium.

Fornicatio.

Fornicatio an intrinsece mala. 9. 59. 328. Et mortifera. ibid. §. *Ex dictis*. Et in omni casu. ibid. §. *Nota etiam*. Et an possit dari Ignorantia inuincibilis de eius malicia. Ibid. §. *Nota tamen*.

G

Generalis.

Generalis Religionis, an possit eligi Cardinalis non Religiosus. 9. 62. 332.

H

Habitum dimittentes Regulares ad honestam representationem, an peccent. 9. 5. 164. Et Patres Societatis absolute dimittentes, an incidant in poenas Iuris. ibid. §. *Verum quia*. Et quid si quis incedat habitu seculari superinduto. ibid. §. *Quero secundo*. Aut sine habitu se detineat in Monasterio. ibid. §. *Notandum*.

in Habitibus dimissione an detur parua materia. 7. 5. *Sed quaerit*. 164.

Hereticus.

Hereticus non denunciatus an sepeliri possit in Ecclesia. 8. 1. 213.

Horæ Canonicae.

Horæ Canonicae recitari possunt lingua Hebraea & Graeca, non autem vulgari. 6. 67. 206. Et in necessitate quocumque Breuiatio. 9. 25. §. *Notandum* 295. an recitandæ à monialibus, & Fratribus nondum initiatis extra chorum? 6. 7. 124. & 7. 29. 180. §. *Nota vera*. Aut à Capellano, paucos Capellæ fructus ultra Missarum eleemosynas percipiente? An Cæco? 9. 28. 297.

an pluries recitandæ ab eo, qui habet plura beneficia? 9. 10. 284. & 9. 22. §. *Nota secundo*. 193. An omnino per se? ibid. Et quid si beneficiarius non faciat fructus suos? ibid. §. *Nota hic*. Et quid si sponte se obligauit sine emolumento? ibid. §. *Nota tertio*. Aut priuatur fructibus ad tempus? ibid. §. *Nota quarto*.

an satisfaciatur recitans prius omnes psalmos, & postea audiens omnes lectiones? 7. 38. 186. Et furdus recitans in choro alternatim? 9. 28. 297.

mittens die 1. Nouembris Officium de octaua & defunctorum, quot peccata committat? 2. 29. 47.

I

Ieiunium.

Vide Carnes.

Ieiunium an teneatur foemina quinquagenaria? 7. 73. 210. An Religiosus sexagenarius, vel adolescens? 6. 16. 133. Et qui inaduertenter mane comedit carnes, vel alia? 6. 28. 141.

die Ieiunij an licitum comedere mala massifica & medica, vuam, & similia extra prandium? 6. 14. 131. Et in Ieiunio Quadragesimæ an prohibita lactinia sub mortali? 8. 66. 271. Et quid de diebus dominicis? & de Religiosis? ibid.

Ientaculum.

Ientaculum sumi potest in quantitate octo vnciarum. 6. 8. in fine 126. Et si parum excedatur, erit solum veniale. 6. 15. in fine 132. Et potest sumi totum in pane. ibid. initio. Etiam cocto cum oleo, & sale. 6. 29. 141. Non autem in piscibus. 6. 8. 126. An in iusculis. 6. 29. 141. *Quæ* quantitas permittatur in Vigilia Natiuitatis? Et an sumi possit de mane? 6. 17. 134.

Ignorantia.

an Ignorantia inuincibilis Censuræ adnexæ casibus Pontificiis, excuset à reservatione? 6. 16. 130. An ab Irregularitate homicidij. 7. 19. 174. An peccato fornicationis. 9. 59. §. *Nota tamen*. 328.

Illegitimus.

Illegitimus dispensatus ad clericatum, an consecratur dispensatus ad ordines. 8. 22. 229.

Immunitas.

Immunitate loci sacri an gaudeat homicida inde vi extractus à parentibus occisi. 7. 6. 166.

Impedimenta.

Impedimentum publicæ honestatis an oriatur ex matrimonio clandestino. 6. 53. 156. Et alias nullo. 6. 50. 155. Vel ex spõsalibus nullis defectu consensus, vel ob aliud impedimentum occultum. 6. 52. 156. Aut conditionatis. ibid. in fine.

Impedimentum cognationis legalis an oriatur ex adoptione imperfecta. 6. 54. 157.

Impedimentum criminis an incuratur ab adulteris coniugem occidentibus ex intentione matrimonij mente retenta. 7. 25. 177. Vel contrahendi cum vna V. G. ex filiabus Pauli. ibid. §. *Notandum*. Et quid si adulter promittat Coniugium fictè. 7. 26. 178. Aut si ipso promittente, illa taceat. ibid. §. *Sed si hic*.

in Impedimentis quando possit Episcopus dispensare. Vide *Episcopus*.

Incendium.

Incendarius an incurrat ipso facto Censuram aliquam. 8. 10. 219. Et an licitè quis domum diruat alienam ne ignis latè serpat. 7. 31. in fine 181.

Incendij damna refarcire tenetur, qui illud excitauit. ibid. Et Paterfamilias pro excitato à domesticis. ibid. §. *Sed incidenter*.

an in dubio præsumatur excitasse conductor domus. 7. 31. 181.

Incestus. Vide Circumstantiæ, & Coniuges.

Indulgentia.

Indulgentiæ profunt etiam defunctis. 2. 1. 29. Etiam si sibi id non meruerint in Vita. 2. 6. 38. Et quo pacto. 2. 2. 30. Et an infallibiliter. 2. 3. 30. Et in quo differant applicatæ viuis, & applicatæ defunctis. 2. 2. 30. Et an his applicans debeat esse in gratia. 2. 4. 32.

Indulgentia an latè interpretari debeat. 2. 10. 42. Concessa certo Altari vel capellæ, an ea diruta, vel translata, extinguatur. 2. 17. 40. Et concessa defunctis an suspendatur per Iubilæum Anni Sancti. 2. 23. §. *Sed hic obiter*. 43.

N n 5 Indulgentiæ

Index Rerum notabilium.

Indulgentiæ Regularium quo pacto communicentur?

2.20.42.

Indulgentiæ an nullæ sint, si quid minimum quocumque titulo detur, vel accipiatur? 2.28.46.

38.

Infans. Vide Baptismus.

Irregularitas.

Irregularitas an incurratur ab ignorante? 7.19.174

An in dubio, quis ex multis hominem interfecerit, incurratur ab omnibus? Et quid si sciatur occisor? 7.20.175. An incurratur à Clerico bellante de licentia Papæ, & Occidente? 9.6.282. Et quid, si tantum exhortetur in Bello iusto? 9.7.283. Aut quomodolibet licitè pugnet? 9.8.283.

an incurratur à patiente abscissionem inuitè? 7.21.

175. Et quæ mutilatio Irregularitatem inducat?

ibid. §. *Notandum.* An ab excommunicato per suspensionem minorum ordinum? 7.23.176.

Irregularitas ex delicto an dispensari possit à Confessario Regulari? 8.50.253.

Jubilæum.

Vide Indulgentia.

Iudex.

Iudex an iudicare possit iuxta opinionem minus probabilem? 8.62. §. *Sed quia* 264. Et teneatur respicere ad allegabilia, quæ omittuntur? 9.41.308.

Iudex laicus an inconsulto Episcopo, possit exhumerè cadaver occisi, ut constet de Corpore delicti? 7.64.204.

Iuramentum.

Iuramentum de non reuocando testamentum, an teneat? 7.42.189. Et an teneat Iuramentum fidelitatis inter amicos? 8.9.218. Et Iuramentum reuertendi ad carcerem iustum, vel iniustum? 8.53.256.

Iuramentum seruandi aliquod statutum, non recipiendi mercedem, &c. obligat quatenus iustum est. 8.7.217.

Iuramentum vi emissum, animo petendi dispensationem, & non implendi, an sit mortiferum? 8.56.260. Et dubitans de intentione, an maneat obligatus? 8.17.224.

Iuramenti obligatio an comitetur promissionem de communi consensu dilatare? 8.7.217. Et an remitti possit à parte, quamquam emissum sit intuitu pietatis? 8.13.221.

Iuramenta, & vota pupillorum impuberum an irritari possint à tutoribus & curatoribus? 8.14.212.

L

Lacticia.

an Lacticia prohibeantur in Quadragesima sub mortali? 8.6.217. Et illa comedens peccet contra votum ieiunandi tali tempore? ibid.

Laicus.

Vide Iudex.

Laicus an communicans in mortali, omissa confessione ex necessitate, teneatur prius conteri? 3.19.61. Et postea confiteri quam primùm? 3.27.66.

Legatum.

Legatum impositum hæredibus infra scriptis, an transmittat obligationem ad successores? 8.68.274.

Legatum pro celebrandis Missis in omnibus Altaribus priuilegiatis alicuius loci, an comprehendat erecta post illud? 2.16.40.

Lex.

Vide Episcopus, Princeps.

Lex imponens poenam Excommunicationis, Suspensionis, Irregularitatis, &c. an obliget ad mortale? 6.5.123.

Ludus.

quæ possit ludere Religiosus? Et an teneatur restituere illicitè acquisitum in ludo? 6.25.139.

Lumen.

Vide Eucharistia.

M

Mandatarius.

Mandatarius an teneatur de culpa leuissima? 7.32.182.

Mater.

Mater an in necessitate possit filium vendere? 7.27.178.

Matrimonium.

an validum sit, contractum in præsentia Parochi intrusi, sed reputati? 7.45.191. Aut de licentia Parochi extorta dolo & mendaciis? 8.20.227. Contractum ante Baptismum an dissoluatur per Religionem, Professionem, aut Ordinem factum? Et an dissolui possit à summo Pontifice? 7.47.192. Et an posita iusta dissolutione, infidelis relicta ad secunda vota licitè transeat? 7.48.192. Et an clandestinè contrahens, & consummans, ratione iniustitiz teneatur foeminam vxorem ducere? 7.72.209.

contrahere Matrimonium an possit sponsus iuratus, qui vouit Religionem, animo intrandi intra bimestre? 7.75.211. Et an peccet sponsus vouens castitatem? ibid. §. *Et tandem.*

Matrimonium an contrahi possit absque denunciationibus in aliquo casu graui? 8.19. §. *Notandum.* 216. Et consummari ante quam fiant? ibid. initio. Et an valeat irritum ex metu iusto? 8.27.223. Vel ex sententia Iudicis secundum falsò allegata & probata? 8.26.232.

Miles.

Vide Bellum.

Missæ.

Vide Altare Priuilegiatum, Bulla Cruciatæ, Oratorium, Sacerdos.

Missæ Votiuæ an dici possit in sacra Hebdomada? 8.53.256. Et priuata in Sabbato Sancto? 6.24. §. *Notandum.* 138.

an peccet Sacerdos omittens voluntariè *Dies ira* mortuorum? 6.19. in fine. 135. Et prophetias quatuor temporum? 8.54. §. *Notandum.* 257. Et quid si in Missa maiori non recitat, sed tantum audit, *Gloria & Credo*? 6.19.135.

Missæ in Altari priuilegiato profunt defunctis; per modum suffragij, non absolutionis. 2.2.30. Et eius

Index Rerum notabilium.

eius concessio est actus potestatis Clauium. *ibid.* An vero tantumdem profit singulis, si applicetur vni, ac si pluribus? 2.5.33.

Sacerdos promittens Missam de *Requiem*, an possit celebrare currentem? 2.8.35. Et quænam magis profit defunctis? *ibid.* à §. *Notandum*. Promittens in tali Altari vel Templo, an possit celebrare per alium? 2.14.39. Et quid si dirutum esset? 2.13.38.

obligatus celebrare in Altari priuilegiato, an teneatur sacrificium applicare defuncto? 2.5.33. & 2.24.44. Et dicere Missam de *Requiem*? & 2.8.35. Etiam in dominica, vel duplici infra octauam commemorationis defunctorum? 2.29.47.

Missæ de *Requiem* in Altari priuilegiato an profit uiuentibus? 2.18.41. Et quid si anima, pro qua celebratur, non sit in purgatorio? 2.7.54. An liceat uiuentibus Missas defunctorum sibi applicare? 2.18. §. *Sed hic obiter* 41. Aut defunctis Catechumenis? 2.27. §. *Sed nota etiam* 45. Et an expediat, ut quis se uiuente faciat sibi applicari Sacrificia potius, quam post mortem? *ibid.* §. *Et tandem*.

stipendium relictum pro Missa perpetua an Religiosi possint inuestire in bonis Monasterij exemptis? 6.26.140.

Missæ cum stipe intra quantum temporis celebrari debeant? Vbi declaratur oraculum Sacræ Congreg. de celeb. miss. 6.55.197.

Missæ relicta post consecrationem ex interitu celebrantis, an sub mortali perfici debeat à Sacerdote præsentente? 6.18.134.

Monitio.

Monete an teneatur quis peccantem ex inaduerentia contra legem humanam? 8.48.252.

Monialis.

Monialis an teneatur ad Horas Canonicas extra Chorum? 6.7.124. Monialium regul. subiectarum, Confessarius an approbatus sit ab Episcopo 8.51.255. Etiam Prælatus? *ibid.* & 6.49.154. Cum monialibus Regulares loqui non possunt sine licentia Episcopi. Et si subiiciantur Regularibus, Prælati etiam Regularis. 7.33. in fine. 184. Etiam explanando eis casum Conscientiæ. 7.54. 195. Cum licentia autem an loqui debeant præsentente Confessario, & auscultantibus? 7.44. 190. Et an hæc prohibitio extendatur ad colloquium cum sæculati degente in Monasterio? 7.35. in fine 185.

Episcopus an dare possit licentiam Regulari colloquendi cum Moniali in ieiunio quatuor temporum? 7.35. 185. An usus licentiæ differri possit ad alterum diem? 7.33. §. *Adhæreo*. 184. Et an intelligatur comprehendere socium? *ibid.* initio.

Moribundus.

Moribundus sensibus destitutus an absolui possit? 6.20. 135. Saltem à censura? 7.13.171. Etiam à laico? *ibid.*

Munera.

Munera accipientes Gubernatores, & Officiales, an incurrant Censuram Papalem, & teneantur ad Restitutionem, & cui? 8.42.245.

Mutuum.

Vide Filius familias, & Vtura.

N

Negotiatio.

Negotiari per alium an prohibita Religiosis, & Clericis in Sacris? 7.69.207.

Nouitiatus.

an debeat durare per annum Mathematicum? Et continuum? 9.67. in fine 337. Et quid si fiat partim in statu laicali, partim in clericali? 6.12.129.

Nonitiatus.

Informationes faciendæ ex decreto Sixti V. in receptione Nouitiorum, an fieri debeant pro conuersis? 8.54. §. *His suppositis*. 267. Et pro Equitibus Hierosolymitanis? *ibid.* §. *Quæro secundo*. An si Nouitius notus sit? *ibid.* §. *Quæro quarto*. aut minor annorum sexdecim? *ibid.* §. *Quæro sexto*. Quid cum nouitiis remoratum Regionum? *ibid.* §. *Quæro quinto*. Et an ad id teneantur Patres Societatis? 8.54. in fine. 257. Nouitius an excommunicari possit à Prælato Regulari? 8.59.262. An possit condere testamentum seruicis tantum solemnitatibus Iuris Canonici? 9.16.288. professus loquens cum Nouitio sine licentia magistri, non peccat mortaliter. 7.1.162.

O

Oleum.

Oleum extremæ Vnctionis an licite concedatur laicis ad vngendos infirmos? 6.43.150. Et an illi admisceri possit oleum simplex in maiori quantitate? 6.44.151.

Opinio.

an hoc ipso quod opinio aliqua videtur impressa, censenda sit probabilis? 7.60.201. Et an probabilis speculatiue, sit semper probabilis practice? 6.21.137. stante Opinione probabilis pro superiore, an subditus obedire teneatur? 9.45. §. *Sed quia* 312. Et an is ligetur censuris, si opinio probabilis faueat etiam ipsi? *ibid.* ab initio.

Oracula.

Oracula an Regularibus omnia reuocata? 3.61.202.

Oratio.

an quilibet per se Orare teneatur pro Anima Patris defuncti? 9.60.329.

Oratorium.

Vide Bulla Cruciatæ, Communio, Episcopus, Eucharistia.

Oratorium quid sit? Et quid oratorium priuatum? 1.1.1. Oratorium priuatum in quo celebretur Missa non potest Concedere Commissarius Cruciatæ, 1.24.14. Solus enim Papa concedit, & cum multis clausulis. 1.1.1. scilicet quod approbetur ab Episcopo. Quid nisi decens sit, approbare non debet. 1.11.8. Quid, si iniuste neget approbationem? 1.10.7. Item sine præiudicio Iurium Parochialium, Quod qualiter intelligi debeat? 1.15.9. Item secularis festis Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschatis,

Index Rerum notabilium.

tis, Pentecostes, Annunciationis, Assumptionis, SS. Petri & Pauli, & omnium Sanctorum. 1.13. 8. Ita quod audiens Missam in diebus prædictis in Oratorio priuato non satisfaciat. *ibid.* Quid stante priuilegio Bullæ? 1.14.9.

item ne extraneus audiat Missam in prædicto oratorio ad satisfaciendum præcepto. 1.3.2. Vnde si aliud audire non potest, is excusabitur à præcepto. *ibid.* Et peccat Dominus Oratorij, si sit causa, ut extranei ibi diebus festis Missam audiant. *ibid.* Et extranei dicuntur, qui non sunt de familia, etiam si conuiuant, propriis tamen expensis. 1.6.4. Quid si Mater eodem modo conuiuat? *ibid.* 6. Potest autem audire Missam, & satisfacere præcepto dominus sine familia, & familia sine domino. 1.2.1.

Oratorij Priuilegium comitatur personam quocumque se transfert. 1.7.5. Ita quod si in alia domo inueniat oratorium approbatum, non indigeat noua approbatione. 1.12.8. At non potest eo uti Ruri. 1.22.12. Et extinguitur cum persona. 17.10.

Oratoria Palatiorum Communitatum sublata sunt decreto Pauli V. 1.35.20.

in Oratorio Carcerum publicorum, celebrari potest cum sola licentia Ordinarij. *ibid.*

Oratoria publica gaudent priuilegio immunitatis, non autem priuata. 1.18.11. Nisi Religiosorum, saltem ratione claustrj. *ibid.*

inter Sæcularium, & Regularium oratoria, quale discrimen. 1.34.19. Et quid de oratorijs societatis? *ibid.* præcepto Missæ satisfieri potest in oratorio Episcopi aut Regularium, aut cum Bulla Cruciatæ. 1.2.1. Sed in hoc ultimo casu debet fudi aliquæ preces. 1.29.17. Oratorium visitans, an censeatur Ecclesiã visitare pro acquirenda indulgentia? 1.29.17. Vide etiã 1.31.17.

Ordo.

Ordo subdiaconatus an conferri possit cum minoribus eodem die? 6.58.161. An dissoluat Matrimonium conuersi ad fidem cum infideli? 7.47. §. *Notandum.* 192.

an Ordines possit quis à diuersis Episcopis accipere, vnum ab Episcopo domicilij, alterum Beneficij &c. 9.4.281.

ætas assignata pro ordinibus, an accipi debeat Mathematicè? 9.50.321. Et an in ea dispensare possit Episcopus, si modicum desit? *ibid.* in fine.

defectus essentialis in Ordine an suppleri possit extra tempora? 8.29.235.

P

Papa.

Papa non habet Iurisdictionem in defunctos. 2.2.30. Non potest dissoluere matrimonium consummatum infidelium conuersorum. 7.47. §. *Sed si aliquis* 192. solus concedit Oratorium. Vide *Oratorium.*

Parochus. Vide Absolutio, Communio.

Confessio, Extrema Vnctio, Matrimonium, Oleum, Sepelire.

Particula. Vide Eucharistia.

Pater.

an peccet mortaliter Pater castrando filium propter vocem? 8.45. §. *Deinde.* 249.

Patrimonium.

Patrimonium Clerici an computetur inter bona Ec-

clastica? 8.23. in fine 229. An fundari possit in censu redimibili? 8.25.231.

an computari possit in legitima? 8.24.231. Et alienari sine licentia Episcopi? Vide *Alienare.*

Patrini.

Patrini à quibus designari debeant? 7.50.193. An esse possint Religiosi? 6.32.143. Saltem facti Episcopi, aut Cardinales? *ibid.* An possint esse Coniuges simul? 7.51.194. An duo aut plures viri, aut feminae? *ibid.* §. *Notandum.* An Hæretici? *ibid.* §. *Nota secundò.* Et an cum parentibus infidelibus baptizati contrahatur affinitas? *ibid.* §. *Nota tertio.*

Peccatum.

Peccata contra Naturam, an omnia eiusdem speciei infimæ? 8.31.235.

Peccatum inducendi feminam ad fornicationem, an sit maius quàm illam occidere? 8.35.240.

Pecunia.

Vide *Thesaurus.*

Pecunia in fundo inuenta an restitui debeat vero domino, si adsit? Et quomodo? 5.16.115.

Percussio.

Vide *Excommunicatio*, & *Priuilegium Canonis.*

Percussio quæ leuis, quæ grauis, aut enormis dicatur. 4.45.95. Et an in dubio censenda sit grauis? *ibid.* Et clerici superioris an non solum sacrilega sit, sed etiam impia? 4.28.86.

Pœnitentia.

Pœnitentia imponi potest applicanda defunctis. 7.57.197. An dari possit minor sub fiducia illorum verborum, *Quidquid boni feceris, & mali sustinueris,* &c. 9.54.323.

obligatus ex pœnitentia ad eleemosynam, an possit illam applicare pauperibus domesticis &c. 9.55.324.

obligatus recitare litanias an teneatur etiam ad preces sequentes? 7.46.191. Et an sufficiat recitare quascumque preces mentaliter? 9.53. §. *Sed ex his.* 322.

obligatus ad ieiunium singulis sextis feriis, an impeditus die aliquo, teneatur ieiunare sequenti? 9.52.322.

Pœnitentia impleri potest infra annum, secluso periculo non adimplendi. 6.57. in fine 159. Et obligatus Communicare singulis mensibus, potest differre Communionem ad sex vel octo dies sine mortali. *ibid.* §. *Nota etiam cum Castro.*

Pœnitentiam commutare potest confessatus infra hebdomadam absque nouo Sacramento. 6.57.259.

Imò etiam impositam ab alio, sine auditione peccatorum, *ibid.* §. *Nota etiam.* Sed vide 9.54. §. *Nota* 323. Et extra locum Iudicij. 6.57. §. *Nota etiam* 159. Et probabile est, posse eam sibi commutare in melius ipsum pœnitentem. 9.53.322.

Pœnitentiarius.

Pœnitentiarius Episcopi an absoluere possit casus Episcopales independentes ab Episcopo? 8.11.219. & 8.12.220. Vbi quid de consuetudine in contrarium.

Pollutio.

Pollutio an in aliquo casu sit licita? 9.59. §. *Idem* 328.

Prælatus.

Vide *Regulares.*

Prælatus Regularis tenetur residere. 7.53.195. Potest transferre clericum ad statum laicalem. 7.74.211.

Index Rerum notabilium.

an possit absoluere suos ab Excommunicatione Canonis si quis suadente? 4.49.96. Etiam si se percusserint extra claustra? ibid. Etiam Nouitios, qui percusserunt in sæculo? Et quid si retrocedant? 4.51.97. Et quid, si Religiosus percusserit Religiosum alterius Ordinis, vel monasterij? 4.50.97. Et quid si ipse Prælatus, & vnicuseius subditus inuicem se percusserint? 4.52.98.

Prælatus vnius Monasterij an possit punire alienum Religiosum in suo Monasterio delinquentem? 7.49.193.

an teneatur percutere subditos inobedientes per semetipsum? 4.22.94. An possit torquere per laicos? 4.30.87. Et an ipse delinquens extra claustra, ab Episcopo puniri possit? 7.49. in fine 193.

Prælatus Regularis an audire possit Confessiones suarum Monialium sine approbatione Episcopi? 6.49.154. Et designare eis Religiosum non approbatum in conscientia directorem? ibid. in fine.

an possit dispensare ad interstitia, & extra tempora cum subditis suis? 8.28.233.

an teneatur remittere illos ad Episcopum loci pro ordinibus? Et sub quibus pœnis? 8.58.261.

Prælatus Regularis dare potest licentiam sæculari concionandi in suis Oratoriis. 7.68.207.

generalis an possit esse Cardinalis non professus? Vide *Cardinalis*. An eximere subditum de potestate Prioris? Aut reuocare pœnam eiusdem, aut Provincialis? 8.38.242.

an expellere subditum ob delictum graue non obstante decreto Urbani VIII. de *Apostatis eiectis*? 9.57.326. Et quid de Iesuitis? ibid. in fine.

Prælatus Regularis an possit excommunicare Nouitium? 8.59.262.

Pretium.

An Pretij excessus detur in venditione sub hasta? 8.57.261.

Princeps.

Princeps an possit iuste præcipere, vt thesauri vbicumque inuenti ad ipsum pertineant? 5.18.117. Et de facto ad ipsum pertineant venæ auri, & argenti? lapidinum? 5.17.116. Et thesauri arte magica inuenti? 5.12.112.

Priuelegium.

Vide Altare.

Priuelegio suo nemo tenetur vti. 1.19.11.

Priuelegium Canonis.

Vide Excommunicatio.

Priuelegio Canonis si quis suadente gaudent clerici, etiam Coniugati nulli inseruientes Ecclesie. 4.6.72. Et in minoribus Constituti carentes conditionibus Tridentini. 4.5.72. Et Ordinati per saltum ibid. 5. Nota etiam.

gaudent etiam Religiosi, etiam Equites, & Nouitij 4.7.73. Et domestici mox habitum accepturi. 8.45.5. Sed hic obiter. 270.

conuersi, laici, oblato, & qui, se & sua monasterio tradentes, in eo viuunt, habitu quadamtenus mutato, 4.12.9. *Notandum* 76. Et secundum aliquos Eremitæ, siue habitent in communi, siue seorsim seruientes alicui Ecclesie cum habitu religioso, & sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati. 4.11.75. Inualidè item professi. 4.34.89. An etiam constitutus in sacris, cum quo dispensatum sit ad contrahendum, dum adhuc non contrahit? 4.40.92.

priuelegiū Canonis amittit clericus, & Religiosus per hæresim. 4.12. in fine 76. Per degradationem realen. 4.29.87. Per ignominiosum officium ioculatoris, galiardi aut Buffoni, per annum exercitum. Carnificij item, Macellarij, Tabernarij. Si Coniugatus sit, vel habitum clericalem dimiserit, & ter ab Episcopo admonitus non destiterit. Item per enormitates, quibus se immisceat. Et incorrigibilis declaretur. Minimè vero, per censuram aliquam, vel Irregularitatem aut depositionem verbalem. 4.13.76. Item amittit, per aggressionem personæ, vel rei alienæ. 4.24.82. Item si inueniatur turpiter agere, aut loqui, cum vxore, matre, sorore, filia alicuius. 4.32.88. Etiam illegitima, aut adoptiua. 4.33.89. Aut sollicitet sceminam ad turpia. 4.38.91. Item si clericus se intrudat, ob quod è gradu deiici debeat. 4.2. *Non desinat* 73. An amittat Religiosus per expulsionem? 4.44.94. Aut Apostasiam? 4.12.76. Certè non amittunt per Mortem. 4.39.92.

Professio.

Professio Religiosa an dissoluat Matrimonium conuersi cum infideli contractum ante Baptismum? 7.47.192.

Prorex.

Prorex an teneatur nominare Regi digniores ad beneficia? 7.7.166.

Pupillus, Vide Tutor.

R

Regulares.

Vide Habitus, Nouitius, Prælatus.

Regularis celebrans in oratorio priuato, potest ibidem Eucharistiam ministrare, nisi ab Episcopo prohibeatur. 1.8.6. Omnibus personis prælato Regulari subiectis. 1.15.9. Et qua licentia in oratorio possit celebrare? 1.16.10.

Regulares possunt habere oratoria in suis Monasteriis Virtute Priuelegiorum. 1.32.17. Quæ non indigent benedictione, sed tantum sufficit habere lapidem sacratum. ibid. Et non solum in Monasteriis, sed etiam in Granciis, & prædiis ipsorum, sine licentia ordinarij. 1.33.18. Et cum Altari portatili possunt celebrare extra oratorium. 1.34.19. At infirmi extra claustra non possunt facere celebrare in suis cubiculis. ibid. Quod etiam in infirmariis monialium illicitè fieret. ibid.

Regulares, quibus data sit Eleemosyna pro celebrandis multis Missis in altari priuelegiato, si eas non promittant, an peccet alibi celebrando? 2.19.42. An possint pecuniam subiectam oneri Missarum perpetuo inuestire in bonis liberis Monasterij? 6.26.140.

Regulares an teneantur ad Ieiunia ex Voto Ciuitatis? 14.171. Et declinare possint ieiunia Ecclesie ex vsu Ciuitatis? ibid. 5. *Nota*. Et Comedere lacticia in Quadragesima? 8.66.271.

Regularis an virtute Cruciatæ eligere possit Confessarium pro non reseruatis? 7.10. *Notandum*. 128. Et an ex ordine proprio pro reseruatis vi cuiusdam priuelegij? 8.55.5. *Nota* 259. Manens extra claustra cum licentia an teneatur confiteri approbato ab Ordinario ibid. Et quid si eligat virtute Iubilæi? ibid. 5. *Sed hic*.

Regulares quoad censuram Canonis si quis suadente, vide *Episcopus, Excommunicatio, Prælatus*. Quoad ludum, vide *Ludum*. Quoad Colloquium cum Moniali, vide *Moniales*.

Regularium Indulgentiæ qualiter communicentur? 1.20.42. Vbi an etiam Altaria priuelegiata.

Reseruata

Index Rerum notabilium.

Reservata.

Vide Absolvere.

Reservatio Papalis an cesset in eo, qui ignorat invincibiliter Censuram adnexam? 6.13.130.

Restituere.

Vide Ludus.

Restituere an teneatur Venator, quæ venatus est, aut piscatus, in locis alienis, aut prohibitis? 9.39.306.

Reus.

Reus an teneatur respondere, quando scit, contra se stare tantum dicitur denunciatoris? 9.43.310. An detentus in carcere iuvari possit ad carceris tractionem? *ibid.* §. *Notandum.* Et an damnatus ad Mortem iniuste, sed secundum allegata, & probata, possit se armis defendere contra iudicem? *ibid.* §. *Sed si.*

S

Sacerdos.

Vide Missa.

Sacerdos duplicem characterem accipit in ordinatione pro duplici potestate consecrandi, & absolventi. 6.9.127.

Sacerdos celebraturus tempore interdicti ex privilegio, potest uti ministro non privilegiato. 1.27.15. Obligatus ad celebrandum in Altari privilegiato, an satisfaciat celebrando in Altari privilegiato, an satisfaciat celebrando alibi cum Medalia? 2.12.37. Et quid si Altare vel Capella, in qua tenetur celebrare, diruatur? Præsertim si testator intendisset cultum illius? 2.13.38. Vel liberationem Animæ in Altari privilegiato? 2.24. §. *Nota etiam* 44.

Sacerdos bona fide Missam incipiens, si recorderetur peccati mortalis, an teneatur ad confitendum in Altari? 3.7.53. Et quid, si committat in ipsa celebratione Missæ Majoris? *ibid.*

Sacerdos simplex, absente Confessario, an possit celebrare non præmissa Confessione, ut communicet in Paschate? 3.18.60. Vel det Viaticum moribundo? 3.17.60. Ut ipse, aut alij audiant Missam in festo? 3.9.54. Ad complendum sacrificium Sacerdotis decedentis post consecrationem? 3.14.58. Vel dandam sponsis benedictionem? 3.13. in fine. 57. Pauper ad acquirendam Eleemosynam pro victu, *ibid.* §. *Alii qui etiam.* Vel ad satisfaciendum Capellanæ &c.? *ibid.* Et quid si Confessarius non intelligat suum idioma, nisi per interpretem? 3.10.55. Certè non excusatur Religiosus à Confessione, si habeat Sacerdotem alterius Ordinis, vel sæcularem, cui confiteri possit. Vel alius quiuis confessarium ex privilegio 3.13.57. Sed tantum quando urget scandalum. Quid si sola admiratio? 3.20.62.

Sacerdos celebrans in necessitate sine Confessione mortalis, tenetur præmittere contritionem, & quando? 3.19.61. Et postea confiteri quamprimum, ex præcepto positivo Tridentini. 3.21.62. Id est intra triiduum. 3.27.73. Idque sub mortali. 3.22.63. Sed an hoc præceptum locum habeat, quando quis recordatur mortalis obliti in ipsa Missa, & non confitetur ob scandalum? 3.24.64. Præsertim si recorderetur ante Communionem? *ibid.* Vel post? 3.25.65. Et quid, si recordatus ante Missam, omiserit confiteri ex negligentia, vel malitia? 3.26.65. Præsertim cum expressa voluntate non confitendi? 3.31.68. Item an locum habeat, quando sacerdos communicat mo-

re laicorum? 3.28.67. Vel complet sacrificium inchoatum ab alio? 3.30.68. Vel facit officium Parasceues? 3.29.67

Sacerdos celebrans in mortali sine necessitate quadrupliciter peccet? 3.32.68.

an teneatur sub mortali perficere Missam decedentis coram eo post consecrationem? 6.18.134. Et quid, si non constet in qua parte Missæ mortuus fuerit? *ibid.* §. *Sed si.* Et an si inueniet fragmentum Hostiæ ab alio consecratæ, possit illud sumere? 6.37.147.

Senex.

Vide Ieiunium.

Sexagenarius an teneatur ad Votum Religionis? 8.1.280.

Sepeliri.

secularis obiens in Monasterio, in quo hospitabatur, ubi sepeliri debeat? 7.62.203. Et an scæmina decedens in Monasterio post electionem sepulture extra Monasterium, associari debeat à Parocho, an à Confessario monialium. *ibid.* §. §. *Sed hic obiter.* Et an pro Nutritio defuncto in domo Consanguineorum sepeliendo in Monasterio, debeat quarta funeralis? *ibid.* §. *Notandum.*

an hæreticus non denunciatus possit sepeliri in loco sacro? 8.1.213. Et Ecclesia ex tali sepultura maneat polluta? *ibid.* §. *Si autem.* Et quid si quis inueniatur suspensus, vel demersus in puteum? *ibid.* *In fine.*

Seruus.

à Seruo iuventus Thesaurus ad quæ pertineat. 5.8.109

Simoniam.

Vide Beneficium.

Simoniam an sit, emere cedula habitus militaris à Regio ministro. 9.35.303.

Sponsalia.

Sponsalia requirunt septennium. Et sufficit si celebrentur in ultimo septennij die 7.65.207. An etiam ante si vsus rationis præcedat? 7.63.204. Et quis rationis vsus requiratur. *ibid.* §. *Sed hic.* Et an ex hoc capite nulla reualidentur per ratificationem in actu legitima. *ibid.* §. *Nota tamen.*

an validè contrahantur inter personas statu dispares? 7.71.209. Et iurata, etiam intuitu pietatis, de communi consensu dissolui possint? 7.76.212.

Sponsus.

Sponsus an peccet vouendo Castitatem? 7.75. §. *Et tandem* 211. Et an si voueat Religionem, possit contrahere animo ingrediendi intra bimestre? *ibid.* initio.

Spurius.

Spurius an habeatur filius ex fornicatione cum sponsa vel sponsa de futuro? 7.70.208.

Stipendium. Vide Missa.

T

Tactus.

Vide Coniuges.

Tactus liciti inter coniuges cum pollutionis periculo? 8.31. §. *Quæritur sextò.* 235. An mulier le excitat

Index Rerum notabilium.

excitare tactibus possit ad mittendum semen, quando post copulam remanet irritata? *ibid.* §. *Quæritur tertio*, Et an ad expellendum semen noxium, *ibid.* §. *quæritur Quarto*. Et quid copula fornicaria, si alter seminauerit? *ibid.* §. *Et tandem*.
An possit quis confricare pudenda brutorum? 8.31. §. *Quæritur secundo* 235. Vel propria in superficie vas præposteræ vxoris? *ibid.* §. *Quæritur quinto*.

Testamentum.

Vide Iuramentum.

An pro Testamento habenda sit schedula patris, testibus non obsignata? 7.41. 188. Et quid de Testamento ad pias causas? *ibid.* in fine. Et quid de Testamento Nouitij & clerici? 9.16. 288. Et Iesuitarum post vota biennij? *ibid.* An possit reuocari testamentum ab eo, qui non reuocare iurauit? 7.42. 189.

Testis.

Testi falso an liceat infringere fidem obiectis delictis falsis? Et an hoc sit contra Iustitiam? 9.44. 210. Et quid si esset mortuus? *ibid.* §. *Ponit*.

Thesaurus.

Thesaurus quid sit, & ad quem pertineat? 5.1. 104. Si inueniatur in proprio fundo? 5.2. 105. Vel alieno? 5.3. 106. Ex industria, & sine eius licentia? 5.4. 106. Et quid si sint plures domini? *ibid.* §. *Sed si aliquis*. Vel dominus asserat inuentam pecuniam absconditam, esse à maioribus suis? *ibid.* §. *Deinde*. Quid si inueniatur in fundo feudali, vel emphyteutico? 5.5. 107. Dotali? 5.6. 108. Vel Maioratus? 5.10. 110. In loco Sacerdoti? 5.11. 111. Vel publico? 5.14. 113.
ad quem pertineat Thesaurus inuentus à filio familias? 5.7. 109. A Seruo? 5.8. 109. Ab Usufructuario? 5.9. 110. Ad quem inuentus per artem magicam? 5.12. 112. Ante sententiam Iudicis? 5.13. 112.
quod Thesauri ad Principem pertineant, an iuste statui possit? 5.18. 117.
ciens Thesaurum latere in fundo aliquo, an illum emere possit pretio currente? 5.15. 114.

Tutor.

Tutor quis sit? 8.14. 222. Et an irritare possit Vota, & Iuramenta pupilli? *ibid.*

V

Vasa sacra.

Vasa sacra, Calix, Patena, & Vestes Sacerdotales consecrata remanent, si Sacerdos in eis celebrauerit. 7.18. §. *Nota* 173.

Venatio.

Venatio an peccaminosa Ecclesiasticis? 9.40. 307. Locis alienis, vel prohibitis an ferat onus restituendi? 9.39. 306.

Vendere.

Vide Pretium.

Vendere filium in necessitate an possit pater, & mater? 7.27. 178.

Vicarius.

Vicarius Episcopi non potest vi generalis Commissionis, absoluere, & dispensare in casibus Papalibus, vt potest Episcopus, stante impedimento ad eundem Papam. 6.56. 158.

Votum.

coniuges communi consensu religionem vouentes, an peccent consummando Matrimonium prima vice? 7.2. 162. Et quid si tale votum post consummatum Matrimonium emissum sit? *ibid.* §. *Verum*. Et quid si coniux factio diuortio voueat castitatem? *ibid.* §. *Sed si aliquis*.

Sponsus post iurata sponsalia vouens Religionem, an possit contrahere Matrimonium animo illam ingrediendi ante bimestre? 7.75. 211. Et an peccet sponsus vouens castitatem? *Ibid.* §. *Et tandem*.

ad Votum Religionis an teneatur senex? 8.2. 214. Et ad votum conditionatum, qui apposito conditionem impedit? 8.3. 215. Et quid, si hæc conditio esset consensus paternus, & hic impediretur solis precibus? 8.4. §. *Sed quid*. 216. Aut si sit consilium alterius, & hoc imprudenter detur? *ibid.* initio.

comedens secunda vice carnes, an peccet secundo contra votum Ieiunij? 8.5. 216. Et an contra votum Ieiunij peccet in Quadragesima, si comedat lacticiuia? 8.8. 217.

Vouens Rosarium, satisfacit recitando cum socio. *ibid.* §. *Sed quia*. Vouens ieiunare per mensem, non intelligitur comprehendere dies Dominicos. *ibid.*

Vouens ieiunare in Vigilia alicuius festi, si hoc veniat, feria secunda, potest ieiunare in Sabbato. *ibid.* Vouens aliquid in quantitate indeterminata, tenetur ad minorem. Vouens eleemosynam certo pauperi si hic moriatur, tenetur alteri. Vouens ieiunare singulis certis feriis, non tenetur in die Natiuitatis incidente in ea feria. *ibid.*

Vota impuberum an irritari possint à tutoribus &c. post pubertatem? 8.14. 222. Et quid, si à subiectis implenda sint tempore libertatis? 8.15. 223.

Vota Religiosorum adiuncta tribus substantialibus, an obligent Episcopos ab illis assumptos? 8.70. 277.

Vsura.

an Usuram committat debitor, si dimidium soluat anticipatè, cum pacto soluendi reliquum postpositè? 6.24. 138. Et an in mutuo possit aliquid accipi pro lucro cessabili, & pro amissa recreatione videndi pecunias? *ibid.* §. *Ponit etiam*. An emi chirographa immatura securæ solutionis, minoris? *ibid.* §. *Deinde*. Et an lucrum cessans ex mutuo possit exigi statim? *ibid.* §. *Et tandem*.

Usura à Principibus sæcularibus an permitti Iudæis possit sine licentia Papæ? 9.14. 287.

Usura ad quod forum pertineat? 9.15. 287.

FINIS INDICIS.


R. P. D. ANTONINI
DIANA
PANORMITANI,
CLERICI REGVLARIS,

CORAM SANCTISSIMO D. N. INNOCENTIO X.
Episcoporum Examinatoris, & Sancti Officij Regni
Siciliae Consultoris,

RESOLUTIONVM MORALIVM
PARS DECIMA:

IN QVA SELECTIONES CASVS CONSCIENTIAE
breuiter, dilucidè, & vt plurimum benignè sub variis Tractatibus
explicantur.

EDITIO VLTIMA, EXPURGATISSIMA, ET INDICIBVS
recessarius aucta.



LVGDVNI,
Sumpt. **LAVRENTII ANISSON.**



M. DC. LIII.
CVM SUPERIORVM PERMISSV.



S. C. R. M. MAGNI
PHILIPPI IV.
NOVI, ET ANTIQVI ORBIS
MONARCHÆ POTENTISSIMI.


PERMITTE, Philippe Regum Maxime, vt exiguum hoc meum opus cò tandem affurgat, vt inaugurari inclyto Maieſtatis Tuæ nomine, ac ſe Tibi addici, aueat, audeat. Vt tenuis prorsus labor, ita poſtremus is eſt. Nam deuexum iam æuum; ac valetudo, ita opes corporis, animum quoque, attriuere, vt receptui canat fractum, eneruatũque ingenium. Iam, quando ſolemne id eſt, vt non niſi vberiore quodam lumine conſeſcere, ac reſtingui faces contingat: planè non ipſe ſplendidiùs, ac magnificentiùs clauſerim vigilias meas, quàm ſi Tu regix Tuæ frontis dignitate, ac magnitudine, amplitudinẽque animi nouiſſimo huic Operi affuſeris. Et currenti quidem in circo, exhausto iam Elæo puluere, propoſita eſt palma, ac populorum fauor; mihi verò tangenti, veluti in Olympicis, ſupremo ſtudiorum curſu metam, hoc fuerit exacti iam laboris pretium, hoc palmare fronti decus, hic in Theatro Orbis plauſus, addictam nempe Regum potentiffimo extremam ſcriptionem meam, circumferri immortalĩ Tuo nomine laureatam. Quod ſi finis, vt iſt in parcemia, coronat opus; conſultò quidem, Rex, vltimos hoſce ingenij conatus, quales hi demum fuerint, Tibi ſepoſui; vt hic finis quidquid hætenus Litterarum, ac monumentorum procudit labor, Tuæ auſpiciis Maieſtatis, Tuæ honeſtamento gratiæ, Tuo diademate, ad ſummum euehat decus, coronetque. Enimverò quæ non accedet à tantæ potentiæ ſplendore lux Operi, ſi faueas? Quid non dignitatis, gloriæque afflauerit fauſta Auſtriaci nominis commemoratio? Planè non iſ ipſe ſum, vt datam diuinitùs terrarum imperio, felicitati, fauſtitati gentem dilaudem: In Te vno ſuſpiciendo ab nimia Tua luce caligat mens, Philippe Auguſtiſſime: Quis auream illam tot Cæſarum, Regũque ſeriem, non tam regij ſanguinis, quàm gloriæ ſucceſſione æuiter nam; mundi faſcibus inclytam; fortuna magnam, virtute maximam; inuictam bello; perpetuo victoriarum curſu, nexũque triumphalem; populorum votis, Regnorum obſequio felicem; Religionis cultu præſignem; curam Numinis, Coeli amores; ſyderum ac fatorum dominam: quis illam, inquam, ſuis titulis, ſuo imperio maiorem tot Heroum ſeriem dictione ſua, aut ſtylo exæquabit? Equidem dum tantũ Lucubrationi huic meæ ornamentum gratulor; illam etiam dedicandi huiuſce Tibi Operis cauſam addiderim. Etenim cum nullibi proniora Litteratorum iudicia experti Commentarij

mei fuerint; nullibi Academiae, & quæ sacra, quæ profana subsellia benignius illos exceperint, quàm in Hispania Tua; testari profectò in Hispaniam omnem eruditionem, ac benevolentiam grati animi impetu debui; nec sanè opportunius poteram, ac grandius quàm si inuictissimo Hispaniarum Regi ea ipsa offerrem, quæ ad eò Hispani probant. Postremò cur non meo Principi hoc ingenij donario, deuotæque mentis significatione obsequium tandem persoluerim? Patria mihi Panormus in Sicilia Tua est; sed maternum Auum è Catalaunia Gabrielem Cerbellonium habui, qui Carolum Cæsarem inuictissimum illum Atauum Tuum, ad Goletam sequutus Panormi postea substitit. Itaque siue natus, siue oriundus Tuus sum; geminòque obnoxius titulo Potestati Tuæ, quidni stipendiarias vigilias meas de genu, ac demissius Tibi nuncupem? Quod deest litteraturæ, suppleat prolixa animi obseruantia; proindèque à regia, qua uales indole, ac clementia clientelam iis Tuam ac patrocinium spondeo. Atque interim Maiestarem Tuam ita veneror; ita fortunari consilia Tua, curas, arma impensius opto, ut simul vota pro immortalis inuictæ Domus posteritate suscipiam. Nempè, ut in commune bonum, ad Austriacæ potentia firmamentum, ad Religionis, atque Orbis Tutelam perennent in Hispania PHILIPPI.

ANTONINVS DIANA,
Clericus Regularis.



EPISTOLÆ



EPISTOLÆ AD AVCTOREM.

In quibus apparet desiderium, quo flagrabant Viri docti, ut quamprimum hoc Opus imprimeretur.

EPISTOLA

Patris Antonij de Escobar, & Mendoza Societatis Iesu.

NO puedo encarecer con palabras el gusto que receui leyendo la clausula, que V. P. Reuerendissima se siruio de escribir para mí en la carta de mi Maestro, y dueño el P. Rector de este Collegio. Todo esto fauor, es debido al affecto con que siempre he estimado el dueño de tan lucidas, eruditas, ingeniosas, y doctas obras, siendo el primero que las busca y applaude, y se approueche dellas para enmienda de mis borrones. En la Summa que salio mia no pude las veces que quisiera honrarla con el celebre nombre de V. P. Reuerendiss. como affectè poner solamente Auçtores de la Compañia, pero en la obra que hago de Problemas Morales con este titulo: *Theologia Moralis, ac problematica resolutiones, siue quod certum ex fide, aut communis Doctorum placito asseritur, & quod in utrumuis probabile exponitur*, la honro muchas vezes con el acierto, y con el nombre de tan insigne Maestro. El primer tomo, que es *generalia principia* saldra presto, y cuidare le pongan en Roma à los pies de V. P. Reuerendissima cuyo Indice tractatum del Tomo decimo ley con mucho gusto, y espero la obra con grande ansia, que ha de dar mucha luz para las tinieblas de estos tiempos. Nuestro Señor prospere la vida de V. P. Reuerendissima para tanta gloria suya, y lustre de su Iglesia. Valladolid y Mayo 3. de 1651.

EPISTOLA

D. Christophani de Moscoso in Supremo Castella Senatu Regij Consiliarij.

PADRE y Señor mio, Muy obligado me tiene V. P. Reuerendissima con su carta de 6. de Henero, que he recebido con sumo gusto y me lo cauera siempre que me fauorecerà V. P. Reuerendissima auisandome de su salud, y mandandolo que fuere de su seruicio. Yo le soy muy affecto por sus muchos y doctos escritos, por su Religion y merced que los della me hazen singularizandome el Señor Obispo de Vngento, y su hermano teniendome por hixo de confession. Espero la Decima Parte, y aunque venga al par de mi deseo llegara tarde, las questiones son muy graues y dignas de que las resoluia la mucha erudicion y gran noticia de V. P. Reuerendissima cuyas manos beso por auerse seruido de ver mi Discurso, y el fauor que le haze, el de V. P. Reuerendissima suplirà sus defectos siendo de Maestro tan venerable. Guarde Dios à V. P. Reuerendissima muchos años. Madrid y Iunio 18. de 1651.

EPISTOLA

Patris Francisci de Lugo Societatis Iesu.

LA carta de V. P. Reuerendissima me fue de mucho consuelo, por ver à V. P. Reuerendissima con sa-
Anton. Diana Pars X.

lud, fuerzas, y aliento para trabajar continuamente en seruicio de Dios, y de su Iglesia, y de la Republica literaria. La memoria de los tractados de la decima parte me ha puesto gran deseo de verla ya corriente por nuestra España para aprender acertadas resoluciones de questiones tan nueuas. He buscado los papeles, que V. P. Reuerendissima pide y no hallo noticia de que se ayan empresso, ni de persona, que los tenga. Podra ser que en Madrid algun curioso los tenga manuscrito, si pareçeren. los remitire à V. P. Reuerendissima, Al P. Antonio de Escobar di el recado de V. P. Reuerendissima y pienso, que escriba re-graciando el gran fauor, que V. P. Reuerendissima le haze. Todos somos deudores de V. P. Reuerendissima y le damos millones de gracias, rogando à Nuestro Señor que guarde y conferue à V. P. Reuerendissima como deseamos, y auemos menester. De Valladolid y Mayo 3. de 1651. años.

EPISTOLA

Francisci Maria Prato.

LA lettera di V. P. Reuerendissima riceuei per mano del P. Preposito de SS. Apostoli, e confesso, che il mio libro *Prædicar. Obseruat.* habbia conseguito il premio delle fatiche, essendo peruenuto alle mani del Maestro Commune del nostro seculo, e che non l'habbia nauceato, e prenderò da ciò ardire di proseguire li altri tomi, tenendone due pronti de *Disceptas. forens.* quali spero haucranno fortuna di peruenire alla vista di V. P. Reuerendissima sottomettendosi alla sua correctione. Hò visto poi di che viene atticchito il Decimo tomo, & hò fatto vedere à molti de Signori Ministri Supremi l'Indice, del quale V. P. Reuerendissima mi fauorisce, e certo senza adulatione, ognuno l'ammira, e stà nell'aspettatione di gorde-lo presto, e particulamente lo feci vedere al Signor Carlo Calà Auocato fiscale della Regia Camera, huomo molto dotto, nepote per parte di sorella della buona memoria del Signor Presidente Merlino nostro Mecenate, con l'occasione di domandargli il Trattato de Decimis del Zio, quale mi comanda V. P. Reuerendissima, perche d'altra parte quà non si puo hauere, il quale restò ammirato dell'indice e mi hà promesso dari il libro che, stà facendo le diligenze nel studio, e spero hauer fortuna di inuiarlo col seguente, non hauendo lasciato di far diligenza per altre parti, essendo mio sommo desiderio di hauer occasione spesso di seruirlo, conforme di cuore me l'offerisco, e la prego mi honori de suoi comandamenti, con che le fo riuerenza, e viuo seruitore. Napoli li 20. Febraro 1651.

EPISTOLA

P. Georgij Gobat Societatis Iesu.

Nisi ex tuismet Libris, litterisque didicissem vsque aded suauem, omnique bile purum sanguinem tibi fluere, vt ne quidem maledictis obrectatoribus irasci possis, equidem suspicarer esse te mihi subitatum.

subiratum. Sanè nonnullius offensæ occasione à me colens profiteor esse tibi oblatam: dum enim ex Vrbe Vienna Austria, & aliunde expecto, cupioque edocer, qua ratione aliquot exemplaria mei tractatus in urbem mittere queam, labuntur hebdomadæ septem, tot enim meis, tuisque in gratiis fluxere, ex quo redditæ mihi sunt tuæ. Tuæ, dico, vrpote quæ sunt animi tui prorsum singulari humanitate cultissimi idea, atque imago. Nunc primum igitur se tibi non absque rubore listit, quem experiisti, scærus meus, & si pateris, tuus, vt tu te agnosces, vbi te toties ab illo, ac præsertim parte secunda, num. 533. testem, atque adeo etiam genitorem laudari perspexeris. Quemadmodum vero mihi honore duco; haud parum profecisse me, ac quotidie proficere ex te, communi huius, æui Magistro, ita est, cur verear, ne meo nomine dehonestaueris Decimam tuam Partem, cuius Indicem legi ego libentissimè, ac descriptum ad diuersos Principes misi. Mihi quoque illum R. Pater Rector Illustrissimo suo Dominò Fratri Episcopo nostro, atque Osnaburgensi, qui aliquot post suum obitum (haud diu in Urbem quoque fuit vix minus constans, quam falsa fama de extincto tanto Principe) diebus Osnaburgo significauit, cupide à se expectari volumen illud, & gratam tibi accidisse tuam sui memoriam; Ipsa autem R. Pater Rector se tuæ admodum Reuerendæ Paternitati plurimum commendat. Tuum in Michaëlis Manriquez Ferro perulantia multanda consilium, ingeniumque, laudo magis, quam probo; nisi fortè Caramel, quo nunc careo, pancreaticè hominem despectuit. Ego sane operi illi, quod molior, & in quo non paucas in vtroque iure fundatas quæstiones explico, præmittere cogito disputationem, hoc titulo. Sitne ius Theologis illis, qui in scholis publicis non dederunt operam Iurisprudentiæ, inserere suis Theologicis Lectionibus, aut Libris quæstiones nonnullas per leges aut sacros Canones necessariò determinandas. Si in publicum, inque tuas subinde manus venerit ea disceptatio, videbis quanti ego te tuo summo merito faciam, quamque tua causa velim. Interim me tibi, nostri sæculi Tostato, qui scibile discutis omne, qui que Encomiis tuæ nonæ Partis fontem exornantibus, dignissimus es, commendo, non submissè minus, quam impensè. Ratisbonæ 23. Maij. Anno 1651.

EPISTOLA

Ioannis de Dicastillo Societatis Iesu.

Sobre manera me alegrò la que he recebido de V. P. Reuerendissima la qual me dieron el mismo dia, que recebi tambien su Nona Parte, que aunque la he deseado mucho, y muchos dias he hecho diligencia por ella, no ha venido à mis manos hasta agora, leola con summo gusto, y estima, hermana es de las otras y muestra ser hija del mismo Padre, en que se dize toto, y añado, que en ella se verifica el proverbio, *secunda cura potiores*, porque los puntos ya en otras partes doctissimamente tratados, los trata de nuevo, con nueua erudición, y doctrina. Solo me pesa, que el impressor en Venecia putiesse tan poca diligencia en que la impressiõ fuesse correcta, daño que todos padecemos specialmente quando se imprime lejos de donde esta el Auctor. El Indice de la X. Parte, que V. P. Reuerendissima me à communicado lo mostrè luego à los Padres Doctores, y Professores deste Collegio, y Vniuersidad, y se alegraron mucho de que

tal Auctor trare tan graues, y celebres puntos, y las ocasiones publicas pedian, que se tratassen y por tal Auctor, y assi suplico à V. P. Reuerendissima no perdone à trabajo tan vtil, y graue. Dios de a V. P. muy Reuerendissima mucha vida, y salud, para que la emplee en prouecho de la Iglesia Catholica como lo haze, à quien suplico se acuerde de mi en sus Santos Sacrificios y oraciones. Ingolstadt y Nouiembre 29. 1650.

EPISTOLA

D. Laurentij Ramirez de Prado, in Surobrino Castellæ Senatu Regij Consiliarij.

Señor mio, siempre que tengo cartas de V. P. Reuerendissima me huelgo mucho, porque no ai cosa, que mas dese, que noticia, de V. P. Reuerendissima y de su salud. El Señor Presidente del Consejo D. Diego de Riano y Gamboa estima mucho à V. P. Reuerendissima y particularmente me ha dicho estas Pasquas que lo signifique à V. P. Reuerendissima en todas la escriuiere y se ha holgado de ver el Indice del Decimo Tomo por lo mucho, que el derecho de su Magestad interesa. Ha de ser celebre tomo este, y no vengo en que V. P. Reuerendissima halce la pluma de la tabla, sino que continue sus fatigas y trabajos para aliuio nuestro. Auiseme V. P. Reuerendissima en que estado està la impressiõ, que aca todos antiosamente la deseamos, y no menos el Señor D. Iuan Solorzano, y el Señor Regente Ramos. Que le parece à V. P. Reuerendissima de la muerte de nuestros comunes amigos D. Alonso de la Torre, y Monseñor Arguella Presidente de Granada, gran perdida se ha hecho. Guarde Dios à V. P. Reuerendissima muchos años como deseo, y la Republica literaria ha menester. Madrid y Henáro 7. 1651.

EPISTOLA

D. Nicolai Fernandez de Castron Senatu Mediolanensi Regij Consiliarij, & Cremonæ Pratoris.

Increiblemente me he holgado, que vna pluma tan escojda, y delgada, como la de V. P. Reuerendissima aya empleado sus filos en materias tan insignes como las que V. P. Reuerendissima me dió en el Indice de los Tractados de su Decimo Tomo, siendo de las mas conspicuas de nuestra edad pertenecientes al derecho publico Ecclesiastico, y Politico. Espero esta obra con mucho mas dese, que las demas de V. P. Reuerendissima que a qui con el Zelo de la gloria de Dios, y auctoridad de su Vicario, y credito del Rey Nuestro Señor, se aura excedido à si mismo, y sin duda sarà abraçada con estremo gusto de lo doctos. Però ha hechado V. P. Reuerendissima vn borron en ella, que no se como le hemos de limpiar, haziendo de mi tan honorificas memorias, como, me escribe, que es hauer engastado el plomo en el oro. Yo durate mucho con applauso de los doctos, però V. P. Reuerendissima aura perdido muchos quilates. Suplico sea yo de los primeros à que comunique vna copia, quando se acabe de estampar, por que dese estremamente verla en publico. Guarde Dios à V. P. Reuerendissima, para enseñanza de los Doctos, y bien vniuersal de la Republica. Cremona y Julio 20. de 1651.

APPROBA

A P P R O B A T I O N E S.

Admodum R. P. D. Vincentij Caraccioli Congregationis nostræ Præpositi Generalis iussu, Decimam Resolutionum Moralium Partem R. P. D. Antonini Diana eiusdem Congregationis perlegimus. Et præterquam quod nihil est in ea reperire, vel à piis moribus, vel ab orthodoxa Fide dissonum; Tractatus continet verè aureos, Præfulum, ac Principum, hoc potissimum tempore, terendos manibus; quæsitissima scilicet historiarum, ac humani, diuinique iuris eruditione refertos: alios etiam Miscellaneos, & selectissimarum quidem Resolutionum. Vt meritò illam, veluti reliquarum Partium coronidem, dignissimam esseamus, quæ Christianæ Reipublicæ bono, publici iuris fiat.

D. Paulus Maria Quartus Cler. Reg. S. T. P.

D. Andreas Plauellus Cler. Reg. S. T. P.

D. Urbanus Pulmerinus Cler. Reg. S. T. P.

D. V I N C E N T I V S C A R A C C I O L V S,
Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

Decimam Resolutionum Moralium Partem à R. P. D. Antonino Diana celebri nostræ Congregationis Auctore ingeniosè, vt moris est, elaboratam, cum aliquot è nostris Patribus, quibus id commisimus, recognouerint, & iuxta præfixam assertionem commendauerint, vt luci detur, libenti animo, quò ad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentem litteras manu nostra subscriptas, ac solito nostro Congregationis Sigillo signatas damus, Romæ in Ædibus nostris S. Siluestri Montis Quirinalis die 5. Maij 1651.

D. Vincentius Caracciolus, Præpositus Generalis Congreg. Cleric. Regular.

D. Ioannes Montoya, Secretarius.

Imprimatur si videbitur Reuerendissimo D. S. P. A. Magistro.

Antonius Rinaldus Vicesgerens.

Censura R. P. Martini Esperça, olim in Salmaticensi, nunc verò in Collegio Romano Societatis I E S V Sacra Theologiae Professoris.

Iussu Reuerendissimi P. Fr. Vincentij Candidi Magistri S. P. A. vidi decimam Partem Resolutionum Moralium R. P. D. Antonini Diana, eamque inueni omni laudum genere absque vlla doctrinæ labe nouem præcedentibus æqualem, & quod mirum est plurimum illis inexhaustus Auctor in hoc Opere superaddit, partim splendoris, ac roboris, vbi eadem idoneis vltius distinctionibus, ac obseruationibus promouet, aut auctoritatibus diligenter locupletat; parte verò maxima integrarum etiam quæstionum, ac responsionum vbique auiditate legentium admodum de more opportunus; modo verò specialiter opportunissimus in illustrandis grauissimis tumultuantis huius sæculi controversiis. Datum in Collegio Romano Societatis IESV, 23. Iunij anno 1651.

Martinus Esperça.

Imprimatur.

Fr. Vincentius Candidus Sacri Palat. Apost. Magist. Ord. Præd.

CONSEN

C O N S E N S U S.

Librum inscriptum, *R. P. Anthoni Diana Resolutionum Moralium Pars X.* typis mandari, & in lucem edi, sumptibus **LAVRENTII ANISSON**, Bibliopolæ Lugdunensis, ego Regius Consiliarius, & Proeurator in Lugdunensî Præfectura, non impedio Lugduni die 18. Maij 1652.

L O R I N.

P E R M I S S I O.

Viso Procuratoris Regis consensu, librum hunc typis mandari à **LAVRENTIO ANISSON**, Bibliopola Lugdunensî, concedimus, & ne quis ultra concessam facultatem denuò excudat, prohibemus. Datum Lugduni die 19. Maij 1651.

S E V E.


SYLLABVS



SYLLABVS AVCTORVM,

QVI ENCOMIASTICE DE P. DIANA

mentionem fecerunt, nouissime aduictus.



ACACIVS de Ripol. Tract. de Regul. cap. 11. Non debebat Venerabilis, & Doctissimus Diana tantopere mirari me de dictis.

Albertus. de Alberis Societatis IESV in paradoxa Moralia disp. 1. cap. 2. num. 17. Huius veritati oblectatur aperte Diana, Vir sane doctissimus, iuxtaque humanissimus.

Idem ibidem c. 5. §. 8. num. 118. Quamobrem benignè inspectandum iudico, quod eruditissimus Diana asseruit.

Alphonf. de Leone Cleric. Regul. Tract. de Capellan. quæst. 6. sect. 10. n. 100. Vnde doctiss. Diana necesse est, ut intelligat, id esse prohibitum in Decreto.

Idem de Cens. recollect. 5. n. 126. Turrian. vocat hanc sententiam probabilem, & non Diana, prout Manriquez Ferro solita sua animositate contra hunc famigeratissimum Authorem falso illi attribuit: addens, Dianam frequentius approbare benigniores opiniones: quod argumentum nihil efficere illum potest: quia illud non solum non negat ipse Diana, sed glorianter protestetur in fronte suorum Voluminum, se ut plurimum benignè resolvere casus conscientiarum, quod in singulis suis Resolutionibus, non ex sua, sed aliorum selectorum Authorum opinione, cum communi plausu exequitur.

Andreas Capanus de iure Adohæ, q. 62. n. 11. fateor tamen quod P. Diana omnia ferè optime resoluit, maxima cum ingenij perspicuitate, & acuminis prout in presenti casu, in quo sargam opinionem profert, & hoc cum maximo iudicio, propter vitanda peccata.

Andreas Lanfrancus in opusculis tom. 2. opusc. 1. c. 4. n. 15. Quamplures refert accuratissimus in recensendis auctoritatibus P. Diana.

Antonius de Leon in questione del chocolate, p. 1. §. 1. n. 4. Aun oyle puede seguir esta opinion, consta de Antonino Diana, que siendo el ultimo, que ha escrito en lo Moral, y con la ptouocacion, y estimacion que se sabe, la pone por probable.

Augustinus Barbosa nunc Episcopus Vgentinus de potest. Episc. edit. Lugdun. anno 1541. p. 2. alleg. 6. n. 3. Ita tenet Laymann, & nouissime amicus meus doctus Diana.

Bartholomæus à S. Fausto Ordinis Fulienfis de Sacram. pœnit. lib. 4. q. 173. Pœnitens, quando bona fide maiorem numerum peccatorum expressit, non tenetur repetere Confessionem, & ita tenet sapientissimus Diana.

Cæsar Carena in tract. de officio Sanctiss. Inquisitionis tit. 1. §. 11. n. 68. Videatur de tota hac materia Anton. Diana, Pars X.

P. Diana, de hoc nostro Tribunali S. Officij optime meritus.

Cælestinus Sueffionensis, Tertij Ordinis S. Francisci, in compend. Theol. Mor. tract. 3. c. 10. De hac materia multa scitu digna refert Diana vir doctissimus, ex cuius doctrina, quæ hic trademus de sumpturi sumus.

Carolus Baucius in 2. edit. suæ praxis Confessionum fol. 123. Responderet ex Cæterano, & alijs citatis à sapientissimo Diana.

Castillus Sotomaior de tertijs debitis Hispaniarum Regibus, cap. 41. n. 181. Antonini Diana scripta, & Resolutiones morales viles, & necessarias esse, & singulari eruditione, Authorumque lectura editas, facemur libenter.

Daniel de Nobilibus in selectis controuersijs disp. 62. num. 31. Contra communem sententiam videtur mihi sentire eruditiss. Diana, dum dixit, sibi non videri has leges ex æquo respicere Clericos ac Laicos.

Didacus Antoninus Frances in Pastoralis interno ad finem operis in Appendice, §. 1. Nonus tomus eruditissimi, & laboriosissimi Reuerendi P. Antonini Diana serò, sed bona sorte ad me delatus est, illum perlegi, & spicilegium istud, quo Sparta nostra potuit locupletari, hic apponere, & in Appendiculum referre iudicavi, quam margines inferre, & Lectores meos hac noua lucubratione, & viri grauissimi auctoritate, iudicique priuari.

Didacus de Narbona in Annalibus iuris num. 10. cum dimidio, quæst. 8. num. 6. Idem docet Riccius, Ochagavia, Mercerus, & Castrus Palæus, quem refert, & sequitur eximie litteraturæ vir Antoninus Diana.

Idem in tract. de ar. ad omnes hum. ad. req. an. 11. quæst. vnic. num. 3. Quamplurimos Auctores enumerat soletissimus vir Antoninus Diana.

Didacus Trasmiera Quæstor fidei in Regno Siciliæ de Polygamia lib. 3. q. 2. n. 49. Quam rationem attingit doctissimus Diana.

Franciscus Bardi studiorum Præfatus in Collegio Pañormitano Societatis IESV in Bullam Cruciatæ part. 2. tr. 2. c. 4. sect. 2. n. 12. Partem affirmatiuam complexi sunt quamplures, ut Suarez, Coninch, Fagundez, Laymann, & peritissimus Diana.

Idem ibid. tract. 2. cap. 4. sect. 4. num. 34. P. Diana diligens Casuum Moraliū, & practicabilium scrutator.

Franciscus Bordonus S. Officij Parmensis Consultor, Tertij Ordinis S. Francisci in Consil. Regul. to. 2. fol. 89. num. 30. Id optime probat in Moralibus veratissimus Diana.

Franciscus

Franciscus Cespedes Clericus Regularis, de exempt. Regul. c. 11. dub. 217. n. 1. Negatiue respondet Henrriquez, Sanchez, Tamburinus, & celebris Diana.

Franciscus Maria Natus Practicar. obseruat. tom. 1. obseruat. 41. n. 7. Hanc esse communem opinionem refert post plures a modum Reuerendus, & doctiss. Vir P. Anton. Diana huius ætatis ornamētū.

Idem in Responso de Ludo Scacchorum §. nec tamen, &c. Quam sententiam aperte sustinet mihi semper honorandus P. Diana summū Europæ decus.

Franciscus Pellizarius Societatis IESV tom. 2. Man. Regul. in Epist. ad Lectorem sub nomine Typographi. R. P. Antoninus Diana vir ob plures, ac eruditos Codices editos, non solum Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi celeberrimus.

Franciscus Salegnus Panormi Visar. Generalis lib. 1. Consil. consil. 1. 2. §. 3. num. 16. Quam sanè rem tetigit doctissimus Diana, cuius Codex, postquam hæc scripseram, ad manus meas peruenit.

Francisc. Torreblanca in pract. iuris spiritualis, lib. 15. c. 4. n. 54. Communis Auctorum sententia tenuit, ne in meam veniret opinionem eruditiss. Antoninum Diana S. Inquisitionis Regni Sicilia Consultorem.

Georgius Gobat Societatis Iesu in Theatro Indulgentiarum par. 2. cap. 7. quæst. 16. num. 324. Ita post Siluium Diana, cuius apud me magna in eiusmodi dubiis auctoritas.

Idem ibid. c. 26. q. 71. n. 533. Accedit recentissima declaratio Sanctiss. D. N. cuius omni exceptione maior testis extitit celeberrimus Doctor, Apt. Diana.

Idem ibidem cap. 38. q. 103. n. 681. sicuti nixus auctoritate tam præclare de re morali metiti Dianæ, respondi, per litteras interrogatus.

Hieronymus Garzia in sum. mor. tractat. 3. diffic. 1. dub. 4. punct. 4. num. 20. & sapius alibi. Esto vltimo parece sentit Gauano, y le sigue el gran Casuista de nuestros tiempos Diana.

Idem ibid. tract. 1. diffic. 1. dub. 1. n. 3. A los quales añado Cornejo, y el gran Casuista de estos tiempos Diana.

Idem ibid. tr. 3. diffic. 4. dub. vlt. punct. 1. n. 4. Esto supuesto, entra la question, en la qual el gran Casuista de nuestros tiempos Diana dixo, &c.

Idem ibid. tract. 1. diffic. 5. dub. 3. n. 3. de lo dicho se oblige, quan injustamente se quejan los que sienten, que en materias morales aya diuersidad de opiniones, porque con la variedad de opiniones se haze mas suauè el yugo de Christo, porque quicã si en las materias morales no huuiera sino vn camino quedara mucho mas peligroso à la conciencias que fauorable; pues apretarlas de demasiadamento, es affligir, y atormentar a las almas temerosas, y lleuarlas de escrúpulos, y no se puede negar, sino que en esto ha andado muy bien Diana, aunque algunos poco doctos han venido à dezir, que ha ensanchado las conciencias, y dado licencia para pecar. Pues es cierto que no ensèña opinion, que no sea probable per principia intrinseca, aut extrinseca; y assi sin razon le calumnan.

Ioan. Baptista Casaluis de Vrbi, & Imperij Romani splendore cap. 21. Cui opinioni R. P. D. Ant. Diana Clericus Regularis eruditissimè, & doctissimè ipse primum respondit, eamque, vt errorem impugnavit in libro cui titulus, De Primatu solius D. Petri, cuius Auctoris doctrinam ex tot Voluminibus moralis Theologiæ per ipsum impressis, ego semper sum admiratus, & veneratus vt etiam responso, quæ ab ipso velut Oracula continuò pro-

ueniunt super vrgentissimas Christiani Orbis difficultates

Ioan Baptista Ciarlinius Controu. forens. iudic. to. 2. c. 198. n. 3. & 30. Verum contra me insurgit Doctissimus Diana, adducens multa argumenta, quibus consideratis, admiratus sum viri ingenium, & eruditionem, & non potui non laudare eius subriles, & doctas considerationes: non tamen volui ei penitus acquiescere, cum habeam adhuc multa argumenta, ad meam tuendam sententiam, quam existimo veram, non vt impugnem opinionem P. Diana, cuius auctoritatem, & scientiam scio esse magnam, & tamquam virum insignem in morali Theologia colo, & admiror, & credo, eius sententiam esse probabilem, & ideo omnia disputationis causa esse volo.

Ioan. Baptista Larrea in alleg. Fiscali part. 2. allegat. 114. n. 16. & 21. Principes aliquos Ciues tradere posse & periculo vitæ exponere pro tutamine aliorum, tradit Diuus Thomas. Quod comprobatur doctissimus P. Diana.

Ioan. Baptista Lezana in sum. QQ. Reg. tom. 4. verb. Libri num. 30. Quid verò sentiendum de lectione aliorum librorum, de quibus non fit Sermo in Bulla Cæcæ, consulendus est insignis Auctor. Anton. Diana.

Idem ibid. verb. Litaniz, num. 7. Nota, quod celebris Auctor P. Diana, oppositum probabile putat esse.

Idem in consultis variis consil. 35. nu. 16. Ea quæ dixi etiam approbat sapientiss. P. Diana, aliis relictis.

Idem ibid. consult. 26. n. 29. Adhæsit autem huic sententiæ sapientissimus P. Anton. Diana.

Ioan. Baptista Ventiglia in praxi fori Ecclesiastici, Ann. 88. §. vnico n. 37. Hoc tenet Diana in Tertia parte, sed pace tanti viri contrarium videtur vgius, & in Sexta Parte nostræ opinioni adhæret.

Ioan. Caramuel Episcopus Metiensis Suffraganeus Moguntinus in Theologia Regulari edita Francofurti 1646 disp. 6. n. 53. B. C. D. Sunt Authores aliqui, quorum vnus multis aliis præualer, vt sunt Lorca, Vasq. Suar. Pont. & Angelus Manriqueus. Hos literarum Principes, nullius iniuria nominauerim: Lessium, Thomam, & Ioannem Sanchezios, & præcipue Dianam, & si quos alios æquales ipsis videris, illis adnumera, & sine aliquo scrupulo sequitor, contra quoslibet alios Doctores.

Idem ibid. disp. 69. n. 1053. Ingenium Dianæ Viri doctissimi veneror, eius industria multas opiniones euasisse probabiles, quæ antea non erant, assero, vocoque inuidum, qui non confirmet.

Idem ibid. disp. 66. concl. 14. n. 1017. fol. 196. Ita docuerunt Vasquez, Pontius, & Diana. Vbi nota, quod duos fuisse ex maximis, ita vt securissimè sequi possis. Dianam diligentia, & studium etiam magnis adscripsit, & forte illi plus debet Ecclesia, plus ethica Christiana, quam aliis.

Ioannes de Dicastillo Societatis IESV in Dilingana Vniuersitate Cancellarij, de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 5. num. 110. Ecce Diana sibi contrarius est. Id tamen, (quod illi non semel contigit) non reprehensione, sed gratiarum actione dignus est. Nempè vir pro communi bono laborans, & communi vtilitati seruiens, plurima lectione diues, & copiosus, pro occurrenti consultantium, & quærentium necessitate, aut etiam desiderio, iam huic, iam illi parti adhæret, quando pars vtraque probabili ratione, & DD. virorum auctoritate nititur, & in praxi vtrumuis operari tutum est: voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in vna, quid in alia occasione respon-

- responderit querentibus. Quid, quæso, vtilius pro praxi? Hæc obiter dixerim, vt facessere iubeam nescio quos inuidos, qui hæc, & si quæ sunt similia, erudito viro non verentur obiicere.
- Idem ibid. disp. 11. dubit. 6. num. 111. Alij paulò strictius, alij paulò latius videntur loquuti, maximè ij, qui pro Reipublicæ litterariæ bono in congregandis Auctoribus pro quavis sententiâ desudant non sine magno fructu, & dignissimi sunt quibus gratias agamus. In iis non primum, certè nemini secundum locum tenet Diana.
- Ioann. de Lugo S. R. E. Cardinalis Societatis Iesu de Iust. & Iure, tom. 2. disp. 37. sect. 13. num. 161. de Torturæ materia videre poteris Dianam, tract. de Tortura, vbi omnia ferè, quæ ad torturam spectant, copiosè, & doctè collegit ex Auctoribus antiquioribus, & recentioribus, qui tractatus vtilissimus omnibus est.
- Idem de Sacrament. pœnit. disput. 23. sect. 5. n. 148. Quando est mera confessionis reuelatio Inquisitores non se ingerere, testatur Diana, in eo Tribunali per multos annos versatus.
- Ioannes Petrus Fontanella in Decisionibus Cataloniæ, tom. 2. decis. 302. num. 1. Recensere hæc volui clarius, quam fecerit Diana; cui non nego, multum debere studiosos.
- Idem ibid. decis. 307. num. 13. Aduerto P. Dianam, vt muneri, quod susceperat, vberimè satisfaceret, nullum non mouisse lapidem, nullis pepercisse laboribus, quibus Sacram Ecclesiasticam immunitatem adiuuaret.
- Ioannes Franciscus Sanna in Patroc. immun. Eccles. pro Episc. Algarum art. 3. nu. 36. art. 5. nu. 61. Quod esse valdè notandum à Iudicibus Laicis, quando excommunicantur ab Episcopis, licet pro se habeant opinionem probabilem, aduertit doctus, & pius P. Diana, Et infra. Quinimò, si creditus Azorio, Filliucio, & aliis viris longè doctissimis, quos refert Diana, vir æquè non mediocriter doctus.
- Ioannes Escobar à Corro Inquisitor Murciæ tract. de Confess. sollicit. par. 2. quæst. 2. §. 3. nu. 23. An quis reuelare teneatur in Monitorio furtum factum à filio familias eius, qui Monitorium impetrauit; Naldus affirmat, Raynaudus negat, Diana tamen, licet doctissimus, iudicandum relinquit.
- Joseph Demetrius in praxi Casuum Archiepiscopo Neapolitano reseruatorum, quæst. 8. num. 36. & hanc opinionem tenet Antoninus Diana, cuius virtus tam præclara est, vt vniuersum ferè orbem in sui traxerit admirationem.
- Idem ibid. Disquis. 3. q. 2. n. 43. Dux sunt opiniones, prima affirmat quam sequitur Diana, qui in Morali Theologia lux lucis, luménque luminum dici potest.
- Idem ibid. num. 77. Hæc est communis opinio, vt contra Grassium tenet sapientissimus Diana, vir numqua in suis aris audarus.
- Joseph de Ianuario in resolut. Theolog. mor. tom. 1. resol. 14. num. 8. Hanc consuetudinem à Merolla cognitam non cognouit accuratissimus Diana.
- Idem de Casibus reseruatorum resol. 16. n. 1. Idem sentit Quintanaduénas citatus ab eruditiss. P. Diana, qui in moralibus omnes plene materias illustrauit.
- Idem ibid. resol. 64. num. 13. Sic P. Diana, qui in materia morali nihil intactum reliquit.
- Iulius Cæsar Borea nunc Episc. Comoclenis in responsio pro immu. Eccl. contra Lagunam, cap. 3. n. 117. Clericis suffragatur auctoritas, non solum P. Dianæ, sed etiam aliorum quamplurimorum Auctorum. Et in omnem euentum, plus soli Dianæ deferrem, quam Lagunæ, & cæteris eius sequacibus: tum propter egregiam viri, quem noui, litteraturam: tum propter vitæ, morumque candorem, & integritatem.
- Iulius Clemens Scotus Opus. de iure tuend. fam. num. 28. Quod Episcopus non possit absoluerè ab Hæresi occulta, legendus est Diana, vir quidem suspiciendus, maximè propter Disceptationes Apologeticas de Primatu solius D. Perri, ac differentia inter ipsum, & D. Paulum hoc anno impressas, in quibus multiplicia contrarij dogmatis capita, siue argumèta igneis responsionibus abscidit.
- Leander de Murcia in cap. 2. Regulæ D. Francisci, q. 8. n. 2. & sæpius alibi. Esta sentencia tiene Ricardo, Layman, Rebelio, à los quales cita, y sigue el muy docto P. Antonino Diana.
- Marcus Serius tom. 1. de officio, & potestate Parochi disp. 1. diffic. vnica, q. 6. num. 1. licet nonnulli apud Doctissimum Dianam asserat mortaliter peccare.
- Idem ibid. q. 9. n. 20. Villalobos apud Dianam virum eximie virtutis, inter alia notatu digna habet, &c.
- Marcus Vidal Clericus Regul. in Arca Vitali Theologiæ moralis in Indice Auctorum, littera A. Anton. Diana Clerici Regul. Resolutiones Morales, Auctor pius, celebris, & suo nomine conspicuus.
- Martinus Bresserus Societatis Iesu de Conscientia lib. 3. c. 8. n. 98. Antoninus Diana citat pro more suo diligenter Auctores aliquos.
- Nicolaus Fernandez de Castro de Religionis milit. tr. 4. c. 10. n. 57. Summa hæc rationum momenta pepulerunt virum variæ, & indefessæ Læctionis longè eruditum, Anton. Dianam, vt nullitatis vitio laborare prædictam professionem crediderit. Et rem doctissimo (vt solet) & pleno omnigenæ eruditionis scripto firmavit, nuper typis dato.
- Idem in Portugal conuenciã e. 2. sect. 2. fol. 50. littera B, P. Diana vir plane indefessæ læctionis, scriptiois, & curæ, atque religiosissimæ in Sanctam Sedem pietatis; cuius suauissimam amicitiam votis mihi enixè expetitam, multo animi candore, & quam par est eximio viro perhiberi obseruantiam gratis percolo.
- Paulus Briuius Episcopus Albensis, ne progressi della Chiesa Occidentale, secolo 7. fol. 685. E chi curioso fosse di sapere, consideri seriamente le difficoltà, che moue il celebratissimo Dottore Diana.
- Paulus Maria Quartus Clericus Regularis nel trattato del Guibileo dell' Anno Santo al c. 3. punto primo. Si potrà vedere il P. Diana par. 9. tract. 2. de Altaribus resolut. 23. doue tratta egregiamente al solito, questo punto, adducendo molti Dottori.
- Paulus Rubeus in Annotationibus ad decisiones Rotæ, part. 3. decis. 2. num. 28. R. P. Antoninus Diana, vir admirabili doctrina conspicuus, cuius operam iam decimam quartam aspexerunt lucem, affirmat, hoc communiter tenere Theologos.
- Pax Iordanus Episcopus Taguriensis in var. Elucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. 3. num. 216. Eruditissimus Diana asserit multos Doctores circa hanc difficultatem.
- Petrus Paulus Guazzinus in tract. morali lib. 2. defens. 1. cap. 7. §. 5. n. 156. Sed quia de Inquisitoribus satis diffusè, & benè scripsit doctissimus P. Diana, idè me remitto ad illum.
- Idem ibid. c. 12. n. 9. ad Molinam verò pro parte contraria allegatus rectè responderet doctiss. Diana.
- Philippus Cammarata in Iuridico discrimine Patro. 1. n. 26. Decisionem Seraphini, & declarationem Sacræ Congregationis refert noster amicissimus, & eruditissimus R. P. Antoninus Diana.

Remig. Scropha Dominicanus in Solutionibus quæst. mdr q. 35. n. 16. Hæc omnia docet doctiss. Diana. **Sacra Rota Romana** in causa Burgen. nullitatis professionis, die 16. Aprilis 1649. coram D. Arguelles. Annum probationis continuum esse debere, clarum est. Abbas, Ancharanus, Suarez, & manu plenissima pro more Reip. P. Diana.

Sebastianus Salettes Societatis Iesu, de materiis Tribunalis S. Inquisitionis. lib. 1. cap. 11. regul. 94. n. 132. Ex Doctoribus magis recentioribus, perdoctè discutit, & resoluit hoc dubium, sicut & reliqua, vir doctissimus, atque religiosissimus de illustrissima familia Clericorum Regularium P. Dominus Antoninus Diana, Consultor Sancti Officij, & de hoc sacro Tribunali valdè benemeritus.

Idem ibid. c. 14. Reg. 124. n. 341. Inuocatio Dæmonis per modum imperij nulla ratione habet locum, vt egregiè ostendit doctissimus Anton. Diana.

Stephan. Spinola Congregat. Somaſchæ, Opusculo,

de libera electione in mor. disp. vlt. sect. 4. Diana pro opposita sententia nullos citat Doctores, quod equidem miror, cur scilicet eruditissimus vir in libris Doctorum adeo versatus, qui pro qualibet materia semper consuevit pro vtraque parte Doctores afferre, in hoc puncto noluerit mentionem facere.

Vincentius Trancedi Societatis Iesu, de Religione in Epistola ad Lectorem. Circa Ecclesiarum immunitatem multa exagitantur, quæ nuper eruditissimus, & satis notus Diana, & quidam non obscuri nominis Recentiores scripsere.

Idem ibid. tract. 1. lib. 4. disp. 5. quæst. 3. num. 19. docet Naldus, quamuis contrarium teneat mordicus doctissimus Diana.

Zacharias Pasqualigus Clericus Regularis in Indice Doctorum ante suas Decisiones morales, littera A, Antonini Diana Clerici Regularis Resolutiones morales, Auctor suo nomine celebris.




SERIES



SERIES TRACTATVVM, ET RESOLVTIONVM.

TRACTATVS PRIMVS. Historico - Theologicus.

*De prisco more eligendi Episcopus, contra
quosdam Pseudo-Sorbonistas.*

- RESOL. I.  E iure diuino electionem Episcoporum ad Summum Pontificem pertinere probatur. pag. 1
2. De modo olim eligendi Episcopos. ibid.
 3. An populus in electione Episcoporum olim aliquando habuerit ius eligendi, & suffragandi? Et secundum aliquos affirmatiue respondetur. 2
 4. Opinio negatiua assertur, probans populum in electionibus Episcoporum non habuisse ius suffragandi, & eligendi, sed tantum postulandi, & testimonium ferendi. 3
 5. An etiam Principes olim aliquando in electione Episcoporum partem habuerint? 5
 6. Fuisse olim à Summis Pontificibus interdictum, ne populi, & Principes in electionibus Episcoporum se immiscerent, demonstratur. ibid.
 7. Circa superius dicta, quoad Episcoporum electionem, Auctoris iudicium ex sacris Canonibus desumptum, breuiter proponitur. 6
 8. Breuis digressio circa responsum falsò, vt puto, adscriptum aliquibus Doctoribus Sorbonistis. 7

TRACTATVS II.

*De prohibitione, ne Clerici præsent
exercitibus.*

- RESOL. I. **A**N Clerici inconsulto Summo Pontifice, possint alicui exercitui præesse? 9
2. An initiati minoribus Ordinibus, Beneficarij, & Monachi laici includantur in dicta prohibitione? 10
 3. An sub ista prohibitione includantur etiam Episcopi, vel Cardinales. ibid.
 4. Quandonam abusus Episcoporum procedendi ad bella, ortum habuerit. 11
 5. Defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bella perrexerunt, contra Cardinalem Baronium. 12
 6. Contra Gratianum, posse Pontificem, ex iusta tamen causa præbere licentiam, vt Clerici, Episcopi, & Cardinales præsent exercitibus, sine

qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant demonstratur. ibid.

7. An Clerici interesse possint alicui exercitui excitando milites ad pugnam. 13

TRACTATVS III.

*De libertate conscientia: An possint illam
Principes Laici inconsulto Pontifice
hæreticis concedere?*

- RESOL. I. **A**N liceat Principibus concedere libertatem conscientia hæreticis sine consensu Summi Pontificis? Et affirmatiua sententia assertur. 13
2. Opinio negatiua Auctoris proponitur, negans Principibus laicis hanc potestatem independentem à Summo Pontifice, & rationibus stabilitur. 14
 3. Probatum etiam opinio negatiua ex pactis, quæ in dictis fœderibus cum hæreticis apponuntur. 15
 4. Auctoritate Doctorum opinio negatiua fulcitur. 16
 5. Respondetur ad argumenta superius adducta pro sententia affirmatiua. 18

TRACTATVS IV.

Historico - Theologicus.

*De numero Electorum Imperatoris, non au-
gendo, vel minuendo, inconsulto
Summo Pontifice.*

- RESOL. I. **A**N absque assensu Summi Pontificis, septem Germaniæ Electoribus possit octauus addi. 18
2. Opinio negatiua proponitur, & probatur tum ex iure Canonico, tum etiam auctoritate Historicorum, & Diplomatum ipsorum Electorum. 19
 3. Confirmatur eadem opinio negatiua auctoritate Theologorum, & Iurisperitorum, & ipsorum hæreticorum. 20
 4. Respondetur ad argumenta, quæ pro affirmatiua sententia adduci possunt. 21

TRACTA

Index Tractatum,

TRACTATUS V.

De potestate Pontificis eligendi sibi successorem.

- RESOL. I. **A**N Pontifex possit sibi eligere successorem? Et affirmatiua sententia proponitur. 22
1. Opinio negatiua affertur, videlicet non posse Papam sibi successorem constituere. 23
 2. Sententia media inter affirmatiuam, & negatiuam superius adductam exponitur. 24
 3. Auctoris sententia; & de supradictis opinionibus iudicium breuiter profertur. 25

TRACTATUS VI.

De potestate Pontificis ornandi Principes laicos titulo regio.

- RESOL. I. **A**N Pontifices Principibus de Ecclesia bene meritis possint Titulum & insignia regia concedere. 25

TRACTATUS VII.

De iure protectionis, seu clientela.

- RESOL. I. **A**N subditus inrequisito domino possit se subiicere alterius protectioni? Et sententia affirmatiua proponitur. 29
1. Opinio negatiua Auctoris, & aliorum affertur, afferentium esse illicitum, subditos inconsulto Domino Protectorem aliquem sibi adscisere. 30
 2. Adducuntur aliquae limitationes supradictae negatiuae sententiae. 31
 3. Respondetur ad argumenta adducta pro affirmatiua sententia. 32
 4. An opinio Superior obster Eminentissimis Cardinalibus, vel Romanis Baronibus, qui cum stemmatibus Imperatoris, Regis Hispaniae, Galliae, &c. appositis in eorum Palatiis, videntur profiteri stare se sub protectione dictorum Principum. ibid.

TRACTATUS VIII.

De penis, seu mulctis pecuniariis Episcopo non applicandis.

- RESOL. I. **A**N Episcopi possint imponere poenas pecuniarias? Et affirmatiue responderetur. 34
1. Episcopos non posse poenas pecuniarias sibi applicare, sed applicandas esse piis locis demonstratur. ibid.
 2. Respondetur ad argumenta, quae contra superius dicta adduci possunt in fauorem Episcoporum. 35
 3. Infertur ex superius dictis ad ornatum Concilij Trid. sess. 28. c. 8. posse Episcopos, relictis aliis poenis, punire concubinos mulcta pecuniaria, locis tamen piis applicanda. 36
 4. Posse Episcopos compositiones pecuniarias facere super quibusdam delictis, sed piis locis applicandas esse firmatur. 37
 5. Inquisitores etiam poenas pecuniarias imponere, sed non sibi applicare explicatur. 38
 6. Aliquae declarationes sacrae Congregationis fir-

mantes superius dicta afferuntur. ibid.

8. An Episcopi possint dispensare in lege Pontificia apponendo poenam pecuniariam: & affirmatiua sententia adducitur. 39
9. Negatiua sententia Auctoris, & aliorum Doctorum proponitur; nempe, non posse Episcopos, tales poenas pecuniarias imponere, sed vtraque sententia, illas debere locis piis applicare, stabilitur. ibid.
10. Ea quae dicta sunt de Episcopis, procedere in Capitulo Sede vacante, & eius Vicario probatur. 40

TRACTATUS IX.

De dispensatione cum Regularibus illegitimis.

- RESOL. **A**N Superiores Religionum Mendicantium, Monachalium, & aliarum possint cum suis subditis illegitimis non solum ad Praelaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum dispensare. 40
- Additio ad superiorem Tractatum. 45

TRACTATUS X.

De cingulo militari, pro validitate professionis Equitum Melitenensium.

- RESOL. **A**N professio N. emissa in Religione VNIC. Hierosolymitana non sumpto prius ornamento cinguli militaris, fuerit inualida. 48

TRACTATUS XI.

Miscellaneus.

- RESOL. I. **A**N Regulares satisfaciant praecipuo recitandi Horas Canonicas, si illas tantum mentaliter dicant? 56
1. An laici tangentes calicem, patenam, & corporale, peccent saltem venialiter. 57
 2. An pixis, in qua reponitur Eucharistia necessario sit benedicenda. 58
 3. An si Sacerdos moriatur post consecrationem Corporis Christi, possit alius Sacerdos sequenti die sacrificium perficere. 59
 4. An mappae, seu sobalae Altaris sint benedicendae? & de earum numero. 60
 5. An si quis audiat Missam impositam pro poenitentia a Confessario sine interna attentione, satisfaciat. 61
 6. An qui audit Missam a Sacerdote excommunicato vitando, vel a degradato, & deposito impleat praecipuum Ecclesiae. 62
 7. Quenam distantia ab Ecclesia excuset, ut quis non teneatur illam adire ad audiendam Missam in diebus festiuis. 63
 8. An Subdiaconus ordinatus cum calice non consecrato debeat iterum ordinari? ibid.
 9. An ad dispensandum in interstitiis Diaconatu ad Presbyteratum, sit necessaria utilitas, & necessitas Ecclesiae copulatiue. 64
 10. An perseverante periculo alicuius infirmitatis, in qua sumpta est extrema Unctio, si adueniat periculum alterius infirmitatis, possit aeger denuo iniungi. 65
 11. Sacris Ordinibus initiati, exercentes actum venereum, quot peccata committunt. 66
 12. Quanta Balsami quantitas sufficiat pro materia Sacramenti

& Resolutionum.

- Sacramenti Confirmationis. 68
14. An Episcopus peccet mortaliter, si ordinet aliquem, qui Sacramentum Confirmationis non sumpserit? ibid.
 15. An si deesset oleum extremæ - Vnctionis, posset Parochus Sacramentum illud ministrare cum Chrismate. 69
 16. Adducuntur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum. 70
 17. Aliæ opiniones afferuntur circa recitationem Officij Diuini. 71
 18. An si ex incuria Sacerdos, dum alios communit, porrigeret Eucharistiam infanti genuflexo, non habenti vsum rationis, reciperet iste gratiam. 72
 19. An qui in rixa inopinata, & non inito consilio occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio casuali, vt non possit ab Episcopo dispensationem obtinere vigore Concilij Trid. sess. 24. c. 6. 73
 20. Quidam minister iustitiæ ex timore cuiusdam magnatis non impediuit homicidium ab illo perpetrandum; quare quæsiuit à me an super irregularitatem contractam posset dispensationem obtinere ab Episcopo, vigore Concilij Trident. sess. 24. cap. 6. 74
 21. An incurrat irregularitatem is, qui sine ordine requisito administrat alia Sacramenta, quàm solemnem Baptismum, & Sacrificium Missæ. ibid.
 22. Enumerantur plures casus, in quibus secundum opinionem aliquorum Doctorum, Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ, potest tollere irregularitatem. 75
 23. An filij hæreticorum, qui combusti sunt, sed signa contritionis dederunt, sint, hoc non obstante, irregulares. 76
 24. An Episcopus possit dispensare super irregularitate ex defectu natalium, si delictum sit occultum. 77
 25. An qui contraxit bigamiam cum vidua, vel accessit ad propriam vxorem, postquam illa adulterium commisit, possit petere dispensationem huius irregularitatis ab Episcopo. 79
 26. An Episcopus possit ordinare, & Dimissorias concedere filio alicuius satellitis, vel publicæ meretricis? Et latè de irregularitate contracta ex infamia. 80
 27. An ex vi Regulæ sit prohibitum sub peccato mortali Fratribus Minoribus in biga, vel in quadriga ambulare. 82
 28. Fœmina nobilis contraxit sponsalia cum Caio, quæritur an possit ea dissolvere propter oscula, & tactus impudicos cum alia. 84
 29. An detur paruitas materiæ in excommunicatione Papali, contra extrahentes libros à bibliotheca communi. 85
 30. An stante decreto Clementis VIII. de Reformatione Regularium, possint hodie eorum Superiores præbere licentiam subditis ex iusta aliqua causa extra claustra permanendi absque consensu Summi Pontificis. ibid.
 31. An Regulares possint sine incurfione censuræ ministrare Eucharistiam in die Paschæ ad implendum præceptum, Equitibus Hierosolymitanis, D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. absque licentia Parochi. 86
 32. An Concionatores quotidiani tempore Quadragesimæ excusentur à recitatione Horarum Canonicarum. 87
 33. An persolvere Horas Canonicas in loco, vbi natura debitum redditur, sit peccatum veniale. 88
 34. An si quis tempore Iubilæi sequatur circa illud opinionem probabilem; lucretur indulgentias. 90
 35. An Pontifex, si non licitè, saltem validè, possit dispensare cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis Beneficiariis, vt redditus Ecclesiasticos superfluos non expendant in pios vsus? Et an hoc etiam possit introducere consuetudo. ibid.
 36. Quo ordine Episcopi, & alij teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum, erogare in pia opera. 92
 37. An consecrare in musto absque necessitate, sit tantum peccatum veniale. 93
 38. An si in aliqua Prouincia extaret consuetudo vniuersalis obligatoria abstinendi ab onis, & lacticiis in Ieiuniis extra quadragesimam; tenerentur illam Regulares obseruare. 94
 39. An si quis sumpserit Viaticum v. g. Feria secunda Hebdomadæ sanctæ, si postea non moriatur intra tempus Paschæ, vel conualescat; teneatur iterum Eucharistiam sumere ad satisfaciendum præcepto annuæ Communionis. 95
 40. An aliquando licitum sit deferre Viaticum moribundo absque stola, superpellico, & lumine. 96
 41. An qui habet licentiam petendi eleemosynam, possit hoc ius alteri locare. ibid.
 42. Aliqua fœmina remaneret innupta propter deformitatem v. g. Sed in petitione dispensationis ponitur, quod remaneret innupta ex defectu doris: Quæritur an talis dispensatio sit valida. ibid.
 43. Solent Pontifices dispensare, vel ratione iacturæ famæ, vel ratione copulæ, sed hac sola existente, vt facilius dispensatio impetraretur, quidam apposuerunt in petitione, quod adfuit copula, & quod adest iactura famæ: quæritur an talis dispensatio sit valida. 97
 44. Quis habuit copulam cum affine, vel consanguinea, vt facilius obtineret dispensationem: quæritur, an tali intentione Pontifici, non explicata, dispensatio sit valida. ibid.
 45. An Religiosi Sacris Ordinibus non initiati, teneantur persolvere Horas Canonicas, si non intersunt Choro. 98
 46. An in diebus Dominicis Quadragesimæ licitum sit comedere oua, & lactinia. 100
 47. An vorum Castitatis, vel Religionis factum ab eo, cui salubrius est matrimonium ob suam incontinentiam, sit validum. 101
 48. An Episcopus vt aliquem iusto titulo ordinet, possit Beneficium illi conferre immediatè ante ordinationem, & illum statim postea ordinare. 102
 49. An medicus effectus Sacerdos possit sine peccato mortali exercere artem medicinæ. 103
 50. An actualis degradatio debeat fieri à proprio Episcopo, vel possit alteri Episcopo committi. ibid.
 51. An sententia degradationis possit fieri à Vicario Capitulo Sede Vacante; & actualis ab Episcopo, cui ipse commiserit. 104
 52. An Episcopus, præter casus in iure expressos, propter aliud delictum enorme & qualificatum, possit Clericum degradare, & tradere brachio

Index Tractatum,

- brachio seculari ad puniendum. *ibid.*
53. An indulgentia debeat habere causam publicam: & quid sciendum de calculis, ac imaginibus cum indulgentia plenaria. 106
54. An in dubio si puer septennis vsu rationis, habeat, possit Confessarius illum absque conditione absolueret. 107
55. An in casu, quo Confessarius debeat præbere absolutionem sub conditione; sufficiat, si conditio in sola mente sistat. *ibid.*
56. An legatum relictum alicui si Religionem ingrediatur, sit intelligendum pro solo ingressu, an verò pro professione. 108
57. An ad valorem Sacramenti sufficiat tantum integra, & legitima verba profere super legitimam materiam, prout iubet Ecclesia. 109
58. An Canonicus absens per tres menses; vigore Concilij Tridentini, gaudeat distributionibus quotidianis. 112
59. An legatum relictum ut distribuatur pauperibus, possit distribui tantum inter duos pauperes? Et legatum relictum distribuendum vni pauperi, possit distribui duobus. *ibid.*
60. An appellantes à Papa ad Concilium generale iam congregatum, & actu existens, incidant in censuram Bullæ Cœnæ. 114
61. An si vir vs possit coire cum propria vxore cogitet alienam; teneatur hanc circumstantiam in Confessione aperire. *ibid.*
62. An si lis oriatur de validitate alicuius matrimonij, filij illo medio tempore nati sint legitimi reputandi. 115
63. An licitum sit à Ministro existente in peccato mortali petere celebrationem Missæ, ut quis satisfaciat præcepto illam audiendi, vel sumendi Eucharistiam tempore Paschæ. *ibid.*
64. An sit licitum à Ministro Excommunicato petere Sacramenta. 116
65. An Christus Dominus determinauerit in indiuiduo omnes materias Sacramentorum. 119
66. An Episcopus possit conferre Ordines Minores quatuor v.g. vel quinque personis. 118
67. An in supputanda ætate Ordinandorum enumerandus sit dies Bissextilis, vel omittendus. *ibid.*
68. An eiectis à Societate Iesu, si sint constituti in Sacris, debeat aliquid pro patrimonio. 119
69. An Clericus Beneficiarius, vel in sacris constitutus, possit exercere munus Aduocati coram Iudice seculari pro vno tantum negotio; & hoc finito, pro alio, & sic de singulis. 120
70. De casibus particularibus, in quibus Sacerdos potest dare partem suæ Hostiæ laico communicaturo. *ibid.*
71. An Reum à Fidei quæstoribus publicè damnatum, liceat vbique locorum manifestare. 131
72. An professio alicuius Nouitij, vel Nouitiæ sit inualida, si fuerit admissa contra prohibitionem Generalis, Episcopi, &c. Vnde clare discuitur difficultatis quæstio, An lex prohibens alicuius actum, reddat illum non solum illicitum, sed inualidum. 133
73. An lex prohibens, si vtatur verbo, Non possit reddat actum non solum illicitum, sed etiam inualidum. 136
74. An Sacerdos consecrando vinum congelatum, peccet mortaliter. 138
75. An mulieri deficienti in partu sit ministrandum Sacramentum Extremæ Vnctionis. 139
76. An si cadat super barbam alicuius Hostia vel fragmentum, sit ipsa barba lauanda? Et quid si sanguis cadat super barbam Sacerdotis. *ibid.*
77. An Missa incepta, possit, superueniente aliquo Principe, iterum inchoari. 140
78. Quid facere debeat Sacerdos, qui perficit sacrificium inceptum ab alio, si dubitet Hostiam fuisse consecratam. *ibid.*
79. Quidam Sacerdos consecrauit sanguinem, non consecrata Hostia; postea contritenti ductus, vult illam consecrare: quæritur an debeat consecrare etiam aliud vinum. 141
80. An Sacerdos, qui per errorem consecrauit solum panem, si non possit postea absque sui nota, & populi perturbatione consecrare sanguinem, sit ei licitum in Sacrificio pergere sine vini consecratione. 142
81. An si Sacerdos moriatur post sumptas species panis; debeat alius Sacerdos perficere Sacrificium, & sumere tantum species Sanguinis. *ibid.*
82. An qui in peccato mortali existens, celebrauit in die Parasceues, sine præuia confessione, teneatur quamprimum confiteri ex præcepto Concilij Tridentini, sess. 13 c. 7. 143
83. An dubius si sit hora duodecima noctis comedat, possit mane communicare, vel si sit dubius si comederit post mediam noctem. 144
84. An priuilegia à Pontificibus concessa ut absoluauntur a casibus reseruatim Episcopo, intelligantur independenter ab ipso Episcopo. 145
85. An sit peccatum veniale dicere Missam, & manus non abluere. 147
86. An si minister extinguat candelam à parte Epistolæ ante finitum Euangelium S. Ioannis, peccet venialiter. *ibid.*
87. An Sacerdos possit directe offerre Sacrificium Missæ pro aliquo Infideli, Turca, Hebræo, &c. & ab illis accipere consuetum stipendium. *ibid.*
88. An possit Sacerdos incipere Missam vna hora integra post meridiem. 149
89. An Sacerdos qui ex obligatione tenetur celebrare in aliqua Ecclesia, vel Altari, peccet mortaliter alibi celebrando: Et in tali casu an teneatur aliquid restituere. 151
90. An licitum sit celebrare Missam in Altari, in quo Episcopus celebrauit ea die, absque eius licentia. 152
91. An Regulares qui inter se habent communicationem priuilegiorum, possint transacta media nocte post duas horas celebrare Missas. *ibid.*

TRACTATUS XII.

Et secundus Miscellaneus.

- RESOL. I. **A**N Summus Pontifex, ne remaneat extincta quædam illustis familia, possit præbere licentiam, ut Eques ex Religione Hierosolymitana transeat ad Religionem Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. 121
1. An peccata dubia sint materia necessaria Confessionis. 125
2. An stante Bulla Pij V. de censibus, sit licitus census irredimibilis. 127
3. An declaratoria incursionis in censuras latas con-

& Resolutionum.

26. Dato, & non concesso, dictum priuilegium Alexandri V I. fuisse reuocatum à Concilio Tridentino, an hodie Regulares possint saltem ex priuilegio Pij V. concesso post Tridentinum celebrare Missas ante ortum Solis. 153
27. An Sacerdos post consecrationem possit applicare fructum Sacrificij Missæ, pro quo stipendium acceperat, si antea non applicauerat. 154
28. An merces, quæ solent frequentius vendi pecunia credita quam numerata, possint pluris vendi. 155
29. An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, peccet eadem specie peccati, & debeat hoc necessarid aperire in Confessione. 156
30. An ubi adest consuetudo, quod mulieres incequant pectore nudato, hoc non obstante, peccent mortaliter. 157
31. An Parochus vngendo Infirmum, si relinqueret vñctionem, verbi gratia aurium vel oculorum, teneatur iterum ministrare Sacramentum. 158
32. An Sacramentum Extremæ-Vñctionis, si in forma non exprimatursensus, qui vngitur, sit inualidum. ibid.
33. An Episcopus vigore Concilij Trident. sess. 24. cap. 6. de Refor. possit dispensare cum Reo, qui accusatus in suo Tribunali transegit cum Fisco, vel cum Parce. 159
34. An Confessarius dicens aliquem Pœnitentem in confessione sibi scrupulis obtundere caput, frangat sigillum. 160
35. Quo pacto Religiosus debeat restituere, si absque licentia Superioris bona aliqua secularibus donauit. 161
36. An meretrices, quæ in Paschate non confessæ sunt, priuentur Ecclesiastica sepultura, & incidant in Censuram aliquam Synodalem si exier. ibid.
37. An Pueri teneantur ad annuam Confessionem si ante septenniũ vsum rationis obtinuerunt. 162
38. An reor, & laude dignum faciant, qui in monasteriis & Ecclesiis ab iisdem fundatis, Arma sua gentilitia reponunt. 163
39. An itinerantes cum curru excusentur à ieiunio. ibid.
40. An in Collegiatis, & Cathedralibus, possit aliquando sine peccato mortali Missa solemniter relinqui. 164
41. An in Vigilia Resurrectionis & Pentecostes collatio serotina possit fieri in maiori quantitate. 165
42. An pœnitentia imposta à Confessario, possit differri ad vnum annum. 166
43. An secundus Confessarius possit commutare pœnitentiam extra confessionem sacramentalem. ibid.
44. An aliquis dubitans si Monasterio expediat admittere Nouitium ad Professionem, possit illum reprobare. 167
45. An si quis v.g. emisisset votum ieiunandi singulis sextris Feriis, & in illis aliquando incidat Vigilia Natiuitatis, possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem. 167
45. secundo. An qui non habet vinum teneatur adhuc ieiunare. 168
46. An si quis lucretur Indulgentiam plenariam, liber remaneat ad implenda pœnitentia medicinali imposta à Confessario. 169
47. An quis legendo inscriptionem, seu titulum libri alicuius hæretici, incidat in censuram Bullæ Cœnæ. 170
48. An si quis v.g. legeret, & retineret Adonem Marini, esset Sancto Officio denunciandus. ibid.
49. An in exemptione soluendi decimas, proficit communicatio priuilegiorum, qua inter se gaudent Regulares. 171
50. An exemptio Regularium non soluendi decimas extendatur ad bona empta, donata, locata, & in emphyreusim habita. 172
51. An coloni, & Attendantarij agrorum Regularium, gaudeant eorum priuilegiis non soluendi decimas. ibid.
52. Obseruantur aliqua circa priuilegia Regularium non soluendi decimas. 173
53. An liceat in aliquo casu acceptare duellum. 174
54. An si quis haberet concubinum cum vestibus sacris, istæ polluerentur: & deberet hanc circumstantiam in Confessione aperire. ibid.
55. An Regulares communicantes in priuilegiis, communicent in pœnis illius Ordinis de cuius priuilegiis participant. ibid.
56. An licentia Episcopi sit necessaria pro ingressu Religionis, quando vxor ex consensu viri vult in illa profiteri. 175
57. An in nocte Natiuitatis Missæ tres diei possint ante auroram? Et Auctor à quadam impugnatione defenditur, quod nimis gratum erit lectoribus. 176

TRACTATUS XIII.

Et tertius Miscellaneus.

- RESOL. I. **M**ulta de pluralitate Beneficiorum scitu digna adnotantur. 178
2. De pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ apposita ab Urbano VIII. in Bulla, contra non resistentes. 180
3. An si quis habeat Patrem diuitem, & filium diuitem, & ipse sit pauper, à quo debet prius petere alimenta. ibid.
4. An priuilegium obtentum, vt quis possit dicere Matutinum statim post meridiem, extendatur ad socium: Et alia dubia curiosa enucleantur. 182
5. An in distribuenda eleemosyna inter pauperes, sint præferendæ Moniales, Viris Religiosis. 183
6. An Superiores Regulares nolentes admittere aliquem absque causa in Religione ad annum Nouitatus, peccent mortaliter. 184
7. An dubius de impedimento dirimente matrimonium, possit hoc non obstante illud contrahere. ibid.
8. An legatum relictum Vxori, si honeste, & castè vixerit, possit in conscientia ab ipsa, exigi, & retineri si occulte fornicata sit. 186
9. An legatum sub conditione castè & bene viuendi, amittatur ex amplexibus, & aliis tactibus impudicis. 188
10. An Canonicus, seu Præbendatus qui Choro assistit confabulando, possit hoc non obstante distributiones lucrari. 189
11. An qui testiculos abscindi fecerit causa vocis retinendi sit irregularis. 190
12. An mater per transitum ad secundas nuptias priueatur educatione filiorum. ibid.
13. An

Series Tractatum,

13. An opinio asserens, quod reus iuridicè interrogatus in causa capitali non teneatur respondere ad mentem Iudicis, sit improbabilis. 191
14. An si duæ pœnæ in diuersis legibus ipso facto incurrendæ, impositæ sint eidem delicto, utraque à delinquirente incurratur. 192
15. An ex aliqua magna necessitate possit quis inire matrimonium absque Parochi præsentia. 193
16. An sit validum matrimonium initum coram Parocho ad id non specialiter vocato, sed casu transeunte. 195
17. An matrimonium initum coram Parocho, & testibus, sit validum, si consensus contrahentium intelligatur per interpretem. ibid.
18. An sacer Ordo susceptus per vim & merum imprimæ characterem. 196
19. An pro valore matrimonij sequi aliquis possit opinionem singularem contra communem. 198
20. An si Parochus dum matrimonium contrahitur, sit distractus, & non aduertat ad ea, quæ tunc efficiuntur, dictum matrimonium sit validum. 199
21. An si tutor, vel Curator respondeat pro puella, valida sint sponsalia, vel matrimonium, ipsa præsentem, & tacente. 200
22. An Regulares ex cõformationibus priuilegiorum, possint hodie absoluere à quinque casibus Papalibus exceptis in Decreto Clementis VIII. & Urbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reseruatis. ibid.
23. Pater volens impedire matrimonium filie, rogauit Episcopum, vt interdiceret Parocho ne tali matrimonio assisteret, quod minimè factum fuit; tunc à me quæsierunt, an matrimonium fuerit validum. 202
24. An Moniales vti possint priuilegiis concessis viris Religiosis sui Ordinis. Et quid si non subsunt dictis Religiosis, 203
25. An Episcopus possit cogere, vt populus in diebus Dominicis, aut solemnioribus festis, ad propriam Parochiam conueniat. 204
26. An Regulares colloquentes cum Monialibus absque licentia peccent mortaliter. 205
27. An Medicus in causa dubia possit in ieiunio dispensare, imò dictis illorum acquiescere, dicentium, se non posse ieiunare, absque alia veritatis indagatone. 206
28. An Eunuchus, qui occultè, sed spontè se fecit castrare, sit ab Episcopo dispensabilis, vt ad sacros Ordines promoueat. 207
29. An Clerici incedentes per Ciuitatem in diebus Bacchanalibus personati, vulgò Mascherati, peccent mortaliter. ibid.
30. An illegitimus occultus incurrat irregularitatem. 208
31. An minor pars in aliquo Capitulo possit concurrere cum maiori parte ad eligendum indignum. 209
32. An accusatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione. ibid.
33. An si electio remaneat apud duos, vnus alterum eligere possit. 210
34. Aliqua curiosa circa ritus in Ordine ad celebrationem Missæ obseruantur. 211
35. An qui vouit, vel habuit pro pœnitentia iniuncta audire Missam, vel dicere Officium B. Virginis, si Missam audiat, vel recitet sine interna attentione, adimpleat votam, & pœnitentiam. 212
36. An mulier, quæ erumpente ipsa natura, in masculum transiit, possit initiari sacris Ordinibus, inconsulto Summo Pontifice. 213
37. An Prælatus, qui per aliquod tempus exercet, v. g. munus Gubernatoris, teneatur seruare ieiunia, vel dies festos illius loci. 214
38. An Prælari Regulares possint dispensare in irregularitate occulta, contracta ex homicidio voluntario. 214
39. An illegitimus, per professionem censeatur ipso facto dispensatus ad omnes dignitates Religionis. 216
40. An ingratitude, qua quis post remissa peccata denuò peccat, sit necessariò confitenda. 217
41. An si vir sit sanæ mentis, licet sit vsus coniugij cum vxore amente etiam cum periculo abortus, ibid.
42. An sit licitum viro, postquam seminauit, & retraxit membrum à vulua, tangere pudenda vxoris, vt ipsa seminet, 218
43. Medicus concessit Titio licentiam comedendi carnem in diebus Quadragesimæ, quæritur an possit illas comedere in diebus quatuor Temporum. 219
44. An si quis furauit librum Historiarum ex bibliotheca Regularium, si habet animum soluendi pretium duplicatum, peccauerit, & adhuc teneatur ad restitutionem dicti libri. ibid.
45. Quis habebat facultatem distribuendi legarum ducentorum ducatorum alicui Monasterio Regularium sibi benè viso, eligit Monasterium cui ipse debebat centum aureos, cum pacto vt dictum debitum remitteret; quæsiuit à me an licitè hoc facere potuerit. 220
46. An mulier teneatur denunciare Confessarium illam sollicitantem, si ante sollicitationem ei præbuisset multa munera intuitu elemosynæ absque malo fine. ibid.
47. An Confessarius possit imponere pœnitentiam, ne quis tali die recipiat Eucharistiam; Et si pœnitens talem pœnitentiam acceptauit, teneatur postea illam adimplere. 221
48. An Confessarius possit imponere pœnitentiam, vt si v. g. quis committeret tale peccatum soluat statim elemosynam pauperibus, vel confiteatur, aut communicet die Dominica sequenti, &c. 222
49. An si particula cadat super tuam, verbi gratia, communicantis, sint, virtute rubricæ missalis, manus lauandæ, & aqua in sacrarium effundenda. 223
50. An si Sacerdos in Ordinatione tetigerit patenam, sed non hostiam, sit sub conditione denuò ordinandus. ibid.
51. An si quis adulterauit cum coniugata cum promissione sumendi illam in vxorem marito mortuo, possit absque dispensatione Pontificis matrimonium illud inire, si dum commisit adulterium nesciebat impedimentum dirimens, ex illo proueniens. 225
52. An Episcopus possit reseruare casus circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas. 226
53. An laicis infirmis reliquiæ Sacramenti post abluionem inuentæ tradi possint. 226
54. Subduntur alia practicabilia circa Eucharistiam. 227
55. An ad lucrandum Iubileum sufficiat indigna Communio, seu facta in peccato mortali. 228
56. Confitens Superiori, an liberetur à reseruacione quoad peccata oblita. 230

& Resolutionum.

TRACTATUS XIV.

Et quartus Miscellaneus.

RESOL. I. **A**N possit resignari Beneficium cum pa-
cto de pensione redimenda. 230

2. An Quænam quantitas itineris pedestris excuset à
ieiunio. 231
3. An Communitas Religiosorum teneatur quotidie
publicè in Choro canere Horas Canonicas sub
onere peccati mortalis. ibid.
- Quidam vir nobilis plura munera ob malum finem
Moniali dederat, & aliqua ab ipsa acceperat:
quæritur an de istis teneretur ad restitutio-
nem. 233
- An tempore pestis possit Episcopus dispensare, vt
in sua Ciuitate comedantur carnes in Quadra-
gesima. 234
4. An quando in aliquo Iubilæo non conceditur facul-
tas absoluendi à reseruatis, sed tantum requi-
ritur pro consequenda indulgentia, vt quis
confiteatur, & visitet certas Ecclesias, possit ad-
huc à reseruatis absolui. 235
5. An Pontifex validè possit sibi reseruare absolutio-
nem casus, & Excommunicationis, etiam in
articulo mortis. ibid.
6. An liceat Generalibus Religionum excipere Con-
fessiones Monialium sibi subiectarum, absque
Episcopi loci licentia; Et quid de Confessio-
nibus secularium. 236
7. An si v.g. furtum, sodomia, &c. essent casus reserua-
ti in aliqua diocesi, si committerentur in Mo-
nasteriis Regularium exemptis, possint à quo-
cumque Confessario absolui. 237
8. An casus dubius, si contineatur in Bulla Cœnæ, pos-
sit absolui à quocumque Sacerdote ab Ordina-
rio approbato. 238
9. An notorius percussor Equitis Hierosolymitani, vel
Religiosi alterius Religionis Ordines non ha-
bentis, sit propter excommunicationem incur-
sam vitandus. ibid.
10. An excommunicatus maiori excommunicatione,
si in die festiuo ex præcepto audiat Missam, &
postea statim obtineat absolutionem, teneatur
iterum audire aliam Missam. 239
11. An qui in die ieiunij dat operam ludo pilæ, vena-
zioni, vel actibus venereis, ea intentione, vt fa-
ctus impotens non ieiunet, peccet contra pec-
catum ieiunij. 240
12. An qui dubitat se ex verecundia reliquisse in Con-
fessione aliquod peccatum teneatur repetere
Confessionem illam, vel solum confiteri pecca-
tum omissum. 243
13. An iuramentum falsum inaduertenter dictum ab
eo, qui prauam consuetudinem iurandi habet,
sit peccatum mortale. ibid.
14. An Clerico habenti tantum primam Tonsuram,
sit largienda à Confessario absolutio à suspen-
sione quatenus indigeat. 244
15. An iuramentum præstitum principaliter in hono-
rem Dei, possit quis remittere si cedat in eius
utilitatem. 245
16. Aliquis optabat mala notabilia, & contume-
liis afficiebat sororùm, quæ sicut an hæc circum-
stantia esset aperienda in Confessione. ibid.
17. An iuramenta Castitatis, Religionis, Peregrina-
tionis Hierosolymitanæ, &c. possint ab Epi-
scopo dispensari. 246
18. An furantes Reliquias; præter peccatum aliquam
Anton. Diana, Pars X.

- excommunicationem incurrant. 247
19. An qui nunquam confessus est desideria præu-
quia non putabat esse peccata, teneatur reitera-
re Confessiones. ibid.
 20. An Confessarii Regulares possint dispensare ad
petendum debitum cum coniugibus, qui inter
se contraxerunt affinitatem ex incestu. 248
 21. An alienatio Reliquiarum includatur in prohibi-
tione Paulinæ de rebus Ecclesiæ non alienan-
dis. ibid.
 22. An coniux, qui non intendit Religionem ingredi
teneatur intra bimestre reddere debitum alteri
petenti. 249
 23. An Regularis approbatus ab vno Ordinario, pos-
sit vbique locorum absque alia approbatione
confessiones audire, saltem in foro conscien-
tiæ. 249
 24. An viuz vocis Oracula Regularibus concessa, hodie
non obstante Bulla Urbani VIII. & Grego-
rij XV. adhuc minimè reuocata censentur.
250
 25. An Prælati possint secum dispensare in propriis
votis, sicut possunt dispensare in votis subdi-
torum. 253
 26. An si Summus Pontifex existeret in aliquo regno,
v.g. Regis Hispani, teneretur vi directius ob-
seruare leges illius Regni, pro bono publi-
co. 254
 27. An vigore Iubilæi, aut Bullæ Cruoiaræ sit dispen-
sabile votum Religionis strictioris in religio-
nem minus strictam. ibid.
 28. An per generalem votorum commutationem fa-
ctam virtute Iubilæi, aut Bullæ, possit Confes-
sarius transacto postea tempore Iubilæi, vel
Bullæ, illa commutare. 255
 29. An personæ illustres, quæ obtinent licentiam à
Papa ingrediendi Monialium monasteria ali-
quibus vicibus cum electis Matronis, possint
illas postea variare; si fuerint semel designa-
tæ. 256
 30. Quidam Religiosus effregit carcerem sui Mona-
sterij & aufugit in alienam Ecclesiam, vel Mo-
nasterium, quæritur quid faciendum. 257
 31. An Confessarius teneatur interrogare pœnitentem
sub onere peccati mortalis. 258
 32. An qui vouit in aliquo die non comedere carnes,
toties peccet, quoties illas comedet. ibid.
 33. An Superiores Regularium possint pro suis sub-
ditis promulgare Iubilæum, non expectata pro-
mulgatione Episcopi Diocœsanæ. 259
 34. Liberatur latro à quadam restitutione. Casus est
curiosus, & practicabilis. ibid.
 35. An Serenissimus Senatus Venerus, & omnes alij
qui audiunt Missam in Templo D. Marci, dici
solitam à Primicerio illius Ecclesiæ ante me-
diam noctem, satisfaciant præcepto audiendi
Missam in die Natiuitatis. 260
 36. An si quis percuteret Clericum pugno, vel bacu-
lo, vno, vel altero ictu incurreret in Censuram
Canonis, si quis suadente diabolo. 262
 37. An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit
semel in hebdomada omittere Sacrificium,
etiamsi instituto dirigatur ad locum, & celebra-
te pro alio, accepto stipendio. 263
 38. An in aliquo casu Prælatus Regularis, & quilibet
alius Sacerdos priuata authoritate, possit
minuere numerum Missarum, non obstante
Decreto Urbani VIII. de celebrat. Missa-
rum. 264
 39. An Confessarius approbatus v.g. ab Episcopo
Næapo

Index Tractatum.

- Neapolitano, possit excipere Confessiones Neapolitanorum in alia Diœcesi. 265
40. An metus excuset Confessarium à pœnis contra sollicitantes. 266
41. An Confessarius in Confessario tantùm sollicitans extra actum Confessionis debeat abiurare. *ibid.*
42. An sit denunciandus mandans Confessario, vt in Confessione sollicitet pœnitentem. 267
43. An sit denunciandus Confessarius; qui actus turpes cum pœnitente exercet, si graui somno, aut morbo inter confitendum oppressa sit. 268
44. An Confessarius sit denunciandus si sollicitauit ad actum venialiter tantùm peccaminosum. 269
45. An famuli, qui non habent aliud tempus confitendi, nisi dum dicitur Missa satisfaciant præcepto audiendi Sacrum in diebus festiuis. *ibid.*
46. An qui adest præsens, & audit totam Missam tempore consumptionis Sacrificij, adimpleat præceptum. 270
47. An qui audit Missam è fenestra domus suæ, adimpleat præceptum. 271
48. An Sæculares loquentes, & accedentes ad Moniales exemptas, incidant in censuram ab Episcopo latam. *ibid.*
49. An prohibitio contra colloquentes cum Monialibus efficiat, etiam si ipsa Monialis non respondeat. 273
50. An Episcopus stante Decreto Urbani VIII. possit negare licentiam Regularibus colloquendi per quatuor vices in anno, cum Monialibus in primo, & secundo gradu sibi coniunctis. 274
51. An colloquentes cum conuersis Monialibus incidant in censuras latas ab Episcopo; vel si sint Regulares, in pœnas Decreti Sixti V. & Sacræ Congregationis. 275
52. An Regulares colloquendo cum Monialibus absque licentia peccent mortaliter. *ibid.*
53. An Regulares accedentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis, incidant in censuram latam ab Episcopo. 277
54. An qui habuit licentiam indefinitam colloquendi cum Monialibus, possit sæpius cum illis colloqui. 278
55. An licitum sit coniugibus non absoluere copulam, sed illam incipere delectationis causa. *ibid.*
56. An si quis in die ieiunij post prandium sumat in notabili quantitate vvas recentes, frangat ieiunium. 279
57. An in collatione serotina licitum sit sumere oua, & alia lacticina, quando licitè in illis diebus possunt comedi. 280
58. An in collatione serotina ieiuniorum sit potius attendenda quantitas, quàm qualitas cibi, itavt in illa possint sumi pisces legumina, &c. 281
59. An si aliquis per vnicum tantùm diem non haberet nisi panem, posset in die ieiunij comedere carnem. 283
60. An licitum sit in diebus ieiuniorum sumere, non solum pharmaca, & electuaria curatiua, sed etiam præseruatiua. 284
61. An si aliquis ante prandium per quartam partem horæ sumeret cibum, frangeret ieiunium. *ibid.*
62. An frangat ieiunium, si quis vrgente aliquo negotio per longum tempus interrumpere prandium. 285
63. An ignorans casum reseruatam sine censura, absolui possit à quocumque Confessario, etiam si non habeat potestatem absoluendi à reseruatam. *ibid.*
64. An Episcopus habens potestatem dispensandi cum aliis, possit secum dispensare. 287
65. An Fratres Minores possint recipere annuaria perpetua, & legata perpetua annuorum reddituum pro fabrica Ecclesiæ, vel alio vsu diuini cultus. 288
66. An residentia Episcoporum sit de iure diuino, & quo pacto in illa possit Pontifex dispensare. 289
67. An Episcopi ultra tempus præscriptum à Concilio Tridentino, videlicet trium mensium, si ab sint à Diœcesi per octo v. g. vel decem dies peccent mortaliter. 290
68. An incidit in casum reseruatam Blasphemix, si quis in ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem præuidit. 291
69. An sit Blasphemus consuetudinarius, qui post retractaram per actum oppositum prauam voluntatem, iterum deliberatè per tres vices blasphemat. *ibid.*
70. An in foro conscientix sit licita, & possit retineri pensio obenta à Pontifice absque iusta causa sine obreptione, aut surreptione. 292

TRACTATUS XV.

Et quintus Miscellaneus.

- RESOL. 1. **A**N in Religione Clericorum Regularium Minorum Generalis possit confirmari ad aliud sexcentium absque vlla dispensatione. 294
2. An qui inuoluntariè sine attentione interna audiret Missam, teneatur postea aliam iterum audire. 295
3. An quis satisfaciat præcepto si simul audiret Missam à duobus Sacerdotibus, ab vno ab initio vsque ad Consecrationem, ab alio à Consecratione vsque ad finem. 296
4. Quis summo mane audiuit Missam, postea Episcopus fecit illum diem festiuum de præcepto, queritur an teneatur audire aliam Missam. *ibid.*
5. An si quis pro beneficio obtinendo iniret pactum non rigorosum, sed ex gratitudine, committeret simoniam. 297
6. An consuetudo contra regulam, & constitutiones Religionis excuset ab eorum obseruantia. 298
7. An Regulæ cancellariæ obligent in omnibus Provinciis, & in foro conscientix, & quid de stylo Curix. 299
8. An Superiores Regularium possint absoluere subditos ab excommunicatione incurta ob simoniam contractam in Ordine vel beneficio. 300
9. An licita sit appellatio, & citatio ad Iudicium Dei in valle Iosaphat. 301
10. An Beneficarij possint validè, & licitè, testari ratione consuetudinis, vt est in Gallia, & Hispania. 302
11. An qui iurauit se non reuocaturum testamentum, adhuc licitè possit illud reuocare. 303
12. An qui habuit pœnitentiam à Confessario per annum singulis diebus, v. g. recitare coronam, vel litanias B. Virginis, satisfaciat si recitet simul intra paucos dies. 304
13. Quis concupiuerat sæpius habere copulam cum matre, & filia, quæ fuit à me an teneretur istam circumstantiam in confessione aperire. *ibid.*
14. An absolutio Sacramentalis data ab excommunicato vitando sit valida. 305
15. De potestate Vicarij generalis exercitus. 306
16. An

& Resolutionum.

16. An Iudex in civilibus conscius veritatis possit contra aliquem ferre sententiam iuxta allegata, & probata. 308
17. An detractiones leues de aliquo possint peruenire ad damnum graue sicut furta. 309
18. An valeat legatum, quando incertum est quis sit Legatarius. 310
19. An Pater possit instituere in heredem aliquem rogando illum, vt postea ipse restituat hereditatem filio spurio. 311
20. An instrumenta Ordinum debeant necessariò ordinandis porrigi immediatè ab Episcopo. 312
21. An si femina transeat ad secundas nuptias, debeatur ei legatum relictum sub conditione, si caste, & honestè vixerit. 314
22. An quando in Iubilæo Superior non vult aliquid dare pro eleemosyna, possit illam subditis clam à Monasterio accipere. 314
23. An Vicarius Episcopi sine speciali mandato possit facere concursum ad Beneficium. 315
24. An Vicarius possit ad libitum reuocari ab Episcopo. 316
25. An quis possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter. 317
26. An possit excusari consuetudo celebrandi Missam absque Ministro. ibid.
27. An Regulares possint vigore priuilegiorum celebrare ex iusta causa vsque ad horam nonam inclusiue. 318
28. An sufficiat si in celebratione Missæ adsit Crux, vel imago Crucifixi depicta in tabula vel pariete. 319
29. An licitum sit sequi vnum horologium quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum quoad ieiunium naturale. 320
30. An regularis illegitimus absque alia dispensatione possit eligi in vicarium Episcopi. 321
31. An Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem. 322
32. An Regularis interrogatus à Visitatoribus de obseruantia Regulari, teneatur sub peccato mortali respondere. 324
33. An qui transgreditur legem ex contemptu, peccet mortaliter. ibid.
34. An Rex ex priuata scientia possit occidere Reginam, & simul cum ipsa adulterum. 325
35. An distantia vnus leuæ sit sufficiens, vt quis ab audienda Missa excusetur. 326
36. An Mater, vel Nutrix excusetur ab audienda Missa, si non potest infantulum domi relinquere, sed necesse sit secum in Ecclesiam deferre. ibid.
37. An mulieres, quæ pretio conuento pannos sordidos lauant, vulgò dictæ *lauandare*, excusentur à ieiunio. 327
38. An Collegium de propaganda fide, & similia, gaudeat Ecclesiæ immunitate. ibid.
39. An reseruatio casuum comprehendat peccata commissa ante eorum reseruationem. 328
40. An Religiosus peccet mortaliter contra votum paupertatis, si recipiat pecunias Sæcularium in depositum absque Superioris licentia. ibid.
41. An toto tempore Missæ debeant particulæ consecratæ manere super aram. 329
42. An qui secluso scandalo, & contemptu in Missa relinqueret Epistolam, vel Euangelium, peccaret mortaliter. 330
43. An si quis v. g. accepit stipendium pro vna Missa sufficiens ex iustitia, ad mortale, si Missam non dicat, teneatur illud restituere. 331
44. An Principes Sæculares in suis legibus possint

obligare transgressores ad peccatum mortale.

- 332
45. Vnde dignosci possit legem humanam obligare in conscientia, & ad mortale. 334
46. An lex lata sub pœna mortis inducat obligationem peccati mortalis. 333
47. Quando quis vouit Virginitatem, dubitat verò quid intenderit, perperuam videlicet castitatem, an saltem continentiam à primo actu venereo, ad quid teneatur. 336
48. An qui à dæmone obtinuit aliquas pecunias, teneatur illas restituere. ibid.

TRACTATUS XVI.

Et sextus Miscellaneus.

- RESOL. I. **A**dducuntur aliquæ doctrinæ consolatrices pro Confessariis scrupulosis, circa impositionem pœnitentiæ in Sacramentali Confessione. 337
2. An qui accepit facultatem ab alio, quàm à Summo Pontifice, applicandi indulgentias, possit eam in alium transferre. 339
 3. An mensura certitudinis, & efficacitatis concessionis Indulgentiarum sit à causa finali. ibid.
 4. An quoad lucrandas Indulgentias derur paruitas materiæ, non solum in continuatione temporis, sed etiam post tempus elapsum. 341
 5. An concessio Indulgentiarum per modum Iubilæi, habeat annexam facultatem eligendi Confessarium. 342
 6. An quando Religiosus moritur nondum applicatis Indulgentiis à Pontifice obtentis, possit eius Superior de illis disponere. 343
 7. An Episcopus possit transferre Festum alicuius Sancti. ibid.
 8. An Indulgentia applicari possit Medalis, & Imaginibus B. Caietani, B. Andreæ, B. Francisci Borgiæ, &c. 344
 9. An destructa Medalia, Rosario, Imagine, pereat Indulgentia: Et quid si non sit penitus destructa. 345
 10. An Indulgentia pro tempore mortis, si non adsit Confessarius, vel saltem Clericus: possit applicari moribundo à quolibet Laico. 346
 11. An clausula apponi solita in Indulgentiis Papalibus, *Dummodo alias non concesserimus*, &c. intelligenda sit de alia simili expressa in eadem concessione. 347
 12. An quis priuata auctoritate possit suam Indulgentiam Deo pro defunctis offerre, vt potest ieiunia, disciplinas, &c. 348
 13. An Sacerdos in statu peccati mortalis celebrans in Altari priuilegiato, liberet animam è Purgatorio. 349
 14. An possit quis per diuersos actus adipisci eodem tempore diuersas Indulgentias. 350
 15. Quis obtinuit beneficium cum promissione dandi magnam pecuniarum quantitatem, quæsiuit à me, an incurrerit in pœnas latas à iure contra Simoniacos, cum postea pretium non fuerit solutum. 351
 15. *Secundo.* An si quis cum Pontifice sciente committeret simoniam, incideret in pœnas, si Papa expressè cum ipso non dispensaret. 352
 16. An permutantes beneficia sine Superiorum permissu, incidant in censuras, & alias pœnas. 353
 17. An in Vigilia Pentecostes sit saltem ex consuetudine sub præcepto ieiunandum, & alij casus

Index Tractatum,

- circa ieiunium referuntur. 355
18. An Baptismus collatus in extrema parte comæ, vel in secundina, sit validus. ibid.
19. An si quis probabiliter putat, se non fuisse baptizatum, possit adhuc suscipere alia Sacramenta. 356
20. An si quis baptizaret infantem statim moriturum proiciendo eum in puteum, quando aliter baptizari non possit, peccaret mortaliter peccato homicidij, & irregularitatem incurreret. 357
21. An ex commissione Summi Pontificis possit simplex Sacerdos Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus conferre. 358
22. An quando Parochus potest celebrare duas Missas possit etiam hoc facere non solum in diebus festiuis, sed etiam in diebus ferialibus. 359
23. An sumere tabachum in Ecclesia sit peccatum mortale; & an si dentibus conteratur, frangat ieiunium Eucharisticum. 361
24. An Beneficiarius incidens in irregularitatem, possit beneficium renunciare in fauorem tertij. 361
25. An pœnitentia imposta à Confessario, quando adimpleatur debeat referri ad Confessionem. 362
26. An Illustrissimus Episcopus Laudensis possit examinare, & visitare Parochum Regularem Ecclesiæ Oppidi, seu loci Hospitalleri Ordinis S. Hieronymi de Lombardia ad ornatum Concilij Trid. *sess. 25. cap. 11. de reformat.* 363
27. An sit opinio probabilis aliquorum asserentium, Ministrum ex officio ad id deputatum, conficientem Sacramenta in peccato mortali, non peccare mortaliter. 365
28. An sit probabilis opinio aliquorum asserentium, in recitatione Officij Diuini relinquentem vnam Horam integram ex minoribus peccare tantum venialiter ratione paruitatis materiæ. 366
29. Possintne in Baptismo assumi in Parrinos duo viri, vnus vt interueniat nomine proprio, alter procuratorio nomine mulieris. 367
30. An dolor de peccatis semper exigatur præsens tempore absolutionis. 368
31. An si in omnibus tribus Missis dici solitis in die Natiuitatis, relinqueret particulam, *Enim*, in consecratione Corporis, vel Sanguinis, peccaret mortaliter. 369
32. An Hæretici teneantur præcepto communicandi singulis annis contento in cap. *Omnis vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. ibid.
33. An sit culpa venialis eodem die communionis ad uxorem accedere, voluptatis causa. 370
34. An in forma consecrationis Eucharistiæ si deferatur, *est*, dicendo, *Hoc corpus meum*, valida est consecratio. 371
35. An Sacrum Viaticum possit pueris præberi, si Confessarius dubitet, an sint doli capaces. 372
36. An Sacerdos, qui omitteret in Canone Missæ v. g. sex aut octo nomina Sanctorum excusaretur à peccato mortali ratione paruitatis materiæ. 373
37. An mutare aliquam circumstantiam leuet in Historia Sacræ Scripturæ, sit peccatum mortale. 374
38. An panis ex amylo, siue amydo sit materia apta Sacramenti Eucharistiæ. ibid.
39. An Sacerdos Latinus possit in Ecclesia Latina consecrare in fermento ad communicandum infirmum moribundum, si non habeat alium panem. 375
40. An Sacerdos possit consecrare Hostiam post tergum, vel parietem existentem. 376
41. An admodum RR. PP. Oliuetani commorantes in Abbatia Viboldonæ, teneantur singuli ad diurnam Missarum celebrationem. 377
42. An confessarius Monasterij Regularium, vt ingrediatur, in casibus necessariis, intra eius septa, egeat non solum licentia sui Prælati, sed etiam Episcopi. 378
43. An pars accusatrix teneatur remittere reo pœnam mortis à Iudice inflictam, si Iudex ex parte sua illam remittat. 379
44. An detur præceptum vt memoria teneamus Orationem Dominicam? & quid de *Salve Regina*, & *Salutatione Angelica*. 380
45. An Regularis cæcus sit eligibilis vt interueniat alicui Capitulo Generali? Et an cæcus teneatur recitare Horas Canonicas cum Socio. 381
46. An sit culpa venialis recitare Matutinum, & Laudes absque iusta causa, hora tertia, vel quarta post meridiem. 382
47. An Clericus, qui habet diurnum, & caret Breuiario, teneatur saltem recitare Psalmos absque lectionibus & Responsoriis. 383
48. An detur paruitas materiæ respectu temporis excusans à mortali, si quis comedat post mediam noctem, & postea sumat Eucharistiam. 384
50. An senex sexagenarius robustus teneatur ieiunare post annum sexagesimum, si vouit ieiunare pro toto tempore vitæ suæ. 386
51. An Beneficiarius possit licitè absque assensu Apostolico locare fructus, & redditus Beneficij ultra triennium. 387
52. An si conuentus, vel particularis Religiosus consignauerit in banco pecuniæ quantitatem cum fœnore, possit inde extracta, illam distrahere non obstante Paulina, & decreto Sacræ Congregationis. 388
53. An Superiores possint in contractu licito absque solemnitate obligare bona Ecclesiæ sub hypotheca generali, non obstante Paulina, & decreto Urbani VIII. 389
54. An si extra tempus Diuinorum Officiorum posset Canonicus, seu Præbendarius expedire negotia propria Ecclesiæ, in cuius vtilitatem abest, licitè accipiat distributiones. 391
55. An dispensatio à Pontifice concessa, & signata valeat in foro conscientiæ. 392
56. An si Emphyteuta iuret, se singulis annis pensionem soluturum sub pœna incidendi in commissum, si non soluat in pœnam incidat. ibid.
57. An Emphyteuta moram purgare possit, ita vt pœna non solum Canonem ius suum non amittat. 393
58. An Dominus post incursum caducitatem possit propria auctoritate possessionem rei emphyteuticæ apprehendere. 394
59. An si Emphyteuta alienet partem irrequisito Domino, amittat totum, an verò solummodo partem. 395
60. An qui iurauit soluere, possit, hoc non obstante, compensare. 396
61. An suscipientes primam Tonsuram, & Ordines minores, solum causa euadendi iudicium sæculare, peccent mortaliter. ibid.
62. An si Sacerdos habeat intentionem consecrandi tantum panem, & non vinum, remaneat adhuc panis consecratus. 397
63. An Missa, in qua Sacerdos consecrauit panem absque vino, sit verè, & propriè Sacrificium, & an ex dicta Missa possit Sacerdos accipere stipendium consuetum. 399
64. In Ecclesiis Cathedralibus, & Regularibus solent

& Resolutionum.

- lent extare sedilia, & scamna Laicorum secularium pro audiendis concionibus, quaeritur an Episcopi, vel Superiores Regularium possint amplius illa admittere, & idem removere, vel alia eorum loco apponere, laicis inuitis. 401
65. An Sacerdos peculiaris, vel Superior Regularis, non obstantibus decretis sel. mem. Urb. VIII. possit in aliquo casu reducere Missas ad numerum minorem, vt si v.g. deficerent notabiliter redditus relictis pro Missis dicendis. 403
66. An quis possit diminuere Missas in compensationem damni dati non obstantibus decretis Urbani VIII. 404
67. An post decreta Urbani VIII. Regulares habeant aliquod priuilegium, cuius vigore possint hodie, vt olim, reducere Missas ad minorem numerum. 405
68. An detur casus, post decreta Urbani VIII. in quo quis possit sibi retinere aliquid de stipendiis datis pro Missis dicendis. ibid.
69. An Sacerdos post decreta Urbani VIII. praebens aliis minus stipendium, quam accepit, pro Missis dicendis, peccet mortaliter. 406
70. An Sacerdos possit accipere duplex stipendium pro vna Missa: alterum pro applicatione fructus qui tradenti elemosynam obuenire solet; alterum pro applicatione Indulgentiae, v.g. Altaris priuilegiati, cui concessa sit liberatio animae à Purgatorio. 407
71. An Sacerdos recipiens exiguum stipendium ab aliquo pro Missa dicenda, teneatur totum fructum ei applicare, stantibus decretis Urbani VIII. ibid.
72. An in aliquo casu, non obstantibus decretis Urbani VIII. possit pecunia relictis pro Missis, non inuestiri in bonis fructiferis. ibid.
73. An liceat exponere Sacras Reliquias videndas, vel tangendas, vt magis elemosynae accrescant. 408
74. An reliquiae in Bello iusto possint abstrahi ab Ecclesia, sine onere restitutionis. 409
75. An sit opinio probabilis aliquorum Doctorum asserentium, posse Parochum, simpliciter Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad Confessiones suorum subditorum. 410
76. An aliqui Praelati Curiae Romanae possint eligere Confessarium virtute *cap. fin. de penis. & remiss.* & quid de Equitibus D. Ioannis, D. Iacobi, Alcantarae, & Calatrauae, an possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario. 411
77. An qui ex priuilegio, vel licentia Medici, potest in diebus ieiuniorum comedere oua, & lactinia, possit comedere sanguinem, & quod vulgò dicitur *sanguinazzi*, seu *biroldo*, Hispanicè *mondongo*. 412
78. An Sacerdos qui ex malitia, & culpabiliter celebrat absque Confessione, teneatur praecipuo Concilij Trid. *sess. 13. c. 7.* quamprimùm confitendi. 413
78. An peccata dubia, confessata vt dubia, si efficiantur certa, sint iterum confitenda. 413
80. An Sacerdos chiragra impeditus possit ministrare Eucharistiam non pollice, & indice, sed aliis digitis: & de aliis dubiis circa ministrationem Eucharistiae. 414
81. An in casu extremae necessitatis, si adsit oleum benedictum ab Episcopo, possit Sacerdos illud benedicere, vel vti oleo non benedicto ad inungendum moribundum. 416
82. Quot peccata committat qui ferens contraheret matrimonium cum impedimento dirimente. 417
73. An rapto quo femina rapit virum, dirimat matrimonium. 418
84. An Ordinatus Ordinibus sacris ante pubertatem, teneatur continere. 419
85. An bona Ecclesiastica legata vel donata vt possint alienari absque assensu Apostolico, & in proprios vsus conuerri, possint stante hoc absque dicta solemnitate alienari. 419
86. De aetate quadraginta annorum, quos debet habere Canonicus Pœnitentiarius ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 8. de reform.* an sufficiat esse inchoatus. 420
87. An Parochus, qui rebaptizauit sub conditione infantem expositum cum scheda de collato Baptismo, sit tanquam irregularis repellendus à collatione eiusdem Beneficij. 422
88. An Sacerdos, qui in Ordinatione tetigit Calicem, & non Patenam, possit pro Missis dicendis accipere stipendium. 423
89. An non baptizatus possit esse patrinus in Baptismo, & cognationem contrahat. 424
90. An in Confirmatione vnus solus possit adhiberi Patrinus. 425
91. An Clerici Regulares vulgò dicti Theatini, gaudeant Priuilegiis concessis aliis Religiosis. 426
92. An Baptismus sit validus, si conferatur hac forma, Baptizata est, Baptizatus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. 429
93. An forma Baptismi in Ecclesia Graeca sit ista, *Baptizetur, vel Baptizatur seruus Christi, &c.* 432
94. An pensionarius teneatur sub obligatione peccati mortalis dicere Officium paruum B. Virginis. 433
95. Proponuntur aliqui casus circa obligationem Pensionarij ad recitandum Officium B. Virginis. 435
96. An Ecclesiis Cathedralibus, in quibus adsunt statuta de puritate Sanguinis, expositi sint admittendi, etiam si statuta de puritate instrumentum, & sufficientem informationem exposcant. 436
97. Quis emisit votum mittendi ad domum Laurentanam Galicem aureum, quem postea misit cum persona fideli, sed per viam à latronibus furata fuit; quaeritur an vouens teneatur adhuc adimplete dictum votum: 439



INDICVLVS TRACTATVVM.

I.	TRACTATVS I. <i>Historico - Theologicus.</i> De prisco more eligendi Episcopos, contra quosdam Pseudo-Sorbonistas. pag. 1
II.	De prohibitione, ne Clerici præsent Exercitibus. 9
III.	De libertate conscientiae: An possint illam Principes Laici, inconsulto Pontifice Hæreticis concedere. 13
IV.	<i>Historico - Theologicus.</i> De numero Electorum Imperatoris, non au- gendo, vel minuendo, inconsulto Summo Pontifice. 18
V.	De potestate Pontificis eligendi sibi successorem. 22
VI.	De potestate Pontificis ornandi Principes Laicos titulo Regio. 25
VII.	De iure protectionis, seu clientelæ. 29
VIII.	De pœnis, seu mulctis pecuniariis Episcopo non applicandis. 34
IX.	De dispensatione cum Regularibus illegitimis. 40
X.	De cingulo militari, pro validitate professionis Equitum Militen- sium. 48
XI.	Miscellaneus. 56
XII. & II.	Miscellaneus. 121
XIII. & III.	Miscellaneus. 178
XIV. & IV.	Miscellaneus. 230
XV. & V.	Miscellaneus. 294
XVI. & VI.	Miscellaneus. 337

TRACTATVS



TRACTATUS PRIMVS
HISTORICO-THEOLOGICVS,

D E

PRISCO MORE
ELIGENDI EPISCOPOS,
CONTRA QVOSDAM
Pseudo-Sorbonistas.

*De iure Diuino Electionem Episcoporum
ad Summum Pontificem per-
tinere probatur.*

RESOLVTIO PRIMA.



QUANTVM est, quod de Iure diuino electio Episcopi, neque ad Clerum, neque ad Populum, sed ad Romanum Pontificem spectat; cum enim inter grauissima Ecclesie negotia, quæ ad supremum Ecclesie Vniuersalis Pastorem, Iure diuino referri debet, Episcoporum electio censeatur; hinc perspicuum est, ad Romanum Pontificem, qui Ecclesie Ordinarius est Pastor, Episcoporum electiones spectare: Soli enim Petro, non Clero, aut Populo à Christo dictum fuisse *Pasce oues meas*: atque eidem Ecclesiam commissam esse nouimus; ut inde colligeremus, eorum electionem, qui in partem sollicitudinis vocantur, ad ipsum quoque Iure diuino pertinere: Itaque, quod Episcoporum electiones absque Romani Pontificis autoritate fieri nequeant, patet per communem illam Scripturarum, atque Ecclesie doctrinam, quam Petro, ac ipsius Successori Romano Pontifici, totius Ecclesie administrationis summam, à Christo collatam esse non ignoramus: Quo fit, ut grauissima quæque Ecclesie negotia, inter quæ Episcoporum ordinationes collocari solent; absque Romano Pontifice peragi nequeant; ut testatur Alexander I. *Epist. 1.* his verbis: *Relatum est ad huius Sancte & Apostolica Sedis Apicem, cui summarum dispositiones Causarum, & omnia negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad Caput ipso dicente: Tu es Petrus & super, &c.* Quod etiam confirmat Concilium Nicænum 1. *Can. 2.* Id quoque præclare affirmant Nicolaus I. *Epistola ad Lotharium*, in qua illum deterreret, ne inconsulto Romano Pontifice *Ant. Diana, Pars X.*

scopum in Treuerensi Vrbe, & Agrippina Colonia ordinari permittat. Gregor. in *Registr. lib. 2. Epist. 19.* ubi mandat his verbis: *Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti, subscriptionibus omnium roboratus, & dilectionis tua testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat.* Id tandem clarissime testatur *lib. 6. Ind. 11. Epistola 30.* ita ad Ioannem Subdiacolum scribens: *Quantò Apostolica Sedes, Deo auctore, cunctis prelata esse constat Ecclesiis; tantò, & inter multiplices curas, & illa nos valde sollicitat, ubi ad conseruandum Antistitem nostrum expectatur arbitrium.*

Dicendum est igitur, cum post acceptum Spiritum Sanctum Apostoli in omnem Terram ad Euangelium prædicandum missi fuissent: constituebant per singulas ciuitates Episcopos, qui, quasi modo genitis infantibus Christi Fidelibus, lac præberent, illosque regerent, atque gubernarent. Verùm iis Episcopis, qui immediatè ab Apostolis creati fuerant, vita functis; deinceps ius, consuetudoque eligendorum Episcoporum Iure Diuino deuoluta est ad Summum Pontificem, quæ totius Christianæ Reipublicæ & Ecclesie clauum tenebat: At verò secula Imperatorum sæuiente tunc persecutione, locorum urgente distantia; Summis Pontificibus inter antra, & specus latitantibus, singulorum electiones Episcoporum à Summo Pontifice fieri haud facile, tutoque permittebantur: ideo Summus Pontifex huiusmodi electionis facultatem, Clero, Populo, propinquis item Episcopis relinquebat, atque perinde ac si à se ipso peractæ fuissent, approbat. Et hæc omnia docent communiter Authores Catholici, quorum nomina possem hinc vsque ad satietatem adducere.

De modo olim eligendi Episcopos.

RESOLVTIO II.

DEFUNCTO Episcopo alicuius Ecclesie, admonebatur Metropolitanus, ut Visitatorem Episcopum aliquem ex suis Suffraganeis mitteret, qui futura electio

A

electio

electioni præisset; Populum & Clerum conuocaret, hortaretur, & doceret, quid in electione obseruandū. Vocabatur autem non tantum Clerus Ecclesiæ Matricis, sed etiam aliarum ciuitatis Parœciarum, imò & aliquando ex aliis Ecclesiis extra ciuitatem: itemque de Monasteriis quidam seligebantur. Post omnium vota, & suffragia perquisita, componebatur Decretum electionis, quod communi omnium subscriptionum roboratum ad Metropolitanum mittebatur, à quo & confirmatio, consecratio, siue benedictio ordinandi postulanda erat; qui postea in forma electionis, & electi personam sedulo inquirebat; & eam demum confirmabat. Deinde in præsentia, tam eligentium, quam Episcoporum Comprovincialium, examinabatur. Quod si idoneus reperiabatur; ante consecrationem Metropolitanum suo, professionem tradere tenebatur, quæ fidei suæ declarationem, & subiectionem, & obedientiam Metropolitanæ Sedi continebat, secundum sacros Canones Conciliorum, & Decreta Apostolicæ Sedis ex sacris Canonibus, & legibus, quibus auctoritas Metropolitanorum scilicet constituta est. Tertio profitebatur, se seruaturum quædam documenta ex sacris Conciliorum placitis exscripta, quæ ad officium Episcopi ritè administrandum pertinebant; & secundum Ecclesiasticum morem ab omnibus Episcopis Comprovincialibus subscripta, tradi solebant. Postremò, his omnibus peractis consecratur. Post consecrationem, ordinatores, ne obscuritas dubiæ ordinationis incurreret, Canonicas literas dabant ordinato ad Clerum, & Plebem, à quibus electus fuerat; quibus litteris omnis ordo rei gestæ continebatur: subscriptionibus omnium ordinatorum firmabatur: & dies simul, & Consul adscribendus erat ex Cœcilio Mileuitano. Quæ hætenus diximus, pluribus confirmantur in *som. 2. Conciliorum Gallie p. 633. & seqq. & ex Ord. Romano in l. de Diuin. off. p. 1. p. 95. 96. & seqq. ibi, Incipit examinatio in ordinatione Episc. secundum Gallorum Institutiones. Et explicat Albi. Flaccus in eod. lib. p. 2. pag. 72. & seqq. quibus omnibus adde nouissimè Franciscum Florentium in lib. 1. Decretalium tit. 6. fol. mibi 127.*

Non deseram etiam hæc apponere verba eruditissimi Iacobi Pamelij in *Annot. ad Epist. S. Cypriani*, ep. 68. n. 2. ubi sic ait: Non negamus itaque, veterem electionis Episcoporum ritum, quo Plebe præsentem, immo & suffragiis Plebis eligi solent: Nam in Africa illum obseruatum constat ex electione Etadij, successoris D. Augustini, de qua extat. *Ep. eim* 120. in Græcia a *ate Chrysof. ex lib. 3. de Sacerd.* in Hispaniis ex hoc Cypriani loco, & ex Isidoro *lib. 2. de officijs*: in Gallis *ex epist. Cælestini Papa II. Romæ ex iis, quæ supra diximus, epistola ad Antonianum*: ubi que etiã alibi *ex epistola Leonis 87.* Et perdurasse eam consuetudinem ad Gregor. I. vsque *ex eius epistolis*, immo, & ad tempora vsque Caroli & Ludouici Imperatorum *ex 1. lib. Capitulorum eorundem* satis constat. Verum Plebi sola suffragia concessa, nõ electionem, quæ per subscriptionem fieri solet, perspicuum fit, in primis *ex Cœcilio Laod. Can. 12. & 13.* ubi prohibetur electio Episcoporum per Plebem fieri, & *ex D. Hieronymo, qui ep. ad Euagrium dicit: Electionem Alexandrini Episcopi à Presbyteris fieri solere: deinde ex dicta epist. Leonis*: qui singulorum in electione, propria distinguens officia, vota requirit ciuium, testimonia Populorum, honoratorum arbitrium, electionem Clericorum, & denuò postea, subscriptionem Clericorum, Honoratorum testimonium, Ordinis, & Plebis consensum. Hoc enim potissimum tunc agebatur, vt inuitæ Plebi non daretur Episcopus. Non tamen sic, vt cogerentur Episcopi admittere quem-

cum; Plebs postulasset; vti patet *ex Can. 1. & 2. Græcarum Synod. à Martino Bracarensi collectarum, & ex dicta Cælestini Epistola, & Stephani Papæ decreto 68. dist. c. Noffe.* Sed si quem petisset contra statuta Canonum: denuò, & sæpius conuocari sollicitos, Clerum & Plebem, donec concordarent in idoneum quempiã, colligere est *ex Epist. Gelasi; Papa ad Philippum; & Gerontium citata à Gratiano dist. 63. cap. Plebs.* Si qua autem contradictio quorundam oboriretur; discutiebantur primò Personæ contradicentes: & tum demum, si vera non essent, quæ obiiceretur, ordinabatur Episcopus; vti constat *ex Can. 40. Conc. Carth. 3.* Si denique nec ita fieret concordia; interponebatur suam auctoritatem Archiepiscopus; & quæ ille probasset, pro Episcopo habebatur. Neq; verò hæc sufficiebant; sed accedere præter ea debebat consecratio, siue (quã vocat Cyprianus) manus impositio, per Episcopos, qui cõuenerant; quos vt minimum duos esse oportebat; vti *ex Canonibus satis superque manifestum est.* Hucusque Pamelius eruditè, vt semper solet. Sed ex dictis verbis oritur difficultas.

An populus in Electione Episcoporum olim aliquando habuerit ius eligendi, & suffragandi? Et secundum aliquos affirmatiuè respondetur.

RESOLVTIO III.

PRÆTER Pamelium, ubi supra affirmatiuè respondet Pater Vasquez in *3. p. D. Thoma, tom. 3. disp. 244. c. 5. n. 53.* & ex multis magis amplè probat hoc Michaël Raussell. in *hist. Iurisd. Pontif. lib. 2. c. 1. n. 20.* ubi sic ait: Quidam tamen distinguunt, vt electio esset Cleri, consensus Populi. Quò pertinere videtur, quod dixit D. Cyprianus, vt ordinationes fierent ab Episcopis Plebe præsentem, quæ singulorum vitam plenissimè nouit, & vniuscuiusque actum de eius conuersatione perspexit; sic coram omni Synagoga iurebatur Pontifex constitui: & D. Paulus præcipiens Timotheo, quos ordinare deberet Episcopos: oportet, inquit, & illos habere bonum testimonium ab his, qui foris sunt, idest Laicis. Quæ videretur innuere, opus esse, vt approbet electum suo testimonio Populus. Quod Stephanus Papa confirmauit, dicens: Sacerdotum est electio, & fidelis Populi consensus est adhibendus, quia docendus est Populus, non sequendus. Et Gaufridus Abbas solis Clericis licitum esse, inquit eligere, & consecrare Episcopos; cæteris duxat petere. Ac Sardicensis Canon, Si Populi conuenerint, & petant sibi Rectorem; satisfaciendum eis esse, ait: vt veniant ex vicina Prouincia Episcopi, & ordinent Episcopum. Sed profectò vbicumq; adhibitus fuit ad electionem populus; plenissima eius fuerunt de creatione Episcopi suffragia; aded vt etiam præualeret contra Clerum. Quod liquet exemplo Sisinij, quæ populi vox sedi Constantinopolitanæ præfecit; & obtinuit, vt præferretur Philippo, quæ Clerus petebat. Et si aliquando ea forma neglecta est; minus gratè accepti fuerunt Pontifices aliter electi, vel prorsus repudiati atque etiam interfecti: cuiusmodi exemplum est in Historia Nicephori: & Liberatus in Breuiario refert in Ecclesia Alexandrina. Schisma ex, quod populus Graianum velle; Clerus verò, suasu Theodoræ Augustæ, Iustiniani I. vxoris, Theodosium: aded vt etiam si Graianus in exilium missus fuerit; eum tamen Episcopum agnouit populus: & coactus fuerit Theodosius Vrbe cedere. Et ante hæc tempora D. Augustinus rescripsit, se operam dedisse seditioni sedandæ in Ecclesia Mile-

uitana,

uitana, ob id excitata, quod prædecessor sibi successorem designauerat, de Cleri solummodo sententia, non aduocata Plebe; ac ne id contingeret in Hippo- nensi Ecclesia curauit, vt Clero, & populo probaretur Eradius, quem post se relinquebat. Denique tan- topere probata est ea eligendi ab vniuerso populo, id est Clericis & Laicis, forma, vt pluribus Synodis Prouincialibus, atque etiam Romanis, ac Decretis Summorum Pontificum sancita fuerit, cum clausula etiam irritante; videlicet, vt præponeretur omnibus, quem Cleri, plebisque consensu concorditer postu- lasset; & nullus, inuitis, ac non petentibus, ordinaretur: sin aliter, ordinatio esset irrita: ne ciuitas Episco- pum non optatum aut contemneret, aut odiret; sic Leo I. & ante illū Cælestinus I. Nullus, inquit detur inuitis Episcopus: Cleri, Plebis, & ordinis consen- sus, ac desiderium requiratur. Quamobrem Gregorius Magnus noluit confirmare Constantinū, quem Cle- rus sedi Mediolanensi præfecerat, antequam populi comitiis approbatus esset. Et Ioannes VIII. in nitens sententiæ Leonis, & Cælestini, vt ipse ait, arguit Ber- dunensem Archiepiscopum, quod cōsecrasset eum, qui non erat electus à Clero, nec acceptus Carolo Imperatori. Quibus addere licebit ciuiles leges, nē- pe Iustiniani I. dicentis, quod Laici haberent Suffra- gium in eligendo Episcopo: & Caroli Magni in ca- pularibus. Idque adeo obseruatum apud Nos, vt inde formula concepta fuerit, quā habemus ex Mar- culpho. Ac demum sic requirebantur Populi suffra- gia, vt electio *χρηνοτία* diceretur; quia per manuum porrectionem numerabantur, qui hunc vel illum eligebat; vt refert Zonaras *ad Can. 1. Apost.* Atque hæc satis conuincere videntur, non ad hoc solum, vt eligente Clero consentiret populus, illum inter- uenire solitum esse electionibus; sed vt reuera vo- cem electiuam cum illo haberet. Quid quod si con- sensus post electionem necessarius esset; non eodem propè iure fuisset, ac ipsa electio? Quippe, nisi con- sentiret Populus; alterum eligi oporteret; ac tandem ipso etiam populo suum calculum dante, vt citius in eum consentiret, cui plurima illius pars sua voce, vel suis digitis, aut scripto suffragatus esset. Vnde disertis verbis Rabanus ad illum Textum Actuum Apostolorum, qui est de Diaconis constituendis: *ordo, inquit, seruandus est, eligat populus; ordinet Episcopus.* Et hæc omnia docet Raussel. loco citato. Quæ quidem confirmari possunt ex sacris Canoni- bus, vt ex *cap. Episcopos*, ibi, *post electionem Cleri, & populi cap. lectis*, ibi, *Clerum, & Plebem eiusdem Ec- clesie elegisse: 63. dist. cap. factus*, ibi, *De Plebis, qua rima adfuit Suffragio 7. qu. 1.*

Opinio negatiua assertur, probans populum in electionibus Episcoporum non habuisse ius suffragandi, & eligendi, sed tantum postu- landi, & testimonium ferendi.

RESOLVTIO IV.

Hanc Sententiam mordicè sustinet Andreas Duuallius *tract. de Potestate Pontif. par. 3. q. 6.* probas multis sæculis penes populū fidelem viguisse, & etiā nunc in plerisque locis adhuc vigere hanc cōsuetudinem, qua populus præsentationem Mini- strorum, & consensum in eorū electionem habuerit, & habeat ad maiorem Ecclesie pacem, & promptio- rem obedientiam; vt disertè testatur Leo his verbis: *Propter pacem, & Deo placitam concordiam conso- nis omniū studiis, qui doctor pacis futurus est, ordi- natur.* Sed quod populus Ministros Ecclesie elege- *Anton. Diana, Pars X.*

rit, aut ius aliquod spiritale Ministris cōtulerit; nuf- quam Calvinus, & Vigorius, ex nouo Testamēto, aut vlu primitiue Ecclesie probabūt. A Quum sexto, se- prem Diaconi à multitudine Fidelium ante conspe- ctum Apostolorum statuuntur, id est offeruntur, & populi testimonio commendatur nullum tamen in- de ius speirituale ipsis Diaconis acceffit, donec Apo- stoli illos acceptalsēt, elegissent; manusq; impolui- sent: cum enim in Ecclesie ministro tria desiderētur, fidei integritas, doctrinæ sufficiētia, & vitæ probitas: ad huius tertij certitudinem, populi Christiani testi- monia postulabatur; imò etiam ipforum infidelium prioris enim, ad Timotheum tertio, vult Apostolus, Episcopum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt: quod expressè in Concilio Carthaginensi declaratur: Non fuit frustra à Patribus institutum, vt de electione eorum, qui ad regimen Altaris adhibē- di sunt, consulatur & populus; quia de vita, & mori- bus præsentandi, quod non nunquam ignotatur à pluribus, scitur à paucis. Cui cōsensit Cypr. *l. 1. ep. 3.* Ex Diuina authoritate descendit, vt Sacerdos Plebe præsentate sub omniū oculis deligatur, & dignus aque idoneus publico iudicio comprobetur. Idem que re- petat *Ep. 4. eiusdem libri*: vt Plebe præsentate, vel de- tegatur malorum crimina, vel bonorum merita præ- dicentur Leo *Ep. 87.* Sacerdos Ecclesie præfuturus, non solum attestatiōe fidelium, sed etiam illorum, qui foris sunt, testimoniis muniatur, neque vilius scandali relinquatur occasio. Hic ergo viguit mos in antiqua Ecclesia, vt scilicet coram populo testimo- nium de vitæ probitate ferente, electio ministrorum ab Episcopis fieret. Quod cum non distinxerit, vel distinguere noluerit Vigorius, impegit in scopulos Calvinianos, quibus tota Ecclesie Hierarchia sub- uertitur. Secundo potestas Episcoporum, & cæte- rorum Ecclesie Ministrorum merè est spiritalis. Po- pulus autem nullam habet potestatem spiritalē; sed si quā habet, tantum est ciuilis; & humana; ergo non potest alicui talem potestatem conferre; nemo enim alteri, quod non habet, dare potest. Ac proinde nul- lum Ecclesie Ministrum poterit eligere; cum electio Canonica sit spiritalis collatio, qua populus desti- tuitur. Maior argumenti, quod nempè potestas Mi- nistrorum Ecclesie sit merè spiritalis, probatur ex triplici capite; ex obiecto nempè, quod est omnino spirituale, vt administratio Sacramentorum, vsus Clauium, Regni Cælorum referatio, Thesauri Indul- gentiarum; & in summa cura animarum non corpo- rum: ex Fine, qui est æterna Beatitudo, ad quam suos filios cupit Ecclesia perducere: ex Modo denique, quo cōfertur ipsa potestas; infunditur enim super- naturaliter à Deo non minus quàm reliqua Spiritus Sancti dona; non vi alicuius actionis naturalis, sed virtute Sacramenti à Christo instituti; quod tamen potius de potestate Ordinis quàm iurisdictionis in- telligitur. Minor verò notissima est, vel enim pote- stas spiritalis cōueniret populo, quatenus est popu- lus, vel quatenus est fidelis; non prius, quia sic Tur- cæ & infideles omnem potestatem spiritalē habe- rent; non posterius, quia etsi populus fidelis chara- cterem Baptismi habeat, hinc tamen non ad eligen- dos seu instituendos Ecclesie Ministros refertur; sed vt à peccato originali liberemur, Christo inferamur, & aliorum Sacramentorum, atque suffragiorum Ec- clesie capaces, & participes efficiamur.

Tertio ad electionem alicuius in officium aliquod graue, & arduum, quale est Ecclesiasticum, maxima requiritur scientia, & prudentia: atqui populus de- mens est, & præcipitis admodum iudicij, belluaque, vt aiunt, multorum capitum; igitur de personæ eli- *A 2* gendæ

„genda sufficientia, idoneitate, & capacitate iudica-
 „re non potest. Quare pessimè cum Ecclesia actū fuis-
 „set, si potestas eligendi sacros Ministros iudicio, aut
 „arbitrio Populi relicta fuisset. Et hæc omnia docet
 „Dunallius *ubi supra*; cui adde Cœllotium *de Hierarchy*
 „*lib. 4. c. 17.* & Coëffetteau, ac Bouerium *contra*
 „*Rempub. M. Antony de Dominis, l. 3. c. 3. per totum.*

Confirmatur supradicta ex Canone, *Noſſe dist. 63.*
 „vbi sic habetur: In hoc tuam plurimum oportet ad-
 „hibere sollicitudinem, vt conuocato Clero, & popu-
 „lo talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri
 „non obuiant Canones. Sacerdotum quippe est ele-
 „ctio, & fidelis populi consensus adhibendus est; quia
 „docendus est populus, non sequendus. Plebs ergo,
 „etsi ad electionem vocata, debet tantum electioni
 „consentire, vt infert Ioannes de Fanno, non autem
 „eligere: Hinc. *Can. Non licet ead. dist.* Non licet in-
 „quit, Populo electionem facere eorum, qui ad Sacer-
 „dotium promouentur; sed in iudicio Episcoporum sit,
 „vt ipsi cum probent, si in sermone, & fide, & spiritali
 „vita edoctus sit. Hinc, & Gratian. ipse, post *Can. Cum*
 „*longè, ead. dist. §. electiones*; Quod Populus, inquit, iu-
 „betur electioni interesse, non precipitur aduocari ad
 „electionem faciendam; sed ad consensus electioni
 „adhibendum. Sacerdotum enim est electio, & fidelis
 „populi est humiliter consentire. Desiderium ergo
 „plebis requiritur, vt Clericorum electioni cõcordet.
 „Tunc enim in Ecclesia Dei rectè præficietur. Anti-
 „stes, cum Populus pariter in eum acclamauerit, quem
 „Clerus cõmuni voto elegerit. Et ideo *Can. vota 63.*
 „*dist.* hæc in Episcoporum electionibus desiderari tes-
 „tatur: vota, inquit ciuium, (id est, ait Glossa *ibid.* cõ-
 „niuentia, & consensus) testimonia Populorum, ho-
 „norum arbitrium, electio Clericorum in Ordina-
 „tionibus (id est, ait Glossa *ibi.* electionibus) expectan-
 „tur. Et summo opere notanda est hinc *Glos. in Can. Sa-*
 „*cror. 63. dist.* in Verbo *electione*. Hoc nomine electio,
 „inquit, propriè, & impropriè sumitur hinc cum illis
 „genitiuis Cleri, & Populi. Quid est propriè & impro-
 „priè, cum genitiuis Cleri, & Populi? Propriè scilicet,
 „cum genitiuo Cleri, & impropriè cum genitiuo po-
 „puli: adeo vt, quamuis in istis Canonibus Cleri &
 „populi electio dicatur, & ad Clerum electio propriè
 „pertineat; populo tamen impropriè etiam electio
 „tribuebatur, propter consensus, quem vt paulò an-
 „tè vidimus, in electionibus præstare tenebatur.

Confirmatur secundò ex autoritate Sancti Leon.
Epist. 87. Quando quidè solis Clericis electionem
 „ipsam tribuit. Expectarentur, inquit, vota ciuium,
 „testimonia populorum, quæreretur honoratorum
 „arbitrium, electio (nota) Clericorum, quæ in Sacer-
 „dotum solent Ordinationibus ab his qui norunt Pa-
 „trum regulas, custodiri. Nec obstat quod de votis ci-
 „uium, testimoniis Populorum, & honoratorum ar-
 „bitrio textus habet; namque paulò post ad quid ista
 „requirantur exponens, Apostolicæ, inquit. Idem Leo
 „*ibid.* autoritatis norma præcipitur, vt Sacerdos Ec-
 „clesiæ præfururus, non solum attestacione fidelium;
 „sed etiam eorum, qui foris sunt, testimonio munia-
 „tur. Ad hoc ergo dumtaxat Populus præsens aderat,
 „seu vota, desideria quippe, aut testimonia Populo-
 „rum expectabantur, vt à Clericis electus, dignus, at-
 „que idoneus, inquit S. Cyprianus *lib. 1. ep. 4.* publico
 „iudicio, ac testimonio comprobaretur. Hinc enim, &
 „ex eadem S. Leonis *Epistola 27.* Liqueat, solos in ele-
 „ctionibus subscribere solitos Clericos; Teneatur,
 „inquit subscriptio Clericorum, honoratorum testi-
 „monium, Ordinis consensus, & Plebis.

Dicendum est itaque, olim quidem in diligendis
 Ministris ita admissum populum; vt tamen penes

solos Episcopos, & Clerum ipsum veri suffragij ius
 esset; nec plus Populo, quam de eligendo testimo-
 nium reddere, liceret; quo eius consensus significa-
 retur. Id primùm sibi volunt, qua ex parùm probatis
 monumentis profert Anonymus, quem impugna-
 mus. Hoc enim sensu apud Pseudo-Clementem di-
 cit Petrus: Primus igitur ego Petrus dico, Episco-
 pum ordinari debere, ex omni parte reprehensione
 carentem, ab omni Populo delectum; quo nomina-
 to, & approbato, conueniente Populo cum Collegio
 Presbyterorum, & Episcopis, qui adsunt in die Do-
 minico, præcipuus ex omnibus (hoc est Metropolitanus)
 interroget Presbyteros, & Plebem, quis sit quem
 petunt in Rectorem. Eodem sensu in illis priorum
 Pontificum dubiæ fidei Epistolis Anicetus, Oportet,
 inquit, vt Archiepiscopus qui illis omnibus (Episco-
 pis suæ Prouinciæ) præesse debet, ab omnibus illis
 eligatur, & ordinetur. Eodem rursus: Melius est, si
 ipse cum omnibus (suis suffraganeis) cum, qui di-
 gnus est, elegerit; & cuncti pariter sacrauerint Pon-
 tificem. Eodem quoque Antherus, Felicem de ciui-
 tate, ait, in qua ordinatus erat, electione ciuium, pro-
 pter doctrinam, & bonam vitam, quam habebat, cõ-
 muni Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac
 Populorum consilio translatum fuisse. Siquidem
 hoc solum volunt, admissum aliquandò, & auditum
 Populum in sacrorum Ministrorum electionibus; vt
 scilicet eligendo, testimonium redderet; quo Eccle-
 siæ ab Episcopis, & Clero Rector impositus, gratior,
 & acceptior multitudini, cui imperare deberet, esse
 posset. Nec te terreant dicta Sanctorum Patrum ab
 Anonymo adducta; quibus interdum audis, electio-
 nes Episcoporum Cleri, & populi communibus suf-
 fragiis peragendas esse; vel eam legitimam electio-
 nem esse, in quam tam Clerus, quam populus pari
 voto, & voce conueniunt, ac similia: quibus videtur
 electionis ius populo conferri. In his enim, vbi ele-
 ctionis vocabulum confunditur, Populi, & Cleri iu-
 ra distinguenda sunt: vt plebs ius postulandi, atque
 electioni assensum præbendi habeat; at eligendi ius
 apud Clerum ex Romani Pontificis priuilegio man-
 neat. Alioquin si absque distinctione nudè hæc in-
 telligenda essent; cum in Conciliis Carthaginensi
 IV. & Aruernensi legatur, vt Episcopus cum consen-
 su Cleri, & populi, & Metropolitanani ordinetur; or-
 dinatio etiam ad populum pertineret: quod tamen
 nemo sanæ mentis dixerit; cum ordinatio ex Decre-
 to Apostolico ab Episcopis tantum perfici valeat.
 Separa igitur pretiosum à vili, Clerum à populo,
 Ecclesiasticam potestatem à ciuili. Ergo &c.

Verum, vt cumque res se habuerit, vel dicendum
 est, ius eligendi Episcopos, Populum tunc sibi vsur-
 passe; vt loquitur Cardinalis Bellarm. *lib. 1. de Cleri-*
cus, c. 7. vers. Tandem obtinuit in quibusdam locis: vel
 populum tunc ius eligendi habuisse ex concessione
 Pontificis, vt putat Vasquez *in 3. part. tom. 3. disp. 244. cap. 5. num. 53.* sic asserens: Ego tamen ar-
 bitror ex sententia Cypriani, eo tempore Popu-
 lum habuisse ius eligendi: id enim aliquando in Ec-
 clesia Dei vsu receptum fuisse, manifestè ostendi-
 mus: quare mihi placet prior responsio, videlicet,
 vt negari non possit, eo tempore ius eligendi par-
 tim etiam ad populum spectasse: id tamen ex con-
 cessione Romani Pontificis, & Ecclesiæ; non au-
 tem Diuino iure, vt contendunt Hæretici. Ità ille.
 Et ratio est, quia nulla assignari potest implican-
 tia; tum quia non minus spirituale est ius arcendi
 aliquem à communionem Fidelium, quam admitten-
 di aliquem ad Ecclesiasticam Dignitatem; tum quia
 indè præiudicium Ecclesiæ non inferretur, cum Lai-

ti id non agant proprio iure, seu ex iure ordinario; sed ex commissione, seu facultate delegata, dependenter ab Ecclesia: vt bene Suarez in *Tomo de fidei defensione lib. 3. cap. 29. num. 7. & seq.* Sopranus de *elect. Papa lib. 1. c. 4.* & alij. ergo, &c.

An etiam Principes olim aliquando in electione Episcoporum partem habuerint?

RÉSOLVTIO V.

Affirmatiuè respondet Michaël Roussel in *Hist. Iurisd. Pontificia lib. 2. c. 1. n. 21. in fine*, vbi sic ait: Atque hi fuerunt electionum in prima Ecclesia modi, siue à Clero Populoque, siue ab Episcopis solis: vt prior tamen frequentior, & validior fuerit: è qua etiam demum Reges & Principes constituendorum Antistitum autoritatem sibi arrogauerunt, quasi lege Regia, quæ Populi iura ad illos transtulit. Ità Ille. Sed quidem, quomodo Populus poterat transferre hoc ius in Principes; si, vt visum est, ipse non de iure ad Electionem concurrebat; sed vel vsurpatione, vel Pontificio Priuilegio: vt ex Valquez, & aliis docuimus? Ergo nullo pacto Populus tale ius eligendi in Reges transferre poterat; cum nemo dare possit, quod non habet.

Itaque dicendum est Principes Laici, si quando in electionibus Episcoporum se immiscuerunt; violenter hoc fecisse, nec potuisse hoc facere ex iure Populi in ipsos translato, vt dictum est: Vnde merito Iuo *Epist. 67.* recitat illos versus:

*Eligimus puerum, puerorum festa colentes
Non nostrum morem, sed Regis iussa sequentes.*

Principes ergo olim elegisse Episcopos, patet: nam Theodoricus Magni Clodouei filius Appollinarem Aruernis dedit Episcopum, oblati ab eo multis muneribus: Appollinari defuncto, S. Quintinianum subrogauit; statimque directi nuntij, cõuocatis Pontificibus, & Populo, eum Cathedræ Episcopali imposuerunt. Quintiniano successit Gallus, Rege opitulante. Sic Ommarius, iussu Regis Clodomeris alterius ex Clodouei filiis, ordinatus est Turonensis Episcopus: deindè Theodorus, & Proculus, ordinante Regina Clotilde, istorum Matre. Rursus, cum inconsulto Rege Theodualdo; Catonem Populus Aruernus elegisset; paratis etiam Episcopis illum consecrare; (eò quòd Rex paruulus esset, eum se asserturos promittentes cum Proceribus Regni) hunc Rex improbauit, & Cantinum Archidiaconum promouit. Postea Clerici Turonenses eundem Catonem petierunt Episcopum, non sua voluntate, sed Regis præceptione, ac repudianti Catoni, vt qui Aruernam Sedem ambiebat, Rex Clotarius Eufroonium subrogauit. Sulpitius Bituricensi Ecclesiæ Præpositus est, fauente Rege Gunteramno; cuius digna vox notatur; atque vtinam esset in istis occasionibus assueta Regibus. Nam cum multi munera offerent; fertur respondisse: *Non est principatus nostri consuetudo Sacerdotium vanundare; sed nec Vestrum illud premiis comparare: nè & nos Lucri turpis infamiam notemus, & vos Migo Simoni comparemini; sed iuxta Dei præscientiam Sulpitius erit vobis Episcopus.* Hæc inuenies apud Gregorium Turonensem, *lib. 3. cap. 2. lib. 4. c. 5. 11. & 16. lib. 6. c. 39. lib. 8. c. 22.* Alia exempla sunt in *lib. 4. cap. 15. 18. lib. 5. c. 40. 46.* & alijs locis.

Vide etiam Danielelem de Nobilibus in *Selectis Controuersis iuris Sacri, & Ciuilib, disp. 80. n. 5.* vbi ponit plures Episcopos electos à solis Imperatorib. & Principibus. Et Petrus Tholosanus, in *Synag. Iur. Anton. Diana, Pars X.*

uniuer. l. 15. c. 12. n. 11. ex Polydoro Virgilio tradit, Henricum I. Britannia, seu Angliæ Regem, clarum victoriis, tantum sibi iuris sumere cœpisse, vt sua duntaxat autoritate Episcopos faceret, & factis Episcopatum possessionem daret. Et circiter, inquit, hæc tempora, Principes vbique gentium cœperunt illud sibi ius declarandorum Episcoporum vindicare; quod & hodie mordicùs tenent. Hos tamen Anselmus Religionis Antistites, tanquam aortiuos Religionis filios, consecrare recusabat: sed parum profecit, donec Paschalis II. Summus Pontifex consultus, Regem à sententia abire coëgit. Hinc patet, quod etiam vsurpatiuè Constantius, Constantini Magni filius, Eusebium Nicomediensem in Episcopum Constantinopolitanum elegit; in cuius locum fuerat electus Paulus ex vna parte suffragiorum, & Macedonius ex altera; quibus eiectis, elegit prædictum Eusebium; *Socras. lib. 2. c. 5.* Nicephorus Phoca in Oriente Imperator ius conferendi Episcopatus, & Sacerdotia sibi sumpsit, quo tempore Otho I. in Occidente hoc iure vti cœpit, auctore Zonara *tom. 3. anno Domini 961.* Plura Petr. Greg. Tholos. *de elect. c. 5. sub n. 13.* vbi ponit capitulationes Ioannis XII. cum Henrico I. & Othone eius filio; quibus non obstantibus, Imperatores Inuestituram Episcopatum sibi ascuerunt: & inoleuerat iam mos, vt Episcopi ab ipsis eligerentur, & annulo, & baculo pastorali inuestirentur; vt scribit Guilielmus Tyrius, *lib. 1. Belli sacri c. 13.* Et tandem ne deferas recognoscere Ioannem Filescum *de sacra Episc. auctor. c. 5. §. 5.* vbi obseruat Principes olim Abbatissas, Abbates, & Episcopos elegisse; sed immeritò, vt probat §. 7.

Nota hic etiam, tantam olim fuisse violentiam circa electionem Episcoporum; vt principes etiam nouos Episcopos instituere consueuerint in locis, in quibus antea non fuerunt: vt narrat Theod. Balsamon *Ad Concilium Carthag. c. 16. & ad c. 12. Concil. Calcedon. & c. 38. Sextæ Synodi in Trullo habita.* Ita Iustinianus *Novell. 11. de Priuileg. Iustiniana primæ Archiepiscopi;* creauit Episcopum Iustinianæ primæ suæ ciuitatis Archiepiscopum, eique prouincias subiecit; & B. Rhenanus, *lib. 2. rerum Germanicarum,* refert Dagobertum, qui adeptus fuit Regnum Francorum sub Honorio III. Summo Pontifice, nouem Diœceses Episcopatum instituisse.

Fuisse olim à Summis Pontificibus interdictum, ne Populi, & Principes in Electionibus Episcoporum se immiscerent, demonstratur.

RÉSOLVTIO VI.

Itaque, cum Sancta Sedes Apostolica ex violentia populorum, & principum in electione Episcoporum pessum iret; non defuerunt pontifices, qui seuerè interdixerunt, nè in sacris electionibus populus, & principes manus haberent. Ac in primis Concilium Laodicenum, *Can. 13.* *Non est, inquit permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium prouehendi.* Cui consentanea sunt, quæ statuit Martinus Papa in *Concilio, cap. 1. apud Martinum Braccar.* his verbis: *Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio Episcoporum sit.* Idem decretum habetur in *Concil. Parisiensi I. cap. 8.* & refertur à *Gratian. dist. 63. cap. 5.* & à Nicolao I. *eadem dist. cap. porro.* Hoc ipsum decernit Synodus VII. generalis, his verbis: *Omnia electio Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi à Principibus facta, irrita maneat,*

A 3 *secun*

Secundum regulam, qua dicit. Si quis Episcopus, Secularibus Magistratibus usus, per eos Ecclesiam obtinuerit deponatur, & sequegetur: oportet enim eum, qui est promouendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi; quemadmodum à Sanctis Patribus Nicæ decretum est. Deinde citat Can. 4. Conc. 1. Nicæni. Denique, vt alia præteream, Concilium Constantinopolitanum IV. quod est octauum generale, de Episcoporum electione ita sanxit: Sancta, & vniuersalis Synodus definit, neminem Laicorum Principum, seu Potentum semet inferere debere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitanæ, vel cuiuslibet Episcopi: præsertim cum nullam in talibus potestatem, quemlibet Potentum, vel caterorum Laicorum habere conueniat: sed potius silere, & attendere sibi, vsquequo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis.

Itaque, cum Sæculares Principes vsurpassent sibi ius conferendi Episcopatus, Abbatis, & ferè alia omnia Ecclesiastica Beneficia; Sedes Apostolica diu tolerauit hunc abusum; donec eò progressus esset, vt publica nundinatione passim venderentur plus offerentibus; neque repetitæ prohibitiones contra Simoniacam hæresim, eliminare huiusmodi pestem valerent. Gregorius VII. miræ constantiæ, fortitudinis, & reliquarum virtutum Pontifex, à Deo perditissimis illis temporibus Ecclesiæ suæ Præpositus, tantum facinus non diutius tolerandum ratus; cum sæpè aliàs, tum Anno Domini 1078, in Concilio Romano illud prohibuit, edito Canone tenoris sequentis. *Quoniam Inuestitura Ecclesiarum contra Statuta Sanctorum Patrum à Laicis personis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Ecclesia oriri, ex quibus Christiana Religio conculcatur decernimus, vt nullus Clericorum Inuestituram Episcopatus, vel Abbatia, vel Ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius Laicæ personæ, Viri, vel Fœminæ suscipiat. Quod si presumpserit; recognoscat Inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam, & se vsque ad condignam satisfactionem Excommunicationi subiaccere.* Ita Canon Gregorij de quo Leo Ostien. *Histor. Cassin. lib. 3. c. 41. & Card. Baronius, tom. 11. d. Anno Domini 1078. num. 21.* Et non solum tulit legem, sed pro illius exequutione agonizauit vsque ad mortem; quam obiuit in exilio apud Salernum. Ac tùm ipse, tùm successores eius, multo sudore, & sanguine tandem abstraxerunt è manibus laicorum præfatum ius: & Ecclesiæ Dei, cuius erat, reddiderunt, vt obseruat Pax Iordanus Episc. Traguriensis in *Elucubrationibus tom. 1. lib. 1. tit. 1. num. 6. & alij.*

Vndè hîc obiter refellendum venit somnium Sigiberti, qui in Chronico Auctor est, Hadrianum Papam Carolo Magno ius inuestiturarum, per anulum, & baculum conferendarum, in Synodo frequentissima centum quinquaginta trium Episcoporum, vnâ cum priuilegio designandi Pontificem, concessisse. Falsò autem id prodidisse Sigibertum, Baronius circa annum 526. & præsertim ann. 774. à num. 10. & 964. à num. 22. conuincit. A quo non dissentiant Suarez contra Regem Angliæ lib. 3. c. 29. num. 7. Gretserus, in *Apologia Baronij, cap. 1. & 2. Azorius part. 2. lib. 4. cap. 2. quæst. 3. Bellarminus de summo Pontifice, lib. 2. cap. 29. & de Clericis, lib. 1. cap. 9.* Cum nullus, ante ipsum Sigibertum, meminerit tam memorabilis Indulti, de quo & qui res Caroli per singulos annos gestas exactius recensuere, nullam planè mentionem fecerunt. Et meritò quidem; qui enim fieri potest, vt tam exorbitans ac Ecclesiæ exosum priuilegium, Carolo Magno Ha-

drianus Papa contulerit? Cum ipsas inuesturas, seu Episcoporum per potestatem Sæcularem electiones, ac designationes, fuisse constet prohibitas sub eodem Hadriano Pontifice in septimo Concilio generali, Can. 3. quo decreuit Oecumenica Synodus, vt omnis electio Episcoporum, aut Sacerdotum quorumcumque à Principibus facta, irrita maneret. Sequenti etiam sæculo idem, in octauo Concilio generali, lege est constitutum. Actione siquidem decima sancitum est, nè à Principibus, vel eorum fauore eligerentur Episcopi: nec ipsi Antistites indecentia obsequia Magistratibus exhiberent. Postquam tamen à Caroli stirpe Imperium ad Germanos Principes translatum est; imperatores, nescio cuius, non quidem Priuilegij à Sede Apostolica emanati (quod credulus nimium Gratianus, deceptus à Sigiberto hac in causa Romanæ Ecclesiæ infesto hoste, aliquandò concessum, perperam existimauit, Can. *Adrianus dist. 63.* atque subinde reuocatum, Can. *Ego Ludouicus.* eadem dist. alii que sparsim Canonibus insinuare studuit) sed prisca, quam prætendebant consuetudinis, iure, hanc sibi potestatem arrogarunt; dirisque modis sibi asserere contendunt. Repugnantibus toto nisu Pontificibus Romanis inter quos omnes acerrimè Greg. VII. libertatem Ecclesiæ contra tam funestos ausus, ad extremum vsque vitæ spiritum, defendit.

Hinc Henricus Rex Germaniæ, qui nefariis modis à Paschale II. extorserat priuilegium, quo sibi concedebatur ius inuestiendi per anulum, & baculum, illi postea expressè renunciauit in Vuormatiensi Concilio: cui præerant Laberrus Cardinalis Episcopus Ostiensis, & duo alij Cardinales Callisti Papæ Legati, anno 1122. Cuius solemnæ renuntiationis hic tenor est, quem legimus, ab Vrspergensis memoriæ consignatum. Ergo Henricus Dei gratia, Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domini Papæ Callisti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis eius Apostolis Petro, & Paulo, & Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, omnem Inuestituram per Anulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis fieri electionem, & liberam consecrationem. Possessiones, & Regalia Beati Petri, quæ à principio huius discordiæ, vsque ad hodiernum diem, siue tempore Patris mei, siue etiam meo, ablata sunt; quæ habeo etiam, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo: quæ autem non habeo, vt restituantur fideliter adiuuabo. Et do veram pacem Callisto, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt: & in quibus Sancta Romana Ecclesia auxilium postulauerit, fideliter iuuabo. Subsignauerunt Prælati, & Principes Imperij; vt obseruat pius, doctus, & eruditus Andreas Sauffay in *Panoplia Episcopali, lib. 2. Digressiuncula de Inuestituris: de quibus etiam vide Turretum in observationibus ad Epist. 190. Iuonis Episcopi, Boëtium Eponen. de Regalibus num. 217. cum seq. & num. 186. cum seq. & Franciscum Flurentium, in lib. 1. Decretal. tit. 6. qui tamen Auctor cautè legendus est, cum sit nimis infensus Romanæ Sedi.*

Circà superius dicta, quoad Episcoporum Electionem, Auctoris iudicium ex Sacris Canonibus desumptum, breuiter proponitur.

RESOLVTIO VII.

Itaque circà præsentem difficultatem de prisco more eligendi Episcopos, assero, Apostolos, auctoritate accepta à Christo Domino, in sui locum Episcopos

scopos elegisse, & creasse. Nam singuli eorum idoneos præferunt Ecclesiis Pastores, qui in *in c. Quorum vices dist. 68.* dicuntur Apostolorum locum tenere. Deinde verò, primis illis Episcopis, quos creauerunt Apostoli, vita functis; tunc ius eligendi, & creandi Episcopos, ad Romanum Pontificem pertinuit, tanquam ad successorem Petri, cui data est à Christo Domino summa potestas in totam Ecclesiam: & hoc est, quod dicitur *in cap. Omnes, dist. 22.* Omnes, siue Patriarchæ cuiuslibet apicem, siue Metropolitani Primatus, aut Episcoporum Cathedralis, vel Ecclesiarum, siue cuiuslibet ordinis Dignitatem instituit Romana Ecclesia. Sic ibi. At verò primis illis Ecclesiæ temporibus post Apostolos, expresso, vel tacito Romanorum Pontificum consensu, Electiones Episcoporum fiebant. Nam, scientibus, & non repugnantibus, nec aliud stantibus Romanis Pontificibus, cum iure possent, Clerici cuiusque Ecclesiæ Cathedralis in vnum simul conuenientes, vnum quendam in Episcopum nominabant, designabant, eligebant. In hac porò nominatione, designatione, vel electione, non semper idem mos, & vsus est retentus. Aliquando enim Clerus simul & Populus nominabant, designabant, eligebant, & offerebant *cap. factum est 7. quest. 1. cap. Plebs. cap. Nosse. cap. Episcopos. cap. Litteras dist. 63.* Aliquando Populus quidem petebat, ac postulabat Episcopum; Clerus verò eligebat. *cap. Nulla dist. 62.* Aliquando, & ipse Populus non solum petebat, sed etiam nominabat, & designabat; Clerus verò eligebat. *cap. Nulla cit.* Aliquando etiam Episcopus sibi adiutorem adsciuit, quem postea successorem nominavit; vel morti vicinus Episcopum in sui locum successurum designavit. *cap. Si Petrus 8. quest. 1.* Aliquando Clerici eligebant, Populus verò nominabat, & Principis requirebatur assensus. *cap. Quia igitur. cap. Lectus dist. 63. & cap. Quod sicut de elect. Donec tandem Canonica est Sanctione decretum, vt soli Clerici Episcopum eligerent, Laicis penitus exclusis. cap. Nullus cap. Adrianus. cap. Non est. cap. Non licet. dist. 36. cap. Si deinceps 16. quest. 7.* Et ad extremum, tota Episcopum eligendi facultas, ad Canonicorum Collegium redacta, & deuoluta est; ita vt soli Canonici, exclusis non solum Laicis, sed etiam cæteris Ecclesiæ Clericis, quamuis Beneficiariis, Episcopum eligerent: quæ Lex, & consuetudo diu in Ecclesia durauit per Germaniam, Galliam, Angliam, Poloniam, Italiam, & Hispaniam. Quæ postea Lex, Romanorum Pontificum autoritate est abrogata, & ius nominandi, designandi, offerendi, & præsentandi Episcopos, datum est multis Regibus eorundem Romanorum Pontificum nutu, & assensu. Vnde nunc Reges Hispaniæ Episcopos nominant, designant, & offerunt Romano Pontifici, vt eos in Ecclesiis instituat. De quo Iure Regis nostri Hispaniarum circa præsentationem Ecclesiarum suorum Regnorum, inter recentissimos Scriptores, materiam latè pertractantes, vide heu quondam nostrum Barbofam, Episcopum Vgentinum, *de Iure Eccles. lib. 1. c. 8. num. 74. & seqq.* & tres inlytos Professores Salmaticenses Ioannem Solorzanum, *de Indiarum Iure. tom. 2. lib. 3. cap. 4. n. 31. & seqq.* Valboam de Magrouejo, *in cap. Cum Ecclesia Surriana de causa possess. & propriet. num. 33. & seqq.* Alphonsum de Escobar Loaisa, *de Pontificia, & Regia Iurisdictione cap. 8. num. 7. & seqq.* quibus adde Petrum Gonzalez Salzedo, *de lege Politica, lib. 2. c. 11. num. 24. & seqq.* cum amicissimo, & eruditissimo Domino D. Laurentio Ramirez de Prado, *in*

notis ad Chron. Luitpran. n. 99. quem angor ad manus meas non peruenisse; multa enim ex ipso didicissem.

Ex his non deseram obseruare, falsam esse Ioan. Ignei *in lege Necessarios. §. Non alias num. 336. ff. Ad Silanum* doctrinam, quam sequutus est Ioannes Ferraldus *in Tractatu de Insignibus Regum Francia IX. Iure;* vbi probare nititur, Reges Hispaniæ ius præsentandi Episcopos, habuisse ratione concessionis Carolo Magno, Gallicano Regi, factæ: nam per centum viginti annos, antequam Carolus Magnus in rebus humanis esset, nostris Hispaniæ Regibus competebar; vt ex Couarruuias, Perez, & Salzedo, probat Mauritius de Alzedo, *de præcellentia Episcopatus dignitatis, p. 1. cap. 3. num. 9.* Nota verò, quòd hodie solum in Germaniæ Ecclesiis verus consuetudo seruetur; in quibus Canonicorum Collegium Episcopum nominat, designat, & eligit; electus verò à Pontifice confirmatur. Ita Azorius *p. 2. lib. 3. c. 28. q. 3.* Germonius *de Sac. Immun. lib. 3. c. 12. n. 40.* cum aliis.

Breuis digressio contra Responsum falsò, vt putato, adscriptum aliquibus Doctoribus Sorbonistis.

RESOLVTIO VIII.

NOuissimè terebatur manibus aliquorum hic Romæ quidam libellus typis impressus, cui titulus hic erat. Responsum præcipuorum Doctorum Parisiensis Academiæ Sorbonicæ, Potentissimo Portugalliæ Regno. In quo Auctor, professione Calvinista, vt credo, firmat, electionem Episcoporum olim Diuina autoritate spectasse ad Populum; & postea ius illud fuisse translatum in Principes, quorum consensu Pontifices tale ius postea sibi acquisierunt. Probat hoc ex verbis S. Cypriani, *Epist. 68.* in illis verbis. *Propter quod de traditione Diuina, &c.* Et postea coaceruat quamplura loca Veterum Patrum, & Conciliorum, desumpta ex Republica M. Antonij de Dominis. Sed hæc fuit hæresis Caluini, qui locum Cypriani adducit: & ad illum respondet Pamelius *ibidem, in Annotat. Duuallius de Potest. Pontificis, p. 3. quest. 6.* Azorius, *p. 2. lib. 3. cap. 28. quest. 4.* Bellarminus, *lib. 1. de Clericis, cap. 7.* Vasquez *in 3. p. tom. 3. disputat. 244. cap. 5. num. 53.* & alij communiter. Nam, cum ait Cyprianus id de Diuina autoritate descendere; per autoritatem Diuinam non intelligit præceptum, seu ius diuinum; sed exemplum ex Sacra scriptura deproptum: instar cuius, inquit Cyprianus, fieri debere Electionem nostrorum ministrorum coram Populo, & ipso etiam consentiente: dicit enim Episcopum esse eligendum coram Populo, sicut legimus *num. 20.* electum fuisse Eleazar *Actor. 1.* Matthiam, & septem Diaconos. *Actor. 6.*

Ad alias verò autoritates Patrum, ab Anonymo adductas, respondet indiuidualiter Coeffeteau, & Bouerius *contra Rempublicam M. Antonij de Dominis, lib. 3. c. 3. per totum:* ad illos, & non pigebit: Ego verò, ex superius dictis, paucis verbis ad omnes illas Patrum auctoritates respondeo. Dico igitur cum Bonacina *tract. de Summo Pontif. q. 1. punct. 1. num. 10.* & aliis, Laicos nunquam electioni interfuisse, vt verè, & propriè eligerent; modò loquamur de Electione propriè accepta, non verò de facta per vsurpationem: nam ipsis interdicta erat electio in Concilio Laodiceno I. in Concilio Martini Papæ, in Nicæno XI. & in octauo generali Constantinopolitano. Populus enim electioni assistebat,

non ad verè, & propriè eligendum; sed ad petendum, ad proponendum, ad testimonium ferendum de vita, & moribus eligendi, ac denique ad præstandum consensum. Et licet alicubi habeatur elegisse; nihilominus non verè, propriè, & positiuè elegit; cum electio sit actio ecclesiastica competens Ecclesiasticis personis: sed negatiuè, quatenus non impediēbat electionem suo testimonio, nec quidquam obiciebat; aut quatenus personam proponebat, in eam consentiebat, & acquiescebat electioni. *cap. Nullus 61. cap. Clerici, & cap. Vota 63. dist.* Ob id, verbum eligere, aliter accipitur de Ecclesiasticis, aliter de populo; etiamsi in eodem verborum contextu adhibearur. Sicut sanitas aliter accipitur de pulsu, aliter de medicina, aliter de habitu, aliter de homine. Sicut etiam Pilatus, Turbæ, Sacerdotes, & Milites Christus crucifixerunt; sed non omnes eadem ratione. Et hoc dicere voluerunt; & sic interpretanda sunt verba supradictorum Patrum ab Aduersario coaceruata: quia licet plerumque electionis nomen genericè vsurpent, ac cum postulatione confundant; vera tamen, ac constans ipsorum sententia est, Plebem ab Episcoporum, atque aliorum Ecclesiasticorum hominum vera electione, quæ vix soli Clero permittitur, excludi. Planè itaque constat, in electionibus Episcoporum nihil, præter assensum, à Plebe postulari; & si quid præterea ad electionem spectans eidem adscribi contingat, id totum in postulatione concludi. Quare ex auctoritate Patrum adducta, & eorum verbis, assero, nihil aliud olim fuisse Populorum, Ciuum, ac Magistratum, in eligendo, vel Episcopo, vel Sacerdote, Votum, Suffragium, aut Electionem; quàm consensum animorum, testimonium bonum, & postulationis cuiusdam formam, ac specimen. Adde, quod, vt supra dictum est, si aliquando Populus cum Clero strictè, & propriè Episcopum eligebat; hoc factum ex Priuilegio Pontificis, dicendum est.

„ Pergit postea Anonymus ex sua doctrina præbere
 „ Regno Portugalliæ Conciliū, & ait. Quia Sanctif-
 „ simus D. N. Innocentius X. ex mala affectione in
 „ Lusitanos, (verba ardentis cauterio inurenda) dis-
 „ fert in illo Regno Episcopos nominatos constitue-
 „ re; posse, ait ipse, Regem ipsum hoc efficere; quia dic-
 „ ta electio ad illum prius spectabat. Sed, vt proba-
 „ tum est, de iure diuino ad solum Papam electio Epi-
 „ scoporum pertinet; & si aliquando in illa se immi-
 „ scuit Plebs, Clerus, vel Principes Laici; hoc totum
 „ factum fuit, expresso, vel tacito Summi Pontificis
 „ consensu: & contrarium asserere, est hæreticum.
 „ Et, vt videat Anonymus, quàm malum consilium
 „ Lusitanis præstet; sciat, Reges Lusitanos legitimos,
 „ nunquam Episcopos elegisse, vt patet ex respon-
 „ sione Regis ad Innocentium VIII. Pontificem;
 „ quam ponit Pereira, *de manu Regia, part. 1. Concor-*
 „ „ 28. *num 76.* vbi sic habetur: Quod Rex in Eccle-
 „ „ siis minoribus à Cathedralibus, quibus est per ele-
 „ „ ctionem Prælati, vel Rectoribus providendum, si
 „ „ vacent, maiorem sibi auctoritatem vindicare, in-
 „ „ tendens, in eis Clericis familiaribus suis, vel aliis
 „ „ minus dignis, Capitulis Ecclesiarum huiusmodi
 „ „ vniuersaliter, & singulariter singulis literas suas
 „ „ mittit, precibus exigens, & minis grauibus, & terro-
 „ „ ribus interiectis, vt nullum omninò in Prælatum
 „ „ eligant, nisi quem ipse in huiusmodi literis nomi-
 „ „ nat, vel per suos Ministros facit nominari. Respon-
 „ „ derunt Procuratores, quòd idem Rex, si preces
 „ „ aliquando porrexit, pro aliquibus eligendis in tali-
 „ „ bus Ecclesiis; pro dignis interposuit preces suas,
 „ „ nullis super hoc minis, vel terroribus interiectis: &

quòd super hoc non grauauit, nec intendit grauare Ecclesias, vel Canonicos: & promiserunt, Regem ita perpetuò seruaturum, nec in suis precibus adiecturum, quòd nullus alius eligatur; nisi is, pro quo direxerit preces. Sic ibi. Vnde statim infert Pereira hæc verba: In hoc Regno supponitur, quòd Episcoporum electio spectabat ad Capitulum; Reges tamen Hispaniæ à tempore Concilij Toletani, sub Pontifice Leone II. regnante Eruigio, Rege Goto, Episcopos Summo Pontifici præsentant. Ita ille. Ex quibus verbis apparet mendacium Anonymi, nempe ius Populi eligendi Episcopos, translatum fuisse in Reges Lusitanos: & ideò, nolente Pontifice Episcopos eligere, ius eligendi iterum ad illos redire. Nam ipsimet Reges Lusitani, vt patet ex verbis paulò supra adductis, farentur, nunquam habuisse ius eligendi Episcopos, nec illos vnquam elegisse. Et ideò, vt notat Pereira vbi supra, Priuilegium tantum nominandi Episcopos à tempore Alphonsi V. ex Priuilegio Papæ habuerunt; vt notat etiam amicissimus, & sapientissimus *Ioannes Solorzano, de Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. c. 4. num. 31.* & tandem rectè à me superius dictum fuit responsum, ex cuius occasione hunc Tractatum composui; falsò fuisse adscriptum aliquibus Doctoribus Academia Sorbonicæ: nam quis credere potest in illo celebri Museo Calvinistas existere? Doctrina enim, in dicto Responso, Regno Portugalliæ exhibita, ex penu Caluini desumpta est; cum sit contra Catholicam doctrinam, quam superius firmauimus; & quam Doctores Sorbonicæ indiuidualiter docuerunt, vt Andreas Duuallius *de Potestate Pontificis p. 3. qu. 6. Isambert in 3. part. D. Thomæ tom. 3. de Sacramento Ordinis disp. 6. num. 2.* Franciscus Hallier *de Sacris Ordinationibus c. 3. §. 1. & 2.* quibus adde Coeffeteau contra M. Antonium de Dominis *lib. 3. c. 3. per totum*, Cællotium de *Hierarchia Ecclesiastica lib. 4. c. 17.* Saussay in *Paroplia Episcopali lib. 2.* & alios: qui mordicus tenent, Populum nunquam habuisse ius eligendi, & suffragandi ex iure diuino. Videat modò Anonymus, si Doctores Sorbonicæ, ipsius, an nostram sententiam doceant. Nostris tantum temporibus inuenio non Sorbonicam, sed Simeonem Vigorium, Gallum tamen, Consiliarium Regium, in Parlamento Parisiensi sententiam Anonymi docuisse: docet enim *Apologia de suprema Ecclesia auctoritate, titulo de Disciplina Ecclesiastica num. 38. fol. mihi 185.* Episcopos à Principibus constitutos fuisse primis Ecclesiæ sæculis, tùm iure suo, tùm lege Regia; qua quicquid iuris Populus habebat, in Regem translatum est. Sed iste Author in dicta Apologia multos errores effudit; & se ostendit contra sanctam Sedem Apostolicam, & Romanam infensissimum hostem. Contra quem, & contra doctrinam ab ipso paulò antè allatam, se constanter opposuerunt Andreas Duuallius, vbi supra, & Ioannes le Tau, *tract. de Summi Pontificis auctoritat. lib. 3.* quòd opus æternitate dignissimum, impressum fuit Ebroicis apud Antonium le Mariæ 1622. Verùm aduersus Anonymum, non solum Theologos Gallos adductos, sed etiam Gallum Iurisconsultum adducere non desinam. Audiat itaque Rebuffum, *in notat. ad Concordat. tit. de election. derogat. super verb. Et cum ex electionibus in principio*, qui totum responsum Lusitanis ab ipso exhibitum, penitus labefactat. A principio, inquit, ius eligendi erat, prout est, apud Deum; qui suo filio Domino nostro Iesu Christo facultatem eligendi in mundo dedit: quam exercuit, vt patet *L. 6.* vocauit Iesus Discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis; quos



TRACTATUS II.
DE
PROHIBITIONE
NE CLERICI PRÆSENT
Exercitibus.

*An Clerici, inconsulto Summo Pontifice, possint
alicui Exercitui præesse?*

RESOLVTIO I.

NEGATIVE respondeo; quia Clericis prohibitum est militare; sunt enim dicati Dei seruitio, à qua professione militia multum reuocat. Item Clerici sunt Christi ministri; ipsumque repræsentant, qui proprium sanguinem pro aliorum salute effudit; ergo non eis licebit alienum effundere, & ita docet Thomas *secunda secunda q. 40. art. 2.* & communiter Theologi. Est tamen controuersia, An solo iure positiuo, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia? Non desunt ex Recentioribus asserentes, prohibitam esse iure naturali; & ita docet Valentia *tom. 3. disp. 3. quest. 16. punct. 4. &c.* ex veteribus Turrecremata *in cap. Clerici 30. dist.* & aliqui alij Canonistæ; quia rationes, quas supra adduximus ad probandum non esse licitam Clericis militiam, procedunt ex propria conditione status; atque adeo ex ipsa natura rei: Deinde D. Paulus *2. ad Timoth. cap. 2.* dixit, *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus.* Ex quibus verbis merito Gregorius Nazianzenus *oratione de Pace* asseruit, *Anna esse prohibita Clericis.* Quod idem etiam docuit Bernardus *lib. 4. de consider. ad Eugenium*, explanans illa verba Matth. 26. *Mitte gladium tuum in vaginam.* Verum, his non obstantibus, licet negari non possit militiam suapte natura indecentem esse Clericis, qui Deo in Altari ministrant; & aliquale impedimentum, ex quo minus munus suum perfectius obire possint, & hoc ostendunt rationes, & auctoritates adductæ; tamen dicendum est, quod non ita vrgent, sola natura rei, & conditione muneris Clericalis pensata, vt obligationem, & necessitatem inducere videantur, secluso iure positiuo. Igitur, ex vi solius legis naturalis, & diuinæ conuenientius est, & rationi magis consentaneum, vt Clerici militiæ non assistant: non tamen est omnino prohibitum, & peccatum; aliter in hoc dispensatio aduersaretur legi naturali. Deinde, non est minus aliena à statu Clericorum negotiatio secularis, quam militia: sed negotiatio Clericis prohibetur iure ecclesiastico: ergo etiam militia. Et tandem, non omnia, quæ dedecent aliquam personam, sunt etiam ei illicita iure naturæ.

Dicendum est ergo cum Doctoribus inferius citandis, solo iure positiuo, & ecclesiastico militiam Clericis interdictam esse; vt constat *ex cap. Clericor. cap. De his Clericis cap: eos, qui 20. q. 3. cap. Clerici. c. Quicumque Clericus. cap. Quicumque ex Clericis. cap. Ex multa. De voto, & alijs Iuribus.* Quam quidem prohibitionem grauem esse, & ad culpam mortalem obligare, satis indicant grauissimæ pœnæ Clericis pugnantis impositæ: vt constat ex allatis iuribus, & docent communiter Doctores, quos ad fatiers

quos & Apostolos nominauit. Hanc demum potestatem Christus Papæ, tanquam suo Vicario, concessit; quam ex humilitate Petrus Collegio Apostolorum, & Seniorum exercere permisit. *Act. 6. & 15.* secundum tempus subsequens fuit, in quo gens efferrata cœpit excrefcere, & Clericis nolle obedire, & per consequens neminem velle recipere, nisi ab ipsis approbatus fuisset: quod longo tolerarunt tempore Summi Pontifices; vt fides Christiana augetur, & per populum tueretur. Idè aliquoties per Clerum, & populum electio celebrata extitit; saltem de consensu populi, electio à Clero fiebat, *Can. Plebs, & Can. sequ. 63. dist.* Vndè statuit Nicolaus Papa; Episcopus non esse consecrandos, nisi post electionem, vel consensum Cleri, & populi. *Can. Episcopus 63. dist.* vbi Cleri, Plebisque consensus requiritur; ne Plebs inuita Episcopum non optatum contemnat, aut odiat. *Can. final. ibidem, Can. in nomine 23. dist.* Sed quia Vulgus aliquando per acclamationem ignaros, seu populares, nulla habitatione probitatis, eligebat; idè hac vsurpatione fuit priuata, & prohibita, ne deinceps electioni interesset; & sic tertium tempus successit, in quo Reges, & Principes Ecclesiæ grati fuerunt, & erga illam bene meriti. Idè Papa Carolo Regi Francorum, & Imperatori, facultatem eligendi Summum Pontificem permisit; ac omnes Archiepiscopos, & Episcopos per suas Prouincias ab eodem Inuestituram accipere, definiuit. *Can. Adrianus, & seq. 63. dist.* Et quia plurimas perturbationes in Ecclesia, imò ruinam Sanctæ Religionis oriri cognouit Gregorius; idè in Synodo generali hoc prohibitum fuit in hæc verba: *Decernimus, vt nullus Clericorum, Inuestituram Episcopatus, vel Abbatia, vel Ecclesia, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius Laica persona, Viri, vel Foemina suscipiat. Quod si presumpserit; recognoscat Inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse; & se vsque ad dignam satisfactionem subiicere.* *Can. Quoniam Inuestituras 16. quest. 7.* Et sic; Quartum tempus aduenit, in quo Electio omninò secularibus Principibus fuit prohibita; fuitque statutum, vt quicumque electionem Ecclesiastici ordinis tentauerit; Anathema sit, donec obediat, & consentiat in quidquid Ecclesia de electione proprii Præfulis se velle monstauerit. *Can. 1. & seq. 63. dist.* Quintum tempus proximum fuit, in quo Canonici, & Religiosis simul concessæ sunt electiones Episcoporum, & Archiepiscoporum. *Can. Sacrorum. 63. dist.* Quod si, exclusis Religiosis electio fieret, irrita haberetur. *Can. Obuentibus. ibid. & Pannonianus in cap. 1. de Electionib.* Postea Concilium Basiliense approbavit, vt vnàquæque Ecclesia, aut Collegium, seu Conuentus sibi Prælatum eligeret; vt in *Pragmat. Sanctione* patet, *Rubr. de Electionib.* Veruntamen, quia Canonici, & alij Electores abutebantur, & propter abusum perditur Priuilegium; idè electionibus fuerunt priuati. Sextum tempus est horum Concordatorum, in quo datur nominatio Regi Franciæ de Archiepiscopatibus, & Episcopatibus, Abbatibus, & Prioratibus vel electiuis, & reditum est ad Tertium tempus supra descriptum. Cauendum erit tamen ne per abusum Omega ali- quando reuolet ad Alpha. *Can. Ab Exordio. 35. dist.* Hucusque Rebuffus. Quid ad hæc respondebit Anonymus. Vtinam illud Psalmi: *Omnis iniquitas oppilabit os suum.*

facietatem potuissent hic adducere. Est tamen difficultas contra quam virtutem sit huiusmodi peccatum. Et dicendum est breuiter, hoc peccatum esse contra religionem, prout comprehendit honorem debitum rei sacræ; hæc enim prohibitio manifestè sit intuitu dignitatis personæ sacræ. Et ita docet Turrianus in 2. 2. D. Thoma tom. 2. disp. 93. dub. 1. & alij.

An initiati minoribus ordinibus, Beneficarij, & Monachi Laici includantur in dicta prohibitione.

RESOLVTIO II.

AD hoc dubium sic respondet Lorca in secunda secunda D. Thoma q. 40. Ar. 1. Sect. 3. disp. 51. num. 12. An verò eadem prohibitio extendatur ad Clericos, qui sunt in minoribus ordinibus, & ad Monachos Laicos, vel nondum sacro ordine initiatos; diuersimodè explicant authores. Couarruias absolute docet, hos Clericos non excludi à militia; quia iura de his solis loquuntur, qui in sacris constituti sunt. Alij verò, hos etiam affirmant comprehendendi; quamuis non censeant peccare mortaliter, sed venialiter dumtaxat. Excipiunt tamen eos, qui non gaudent priuilegio Clericali; quia neque habitum, neque tonsuram deferunt: quos fatentur posse pugnare liberè, sicut Laicos. Molina existimat, peccare mortaliter Clericos in minoribus, si deputati sunt ministerio suo, vel habent beneficium; & idem videtur sentire de Religiosis deputatis ad sacerdotium; etiamsi nullo ordine insigniti sint. Mihi videtur nullum ex his peccare per se, & ex vi decretorum; quia de iis iura non loquuntur, & non sunt extendenda in materia pœnali, & odiosa. Ex accidenti verò tam Monachi deputati ad sacerdotium, quàm Clerici Seculares, qui aliud beneficium obtinent, cui debitus sit sacer ordo, peccant, quatenus exponunt se periculo incurrendi impedimentum ad executionem proprii muneris. Ita Lorca. Sed ego puto Clericum in minoribus constitutum; priuilegio fori non gaudentem, ad bellum procedere posse æquè ac Laicum; quia tamquam Laicus reputatur. Neque Canones aduersus illum procedunt, saltem ex consuetudine recepta. Si autem priuilegio fori gaudet; peccat, quia cum ex officio deputatus sit ad seruiendum Ecclesiæ, indecens est ad militiam secularem se transferre. Non autem videtur hæc grauis culpa, quia longè est à ministerio Altaris, & repræsentatione Christi, ob cuius causam prohibitio facta est. Quod etiam de Beneficiato in minoribus constituto dicendum credo; peccare inquam, tantum venialiter, sed grauius; tum quia nullus text. specialiter de eo loquitur; tum quia beneficium solum obligat, vt nō apponas impedimentum ad officium eius exercendum, casu quo retinere illud velis. At potes procedere ad bellum animo relinquendi beneficium, si impedimentum irregularitatis in bello contrahas. Ergo ex beneficio non videris mortaliter peccare. De Religiosis Laicis maior est dubitatio, an peccatum mortale committant, si ad bellum procedant; quia cap. eos qui 20. quæst. 3. mandantur excommunicari; quod non fieret, nisi graue esset peccatum. Sed dicendum est, non ob inde præcisè excommunicari, sed quia, apostatando à Religione, se militiæ, & publicis honoribus tradiderant. Quocirca ex processu ad bellum, solum venialiter existimo peccaturos, grauius tamen, quàm Beneficiatos Cle-

ricos. Et hæc omnia docet Castrus Palas tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. n. 3. cui etiam adde Dicastillum de Iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 16. §. 11. num. 480. & alios penes ipsos.

An sub ista prohibitione includantur etiam Episcopi vel Cardinales.

RESOLVTIO III.

SED difficultas est, an supradicta procedant, quoad Cardinales, & Episcopos, & affirmatiuè respondeo. Verum dicit aliquis, quid ad praxim hæc Quæstio? Quando nam Episcopi relinquunt Ecclesias suas, vt absque florentibus infulis, sacrisque fascibus, inter milites ipsi etiam loricati, agmina ducant? ne mireris, sunt enim qui hoc fecerunt, vt infra parebit; Nec obstat dicere in pœnalibus Cardinales, vel Episcopos non comprehendendi sub nomine Clericorum; vt docet Ioannes Monachus in c. 1. de schism. in 6. Barbatia, vol. 1. consil. 23. dub. 3. num. 1. & alij. Nec secundo obstat, quia Clericis militia videtur interdicta, si manu pugnarent; Candidus 10. 1. disp. 17. art. 10. dub. 2. Squillante de obligat. Cler. part. 2. dub. 16. n. 50. Coninch in 2. 2. disp. 37. de Bello dub. 6. num. 90. Rodriguez in summa tom. 1. c. 209. num. 15. sed in casu nostro, Cardinales, vel Episcopi manu non pugnant; sed tantum præfunt exercitibus. Ergo, &c.

Respondeo enim, hæc argumenta nihil contra nostram sententiam officere. Et ad primum respondeo, quod quicquid sit de legibus, quæ in dies emanant à Papa cum consensu Cardinalium) certum est, Cardinales non esse solutos à legibus contentis in iure Canonico; vt est ista, de qua est quæstio, ergo, & ita docet ex Azorio, Salas, & Bonacina, Nicolaus Baldellus in tom. 1. lib. 5. disp. 41. num. 4. & lapsius resolutum fuit à sacra Rota Romana. Respondeo secundo cum Dunallio in 2. 2. tract. de Chast. quæst. 16. art. 9. quod licet hæc lex sit prohibitiva, & pœnalis; est nihilominus à parte rei fauorabilis, & ad conseruationem ipsorum Clericorum dirigitur, & ad eos à multis grauaminibus eximendos; ideoque optimè eorum nomine in hoc negotio Cardinales venire debent, sicut etiam & Episcopi. Respondeo tertio, quod dicta prohibitio, ne Clerici militarent, facta fuit in fauorem animarum; nam, vt obseruat D. Thomas 2. 2. quæst. 40. art. 2. & schola Theologorum, militia impedit animum à contemplatione diuinorum, à laude Dei, & oratione pro populo; quæ ad officium pertinent Clericorum. Ergo in hoc casu sub ipsorum nomine Cardinales, & Episcopi comprehenduntur, per ea, quæ notat Merolla tom. 1. disp. 1. c. 2. n. 417. & tom. 2. disp. 4. cap. 4. num. 311. Sanctarellus, var. resolut. tom. 1. qu. 2. num. 28. Michaël Tarreda in Ampliat. Benefic. disput. 5. qu. 2. num. 22. & alij communiter. Et ita hanc sententiam in terminis terminantibus docet, & sustinet Iuriconsultus Martinus Bocerus de de success. in feudum cap. 3. quæst. 14. vbi sic asserit. Cum Clerici prohibeantur in feudo succedere hæc ex causa, ne à diuinis, quibus addicti sunt, abstrahantur, & quia ipsis arma bellica non conueniunt, sed orationes & lachrymæ; sequitur inde, quod in generalitate quoque contineantur Cardinales. Ita ille. Et de Episcopis idem asserit D. Thomas, & Duuallius vbi supra, Molina tom. 1. tract. 2. disp. 10 & Palas tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 6. num. 2. & 4. Hurtadus vol. 2. disp. 169. sect. 9. §. 73. & Lorca in 2. 2. disp. 51. num. 12.

Ad

Ad secundum argumentum respondetur, quod exercitum ducere, gubernare, & illi præesse, est propria manu pugnare: & idè est prohibitum, & illicitum; vt patet ex c. *Sententia ne Clerici, vel Monachi: cap. Quod in dubijs & pœnis*: & docet etiam in terminis *Villalobos*, in *Summa tom. 2. tract. 5. diff. 8. n. 2.* *Castrus Palaus tom. 1. tract. 6. diff. 6. pnnct. 6. num. 2.* *Hurtadus de Mendoza vol. diff. 169. sect. 14. §. 133.* *Coninch in 2.2. diff. 31. de Bello dub. 6. num. 86.* *Dicastillus de Iust. & iure lib. 1. tract. 1. diff. 10. dub. 16. num. 473.* *Lorca in 2.2. D. Thoma tract. de charit. quest. 40. artis. 1. sect. 3. diffut. 51. num. 2.* & *Gallus Duuallius loco citato in secunda secunda D. Thoma tract. de charitate quest. 16. art. 9. vbi sic ait: Propria autem manu pugnare, est esse Ducem Exercitus, & Magistrum militum: hi enim omnes propria manu non minus, quàm milites censentur pugnare. Ita ille. Quod adèò verum est, vt Malderus in 2.2. q. 40. art. 2. Coninch diff. 31. de Bello dub. 6. n. 92. Molina de Iustitia tom. 1. tract. 2. diff. 108. Vviggers in 2.2. q. 40. art. 2. n. 99. & Laymann lib. 2. tract. 3. c. 12. n. 19. existiment, quòd, licèt Episcopi Germaniæ temporalem iurisdictionem obtinentes, possint bellum indicere, exercitum conscribere, Ducem belli præfigere, arma ad pugnandum militibus dare; vt patet ex cap. *Episcopus ne Clerici vel Monachi in 6.* tamen putant, quòd ipsi esse non debent exercitus Ductores, propria præsentia, ius, & auctoritatem bellandi militibus præstantes sine Summi Pontificis dispensatione. Sed si aliquis curiosus inquireret hîc, an quis impunè possit occidere Clericum, Episcopum vel Cardinalem in bello militantem? Ad hoc dubium nouissimè sit responderet „Franciscus Bordonus in *Miscellaneis decis. 262.* Qui „Clericum, vel Cardinalem, aduersarium in bello militatem, vulnerauerit vel occiderit, modò bellum sit „iustum ex parte occidentis, impunè occidit, ac pro „inde nullam incurrit pœnam, excepta irregularitate. „Ratio est, quia pœna excommunicationis, & huius „generis supponit peccatum mortale, quale non est „homicidium commissum in bello iusto; cum sit iustum & licitum ob bonorum defensionem & recuperationem, quæ procurat iustè belligerans. Ita ille.*

Quando nam abusus Episcoporum procedendi ad bella, ortum habuerit.

RESOLVTIO IV.

NON desinam tamen hîc adnotare ex Cardinali Baroniq, monstruosam hanc omnis ordinis inuersionem, vt Episcopi ad bella procederent primum visam esse, circa annum Domini DLXXV. in personis Sagittarij, & Sasonis Episcoporum. Quæ res, (vt obseruat Laurentius Laudemeter *de vetere Clerico lib. 2. cap. 25.* & ab omnibus notatur) adèò laicis indigna visa est, vt tempore Caroli Magni in Concilio Vvormatiensi, Populus supplicasset inhiberi Episcopis ad bella procedere; sed decerni, vt in Ecclesijs suis residerent, & per sacrificia, orationes, elemosynas, Deum pugnaturis propitium redderent; permitti verò paucos tantummodò Sacerdotes ire ad bella, eosque doctrina, & pietate probatos, ad benedictionem dandam & reconciliationem periclitantibus impertiendam.

Memoria etiam dignum est, quod de Episcopo Belluacensi refert idem Baronijs *an. 1196.* Is in prælio quod Anglis contra Francos erat, captus, rogauit Cælestinum III. Papam, vt apud Anglum pro sua liberatione intercederet. Sed Rex, missa Lorica Epi-

scopi ad Papam; vide, inquit, si tunica filij tui est, an non? cui Papa: non est filius meus, aut Ecclesiæ. At Regis igitur voluntatem dimittatur; quia potius Martis, quàm Christi miles indicatur.

Non obliuioni tradendum est id, quod habetur in cap. *Reprehensibile 23. q. 8.* cum enim Nicolaus Pontifex vocaret ad Concilium aliquos Episcopos Galliæ, reuerunt obedire, quia erant in exercitu, pugnantes contra Piratas: idèò Pontifex ad Carolum Regem scribens, sic asseruit: *Reprehensibile valde constat esse, quod subintulisti, dicèdo, maiorem partem omnium Episcoporum, die, noctuque cum alijs fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare: ob idve Episcopi impediuntur venire; cum militum Christi sit, Christo seruire; militum verò seculi, seculos; secundum quod scriptum est; Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus.* Quòd, si seculi milites seculari militiæ student: quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus? Hæc Pontifex. Qui si meritò tam seuerè exarsit in Episcopos bellantes ad mandatù proprii Regis contra piratas; quid quæso facièdum esset aduersus Episcopos, si vitrò se offerentes non contra piratas, sed contra Christianos in exercitu militarent? Rectè itaque Zacharias Pontifex, vt inuenies apud *Henningum Arniseum*, (vtinam prius esset Author) in *Commentatione Politica, de subiectione Clericorum c. 1. n. 5.* etiam acriter reprehendit quosdam Episcopos Gallicanos, qui ad prælia proficisci consueuerant.

Et pro confirmatione supradictorum, non graua- bor hîc per extensum apponere verba eruditissimi Scriptoris Galli, & professoris Sorbonici, Ioannis Filelaci, in *Commiens. de sacrilegio Laico fol. mihi 864.* sic asserentis: Sub Pipino tum Duce Francorum, & Childerico Rege, ex Concilio Sueffionensi didicimus, tum temporis Abbates arma tractasse, & in Castris militaria obisse munia, prauo, & pernicioso quidem exemplo; sed quale & Episcopi, & Abbates imitari sunt Ludouico Pio imperante, summo animarum, quæ illis erant commissa, dispendio; & forsitan liberius viuendi licentia magis, quàm Regis iussus ad castra sequenda illos inuitabat. Ludouicus ipse, qui nefaria, & impia Filiorum, & Episcoporum cõiuratione Imperium abdicare coactus fuerat, fortassis & in castris coniuratorum, Episcopos, & Abbates ordines duxisset. Illud autè proposuit l. 7. *Capitularium c. 103.* dum sic loquitur de Sacerdotibus ipsis: *Reliqui qui ad Ecclesias suas remanent, suos homines benè armatos nobiscum, aut cum quibus iusserimus, dirigant.* Non est quod quis Sacerdotes simpliciter intelligat; Abbates & Episcopos significare mihi plusquam verissimum. Quî enim Sacerdotes, aut vnde milites haberent, eisque in Castris stipendia soluerent? Non equidem sunt ista Sacerdotum, qui in imis sunt subsellis, sed Antistitum, sed Episcoporum, & Abbatum. Et firmat nostram sententiam caput allatum ex Synodo Sueffionensi memorata; & acrius demonstrabimus in Carolo Caluo. Nolle ego istud tacitus præterire, quod dixit initio huius capitis Pius Imperator secūda vice, propter amplio- rem obseruatiam Apostolica Authoritate, & multorum Sanctorum Episcoporum admonitione instructi, Sanctorumque Canonum Regulis edocti, cõsultu videlicet omnium Nobilium nostrorum, nosmet- ipsos corrigentes, posterisque nostris exèplum dantes; volumus, vt nullus Sacerdos in hostem pergat. Duo adnoto; vnum, videri Ludouicum Pium antè illud prohibuisse; nisi quis malit, hoc referri ad caput Sueffionensis Synodi, de quo diximus: Alterum, Imperatorem huiusmodi corruptelam dissimulasse, & aliquan-

„aliquando Episcopos, atque Abbates in suis vidisse
 „Castris. Quòd, quàm exitiosum fuerit, tandem suo
 „didicit malo: cum in conspiratione Filiorum, nullos
 „vel atrociores, vel pertinaciores, quàm Episcopos
 „iplos, senferit hostes. Hucusque *Filefacu*.

Et tandem notandum est hic etiam id, quod nar-
 rat Robertus Guaguinus in *vita Ludouici XI. Fran-*
corum Regis, & Iacobus Bonaudus in *Postillis ad*
Ioannem de Terra Rubea, contra Rebelles tractat. 5.
art. 5. post conclus. 18. Cum enim Bessica Episcopus
 Ebroicensis missus esset à Rege, vt exercitum reco-
 gnosceret Chabanus Domini Martini Comes, indig-
 natus Sacerdotem ad militare negotium deputari,
 falsè Episcopum cauillatus est, sic asserens ad Re-
 „gem Ludouicum. Tu Rex Belluam Episcopum mi-
 „lites vrbanos recensere mittis, te oro, mihi indulge,
 „Ebroicas proficisci, vnde Bellua præful est, ibi ego
 „de Sacerdotibus sacrandis scrutinium faciam, tam
 „enim hoc mihi cura, quàm Episcopo recognitio
 „militum conuenit. Ita Comes ille Francus, factum
 Episcopi carpens.

Defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad
Bella perrexerunt, contra Cardina-
lem Baronium.

RESOLVTIO V.

ABitineam tamen hîc impugnare aliquos Hispa-
 niæ Episcopos etiam in exercitu militantes;
 quicquid aliter sentiat (parcat mihi tantus vir) *Car-*
dinalis Baronius sub anno 1010. Nam non reprehensionem
 digni; sed magnis decorandi sunt laudibus,
 cum pugnando mortui sint pro fidei defensione, &
 Saracenorum extirpatione; vt optimè contra *Baro-*
nium firmat Antonius Yepes, in *la Historia de san-*
Beneto, tom. 5. cent. 6. anno Domini 1010. & *D. Benedi-*
dicti, an. 530. Et idèd Castellus Soto maior hos An-
 „tistites laudando *tom. 7. de Terijs, c. 9. num. 48.* dixit:
 „Entonces muchas vezes los Prelados mismos, y per-
 „sonas Ecclesiasticas de mucha consideracion iban à
 „su costa à estas guerres contro los Moros, y los infie-
 „les. Vnde legimus, in pugna illa celebri contra Mau-
 ros ad Nabas Tolosæ, & victoria obtenta ab Alphon-
 so IX. quàm Ecclesia celebrat 16. Iulij, sub nomine
 Triumphi sanctæ Crucis, tanquam miraculosam,
 Rudericum Toletanum Archiepiscopum, & eius Sig-
 niferum, Dominicum Paschasium ibi adfuisse, cum
 sociis, ac famulis eiusdem habitus, & professionis,
 vt tam insignes viros decebat: eosque in actuali
 conflictu legimus per totum exercitum discursisse,
 tum milites Christianos ad pugnam cohortando,
 tum propriis manibus pugnando. Quod factum
 laudat, & defendit Araujo vir doctissimus ex in-
 clyto ordine Dominicano in *2. 2. D. Thome q. 40. art. 2.*
n. 7. Vnde hîc obiter cum Laymann *lib. 2. tract. 3.*
cap. 12. n. 19. Reginaldo *tom. 2. lib. 31. c. 8. n. 91.*
Basseo in Florib. Theolog. mor. verbo bellum num. 6. &
 aliis, aliquos casus apponam, quos ipsum ius natu-
 rale dicit, in quibus Clerici pugnare possunt abs-
 que Pontificis licentia. Primò, si id necessarium sit
 ad defensionem propriæ vitæ. Secundò, si id neces-
 sarium sit ad defensionem proximi innocentis, præ-
 fertim, si Reipub. valde utilis, aut necessarius sit.
 Tertid, si necessarium sit ad defensionem Patriæ, aut
 ciuitatis contra iniustos inuafores. Quartò, si ne-
 cessarium sit ad consecutionem iustæ victoriæ, ex
 qua salus Ecclesiæ, vel Reip. Christianæ multum
 pendet.

Contra Gratianum, posse Pontificem ex iusta
tamen causa præbere licentiam, vt Clerici,
Episcopi, & Cardinales præsent exercitibus,
sine qua, quando, & quo pacto irregularita-
tem incurrant, demonstratur.

RESOLVTIO VI.

PRæter autem hos casus, firma remanet nostra
 conclusio, illicitum esse Cardinalibus, Episcopis,
 & Clericis pugnare, seu in bello exercitibus
 præesse; nisi id faciant de licentia Summi Pontificis,
 qui solus in hoc potest dispensare; vt patet ex *Gor-*
dono in Summ. lib. 6. q. 19. c. 10. n. 27. Castro Pa-
 lao *tom. 1. tract. 6. dist. 5. punct. 6. num. 9.* Henri-
 quez *lib. 14. cap. 13. n. 1. in glossa littera O,* Azorio
tom. 3. lib. 2. cap. 16. q. 12. cum aliis communiter.
 Et ita in terminis casus nostri docet Duuallius de
Iust. & Iur. lib. 2. tract. 1. dist. 10. §. 11. num. 476.
 & 477. & Syluius in *2. 2. D. Thom. q. 40. art. 2. §.*
 Quæritur secundò; vnde malè dixit Gratianus, *cau-*
sa 23. q. 3. & Baldus *conf. 439.* Episcopus vel Cle-
 ricos non posse arma sumere, etiam cum auctoritate
 Summi Pontificis. Et idèd meritò contra Gratianum
 insurgent Bañes, Malderus, Syluius *locis citatis,*
 Ioannes VViggers in *2. 2. D. Thome quest. 40. art. 2.*
num. 78. Becanus in *2. 2. tract. de Bello cap. 25. n. 8.*
 & Suarez *disp. 13. de Bello, sect. 3. num. 4.* & contra
 Baldum Araujo in *2. 2. quest. 40. art. 2. num. 8.* fir-
 mantes, vt diximus, posse Summum Pontificem in
 hoc præcepto dispensare; quia non est diuinum, sed
 humanum. Verum, si Pontifex absque rationabili
 causa dispensaret, licet factum teneret; non tamen
 rectè faceret, sed peccaret; vt docent inter alios Can-
 didus *tom. 1. disquis. 19. art. 9. dub. 2.* Malderus in
2. 2. q. 40. art. 2. Ledesma in *Summa tom. 2. tract. 3.*
cap. 13. concl. 43. Trullenck in *Decalog. tom. 2. lib. 5.*
c. 2. dub. 5. n. 1. Molina de *Iust. tom. 1. tract. 2. dist.*
108. & Bañes in *2. 2. q. 40. art. 6. dub. 2.* Superest
 denique difficultas breuiter elucidanda, an supradic-
 ti incurrant irregularitatem? Respondeo, distin-
 guendo; aut bellum, in quo supradicte Cardinales, &
 Episcopi præsent, est iniustum; & tunc certum est,
 quòd non solum peccant mortaliter, sed incurrunt
 irregularitatem, etiam si aliquem manu propria non
 occidant: nam Hurtadus de Mendoza *vol. 2. dist.*
169. sect. 14. §. 131. Henriquez *lib. 14. cap. 13. n. 3.*
 Suarez in *2. 2. dist. 13. de Bello sect. 3. num. 7.* Bañes
2. 2. q. 40. art. 2. dub. 4. Squillante de *oblig. Cleri-*
corum p. 6. dub. 8. n. 99. Tolosanus in *syntagm. Iur.*
lib. 31. c. 23. num. 4. & Doctores communiter asse-
 runt præbentes pecuniam, consilium, opem, &c. in
 bello iniusto, omnes effici irregulares. Si bellum ve-
 rò sit iustum dicendum est: supradictos peccare qui-
 dem mortaliter contra honestatem status Clericalis,
 vt suprà satis firmatum est; non autem incurrere ir-
 regularitatem. Nam iure noluerunt pugnantes in
 bello iusto esse irregulares, nisi propria manu occi-
 dant; vt patet in *cap. petitio tua de homicidio, & docet*
Auila de censuris p. 7. dist. 6. sect. 3. dub. 2. concl. 1.
Palas tom. 6. dist. 6. punct. 14. §. 5. n. 2. & 3. Cor-
 nejo in *3. part. tract. 5. de Irregular. dub. 2. quest. 2.*
num. 2. & alij communiter.

An Clerici interesse possint alicui exercitui excitando milites ad pugnam.

RESOLVTIO VII.

Diximus supra, non posse Clericos in sacris constitutos propria manu pugnare, vel exercitum ducere, aut pugnantibus, percutientibusque præesse; ut inde colligeres, posse bello interesse, ut subsidia spiritualia ministrent, milites consolentur, & ad pugnam excitent; modò non excitent specialiter, & expressè ad occisionem, & mutilationem inimicorum; quia hæc officia aliena non sunt de Clerici statu, & ita tradunt Couarru. Coninch. Bonac. Valent. Suar. & alij supra; & constat ex cap. omni timore, cap. hortatu cap. præterea & alijs 23. q. 8. neque obstat textus in cap. quòd in dubijs, de pœnis: ubi Innocentius III. eodem modo, deponi mandat eos Sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, & personaliter exercent conflictum; sicut eos, qui alios incitant ad pugnandum, Non, inquam, obstat; quia, ut benè dicit Glossa, loquitur text, de bello iniusto, non autem iusto argum. cap. sicut dignum, §. Qui verò de homicidio; & leg. item Mela, §. item omnibus, ff. ad leg. Aquil. ut autem clerici hoc officium exercent, non indigent speciali licentia sui Prælati, quia nullo iure cauetur, hanc illis esse necessariam. Nam text. in cap. reprehensibile, & c. quo ausu 2. 3. q. 8. qui ad hoc probandum adducuntur, non conuincunt. Quia in cap. reprehensibile reprehenduntur Episcopi, non quia ad bellum ob consolandos milites, eosque ad pugnam hortandos sine licentia profecti fuerant; sed quia ibi sicut reliqui milites pugnauerant; & quia hac occasione impediti non venerant ad Concilium, quod Summus Pontifex Romæ congregauerat. Textus verò in cap. quo ausu. non de protectione ad bellum, sed ad Imperatoris Aulam loquitur: & grauius reprehenditur à Pontifice Episcopus, qui eius mandatum contemnit ob Imperatoris iussa exequenda: præcipuè cum Canones euidenter præcipiant, nullum omnino Episcoporum, qui leuitica portione sunt contenti, nisi Summo Pontifice viso, atque consulto; ad comitarum, hoc est ad Imperialem Aulam debere contendere. Et hæc omnia docet etiam Castrus Palauis tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 7. n. 5. & 6. Coninch de actib. hum. disp. 31. n. 86. Valentia tom. 3. disp. 3. q. 16. puncto 4. Laymann lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 19. Becanus cap. 15. q. 25. num. 5. & alij penes ipsos, qui tamen asserunt non esse dicendum à tali clerico, occide, macta. Verum probabiliter docent Henriquez lib. 14. cap. 12. num. 4. L. R. & Auila de cens. p. 9. disp. 6. sect. 3. dub. 2. concl. 2. & videtur mens Nauari loco citato si attentè legatur, iuncto consilio 4. & 6. de Homicidio, posse clericum, sine irregularitatis periculo, milites in bello iusto hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modò in particulari neminem occidi suadeat; cum talis concursus ad homicidium directus, & valdè propinquus sit. Et ita hanc sententiam docet præter Auilam & alios, Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 26. §. 11. n. 484. Vide etiam Duuallium in 2. 2. D. Thoma tract. de Bello art. 9. qui etiam obseruat, milites, siue Clericos, siue Laicos, qui sunt in parte postrema exercitus, & qui moraliter censerent non possunt propinquis militibus animos ad occidendum addere, non esse irregulares, quippè cum ad occisionem & mutilationem, ut patet, non cooperentur.

Sed si aliquis quærat, vtrum necessaria sit licentia Anton. Diana, Pars X.

Prælati ad existendum in exercitu absque irregularitate; Aliqui censent Ecclesiasticum exhortatorem ad pugnam licitam, esse irregularem cæde sequuta; si adsistat exercitui absque licentia Prælati. Censent tamen in eo euentu non esse irregularem, licet eius in exercitu præsentia sit peccatum cõtra obedientiam: quia licentia Prælati, aut carentia eius nihil pertinet ad rationem homicidij, aut defectum lenitatis: Ergo si illa actio cum licentia non spectat ad eos defectus, nec sine illa spectabit. Et ita docet Hurtadus de charitate vol. 2. disp. 169. sect. 14. §. 135. Et tandem pro coronide huius tractatus dubitari potest, an Clerici, qui non pugnandi, sed spiritualiter adiuuandi causa, bello interfunt, spolia hostium perinde ac milites accipere possint, & retinere? Respondeo affirmatiuè, (nisi de contraria supremi Ducis voluntate constet) quia tales Clerici sunt exercitui vtiles, imò, & pars exercitus; ideoque gaudere debent commodis belli, cuius etiam periculis sunt expositi. Et ita docet Laymann num. 20. & Dicastillus n. 489.



TRACTATUS III.
DE
LIBERTATE
CONSCIENTIÆ;

An possint illam Principes Laici, inconsulto Pontifice hæreticis concedere?

An liceat Principibus concedere libertatem conscientia hæreticis sine consensu Summi Pontificis? Et affirmatiua sententia asseritur.

RESOLVTIO I.

AFFIRMATIVE respondent hæretici. Vnde Benedictus Carpzonius in legem Regiam Germanorum cap. 3. sect. 6. numero 1. sic ait. Vti saniores, & concordēs pacificationem Religionis amant; eamque eadē singulare Dei beneficium agnoscunt atque depradicant; ita è contra Pontificij discordes illam odio prosequuntur, eamque nobis eripere omnibus modis student. Hoc, ut eò facilius efficere queant nonnulli ex ordine Iuitico Pacificationem Religiosam ab initio statim parum habuisse authoritatis, contendunt; quòd nempe consensus Pontificis ad validitatem huius actus non accesserit, qui tamen maximè fuit necessarius; cum Pacificatio hæc non minus tangat Papam, quàm reliquos Imperij status: præfertim quòd in ea agatur de minuenda ipsius authoritate & iurisdictione, quæ per illam suspensa est. Et quoties de Religione disceptatur, cum omne iudiciũ referri debeat ad Ecclesiam Romanam; ecquis inficias ibit in hoc pacto Religionis contra ritum & normam Cõciliorum fuisse peccatum? Ita ille, cui adde Christophorũ Chieventas in Collegio Politico exercit. 13. quest. 7.

quæst. 7. Martinum Rumelinum ad auream Bullam Caroli IV. part. 3. differ. 1. in Corollar. de pace Religionis 1. & ibi Millerum in addit. Christophorum Besoldum in opere Politico dissert. 1. de educatione, & studijs litterarum &c. cap. 10. num. 11. Hanc sententiam videtur etiam docere ex Catholicis Petrus VVadingus ex Societate tract. de contract. disp. 5. dub. 13. n. 1. vbi asserit, posse Principes, inconsulto Pontifice, ex causa necessitatis publicæ dare licentiam Iudæis exercendi vsuras, nec posse in hac re per Ecclesiam impediri; & putat in hoc pari passu procedere tolerantiam, & permissionem exercitij vsurarum, & libertatis conscientiarum: vnde in disp. 3. dub. 4. §. 2. num. 6. videtur aperte sentire, Principes inire posse pacta cum hæreticis, inconsulto Pontifice. Nam dicit, quod in hoc Iudex Ecclesiasticus debeat stare iudicio Principis secularis, posset etiam pro hac sententia aliquis adducere Petrum Gudelinum Iuriconsultum, & Professore Regium Academiæ Louaniensis in Commentarijs de iure Pacis c. 9. vbi loquens de pactationibus in Germania, & Gallia cum hæreticis, sic asserit: censeo Principis esse officium, Religionem cunctis viribus tueri, nec pati vt minimum de ea detrahatur. Sin multitudo hæreticorum, eorumque potentia iam sit tanta, vt nequaquam videatur victoria; pacem cum eis quæri posse, concedo, extrema ista necessitate urgente, potius quàm pax fieri desinat (modò hæc nihil habitura sit insidiarum) & etiam de Religione non nihil remitti posse. Nam visa est alia ratio componendorum dissidiorum in Germania, & aliquoties Francia aliisque Regnis, adhibito prius iudicio doctissimorum tam Theologorum, quam Iuriconsultorum; qui asseruerunt in tam misero Reipublicæ statu eiusmodi pactationem licitam esse. Ita ille. Ex cuius verbis apparet, Principes in casu, de quo loquimur, posse omnia determinare ex consilio Theologorum, & Iuriconsultorum; nam ipse nullam facit mentionem de consultatione cum summo Pontifice.

Opinio negativa Authoris proponitur, negans Principibus laicis hanc potestatem independentem à summo Pontifice, & rationibus stabilitur.

RESOLVTIO II.

Verùm, his non obstantibus, ego proffus existimo, quod si periculum non sit in mora, Principes seculares in grauissima necessitate Reipublicæ, cui aliter succurri non posset, nisi concedendo hæreticis libertatem conscientiarum, necessarium esse de hoc ac de pactis & conuentis cum ipsis initis, summum Pontificem consulere. Et ratio duplex est. Prima, quia cum in eiusmodi pactis & conuentis tractetur non solum de rebus temporalibus, sed de Religione, rebusq; spiritualibus; ac simul per ea saltem ex consequenti derogetur communibus iuribus & legibus Ecclesiæ, ad quæ alioquin tuenda Principes ipsi, velut Ecclesiæ protectores obligantur; necessarium videtur, per se loquendo, vt ea, inconsulto Pontifice, ad quem eiusmodi causæ pertinent, non ineantur, cuius est statuere & iudicare, quid præsentis Ecclesiæ statui expediens sit. Altera causa est, vt pacta eiusmodi & conuenta firmitus sistant; ne forte, si postea Pontificis autoritate ea causa nonnunquam irritentur, noua scandala perturbationeque in Ecclesia subsequantur.

Confirmatur hæc sententia primò; quia certum est circa fidem Catholicam nihil Principes seculares posse disponere; ergo nihil etiam possunt disponere de opposita hæresi; an videlicet, vt est in casu nostro, urgente necessitate sit toleranda, necne: nam oppositorum eadem est ratio; & Iuriconsulti docent, ex oppositis validum esse argumentum; vt obseruat Menochius, *conf. 97. n. 67.* Hyppoli. *Rimin. vol. 6. conf. 977. num. 31.* Mascardus *conf. 450. num. 40.* & alij, Itaque, cum huiusmodi pacta ratione ipsius materiæ, quæ est permissio hæresis, propriè summo Pontifici, & ecclesiasticæ potestati subiiciantur, quo pacto dici potest posse à Principibus iniiri, ipso Pontifice non approbante?

Probatum secundo: nam Pontifici sub persona Petri dictum fuit, *Io. 21. Pasce Oves meas: sed ab ouili Ecclesiæ arcere lupos, id est hæreticos, aut reducere, vel tolerare, pertinet ad ius pascendi; vt de se patet, & probat Suarez de fide, disputatione 20. sect. 3. num. 21.* & alij: ergo à nemine hoc fieri potest sine summi Pontificis consensu, Vnde quo pacto tractandi sint hæretici in hoc ouili, non pertinet ad Principes laicos; quia ipsi sunt etiam oues, vt cæteri; sed ad supremum ouilis Christiani Pastorem; qui est summus Pontifex, ad illum enim pertinet de hæreticis disponere in ordine ad Religionem, circa quos habet ius acquisitum ratione Baptismi; cum eius characterem hæretici retineant: *cap. Quod quidam 1. q. 1. c. non in nobis de consecr. dist. 4.* Et licet hæretici à fide defecerint; Pontifex retinet adhuc ius in illos, sicut pastor in oues errantes, *cap. Maiores de Baptismo; cap. 1. de sponsalibus, & ibi gloss. verb. non debet, & in alijs iuribus.* Ergo. Probatum tertio ex parabola *Matth. 13.* in qua iudicium de Zizania eradicanda, vel non eradicanda (quæ quidem Zizania sunt hæretici, teste Augustino, Hieronymo, Chryostomo, Cypriano libro 3. *Epist. 3.* & ex scholasticis Lorca in 2.2. *Diui Thoma quæst. 11. art. 4. disp. 43. num. 4.*) præbetur à Christo Domino Patri familias, qui est summus Pontifex; vt obseruat Cardinalis Bellarminus *tractatu de potestate Papali cap. 9. §. 16.* ergo hoc iudicium de tolerandis, vel non tolerandis hæreticis, non potest pertinere ad Principes Seculares; quia ipsi in domo Ecclesiæ sunt subditi, & non paterfamilias. Et ideo non deseram hîc apponere aurea verba Maldonati in *citatum cap. Matth. num. 26.* sic asserentis: non verò hæc dico, quod non malim hæreticos conuerti, quàm occidi, sed tantum, quia Principes ista lecturi non sunt; eos qui Principes monere possunt, admoneo, non licere illis, istas, quas vocant conscientiarum libertates, nimium nostro tempore visitas, hæreticis dare nisi prius Ecclesia, aut is, qui Ecclesiæ caput est, Romanus Pontifex, Christi persona, & tanquam Paterfamilias iudicauerit non posse euelli Zizania, nisi simul & Triticum euellatur; & è re Ecclesiæ esse, vt vsque ad messem permittantur vtraque excrefcere. Huius enim rei, non Principum, qui patrisfamilias serui sunt, sed ipsius patrisfamilias, id est Ecclesiæ gubernatoris iudicium esse debet. Ita Maldonatus. *Quid respondent aduersarij ad tanti, & tam incomparabilis Viri autoritatem.*

Probatum

*Probatnr etiam opinio negativa ex pactis, qua
in dictis fœderibus cum hæreticis
apponuntur.*

RESOLVTIO III.

ADde, quòd Principes in casibus, quibus libertatem conscientia hæreticis concedunt, solent pacisci cum ipsis de bonis Ecclesiarum, quorum Dominium propriè ad solum Deum siue Christum spectat secundum aliquos; vsus verò, & administratio, ad Prælatos, seu communitatem cuiusque Ecclesie ex probabiliori: Ita Maior 4. *dist.* 24. q. 16. Azorius *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *quest.* 4. Nauarrus *Comment.* 2. *de Regular.* n. 34. & *quest.* 1. *de Redtib. monitione* 40. & *in cap. non liceat* §. 9. num. 4. vbi etiam de fide censet, sed non rectè; quia contraria sententia est probabilis, asserens, eiusmodi dominium esse penes cœtum Ecclesiasticum (quamuis Religiosorum) cuiusque Ecclesie, quam sequitur Fragosius *de Baptismate tom.* 2. *lib.* 3. *dist.* 9. §. 4. n. 116. Vualdésis *lib.* 4. *doctrinalis, art.* 3. c. 43. Columna *de Redtib.* c. 23. num. 105. Lessius *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 5. & 7. & alij quos citat & sequitur Romanus Hay *in Astro Instructo* q. 3. n. 5. fol. 157. & à fortiori Sarmientus p. 4. *Redituum Ecclesiasticorum* c. 6. malè tamen asserens, id dominium etiam esse penes singulos, ad quos ius prouentuum Ecclesie pertinet,

Probatnr assertio primæ sententiæ ex iure canonico, in quo sæpissimè res eiusmodi vocantur res Dei, aut Deo donatæ, vel traditæ: vt videre est in *Can. Apostolorum* 39. & *Can. Nulli licet*, & *Can. Prædica* 12. q. 2. & *Can. Videntes causa* 16. q. 1. & *in Concilio Tridentino, sess.* 25. c. 21. *de Reformat.* Et idem colligitur ex iure Cæsareo, *Institutione de rerum diuisione*, & §. *Vniuersitatis*, & l. 6. §. *Sacra, ff. eod. tit.* Et ratio est, tū quia antiquitus hæc oblata sunt Deo ab ipsis fundatoribus, & quidem per sæpè solemnem formulam, quam ex *capitularibus Francorum* l. 6. c. 286. descripsit Tannetus l. 1. *Ecclesiastica defensionis* c. 9. vbi inter alia dicitur. Quisquis nostrum suas res Ecclesie tradit, Domino Deo illas offert, atque dedicat, suisque Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita. Facit enim scripturam corâ Altari, aut suprâ; tenet in manu, dicens eiusmodi loci Sacerdotibus, atque custodibus: offero Deo, atque dedico omnes res, quæ in hac cartula tenentur insertæ pro remissione peccatorum meorum, ac parètum, & filiorum; aut pro quocunque illas Deo deliberare voluerit, ad seruiendum ex his Deo in sacrificiis, Missarumque solemnibus, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum alimoniis, & cæteris diuinis cultibus, atque Ecclesie vtilitatibus; &c. Tum quia iuxta Canones, & ipsam offerentium dispositionem Conuentus Ecclesiasticus cuiusuis loci tenetur illa ad Pastores transmittere, nec potest ea vendere, vel extinguere pro arbitrio: licet interim Summus Pontifex in his omnibus habeat supremam administrationem; vt docet D. Thomas *in* 2. 2. q. 108. *art.* 1. *ad* 7. & ibi Caietanus, & cæteri expositores cum Sanchez *in Summ.* *tom.* 2. *lib.* 7. c. 29. n. 96. Hic itaque stantibus, quo pacto dici potest, Principes seculares posse pacisci cum hæreticis de bonis Ecclesiasticis, inconsulto eius plenario, & supremo administratore, qui est.

Nec obstat dicere cum quodam Theologo neotero, hæc bona prius extitisse sæcularia, & altum Dominium semper remansisse apud Principes, qui dicta bona Ecclesie cum conditione tacita concesserunt, si eorum exemptio non esset nociua Reipublicæ. Nam Respondeo, bona concessa Ecclesie cenferi concessa purè, absolutè, & sine vlla conditione; vt tradunt Vuamesius *tom.* 1. *conf.* 174. n. 7. Cochier *de libertate Ecclesiastica* l. 1. c. 20. n. 9. & alij. Vnde optimè dixit Salon. *in* 2. 2. q. 65. *art.* 1. *contr.* 1. *concl.* 2. quod hæreditates, redditus, & bona temporalia Ecclesie concessa, donatione Regum, postquam semel ipsi concessa sunt, habet in illis Ecclesia ius acquisitum; & ideo à Principibus nec repeti, nec reuocari possunt, Hinc, dato, & non concessio, quod priuilegium fori, Ecclesie concessum pro Clericis, fuerit ex donatione, & largitione Imperatorum; vt voluerunt Molina, Sotus, Victoria & alij: tamen non possunt amplius Principes illud reuocare, vel limitare: vt docet Amicus *in curs. Theologico, tom.* 5. *disp.* 9. *sess.* 5. num. 140. Hurtadus *de Iust. & Iure disp.* 14. *diff.* 13. & alij, quos ad fatietatem adduxi contra Rabardeum *in part.* 7. *Tract.* 1. *resolut.* 8. Et ideo ex hypothesi, si talia priuilegia inciperent esse nociua; deberent Principes recurrere ad Pontificem pro remedio opportuno; quia dictum priuilegium semel concessum non possent amplius reuocare, restringere, aut limitare. Itaque in casu nostro, dato, quòd deuentum esset ad talem statum, quod bonorum Ecclesiasticorum exemptio esset bono publico nociua; non ex hoc sequitur, posse Principes seculares de dictis bonis propria auctoritate disponere, & de illis cum Hæreticis pacisci: sed hoc faciendum esset à Pontifice, qui limitare, suspendere, & dicta bona alienare ex iusta causa potest. Nam alioquin, ex doctrina in contrarium allata, Principes possent collectare bona Ecclesiastica in extrema necessitate labentis Reipub. sine beneplacito Pontificis; quod omninò negandum est; vt patet ex *cap. non minus, cap. Aduersus de Immunit. Ecclesiarum*, & ex *Bulla Cœna*: docentque communiter Doctores. Ergo si non possunt Principes, etiam in statu labentis Reipublicæ collectare sine consensu Pontificis bona Ecclesiastica tantum in parte; quantò magis dicendum est in casu nostro? Nam non solum collectarent in parte Bona ecclesiastica, sed etiam de illis, inconsulto Pontifice, disponerent, ac hæreticis traderent; confirmantur etiam suprâ dicta ex his quæ doctè obseruat Pater Laymann. *in iusta Defensione Pontificis cap.* 4. *fol.* 255. §. *Eadem neque cum sequent.* Quod à fortiori procederent, si Principes inirent pacta cum hæreticis, ex quibus non solum redditus cum bonis & ditionibus ecclesiasticis illis transcriberentur; verum etiam ipsi tituli spirituales Episcopatum, Canoniatuum, Præbendarum, tam re, quam nomine extinguerentur, & in seculares Marchionatus, Ducatus, Principatus transmutterentur; nec sciente, nec approbante Pontifice, qui solus omnimodam potestatem habet super Beneficia, vt Canonistæ communiter asserunt in *cap. Per venerabilem, qui filij sunt legitimi*, quos citat & sequitur Lotharius *de beneficijs lib.* 2. *quest.* 22. num. 9. nec Principes habent potestatem extinguendi beneficia, vt obseruat Nauarrus *in Man. cap.* 27. num. 13. Sed hoc solum spectat ad Summum Pontificem: vt præclaris verbis demonstrat D. Bernardus *epist.* 131. *ad ciues Mediolanenses*; & notat nouissimè Michaël Tarrede *in sua amplitudine Beneficiaria disp.* 1. q. 2. n. 1. Ergo &c.

Et hæc omnia superiùs dicta magis absurda essent, si tolerantia libertatis conscientia, & fœdera cum hæreticis inita non essent ad tempus, sed perpetua; quod moraliter, & practicè, vt docet Tannetus *tom.* 3. *disp.* 1. q. 9. *dub.* 3. n. 94. vix vnquam licitè

cité fieri potest; quia omnis eiusmodi absoluta & indefinita pactio seu conuentio, per se loquendo, & quantum est ex natura rei, omnem Principi, etiam in perpetuum adimit facultatē permissam hæresim ex sua Prouincia exterminandi; etiamsi mutatis rerum circumstantiis, id quandoque opportunum esset futurum. Semper enim vi sui pacti inhibetur, ne id vnquam audeat facere, si modò violatæ fidei reus haberi non velit. Et idè obseruandum est hîc, quòd Iosaphat initio regni permisit idololatriam, cui populus erat addictus; quia non poterat eam impedire: vt habetur 3. Reg. 23. at postea, confirmato iam Regno, cum & potentior & audacior factus esset; non amplius permisit sed impediuit; vt patet 2. Paralip. 22. Vnde si Iosaphat iniisset fœdus perpetuum de Idololatria toleranda; non potuisset postea mutatis rerum circumstantiis, illam ex vi pacti impedire; & sic idololatria perpetuo in regno suo extitisset, & impunita remansisset. Ergo non sunt ineunda fœdera cum hæreticis perpetua: nam Princeps adimeret sibi ius, cum postea opportunum esset, puniendi, & exterminandi hæreticos à suis Regnis & Prouinciis; contra id, quod determinat Concilium Lateranense cap. Excommunicamus §. moneantur de Hæret. vbi sic habetur; teneatur quicumque Princeps, etiam supremus, terram suam expurgare ab hæreticis sub pœna amissionis sui principatus: & mandatur omnibus Principibus, vt iurent, se hæreticos non toleraturos. Et idem statuitur in iure ciuili Cod. de Hæret. Auth. si verò Dominus; & in consuet. Frederici de statu & consuet. §. 6. & 7. Ergo &c.

Et licet aliquando talia pacta à Principibus fieri posse, docere videatur Petrus Vuadingus de contract. disp. 3. dub. 4. n. 6. vbi sic ait: Hic discursus videtur satis probare perpetua libertatis pacta nullo casu esse licita & valida: pro contraria verò excusabiles videntur Principes Catholici, qui cum hæreticis ita contraxerunt; ex vna enim parte premebantur Principes importuno furore hæreticorum exposcendum libertatem; quibus nulla alta ratione satisfieri potuit, quàm pacto perpetuo liberi exercitij suæ Religionis; & ex altera parte magnus erat in catholicis plurimis tepor, qui pacem quibuscunque conditionibus cum hæreticis fieri optabant, modò ipsi quieti, saltem ad tempus, essent; de futuro Reipublicæ statu parum solliciti, nec fortunarum iacturam, aut splendoris sui imminutionem pro fidei defensione volebant sustinere: cum tamen hæretici omnes suas fortunas pro suæ sectæ, aut propugnatione, aut conseruatione libenter profuderint. Vnde factum, vt supremi Principes viribus essent longè inferiores: proindeque iudicauerint, ista pacta inire perpetua, expedire. Iustitia huius pacti ex hoc capite posset defendi, quod nisi Pacta inirentur, sit periculum ne tota fides, & ipse Catholicus Princeps pereat; minus igitur sit mali, abiicere suorum curam, quò ad salutem æternam; quàm pertinaciter eam retinendo, omnem Religionem veram in perpetuum perdere, & omnem iurisdictionem. Si pacta non ineat; verisimiliter nulli erunt Catholici, si ineat; saltem in aliquibus fides conseruabitur. Teneri ergo videtur Princeps: quando totius Reipublicæ curam non potest habere; saltem illam, quam potest, partem conseruare. Hucusque Vuadingus. Sed tamen postea subdit, se hunc casum non definitiuè, sed disputatiuè pertractasse.

Verum, non obstante, quod iste casus à Vuadingo positus, in praxi possit accidere; non ex hoc sequitur, Principes, inconsulto Pontifice, tale fœdus cum hæreticis inire posse: non enim pertinet ad illos in

re tam graui iudicare, num tanta sit necessitas, & talis rerum status, vt sancito fœdere, Religionis libertatem concedere oporteat, maximè perpetuam; cum tale fœdus indirectè versatur circa materiam spirituales, videlicet circa permissionem Religionis falsæ. Ergo à Principibus nihil decerni potest, Summo Pontifice non consentiente. Vnde non grauior hic apponere verba Ioannis Molani de fide hæretic. serm. lib. 1. c. 23. sic asserentis: Quamuis libera Religio non sit ab vlllo Principe admittenda; cogitur tamen aliquando Catholicus Princeps in quibusdam locis, quæ hæretici violenta manu retinent, non quidem omnibus, sed vnus tantum, aut alterius generis sectariis, libertatem sub certis conditionibusmittere; aut potius non tam eis dare, quàm permittere, quod iam eo nolente, occuparunt: ne si minus malum tolerare nolit; maiora in Republica sua perpeti cogatur. Sed in his rebus maxima opus est prudentia; eò quòd res longè omnium grauior, & periculosissima tractatur: cum enim primo loco præ omnibus aliis, ab omnibus & singulis Christianis Religio sit conseruanda; & secularis Principatus, atque potestas nullum fœdus inire, aut saluum conductum dare possit in præiudicium Ecclesiæ, aut Ecclesiasticæ Potestatis, facillè hîc, aut per ignorantiam, aut per tepiditatem, aut per timorem, vbi non foret timor, aut per imperitiam, aut inaduertentiam quædam tractarentur, quæ postea nullius roboris esse iudicauerint. Itaque nihil tutius est, quàm si furore hæreticorum Respublica aliqua cogatur ad aliquas ini- quas, & bonis hominibus præduras condiciones; vt omnia, antequam fœdus perficiatur, diligentissimè & prudentissimè sint examinata, & discussa. Atque in re tam ardua, ad securè conuiescendum, etiam Apostolicæ Sedis interueniat authoritas. Ita Molanus vbi suprâ.

*Authoritate Doctorum opinio negatiua
fulcitur.*

RESOLVTIO IV.

Concludendum est igitur ex omnibus superius dictis, semper, & in quocumq; casu in fœderibus Principum secularium cum hæreticis, quoad libertatem Religionis, consulendum esse Summum Pontificem; nec illo inconsulto talia fœdera esse ineunda. Et ita hanc nostram sententiam in terminis docet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de fide disput. 19. sect. 2. 3. 4. num. 124. Suuertius de fide hæret. ser. sect. 9. Tannerus tom. 3. disp. 1. quæst. 9. dub. 3. num. 101. & Authores compositionis Pacis, cap. 5. quæst. 28. num. 46. quibus adde Maldonatum vbi suprâ in Matth. cap. 3. n. 26. cuius verba superius adduxi: & ex eadem Societate Petrum Hurtadum de Mendoza vol. 1. de fide, disp. 79. sect. 5. & 6. §. 32. 33. & 36. Vnde piaculum existimarem, si per extensum ea omnia, quæ ipse firmat circa hoc dubium, hîc non apponerem; sic itaque asserit: Dico, non licere Principi Laïco permittere Synagogas, nisi ex facultate Romani Pontificis; idem dicendum est de conscientia libertate. Igitur, quoties agitur de Religione, consulendus est Pontifex, cui Deus adest speciali prouidentia, Petro ob singularem fidem promissa. Ad permittendam in non baptizatis conscientia libertatem, non est necessaria facultas Ecclesiæ, nihil iudicantis de iis, qui foris sunt; cum hæreticis est diuersa ratio: libertas permissiua non potest licitè permitti inconsulto Pontifice;

„fice; tum quia Laici tenentur seuerè agere cum hæ-
 „reticis ab Ecclesia damnatis; cedit verò in fidei de-
 „trimentum eos non punire. Vnde iure pastoratus
 „ad Pontificem spectat, qua ratione sit cum hæreti-
 „cis agendum statuere, tum quia spiritualis admini-
 „stratio baptizatorum directè pertinet ad Pontifi-
 „cem; eademque ratione ad Principes laicos spectat
 „parere Pontifici imploranti eorù opem ad animad-
 „uertendum in hæreticos. De libertate expressa con-
 „scientia affirmandum est, eam nullam habere vim,
 „nisi ex Papæ consensu. Itaque hæretici omnibus
 „pœnis subiacent, quæ ab Ecclesia sunt decretæ; &
 „quas Principes tenentur infligere hæretico relaxato,
 „& ad cuius supplicium seculare brachium (vt aiunt)
 „petit Ecclesia. Quæ doctrina est de fide ex Con-
 „cilio Constantiensi, vbi statuitur, Principem lai-
 „cum non posse præstare saluum conductum hæreti-
 „co cum damno ecclesiasticæ iurisdictionis; ita vt
 „nihil illi valeat, si solum à Principe laico præstetur.
 „At eadem est omninò, & maior ratio in conscien-
 „tiæ libertate, quia saluus conductus est immunitas
 „à pœnis debitis hæretico ob hæresim, & sponso de
 „non impedienda reuersione ad patriam: libertas
 „autem conscientia est immunitas ab iisdem pœnis,
 „vt ergo hæreticus non est immunis à pœnis saluo
 „conducto Principis laici, ita nec libertate conscien-
 „tiæ. Ratio à priori, quia Ecclesia habet superio-
 „rem iurisdictionem in hæreticum, estque omninò
 „independens à Principe laico: Ergo hic sua lege non
 „reddat hæreticos immunes à Pontificia lege. Pro-
 „bo consequentiam: quia inferior Princeps non ha-
 „bet vim in iurisdictionem, & leges superioris. Quòd
 „si nullam habet in alios Principes sibi non subie-
 „ctos; qui eam habebit in Principes superiores? Po-
 „terit Princeps laicus dare immunitatem ab iis pœ-
 „nis, quæ in suo Regno infliguntur solo iure civili.
 „Ex quibus deduco, non teneri Principem ad permit-
 „tendam libertatem conscientia, nisi confirmatam
 „aut datam etiam à Pontifice; quia non potuit eam
 „spondere inconsulto Papa: totaque libertas est nul-
 „la in iis omnibus, quibus eget Ecclesia ad exeque-
 „das canonicas pœnas in hæreticos. Inò tota li-
 „bertatis facultas est abroganda, quia tota est nulla;
 „est enim absque legitima iurisdictione. Nec Prin-
 „ceps tenetur ad abstinendum à supplicio civili; quia
 „est hæc absimilia causa à saluo conductu, cui Prin-
 „ceps laicus tenetur stare in iis, quæ ab ipso solo pen-
 „dent, quia saluus conductus nò est perniciosus, nec
 „spectat ad spirituales iurisdictionem. Potest enim
 „Princeps multis de causis egere hæretici præsentia.
 „At verò conscientia libertas directè spectat ad spi-
 „rituales administrationem. Quapropter tota est
 „nulla, nisi Papæ consensus accedat. Hucusque Hur-
 „tadus de Mendoza, inter Theologos Hispanos no-
 „stri temporis acutissimus & sapientissimus.

Qui quidem non solum sentit, & firmat libertatem conscientia hæreticis concessam, inconsulto Pontifice, esse illicitam; sed plus addit quod est valdè notandum, videlicet esse inuolidam. Quod ante ipsum, ex eadem Societate Iesu docuerat Suuertius *ubi supra, de fide Hæreticor. seruand. sect. 9.* Verùm huic opinioni non adhæret Adamus Tannerus *loco citato dub. 4. n. 104.* Sed in omnium opinione certum est, eiusmodi pacta, & fœdera de libertate conscientia inita cum hæreticis Principibus, sine consensu Pontificis, intelligenda esse, saluis iuribus Pontificis, & Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ iurisdictionis. Ita Tannerus *n. 121. & ante illum Sebastianus Heiess. in Réfutatione Aphorismorum cap. 2. Aphor. 1. num. 47.* sic asserens. Cum crimen hæresis di-
Ant. Diana, Pars X.

rectè ad sacra Tribunalia spectet, eis præiudicare nequeunt, seu priuatorum, seu Principum facta in quibus semper hæc latet conditio, saluis aliorum, & in primis vniuersalis Ecclesiæ iuribus: Hæc ille. Et ratio est, quia superior legibus aut pactis inferiorum non ligatur: ac proinde iuribus superiorum præiudicare inferiores non possunt, vt patet *ex cap. Inferior, de maior. & obediens. & ibi Doctores communiter.*

Nec aduersus superius dicta obstat dicere cum quodam recentiore Theologo, quòd, taciti & expressi idem est iudicium, *ex leg. cum quid, ff. si certum petat leg. vltima ff. de Legatis. leg. cum quia, ff. de Pactis, & aliis vulgatis iuribus, quæ adducit Menoch. conf. 108. num. 34.* cum aliis communiter; & ideò Principes non petere expressum consensum Pontificis, quia supponunt ipsam tacite consentire in his pacificationibus in suis cum libertate Religionis ad euitandum maius malum. Quod videtur docere Layman *Theol. moral. lib. 2. tract. 2. cap. 16. §. 16. num. 4.* vbi sic ait: Sed hæc, & alia huiusmodi pœnæ locum non habent in Lutheranis Confessionistis; qui licet ab Ecclesia Romana recesserint, tamen statim ac fœdus cum illis in initum est, Summo Pontifice permittente, & tacite consentiente, liberos suos in potestate retinent, aliisque iuribus & immunitatibus civilibus, non item Ecclesiasticis vna eum Catholicis pacifice gaudent. Ita ille. Sed Layman non loquitur de substantia fœderis ipsius initi cum hæreticis, & pacti in eo contenti, sed de sola cessatione pœnarum. Dicendum est itaque, quod licet Pontifices tolerent, & tacite consentiant in suspensionem pœnarum, de quibus solis loquitur Layman; non consentiunt tamen in dictam suspensionem vigore pacificationis, vel pacti initi cum hæreticis à Principibus secularibus, & prout in eis sancitur; absolutam & inconditionatam perpetuitatem, aut alia pacta, quasi tacite, vel implicite approbantes; sed pro circumstantiis necessitatis, aut maioris periculi, vel boni, per quas eiusmodi suspensionem pœnarum, cum per se mala non sit, cohonestari clarum est. Ergo non sequitur ex hoc, vt diximus, Pontificem tacite approbare ipsas pacificationes, & pacta absque suo expresso consensu cum hæreticis inita; licet postea toleret pœnas eis debitas non irrogari. Et quidem quo modo possunt in his Pacificationibus, & fœderibus Principes supponere tacitum Pontificis consensum, si Pontifices semper contra dictas Pacificationes & fœdera expresse protestati sunt per suos Nuncios, & Legatos, & per Breuia particularia, vt patet de Paulo III. & Clemente VIII. quòd etiam alij Pontifices recentiores fecerunt? Quomodo supponi potest tacitus consensus Pontificis circa rem tam grauem, ita vt illius iudicium relinquere velit Consiliariis, aut paucis Theologis Principum secularium? Agitur de causa Religionis, de bonis Ecclesiasticis, de extinctione Canoniarum, & Episcopatum, de impunitate, & perpetuitate hæresis, imò de eius extensione & amplificatione, de æquiparatione hæreticorum cum Catholicis &c. Et hæc omnia supponendum est, summum Pontificem velle iudicio secularium committere? Quis hoc sibi persuadere potest?

*Respondetur ad argumenta superius adducta
pro sententia affirmatiua.*

RESOLVTIO V.

Restat modò respondere ad authoritates Doctorum superius in contrarium adductas, & ad Crapzouium respondeo; nihil valere, cum sit Author hæreticus, & plusquam-alij Romano Pontifici nimis infensus; vt patet in suis operibus; sed multum mihi prodest, nam testatur nostram sententiam docere Patres Societatis Iesu. Idem dicendum est de Christophoro Chieenthal eiusdem farinae viro. Ad Besoldum respondeo, illam dissertationem composuisse, quando erat Lutheranus; sed quia postea feliciter ad Romanæ Ecclesiæ gremium rediit, & piè Ingolstadij obiit; puto, si iterum illam quæstionem pertractasset, quòd mutasset sententiam: & ideò, quãdo Catholicus denuò recussit Ingolstadij 1637. suam Synopsis Politicæ doctrinæ *lib. 2. cap. 3. n. 8.* existimauit, Fœdera cum hæreticis plerumque perniciosâ esse. Ad authoritatem Petri Vuadingi respondeo, id quod ipse asserit de Iudæis in *disput. 3. dub. 13.* me non concedere; sicuti non admittit Episcopus Antuerpiensis, Ioannes Malderus de *Inst. tract. 5. cap. 3. dub. 24. §. 7.* vbi docet, Iudæos ad vsuras exercendas inter Christianos admitti non posse per Principem secularem sine authoritate Papæ. Quod etiam docet Ioan. Vuigers de *Inst. tract. 5. c. 6. dub. 23. n. 111.* Syluester. *verb. usura 9. q. 22.* & alij. Vnde contra Nauarrum *conf. 33. de usuris*, eius Additionator testatur; inter omnes ferè Doctores constare, nullum Principem extra Pontificem maximum posse Hæbræis publicè fœnerandi potestatem, etiamsi Populi vtilitas, aut necessitas id postulet, facere: & citat Petrum Ruyz in *decisionibus Lituanicis decis. 5. num. 308. & seqq.* Quibus etiam adhærent Ancharanus *conf. 263.* Decius *conf. 170.* Masquardus de *Sufannis tract. de Iuda. p. 1. c. 11. n. 11.* & alij penes ipsos. Adde quod dictus Pater Vuadingus, de eo quod asseruit in *disput. 3. dub. 4. §. 2.* de hæreticis in ordine ad casum nostrum; protestatur, se illam difficultatem nolle docere, sed tantum disputare, Ergo nihil contra nostram sententiam operatur. Ad Authoritatem Petri Gudelini respondeo, illam non officere; nam argumentum negatiuum nihil probat. Rectè itaque dixit in nostro casu, debere Principes adire Iurisperitos & Theologos; sed ex hoc non sequitur, ipsis auditis, non esse recurrendum ad Summum Pontificem, causas, & rationes ab ipsis excogitatas ei proponendo, vt postea de illis iudicet; & suum proferat beneplacitum: Itaque Authoritas Gudelini intelligenda est, seruatis seruandis: sicut etiam intelligendus est Malderus in *2. 2. quest. 10. art. 11.* Becanus de *fide hæreticorum seru. cap. 10. num. 13.* & alij. Dicendum est itaque, necessarium esse Principibus Secularibus, quando agitur de paciscendo cum hæreticis, libertatem eis conscientie & Religionis concedendo, Apostolicam sedem adire, & suam expectare determinationem.



TRACTATUS IV.

HISTORICO-THEOLOGICVS,
DE NUMERO
ELECTORVM
IMPERATORIS,

Non augendo, vel minuendo, inconsulto Summo Pontifice.

*An, absque assensu Summi Pontificis, Septem
Germania Electoribus possit Octauus addi?*

RESOLVTIO I.



QVI teneret potestatem eligendi Imperatorem non fuisse largitam septem Electoribus Germaniæ à Summo Pontifice, ad quæstionem propositam affirmatiuè responderet: & ità docent ex hæreticis nostri temporis Theodorus Reinkingk de *Regimine Seculari, & Ecclesiastico, lib. 1. class. 4. cap. 7. numer. 3.* Andreas Kitchen de *Saxonico non prouocandi iure cap. 1. num. 8. & 9.* Thomas Paumester, de *iurisdictione, lib. 2. cap. 2. num. 29.* Daniel Ottonus de *iure publico, cap. 10.* & Giracus Bexdorffius in *cap. 1. Aurea Bulla Caroli IV. num. 14.* vbi sic asserit: Cùm verò hîc dicatur, Electores ad electionem iuxta antiquam consuetudinem debere proficisci: hinc non parùm suspectum redditur, quod vulgò fertur septem Virorum institutionem per aliquam, tempore Ottonis III. & Gregorij V. vel, vt alij Frederici II. & Gregorij X. latam Constitutionem, factam esse: haudque leuis ponderis argumentum pro opinione eorum insurgit, qui existimant, id non tam expressa vel speciali aliqua Constitutione institutum; quàm antiqua, & sensim; tacito vel expresso ordinum consensu, inualere cœpta consuetudine introductum fuisse. Quicquid autem sit, si Principibus Electoribus eligendi Potestas per certam Constitutionem aliquam tributa fuit vnquam; eam non à Gregorio V. Pontifice, sed ab Ottone III. Imperatore factam fuisse necesse est. Ita ille; cui etiam adde nouissimè Carolum Vombagen de *iure publico, lib. 2. cap. 1. num. 9.* sic aientem: Maior inter Doctores dubitatio est, cui primordia, & institutio huius Collegij Electoralis adscribenda veniat? An Imperatori Ottoni III. & Gregorio V. Pontifici tanquam hoc in passu, consiliario, & suatori Imperatoris vt fertur communis opinio: An verò, secundum alios Frederico II. & Gregorio X. Papæ? vel aliis Imperatoribus ab Historicis denominatis? An potius non tam expressa, & specialis alicuius Constitutione illud Collegium, quàm antiqua, & sensim, tacito ordinum consensu, approbata consuetudine introductum; & tandem à Carolo IV. & reliquis Imperij Proceribus Aurea Bulla confirmatum sit? Quod

„Quod verius videtur; & expressis probatur verbis
 „in cap. 1. in princ. & ipse fatetur Pontifex Innocen-
 „tius III. in cap. *Venerabilem de elect.* Ita Vomhagen.
 Et quidem inter hæreticos opinio magis communis
 est, hanc potestatem septem Electorum non Con-
 stitutione Imperatoria, vel Pontificia introductam
 esse, sed tacito consensu Principum, ac ordinum Im-
 perij interueniente paulatim, tempore immemoria-
 li, & ita docet, præter Gandorphium, & Vombagen
vbi supra Benedictus Crapzonius in *legem Regiam*
Germanorum cap. 10. sect. 5. n. 20. & in *Synopsi iuris*
Feudalis post disp. 8. q. 1. num. 12. Antonius Colerus
 in *sectionibus Inangularibus, sect. 1. Thesi 46. & 47.*
 Linnæus de *iure publico, lib. 3. c. 1. n. 7. & seqq.* Geor-
 gius Schorbornerius in *Politica, lib. 1. c. 32.* Domi-
 nicus Arumæus in *auream Bullam Caroli IV. Discursu*
6. Thesi 3. Martinus Romelinus *eadem Bulla, dis-*
fer. 5. cap. 4. Thesi 19. & Petrus Fritza de *nobilitate,*
concl. 18. lit. D. Vide etiam de hac materia Iustum
 Sinole in *Collegio publico, de statu Rei Romanæ, disp. 2.*
Thesi 6. Besoldum, quando erat hæreticus de *Regia*
successione, lib. 2. differ. 3. Thesi 3. & seqq. Hæmonium
 in *Disputationibus Politicis, disp. 3. n. 48.* Matthiam
 Stephanum de *Iurisdic. tom. 1. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 2.*
 & *seqq.* & Petrum Heigium in *QQ. Saxoniciis, p. 1.*
q. 3. & 4. cum aliis penes ipsos.

*Opinio negatiua proponitur, & probatur tum
 ex iure Canonico, tum etiam auctoritate
 Historicorum, & Diplomatum
 ipsorum Electorum.*

RESOLVTIO II.

Sed quicquid supradicti sentiant, & dicant; asse-
 rendum est firmiter ex iure Canonico, & aucto-
 ritate fere omnium Doctorum Catholicorum, Se-
 ptem Electores Germaniæ potestatem eligendi Im-
 peratorem à Sancta Romana Sede accepisse. Proba-
 tur primò, nam Innocentius III. in cap. *Venerabilem,*
de elect. aperte testatur: In Germanis Principibus
 ius, & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem
 postmodum promouendum, recognoscimus, vt de-
 bemus, ad quos de iure, & antiqua consuetudine
 noscitur pertinere, præsertim cum ad eos ius & po-
 testas huiusmodi ab Apostolica Sede proueniat. Et
 Clemens V. in Concilio generali Viennensi, vt re-
 fertur in Clem. Romani, de Iureiurand. Ecclesia, in-
 quit, Romana à Græcis Imperium transtulit in Ger-
 manos; & ab eadem ad certos eorum Principes, ius
 & potestas eligendi Regem, in Imperatorem post-
 modum promouendum peruenit. Hoc idem testan-
 tur Pontificij Iuris Interpretes, Innocentius, Ho-
 rtiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus, Cardinalis
 & cæteri partim in cap. *Venerabilem* partim in *Clem.*
Romani, citati; S. Thomas in *Opusc. de Regimine*
Principum, lib. 3. c. 19. Augustinus Triumphus in
Summa de Potestate Ecclesia, q. 35. art. 2. Aluarus
 Pelagius, lib. 2. de *Planctu Ecclesia art. 13. & 21. 37.*
 & 41. D. Antoninus, part. 2. *Historia tit. 17. cap. 4.*
 Id ipsum quoque, & Historici tradiderunt, Blondus,
Decadis 2. lib. 3. Platina in *vita Gregorij V.* Io. Villanus
lib. 4. Historia, cap. 2. Aeneas Syluius in *Epitome*
Blondi, & Martinus Polonus in *vita Gregorij V.* Nau-
 clerus quoque in *Chronol. p. 2. Generat. 35.* ac cæteri
 Iuniores. Et certè id ratio videtur ostendere; neque
 enim verisimile est, Germaniæ Principes id iuris
 concessisse, cum ad eos pertineret solum ius eligendi
 Germaniæ Regem, non Regem Romanorum. Vnde

post Carolum Crassum, & Arnulphum ex familia
 Caroli Magni Imperatores Romanorum, Germaniæ
 Proceres Ludouicum Arnulphi filium, & Córadam
 è Franconia virum, & Henricum cognomento Aucipem,
 Saxoniæ, & Thuringiæ Ducem, filium Othonis
 Ducis, & patrem Othonis Magni Imperatoris, Re-
 ges Germanorum, non Romanorum elegerunt, teste
 Sigonio, lib. 6. de *Regno Italia an. 911. & 919.* Item
 nullus Germaniæ Rex fuit saluatus, & habitus Rex
 Romanorum, nisi quem Romani, siue Itali recepif-
 sent: & nullus est Imperator saluatus; nisi quem
 Romanus Pontifex approbasset, vnxisset, consecras-
 set, & coronasset. Item Imperator eligitur, & crea-
 tur ob commune bonum populi Christiani contra
 Hæreticos, Schismaticos, & Paganos, vt Ecclesiæ
 Patronus, Tutor, Defensor, & Protector, at Romani
 Pontificis est talem ministrum seu Patronum deli-
 gere; cum sit Christi Domini Vicarius; ergo Germa-
 niæ Principes non potuerunt sua auctoritate de-
 cernere, vt penes septem viros esset ius & potestas
 Imperatorem eligendi.

Probatu secundò nostra opinio ex his, quæ ob-
 seruat Nicolaus Bellus de *Pontific. discurs. 1.* vbi hæc
 ait: Sequitur ex hoc vt Pontifex in rebus Imperij,
 multò magis se immiscere queat, vtpote quæ iuris
 Pontificij sunt, sedique Apostolicæ immediatè sub-
 iectæ. Id autem probatur, quia Gregorius V. nu-
 merum Electorum instituit, quibus eligendum
 Cæsarum facultatem concessit: Et quamquam au-
 thentica exempla Bullæ Auræ, quam hac de cau-
 sa edidit, proferri nequeunt: nihilominus, cum ma-
 gnum susceperim laborem, vt huiusce rei diluci-
 dam veritatem comperirem; pleræque patentes lit-
 teræ cum earum exemplaribus ad manus meas de-
 uenire, quibus antiqui multi Electores expressè fa-
 rebantur, suam se auctoritatem Summis Pontifici-
 bus acceptam referre, quemadmodum in Arce Sæcti
 Angeli in Thesauro, & in tribus libris, quibus titu-
 lus: *Priuegia Imperatorum:* videre est: nec non in
 Bibliotheca Vaticana; vbi, exempla sunt desumpta
 ex iis: quæ in Arce Sæcti Angeli custodiuntur. Ex
 quibus clarè patet, Electorum auctoritatem, eorum-
 que institutionem à Sancta Romana Ecclesia de-
 pendere. Quæ, vt magis comprobentur, in medium
 affero, pro diuersis temporum occasionibus Electo-
 res à diuersis Pontificibus eligendi priuilegio spo-
 liatos esse: quemadmodum olim Ioannes XXII. id
 effecit. Sed & Leo X. Ducem Saxonie priuauit Cle-
 mens autem VII. electionem Caroli V. Validam
 fuisse etiam absque eiusdem Ducis suffragio, susten-
 tavit, atque asseruit, quemadmodum in libro quo-
 dam, qui çorio rubeo integitur, cernere est; cui li-
 bro titulus, *Capitulationes Principum:* & conserua-
 tur in Pontificio Promptuario. In registris autem
 Leonis X. & Clementis VII. in Archiuo Camerae
 Apostolicæ hæc auctoritas lucidius apparet: nam
 statim atque Rex Romanorum, vel Imperator ele-
 ctus est; Electores à Pontifice confirmationem pe-
 tunt: sæpiusque cum Papa consensum non præsti-
 tisset; ad nouam electionem deuentum est; quem-
 admodum in dictis libris, si diligenter attendantur,
 obseruare est. Ita Bellus *vbi supra;* cuius verba etiam
 inuenies per extensum apud Adamum Contzen,
Politicorum lib. 7. cap. 6.

Et tandem probatur tertio nostra sententia Testi-
 monio ipsorummet Imperij Electorum Principum,
 dum ad Nicolaum III. publicas misere tabulas, qua-
 rum hoc initium est. Nos Principes Imperij Vni-
 uersis præsentem paginam inspecturis. Comple-
 ctens ab olim sibi Romana mater Ecclesia, quadam

„quasi germana charitate, Germaniam; illam eo ter-
 „reno dignitatis nomine decoraui, quod est super
 „omne nomen; temporaliter tantum presidentium
 „super terram; plantans in ea Principes tanquam
 „arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari,
 „illud eis dedit incrementum mirandæ potentia,
 „ut ipsius Ecclesiæ autoritate suffulti, velut germen
 „electum per ipsorum electionem, illum, qui frana Ro-
 „mani teneret Imperij, germinarent. Hic est illud lu-
 „minare minus in firmamento militantis Ecclesiæ:
 „per luminare maius Christi Vicarium illustratum.
 „Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum
 „excudit, & conuertit; ut eius præsidio Pastorum
 „Pastor adiutus, oues sibi creditas spirituali gladio
 „protegerendo communiat, temporali refrænet, & cor-
 „rigat, ad vindictam malefactorum, laudem verò
 „credentium, & bonorum. Ita ipsimet Electores; vt
 „obseruat Nicolaus Serarius in clytæ Societatis Iesu
 „eruditissimus Auctor in *Historia Moguntina* l. 1.
 „cap. 26. in quo latè firmat, Potestatem Septem Ele-
 „ctorum Germaniæ eligendi Imperatorem dimanasse
 „ex autoritate Summi Pontificis.

*Confirmatur eadem opinio negativa autori-
 tate Theologorum, & Iurisperitorum
 & ipsorum Hæreticorum.*

RESOLVTIO III.

Verùm quia, vt optimè obseruat idem Serarius,
 hæc difficultas pertinet ad quæstionem facti,
 idè magis pendet è testium assueratione, quàm
 è rationum, & argumentorum subtilitate, licèt ita-
 que pro nostra sententia quàm plures adduxerim
 Authores; hic tamen etiam alios addam à me dili-
 gentissimè conquisitos; & hi sunt Azorius tom. 2.
 lib. 10. cap. 3. quæst. 5. Borellus de præstantia Regis
 Catholici, cap. 38. num. 6. & in Addit. ad Speculum
 Principum, Rubr. 14. §. Veniamus ver. Archiepiscopus
 Moguntinus. Martha de Iuris d. p. 4. cent. 2. cas. 197.
 n. 4. Masquardus de Susannis, tract. de Cælibat. Sa-
 cerdotum, p. 11. cap. 2. num. 20. Franciscus Vargas
 in Responso ad Pium IV. Fundam. 10. circa finem. Ful-
 uius Paccianus, de probat. lib. 11. cap. 15. num. 39.
 Gastaldus, tract. de Imperatore, q. 8. num. 14. cum
 seqq. Ioannes Capistranus de Papa Authoritate in
 p. 2. 2. partis principalis num. 118. Alphonfus Aluares
 in Thesauro Christiana Religionis, cap. 16. num. 15. &
 cap. 56. num. 1. Lancellotus in templo omnium Iudi-
 cum, lib. 1. cap. 1. quæst. 2. num. 9. Tolofanus, de Re-
 publica lib. 6. cap. 13. & 15. Befellus in Corollarijs,
 post Tract. de Donatione Constantini, Corollar. 6. & 9.
 Polydorus Virgilius lib. 4. c. 7. alias 10. Volaterra-
 nus in Anthropologia, lib. 22. Alciatus in Comment.
 leg. bona Ciuitas. ff. de verb. significat. Albertus Cran-
 tius lib. 4. Saxonia cap. 25. & lib. 8. c. 21. Ferdinan-
 dus Vvaizeneggerus tract. de Iure Publico, dissert. de
 Imperatore, & Imperio cap. 4. num. 21. Bulengerus de
 Imperatore Romano lib. 3. Thuanus in princip. lib. 2.
 Histor. Gail. lib. 1. obseruat. c. 2. n. 2. Michaël Coc-
 cinus de translat. Imperij à Grecis ad Germanos, Ioan-
 nes Balæus de Vitis, & Gestis Pontificum; Michaël
 Schiferner in dissertat. de origine & Potest. Electorum
 Thesi 4. Bordonus in Sacro Tribunali c. 5. q. 8. n. 34.
 Et tandem omnia superius dicta latè, & solidè
 firmant tres non solùm dignitate, sed etiam scientia
 Eminentissimi Cardinales Iacobacius de Concilijs
 lib. 10. art. c. 8. num. 12. Bellarminus de Translatione
 Imperij, lib. 3. c. 3. & 4. & Baronius annalium tom. 10.
 anno 996. n. 41. cum seqq. omninò videri.

Sed quia contrà nostram sententiam plures hære-
 ticos suprâ adduximus; in eius fauorem etiam plures
 hæreticos adducere non in iucundum existimaui; &
 hi sunt Ioannes Carion, lib. 3. Chron. Ioannes Cuf-
 pinianus in Othone III. Magdeburgici Centuriato-
 res contra suum Conuenturiam Illyricum, Cent. 10.
 c. 10. quibus adde Sebastianum Munsterû lib. 3. Cos-
 mographia, qui cum retulisset, quantas & quàm indi-
 gnas à Romanis iniurias pertulisset; è contrario au-
 tem quantam benevolentiam, quamque præfens au-
 xilium ab Ottone Germano accepisset Pontifex,
 perguit in verba hæc: Porro Gregorius vt Cæsari, Ger-
 manisque gratificaretur, & acerrimam de accepta
 à Romanis iniuria vindictam reciperet: nouam fecit
 vna cum Cæsare de eligendo à Germanis Proceri-
 bus Rege sanctionem, formulamque, ac legem cre-
 andi Imperatoris; vt hæc electio perpetuò Germa-
 nis maneret, & vt è suo corpore Cæsarem designa-
 rent. Quæ ad hoc vsque nostrum æuum permanet.
 Debet autem virtute electionis mox ab electione
 vocari Cæsar, & Rex Romanorum: & accepta Co-
 rona à Romano Pontifice, tum habet titulum Im-
 peratoris Augusti. Et priusquam hæc ordinatio
 publicaretur, Otto, vocatis Principibus, & Proceri-
 bus Germanicæ nationis, indicauit illis, quanta con-
 fusione electus fuisset Orbis Monarcha; & quàm
 multi essent, qui conarentur propinquos suos ad
 summum illud promouere fastigium. Quæ res ad
 summum Christianæ Reipublicæ discrimen, posset
 aliquandò fomentum ministrare. Et post nonnulla,
 refert idem Auctor ordinationem incidisse in an-
 num humanæ Redemptionis CXXI. quæ Gallis plu-
 rimùm displicuit, eamque graui animo pertule-
 runt. Verùm, quia Regium Stemma Caroli Ma-
 gni defecerat in Ludouico Lotharij filio, regia di-
 gnitate in Hugonem Capetum translata, conten-
 dere cum Germanis operæ pretium non fuit. Hæc
 ille. Et tandem Petrus Bertius in Descriptione Ger-
 manicæ. Othonum, ait, vltimus, quàm intelligeret
 Romanos Crescentio Consule rursus adfectare
 Imperij titulum; coacto exercitu Romam cepit;
 impetrauitque à Gregorio Pontifice, vt ius eligen-
 di Romanum Imperium perpetuò apud Germanos
 permaneret. Impetrauit autem hac lege, vt electus
 primùm vocaretur Cæsar, & Rex Romanorum:
 postea verò accepta à Pontifice corona, haberet
 titulum Imperatoris Augusti. Electores constituti
 sunt Septem: è quibus Archiepiscopi Tres, quos
 Imperij Archicancellarios vocare placuit: Mogun-
 tinus Germaniæ; Colonienfis Italiæ; Treuirensis
 Galliæ: Quatuor Principes, quos vocant Sæculares
 Dux Saxonie, Ensisfer: Marchio Brandeburgensis
 Camerarius: Comes Palatinus Rheni, Dapifer:
 Rex Bohæmiæ, Pincerna: Ab his, post excessum
 Ottonis, primus lectus est in Imperatorem Henri-
 cus cognomento Sanctus.

Itaque nostra sententia firmata remanet non solùm
 autoritate Historicorum, Theologorum, Canonis-
 tarum, & Iurisperitorum, sed etiam ipsorum Hæ-
 reticorum; sed confirmatur validissima argumen-
 tatione, nam nisi ab vno, qui in omnes, & præ omni-
 bus autoritatem haberet, iuris hoc eligendi Impe-
 ratorem emanasset; agrius ferrent aliæ Christiano-
 rum Nationes, se neque rogatis, neque volentibus, à
 paucis Germanorum Principibus eum eligi, qui ed
 ipso, Imperator est, & nominis ipsius Maiestate, &
 honoris excellentia, primum semper locum teneat;
 siue per se ipsum ille, siue per Legatos suos adsit: Re-
 gesque omnes vbique, quantumuis Christianissi-
 mos, & potentissimos, antecellat.

Con

Concludendum est igitur, potestatem eligendi Imperatorem, Septem Germaniæ Electoribus à Summo Pontifice Gregorio V. largitam fuisse, Imperatore, Imperioque toto cupiente, approbante, & recipiente. Ex quo sequitur necessario, numerum Electorum, nec minui, nec augeri posse, incio, & inconsulto Summo Pontifice: nam vt optime obseruat Cardinalis Baronius, *vbi supra §. A quonam autem, &c. cuius fuit de septem Electoribus legem condere, non alterius quam ipsius esse potest aliquo modo mutatio, vel moderatio.* Ergò cum Summus Pontifex, vt probatum est, septem Electores instituit; ipso incio, ab aliis nec minui nec augeri posse, dicendum erit.

Respondetur ad argumenta, quæ pro affirmatiua sententia adduci possunt.

RESOLVTIO IV.

Restat modò respondere ad aliqua argumenta, quæ in contrarium Aduersarij opponunt. Et ad *cap. Venerabilem de Elect.* adductum contra nos à Boxdorfio, & aliis *vbi supra*, in quo habetur, Potestatem septem virorum eligendi Imperatorem, ortum habuisse à consuetudine: respondeo, & contra ipsos adduco ex eorum Castris, Commilitonem, nempe Iustum Sinolt *in Collegio publico de Statutei Romana, disp. 2. Thesi 6. lit. B.* vbi asserit, Textum dicti *cap. Venerabilem*, non esse accipiendum de consuetudine legem antecedente; cum possit etiam de ea, quæ legem est subsecuta, eamque approbavit, intelligi: *ea leg. 31. ff. de legibus.* Quod apertè patet in dicto Textu: nam ibi Pontifex non dixit tantùm de consuetudine, sed de iure, & consuetudine. Quod confirmatur ex Clementina, Romani Pontificis, Ergo &c.

Secundò obseruant aduersarij, olim fuisse Electores Imperij, Archiepiscopum Salburgensem, Ducem Austria, Ducem Bavarix, Ducem Saxonix, Ducem Barbantix, qui & Louania: sed quid indè deberent namque probare hos fuisse mutatos ab aliis, quàm à Pontifice. Verùm nos fatemur supradictos fuisse olim Electores, sed postea autoritate Innocentij IV. vel Alexandri IV. fuisse mutatos; & eorum loco subrogatos Archiepiscopum Treuirensis, Comitum Palatinum Rheni, Marchionem Brandeburgensem, & Regem Bohemiæ; quæ omnia notat Baronius *tom. 10. ann. 996.*

Tertiò, multa ex Historicis opponunt Aduersarij: & Primò Nauclerum *vol. 2. Generat. 35.* dicentem: „Hoc in tempore Electores Imperij instituti leguntur, de quo aliqui scribunt, quod Otho III. cum hæredes ex se descendentes non haberet, constituit ex consilio Principum Germaniæ, vt Imperatore mortuo, in oppido Francofort perpetuò fieret electio; & Electores constituit septem. Secundò obiciunt Krantzius *lib. 3. metropolis, cap. 40.* „vbi sic ait: Ita periit sine prole Otho III. præuoluitque electio; quam idem Imperator cum Gregorio V. propinquo suo fecit; quæque durat in hodiernum diem, vt non legitima successione quaratur Imperator, quomodo à memoria Magni Caroli videbatur; sed electio septem primorum Principum assumatur. Tertiò obiciunt scriptores alios Germanos, allèrentes id esse factum ex communi omnium Germanorum Optimatum consensu; & id tradit etiam Nicolaus Cusanus, *lib. 3. cap. 4. de concordantia Catholica*, vbi dicit, Electores constitutos esse communi consensu totius Imperij. Concurrere

bat inquit, ad hoc consensus ipsius Gregorij V. tanquam vnus Pontificis Romani, qui iuxta gradum suum in consentiendo, in comunem Imperatorem interesse habet rectè; sicut in Conciliis vniuersalibus concurret in primo gradu autoritas ipsius per consensum cum aliis omnibus ipsum Concilium celebrantibus. Vigor nihilominus definitionis non ab ipso primo omnium Pontifice, sed ex communi omnium, & ipsius, & aliorum consensu dependet. Et infra: Ita quod puto in veritate, consensum Romani Pontificis à principio interuenisse, dum isti Electores constituerentur. Vnde ipsi communi fungentes legatione omnium, qui Imperio subsunt, etiam totius Sacerdotij, & Romani Pontificis, eligunt.

Quartò, quia B. Antoninus, Martinus Polonus, Leopoldus Bambergensis, de Constitutione Electorum loquuntur, sed eam Summo Pontifici non tribuunt, sed ad hæc omnia obiecta respondeo, ea nihil concludere, quia Authores nominati non negant factum esse decretum de Septem Electoribus Imperatoris autoritate Pontificia; sed significant, id Pontificem Romanum fecisse consensu Othonis III. atque aliorum Principum Germanorum: nam verisimile est, id petiisse Othonem III. Imperatorem, & Germanorum Primates; & sanctionem à Pontifice constitutam laudasse, & comprobasse; vt obseruat Serarius *in Historia Moguntina lib. 1. c. 26. & alij.*

Quintò, non obstat, quòd supradictis videantur aduersari monumenta Ecclesiæ Aquilegensis, in quibus memoriæ proditum scribitur, sanctionem de septem uiris Electoribus ab Henrico II. Imperatore, & Siluestro II. Papa factam esse; quam traditionem sectantur Marsilius de Menandrino; Paduan. *de Translat. Imper. cap. 11.* Nicolaus Cusanus *lib. 3. de concord. Cathol. cap. 3. & seq.* Mathæus Palmerius *in Chron. anno 1004.* Donatus Bossius *Chronol. anno 1004.* nam contradictionem hanc Ecclesiæ Aquilegensis, Nauclerus *in Chronol. vol. 20. gener. 34.* in hunc modum conciliare mollitur: Quòd autem à quibusdam scribitur, sanctionem hanc institutam fuisse anno salutis nostræ millesimo, & secundo; hoc ita intelligendum puto, quod eo anno virtute istius sanctionis, prima facta fuerit per Principes designatos electio in persona Henrici Bauari; tunc enim cœpta est moribus vtentium approbari; & sic sub Siluestro II. qui successit Gregorio. Et hoc saluari potest, quod ex monumentis Aquilegensis Ecclesiæ traditum inuenitur, Sanctionem de Imperatore à Germanis deligendo, Siluestri temporibus factam fuisse. Vnde etiam Gregorius Sanctionem instituerit; ille tamen Silvester electionem primam iuxta Sanctionem factam approbavit. Hactenus Nauclerus. Eamque conciliationem probat Bellarminus, *lib. 3. de Translat. Imper. c. 3. & Geuoldus de S. Imper. Septem vir. cap. 6. n. 75.*

Et tandem non obstat, quòd Collegij Electoralis institutionem Ottoni IV. Brunsvigio Imperatori adscribitur, Reinhardus Honig. *in politica. part. 1. c. 30. n. 30.* & alij, ex decreto in Comitibus Francofordianis ea de re factò, apud Goldastum *tom. 3. constit. Imperial. anno 1209.* vel vt opinatur Christophorus Besold, *in disp. de Regia Successione differ. 3. Thesi 6. Carolo IV.* qui Besoldus ex Beuthero *Animad. Histor. cap. 13.* docet, etiam ab eodem Carolo numerum Electorum auctum, & Regem Bohemiæ additum. Non inquam hæc obstant, quia cum hi Scriptores inter se discordent; non sunt attendendi; & illos refellunt Crapzouius *in legem Regiam Germanorum cap. 10. sect. 5. num. 17.* & alij. Adde, etiam si demus aliquos dissentire à nostra sententia; quid ad

ad rem? negari non potest nostram sententiam esse communem vt post hæc scripta visum latè probatur Bzouius *de Romano Pontifice cap. 43.* Nec vnquam sæculum aliquod ita sterile fuit, quod homines dissentienti studio flagrantibus non protulerit; nec in vnaquaque re credenda omnium consensum requirimus: nec propterea is mentitur, qui mel dulce esse dicit; licet ægrotis aliter videatur. Manet igitur firma nostra conclusio, Electores, tempore Othonis III. anno 996. fuisse à Gregorio V. constitutos, ipso Othone, vt sæpius diximus, cupiente, approbante, & recipiente.



TRACTATUS V.
DE
POTESTATE
PONTIFICIS ELIGENDI
sibi successorem.

An Pontifex possit sibi eligere Successorem? & affirmatiua sententia proponitur.

RESOLVTIO I.



OSSE Pontificem, absolute loquendo, & in rigore eligere sibi Successorem, docuit hac nostra tempestate ingeniorum Phœnix Gabriel Valquez *in 3. p. tom. 3. disp. 244. cap. 3. n. 26.* vbi sic ait. Postremò de electione Summi Pontificis Romani dicamus; de qua, cum certum sit, ab ipsis Summis Pontificibus esse modum electionis præscriptum, & Cardinalibus commissum, manifestè consequitur hoc ius primariè in ipso Summo Pontifice esse, vt ipse eligere sibi possit successorem: sicut Petrus elegit sibi Clementem, teste Ioanne III. in Epistola vnica, quæ est ad Germaniæ & Galliæ Episcopos, capite primo. Nam, si non posset Summus Pontifex Successorem sibi eligere, neque etiam sua lege positua aliis præscribere posset modum electionis, sicut reuera præscripsit, & Cardinalibus tribuit. Contrà verò, qui potestatem à Deo habet præscribendi modum electionis aliis, & eum immutandi, prout expedire iudicauerit; cur etiam non habeat Successorem sibi eligendi? Et quidem Beatum Petrum elegisse Clementem, vt sibi succederet, negare non possumus: cum id expressè testetur Ioann. 3. in prædicta epistola: nam Linus, & Cletus non successerunt Petro in Romano Pontificatu; sed ipso viuente absolute ordinati sunt Episcopi, hoc est sine vlla Ecclesia, vt Petri Coadiutores essent; sicut *disp. 241. c. 1.* diximus. Et idem *Ioannes III.* scribit: nullum autem fundamentum habemus, vt asseramus, hoc fuisse Petro ex peculiari priuilegio concessum, vt sibi successorem posset eligere. Scio quidem viros peritos aliquos oppositam sententiam sequutos fuisse, vt Antonium & Panormitanum *in cod. Licet de electione*: ed quòd effectus huius electionis referatur ad tempus, quo iam non est Papa, & ideo videatur nulla; cum tunc iam non sit Papa, cuius autoritate id fieri debet; id, quod etiam docuit Syluester in Summa, *verbo excommunicatione 9. n. 2.* Verùm hæc ratio mihi non probatur; nam sicut Pontifex tribuit aliis facultatem, vt post mortem suam successorem eligere possint; cur etiam ipse in vita sua non posset ipsum ita

designare, vt ius successionis haberet? Præterea hanc potestatem potuisse illi Deum tribuere, nemo dubitare potest: cumque legamus, Petrum elegisse Clementem sibi Successorem; dubitare etiam non debemus, aliis etiam Pontificibus hanc potestatem re ipsa Deum tribuisse. Cæterum, quamuis dicamus, iure diuino hanc potestatem eligendi Pontifici Romano concessam fuisse; non proinde asserimus, hunc esse magis conuenientem modum electionis, aut semper Pontificem eo vti posse sine peccato: nam potestas à Deo ita concessa est, vt si hoc modo electio magis expedire iudicaretur, fiat; sin minus, aliis committatur, & præscribatur modus illius; & hic modus vt plurimum magis conueniens est. Huc vsque Valquez.

Sed post Iesuitam, Dominicanum loquentem audiamus, & is erit sapientissimus Magister Victoria *in Relect. undecima de potestate Ecclesiastica, quest. 2. prop. 10. n. 2. 3.* Beatus Petrus (ait) potuit eligere & designare sibi Successorem; qui defuncto Petro, sine alia electione esset Summus Pontifex. Hæc propositio non recipitur à Theologis recentioribus, quòd sint Pontificiæ dignitati aliquanto infestiores, quàm deceret aliqui pij, & Christiani Scriptores. Sed probatur primò ex facto Petri, qui (si fides habenda est narrantibus) Clementem viuens ipse Pontificem nominauit; vt habetur *8. q. 1. c. si Petrus*; ex autoritate Ioannis scilicet Tertij, qui fuit temporibus Iustiniani.

Item probatur manifesto, & inuito argumento: nam, vt probatum supra est, poterat ferre legem de electione Successoris; sed potuisset ferre legem, vt viuens Pontifex eligeret Successorem; imò illa lex videtur futura conuenientissima ad tollenda Schismata, & ambitiones: sicut apud Romanos durante adhuc Magistraru Consulium designabantur futuri Consules, quare ergo non ita potuit fieri de Summo Pontifice? Item potuit ferre legem, vt Episcopus viuens nominaret sibi Successorem; quare non potuit de Summo Pontifice? Sequitur consequenter, quod tantundem potuit facere quilibet Successor Petri. Patet, quia habuit eandem potestatem. Hæc Magister Victoria.

Probari potest hæc opinio: nam ad Papam spectat definire modum, quo sibi succedatur; Sed vnuseorum est, vt antecessor Successorem nominet; qui neque inclusit repugnantiam, nec apertam præferret indecentiam: ergo &c. Confirmatur; quoniam Papa statuere valet, vt eo viuente eligatur Successor eo modo, quo Imperator eligitur. Valet præterea hanc nominandi Pontificis prærogatiuam vni personæ concedere; vt Ostiensis Episcopo, vt eligat sibi successorem. *cap. petri. 7. q. 1. c. 8. quest. 1.* non semel ergo & ipse idem poterit efficere; cur enim non sibi tribuat quod aliis potest? Denique ostendimus Petrum id egisse; neque constat permotum fuisse singulari priuilegio, aut reuelatione; fecit ergo ex ordinaria potestate.

Nec obstat dicere cum Cardinali Turrecremata, vt infra, Petrum non elegisse Clementem, qui sibi succederet, sed solum nominasse illum, vt postea eligeretur; & ita reuera Clemens non fuit secundus Pontifex à Petro, sed Linus & Cletus, vt patet ex Can. Missæ, & ex *Iren. lib. 3. cap. 3.* non fuit ergo Clemens à Petro electus.

Respondeo, opinionem Turrecrematæ non esse admittendam; cum sit contra Tertullianum *de præscriptionibus*, Hieronymum *lib. 1. in Iouinianum, & in c. 5 2.* Isaiæ Rufinum *in præfatione Relectionum, & in inuestina contra Hieronymum*; Ioannem III. Papam *in epist. ad Episc. Germania; Anacletum ep. 1.*

Dama

Damasium in vita Petri, & contra cap. si Petrus, &c. unde 8. q. 1. Vide ex Scholasticis Pitigianum in 3. sentent. tom. 2. dist. 25. q. 2. art. 3. concl. 2. Itaque dicendum est, vel Clementem fuisse quidem à Petro electum; sed statim verò post mortem ipsius Petri renunciaſſe, ac noluisse succedere; quod videtur sentire Epiphanius *serm. 27.* & docet Bellarm. *de Rom. Pontif. l. 2. c. 5.* & Baron. *tom. 1. ann. 60. à num. 35.* vel dicendum de facto Clementem successisse Petro, Ita Patres citati.

Linus ergo extitit coadiutor Petri eo viuentē, Romanamque Ecclesiam gubernabat eo absente ipſoque ante Petrum defuncto, Clerus in eodem munere susceptus est; tandem verò mortuo Petro, Clementis eius Successoris Clerus itidem, quamdiu vixit Coadiutor fuit; ob idque hi duo inter Episcopos Romanos numerantur. Vide Turrianum *l. 3. contra Cent. c. 10.* & Suarez *vbi infra n. 8.* & ita hanc affirmatiuam sententiam præter Vasquez, & Victoriā adductos ex recentioribus firmat Andr. Duuall. *de potestate Pontificis part. 3. quest. 6.* Martinus Bonac. *tract. de electione Pontificis quest. 6. puncto 4. propos. 2. num. 3. 5. 8.* & alij.

Quinto negatiua affertur, videlicet non posse Papam sibi Successorem constituere.

RESOLVTIO II.

His tamen non obstantibus, secunda opinio negat Pontificem posse sibi eligere Successorem. Et illam tenet Cardinalis Iacobatus *de Concil. lib. 5. art. 22. n. 2.* & *l. 8. art. 18.* Cardinalis Albanus *lib. de Cardinalatu, q. 32.* Cardinalis Turrecremata *in Summa Eccl. l. 2. c. 51.* Card. Caietanus *tom. 1. opusc. tr. 3. in Apolog. de comparatione authoritatis Papa cum authoritate Concilij part. 2. cap. 22.* & alij quos citat, & sequitur Reuerendis. P. M. Vincentius Candidus Sacri Palatii Magister dignissimus, *in peculiari disquisitione de hac q. impressa in fine tom. 2. suorum operum fol. 342.* Idem docet Pater Comitulus *in Resp. moral. lib. quest. 98.* Azorius *in Summa tom. 2. lib. 4. cap. 5. q. 3.* Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 15. dub. 3.* Michael Tarade *in amplitudine beneficiaria disp. 1. & disp. 5. q. 2. n. 18.* Villa Diego *de Card. q. 5. n. 19.* Mancinus *in disq. cent. 2. c. 177.* Acugna *in Decretum Gratiani p. 1. dist. 79. c. 10. n. 1.* Laudensis *de Card. q. 20. & 39.* Lauorius *Var. tom. 1. tit. 4. c. 43. n. 33.* Armacanus *lib. 1. c. 15. & 19.* Paludanus *de Rep. Eccl. c. 7.* Tiraquellus *de Iure const. p. 3. limit. 2. n. 4.* Alphons. Mendoza *in Q. Q. Quodlibeticis q. 4.* Rodolphus Cuperus *tract. de Ecclesia. art. 2. n. 23. fol. 151.* & alij.

Probatur hæc opinio à Caietano ex illa propositione Aristotelis *de somno & vigilia*, dicentis: *Eius est potentia, cuius est actus*; sed electionis Papæ actus, simpliciter & absolute non est Papæ: ergo potestas electiua Papæ non conuenit formaliter Papæ. Maior patet ex Aristotele. Minor probatur: electio Papæ est actus factiuus, quantum ex se, tunc Papæ: quod est dicere, quod per actū electionis pro illo tēpore, quo eligitur Papa, efficitur Papa ille, qui eligitur: ergo repugnat ei, quod præsupponat pro tunc Papam. Patet consequentia, quia quod fit, non est; si enim esset, non fieret. Tunc vltra; ergo elector præsupponit secundum naturam rei electioni, & est simul tempore cum electione. Tunc vltra; Ergo actus electionis Papæ non est Papæ; quia electio Papæ est actus Electoris Papæ.

Deinde Turrecremata alias addit rationes; translato nempe sacerdotio legali, oportuisse formam etiam assumendæ personæ ad Sacerdotium trāsferri. In Sacerdotio legali vim habebat successio originis

& carnis; debebant enim Sacerdotes esse ex stirpe Aaron *Exod. c. 28.* Decuit ergo, inquit, Turrecremata, vt huiusmodi forma, translato Sacerdotio, transferretur in aliam; vt iam non per carnis originem, sed per electionem assumptio fieret personæ ad Pontificatum. Hæc est illius prima ratio.

Sumit secundam ex spiritualitate Sacerdotij Euāgelici, cuius summus Principatus non carni, sed vitæ & spiritui debetur. Tertiā ex vniuersitate Sacerdotij, quod ad omnes tribus, & nationes pertinere potest, ac pertinet. Quartam ex qualitate vitæ, & sanctimonia, quæ requiritur in maximo Sacerdote; quæ sanctitas minus periclitatur, difficiliusque perit, si Sacerdotium summum non origine, sed electione mādatur. Quintam ex periculo fortuito, quod accidere posset, si successione originis Pontifex eligeretur, Sextam ex vtilitate populi Christiani, cui Pontifex maximus præficitur. Septimam ex ratione naturali; quia nullus videtur iuste præesse multitudini, nisi ex eius consensu; ita à Christo, ait, Ecclesiæ potestatem permissam esse sibi creandi Pontifices. Vnde subiungit Turrecremata, de iure naturali, & quasi diuino videtur esse, quod Papa non faciat sibi successorem, nec post mortem nec post resignationem. Et paulo post; sic ergo patet, quod tam iuri diuino, quam naturali conſonum videtur, quod ex electione, cum vniuersali Ecclesiæ translatum est ius eligendi (sicut hodie sunt Cardinales, vt *in cap. In nomine Domini dist. 23. & 79. cap. 1.*) fiat Papa, siue assumatur summus Pontifex.

Et hanc vltimam rationem nimis approbat Azorius *loco citato*, vbi sic ait. Existimo dicendum, id quidem iure diuino, & Christi institutione non esse interdictum; nusquam enim id in Sacris litteris legimus vetitum, aut improbatum: nec enim arbitror, tantummodo ius Canonicum prohibere, quominus Romanus Pontifex Successorem nominet & creet: nam si id solummodo ius Canonicum prohiberet; possent illud Romani Pontifices abrogare: sed ipſo iure naturali videtur esse cautū, ne id vlla ratione fiat; nam eo ipſo, quo Christus Petrū suum Vicarium creauit, & voluit in eadem potestate Romanū Pontificem succedere; liberum Ecclesiæ reliquit, vt hoc, aut alio modo Pontifex eligeretur. Hac tamen libera potestate à Christo relicta, consequitur vt ipsa naturalis ratio præcipiat, ne Romanus Pontifex Successorem eligat; cum illa dicat, innumera penè mala in Ecclesiam oritura, si Papa id fecerit.

Quare, etiam si aliquis Romanus Pontifex sibi Successorem creasset; nihil sanè fecisset; nam post eius obitum Ecclesia nequaquam permisisset; Generalis enim totius Reip. Christianæ pax, & tranquillitas perturbaretur; ac proinde alium in demortui Pontificis locum Ecclesia subrogaret, teste Gomez. *q. 1. in regula de Inſtr. reſig.* Hæc Azorius. Et hanc sententiam esse communem inter Doctores testatur Panormitanus *in capite licet de visanda, de elect. n. 2.* Sic asserens: Non tamen Papa potest eligere sibi Successorem, vt notat Gloss. *in cap. Apostolica §. His omnibus 8. q. 1.* & sequitur Ioan. Andr. hic & Archid. *in c. transitus dist. 79.* & tenetur hoc dictum communiter per Doctores. Et est ratio, quia effectus huiusmodi electionis refertur ad tempus, in quo non est futurus Papa *l. qui de iurid. omn. iud.* Hæc ille,

Sententia media inter affirmatiuam & negatiuam superius adductam, exponitur.

RESOLVTIO III.

Vidisti, amice Lector, circa præsentem quæst. inter se pugnantēs sententias; nunc tertiam opinionem

nionem mediam inter supradictas afferam, & est Patris Suar. *de fide, spe & charit. disp. 10. sect. 5. n. 16.* vbi admittendo, supradictas opiniones tanquam probabiles; tamen addit. Ego nec simpliciter concederem » dictam potestatem Pontifici, nec negare simpliciter: » potest ergo Papa ordinare modum electionis, iustum » tamen, & utilem Ecclesie, quique non sit in destructionem eius, sed in ædificationem: quare si tentaret » prædictum eligendi modum, tanquam ordinarium » præscribere, valeret is minimè, neq; esset obseruandus: » quia planè vergeret in perniciem Ecclesie, vnde aperta » tam contineret iniustitiam: attamen si in raro casu, » urgente aperta Ecclesie necessitate, id faceret; iuste » faceret, legitimæque Potestate vteretur, vt arbitror. » Et rationes pro Victoria factæ probant. Ita Suarez.

Sed magis latè hanc sententiã probat doctissimus Pater Franciscus Amicus *in cursu Theol. tom. 4. disp. 6. sect. 6. n. 204. & sequ.* vbi firmat, quòd posset Sum. Pontif. sibi successorem post mortem designare; isque sic designatus, validè elect⁹ foret; modo, talis electio apertam non contineat iniustitiã: quod tunc esset, vt declarat Glossa *in c. si transitus dist. 79.* quando Pontifex hoc faceret, quasi ex testamento dignitatis suæ hæredem substitueret. Nam tunc inualida esset electio, tanquam vsurpati iuris non sui: cum Pontifex hanc potestatem non habeat vt hæreditariam cum iure de illa disponendi quomodocunque, sed in utilitatem dumtaxat, & emolumentum Ecclesie.

Assertio sic explicatã, probat, primò ex præcit. *c. si transitus*; in quo videtur supponi, posse Pontificem futurum Successorem nominare: sic n. habet: Si transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris, ante decernere non possit &c. nã etsi hoc caput nonnulli explicent de electione successoris, nõ quem ipse Pont. immediatè, & per seipsum designet, sed mediãtibus Electoribus, cū quibus ante mortem de futuro successore ab ipsis eligèdo deliberet; nulla tamè ratio cogit ad illud sic intelligendū. Præterea si potest illum per Electores à se designatos eligere; cur nõ posset ipsemet illū eligere? cū sit supra Electores qui potestatem eligendi habent ab ipso Papa, qui electores pro futuro Pontifice determinare potest.

Dices, idèd non posse præsentem Papam, futurum eligere; quia mortuo eligente non amplius obligat eius electio quæ in vita eligentis non habuit effectū.

Sed contra, nam vnde constat mortuo Papa eligente, eius electionem non amplius obligare? Potuit enim Christus hanc potestatem suo Vicario concedere, & aliunde non constat illam eĩ non concessisse.

Probat igitur Assertio secunda ipso facto Petri, qui viuens successorem sibi elegit Clementem; vt ipsemet & Clemens testatur *Ep. 1. ad Iacob. Fratrem Domini, circa initium*; & Ioannes III. *in Ep. unica ad Germania & Gallia Episcopos.* & habetur *c. si Petrus 8. q. 1.* vbi dicitur, Petrum Pontificiam potestatem tradidisse successori suo. Quo modo eligendi, alii qui apud Suarez *disp. 10. sect. 4. num. 8.* vltos fuisse, putant, Linum & Cletum.

Dices, aut Clemens electus fuit à Petro peculiari instinctu Spiritus S. qui modus non est in exemplū trahendus; vel certè electus fuit à Petro non immediatè, sed mediãtibus Electoribus, quos Petrus ipse constituit: sicut dicitur Pontifex eligere futurum Papam per Electores à se constitutos. Sed cõtra primò, nam vnde constat, hoc Petrum fecisse peculiari instinctu Spiritus S. & non ex ordinaria potestate sibi à Christo communicata? Contra secundò, Quoniã (vt rectè notat Caietan. *tom. 1. opusc. 17. 3. in Apol. de comparatione auctoritatis Papa cum auctoritate Concilij p. 2. c. 2. ad 5.*) talis explicatio est contra textum, in

quo legitur, Tradente sibi Petro; non autè ordinante.

Probat igitur tertia assertio posita, quia nullū extat ius diuinum oppositum prohibens; humanū autem posituum non sufficit, cū Pontifex plenam potestatem habeat suprã omne ius humanum posituum; & suam potestatem habeat non ab Ecclesia, sed à Deo.

Dices: Hoc ius diuinum colligi ex duobus capitibus *Episc. 8. q. 1.* in quibus statuitur, non licere Episcopo successorem sibi eligere. Sed contrã; nam manifestè ibi agitur de iure ecclesiast. quod fuit in Antiocheno Concilio determinatum. Et constat, quia ex dispensatione Papæ potest Episcopus Successorem sibi eligere; vt notat ibi Glossa; & expressè habetur *c. petisti. 9. q. 1.* vbi Pontifex Zacharias concedit Archiepiscopo Moguntino, vt sibi successorem post mortem eligat.

Nec obstat dicere cum Doctoribus negatiuæ sententiæ, quòd non fuit expediens, vt talis potestas concederetur Pontifici ob multa incommoda, quæ ex tali electione nasci possent. Vnde efficax Argumentum sumunt ex eo, quòd nullus Pontifex hætenus tali modo vsus sit. Nã hæc ratio tantum probat, huiusmodi electionem irritam fore in casu in quo apertam contineret iniustitiam. Alias n. in maximū bonum Ecclesie interdum cederet, si præsens Pontifex, præuidens futura schismata ex futuri Pontificis electione, ipsemet successorem designaret. Ceterum, quòd nullus Pontifex hætenus hoc modo eligendi vsus sit; id fortè accidit, vel propter probabilitatem contrariæ sententiæ; propter quã meritò nullus voluit futuri Pontificis electionem dubio exponere: multa n. speculatiuè iudicantur vera; quæ tamen, vt redigantur in praxim, nõ semper cõsentur tuta: tum ne daretur occasio, vt Pontifices hoc iure vterentur vt proprio & hæreditario; qui esset pessimus potestatis abusus.

Addit etiam Amicus, quòd posset Pontifex adhuc viuens renunciare Papatui, & alium Papam loco sui eligere. Hæc assertio sequitur ex præcedente: nam si potest Pontifex, naturali morte Papatu defunctus, ipse successorem sibi eligere, cur non poterit adhuc viuens, renunciato Papatu, alium in Sedem Petri designare? Nam quòd possit spontè Papatu renunciare, maximè accedente consensu Ecclesie, ab omnibus conceditur: idque peculiari statuto definiuit Celestinus V. qui & ipse Papatu renunciauit: vt de *renunt. c. 1.* refert Bonifacius VIII. qui tunc temporis erat vnus è Cardinalibus, vt ipsemet testatur. Quod autem ipse eligere possit Papam, probatur; quia modus eligendi Papam est de iure posituum, pendens à potestate Romani Pontificis; ergo posset hunc modum statuere, ac seruare.

Aduertendum tamen est, non posse Papam prius renunciare Papatui, & deinde alium eligere: quia, renunciato Papatu, non haberet amplius potestatem mutandi modum præscriptum ab alio Papa. Sed existens Papa potest alium designare; per quam designationem simul & alter eligeretur, & ipse desineret esse Papa: ita vt electio vni⁹, esset renunciatio & depositio alterius; vt nec simul tẽpore essent duo Summi Pont. nec daretur tẽpus, in quo nullus esset in tali casu Pontifex; sed quando vnus desineret, alter inciperet.

Neque huic nostræ assertioni obstat, quod, cū Celestinus III. graui morbo laboras, renunciare vellent Papatui, & Cardinalè Ioan. de S. Paulo, tit. S. Priscæ, sui ipsius loco eligi cuperet; Cardinales noluerint, assentes inauditum esse in Ecclesia Dei, vt summus Pontifex se ipsum deponat: nam hoc, factum non est ante Celestinum V. ante quem nullum præcesserat exemplum, quòd sum. Pont. se ipsum spontè è Papatu deponeret. Huc vsque Pater Amicus, vbi suprã.

Authoris

Authoris Sententia; & de supradictis opinionibus iudicium breuiter profertur.

RESOLVTIO IV.

ET hæ sunt opiniones Doctorum, circa præsentem quæst. Quid ego sententiam, dicam breuiter. Ideo assero, quod secundæ sententiæ negatiuæ libere adhæreo, non solum propter rationes, quas in sui fauorem adducunt communiter DD. sed primò propter relationem Consistorialem, quam DD. citati nõ obseruant, & de qua mentionem faciunt Ioan. Bapt. Casal. *de veterib. sacris Christianor. ritib. c. 79. in fine.* & Andr. Victorel. *in addit. ad Ciac. in vit. Papa Py IV.* his verb. Ann. 1565. die 18. Cardinales in Consistorio alloquens, ætatem suam senio confectam in occasum quasi præcipitem ferri, narrans; adiecit, scire se, quæri à Iurisconsultis, an Romanus Pontifex sibi successorem deligere queat; & sub Paulo IV. agitatum quæst. An idem Pontifex adiutorem cum futura successione adsciscere possit? Et quamuis nonnulli, Decius in primis, id affirmant; eam tamen sententiã Pius, vt falsam, reiiciendam censuit: volebatque declarare, & si opus fuisset, statuere; Pontificem, Cardinalibus etiam assentientibus, id facere non posse. Maior Cardinalium numerus decretum faciendum, iudicauit. Gambara dixit, declaratum olim à Pont. in Consistorio, & decreto firmatum, hoc à Pont. effici non posse: quare, aiebat, videndum, quibus verbis constitutio facienda. Pius, auditis sententiis, decretum inutile non futurum asseruit; seque declaraturum, Pontificem non posse successorem adiutorem, uè cum futura successione sibi eligere. Hæc ibi.

Secundo moueor ad negatiuam sententiam magis tenendam; quia, cum Bonifacius II. tentauerit ordinare sibi successorem, Vigilium Diaconum; facta tamen iterum Synodo, ipsemet Bonifacius Papa reum se confessus est Maiestatis: quod sibi successorem constituisset; & decretum sua subscriptione munitum, in præsentia omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus, incendio consumpsit; vt refert Card. Baron. *tom. 7. ann. 571.* ubi inter alia hæc dicit: Sed & quam Deo ipsi displicuerit illud, manifestum est; cum, ad aliorum exemplum, eundem Bonifacium citò ex hac vita substraxit. Hæc Card. Baron. & Gonz. de Illescas *in hist. Pontific. in vita eiusdem Bonifacy.*

Quæ omnia magis firmanentur ex verbis S. Syluerij Pontificis & Mart. in epist. quæ habetur *tom. 2. Conc. ad Vigil.* qui, factione Belisarij, eundem S. Syluerium Sede expulerat, & in illam fuerat intrusus; dum sic ait; Quia contra iura Canonica temporibus sanctæ memoriæ Bonifacij Papæ ipso uiuente, designari conabar, nisi tibi amplissimi Senatus obuiaisset Iustitia; tunc prouidentia Pastoralis, ac Pontificali auctoritate tua execranda iam debuerant auspicia detruncari: sed dum paruum vulnus in te neglectum est; insanabile creuit apostema. Hæc S. Martyr.

His tamen non obstantibus, displicet mihi id, quod asserit Paulus Grylandus Dominicanus, *in decisionib. fidei Cathol. vers. Papa n. 17.* Nempe esse propositionem temerariam, asserere, Pontificem posse sibi eligere Successorem. Nam, vt verum fatear, hic Author aliquando nimis audacter se gerit in censurandis opinionibus: & debebat considerare istam propositionem, quam vt temerariam damnat, docuisse ornamentum suæ Religionis, Magistrum Victoria, & sapientissimum Vasquez, præter multos alios viros doctos. Et licet Pius IV. in cit. de cret. Consistoriali vocet hanc opinionem, falsam; tamen aliquis posset dicere de illo non constare authenticè, & declarationem illam Pontificis in lucem non produisse: ideo, non ob-

Anton. Diana, Pars X.

stante, quod ego firmiter teneam, non posse Pontificem Successorem sibi eligere; tamen puto sententiam affirmatiuam Magistri Victoria non posse aliqua censure inuri; donec aliter ab Apostolica Sede determinatum fuerit; & Pater Suar. *ubi sup.* probabilem illam vocat; & à fortiori idem dicendum erit de ipsius sententia, & Patris Amici, licet mihi non placeat; & ideo illam impugnat ex eadem Societate Turrian. *in 2. 2. D. Thom. 10. 1. disp. 15. dub. 3.* non nulle casus peculiaris necessitatis potest moraliter contingere; & ideo non fuit necessaria talis potestas. Concludendum est igitur absolute, Pont. non posse sibi eligere Success.

Nota verò, quod post hæc scripta inueni sententiam affirmatiuam, quam supra impugnaui, docere etiam Martin. Ledes. ex inelyto Ordine Dominicano; præstantissimū Theologum, qui in 2. *Quarti, q. 20. art. 4. concl. 10. fol. mibi 312. col. 4.* sic ait: Beatus Petrus potuit eligere, & designare sibi Successorem, qui defuncto Petro sine alia electione esset summus Pontifex. Hæc conclusio non recipitur ab aliquolib. Theologis recentioribus, eò quod sint Pontificæ Dignitati aliquantū infensiores, quàm deceret, alioqui pij, & Christiani Scriptores, qui si fides adhibenda est vera narratibus, Clementem ipse uiuens in Pontificem nominauit, vt habetur 8. *q. 1. c.* Si Petrus ex auctoritate Ioan. III. qui fuit temporibus Iustiniani. Præterea poterat ferre legem de electione Successionis; ergo potuisset ferre legem, quod uiuēs Pontifex eligeret Successorem, immò illa lex videretur futura conuenientissima ad tollendum Schismata, & ambitiones; sicut apud Romanos, durate adhuc Magistratu consulum, designabantur futuri Cõsules; ergo ita potuit fieri de summo Pontifice. Præterea potuit ferre legem, quod Episcopus quicumq; uiuens nominaret sibi Successorem, quare non posset etiam de summo Pontifice; vnde sequitur, quod idē potuit facere quilibet Successor Petri, cum quilibet successor habeat eandem potestatem, quā Petrus habuit. Ità Ledes. qui, vt vides, Victoria verba ad verbum transcripsit. Sed eius argumenta superius reiecta sunt: Et vt verū fatear, parū modeste dixit, Authores qui nostrā sententiam tenent, esse Pontificæ dignitatis infensos; nam tales essent, plures Doctores ex sua Religione, & præsertim R. Magister Cádizus, qui vt dixi, mordicè nostræ sententiæ adhæsit. Non est igitur villo pacto circa præsentem quæst. ab opinione negatiua recedendum.

TRACTATUS VI.
DE POTESTATE
PONTIFICIS.

Ornandi Principes Laicos titulo Regio.

An Pontifices Principibus de Ecclesia bene meritis possint Titulum & Insignia Regia concedere?

RESOLVTIO I.

NEGATIVE respondet nouissimè Io. Caram *in suo Philip. disp. 1. l. 5. a. 7. concl. 2.* Loquens n. de Alphonso Rege, sic ait: Alphõsus & reliqui Lusitanorum Reges quæ creati, & electi, confirmati à Pontifice, sunt reges Portugallenses; verum nõ temporaliter, sed spiritualiter. Ratio est, quia auctoritas Pontificis est spiritualis, & ad spirituale solummodo directè se potest extendere. Ambis doceri, quid sit esse Reges Lusitanorum spiritualiter? Respõdeo, esse

C

esse

» esse participare gratias, indulgētiās, iubileā, indulta,
 » & reliquos fauores Ecclesiasticos, qui autoritate
 » Apostolica aliis quā Regibus concedi possunt.
 » Dicis, in Pontifice considerare possumus personas
 » duas, spirituales, & temporales; est enim simul Epi-
 » scopus Romanus, & Rex: ergo quā Rex potest Reges
 » creare temporales. Respondeo primò, non esse liberum
 » cuiq; Principi Reges, aut supremos Principes creare:
 » quia nemo potest alteri subditū eximere, in causa sit,
 » & supersit vtrique. Ideò Rex Gallia non potest exi-
 » mere Ducem de Lermā ab obedientia, quam debet, &
 » quam fideliter præstitit Hispano Regi: non enim est
 » vtriusque Dominus; bene tamen Monarcha Catho-
 » licus, si iusta causā postulet. Lermæ enim Dux Re-
 » gi Catholico, non Christianissimo subest. Atqui Al-
 » phonsus Infans erat subditus Monarchiæ Legio-
 » nensis, neutri supererat Innocentius, quā Romanæ
 » Rex, & iusta causā deerat: ergo ex duplici capite non
 » recepit, nec recipere potuit ab Innocentio Alphon-
 » sus titulum Regis secularis. Præterea iniurios esse
 » credidero summo Pontifici omnes illos authores,
 » qui afferunt eum titulos Regiæ temporales posse
 » concedere; quia, cum iurisdicctio ipsius sit spiritualis,
 » quā Pontifex non potest ea attingere, quæ fuerint
 » merè temporalia. Hucusque Caramuel.

Sed displicet mihi sapiētissimum & amicissimum
 virum hæc scripsisse: & vtiā obliuioni traderen-
 tur. Dico igitur, Sum. Pontifices posse aliquos Prin-
 cipes de Ecclesia benemeritos, temporaliter Reges
 creare: Probatur, quia Pontifex, licet secundum ali-
 quos non habeat potestatem directam; tamen secū-
 dum omnes, tam Canonistas, quā Theologos, ha-
 bet potestatem indirectam in temporalibus: de qua
 doctrina inter Catholicos non est disputandum, ex
 his, quæ adducunt DD. quos ego citavi in p. 1. tr. 2.
 resol. 121. & alij, quos me citato etiam adducit Ca-
 rena in *Prax. S. Offic. p. 1. tit. 1. n. 67.* & ad satietatem
 Solorz. de *Indiar. iur. t. 1. l. 2. c. 22. n. 45.* & Bellarm. *tot.*
Tract. de potest. Pontif. cum Sculk. tota apolog. in eius
favorem contra Bocer. Quorum sententia placuit et-
 iam Christoph. Besoldo in *dissert. Politicouridica de*
Maiest. in genere c. 3. n. 9. dum erat hereticus; nā post-
 ea ex Lutheranismō ad Ecclesiam Roman. feliciter
 conuolauit. Vide etiam ex Iuristis Hispanis, præter
 citatum Solorz. Bobadill. in *Polit. ro. 1. l. 2. c. 5.* Pereir.
de manu Reg. t. 1. Pral. 2. n. 4. Ceual. *tr. de cognit. per*
viam viol. in Prol. n. 9. Ramir. *de lege Reg. §. 2. n. 30.*
 Morlam in *Empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 4. n. 9.* Param. *de*
Orig. inquisit. l. 3. q. 1. opin. 4. per tot. Aquan. de legib.
l. 2. contr. 17. per tot. & duos celeberrimos Canonis-
 tas Valb. de Magrou. & Feliciano à Vega in *c. nouit.*
de iudicijs, ille à num. 48. hic à n. 4.

Itaque hoc fundamento supposito, nempè Pon-
 tifices habere potestatem indirectam in temporalibus;
 rectè statuitur, posse titulum Regium tempora-
 lem Principibus de Ecclesia benemeritis præbere. Et
 ita in terminis docet Seraph. Freitas *l. de Imp. iusto*
Asiat. c. 6. n. 33. vbi sic ait: Infertur ex eadem potestate
 (indirecta videlicet) posse Summum Pontificem
 Principibus catholicis, & benemeritis titulos & in-
 signia Regia concedere, quod multis exemplis illu-
 strari potest. Gottifredus enim Buglio, an. Domini
 1099. Regis Ierusalem titulū, quem gloriosè ab infi-
 delium dominatu & tyrannide vindicauerat, impe-
 trauit; ita refert D. Antonin. de *Excom. c. 72.* Martha
 de *Iur. l. 1. c. 26. n. 33.* Alphonsus VIII. vocatur Imper-
 ator Hispaniarū de consensu Innocentij II. an. 1135.
 vt testatur Marian. *l. 10. Hist. Hispan. c. 16.* quod tam-
 en Gelasij seculo tribuit Genebr. an. 1118. Roge-
 rius, Siciliae Rex ab Urbano II. quē defenderat, crea-

tur, idē Marian. *d. l. 10. c. 5.* Martha *d. c. 26. à n. 6.* Hen-
 ricus I. ab Alexandro III. an. 1179. Regiam Lusitaniæ
 dignitatē sibi, & Successorib. impetrauit: ita Eduar.
 Non. & alij in *eius vit.* Baron. *to. 12. Azor. t. 2. l. 4. c. 34.*
 Illustriss. D. Roder. Acunha, Episcopus Portugallen-
 sis, no *Cathalogo dos Bispos de Porto 2. p. c. 6. ad fin.*
 Pater Anton. de Vasconscell. in *descript. Lusitaniæ in*
princip. n. 4. vbi refert Alexandri diploma. Idquē sum-
 ma cum ratione. Cum enim Principes Catholici de-
 fensores sint Ecclesiæ, & ad id constituti, & necessa-
 rij *c. Principes 23. q. 5.* concedens est, vt honoribus,
 & præmiis pro meritis à supremo Ecclesiæ Principe
 concederentur. Hucusque Freitas.

Sed alia exempla ex aliis Scriptoribus ad hanc
 sententiam firmandam adducamus, Gregorius VII.
 Demetrium, Regem Croatiae instituit, sceptrumque,
 coronam, & vexillum dono misit: ita Card. Baron. *an.*
1173. tom. 11. Stephanus Hungariæ Princeps an. 980.
 Legatos ad Pontificem Benedictum VII. misit, vt ab
 eo Regium nomē acciperet, quod ei datum est, Mic-
 cislae Polonorum Duci flagitanti negatum; ita Crom-
 mer. *lib. 3. Polit. & Card. Bar. tom. 10. sub eodem an.* Et
 quidem, quomodo Rex Hispaniæ vocatur Rex Sar-
 dinia; nisi ex concessione Pontificis, facta Iacobo II.
 Aragoniæ Regi: vt patet ex diplomate Bonifacij
 VIII. Item hoc etiam patet in Guilielmo IV. Rogerij
 Tertij Filio, vtriusque Siciliae Rege, ab Adriano IV.
 ex Poloniæ Duce in Regem sublimato: ita Cranc. in
Vadalia lib. 8. c. 2. & de Iacoldo, Regio titulo priua-
 to, & rursus restituito à Ioāne XXII. vt refert Bodin.
de Rep. lib. 1. c. 9. Martha *de iurisd. p. 1. c. 26.* Idem
 de Friderico ex Illustri Feltrensiū Familia, in Du-
 cem Urbini à Sixto IV. euecto, ab eodem Martha
 refertur *d. tract. de iurisd. p. 1. cap. 33. n. 93. sub verbo*
VMBRIA; & olim de Roberto Guiscardo Nor-
 manno à Nicolao II. an. 1060. Apuliæ, & Calabriae
 Duce constituto *cap. 26. n. 10.* & de Duce Ferrariæ à
 Paulo II. creato. Vt post Cæpoll. *conf. 17.* & Card.
conf. 2. Ioan. Baptist. de S. Seuerino in *l. cunctos Popu-*
los de sum. Trinit. & fide Cathol. & alios refert Tiber.
 Decian. *consil. 19. vol. 3. n. 114.*

De Polonorum Principe Miccislae Cromerus re-
 fert, quod is Lambertum Archiepiscopum Craco-
 uiesem ad Benedictum VII. Pontificem Romanum,
 misit, vt Regium diadema sibi concederet; Regem-
 que Polonorum se, & posteros suos esse iuberet;
 Bzouius de *Romano Pontifice c. 44.* Innocētius etiam
 IV. Russorum Principi Regiam dignitatem præbuit,
 sicuti & Lithuano; vt obseruat Odericus *Annal. Ec-*
clesia tom. 13. Anno 1246. n. 28. & Anno 1254. n. 27.
 Paulus IV. Hiberniam Regni titulo decorauit, vt
 notat Historia Concilij Trid. *lib. 5. pag. mihi 1318.*

Patet igitur ex his omnibus, posse Pontifices titu-
 lum Regium temporalem Principibus præbere, non
 spirituales vt perperam putat Caramuel. Quod qui-
 dem tanquam certum supponunt Theologi, vt Emi-
 nentissimus Dominus meus Card. de Lugo *de iust.*
tom. 2. disp. 36. sect. 1. n. 4. Vasquez *opus. de Restit. c. 6.*
§. 1. dub. 1. n. 14. & 15. Dicastillus *de Iust. lib. 2. tr. 20.*
disp. 1. dub. 3. n. 68. Turrianus in *2. 2. tom. 2. disp. 44.*
dub. 1. n. 8. Salas *de legibus disp. 7. sect. 4. n. 31.* Bzouius
 de *Romano Pontifice c. 44.* Schunekenius in *Apologia*
pro Bellarmino c. 6. n. 121. Bossæus *de auctoritate in*
Reges impios c. 8. n. 7. Balthasar Nardius in *expunctio-*
nibus ad librum de Papatu. c. 9. quibus adde Mastril-
 lum de *Magistr. lib. 1. c. 2. n. 6.* Rudolphinum *tract.*
de Potestate Ducum Italiae n. 3. Matthiam Stephe-
 anum *de iuris. tom. 2. lib. 3. p. 1. c. 3. n. 66.* Torreblanca
 in *praxi iuris spiritualis lib. 15. c. 2. num. 90.* & alios
 penes ipsos. Quicquid in contrarium doceat Ioa-
 chimus

chimus Eluten in *Sylloge rerū quotidianarum Thesi 8. in glossa l. E*, Daniel Ottonius in *Disceptatione iuridico-Politica cap. 11*. Henricus Bocerius *tract. de Regalibus c. 1*. & Iosias Nodlen in *tractatione Synoptica de statu Nobilium cap. 2. num. 29*. Quos tamen parum prodest nostro Caramueli, commilitones habere; sunt enim hæretici, ac proinde in Pontificiam auctoritatem hostes iurati.

Non est igitur recedendum à vera & cõmuni sententia omnium Doctorum: & idè rectè contra Caramuelem nouissimè insurgit Anton. de Sosa in *libello impresso Londini an. 1642. cui titulus Iuan Caramuel conuencido p. 1. n. 7*. Et quia codex non ita facilè inuenitur, apponam per extèsum eius verba. Los mismos Pontifices Innocentio II. ann. 1142. Alexandr. III. an. 1179. y otros despues destos, concedieron y confirmaron el titulo de Rey à D. Alfonso Henriquez, y sus Successores. Y es aueriguado, que el Pontifice, aunque derechamente non tiene poder en lo temporal de los Reynos; lo tiene indirectamente en orden al espiritual. No se atreuid nuestro Caramuel à negar esta doctrina; forçan do la cõfessa en el prelude de su Phelippe; mas procura en el caso presente darle varias salidas; que estranas conclusiones se dexo escriuir en todo el libro 2. sobra esto llega à decir en la quest. 1. art. 3. y 6. y l. 5. q. 2. art. 6. en n. 25. que ay Reyno temporal, el qual tiene suprema iurisdiction en las cosas politicas, y ciuiles; y que no le puede dar el Papa, y Regno Ecclesiastico, o Pontificio, que consiste en vn titulo spiritual, y incorporeo; al qual no se concede mas que las indulgencias, priuilegios, gracias, y indultos, que suelen cõcederse a los Reyes verdaderos; y que este fue solamente el, que los Papas dieron y confirmaron a los Principes Portugueses; donosa manera de hablar! haçe el titulo de Rey cofradia para ganar indulgencias; y si no era mas desto lo que daua el Summo Pontifice à D. Alfonso Henriquez: porque embiauau los Reyes de Leon Embaxadores à Roma à impedirlo; come cuenta en el dicho tercero Artigo; bien claras son las palabras en la Bula de Innoc. II. *Et Regem Portugalia redintegritate honoris, regni que dignitate; qua ad Reges pertinet, & alia loca, Excellentia tua concedimus, & auctoritate Apostolica confirmamus*. En la Bula de Alexand. III. *Proinde nos attendentes personam tuam prudentia ornatam, iustitia pradam, atque ad populi regimen idoneam &c.* y luego: *Regnum Portugallense cum integritate honoris, Regni dignitate, qua ad Reges pertinet, nec non omnia loca, qua cum auxilio celestis gratia de Saracenorū manibus eripueris, in quibus sibi non possunt Christiani principes circumpositi ius uendicare, Excellentie tua concedimus, & auctoritate Apostolica confirmamus.* y más à bazo. *Decernimus, ergo, ut nulli omnino hominum, liceat personam tuam, aut heredum tuorum, vel etiam prefatum Regū temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire aut aliquibus vexationibus fatigare.* Lo mismo cõtinen las confirmaciones de otros Summos Pontifices: y es cosa lastimosa, que este buen monge escriuiesse de fuerte, que para conuencerle; non sean menester mas argumentos que las mismas palabras de las Bulas, que el trae: las quales estan diciendo que dan, y confirman titulo, y dignidad de Rey con las honrras, tierras, y gobierno; que todo es temporal. Del mismo genero es la instancia que hace fundamento, en que dicen à quellas Bulas: *Super his, que concessa sunt, Deo propitio pro iniuncti nobis Apostolatus officio defendemus. Argumenta defendit Apostolatus officio non gladio. Ergo Pontifici Lusitania subditur Ecclesiasticè, non seculariter; hoc est orationibus tueri, non*
Ant. Diana, Pars X.

gladio. Hase visto tal glosa; no adierte, que el Pontifice para dar estos titulos tiene solamente la iurisdiction in indirecta en ordè al spiritual, que ya le haçe confessando; y esta es claro, no pertenecerle, sino como à Pontifice, y como tal exercita no con espada de seglar, sino con censuras, y otras armas Ecclesiasticas; conforme al officio del Apostolado; mas esse no quita, antes muestra que dio dignidad temporal como Summo Pontifice, y que segun el proprio officio, la ha de defender por que secularmente no tiene iurisdiction en las terras ajenas. Y si toda via persiste su Paternidad, en que el Papà dando titulos de Rey, no se extende à mas, que à spiritualidades; persuade con esto al Rey Catholico, que tenga solamente las indulgencias de Rey de Nauarra (pues no la posee sino por el derecho, que le dio Iulio II.) que yo confio acabar con el Rey Christianissimo, que se cõtente lo temporal de aquel Reyno; pues tiene bastantes Indulgencias de Francia; Hæc Sosa. Et quidem contra Caramuelem non solum aduersarij, sed etiam nostri Authores insurgunt; vt fecit nouissimè eruditus Nicolaus Fernandez de Castro in *Portugal conuencido p. 4. c. 2. sect. 9. sic asserens*. Tubo disgracia el Padre Caramuel, en no hauer caydo en ellos, conque excussara gran parte de los deuanos, à que se arrojò, soñado para defenfa de la iustitia del señor Rey Phelippe II. que ay feudos espirituales, que consisten en la comunicacion de oraciones, sacrificios, y Indulgencias; y desacreditando con estas nouedades, y con la crudelidad, que facilmente dan las escrituras inuentadas de Brito, y Brandao la iusta causa, que tomò à su defenfa; achaque ordinario de los Theologos (que nos son de la primera Hierarshia) que sin estudios solidos de la Iurisprudencia piensan en fuerza de sutilazas metaphisicas apear las dificultades del derecho con los principios desnudos de la Ethica, y sophismas de la Logica; creyendo, que todo es razon natural. Itaille.

Quæ omnia satis nostram sententiam contra Caramuelem confirmant. Et quidem speculatio illa, ab ipso adducta de titulo Regio spirituali, est contra mentem omnium Doctorum, vbi suprà; qui vt legentibus patet, loquantur de titulo Regio temporalis: Et hoc manifestè apparet ex his, quæ obseruat Tobias Paurmeister de *iurisd. l. 2. c. 3. n. 29*. Matthias Stephanus, etiam de *iurisd. l. 3. p. 1. c. 3. n. 17*. Daniel Ottonius in *Dissertatione politico-iuridica de iure publico Imperij Romani, c. 11*. & Henricus Bocerius *tract. de regalibus c. 1. n. 9*. Theodorus Reinkingk *tract. de regimine seculari & Ecclesiastico lib. 1. Classe 2. c. 4. n. 30*. & Sixtinus de *regalibus l. 1. c. 4. n. 117*. asserunt enim, quòd, cum Pius V. creasset Ducem Florentinū in magnum Hetruriz Ducem ortam fuisse contentionem inter Pontificem & Maximilianum Imperatorem, asseuerantem non à Papa, sed à se Regios titulos esse petendos. Ergo necessariò cõtra Caramuelem sequitur, titulum Regium à Pontificibus concedi solitum non esse spiritualem, sed temporalem; nam alioquin Maximilianus non diceret eius cõcessionem pertinere Imperatori. Imperator enim non potest concedere indulgencias, iubileas, indulta & reliquos fauores Ecclesiasticos, in quibus Caramuel asserit consistere titulum Regiū, quem solent Pontifices concedere. Concedebat itaque tuc Pius V. Duci Hetruriz non titulum spiritualem, sed temporalem.

Verum, vt hæc omnia magis clarè pateant, apponam hinc ea, quæ acciderunt in coronatione dicti Ducis Hetruriz: nam in vita Pij V. conscrita à Io. Ant. Gabutio l. 3. c. 16. Sic habetur, Cosmum ergo Romā ad suscipienda insignia diadematis euocatum, hono-

» rificentissime in aula Regia Pius excepit. Mox in sa-
 » cello Pontificio inter sacrorum solemnia, die Domi-
 » nica, Latere, quæ incidit in tertio nonas Martias an-
 » 1590. suis ipse manibus eius capiti eximij pretij co-
 » ronam imposuit, atque Sceptrum illi dedit in ma-
 » nus, Cosmo prius pro more sese iureiurando obstri-
 » cto, ad fidem & obedientiam Pio ipsi, ac cæteris de-
 » inceps Romanis Pontificibus, eius successoribus,
 » Ecclesiæque præstandam; eumque, inter hæc, sacra
 » Rosa ipso die de more ab se consecrata condonauit.
 » Neque verò passus est Pius, ut ille vel de itinere Ro-
 » mam suscepto, vel de diademate recipiendo Cæsa-
 » rem, aut Hispaniarum Regem comonefaceret. Pro-
 » uidebat enim fore ut nonnulli alij Principes viri, quã-
 » tum in ipsis esset, eam rem impedire conarentur: quæ
 » tamen res ad Sedem Apostolicam benè de se meritos
 » eum in modum remunerare cupientem omnino per-
 » tineret. Sed antequam Sacellum Pius iniret, Cæsaris
 » Orator, illi neutiquam licere Cosmum ita redime-
 » re, supplex denunciauit; quod is non Pontificis Be-
 » neficiarius esset, sed Cæsaris, cuius essent partes hu-
 » iusmodi. Cui mox Pius. Quoniam, inquit iure, Im-
 » peratores ipsi, vel sunt vel appellantur Imperato-
 » res, nisi ex Apostolicæ Sedis auctoritate? subinde
 » ad se fisci Procuratorem accitum, vti ipsius Sedis,
 » rationibus caueret, admonuit. Qui iussa faciens,
 » Oratori Cæsareo respondit: Pontificem nequaquam
 » accipere denunciationem eiusmodi; sed eam, ve-
 » luti legibus aduersam, repudiare. At verò Maximi-
 » lianus idemtidem instigatus à suis, Florentiam Ci-
 » uitatem ad Imperium pertinere dicentibus, dari Pio
 » curauit quædam scripta, quibus iura sua confirmare
 » conabatur, ut id tituli omninò defereretur. Secus
 » enim multa se, quæ indè proficiscerentur, incom-
 » moda minitari. Demùm haud quaquam licere Ro-
 » mano Pontifici de rebus humanis in locis sibi non
 » subiectis quicquam statuere. At Pius, vti potesta-
 » tem in terris gerens Christi Domini, cuius sunt cæ-
 » li, terrarumque ambitus, vtrò citroque agi ea de re
 » amplius noluit; ratus ad minimè conuenire ei, qui
 » pro sua amplissima auctoritate posset hæc, & alia in
 » hoc genere longè maiora, ad communem Christia-
 » næ Reipublicæ salutem efficere. Neque tamen passus
 » est, ut in eiusmodi opinione Cæsar diutius inhære-
 » ret. Nam per Cardinalem Commendonum Lega-
 » tum, quàm graui errore eum Consiliarij sui impli-
 » cuissent, ei coram referendum imperauit. Ac proin-
 » de rationibus, quibus Cæsar ipse de ea mente dedu-
 » ci maximè poterat, adiunxit etiam exempla, & Impe-
 » rij in Occidentem per Apostolicam Sedem translati;
 » & Septemuirum in Germania creatorum, & eius
 » quam ab ipsa Sacrosancta Sede idem habent autho-
 » ritatis: & illa demum quæ passim Pontifices Summi
 » Regnorum iura commutarunt, ac varios Principes
 » nouis & amplissimis titulis olim decorauerunt.
 » Hucusque Author vitæ S. Pontificis. Ex quibus sa-
 » tis remanet labefactata noua speculatio Caramuelis
 » de tit. Regio spirituali. Nam si talis esset, ad quid Ma-
 » ximilianus tot suscitauit rumores? sed quid prote-
 » stationem Pontifici porrexit? quid ei nocerent in-
 » dulgentiæ, & iubilæa Cosmo Mediceo concedenda?
 » Nec Pius V. Oratori Cæsareo in sui fauorem addu-
 » ceret exemplum Leonis III. de translatione Imperij
 » à Græcis ad Francos, & Germanos.

Deinde in illa concessione tituli Magni Ducis,
 nullas agnosco Bullas, & rescripta indulgentiarum;
 sed solum video sceptra, & diademata. Quod etiam
 manifestè apparet, quando Innocentius III. creauit
 Principem Bulgarorum in Regem; & idè apponam
 verba amicissimi Patris Oderici in tom. 13. *Annalium*

Ecclesiasticorum, ubi ann. 1204. n. 34. ita asserit: Pro-
 sequuntur gesta, Innocentium, ut piis Bulgarorum
 principis votis morem gereret, Leonem Sanctæ Ro-
 manæ Ecclesiæ Cardinalem misisse, qui ipsum, Ro-
 mani Pontificis nomine, Regio diademate insigni-
 ret. Cùm autem Episcopus & Capellanus prædicti
 ad Sedem Apostolicam peruenissent; Dominus Papa
 eos benignè suscepit; & super petitionibus sæpè di-
 cti Ioannis per eundem Episcopum præsentatis, ha-
 bito diligenti tractatu, constituit eum Regem Bla-
 chorum, & Bulgarorum; mittens ad eum Leonem
 tituli sanctæ Crucis Presbyterum Cardinalem, Apo-
 stolicæ Sedis Legatum, & per ipsum, sceptrum Regni,
 & Regium diadema; ut eundem vice Summi Ponti-
 ficis vngeret, & coronaret in Regem; transmissis Apo-
 stolico priuilegio, cuius tenor talis est. Caloioanni
 illustri Bulgarorum & Blachorum Regi, eiusq; Poste-
 ris, ei tam in Regno, quàm in deuotione Sedis Apo-
 stolicæ Successoribus in perpetuum &c. Sic ibi.

Concludendum est igitur ex omnibus supradic-
 tis, posse Pontifices cõdecorare Principes de Eccle-
 sia benemeritos titulis Regiis non spiritualibus, sed
 temporalibus. Et idè opinio Caramuelis est contra
 communem sententiã Doctorum, & contra omnes
 Pontifices & Reges, qui concesserunt, & acceperunt
 titulum Regium: nam isti non petierant à Pontifice
 titulum Regium spiritualem; sed temporalem; & ipsi
 hunc non illum concessere, ut patet, apud Scripto-
 res, qui narrarunt exempla superius allata.

Et quidem, ut obseruat Schulcken. in *Apologia pro*
Bellarm. c. 6. fol. mibi 273. multi, qui antea Duces, &
 Comites erant, fuerunt postea à Pontificibus Reges
 creati; ut Reges Polonia, Bohemia, Sicilia, & alij.
 Ergo titulus ille Regius, tẽporalis & non spiritualis
 erat; nã transire faciebat Comites & Duces in Reges.

Et quidem Veneti, teste Petro Iustiniano lib. 7. de
rebus Venetis, cùm à Tribunitia ad Ducalem dignita-
 tem Rempublicam transferre vouerunt; certum est,
 quod non intenderunt petere, & accipere à Deodato
 Pontifice Anno 613. indulgentias, & iubilæa, ut vult,
 Caramuel; sed titulum Ducalem temporalem, quem
 à Pontifice obtinuerunt, & possident. Et quando In-
 nocentius IV. ut obseruat Matth. Paris anno 1248.
 per Legatos suos missos in Noruegiam pro auxilio
 habendo cõtra Fredericum: Hacconi eius Prouin-
 ciæ Principi titulum misit Regium, dicendum est
 contulisse ei titulum Regium temporalem, & non
 spirituale; nã alioquin opinor quod ab illo Principe
 nulla auxilia militaria pro indulgentiis obtinisset.
 Itaque, si obseruantia subsequuta declarat, quid in
 concessione veniat; & omnem tollit dubietatem; ut
 latè ex aliis probat Surdus *conf. 149.* per totum; cùm
 in Ecclesia semper fuerit vsus, ut Pontifices per indi-
 rectam, quam habet potestatem in temporalibus, ri-
 tulum Regium tẽporalem Principibus benè meritis
 concedant: sequitur eiciendã prorsus esse Caramue-
 lis sententiã. Et licet alioquin ego venerer doctri-
 nam & ingenium amicissimi viri; tamè magis debeo
 veritati, ac Summorum Pontificum auctoritati.

Sed quia in hoc tractatu incidit sermo de titulo
 Regi Alphonso Portugalliæ Duci concessio à Sede
 Apostolica; obiter non deferam adnotare, doctissi-
 mum & amicissimum Nicolaum Fernandes de Ca-
 stro in *Portugal conuenciã cap. 2. sect. 1. & seqq.* pro-
 bare, dictum Alphonsum Henriquez ab Alphonso
 Seprimo Rege Leonis Castellæ, ac Imperatoris to-
 tius Hispaniæ, tanquam eius Vassallum, & Feudata-
 rium Regium titulum prius impetrasse, ut testatur
 Rodericus Sancius *Hist. p. 1. c. 14.* Genuit, inquit, ex
 ea filium, Alphonsum Henriquez nomine, quem
 Rex

» Rex Castellæ primo Ducē Portugallie creavit; mox
 » volente Rege titulum Regis assumpfit. Et Horatius
 » Tullianus in Epitoma Historiarum ab orbe condito
 » lib. 8. in Conrado IV. sic asserit. Alphonfus Dux Lu-
 » stania, Eboram Urbem Regiam, Vlyssiponem, alia-
 » que Lusitania oppida de Sarracenis recepit: inde cæ-
 » lesti viso, oblataque Crucifixi specie erectus, & ab
 » Exercitu Rex salutaris, cum Ismaele, aliisque Sarracenis
 » Regibus acie conflixit; diuinaque ope hostem
 » profligavit. Itaque victoribus ingens, ab Alphonso
 » Rege Castellæ, cuius Beneficiarius erat, Rex Lusitania
 » appellatur. Ita ille, qui lacè & solidè vt semper
 » solet, probat per recognitionē Alphonfi Henriquez
 » erga Sedem Apostolicam, & huius patrocinium erga
 » eundem Alphonsum, non ablatum fuisse directū
 » dominium, neque ius vassalagij, quod Alphonfus
 » Septimus Rex Leonis, & Castellæ habebat in dictū
 » Alphonsum & Lusitaniam. Potuit igitur Alphonfus
 » titulum Regium obtinere, & à Rege Leonis & Castellæ,
 » & simul à Summo Pontifice.



TRACTATUS VII.

DE

IVRE PROTECTIONIS,
 seu Clientelæ.

An Subditus irrequisito Domino, possit se
 subijcere alterius protectioni? & sententia
 affirmatiua proponitur.

RESOLVTIO I.

AD propositum dubium affirmatiuè respondet Hieronymus Schurffius, cent. 3. conf. 23. Ioannes Otto de Iure publico, cap. 11. ver. fædus clientelæ, Gail. lib. 2. obseru. 54. n. 3. & seqq. Modestus Pistorij, vol. 1. consil. 19. num. 15. Tuschus, Pract. Conclus. littera C, concl. 628. num. 5. & littera R, conclus. 56. Reinkinck de Regimine Saculari, lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 47. cap. 6. §. 4. num. 23. Erasmus à Cochier, de Aduocacia feudali, q. 93. Ioannes Iacobus Draco de origine & iure Patriciorum, lib. 1. cap. 6. n. 5. Castrensis vol. 1. consil. 313. n. 3. Bartol. Socinus, consil. 74. num. 1. Rolandus à Valle vol. 2. consil. 1. n. 47. Natta consil. 636. num. 1. & 96. Decianus, consil. 58. num. 122. vol. 1. Hondedeus, consil. 15. n. 57. vol. 1. Bertazolus consil. crim. 511. num. 36. vol. 2. Raudensis, consil. 27. n. 39. & 46. vol. 1. Sixtinus consil. Marpurgenf. 8. n. 104. vol. 1. Pruchmannus, consil. 17. n. 86. vol. 1. Menochius, consil. 32. n. 4. Vuesembecius, consil. 48. n. 23. p. 1. & alij penes ipsos.

Probari potest hæc opinio, Primò ex iure Canonico, ex cap. Recepimus extra de Priuileg. vbi Summus Põtifex rescribit, quod licet receptus quis fuerit in protectionem alicuius; eum non propterea esse exemptum à iurisdictione sui Episcopi; nec consequenter iuri protegendi annexam esse subiectionem. Inde libertatem illam Protectores asciscendi asserentes, inferunt, Subditos absque præiudicio Dominorum suorum se posse alterius Tutelæ subijcere, eò quòd per eiusmodi subiectionem iuri Magistratus ordinarij, vt verba finalia eiusdem cap. habent, nihil censetur esse detractum. Quòd ipsum nuncupatim stabiliiuit Matt. Vuesembec. consil. 48. n. 30. asserens, non sequi, quòd per Protectorem al-

Anton. Diana, Paris X.

terius iurisdictioni imminuatur; cum defensio sit facultatis naturalis, plana à iurisdictione separata; nec imminuat iurisdictionem alterius; eoque Episcopos subiecti possint, eiusmodi protectionem sibi parare, per alleg. Schurff. consil. 23. in princ. & hoc latius paulò infra probabitur.

Probatum secundò ex iure ciuili, per leg. Desertorem §. fin. ff. de re militari. quam ad hoc allegat, Gail. lib. 2. obseru. 54. num. 4. asserens, iuribus illis expressè probari, inferiores posse se, defensionis causa, superioribus, & potentioribus submittere; neque per illam submissionē iurisdictioni ordinariæ quicquam derogari: per alleg. ibid. Præterea in cõprobationem suæ asserionis adducit leg. 1. C. de Excusat. mun. lib. 10. & tit. singular. Cod. de Domest. & Protect. quarum legum Textus ad hoc adducens Bart. ad. d. leg. 1. n. 2. dicit, positos sub protectione alicuius non esse illi subiectos; nec recipientem in tutelam, iurisdictionem in susceptos habere: sed teneri eos defendere cum armis: addens ibidem, se in facti contingentiâ, cum dubium circa capitula factæ pacis cum Archiepiscopo Mediolanensi exortum esset, in verbis. Quod omnia Castra occupata per Vbaldinos remaneant sub protectione, & regimine ipsorum: respondisse, per ista verba nullam ipsis competere iurisdictionem.

Probarum tertio, quia ius protectionis nullam iurisdictionem tribuit; sed qui in protectionem sunt, nihilominus sub Superioris sui ordinariæ iurisdictione remanent, eique vt antea parere debent. Ità Bart. in leg. 1. num. 2. Cod. de excus. mun. lib. 10. Dec. in c. Ad audientiam num. 1. de Appell. Petr. Ant. de Petr. de potest. Princip. cap. 22. num. 9. fol. 293. Menochius, de Arbitrar. Iudic. cas. 100. num. 9. Ioann. Baptista Asinius, tract. de Execut. §. 11. cap. 5. num. 1. & seqq. Franciscus Zoannet, in repet. leg. vt vim p. 1. n. 9. ff. de Iud. & Iur. Gail. 2. obseru. 54. n. 4. Cardin. Mantica de tacitis & ambigu. conu. lib. 27. tit. 7. n. 15. Alphonf. Modit. §. Principum placita, dubitat. 239. n. 4. Pruchmannus, consil. 17. num. 86. vol. 1. Itaque sub nuda protectione, & commendatione esse, non est sub iurisdictione esse; sed sub defensione facti ab iniuriis, & violentiis; vt obseruat Kolkus, de Contribut. cap. 1. n. 279. Martinus Ruelinus ad auream Bullam Caroli IV. p. 2. dissert. 5. §. 9. & alij penes ipsos. Vndè ex his omnibus præter Doctores citatos, hanc sententiam affirmatiuam docet nouissimè doctus, & amicissimus Nicolaus Fernandez de Castro in Portugal Conuencida, c. 2. sect. 9. vbi sic ait: No ay vna palabra en estas bulas, en que se diga, que Portugal es Feudo de la Yglesia. Dize se bien, que es Censual, y que està de bajo de la proteccion de la Silla Apostolica. Pero esto nada tiene comun con el Feudo, ò Vassallaje; compadeziendose muy bien, que vn Reyno, Estado, Comunidad, ò particular sean Vassallos de vn Principe, y en este sentido Clientes de otro Principe, Yglesia, ò Comunidad, sin que por esso se preiudique al Señor sobranõ y directo, ni se incurra en fellonia: en que es excusado hazer discursos largos, auiendo poco ha publicado los doctissimos en esta sentencia Geronymo Magero, explicando egregiamente la naturaleza de stas clientelas, hasta su edad y escritos poco fauida. Ità ille. Et idèd hanc sententiam puto probabilem esse, & secundum illam Don Aphonfus Henriquez, vassallus tunc Regis Castellæ Alphonfi VII. potuit sine eius præiudicio se cum Portugallia subijcere protectioni Sanctæ Sedis Apostolicæ, vt fecit.

C 3 Opinio

*Opinio negatiua Autharis, & aliorum afferitur, afferentium esse illicitum, Subditos incon-
sulto Domino, Protectorem aliquem
sibi adsciscere.*

RESOLVTIO II.

HIs tamen non obstantibus, licet, vt dixi supra dicta sententia sit satis probabilis: magis mihi placet opinio negatiua, quam tuetur Sigismundus Finkelhanus, *tract. de iure patronatus, c. 1. n. 28. & seqq.* Buxtorff. *ad auream Bullam Caroli IV. Thes. 99. littera F*, Cluien in *Sylloge rerum quotidianarum, Thes. 27. littera F*, Henricus Bocerius, *tract. de iurisdic. cap. 9. num. 97.* Rulandus de *Commission. part. 4. lib. 2. cap. 3. numero 14.* Rolandus à Valle *consil. 29. numer. 6. volumin. 1.* Crauetta, *consil. 933. numer. 33.* Boërius *decis. 304. numer. 6.* Arumæus *ad auream Bullam Caroli IV. discurs. 6. cap. 15. Thes. 2.* Clocchius, de *Contribut. capit. 1. num. 183.* Matthias Stephanus de *Iurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 128. cum seqq.* Martinus Magerus de *aduocacia Armata, cap. 6. num. 296.* Martinus Rumelinus *ad auream Bullam Caroli IV. part. 2. differ. 5. num. 9.* Theodorus Reinkingh de *Regimine Saculari, & Ecclesiastico, lib. 1. Class. 5. cap. 4. num. 59. & seqq.* Zasius *cons. 7. num. 5. lib. 2. Alex. cons. 94. num. 4. vol. 5.* Thomas Michael de *iurisd. Thes. 138.* Bocerius de *Iurisd. cap. 8. num. 97.* Thomas Maulius, *tract. de Homagio titul. 11. num. 5.* vbi sic ait: Subditi non possunt sine consensu domini se subiicere alterius protectioni; nemo enim in alterum trans-ferre potest, quod ipse non habet. *leg. nemo plus, ff. de reg. Jul.* Et non licet subditis contractum vllum facere in præiudicium domini sui. Baldus in *leg. Debitorum. Cod. de pact. per leg. Si vau. §. Antea omnia. ff. eod.* Socinus Iunior, *consil. 1. numero 66. volumin. 4.* Natta *consil. 160. num. 28. & consil. 309. num. 3.* Rolandus *consil. 29. num. 16. volumin. 1.* Quàm autem periculosa sit aliorum protectio; & quantopere Protectores turbent ordinarium Clientum suorum Magistratum; quali ex causa sæpe insectentur subditos contra eum; ibi vbi iustissima anihaduertendi, vel multandi causa est, sub protectionis specie clientes defendentes, vel alia sibi vendicantes: & protectionis ius itidem respectiue & subiectionis, & iurisdictionis viam aperuisse, experientia & Historiæ docent. Præter id, in eo ordinarij iurisdictioni aliquid detrahitur, quodd defensionis dignitas, quæ sui natura iurisdictionem comitatur, cum propter defensionem subditorum, & Iustitia inuenta, & constituta sit; ab Ordinario ad alium transfertur. Vnde à Principe, vel Comite vel alio Magistratu ordinario, suos alterius protectioni, insciis illis, & sine legitima causa sese subiicientes, iniuriarum conuenire posse, per *leg. 1. §. 2. ff. de Iniur. existimat* Frideric. de *Mandat. lib. 2. cap. 14. numero 4.* Nec obstat, cap. *Recepimus*, & cap. *ex parte, extr. de Priuileg.* nam vtrumque capitulum loquitur de speciali protectione eius, qui aliàs est vniuersalis Protector, & superior. Et ità, cum Imperator sit vniuersalis Protector, & Superior, *leg. Deprecatio, ff. ad leg. Rhod. leg. benè à Zenone, Codic. de quadrien. præscr.* nihil noui fit, si ipse Imperator aliquem in specialem protectionem recipiat: Vnde Panormitanus in *d. cap. Recepimus, numero 4. de priuileg. & Ancharan. consil. 87. num. 2.* Natta *consil. 237. numero 2.* aiunt, parum operari ta-

les receptiones in protectionem; imò, quando Imperator priuatas personas in protectionem specialem recipit, indè nemini præiudicat: Ita Panormitanus in *cap. Ex tenore, cl. 1.* aliàs ex parte de *priuileg.* quod non est in reliquis Principibus, qui nihil superioritatis habent in alienos subditos; igitur illis se immiscere non debent. Pertinet enim ad proprios, & ordinarios dominos subditos suos tueri atque defendere; vt supra est dictum. Et nemo debet se in officium alterius intrmittere vt notat Bartolus in *leg. Provincus, num. 1. Cod. de nu. actuar. lib. 12.* Hucusque Maulius.

Itaque rectè iura fanciunt, quòd subditis in præiudicium Superiorum suorum nullatenus liceat contrahere, aut moliri quippiam, ex quo iis præiudicium aliquod oriatur. *arg. §. fin. ibi Damianorum. Inst. de his qui sui; leg. Si vnus 27. §. Pacta vers. ante omnia. ff. de pact. leg. debitorum 25. cum ibi notat. ab Alexandr. in primo notab. num. 2.* Baldus, & Vuesembecius *numero 4. Cod. de pact.* Bodinus, de *Republic. lib. 1. cap. 8.* vbi scribit, nihil est, quod magis Principum animos commoueat, quàm pacisci per vim cum subditis: vt refert Auctor in *actis pacificat. Colonienf. pagin. 283.* Decius in *leg. 59. ff. de re iudic. idemque consil. 117.* & idem nuncupatim asseruit Socinus Iun. *consil. 1. num. 66. volum. Natta consil. 160. num. 28. & consil. 309. numero 3.* Baldus in *leg. Debitorum. Cod. de pact.* Rolandus à Valle, *consil. 29. volum. 1. num. 6.* vbi tradit Ciuitates recognoscentes Superiorem, non posse aliquid statuere aut facere in præiudicium præeminentie Superioris. Nam factum cuique suum nocere debet; nec vnus conditio per alium deterior fieri potest. *leg. Factum. ff. de regul. Iur. leg. Si cui §. isdem. ff. de accusat. cap. cum super de re iudic. cap. cum dilect. de fid. Instrument.* Et cum hoc in quibuslibet aliis personis locum habeat; multò minus licet iis, qui alicuius iurisdictioni subiecti sunt, ei per suum factum, & alium defensorem suscipiendo, obesse, & præiudicium parere. *arg. leg. nec ex verb. Cod. de acquir. possess. & arg. cap. licet vniuersis, & ibi Gloss. de testib. Regner. Sixtin. consil. Marpurg. vol. 3. consil. 8. num. 51. & 52.* Sed negari non potest eiusmodi protectionis pactionem præiudicare vero domino; cuius obedientia paulatim minuitur, & defensoris augetur, vt in terminis tradit, Thomas Michael de *iurisdic. conclus. 13. & littera E*, allegans in simili *Zasium consil. 7. num. 5. lib. 2. M. Stephan. de Iurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 132.* D. Hopingk *dissert. de Iure protest. conclus. 32. littera E*, Paurmeist. de *iurisd. lib. 1. cap. 9. num. 19.* Quamuis enim protectionis ius tenue existimetur & nihil cum superioritate respectu patroni, vel cum subiectione respectu clientum, commune habeat; negari tamen non potest, tale id esse, ex quo constituti patroni, alia sibi paulatim in personis protegendis iura quærendi, & vsurpandi, ea scilicet existente occasionis commoditate, & vnum ex alio in dies pullulet; aniam facillè arripere possint: vnde non leue ordinario Magistratu præiudicium generari queat; vt rectè perpenderunt Thomas Michael *d. conclus. 138. lit. E.*

Et tandem certum est, inferiorem non posse falsam imponere in ius, vel interesse Superioris *leg. si constit. 4. Cod. fin. regund. vel eidem in aliquo derogare leg. 3. in princ. ff. de alienation. Iudicij. mutand. leg. nam Magistratum ff. de arbitris leg. ille à quo 4. §. semperstinum. ff. ad Trebell. leg. non autem Magistratus.*

Stratus. ff. de Minorib. leg. formam. 2. Cod. de Officio Praefect. Praetor Orient. Beccius consil. 56. num. 18. ad fin. & seq. Et ne populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere potest in his, quae tangunt ius Superioris in graue ipsius praedictum Baldus *leg. 3. S. Illud quoque num. 2. ff. quod quisque iuris.* Andr. Kninch, *de Sax. non pronoc. Iure verb. Ius, cap. 2. num. 63.* Verum si, inscio domino, subditi cum alio potentiori incant protectionis vnionem, id absque praedictum ipsius domini fieri nequaquam potest; vt accumulatis argumentis non in-eleganter deducit Petr. Frider. Mindan. *d. capit. 14. quest. 1. per discursum.* Thomas Michael, *d. disput. de iurisdic. conclus. 138. lit. E.* Quia Subditi eiusmodi clientes, cum se niti sciunt potentioris aduocati vi-ribus auxiliariis; cum iactura publicae quietis, quae tamen vel maxime promouenda est *leg. 131. princ. de offio. presid.* aduersus dominum sepiusculè cristas erigunt; Arum, *ad auream Bullam disc. 6. cap. 15. §. 2.* Quare eiusmodi, inuito Magistratu proprio, facta à subditis cum potentioribus patronis aduocatae conuentio; dum illi ad ordinariae iurisdic-tionis excussionem, & mouendam contra pro-prium dominum rebellionem, & detrectanda one-ra consueta, patrociniò abutuntur; nihil aliud sape-re videtur, quam occultam quandam aduersus Ma-gistratum ordinarium conspirationem, & confœde-rationem, *arg. cap. Constitut. §. Caterum de verbor. signif. in 6.* Et publicis eiusmodi pactioibus subdi-ti reddi videntur audaciores aduersus dominos suos ordinarios; quibus faciliùs resistunt adiuti prote-ctorum auxilio; id quod repugnat publicae utilita-ti; ita considerat Menochius *consil. 28. num. 7.* Ad-de, quod si subditis liceret, dominis ordinariis in-uitis, protectionem pacisci; contingeret, facto ip-sorum ius defensionis illorum dominorum præter voluntatem eorum in alium transferri, vt per se pa-teret. Sed consequens repugnat iuri naturali, & scri-pto, ex doctrina Nattæ *consil. 367. numero 2. & 3. vol. 2.* Tum quòd subditi nec dominorum possessio-nem interuercere possunt, Decianus *in Tract. crim. lib. 2. capit. 32. num. 13.* Nec iurisdictionem in alios prorogare, Sola *in Constitut. Sabaud. Rubr. de for. compet. verb. Subditos nostros Gloss. 1. numero 9.* Sur-dus *consil. 47. num. 25. & 34.* Laudens, *de Princip. quest. 33.* Tessaur. *decis. 266. n. 6.* Baldus *consil. 121. volum. 3.* ergo se submittere absque dominorum suorum voluntate, ac præcognitione subditis non licet.

Item, si licitum esset subditis, inconsulto Magi-stratu ordinario, alienae se tutelae subiicere; non raro contingeret; dum fortè opponendi sese occasionem yndecumque captarent, subditos contra dominos defendi; sed hoc ipsum iura prohibent, attestante Yvesembec, *consil. 48. num. 8. part. 1.* vbi veritum esse, ait, in terrarum dominiis alterum alterius im-pedire iurisdictionem, Bartolus *in leg. qui iurisdic-tio-ni, num. 7. de Iurisdic. Baldus in leg. testamenta, n. 2. Cod. de testament.* Geminian, *in cap. 1. num. 2. & 4. in cap. 1. de Offic. ord. in 6. per §. Non habeat in authent. de defens. Ciuitat. §. Iubemus de collas. capit. Dno 9. capit. Pastoralis 11. de Offic. ord. cap. 1. de Offic. Legat. cap. 1. capit. vt litigantes, de Offic. ordin. in 6.* Vel al-terius subditos contra dominum defendere, aut in tutelam recipere *leg. 2. vbi Cuiac, Cod. vt nemo ad suum patroc. lib. 1. 1. & in leg. quidam 132. de verbor. oblig. & Cod. Theodol. lib. 11. titul. 24. de patrim. vic.* Ergo, &c.

*Adducuntur aliqua limitationes supradicta
negatiua sententia.*

RESOLVTIO III.

Licet, vt probatum est, absolurè loquendo, non liceat subditis, inconsulto domino, se subiicere protectioni, aut clientelae alterius potestatis fallit tamen necessitate urgente, vt obseruat Kolckius *de Contribut. cap. 1. numero 283.* & alij Do-ctores in superiori Resolutione citati, Et ratio est, quia necessitas est ingens telum, nulli subie-ctum legi, *leg. 1. de Offic. Proconf. leg. 7. §. 3. ff. quod vi, aut clam.* sed ipsa facit legem, *Remissio-nem 1. quest. 1.* ac nulla curat priuilegia, latè Tira-quellus *in tractat. Lignag. §. 26. gloss. 1. numero 19. & seqq.* Ideoque factum necessitate urgente, cul-pabile non est, *cap. Ad limina causa 30. quaestione 1.* Hieronymus de Cauall, *in spec. commun. opin. quest. 906. num. 50.* Et propter imminens periculum re-ceditur non solum à regulis iuris communis, sed etiam prohibitiui. Iason, *ad leg. de pupillo §. prater-ea, ff. de nou. oper. nunciat. vbi allegat, leg. Si quis filio exheredato §. Hi autem in fin. de iustit. rupt. in it. fact. testam. Zasius 1. consil. 21. numero 11,* vbi exem-plo id illustrat. Et urgente durissimo necessitatis telo, quae iniusta sunt, iustissima censentur, vt de-clarat Bodinus *§. de Republ. capite 5. pag. mibi 896.* adde Neuizanum, *in Sylu. nupt. lib. 5. sub titul. quo-modo iudicandum, num. 48.* Itaque nostra opinio fallit, quories subditi, ob iustam, & necessariam cau-sam, alterius patrociniùm implorare coguntur: quod fit: quando dominus territorij ordinarius illos vel propter negligentiam defendere nolit, vel propter absentiam, impotentiam, aut alias causas defendere non possit, *Fac. leg. 23. ff. quod met. caus.* Et ita docet Nicolaus Myllerus *in addit. ad Rume-linum super auream Bullam Caroli IV. part. 2. dis-sert. 5. num. 9.* Sigismundus Frincheltaus *de iure patronatui, cap. 1. num. 27.* Reinkingk *de Regimine Seculari, & Ecclesiastico, lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 80,* cum aliis penes ipsos.

Obserua tamen in occurrentibus casibus, quod cautio erit adhibenda ab his, qui extranei Principis auxilio vltro se munire, & defendere satagunt, vt ita protectionis capitula moderentur, & componant, ne quidquam potestati domini proprij detrahatur; & ne ex illis occasio subiectionis potius, quam pro-tectionis suboriat. Calamitas namque xui nostri suggerit, multoties euenire, vt quos opis causa euo-cauimus, metuamus; & exempla in promptu sunt, ac Historiarum monumenta commonstrant, pluri-mos ex officio protectionis transiisse in vsurpatio-nem potestatis; Petr. Gregor. Tholos. *lib. 11. de Re-publ. c. 11. n. 6. & lib. 23. cap. 3. n. 9.* vbi, vt gradus fiat ad nouum Principatum saepe solere alterius sub-ditorum protectionem suscipi, verissimè tradidit. Itaque cautelas aliquot prudenter initae protectio-nis tradit Bodinus, quarum inter alias hæ sunt. Prima vt patrocinià sint gratuita; quia officio merces non debetur, *leg. 1. ff. mand.* Secunda, vt æquissimis conditionibus vterque vtrique teneatur. Tertia, vt patrociniij tabulis, quas Nostri protectionis literas appellant, testatum sit clientibus iura salua, & in-tegra futura; quae tabula à nouis successoribus rata habedæ sunt; alioquin patrociniùm, vt morte clien-tis, & ita & patroni, dissoluitur. Quarta vt patroc-i-nia breuiore temporum interuallo circumscriban-tur,

tur, & terminentur; vt si clientibus grauiora videantur, mutari; si honesta, continuari possint; quod exemplis illustrat. Quinta, omnium optimam, & maximam cautionem dicit, ne patroni clientum arces vel oppida præsidio militari teneant. Hinc à Bruto tribuno Plebis, velut à Oraculo, in concione populi Romani dictum est, vnam esse tenuium aduersus potentiores securitatis cautionem; vt scilicet potentes, si nocere velint, non possint: cum nocendi voluntas ambitiosis hominibus, & imperandi cupidis numquam sit defutura; de quibus vide Bodinum 5. de Republica, dict. cap. 6. cui adde Kolcekiū, & alios, vbi supra.

Respondetur ad Argumenta adducta pro affirmatiua sententia.

RESOLVTIO IV.

EX his omnibus patet responsio ad omnia fundamenta, quæ pro stabilienda affirmatiua sententia appolita sunt supra in Resolut. 1. Quamuis enim protectio iurisdictionem non tribuat, nec dominium prober, aut à iurisdictione ordinarij eximat, per supra allegat. non tamen inde deduci potest, quòd temerè tut ditis liceat protectorem euocare vel suscipere, cum id multis aliis in rebus, vt liquet ex supradictis rationibus, propriis dominis præiudicare possit. Quæ propter, quoniam sub huiusmodi titulis periculosè peccari solet, & sub umbra protectionis clientes in seruitutem trahi (cuius non aliquid redollet lex 7. in fin. ff. de capt. fiunt, inquit, apud nos rei ex ciuitatibus Fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus) visum est Summis Pontificibus necessariū in Ecclesiasticis excindere radices, vnde fraudes, Ecclesiarumque præiudicia nasci possunt: adeoque Præsulibus, aliisque Ecclesiasticis disertè vetitum est, ne transeant, Ecclesiamque suam in clientelam alicuius, protectionem aut aduocatiā concedant cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.

Itaque nunc tantū restat respondere ad iura Canonica, & Leges ciuiles in contrarium adductas. Et ad cap. Recepius extra de priuileg. quod præcipuè allegari ad hanc rem solet, dico quòd illud nostram non stringit sententiam, quæ de non requisito domini consensu disputat; allegatum autem capitulum strictè loquitur in casu, quo ipse Papa protector electus fuerat; & quæsitum in eo principaliter fuerat. An per solutionem census, quæ fit Romanæ Ecclesiæ, probetur exemptio à iurisdictione Episcoporum? Et rescripsit Alexander Pontifex, quòd sicut non omnes specialiter Beati Petri iuris existentes annuatim Apostolicæ Sedi censum exoluunt; ita non omnes Consulares ab Episcoporum subiectione habeantur immunes. Inspecienda ergo priuilegia Ecclesiarum, & ipsorum tenorem diligentius attendendum: vt si fuerit deprehensum, quòd Ecclesia, quæ censum soluit, specialiter B. Petri iuris existat, & ad indicium perceptæ libertatis census annuus conferatur; non immeritò speciali possit prærogatiua gaudere; si verò ad indicium perceptæ protectionis Census persoluitur Ecclesiæ Romanæ; non ex hoc iuri diocesani Episcopi aliquid videri subtrahendum. Itaque nihil reperitur in allegato hoc cap. Recepius; quod pro affirmantium opinione fulcienda, facere possit. Et ita ad hunc Textum respondet Dominicus Arumæus ad auream Bullam Caroli IV. discurs. 6. cap. 15. num. 2. vbi sic ait: Quod enim ad cap. Recepius extr. de Priuileg. attinet, nihil id aliud innuit, quàm per persolutionem census annui, quæ

fieri Romanæ Ecclesiæ solet, non probari exemptionem à iurisdictione Episcopi, quod sanè nostram non afficit sententiam; quæ an incio, imò inuito domino, census honorarij annui loco persolui aliquid alteri possit, collimat. Qua de re oppositum cap. non agit, si quidem an census ille pro patrocinio, vel qua alia de causa, & an inuito Episcopo Ecclesiæ Romanæ persolutus sit, non insinuat, similiter non obstat cap. Ex parte eod. Loquitur enim de iis, qui recepti sunt sub protectione Papæ, dicitque eos per hoc ab Episcoporum suorum potestate minime extrahi. Nam etiam sine speciali receptione, vniuersalis potestatis intuitu eidem subiecti sunt. Hucusque Arumæus.

Ad leges verò ciuiles adductas respondeo cum Magero de aduocata armata, cap. 6. num. 389. quòd ad §. finalem in l. Desertorem ff. de rei militis. attinet, clarum esse illum loqui de desertoribus militiæ capite puniendis, qui Præfectum, vel Magistratum militiæ, cum possent, non protexerunt: nec vllam ibi fieri mentionem de libertate Subditorum in eligendis protectoribus, palàm est. Præterea protectores, quorū fit mentio leg. 1. C. de excus. mun. lib. 10. & tit. singulari. Cod. de domest. & protectoribus lib. 12. erant ex armata militia delecti, qui defendendi, & protegendi causa Principi semper erant à latere; quique, vt ipse Imperator ait, leg. 9. Cod. Theod. eod. tit. protegendi lateris nostri sollicitudinem patiuntur. Vide Cuiac. titul. de Dom. st. & protect.

An opinio superior obstet Eminentissimis Cardinalibus, vel Romanis Baronibus, qui cum stemmatibus Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis in eorum Palatijs, videntur profiteri stare se sub protectione dictorum Principum.

RESOLVTIO V.

Qui negatiuam sententiam superius adductam tenent, hæc non approbant: nam vt diximus, putant, quòd ex hoc autoritas, & obedientia veri domini, non parum minuatur: imò iniuria quodammodo afficiatur dominus dum pro tali reputatur, qui tanti non sit animi, ac potentia, vt suos tueri possit. Licet enim protectio à iurisdictione non eximat; est tamen plerumque Politicis ad stipulantibus, initium iurisdictionis. Adde, quòd de Eminentissimis Cardinalibus adest maior difficultas, stante Bulla Gregorij X. vt obseruat Gregorius Becht, in Tract. de securitate, & saluo conducto. c. 10. Quod probatur, vt supra cursum tetigimus, ex cap. Huc consultissimo de reb. Ecclesia non alienandis in 6. vbi ad literam prohibetur, ne Prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia, vel iura Laicis submittant, aut subiciant; nec etiam ipsos in patronos, vel aduocatos perpetuò, vel ad tempus modicum constituent. Nisi vltra Capituli consensum, Apostolicæ quoque Sedis licentia specialis accedat. Quod quidem aded strictè prohibetur, vt si contractus aliter factus fuerit; tamen iurisdictioni accessione, aut pænæ adiectione vallatus fuerit; is tamen viribus omnino carere, nec vllum ius præscribendi tribuere intelligatur. Quem textum ita simpliciter intellexisse videtur Zasius in Compend. feud. part. 10. de feud. amiss. post num. 55. dicens, huiusmodi aduocatos non esse perpetuos, sed reuocabiles; nisi Summi Pontificis, in paciscenda protectionis vnione, consensus accesserit; per d. Text. in cap. Hoc

Hoc consultiſſimo. Vide etiam Henricum Roſenthal in Synopſ. de feudis, cap. 4. concl. 14. num. 5. expreſſe ad ſeuerantem, hodie ob prohibitionem iuris Canonici, Prælatos non poſſe aſſumere Laicos in aduocatos, & protectores per Textum in c. 1. de rebus Eccleſia non alienand.

Verum qui tenent partem affirmatiuam, omnia hæc negabunt; quia nec aduocatus, vt dictum eſt, vel protector per ius protectionis naſciſcitur aliquod dominium per capit. Præterea 23. de iur. patronat. cap. In ſingul. Regnis de ſtat. monach. Baldus in leg. ſin. C. de ediſt. diu. Adr. tokend. Butrius in c. Examinata de iudic. num. 11. Panormitanus in cap. Quia Clerici de iur. patron. Hoſtienſis in Summa de iur. patron. §. Quid competat, Duarenus de Sacr. Eccleſ. miſtr. lib. 5. cap. 4. poſt prin. Sed ius protectionis ſecum adfert, vt Clientes contra vim, & violentiam aliorum defendantur, leg. non dubito. §. 1. ff. de capti. & poſtlim. xen. Bud. in leg. Herenius ff. de euiſt. Modest. Piſt. conſil. 43. numero 20. Nec videtur obſtare, quod Episcopis, & Prælatiſ, abſque conſenſu Papæ ſæcularem protectorem ſuſcipere non liceat: nam, vt obſeruat Magerus de aduocacia armata, capite 6. numero 416. qui attente conſiderat, videbit textum illum non loqui de ſimplici iure aduocacia, ſeu protectionis, quale hoc eſt, de quo nos tractamus; ſed de quadam alienatione rerum immobilium ſeu iurium Eccleſiæ, quæ fit ſub prætextu aduocaciæ intelligendum eſſe; & in effectu dumtaxat Summum Pontificem ibi prohibere, ne Prælati bona immobilia, vel iura Eccleſiarum, Laicis ſubmittant, aut ſubiiciant; conſtituendo illos perpetuos aduocatos, vel ad tempus non modicum; recognoſcendo talia bona ab ipſiſ, tanquam aduocatiſ; ſiue profitendo ſe ab illiſ ea, tanquam à ſuperioribus, tenere. Cum omnibus hiſce modis, ratione tecta, inducatur alienatio quædam, & ſeruitus; vt poſt Gloſſ. Archidiacon. Gemin. Ancharan. & Fran. loco infra alleg. conſulendo docuit Georg. Euerh. conſil. 56. numero 4. 6. & 7. Ex qua declaratione ſatis colligitur, ſimplex, & citra rerum Eccleſiaſticarum alienationem; conſtitutum aduocaciæ ius à Gregorio Papa in d. cap. 2. non improbari; nec ab eodem prohiberi, quominus Eccleſiaſtici Antiftites, rebus Eccleſiæ ita ferentibus, protectores abſque licentia Papæ conſtituere, ac ſuſcipere poſſint; prout in hunc ſenſum ibi declarat Gloſſa in verb. ſpeciali, & in verb. Aduocando. Archidiaconus ibi num. 4. Dominicus de S. Gemin. col. 2. ad fin. Petr. de Anchar. numero 1. Phil. Franc. num. 4. & cæteri Canoniftæ ibid. Et hoc vel inde ſatis liqueſcit, quod etiam ſine vlla Summi Pontificiſ requiſitione ius protectionis Eccleſiaſticarum perſonarum & rerum, vt plurimum conferatur Laicis, non refragantibus ipſiſ Canonibus: vt patet in c. Generali 13. de Eleſt. in 6. item in capit. Pen. extr. de pœniſ. vbi Textus rotundus; ibique Abbas col. ſin. bis hoc notat, & in multis aliis.

At, vt verum fatear, ego puto omnia ſupradicta nihil obſtare, nec officere contra Eminentiffimos Cardinales, neque contra Barones Romanos: quia appoſitio illa ſteminarum Regiſ Hiſpaniæ, Galliæ &c. in ſuiſ palatiis, non conſtituit protectionem, de qua eſt quaſtio inter Doctores, & de qua nos loquuti ſumus in hoc Tractatu: ſed eſt quædam extrinſeca demonſtratio ſe bene affectos eſſe huic, vel alteri Regi. Confirmatur; quia ſicuti plures alij; hic Romæ apponunt in eorum domibus inſignia dictorum Cardinalium, & Baronum; & tamen non ex hoc ſequitur ipſos ſe ſubii-

cere illiſ tanquam clientem, & recipere eos in protectores ea ſubiectione, de qua in hoc Tractatu loquuti ſumus: ita idem dicendum eſt de Cardinalibus, & Baronibus erga Reges. Quod etiam confirmatur ſecundo, nam ius protectionis, de quo loquimur, perficitur ſcriptura instrumentiſ clientularibus, cum pactiſ, & cum quibuſdam obligationibus inter patronos, & clientem, &c. vt videre eſt apud citatos Doctores pro ſententia negatiua, & affirmatiua: quæ quidem omnia non interſunt in caſu noſtro inter Cardinales, & Barones cum Regibus. Ergo &c.

Verum etiam ſi in rigore hæc Inſignium appoſitio in palatiis Cardinalium, & Baronum demonſtraret ipſos ſub ſtricta protectione illorum Regum ſtare; adhuc aliqui putant noſtram ſententiam contra illos non obſtare; quia, vt obſeruat Magerus de Aduocat. armata, cap. 6. numero 574. in terminis caſu noſtri ſubditis patroni electio eo etiam caſu permiſſa cenſetur, quæ ij, ſcientibus tacentibus, & non contradicentibus dominiſ ſuiſ ordinariis, tutelam alicuius potentioris efflagitant: eod quod ſcientem actum, quem contradicendo impedire poterant; ſi taceant, pro conſentientibus habeantur; per text. in leg. ſinal. ff. quod cum eo, gloſſ. capit. Is qui tacet, de regul. iur. lib. 6. gloſſ. Caius 39. ff. Pignorat. gloſſ. leg. Fideiuſſor. 26. §. Pater. verb. manifeſtum ff. de pignor. gloſſ. capite 2. verb. tacuerit. diſt. 26. gloſſ. capite 8. ext. de hiſ qua ſiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capituli. Iaſ. leg. qua dotiſ 33. numero 76. ff. ſolut. matr. Tiraquellus, in tract. de utroque retractu §. 9. gloſſ. 3. numero 16. Vnde regula communis eſt, quando geritur actus pertinens ad alicuius partiſ commodum, incommodum, vel præiudicium, & ſciens illum non improbat; videtur eum tacite approbare, ſecundum Bartolum in leg. quo enim ff. rem ratam haberi per leg. ſi abſente. Cod. ſi cert. pet. Et loquitur ibi Bartolus, quando actus eſt geſtus in abſentia partiſ, quæ poſtea habuit notiariam; nam ſi non contradicit, approbare videtur. Ergo, vt patet, cum Summus Pontifex hæc omnia ſciat, & non prohibeat; videtur illa concedere, & conſentire.

Sed ego prorſus exiſtimo, Pontificem nunquam conſentire, & concedere, vt talia facientes ſe conſtituant ſub ſtricta protectione Regum, de qua loquuti ſumus. Solum ergo permittit illos talia facere ad oſtendendam animi propenſionem in talem, vel talem Regem; quatenus vel tales Cardinales ſunt nati in eorum Regniſ; vel exercent aliqua munia ſpectantia ad dicta Regna, vel ſunt Cardinales, aut Barones de dictiſ Regibus benemeriti. Et quidem nemo cordatus poteſt credere, quod Rex Hiſpanus permetteret aliquem ſuum Dynaſtam ſe ſubiicere protectioni, & clientelæ Regiſ Galliæ, & e contra. Ergo neque credendum eſt, quod Summus Pontifex vnquam eſſet permiſſurus Cardinales, & Barones Romanos in aduocaciæ aliorum Principum ſe conſtituere.

TRACT.



TRACTATUS VIII.
DE PŒNIS,
SEU MULTIS
Pecuniariis Episcopo non
applicandis.

An Episcopi possint imponere pœnas pecuniarias? Et affirmatiuè respondetur.

RESOLVTIO I.



HANC quæstionem à nullo Theologo morali inuenio diligenter pertractatam, & tamen est aded practicabilis, ideò ad communem utilitatem latè illam examinabo. Et quò ad primum, videtur Episcopus non posse pœnas pecuniarias imponere, ex cap. *Pauper* 11. quæstione 3. cap. *Si lapsis* 50. dist. cap. 3. de pœnis, cap. *Irrefragabilis* §. ult. de *Officio ordinarij*. & cap. *ut Clericorum*, de vita, & honest. Cler. per quæ iura habetur, quod delinquentes non sunt in pecunia puniendi, quia personæ delinquent, & non pecunia, ut §. *Oportet, collat.* 3. de *mand. Princip.* quare pœna suos debet sequi *Authores leg. Sancimus Cod. de pœnis*. Hinc Isidorus; citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit posse redimere, cap. *Pauper* 11. q. 3. & Hostiensis in *Summa, tit. de Offic. ordin. §. Quid pertinet num. 4.* dicit, quod delicta debent puniri secundum statuta Canonica, & non secundum quæsitum pecuniar. Hanc etiam sententiam docuit Segura Dauolos *part. 2. cap. 10. per totum*; & probari potest ex autoritate Francisci Alfari de *Officio Fiscalis Gloss. 9. num. 9.* qui tenet, Episcopum non habere Fiscum.

Verùm his non obstantibus, tanquam certam opinionem affirmatiuam tenendam esse puto, nempe Episcopos posse imponere pœnas pecuniarias; ex praxi vbiq; recepta, & probatur ex cap. *Dilectus de officio Ordinarij, cap. si vos 23. quæstione 5. cap. Cum sit nimis §. ult. de Iudicis*; & docent communiter Doctores, vt Corneus *conf. 19. lib. 2. per totum*. Farinacius *tom. 1. quæstione 19. n. 51.* Iulius Clarus, *lib. 5. quæstione 80. num. 5.* & alij, quos adducit, & sequitur Mauritius de Alzedo, de *Praminentia Episcoporum*, p. 1. cap. 12. num. 90. & Barbosa de *Potest. Episcop. part. 3. allegat. 107. num. 16.* firmantes etiam Episcopos, saltem ex consuetudine habere fiscum, vt notauit etiam Couarruias, Bobadilla, Regens de Vico, & Salzedus in *locis infra citandis*. Et ad iura superiùs allata respondent, & concordare nituntur plures, quos inuenies apud Seguram Dauolos *vbi supra*. Itaque certum est posse Episcopos pœnas pecuniarias imponere etiam Laicis ex delictis mixti fori contra Regentem de Vico in *Pragmat. Regni Sardinia, tom. 2. tit. 7. c. 6. n. 7.* & ita firmat Farinacius *tom. 1. quæst. 19. num. 51.* quia ex talibus delictis Ecclesiasticæ Iurisdictioni se subiiciunt, vt in cap. *Sta-*

tuimus 16. quæst. 1. & cap. *Quisquis* 17. quæst. 4. & notat Abbas in cap. *Licet de pœnis*.

Episcopos non posse pœnas pecuniarias sibi applicare, sed applicandas esse pjs locis demonstratur.

RESOLVTIO II.

SEd difficultas est, an Episcopus dictas pœnas pecuniarias possit sibi applicare. Et respondeo, quòd stando in iure communi antiquo, sunt aliqui affirmatiuæ sententiæ adhærentes, vt docet Bald. in *auth. bona damnatorum lib. 2. Cod. de bonis proscriptorum*, Ananias in cap. *Excommunicamus in princ. n. 9. de hereticis*, Angelus de *maleficijs, in verb. eius bona, n. 30.* Barbatia, *conf. 22. n. 12. vol. 3.* Gomez *super leg. 7. Tauri n. 75.* Franciscus Marc. *decif. 339. n. 12. p. 1.* at tamen minimè hoc procedere, (ait Couarruu. *lib. 2. Var. c. 9. n. 9.*) vbi sententia Iudicis pœna pecuniaria infertur: sed si tantum eadem pœna statuto, aut constitutione sancita fuerit, poterit Iudex Ecclesiasticus eam in proprios vsus expendere, id etenim fit statuti, & legis autoritate: ex quo suspicio auaritiæ abest ab ipso Iudice, cum per statutum ea pœna Episcopo, aut Iudici adiicitur, notat Hostiensis, Abbas, & Felinus, in c. *Irrefragabilis §. cæterum*. Quòd etiam ex Neotericis Hispanis docet Ber. Diaz in *Practica criminali, c. 142.* Auendagnus de *exequendis mandatis, p. 1. c. 7. n. 1.* & Bobadilla in *Politica tom. 1. lib. 2. cap. 17. n. 199. & 200.* vbi sic ait: En lo que toca à tener fisco los Obispos y las glesias, Baldo y otros Autores afirman, que no le tienen, excepto el Papa y la Iglesia Romana, ni pueden condenar para su Camara, pero lo contrario se guarda por costumbre vniuersal aprouada por comun opinion, aunque no tiene su fisco todos los priuilegios del fisco Real lo que aplican à su Camera los dichos Prelados, deuen conuertirlo en obras pias, y gastos de Iusticia, siendo por via de multa, ò pena arbitraria: mas lo que aplican en virtud de ley, ò estatuto, como quiera que en esto cessa la ocasion de codicia, bien pueden adjudicarlo a si, conforme à la disposicion legal: y aun lo vno y lo otro, si el Obispo fuesse tan necesitado poderia aplicarlo para si. Ita Ille.

At hæc omnia, & opinio horum Doctorem procedit, vt dixi, in terminis iuris antiqui; tamen hodie cessat hæc difficultas: nam stante Decreto Concilij Tridentini, *sess. 24. cap. 3. de Reformat.* absolurè dicendum est, Episcopos non posse vllò pacto, sibi applicare pœnas pecuniarias, vnde ad compescendam aliquorum Episcoporum auaritiã, hîc per extensum apponam verba Doctorem. Et ideò in primis agmen ducat.

Ioan. Monachus de *Perfetto Confessario, tom. 2. lib. 4. p. 6. tract. 4. docum. 2. num. 2.* sic ait: Quanto al fisco se ha de aduertir, que por Derecho comun era prauemente controuerlo entre los Dotores, si el Obispo podia tener fisco, y aplicarle penas pecuniarias en que condenasse à los Reos: vnos lo negauan principalmente quãdo los Reos eran Seculares: mouean se por vnos Textos del Derecho, que parece lo disponian assi. Otros fundados en otros Textos afirmauan, que era licito, con tal que el Obispo no se mouisse por auaricia, si no con zelo de iusticia, ni aplicasse para si las penas pecuniarias, sino que las conuertiesse en vsos pios. Pero ya en estos tiempos està quitada à por mejor dezir compuesta esta controuerfia, por ser expressa disposicion del Concilio Tridentino, que el Obispo pueda tener fisco, i condenar

i condenar en penas pecuniarias; si bien el mismo Concilio en el lugar citado, por desmentir la sospecha de avaritia que tan lexos de estar de las personas Ecclesiasticas; y principalmente de los Obispos ordena expressamente, que el Obispo no pueda aplicar semejantes condenaciones a si, ne a su Camera, sino a lugares, y obras pias; y segun vna declaracion de los Cardenales que refiere Barbosa, ni aun para el salario del Vicario las puedan aplicar.

Daniel de Nobilibus in *selectis controuersis iuris sacri, & civilis, disp. 30. num. 66. & 67.* Has autem pœnas pecuniarias, si per statutum iure antiquo, sint impositæ, poterit Episcopus per se retinere vel suæ Cameræ applicare; at si per sententiam imponantur, honestius locis piis applicabit, nisi Episcopo indigente. Hodie tamen post Concilium Tridentinum, *sess. 25. cap. 2. & 10. de Reformat.* videtur omninò has pœnas in vsus pios conuertendas, ita vt, nec in fabricam Ecclesiæ, nec in mercedes conuerti possint.

Ioann. Baptista Ciarlinius; in *Controuer. Forens. tom. 1. cap. 50. num. 37.* Certum esse cognoscimus Episcopum, & eius Vicarium posse multare etiam Laicos, & pœnis pecuniariis punire in casibus ad eius forum spectantibus *c. licet, vbi Abbas, de pœn. cap. Statuimus 16. quæst. 1. cap. Quisquis 17. quæst. 4. de communi*, Felinus in *cap. Irrefragabili §. Caterum, num. 5. de offic. Ordin.* Hostiensis, Butrius, Anania, Cardinalis in *cap. ad aures, de Simon.* Peregrinus de *Iur. Fisci, lib. 1. tit. 2. num. 106. post multos*, Augustinus Barbosa *6. alleg. 107. num. 18.* perbelle Martha de *Iurisd. part. 1. cap. 50. num. 18.* pro quo notandum est antiquitus poruisse Episcopos multas statutis Ecclesiasticis inflictas sibi applicare, & in proprios vsus conuertere, quas vnico suo arbitrio imponebant, locis piis distribuere solebant ad euitandam auaritiæ suspicionem. Hostiensis in *Sum. tit. de Offic. Ord. §. Quid pertinet, versic. non tamen debet.* Abbas in *6. cap. licet n. 9. de pœnis.* Couarruias, *var. resol. lib. 2. cap. 9. n. 11. March. decis. 339. n. 12. part. 1.* tamen hodie Episcopi id facere non possunt, sed multas pecuniarias eo ipso, quod exactæ fuerint, locis piis assignare debent, adeo vt nec aliquam portionem suo valeant applicare Vicario, nec Cameræ Episcopali, aut fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, non obstante quacunque consuetudine non præscripta Concil. Trident. *25. cap. 3. de Refor.* & ita decreuit sacra Congregatio.

Marcellus VVlpe in *Praxi Iudiciali, cap. 46. n. 1. & 2.* Quamuis Iura Canonica videantur prohibere Episcopis imponere & exigere pœnas pecuniarias; quia de radice cupiditatis, & auaritiæ prodire videtur, *cap. Irrefragabili §. fin. de offic. Ord.* vbi habetur quod Prælati non debent eorum statuta ad quæstum pecuniæ conuertere: tamen Abbas in *cap. vt Clericorum num. 10. de vita, & honest. Cleric.* dicit communiter per doctores teneri, posse ab Episcopis pœnis pecuniarias imponi, & exigi: & nouissimè per Concilium Tridentinum, *sess. 25. cap. 3. §. In causis verò de Reformat.* id approbatum est, ibi per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus eo ipso quod exactæ fuerint, assignantur. Verùm non ita passim pœna pecuniaria imponenda est: sed quando Episcopi viderint alias pœnas paruipendi, & pecuniariam timeri. Vnde quando ex vrgenti causa pœnæ sunt imponendæ, illæ sunt applicandæ locis piis, *Concil. Trid. vbi supra*: immo vt declarauit sacra Congregatio Concilij, quod consuetudo contraria, per quam pars pœnarum applicatur Vicario, vel Ca-

meræ Episcopali, etiam in minima parte, nec in fabricam Ecclesiæ Cathedralis: nam Episcopi tenentur ex eorum Redditibus Ecclesiam Cathedralem reparare. Verùm si Episcopus sit adeo pauper, vt notoriè egeat, aliud videretur dicendum: & eo casu est consulendæ sacra Congregatio, notificando ei redditus, & onera Episcopatus.

M. Anton. Genuensis in *Praxi Archiep. c. 69. n. 1. & 2.* Hostiensis in *sum. de offic. Ord. §. Quid pertinet.* dicunt, quod vbi per statutum imponitur pœna pecuniaria, potest Episcopus illam sibi retinere; vbi verò per sententiam, licet possit, honestius facit, si pro euitanda suspitione auaritiæ, deputet ad pios vsus: quem sequuntur magis communiter Doctores, quos numerat Felinus, in *cap. Irrefragabili de offic. Ordin.* Sed post Concilium Tridentinum, *c. 3. sess. 25. de Reformat.* pœnæ pecuniariæ, eo ipso, quod exactæ fuerint, sunt assignandæ piis locis, quod seruatur in Curia Archiepiscopali Neap.

Paulus Squillante, de *Oblig. & Priuileg. Episcop. part. 1. cap. 28. num. 3.* Præcipitur Episcopis pœnas pecuniarias, eo ipso quod exactæ fuerint piis locis, & pauperibus distribuere, vt expresse decernitur in sacro Concilio Tridentino, *sess. 25. cap. 3. & cap. 13. de Reformat.* Est autem obseruandum, quod huiusmodi pœnæ pecuniariæ sunt locis piis applicandæ, siue sint impositæ per sententiam, siue per statutum, cum sacri Concil. Trident. non distinguat.

Ioan. Carolus Antonellus in *Regimine Ecclesiæ Episcopalis, tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 2. & seqq.* obseruat quod tales Clerici possint ex statuto, aut edicto Episcopi puniri pœna pecuniaria. Huiusmodi verò pœnæ pecuniariæ locis piis applicandæ sunt ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 25. de Refor. c. 3.* ita vt nequeat Episcopus sibi huiusmodi pœnas applicare, nisi esset pauper, & valde indigeret, vt resoluit sacra Congregatio.

Sed claudamus verba Doctorum eum sapientissimo, & amicissimo Ioan. Solorzano de *Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. cap. 7. n. 76. & 77.* qui post adducta verba Decreti Concilij, sic subdit: Quibus verbis sublata, aut composita videtur antiquorum controuersia, quorum quidam existimabant, non licere Ecclesiasticis Iudicibus pœnis pecuniariis Reos ad eorum forum pertinentes, Laicos præsertim, damnare. Alij licitum esse contendebant, dummodo non auaritiæ cupiditate, & animo eas imbutandi, sibi que applicandi ad id ducerentur, sed zelo Iustitiæ, easque in pios vsus conuerterent. Quam sententiam Concilium Tridentinum probauit. Ita ille. Et præter summatos Doctores vide etiam idem asserentes Quarantam in *Summa Bullarum, verb. Pœna pecuniaria.* Rubeum in *Aphorism. Episcoporum, verb. Pœna, num. 3. & 4.* Thomasius, *Decad. 4. tit. 6. num. 435.* Cartarium *decis. 20. num. 148.* Bariolam in *Aphorism. Casuum Conscientia lit. P, verb. Pœna pecuniaria, & alios penes ipsos,*

Respondetur ad argumenta, quæ contra superioris dicta adduci possunt in fauorem Episcoporum.

RESOLVTIO III.

NEc aduersus superioris dicta obstant in fauorem Episcoporum aliqua argumenta, quæ ego ad magis veritatem elucidandam, excogitavi. Et primò posset quis dicere, quod obstat consuetudo in contrarium, vt testatur Marius Alzedus de *Praeeminent. Episcoporum, part. 1. cap. 12. num. 7.* & quod credendum sit Doctori testanti de consuetudine, docent

Barto

Barrolus in *Repet. lig. de quibus num. 21. quest. 4. ff. de legibus*, Iason leg. *Filius à patre num. 27. ff. de liber. & posthum.* Antonius Gomez, leg. 41. Tauri, n. 4. Riccius, *colect. 611. Granado 1.2. contract. 7. tract. 3. part. 2. disp. 16. num. 12. & alij, quos refert Mascardus, de probat. conclus. 426.* Ergo possunt Episcopi applicare sibi pœnas pecuniarias, ratione consuetudinis, extantis in eorum fauorem, teste Alzedo. Respondeo primò, quod licet opinio vnus excellentis Doctoris, faciat rem probabilem, in his, quæ ad Ius pertinent; secus verò in illis, quæ ad factum spectant. Quoniam, quæ facti sunt cuiusmodi est consuetudo, plerumque etiam prudentissimos fallunt. leg. 2. ff. de *Jur. & facti ignor.* sic tenent Alexander in leg. *quod dorem ff. Solutio matrimonii.* Imola in leg. 1. §. *nuntiatio ff. de nou. oper. nunt.* Aretin. *conf. 132.* Corneius, *conf. 83.* Nauarrus in *cap. Placuit num. 186. de Pœnit. dist. 7.* Bertranus, *conf. 67. volum. 4.* dicens esse communioem opinionem Recentiorum, quod idem dicit Parasius *consil. 31. num. 14. & alij.* Respondeo secundò; tunc credendum esse Doctori restanti de consuetudine, quando contrarium non appareat; sed in nostro casu luce meridiana est clarius, maiorem partem Episcoporum non applicare sibi pœnas pecuniarias, sed solum paucissimos, qui apud omnes male olent: Ergo non potest adesse consuetudo in contrarium, quæ quidem à maiori parte introduci debet, vt patet apud Rocafull. in *Praxi Theol. mor. tom. 1. part. 3. lib. 6. cap. 3. quest. 1.* Castrum Palaum, *tom. 1. tract. 3. disp. 3. punct. 2. §. 3. num. 14. & docent Doctores, quos citat, & sequitur Hulricus Hunnius in Encyclopedia iuris, part. 1. tit. 4. cap. 3. num. 1.* Dicendum est itaque consuetudinem esse in contrarium, & ita testatur Solorzanus *vbi supra de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 3. c. 7. n. 77. circa medium.*

Nec secundò, in fauorem Episcoporum argumentari valet, nostram sententiam veram esse, quò ad pœnas, non autem quò ad multas pecuniarias: nam differt pœna à multa; quia pœna imponitur à iure; multa à Iudice; vt rectè obseruat Vallensis in *Paratitla ad Decret. lib. 5. tit. 37. §. 1. num. 2.* Locatus, in *praxi Iudiciali Inquisitorum, verb. Pœna num. 1.* cum aliis; & patet ex leg. *Aliud §. 1. de verb. significat.* Sed Concilium Tridentinum, vt patet legentibus, non loquitur de pœnis, sed de multis, & lex intelligi oportet, vt sonat, & non aliter, ex leg. *multum interest, ibi, Quantum lectio probat. Cod. de solutionib.* vt rectè obseruauit (heu quondam noster doctissimus, & amicissimus Ioan. Baptista Larrea, in *Allegat. Fiscalib. tom. 2. Alleg. 88. n. 16.* Ergo Episcopi hodie possunt sibi applicare pœnas pecuniarias per statuta positas, licet non possint accipere multas pecuniarias per sententiam latas, quia Concilium id solum prohibet. Et ita hanc sententiam videtur aperte docere Ioan. Honorius in *Compendio iuris Canonici, lib. 5. tit. 37. num. 12. & Doctores quos citat, & sequitur Couarruias, lib. 2. c. 9. num. 9.* Riccius in *Paxi, part. 4. resol. 124. & alij à nobis superius adducti, asserentes Episcopos sibi applicare posse pœnas pecuniarias per statutum impositas, non autem per sententiam.*

Sed his non obstantibus Respondeo hodie, stante Decreto Concilij Tridentini, Episcopis interdictum esse, nò solum multas, sed etiam pœnas pecuniarias sibi applicare; vt docet Machadus, & alij Doctores, quorum verba supra per extensum præscripsimus. Et hanc fuisse mentem Concilij, patet, ex declaratione Sacræ Congregationis, penes Barbofam de *Potestate Episcopi, part. 3. allegat. 107. num. 19.* in qua vna

Messanenſi dictum fuit, pœnas omnes, & multas, esse piis locis applicandas: ergo aperte patet mentem Concilij fuisse, omnes multas, & pœnas pecuniarias siue per sententiam, siue per statutum latas, piis locis applicare; vt sacra Congregatio sæpius interrogata, respondit. Voluerunt enim Patres illi in Concilio congregati penitus ab Episcopis omnes auaritiæ sordes abluere; quas quidem, cum clarum sit, tam ex multis, quam ex pœnis pecuniariis oriri posse, ideo vtrasque in dicto Decreto comprehenderunt, nam licet multa differat à pœna quò ad modum, tamen in nostro casu sunt idem; nam tam multa; quam pœna, versatur circa pecuniam: ergo vtrasque voluit Concilium prohibere; nam in vtriusque militat eadem ratio: ergo debet militare eadem iuris dispositio ex leg. 1. §. *Illud ff. ad leg. Aquiliam. Leg. Si postulauerint §. 2. ff. ad Leg. Iuliam & alijs vulgaris Iuribus.* Vnde in casu nostro intrat etiam aliud iuris Axioma, quod aliquando mens legis, magis quam verba attendenda venit; vt patet ex *Leg. Scire leges ff. de legib. leg. non aliter ff. de legat. 3. leg. nominis & rei §. verbum ex legibus ff. de verbor. significat. & docet Surdus, decis. 35. num. 14. & ex Soto, Medina, Syluestro & Salas nouissimè Ioseph & Ianuario de *casibus reser. Resol. 46. num. 2.* vnde qui seruat verba legis in cortice, & non seruat mentem legis, est transgressor legis; & ideo in *leg. non dubium Codic. de leg.* dicitur. Non dubium est in legem committere, qui verba legis complectens contra legis nititur voluntatem, & in *l. contra ff. de legibus*, fraudem facit legi qui saluis verbis legis, mentem eius circumuenit. Sed & hoc ex pluribus probat Hulricus Hunnius in *Encyclopedia iuris p. 1. tom. 3. c. 6. n. 29. cum seq.* Sed in nostro casu hanc esse mentem Concilij non est dubitandum, ex Doctoribus vbi supra allatis, & quod maius est ex sacra Cōgregatione, quæ à Sanctissimo potestatem accepit illud declarandi, prout iam declarauit, nempe, omnes pœnas, & multas pecuniarias, Episcopos debere locis piis applicare. Ex quibus remanet satis solum argumentum in contrarium adductum, & contrarium asserere esset velle metaphysicari contra communem sententiam Doctorum, contra Praxim Romanæ Curie, & contra Declarationem sacre Congregationis. Quod etiam aperte probatur, quia si à Concilio Tridentino multe tantum per sententiam late prohiberentur Episcopis sibi applicare, nihil Concilium disposuisset & prohibuisset: nam ante ipsum iam Doctores cōmuniter assererent esse dictas multas in vsus pios applicandas; ergo dicendum est Decretum concilij non solum loqui de multis, sed etiam de pœnis per statuta impositis, quas sibi applicare Episcopos posse aliqui Doctores, vt visum est concedebant, quod Concilium prohibere voluit. Vnde Genuens. in *Manuali Pastorum c. 78. n. 12.* sic ait. Notandum quod pœnæ pecuniariæ sunt per Episcopos piis locis applicandæ. Ita *Conc. Trid. c. 3. sess. 23.* quod non distinguit an sint impositæ per sententiam vel per statutum iuxta notata in *c. irrefragabili de Off. ord.* Ita, & ego.*

Infertur ex superius dictis ad ornatum Concilij Tridentini, sess. 28. c. 8. posse Episcopos, relictis alijs pœnis, punire Concubinarios multa pecuniaria, locis tamen pijs applicanda.

RESOLVTIO IV.

Remanet itaque ex omnibus superius dictis satis firmata nostra sententia, nempe posse Episcopos imponere pœnas pecuniarias, sed illas non posse sibi

sibi applicare. Ex quibus duo valde notabilia obseruanda sunt. Et Primò contra Regentem Franciscum de Vico in *Pragmat. Regni Sardinia, tom. 2. tit. 7. c. 6. n. 9.* & contra Aloysium Riccium in *Praxi, tom. 1. Resol. 319. num. 3.* posse Episcopos, non impositis aliis pœnis, de quibus agit Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 8.* imponere pœnam pecuniariam contra Laicum concubinarium. Et ita docet Gabriel Pereira de manu Regia, p. 2. c. 34. num. 16. Thomas Valascus, tom. 1. alleg. 34. num. 11. & seqq. Emanuel Themudo in *Decisionibus Archiepisc. Olyssipon. to. 2. decis. 145. n. 4.* & Ioseph. Vela de *Potestate Episcop. circa inquirenda, & c. part. 1. num. 64.* & alij, asserentes, Concubinarium posse puniri pœna pecuniaria ante trinam monitionem, quia Concilium solum posuit illum ordinem quoad excommunicationem ferendam pro contumacia in illo crimine, & per hoc non abstulit alias pœnas contra Adulteros, & Concubinarios inflictas. Et testatur ita fuisse decisum in Hispalensi, & Granatensi Senatu, & Portugallia in supremo Regij Palatij Senatu. At licet hoc verum sit, certum est pœnam pecuniariam Laico Concubinario ab Episcopo impositam, non posse illam sibi applicare, sed in pios vsus erogandam esse ex Sacra Congregatione indiuidualiter firmat Leo Zambellus in *Repertorio morali Casuum conscientia, verb. Episcopus n. 24.* & Barbosa, *Collect. 579. num. 1.* & de *Potest. Episcop. p. 3. allegat. 107. n. 18.* vbi sic ait: In Sacra Congregatione Concilij in vna Messanenſi fuit resolutum, pœnas omnes, & multas, siue ex Constitutionibus Synodalibus, siue ex præceptis, siue decretis Archiepiscopi vel Vicarij proueniant, esse piis locis, non autem Fabricæ, vel Sacristiæ Ecclesiæ applicandas. Item fuit decisum, pœnas pecuniarias, quæ arbitrariæ fuerint, locis piis esse omninò applicandas, reliquas autem, quæ non fuerint arbitrariæ, posse Episcopum ita demum sibi sumere, si ipse egeat, dummodo non sint multæ pecuniariæ, vel pœnæ non residentium, aut concubinariorum, quas omnes Concilium mandat locis piis applicari. Hæc Barbosa. Itaque licet, vt diximus, Episcopi possint absque illa trina monitione in Concilio Tridentino; *dist. cap. 8.* requisita, aduersus Concubinarios ad pœnas pecuniarias, vel alias contra illos iure inflictas procedere, tamen dictas pœnas tenentur locis piis, & non sibi applicare ne similes efficiantur illis, de quibus Segura Daualos in *direct. Iudic. Eccles. p. 2. cap. 10. num. 1.* sic ait: Primum id meritò aduertendum est, quod iam eo ventum est, nimia aliquorum Iudicum clementia, seu ficta religio, vt ipsius occasione pecuniariis pœnis passim vtantur, omiſſis corporalibus condignis, & à iure debitis, ita vt censum annuum à Concubinariis extorqueat quotidie elaborent, quo soluto, adhuc indurato animo peccatis sordescant, quia nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Ita ille.

Posse Episcopos compositiones pecuniarias facere super quibusdam delictis, sed pijs locis, applicandas esse firmatur.

RESOLVTIO V.

Secundò, ex superius firmatis, obseruandum est, posse Episcopos compositiones pecuniarias facere super quibusdam delictis; sed aduertere debent, quòd dictæ compositiones pecuniariæ ad effectum
Ant. Diana, Pars X.

vt sint licitæ plura esse necessaria. Et Primò in dictis compositionibus faciendis, debent interuenire iustæ causæ, quas enumerat ex Nouario Riccius in *Praxi, tom. 4. resolut. 119.* Secundò non valent Episcopi accipere compositionem super omnibus criminibus, vt fusè tradit Paulus de Castro, in *consil. 348. col. fin. per text. cum Gloss. in cap. licet vbi Doctores extra de Pœnis.* Felinus in *cap. Qualiter & quando il secondo §. Ad corrigendum numero 30. de accus. Clarus in Practica criminali, §. fin. quest. 85. vers. Vterius quero*, sed tunc cum crimina essent leuia, vel extraordinaria, in quibus est locus pœnæ arbitriæ; non autem in criminibus grauibus, nec vt in illis in quibus est taxata pœna iuris; nec etiam quandò crimen esset manifestum; vel fama super crimine delinquentem vexaret; vt dixit Riccius *vbi supra resolut. 121. numero 1.* Tertiò quod pecuniæ compositio tunc demum fiat, quandò ea pœna magis timetur quàm alia; vt patet ex *cap. Cognouimus 16. quest. 2. cap. Quoniam, vt lite non contestata*, sicut dictum fuit in Congregatione Deputatorum, per Sanctissimum D. N. Pium V. facta die 5. Iunij 1567. quam inuenies apud Gatticum in *primis allegationibus pro Ecclesia impressis fol. 229.* & docet Farinacius de *Heresi quest. 193. §. 6. num. 115.* Zanchinus, *vbi supra, Locatus in Praxi Iud. Inquis. verb. Pœna numero 21.* Decianus *Pract. Crimin. lib. 5. cap. 44. num. 7.* Pegna in *Direct. Inquis. p. 3. commentar. 152.* Soula in *Aphor. Inquis. lib. 3. cap. 28. num. 3.* Salzedus in *Pract. crim. Ignatij Lopez, c. 142. lit. A.* & alij penes ipsos.

His suppositis, videant modò Episcopi si quandò compositiones pecuniarias faciunt, adsint supradictæ conditiones, videlicet, iusta causa, & præcipuè si Reus timeat magis pœnam pecuniariam, quàm aliam, vel potius alacrius, & spontè istam soluat, vt ab alia magis eius delicto debita, & proportionata immunitè euadat; item an zelo correctionis dictam pœnam pecuniariam imponant, vel magis vt marsupium impleant. Sed demus in dictis compositionibus omnes supradictas conditiones adesse, non enim est temerè iudicandum de prælatis tam qualificatis, adhuc tamen dicendum ipsos non posse pœnas illas pecuniarias sibi applicare, per ea, quæ superius satis firmata sunt: Et licet Riccius in *p. 4. resolut. 124.* contrarium videatur asserere, non loquitur tamen in terminis Concilij Tridentini, sed secundum Ius antiquum: quod patet ex his, quæ ipse dixit in *part. 1. decis. 300. numero 3.* sicut etiam loquitur Zerola *vbi infra*, & alij. Sed sentiant Episcopi, quid asserat ipsemet Riccius *vbi supra, part. 4. quest. 125. numero 4.* & illum imitentur; sic itaque ait: Ego tamen licet habeam Ecclesiam sponsam satis pauperem, non solum mihi huiusmodi compositiones non applico, sed nunquam ad tales compositiones faciendas deuenio; sanius enim videtur delicta alia via castigare; semper enim mundus applicat huiusmodi compositiones cupiditati Episcoporum, illorum auaritiæ, quæ semper est euitanda; nam hic sumus peregrini, & hospites, & aliam regionem inquirimus, quod si consideraretur, terrena utique non tam fixo corde amarentur: vè igitur illis qui ætate in grauescetes, mundanis etiam senescunt. Ita ille; cui etiam adde Thoman Zerolam Episcopum Minorensem in *Praxi p. 1. vers. Compositio, §. Tertiò* ita asserentem: Meminerint Iudices illius Ambrosij, *Facilitas venia magis præbere solet incentiuum ad malum cap. est iniusta. 23. q. 4.* & illius Isidori: *Citò violatur auro Iustitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit pecunia posse, redime*

„redimere, vt in cap. Pauper. 11. q. 3. ideò ne sint fa-
 „ciles Prælati ad compositiones faciendas super de-
 „lictis, sed castigent ea pœnitentiis salutaribus affli-
 „ctiuis, nè delinquentes deteriores fiant in posterum
 „iuxta illud Matth. c. 5. vade, & amplius noli peccare,
 „ne deterius aliquid tibi contingat. Vide omninò Ho-
 „stiensem in Summa, tit. de offic. Ordin. 2. quid pertinet
 „n. 4. vbi dicit, delicta debere puniri secundum statu-
 „ta Canonica, & non secundum quæstum pecuniarum;
 „& personæ sunt quæ delinquunt, non res, c. Prodest,
 „& seueritas 23. quest. 5. Hucusque Zerola. Sed licet
 omnia superius dicta semper obseruanda sint; ma-
 ximè hoc faciendum erit tempore visitationis, in
 quo Episcopi timentes Deum proprium marsu-
 pium ad subleuandas pauperum necessitates eua-
 cuant; vnde nimis scandalosum esset, si illud ex Visi-
 tatione in domum reportarent plenum pœnis pecu-
 niariis exactis in visitatione à Clericis, & Laicis. Et
 ideò exemplum hîc apponam magni Antistitis Hi-
 spani obseruatum à Francisco de Alfarò de officio Fi-
 scalis Gloss. 9. num. 9. vbi sic ait: Mulctas pecunia-
 rias in vsus pios applicandas docet Iulius Clarus,
 q. 80. n. 5. quod ad vnguem obseruari semper vidi
 à Reuerendissimo Domino Magistro D. Ildelfonso
 de Vergara huius Argentinæ Diœcesis dignissimo
 Præsule, qui cum personaliter integrum Episcopatu-
 m, siue Diœcesim plusquam centum, & quinquaginta
 leucas extensum visitauerit, nullam mulctam
 sibi applicare permisit. Ità Alfarus. Et quidem hæc
 omnia à me superius firmata maximè procedunt in
 Episcopis Regni Siciliæ, qui tam pingues redditus
 ex eorum Episcopatibus recipiunt: & certè mon-
 struosum esset videre Episcopos tam opulètos, post-
 eà pœnas pecuniarias sibi applicare. Loquor sic con-
 fidenter, quia Episcopi hodie Ecclesias Siculas re-
 gentes, sunt pietate, & omnium virtutum genere or-
 natissimi. Sed si aliquando (quod Deus auertat) hoc
 facerent, aduertant Excellentissimi Domini Prore-
 ges, in quantum eis licitum erit, & semper infracta,
 & illibata permanente Immunitate Ecclesiastica,
 aduertant, inquam, hoc non permittere, per ea quæ
 tangit Couarruias lib. 9. Variar. c. 9. n. 11. Regens
 de Vico in Pragmat. Regni Sardinia tom. 2. tit. 7. c. 6.
 n. 9. in fine, & Alfarus de offic. Fiscalis gloss. 9: n. 9.
 sed statim piissimum, & augustissimum Regem no-
 strum certiore faciant, qui vt protector Concilij
 Tridentini sicut vocatur à Flores de Mena Variar.
 lib. 1. q. 12. num. 8. Suarez de Paz in Praxi tom. 2.
 prelude. 5. num. 10. Bobadilla in Politica tom. 1. lib. 2.
 cap. 18. num. 154. & aliis, per Oratorem suum Romæ
 existentem apud summum Pontificem instabit, vt
 tale scandalum dignetur amouere, & Episcopos de-
 linquentes tanquam fractores Decreti Tridentini,
 vt par est, condigna pœna puniri.

*Inquisitores etiam pœnas pecuniarias impone-
 re, sed non sibi applicare explicatur.*

RESOLVTIO VI.

NOta tamen hîc obiter etiam Dominos Inqui-
 sitores posse Reis imponere pœnam pecunia-
 riam, sed non sibi applicare, vt notant Doctores,
 quos citat, & sequitur Sousa in Aphor. Inquis. lib. 3.
 cap. 28. num. 2. & Farinacius de hæresi, quest. 193.
 §. 6. num. 120. nam in hoc, pari passu procedunt cum
 Episcopis, vt obseruat Zanchinus de Hæreticis, c. 16.
 num. 3. & ibi Camillus Canpegii in Addit. lit. A.
 In vno tamen inuenio inter illos discrepare: nam
 Episcopi, vt visum est, non possunt, neque Eccle-

siæ, neque Sacristiæ, neque Ministris pœnas pecu-
 niarias applicare; Inquisitores verò possunt illas pro
 necessitatibus Officij Inquisitionis impendere. Im-
 mò licet Carrerius tract. de Hæreticis, num. 79. scrip-
 serit non aliàs esse pœnas pecuniarias Sacro Inqui-
 sitionis Officio applicandas, quàm si necessitas id
 fieri exigat; non tamen est putandum extremam ne-
 cessitatem esse expectandam, sed quæcunque præ-
 sens vel etiam futura sufficit: nam opportunum est
 & fidei Catholicæ valdè expedit, Inquisitionis Of-
 ficium pecuniis abundare, vt quotiens oportuerit
 absque incommodo Crucesignatorum seu Familia-
 rium hæreticorum fiat inquisitio, captura, deductio,
 & punitio. Et ità docet Pegna in Direct. part. 3. com-
 ment. 152. Burlatus conf. 90. num. 18. Farinacius vbi
 supra & Salzedus in Pract. Crimin. Ignarij Lopez,
 cap. 142. lit. A. vbi sic ait: Pœnæ verò applicandæ
 sunt vsibus piis, & sanctæ inquisitionis Officio, quia
 nulla causa magis pia, & fauorabilis esse potest,
 quàm causa Inquisitionis, cuius maximo, & singu-
 lari beneficio hæreses extirpantur, & illa summa ra-
 tio est, quæ pro Religione facit leg. sunt persone ff.
 de Relig. & sumpt. funer. Nec amplectèda est Ludou.
 Carrerij opinio asseuerantis, non aliàs pœnas pecu-
 niarias Sancto Officio applicandas esse, quàm si ne-
 cessitas urgeat, quia seclusa necessitate id fieri po-
 test, quia vtilissimum est (ne dicam necessarium) &
 Sanctum Inquisitionis Officium pecuniis abundare,
 vt quoties oportuerit sine Familiarium, & Ministro-
 rum incommodo fiat Hæreticorum Inquisitio, ca-
 ptura, & alia multa, quæ fieri contingunt, Ita Salze-
 dus. Sed hæc vera sunt, & procedunt de iure; nam,
 vt obseruat Carena, tract. de officio S. Inquisit. p. 3.
 tit. 13. §. 8. num. 81. nunc Inquisitores Italiæ ex spe-
 ciali decreto Sac. Cong. Eminentissimorum Domi-
 norum Cardinalium Supremorum Inquisitorum
 non possunt huiusmodi pœnis pecuniariis Reos
 damnare, nisi consulta eadem Sacra Congregatione
 in vnoquoque casu particulari, quæ præcipere solet
 Inquisitoribus quid postea agere debeant de illis
 pecuniis. Et idem Carena in Adnotationib. ad Guido-
 nem Falconium, q. 3. n. 7. notat etiam, quod vbi In-
 quisitores Italiæ condemnationes pecuniarias fa-
 ciunt, de eis reddere rationem tenentur Supremo
 Romanæ Urbis Tribunali. Sed nos in Inquisitione
 Hispanica obseruamus id quod licitum est per Pri-
 uilegia Apostolica, & per aliquas Chartas acorda-
 das, vt vocant in nostro Sacro, & supremo Consilio
 Inquisitionis Castellæ,

*Aliquæ declarationes Sacra Congregationis
 firmantes superius dicta afferuntur.*

RESOLVTIO VII.

SED tandem, vt iterum ad Dominos Episco-
 pos reuertamus, apponam hic aliquas De-
 clarationes Sacra Congregationis, quas obser-
 uauit Barbosa de iure Eccles. lib. 1. cap. 11. nume-
 ro 128. vbi sic asserit: Debet Episcopus pœ-
 nas criminales ad suum arbitrium locis piis di-
 stribuere, & pauperibus; sed in pari necessita-
 te melius erit subuenire Pauperibus loci, in quo
 habitat Clericus condemnatus. Ità Episcopo Ve-
 nusino respondit sacra Congregatio negotiis Epi-
 scoporum præposita 21. Nouembris 1600. Possunt
 quoque ex eisdem pœnis Carceres Ecclesiasticas
 facere, vt Episcopo Andriensi rescripsit eadem
 Congregatio 25. Iunii 1596. De his autem pœnis
 Vicarius participare non debet, eadem Sacra Con-
 gregatio

gregatio Archiepiscopo Vrbinatenſi 11. Septembris 1584. Fiscalis verò aliqua pars pœnarum huiusmodi applicari potest, sed Episcopus, & notarij de illis quomodo participare non possunt, vt, fuit rescriptum per eandem Sacram Congregationem Vicario Apostolico Ciuitatis Castelli, *sub die 4. Septembris 1595.* Hucusque Barbosa; quas declarationes nouissimè etiam adducit Io. Carolus Antonellus *de Regimine Ecclesie Episcopalis, tom. 2. lib. 6. c. 5. n. 4.* Inueniuntur etiam infrascriptæ Decisiones. Pœnas, ac multas pro Birruariis Curie Episcopalis assignare non potest Episcopus, Sacra Congreg. Conc. in *lanuen. 5. Junij 1632. penes Bonfadinum, in Thesaurò Eccles. decis. resol. 11. num. 16.* Pœnarum nulla portio potest assignari Depositaro earundem pœnarum, nec pro vestiendis Apostolis, quibus lauantur pedes in die Cœnæ Domini, nec pro supplemento salarij Medicorum Ecclesie Cathedrali inferuentium. Sacra Congr. Conc. in *Firmana 16. Aprilis 1633.* quam refert Bonfadinus *d. resol. 11. n. 17.* Plura etiam inueniuntur disposita circa præsentem materiam à Gabriele Paleotto *S. R. E. Cardinali in suo Archiepiscopali Bononiensi, part. 4. tit. de causis in Foro Episcopali fol. 270. & latius part. 6. tit. de administratione Fori Archiep. fol. 415. & seqq.* Multa etiam disposuit Sanctus Carolus Borromæus, quæ referuntur in Concilio Prouinciali Mediolan. *6. tit. de mulctis, & pœnis, & in actis Mediolan. Eccles. p. 2. tit. de Offic. Depositarij, in mulctis, & in instructionibus Congr. Diœcesan. tit. 22.* quibus cauit, vt pecuniæ ex his condemnationibus redactæ, apud Fidelem sequentrum deponerentur (qui nullo modo ex suis domesticis, & familiaribus esset) & omninò (quoad fieri posset) in pios vsus eorum locorum conuerterentur ex quibus corrogatæ sunt, vel vbi delicta commissa fuissent, quæ tales condemnationes meruerunt. Quæ distributio, vel applicatio sancita etiam reperitur in Concilio Limano III. *part. 2. c. 122.* Et hæc omnia à Dominis Episcopis diligenter essent recognoscenda, imitanda, & obseruanda.

An Episcopi possint dispensare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam: & affirmatiua sententia adducitur.

RESOLVTIO VIII.

Sed ad ornatum præsentis materię non deseram hic illam percurrere quæstionem, videlicet, an liceat Episcopis, dispensando in lege Pontificis, imponere onus mulctæ pecuniariæ; Dispensat v. g. Episcopus in lege Ieiunij, & obseruatione Festorum, an possit etiam via commutationis illius obligationis imponere aliquam summam pecuniæ, sicut potest facere quando dispensat in Voto, imposita aliqua commutatione. Et affirmatiuam sententiam tenent Innocentius in *cap. 1. n. 2. de obseruat. Ieiunij, & ibi Henricus num. 2. Ioan. Andreas, n. 2. Anton, n. 5. Cardin. num. 3. Caietanus 1. 2. qu. 97. art. 4. ad finem, vbi Angelus, num. 20. Syluester. q. 7. dicto 2. num. 19. Armilla num. 6. Tabiena, q. 14. num. 15. Suarez, lib. 6. de legibus, cap. 16. num. 4. Azorius, tom. 1. lib. 7. cap. 29. quest. 5. Nauarrus in *Summa, cap. 21. num. 22.* Limitat Suarez, numero 9. hanc sententiam, vt locum habeat tantum in legibus, per quas subditi obligantur ad aliqua onera, à quibus per dispensationem eximuntur, vt est lex Ieiunij, abstinendi ab operibus seruilibus in die Festo & similes. Secus verò in illis le-*

Ant. Diana, Pars X.

gibus, quæ non imponuntur per se ad imponenda onera Subditis, sed propter alios iustos fines, pertinentes ad commune bonum, propter seruandum debitum ordinem, vel vitanda aliqua incommoda. Talis est Lex Tridentini, quæ præcipit, denuntiationes fieri publicè ante Matrimonium, quia ille actus non postulatur propter se, sed propter vitanda pericula, & idè si causa subest iusta ad dispensandum, vt Matrimonium fiat omiſſis denuntiationibus, impertinens est commutatio per impositionem eleemosynæ; quia in hoc nihil deseruit ad finem talis legis. Simile exemplum affert Suarez in dispensatione circa Interſtitia Ordinum: nam propter illam, imponere pecuniarium onus, etiam sub specie eleemosynæ, vel religionis, planè videtur omninò improportionatum, atque adèd iniustum; quia nihil deseruit intentioni talis legis, nec subest rationabilis titulus illud imponendi. Secus verò inquit, esset, si ob talem dispensationem, imponeretur onus inferuendi aliquo tempore in priori ordine; quia est onus proportionatum legi, & non iniquum. Idem dicit de licentia, seu concessione Dimissoriarum ad suscipiendum Ordinem ab alio Episcopo, nam pro illa imponere onus pecuniarium pro fabrica Ecclesie, esset absurdum, & non parum redolens Simoniam,

Negatiua sententia Authoris, & aliorum Doctorum proponitur; nempe, non posse Episcopos tales pœnas pecuniarias imponere, sed utraque sententia illas debere locis pijs applicare stabilitur.

RESOLVTIO IX.

Verum Ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur vterque Sanchez Thomas, & Ioannes, Ille *tom. 2. lib. 8. de Matrim. disp. 14. n. 2.* Iste in *select. disp. 54. n. 40.* Castrus Palaus, *tom. 1. tract. 1. disp. 6. punct. 9. num. 4.* Bonacina *de legibus disp. 1. quest. 2. punct. 3. num. 23.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 5. num. 180.* & alij. Et ratio est, quia Pontifex solum concedit Inferiori facultatem dispensandi in lege sua ex iusta causa; non autem concedit facultatem obligationem legis in aliam materiam commutandi, aliàs sine iusta causa posset eam legis obligationem in aliam materiam commutare, sicut potest Episcopus absque alia causa obligationem voti in aliam commutare. Confirmatur; quia plus est legem commutare, quàm in ea dispensare; ergo, concessa per Superiorem facultate dispensandi in sua lege, non subinde conceditur commutatio. Antecedens probatur; quia cum, Inferior dispensat, solum tollit omninò obligationem, & vinculum legis: at cum commutat, non solum tollit omninò vinculum legis, sed etiam imponit nouum vinculum. Non sic autem est in Voto, quia in eo plus est dispensare, quod tollit omninò vinculum Voti, quàm commutare; quod non tollit Voti vinculum, sed idem Votum manet circa materiam commutatam, vnde violatur Votum, si materia commutata, non impletur; at non violatur Lex, si id, in quod commutatur per inferiorem non impletur; inferior enim non potest legem condere. Et hæc differentia constat manifestè, quia idemmet Vouens potest Votum in melius commutare, non tamen obligationem legis. Probatur etiam ex Concilio Tridentino, *sess. 24. cap. 1. de Matrim.* quod solum concedit Episcopo facultatem

cultatem remittendi denuntiationes, & dispensandi in Canone eas fieri præcipientes, non autem concedit facultatem obligationem legis in aliam materiam commutandi: aliàs sine causa iusta posset remittere denuntiationes, commutando in aliud opus pium; sicut potest absque alia causa obligationem Voti in aliam commutare. Et confirmatur, quia plus est legem commutare, quam in ea dispensare: ergo concessa per Tridentinum dispensatione, non subindè conceditur commutatio. Probatur Antecedens, quia cum dispensat Ordinarius, solum tollit omnino obligationem, & vinculum legis: at cum commutat, tollit omnino vinculum legis, & imponit nouum vinculum: non sic autem est in Voto, in eo enim plus est dispensare; quia tollitur omnino vinculum Voti; quàm commutare quod non tollit vinculum Voti; sed idem Votum manet circa materiam commutatam, vnde violatur Votum, si materia commutata non impleatur: at non violatur lex, si id in quod commutatur per Inferiorem, non impleatur: Inferior enim non potest legem edere. Et constat manifestè differentia, quia Votum potest idemet vouens in melius commutare, non tamen obligationem legis. Secundò probatur etiam ex Tridentino, *sess. 25. de reformat. cap. 18.* vbi præcipitur dispensationem gratis faciendam esse: ergo non potest imponi aliqua eleemosyna, aliàs non concedetur gratis dispensatio, vt non verè faciam sacrum pro aliquo gratis, si ipsum obligem ad eleemosynam tertio conferendam. Et confirmatur, quia Episcopus concedens subdito Dimissorias ad ordines, non potest ipsum obligare vt eam ob causam eleemosynam alicui largiatur, quia esset contra Tridentinum, *sess. 21. cap. 1. de reformat.* iubens dimissorias gratis dari: ergo cum similiter iubeat, *d. cap. 18.* dispensationes gratis fieri, non poterit dispensans aliquam eleemosynam imponere ex obligatione dandam.

Limitatur tamen nostra Sententia nisi Episcopus dispensaret in aliqua Irregularitate, orta ex delicto; tunc enim posset imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, non per viam commutationis partialis, sed in pœnam delicti. Itaque quando delictum præberet iustam dispensandi causam, vt Concubinitus, aut Virginis defloratio, tunc non ob dispensationem, sed in delicti pœnitentiam, posset Ordinarius aliquam multam pecuniariam imponere: sicut quando aliquis petit dispensationem delicti, potest in delicti pœnam aliquid imponi, iustum enim est, vt pœnas det. At his non obstantibus, licet ego vt dixi circa præsentem difficultatem sententiæ negatiuæ adhæream, puto tamen affirmatiuam esse probabilem; vnde excusantur Episcopi, vt obseruat Palaus, & Sanchez, qui dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eis permisso, imponunt aliquam multam pecuniariam per modum cuiusdam commutationis; quia innituntur sententiæ probabili grauissimorum Doctorum, dicentium, id esse licitum. Et ad rationes pro nostra sententia adductas, posset responderi, id posse prædictos Prælatos ex tacita commissione Pontificis: Nam eo ipso, quod Episcopis, tanquam ordinariis ea potestas conceditur, censetur etiam concessum, vt vel integre dispensent, vel aliqua commutatione admista.

Notandum est tamen ab Episcopis omnes supra dictos Doctores tam negatiuæ, quàm affirmatiuæ sententiæ concordanter docere pecunias impositas pro dispensationibus, seu commutationibus modò quo supra factis, applicandas esse piis operibus, vel pro eleemosynis distribuendis.

Ea, quæ dicta sunt de Episcopis, procedere in Capitulo sede Vacante & eius Vicario, probatur.

RESOLVTIO X.

ET tandem ad complementum materiæ dicendum est, id quod diximus de obligatione Episcopi ad applicantes pœnas, & multas pecuniarias locis piis; idem dicendum esse de Capitulo Sede Vacante, & eius Vicario; vt indiuidualiter docet nouissimè Paulus Squillante *de obligationibus, & Privilegijs Episcoporum, p. 1. cap. 28. n. 9.* vbi sic ait: Dubitatur an Sede Episcopali Vacante, pœnæ pecuniariæ, debeant etiam locis piis applicari. Et esse applicandas locis piis tradunt Prosper de August. Genuensis, & Merolla; qui fatentur, quod applicatio prædicta, statim fieri poterit à Vicario Capituli iuxta *disp. Sac. Concilij Trident. sess. 25. c. 3. de reformat.* & fuit plureis obseruatum in Curia Archiepiscopali Neapolit. Ità Ille; vbi ait quoque, quod sic, ibidem, est inueterata consuetudo pro criminibus dignis compositione, compositiones facere, cum Episcopi Iurisdictio Sede-Vacante ad Capitulum deuoluatur, *c. unico, & ibi Glossa, de maioris. & obediens.* taliter, quod sicut licet Episcopo compositiones facere, ità nec etiam id poterit denegari Capitulo, Sede Vacante, quod quousque durat Sedens Vacans representat Episcopum, & agit quæ Episcopus facere poterat. Et idem Squillante *paulò infra n. 12.* sic etiam ait: Nomine autem emolumentorum intelligitur pœna imposita Inobedientibus, ratione contumaciæ, & id etiam quod percipitur ratione decreti, quod interponitur; intelliguntur etiam compositiones, & pœnæ pecuniariæ. Quamuis emolumenta, quæ proueniunt ex pœnis pecuniariis sunt applicandæ locis piis, *iuxta dispos. S. C. T. sess. 25. cap. 3.* vt dictum est. Et hanc sententiam tenet etiam Episcopus Riccius *tom. 2. decis. 289. per totam, Genuensis in Praxi Archiepiscop. cap. 69. num. 4.* Prosper de Augustino *in Ad. dis. ad Quarantam, verb. Capitulum vers. Prædicta restringo;* quibus adde Merollam *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 21.* in fine, asserentem, emolumenta, quæ proueniunt ex pœnis pecuniariis, tempore quo vacat Sedes Episcopalis, esse applicandas locis piis, iuxta dispositionem Concilij Tridentini; quæ applicatio potest fieri statim à Vicario Capituli: Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem, quæ omnia pro veritate scripsi.



TRACTATUS IX.

DE

DISPENSATIONE
CVM REGVLARIBVS
ILLEGITIMIS.

An Superiores Religionum Mendicantium, Monachalium, & aliarum possint cum suis Subditis Illegitimis non solum ad Prælaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum dispensare.



ERTVM est, quod de Iure communi solus Papa dispensat cum Illegitimis, & Religiosis ad Dignitates, & Prælaturas, ex *Textu in cap. 1. de filijs Presbyter. & cap. nrmis, eodem tit.* hoc tamen intelligitur, *secus*

seclusis Religionum Priuilegiis: Nam Prælati nonnullarum Religionum Mendicantium, & non Mendicantium ab aliquibus Summis Pontificibus habuerunt facultatem dispensandi cum suis subditis Illegitimis ad Dignitates, & Prælaturas; vt videre est in *Compend. Priuileg. verb. Dispensatio*. At Sixtus V. per duas Constitutiones, quarum prima incipit. *Cum de omnibus, ann. 1587. Secunda. Ad Romanum ann. 1588.* contrà Illegitimos huiusmodi dispensationes irritas declarauit.

Verùm, his non obstantibus, post dictas Bullas Sixti V. Gregorius XIV. in Constitut. *Circumspecta*. reualidauit omnia Priuilegia Regularibus concessa circa Dispensationem, quoad illegitimos, cum hac speciali forma; vt illis Generalis, vel Prouincialis possent vti in Capitulis Generalibus vel Prouincialibus, & non aliter. Sed post dictum Gregorij Priuilegium dispensandi in Capitulo cum Illegitimis, emanarunt alia Priuilegia ampliora, concedentia facultatem, saltem Generali, dispensandi sine Capitulo, & extrà Capitulum quouis tempore. Vnum Gregorij XIV. concessum Patribus Ministrantibus Infirmis, quod incipit. *Illius qui*, in quo hæc verba habentur, *Concedimus facultatem Praefecto Generali eiusdem Congregationis pro tempore existens, seu de illius licentia, Praefectis inferioribus aliorum locorum, seu Prouincialibus dictæ Congregationis pro tempore existentibus, & illorum Vscarys, ac loca tenentibus, vt cum eiusdem Congregationis personis defectum Natalium, etiam ex Adulterio, Sacrilegio, Incestu, quouis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu prouenientem patientibus, postquam in dicta Congregatione vota emiserint vt defectu huiusmodi non obstante, ad quoscumque sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoveri, & in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare, necnon ad quascumque Administrationes, Personatus, Præminentias, & officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & assumi; illaque gerere, & exercere possint, dispensare liberè, & licitè possint, & valeant.* Hæc ibi: quæ quidem verba comprehendere etiam Generalatum tradit indiuidualiter Laurentius de Peyrinis, de *Priuileg. Minim. Constit. 2. Iulij II. §. 29. num. 97. cum seqq.* Alterum Priuilegium est eiusdem Gregorij XIV. concessum Societati Iesu quod incipit: *Exponi nobis.* Ex quibus Priuilegiis clarè patet, vt obseruat Bordonus *tom. 1. res. 12. n. 48.* concessam fuisse Generali per se, vel per alium à se delegatum, dispensandi quouis tempore cum Illegitimis ad quascumque Dignitates, & officia facultatem; quibus Priuilegiis, vt ipsemet Bordonus notat, & alij, possunt vti ferè omnes Religiones: nam de facto habent inter se communicationem Priuilegiorum, vt firmat Moronus, *Resp. 99. n. 7.* Lezana in *Summa Q. Q. Regul. tom. 1. c. 3. n. 17.* Pellizarius in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 1. sect. 3. n. 41.* Bassæus in *Florib. Theolog. Pract. verbo, Priuilegium 4. num. 6.* & alij communiter.

Quod euidenter patet ex vsu ferè omnium Religionum, & ex Bulla Pij V. apposta in Bullario, *tom. 2. incip. Et si Mendicantium.* in qua Pontifex concessit Congregationibus Canonicorum Regularium Lateranensem S. Saluatoris, & S. Crucis Colimbricensis, Cassinensium, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ &c. omnia Priuilegia Mendicantiũ. Vnde, vt rectè obseruat Tamburinus de *Iure Abbat. tom. 1. disp. 17. q. 1. n. 16.* prædictæ Congregationes Monachorum, & Canonicorum participando Priuilegia Mendicantium, participant etiam Priuilegia non Mendicantium, & omnium Religionum vbicumque in mundo existentium, tam concessorum, quàm in

Anton. Diana, Pars X.

posterum quomodocumque, & qualitercumque concedendorum, tam directè, quàm per viam communicationis: & hæc communicatio idem operatur, ac si essent Priuilegia Congregationibus illis, quibus fuit cõmunicatio, concessa. Ità Oldrad, *conf. 300. n. 8.* Bertr. *conf. 149. n. 2. lib. 1.* Parisius, *conf. 22. n. 5. lib. 5.* & alij, quos affert Tamburinus loco cit.

Nec obstat dicere dictam Bullam Pij V. fuisse postea reuocatam à Gregorio XIII. Nam respondeo, fuisse tantum reuocatam in ordine ad Priuilegia contraria Concilio Tridentino, & ideò nouissimè Hieronymus Garcias in *Politica Regulari, to. 1. tr. 8. difficult. 1. dub. 4. n. 1.* loquens de supradicto Priuilegio Pij V. subdit, hæc verba. *Ten este Priuilegio esta reuocado por Gregorio XIII. todo lo que se opone al Concilio Tridentino, pero no otra cosa.* Ita Ille, cui adde Rodriguez *tom. 1. q. 8. art. 9.* Mirandam in *Man. tom. 2. q. 48. art. 7.* Sanchez, in *summa, tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 16.* & Peyrinum, de *Priuileg. Minim. tom. 3. Constitut. 7. Pij V. §. 1. n. 2. & 3. iuncto §. 29. n. 25.* vbi adducit Declarationem Concilij tenoris sequentis: *Ordinarium potest præcipere Regularibus, vt eant ad Processiones publicas, utpotè in festo Corporis Christi, in Litanijs, & Inbilais publicis faciendis in Plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria, dummodò Processiones sint eius generis, quod in Bulla Sanctissimi D. N. Pij V. Mendicantibus concessa, qua incipit: Et si Mendicantium publicata 17. Kalend. Iulij 1567. comprehendantur. Et dummodò Regulares non sint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, qua in eadem Bulla excipiuntur.* Hæc ibi. Ex qua declaratione Sacræ Congregationis apertè constat, Constitutionem Pij V. non fuisse reuocatam à Gregorio XIII. nisi quatenus statuit aliquid contrà Concilium Tridentinum.

His itaque suppositis, assero saltem generales Religionum, per dicta Priuilegia superius adducta Gregorij XIII. posse dispensare cum suis subditis Illegitimis ad Generalatum. Probatum hæc opinio, quia supracitati Pontifices concedunt supradictis Religionibus, Societatibus, & Ministrantibus Infirmis, vt visum est, posse dispensare cum suis subditis Illegitimis ad quascumque Dignitates, Officia, &c. Sed sub dictis verbis non solum includuntur Prælaturæ Inferiores, sed Generalatus, vt patet ex Lezana in *summa, tom. 1. cap. 18. num. 62. tom. 2. cap. 14. num. 142.* & ex verbis Bullæ Sixti V. appositæ à Bordonis in *Consilijs Regularium tom. 1. res. 12. num. 36.* Sic enim Pontifex ait: *Appellatione Dignitatum, Honorum, Graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatatus, Prioratus, Guardianatus, Custodiatu, Prouincialium; ac Generalium, Superiorum Officia, & alia his similia cum onere, & Superioritate coniuncta.* Ità ibi. Ergo, &c.

Quod confirmatur ex particula, *Quascumque*, apposta in dictis Bullis Pontificiis, quæ ex sui natura omnia includit, & nil excludit, vt ex *leg. à Procuratore Cod. Mandati, & in cap. solit. de Maioritate, & obedientia, notant Glossa, verb. Quicumque, de sententia Excommunicat. lib. 6. Riminaldus innot. conf. 450. num. 37. vol. 4. Rolandus conf. 5. num. 44. vol. 1. Menochius, conf. 600. num. 5. & conf. 1129. n. 28. Sanctarellus variat. Resolut. quest. 2. num. 21. Gloritus, respons. 1. part. 2. num. 193.* Itaque particula, *Quascumque*, est tantæ efficaciz, vt extendat dispositionem, & ità comprehendat omnia, quæ aliàs non comprehenderentur, vt notant (heu quondam) noster amicitissimus Ioan. Baptista Larrea in *Allegation. Fiscal. tom. 2. Allegat. 86. num. 51.* Curtius de *Feudis part. 3. quest. 12. num. 62. & 63.* Bartolus,

in *Prælud. feud. col. 15. vers. Tertio limita.* Baldus in *cap. Imperialem. vers. sed quid concessum. tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Alexander, conf. 30. vol. 5.* Alciatus in *leg. Muentium. ff. de verbor. signif. Cotta in Memori. feudum concessum. & memor. Priuilegia, & memoria. Quibuscunque Decius conf. 599. num. 3. & seq. Socinus Iunior, conf. 38. num. 1. & seq. vol. 3.* Tiraquellus innumeros referens, de *Retract. ligniag. §. 1. Gloss. 7. num. 20. & seq.* Ioan. Franciscus de Ponte, *conf. 5. num. 29. vol. 1.* Seraphinus *decif. 980. num. 8.* Bertazolus, *tract. Clausularum, claus. 4. Gloss. 30.* Immo addunt Bartolus, Baldus, Cotta, Tiraquellus, Alciatus, & de Ponte, dictionem, *Quoscunque*, omnia, etiam impropria comprehendere: Vnde dicunt, feudum concessum mihi, & successoribus meis quibuscunque, transire non solum ad Extraneos hæredes, sed etiam Legatarios, & fideicommissarios; qui improprie sunt hæredes. Hinc rectè Merolla, *tom. 2. disp. 4. cap. 6. n. 55.* obseruat, quod Pontifices, quando volunt sub particula, *Quacunque*, quod aliquid non contineatur, illud specialiter exprimere solent, vt fecit Bonifacius VIII. in *cap. Cum in illis de Præben. lib. 6.* dicens siue intentionis non esse, vt in mandato de prouidendo alicui de quibuscunque Beneficiis, comprehendantur Curata.

Et tandem confirmantur omnia superius dicta ex Casibus similibus pertinentibus ad Dispensationem Illegitimum; nam, vt optimè obseruat Merolla *tom. 3. disput. 6. dub. 7. §. 2. n. 223.* Marchinus de *Sacram. Ordin. tract. 1. part. 9. cap. 4. num. 11.* Gloss. in *c. finali, de filijs Presbyt. in 6. verb. Ad omnes.* Archidiaconus *ibidem, paulò post principium, Dominicus, num. 8.* Ancharanus, in *cap. Litteras, de fil. Presbyt. Sanchez, lib. 8. de Matrim. disp. 1. num. 26. in fine.* Gironda, de *explicat. Priuileg. num. 1637.* Coninck, *tom. 2. de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 29.* Palaus, *tom. 1. disp. 4. punct. 10. num. 3.* & alij, licet Illegitimus dispensatus ad ordines, censetur tantum dispensatus ad Minores, attamen hoc fallit, si in dispensatione dicatur ad omnes Ordines: Ità etiam, licet Illegitimus esset dispensatus, vt possit obtinere Beneficia, talis dispensatio non extenditur ad Beneficia Curata; attamen hoc non procederet si in dispensatione apponerentur hæc verba, *Ad quacunque Beneficia.* Tunc enim omnia venirent Beneficia, etiam Curata, & Dignitates, quia illa particula, *Quacunque*, vt probatum est, tantæ efficacæ est, vt faciat venire, quæ aliàs non venirent. Ità Felinus in *cap. Postulasti, num. 4. de Rescript. Milis in Repert. verb. Dispensatio. vers. Dispensatio Papalis.* Gasias, *tom. 1. de Benefic. part. 1. cap. 6. num. 65.* Crescentius, *decif. 1. de Priuileg. num. 5.* Sarnen. *Reg. de Trion. quest. 2. vers. Hinc est.* Mandosius, de *signat. grat. rit. de dispens. super def. nat. vers. Limitant.* & alij. Sic etiam dicendum est, quod tunc Priuilegium concessum Regularibus dispensandi cum Illegitimis non extenderetur ad Generalatum, quando in dicto Priuilegio concederetur simpliciter dispensatio ad Prælaturas, Officia, seu Dignitates; secus autem quando Pontifex, vt est in casu nostro, diceret, *ad quascunque Prælaturas &c.* nam vtique, vt patet ex dictis, tunc etiam ad Generalatum dispensatio extendenda venit; nam alioquin particula illa *Quascunque*, abundaret, & superflua esset, cum tamen in decretis, ac Rescriptis Pontificiis, verba aliquid operari debeant, vt habetur in *cap. si. Papa de Priuileg. lib. 6.* Quod adeò verum est, vt non solum verbum, & quælibet dictio non debeat esse sine effectu aliquid operandi, sed etiam quælibet Syllaba, vt bene docent Glossa, in *cap. solita.*

verb. Tanquam, de Maiorit. & Obedient. Staphil. de lit. grat. rit. de vi, & effect. claus. §. 1. num. 6. Simon de Petris, de *interpret. ult. volunt. lib. 2. Interpret. 3. dub. 2. solut. 5. qua incipit. Quintò generaliter.* Mantica, *tom. 1. de ambig. conuent. lib. 2. tit. 12. num. 8.* Ergo, &c.

Remanet igitur ex dictis satis firmata nostra sententia, quam in indiuiduo, loquentes de dispensatione Illegitimum ad Generalatum virtute dictorum Priuilegiorum, tradiderunt Sigismundus à Bononia, de *Elect. p. 2. cap. 4. dub. 73. iuncto dubio 77. num. 7.* Bordonus in *Miscellaneis, decif. 381.* Portel in *Dub. Regul. verb. Illegitimus num. 10.* Martinus de S. Ioseph, in *Man. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 56. de Matrim. num. 7.* Peyrinus in *formulario Prælat. Regular. littera I, cap. unico*, in quo ponit formam dispensandi Illegitimos, etiam ad Generalatum: Quibus adde Pasqualigum in *QQ. Canon. Centur. 2. quest. 184. iuncta quest. 183. num. 5.* qui ex quodam Priuilegio Pij V. Id Februarij, anno 1567. concessio Religioni Theatinorum, probat, posse hodiè Superiores Regulares dispensare cum Illegitimis non solum ad Prælaturas Inferiores, sed etiam ad Generalatum. Quod etiam probari potest ex alio Priuilegio Pij V. concessio Benedictinis sub Idibus Iunij, anno 1571. in quo, §. 1. sic habetur: *Ac in pristinum; & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, & fuerant, statum redintegrandi, omniemque inhabilitatis, & infamia maculam, siue notam inde quomodolibet insurgentem ab eis, & eorum quolibet prorsus abolendi, secumque, quod præmissis non obstantibus non promori ad omnes, etiam Sacros, & Prebyteratus Ordinem promoueri, atque Monasterijs eiusdem Congregationis in Abbates, Priores, & Prælatos præfici, nec non ad quascunque alias dicta Congregationis Prælaturas eligi, & assumi.* Hæc ibi. In quibus verbis notanda sunt illa, *Omnes inhabilitatis, & infamia maculam prorsus abolendi.* Nam hæc dictio, *prorsus*, excludit omnia, & singula, quæ in contrarium excogitari possunt; vt patet ex *c. Statutum. §. Prouisuros. de Rescriptis, in 6.* & sic denotat idem quod, *penitus*, secundum Stephanum Gratianum, *Marchia decif. 188. num. 8.* Et idè Pius V. in alia Bulla superius adducta in fauorem Clericorum Regularium, vsus est particula, *penitus*, quæ nullam limitationem admittit; vt ex multis probat Cenedus in *Centuria Singularium Iuris, singul. 73. num. 1.* & Barboza, de *Diction. usu frequentibus; verb. penitus, dist. 299.* Nota etiam alia verba, quæ supra Pontifex subdit: *Priores præfici, nec non ad quascunque alias dicta Congregationis Prælaturas eligi, & assumi.* Ergo etiam ad Generalatum ex rationibus adductis, vigore particulæ, *Quascunque.*

Et tandem omnia superius dicta confirmantur ex communi doctrina Theologorum, Canonistarum, & Iurisperitorum asserentium, quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac strictè interpretanda, potestas tamen dispensandi latè interpretanda venit. Et ita tradunt §. 1. Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de *Matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 2. num. 1.* quibus Ego addo Salas de *Legibus, disp. 20. sect. 11. n. 10.* Merollam, *tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 2. n. 88.* Emanuelem Sà, *verb. Dispensatio, n. 7.* Comitolum in *Resp. mor. lib. 1. qu. 104. num. 1.* Suarez de *Legibus lib. 6. cap. 17. num. 14.* & Bonacinam de *Legibus, disp. 1. q. 3. punct. 7. §. 1. n. 14.* Ergo, & in casu nostro facultatem dispensandi cum Illegitimis concessam Regularibus latè interpretandam esse dicendum erit.

Sed vt magis probabilitas huius opinionis clarescat, restat respondere ad aliqua argumenta, quæ in

in contrarium adduci possunt. Et primò, quod Dispensatus ad omnes, seu quascunque Dignitates, non censetur dispensatus ad Episcopatum, vt tradit Fagundez, de *Præcept. Eccles. præcept. 5. lib. 3. c. 3. n. 5.* Sayrus de *Censuris, lib. 6. cap. 11. n. 27.* Glossa in *cap. 21. de Præbend. in 6. Panormitanus in cap. Dilectus de concess. præbend. num. 1. & in cap. Cum Vvitionensis. n. 8. de Elect. Oldradus conf. 14. Romanus conf. 338. Tabiena, verb. Beneficium, 2. §. 20. num. 24. Syluester verb. legitimus quest. 7. Maiolus, de Irregular. lib. 1. c. 9. num. 4. Astensis part. 2. lib. 8. tit. 38. art. 4. q. 3. Pax Iordanus in var. *Elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 19. num. 70.* Peregrinus de fideicommissis, art. 23. n. 8. Hoieda, de *Incompat. Benef. part. 2. cap. ult. num. 77.* Marcellus Vvipe, in *Praxi, cap. 47. num. 29.* & alij. Ergo & in casu nostro sub Priuilegio Regularium dispensandi ad quascunque Dignitates, non intelligitur Generalatus, qui est suprema Dignitas in Religione. Respondeo, hoc argumentum nostræ Conclusioni non officere. Primò, quia non desunt Doctores asserentes, quòd Dispensatus ad omnes Dignitates, censetur dispensatus ad Episcopatum; quia legitimatus per subsequens Matrimonium censetur, & est legitimatus ad Dignitatem Episcopalem, absque alia expressa mentione, aut declaratione: Ergo & legitimatus à Papa ad omnes honores, & Dignitates Ecclesiasticas, censetur etiam legitimatus ad Episcopatum; cum lex viua legitimatiōis non sit minùs potens, quàm lex mortua, vt ita dicam Matrimonij. Deinde quia legitimatio, quæ fit à Papa per Rescriptum, non potest dici legitimatio ciuilis, sed naturalis; restituit enim hominem ad primæuum Ius, in quo omnes legitimi nascuntur. Vnde cum legitimus nulla indigeat declaratione ad Dignitatem Episcopalem; ira etiam illa non indigebit legitimatus à Papa. Et sic senserunt plures Professores Inlytæ Academiæ Salmanticensis, quos sequitur, & refert Henriquez *lib. 13. cap. 8. §. 10. in Glossa lit. C.* Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Merolla, *tom. 2. disp. 4. cap. 6. num. 59.* & ex Canonistis, Petrus de Ancharano allegatus à Panormitano in *dicto cap. Vvitionensis, de elect. num. 7.* Et quidem, si opinio contraria esset vera, dictio, *Omnes, vel Quascunque,* nihil operarentur; quod non est dicendum ex rationibus adductis.*

Sed melius respondeo Secundò, quòd in iure apparet, & cautum est, quòd Dispensatus ad Dignitates, non intelligatur dispensatus ad Episcopatum, vt optimè obseruat Gerundia de *Episcopatu, lib. 2. disp. 2. c. 1. n. 15.* cum aliis: & patet in *cap. Vvitionensis Ecclesia, & cap. in notit. de Elect.* in quibus Textibus Illegitimi aliqui erant ordinati, & Beneficia, ac Dignitates possidebant, & tamen inhabiles ad Episcopatum habebantur. Sed in casu nostro, non apparet, nec colligi potest ex aliquo Textu, quòd cautum sit in Iure, Dispensatum ad quascunque Dignitates, non esse dispensatum ad Generalatum. Ergo non valet argumentum adductum; quia Ius, id quod disposuit de Episcopatu, non disposuit de Generalatu: & idè Doctores communiter rectè asserunt, quòd sub verbis omnibus, aut quibuscunque Dignitatibus, non includitur Episcopatus; & nemo ex Doctoribus vsque adhuc à me diligenter conquisitis, asserit, quòd sub dictis verbis non includitur Generalatus; immò, vt visum est, Bononia, Portel, Bordonus, Martinus de San Ioseph, & Pasqualigus indiuidualiter docèt sub illa particula, *Quibuscunque dignitatibus,* Generalatus comprehendi: Malè itaque in casu nostro colligitur consequentia de Episcopatu ad Generalatum. Et idè rectè docet Mar-

tinus Becanus, de *Sacram. cap. 38. q. 8.* quòd non licet argumentari ab vno casu ad alium, quando vnus est expressus in Iure, alter non est expressus. Et quidem nullus, nisi bardus, negaret maximam distantiam, & differentiam, quæ extat inter vtrumque Gradum, & Dignitatem. Hinc Episcopatus, propter eius excellentiam, & præminentiam videtur speciali nota dignus, & non venit sub nomine Dignitatis, vt in specie notat Glossa, in *cap. 2. de Præbend. in 6.* & Panormitanus in *cap. Dilectus eod. tit.* quia est culmen omnium Dignitatum; vt habetur in *cap. penult. de præb.* Sed hoc dicere de Generalatu, vt gratis dicitur, & sine Iure, sic & gratis negandum erit. Ergo non est admittendum argumentum de Episcopatu ad Generalatum: nam, vt obseruat Maranta, *tom. 4. respons. 4. num. 65.* omnimoda, & absoluta exquiritur similitudo (in his scilicet, quæ conferuntur) inter ea, inter quæ similitudo arguitur. Alioquin, vel minima quæque dissimilitudo potens est, & efficax argumentum hoc deturbare; quin non totum destruere, secundum Gloss. & ibi notata in *l. Creditori 9. verb. vendicatio, ff. de noui operis nunciat. argumento Text. in leg. Quid ergo 13. §. ex promisso, ff. de his, qui notantur infamia.* Gloss. in *Can. sic enim. 9. §. his de causis, verb. nunquid. 28. quest. 1.* Abbas in *cap. Constitutus. in 3. notab. de Appellat. Afflictus decis. 350. num. 11.* Cochier de *Permut. Benef. part. 1. cap. 3. n. 6.* & alij.

Nec obstat Secundò; si quis diceret, quòd contra superius dicta clarè obstat Stylus Secretariæ Breuium Sanctiss. D.N. nec non Stylus Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus, quando Summus Pontifex dispensat cum Regularibus Illegitimis ad Prælaturas, & Dignitates Ordinis, apponitur clausula, *non autem Generalatum.* Respondeo, hoc argumentum magis confirmare dictam opinionem; nam quòd Pontifex in suis Indultis vult, quòd sub nomine Dignitatum, &c. non comprehendantur Generalatus, id clarè explicat: ergo quando id non explicat, vt est in Priuilegiis concessis Regularibus, dicendum est sub nomine Dignitatum, &c. Generalatum etiam voluisse includere: nam si voluisset, id expressisset, vt facit in Dispensationibus, quæ per Secretariam Breuium, & Pœnitentiariam emanant. Ergo, &c.

Confirmatur ex doctrina Georgij Gobat de *duplici Iubilæo, cap. 33. quest. 91. num. 248.* Lorcæ in *2. 2. D. Thoma, q. 11. art. 4. disp. 4. num. 12.* Bossij, *tract. de Iubilæo, sect. 1. cas. 8. num. 2.* & aliorum asserentium quòd si Pontifices in aliquo Iubilæo concederent absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, Casum Hæresim tamen excludendo; si postea in aliis Iubilæis concedant dictam absolutionem, & casum Hæresim non excludant, videtur illum vtique concedere: nam si noluissent, id explicarent in aliis Iubilæis, vt fecerant. Item Pontifices concesserunt plura Priuilegia Regularibus dispensandi in quibuscunque Irregularitatibus, vt Eugenius IV. Sixtus IV. Pius V. excepta tamen Irregularitate Homicidij, Bigamiæ, & mutilationis membrorum, de quibus Pater Lezana, in *summa Q. Q. Regul. tom. 1. c. 18. n. 40.* tamen quia postea Paulus III. concessit Generali, Abbatibus, &c. Sancti Benedicti Vallisoletani Priuilegium, vt pro prima die Lunæ Quadragesimæ cum eorum subditis dispensare possint super quibusue Irregularitatibus, & non apposuit illam clausulam, quam Pontifices in aliis Priuilegiis apposuerunt, *excepta irregularitate Homicidij voluntarij, &c.* Idè Portel in *Dubijs Regul. verb. Dispensatio in Ad. dit.* Hieronymus Rodriquez, in *Compend. Q. Q. Regular. resol. 52. num. 25.* Bordonus in *Consilijs Regular.*

lar. tom. 1. resolut. 13. num. 14. 16. & 24. Tamburinus de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 4. quest. 12. numero 10. & 11. cum aliis, sustineat per dictum Priuilegium Pauli III. posse hodie Superiores Regularium in Feria secunda post Dominicam primam Quadragesimæ, dispensare cum suis subditis super irregularitate orta ex homicidio voluntario, Bigamia, & membrorum mutilatione; quia cum alij Pontifices in suis Bullis posuerunt clausulam exceptiuam dictarum Irregularitatum, dum Paulus III. in sua Bulla, dictam clausulam non apposuerit, signum est dispensationem dictarum Irregularitatum concessisse.

His suppositis, sic dicendum est in casu nostro: Pontifices concedendo Priuilegium Regularibus, ut cum Illegitimis possint dispensare ad quascunque Dignitates, si nollent talem Dispensationem ad Generalatum extendere, explicarent quidem, ut explicant in Concessionibus Secretariæ Brevium, & Pœnitentiariæ: ergo non excipiendo Generalatum, videntur Priuilegium ad illum extendere. Et ideo hic intrat Axioma illud Iuris, quod si lex voluisset, expressisset, ut patet ex leg. unica. §. si autem ad deficientis. Cod. de caduc. tollen. leg. si seruus. §. Prætor ait, vers. Non dixit, ff. de acquir. hered. c. Ad audientiam 2. de Decim. cap. 2. de tr. insal. Pral. & notant Tiraquellus in leg. si unquam, verb. Libertis, num. 3. C. de renocan. donat. Menochius, conf. 1. num. 178. & conf. 140. num. 4. Surdus, decis. 88. num. 4. & decis. 322. num. 22. & conf. 245. num. 45. Gutierrez, Practicar. lib. 3. quest. 22. num. 7. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 9. §. 1. n. 33. & gloss. 42. num. 11. Cardosus in Praxi Iudicum, & Advocat. verb. Lex. num. 28. quibus adde alios, quos citat, & sequitur (heu quondam noster) doctissimus Ioann. Baptista Larrea, in Allegat. Fiscal. tom. 2. alleg. 94. num. 26. Et ideo Lex id noluisse præsumitur, cum facile id exprimere potuisset, neque expressit, ut obseruat Menochius, conf. 30. num. 8. & sapientissimus, & amicissimus Io. Solorzanus de Indiarum Iure, tom. 2. c. 21. num. 3. 2. ex leg. si seruus, §. Non dixit. ff. de acquir. heredit. ex leg. Illam, Cod. de Collationibus, ex leg. dissension. Cod. de repud. ex cap. Illa, in sede vacante. Itaque cum Priuilegia Pontificilia Regularibus concessa, ut supra visum est, generaliter, & absolute, & sine vlla distinctione loquantur, absolute, generaliter, & sine distinctione intelligenda esse statuendum est, ex Iuris vulgaribus quæ citat Barbosa in Axiomata Iuris usu frequentia, axiom. 136. n. 1. & 4.

Adde, quod est valde notandum, Pontificem in Pœnitentiaria, & Secretaria Brevium, dispensare ad petitionem Partium; & quia Generalatus est suprema Dignitas in ordine ad Gubernationem totius Religionis; & plura merita, ac virtutes requirit Pontifex, quia non potest esse ita bene informatus de meritis Oratorum, recte non vult sub nomine Dignitatum includere Generalatum; & ideo apponit illam clausulam: Sed quando concedit Priuilegia Regularium, non militat hæc ratio; & ideo recte dicunt Doctores, quod sub nomine Dignitatum Generalatus in Priuilegiis includitur; quia Superiores Religionum, dispensando cum Illegitimo, cognoscunt radicibus eius merita, virtutes, & alia necessaria requisita ad Generalatum: Vnde apparet, quod est dispar ratio inter vtrumque casum: & vbi non militat eadem ratio, non debet militare eiusdem dispositio, ut patet ex leg. si ita. ff. de manumiss. testamen. & ex leg. seruus, ff. de statu lib. ut obseruat Decius, conf. 394. n. 3. Surdus conf. 67. n. 19. & alij; quia diuersitas rationis, diuersitatem quoque Iuris inducit; ex leg. Inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb.

obligat. & ex leg. finali. ff. de ritu nuptiar. Ergo, &c.

Nec obstat Terriò asserere, quod Priuilegia contraria Iuri communi strictè sunt interpretanda; ut probat Miranda, tom. 2. quest. 4. art. 6. Syluester, verb. Priuilegium, quest. 3. & patet, quia derogatio Iuris communis, per se loquendo, ut odiosa, quam maxime debet vitari, vel certè restringi debet, si omninò vitari nequeat: idque ne alioqui Priuilegium fiat inutile; tum quia licet huiusmodi Priuilegia sint fauorabilia, quatenus respiciunt Priuilegiarium: quatenus tamen à Iure communi exorbitant, censeri debent odiosa; ideoque cum fauor communis præferendus sit fauori priuato, vbi oportuerit vnum restringere, ut aliud minus lædatur, restringi debet respectu Iuris communis: sed Priuilegia, de quibus est questio, vulnerant Ius commune; ut patet ex cap. de filijs Presbyt. ex communi Doctorum sententia, quos etiam me citato asserit Barbosa de Iure Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 193. Ergo &c.

Respondeo, Priuilegia Regularibus concessa contra Ius commune; esse latè explicanda, ut docet, sapientia, & eruditione nemini secundus amicissimus D. Ioannes Solorzanus de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 3. cap. 26. num. 110. qui citat Barbofam, Tiraquellum, & Rodriguez, quibus adde Oldradum conf. 300. n. 4. Decium in cap. ut si clerici. §. de adulterijs, vers. similiter gratiosa videns de iudic. Henriquez lib. 7. de Indulgent. c. 22. n. 3. & cap. 24. num. 4. Suarez de legibus lib. 8. cap. 27. num. 7. Merollam tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 1. num. 17. & Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 3. patetque, tum quia summa est ratio, quæ pro Religione facit. leg. sunt persone. ff. de Relig. & sumpt. funer. tum quia huiusmodi Priuilegia conceduntur toti Religioni, aut Communitati in perpetuum, ideoque æquantur legi, & habentur ac si inserta essent in corpore Iuris, cum sint Constitutiones perpetuæ. Vnde fit, ut Priuilegia Regularibus hoc modo concessa semper interpretari debeant ad instar Iuris communis. Vide Castrum Palaum tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 10. n. 5. & Pellizarium in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 6. n. 142.

Et tandem Quarto non obstat dicere, quod in nostro casu, defectus Illegitimitatis non est occultus, sed ab ipsis Religiosis, & ab aliis sciatur. Respondeo, quod hoc argumentum procederet, si Priuilegia essent solum concessa pro Foro interiori; sed hoc in casu nostro non accidit; nam, ut obseruat Marcus Vidal, in Arca Theolog. Moral. tit. de Casib. refer. Inquis. 1. n. 154. Priuilegia Regularibus concessa, absolute, pro vtroque Foro concessa intelliguntur; nam Priuilegium sine restrictione concessum, à nobis limitandum non est, immò ampliandum, & explicandum pro vtroque Foro, cum fauores sint ampliandi. Vnde Sanchez, lib. 6. c. 17. num. 43. asserit, quod Regulares, virtute Priuilegiorum, possunt absolute ab Excommunicatione deducta ad Forum contentiosum quoad culpam, quando gaudent Priuilegio absolute concessio sine restrictione, aut limitatione. Idem tenet Peyrinus de Priuileg. tom. 1. in Constitut. 6. Inly II. §. 3. num. 21. Sed hanc responsionem relinquendo, obserua, quod indiuidualiter pro casu nostro notat Pasqualigus, vbi supra, decis. 185. num. 8. Priuilegium Pij Quati concessum Benedictinis, de quò supra actum est, non solum concessum fuisse pro Foro Conscientiæ, sed etiam pro Foro externo. Ergo, &c.

Concludendum est igitur ex his omnibus, esse satis probabilem opinionem supradictorum Doctorum, atque ideo tutò practicari posse, nempe Superiores Regulares posse cum suis subditis Illegitimis

ad Generalatum dispensare. Et ita etiam. Ego probabiliter sentio, saluo aliorum præstantissimorum Theologorum, qui consulendi sunt, meliori iudicio. Romæ in Domo S. Syluestri Montis Quirinalis die 22. Februarij 1651.

Subscribo sententiæ Sapientissimi P. Antonini Diana, quatenus dicit esse satis probabile, etiam in praxi, opinionem eorum DD. qui existimant posse Superiores Regularium (intellige habentes priuilegia ad dispensandum cum subditis illegitimis ad officia, & dignitates Ordinis) dispensare cum illis, etiam ad Generalatum. Si enim talia priuilegia habeant dictiones: *Quascunque, omnes, cunctas*, vel similes, id videtur certum, cum istæ dictiones sint vniuersales, de quarum natura est omnia complecti, nihil excludere, & idem operari, ac si mentio specialis de omnibus facta fuisset. Ludouicus Morot. *conf. 59. colum. 1. Marta de clausul. q. 5. claus. 4. n. 1.* Stephanus Gratianus *discept. forens. cap. 990. num. 15.* Barbosa *de clausul. claus. 184.* si ergo in dictis priuilegiis fuerint dictæ dictiones vniuersales, extendi debent ad omnes dignitates, *Prelatis &c.* ordinis, etiam *Generalatus*. Casu etiam quod ea priuilegia non habeant clausulas, seu dictiones ipsas vniuersales, sed solum indefinitas, vt si dicant concedere facultatem ad dispensandum cum subditis illegitimis ad obtinendum officia, dignitates, *Prelatas, Præposituras, &c.* etiam debent extendi ad *Generalatus*; cum sit regula certa quod indefinita æquipollet vniuersali *l. si seruitus 24. ff. de seruit. urban. præd. l. si ita relictum, ff. de legat. 2. cap. solita de maiorit. & obedient. c. quia circa de priuileg. vbi DD. quamplurimi.* Quod maxime procedit quando subest eadem ratio. Cardinal. Tuschus *tom. 4. littera I. concl. 86. num. 2.* & alij apud Barbosam *axiomat. 123. num. 2.* Hic autem procedit eadem ratio. Nam ea, qua Summi Pontifices mouentur ad concedendum similia priuilegia Regularibus, est illa, quam assignauit Sixtus IV. *in Mari magno Carmelitarum §. 63.* scilicet: *Vt dicti Ordinis professoribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad Sedem Apostolicam recurrendi subtrahatur posse necessitas.* Hæc autem etiam procedit in casu *Generalatus*. Quod verò non obstat id, quod adducitur de Episcopis, seu Episcopatu, præter adducta à P. Diana roborari potest ex iis, quæ adduxi *tom. 5. in Mari magno Predicatorum num. 9. & 10.* ex variis Doctoribus, quod scilicet non obstant, quod secundum Canones non possit fieri institutio, diuisio, vel vnio Episcopatum sine consensu Sedis Apostolicæ, nihilominus de institutione, diuisione, vel vnione Prouinciarum Religionum, quæ similes sunt Episcopatibus, aliter loquuntur Doctores quos ibi adduxi. Sic sub censura &c.

Romæ apud Transpontinam 28. Februarij 1651.

Fr. Ioannes Baptista de Lezana.

Idem censeo quatenus in Priuilegio adsit clausula *vniuersalia*.

Ego Raphaël Auersa Cler. Minorum.

Idem censeo, non solum existente in Priuilegio particula *cunctas*, vel alia simili æquiualeter expressiua, de quo videtur nullatenus posse dubitari; sed etiam si priuilegium concessum fuisset per verba indefinita, non apposita vlla exceptione, idque propter rationem optimè penetratam à R. P. Diana, quod priuilegia concessa in perpetuum Communi-

tati maxime religiose æquantur legibus publico iuris corpori insertis, ideoque sunt eiusdem amplæ interpretationis; quam in rem auctoribus ab eo adductis adiungo Layman, *l. 1. Theol. mor. tit. 4. c. 23. num. 5. §. dixi autem, cum Conink apud eundem sub censura.*

Dat. in Collegio Romano Soc. Iesu die 2. Mart. 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

Idem censeo in Collegio S. Thomæ super Mineruam die quinta Martij anni 1651.

Fr. Clemens Alvarez M. & Reg. Minerua.

Opinionem suprascriptam P. Antonini Diana non solum iudico probabilem, sed longe probabiliorem, cum ea sit fundata in clausulis illis vniuersalibus (*omnes quascunque*) in priuilegiis expressè præcisus, quæ ex communi DD. Amplissimè accipiendæ sunt: & quæ in contrarium afferuntur ex paritate cum Episcopatu stylo Breuium, & Pœnitentiariæ, nihil faciunt contrà, cum in illis habeantur claræ limitationes, vnde potius oppositum probant, quod vbi non sunt, vel in iure, vel alibi huiusmodi limitationes, particula illæ amplissimè accipiendæ sint, & sine limitatione. In Collegio Romano 8. Martij 1651.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.

A D D I T I O

Ad superiorem Tractatum.

Post superius scripta, & à tot Viris Doctissimis approbata, obseruavi Declarationem Sacræ Congregationis Concilij sub die 12. Martij 1629. quam affert Barbosa, *de Iure Eccl'es. lib. 1. c. 42. n. 199.* tenoris sequentis: *Legitimatus autem in Infantia ad instantiam Patris per legitimationem amplissimam, vigore facultatum Dominorum de Campegijs, nõ potest eligere Generalis in sua Religione.* Ergo posset aliquis contrà à nobis superius firmata asserere; Sicut Priuilegium concessum DD. de Campegijs legitimandi patientes defectum natalium non extenditur ad Generalatum; ita, & Priuilegium concessum Regularibus dispensandi cum Illegitimis. Respondeo, dictam declarationem Cardinalium nihil officere sententiæ, quam supra firmauimus in fauorem Priuilegiorum Regularium. Primò, quia credo, quod Sacra Congregatio intellexit Priuilegium concessum DD. de Campegijs, non extendi ad dignitates Ecclesiasticas: & optimè quidem; nam Leo X. concedens Priuilegium dictis Comitibus legitimandi, videtur loqui, vt patet ex contextu Bullæ, tantum quò ad successionem Bonorum, vt obseruat Maluasia, *vol. 1. conf. 109. num. 71. & 72.* & Giouagnonius, *lib. 2. Respons. 16. num. 50. & 51.* Et idè Sacra Rota in Bonon. de Bologninijs, sub die 27. Iunij 1566. coram Seraphino, *tom. 1. decis. 5. num. 7.* dixit, quod facultas concessa Dominis de Campegijs per dictum Priuilegium, ad Bona simpliciter tribuitur; quod etià apparet in supplicatione signata à Papa, & super quam extensum fuit Priuilegium, vbi nulla petitio inuenitur de habilitate in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas. Sed petitur quod omnes de Campegijs possent legitimare personas Ecclesiasticas, & ad Ecclesiasti-

ca Bona : quam supplicationem esse attendendam ad declarandam mentem Papæ , tradit Seraphinus *dec. 467. & decis. 764.* Imò quandò supplicatio discordat à Breui , potius attenditur supplicatio uti mater, quàm Breue, ut obseruat Giouagnionius *lococitato.* Itaque cùm in dicto Priuilegio, & in eius supplicatione nulla efficiatur mentio de legitimatione, quoad dignitates Ecclesiasticas, sed tantùm quoad successionem Bonorum Ecclesiasticorum, idèd Sacra Congregatio dixit legitimatum per Priuilegium DD. de Campegiis, non posse eligi in Generalem. Sed in nostro casu Priuilegia concessa Regularibus fuerunt eis largita in ordine ad dispensandum ad dignitates Ecclesiasticas cum clausulis amplissimis includentibus etiam Generalatum. Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum.

Et confirmatur ex his quæ docet Acacius Enencheleus *de Priuilegijs lib. 2. c. 3. n. 13.* probans, quod in dubio ex supplicatione, & precibus petentis, priuilegia interpretationem accipiunt; & patet *ex leg. si sue, §. qui ff. de interrog. in iure fac.* & firmat etiam Iason, & Glossa *ex leg. si libello Cod. de diner. rescr. Baldus, & Felinus in c. inter dilectos de fide instrum. Bartolus in leg. 1. vers. quæro ff. ad leg. Iul. Maieft. Bassens in Cur. Theol. ver. Priuilegium 6. num. 7.* cum docto Patre Gobat *in Thef. Indulgent. p. 2. cap. 35. q. 93. n. 63.* & aliis.

Roborantur supraddicta; quia licet Leo X. confirmauit dictis DD. Campegiis Priuilegium obtentum à Maximiliano Imperatore, tamen certum est confirmationis naturam esse, rem in suo statu, & terminis manentem roborare, non autem extendere; *ex cap. 1. & 2. de Confir. util. vel inutil. Glossa in cap. ex parte de Constit. & ibi Baldus, num. 12. Decio, in leg. more maiorum, num. 31. de Iurisdict. omnium Iudicum, & conf. 142. numero 6.* Quare cùm ex Priuilegio Imperiali, non competat facultas legitimandi ad Dignitates Ecclesiasticas, idem quoque dicendum est attempta confirmatione Apostolica. Vnde cùm Imperator non potuerit legitimare subditos immediatos Romanæ Ecclesiæ, quo ad Bona in Terris Ecclesiæ posita, ut docuit Iacobus Butrius *in leg. 3. de Offic. Presb. Speculator, de Dispens. §. Postremo, n. 10.* Ioan. Andreas, & Panormitanus, *in cap. Per venerabilem, qui filij sunt legitimi, Decius conf. 150. Socinus Iunior, conf. 100. lib. 2. Bertazolus, conf. 91. 92. & 93. Peregrinus, de fideicom. ff. art. 23. num. 13.* & alij: Idèd Leo X. Pontifex in Priuilegio concessio DD. de Campegiis, confirmauit dictum Priuilegium, quoad successionem Bonorum etiam Ecclesiasticorum; de habilitate verò ad Dignitates Ecclesiasticas, nihil disposuit, nec concessit, ut patet ex contextu Priuilegij. Ergo non licet argumentari de hoc Priuilegio ad Priuilegium Regularibus concessum, in quo inuenitur facultas expressa, & ampla dispensandi cum subditis Illegitimis ad quascumque Dignitates.

Sed quia Purpuratorum Patrum responsiones tamquam oracula veneror, non deseram hic respondere ad aliquas obiectiones, quas contra supraddictam Declarationem Sacræ Congregationis quis facere posset. Itaque non obstat dicere certum esse, quòd quilibet natus de legitimo matrimonio potest ad Generalatum assumi: ergo etiam illegitimus, legitimatus à DD. de Campegiis. Probatum consequentia; quia legitimatio restituit legitimatum in pristinum statum naturæ, ac si ex vero, & legitimo Matrimonio natus esset, ut firmavit Sacra Rota individualiter loquens de Priuilegio Dominorum de Campegiis in Romana de Zambecariis, *die 2. Decembris*

1588. coram Comitulo, decis. 17. n. 1. & ita docet cæterua Canonistarum penes Illustrissimum Præsidentem Couarruiam, *de spons. p. 2. cap. 8. §. 8. num. 1. Regentem à Ponte, conf. 16. num. 17. vol. 1. Rolandus à Valle, conf. 83. num. 13. vol. 1. Cephalum, conf. 98. n. 31. vol. 2.* & ex Theologis idem docet Castrus Palaut *tom. 6. disp. 6. punct. 9. num. 6.* & Fragosus *de Repub. tom. 1. lib. 3. disp. 6. n. 7. & 10.* firmantes, filium legitimatum esse verè legitimum.

Respondeo primò, negando consequentiam, quia filius legitimatus non est legitimus secundum veritatem, sed per fictionem Iuris, ut docent Federicus de Senis, *conf. 276. num. 2. Alexander conf. 2. Vsis codicillis, n. 2. lib. 1. Baldus in leg. Eam, quam vers. Questum fuit, & in leg. Cum acutissimi. Cod. de fideicom. Tiraquellus, de nobil. qu. 34. num. 20. Cardinalis Tuscus, tom. 7. verb. Spurius concl. 410. Cancarius alios referens *var. resol. p. 2. cap. 1. num. 186. Villagut, de extens. leg. tit. de extens. cuius, dispos. loq. in casu verò & c. Iason, in leg. si is, qui pro empore, n. 256. & seq.* dicens, esse communem opinionem, *ff. de usucap. Cacheranus, decis. 121. n. 6.* dicens, de hoc esse expressam legis dispositionem, *in leg. qui in Pronincia, §. Diuus ff. de ritu nuptiar. ibi, Perinde ac si legitimi concepti fuissent. leg. 2. ibi, Perinde habetur, ac si ingenuus natus esset. ff. de natal. rest.* Nam dictio, *Perinde*, fictionem denotat *Decius conf. 284. n. 15. Gironda, de explicap. Priuil. n. 289. Suarez lib. 8. de legib. cap. 22. num. 11.* Ergo &c. Vel melius respondendum est secundò, quò ad effectum legis Ciuilibus, & Canonicis; Filius legitimatus per rescriptum Principis non æquiparatur veris legitimis, quò ad omnia; & præsertim pro Casu nostro non potest ad Ordines, & Beneficia promoueri absque dispensatione; ut docet Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 9. num. 122.* & alij communiter. Ergo contruit Argumentum superius adductum.*

Nec obstat secundò asserere, quòd legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum, ut tradit Glossa *in c. Innotus in verb. conuincta, de Elect. ut ex multis probat Suarez, de Censur. disp. 50. sect. 5. n. 10. Menochius conf. 799. n. 12. Couarruias, de spons. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 24. Laderchius conf. 24. n. 19. Marcellus Vulpe in praxi Iudiciaria, cap. 47. num. 34. Lezana in Summa tom. 3. verb. Illegitimi Regulares num. 13. Sayrus de Censuris, lib. 6. cap. 11. num. 2. Henriquez, lib. 1. cap. 20. num. 2. & Solorzanus de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 2. cap. 17. n. 43.* Ergo & in nostro casu, legitimatus per Priuilegium Dominorum de Campegiis, à fortiori potest eligi in Generalem. Respondeo Primò: Panormitanum *in cap. ad extirpanda, num. 11. de filijs Presbyt. Maiolum lib. 1. c. 4. num. 14.* & alios docere, legitimatum per subsequens Matrimonium, egere dispensatione, ut in Episcopum assumatur. Sed quicquid sit de hoc, melius respondeo negando consequentiam: nam legitimatus per subsequens Matrimonium potest eligi in Episcopum, in fauorem matrimonij; vnde non solum potest eligi in Episcopum, sed ad Cardinalatum, & Papatum; ut ex Viuio, & Natta obseruat Vgolinus *de Irreg. c. 44. §. 3. n. 1.* cum Patre Thesauro *in Praxi p. 2. cap. 2.* & idèd in multis casibus intuitu fauoris Matrimonij, legitimatus per subsequens matrimonium plura potest obtinere, quòd non potest legitimatus per Priuilegium, & patet apud Doctores agentes de hac materia, & præsertim penes Merollam *tom. 3. disp. 6. c. 8. num. 133.* Ergo non valet argumentum de Legitimato per subsequens matrimonium ad legitimatum per Priuilegium.

Et

Et tandem tertio non obstat doctrina Francisci Marca, *tom. 1. dec. 1114. num. 6.* ubi loquens de Illegitimo, tenet, quod quando Papa procedit per viam legitimationis restituendo eum primæuo iuri, & antiquioribus natalibus, tunc talis potest promoueri ad Dignitatem Episcopalem: Sed Domini de Campegiis in actu legitimationis repræsentant Papam, & Papæ adæquantur, ut notant Sacra Rota *coram Comitulo ubi supra, decis. 37. num. 5.* Maluasia, *vol. 1. conf. 109. num. 71. in fine.* Giouagnonius, *lib. 1. resp. 16. num. 43. & 53.* Ergo legitimatus per ipsos, à fortiori, in Generalem Religionis absque alia dispensatione eligi posse dicendum erit. Adde, quod ex Bulla Sixti V. 3. Nonas Decembris 1593, incipiente, *Postquam.* ut obseruat Marchinus de *Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 10. c. 1. num. 18.* Legitimati à Papa, fiunt habiles ad omnes Ordines, & Dignitates Ecclesiasticas, excepto Cardinalatu, Ergo à fortiori, Illegitimus legitimatus per Dominos de Campegiis, potest eligi in Generalem, quia dicitur legitimatus à Papa, nam dicti Comites de Campegiis, ut dictum est, in hoc actu legitimationis virtute Priuilegij repræsentant Pontificem, & ipsi æquiparantur. Vide Rolandum, *lib. 2. conf. 12. num. 32.* Capram *conf. 2. n. 13.* Menochium, *conf. 19. num. 11. & conf. 20. num. 14. & 15.* Surdum, *conf. 1. num. 26.* Peregrinum, *conf. 52. num. 4. lib. 4.* & alios penes ipsos. Respondeo doctrinam Francisci Marca plures non recipere: nam procedit tantum, ut dictum est, in Legitimato per subsequens Matrimonium; & ideo ex Rebuffo, Lupo, & Montano, Mauritius de Alzedo *in praxi Episcop. p. 1. c. 3. n. 20.* ait, quod Legitimatus ad Episcopalem Dignitatem, non censetur legitimatus ad Archiepiscopalem. Sed quicquid sit de hoc, doctrina superius adducta non facit pro casu Dominorum de Campegiis, nam concedo Doctoribus citatis, ipsos in actu legitimandi Papam repræsentare, sed in his in quibus ab ipso delegati sunt: at non esse delegatos ad legitimandum in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas, patet ex dictis. Ergo rectè Sacra Congregatio declarauit per ipsos legitimatum non posse eligi in Generalem.

Nec obstat dicere, quod Declaratio S. Congregationis dicit solum virtute Priuilegij DD. Campegiis, quis non possit eligi in Generalem, ergo secundum S. Congregationem posset quis assumi ad alias Dignitates inferiores. Nam respondeo, negando consequentiam; Quia, ut satis probatum est, nulla mentio efficitur in dicto Priuilegio de legitimatione ad Dignitates Ecclesiasticas: & S. Congregatio respondit solum de Generalatu, quia de illo solum requisita fuit, & ut notum est, mos SS. Congregationis est; respondere indiuidualiter ad casum tantum ipsis propositum; nam si interrogata esset de aliis Dignitatibus inferioribus, utique etiam sic respondisse existimarem ex superius adductis; Priuilegia verò Regularibus concessa, ut ex ipsorum contextu aperte patet, loquuntur specificè de Dignitatibus Ecclesiasticis etiam Generalatum comprehendentibus. Ergo &c.

Sed dato contra omnia superius dicta, quod Priuilegium legitimationis DD. de Campegiis extendèretur ad Dignitates Ecclesiasticas, hoc non obstante rectè Sacra Congregatio respondit, vigore illius non posse quis eligi in Generalem: nam priuilegium vulnerans Ius commune, non est late, sed strictè interpretandum, ex *cap. Dilectos de consuetud. & cap. dilectos, de fide instrum.* ut docet Præpositus in *3. p. D. Thom. quest. 97. dub. 3. n. 34.* Amicus *in cursu Theologico, tom. 5. disp. 9. sect. 3. n. 49.* Fabius Galeota,

respons. Fiscal. 12. num. 193. Castrus Palaus, *tom. 1. tract. 3. disput. 4. punct. 10. num. 5.* Suarez *de legib. lib. 8. c. 17. num. 5.* & alij: sed Priuilegium DD. de Campegiis vulnerat Ius commune, nempe ex *cap. 1. de filijs Presb. in 6.* ut obseruant Doctores, quos ad fatieratem adducit Barbosa, *de potestate Episcop. p. 2. alleg. 45. n. 19.* cum per dictum Textum ad solum Papam pertineat dispensare cum Illegitimis. Ergo rectè Sacra Congregatio strictè putauit interpretandum esse dictum Priuilegium legitimandi concessum DD. de Campegiis; & dato quod per ipsum posset quis legitimari ad Dignitates Ecclesiasticas, respondit optimè adhuc non posse eligi in Generalem. Verum hæc doctrina non procedit quoad Priuilegia concessa Regularibus, sed intelligitur, ut optimè obseruat Bordonus, *tom. 2. ref. 52. n. 39.* & Merolla, *tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 1. n. 17.* de dispensatione, & Priuilegiis, quæ priuatis personis concessa sunt, ut est Priuilegium DD. de Campegiis; nam Priuilegia toti Religioni concessa extendenda sunt, ut supra probauimus multis Doctoribus, quibus nunc addo Vidal *in Arca Theol. mor. tit. de casib. refer. inquis. 1. num. 97. & 127.* Peyrinum *in Priuileg. Minim. tom. 2. Constit. 10. Clem. VIII § 1. num. 11. & 12.* P. Lezanam *in summa 10. 4. verb. Priuilegia Regularium n. 9.* Portel *in respons. tom. 3. casu 49. in fine.* Hieron. Rodriguez, *in Comp. resol. 62. num. 6. §. Quod tandem.* Peregrin, *in Comp. Priuileg. Theat. in introduct. §. 15. & 16.* & Bord. *ubi supra in conf. Regular. tom. 2. resol. 52. n. 20.* & colligitur ex *cap. Quia citra, cap. Iuris, de Priuilegiis, & cap. Per exemptionem, eod. tit. in 6.* Vnde ex his firmata est illa Regula, quæ mirificè facit pro nostra questione principali, nempe Priuilegia dubia Regularium dubietate orta ex ambiguitate verborum, & ex Iuristarum interpretatione, in fauorem Regularium esse intelligenda. Ita concessit Camaldulensibus Leo X. & Iulius II. Congregationi Môtis Oliueti, ut habetur in Compend. Societatis, *verb. Priuilegia. §. 4.* & Alexander VI. Benedictinis Cassinensibus, ut habetur in istorum *Comp. concess. 49.* & notat Tambur. *de iur. Abbatum. tom. 1. disp. 18. quest. 6. n. 78.* Rodriguez *ubi supra, resol. 90. num. 40. §. Decima.* Bordonus *loc. cit. n. 40.* & Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. c. 2. concl. 3. regul. 1.* Itaque ex his omnibus manifestè apparet Priuilegium de Campegiis, etiam si Dignitates Ecclesiasticas comprehenderet, non esse extendendum ad Dignitatem Generalatus, ut Sacra Congregatio respondit, quia tale Priuilegium personis priuatis concessum, & vulnerans Ius commune, strictè interpretandum venerat: secus autem dicendum est de Priuilegiis Religionibus concessis; nam ista late, & in dubio in earum fauorem interpretanda sunt.

At cum hæc omnia circa explicationem, & defensionem Responsionis Purpuratorum Patrum excogitasset, volui tamen etiam consulere nunquam satis laudatum Dominum meum Franciscum Paulucium Sacre Congregationis Concilij Secretarium dignissimum qui testatus est mihi declarationem illam non fuisse firmatam sub die 12. Martij, ut citat Barbosa, *sed sub die 12. Maij;* & ita Eminentissimos Cardinales declarasse, quia censuerunt Priuilegium concessum Dominis de Campegiis non se extendere ad Dignitates Ecclesiasticas, quod nos supra firmauimus. Nihil igitur officit Declaratio prædicta Sacre Congregationis, Priuilegiis concessis Regularibus, quia, ut dictum est, Papa illis specialiter, & amplè concedit posse dispensare cum Illegitimis ad quascunque Dignitates; ergo etiam ad Generalatum; nam Dicitio, *Quascunque*, est effrenata, & omnia compre

comprehendit, ac extenditur ad latissimum significatum, ut satis supra probatum est, & probant Doctores, quos affert Cenedus, *singul.* 91. n. 1. & idem in terminis, ut dici solet, terminatibus nostram sententiam præter Bordonum, Portel, Bononiam, Martinum, & Pasqualigū, ubi supra adductos tenet etiam Samuelius, *de elect. tr.* 2. *contr.* 18. *concl.* 4. & 5. *iuncta controu.* 13. *concl.* 3. Et ita ego iterum sentio.

Romæ in Domo Sancti Syluestri Montis Quirinalis die 4. Aprilis 1651.

Probabilissimum mihi est limitationem illam positam à Sacra Congregatione Priuilegiis DD. de Campegiis nullo modo derogare vniuersalitati Priuilegiorum Regularium. Non solum quia Priuilegia Regularium priuilegiatissima sunt, ut potè concernentia fauorem Religionis: *Summa enim ratio est quæ pro Religione facit*, ut dicitur *l. sunt persona, ff. de Rel. & sumpt. fun.* & quia comparantur legibus publico iuris corpori insertis, quæ latam interpretationem habent, ut norant Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 1. Henriquez *lib.* 7. *l.* 22. n. 3. Coninch 3. *p. tom.* 2. *disp.* 33. *dub.* 2. n. 16. sed etiam quia cum Priuilegia dicta Regularium nullo modo dependant à dicto Priuilegio DD. de Campegiis, nec sint ad instar illius concessa, sed absolute, & independentè ab ipso, nullo fundamento dici potest restrictionem illius extendi etiam ad Priuilegia Religionum. Præsertim etiam, quia plures rationes suppetunt pro Priuilegiis Regularium intelligendis cum dicta ampliacione, quæ non procedunt in Priuilegio præfato DD. de Campegiis, ut propterea meritò Sūmi Pontifices ea concesserint Religionibus amplissimè, istud verò Sacra Congregatio solum strictè intellexerit. Subscripto igitur sententiæ sapientiss. P. Dianæ.

Romæ apud Transpontinam 5. Aprilis 1651.

Fr. Ioannes Baptista de Lezana.

In eadem sententia persisto.

Ego Raphaël Auerfa Cler. Minorum.

Persisto similiter in eadem sententia, & censed dictum Priuilegium DD. de Campegiis merito repelli à causa præfate; cum Priuilegium Regularium, de quo agitur, expressè concessum sit pro legitimatione ad Dignitates; Priuilegium verò Campegiorum pro legitimatione ad bona simpliciter, ut constat ex declarationibus, & cæteris diligenter expensis à R. P. Diana: qua stante diuersitate materiæ, nulla potest subsistere ratio paritatis, quoad extensionem, & restrictionem legitimationis ad has, & illas Dignitates. Quod si ratio aliqua proportionalis vtrique Priuilegio communis obseruanda est, ea proculdubio fauet superiori resolutioni. Sicut enim Priuilegium DD. de Campegiis, quia sub amplissima forma concessum est, nullam vnquam passum est restrictionem, limitationem, aut exceptionem, sed nec pati potuit, in propria materia bonorum etiam Ecclesiasticorum; ita Priuilegium istud Regularium ob eandem rationem pati non potest vllam restrictionem, limitationem, aut exceptionem in propria materia Dignitatum Regularium. Deinde dato (quod ex superius insinuat falsum esse satis apparet) Priuilegium Campegiorum comprehendere etiam legitimationem in ordine ad Dignitates Ecclesiasticas, idque sub amplissima forma; non tamen esset eius vigoris, & amplitudinis pro legitimatione ad Dignitates Regulares, atque est Priuilegium Regularibus ipsis concessum. Quia Priuilegium Campegiorum datum est pro subleuamento, conseruatione, atque splendore temporali eius familiæ, quam in rem nil, aut vix quidquam confert legitimatio ad Dignitates Regulares. Priuilegium verò Regularium datum est, ne Religiones impediantur quo minus vtantur opera Religiosorum, aliàs idoneorum in iis muneribus, ad quæ honestum, vtile, aut necessarium iudicauerint ipsos promouere. Vnde exceptio facta quoad istas Dignitates in Priuilegio Campegiorum, nullatenus concluderet eam similiter faciendam, aut subintelligendam esse Priuilegio Regularium; pro quo necesse non est producere communes, & notas regulas interpretationis Priuilegiorum ex intentione, & scopo concedentis, & circumstantiis concessionis.

In Collegio Romano Societ. Iesu 8. Aprilis 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

Limitationem appositam DD. de Campegiis non derogare Priuilegiis Regularium, Censedo rationibus supra adductis motus, salua &c.

In Conuentu S. Mariæ super Mineruam 8. Aprilis.

Fr. Clemens Alvarez M. & Reg. Minerua.

Censedo propter rationes à R. P. Diana allatas factis, superque ostensum, nullam esse paritatem inter Priuilegium DD. de Campegiis, & Priuilegium Regularium, in casu, de quo agitur, propterea que persisto in eadem sententia.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.



TRACTATUS X.

DE CINGVLO MILITARI, PRO VALIDITATE Professionis Equitum Militemum.

An Professio N. emissa in Religione Hierosolymitana non sumpto prius ornamento Cinguli militaris fuerit inualida.

RESPONDEO affirmatiuè, ut potè emissa contra formam præscriptam à Statutis dictæ Religionis; nempe, Equitem oportere Professionem emittere cum Ornatu Cinguli Militaris. Et certum est, quod quando forma seruanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus; ut patet *ex leg. Non dubium. Cod. de legibus. l. Maxim. l. Qui heredi. ff. de Condit. & Demonstrat. l. Cum hi. §. Si Prator. ff. de transact. l. 1. Cod. de Pradijs Decurionum lib. 10. leg. Constitutionibus in fin. ff. ad municip. l. Iulianus. §. Si quis. ff. ad exhibendum. l. Præponebatur in fine. ff. de Iudicijs. l. Seia. ff. de auro, & argento legato. l. Si is, qui. §. Quadam. ff. ad legem falcidiam. & Glossa in cap. Dilecta ubi Panormitanus num. 4. Felinus, n. 6. de Rescriptis, & docet Amaja, in lib. 10. C. tit. 1. l. 4. n. 39. Runelinus, ad auream Bullam Caroli IV. p. 1. Differ. 3. Thes. 6. Reusnerus, lib. 1. conf. 17. n. 70.*

Pruch

Pruchmannus, lib. 2. conf. 18. n. 83. Larrea in Allegat. Fiscal. t. 1. Allegat. 29. n. 23. & t. 2. Allegat. 110. n. 5. Valenzuela, t. 1. conf. 87. n. 77. Castillo, lib. 5. Contr. c. 116. n. 9. & seq. Solorzanus de Indiarum Iure t. 2. lib. 2. c. 26. n. 40. Felicianus à Vega, in Relect. ad cap. Dilecti. de Iudiciis n. 14. Escobar, de Ratiociniis, c. 6. n. 39. Gutierrez, in Pract. Q. Q. lib. 3. q. 15. n. 28. Themudo, in Decis. Archiep. Plysipon. t. 1. decis. 81. §. 1. n. 14. & 15. & dec. 56. n. 8. & 10. cum aliis quos ad facietatem adducit Ioseph Vela, in Dissert. Iuris Controuersi Senatus Hispanensis, t. 1. dissert. 21. n. 5. & dixit centies Rota, præsertim nouissimè in vna Paduana Feudi, die 11. Ianuarij 1627. coram Merlino. Et ratio est, quia sicut in Physicis, forma rei sublata, tollitur compositum, ita, & in moralibus, deficiente forma, corrumpitur actus, & ideo forma specificè adimplenda est, & non per æquipollens; ex l. 1. §. Opus nouum. ff. de non oper. nunc.

Tota ergo Difficultas in casu nostro consistit, an in Religione Equitum Hierosolymitanorum, sit de forma, vt Miles Professionem emittens, sit ornatus Cingulo militari? Et affirmatiuè respondeo. Probatum primo, quia forma inducitur quoties à statuto additur necessitas aliquid faciendi. Ita docet Tiracuellus de Res. ligna. §. 39. glossa 2. num. 25. Abbas & Berous, quos citat; & sequitur Farinacius, in frag. Crim. par. 2. ver. lex. n. 206. Quibus ego addo Escobar, de Vtroque foro, art. 2. n. 4. & Barbof. Axioma. 100. n. 2. cum Socino, lib. 2. conf. 285. n. 2. Sed in statuto Religionis Hierosolymitanæ asseritur, esse necessarium, vt Miles, qui vult profiteri, sit ornatus Cingulo Militari; vt patet in Rubrica Della Diuersione de' gradi de' fratelli f. 12. Ergo dicta verba inducunt formam.

Nec obstat dicere, quod verbum Oportet ex sui natura, non importat necessitatem, & præceptum, sed decentiam, & consilium, vt docet cum aliis Sanchez, in sum. t. 2. lib. 6. c. 4. n. 37. Quibus ego addo Alphonsum de Castro, lib. 1. de lege pen. c. 5. docum. 4. & Merollam, tom. 2. disp. 4. c. 3. n. 124. Nam respondeo contrariam sententiam esse magis communem; vt patet ex DD. quos citat ipse Sanch. vbi supr. Quibus ego addo Bonacinam, de leg. q. 1. punct. 7. §. 4. n. 9. & Sayrum in Clauis Regia, lib. 3. c. 7. n. 20. Signorolum conf. 83. n. 4. & §. Parisienf. conf. 19. lib. 2. Socinum Iuniorum conf. 35. n. 7. vol. 2. Brunum in tract. de forma rit. quando aliquid censetur tradit. pro for. fol. mihi 34. concl. 4. post medium ver. & secundum: & patet ex Iuribus, quæ Sanchez non affert, vt ex Authen. de Iudiciis. §. Oportet. vers. necessario. collat. 6. leg. Si quando. Cod. Vnde vis. cap. Non oportet. 3. q. 8. cap. 1. de Prescriptionibus in 6. in quibus Iuribus, verbum Oportet, importat necessitatem: Vnde dixit Gregor. XV. decis. 23. n. 3. hoc verbum excludere arbitrium, & includere necessitatem. Et recognoscant aduersarij nouissimè Io. Petrum Fontanellam in Decisionibus Cathalonie, tom. 1. decis. 412. n. 10. vbi signanter obseruat, verbum Oportet, ex se necessitatem importare: & citat Baldum in leg. Cum oportet. in princ. Cod. de con. qua libe. & leg. 1. in princ. ff. de Inst. & Iure. Itaque cum verba in proprio, & naturali significato accipienda sint; vt patet ex leg. non aliter in princ. ff. de legat. 3. leg. Labeo. §. 2. ff. de supellect. legat. leg. Si quis ita. §. finali. ff. de legat. 2. leg. fideicommissum. ff. de Condit. & docet Harpprechtus, tom. 3. Instit. §. Alceri, de Inuenilibus stipulat. n. 15. Phæbus, in Decis. Lusitanie, tom. 1. dec. 77. n. 14. Mendez à Castro in Praxi Lusitana lib. 3. c. 15. Casanate, conf. 45. n. 168. Castillo in Controu. lib. 4. cap. 39. Valascus in Axiomatibus Iuris, litera V. n. 37. Vela in Dissert. Senatus Hispan. Anton. Diana, Pars X.

palesis, Dissert. 1. n. 22. Escobar in Antologia vdu orsus Amaiam, n. 43. & alij communiter. Vnde Solorzanus de Indiarum Iure, t. 2. l. 2. c. 20. n. 45. pro casu nostro rectè notauit, quod verba alicuius Statuti, semper debent sumi in propiori, & potiori significato: quod patet, præter iura allegata in c. Si quem de Sensent. Excom. & in l. 1. §. in perpetuum. ff. de ager. vectigal. ergo in Statuto de quo loquimur, verbum Oportet, dicendum est, contra aduersarios, necessitatem importare, & ideo præceptum, & non consilium inducere, ac proinde formam constituere.

Vel respondeo secundo: aliquos addere (vt obseruat Gratianus in Discept. forens. t. 1. c. 146. num. 18.) quod quando verbum Oportet inducat præceptum, vel consilium, iudicandum esse in ordine ad subiectam materiam, si sit leuis, vel grauis, vt de aliis verbis imperatiuis docet etiam Vasq. in p. 2. dis. 159. c. 2. n. 10. Angelus ver. lex. n. 3. Tabiena, q. 28. n. 29. Armilla, n. 4. Syluester, ver. Præceptum, qu. 2. & alij; sed in nostro casu subiecta materia, non est leuis sed grauissima, & maximi momenti, nempe ornatus cinguli Militaris, (vt infra demonstrabo:) ergo dicendum est, verbum Oportet, necessitatem inducere, & formam constituere. Adde quod Statutum tam Italicè, quam Latinè, vtitur verbo necesse est, quod vim habere maiorem videtur; Sed ego volui respondere argumento aduersariorum, qui vtuntur verbo Oportet.

Secundò probatur nostra Sententia, quia forma colligitur ex studiosa, ac vehementi animi statuentis applicatione circa obseruantiam modi in dispositione expressi; vt ex Bartolo, Panormitano, Boccaccio, Tuscho, & Farinacio docet nouissimè eruditus Ioseph Vela, in Dissert. Iuris Controuersi Senatus Hispanensis, dissert. 21. n. 35. & Escobar, tract. de vtroque foro, art. 2. n. 8. Sed hæc studiosa, & vehemens animi statuentis applicatio circa obseruantiam ornatus Cinguli, clarè patet in Statuto, ibi: *Prima che pigli l'habito, e facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo della Militia.* Et paulò infra: *Finalmente con l'ordine sudetto facci la professione.* In quibus etiam verbis ex illa ratione apparet in nostro casu, cingulum Militare esse de forma; quia asserunt Doctores, quod forma dicitur inducta, quando à Statuto præscribitur Ordo faciendi actus successiuè. Vnde Alexander Sperellus dec. 40. num. 44. mirificè pro verbis casus nostri, sic ait: *Quæ omnia maxime procedunt attenda altera dictione, Deue però prima, quæ formam importat; vbi enim proceditur per prius, & posterior, forma dicitur inducta.* Ita ille, qui citat Felinum in cap. cum dilectus, num. 6. de Præscript. cui adde Baldum in l. 1. Cod. Ne liceat tertio prouocare num. 8. §. ex dictis ergo Bordonum in Miscellaneis Decis. 255. Decium in l. hac consultissima, Cod. de testam. num. 8. & seq. Nigrum de executione rei iudicata, cap. 11. §. 1. num. 30. Moronum in centum Responsonibus, resp. 28. num. 18. Tholosanum in Syntag. Iur. lib. 1. cap. 11. num. 3. Cephalum conf. 421. num. 35. Garziam de Benef. tom. 2. par. 9. cap. 3. num. 10. & S. Rotam in Toletana Professionis 27. Febr. 1595. coram Clar. mem. Cardinali Pamphilio. & alios communiter. Ergo, &c. Adde etiam quod verbum illud *Finalmente* pariter importat formam substantialem, vt patet ex Cassaneo in consilio Burgundia, rubrica 4. §. 2. num. 15. & conf. 49. num. 14. Mascardo de Inter. Statut. concl. 9. num. 9.

Tertiò probatur nostra Sententia; quia forma censetur inducta à Statuto, si aliquis statuit præter ius commune, vel mandat aliquid fieri certo modo; vt tradunt

tradunt Doctissimi Iuriconsulri Hulricus Hunnius in *Encyclopedia Iuris*, part. 1. tit. 3. cap. 4. num. 6. Matthæus Berlychius in *Conclus. pract. part. 2. concl. 17. n. 104.* Ludolphus Schraderus, *tract. de feudis*, part. 10. sect. 8. n. 20. Ignacius de Villar, in *Sylva Respons. lib. 1. respons. 15. num. 3.* Salgadus, *tract. de Resent. Bull. par. 2. cap. 6. num. 25.* Vtries in *Ocio estiuo*, par. 2. num. 356. Martha de *Iuris. par. 4. Cent. 1. cas. 94. n. 15.* Trentacinquius, *lib. 1. de legib. Res. 1. num. 5.* Castillo de *Tertis Regum Hispania*, cap. 27. num. 15. Palaez de *Maioribus*, par. 4. quæst. 20. num. 78. & seq. Io. Petrus Fontanella in *Decisionibus Cathalonie*, tom. 2. decis. 272. num. 19. & 20. Ioseph Sesse in *Decisionibus Aragonia* decis. 31. num. 8. & decis. 230. n. 16. Tholosanus in *Syntag. iur. lib. 1. cap. 11. num. 8.* asserentes: Quod quando statutum prouidet aliquid cum certis modificationibus, seu quando in statuto circa actum conficiendum disponitur aliquid præter ius commune, id pro forma habendum esse; sed hæc omnia accidunt in casu nostro: nam statutum præcipit emissionem professionis cum certis modificationibus, & præter ius commune: ergo dictum statutum, formam inducere dicendum est. Vide præter Doctores citatos Ioannem Gurtierez in *Pract. qq. l. 5. q. 15. n. 8. 9. & 12.* qui docet etiam, quod ubi statutum aliquid exprimit circa actum conficiendum, aliter quam à iure communi sit dispositum, censetur inducta forma. Item quod ubicumque lex, vel statutum introducit aliquid cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, censetur de forma. Idem tradit Becius *conf. 11. n. 23. & 24.* & Mascardus de *generali statut. interpret. concl. 9. n. 8.* & Cacheranus *decis. 165. n. 11.*

Confirmantur etiam supradicta ex doctrina Riccij in *praxi*, tom. 3. *resol. 20. n. 20.* ubi firmat, quod quando lex desiderat actum cum aliqua qualitate, non sufficit facere actum absque illa qualitate, & actus erit nullus.

Nec obstat dicere, supradicta non procedere, vt obseruat Boccacius in *Const. Marchia*, gloss. 6. n. 160. & 167. quando id, quod omittitur est leuis præiudicij, vt videtur omisio Cinguli militaris: nam hoc est negandum; vt infra videbitur in responsione ad 4. Argumentum.

Quartò probatur nostra sententia apertissime; nam certum est apud omnes Iuriconsultos, & Theologos, Decretum irritans inducere formam, itaut actus aliter factus, sit omnino nullus. Vide Doctores, quos ad satietatem citat, & sequitur Moneta *commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 242.* Chartarius in *decisionibus Archiepisc. decis. 28. num. 6.* Marius Antonius *uariar. resolut. lib. 1. resol. 104. num. 8.* Garzia de *benefic. tom. 1. part. 5. cap. 1. num. 27.* Gonzales in *Regulam Cancell. 8. glossa 67. n. 12. claus. 191. num. 6. part. 1. Onate de contract. tom. 1. tract. 2. disp. 6. sect. 6. num. 115.* Tholosanus in *syntag. iur. uniuers. lib. 1. c. 15. num. 5.* Xammar de *Priuelegiis Barchinone*, §. 13. n. 9. Gurtierez in *practicab. qq. lib. 3. quæst. 15. num. 4.* cum Caputaquens *part. 1. resol. 249.* testante, sic sæpius decisum fuisse à Sacra Rota, vt patet in vna Veronensis pensionis die 3. Iulij 1592. coram Cardinali Mellino, & nouissime in vna Ceruensis pensionis, die 21. Martij 2632. coram Eminentiss. Card. Verospio, & patet ex *leg. cum ij. §. si Prator aditus. ff. de transact. cap. si eo tempore. de elect. in 6. cap. quodam. de prebendis*, cap. 1. *ver. adiciebat. de concess. prebend. eodem lib. cap. cum dilecta, de rescript. cap. venerabili, de offic. delegat. cap. Pisanis, de restitu. spoliator.* & aliis iuribus; sed in nostro casu adest decretum irritans: ergo inducit formam, vnde pro-

fectio aliter facta corrui. Quod autem adest decretum irritans, patet in ordinationibus capitularibus, anno 1603. de *Receptione Fratrum*, sit. fol. 30. & in ordinationibus capitularibus anno 1531. tit. 2. del *Riceuimento de Fratelli*, cap. 5. Dicere autem cum Aduersariis, decretum irritans, in hoc loco, tantum respicere gradum professionis, v. g. vt vulgò dicitur, di Caualliere, di Fra Seruente, e di Fra Capellano; non autem modum circa emissionem professionis, in his gradibus videlicet; cum cingulo, vel sine cingulo. Respondeo hoc effugium euanescere ex verbis ipsius statuti, quæ, vt legentibus patet, non solum faciunt mentionem de gradu, sed de modo profitendi, ibi: *Alia quocumque modo, &c.* Ergo professio facta alio modo, quam statutum decernit, nempe cum Cingulo militari, nulla erit, ex decreto irritante apposito. Et quidem, si dictum statutum continens decretum irritans facit mentionem de nostro statuto disponente simul, vt apertè patet, de ornatu cinguli, & de gradibus professorum Militum, Capellanorum & Seruientium; nescio qua ratione aduersarij velint clausulam irritantem respicere tantum gradus professorum, non autem ornatum cinguli. Itaque cum statutum æquè disponat de cingulo, & de gradu professorum, sequitur necessario Decretum irritans utramque dispositionem respicere, tanquam contentam in statuto præcisè, & nominatim citato, & per decretum irritato.

Confirmantur supradicta: quia concomitantia formam substantialem, & ipsa, sunt de substantia; vnde de intelliguntur de substantia formæ substantialis, non solum ipsa forma, sed etiam eius concomitantia; vt ex Felino, Baldo, & Panormitano docet Moneta de *Commutat. ult. vol. c. 7. num. 230.* Ergo Decretum irritans, eo ipso quod cadit supra gradum professionum, cadit etiam supra modum profitendi concomitantem.

Quod sic etiam probatur; nam, vt supra visum est, statutum disponit, professionem in gradu Militum esse necessario emittendam cum ornatu cinguli: ergo dicendum est statutum disponere de his duobus, nempe de ornatu cinguli, & de gradu professorum Militum, tanquam de duobus simul connexis, & tanquam vnum ordinatum ad aliud; vt ex verbis dicti statuti apparet. Ergo Decretum irritans, de quo est difficultas, non solum respicit gradum professionis, sed etiam ornatum cinguli. Probo consequentiam; quia de connexis eadem est ratio, & idem fertur indicium; vt patet ex *leg. Quid ergo. §. sufficit. ff. de contrar. iudicio tutela. l. proinde. ff. ad legem Aquiliam. l. cum actum. ff. de negot. gestis. c. translatum. de constit. & c. præterea de officio delegati*, & docet Larrea in *Allegationibus Fiscalibus*, tom. 2. allegat. 72. n. 1. cui adde Narbonam *lib. 4. tit. 1. leg. 20.* Glossa 22. n. 37. Surdum *decis. 199. n. 13.* Escobar de *Ratiociniis* c. 13. n. 11. Mendez de Castro in *Praxi Lusitana* *lib. 5. c. 1. n. 43.* cum aliis communiter: vnde rectè dixit Salgadus de *Resent. Bull. part. 1. c. 13. n. 26.* ex Scaccia, Ancharano, Crauetra, & aliis, & quod connexa, adeo reputantur idem, vt nihil fieri possit contra vnum: quin fiat contra alium: Ergo Decretum irritans in nostro casu, non solum respicit gradum professionis, sed etiam modum profitendi, cum hæc duo tanquam connexa à statuto disposita fuisse ex ipso Textu manifestè pateat.

Nec obstat dicere cum Menochio de *Pres. l. 4. pres. 181. n. 2. 16. 17. & 18.* Sanch. de *Matrimonio* l. 8. *disp. 34. n. 30.* Mantica de *Coniect. ult. vol. lib. 3. tit. 14. num. 8.* Gonzalez ad *Reg. Cancell. 8. glossa 33. n. 7.* Marca *part. 4. claus. 23. num. 7.* & aliis, quod clausul

in fir-

in fine posita non extenditur ad omnia præcedentia disposita, in quibus non eadem militat ratio, sed in casu nostro militat eadem ratio inter gradum professionis, & modum profitendi, cum ille sit substantialissimus, hic autem nimis accidentalis: ergo clausula Decreti irritantis extendi debet supra gradum, & non supra modum professionis:

Respondeo, hanc doctrinam procedere, quando clausula Decreti irritantis apposita in fine, non se extenderet manifestè ad omnia præcedentia, quod accidit in casu nostro, in quo verba statuti sic asserunt: *Confirmauerunt, declarauerunt, declarant, & mandant, de cetero, tam in conuentu, quam extra, aliquis ad habitum nostrum suscipiendum, alio quocumque modo, gradu, seu denominatione admittatur, &c.* & statim apponitur Decretum irritans; quod etiam aperte patet ex aliis rationibus superius adductis: ergo etiam si inter gradum, & modum profitendi non adesset eadem ratio, tamen clarè patet, statutum voluisse vtrumque comprehendere, & irritare. Adde, quod constanter negandum est aduersariis id quod ipsi supponunt, videlicet, in casu nostro non adesse eandem rationem inter modum, & gradum profitendi, cum gradus sit substantialis, modus vero in ordine ad professionem sit extrinsecus, & accidentalis: nam respondeo, modum profitendi in Religione Hierosolymitana cum ornatu cinguli Militaris esse substantialissimum, & essentialissimum, vt infra probabitur in responsione ad quartum argumentum.

Et ad maiorem confirmationem supradictorum addendam puto doctrinam Baldi in l. 1. ff. de lib. & postb. quam esse communem inter Doctores testatur doctus Anguianus tract. de leg. l. 3. cont. 5. num. 4. nempe, omnem legem, quæ inducit solemnitate aliquam, censendam esse habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis. Adde etiam, non esse verum id quod aliqui ex aduersariis asserunt, quod forma impleta non corrumpat actus, quando dispositio non habet Decretum irritans: Et Seraphinus, quem adducunt, hoc minimè asserit: Olschus verdè in dec. 165. dicit contrarium. Dicendum est igitur, actum corrumpere quando deficit forma, etiam si non adsit Decretum irritans, si tamen in dispositione aliquid inductum sit de forma, sed in nostro casu, iam, vt probatum est, adest clausula Decreti irritantis, ergo, &c. Vide Hostiensem in cap. quia in Insula n. 4. de Regular. & ibi Zabarellam, n. 4. Parisium conf. 65. n. 4. lib. 4. Lapum Allegat. 76. num. 2. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 6. cap. 11. num. 4. Bordonum de Profess. cap. 3. num. 16. Beiam lib. 4. Cas. 35. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 26. & 37. Sacram Rotam in Tolitana Professionis die 27. Febr. 1595. coram sapientissimo Cardinali Pamphilio penes Garziam de Benef. part. 3. cap. 2. num. 50. & in Burgens. nullitatis Professionis 16. Aprilis 1649. coram D. Arguelles cum Bruno in tract. de forma sit. de Potest. & effect. forma fol. mibi 50. & fol. 51. asserentes professionem esse nullam ex defectu formæ etiam absque decreto irritante.

Restat modo proponere aliqua argumenta ex aduersariis adducta, quæ ego magis firmabo, vt veritas elucescat; & postea responsionibus infringam, ex quo solidior nostra remanebit sententia: Itaque.

Non obstat primò, quod in cap. 24. dicitur: *Vt qui præter formam statusorum receptus fuerit, si fuerit frater Miles, redigatur in fratrem seruientem Armourum, sitque inhabilis ad bona Religionis*: Ergo defectu formæ in emissionem professionis, erit illicita, non autem inualida, & Dominus N. si non vult esse pro-

Anton. Diana, Pars X.

fessus in gradu Equitum, erit professus in gradu seruientium.

Respondeo, quod durum videtur hoc asserere; nam actus non operatur vltra intentionem agentis vt patet ex l. non omnis. ff. si certum petatur l. in agris ff. de acquir. rerum dominio. l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. l. non omnis ff. de rebus creditis. & aliis vulgaris iuribus; sed Dominus N. in nostro casu, non habuit intentionem, nisi emittendi professionem in gradu Equitum: ergo non potest modò esse Professus in gradu seruientium. Vnde docet Sanchez in Summa tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 2. cum aliis communiter, vorum non habere vim obligandi, nisi ex intentione vouentis, cum sit quædam priuata lex, quam sibi vouens imponit; at lex non obligat, nisi secundum intentionem legislatoris: ergo votum non obligabit, nisi secundum intentionem vouentis.

Quod firmatur ex Doctrina Vecchij in Praxi Nouitiorum. disput. 14. dub. 1. num. 12. & seq. Bassel in florib. Theolog. mor. ver. Religio 4. n. 7. Lessij lib. 2. cap. 41. num. 62. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 2. num. 3. & seq. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 5. & 7. Caramuelis in Theolog. Regulari, disp. 41. dub. 8. num. 509. & aliorum asserentium, quod si aliquis profiteatur in aliqua Religione, si professionem annullat, non teneri postea voto simplicis castitatis. Et ego cum multis docui part. 5. tract. 14. resol. 40. Professionem Monialis erumpentis in marem esse nullam, nec manere voto simplicis castitatis obligatam, sed posse nubere cui voluerit. Sed sciant aduersarij supradictum statutum contra Nos ab ipsis adductum, fuisse postea à Religione deletum, & annullatum, ante emissam professionem à Domino nostro. Vnde euanescent omnia argumenta, quæ ex auctoritate verborum dicti statuti desumi possunt, & circa modum, & circa gradum professionis.

Non obstat secundò asserere, quod forma est indiuidua, & quicquid ad solemnitate exigitur, id ab actu diuidi, & separari non potest; vt patet ex leg. cum antiquitas. Cod. de Testam. & docet Tiraquellus de legibus connub. gloss. 6. num. 4. Bossius tractat. de Matrim. cap. 2. num. 27. Becius consil. 12. num. 30. Mascardus de Sen. statut. interpret. n. 53. Matthæus Berlichius in conclusionibus practicabilibus part. 2. conclus. 18. num. 17. Daniel Mollerus, ad Constitut. Saxonicas, part. 2. constitut. 15. n. 36. & alij; Sed Equites Hierosolymitani, vt patet ex ipso statuto, possunt accipere cingulum Militare extra actum professionis ab alio Principe habente auctoritatem concedendi gradum: vt ibi dicitur, *di Canalleria*: Ergo clarè patet, non esse de forma; quia, vt dictum est supra, id quod spectat ad formam, non potest separari ab ipso actu: Et de hoc argumento magnum festum faciunt aduersarij.

Respondeo cum Alexandro Moneta de com. ultim. volunt. cap. 7. num. 333. & aliis penes ipsum: Quæ sunt de forma substantiali, non posse quidem sequi, sed debere interuenire in ipso actu, vel posse etiam procedere. Vnde rectè docuit Quintilianus Mandosius in regul. 24. Cancellar. q. 4. num. 9. quod constitutio inducit formam, si aliquid requirit, non solum in ipso actu, sed etiam ante actum, quod etiam notauit Vantius de nullitate Test. quot modis nullitas in iudicio proponatur, num. 52, vbi asserit: Quod quando lex disponit, quod certa solemnitas, vel certus modus, ante, vel tempore celebrationis ipsius actus adhibeatur, tunc hac formam non

E 1 seruata;

seruata, actus ipse, nullus reputatur: ergo argumentum in contrarium adductum non valet. Dicendum est itaque, aliquam solemnitate[m] posse primò requiri ante actum. Secundò in ipsamet executione actus, & tertio post actum, solemnitas verò requisita post actum censenda est tanquam accidentaria, & idcò si omittatur, non officit; vt patet ex *l. vniuersa*, vbi Glossa, & Bartholus, *Cod. de precib. Imper. offeren.* & Virgilius Boccacius in *Constit. Picen. gloss. 6. num. 158*. Secus autem dicendum est de solemnitatibus requisitis ante actum: nam substantiales censendæ sunt, & ideo si omittantur, actus corrumpitur; vt docet in terminis Portel. *ver. Confessoris approbatio n. 3*. Quod illustrat exemplis; & patet etiam in alienatione rerum Ecclesiasticarum; nam antea prærequiritur tractatus, & in electionibus prærequiritur inquisitio, vel informatio.

Quod etiam probatur: nam consensus, quando requiritur pro forma, si non occurrit ante, vel in ipso actu, actus erit nullus, quamuis postea consensus sequatur, vt docet Antonius de Burrio in *cap. Cum consuetudinis num. 200*. Imola *ibidem, num. 5. de consuet.* Iason in *l. si quis mihi bona. §. Iussum num. 44. & 45. ff. de acquir. heredit.* Mohedanus *decis. 12. num. 5. de renuntiar.* Puteus *decis. 153. num. 1. lib. 2.* & alij. Sic etiam licentia, aut facultas testandi, de quibus alia restari non licet, debet præcedere, aliàs Testamentum factum non tenet, etiam si postea dicta licentia sequatur, vt tenet Felinus in *c. Dilect. de accus. n. 3*. Azeuedus in *l. 3. tit. 6. lib. 5. recop. num. 7*. Parisius *de resignat. lib. 1. quest. 7. num. 90. & 91* Capuraquensis *decis. 258. n. 1. part. 3*. Sic & in nostro casu, si cingulum Militare daretur post emissam professionem, professio esset nulla, nam ornatus Cinguli tanquam de forma debet præcedere professionem, cum statutum asserat: *Prima, che faccila professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo Militare*: Sed de hoc infra etiam redibit sermo in responsione ad auctoritatem Pontificalis.

Non obstat tertio: Quod quando supponitur potestas, & additur noua solemnitas, tunc, illa non habetur pro forma substantiali; & ideo quando à principio datur potestas sub tali forma, defectus formæ irritat actum; vt docet Felicianus à Vega, in *relect. cap. 1. de iudicio num. 111*. Moneta *de commutat. vlt. volunt. cap. 7. num. 339*. Merolla *tom. 3. disput. 4. c. 5. num. 270*. Suarez *de legibus lib. 5. cap. 31. num. 9*. Lupus *de cas. refer. part. 1. dist. 16. difficul. 2. num. 2*. Emmanuel *Si. ver. lex num. 13*. Portel *ver. Confessoris approbatio num. 2*. Castus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 9. num. 2*. Salas *de legibus disp. 16. sect. 9. n. 37*. Sanchez in *summa tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 26*. Felinus, & Panormitanus, in *cap. Ex parte de Constit.* cum aliis: Sed in casu nostro, possunt asserere Aduersarij, supposita potestate recipiendi professionem Nouitiorum, fuit tantum à statuto præscripta illa solemnitas Cinguli militaris: ergo talis solemnitas non censetur præscripta tanquam forma; quia non in eodem actu data etiam fuit facultas recipiendi Nouitios, sed tantum nouus modus fuit inductus.

Respondeo primò: Doctrinam adductam penes me non carere difficultate; quia omnes de iure naturæ habebant facultatem testandi, & tamen modus præscriptus postea à Iustiniano, testandi nempe coram tot Testibus, &c. in *cap. Cum esses de testam. & l. hac consultiissima. Cod. qui testam. facere possunt*. habetur pro forma substantiali; & idcò Testamentum confectum sine Tabellione, & certo numero Testium, erit nullum. Idem dicendum est de alienatio-

nibus, & de electionibus, vt patet in Paulina: *Ambrosiose, & in cap. Qua propter, de elect.* in quibus actus non instituitur de nouo, & forma substantialis ei de nouo additur. Et per Concilium Tridentinum, in contractu matrimonij id etiam factum fuit. Et similiter forma antiqua, quæ antea substantialis non erat, potest per nouam legem, substantialis fieri; annus enim Nouitiatus non ita erat de substantia professionis ante Concilium Tridentinum, sicut modò est, erat tamen iam institutus: ergo Doctrina in contrarium adducta, non est generaliter vera, & fallit in multis casibus: Et ideo optime Arriaga in *part. 2. D. Th. 10. 2. 17. de legibus disp. 23. sect. 6. n. 68*. dixit: Quod supradicta Doctrina sit intelligenda, quando solemnitas præscripta, sit parui momenti, non autem, si in se sit alicuius momenti; vt etiam rectè obseruat Granado, in *p. 2. D. Thoma. contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 10. sect. 6. n. 17*. Sed in nostro casu, solemnitas ornatus Cinguli est magni momenti, vt infra probabitur: ergo talis solemnitas fuit tanquam à statuto præscripta.

Respondeo secundò: supradictam Doctrinam non procedere, vt obseruat Ioannes Præpositus in *p. 2. D. Thoma, q. 95. disp. 3. dub. 8. n. 50. in fine*. Farinacius in *fragm. crim. part. 2. num. 225*. Merolla *tom. 2. 2. disp. 4. cap. 5. dub. 19. num. 269. in fine*. cum aliis vbi supra; Quando sufficienter constat solemnitate[m] aliquam præscriptam, habenti alioquin potestatem actum faciendi, fuisse præscriptam tanquam formam; tunc enim certum est corruere actum aliter factum, etiam a potestate habente: Sed in nostro casu, etiam si antea aderat potestas recipiendi Nouitios, tamen modus recipiendi cum ornatu Cinguli militaris, clare postea à statuto præscribitur pro forma, vt apparet in illis verbis: *E necessario, che sia ordinato, &c.* & postea additur Decretum irritans annullando professionem factam aliter: Ergo in casu nostro non militat Doctrina in contrarium adducta; quia modus ille recipiendi Nouitios ad professionem cum Cingulo militari, clare à statuto appositus fuit pro forma.

Non obstat quartò (& hoc argumentum est Achilles aduersariorum) quod forma, alia est substantialis, alia accidentalis, ista tamen non seruata, actus non erit nullus; vt docet Escobar. *tract. de vtroque foro, art. 2. Salas disp. 16. sect. 9. num. 36. & seq.* Moronus *respons. 28. n. 16*. Castus Palaus *t. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 9. n. 1. & alij communiter*: sed in nostro casu, videtur cingulum militare non esse formam substantialem sed accidentalem; est enim ommissio rei leuis; vnde nimis durum videtur, omissionem solius cinguli reddere professionem inualidam: sicut, si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa professio esset nulla; vt tradit Bordonus *tract. de professione. Reg. c. 2. q. 37*. Vnde Arriaga in *par. 2. D. Th. 2. disp. 23. sect. 5. num. 67. & Granadus etiam in par. 2. Contr. 7. tract. 3. par. 1. disp. 19. n. 10*, docent non omnes ceremonias præscriptas in acceptatione professionum Religiosorum, esse de substantia valoris. Idcò Onate *de contract. tom. 1. tract. 2. disp. 6. sect. 5. n. 116*, notauit, quod quando conditio appositæ, non est magnæ importantiæ, præsumendum est, & iudicandum non esse positam pro forma, nec omissionem vitare. Quod etiam tradit Parisius in *Addit. ad Bartholum in leg. hac consultiissima. Cod. de testam. & patet in leg. moribus §. Prima autem. ff. de vulgar. & ibi Iason, n. 1. 1.* ergo &c.

Respondeo (attendas quæso) & suppono, cingulum, olim constituisse Militariæ generis & in esse Militariis.

liris, ita ut Militia per Cingulum significetur. Hugo Grotius de *Iure belli*, lib. 1. cap. 2. num. 9. adducit ad hoc propositum verba Concilij Nicæni, *Can. 12*: sic asserentis: Quicumque vocati per gratiam primum quidem ardorem, fidemque suam ostenderant, & Cingulum militiæ deposuerunt; postea vero, ut canes ad suum vomitum reuersi sunt, & militiam repperunt, hi decem annis iaceant post triennij auditionem tempus. Ita ibi Concilium: cuius verbis etiam vsus est postea Syricius Papa, *epist. ad Tarracensem Episcopum*; ut notat Ludouicus la Cerda, in *Aduersariis sacris*, cap. 146. num. 16. Et ideo Pater Heribertus Rosucyus in *Antiscapello*, fol. 46. *Præfationis ex actis Marcelli Centurionis martyris coronati, die 30. Octobris*, obseruat, sic ipsum loquentum fuisse Tyranno: si talis est conditio militantium, ut Dijs & Imperatoribus sacra facere compellantur, ecce proisio Cingulum, & militare recuso. Vide quomodo Cingulum Milites constituebant, quasi (ut rectè obseruat Pater Onate de *contract. tom. 2. tractat. 15. disp. 46. sect. 6. u. 124.* inuestitura officij. Hinc Horatius ad Pisones de *Arte poetica*, milites ex hoc vocauit Cinctos; ita enim asserit

Fingere Cinctos non exaudita Cethagis.

& ideo ibi insignis eius Scholiastes Dionysius Lambinus, sic ait: Cinctus, id est cinctis militariibus armatis; cingebantur enim in militiam ituri, ex quo Cingulum militare, & cingi pro eo, quod est ad militiam & ad pugnam ornari. Hæc Lambinus, mirificè pro casu nostro. Quod etiam nouissimè notauit eruditus Io. Solorzanus, in *memoriali Iuridico, Historico, Politico, ad Regem, lingua Hispanica conscripto, De los Derechos de Placas Honorarias, y Jubiladas*, num. 158. Vnde è contra Discincti, accipiuntur pro imparatis, & imbellibus ad pugnam. Hinc dixit Virgilius *Aeneid. lib. 8.*

----- *Discinctos Mulciber Aphros.*

hoc est (ut explanat Seruius) Inhabiles ad militiam. Hinc Alexander ab Alexandro, *Genial dier. lib. 1. cap. 20.* loquens de Romanis, dixit: Milites manipulares; qui sub disciplina militant, semper Cincti sint; Discinctos enim, velut Ignauos, & militiæ minimè aptos putarunt, præcinctos verò fortes, & strenuos. Quare Macedonum lex erat militaris, ut qui miles hostem non occidisset, non militari Cingulo, sed capistro cingeretur. Ita ille. Et tandem Conradus Rithersufius in *nouellis Iustiniani, part. 3. cap. 10. u. 2. & part. 14. cap. 6. num. 12.* docet: Pœnam propriam Militis, fuisse priuationem Cinguli, quæ vocabatur exautoratio, siue Ademptio Dignitatis militaris.

Sed confirmanda sunt supradicta ex nostris legibus, & ideo cum militare insigne potissimum Cingulum fuerit, ut dictum est de proximo cingendo, pro cincto habebatur, id est priuilegio militari gaudebat. *leg. filiusfamilias 44. de militaribus testam. in P. & dicebatur renuntiare Priuilegio Cinguli, cum miles eiurabat priuilegio militari, nempe quod Cingulo indicatur. leg. finali, de appar. magis. mil. lib. 12. Cod. tit. 55.* ita etiam & deposito Cingulo, Priuilegium cessabat, *leg. 2. ubi de ratiocin. agi oportet. lib. 3. Cod. tit. 21.* Hoc supposito.

Respondeo ad argumentum: Religionem Hierosolymitanam, non solum esse Religionem simpliciter & absolutè, ut sunt omnes aliæ, sed etiam esse Religionem militarem; ergo Cingulum in eius professione, non est res leuis (ut supponunt Aduersarij) nec forma accidentalis, sed est res grauissima, magni momenti, & substantialis; cum Cingulum, ut apud veteres, ita & in hac Religione, constituat militem

Anton. Diana, Pars X.

in esse militis, & conferat Dignitatem militarem; & ideo Equites in Religione Hierosolymitana, si professionem emitterent sine ornatu Cinguli, & Discincti, tanquam Ignauos, Ineptos, & Imbelles ad militiam seipsum demonstrarent; ut patet ex superius dictis. Itaque, cum dicta Religio, sit Religio militaris, rectè in suis statutis apposuit, in emissionem professionis, Cingulum pro forma, ut supra satis probatum est. Vnde non est mirum, si in aliis Religionibus. emissio professionis sine habitu sit valida, & in Religione D. Ioan. sine Cingulo sit nulla; quia ut vulgo dicitur, habitus non facit Monachum, sed Cingulum in nostro Casu facit Equitem: & ideo (quod est valdè notandum) in Religione Hierosolymitana, Ornatus Cinguli militaris, in emittenda professione, distinguit Equites ab aliis, & est signum constitutum, quod in gradu equitum professio emittatur; ac proinde, hæc qualitate, Equites distinguuntur ab aliis duobus gradibus, Capellanorum scilicet, & & seruientium. Quare in statutis *tit. 2. del ricenimento de fratelli, Rubrica della diuisione de gradi, fol. 12.* sic habetur: *Prima, che pigli l'habito, e facci la Professione* (loquitur de Equite) *è necessario, che sia ornato del Cingolo della militia: sed paulò post addit: Però, i Cappellani, i seruenti di Arme, è di officio, non è necessario ornarli di tali insegne militari.* Agnosce quomodo Cingulum militare, ut dixi, contradistinguat Equites ab aliis, & sit signum constitutum professionis Equitum, à professione aliorum, ac constituat militem in esse militis, ac præbeat Dignitatem, & Characterem militarem: vnde in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli non deputat Equitem in gradu, & statu Militum, sed verè creat, & constituit militem, ac præbet Dignitatem militiæ. Videant modo Aduersarij quo pacto possint asserere, omissionem Cinguli esse rem leuem, & formam accidentalem in professione Equitum, & quam meritò nos supra asseruimus; ornatum Cinguli, esse præscriptum tanquam formam substantialem, atque eius omissionem, nullam reddere Equitum professionem; ut supra satis probatum est: Quod non procedere, in professionibus aliarum Religionum, fatemur libenter cum Granado, & *Arriaga superius citatis*, cum Cætemoniæ in eis præscriptæ non pertineant ad formam substantialem. Quod etiam docuit Sanchez in *Summa, tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 2.* cum aliis penes ipsum: at est dispar ratio in casu nostro, ex rationibus supra adductis: ergo, &c. Et quidem ego fateor tarditatem Ingenij mei; non enim possum percipere, quod aliquis in Religione Hierosolymitana possit (ut volunt Aduersarij) emittere professionem in gradu militis, antequam prius miles efficiatur; nam si miles non est, quomodo profitebitur in gradu militum? Rectè itaque dixit statutum: *Prima, che pigli l'habito, è facci la professione; è necessario, che sia ornato del Cingolo della militia.* Negandum est igitur viris doctis, eorum pace, dicta verba non esse accipienda in sensu materiali, sed in sensu formali, cum sit expositio gratis dicta: & verba statuti, clamant omnes Doctores, in proprio sensu accipienda esse: ergo, &c.

Neque obstat quintò: Auctoritas Pontificalis Romani reformati à Clemente, & Urbano VIII. in quo nulla efficitur mentio de ornatu Cinguli militaris: Nam Respondeo, supradictum Pontificale nihil contra casum nostrum officere. Primò, quia Pius IV. in Bulla IX. cum Decreto irritante, & clausula sublata, firmat Constitutiones Pontificias, ut tollant, vel in aliquo præiudicent statuta

E 3 Reli

Religionis Hierosolymitanæ, opus esse de dictis statutis expressam facere mentionem. Quod magis firmatur ex eo, quod post iam impressum, & reformatum dictum Pontificale, Paulus V. anno 1609. in forma specifica approbavit, & confirmavit omnia statuta dictæ Religionis: ergo, &c. Respondeo secundò, quod in fine Rubricæ dicti Pontificalis asseritur: Professionem, esse emittendam secundum formam statutorum; sed secundum statuta Religionis Militensis, professio est emittenda cum ornatu Cinguli Militaris, tanquam forma, ut supra satis probatum est; ergo Pontificale nihil officit, quia se remittit ad statuta Religionis; quæ quidem, licet concedant posse aliquem emittere professionem sine ornatu Cinguli, si fuerit antea Eques creatus ab alio Principe; & hoc, quia non esset inconueniens bis ornari eadem dignitate. Hoc tamen non concedunt fieri posse in ipso actu professionis, si antea factum non fuerit: nam tunc eques efficiendus esset secundum formam præscriptam à Religione cum ornatu Cinguli militaris; ut ex verbis ipsius statuti apparet. Et ideo constat ex fide subscripra ab aliquibus equestribus, sel. mem. Urbanum VIII. recepisse in suis manibus Professionem Eminentissimi Cardinalis Antonij Barberini; & quia antea dignitatem Equitis ab alio Principe non acceperat, voluit illum equitem creare, more Religionis; ut volunt statuta, ad quæ Pontificale se remittit; atque ideo ornauit illum cingulo militari: unde ex facto ipsiusmet Pontificis, qui Pontificale reformauit, patet intelligentia illorum verborum asserentium; imponat ei habitum illum, quo milites illius ordinis, quem intendit proficere, uti consueverunt. Intelligenda sunt, inquam, hæc verba, non de habitu ordinario, sed de habitu uti consueto in actu ipsius emissionis professionis, in quo, ut per se patet, etiam includitur ornatus cinguli.

Quod confirmatur: nam non est verisimile Pontificem voluisse in creatione militis adhibere solum habitum Regularem, sed etiam habitum militarem, qui designaret gradum, in quo illum constitueret: nam habitus Regularis nullam habet relationem ad militiam, nec potest aliquid significare in actu creationis militis: ergo verba Pontificalis non sunt interpretanda de habitu consueto Regulari, sed de habitu, quo uti consueuerat illa religio in creatione militis: nam Pontifex ibi agit de modo creandi milites Regulares: & ideo, ut dixi, dictus Pontifex Urbanus VIII. admisit ad professionem Eminentissimum Dominum Cardinalem Antonium cum ornatu Cinguli militaris.

Sed his omnibus addendum est vnum, quod cum viris doctis communicatum, annuerunt: nam dato, & non concesso, quod Pontificale in creando milite statueret non esse adhibendum Cingulum militare, adhuc existimo professionem Domini nostri esse inuvalidam; quia, ut patet ex instrumento professionis, die 12. Februarij 1640. & fatentur ipsimet aduersarij, prius fuit emissa à Domino nostro professio, & postea ipse fuit armatus Eques: ergo dicta professio fuit nulla; quia ex statuto Religionis, & ipsomet Pontificali, quod non tollit, nec derogat dictum statutum, qui emittit professionem, debet tanquam ex forma prius creari Eques, vel secundum morem Religionis, vel secundum morem alterius Principis; & postea dignitate militari obtenta, emittere vota.

Nec valet dicere, quod aliqui asserunt, ordinem Pontificalis, in casu nostro, fuisse inuersum materialiter, non autem formaliter; ut probatur in ad-

ministracione Sacramentorum; nam licet baptizans prius debeat abluere, & ordinans tradere instrumenta, quam verba proferte; tamen si baptizans, vel ordinans, prius verba proferat, & immediatè abluat, & instrumenta tradat, non ideo dicitur mutatus ordo formaliter, sed tantum materialiter.

Respondeo, non esse verum, quod baptizans prius debeat abluere, & ordinans tradere instrumenta, quam verba proferte, sed simul tenetur abluere, & proferte verba. Itaque debet simul abluere, proferendo verba; & proferte verba, abluendo. Unde supradicta doctrina aduersariorum est vera in his, quæ debent concurrere simul, ut materia & forma Sacramentorum; secus autem dicendum est, quando interuenire debent per prius, & posterius; nam tunc præscribitur forma, ut firmauimus supra in probat. 2. & in respons. ad 2. Arguendum.

Confirmatur, & dabo exempla ex iisdem Sacramentis. Si quis post obtentam absolutionem à peccatis, illico eliceret actum contritionis, absolutio illa esset inuvalida; quia dolor de peccatis debet præcedere absolutionem; prius enim pœnitens debet elicere actum contritionis, & postea confessarius illum absolueret: sic & in nostro casu, ex vi statuti imponentis formam, dicendum est aliquem esse incapacem emittendi vota in Religione Hierosolymitana, nisi prius creetur eques, & dignitas militaris debet præcedere professionem, ergo, qui emittit professionem ante receptam dignitatem militarem, etiam si illico creetur miles, professio erit nulla; quia creatio militis non debet simul concurrere cum professione: ut aqua cum verbis formæ Baptistismi; vel traditio instrumentorum in ordinando; sed debet utique ipsam professionem præcedere tanquam forma, cum ita depositum sit à statuto, asserente: *Prima che facci la professione è necessario, che sia ornato del Cingolo militare*; ergo dicta forma, ut dispositum est, obseruari debet, & est indiuidua, nec potest variari, ut communiter Doctores asserunt.

Dicere autem, Pontificale, ordinem prædictum non præscribere formalem; non enim videtur decreto irritante, nec etiam præcipit, quia non asserit, imponat, nec imponi debet, designando tanquam modum creandi militem.

Respondeo. Nobis sufficere hunc ordinem tanquam de forma præscribi à statutis Religionis, quæ Pontificale, nec tollere, nec minuire potuit, nisi de illis faciendo mentionem expressam, ut ex Bulla Pij cum decreto irritante, & clausula sublata patet: ergo, &c.

Confirmantur supradicta, & supponendum est, quod modus creandi Equites apud diuersos Principes, potest esse diuersus; & sic Pontificale, (ut legentibus patet) aliud non fecit, nisi statuere modum creandi Equites, quo uti deberent Pontifices, & eorum Delegati; relinquendo tamen in suo robore statuta Religionum, si forsitan requirerent ante emissam professionem, pro forma, summptionem dignitatis militaris, obtentam, vel ab ipsa Religione, vel ab alio Principe, ut disponit statutum Religionis Militensis: ergo auctoritas Pontificalis in casu nostro nihil obstat; quia Dominus noster emittens professionem non fuit antea creatus miles, nec ut Religio solet creare, nec ut statuit Pontificale: ergo eius professio fuit nulla; quia, ut dictum est, Pontificale non derogat statutis, si quæ extant in militaribus Religionibus, disponentia tanquam de forma

forma aliquem, qui emittere vult professionem, debere prius dignitate militari ornatum esse; vt patet in verbis nostri statuti, asserentis: *Prima che facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo Militare.* Vnde si quis inuerteret talem ordinem, vt fuit inuersus in professione Domini nostri (de qua loquimur) & læderet mentem statuti, & formam ab eo præscriptam: nam emitteret professionem in gradu militis antequam esset miles. Quod agnoscens summus Pontifex, etiam ipse in Pontificali voluit dignitatem militarem esse dandam, antequam emittatur professio: quem quidem ordinem, vt satis supra probatum est, tanquam de forma præscribit statutum Religionis Militem, quod statutum, Pontificalis verba, vt patet, non tollunt, nec illi derogant, nec poterant tollere, aut derogare, nisi de illo specialis efficeretur mentio, stantibus Bullis Pontificiis supra relatis: ergo, &c.

Denique non obstat sextò, adducere professionem tacitam Domini nostri præsentem ex aduersariis per actus professorum; à N. gestos: Nam respondeo cum Sanchez, Soto, Azorio, Rodriguez, & aliis, quos citat, & sequitur Salgadus, *tract. de Retenti. Bullar. part. 1. cap. 3. §. Vnico, num. 28.* Quod professionem nullam, non ratificat exercens actus professorum, dum est ignarus causæ nullitatis suæ professionis. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Zambellus in *Repet. Casuum conscientia, ver. Nouitius, num. 34.* Gratianus in *discept. forens. cap. 440. num. 2.* Caietanus in *2. 2. quest. 189. art. 5.* Nauarrus *conf. 28. num. 7. & conf. 89. num. 3. de Regular. & in manuali, cap. 12. num. 71.* & sic determinauit Sacra Rota, *decis. 179. num. 7. & decis. 397. num. 5. part. 4. recentior.* & nouissime in *Vlixibon. nullitatis professionis, die 10. Decembris 1646. coram Domino Arguellos, Sed N.* dum exercebat illos actus professorum, erat ignarus nullitatis professionis: ergo, &c. Vnde sacra Rota, *ubi supra*, dixit; Quod in milite, ac in muliere præsumitur ignorantia. Et quod in nostro casu non sit locus tacitæ professioni. vide dictam magistralem decisionem. Adde, quod mihi supponitur, dictum N. nunquam exercuisse actus professorum. Deinde dicendum est, quod tunc valet professio tacita, quando à principio, & ex parte Religionis, professio fuit valida: vt si quis verbi gratia emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profitendi, &c. tunc tacita professio operatur, & non opus est noua acceptatione ex parte Religionis; vt tradit Bordonus de *professione Regulari, cap. 6. quest. 11.* Suarez de *Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1.* Sanctarellus *variar. Resolut. quest. 48. num. 30.* Lessius *lib. 2. cap. 41. num. 67.* Bartholomæus à Vecchis in *praxi Nouit. disp. 14. dub. 4. num. 3. & 5.* Sanchez de *Matrim. lib. 7. disp. 37. num. 60. & 61.* Sed in casu nostro professio N. fuit inualida, non solum ex parte ipsius, sed etiam ex parte Religionis: nam fuit inualida, ratione omissionis formæ præscriptæ à statuto, & ita talis professio fuit nulla absolute, & quoad profitentem, & quoad Religionem, quæ non præstitit consensum: ergo in nostro casu nihil potest operari, nec dici tacita professio, cum fuerit inualida ex defectu formæ. Vnde ipsa Religio in statuto citato, *ubi supra* post appositionem Decreti irritantis, præbet facultatem Equiti, qui contra dictam formam emisit professionem, reclamandi de eius nullitate: ergo est impertinens in casu nostro adducere argumentum desumptum ex professione tacita, cum Religio talem professionem nunquam acceptauit, & à principio ex parte vtriusque contrahentium, fuit inuali-

da, tanquam emissa contra formam substantialem à statuto Religionis præscriptam. Vide Sanchez *1^o Summ. tom. 2. lib. 5. cap. 3. numero 14. & capite 4. num. 81.*

Et tandem non desinam hic adnotare contra Merollam in *Theol. mor. tom. 2. disp. 4. cap. 5. num. 282.* Quod quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debet substantialis. Ita docet Vantius in *tract. de nullitate Rubr. quot. & quibus nullitas in iudicio proponatur, num. 52.* Rolandus à Valle *consil. 43. num. 13. lib. 2. & cons. 55. num. 26. lib. 3.* & Farinatus in *fragm. Crim. part. 2. num. 221.* Quibus ego addo Velam in *Dissert. Senat. Hispanensis, dissert. 7. num. 9.* Castillo de *Tertius Regum Hispania, cap. 27. num. vlt.* Azeuedum *conf. 9. num. 28.* Surdum *decis. 122. num. 2.* Milanensem *decis. 3. num. 8.* Decium *conf. 12. num. 24.* Gratum *lib. 1. Resp. 122. num. 16.* Ioannem de Escobar. *tract. de utroque foro, art. 2. num. 9.* Guttierrez in *pract. Q. Q. lib. 3. quest. 30. num. 18.* Palacz in *4. de maiorat. quest. 20. num. 179.* Ferdinandum Menchacam de *success. creat. §. 4. num. 12. iuncto num. 26.* Martham de *iurisd. part. 4. cent. 1. cas. 94. num. 18.* Cacheranum *decis. 165. n. 15.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 9. num. 9.* Oñate de *contract. tom. 1. tract. 2. disp. 6. sect. 6. num. 120.* Baldum in *leg. Comparatione, num. 8.* Cad. de *fide Instrument. Decium conf. 10. num. 2. conf. 11. num. 9.* Ancharanum *conf. 241. num. vlt.* Alexandrum *conf. 42. num. 16. lib. 1. conf. 137. num. 15. lib. 2. conf. 101. num. 7. lib. 5. conf. 212. num. 3. lib. 6.* Ferdinandum Vazquium de *success. creat. lib. 1. §. 4. n. 27.* Petrum de Vries in *Otio æstiuo, part. 2. num. 357. & Tiraquellum de retract. ligna. gloss. 2. §. 36. num. 29.* Sed in nostro casu saltem adest dubium, an forma sit substantialis, vel accidentalis, ergo substantialis erit iudicanda: ergo eius ommissio, actum professionis annullabit. Vnde ex his patet responsio ad argumentum desumptum ex illis axiomatibus Iuris, in dubio iudicandum est pro validitate actus, & pro validitate professionis. Nam respondeo, hanc doctrinam non procedere in casu nostro, in quo, vt diximus, etiam stante dubio, forma censenda est substantialis, & non accidentalis: ergo non sumus in dubio, vt volunt aduersarij; sed professionem, inualidam fuisse dicendum est, vt pote emissam contra formam substantialem à statuto præscriptam. Verum aduersarij hoc argumento pressi, asserunt; tunc formam in dubio censendam esse substantialem, & non accidentalem, quando tradita est à lege communi, secus autem quando est tradita à lege speciali. Sed primò respondeo, ferè omnes Doctores citatos loqui non solum in terminis Iuris communis, sed etiam in terminis statutorum municipalium. Et nota statuta Religionis Hierosolymitanæ fuisse confirmata à Papa, & ideo dicuntur statuta Papalia propter illam Papæ confirmationem, prout ex pluribus Rotæ Romanæ decisionibus confirmat Oliuerius Baltraminus in *addit. ad Gregor. XV. decis. 267. num. 13.* Parisius *conf. 33. num. 49. lib. 3.* Gabriel *conf. 127. n. 24. lib. 2.* Turret. *consil. 35. num. 10. lib. 1.* Marius Antonin. *variar. resol. lib. 1. resol. 1. num. 4.* Gratianus *discept. forens. tom. 5. cap. 992. num. 10. & Fontanella in Decisionib. Cathalonæ, tom. 1. decis. 172. num. 4.* Vnde dixit Hunnius in *Encyclopaedia Iuris, part. 1. tit. 3. cap. 8. num. 9.* Quod statutum à Principe confirmatum, dicitur lex ipsius Principis, & lex scripta: ergo, &c. Secundo respondeo, quod statutum municipale, vel aliquid statuit contra Ius commune; & tunc secundum Ius commune est interpretandum, declarandum, vel ampliandum,

vel limitandum; & ita docet Gaillus *lib. 2. obseru. 50. num. 2.* Ancharanus *lib. 3. quaest. 61. num. 30.* Cauallcanus *decis. 2. num. 9. part. 2.* Surdus *decis. 36. num. 19.* & Cacheranus *decis. 59. num. 8.* Vel statutum non est iuris communis correctorium, sed tantum disponit praeter ipsum Ius, in quo casu, omnes Iuris interpretationes, etiam extensiuas recipit; Vt firmat Ioseph Vela *in Praelectione ad cap. 1. de officio ordin. num. 129.* cui adde alios, quos refert, & sequitur Mascardus *de Statut. Interpret. conc. 2. num. 118. & 219.* Ergo ex his sequitur statutum nostrum, vel statuat contra Ius commune, vel praeter, in quocumque casu admittere interpretationem, quod in dubio forma, non accidentalis, sed substantialis censenda est.

Quod etiam confirmo ex celebri doctrina Ioannis Praepositi Illustrissimae Societatis Iesu insignis Theologi *in pag. 2. Dni Thoma, quaest. 95. disp. 3. dub. 8. num. 50.* vbi sic ait: *Quamuis varia Regula assignentur ad dignoscendum, quando forma sit substantialis, & irritetur actus aliter exercitus, aegre potest assignari regula vniuersalis infallibilis, sed videtur consulenda consuetudo, & communis acceptatio legis, in hoc, vel in illo sensu.* Haec Praepositus: Quae quidem mirifice faciunt pro casu nostro: nam licet ex verbis statuti aperte non apparet, ornatum Cinguli militaris constitutum fuisse tanquam formam substantialem, ita vt professio, sine tali ornatu emissa, esset inualida; si hoc inquam, ex statuo clare non apparet, quod ego constanter nego, tamen consuetudo & acceptatio supradicti statuti à Religione facta, manifestè declarauit, talem ornatum Cinguli, in emissionem professionis, tanquam formam substantialem constitutam fuisse. Quod patet ex fide authentice transmissa à Vicecancellario Religionis, in qua testatur, professionem N. (de qua loquimur) non fuisse inter alias professiones Equitum descriptam, & appositam; quia in ipsa non apparebat dictum N. emisisse professionem cum ornatu Cinguli militaris, secundum statutum Religionis: Et dicta fides Vicecancellarij facta fuit ex ordine Magni Magistri, ei exhibito, sub die 7. Septembris 1645. Ergo consuetudo Religionis, & acceptatio dicti statuti declarat, ornatum Cinguli militaris in emissionem professionis Equitum, esse necessarium tanquam formam. Certum est enim apud Doctores statuta recipere declarationem ab obseruantia subsequente, vt tradit Surdus *decis. 129. num. 10.* Decius *conf. 8. num. 19.* Turretus *conf. 99. num. 2. & 26. lib. 1.* Marius Antonin. *lib. 1. resol. 51. num. 6.* & alij Dicere autem hoc processisse ex errore Vicecancellarij, & Magni Magistri, non videtur admittendum: nam, quis non censetur ignorare factum proprium; vt ex *cap. Excommunicatio de rescript.* probat Euerardus *conf. 106. num. 8.* & patet ex euentu, & ab effectu; nam Religio ad iudicium citata à Domino N. pro declaratione inualiditatis suae professionis, nec comparuit vnquam, nec resistit, aut instat pro validitate. Ergo, &c.

Notandum est hic obiter, quod haec scripta, perueniunt ad manus doctissimi & eruditissimi viri D. Nicolai Fernandez de Castro, qui postea in suo Monacho milite, *tract. 4. cap. 10. num. 58.* negatiuam sententiam docuit, probans Cingulum militare non esse de substantia professionis Equitum Hierosolymitanorum. Sed ad eius rationes, & ad alias quas adducit nouissime Pater Lezana *Conf. 5.* per totam facile patet responsio ex dictis, & ex his etiam, quae adducit Pater Bordonus *in suis Consilijs Regul. 10. 2. resoluit. 100. quaest. 21. num. 38.* & seqq. & me citato

Pater Pellizzarius *in manual. Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 9. sect. 4. num. 127.*



TRACTATUS XI. MISCELLANEVS.

An Regulares satisfaciant Praecepto recitandi Horas Canonicas, si illas tantum mentaliter dicant.

RESOLVTIO I.



Firmatiuam sententiam nouissime docet noster Sicuius, doctus quidem, & Auctor ex Societate Iesu, Pater Thomas Tamburinus *Opusc. de Sacrificio Missae, lib. 2. cap. 9. §. 3. per totum*, ex quodam Priuilegio Leonis X. quia vult dictum Priuilegium esse pro omnibus, etiam non scrupulosis; etiam de toto Officio, quod priuatim recitari solet; etiam de ipsis partibus Missae cantatae; quas Sacerdos submissa voce, legere per Rubricas debet. Patent haec ex verbis iam allatis Priuilegij; quidquid alij contradicant. Nec obstat illud: Quae in Ordinario iubentur dici secretè quali non omnia secreta Missae, & totum Officium. Nō obstat, inquam, quia, quae so, quid aliud est illud Missae, quod iubetur secretè dici in Ordinario, hoc est in Rubricis ordinariis; nisi secreta ipsius Missae omnia? De officio autem, licet fatear aliqua iuberi secretè dici, non omnia; tamen ex verbis illis vniuersalibus, Qui dicit Officiū per se solum, cum prolatio verbalis sit praecipue, vt ab aliis intelligatur: & ex toto contextu Priuilegij, sineque cur fuerit impetratum, satis clare colligitur, sermonem esse de toto Officio. Ita Tamburinus, qui nullum Auctorem in fauorem suae sententiae adducit, & tamen poterat, cum ante ipsum illam docuerit Ioan. de la Cruz *de Stat. Relig. lib. 2. cap. 8. concl. 1.* Sanctiorius *in Comment. Mor. ad Statuta. D. Franc. cap. 3. Statut. 2. dub. 3.* quibus Ego addendum puto Persicum *de Hor. Canonic. cap. 2. dub. 4. num. 2.*

Sed licet Ego olim circa hanc sententiam meum profertè iudicium noluerim, nunc absolutè assero, illam prorsus non esse admittendam. Primò, quia dictum Priuilegium fuit concessum viuae vocis oraculo; ergo modò est sublatum per Constitutiones Gregorij XV. & Urbani VIII. Et ita indiuidualiter, loquentes de hoc Priuilegio Leonis X. à Tamburino adducto, obseruant, & docent Pater Baldellus *in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 35. num. 16.* Lezana *in Summa tom. 1. cap. 12. num. 13.* & Pellizzarius mox citandus.

Secundò dato, quod dictum Priuilegium non fuerit sublatum; tamen non est recedendum à nostra sententia, quam firmiter tuetur Pater Pellizzarius *in Magn. Regul. tom. 1. tract. 5. c. 8. num. 71.* non solum, ait ille, quod Indultum Leonis fuit viuae vocis Oraculo concessum, vt in specie notauit idem Casarub. sed etiam ex eo, quod verba illa, & quod eodem modo possit facere, qui solus dicit Officiū per se; quibus nituntur allegati Doctores, non probant intentum: cum referantur non ad recitationem eorum, quae in Ordinario iubentur dici secretè sub silentio de his enim solum actum fuerat in priori parte induci;

» dulci; & super his tantum cadebat concessio com-
 » munis Fratribus Minoribus, non autem super toto
 » Officio. Cæterum, vt studioso Lectori tanto mani-
 » festius appareat germana intelligentia illorum ver-
 » borum; Cum prolatio verbalis sit præcipue, vt ab
 » aliis intelligatur: triplex prolatio verbalis distingui
 » potest. Prima est eorum, quæ iubentur dici secre-
 » tum sub silentio. Secunda est illorum, quæ iubentur re-
 » citari clariori voce. Tertia est vtriusque materiæ
 » prædictæ, id est totius omnino Officij. Non loquun-
 » tur ergo præfata verba de prima prolatione; cum
 » aperte sit falsum, prolationem verbalem secretam
 » sub silentio præcipue fieri, vt ab aliis intelligatur,
 » siquidem silentium recitationum non est medium
 » congruum ad faciendum auditum in aliis: non de
 » tertia, cum hæc adæquare supra inuoluat primam
 » secretam sub silentio; adeoque ratione huius sit
 » medium congruum ad faciendum auditum in aliis:
 » sed de secunda prolatione tantum cum tacita exclu-
 » sione primæ; sicque sensus est; possit etiam Frater,
 » qui solus recitat per se, dicere mentaliter ea, quæ
 » secreta iubentur dici sub silentio. Et certe, quod ta-
 » lis interpretatio sit rationalis, inde suadet, quod
 » sic ius commune minus læditur, quam si dicamus
 » per præfatum indultum concedi, vt mentaliter reci-
 » tentur etiam ea, quæ aliàs dicenda sunt altiori vo-
 » ce; cum derogatio iuris communis interpretari sem-
 » per debeat strictè. Hucusque Pelizzarius.

Sed non deseram hic apponere verba Hieronymi
 Garziz in *Summa Theol. mor. tract. 2. difficul. 6. dub.*
2. num. 2. qui alios adducit Doctores, sic enim af-
 » ferit: Algunos Auctores modernos calumnian sin-
 » razon à Nauarro, porque dixo *cap. 20. de Her. Canon.*
num. 14. quæ speculariùe saltem se pueden dezir
 » mentalmente las cosas, que mandan el Misal y Bre-
 » uiario que se digan secreto; pero à la verdad Na-
 » uarro nunca concede, que basta dezirlas mental-
 » mente, sino que no es necesario que las oyan
 » otros, nax aun el mismo que las dize en rigor; por-
 » que ya Nauarro sabe que no es prouable poder re-
 » zar mentalmente, por la authoridad de la Iglesia,
 » que vsa la oracion vocal en las Horas Canonicas.
 » Ni obsta el Priuilegio de Leon X. concedido à los
 » Menores, que parece dar facultad para rezar men-
 » talmente; porque como explica Rodriguez in *Q. Q.*
Regul. tom. 1. quest. 4. 2. som. 2. quiere dezir lo mismo,
 » que hemos referido de Nauarro, Peyrinis *tom. 1.*
suor. Priuileg. Constitut. 28. Leonis X. num. 4. calum-
 » nia à Fray Iuan de la Cruz, *lib. 2. de statu Religios.*
cap. 8. dub. 2. porque interpreta muy ancho este pri-
 » uilegio de Leon X. ya Scottia *theore. 3. 2. 2.* porque lo
 » interpreta muy estrecho; pero yo me conformo con
 » la interpretacion de Rodriguez, que pues se conce-
 » dio à su Orden mejor sabrà ella mente del Papa
 » que no todos estos otros Authores, que son de dife-
 » rentes Religiones. Pero no es mala la interpreta-
 » cion de Tamburino *quest. 9. num. 2.* donde afirma,
 » que de los escrupulosos, quando rezan solos, si se
 » han de oyr, ò no à si mismos, y que basta mueuan
 » los labios, aunque rezan, ò lean por el libro mental-
 » mente. Hæc ille, quæ quidem de directo pugnant
 cum his, quæ superius docuit Tamburinus
 ex Societate; cuius sententiam in
 Praxi è Regularibus minimè
 sectandam esse
 existimo.

* * *

An Laici tangentes Calicem, Patenam, &
 Corporale peccent saltem venialiter?

RESOLVTIO II.

NEGatiuè ex Soro responder Tamburinus
 N *Opusc. de Sacrificio Missæ, lib. 1. cap. 2. §. 1. n. 12.*
 Sed ego affirmatiuè sententiæ adhaerendum esse
 puto: vnde cum Emanuel Sa *verb. Sacra. num. 3.* di-
 xisset, Sacra tangi à Laicis sine contemptu, aut nul-
 lum peccatum est, aut leuissimum; rectè Magister
 sacri Palatii in Editione Romana sic correxit: Sacra
 tangi à Laicis sine contemptu non est peccatum
 mortale. Rectè, inquam, sic correxit, quia ita docent
 communiter Doctores, & præcipue Patres Societa-
 tis Iesu vnde præter Suarez, & Coninch à Tambu-
 rino adductos, hanc sententiam tenet Dicastillus
 statim citandus, Amicus in *Curr. Theol. tom. 7. disp.*
33. sect. 12. num. 378. Laymann *lib. 5. tract. 5. cap. 6.*
num. 19. Vazquez in *3. part. tom. 3. disp. 223. cap. 4.*
num. 37. Præpositus in *3. part. quest. 83. num. 3. dub. 5.*
num. 172. Sanchez in *Summa, tom. 2. lib. 2. cap. 43.*
num. 27. Castrus Palau, *tom. 4. tract. 22. disp. unica,*
punct. 10. num. 13. Reginaldus *tom. 2. lib. 29. cap. 9.*
part. 2. sect. 7. n. 202. Tannerus, *tom. 4. disp. 5. quest.*
10. dub. 3. num. 50. & alij; Dico igitur, quod esto
 Laicis, & Cléricis inferioribus permissum non sit
 sacra vasa, & corporalia tangere extra necessitatem,
 si tamen id faciant seculo contemptu, non cense-
 tur culpa grauis, sed venialis tantum ob materiæ
 leuitatem. Intercedente verò causa aliqua rationa-
 bili, nullam esse culpam, firmant Suarez, Coninch,
 Layman, Vazquez, & Sanchez *supra.* Eaue de causa
 Corporalia & Purificatoria post primam lotionem
 feminis, maxime Virginibus, integrè lauanda, &
 reficienda traduntur; quia hoc munus exactius,
 quam viri, præstare possunt; vt bene notantur
 prædicti Doctores. Vide Garziam in *Theolog. moral.*
tract. 3. difficult. 8. dub. 4. punct. 3. num. 29. Villalobos
 in *Summa, tom. 1. tract. 8. diffic. 29. num. 3.* qui nomi-
 natim Sotum impugnat; quod idem fecit Ledesma
 in *Summa, tom. 1. cap. 22. concl. 2.* vbi sic ait: Duda
 es si los Seglares, y mugeres, tocando el Caliz, y
 la Patena inmediatamente, si es pecado, y lo mismo
 es en tocar los corporales, y el Ara. En esta dificul-
 tad el P. M. Soro ensena, que no auiedo menos pre-
 cio, quicano es pecado aun venial, y si lo es, es le-
 uissimo pecado. Digo lo primero, que el tocar el
 Caliz consagrado, y las demas cosas ya dichas im-
 mediatamente es pecado en los seglares, y mugeres,
 aunque no aya menos precio. Esto se prueua lo pri-
 mero de los derechos citados, que prohiben el tal
 tocamiento. Lo segundo se prueua del vso de to-
 da la Iglesia. Todos hazen escrupulo de tocar estas
 cosas. Dico lo segundo, que no auiedo menos
 precio, no sera pecado mortal, pero sera pecado
 venial, si se haze sin causa y necesidad. Que no
 sea pecado mortal, consta del comun consenti-
 miento de todos los Fieles, porque ninguno haze
 escrupulo de pecado mortal. Tambien consta, por-
 que la materia no es tan graue, que aya obligacion
 de pecado mortal. Que sea pecado venial, se prueua
 con las razones del primo dicho. Las quales se
 confirman, porque los summos Pontifices han da-
 do Priuilegio à los Religiosos, para que los legos
 puedan tocar los Calizes, y otras cosas semejan-
 tes. Luego ello de si no es licito. Ita ille, cui adde
 Caspensem in *Curs. Theol. tom. 2. tract. 23. disput. 3.*
sect. 5. num. 88. Sotum etiam impugnantem lo. de la
 Cruz

Crux in Direct. Conscien. part. 2. de Sac. Missa quest. 3. dub. 4. concl. 3. & Martinum de San Ioseph in Man. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 16. de Euchar. num. 18.

Sed an saltem sententia negativa quam impugnauimus contra Tamburinum sit admittenda in contractu Patenæ à parte externa, seu inuerfa, & in contractu Calicis in pede, maxime si pes sit amouibilis. Affirmat sapientissimus Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 9. num. 191. Sed tu cogita: nam etiam dicendum esset Laicum non peccare venialiter, si tangeret Cuppam Calicis à parte exteriori; cum militer eadem ratio, quæ in Patena. Itaque absolute non est recedendum ab affirmatiua sententia, quæ, vt dixi, communis est inter Theologos, & præcipue in Schola Societatis. Et quidem si Laici, tangendo Corporalia, & Vasa sacra, neque peccarent venialiter, ad quid deseruissent Priuilegia tot Pontificum concessa Sacristis Regularium, vt possint illa tangere? Vide, præter Doctores citatos, Marchantium in Tribun. sac. tract. 2. part. 2. tit. 4. quest. 2. dub. 6.

An Pixis, in qua reponitur Eucharistia necessario sit benedicenda?

RESOLVTIO III.

Nouissime mordicus affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet doctissimus Pater Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 9. num. 193. cuius sententiam sequuti sunt ex neotericis VViggers in 3. part. D. Thoma, quest. 83. dub. 16. n. 76. Amicus in Cur. Theol. tom. 7. disput. 33. sect. 12. n. 360. Marchantius in Tribun. sac. tract. 2. part. 2. tit. 4. quest. 2. dub. 6. Mercerus de Sacram. quest. 83. art. 3. propos. 3. num. 5. Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quest. 35. Reginaldus, tom. 2. lib. 29. cap. 9. num. 281. Granadus in 3. part. contr. 6. tract. 14. disp. 12. num. 6. Hurtadus de Sacrificio Missæ, disp. 4. difficult. 10. Ioan de la Cruz in Direct. Consc. de Sacrific. Missæ, quest. 3. dub. 3. Zanardus in Direct. Theol. part. 1. de Sacram. Euchar. cap. 14. Gaquantus in Rubr. Missalis, part. 2. tit. 2. n. 3. litera P, cum aliis.

Et, vt verum fateat, validis rationibus fulcitur hæc sententia. Nam calix, & Patena cum Corporali ideo consecrantur, & benedicuntur, quia tangunt Corpus & Sanguinem Christi; vt patet ex diuo Thoma in 3. part. quest. 82. art. 3. Sed Pixis tangit etiam Corpus Christi. Ergo debet benedici. Quia vbi est eadem ratio, debet etiam esse eadem iuris dispositio; vt patet ex lex. Illud. ff. ad leg. Aquil. leg. Si postnauerit. §. 2. ff. ad leg. Iul. de Adulter. leg. Quidam nummularios. ff. de edendo. leg. Nautæ. §. fin. ff. Nautæ, caup. leg. à Titio. ff. de Furiis. leg. Illud. Cod. de Sacros. Eccles. §. si igitur, Instit. quod cum eo. Gloss. verbo, Italia. in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Et vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem legis dispositio, non extensiuè, sed comprehensiuè; ex leg. His solis. vers. satis etiam caute putamus. Cod. de renouandis donat. d. leg. Illud. Cod. de Sacros. Eccles. leg. Item veniant. §. ait Senatus. ff. de petis. hered. Tiraquellus in leg. Si unquam, verbo libertis, num. 45. & 46. Rebuffus ad leg. in lege censoria 203. vers. Itemque de seruis vers. Colligitur. ff. de verb. signif. pag. mihi 647. Surdus, decis. 276. n. 8. Gutierrez, pract. lib. 3. quest. 17. num. 84. cum seqq. Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 105. Reçedè itaque dixit Ludouicus à San Iuan de Sacram. Euchar. quest. 11. art. 15. dub. 4.

concl. 2. Et cierto auer precepto, de que los corporales, ara, y caliz esten beneditos, d' consagrados: porque han de tocar el cuerpo de Iesu Christo Señor nuestro: luego si esto vales (videlicet Pixis) le han de tocar, precepto al tambien en el mismos derecho, que esten consagrados: de manera que, quando no aya precepto expreso aylo virtual deduzido del expreso. Ita ille.

Nec obstat dicere cum Nugno in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. 4. ad 1. quod est dispar ratio inter Pixidem, Patenam, & Corporale; quoniam Corporale, & Patena, & manus Sacerdotis tangunt Corpus Christi in ipso Sacrificio. Nam respondeo primo cum Garcia in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 3. punct. 2. num. 31. que non tene mas santidad el Sacramento in fieri, que in factò esse. Respondeo secundo, quod in Pixide non solum reponuntur, & conseruantur particule; sed etiam consecrantur in actu Sacrificij, vt consecratur vinum in Calice; quod patet ex vsu ordinario; reponuntur enim supra Aram cum Calice, & Hostia, & omnia simul à Sacerdote consecrantur; & ideo Pixis non potest poni intra Tabernaculum; nisi post assumptum Sanguinem; quia omnes benedictiones, & ceremonie Sacerdotis cadunt sub particulis in ipsa contentis; sunt enim pars illius Sacrificij; ergo Pixis tangit Corpus Christi in ipso met Sacrificio, ac ideo benedicta esse debet, vt Corporale. Vnde corrui responso Nugni; & si aliquid robur haberet, forsitan procederet in Fistula argentea, in qua summus Pontifex sumit Sanguinem in Missa Papali, vel in Sphæra, seu Lunula; in qua reponitur Hostia publice exponenda. In ostensorio ad populum.

Sed Instabis cum Tamburino Opusc. de Sacrificio Missæ lib. 1. cap. 1. §. 6. num. 2. esse, non obstantibus supradictis, disparitatem rationis inter Calicem, & Pixidem; si quidem in Calice per se, & semper fit consecratio Sanguinis; in Pixide vero non nisi per accidens, si quando adsunt multe Particulæ consecrandæ; per se enim Corpus Christi in manibus Sacerdotum consecratur. Ergo non est mirum, si Calix sit consecrandus; & Pixis non benedicenda. Respondeo hanc distinctionem in ordine ad reuerentiam debitam Eucharistiæ nullus est, qui non videat esse metaphysicam; sicque ex illa sequeretur neque Patenam neque Corporale esse consecrandum, vel benedicendum; quia in ipsis per accidens Corpus Christi consecratur: nam, vt vult Tamburinus, Corpus Christi per se consecratur in manibus Sacerdotis; sed hoc dicere est absurdum; ergo, &c.

Et hæc dicta esse volo in fauorem amicissimi Patris Dicastilli, cui ita addictum me esse profiteor; vt ad tuendas eius opiniones, meas impugnare minime erubescam. Sed his non obstantibus, existimo contrariam sententiam, quam ego docui esse satis probabilem, & vt talem illam admittunt ipsimet aduersarij, Dicastillus, & Amicus locis citatis; nam & illam absolute, præter DD. alibi à me citatos, & superius adductos, tenent Io. Præpositus in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. 5. num. 171. & me citato Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. 10. 1. lib. 1. tract. 16. de Euchar. n. 17. Castrus Palauus tom. 4. tract. 22. disp. unica. punct. 6. n. 7. Tamburinus ubi supra; quibus adde nouissime Magistrum Serra in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. unico, asserentes, Pixidem non requiri ex necessitate esse consecratam, vel benedictam; quia nullibi cauetur; & præcepta imponenda non sunt absque firmo fundamento.

*An si Sacerdos moriatur post consecrationem
Corporis Christi, possit alius Sacerdos
sequenti die sacrificium perficere?*

RESOLVTIO IV.

Afirmatiuam sententiam nouissimè docet Tamburinus *Opusc. de Sacrificio Missæ, lib. 2. cap. 8. §. 1. num. 6.* vbi sic ait: Quid fiet, si nullus adsit, qui Missam perficere eodem die possit; adsit tamen, qui à loco distanti vocatus, die sequenti possit? Emanuel Sà in genuina Impressione sic de hac re disserit: Quod si desit qui Missam perficiat, sequenti die perficiatur; aut sumatur ab alio Sacerdote in alia Missa Sacramentum. Non placuit hoc dictum ei; qui illum expurgauit, quare sic reposuit. Quod si desit qui perficiat, sequenti die sumatur ab alio in alia Missa Sacramentum. Citatque Suarium, diuum Thomam, Azorium, Sorum, & Toletum. Hinc ergo oritur quæstio, an opinio genuina Auctoris, dicentis posse perfici die sequenti prædictam imperfectam Missam, sit probabilis, ac propterea immeritò, expuncta? Certè non video, cur possit eodem die perfici, vt omnes concedimus, immo iniungimus etiam post sex, vel septem horas; vt contingeret, si defectus occurreret summo mane, & Sacerdos suppleturus inueniretur circa meridiem; non possit autem die immediatè sequenti. Illa enim mora in tali defectu non debet iudicari longa, ita vt continuari eadem Missa non possit die sequenti. Sicut enim die Veneris Sancti consumptio tunc exhibita continuat Missam diei præcedentis; nam propterea dicitur complementum Sacrificij præteriti: ita in casu nostro, &c. Hucusque Tamburinus.

Sed ego existimo, non esse recedendum à correctione Reuerendissimi Magistri Sacri Palatii; & ideo constanter assero, Sacrificium illud non posse perfici die sequenti; sed illa Hostia conseruanda, vt postea à Sacerdote vel à Laico communicato sumatur. Hanc nostram sententiam aperte docet doctus, & antichissimus Pater Auerfa, *de Sacramento Eucharistia quæst. 1. sect. 2.* vbi loquens de Officio Feriæ sic ait: responderetur cum communi sententia, illa die in Ecclesia non offerri Sacrificium; vt etiam patet ex eo, quod Sacerdos solum Corpus, & non Sanguinem sumit. Et ratio redditur; quia ea præ die celebratur Sacrificium ipsum cruentum mortis Christi. Dum verò in Offertorio nominatur Sacrificium; non sumitur hoc nomen pro actione Sacrificandi, sed pro re, quæ per se apta est Sacrificio, nempe ipsum Sacramentum. Sæpe enim Sacrificium sic sumi solet, non pro actione, sed pro re, seu materia sacrificij. Quare nullatenus admittendum est: quod ait Nugnus *hic art. 1.* ex peculiari dispensatione Christi Ecclesiam eo die Parasceus ita celebrare. Certè enim nec apparet talis dispensatio, nec est necessaria. Similiter nec approbandum est, quod aliqui dicunt, ea die compleri Sacrificium inchoatum die præcedenti. Tum quia iam illud Sacrificium erat completum: & vna consecratio non nisi per vnã summptionem debet compleri, & consummari in ratione Sacrificij. Tum quia Sacrificium vna die inchoatum, non potest compleri alia die, nec post notabilem interruptionem. Vnde si deficiente Sacerdote post consecrationem, non inueniatur alius, nisi die sequenti; non poterit iam compleri illud Sacrificium. Ita in terminis contra Tamburinum Auerfa. Vide etiam ipsum, *sect. 16. §. 10.*

Probatum hoc etiam ex Rubrica Missalis, *cap. de Defectibus vini, §. 8.* vbi notatur, quod si expectando aliquandiu haberi possit materia apta illius speciei, cuius defectus deprehenditur; expectandum esse, ne Sacrificium remaneat imperfectum. Vbi dicitur, aliquandiu; quia si esset nimis expectandum, adhuc non esset vna moraliter actio. Iudicet modo Lector, si verbum Rubricæ, videlicet, aliquandiu possit verificari, & adaptari, vt vult Tamburinus, si Sacerdos suppleat defectum Missæ hodiernæ sequenti die; & quo pacto in tali casu posset aliquis dicere, Sacrificium illud moraliter esse vnã actionem. Vnde aduersus Patrem Tamburinum obiiciam doctissimum Theologum suæ Societatis, Patrem Azorium *tom. 1. lib. 10. c. 33. quæst. 1.* sic asserentem: Si Sacrificium non compleatur, tunc species consecrata seruari debent in Pixide, vel in alio Vasculo, vt in die proximè sequenti infumantur. Deinde, quamuis Glossa in eo capite doceat, Sacrificium perfici non posse, quia Missa post meridiem inchoari quidem nequit; at si ante meridiem inchoata fuerit, iure continuatur, atque finitur. Ita Azorius, qui, vt vides, negat expresse Missam, de qua est quæstio, esse perficiendam sequenti die; & solum concedit posse in eadem die Sacrificium illud perfici. Sed Ego, vt verum fatear, non discedo à sententia Glossæ in *cap. nihil 7. quæst. 1.* docentis Sacrificium illud non esse perficiendum post meridiem. Et quidem Doctores, loquentes de hoc casu, asserunt, Sacrificium esse perficiendum ab alio Sacerdote, si sit ad manus, si illico inueniri potest, si præsto adsit, &c. Et ideo hanc sententiam tenet etiam ex Societate Pater Tannerus, *tom. 4. disp. 5. quæst. 10. dub. 7. num. 1. 10.* vbi sic ait: Si quis substantialis in Missa defectus accidit; semper quoad fieri potest, suppletus est. Dixi vero quoad fieri potest; quia si defectus multo post tempore, verbi gratia post prandium, vel horam à contummato ministerio; animaduersus fuerit, aut alioqui impedimentum intercedat, quo minus per quandam moralem continuationem suppleri possit; ipsa impossibilitas ab eius defectus supplementatione excusat. Ita ille. Ergo si Tannerus non videtur esse moralem continuationem paucas horas, imo vnã, ad supplendum defectum substantialem Missæ; quid quæso diceret in casu nostro; in quo vult Tamburinus Sacrificium hodie inceptum, posse perfici die sequenti? Non est igitur recedendum à sententia negatiua. Ad id verò, quod asserit de Officio Veneris Sancti, patet responsio ex his, quæ dixit Auerfa *vbi supra*; quia in illo die non integratur nec perficitur Sacrificium, cum vtraque species fuerit die ex terro iam consecrata; sed tunc sumitur à Sacerdote tantum Hostia præcedentis Sacrificij; & idè illud Officium non vocatur, nec est Missa, nec Sacrificium. Et concedendo Patri Tamburino, vt illud Officium sit complementum Sacrificij præteriti; negamus tamen, in illo perfici, seu integrari Sacrificium alterius diei; vt est in casu, de quo est quæstio: sed tantum assumitur Hostia præconsecrata in Missa præcedentis diei: Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum.

Concludo igitur, quod si inter celebrandum penitus deficiat ipse Sacerdos celebrans, ita vt proficui, & Missam complecte non possit: debet alius Sacerdos, si adsit, supplere defectum, & complere Missam. Ita docet S. Thomas, aliique communiter, & habetur in Rubrica Missalis; & ex Concilio Tolentino *7. c. nihil 7. q. 1.* vbi & redditur ratio: Cum enim simus omnes vnus in Christo; nihil contrarium diuersitas personarum firmat, vbi efficaciam prosperitatis

ritatis vnitatis fidei repræsentat. Si tamen cito interueniatur alius Sacerdos, qui defectum suppleat: alioqui post nimiam dilationem iam non esset vna moraliter actio per continuationem moralem. Itaque Missa heri cœpta non potest hodie perfici; quia hac distantia temporis dicendum est, omnino tolli vnitatem moralem Sacrificij.

Non deseram tamen hic adnotare, potuisse Patrem Tamburinum in fauorem sententiæ Emanuelis Sæ, quam defendit, adducere Henriquez *lib. 9. cap. 40. num. 1.* vbi sic ait: si Sacerdos post confessionem Hostiæ deficiat; potest alter Sacerdos, & interdum tenetur, si nullum habeat impedimentum (vt quia nulla censura ligatus est, & manet ieiunus) perficere illam Missam ex generali præcepto Ecclesiæ: potestque celebrare contritus, si desit copia Confessarij; quia grauior res est de integritate Sacrificij, quam de præmittenda tunc Confessione. Si reperit Hostiam consecratam ab alio; satis est, vt consecret Calicis vinum, & proficiens consumat vtramque speciem. Si non reperitur Sacerdos ieiunus, differre licet perfectionem Missæ in alterum diem. Ita ille; qui, vt vides, apertè docet sententiam Emanuelis Sæ: & opinionem Henriquez non esse improbabilem putat Fagundez *de Præcept. Eccles. præc. 1. lib. 3. cap. 18. num. 24.* Sed ego non discedo à contraria, quam docui.

An mappæ, seu tobaleæ Altaris sint benedicenda? & de earum numero.

RESOLVTIO V.

Negatiuam sententiam docet Amicus *in Cursu Theologico, tom. 7. disp. 33. sect. 2. num. 362.* vbi sic ait: requiruntur subtrus Corporale ad minimum duæ pallæ lineæ, vel vna duplicata: tametsi decentius est, vt sint tres, vt Missalis Rubrica præscribit: quarum saltem vna debet totam superiorem Altaris superficiem regere. Hæ pallæ non necessario debent esse benedictæ, quin addunt Siluester *verbo Benedictio. quæst. 5.* & Emanuel Sæ *verbo Missa, num. 7.* in necessitate posse Sacerdotem vti lineis profanis, eaque postea reddere Domino ad pristinum vsum profanum applicanda. Quod fieri non potest; si sint benedictæ. Ita ille; cui adde Lessium *in 3. part. quæst. 83. art. 2. num. 87.* Fagundez *Præcept. 1. lib. 3. cap. 22. num. 16.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 81. sect. 6.* Reginaldum *tom. 2. lib. 29. cap. 9. sect. 7. num. 194.* Perlicum *de Officio Sacerdot. lib. 5. cap. 8. dub. 8. num. 64.* Zanardum *in Direct. Theol. part. 1. de Sacrament. Eucharist. cap. 14.* Petrum Fuliensem *in Idea Theol. Sacrament. c. 26. Resol. 2.* Ludouicum à San Iuan *in Summa, de Eucharist. quæst. 11. artic. 13. dub. 1. concl. 3.* Moure *in Medulla Casuum Conscientiæ, part. 3. c. 5. §. 1. num. 9.* Ledesman *in Summa, tom. 1. cap. 20. de Eucharist. concl. 6.* Filliucium *tom. 1. tract. 5. cap. 4. num. 129.* Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 8. diff. 26. num. 1.* Bonacinam, *tom. 1. disp. 4. quæst. ult. punct. 9. n. 34.* Trullench *de Sacrament. lib. 3. cap. 8. dub. 16. num. 8.* Bassæum *in Floribus Theol. mor. verb. Missa 5. num. 4.* Laymann, *lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 11. in fine.* Adamum Tannerum, *tom. 4. disput. 5. quæst. 10. dub. 3. num. 48.* VViggers *in 3. part. quæst. 83. dub. 151. num. 74.* Vazquez *in 3. part. tom. 3. disp. 235. cap. 3. num. 23.* Castrum Palaum *tom. 4. tract. 22. punct. 6. num. 1.* Azorium, *tom. 1. lib. 10. cap. 38. quæst. 8. in præc. & alios.*

Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam

alij tenent, nempe mappas Altaris debere esse benedictas; & ita docet Gauantus *in Rubrica Missal. part. 1. tit. 20. littera S,* Cardinalis Lugo *de Sacram. Euch. disput. 20. sect. 4. num. 76.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 7. quæst. 11.* Caspensis *in Cursu Theol. tom. 2. tract. 23. cap. 3. sect. 4. n. 78.* quibus adde sapientissimum Patrem Ioannem Dicalillum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. diff. 4. dub. 9. n. 154.* qui acriter hanc sententiam sustinet, & obseruat plures DD. pro negatiua sententia adductos scripsisse ante Missalis reformationem Clementis VIII. & alios, qui post ipsos scripserunt minus caute loquutos fuisse. Quod aperte probatur: nam in dicto Missali, §. 20. de præparatioue Altaris, sic habetur: Hoc Altare operiatur tribus mappis, seu tobaleis mundis ab Episcopo, vel alio habente potestatem, benedictis: Superiori saltè oblonga, quæ vsque ad terram perringat, duabus aliis breuioribus, aut vna duplicata. Sic ibi. Et rursus *in cap. 10. de Defectibus* in celebratione Missæ occurrentibus, paribus verbis ponitur defectus, si Vestes sacerdotales, & mappæ non sint benedictæ: ergo sicut necessario, vt docet Marchinus *de Sacram. Ordin. tract. 3. p. 3. cap. 14. n. 1.* & alij communiter, Vestes sacerdotales sunt benedicendæ, ita & mappæ Altaris. Vnde propria benedictio earum apponitur in fine Missalis.

Sed aliquis posset ad supradictas Rubricas respondere; & ad primam desumptam *ex §. 20.* dicendum videretur esse tantum directiuam, & non præceptiuam: & ideo Doctores adductos vbi supra pro negatiua sententia loquutos fuisse quoad necessitatem: Doctores vero pro affirmatiua sententia loquutos fuisse quoad congruitatem. Ita Tamburinus *Opusc. de Sacrif. Missæ, lib. 1. cap. 9. §. 2. n. 2.* vbi asserit, quod non habemus in dictis Rubricis Missalis, vnde cum tanto rigore eiusmodi benedictio mapparum exigatur. Et me citato, docet Garzia *in Summa Theol. mor. tract. 3. diff. 8. dub. 3. punct. 1. num. 11.* Que la regla del Missal en vna cosa, que no es de sustancia del Sacrificio, sino tambien para mayor ornato, y reuerencia, no se ha de creer que oblique con tanto rigor. Ad aliam verò auctoritatem Rubricæ, *ex cap. 10. de Defectibus, &c.* dicendum videretur, quod licet iisdem verbis Rubrica loquatur de benedictione vestium Sacerdotalium, ac de benedictione mapparum; non sequitur quod ex ipsis oriatur eadem obligatio: nam benedictio vestium Sacerdotalium est de necessitate, benedictio verò mapparum ex decencia. Itaque regula Missalis de benedictione vestium, est præceptiua; de benedictione verò mapparum, est directiua. Quod probatur ex doctrina Marchini *de Sacram. Ordin. tract. 3. part. 3. cap. 6. num. 3.* & aliorum asserentium, illas regulas Missalis esse præceptiuas quæ tangunt aliquam legem Canonicam in corpore iuris contentam, vt de seruando ieiunio, integrando Sacrificio, de Ara consecrata, de loco celebrandi non prohibito, de præmittenda Confessione post lethale, de benedictione vestimentorum, & eiusmodi; quorum singula in corpore iuris sunt expressa. Eas verò Rubricas dici directiuas, quæ nec in toto iure Canonico continentur, nec in Rubricis ponuntur cum verbis importantibus præceptum; qualia sunt, *mandamus, precipimus,* & similia. Cum itaque benedictio vestium Sacerdotalium contineatur in iure Canonico, vt notat Marchinus *vbi supra,* non autem mapparum; sequitur regulam Missalis de illa loquentem esse præceptiuam: regulam autem de benedictione mapparum; quia in iure non inuenitur neque in Missali ponitur sub verbis importantibus præceptum

præceptum, vt patet legentibus, directiuam tantum esse dicendam videtur. Ergo &c. Sed sufficiat mihi in gratiam Lectorum superius dicta excogitasse; nam cum dubium sit arduum, & pugnantem inter se inueniantur Doctorum sententiæ; Ego finalem Resolutionem huius Quæstionis Sacre Rituum Congregationi remitto.

De numero autem Mapparum, non est minor controuersia inter Theologos: nam Vasquez *tom. 3. disputat. 233. cap. 3. num. 21.* Suarez *tom. 3. disp. 81. sect. 6.* Fagundez *Præcept. 1. lib. 3. cap. 22. num. 10.* Reginaldus *tom. 2. lib. 29. cap. 9. num. 194.* Henriquez *lib. 9. cap. 28. num. 3.* Tolerus *lib. 2. cap. 2. n. 6.* Amicus, Emanuel Sà, *ubi supra*, cum aliis doctis, sufficere ad ornatum Altaris duas tantum mappas. Sed hæc opinio non videtur admittenda, & plures ex citatis Auctoribus scripserunt ante Reformationem Missalis Clementis VIII. in quo vt visum est, supra, statuitur Altare esse ornandum tribus mappis, vna oblonga, quæ vsque ad terram pertingat, duabus aliis breuioribus, vel vna duplicata. Et ita tenet post dictum Missale Auerſa *de Euchar. quæst. 11. sect. 13.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disputat. 7. quæst. 10.* Cardinalis Lugo *de Euchar. disputat. 20. sect. 4. num. 96.* Hurtadus *de Sacrif. Missæ, disp. 4. difficul. 9.* Perſicus *de Officio Sacerd. lib. 1. cap. 4. dub. 8. num. 59.* Gauantus *in Rubr. Missalis, par. 1. tit. 20. & alij.* Quod etiam colligitur *ex cap. Si per negligentiam, de Consecr. dist. 2.* vbi requiruntur trina lintea, præter Corporale. Nisi tamen Aliquis dicat cum Amico, & aliis *ubi supra*, Rubricam Missalis, præscribentem tres Mappas, loqui de decentia, non de necessitate: & ita Doctores asserentes, sufficere duas mappas, loquutos fuisse quoad necessitatem, non vero quod ad congruitatem; vt loquuti sunt requirentes tres Mappas,

Non desinam tamen hinc adnotare licet, vt probatum est, pro ornatu Altaris requirantur tres Mappæ, & hæc benedictæ; tamen Auerſam *de Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 13.* Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quæst. 11.* & à fortiori Layman, Sà, Trullench, Bassæum, Castrum Palaum, Azorium, *ubi supra*, docere saltem ex causa necessitatis adhiberi posse Mappas non benedictas, sed communes Laicorum, quæ etiam postea ad suos vsus eis reddi possunt. Et ideo Garcias *in Summa Theolog. mor. tract. 2. difficul. 8. dub. 3. punct. 1. num. 12.* sic ait: *Aduertete, que si vno no tuuiere manteles, podria poner vna toalla limpia en lugar dellos, y despues la podria aplicar à otros vsos, aunque fueren profanos, como antes estaua applicada.* Fagundez *disputat. 233. que puede el Sacerdote poner el lienzo, que tiene para limpiarse el sudor, si es limpio; y despues puede vsar del, como antes en opinion probable.* Item Tannerus *tom. 4. disputat. 5. quæst. 10. dub. 3. num. 48.* Vulggers *in 3. par. 9. 83. dub. 15. num. 74.* Fagundez *Præcept. 1. cap. 23. num. 13.* Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 28. q. 8.* & alij docent etiam in casu necessitatis posse vnam tantum Mappam præter Corporale in Sacrificio Missæ adhiberi. Sed difficultas est in supradictis Casibus gradum necessitatis assignare, Tamburinus *opuscul. de Sacrif. Missæ cap. 3. §. 1. num. 4. & cap. 5. §. 2. n. 1.* me citato, asserit, quod gradus necessitatis non est hinc valde strictè accipiendus. Quare necessitas audiendi, & celebrandi Sacrum die Festiuo, feruor deuotionis, & tentato voluntas tentationem eo remedio superandi, imò & Sacerdoti non diuiti oportunitas elemosynæ, satis superque in prædicta paruitate, etiam

Antonin. Diana, Pars X.

à veniali celebrantem excusabit. Ità Tamburinus; cui adde etiam, me citato, Marchinum, *de Sacram. Ordin. tract. 3. par. 3. cap. 14. num. 2.*

Et tandem pro coronide huius Resolutionis, si Aliquis curiosus inquirat, An extrà casum necessitatis sit peccatum mortale celebrare cum vna tantum Mappa & Corporalibus: Leandrus *de Sacram. tom. 2. tractat. 8. disputat. 7. quæst. 15.* resolutorie respondit, tantum esse veniale; mortale vero sine vlla Tobalea, cum solis Corporalibus: Quia celebrare primo modo, leuis; secundo vero maxima esset irreuerentia. Ità ille; cui adde Mouram *in Medulla Casuum Conscientie, par. 3. cap. 5. §. 11. num. 11.* sic asserentem: Quale peccatum est facere Sacrum sine his linteis? Respond. sine Tobalea, & corporalibus esset mortale; cum Tobalea, & corporalibus sine secundo linteo, esset veniale. Hæc Moura, qui citat Rodriquez, Tolerum, & alios.

An si quis audiat Missam impositam pro Pœnitentia à Confessario sine interna attentione, satisfaciat?

RESOL. VI.

Dixi alibi satis probabiliter, si quis audiret Missam ex præcepto Ecclesiæ in diebus Festiuis sine interna attentione, satisfacere præcepto. Quam sententiam postea, me citato, docent Cardinalis Lugo, & Dicastillus *ubi infra*. Sed difficultas est de præcepto imposito à Confessario audiendi Missam, vel recitandi Rosarium, &c. Et negatiuè respondet Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 10. num. 119.* vbi sic ait: Item si obligatio esset pro Pœnitentia iniuncta in Confessione, & probabilius puto necessariam esse attentionem internam pro omnibus; neque enim obligatio implendi Pœnitentiam oritur ex mero præcepto humano autoritate humana; sed, licet oriatur ab homine, oritur ab illo vt iudicante, absolvente, & imponente eiusmodi pœnitentiam nomine, & autoritate Christi sic instruente Sacramentum, vt ea actio satisfactoria iniuncta, sit pars Sacramenti, saltem integralis; debeâtque esse talis, qualis requiritur, vt sit optus ex se aptum ad id: tale autem non esset, si à sciente, & volente fieret sine intentione, & attentione conueniente. Ità ille. Verum video Doctores communiter absolute docere, præceptum Pœnitentiæ impositum a Confessario audiendi Missam, ieiunandi, &c. merendum esse ad instar præceptorum Ecclesiæ.

Sed si aliquis curiosè inquirat, An quod diximus probabiliter de audiente Missam ex præcepto Ecclesiæ sine interna attentione, dicendum sit etiam probabiliter de Sacerdote illam dicente cum voluntaria distractione, affirmatiuè respondet Tamburinus *Opuscul. de Sacrif. Missæ, lib. 2. cap. 4. 6. & seqq.* secluso tamen tempore, in quo recitat Canonem; sic enim ait, *num. 9.* Si Sacerdos per notabile tempus voluntariè distractus, eas Missæ partes, quæ Canonem continent recitet, seu peragat, peccabit mortaliter, siue Missa celebretur de præcepto, siue de Feria. Ratio, quæ me ad id mouet, est discrimen, quod intercedit inter Missæ Sacrificium, & ceteras orationes. Hæ enim sunt meræ allocutiones ad Deum: at Missa est insuper Sacrificium, hoc est, actus Religionis excellentissimus.

simus, quo profiteamur Deum summè venerari. Videtur autem, mihi grauis esse irreuerentia, quòd quis, dum profitetur Deum summè per suam actionem venerari, cum illo irreuerenter, per voluntariam distinctionem, se gerat: & in tanto ministerio, de quo tremunt Angelorum Ordines, omnia alia cogitare velit, quàm mente attendere ad quòd operatur. Adde, & morale periculum aliquid graue omittendi, vel non ritè operandi, &c. Ità Tamburinus; Sed tu cogita.

Verùm, si quis stare vellet in hac limitatione, deberet scire, Quandò incipiat Canon. Aliqui asserunt incipere ab illis verbis, *Te igitur, clementissime Pater*, iuxta Nauarrum *cap. 27. num. 33.* & iuxta Glossam in *Clementina, Graues, de Sentent. Excomm. Dominicum, & Francum in cap. Episcopus de Priuileg. in 6. Felinum in cap. 2. num. 4. de except. Syluestrum verbo Excommunicatio. 5. n. 3.* Probant, quia in Missali ab illis verbis titulus Canonis incipit. Quidam probabiliter arbitrantur, à clausula, *Communicantes*. Alij ab illis verbis incipere existimant, *Qui pridie quàm pateretur*; Ità Syluester *suprà* cum Innocentio, & Hostiensis: & ità Sorus in *4. dist. 22. quest. 1. art. 4.* Ledesma *2. 4. quest. 25. art. 2.* & videtur sentire D Thom *3. par. 9. 83. art. 6. ad 2.* quamuis id expressè non dicat. Paludanus in *4. dist. 11. quest. 3.* Archidiaconus, & vterque Cardinalis in *cap. Sicut Apostoli 11. quest. 3.* Innocentius in *cap. Nuper de Sentent. Excomm. in 6. Victoria, de Excom. §. 10.* Sed primi videntur sentire probabilius. Et ità asserit Fagundez *præcept. 1. lib. 3. c. 18. num. 5.* Hoc etiam obseruauit Dicastillus *ubi supra, disput. 4. dub. 3. num. 249.* vbi asserit, Canonem secundùm communem incipere à *Te igitur*, &c. sed secundùm aliquos, à *Communicantes*, &c. & secundùm alios, à *Qui pridie quàm pateretur*. Quandò verò Canon finiat, discrepant etiam inter se Doctores: Suarez in *3. par. tom. 3. disp. 83. sect. 1. in initio*, putat quòd terminat vsque ad Consumptionem, incipiendo à *Te igitur*. Gauantus verò in *Rubr. Miss. par. 2. tract. 7. cap. 8. litera L, & par. 3. rit. 10. num. 2.* putat terminare vsque ad *Libera nos*, &c. D. Gregorius à Suarez *ubi supra* adductus, putat terminare vsque ad Orationem Dominicam; quam sententiam approbat Tamburinus *loco citato. num. 12.*

Notentur hæc omnia, quia nimis necessaria erunt, nempe in casibus, in quibus Sacerdos tenetur interrumpere Missam inchoatam ante incœptum Canonem, de quibus agit Fagundez *loco citato*: & in casu in quo Ecclesia violatur propter effusionem Sanguinis, dum Sacerdos dicit Missam, & non fuerit incœptus Canon; & in casu quo iudicandum erit, quando paruitas materiæ excuset à peccato mortali, si in Canone relinquatur aliqua verba: Quæ omnia cum sint satis practicabilia: multum deseruiunt pro Confessariis opiniones adductæ, videlicet quandò dicatur Canon incipere, & finire.

An qui audit Missam à Sacerdote Excommunicato vitando, vel à degradato, & deposito, impleat præceptum Ecclesia.

RESOL. VII

Affirmatiuè respondet Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 5. dub. 4. num. 47.* quia illa est vera Missa; materia autem generalis præcepti est au-

ditio Missæ; & præcisè, vt est auditio Missæ, ille actus non prohibetur: nam prohibitio solùm est accidentaria, vel extrinseca Missæ, quatenus Missa est: ac proinde, licet propter accidentarium, & extrinsecum actus ille sit prohibitus, præcisè tamen secundùm rationem auditionis Missæ prohibitionem caret. Quòd autem hic, & nunc cum circumstantiis sit peccatum; non tollit quin impleatur præceptum, quòd potest impleri, & sæpè impletur per actum, qui sit peccatum; vt videre est iuxta probabilem, satisque receptam opinionem in Communionem Paschatis: quamuis enim quis in peccato mortali communicet; satisfacit præcepto Communionis: ità vt quamuis resurgens postea à peccato per legitimam Confessionem, aut contritionem, possit intrà illos dies iterum ritè, & sanctè communicare; non teneatur: quia iam exhibuit actum præceptum ab Ecclesia, iuxta dicta à nobis *tract. precedenti* cum multis, *disput. 10. dub. 8.* vbi diximus cum Azorio *lib. 7. cap. 41. quest. 12.* impleri illud præceptum Ecclesiasticum ab eo, qui excommunicatus, vel alia Censura innodatus communicat, etiamsi aliàs peccet contra ius diuinum, accedendo, indignè; & contra ius Ecclesiasticum, arcens Excommunicatos à Communionem. Quorum omnium ratio non potest esse alia, nisi quia per illum actum ab extrinseco illicitum, & secundùm se non illicitum, fit opus illud, quòd ab Ecclesia præcipitur: Ergo potiori ratione in nostro casu. Quæ pars affirmatiua mihi placet: & ex eius fundamento patet ad argumentum pro parte negatiua: quamuis enim eadem Ecclesia, quæ præcipit auditionem Missæ, non præcipiat, nec permittat, vt in Sacris communicemus cum Excommunicato non tolerato, & quòd audiamus Sacrum à degradato, & deposito; tamen actum ipsum audiendi Missam secundùm se non prohibet, sed præcipit; sicut præcipit actum communicandi in Paschate: Et illa, substantia actus iam exhibetur ab audiente Missam, quamuis ex circumstantiis sit peccatum: sicut ex circumstantiis est peccatum communicare in peccato, & cum excommunicatione, vt dictum est. Ex quo inferitur etiam, Eum, qui Excommunicatus audit Missam in die festo; quantumuis peccet sic audiendo; si tempore adhuc opportuno eodem die absoluat ab excommunicatione; non teneri iterum Missam audire, postquam iam est absolutus; quia impleuit præceptum etiam Excommunicatus: sicut diximus, impleuisse eum, qui excommunicatus communicauit in Paschate. Et hæc omnia docet Dicastillus *ubi supra*; & hunc casum asserit à nemine in terminis tractatum fuisse.

Sed ego, pace Viri doctissimi, & amicissimi, puto ab omnibus fuisse pertractatum: nam Doctores asserentes, non posse à supradictis Missam audiri, loquuntur quo ad impletionem præcepti: nam illam questionem pertractant in ordine ad præceptum de Missa audienda; & sententiæ negatiuæ adherent; vt patet ex Egidio Trullenchi in *Decalogum tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 6. num. 1.* vbi sic asserit: Regulariter loquendo, à quolibet Sacerdote Missa audiri potest, non solùm validè, sed etiam licitè, modò non adsit aliqua prohibitio. Ratio est, quia Ecclesia simpliciter obligat ad Missam: ergo præceptum adimpletur cuiuscumque veri Sacerdotis non prohibiti Missa audiat: secus autem si prohibitus sit, vt sunt excommunicati, suspensi, interdicti vitandi, Ita ille, & ego.

Norandum est hic, quòd licet plures Authores asserant,

tant, excusari ab auditione Missæ eos qui non habent alium Sacerdotem, quàm publicè concubinarium : vnde Nauarrus, *cap. 15. num. 78. & seqq.* dicit, non esse licitum audire missam à concubinario, quicquid tamen sit de iure antiquo, tamen post Concilium Constantiense nemo excusatur hoc titulo delicti Sacerdotis, nisi quando Sacerdos est nominatim Excommunicatus, & denunciatus, vel publicus Clerici percussor. Ita Valentia, *tom. 4. disp. 6. quest. 10. punct. 5.* Sotus *in 4. dist. 13. quest. 1. art. 9.* & alij.

Sed si aliquis obiter hîc quærat, an satisfaciatur Missæ præcepto, qui inseruiens Missæ, aliquando recedit à Sacrificio? respondeo, qui inde recedunt, tanquam ministri, ut aliquid necessarium Missæ deferant, puta vinum, aut Hostiam, aut thus, censeri præsentibus, & satisfacere; neque enim abesse censetur, qui eidem Sacrificio inseruit Bonacina verò limitat, modò non recedant ab Ecclesia; si enim recedant, non dicuntur interesse Missæ corporaliter; atque aded nec præcepto satisfacere; nisi fortè breui tempore absint. Quæ limitatio probabilis; sed non videtur omninò necessaria; nec enim ille censetur præsens Missæ ex eo præcisè, quod sit in Ecclesia; in qua sæpè sunt, & possunt esse, qui non censentur corporaliter præsentibus Missæ, ut patet; maxime in magnis Ecclesiis, ut in Cathedralibus; sed tunc censetur quis præsens, quia seruit in eo, & cooperatur Missæ; quod potest præstare etiam extra Ecclesiam. Et ita hanc sententiam tenet Dicastillus *loco citato, dub. 3. num. 43.* qui *n. 59.* probabiliter nominatim contrà me tenet satisfacere præcepto Missæ, qui illam audit per fenestram, interposita platea.

Quanam distantia ab Ecclesia excuset, ut quis non teneatur illam adire ad audiendam Missam in diebus festiuis.

R E S O L. VIII.

DE hac Quæstione agit Trullench *in Decalogum tom. 1. lib. 3. c. 1. dub. 9. n. 10* Filliucius, *tom. 1. tract. 5. c. 7. n. 227.* Sed mihi placet hic apponere verba Patris Dicastilli *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 10. num. 181.* vbi sic ait: Hinc est, ut qui longius distat ab Ecclesia, vel loco Missæ, sæpè non teneatur adire. Quanta verò distantia necessaria sit, non omninò facile est determinare; sed ex circumstantiis personæ, temporis, & ipsius etiam viæ, per quam debet ire, arbitrio prudentis debet decerni. Suarius, & Henriquez *suprà*, leucam assignant; quæ in Hispania, si legalis sit, id est, cuius spatium lege taxatum est, tria millia passuum communium continet, adeoque tria milliaria Italica: vsuales verò leucæ sæpè continent quinque millia passuum, id est, illæ, quæ communi vsu, & acceptione, leucæ appellantur; adeoque sæpè exæquant integrum milliaria Germanicum. Bonacina verò *suprà*, sex, aut septem milliaria assignat, quæ proculdubio Italica intelliguntur, duas scilicet leucas Hispanicas legales. Ego sanè virum alioquin sanum tempore sudo, & sereno, non puto excusari duobus tantum milliariis Italicis distantem à loco Missæ; id enim facile ab eiusmodi hominibus animi gratia solet percurri etiam pedestri itinere. Quòd si sint Nobiles, & prædiuites homines, faciliùs id præstabunt equo, vel curru, vel lectica: eaque distantia sæpè in am-

Anton. Diana, Pars X.

prioribus ciuitatibus intrà urbem ipsam percurreretur. Vnde, si fortè contingat in similibus locis pluræ esse Tempia, & loca interdicta, longiusque distare Ecclesiam aliquam intrà urbem vel in suburbiis liberam ab interdicto; tenebuntur etiam fœminæ, seclusa graui cœli intemperie, eò ire; quamuis, si fœminæ alioquin delicatæ sint, & alicuius auctoritatis, nec facile possint habere currum, lecticam, aut sellam gestatoriam more gentis, non iudicarem teneri ire vltra vnum milliaria Italicum. Secus verò de fœminis mediæ, aut infimæ plebis, quæ sunt de his laboribus assuetæ, & non dedecet eas longius ire; maxime intra urbem; Generaliter tamen loquendo, tempore hyemis, aut æstus, fœminas, quæ vltra mediam leucam etiam legalem, id est, vltra mille quingentos passus distant ab Ecclesia, vel loco Missæ, non puto obligari; nisi fortè fœminæ rusticæ sint, quæ non minus quàm eiusdem farinæ viri, solent hîc illuc discurrere leuibibus de causis, etiam ad longius spatium. Quando autem pluit aut ningit notabiliter; vix imò, ne vix quidem etiam tales fœminas, aut viros obligarem ad quærendum Sacrum intra mediam leucam. Ita que absolutè iudicio prudentis relinquendum est, expensis circumstantiis. Hucusque Dicastillus; quæ omnia notentur pro Praxi.

An Subdiaconus ordinatus cum Calice non consecrato, debeat iterum ordinari?

R E S O L. IX.

RESOLUTIO huius Dubij pender ex illa difficultate, an Calix, qui in ordinatione Subdiacono cum Patena porrigitur, debeat esse consecratus de necessitate Sacramenti? Ego negatiuam sententiam olim docui cum Soto, Ledesma, & Henriquez: & me citato, illam docet Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disput. 3. quest. 16.* Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 37. num. 7.* Molfesius *in Summa tom. 1. tractat. 2. cap. 8. num. 23.* Sanchez *Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 2. num. 5.* & me citato, Machadus, *tom. 2. lib. 4. par. 1. tractat. 7. docum. 1. num. 5.* vbi sic ait: Tambien es dudoso, y controuerso entre los Doctores, si el Caliz, que como hemos dicho, viene à ser la materia sustancial del Subdiaconato, aya de ser consagrado, necessitate Sacramenti. Si nuestro y otros sienten, que si; fundados en que el Caliz, que no està consagrado, no se distingue de otro qualquiera vaso Laycal, y profano; ni es apto proximalmente para contener en si la sangre y cuerpo de Christo: y assi lo ha declarado el vso comun de la Iglesia, el qual deue tener grande fuerça en las cosas morales, en que euidentemente no consta lo contrario. Con toto esso Soto, Ledesma, y otros muchos con mas probabilidad defienden lo contrario; porque no se halla derecho alguno, del qual conste, que sea necessario, que el Caliz estè consagrado. Ita ille. Verùm sententiam Syluestri docent alij, quos citat, & sequitur Marchinus *de Sacram. Ordinis, tract. 2. par. 6. dub. 1. n. 3.* Fornarius *de Sacram. Ordinis, cap. 2. num. 6.* Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 12. num. 182.* quia Calix non consecratus non est materia ministerij Subdiaconi; qui non ordinatur ad ministrandam patenam, & vasculum non consecratum, nec destinatum ad ministerium Altaris; sed ad ministrandum vasa prædicto ministerio consecrata. Vnde non rectè argumentantur Aduersarij.

Tarij, dum dicunt nullo iure constare oppositum: constat enim ex ipsa institutione, & ordinatione, qua ordinatur ad tale ministerium, & talia vasa ministranda. Paritas etiam sumpta à consecratione, quæ fieri potest in vase non consecrato, nulla est: nam materia consecranda à Sacerdote est ipsa, nec materia panis, & vini consecrabilis, in quocumque vase, aut loco sit. Vnde si Presbytero tradatur ab Episcopo materia vera panis & vini in Calice, & Patena non consecratis, aut in aliis quibuscunque vasis; omninò puto Ordinem esse validum: quia potestas officij, & Ordinis sui circa materiam ipsam panis & vini est non circa ipsa vasa; officium vero Subdiaconi circa ipsa vasa ministranda versatur. Vnde mirum non est, quod si Vasa non sint talia, qualia requiruntur ad suum ministerium: non sint materia, cuius traditione conferatur Ordo. Dicendum est itaque quòd Calix non consecratus non distinguitur à laico calice, nec est idoneum instrumentum, & vas proximè aptum continere Eucharistiam: ergo requiritur, vt sit consecratus, sicuti quotidiano vsu comprobatum videmus: vsus autem valde spectandus est in rebus moralibus, vbi oppositum euidenter non colligitur. Et confirmatur hæc sententia ex eo, quòd Christus Dominus in vltima Cæna suo contactu reddidit illum Calicem, quo vsus est, Sacrum: quem effectum cum præstare nequeant nostri Episcopi solo contactu; necessariò sequitur, ipsum debere esse consecratum ex Ecclesiæ institutione, nè Calix noster dissimilis illi omninò sit, quo Christus in vltima Cæna vsus sit.

Stante itaque maxima probabilitate huius affirmatiuæ Sententiæ, puto supradictam Ordinationem, vt in facti contingentia interrogatus respondi, esse sub conditione reiterandam, sicut dixit Leandrus *vbi supra*, *quest. 15.* si subdiaconatus datus fuerit per solam traditionem Calicis vacui absque Patena.

An ad dispensandum in interstitiis à Diaconatu ad Presbyteratum, sit necessaria utilitas, & necessitas Ecclesiæ copulatiuè?

RESOL. X.

Causus est practicabilis. Suppono, quòd causæ dispensandi in Interstitiis duæ referuntur à Tridentino, *sess. 23. cap. 11. 13. & 14. de Reformat.* nempe necessitas, & utilitas particularium Ecclesiarum. Per Ecclesiæ utilitatem intelligit, quandò pauci sunt Ministri Ecclesiastici idonei: & tunc vtile Ecclesiæ est aliquos ordinare ad Ecclesiæ ministerium, & maiorem etiam ornatum, ac splendorem. Per necessitatem intellexit, quando deficerent Ministri, nec possent suppleri per iam ordinatos Ecclesiæ onera, tam in Missarum celebratione, quàm in aliis ecclesiasticis ministeriis; sed iudicare quænam sit Ecclesiæ utilitas, aut necessitas, Episcopi arbitrio relinquitur.

Hoc supposito, ad quæstionem propositam affirmatiuè respondet Castrus Palaus *tom. 4. tractat. 27. punct. 13. n. 7.* Marchinus *de Sacram. Ordinis, tract. 1. par. 1. c. 3. n. 2* vbi sic ait: Debet Episcopus maiorem causam utilitatis, aut necessitatis exposulare in eo, cum quo dispensat in interstitiis à minoribus ad Subdiaconatum, vel à Diaconatu ad Presbyteratum, quàm à Subdiaconatu ad Diaconatum; quod etiam Concilium ponderasse videtur: nam, vbi *c. 11.*

in ascensu à minoribus ad Subdiaconatum meminit Ecclesiæ utilitatis, aut necessitatis disiunctiuè, postea *c. 13.* agens de promouendo à Subdiaconatu ad Diaconatum, dispensationem ab huiusmodi interstitiis soli Episcopi arbitrio relinquit. Sed *c. 14.* agens de promouendo à Diaconatu ad Presbyteratum, vtramque causam copulatiuè his verbis exigit: *Ad Presbyteratum ordinem non assumantur, nisi qui ad minus per annum integrum in Diaconatu ministrauerint, nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur.* Vbi vides, Concilium in Presbyteratu vsu esse particula copulante: at in ascensu à minoribus ad Subdiaconatum, vsu fuisse particula, aut, quæ significat disiunctionem, vult multò maiorem in Presbyteratu suscipiendo, quàm in aliis Ordinibus dispensationis causam exigendam denotaret. Ita Marchinus, Bonacin. *etiam de Sacram. disp. 8. q. 5. punct. 6. num. 2.* grauiorem causam putat requiri in dispensatione interstitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium, quàm inter cæteros Ordines; nam Tridentinum in dispensationibus interstitiorum inter minores Ordines requirit solum arbitrium Episcopi; in dispensationibus verò interstitiorum inter minores & maiores Ordines exigit necessitatem, aut Ecclesiæ utilitatem, ac tandem in dispensatione inter Diaconatum, & Presbyteratum postulat Ecclesiæ utilitatem, & necessitatem. Vnde colligit Bonacina non sufficere utilitatem, sed requiri etiam necessitatem propter particulam, *Et*, coniunctiuam.

Sed Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 23. num. 351.* docet, quantum attinet ad minores Ordines, & Tonsuram merè arbitrium Episcopi sufficere, dummodò non sit causa, quæ rationabiliter cogat ad negandum: nimirum docet, Principem Ecclesiasticum etiam in his rebus posse gratia proficere, & fauore accedentes, & postulantem, alioquin non indignos. Ideoque merito Concilium hoc permisit arbitrio Episcopi; maxime quando ordinandi sunt aliunde venientes ex aliis Oppidis, seu locis eiusdem Diocesis; nec enim oportet, illos cogere pro vnoquoque gradu ex quatuor minoribus ire, & redire: atque ad summum hæc solum causa (si causa requiritur) sufficiens est. Quod verò attinet ad maiores Ordines, mihi placet maiori consideratione opus esse ad faciendam eam gratiam non expectando interstitia: sufficit tamen, etiam inter Diaconatum, & Presbyteratum, sola utilitas, etiam si non sit necessitas; illa enim particula coniunctiuæ, *Et*, non solum copulatiuè, sed distributiue potest sumi; ita vt sufficiat utilitas, & sufficiat necessitas, vt alterutra postulante fiat: quidquid in contrarium sentiant Aliqui, relati ab eodem Bonacina. Hæc omnia Dicastillus.

Verùm Auerfa *de Sacram. Ordinis, quest. 3. sect. 9.* & alij communiter, asserunt, quod Concilium requirit coniunctiuè utilitatem, & necessitatem; idèd non audeo ab ista sententia discedere. Non putant tamen Aliqui Sententiam Patris Dicastilli improbabilem. Et idèd Trullench *de Sacram. lib. 6. cap. unico, dub. 9. n. 5.* sic ait: Bonacina, & Barbosa obseruant in dispensatione interstitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium petere Concilium non solum utilitatem Ecclesiæ, sed etiam necessitatem; nam docent particulam, *Et*, esse copulatiuam: etsi alij recentiores oppositum non improbabiler sentiant, nempe sufficere etiam, tum vel utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ, prout expedire iudicauerit Episcopus. Ita ille.

Et

Et quia Casus in dies accidit, nota Primò cum Leandro de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 11. quest. 21. quòd prima causa, vt Episcopus dispenset in interstitiis est necessitas, & utilitas Ecclesiarum. Per necessitatem Ecclesie intelligit Concilium, quando deficiunt omninò Ministri; ita vt per ordinatos onera Ecclesie tam in Missarum celebratione, quàm in Ecclesiasticis ministeriis suppleri nequeant. Per utilitatem verò, quando pauci sunt ministri idonei. Secunda causa dispensandi in interstitiis est ætas prouecta Ordinandi, cum grauitate, & integritate coniuncta. Tertia est arctatio recipiendi Diaconatum, aut Presbyteratum, ratione Beneficij recepti, vel recipiendi, ex Trident. Sess. 7. cap. 10. de Reformatione. Quarta est, magna virtus Ordinandi, aut excellentes in litteris profectus. Quinta denique causa dispensandi ab interstitiis cum aliquo, est studium in aliqua vniuersitate; vt scilicet, media Missarum celebratione, se possit in studiis sustentare.

Nora Secundò, quòd Dicastillus vbi supra, n. 352. docet etiam id quod Ego in par. 6. satis firmavi; posse scilicet Episcopum eadem die Primam Tonsuram, minores ordines, & Subdiaconatum conferre: & testatur se sæpius hoc ab Episcopis factum vidisse.

Nora Tertio, quòd Marchinus de Sacram. Ordinibus, tract. 1. par. 7. cap. 4. n. 3. nominatim contrà me, & Ioan. de la Cruz Dominicanum, teneat, Episcopos non posse dispensare ab Interstitiis familiarem suum, aliàs non sibi subditum. Sed me citato, nostram sententiam contrà Marchinum tenet Pater Auerfa de Sacram. Ordinibus, quest. 3. sect. 9. §. Relinquit tamen.

Nota Quarto, me sæpius docuisse, posse Regulares omnes ex priuilegio vbiq; extra tempora à iure statuta ab Episcopis ordinari. Et ita nouissimè, me citato, mordicus docet, & firmat Leandrus de Sacram. tom. 2. tractat. 6. disput. 11. quest. 23. Primò, ait ille, quia hoc priuilegium fuit olim concessum Mendicantibus, & postea à Clemente VIII absque limitatione confirmatum. Secundò, quia idem priuilegium concesserunt Alexander VI. & Eugenius IV. Monachis S. Hieronymi, & S. Benedicti. Tertio, quia simile priuilegium concessit Clemens VIII. Congregationi S. Ioannis Euangelistæ in Portugallia. Quarto denique, quia idem priuilegium concessit Societati Iesu Gregorius XIII. die 21. Septembris 1582. Qui licet prohibuerit illud communicari alijs Ordinibus; communicant tamen multi: nam alij Summi Pontifices Successores Gregorij XIII. priuilegia Societatis Iesu multis ordinibus absolutè concesserunt. Et nouissimè nobis. Discalceatis, ipsorum priuilegia, nec non & Monachorum S. Hieronymi, & S. Benedicti, & aliorum ordinum, & Congregationum, à S. D. N. Urbano VIII. absolutè, & pariformiter concessa, & communicata fuerunt anno Domini 1634. die 28. Martij. Possumus ergo nos, & omnes alij Regulares, virtute horum Priuilegiorum, à quocumque Episcopo per extra tempora, quibusuis Ordinibus initiari. Hucusque Leandrus; cui adde me etiam citato Patrem Auerfam vbi supra, de Sacram. Ordinibus, quest. 3. sect. 9. §. Qui verò aliquem, vbi asserit hanc opinionem esse rectam in Praxi, & testatur se vidisse illam practicam in pluribus Dioccesibus, & in Romana ipsa Vrbe.

Anton. Diana, Pars X.

An perseverante periculo alicuius infirmitatis in qua sumpta est Extrema-Vnctio, si adueniat periculum alterius infirmitatis, possit eger denudò inungi?

RESOL. XI.

Casus est curiosus; & apud nullum Doctorem forsitan inuenies, nisi apud non minùs ingeniosum, quàm doctum Patrem Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. 7. disp. 1. dub. 10. n. 164. vbi sic ait: Quamuis Extrema-Vnctio non imprimat characterem; nequit tamen eodem periculo morbi validè iterari; idque constat ex vsu Ecclesie: quando verò adest nouum periculum, aut antiquum periculum, quod iam defierat, redit; validè iterum administrari potest. Vnde etiam perseverante antiquo periculo, non tamen ita proximo; id est, etiam perseverante ægritudine eadem, cessante tamen vrgenti illo periculo, si postea contingat in nouum periculum incidere; validè confertur Sacramentum iterum, ac tertio, vel quoties de nouo adueniat periculum. Difficilius est, an, si perseverante eadem ægritudine cum suo statu periculoso, adueniat noua aliqua ægritudo omninò distincta à præcedenti, etiam illa per se tam periculosa, vt sufficiat per se ad conferendam Extremam-Vnctionem; possit iterum repeti hoc Sacramentum? In qua re, saluo meliori iudicio, Ego distinguerem; si enim ægritudo superueniens iudicio Medicorum sit aliquid natura sua comitans, vel ordinariè consequens, aut annexum priori ægritudini perseveranti; tunc, etiam si secundum leges physicas curationis, & secundum definitiones ægritudinum, seu morborum, specie distinguantur; possunt, & debent reputari pro vna, & eodem. Item, si morbus, vel ægritudo superueniens idè periculosa sit comparatione subiecti, quia casu inuenit subiectum præcedenti morbo laborans; secus non futura notabiliter periculosa; potest adhuc illud periculum præcedentis morbi censeri autum, creuisseque ex aduentu alterius concausæ, ac proinde non iterandum hoc Sacramentum. Si verò causa superueniens, ipsa per se independentè à præcedenti, tam periculosa sit, vt nouum censetur periculum, sufficiens se solo ad conferendam Extremam-Vnctionem patienti; non improbabile mihi videtur posse iterum repeti Sacramentum; est enim simpliciter alius status ægroti; morbusque diuersus; maximè, si adhuc erat spes aliqua naturaliter sanandi in præcedenti morbo, tamen ex superuentu sequentis ea spes tollatur. Vnde si contingat ægrotum malignis febribus periculosè decubentem ab aliquo lethaliter vulnerari, etiam si ratione prioris ægritudinis suscepit Extremam-Vnctionem; probabile omninò puto, posse iterum licetè, & validè Extremam-Vnctionem recipere: tum quia ægritudo simpliciter noua constituit hominem in nouo & distincto agone, & noua & distincta necessitate auxiliorum respectu secundæ ægritudinis; ad cuius agonem, & certamen nondum existens non data fuerat gratia præcedentis Sacramenti. Nec enim Sacramentum hoc confert gratiam cum respectu ad auxilia, vel (quod idem est) auxilia non conferuntur intuitu Sacramenti suscepti; nisi comparatione ægritudinis, in qua existebat ægrotus, quando suscepit Sacramentum. Cum ergo iam existat simul in alia noua ægritudine, non minus indigente gratia, auxiliis, & inductione Presbyterorum Ecclesie, qui orent super ægrotum,

»vt oratio fidei saluet infirmum, & alleuiet eum Do-
 »minus; non viderè cur ad hos omnes effectus, &
 »ad firmitatem etiam corporis, modo explicato, non
 »possit vti secundo Sacramenti huius remèdlo, vr-
 »gente secunda indigentia; quod enim alia ægritu-
 »do nondum obierit, per accidens esse videretur, si ex-
 »pectemus præcisè nouæ ægritudinis indigentiam.
 »Hucusque Dicastillus, quæ secundùm eius mentem
 dicta esse volo.

Dicendum est igitur, posse iterum hoc Sacramen-
 tum in ægritudinibus diuturnis, vt in hydropisi, &
 similibus, quando accidit periculum mortis, quod
 potest accidere aliquando bis, & ter; vt notat Za-
 nardus in *Direct. Theolog. par. 1. de Sacram. Extr. Vn-
 ction. cap. 5. in fine*, quod etiam notauit Raguccius
 in *Lucerna Parochorum, de Sacram. Extr. Vnct. quest.
 10. num. 3.* vbi testatur in ciuitate Beneuenti quen-
 dam Scipionem Mascambrunum suprâ ter fuisse
 vinctum in quadam infirmitate, in qua melius
 se habuit, & deinde iterum subiit periculum
 mortis.

Sed si obiter hîc Aliquis inquirat, an sit pecca-
 tum mortale absque necessitate non repetere for-
 mam Extremæ-Vnctionis, in singulis membrorum
 vnctionibus? negatiuè respondet vbi suprâ Dica-
 stillus, *dub. 4. n. 69.* sic asserens: De repetitione ve-
 rò eiusdem formæ in singulis vnctionibus Aliqui
 putant esse necessariam saltem necessitate præcepti
 in vnquaque vnctione suam formam repetere; quod
 mihi placet. Vtrum autem sit peccatum mortale,
 vitâ sine vigenti necessitate omnes conferre Vnctio-
 nes, vt interim, dum fiunt, vna tantùm forma com-
 munit omnibus proferatur? Aliqui Recentiores
 dicunt: nisi moneatur vngendus de periculo nul-
 litatis Sacramenti, esse mortale; nimirum suppo-
 nentes illam doctrinam, quod in materia Sacra-
 mentorum, nec forma, nec materia dubia, nec mi-
 nister dubius adhiberi debeat; nisi saltem monea-
 tur suscepturus de periculo nullitatis. Quæ sen-
 tentia probabilis est, & in praxi omninò sequen-
 da: sed non quidquid est positum in opinione, sta-
 tim censendum est dubium, quo ad hoc, tunc
 enim aliqua, quæ quamuis non sint certa omni-
 moda certitudine; ad eam proximè accedunt; vel
 tanta est probabilitas, vt possit quis moraliter ef-
 se securus. Et quidem in nostro casu, cum præ-
 ter Vnctionem legitimam, vt supponimus, oratio
 Presbyteri adhibeatur communis pro omnibus
 Vnctionibus; non video esse timendum, aut dubi-
 tandum de nullitate, aut valore Sacramenti; vt
 censeatur debeat peccatum mortale ex eo præcisè
 capite, quod hic, aut ille Doctor velit mouere
 Quæstionem. Talis est illa quæstio de valore Sa-
 cramenti Pœnitentiæ cum sola attritione, etiam
 cognita vt tali. Vnde existimo hanc vnicam for-
 mam sufficere. *Per istas sanctas Vnctiones, &
 suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus
 quidquid peccasti per visum, auditum, odoratum,
 gustum, & tactum.* Interim exhibendo omnes præ-
 dictas Vnctiones: hæc enim verba tam integrè, &
 expressè significant, atque significarent singulæ
 formæ per se dictæ. Hæc Dicastillus. Sed ego hanc
 sententiam in sola necessitate olim admisi, & nunc
 admitto cum Tannero *tom. 4. disp. 7. quest. 1. dub. 1.
 n. 19.* & tenet, me citato, Pater Lugo *de Sacram. in
 genere, cap. 12. num. 3.*

*Sacris Ordinibus initiati, exercentes actum ve-
 nereum, quot peccata committunt.*

RESOL. XII.

TRia peccata committere, specie distincta, do-
 cet Hurtadus *de Sacram. Ordin. difficul. 26.* vbi
 sic ait: Constat ergo, actum venereum exteriorem
 Sacris initiati, qui saltem implicite vouit, esse tri-
 plex peccatum distinctæ speciei, nempe vnum luxu-
 riæ contra castitatem; & aliud sacrilegij contra re-
 ligionem, ex qua obligat votum, & aliud quasi
 sacrilegij contra duliâ sacram ratione legis Eccle-
 siasticæ id prohibentis intuitu reuerentiæ statui Ec-
 clesiastico debita. Addidimus actum venereum ex-
 teriorem, quia interior, vt voluntatis, & appeti-
 tus, de quo non potest Ecclesia iudicare, non
 erit peccatum contra duliâ sacram, quia non est
 contra dictam legem Ecclesiasticam, quia Ecclesia
 nequit illum prohibere. Ita ille; & post illum Cas-
 pensis in *Cur. Theolog. tom. 2. tract. 27. disp. 3. sect. 3.
 num. 25.*

Sed Resolutio huius Casus pender ex illa celebri
 Quæstione, an obligatio continentia annexa Or-
 dini Sacro sit immediatè à lege Ecclesiastica, vel à
 Voto? Et Prima sententia asserit, Sacris initiatos
 iure Ecclesiastico, & immediatè teneri ad dictam
 continentiam, & non ex Voto. Et in primis teneri
 iure Ecclesiastico, probatur, quia aliàs, qui omninò
 ignoraret annexum esse Votum continentia Sacris
 Ordinibus, aut qui id sciens intenderet non voue-
 re, non contraheret peculiarem obligationem con-
 tinentia; quod videtur falsum. Quod verò non te-
 neatur ex voto, probatur, quia qui Sacris initiat-
 ur, etiamsi ab Episcopo de continentia seruanda
 admoneatur; nullum tamen continentia votum
 emittunt; ergo ad illam non obligantur ex voto;
 quia nemo obligatur voto, nisi à seipso emisso. Ita
 Valentia, *tom. 4. disp. 9. q. 5. punct. 5. §. 1. & alij.* Secun-
 da sententia firmat Sacris initiatos non teneri im-
 mediatè ad continentiam ex lege Ecclesiæ, sed te-
 neri immediatè ex voto Sacris Ordinibus ex lege
 Ecclesiastica annexo. Ita Vasquez in *3. par. tom. 3.
 disp. 247.* Malderus *de Iustit. tract. 10. cap. 5. dub. 9.
 conclus. 5.* Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 19.* Suarez *de Re-
 lig. tom. 1. tract. 1. lib. 3. cap. 3. num. 9. & alij.* Tertia
 sententia ructur, Sacris initiatos ad dictam conti-
 nentiam teneri, non solum ex voto Ordinibus Sa-
 cris ex lege Ecclesiastica annexo, si illud saltem im-
 plicitè emisissent, sed etiam immediatè lege Eccle-
 siastica. Ita Coninch *de Sacram. disp. 20. dub. 13.* &
 Rebellius *lib. 3. de Matrim. impedim. quest. 10.* Cas-
 trus Palauus *tom. 4. tract. 27. punct. 17. num. 5.* Quar-
 ta sententia est Layman *lib. 5. tractat. 9. cap. 11.
 numer. 2. in fine*, admittentis obligationem legis
 cessante voti obligatione, secus voti obligatione
 posita.

Sed licet ego omnes istas sententias existimem
 probabiles; tamen adhæreo secundæ sententiæ Pa-
 tris Vasquez, quam tueretur etiam Dicastillus vbi
 infrâ, Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 27.* & alij in nu-
 meri penes ipsum. Dico igitur obligationem istam
 solum esse ex voto seruandi castitatem; constitutio-
 nem verò Ecclesiasticam tantum esse ad annexen-
 dam obligationem emittendi tale votum; cogit enim
 Ecclesia eos, qui in Sacris ordinantur, vt votum vo-
 ueant castitatis; non quidem expressè, sed in facto
 ipso susceptionis Sacri Ordinis ad eum modum, quo
 per delationem habitus Professorum, & exercitium
 actuum

actuum illis solis competentium in Religione approbata inducitur tacita solemnitas Professio. *cap. V. de Regularibus.*

Nota verò, quòd licet ego teneam, vt dictum est, obligationem continentiam in habentibus Ordinem Sacrum immediatè oriri ex voto, non verò ex constitutione Ecclesiæ; negare tamen non possumus, quin obligatiò non contrahendi matrimonium ex duplici capite oriatur: nam ed ipso, quòd constitutione Ecclesiastica inhabiles facti sunt ad validè contrahendum; resultat ex natura rei obligatio non attentandi talem contractum: & ex alio capite, quamuis ea inhabilitas non adesset; ex ipsa vi voti oritur obligatio non ineundi matrimonium; quia est ille status oppositus obseruantiam perfectæ castitatis, atque in hoc sensu, quantum ad hanc partem, aliquid habet veritatis sententia Rebellij, & Coninch, quæ ex vtroque capite constitutionis Ecclesiasticæ, & voti, purat oriri obligationem; quam tamen nos existimamus solùm quantum ad contrahendum matrimonium ex vtroque capite oriri.

Ex his infertur decisio Dubij appositi in titulo huius Resolutionis. Dico itaque contra Hurtadum, & Caspensem; Sacerdotem, qui incidit in aliquem lapsum sensualem, non committere tria peccata. Et ita docet Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 26. num. 399.* vbi sic ait: Consciens voti castitatis annexi Ordini, quem suscepit, etiamsi peccet postea fornicando; non peccat triplici malitia peccati, scilicet contra constitutionem Ecclesiæ præcipientis castitatem in honorem Ordinis, vt aliqui volunt; & insuper contra sextum præceptum; ac tandem contra votum: nec enim illa prima malitia, seu peccato peccat; nam iuxta dicta: præceptum, siue constitutio Ecclesiæ non attingit immediatè continentiam, sed votum emittendum in eo Ordine, quod tamen iam emisit ordinatus; quamuis hic, & nunc non seruet tale votum. Ita ille.

Nota etiam ex his, quòd, si quis nolens vouere, sed cum expresso animo non vouendi suscipiat Ordinem Sacrum, & fornicetur; in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegij contra votum; quia non est aliquod votum. Quia tamen semper illi instat obligatio faciendi votum; peccabit quidem in non emittendo votum, quod debebat emittere; ipse tamen actus fornicationis non erit fractio fidei Deo præstitæ, quam nondum illi præstitit. Quemadmodum, qui pro tali, aut tali die habet obligationem emittendi professionem Religiosam; etiam si peccet illam non faciens: si tamen non facit; non peccat contra paupertatem, quam debuisset vouere (cùm nondum illam vouerit) etiam si possideat bona. Deinde Sacerdotem professum fornicantem, satisfacere in confessione, si dicat se esse Sacerdotem; aut si dicat, se esse Professum; aut si dicat, se emisisse votum castitatis, non explicando se esse Sacerdotem, aut Professum, aut Religiosum: ac proinde etiam Sacerdotem sæcularem, etiam Episcopum non teneri explicare circumstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus. Atque in vniuersum, paucis complectendo omnia, quicumque in Sacris, siue Religiosus, siue non Religiosus, & quicumque Religiosus, siue in Sacris constitutus, siue non, si peccatum fornicationis committat; satisfacit in confessione, dicendo, se fornicatum fuisse, habendo votum castitatis. Fundamentum est; quia nec ratione Sacri Ordinis, nec ratione status Religiosi præcisè, & formaliter, alia obligatio non committendi tale peccatum oritur, præter eam, quæ est ex voto ordini annexo, & in statu Religioso in-

cluso. Quod enim votum sit solemnè, vel non solemnè, ad prædictam speciem, & rationem peccati omninò accidentarium est. Secus autem erit, si quis Sacris, & cum voto initiatus attentet contrahere matrimonium, & illud attentatum consummer: tunc enim peccabit quidem contra præceptum Ecclesiæ prohibentis matrimonium contrahere; quæ prohibitio videtur esse facta in honorem illius status: & præterea peccabit contra Religionem, & votum castitatis in ea copula, atque etiam contra sextum præceptum, cùm sit inualidum matrimonium. Item peccabit peccato Sacrilegij, quale censetur in eo, qui attentat facere, aut suscipere Sacramentum inualidum; tale autem est illud matrimonium attentatum: perinde atque peccatum est proferrè v.g. verba Consecrationis, aut formam Baptismi sine vero pane, aut sine vera aqua; sic enim quis attentat efficere Sacramentum matrimonij sine materia, aut subiecto capaci, quare ipse non est. Et hæc omnia rectè docet Dicastillus *loco citato*, quæ maximè notanda sunt; non enim ita breuiter, & clarè Lector inueniet apud alios Auctores.

Sed ad pleniorè huius materię tractationem breuiter discutienda sunt aliqua dubia; & idèò quæro Primò, An infans promotus obligetur ad castitatem seruandam? Affirmant Paludanus *in 4. dist. 37. quest. 1. art. 1.* D. Antoninus *3. part. sit. 1. cap. 8. concl. 2.* fauet Richardus *in 4. dist. 25. art. 4. quest. 2. ad 3.* propterea quòd castitas Ordini Sacro accessoria sit; ergo infans Ordinem sacrum recipiens, & castitatem seruare obligandus est. Opposita tamen sententia communis, & vera est, quam, pluribus re- laris, firmat Sanchez, *lib. 7. disp. 30. n. 3.* Vasquez, *disp. 246. num. 25.* Barbosa *alleg. 15. num. 4.* Gutierrez *de Matrim. cap. 94.* circa finem, Coninch, *disp. 20. dub. 14.* Ratio est; quia nec ex lege prædictus infans astringitur, nec ex voto. Non ex voto; hoc enim liberum consensum vouentis requirit; qui tamen non est in infante carente vsu rationis. Non ex lege; quia, cùm lege diuina nullus ad castitatem obligetur, Ecclesia, quæ iuris diuini imitatrix est, nemini eam obligationem imponit.

Quæro secundo, An continentiam teneatur seruare is, qui sciens votum castitatis annexum receptioni Ordinis Sacri, ordinatur ante annos pubertatis? Negant varij, quos citat, & sequitur Sanch. *lib. 7. de Matrim. disp. 30. n. 8.* Lessius *lib. 2. de Virtutibus. c. 4. dub. 7. n. 58.* nisi post annos pubertatis ratificet. Idem censent de Ordinato ante annum 16. vbi Tridentinum est receptum. Sed oppositum videtur verius. Probat quoad prius, quia certum est votum castitatis ante annos pubertatis emissum esse validum: hinc autem non apparet, ex quo capite sit inualidum: nam quòd Professio in Religione ante illos annos vim non habeat; oritur ex constitutione Ecclesiæ, qualis nulla est in præsentis casu. Idem ostenditur quoad posterius, quia Tridentinum *sess. 2. c. 15. de Regularibus*, solùm agit de professione in Religione, quam annullat. Existimo ergo, quòd licet ea sit iusta causa dispensandi, immò iuxta probabilem sententiam tale votum possit irritari etiam post annos pubertatis ab eis, quorum curæ suberat is, qui intra annos pubertatis fuit ordinatus; ipsum tamen votum non sit ed ipso irritum. Et ita hanc sententiam tenet Castus Palaus, *tom. 4. tractat. 27. punct. 17. num. 10. & 10.* Præpositus *in 3. par. quest. unica, de Sacram. Ord. dub. 20. num. 199.* Nota tamen, quòd si nacta pubertate, Ordinem susceptum exercueris, aut alia via approbaueris; obligatus esses ad castitatem seruandam, & resilire

non potes; vti notarunt Sanchez, Coninch, & alij locis allegatis.

Quæro terriò: An inuincibiliter ignorans votum cœlibatus implicitum contineri in receptione Ordinis Sacri; teneatur seruare continentiam, si sciens, & prudens sacrum Ordinem recipiat: Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. 27. num. 11. affirmat. Sed contrarium videtur verius. Sequitur ex dictis, cum obligatio voti non possit inueniri, nisi verum votum intercedat: illud autem non potest inueniri, vbi nullum est voluntarium: voluntarium verò esse non potest respectu eius, quod inuincibiliter ignoratur. Et ita hanc sententiam tenet Ioannes Præpositus, vbi supra, n. 200. & 201. qui respondet ad omnia argumenta Sanchez. Sed in hac difficultate distinguit Palaus loco citato num. 11. cum Coninch, disp. 20. dub. 14. num. 145. Qui bene aduertit, quòd hic Casus vix in Ecclesia Latina locum habere potest, cum omnes ante collationem Ordinum Sacrorum moneantur ab Episcopo de obligatione castitatis seruandæ.

Et tandem quæro quartò: quid dicendum, si cum meru cadente in constantem virum Ordinem susceperis: an tenearis seruare continentiam: In præsentia difficultate, præter eos, qui vniuersim censent vota graui meru facta, seu cum meru cadente in constantem virum, esse nulla iure naturæ; aliqui censent tale votum iure positiuo esse irritum, & proinde initiatum Sacris Ordinibus ex tali meru non obligari ad continentiam: ita Sanchez disp. 29. num. 5. vbi plurimos citat, & lib. 4. in Decalogum, cap. 4. n. 12. Lessius cap. 40. dubit. 3. num. 18. & alij Et ita docet Præpositus vbi supra, num. 202. Et ideò Palaus, loco citato, num. 13. probat nullum votum meru factum iure naturæ irritum esse: iure verò positiuo sola ea vota, quæ statum Religiosum constituunt, tamen irritanda veniant. Quo posito, si cum Ordines suscepisti, expressè non contradixeris obligationi seruandæ castitatis; tenearis eam seruare, tum ex voto, tum ex lege. Sed probata coactione, credo facile Ecclesiam tibi prædictam obligationem remisit. Sed circà omnia supradicta, ne deferas etiam recognoscere doctissimum Granadum in 3. part. D. Thoma, controu. 9. tract. 4. disp. 1. sect. 1. & seqq.

Quanta Balsami quantitas sufficiat pro materia Sacramenti Confirmationis.

RESOL. XIII.

Casus est nimis practicabilis; & ad illum sic respondet Coninck de Sacram. quest. 72. artic. 3. dub. 1. num. 39. Nota, ad essentiam Chrismatis, siue materię Confirmationis, non esse necessarium, vt singulæ eius partes contineant formaliter aliquid Balsami: sed sufficit quòd toti misto saltem tantum insit Balsami, vt omnes eius partes aliquomodo alterentur; recipiendo in se eius odorem, aliasque qualitates: hoc enim sufficit, vt tota massa, & consequenter singulæ eius partes dicantur confectæ, siue mixtæ, ex oleo & Balsamo: sicut corpora mista dicuntur confecta ex elementis, tantum virtualiter in iis remanentibus: Vnde ad illud sufficit, modicum Balsami multò maiori quantitati olei misceri. Hinc Patres sæpè Chrisma vocant absolutè oleum: sumendo denominationem à maiore parte. Tantum tamen semper Balsami necessarium est, vt possit oleum dicto modo alterare, communicando ei suas qualitates, & præsertim odorem. Ita Coninch.

Sed mihi non displicet opinio Patris Dicastilli,

de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. unica, dub. 5. num. 62. vbi sic ait: Quanta quantitas Balsami sufficiat, vt admisceatur oleo? Communiter dicunt Doctores, sufficere quantitatem, qua Balsamum possit suas qualitates, præsertim odorem, oleo communicare. Ego sanè satis probabile putarem, non tantum ad valorem Sacramenti (ad id enim non requiri Balsamum iam probauimus) sed etiam ad implendum præceptum Christi sufficere modicam quantitatem Balsami pro magna quantitate olei. Neque puto necessarium esse, vt qualitates Balsami toti oleo communicentur: valebit enim Confirmatio, & absque villo peccato fiet, etiamsi fortè qualitates illas suas alicui parti olei non communicauerit. Essetque nimis scrupulosum, velle hæc adamussim examinare; sat enim est, quòd prudentis arbitrio, moraliter fiat mixtio vtriusque liquoris. Imò hanc puto differentiam esse inter Balsamum, & oleum; vt si fortè subsidente Balsamo (quod dicitur esse grauius) ex oleo supernatante conferatur Sacramentum; & validè & licitè conferatur: etiamsi in illo nihil fragrantia, aut alterius qualitatis Balsami agnoscarur, neque aliquid Balsami appareat. E contrà verò, si vnctio fiat ex illa parte Balsami subsidentis, ita vt absolutè illa vnctio censeatur Balsamum, aut non valere, aut satis dubium esse puto valorem Sacramenti; debet enim absolutè materia esse oleum. Ita vt quamuis vera esset sententia Auctorum, qui dicunt, Balsamum esse de necessitate Sacramenti; non sufficeret, si esset Chrisma absolutè ex Balsamo habente aliquid olei admixtum: cum tamen è conuersò sufficiat etiam in eorum sententia; quando absolutè est oleum, & aliquid habet Balsami. Hæc Dicastillus.

Notandum est hic obiter, quòd si Sacramentum Confirmationis fuerit collatum tantum cum oleo sine Balsamo; esset quidem reiterandum, non tamen absolutè, sed sub conditione; vt rectè obseruat Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 3. quest. 3. stante probabilitate opinionis aliquorum Doctorum, assentientium, Balsamum non esse de necessitate Sacramenti, sed præcepti. Obseruat etiam dictus Leandrus, disp. 4. quest. 13. me citato, non peccare mortaliter Episcopum, qui in Confirmatione vngeret alio digito, quàm dextero pollice: quod etiam, me citato, tenet Dicastillus, vbi supra dub. 12. num. 149. & me citato, Auerla de Sacram. Confirmat. quest. 72. sect. 3. §. Vt Fernandez, & me citato Trullench de Sacram. Confirm. lib. 2. cap. unico. n. 7.

An Episcopus peccet mortaliter, si ordinet Aliquem, qui Sacramentum Confirmationis non sumpserit?

RESOL. XIV.

Afirmatiuam sententiam videtur docere Mourta in Medulla cas. Conscient. part. 3. cap. 3. §. 5. n. 1. & omnes qui docent peccare mortaliter, qui Sacris Ordinibus iniciant ante Confirmationem, vigore præcepti Concilij Tridentini, sess. 23. cap. 4. de Reformatione.

Sed de his alibi contrarium Ego tenui, & nunc teneo de Episcopo, cum Sorò, Nauarro, Torreblanca, & aliis, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 1. quest. 9. Quibus ego addo amicissimum Patrem Dicastillum, de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. unica, dub. 10. n. 100. vbi sic ait: Aliqui Recentiores putant, non esse præceptum ali-quod suscipiendi Confirmationem ante Ordines; quamuis

quamuis enim in Trident. *sess. 23. cap. 4. de Confirm.* dicatur, *Prima Tonsura non iniungitur, qui Confirmationem non susceperint*: in his tamen verbis nullum putant contineri præceptum, vel suscipiendi Confirmationem ante Primam Tonsuram, vel quo Episcopi prohibeantur Primam Tonsuram dare non Confirmato. Quæ doctrina vera est, si loquantur de peccato graui; si tamen velint, nec venialiter peccare; omninò falsum dicunt: apparet enim non contemnenda inordinatio, non sequendo directionem Tridentini; cum id fieri possit. Idè non rectè dicitur, non esse præceptum id ita faciendi; sed non esse præceptum in materia graui. Ita Dicastillus Et idè non mihi placet opinio doctissimi Granadi in *3. part. tract. 4. disp. 1. n. 9.* qui putat, sumentem Ordinem ante Confirmationem, neque venialiter peccare; puto enim culpam venialem committere, non autem mortalem; & sic nouissimè docet Caltrus Palaus, *tom. 4. tract. 20. punct. 8. n. 6.*

Sed cum Casus in facti contingencia accidisset; Episcopus volebat conferre Ordines cum peccato veniali: & idè tunc ego consului potuisse confirmare Ordinandum: nam eo ipso, quòd habebat Litteras Dimissoriales à suo Episcopo, vt possit ordinari; hoc ipso poterat etiam ab eo Episcopo confirmari: etenim qui concedit finem, concedit consequenter, quæ sunt necessaria ad finem. Et ita, me citato, docet Leandrus de *Sacram. tom. 1. tractat. 3. disp. 2. qu. 10.* & me etiam citato, *Calpens. in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 27. disp. 2. sect. 3. num. 11.* Dicastillus, *vbi supra, dub. 1. num. 130.* & Palaus, *tom. 4. tract. 20. punct. 10. num. 7.* & Auerfa de *Sacram. Confirmat. quest. 72. sect. 5.*

Adde, quòd Leandrus, *vbi supra quest. 8.* me citato, docet Episcopum confirmantem alienum Subditum in sua Diocesi, non peccare; & consequenter, neque incurere in censuram aliquam; quia credendum est, hoc esse ratum, & gratum proprio Episcopo; quod sufficit in præsentem: nam, cum iurisdictio non sit de necessitate huius Sacramenti; faciliùs præsumi potest rati habitio, quàm in Sacramento Pœnitentiæ, vbi requiritur iurisdictio de præsentem; licèt contrarium asserat Dicastillus, *loco citato.*

Nota tamen hic obiter, Episcopum non Confirmatum posse validè alios confirmare. Ita Dicastillus, *num. 126.* neque hoc faciendum, peccare mortaliter, contra nonnullos; sed tantùm venialiter. Ita Leandrus *vbi supra quest. 6.*

An si deesset Oleum extrema Vnctionis, posset Parochus Sacramentum illud ministrare cum Chrismate?

RESOL. XV.

DE hoc casu, nouissimè interrogatus fui: & negatiuam sententiam docet Layman, *lib. 5. tract. 8. cap. 12. n. 3.* vbi sic ait: Si ad manum non habeatur Oleum infirmorum, non esse licitum Sacerdoti in Extrema Vnctione vti Chrismate; quia saltem nunc consuetudo Ecclesiæ repugnat, quæ proprium oleum, idque simplex, non mixtum, pro vngendis infirmis consecrat: quare neque extra omnem dubitationem est, vtrum valeat Sacramentum Extremæ Vnctionis, si fiat Sacro Chrismate: ed quòd materia hæc non tantùm diuersam consecrationem habeat, sed etiam, saltem morali estimatione, diuersum vsum, & appellationem sortiarur, cum sit mixtura aliqua artificialis. Ita ille; cui adde Lugum de *Sacram. in genere c. 12. n. 1.*

Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo, quam tueretur Amicus in *Cursu Theolog. tom. 8. disp. 19. sect. 3. num. 35.* Dico igitur, quòd in casu, in quo non posset haberi simplex Oleum posse Sacerdotem ad hoc Sacramentum conficiendum vti Chrismate; sicuti etiam vti potest oleo veteri anni præcedentis, si non suppetat nouum benedictum: nam vtilitas, quam hoc Sacramentum affert infirmo, præferenda est. Vide etiam Suarez, *disp. 40. sect. 1. num. 10.* & Dicastillum, de *Sacrament. tom. 1. tract. 7. disput. 1. dub. 3. num. 38.* vbi sic ait: Saluo meliori iudicio, ego colligerem, si fortè non esset aliud oleum, quàm Chrismate Confirmationis; non esse peccatum de facto illo inungere; quia, si præceptum solum est positium Ecclesiæ, credi potest illam non velle in eo casu ita strictè prohibere, vt non liceat inungere ægrotum eo Chrismate, cum ex alio capite nulla secundum se apparet irreuerentia facta Sacramento in ea Vnctione facta ex Chrismate.

In omni tamen sententia dicendum est, quòd si Sacerdos per errorem contulit hoc Sacramentum cum Sacro Chrismate; nihil est repetendum; vt ego alibi notauì. & notat Amicus, & Dicastillus *loco citato*; quibus adde Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus de *Sacram. tom. 1. tractat. 4. disp. 2. quest. 6.* qui tamen, *quest. 15.* nominatim contrà me dubitat, an sit peccatum veniale ministrare Sacramentum Extremæ Vnctionis non in formam Crucis; sed immeritò quidem, cum sit communis sententia Doctorum: & præter Granadum, & Ochagauiam ab ipso citatos, hanc sententiam, me citato, tenet Dicastillus, *vbi supra, n. 42.*

Sed hîc soluendum est dubium; An scilicet oleum consecratum præcedenti anno, si superfit, & non sit combustum, possit in necessitate misceri cum Oleo, benedicto præsentis anni, si hoc non sufficiat? Et Dicastillus, *vbi supra, num. 75.* putat, si nondum contingat esse consumptum, nec in se sit putridum, aut corruptum, neque id prudenter timeatur, posse se urgente necessitate, ne deficiat pro ægrotis, misceri cum nouo; imò cæteris paribus videtur magis rationi consonum; tum quia, si potest non consecratum addi; cur non poterit consecratum? Tum quia ex principiis communis doctrinæ id sequi videtur; nam, si Doctores meritò docent, posse adhiberi oleum præcedentis anni, quando vrget necessitas; cur non poterit etiam adhiberi mixtum cum alio oleo benedicto præsentis anni? Nec obstat, quòd sit præceptum comburendi oleum præcedenti anno consecratum; id enim intelligendum est seclusa necessitate; si ergo illud per se solum sine nouo alio seruari potest in necessitate; pari ratione seruari poterit admixtum cum nouo.

Quæret tamen aliquis; si postquam ea mixtio facta est, afferatur aliud nouum, quod censetur sufficere pro toto illo anno; an comburi statim debeat, iuxta vsum Ecclesiæ, illud oleum mixtum ex nouo & veteri, vel possit seruari? Respondeo, me quidem iudice, in ea re distinguendum esse. Nam, si mixtio fiat ex maiori parte veteris, & minore noui adueniente puro nouo sufficiente, comburendum est totum: absolutè enim censetur vetus. Si verò maior pars sit noui olei, posset quidem seruari propter contrariam rationem: censetur enim absolutè nouum oleum, cuius comburendi præceptum nondum extat. Quòd, si mixtio ad æquales partes facta fuerit: probabilius iudico, esse comburendum: quia non est absolutè oleum nouum: nam vetus cuius comburendi vsus est, aut præceptum: non conuersum est in nouum. Imò, etiamsi minor pars veteris

teris admixta fuerit; videtur consultius fieri si illud statim comburetur: quia Sacramentum administrandum est cum illo oleo nouo sufficiente, etiamsi exeret illud mixtum: ergo non est, cur asseruetur per totum annum. Vnde si finito anno comburendum est, parum refert quod modo etiam comburatur, quando moraliter non timetur defectus olei: Hucusque Dicaillus, satis quidem probabiliter & doctè, ut semper solet.

Adducuntur aliqua Opinionēs circa recitationem Horarum Canoniarum.

RESOL. XVI.

NOuissimè Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 13. quest. 10. docet, Subdiaconum in die suæ ordinationis non teneri persolvere Horas Canonicas; quia probabile est, quod qui ex quauis causa non potest recitare maiorem partem Officij, in qua saluatur forma Officij Ecclesiastici, non tenetur recitare minorem; ut qui non potest recitare Horas antemeridianas, non tenetur recitare Vesperas, nec Completorium, etiamsi possit, ut ex Torre, *controvers. 7. de Horis Canonis.* docet Ioannes de la Cruz in *Summa Precept. 3. art. 3. dub. 5.* Et hoc non ob aliam rationem, nisi quia omnes Horæ vnicum Diuinum Officium reputantur, in quo Ecclesia representat, quæ Christo Domino in sua Passione acciderunt; & cum ista representatio, saltem in minore parte, non saluetur, ad eam non tenebitur runc. Sed sic est, quod secundum communem opinionem, qui initiatur Sacris, non tenetur eo die recitare Matutinum nec Primam, nec Sextam, imò (secundum aliquos) nec Nonam, quod est maior, imò & maxima pars Officij: ergo probabile erit, quod nec ad recitandam minorem partem, hoc est, Vesperas, & Completorium, eo die tenebitur.

Deinde etiam probabile est, quod qui complet annum vigesimum primum mane hora nona alicuius Vigiliæ, non tenetur, etiamsi possit, ad ieiunandum illa die; non alia ratione, nisi quia præceptum ieiunij respicit totum diem, velut indiuiduum obiectum: & ita qui exemptus est à ieiunio per aliquam diei partem; totaliter liberatur toto illo die: ergo similiter in nostro casu est dicendum. Siquidem omnes septem Horæ Canonice sunt vnica Oratio, & habent vnicam rationem obiecti totalis: ergo, qui liber est à maiori saltem parte Horarum; liber erit ab omnibus. Consequentia mihi est patens. Antecedens verò docet Sanctius in *Select. disp. 54. n. 4.* contra alterum Sanctium *lib. 2. de Matrim. disp. 24. num. 23.* his verbis: Nam præceptum ieiunij, respicit totum diem integrum, ut indiuiduum obiectum: non enim præcipitur per mandatum ieiunij dimidium diei, vel quartam partem ieiunari, sed totum diem: igitur qui exemptus fuerit à ieiunio per aliquam diei partem; totaliter liberatur illo die: cum præceptum huiusmodi, vel totum diem comprehendere debeat, vel nullam partem illius. Sic ille. Et post illum Trullench, *lib. 3. in Decalog. c. 2. dub. 6. num. 1.* ergo.

Idem Leandrus, *quest. 25.* tenet, quod quis adimpleat præceptum recitandi Officium hodiernum paulò ante mediam noctem diei sequentis, si ipsum prosequatur post completam mediam noctem, quia probabile est, quod omnes septem Horæ Canonice sint vnica Oratio, vnico præcipiantur præcepto, & omnes habeant rationem vnus obiecti totalis vnus præcepti; ut fatentur Nauarrus, Bonacina, Les-

sius, & alij: ergo probabile etiam erit, quod ille, qui eas ante mediam noctem incæpit, etiamsi post illam finiat; finiat eas tempore congruenti, & adimpleat præceptum recitandi. Patet consequentia; quia res vna, & indiuidua, incæpta tempore apto, optimè finiri potest, imò & debet si res est præcepta tempore sequenti, si id incontinenti fiat; ut statim. Deinde, quia etiam datur præceptum, ne quis dicat Missam post meridiem, ut ex communi probat Franco- linus de *Horis Canon. c. 41. à n. 1.* Et tamen licetè potest expectare ad illam incipiendam, vsque paulò minus ad meridiem; etiamsi præuideat se eam non posse finire, nisi post meridiem; ut Praxis, & communis Doctorum apud Henriquez, *lib. 9. cap. 24.* docent: ergo sic etiam, quamuis detur præceptum recitandi Officium Diuinum à media in mediam noctem; seu (quod in idem redit) quamuis detur præceptum ne Officium diuinum hodiernum post mediam noctem differatur; poterit nihilominus quis, saltem absque graui culpa, vsque ad mediam noctem paulò minus differre; & tunc incipere Officium, & absque interruptione complere illud post mediam noctem. Cæteras rationes adducit, & postea sic ait; Vnde hæc sententia, & quia nil obesse diligenti- bus, & valdè negligentibus, & vsque ad mediam ferè noctem, ludentibus prodesse potest, ne ex vna in alteram abyssum incidant; & quia valdè urgent argumenta pro illa facta; quia illam docuit eximius Magister Basilius Legion. in *tract. de Horis, cap. 2.* (ut à viro fide digno, & docto, audiui; & ex nostris sapientissimi, & in Theolog. Morali versatissimi, Fr. Franciscus à S. Iuliano, & Fr. Ludouicus à Conceptione in nostris Collegiis Salmant. & Complur. dignissimi Lectores, mihi, ut dixi, probabilis videtur.

Idem *quest. 28.* probat non esse peccatum mortale recitare priuatim Officium Diuinum de Resurrectione, quando recitare quis debet de Feria, vel de Sancto; quia probabile est, quod qui recitat Officium Resurrectionis, adimpleat præceptum recitandi Officium Diuinum, quoad substantiam, licet non quoad modum: ergo, cum violatio præcepti, quoad modum, non sit mortalis, ut omnes fatentur; nullo modo erit mortale, mutare Officium alicuius Sancti in Officium Resurrectionis. Consequentia constat; Antecedens verò probatur; quia ut supra est habitum, probabile est quod substantia præcepti recitandi Diuinum Officium, solum consistat in hoc, ut recitentur septem Horæ Canonice iuxta Breuiarium à Sede Apostolica approbatum; ad modum verò, quod tali die reciteretur de tali Sancto, vel de Feria, &c. at sic est, quod qui recitat Officium Resurrectionis, recitat Officium contentum in Breuiario à Sede Apostolica approbato: ergo probabile erit, Talem sic recitantem adimplere substantiam præcepti, & consequenter non committere mortale. Et multas alias rationes Leandrus adducit pro hac sententia firmanda contra me. Et in fine tandem sic ait: Mihi respondendum in hac difficillima difficultate videtur: vel, quod hæc argumenta habent vim faciendi hanc negatiuam partem probabilem; vel reddendi improbabilem alteram, quam præcedenti quæstione, ut probabilem cum Dianæ secuti sumus; nempe Officium pro Officio valere. Videat Doctus quis. In facti autem contingentia, non auderem certè, sic Officium absque contentu formali, vel virtuali, Permutantem lethali culpa damnare; Nam valdè durum videtur, & à pietate Christiana alienum, mittere aliquem in infernum, aut dicere, quod peccat mortaliter sine euidenti,

„denti, aut certa ratione. Nec consilium præberem „alicui de talis Officij permutatione, nisi fortè illis, „qui iustè, vel iniustè sunt valdè occupati, ideòque „præ magnitudine Officij Diuini exterriti, nullum „recitant. Melius est enim, securiusque, aliquod „Officium, etsi breue, recitare, quàm nullum. Ita ille. Et hæc omnia dicta esse volo secundùm mentem supradicti Leandri: nam ego iterum doceo opinionem quam olim docui. Assentior tamen Leandro assenti *questione 23*. Me citato, finira hora secunda post meridiem, dictis Vesperis, & Completorio, posse statim recitari Matutinum, & Laudes sequentis diei. Et hanc sententiam docet etiam Quintanadueñas in *Theol. moral. tom. 1. tract. 7. Singul. 2. num. 1*. Nec displicet id, quòd firmat *quest. 15*. illum satisfacere, qui suam partem recitat; sed alteram, quam alter Chorus recitat non potest percipere, quamuis attendat.

Nec deseram hic etiam pro curiosis obseruare, sapientissimum Dicastillum de *Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 6. n. 160*. adducere aliquas rationes firmantes, anticipationem Horarum Canonicarum absque vlla iusta causa neque peccatum veniale esse. Nam omne actionis peccatum, aut omissionis est, aut commissionis, id est, vel contra præceptum affirmatiuum, vel contra negatiuum: vtriusque debet posse assignari tempus, vel instans, in quo committatur. Atqui peccatum hoc, quòd dicitur esse in anticipatione, nec omissionis esse potest, nec commissionis; nec assignari potest, quando committatur: ergo nullum est. Huius syllogismi maior est omninò certa; minorem mihi videor efficaciter probare. Nam, si loquamur de illo tempore, in quo anticipo, nec commissionis peccatum committo, nec omissionis: non quidem commissionis contra aliquod præceptum negatiuum; quo mihi præcipitur, Ne dicas hoc tempore istas preces; nec enim mihi prohibetur orare eas potius, quàm alias: ergo dicendo illas, non pecco peccato commissionis; multò minus tunc pecco peccato omissionis; tum quia dicere illas preces, non est ommissio, vt patet; tum quia nullum habeo præceptum dicendi tunc alias; cum quibus hæc sint impossibiles: ergo nullum tunc committo peccatum. Postea verò, quando adest tempus congruens illis precibus; nulla est obligatio dicendi illas, supposito, quòd iam antea dixerim, vt omnes concedunt: nullum ergo apparet peccatum. Sed si hæc opinio esset admitenda, aliqui ex multis peccatis venialibus immunes essent. Verùm quia Pater Dicastillus non vult aliquid circa præsentem difficultatem definire; neque ego definiam; sed communi sententiæ adhaerendum esse puto.

Aliæ opiniones afferuntur circa recitationem Officij Diuini.

RESOL. XVII.

DOCTUS, & amicissimus Pater Quintanadueñas in *Theol. moral. tom. 1. tract. 8. Singul. 2*. quærit an in matutinis Vigiliæ nocturnæ plusquam per triginta horas inter se, sine iusta causa, absque lethali culpa, diuidi possint & ita Recitantes Diuino Officio, ac præcepto satisfacere valeant? Et supponit Matutinum cum Laudibus sequentis diei secunda hora post meridiem recitari posse. Supponit etiam, quòd vsque ad horam noctis duodecimam diei sequentis inclusiuè, recitandi Horas præceptum impleri potest ex communiori sententiâ Doctorum senten-

tia. His suppositis, respondet, non peccare lethali- ter eum, qui nocturna prædicto modo diuidet; hoc est per triginta horas inter se, etiam sine vlla causa, nec teneri repetere die sequenti Vigiliam nocturnam, vel nocturnas Vigilias, quas ab hora secunda diei antecedentis recitauit. Probo ex sententiâ Doctorum assententium, interruptione in etiam magnam, & sine causa, non esse lethalem; nec repetendum quòd antea fuerat recitatum, sed solum venialem; quia verè tunc quoad substantiam adimpletur præceptum: & licet sit magna interruptio; est eadem hora continuata moraliter propter intentionem, quæ habetur, supplendi quòd deest intra eundem diem. Et hanc doctrinam *num. 7*. admittit, non solum de magna Nocturnorum inter se, sed etiam de interruptione inter Psalmos, & alias eiusdem Horæ partes; quia per intentionem eas continuandi, prius recitatæ cum aliis postea recitandis moraliter vniuntur. Sed cum admittant alij posse singula Matutini nocturna seorsim per aliquod tempus, absque lethali culpa: putat hoc fieri posse intra spatium trium horarum Escobar, *tract. de Horis Canon. quest. 4. num. 47*. & ante illum Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 8. quest. 4*. & Nauarrus de *Orat. cap. 3. num. 64*.

Idem Quintanadueñas *Singul. 3*. docet Lectiones in Matutino diuidi posse à Psalmorum recitatione per quodcumque temporis spatium, etiam à secunda hora post meridiem vnus diei, ad vndecimam noctis diei sequentis, vt supra de Nocturnis dixi; ex ratione adducta, & Doctoribus, qui magnam etiã inter Psalmos eiusdem Horæ interruptionem venialem esse concedunt: maior enim connexio datur, & maior vnitas moralis debet dari inter versus eiusdem Psalmi, quàm inter Psalmos Nocturnorum, & Lectiones; hæc enim respectu Psalmorum sunt velut quid etherogeneum, & versus illorum inter se sunt velut quid homogeneum. Nec, ait, obstat dicere, Psalmos vt sic, sine vlla relatione ad Lectiones, & Orationes, non esse Officium Diuinum; esse verò cum relatione ad illas; nam cum qui Psalmos recitauit intentionem habeat recitandi postea intra terminum ab Ecclesia, vel doctoribus assignatum, Lectiones; illi Psalmi intentionaliter perseverantes, moraliter cum Lectionibus vniuntur, & constituunt vnum morale Diuini Officij corpus.

Item *Singul. 9*. quærit, an ille, qui ob errorem, aut obliuionem de Festo duplici, vel semiduplici, die proprio non recitauit, recitare possit de eo prima die non impedita Officio nouem Lectionum? Et respondet affirmatiuè; quia tunc transfertur, à proprio die in alium non impeditum, festum Duplex, aut semiduplex; cum proprius dies est impeditus: sed in eo casu obliuio, & error sunt impedimentum ad recitandum tunc de illo festo, cum hoc sit obstaculum, aut retardatio alicuius operis, iuxta *cap. Pia. §. fin. de Exceptione, leg. 6*. ergo ille dies iudicandus est impeditus; & ipsius festum transferri potest ad diem non impeditum. Secundò, quia ignorantia non currit tempus, vt statuunt *lex quando in Cod. Quo admitti ad bonorum possess. Flaminii de resignatione leg. 5. quest. 4. num. 34. cum seq.* & Caldas Percira de *renouatione emphyt. quest. 7. num. 3. cum seq.* Ergo, cum ad alicuius notitiam peruenit, se recitaturum fuisse die, vel diebus antecedentibus de hac festiuitate; perinde est, ac si eius proprius dies non pertransisset: & die non impedito poterit recitare.

Sed quid faciendum esset, si quis hodie recitauit de Festo, de quo die sequenti, vel sequentibus recitaturus

Curus erat? *Quintanaduernas Singul. 10. num. 2.* respondet, ut ipse putat, non improbabiler, quod qui hic recitauit de Sancto, de quo die, vel diebus sequentibus recitaturus erat: non debet de ipso recitare die ad ipsius recitationem assignato Fundamentum esse potest, quod iam illi Sancto Diuini Officij pensum solutum sit: & quod debitum anticipata solutione solutum fuerit: plenissima solutionis rationem non tollit. Præterea, quia inusitatam videtur, quod bis, vel pluries (exceptis Agnete 2. & Octauis,) de eodem sancto recitetur: sicut inusitatum est, quod idem debitum eidem bis soluat. Sed, si in hoc sentiendi modo roges, de quo recitandum sit in die huius Sancti, vel Festi, de quo iam anticipatè recitatum est? Respondeo, quod de Festo, vel Sancto assignato in illo die, in quo recitatum est de sancto nondum incidente; sic enim utriusque debitum Officij pensum soluitur, nullusque defraudatur à suo cultu: quod maioris momenti videtur, quam quod dies solutionis commutentur. Si verò recitandum erat de Feria, aut Sancto simplici die, in quo præuenta est recitatio de Sancto; tunc non poterit de his recitari; cum non transferantur: sed recitandum erit forsitan ab eo, qui præter regulas in has angustias se vult redigere, de S. Simplicio, aut de feria, quæ incidit in eam diem; & sic iusta velut compensatio dabitur. Hucusque *Quintanaduernas*; qui etiam *Singul. 11. & seqq.* tenet posse Mendicantes, & qui illorum privilegiis gaudent, celebrare Missam; & officium recitare de Sacramento in quintis Feriis, etiam Auentus & Quadragesimæ. Et etiam celebrare, & dicere Officium de conceptione Beatæ Virginis in sabbatis, nouem Lectionum Officio non impeditis. Et hæc omnia docet etiam procedere quoad Moniales omnes cuiuscumque Ordinis sub Episcoporum regimine viuentibus: nam gaudent privilegiis Religionibus Mendicantibus concessis. Et tandem dictus Pater *Quintanaduernas Singul. 19. & 20.* latè conatur firmare, quod institui possit Capellania, quæ verè sit Beneficium Ecclesiasticum, ad integram Capellani sustentationem sufficiens, cum ea conditione à Fundatore expressa, vt Capellanus non teneatur Diuinum Officium recitare: & quod Episcopus teneatur, vel saltem possit admittere, & autoritate Ecclesiastica erigere prædictam Capellaniam sine obligatione recitandi fundatam. Et hæc omnia, vt dixi, docet *Quintanaduernas locis citatis.* Sed scio aliqua ex his à Viris doctis non approbari; idè tu Lector iudica.

Notandum est hic obiter contra Gauantum in *Rubr. Missalis, tom. 2. sect. 1. cap. 5. sect. 6. num. 2.* Suarez, Filiuccium, & alios, quos affert Bonacina de *Hor. Canon. disp. 1. quest. 3. punct. 3. num. 10.* vt quis possit recitare Matutinum post Vesperas, nullam specialem causam requiri præter consuetudinem; hæc enim satis est pro causa. Et ita docet ex Henriquez & Trullench, Leandrus, de *Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 13. quest. 24.* Qui etiam q. 26. optime obseruat, posse Horas Canonicas absque vlla culpa veniali dici etiam in latrinis, vbi venter exoneratur; quod etiam docet Escobar, de *Hor. Canonic. quest. 4. num. 108.* licet contrarium asserat Bonacina, *ubi supra, num. 5. & 6.* cum Castro Palao, *tom. 2. disp. 2. punct. 4. num. 7.* Sed pro sententia affirmatiua Escobar *ubi supra* citat Sanchez, Faustum, & Trullench.

An si ex incuria Sacerdos, dum alios communicat, porrigeret Eucharistiam infanti genuflexo, non habenti usum rationis, reciperet iste gratiam?

RESOL. XVIII.

Resolutio huius dubij pendet ex illa Quæstione, An infantes ante usum rationis sint capaces fructus spiritualis, quem Eucharistia ex opere operato confert? Et negatiuè respondet Alexander de Ales *4. par. qu. 11. m. 2. art. 3. §. 1.* Paludanus in *4. dist. 9. qu. 4. art. 3.* Maior q. 1. §. Prima est, dans *Paruulo Corpus Christi.* Gabriel, *q. 2. art. 3. dub. 4.* Caietanus *3. par. qu. 80. art. 12. in q. sma 1. §. Quò ad Tertium.* Syluester *verb. Eucharistia 3. q. 5.* Petrus Sotus *sect. 8. de Eucharist.* inclinat Dominicus Sorus in *4. dist. 12. q. 1. art. 9. sub finem.* Et quod caput est, illam docere videtur Catechismus Romanus, de *Sacram. Euchar. §. Sed ne forte*; vbi, ait, infantes idoneos non esse, vt hoc Sacramentum accipiant, & comedant. Vnicum fundamentum huius sententia est, quoniam ad percipiendum fructum huius Sacramenti requiritur Sacramentalis manducatio: hæc autem requirit actualem notitiam huius Sacramenti, quæ in infantibus, & perpetuè amentibus esse non potest. Maior probatur: nam hoc Sacramentum datur per modum cibi nutrientis; qui necessariò requirit actum vitalem ipsius viuentis, sine quo cibus non nutrit.

Sed his non obstantibus, ego sententiæ affirmatiuæ adhæreo, quam tuetur Coninch in *3. par. q. 80. art. 9. num. 77.* Præpositus in *3. q. 80. art. 9. num. 50.* Cardinalis de Lugo, de *Euchar. disput. 13. num. 8.* Serra in *3. par. q. 80. art. 9.* Suarez *disp. 62. sect. 4. & Ledesma 1. par. 4. q. 21. art. 9. dub. 5.* Quia, ait iste, ad hoc aliquandò datur illis, vt aueretur gratia. Secundò, quia si Episcopus ordinaret puerum, reciperet puer gratiam, licet Episcopus malè ageret, ordinando illum ante tempus. Tertio; puer baptizatus est in gratia: ergo est probatus. Probatum consequentia: quia ad hoc solum præcipiebatur Paulus, quod probarentur homines ante sumptionem Eucharistia, ad sciendum, scilicet, si erant in gratia, sic ad minus per coniecturas, & signa. Confirmatur, nam non minus paruuli sunt capaces gratiæ nutritiæ, quæ datur per Sacramentum Eucharistia; quàm roboratiæ, quæ datur per Sacramentum Confirmationis; cum vtraque ordinetur ad spiritualem vitam augendam: atqui paruuli sunt capaces gratiæ roboratiæ per Sacramentum Confirmationis, vt constat ex vsu Ecclesie, quæ illos etiam ante rationis usum confirmare solet: ergo etiam erunt capaces gratiæ nutritiæ per Sacramentum Eucharistia. Vide Syluium *3. par. q. 80. art. 9.*

Sed præcipua ratio nostræ sententiæ desumitur ex consuetudine, quæ antiquitus fuit in Ecclesia in variis Prouinciis, conferendi Eucharistiam infantibus; vt constat ex Dionysio *c. 7. de Ecclesiastica Hierarchia,* & ex Cypriano, *lib. de Lapsis,* & ex Gregorio magno in *suo Missali veteri, quod Roma extat:* & id maximè indicat Tridentinum, *sess. 21. cap. 4.* & id fuisse in Hispania consuetum, supponit Concilium Toletanum II. *Can. 11.* At si Eucharistia non posset infantibus prodesse quoad fructum augmenti gratiæ, ad quem primariò, & principaliter instituta est; dicta consuetudo fuisset illicita: quia

contrà

contra reuerentiam cuiuscumque Sacramenti est, illud administrare, quando frustrandum est suo primario, & principali fructu. Id autem nequit Ecclesie attribui, præsertim quia Tridentinum, *sess. 11. cap. 4.* affirmat, dictam consuetudinem, si fuit, non esse damnandam. Vnde ex Arcudio testatur Lugo in Ecclesia Græca vigere talem consuetudinem: sed in Ecclesia Latina, consuetudine introducta est prohibitio conferendi Eucharistiam infantibus ante usum rationis, adhuc in articulo mortis, & satis conuenienter; quia ex vna parte nullum est præceptum diuinum, quo teneamur infantibus Eucharistiam conferre; quia de eo non constat: & ex altera parte, in collatione Eucharistie infantibus multa contra reuerentiam Eucharistie possunt accidere, præsertim postquam ex præcepto Ecclesie sola species panis laicis confertur; quia hæc ab infantibus pro ætate infantili difficile deglutiretur. Vide Lessium in *3. part. quest. 80. art. 9. num. 24.*

Ex his ego olim interrogatus respondi, perpetuo amentem, qui ad Tabernaculum Sacramenti accessit, dum Ecclesia erat clausa, & particulas consecratas sumpsit, recepisse gratiam, & fructum spiritualem huius Sacramenti. Et ita ex Cardinali Lugo Pater Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tractat. 4. disp. 9. dub. 11. num. 204.* notat, quod si puer, aut amens ex natiuitate, nunquam doli capax, inueniat casu Eucharistiam, & comedat: accipiet gratiam. Et ita sensisse Theologos in Hispania ipsi testantur.

Nota hic obiter, Amicum in *Cur. Theol. tom. 7. disp. 28. sect. 2. num. 10.* docere contra Vasquez, paruulos, & perpetuo amentes non esse capaces manducationis Sacramentalis; licet, vt diximus, sint capaces fructus, & nutritionis huius Sacramenti: tamen sententiam Vasquez defendit Hurtadus de *Sacram. Euchar. disp. 9. difficul. 19.* & probat, infantes esse capaces Sacramentalis sumptionis Eucharistie, non minus quam Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, & id supponunt communiter Doctores, & merito, quia Eucharistia est infantibus Sacramentum, non minus quam Baptismus, Confirmatio, & Ordo; quia vt diximus ex opere operato confert illis augmentum gratie, quod non efficeret, si non esset illis Sacramentum.

An qui in rixa inopinata; & non inuito consilio occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio casuali, vt non possit ab Episcopo dispensationem obtinere, vigore Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6.

RESOL. XIX.

Negatiue respondet Cornejo in *3. part. D. Thom. tract. 4. de irregul. q. 6. disp. 1. dub. 1.* vbi sic ait: Quæres secundò an ad istam irregularitatem requiratur, vt homicidium fiat ex proposito, & inuito consilio. Respondetur negatiue, sed satis esse, quod quis occidat, aut habeat dictam voluntatem occidendi; quamuis homicidium fiat ex ira inopinatè; & illa voluntas sufficit: ergo irregularitas, quæ illum sequitur erit irregularitas homicidij voluntarij; quod est intelligendum, nisi tale homicidium fiat causa defensionis. Ità Suarez *disp. 64. sect. 1. n. 3. in fin.* Oppositum docuit Salzedo in *Practica, cap. Antonin. Diana, Pars X.*

94. & Auila 7. par. de Censuris, disp. 2. sect. 2. dub. 1. §. præterea dico, vbi alios referunt, Quod probat Auila ex Concil. Trid. *sess. 14. cap. 7. de reformatione* vbi Concilium distinguit homicidium voluntarium à casuali in hoc, quod voluntarium fit per industriam, & per insidias, & ex proposito; casuale verò fit non ex proposito, sed casu: ergo homicidium repente factum ex odio subito suborto, ob iniuriosum verbum, vel factum, non erit voluntarium, sed casuale, quamuis animus occidendi interfuerit. Confirmatur; quia Concilium ibi loquitur de homicidio occulto, cuius dispensatio est reseruata Papæ: ergo cum post Concilium possit Episcopus dispensare in homicidio occulto casuale volitum solum in causa; dicendum est non loqui ibi de homicidio casuali hoc modo sumpto, scilicet de eo, quod solum est volitum in causa; sed de homicidio casuali, vt distinguitur ab eo, quod fit ex proposito, quamuis sit directè volitum. Sed certè verba Concilij non admittunt hanc interpretationem: nam ibi distinguitur homicidium factum pura, & spontanea voluntate occidendi, ab eo, quod fit voluntate occidendi non pura, & spontanea, sed coacta ob causam defensionis: & primum vocat voluntarium, secundum casuale. Neque ad primum exigit, quod fiat per insidias, ac industriam, aut inuito consilio; sed solum fiat voluntate occidendi spontanea: vt clarè colligitur ex eo, quod, cum per insidias, & industriam quis alterum occidit; vocat homicidium voluntarium: non quia per insidias occiderit; sed præcisè, quia sua voluntate homicidium perpetravit; Neque occidere ex proposito aliquid amplius significat, quàm occidere ex voluntate spontanea. Ad confirmationem dico, falsum esse, quod Concilium ibi loquatur de homicidio occulto causa defensionis facto; quia re vera non loquitur nisi de publico, & ad forum contentiosum iam deducto; vt colligitur ex vltimis verbis Capituli, ibi: Nisi causa cognita, & probatis processibus, ac narratis, neque aliter dispensare possit. Hucusque Cornejo loco citato.

Sed affirmatiuam sententiam Auilæ, Salzedi, & aliorum tenet Pater Lessius in *3. par. D. Thomæ, c. 4. de irregul. dub. 2. num. 36.* cui ego adhæreo. Hinc aduertendum, irregularitatem contractam ex excessu defensionis vitæ, honoris, vel bonorum temporalium non esse nuncupandam irregularitatem ex homicidio voluntario, sed casuali; etiam si excessus sit ex proposito, & calore pugne, imò etiam si quis iam fugientem prosequatur, & occidat, vt rectè notauit Nauarrus, *cap. 27. num. 240. & consil. 36. de homicidio, edit. Henriquez, lib. 14. cap. 19. num. 3.* Suarez *disp. 46. sect. 1. num. 13. in fine.* Auila *7. par. disp. 6. sect. 5. dub. 5.* Paulus Laymann. *lib. 3. sect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 12. assert. 5.* Gaspar Hurtado, *de irregul. disp. 2. diffic. 19. num. 66.* Et colligitur ex Tridentino, *sess. 14. cap. 7. de Reformat.* vbi homicidium voluntarium definit esse, quod fit ex proposito, & ex industria. Hoc autem homicidium cum ex rixa originem duxerit, & illa durante factum fuerit: casu contigisse censendum est: ideoque pœna ordinaria hoc homicidium non punitur, vt optimè probat Couarruias *3. part. Clement. Si furiosus. §. unico num. 3.* Et ità hanc sententiam præter Doctores citatos, tenet Castrus Palau, *tom. 6. disp. . . punct. 15 §. 8. num. 10.*

Nota etiam hic obiter, quod Episcopus potest cum homicida casuali, etiam notorio, dispensare ad Ordines Minores, & ad Beneficium simplex, non ex vi Tridentini, sed ex *cap. 2. & cap. ad audientiam.*

de Homicidio. Quæ Potestas à Tridentino restricta non est, sicuti tradit Nauarrus, *cap. 27. num. 240. Sayrus, lib. 7. cap. 7. num. 20. Henriquez lib. 14. c. 19. num. 2. Auila, disp. 6. sect. 5. dub. 2. Laymann, lib. 3. sum. sect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 12. assert. 6.* vbi relatis Nauarro, & Auila subiungit posse Episcopum dispensare cum huiusmodi homicida ad retinendum Beneficium Curatum antea obrentum.

Quidam minister iustitiæ ex timore cuiusdam magnatis non impediuit homicidium ab illo perpetrandum: quare quæsiuit à me an super irregularitatem contractam posset dispensationem obtinere ab Episcopo, vigore Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6.

RESOLVT. XX.

Communitè Doctores asserunt si teneris ex iustitia homicidium impedire, te irregularem fore, non impediendo, cum possis. Sic Nauarrus, *cap. 27. num. 231. & 233. Henriquez, lib. 24. c. 12. num. 10. Manuël Rodriguez, verb. irregularitas, cap. 178. concl. 4 & 5. Suarez dispnt. 46. sect. 4. num. 3. & 5. Auila 7. par. disp. 6. sect. 2. dub. 7. conclus. 1 & 2. Toletus, lib. 1. cap. 83. num. 4. Bonacina, de irregularitate, disp. 7. quest. 4. punct. 8. num. 37.* & alij apud ipsos. Et probatur; quia causa moralis est homicidij; vt dicitur in *cap. Non inferenda & cap. Qui potest. 23. quest. 3.* ibi: *Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit; nihil est aliud, quam fauere impietati eorum: neque caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Et in *cap. vlt. eiusdem cause, & questionis.* dicitur, *Qui desinit obuiare, cum possit, consentit.*

Ex his inferitur primò irregularem fieri Medicum, publico, vel particulari stipendio conductum; si eius omissione, negligentia, aut ignorantia infirmus moriatur; vnde talis dicitur à Medico occidi; argumento, *Omnis absit: distinct. 50.* Et ratio est, quia ratione stipendij tenetur ex iustitia. Quod etiam procedit, quamuis Medicus infirmum deferat, eò quòd mercedem ei non soluit; quia postquam semel curam infirmi suscepit, perseuerare tenetur: nam contractus, qui in initio sunt voluntarij, post factum sunt necessarij: & præcipuè cum post infirmi conualescentiam, vel mortem possit stipendia, & sumptus exigere. Neque excusatur ex copia aliorum medicorum, qui vocari possunt; nisi ipse alium æquè peritum aduocet, quem pro seipso substituat. Nec similiter excusabitur, si infirmus nolite ei obedire; licet enim, tunc peccet ægrotus nolendo medicamenta sumere; vnde si moriatur sibi soli debet imputari: quia tamen in hoc casu tenetur Medicus inuitum curare; in culpa erit si, inuito ægrotò, Medicus opportuna non dederit ex *Glossa, in principio, distinct. 83.*

Inferitur secundò, irregularem etiam esse Regem, & Governatorem, ob cuius omissionem, & incuriam subditus occiditur, aut mutilatur; cum lege iustitiæ teneatur eum defendere. Et idem erit de subditis, qui ratione subiectionis, superiores suos defendere tenentur; si eos occidi permittant: argumento *cap. Rege, cap. Administratoris 23. quest. 5.* est ergo de iureiurando *cap. de form. 22. quest. 5.* Idem dico de illis, qui stipendio assumpserunt custodiam viarum; si culpabiliter viatorem occidi, aut mutilari permittant. Similiter est irregu-

laris, qui ex promissione se obligauit ad defendendum alterum, si eius defensionem omittat, & ille occidatur; quod est intelligendum de obligatione mercenaria, quia si obligatio liberalis sit, aut iactatoria, irregularis non erit; quia hæc non inducit obligationem ex iustitia sed ad summum ex fidelitate. Idem est dicendum de domino erga seruum, patre erga filium, marito erga uxorem, tutore erga pupillum, curatore erga minorem, pedagogo erga paruulum, si moriantur, eò quòd eis debita alimenta non ministrant.

Inferitur tertio, idem esse dicendum de aduocato, ac procuratore assumptum patrocinium dolose deserentibus; si reus ob talem desertionem morte puniatur: imò etiam erunt irregulares si patrocinium non deserentes, ob eorum tamen ignauiam, vel imperitiam in defendendo, reus occidatur. Et idem est de teste in iudicium legitime adducto; si veritatem taceat, & ob eius silentium reus morte puniatur.

Histamen non obstantibus probabiliter aliqui opinati sunt, non impediens homicidium, non incurere irregularitatem, etiam si ex iustitia teneantur illud impedire; quia Textus in contrarium, vbi supra, adducti, loquuntur tam de obligato ex iustitia, quam ex charitate. Tum & præcipuè, quia esto non impediens malefocium, cum possit; fauere dicatur, & in illud consentire: non tamen fauet directe, & proprie, sed interpretatione iuris. Ideoque in *leg. Quid ergo vers. Certè. ff. de his quib. notantur infamia* dicitur de hoc omittente, Quodammodo fecisse videtur: quasi non perfecte fecerit. Et in *Regul. qui non facit 164. ff. de Regulis Iuris. Qui non facit quod non facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ non facit.* Expende, non dixisse Textum absolute, *facit*: sed, *videtur facere.* Verum, stando in sententia affirmatiua communi, Respondeo ad Casum propositum. non impediens homicidium, ad quod tenebatur ex iustitia; si ex timore hoc fecit, posse de irregularitate incurfa dispensationem ab Episcopo obtinere. Et ita hanc sententiam docet Castrus Palaus, *tom. 6. disp. 6. punct. 15. §. . num. 6.* vbi sic ait. Superest dubium, An irregularitas, quæ contrahitur ob non impediendum homicidium, censenda sit irregularitas, ex homicidio voluntario, vel casuali? Breuiter respondeo; id sumendum esse ex intentione, qua moueris ad non impediendum. Si enim ex odio in personam non impedis; manifestum est, te esse irregularem ex homicidio voluntario; quia ea omissione vis eius mortem euenire. Si autem non ex odio in personam, sed ex alio respectu, scilicet ex humano timore, negligentia, aut auaritia cessas homicidium impedire; nullatenus censendus es irregularis ex homicidio voluntario, sed casuali; quia præter tuam voluntatem euenit. Ita ille, qui citat Suarez, & Bonacinam, quibus ego, vt dixi, adhæreo.

An incurrat irregularitatem is, qui sine Ordine requisito administrat alia Sacramenta, quàm solemnem Baptismum, & Sacrificium Missæ.

RESOLVT. XXI.

Suppono, quòd irregularis efficitur, qui ministrat sine Ordine, quem non habet. Hæc est communis, & certa, *cap. 1. & 2. de Clerico inordinato ministrante,*

stante. Limitatur primò ad Ordines Sacros; nam si in minoribus ministrat etiam solemniter, Irregularis non erit; vt docet D. Antoninus 3. par. tit. 29. cap. 1. & Henriquez, lib. 14. cap. 6. num. 1. Limitatur Secundò, vt ministrat scienter, & non ex ignorantia, putans bona fide se habere talem ordinem; vt notat Nauarrus, consil. 70. de sentent. Excommunicat. versic. Hoc idem circa finem. Et videtur colligi ex dicto cap. 1. de Clerico excommunicato ministrante, ibi: Propter temeritatem. Limitatur tertio, vt ministrat solemniter, si ordo, quem exercet sit ex illis, qui sine solemnitate ministrari possunt à laicis, vt Subdiaconatus, & Diaconatus: quare Clericus Ordinum minorum, cantans Epistolam cum manipulo, & Euangelium cum Stola, irregularitatem incurrit; quia ministrat tanquam habens tales Ordines.

His suppositis, difficultas est, an hæc irregularitas procedat circa omnia Sacramenta? Et affirmatiuè respondent communiter Doctores, ex cap. 1. de Clerico non ordin. ministr. Et idè, si quis ministraret aliquem Ordinem, v. g. Confirmationem, Extremam Vnctionem, &c. cum Sacerdos non sit; irregularitatem incurreret. Verùm Ioannes Præpositus in 3. par. q. 5. de irregul. dub. 6. num. 34. licet iudicet non esse recedendum ab hac communi sententia; tamen circa illam fatetur habere magnam difficultatem: cum nullo iure expressè habeatur, aliquem carentem Ordine, & administrantem Sacramenta fieri irregularem: sed Doctores id tradunt ex cap. 1. citato, vbi dicitur: Si quis baptizauerit, aut aliquod diuinum Officium exercuerit non ordinatus; propter temeritatem abiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur. Sub diuinis autem Officiis non satis constat hinc contineri administrationem Sacramentorum; cum sæpè in iure inter se distinguantur, vt patet ex cap. Episcoporum de Priuileg. in 6. ex cap. Responso. de Sentent. Excommunicat. cap. Alma mater. eodem titulo, in 6. & ex Tridentino, sess. 21. cap. 4. de Reformatione. Confirmatur. Baptismus in cap. citato, distinguitur à diuino Officio, ibi, Comprehendere Sacramentorum administrationem: quamuis in quibusdam aliis capitulis comprehendere videatur. Et ita Escobar, in Theol. mor. sr. 4. Exam. 6. c. 5. docet, circa vsum Ordinum non esse irregularem, qui carens Ordine ad id requisito, Sacramenta administrat, excepto Baptismo, & Missæ celebratione.

Sed stando in contraria sententia communi, maxima quæstio est, An hæc irregularitas solos Clericos, aut etiam laicos comprehendat? Et affirmatiuè respondet Valentia, Suarez, Coninch, Filliucius, Hurtadus, & alij, quos affert Castrus Palaus tom. 6. disp. 6. punct. 18. n. 9. Sed ipse n. 10. solos Clericos, & non Laicos comprehendere putat cum Angèlo, Rossella, Armilla, Tabiena, Henriquez, Sayro, Layman, & aliis. Et huic sententiæ Ego adhæreo, quia, est, Textus in cap. 1. de Clerico non ordinato ministr. generaliter videatur loqui, & tam Laicos, quàm Clericos comprehendere: at, cum sub titulo, & Rubrica de Clerico non ordinato ministrante constitutus sit; indicatur manifestè pro Clericis tantum locum esse. Nequè verum est, in Antiquis Codicibus omisum esse verbum illud, de Clerico: nam Sayrus testatur, se in septem manuscriptis Codicibus legisse titulum & Rubricam, sicut in his editionibus castigatioribus continetur. Præterquam quòd Textus hanc irregularitatem indicentes, apertè significant solis Clericis indici. Nam c. 2. expressè loquitur de Ordinato; cui vltra prohibitionem, ne ad superiores Ordines ascendant; suspensio infligitur per bien-

Anon. Diana, Pars X.

nium, vel triennium ab Ordine præcipuo, quem habet in c. verò; 1. si sequamur probabilem intellectum Panormitani ibi, Syluestri, & Sayri in locis allegatis, asserentium illis verbis, Abiciatur ab Ecclesia, suspensionem, seu depositionem ferendam iudici; manifestè constat de Clericis tantum esse sermonem: nam laici nec suspendi, nec deponi possunt. Et licet grauius peccet laicus, quàm Clericus officium Ordinum vsurpans; quia tamen Clerici frequentius, quàm laici illud vsurpare solent: ea de causa aduersus Clericos vsurpantes dictum officium statuta est irregularitas, & non aduersus laicos. Et ita, præter Doctores citatos, nostram sententiam tenet etiam Cornejo in 3. par. tract. 5. de irregul. disp. 7. dub. 2. quest. 1.

Nota etiam hinc ex Syluestro, & Ledesma Auilam par. 7. disp. 9. dub. 15. probabiliter putare, per absolutionem Sacramentalem, præstitam ab eo, qui ordinatus non est, irregularitatem non induci; quia absque vlla solemnitate exercetur, ac perinde inter officium Ordinis reponenda non est. Sed contrarium docent Layman, Coninch, Suarez, & alij, quos adducit, & sequitur Cornejo, & Palaus, vbi supra n. 6. Qui tamen, n. 5. obseruat, & meritò, quòd hanc irregularitatem non incurretes, si matrimonio assistentes tanquam Parochus, cum tamen Parochus non esses; quia matrimonij assistentia non est actus Ordinis, sed iurisdictionis; & propter vsum iurisdictionis non habitæ non est irregularitas imposita; vt benè aduertit Suarez, disp. 42. sect. 4. n. 19. Coninch, disp. 18. dub. 6. n. 48. Gaspar Hurtado, disp. 2. de irreg. diffic. 2. num. 5.

Nota hinc etiam exercentem officium Ordinis, quem non habet, non fore irregularem, si illud præster absque intentione vsurpandi Ordinis vsum. Ita Auila, de Censur. par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 13. vers. Quintò. Gaspar Hurtado, disput. 1. difficul. 2. num. 5. & alij; quia in cap. 1. de Clerico non ordinato ministrante, statuitur hæc irregularitas, eò quòd non ordinatus solemniter baptizauerit, vel aliud officium Ordini annexum exercuerit. Sed qui sine intentione baptizat, verè non baptizat: & qui sine intentione celebrat, vel absoluit; reuerà non celebrat, neque absoluit. Ergo non exercet officium Ordini Sacro annexum; quia illud officium, seu officij simulatio, non annexitur Ordini, sed ab Ordine excluditur. Sed contrarium asserit Suarez de Censuris, disp. 41. sect. 4. à num. 18. Coninch, disp. 18. dub. 6. num. 47. Paulus Layman, de irregul. lib. 1. Summ. tractat. 5. par. 5. cap. 3. num. 1. Vnde vtramque sententiam puto probabilem esse.

Enumerantur plures Casus, in quibus, secundum opinionem aliquorum Doctorum, Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ, potest tollere irregularitatem:

RESOL. XXII.

A Libi à nobis actum est, An virtute Bullæ Cruciatæ aliqua irregularitas sit dispensabilis? Et affirmatiuam sententiam saltem ex principio extrinseco, videlicet, propter auctoritatem plurimorum Doctorum probabilem esse, putat nouissimè doctus, & amicissimus Pater Bardi, in Bull. Cruc. part. 2. tractat. 6. cap. 7. sect. 4. num. 35. & Castrus Palaus, tom. 4. tract. 25. punct. 8. §. 4. n. 5. ibi: Oppositum probabilius est.

Vnde in gratiam Curiosorum apponam hinc aliquas irregularitates, quas virtute Cruciatæ docet Confessarium posse dispensare, in clity Academiae Salmanticensis ornamentum, Magister Cornejo Carmelitanus in 3. par. D. Thoma, tract. 5. de irregul. disp. 5. dub. 1. q. 12. vbi loquens de irregularitate ex iteratione Baptismi, sic asserit: Quæres, quis possit dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismi? Dico Primò, solum Papam, si delictum sit publicum; si verò sit occultum, posse etiam Episcopum dispensare. Hæc est communis doctrina, quæ colligitur ex Concilio Tridentino, sess. 24. c. 6. de Reformatione. Vbi notat, quòd licet secundus Baptismus fiat publicè; erit nihilominus delictum occultum, si primus Baptismus occultus sit. Dico secundò: factabile est, hanc irregularitatem posse etiam tolli per Bullam Cruciatæ in foro conscientiarum; & quando delictum est occultum: quia, cum imposita sit propter culpam, & non propter significationem; habet rationem censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ, à quibus absolui potest per Bullam Cruciatæ.

Idem, loquens de irregularitate ex violatione Censurarum, sic ait, disp. 6. q. ult. Quæres, quomodo tollatur hæc irregularitas? Respondeo, tolli posse dispensatione Summi Pontificis: quamuis, si delictum sit occultum; dispensatione Episcopi, ex Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 6. de Reformatione: & etiam in Foro Conscientiarum, ex privilegio concesso in Bulla Cruciatæ, eò quòd irregularitas hæc Censura sit, & pœna Ecclesiastica: quòd ad Regulares verò, potest Prælatum cunctis in hac irregularitate dispensare ex vi suorum Privilegiorum; vt probat Sayrus, lib. 7. c. 9. num. 31.

Idem disp. 7. dub. 2. q. 2. loquens de irregularitate ex illegitima Ordinum receptione, & vsu; hæc scribit: Quæres, quis possit in hac irregularitate dispensare? Respondeo, quòd, vt ascendat ad vltiores Ordines, solus Papa dispensare valet; vt verò in susceptis ministrat, proprius Episcopus dispensare potest ex concessione ei facta in c. 2. de Clerico Excommunicato ministrante: quòd si delictum occultum sit, potest Episcopus etiam quoad vltiores Ordines dispensare, ex Concilio Tridentino, sess. 24. c. 6. de Reformatione. Per Bullam autem Cruciatæ potest hæc Irregularitas, quoad vtrumque effectum, tolli; quia habet rationem censuræ.

Et idè omnes hos casus, & opinionem Cornejo, videtur tanquam probabilem admittere Magister Lezana in summa tom. 3. verb. Bulla Cruciatæ n. 30. vbi hæc ait: Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ, non potest dispensare in aliqua irregularitate, etiam illa, quæ est purè pœna, quia Bulla sola solùm concedit auctoritatem absoluendi à Censuris; & iuxta stylum Curie nomine censuræ non venit irregularitas, nec ipsa est Censura. Nihilominus oppositum probabiliter docent Cornejo, & plures graues Doctores apud Dianam, in Additionibus secundum resolut. 27. Quibus fauet, quòd in forma absolutionis tribuenda semel in vita, & semel in articulo mortis accipientibus Bullam, quæ posita est in Summario ipsius per Commissarium Generalem edito, dicitur: Absolutio, & ab omnibus Censuris, & pœnis: verbum enim, pœnis, dictas irregularitates denotare videtur: Ita ille.

Vnde ad confirmationem supradictorum non deseram hinc apponere verba Magistri Texeda in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. tract. 3. num. 178. fol. mihi 355. vbi sic ait: Infero, quòd quando in Bulla, seu Privilegio datur facultas Confessariis absoluendi ab omni censura, & pœna, & vitalis clausulæ, possunt absolueri pœnitentes etiam ab irregularitate,

quæ in pœnam præcedentis culpæ statuta est, seu in illa dispensare; quia, vt benè Sotus in 4. dist. 2. 2. quæst. 3. art. 1. Syluester verb. Absolutio 2. dicto. Gutierrez Q. Q. Canon. cap. 3. talis irregularitas verè est censura; & propriè pœna ob culpam incursum: ergo eo ipso, quòd in Bulla, Iubilæo, aut Indulto conceditur facultas absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis, si non adiiciatur aliqua restrictio, per quam excludantur tales irregularitates; licitum erit ab illis absolueri seu in illis dispensare. Confirmari potest hoc, quia Pius V. in Bulla edita anno 1571. concedit facultatem Confessoribus absoluendi ab excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, & postea subdit: ab omni alia censura, ac pœna Ecclesiastica; ergo præter illa tria datur alia Censura, & pœna, à qua virtute Bullæ potest Confessarius absolueri; aliàs enim superflue adderentur illa alia verba. Quibus addo, quòd in multis Bullis, & indultis Pontificiis datur Confessoribus facultas, vt absolueri possint ab omni censura, & pœna; & statim subditur: excepta irregularitate homicidij voluntarij, & bigamiz: Vnde, cum exceptio firmet regulam, excepta Irregularitate homicidij, & bigamiz, aliz irregularitates, & pœnz comprehenduntur nomine censuræ.

Obiiciunt moderni, quòd in facultate absoluendi non comprehendatur facultas dispensandi: nam aliud est absolueri, aliud dispensare; absolueri enim est remittere, quod quidem præsupponit culpam; dispensare verò est, reddere personamabilem, tollendo ab illa inhabilitatem, & impedimentum, ob quod inhabilis erat ad aliquod agendum, vel recipiendum. Sed respondetur, quòd absolueri significat vtrumque, & absolueri, & liberare ab impedimento, quo quis impeditus erat, ne aliquid faceret. Secundò huiusmodi irregularitatem, quæ propter culpam incurritur, dico, esse verè pœnam, circa quam locum habet Absolutio, sicut impedimenti ablatio. Hucusque Texeda, cuius opinio si esset vera, non solùm procederet in Irregularitatibus superiùs dictis à Cornejo, sed etiam in Irregularitate contracta ex Apostasia, vel Hæresi; vt obseruat Paulus vbi supra num. 5. in fine, & n. 4. Sed ego, his non obstantibus, negatiuz sententiæ adhærendum esse puro, ex rationibus, quas neruosè adducunt Palau, & Bardi, locis citatis. Puro itaque nullam irregularitatem virtute Cruciatæ tolli posse. Affirmatiuam tamen sententiam non audeo tamquam improbabilem damnare, vt parùm modèstè his diebus fecit quidam purus Canonista, contra quem superiùs dicta adnotare volui.

An Filij hereticorum, qui combusti sunt, sed signa contritionis dederunt, sint, hoc non obstante, irregulares?

RESOL. XXIII.

Suppono, filios, & Nepotes hereticorum, & eorum qui hereticos fauerunt, vel receperunt, irregulares esse, si per viam virilem descendant; si verò via fœminea, Filios, non nepotes; vt docet ex communi sententia Nauarrus cap. 27. numer. 205. Simancas, de Catholic. Insitut. titul. 9. num. 14. & Suarez, de Censur. disput. 43. sect. 3. num. 1. Ducuntur ex cap. Statutum, de Hæreticis in 6. vbi ij filij excluduntur ab officio, & beneficio, & nomine officij Officium Ordinis intelligunt. Sed

Sed nomine officij publici, non officium Ordinis, sed iurisdictionis temporalis intelligit Glossa *ibi*; cui alij Doctores adherent. Quapropter Toletus *lib. 1. summ. cap. 25. n. 8.* Sayrus, *lib. 6. Thesauri, c. 10. n. 40.* censent hos filios irregularitati non subijci, quia nullibi aduersus illos statuta est: quod etiam docet Hurtadus, *vbi infra n. 9.*

Verum; stando in communi sententia, ad Casum propositum in titulo Resolutionis affirmatiue respondent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 27. num. 22.* & seqq. quia sic conuersi præsuntur in hæresi decedere, & sicè conuerti timore potius, ne viui comburantur, quàm fidei amore; ideoque nec iuridicè admittuntur ad pœnitentiam, nec solemniter absoluntur: quæ solennis & iuridica absolutio videtur requisita, vt ab Ecclesia iudicentur decedere ipsi reconciliati, & reincorporari. Hæc sententia est satis probabilis.

Sed non minus probabilem contrariam esse puto, quam tuetur Lessius *in 3. par. c. 5. de irregular. dub. 1. n. 38.* Coninch, *de Sacram. disp. 18. dub. 7. n. 5.* & Gaspar Hurtadus, *disp. 2. de irregular. diff. 3. n. 8.* vbi sic ait: Dicuntur inhabiles ad beneficia, & ad Officia publica Receptores Hæreticorum, & eorum Fautores in his, quæ pertinent ad hæresim, & descendentes Hæreticorum, & Receptorum, & Fautorum, vsque ad secundam generationem inclusiuè, vt dicitur *in cap. 2. de Hæreticis in 6.* Hæc tamen inhabilitas limitatur quò ad Descendentes ex prædictis per lineam fœmineam ad primum tantum gradum, & etiam limitatur quoad Descendentes ex prædictis probatis fuisse tales, & non reconciliatis Ecclesie ante mortem, aut non emendatis: ita vt si isti non fuerint iuridicè probati Hæretici; aut si fuerint, mortui tamen sunt Catholici, aut emendati: eorum descendentes non fiant inhabiles ad prædicta. Quod est verum, quamuis prædicti moriantur relaxati brachio sæculari; quia Textus absolute loquitur, & absolute excipit Descendentes reconciliatorum. Ita ille.

Dicendum est itaque *cap. Statutum* hanc Irregularitatem Filiis hæreticorum indicens, exigere, vt in hæresi decedant parentes à delicto non emendati, neque Ecclesie reincorporati: quod de iis parentibus non videtur verificari posse; cum de facto ab hæresi absoluantur, decedantque parati pœnitentiam adimplere, & Ecclesie præceptis obedire. Neque obest, quod solemniter eis non præsteret absolutio; satis enim videtur esse, quod de facto concedatur. Hac enim absolutione, quantumuis priuata, Ecclesie reconciliantur, & reincorporantur. Neque Textus reconciliationem, & reincorporationem solemnem exigat: & cum simus in materia odiosa, & pœnali: non est restrictio facienda. Verum, licet hæc omnia satis probabiliter dicta sint; tamen filij dictorum hæreticorum aliam Irregularitatem incurere videntur, nempe ex infamia. Et ideo Præpositus *in 3. par. tract. 5. de irregularitate, dub. 7. n. 45.* sic ait: Pontifex declarat hanc irregularitatem non contrahi ab iis quorum parentes ante mortem sunt reconciliati Ecclesie, & catholicè mortui sunt: quod etiam videtur verum, licet parentes sint damnati de hæresi, & supplicio affecti; quia Textus absolute loquitur; quamuis enim quibusdam in locis possent incurere irregularitatem ortam ex infamia: hæc tamen non contrahunt. Ita ille.

Nota etiam hic obiter cum Hurtado, *vbi supra*, & Præposito, contra Suarez *de Censur. disp. 43. sect. 3. num. 2.* quod non sunt inhabiles descendentes præ-

Antonin. Diana, Pars X.

dictorum morientium absque emendatione, si nati fuerint ex eis, quando erant Catholici, & non fautores, nec receptores. Et satis etiam probabiliter dici potest, hæreticos occultos non incurere irregularitatem; vt alibi probaui, & docet Hurtadus, *vbi supra diff. 4. num. 14.* cum multis aliis. Er dato hæreticos irregulares esse; satis etiam probabiliter dici potest, hanc irregularitatem non extendi ad hæreticos externè negantes Fidem, non autem internè; vt ex Azorio, & Navarro probat Castus Palaus, *tom. 6. disp. 6. punct. 19. s. 1. n. 4.* quicquid magis probabiliter asserat Suarez, Sanchez, Farinacius, & alij, quos adducit Palaus, *num. 3.* Nec obstat Textus *in cap. Presbyteros, dist. 50.* nam ibi nullum est verbum, ex quo colligatur Presbyterum illum sicè à Fide apostatasse; poterat enim timore duci, & nihilominus Fidem ex animo abnegare. Deinde casu, quo Textus loqueretur de sicè negante; solum comprehendit delinquentes publicè: nam in conclusione dicitur, eos, quorum crimina manifesta sunt ante, vel post ordinationem, à Sacris Ordinibus deiciendos esse; quorum tamen peccata secreta sunt, secreta satisfactione secundum Sacerdotis edictum in propriis Ordinibus remanere posse. Textus autem *in cap. Non potest. cap. Contra Christianos. de hæret. in 6.* in quibus Apostata à Fide hæresis pœnis subiicitur, intelligendi sunt de vero Apostata, qui Fidem ex animo negauit: secus qui solum verbis, vel factis negationem significauit. Fateor tamen contrariam sententiam esse communioem.

Petes Primò: An suspecti de hæresi hanc irregularitatem incurant: Affirmant aliqui: sed probabilius negatur, quia nullibi sufficienter exprimitur. Petes Secundò: An eam incurant schismatici? Respondetur negatiuè, si non sint hæretici. Petes Tertio: Quis in hac irregularitate possit dispensare? Respondetur, ordinariè solum Summum Pontificem: si tamen crimen sit occultum, videtur Episcopum posse dispensare, iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 6. de Reformatione.* Ità varij quia eo *cap. excipitur* sola irregularitas proueniens ex homicidio voluntario occulto. Sed crimen hæresis, vt dixi, si est occultum, aliqui probabiliter asserunt, non inducere irregularitatem.

An Episcopus possit dispensare super irregularitate ex defectu natalium, si delictum sit occultum?

R E S O L. XXIV.

STomachatur parùm modestè in me quidam modernus, quia ego sæpiùs quæstiones pertractatas iterùm pertracto: sed immeritò quidam: nam cum hoc facio; semper aliquid boni addo; vt obseruat doctissimus Pater Dicastillus *de Sac. tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 3. num. 40.* addendo scilicet vel nouas rationes, vel alios Auctores, quibus illa opinio indiget; cum non sit ita ab aliis communiter recepta, vel fuerit ab aliis aduersum me ore tenus contradicta. Ita erit in quæstione præsentis Resolutionis. Dico itaque, quod pro sententia affirmatiua circa propositam difficultatem alibi adduxi aliquos Doctores: sed quia eget autoritate illorum extrinseca, adducam nunc & alios. Vnde illam tantum probabilem admittit nouissimè Pater Andreas Gerunda *de Episcopatu lib. 2. disp. 5. cap. 2. n. 7.* cum sequenti; quem rogo Lectores omninò videant:

G 3 cui

cui adde Magistrum Cornejo in 3. par. D. Thoma, tract. 5. de irregul. disp. 15. dub. 2. quest. 1. sic asserentem: Sed quid, si illegitimitas proveniat ex delicto occulto? Respondeo, probabilem esse partem affirmatiuam, posse Episcopum dispensare, quoad Ordines Sacros, & Beneficia Curata cum illegitimo occulto: hanc vocat probabiliorum Auila, par. 7. dub. 5. disp. 3. quàm probat ex Text. in cap. Nisi cum pridem de renuntiatione. §. Persona ibi: si tamen, & culpa latet. Vbi Innocentius III. scribens Episcopo Arelateni, docet, dispensandum esse cum Illegitimo occulto, qui laudabiliter suum impleuit officium. Ex quo videtur Episcopo concessa facultas dispensandi saltem in susceptis; vt voluit Henricus lib. 14. c. 20. n. 2. nec fuit mens Tridentini, sess. 24. c. 6. de Reformatione restringere veterem Episcoporum facultatem; sed potius eam ampliare ad Casus illos occultos, in quibus antea non poterant dispensare. Confirmatur Primò, quia adhuc ex dicto loco Tridentini videtur hæc facultas concessa Episcopis; nam cum non exprimat, quòd tale delictum debeat esse proprium ipsius, cui conceditur, quamuis sit alienum, videtur comprehendi sub Decreto Concilij; & fauet ratio periculi, & scandali, quæ ex reuelatione occultorum criminum sequerentur, si necesse esset ad Sedem Apostolicam recurrere. Confirmatur Secundò, quia facultas dispensandi fauorabilis est, & late interpretanda, licet ipsa actualis dispensatio sit odiosa, & interpretanda strictè; vt late Sanchez tom. 3. de Matrim. lib. 8. disp. 2. Vnde minus bene loquitur Suarez, sect. 5. num. 5. dicens, hanc opinionem esse improbabilem, eò quod Tridentinum loquitur de irregularitate contracta ex proprio delicto, quod tamen non est omnino certum, cum non exprimat de quo delicto loquatur; & quamuis daremus, loqui de delicto proprio; non est eius mens coarctare potestatem, quam iure communi habet Episcopus, ex cap. Nisi cum pridem: sed eam extendere ad irregularitatem ex proprio delicto, in quibus non poterat antea dispensare. Ita Cornejo, merito carpens Suarez; licet postea adhæreat negatiuæ sententiæ, tanquam probabiliori.

Sed non deseram hic apponere ea quæ contra Suarez notat etiam Pater Præpositus, in 3. par. 9. 5. de irregularit. dub. 16. n. 131. vbi sic ait: Petes, an si occultum sit, aliquem esse illegitimum; Episcopus possit cum eo absolute dispensare, virtute cap. 6. de Reformatione, sess. 24. Concilij Tridentini? Suarez disp. 50. sect. 5. n. 5. refert aliquos id sentire quorum opinionem iudicat improbabilem; cum hæc Irregularitas non oriatur ex peccato, sed ex defectu, vitiosa scilicet proles origine, & ex eo quod nata sit extra Matrimonium legitimum. Imò addit, non posse dispensare, quamuis dicatur oriri ex crimine parentum; quia Irregularitas, ex delicto in Concilio non vocatur, nisi ea, quæ contrahitur ex crimine ipsius, qui est irregularis; Passim etiam alij videntur supponere, Episcopum non posse in ea dispensare, saltem quoad Sacros Ordines recipiendos. Auila par. 7. disp. 3. dub. 7. censet posse, in quod, quamuis timide, propendet Henriquez, lib. 14. cap. ultimo, littera H. Respondetur Primò, videtur omnino probabile, quòd Episcopus possit dispensare in Irregularitate proveniente etiam ex delicto occulto alterius: primò, quia verba Concilij id patiuntur, quidquid dicat Suarez. Secundò, quia Concilium non videtur magis voluisse fauere irregularibus ex proprio delicto, quàm ex alieno. Tertio, eadem ratio militat etiam in eo, qui propter alienum deli-

ctum est irregularis, nimirum, ne si quis cogatur Romæ petere dispensationem, delictum occultum pateat, ex quo oriatur infamia. Confirmatur: Potestas data in iure communi, & dignitati, late est accipienda, nisi constet de contrario; & potissimum in præsentia materia, in qua Episcopus quodammodo reducitur ad potestatem suo gradui conuenientem.

Respondetur Secundò: Non est improbabile, quòd Episcopus possit dispensare in irregularitate Illegitimi; ita Auila, asserens viros doctos id sentire; quia licet respectu ipsius proles hæc irregularitas sit ex defectu; rem tamen moraliter considerando, oritur ex delicto: & Ecclesia eam inducendo, voluit punire parentum incontinentiam, atque aded potest foris rationem pœnæ. Confirmatur: Omnia iura hanc inducentia supponunt communiter peccatum in parentibus, ex quo illa oriatur: & variis casibus, vbi peccatum illorum non interuenit; proles non est irregularis, quamuis nata sit extra Matrimonium verum à parte rei; vt patet ex dictis. Nec refert, quòd si proles absque culpa parentum nasceretur extra matrimonium etiam puratum legitimum, censenda esset irregularis, quia non obstante tali casu rarissimo, & quem lex non spectauit, dicendum, quòd moraliter, & secundum quòd communissimè accidit, illegitimitas proles oriatur ex peccato parentum; & quod lex spectauerit id, quod sæpius accidit; quamuis in eo casu rarissimo, quem non excepit, etiam incurreretur Irregularitas: in quo tamen inuenitur actio materialiter mala, & sufficiens fundamentum malitiæ, si adessent cætera requisita. Vnde fit verisimile, quòd Episcopus in casu resolutionis possit dispensare absolute (sicut potest absolute dispensare per Concilium) quoad Sacros Ordines, & Beneficia maiora, seu Dignitates, & prælaturas. Hinc, si quis susceptus ex occulto adulterio habeatur passim legitimus; possit ab Episcopo impetrare dispensationem ad Sacros Ordines suscipiendos, & Beneficia duplicia. Hucusque Præpositus, loco citato.

Verum, licet hæc omnia probabiliter dicta sint; tamen Ego puto cum illegitimo etiam occulto, quòd ad Sacros Ordines, Dignitates, & Beneficia Curata, solus Papa potest dispensare; ad Minores verò, & Beneficium simplex potest Episcopus. Vtrumque deducitur expressè in c. 1. de filiis Presbyterorum, in 6. vbi generaliter loquitur de quibuscumque filiis illegitimis. Idem, quòd de Episcopo, dicendum est de capitulo Sede vacante; vt docet Nauarrus conf. 7. de filiis Presbyterorum. Quòd intelligendum est cum duplici limitatione. Prima, quòd tale Beneficium simplex non fuerit possessum à patre talis illegitimi, ex toto titulo, de filiis Presbyter. & ex Concilio Trident. sess. 25. c. 15. de Reformat. Secunda, quòd tale Beneficium non requirat Sacrum Ordinem; nam aliàs non poterit Episcopus in eo dispensare, sicut nec in ipso Ordine Sacro; vt ex pluribus resoluit Sayrus lib. 5. cap. 21. num. 11. Quapropter probabilis iudico, non posse Episcopum dispensare ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis; cum iuxta nouam decisionem Tridentini, sess. 24. cap. 12. de Reformat. habeat annexum Ordinem Sacrum: poterit tamen ad Canonicatum Ecclesiæ Collegialis, de qua non loquitur Concilium.

Nota verò, quòd post hæc scripta inuenio Castrum Palaum, tom. 6. disp. 6. punct. 9. n. 10. docere, probabilius sustineri posse, quòd Episcopus dispensare possit cum illegitimo Ordinato in Sacris bona fide, vt in susceptis Ordinibus ministret, quia per ipsam Ordina

Ordinationem bona fide susceptam videtur ius ali-
quod ad vsum acquisiuisse; vt docuit Nauarrus, *tit.*
de Filiis Presbyter. conf. 4. num. 2. & conf. 3. de astate,
& qualitat. Ordinandor. ad secundam qu. Henriquez,
lib. 12. de Matrim. cap. 20. num. 2. & lib. 14. cap. 8.
num. 10. Auila part. 7. disp. 3. dub. 6. vers. Sexto no-
randum. Paulus Layman, lib. 1. Summ. tractat. 5. pars.
5. c. 5. num. 2. fauetque cap. Lugdunensis 9. quest. 2. &
ibi, Glossa. Quinimò non videtur improbabile,
quod tradit, Layman posse inquam Episcopum dis-
pensare cum hoc illegitimo, vt in susceptis mini-
strer; tamen si mala fide Ordines Sacros suscepisset.
Argument. *cap. Nisi cum pridem de renunciat. ibi:*
Licet irregularitatem non potuerit subiicere; si ta-
men & culpa latet, & causa, cum eo, qui laudabili-
ter suum impleuit Officium (iniuncta sibi pœni-
tencia salutari) potest non minus vtiliter, quàm mi-
sericorditer dispensari. Ita Palaus, cuius sententiam
tenet etiam Escobar, in *Theol. moral. tract. 4. Exam.*
6. cap. 5. n. 70. Itaque, licet ego, vt dixi, circa pro-
positam quæstionem, negatiuæ sententiæ adhæ-
ream; tamen contra Suarez existimo affirmatiuam
nota improbabilitatis iuri non posse.

Et idè post hæc scripta inuenio hanc senten-
tiam tanquàm probabilem, præter Doctores citatos
contrà Suar. & alios, docere Pellizzarium in *Man.*
Regul. tom. 2. tract. 7. c. 5. sect. 2. n. 73. Qui etiam n. 70.
tenet me citato, Expositos non esse irregulares,
quoad Ordines; & ipse addit, & benè, etiam quoad
Religionem; si quidem rationes adductæ pro Or-
dinibus, à fortiori probant intentum etiam de Re-
ligione: stante, quòd iura, quæ aliàs valdè abun-
dant in multiplicandis irregularitatibus, quoad Or-
dines, de facto non declarant Expositos esse irregu-
lares, quo ad Ordines; quin potius oppositum sta-
tuunt: & si id statuunt, quoad Ordines, multò ma-
gis dicendum est idem statuisse quoad Religionem;
iuxta regulam: vbi militat eadem ratio, militat &
eadem iuris dispositio. Quæ regula maximè habet
locum, vbi agitur de extenuandis pœnis, attenda illa
alia regula: In pœnis benignior interpretatio sem-
per facienda est. Et tandem notat etiam Pellizza-
rius, vbi supra num. 71. quòd tales illegitimi, causa
gravi urgente possint promoueri ad Sacros. Ordines,
etiam sine vlla dispensatione: si hæc peti, ac ob-
tineri nequeat sine propria infamia, & pœnitentia.

*An qui contraxit bigamiam cum Vidua, vel
accessit ad propriam uxorem, postquam il-
la adulterium commisit, possit petere dis-
pensationem huius irregularitatis ab Epi-
scopo?*

R E S O L. XXV.

Suppono esse irregularem ex bigamia interpre-
tatiua, si contrahas Matrimonium cum Vidua,
quæ priùs Matrimonium consummauerat. Et idem
est, si contrahas cum corrupta ab alio; vt dicitur
cap. Pracipimus, dist. 34. & cap. Si quis Viduam 50.
& cap. Debitum de Bigamis. Secundo suppono, quòd
hæc bigamia interpretatiua contingit per accessum
ad propriam uxorem, postquam illa adulterium
commiserit; tamen à principio virgo accepta fue-
rit. Sicuti habetur *cap. si Laici 34. dist. & tradunt*
omnes Doctores apud Suarez, *disp. 49. sect. 3. n. 15.*
Sanchez, *disp. 84. num. 15. & Augustinum Barbosam*
alleg. 49. num. 8. Ratio est, quia maritus, cognoscens
uxorem ab alio corruptam, maritus corruptæ nun-

cupatur; idèque perinde iudicandus est, ac si cum
corrupta contraxisset.

Difficultas verò est, an hæc irregularitas contra-
harur; si ignorans coniugis adulterium, illam car-
naliter cognoueris? Et idem est, si a principio, exi-
stimans ducere virginem, duxeris corruptam? Ne-
gant Petrus de Ledesma, *de Matrim. qu. 66. art. 3. col.*
penult. & Emmanuel Sà, verb. irregularitas bigamia,
n. 3. Moueri possunt, quia actus, ob quem irregula-
ritas contrahitur, debet esse actus ab homine, qua-
tenus rationalis est; ac proinde ab illo, quatenus
ratione utitur. Cognoscens verò uxorem, ignorans
esse adulteram, nunquam liberè suam carnem diui-
sit in plures. Ergo nunquam fundamentum præstitit
contrahendi hanc irregularitatem. Verùm, in his ca-
sibus irregularitatem contrahi, docent Doctores
communiter, Auila *7. par. disp. 8. dub. 1. vers. Tertio*
modo, Sanchez, lib. 7. disp. 84. num. 15. Paulus Lay-
man, lib. 1. Summ. tract. 5. par. 5. c. 6. n. 3. & alij innum-
meri apud ipsos. Quippe hæc irregularitas non in
pœnam alicuius delicti; neque ob infamiam vllam
personæ, sed ob defectum significationis inducta
est; quæ significatio esse non potest, si maritus cor-
ruptæ fuerit; quia sicut ipsa mulier in plures suam
carnem diuisit; sic vir illam cognoscens, censerur in
plures suam carnem diuisisse.

His suppositis; quæro, an Episcopus possit dis-
pensare cum supradictis bigamis? Et probabiliter
affirmatiuè respondet Ioannes Præpositus in *3. part.*
D. Thoma, quest. 5. de irregularis. dub. 7. n. 138. vbi sic
ait: Peculiaris difficultas, an Episcopus nunquam
possit dispensare in irregularitate orta ex bigamia
interpretatiua, v.g. si res sit occulta. Aliqui vnuer-
sim censent non posse, quia hæc irregularitas non
oritur ex delicto, sed ex defectu significationis, vel
ex ipso facto coniugij attentati etiam inualidè: non
viderur tamen improbabile, quòd possit in ea, quæ
oritur ex delicto etiam alieno, v.g. in irregularita-
te, quam contrahit is, qui cognouit uxorem, post-
quam ea commisit adulterium cum alio, si talis in-
currat irregularitatem, etiam si adulterium vxoris
sit occultum; quia talis irregularitas verè oritur ex
delicto, vt ostendimus. Item, quòd possit in ea,
quam contrahit Sacerdos, qui post mortem vxoris
legitimæ, existens in Sacris, tentat aliam in uxorem
accipere; quia etiam hæc irregularitas oritur ex
delicto; idque etiam si conetur contrahere cum vi-
dua: nam cum Matrimonium sit irritum, non indu-
cit irregularitatem ex defectu significationis, sed ex
peccato. Tertio, si Laicus contrahat irregularita-
tem, incundo Matrimonium cum duabus inualidè,
vel cum vna validè, cum alia inualidè; vel inuali-
dè cum vidua. Quam irregularitatem oriri ex de-
licto, tenet Sanchez, *lib. 7. de Matrim. disp. 84. n. 6.*
in fine, qui pro ea sententia plures citat; & disp. 86.
num. 12. censet Episcopum in nostro casu posse dis-
pensare. Non est, inquam, improbabile in his, &
similibus casibus, quando irregularitas est occulta;
Episcopum posse dispensare, non solum quoad mi-
nores Ordines recipiendos, vel exercendos, sed
etiam quoad Maiores, iuxta potestatem ei conces-
sam à Concil. Tridentino, *sess. 24. cap. 6. de Reformat.*
Pote etiam dispensare in irregularitate occulta,
quam contrahit Subdiaconus, ducens viduam, quia
eius irregularitas est ex delicto; vt censet Sanchez
disp. 85. num. 10. videri potest disp. 86. num. 23. Huc
usque Præpositus; cui etiam adde Castrum Palaum,
tom. 6. disp. 6. punct. 8. num. 16. sic asserentem: Si
bigamia ex delicto proprio confurgat; satis proba-
bile est si delictum occultum fuerit, posse Episco-
pum

» pum dispensate, virtute Tridentini, *sess. 24. cap. 6.*
 » Quinimò posse dispensare, etiam si ex delicto alie-
 » no hæc bigamia emanauerit; vt contingit, cum
 » corruptam ducis, vel vxorem adulteram agnoscis,
 » docuerunt Henriquez *lib. 12. de Matrim. cap. 6. in*
 » *fine. & lib. 14. cap. 20. num. 2.* Barbosa *2. part. de*
 » *Potest. Episcopi, alleg. 49. num. 25.* Sayrus, *lib. 6.*
 » *cap. 7. num. 9.* quia Tridentinum non distinguit,
 » an ex delicto proprio, vel alieno oriatur. Ita
 Palans.

Sed, vt verum fatear cum Lessio *in 3. par. D. Tho-*
ma. cap. 8. de irregular. dub. 2. num. 58. non caret dif-
 ficultate, quod quis incurrat irregularitatem, si
 ignorans cognoscat vxorem adulteram. Vide *cap.*
si cuius est, & seqq. dist. 34. Imò videtur adu-
 lterium debere esse euidenter probatum, vel certè no-
 torium. Et ita insimuant, qui affirmant hoc im-
 pedimentum contrahi à viro scilicet vxorem adul-
 teram carnaliter cognoscente; tacite enim suppo-
 nunt, stante ignorantia, non esse huic impedi-
 mento locum. Sic Glossa *cap. 2. de Baptis. Rebuff.*
de pacific. possessor. num. 194. Gregorius Lopez,
leg. 35. tit. 5. part. 1. Anton. Cuchus, *lib. 4. Institut.*
Maiores. tit. 12. num. 175. Palarius *in 4. dist. 27.*
disp. 4. Sed, vt dixi, affirmatiua sententia est com-
 muniior. Vnde Cornejo *in 3. par. D. Thom. tract. 5.*
de irregul. disp. 10. dub. 2. questione 4. sic ait: *Quæ-*
res, an sit irregularis, qui vxorem suam postquam
adultera est, carnaliter cognoscit? Respondeo af-
firmatiuè ex Textu expresso in cap. Si cuius, & in
cap. Laici dist. 34. vbi habetur per adulterium
 vxoris fieri maritum irregularem: quod intelligen-
 dum est, si post adulterium ad eam carnaliter accè-
 dit. Argum. Text. *in cap. Finali, eiusdem distin-*
ctionis, & cap. Debitum de Bigamis. dist. Sed quid,
 si vir ignoret vxoris adulterium, & ad eam bona
 fide accedat? Respondeo, etiam incurtere hanc ir-
 regularitatem, ex D. Thoma, de eo, qui ignoranter
 ducit corruptam. Et ratio est, quia hæc irregula-
 ritas oritur ex facto, & defectu significationis: vn-
 de maritus, cognoscens postea vxoris delictum;
 abstinere debet in conscientia, soluto matrimonio,
 ab Ordinibus suscipiendis; quamuis, vt in Foro
 exteriori non admittatur, necessarium sit, quod
 tale adulterium probetur; & iste est sensus *dist.*
cap. Si Laici: Ita ille.

Sed quid dicendum, si maritus cogatur per cen-
 suras reddere debitum, vel quia adhuc pender lis,
 vel quia non potuit sufficienter probare adu-
 lterium vxoris? Respondeo, etiam fieri irregularem.
 Et ratio est eadem, quod scilicet irregularitas hæc
 contrahitur ex facto proprio etiam licito. Neque
 argumenta in contrarium aliquid conuincunt, ne-
 minem iuste puniri ob actum, ad quem tenetur,
 & similia: quia supponunt hanc irregularitatem
 esse pœnam; quod est negandum: & sibi imputer
 maritus, qui voluntariè vxorem duxit, quod tan-
 tum incommodum, quale est ista irregularitas in-
 currat.

Notandum est hinc obiter, quod si de Ordini-
 bus minoribus; & Beneficio simplici loquamur,
 probabilis est sententia affirmans, posse Episco-
 pum etiam cum bigamis propriis dispensare, vt
 hos Ordines minores, & Beneficia simplicia ob-
 tineant.

An Episcopus possit ordinare, & Dimissorias
concedere Filio alicuius satellitis, vel pu-
blica meretricis? Et latè de irre-
gularitate contracta ex
infamia.

RESOL. XXVI.

QVò ad primum, suppono, Satellites esse irre-
 gulares; hoc tamen non obstante, eorum fi-
 lios non esse infames, nec irregulares: & idèd posse
 Ordinibus initiari tradunt communiter Doctores;
 & ita docet Marchius, *de Sacram. Ordin. tract. 1.*
part. 10. cap. 4. num. 4. Suarez *de Censur. disput. 48.*
sect. 3. num. 3. Palans, *tom. 6. disp. 6. punct. 20. n. 5.*
 Bonacina, *de Sacram. disp. 7. quest. 3. punct. 2. num. 12.*
 Reginaldus, *tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 15. n. 198.* Fil-
 liucius, *tom. 1. tract. 19. cap. 8. n. 230.* Megala, *vbi*
infra n. 158. Maiolus *de irregul. lib. 3. cap. 1. num. 7.*
 & alij. Et ratio est quia ignobilitas, & vilitas pa-
 rentum non nocet filiis, quin ad Ordines & quas-
 cumque Ecclesiasticas dignitates promoueri pos-
 sint, si ipsi laudabiliter viuunt; vt notat Glossa *in*
cap. Quoniam vetusto 24. q. 1. verb. Inuidia: & infam-
ia iuris non incurritur, nisi sit in iure expressa:
 sed contra filios satellitum, nulla iuris infamia in
 iure lata inuenitur; vt habetur contra filium, & ne-
 potes parentum violentas manus in Cardinales in-
 iicientium, *ex cap. Felicis in 6.* & contra filios pro-
 ditorum, crimen læsæ Maiestatis committentium, *ex*
leg. Qui quis. §. Filij. Cod. Ad leg. Jul. & in alijs simili-
bus casibus in iure expressis. Ergo, &c. Et ita no-
 stram sententiam, præter Doctores citatos, tenet
 Cornejo, *in 3. part. D. Thoma. tract. 5. de irregul. c. 8.*
dub. unico quest. 3. vbi sic ait: *Quæres an hæc irre-*
gularitas incuratur ex infamia inculpabili, vt ex vi-
li conditione Officij, aut personæ? Respondeo af-
firmatiuè; vbi duo obseruanda sunt. Primum est,
 nullum Officium, quamuis vile, & abiectum, indu-
 cere irregularitatem, nisi vel aliquo iure ciuili, aut
 canonico constet inducere infamiam; vel tale sit, vt
 sine peccato mortali exerceri nequeat: quia tunc ra-
 tione talis peccati inducet infamiam facti. Secun-
 dum est, infamiam, & irregularitatem harum vi-
 lium personarum ratione Officij non transire in fi-
 lios. Ita ille.

Sed quid dicendum de filio meretricis an possit
 ab Episcopo promoueri ad Ordines? Et negatiuè re-
 sponder Sayrus *de censur. lib. 7. c. 1. num. 8.* Sed cum
 ipse hanc sententiam, ait Megala *in 3. par. lib. 7. c. 1.*
qm. 8. n. 156. nullo iure probet, & infamia iuris non
 contrahatur sine iure hoc determinante; existimo
 hoc dictum non esse admittendum, nisi inuento iu-
 re hoc affirmante: quod Ego summa diligentia quæ-
 siui, & inuenire illud non potui; sed potius inueniri
 contrarium. Hæc Megala. Verùm sententiam Sayri
 tenet Cornejo *suprà. q. 2.* licet meretrix publica fue-
 rit coniugata: idèd tu cogita, sicuti, & de filio car-
 nificis, vulgò dicto, il boja: nam licet huius officium
 sit vilissimum, & ipse non solum, quia vindictam
 sanguinis exercet, sed etiam quia infamis est irre-
 gularitatem contrahat; vt per Text. Gloss. & Docto-
 res *in Clement. 1.* dixit Maiolus *de irregul. lib. 1. c. 1.*
n. 5. vers. Inter hos: vbi addit hoc etiam procedere in
 eo, qui semel tantum tale officium exercuit, etiam si
 coactè hoc fecerit: tamen eius filios non contrahere
 dictam infamiam, & irregularitatem quoad Ordines,
 diceret Megala, ex rationibus superius adductis, quæ
 militant etiam in filiis carnificum; & quia talis infam-
 ia

nia contra eorum filios non inuenitur in iure expressa. Vnde Palaus, *vbi infra num. 5.* asserit, filium carnificis non esse infamem, neque irregularem. Idem dicendum videtur de filiis, quorum patres fuerunt publicè flagellis cæsi: nam licet isti sint infames ex Cornejo, Marchino, & aliis, tamen ex rationibus superius dictis videtur dicendum, quòd eorum infamia non transfertur in filios, ita vt arceantur ab Ordinibus. Et licet ego olim docuerim damnatos ad tritemes non esse irregulares, modò existimo cum Thesaurò *in praxi, part. 1. cap. 33.* Si fuerint ad tritemes damnati ex causa famosa; dictam pœnam inducere infamiam, & irregularitatem: non videtur tamen dicendum eorum filios dictam infamiam contrahere, vt non possint Ordinibus initiari: & hoc ex rationibus adductis.

Et tandem pro coronide huius resolutionis, non deseram hîc apponere opinionem dicti Castri Palai, *vbi supra, tom. 6. disp. 3. punct. 20. num. 6.* vbi sic ait: Tertio infamia nascitur ex officio; sunt enim aliqua officia ita vilia in Republica, vt ea exercentibus infamiam irrogare videantur. Huiusmodi est officium Histrionum, qui olim se pretio conducebant ad spectaculum sui corporis exhibendum, siue qui obscena publicè repræsentabant. De quibus S. Augustinus *lib. 2. de Ciuir. Dei, cap. 11. & 13.* Hi igitur ob turpes, & indignas repræsentationes infamiae nota afficiebantur, iuxta *leg. 1. & 2. §. Ait Prætor, iunctis duobus sequentibus. ff. de his qui notantur infam. cap. De finibus 4. quest. 1. & cap. aliquantos § 1. dist.* Præter supra dictum officium histrionum, seu scenariorum, alij enumerant officium carnificum, macellariorum, licitorum, & similibus: sed absque fundamento, nam, esto sint officia infamis conditionis, & notæ: nullo tamen iure scripto cauetur infames esse ea exercentes. Ita ille; Et quidem Cornejo, *vbi supra, quest. 2.* docet etiam nullum officium vile, & abiectum inducere irregularitatem, nisi constet in iure inducere infamiam. Sed, si sententia Palai esset admittenda; plures scrupulos tollerent, & plures essent immunes ab irregularitate, & à petitione dispensationis. Verùm communiter contrarium Doctores sentiunt; afferentes, supradictos tanquam infames arceri ab Ordinationibus, & esse irregulares: Idèd viri docti cogitent.

Sed si inquiras hîc, an infamis in vno loco, remaneat infamis in omni loco; ita vt non possit recipere Ordines in vllò loco? Et affirmatiue ex Hugolino respondet Bonacin. *de Sacram. disp. 7. q. 3. punct. 2. num. 10.* Ratio est, tum quia alioquin infamis in vno loco, migraret ad alium, ibique Ordines susciperet, sicque frustraretur finis legum: tum quia irregularitas est impedimentum personale, quod sequitur personam; vt in simili dictum est de effectibus censurarum. Sed negatiuam sententiam tenet Marchinus, *de Sacram. Ordinibus, tractat. 1. par. 10. c. 4. n. 17.* Ducor, ait ille, exemplo excommunicati denunciati in vno loco, qui non est vitandus in alio loco etiam ab iis, qui rem secreto norunt. Item quia alio loco retinet bonum nomen: ergo ibi non est infamis: ergo poterit ad Ordines promoueri cum duabus conditionibus; Prima, vt infamia istius non sit facilè peruentura ad locum, in quo ordinatur: secunda, vt non sit reuersurus ad locum, in quo famam amisit. Hæc Marchinus.

Verùm, quia sæpius occurrunt Casus circa irregularitatem ex infamia; dico itaque in gratiam Confessorum, infamiam iuris incurri dupliciter: Primò, per sententiam Iudicis definitiuam, qua quis de aliquo crimine condemnatur. Secundò, per quæ-

dam crimina, quibus statuto iuris annexa est infamia. Vide Syluestrum, *verb. Infamia, n. 8. & 9.* Huiusmodi sunt periurium in iudicio, simonia, sodomia, improbum fœnus, idest, vbi vsuræ vsurarum exiguntur, sacrilegium, duellum, crimen læsæ Maiestatis, hæresis, similiter esse fautorem, defensorum, receptatorem hæreticorum. Hi omnes ita sunt irregulares, quando crimen est publicum, vt per pœnitentiam non purgentur; sed opus habeant dispensatione. Alia verò crimina notoria, etsi digna sint depositione, si tamen non habeant annexam infamiam iuris, non inducunt veram irregularitatem, nisi post sententiam iudicis. Ratio est, quia vera irregularitas non tollitur per pœnitentiam: hæc autem infamia per pœnitentiam, & vitæ mutationem, vel etiam per purgationem canonicam tollitur. Vnde per adulterium, & crimina adulterio minora, non incurritur vera irregularitas, quamuis notoria sint: sed suspensio quædam ob indecentiam, donec infamia sit absterisa, iuxta Couarruiam *2. par. §. 1. num. 4* quod est contra Nauarrum, qui cum multis aliis propter *cap. Quæsitum est de temporibus ordinandorum*, putat incurri irregularitatem. Verùm hoc Capitulum non cogit; quia facilè exponi potest de suspensione, sicut exponit Couarruias: vel certè, quòd solum contineat pœnam inferendam; tantùm enim ait, eos, qui laborant infamia facti, impediri debere ab Ordinibus. Ratio est, quia hæc delicta solum faciunt inhabilem ad Ordines, & eorum vsum, ob infamiam facti: ergo hac infamia absterisa, erit & inhabilitas absterisa. Et hæc omnia docet Lessius *in 3. par. D. Thoma, cap. 5. de irregul. dub. 1. n. 37. & 39.*

Nèque etiam deseram hîc apponere verba Machadi *tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 16. docum. 6. n. 6.* vbi sic ait: Hase de aduertir, que aunque commune-mente muchos Auctores defienden, que la infamia, que resulta publicamente de qualquiera delito graue, induze irregularidad hasta que la persona se enmiende del. Con todo esso, orros son de parecer, que por graue; que sea el delito, de que resulto la infamia de hecho, non se contrae irregularidad; sino es en caso, que por Derecho le estè impuesta. I Nicolas Garcia varon tan docto prueba, que por ningun delito por enorma que sea, excepto el homicidio, no se contrae irregularidad por razon de la infamia, aunque sea en el mismo tiempo, en que la persona persevera en el. Sed hoc communiter à Doctores non admittitur.

Si autem quæras, quomodo infamia auferri possit? Respondet Basszus, *verb. irregularitas 10. n. 7.* quatuor modis. Primò, infamia facti, auferri potest per emendationem. Secundò, infamia iuris canonici, & ciuilis potest à Summo Pontifice auferri: immò illa, quæ est iuris ciuilis, potest etiam auferri à Principe, qui eam statuit; qua sublata infamia, tollitur Irregularitas. Tertio, infamia potest auferri per dispensationem Episcopi, quatenus potest dispensare in adulterio, & criminibus minoribus adulterio; nam directè dispensando in delicto indirectè etiam & accessoriè abolet infamiam inde consurgentem. Quarto, per baptismum tollitur omnis infamia consurgens ex delicto; nam infamia sequitur peccatum, sed per baptismum auferitur peccatum. Ita Basszus.

Sed primum eius dictum indiget explicatione: nam intelligendum est de emendatione etiennali; vt obseruat Iulius Clarus, *lib. 5. Sententiarum, § ultimo, q. 21. n. 2.* Marchinus, *vbi infra*, cum Castro Palao, & alijs. Quamuis Tolerus *lib. 8. cap. 57. n. 3.* dicat,

car, non posse quem promoueri, quandiu delictum illius manet in mentibus hominum. Quod ego intelligo de mansione iudica, quæ tollitur pœnitentia trium annorum. Quod si infamia sit apposta delicto à lege, vel à iudicis declaratione per modum pœnæ, vt in raptore mulieris, & huiusmodi; tunc non sufficit vitæ emendatio; sed Prælati dispensatio necessaria erit: nam pœna iuris auferri non potest, nisi per legitimam auctoritatem; vt bene obseruat Machinus *de Sacram. Ordin. tractat. 1. par. 10. cap. 4. num. 13.*

Quoad Tertium dictum Bassæi, sic asserit me citato Machadus *ubi supra num. 8.* Si la infamia es de Derecho dudan los Doctores, si podrá en ella el Obispo. Alguno lo niegan. Pero otros lo afirman: fundados en que puede dispensar en el adulterio, y otros delitos menores que el; porque dispensando directamente en el delito, es visto auer dispensado directamente en la infamia que del resulta. Et Marchinus *ubi supra num. 14.* docet; quod in eo delicto, in quo Episcopus potest dispensare licebit ei dispensare in infamia ex illo consurgente. Quare, dispensando in periurio, hæresi, simonia, & huiusmodi, accessorie dispensabit in infamia, quæ ex illis oritur. Verùm Castrus Palauus *tom. 6. disp. 6. punct. 20 num. 13.* putat, quod Episcopus nullatenus potest cum infamibus dispensare, vt ad Ordines ascendant. Vt verò in susceptis ministrent, poterit, post peractam pœnitentiam, dispensationem concedere; si delicta, ex quibus infamia contracta est, sint adulterio minora; vt colligitur *ex cap. At si Clerici. §. de Adulterio, titul. de Iudiciis, & tradit Panormitanus, cap. Cum te, num. 15. de Sentent. & re iudicata.* Vide etiam Molinam, *tractat. 4. disp. 10. num. 6.* Auilam, *par. 7. disp. 4. dub. 5.* & Henriquez, *lib. 14. cap. 5. n. 3.*

Et tandem, quoad quartum dictum Bassæi, assero, cum ipso sentire Bonacinam *de Sacram. disputat. 7. quest. 3. punct. 1. num. 6.* nam non obstat, quod infamia iuris non tollatur per pœnitentiam: ergo neque per baptismum: cum ratio dicta de baptismo militet etiam in Sacramento pœnitentiæ. Respondet enim negando consequentiam; nam plures effectus producuntur per baptismum, quam per pœnitentiam: nam baptizatus, si statim suscepto baptismo, moriatur, migret in cœlum; cum per baptismum tollatur omnis reatus; non verò per pœnitentiam: nam sublato reatu pœnæ æternæ, remanere solet reatus pœnæ temporalis; vt constat ex dictis de pœnitentia: consequenter mirum non est, si per baptismum tollitur infamia iuris, non verò per pœnitentiam. Verùm hæc opinio mihi non placet; & illam reprobatur Cornejo *in 3. par. D. Thome tract. 5. de irregularit. disp. 8. quest. 5.* & alij; quia per baptismum non tollitur infamia iuris, saltem ciuilibi: vnde si ludæus Romæ, aut Turca Hispaniæ esset per sententiam iudicis publicè propter furtum flagellatus, quamuis postea baptizaretur; maneret nihilominus infamis, & inhabilis ad actus ciuiles; si esset condemnatus ad triremes, non liberaretur per baptismum, nisi adesset Principis dispensatio: ex quo fit, vt etiam maneat infamis infamia canonica, irregularitatem inducente, ex illo principio generali, quod omnis persona infamis iure ciuili, est etiam infamis iure canonico. Vbi aduertendum est, doctrinam hanc procedere solum in illis Iudæis, ac Gentilibus, qui subditi sunt Principibus Christianis, & per omnes leges ciuiles talem infamiam ante baptismum contraxerunt: secus autem in illis, qui in propriis Prouinciis infidelium degentes, iuxta

propriam leges infames erant: nam isti illicò ac baptizantur, infamiam illam amittunt.

An ex vi Regule sit prohibitum sub peccato mortali Fratribus Minoribus in biga, vel in quadriga ambulare?

R E S O L. XXVII.

Suppono, quod in Regula S. Francisci sic habetur: *Et non debeant equitare nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur.* Queritur ex his verbis, an sit Fratribus Minoribus prohibitum bigare, vel quadrigare? Et negatiuè, secluso scandalo, respondet Petrus Marchant eiusdem Ordinis *in Exposit. Regula S. Francisci, cap. 3. textu 4. questione 2.* quia bigare, & quadrigare non nisi valde improprie nomine equitationis intelligi possunt; Regula autem simpliciter intelligenda est, prout communis sensu sonat. Nec valet; quod qui equis trahitur, equo vehi dici possit: sic enim nec nauis vehi liceret, vbi nauis ab equis traheretur, vt in fluminibus communiter fieri solet. Subdit tamen Marchant, quod bigatio, & quadrigatio ex aliis titulis prohibetur Fratribus Minoribus extra casum necessitatis, vel infirmitatis. Primò, ex ratione sumptuum, pro quibus esset ad amicos spirituales pro pecunia recurrendum. Secundò, ob scandalum, vel periculum scandali, & excessum grauem contra humilitatem & vtilitatem pauperrimi status Fratrum Minorum, & contra intentionem Patris nostri Francisci supra allegatam. Ita Marchant. Ergo si quis per ciuitatem non pompaticè, sed modestè ex Fratribus Minoribus in curru ambularet cum cortinis clausis; non peccaret mortaliter, secundum Marchant. Et ita mecum Romæ in curru ambulasse duos Fratres Minores, viros satis pios, & doctos, testor; & cum aliis idem eos fecisse, vidi. Itaque, præcisa ratione recursus, siue sumptuum, & materia scandali, non videtur Frater Minor peccare, vbi ex causa rationabili, etsi non necessaria, vteretur biga vel quadriga. Ratio est; quia ex vi verborum Regule simpliciter non tenetur, & quamuis intentio Sancti Patris fuerit (vt antiqui Expositores dicunt) quod quantum fieri potest, Fratres sui pedites cum Christo ambularent: istam tamen suam intentionem, quantum ad bigationem sub præcepto non proposuit, sed sub perfectionis gradibus potius reliquit; modò in paupertatis exemplaritate, cum periculo scandali, non fiat excessus; & contra paupertatem in sumptibus extra necessitatem non fiat recursus.

Sed ego, vt verum fatear, magis affirmatiuè sententiæ adhæreo, quam tueretur nouissimè doctus Pater Leandrus à Murcia, Capuccinus, *in Q. Q. Regul. ad cap. 3. Regula, cap. 3. num. 2.* vbi sic ait: Por ir à cauallo, segun S. Bonauentura, y Hugo, se entiendo no solo el ir en qualquier caualgadura, sino el ir en carro, coche, litera, ò otras cosas semejantes, como lo declaran las Constituciones del Farinerio, y Martino Quinto, y la comun de los Expositores; y assi como dize el P. Nauarro, *cap. 3. quest. 5.* es improbable la opinion del P. Marchant, que enseña, que no obliga este precepto à no ir en carro, ò coche, fundado en que la palabra, *equitare*, rigo-rosamente solo significa ir en cauallo, y no en coche ò carro. Però este fundamento es muy leu- porque el idioma Latino, no tiene otro vocablo para significar el no ir à pie, y vno auia de inuentar el Santo otras nuevas palabras en el dicho idioma; y aun

„ y aun el nuestro Castellano se dize, que vno vâ à cauallo, aunque vaya en mula, coche, ò carro. Ita ille. Et quidem vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio *leg. Illud. ff. Ad leg. Aquil. leg. si postulauerit. § 2. ff. Ad leg. Jul. de Adulter. leg. Quidam Nummulario: ff. de edendo. leg. nauta. § fin. ff. Nauta, Caup. leg. à Titio. ff. de furtis. leg. Illud. Cod. de Sacros. Eccles. § si igitur. Instit. quod cum eo, Gloss. verbo Italia. in c. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Menochius, conf. 324. num. 10. & consil. 335. num. 32. & 33. & consil. 339. num. 10. & consil. 343. n. 12. & consil. 232. num. 43. Surdus, consil. 301. n. 19. & decis. 52. num. 10. Vgolinus, de Offic. & potest. Episcopi, cap. 19. § 27. num. 1. vers. Quid igitur, & cap. 49. § 4. num. 2. Cardin. Tuschus, præct. Conclus. tom. 6. lit. R, conclus. 31. per totam. Alexander Trentacinquius, variar. resolut. lib. 1. titul. de statutis. resol. 1. sub num. 2. vers. primò, Farinacius Fragment. crimin. part. 1. lit. E, num. 51. cum seqq. Cæsar Argel. de Contradict. legit. quest. 10. n. 115. Marius Antoninus var. resolut. lib. 3. resolut. 39. n. 1. Perez de Lara de Capellan. lib. 1. cap. 5. num. 24. Rebel. de obligat. Instit. part. 1. lib. 1. quest. 6. sect. 4. num. 20. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum p. 2. num. 6. Octavius Glorinus resp. 5. num. 85. Sed in casu nostro eadem ratio militaret, & si Fratres Minores bigarent, vel quadrigarent, ac si equitarent: ergo, &c.*

Confirmatur supradicta sententia ex alia regula iuris: quòd vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem Lex, non extensiuè, sed comprehensiuè ex *leg. His solis. vers. Satis etiam cautè putamus. Cod. de renouandis donat. d. leg. Illud. Cod. de Sacros. Eccles. leg. Item veniunt. §. At Senat. ff. de petit. hered. Tiraquellus in leg. si unquam. verbo Libertis. num. 45. & 46. Rebuffus, ad leg. in lege censoria 203. vers. Item que de feruo. vers. Colliguntur. ff. de verbor. significat. pag. mihi 647. Surdus decis. 176. num. 8. Gutierrez præct. lib. 3. q. 17. n. 84. cum seqq. Gonzalez ad Regul. 8. Cancel. §. 4. proæm. num. 105. Sed an opinio negatiua Marchant sit improbabilis, vt vult Leandrus; non est meum definire: iudicent viri docti eiusdem Religionis, quibus ipsa maximè abundat.*

Verùm, stando in sententia Leandri puto cum Marchant, & aliis, posse Fratres Minores equitare, bigare, vel quadrigare in tribus casibus. Primò, ratione prolixitatis itineris, quòd videlicet à pedestri non nisi summa incommoditate, vel cum periculo probabili infirmitatis tempore debito perfici nequit. Secundò, ratione impediti itineris; quòd à pedestri transiri non potest, vt pote propter aquas, lutum, niues, &c. Tertid, ratione negotij vrgentis, quod premit, & breui tempore peragi debet; ita vt quis, vel non possit pedester loco adesse, vel non nisi graui detrimento, & magna incertitudine. Ita communiter Expositores cum S. Bonauentura. Semper tamen præsupponenda est causa legitima, quæ huiusmodi necessitatem inducat. Vnde, si quis pro sola animi voluptate, & recreatione, aut ex mera libertate se committat itineri, sciens, aut scire debens, se iter illud sine equitatione perficere non posse: huic sicut necessitas non suffragatur; sic nec licentia hæc equitandi.

Nota, quòd post hæc scripta inueni Sanctorium in *Constit. Minorum, cap. 3. stat. 23.* docere, non esse ex vi Regulæ prohibitum Minoribus super humeros tamen hominum, vt apud Indos, vel lectica, aut ferculo ab hominibus gestari, vt fit Neapoli sæpissimè. Quatenus enim gestationem concernit, præciso pretio, vel superbia, vel scandalo, contra Re-

gulam esse, non censet; quia loquendi modus hoc genus ventionis, equitationem non appellat. Nec odiosum præceptum, quòd de iure non pertingit, extendere debemus. Idem etiam Sanctorius, docet abesse culpam mortalem, si aliquis ex Fratribus Minoribus iret in curru à bobus tracto; quia currus rigorosè non est equitatio, etiam secundum communem loquendi formulam sumptus. Et Sanctus Bonauentura in citatis verbis, non ait, bigare, & quadrigare esse contra Regulam ex vi huius præcepti; sed inquit, *Neque bigare, vel quadrigare, quia maioris sunt sumptus.* Cui & ipse subscribo; nam vbi expendenda sit pecunia; nobis non licet. At si gratis detur, rationem in contrarium non video. Tum quia honorificum non est, sed risu dignum, si Frater Minor curru, quo ligna, vel paleæ comportantur, vehatur, cum ab hominibus ciuilibus tales curtus non iueantur. Tum quia nullum est pretium; Tum quia nobis non prohibetur quoquo modo ab alio vehi; nam nec Naui possemus; sed solum equitando ad excludendam superbiam, expensâsque, vt declarauit Iulius I. citatus dicens: *Cum intentio Sancti Francisci fuisse credatur, potius pompam, quam equitandi necessitatem, & utilitatem excludere.* Hæc Sanctorius; quæ videntur facere pro opinione Marchant, si bene perpendantur.

Et tandem nota hîc obiter, quòd ex Fratribus Minoribus eligi in Prælaturam, qui actualiter, & ante Officium equitatu indiget, non laudo; attamen si in medio Prælaturæ equitare indigeret, non teneretur ex vi Regulæ dimittere Officium, ne equo vtî cogeretur. Et idè docent plures Authores, non teneri ad ieiunium, qui fatigatus ex voluntario, immò damnabili exercitio, vel itinere, ieiunare non posset: quia talis labor præsens verè à ieiunio excusat; licet peccaminosa, & voluntaria sit laboris occasio. Ita senserunt Filliucius, tom. 2. tractat. 27. part. 2. cap. 6. num. 123. Villalobos, tom. 1. tract. 23. difficul. 4. num. 11. Ledesma in Sum. tom. 2. tract. 27. concl. 6. cap. 2. difficul. 5. Medina in Sum. lib. 1. cap. 14. §. 10. Et de voluntaria peregrinatione, excusante à ieiunio, affirmant Syluius in 2. 2. D. Thoma, q. 147. art. 4. Fernandez in Exam. Theol. Mor. par. 2. cap. 8. § 2. num. 11. Sancius in *Selectis, disput. 54. num. 2.* Ortiz in Sum. c. 19. n. 12.

An vero Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter, ratione paruitatis materiæ? Inquit Leandrus vbi supra: Et affirmatiuè respondet; putans medium milliare esse paruitatem materiæ, vt non constituat peccatum mortale, quod ego etiam approbo. Sed ex hoc oritur pulchrum dubium, quod Leandrus non tangit. An si aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v. g. equitet, vel quadriget medium milliare, & post paucos dies aliud medium milliare, an istæ paræ materiæ postea inter se vniantur, ita vt constituent quantitatem notabilem ad inducendum peccatum mortale? Et videtur negatiuè respondendum, quia, si quis v. g. omitteret vna die vnum Psalmum in recitatione Officij, & altera die alium, & sic deinceps; non peccaret mortaliter: sic etiam, si quis in Quadragesima sumeret vna die quantitatem cibi, qui non attingeret vnam vnciam, & alia die hoc etiam efficeret; hic non peccaret mortaliter, nec frangeret ieiunium. Item si quis, obligatus dicere singulis diebus Rosarium; si relinqueret vnam Aue Mariam, & sic continuè faceret; non frangeret votum. Et ratio horum est; quia illæ paræ materiæ non vniantur, ita vt constituent quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam. Ergo & in casu

casu nostro, illæ paræ equitationes, vel quadrigationes videntur non coalescere in vnam: ita vt postea, si ad quantitatem notabilem perueniant, inducant culpam lethalem. Sed his non obstantibus, contrarium dicendum videtur; quia illæ paræ materiæ in exemplis allatis, versantur circa præcepta affixa diebus; & idè illis transactis, non possunt vniri moraliter ad constituendam quantitatem notabilem. Et idè si quis singulis Festis per quadrantem laboraret, non peccaret mortaliter, quia sicut Festa diuersa sunt, ita & labores sunt diuersi, neque vnum cum alio continuatur, sed hoc non accidit in casu nostro, quia præceptum non equitandi datur in Regula absolute pro omni, & quocumque tempore; & idè paræ materiæ in eius transgressione moraliter coalescere possunt in vnum, & constituere quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam, quando ad illam peruenitur: sicuti accidit in paruis materiis circa transgressionem temperantiæ, & quoad furtum parua circa transgressionem iustitiæ. Itaque peccata venialia, quæ ex paruitate materiæ talia sunt in ordine ad aliquem tertium, seu obiectum, vniuntur: & ita accrescit eorum malitia ex multiplicatione, vt peccatum, quod alias veniale foret, mortale fiat ob peccata venialia, quæ iam facta supponit. Verùm, si dictæ paræ equitationes, Fratrum Minorum efficerentur cum magno interuallo temporis inter ipsas; non videntur coalescere, & vniri ad constituendum peccatum mortale: sicuti plures graues Doctores à me alibi adducti sentiunt de furtis paruis; quia si magnum interuallum inter vnum & alterum furtum accidit; putant ea non coalescere in vnum ad constituendam quantitatem notabilem peccati mortalis. Sed hæc omnia dicta esse volo, saluo meliori iudicio Doctissimorum Patrum Minorum, & Patrum Capuccinorum; nam omnia dicta in hac Resolutione procedunt etiam quoad ipsos.

Æmina nobilis contraxit sponsalia cum Caio: queritur an possit ea dissoluere propter oscula, & tactus impudicos cum alia?

RESOL. XXVIII.

DE hoc casu interrogatus, probabiliter affirmatiuè respondi, nixus auctoritate Castri Palai, & rationibus ab ipso adductis *tom. 5. disp. 1. punct. 15. num. 8.* cui adde Leandrum *de Sacrament. tom. 2. tractat. 9. disput. 2. quest. 37.* & Hurtadum *disputat. 2. difficul. 11. num. 42.* & Ochaguiam, *tract. 1. de matrim. quest. 23. num. 1.* eò quòd prædictis osculis, & tactibus fides in sponsalibus data violetur. Quippè contrahentes sponsalia promittunt nedum corpus suum non tradere alteri in matrimonio vsam; sed sibi inuicem reseruate, vt matrimonio contracto, eo vti possint: quam tamen sponsonem, admittens oscula, & tactus, violat: ergo illi fides non est necessariò seruanda, quia frangenti fidem fides seruanda non est. Præterea, esto ex prædictis osculis & tactibus sponsus, spectata hominum conditione, non reputetur vilior, sicuti reputatur sponsa; ac negari non potest, reputari impudicum; & suspicionem non leuem ingerere, sponsam minus esse amatorem, & fidem non seruaturum: quæ videntur sufficere ad sponsalium dissolutionem.

Non nego tamen, opinionem negatiuam esse

probabiliorem, quam olim ego docui, & tenet nouissimè Pater Perez *de matrim. disput. 9. sect. 16. num. 8.* & alij, asserentes, hoc procedere, si ex parte Fœminæ oscula, & tactus fuerint admissi: scilicet autem ex parte viri; vt erat in Casu nostro; quia ob prædicta oscula, & tactus vilior redditus non est, nec probum est Fœminæ cum illo contrahere. Excipit tamen Coninch, nisi oscula, & tactus ita sint frequentes, vt indicent propensum valdè sponsi in alteram animum, & meritò timeri possit, quòd sponsam non sit amaturus, aut fidem non seruaturus. Idem tenet Layman, *lib. 5. tract. 10. par. 1. cap. 2. n. 10.*

Sed difficultas etiam est, vtrum liceat vtrique sponso à sponsalibus resilire, quando vterque fornicationem commisit post sponsalia? Sanchez *lib. 1. disput. 55. num. 10.* sequutus Henriquez, *lib. 11. de matrim. cap. 14. num. 6.* & Coninch *disp. 23. dub. 7. num. 65.* sentiunt, non fœminam, sed solum virum posse in eo euentu ab sponsalibus resilire. Probant, quia ex parte sponsi in eo casu datur compensatio delicti, non autem respectu sponsæ; quia delicta sunt valdè imparia. Hæc sententia est satis probabilis: sed non minus probabilem affirmatiuam esse existimo, quam tenet Palas *ubi supra num. 10.* & Perez, *sect. 16. num. 2.* cum Leandro, *quest. 34.* Ratio est, quia in causa matrimonij vterque sponsus æqualis est: ergo mutua fornicatio compensatur; ita vt delictum vnus compensetur cum delicto alterius. Firmo, quia cum vterque coniux post contractum matrimonium commisit adulterium, vir adukter non potest mulierem adukteram repudiare, quamuis adulterium vxoris sit grauius adulterio viri, vt pote ignominiosius, & periculosius: ergo similiter nec sponsus potest repudiare, seu dissoluere sponsalia, quando vterque commisit fornicationem post sponsalia; tamen sponsus subeat maiorem ignominiam, ac damnum per fornicationem sponsæ, quam subeat sponsa per fornicationem sponsi.

Respondent aduersarij, longè difficiliorem esse separationem tori, quam sponsalium. Sed contra est, quia licet multo facilius soluantur sponsalia, quam matrimonium, quoad torum; sponsalia enim ob quamlibet notabilem mutationem superuenientem dissoluntur; separatio verò tori non ita facile fieri potest: attamen quoad fornicationem æquiparantur in iure, scilicet ex *cap. Quemadmodum de iureiurando*; ut nimirum sicut fornicatio, quæ matrimonio superuenit, dissoluit ipsum quoad torum; ita & omninò dirimat sponsalia: ergo sicut fornicatio ex parte vtriusque coniugis compensatur, ita vt neutri liceat separatio tori: ita & fornicatio ex parte vtriusque sponsi. Quod amplius firmatur iuxta sententiam Sanchez, & omnium Doctorem, tenentium fornicationem solius sponsi sufficere, vt sponsa possit sponsalia dissoluere: ergo vterque sponsus æqualis est quoad hunc effectum dissolutionis sponsalium: ergo optimè poterit dari iuxta delicti compensatio vtroque fornicante, vt nemini liceat sponsalia dissoluere; sicut datur ex parte vtriusque coniugis adulterantis compensatio delicti adulterij.

Notandum tamen est hîc Primò ad ornatum huius materiæ, quòd, cum sponsalia valida sunt, tunc si post cognitam causam sufficientem ad dissolnenda sponsalia quis cognoscat carnaliter sponsam, amittit ius dissoluendi sponsalia. Patet, quia si vir matrimonio copulatus cum vxore, post cognitum eius adulterium eam cognoscat, amittit ius petendi

di diuortium; vt docet diuus Thomas in 4. disp. 35. *quest. unica, art. 1. in corpore*; vt patet ex lege *si vxor. 1. 3. in fine, ff. ad leg. Iuliam de adulteriis*. Ergo similiter sponsus per talem copulam amittit ius dissoluendi sponsalia, & hoc etiam si habeat voluntatem non remittendi ius suum; quia hæc remissio non fit ab homine, sed à iure; si autem sponsalia ipso iure erant nulla; per copulam valida fiunt, si contingat ipsa copula cum scientia illius defectus, qui fuit in sponsalibus; & cum consensu permanendi in prioribus sponsalibus, cognoscendo esse irrita. Patet, quia iste consensus sufficiens est ad sponsalia de nouo celebranda; cur ergo ea non celebrabit? Quod si ignoratus resiliendi, & cum ea ignorantia cognoscat sponsam; non censetur sponsalia ratificare: quia ex leg. si per errorem: nihil est magis contrarium consensui; quam error. Ita Ochagauia, *tract. 1. de Sacramento matrim. quest. 23. n. 13.* & alij. Vnde ego his diebus consului, non potuisse quendam à sponsalibus resilire; quia post fornicationem sponsæ, illam carnaliter cognouerat.

Notandum est tamen hic cum amicissimo, & doctissimo Patre Martino Perez *ubi supra, sect. 17. n. 6.* quod in foro interiori conscientiæ sponsus non amittit ius resiliendi, si accedat ad sponsam sine animo perseuerandi in sponsalibus. Ita sentit Hurtado, *disp. 2. difficul. 16.* Et ratio est, quia copula nullo iure continet explicitam, vel implicitam voluntatem renuntiandi proprio iuri; nam potest fieri sine ea voluntate, imo cum expressa voluntate opposita non renuntiandi: ergo accedens absque animo cedendi proprio iuri, poterit resilire ab sponsalibus; & solum tenebitur recompensare damnum illatum, si alia via, quam ducendo sponsam potest damno illato satisfacere. Imo existimo, non teneri ad compensandum damnum, quando accedens protestatur sponsæ, se ad ipsam accedere cum voluntate non renuntiandi iuri resiliendi à prioribus sponsalibus; quia scienti, & volenti nulla fit iniuria. Dixi in conclusione: in Foro interiori; nam quæ dixi, vera sunt pro foro interno; pro externo verò semper iudicabitur, virum accessisse cum animo renuntiandi proprio iuri.

Sed an ea, quæ supradicta sunt de fornicatione carnali, locum habeant in spirituali, scilicet in hæresifere omnes Doctores affirmant; vti videre est apud Sanchez *disp. 55. num. 3.* Gurtierrez *cap. 31. in fine num. 5.* Basilium Ponce, *lib. 12. cap. 17. num. 3.* Sed hoc intelligendum est, tum quando hæretici cohabitatio est innocenti periculosa: tum quando hoc delictum contingit illis in partibus, in quibus delinquentem infamem reddit, vt in Hispania, Sicilia, aliisque catholicis regnis.

An detur paruitas materia in excommunicatione Papali, contra extrahentes libros à bibliotheca communi?

RESOLVT. XXIX.

DAri paruitatem materiæ excusantem à censura docet Pater Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tractatu 7. capite 2. sectione 3. numero 231.* Cum autem (ait ipse) Concilium Tridentinum, *session. 25. cap. 3. de Reformatione*, statuat huiusmodi excommunicationes debere fieri solum ob rem non vulgarem, & Lessius *lib. 2. cap. 12. num. 31.* hinc dicat: Non facile excusauerim eos, qui pro 3. aut 4. florenis excommunicant: constat iudicio Lessij, par-

Antonin. Diana, Pars X.

uitatem materiæ in nostro casu dari in libris non excedentibus valorem 3. aut 4. florenorum, & quidem grandiorum. Ita ille. Addit tamen, subesse huic excommunicationi illum, qui successiuè extrahit alios, & alios libros, salua tamen singulis vicibus paruitate materiæ: si perueniat ad materiam notabilem: idque etsi singulis vicibus non habeat intentionem continuandi illas extractiões. Quia ad incurrendam hanc censuram non requiritur talis intentio: sed sufficit præuisio notabilis damni, & cum sic obiectum ex continuatione materiæ euadat mortale, & de tali obiecto constet Ecclesiæ: datur sufficiens materia ad incurrendam hanc censuram. Secus dicendum, si successiuè extrahat libros, salua singulis vicibus paruitate materiæ, sed pluries id faciat, ita tamen vt non extrahat librum posteriorem, nisi priorem antea extractum bibliothecæ restituat: idque etsi intentionem habeat continuandi talem extractiõnem. Moueor, quod sic adest semper materiæ paruitas, excusans à censura, & alioqui intentio continuandi modo dicto extractionem impertinenter se habet ad illam censuram incurrendam; vt iam ostensum est. Hucusque Pellizzarius.

Sed quid dicendum, si aliquis extraheret extra bibliothecam librum magni valoris, per tres, vel quatuor passus, an excusaretur ab excommunicatione, ratione paruitatis materiæ? Et probabiliter affirmatiue respondeo: nam Naldus, *verb. Clausura numero 2.* & Graffius, *de Cas. reseruat. cap. 5. num. 45.* excusant monialem ratione paruitatis materiæ, quæ extra portam clausuræ exiret ad vnum, vel duos palmos: quorum sententiam tanquam probabilem admittit etiam Pellizzarius, *de Monialibus cap. 5. section. 1. num. 19.* Ergo & in nostro casu, extrahentem per tres, vel quatuor passus librum è bibliotheca, non peccare mortaliter ratione paruitatis materiæ, dicendum est. Et cum sit magis considerabilis egressio è clausura, quam extractio librorum è bibliotheca, dixi non duos passus, sed quatuor constituere in nostro casu paruitatem materiæ ab incursione censuræ excusantem.

Sed quid dicendum? si potest infra tres, vel quatuor passus extrahere librum è bibliotheca, an possit etiam intra dictum spatium permanendo, illum per multum tempus legere? Respondeo affirmatiue, quia ratione paruitatis materiæ videtur moraliter idem esse, ac si illum legeret intra bibliothecam. Sed hæc omnia dicta esse volo saluo meliori iudicio, & an probabiliter, iudicent alij.

An stante Decreto Clementis VIII. de Reformatione Regularium, possint hodie eorum Superiores præbere licentiam subditis ex iusta aliqua causa extra claustra permanendi, absque consensu summi Pontificis?

RESOLVT. XXX.

NEGatiuam sententiam docet Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 3. sect. 4. n. 174.* vbi sic ait: Quæres, an Prælati Regulares dispensare possint cum Religiosis subditis, vt, veste religiosa retenta, maneant extra claustra ad subleuandas necessitates parentum? Respondeo, de iure communi

H antiquo

» antiquo posse; siue necessitas sit extrema (in quo
 » casu etiam tenerentur) siue solum sit grauis (in quo
 » casu possent, sed non tenerentur:) non item de iure
 » nouo cum Clemens VIII. in Decretis de Reformat.
 » Regularium dicat: Ineatur ratio, qua, sublatis licen-
 » tiis, ac facultatibus hactenus quibuscumque con-
 » cassis, degentes extra conuentus claustra, ad ea
 » quamprimum reuocentur: nec de cætero, nisi ex
 » grauiissima causa, à Sede Apostolica approbanda, hu-
 » iusmodi facultates cõcedi possint. Quod Decretum
 » innouauit etiam Urbanus VIII. Hucusque Pellizza-
 » rius: & ante illum Pater Lezana in *Summa*, tom. 1.
 » c. 16. n. 23. hæc asserit: potest Religiosus ex legitima
 » facultate viuere extra monasterium, retento habitu.
 » Ratio est, quia nec hoc est intrinsecè malum, nec de-
 » rogat votis professionis; cum etiam ibi possit obser-
 » uari Obedientia, Paupertas, & Castitas. Suar. tom. 4.
 » de Relig. tract. 8. lib. 3. ap. 7. Quamuis autem iure
 » communipossent Prælati Religionum hanc licen-
 » tiam concedere, quia hoc spectat ad iurisdictionem,
 » quam habent supra subditos, Nauarrus *Comm. 1. de*
 » *Regul. num. 16. & 40. & Comm. 4. num. 14.* tamen iure
 » nouo Clement, VIII. in Decretis pro reformatione
 » Regularium, approbatis, & innouatis à S. Congre-
 » gatione, iussu S. D. N. Urbani habetur quod in po-
 » sterum huiusmodi licentiæ non concedantur, nisi
 » ex grauiissima causa à Sede Apostolica Et ideo n. 25.
 » subdit: Quamuis etiam ob necessitatem Parentum
 » possit Religiosus, habitu retento, manere extra Mo-
 » nasterium ex vi iuris communis. D. Thom. 2. 2.
 » q. 101. art. 4. Nauarrus *lib. 3. Consil. de Regni. consil.*
 » 54. 55. & alibi: tamen propter ius nouum addu-
 » ctum Clementis VIII. & Urbani VIII. non potest
 » hoc fieri, nisi de licentia Sedis Apostolicæ, talem
 » causam approbantis. Hinc emanauit Edictum à Pau-
 » lo V. anno Domini 1617. die 23. Decembris, inti-
 » matum P. Fr. Io. Pinæ de Celiis, Ordinis Minimor-
 » rum sancti Francisci de Paula tum temporis Zelo-
 » so à R. D. Vulpiano Archiepiscopo, & Congr. Reg-
 » ul. Secretario, tenoris sequentis. Admodum Reue-
 » rendo in Christo Patri Procuratori Generali Ordini-
 » nis Minimorum. Sanctissimus ordinauit mihi, vt
 » notum facerem P. Vestræ, quod prouideat, ne impo-
 » sterum sub quocumque prætextu detur licentia suis
 » Religiosis, extra Monasteria, vel Domus, Conuen-
 » tus, vel Collegia suæ Religionis permanendi; & si
 » fortè fortuna nunc aliquis extra reperiatur absque
 » licentia huiusmodi sanctæ Sedis, ad Claustra reuo-
 » cetur. Per quod Decretum, ait Peyrinus de *Relig.*
 » *Subdito*, tom. 1. *quest. 1. c. 23.* videtur sublata pote-
 » stas Superioribus facultates extra Conuentum de-
 » gendi, ob prædictas causas, concedendi in perpetuum,
 » vel ad longum tempus; non autem ad breue. Vnde
 » caute sunt legenda ea, quæ nouissimè docet erudi-
 » tissimus Gibalinus de *Clausura, disquis. 2. cap. 2. §. 3.*
 » n. 38. cum seqq. nam vera sunt, stando in iure com-
 » muni; secus autem dicendum nunc est de iure no-
 » uo dictorum Decretorum: & ideo etiam moderanda
 » veniunt ea, quæ ego dixi in *part. 6. tract. 7. resol. 19.*

Sed quærit Peyrinus, vbi supra, an post talia De-
 creta, si Prælati faceret alicui potestatem foras de-
 gendi; possit hinc tuta conscientia remanere? Et res-
 pondeat; quod peccaret quidem Prælati, & esset ar-
 bitrio sui Superioris puniendus; (vbi enim lex non
 apponit pœnam contra facientibus, videtur iudici
 arbitraria; vt dicitur in *cap. Nihil. de Elect.*) quia
 contrafecit statuto Papæ: sed subditus potest tuta
 conscientia permanere; tum quia hinc valet illa re-
 gula: *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent,*
 tum Decretum non annullat licentias contra ipsum

datas. Vnde videtur solum velle Superioribus timo-
 rem incuteere, ne sint nimis faciles in talibus licen-
 tiis concedendis; tum quia lex de nouo statuta à
 Principe, non derogat priuilegiis positis, & insertis
 in corpore iuris communis, etiam positis quibus-
 cumque circumstantiis, & clausulis generalibus; ni-
 si faciat de illis specialem mentionem, vt ait Barro-
 lus, citatus à Miranda *tom. 1. Manualis Præl. qu. 45.*
art. 6. & Glossa in leg. 2. §. Legati. ff. de re vendicata
& probat Bonacina multos allegans, de Censur. disp.
2. q. 6. punct. 2. n. 15. Sed Possit Prælatos concedere
 tales licentias priuilegium est insertum in corpore
 iuris communis, vt patet ex *cap. Pastoralis 2. q. 7. &*
cap. Placuit. 1. & 2. & cap. Monachi 1. & 2. 16. qu. 1.
 Ergo, &c. Hæc Peyrinus. Sed tu cogita.

Nota hic obiter, quod ante dicta Decreta Ponti-
 ficia assererat Rodriguez in *Q. Q. Regul. tom. 3. q. 53.*
art. 5. posse Generalem facere facultatem Fratri ali-
 cui inquieto, & insolenti, qui propter sua delicta
 condemnatus fuit ad tritemes, & ab his postea re-
 stitutus, vt possit heremiticam regulariter vitam
 ducere; vel in aliquo Hospitali, vel Ecclesia, præ-
 stita per eum obedientia Ordinario loci, seu Gene-
 rali ipsi. Ita etiam consuluit Nauarr. *lib. 3. consil. de*
Regul. consil. 74. Et ratio est, quia cum iste talis sit
 naturaliter inquietus, & insolens, si aliqui Fratrum
 ei improperauerint sua delicta, non de facili eos su-
 stinebit; & erit nouissimus error peior priore. Et
 hanc etiam sententiam docuerat etiam Peyrinus
loco citato. Sed circa illam, etiam stando in iure com-
 muni, & secluso Decreto Clement. VIII. Ego maxi-
 mam habere difficultatem: vnde rectè doctus Pa-
 ter Gibalinus *vbi supra, de Clausura, disquis. 2. c. 4.*
§. 14. consil. 3. num. 73. non audeat hanc sententiam
 Peyrini, Nauarri, & Rodriguez penitus approbare;
 sed aliorum sensum exposcit.

*An Regulares possint sine incurfione censura
 ministrare Eucharistiam in die Paschatis ad
 implendum præceptum, Equitibus Hierosoly-
 mitanus, Diui Iacobi, Alcantara, Calatrana,
 &c. absque licentia Parochi?*

R E S O L. XXXI.

SUPpono non licere sub pœna excommunicatio-
 nis Papalis Regularibus iure communi admini-
 strare Eucharistiam sine licentia Parochi, propter
 Clement. *Religiosi de priuilegio.* vbi id statuitur. Pos-
 sunt tamen, hoc non obstante, extraneis Religiosis
 ministrare Eucharistiam, etiam tempore Paschatis,
 & ad impletionem præcepti Communionis, quando
 absunt à loco, vbi sunt ipsorum Prælati. Ratio est,
 quia nec in hoc fit iniuria Parochis, cum illi Reli-
 giosi Parochis non subdantur: & præsumatur licen-
 tia Prælatorum istorum; nec contradicat Clement.
Religiosi de priuileg. qui solum est in fauorem Pa-
 rochorum, & quoad ipsorum subditos.

His suppositis intrat quæstio in titulo resolutio-
 nis appositæ; & ad illam affirmatiuè respondet Fran-
 ciscus Nigrus in *Addit. ad Ceremon. Ruiz, par. 2. Reg-*
gul. 7. n. 21. vbi sic ait: An comprehendat hæc censu-
 ra Regulares, qui ministrant Eucharistiam in die
 Paschatis Equitibus Hierosolymitanis: Negat P.
 Trimarchi, quia Equites Hierosolymitani sunt ve-
 re Religiosi, siquidem in professione emittunt tria
 Vota essentialia Religionis, Obedientiæ, Castita-
 tis, & Paupertatis. Confirmatur, quia, vt docent
 Sanchez in *selectis, disput. 49. num. 10.* Diana *par. 3. c.*
resol.

„ *resol. mor. tractat. 2. de Dubiis regul. 30.* Chilinus in
 „ *verb. Equites Hierosolymitani* possunt confiteri cum
 „ Confessario non approbato ab Episcopo, sicut cæ-
 „ teri Religiosi; siquidem Tridentinum, *sess. 23. c. 15.*
 „ *de Reform.* nihil innouauit circa approbationem
 „ Confessariorum Regularium: & ideo Regulares,
 „ qui Sæcularium non audiunt confessiones; non
 „ egent Episcopi; licentia: ergo & à quibuscumque
 „ Regularibus possunt recipere Eucharistiam in die
 „ Paschatis. An hoc idem dicendum sit de Equitibus
 „ sancti Iacobi, Calatrauz, Alcantaraz, Montezaz, &c.
 „ Affirmant, qui tenent esse veros Religiosos: Ne-
 „ gant qui docent non esse veros Religiosos. Hucus-
 „ que Nigrus.

Sed hæc opinio mihi non placet, quia si esset
 admitrenda, sequeretur, quod etiam Religiosi non
 incurrerent in censuram, si administrarent Sacra-
 mentum Extremæ-Vnctionis Equitibus Hieroso-
 lymitanis, Diui Iacobi, &c. quia est eadem ratio &
 prohibitio quoad administrationem Extremæ-Vn-
 ctionis, ac Eucharistiæ, pro adimplendo præcepto
 annuæ Communionis; vt rectè docet Palauus, *tom. 4.*
tract. 21. punct. 15. num. 5. & Pater Lezana in *Summa*
tom. 3. verb. Extrema-Vnct. num. 4. Adde quod male
 Nigrus pro sua sententia me adducit vbi supra:
 nam vt legentibus patet, ibi ego refero tantum illâ
 sententiam, & aliis iudicandum relinquo: imo asse-
 ro, esse contra praxim, & consuetudinem receptam.
 Vnde Leandrus *de Sacramento tom. 1. tr. 5. disp. 11.*
quest. 47. pro negatiua sententia me adducit; licet
 ipse adhæreat sententiæ asserenti probabiliter, vt
 vt ipse putat, Equites Diui Ioannis, Diui Iacobi,
 Alcantaraz, Calatrauz, &c. posse confiteri cuilibet
 simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo;
 quod etiam nouissime docet Pater Martinus de
 sancto Ioseph *en los Auisos de Confessores, tom. 1.*
lib. 1. tract. 24. num. 4. quia dicti milites sunt vere
 Religiosi. Sed non est recedendum à negatiua sen-
 tentia, quam tuerur Pellizzarius in *Man. Reg. tom.*
2. tr. 8. cap. 2. sect. 1. subsect. 1. n. 26. licet male, vt fecit
 Nigrus, pro affirmatiua sententia me adducat.

Nota tamen hic obiter, Regulares sine incurfio-
 ne censuræ posse in multis casibus præbere sæcula-
 ribus Eucharistiam pro adimplendo præcepto tem-
 pore Paschatis, quos enumerat Nigrus, *vbi supra,*
num. 22. Primus est, si accedat communicandus, as-
 serens habere se facultatem communicandi vbi-
 cumque voluerit à suo Parocho, vel ab Ordinario,
 licet licentiam non habeat in scriptis: in hoc casu
 potest Regularis illi credere, & cum communica-
 re: nam non est præsumendus quis tam immemor
 suæ salutis, vt tantum scelus velit, sine necessita-
 te præsertim, committere. Secundus est, si commu-
 nicatur quis in propria Parochia in die verbi gratia
 Iouis Sancti, vt satisfaciat præcepto Ecclesiæ; &
 postea in die Paschæ, ob deuotionem tanti Festi,
 vult communicare in Ecclesia Regularium; tunc
 sine aliquo scrupulo potest communicari à Regu-
 laribus. Tertius est, si accedentes ad recipiendam
 Eucharistiam à Regularibus, sint peregrini, tran-
 seuntes, Curiales, & Mercatores. Quartus est, si ac-
 cedit persona impotens Parochiam adire, & licen-
 tiam petere; si tempus implendi præceptum Pascha-
 le cogeret: & in hoc casu obligabitur, qui commu-
 nicauit, deinde cum primum poterit, Parocho satis-
 facere; qui Parochus non poterit eum cogere ad
 iterum communicandum in Parochia. Quintus est,
 quando Parochus in aliqua villa, vel pago, vel rure
 non adesset; vel non posset, vel nollet suum Offi-
 cium exequi, & tempus præceptum Ecclesiasticum

Anson. Diana, Pars X.

adimplendi vrgeret, tunc Regulares Eucharistiam
 ministrare possunt Fidelibus in suis Ecclesiis ob
 Communionem Paschalem.

Sciò Eminentissimum Dominum meum Cardi-
 nalem Lugo. *de Eucharistia disput. 18. num. 53.* do-
 cere, Parocho deficiente, aut nolente per se Eucha-
 ristiam ministrare, nec licentiam concedere, non
 posse Religiosos illam sæcularibus porrigere ad
 implendum annuæ Communionis præceptum. Sed
 nouissime contrariæ sententiæ adhæret Leandrus
de Sacramento tom. 2. tract. 7. disp. 3. quest. 24. putat
 enim, in tali casu posse Regulares Eucharistiam
 ministrare, saltem de licentiâ præsumptiua Papæ,
 vel Episcopi, quam etiam in hac necessitate ratio-
 nabiliter censentur concedere absente Parocho, aut
 præsentem, sed nolente id efficere per se, aut licen-
 tiam dare: quia licet hæc necessitas non tantum vr-
 geat quantum necessitas mortis articuli; vrget ta-
 men sufficienter ad licite Eucharistiam in prædi-
 ctis casibus ministrandam. Et ideo vtramque sen-
 tentiam probabilem esse existimo.

Nota etiam hic, posse Regulares ministrare Eu-
 charistiam tempore, Paschatis suis familiaribus
 sæcularibus. Sed an hoc priuilegium sit extenden-
 dum ad Famulos coniugatos, dormientes noctu ex-
 tra Monasterium, dubitat Lezana in *Summa, tom. 3.*
verb. Eucharistia n. 9. Sed, præter Leandrum alibi
 à me adductum, concedit nouissime Tamburinus.
Opus. de Commun. cap. 4. §. 4. n. 48.

Et tandem non desinam etiam hic, remissive ad-
 notare, Regulares posse hospitibus sæcularibus, si
 in eorum Monasteriis infirmentur ad mortem, mi-
 nistrare sacrum Viaticum, Extremam-Vnctionem,
 & sepulturam in suis Ecclesiis absque licentiâ Pa-
 rochi, & hoc ex pluribus Pontificum priuilegiis,
 quæ adducit Peyrinus *de Priuilegijs Minim. tom. 1.*
Const. 1. Iulij II. §. 37. n. 92. 93. & 94 Lezana in *Sum.*
tom. 3. verb. Eucharist. n. 10. & verb. Extrema-Vn.
n. 3. cum Tamburino Opusc. de Comm. cap. 5. §. 5. n. 9.

*An Concionatores quotidiani tempore Qua-
 dragesima excusentur à recitatione
 Horarum Canonicarum?*

R E S O L V T. XXXII.

DE hoc casu hic Romæ interrogatus ab egregio
 Concionatore, negatiue respondi. Sed nouis-
 sime inuenio Bordonum affirmatiuæ sententiæ ad-
 hætere, in *Consilijs regular. tom. 2. resol. 70. quest. 6.*
num. 18. vbi sic ait: Concionator quotidianus, meo
 iudicio, viderur excusandus à recitatione diuini
 Officij; nisi esset tam felicitis memoriæ, vt, facili-
 negotio modicum temporis infumeret in ediscen-
 dis Concionibus. Ratio est, quia commune bonum
 præfertur priuato. Ita ille. Verum ego non disce-
 do à sententia negatiua, quam tuerur Suarez, in
Relig. tom. 2. lib. 4. capite 28. num. 33. Filliucius,
tom. 2. tractat. 23. capite 9. num. 248. & alij, quos
 citat, & sequitur Persicus *de Hor. Canon. cap. 12.*
causa 3. dub. 1. num. 5. vbi ita asserit: Quæres an si
 necessitas actionis iustæ non sit repentina, sed con-
 tinua, excuset; vt si actio docendi publice, concio-
 nandi, vel audiendi Confessiones, ad quas quis ex
 iustitia obligaretur, frequenter recitatione diuini
 Officij impediret? Respondeo negatiue. Ratio
 est, quia tunc signum esset, illud exercitium non
 esse accommodatum tali Clerico, Religioso, aut Be-
 neficiario: & ideo qui voluntarie illud susciperet,

H 2 vel

vel susceptum retineret, non posset excusari; quia non necessitate, sed voluntate impeditur: nam licet Officium docendi, concionandi, & audiendi Confessiones, non sit alienum à Sacerdote, vel Religioso: si tamen propter incapacitatem personæ non possit Officium recitare, vt illi muneri satisfaciat; peccaret mortaliter, illud voluntarie suscipiendo. In hoc conueniunt omnes Doctores, qui dicunt repentinam occupationem excusare; quia cum rara sit, tunc est vera necessitas; & ideo præceptum humanum affirmatiuum non obligat cum tanto rigore, quin per epicheiam excusationem admittat: sicut per similem causam potest omitti præceptum audiendi Sacrum. Hæc Persicus; cui adde Garciam in *Summa Theol. mor. tract. 2. diffi. 7. dub. 2. num. 15. & 16.* Itaque sententiam Bordoni non admitto, nisi in aliqua repentina necessitate concionandi, vt recte obseruat Raphael de la Torre in *2. 2. Diui Thoma tom. 1. Controu. 7. de Hor. Can. n. 9.* in aliquo v. g. die Festo, vel in obitu alicuius Principis, &c. Vnde ex his excusari possunt. Primò, scholares, qui per integrum diem publicam disputationem habere vult, & simul non potest Officium recitare. Secundò, Doctor, qui in concursu cathedræ habiturus est publicam prælectionem, & non potest simul dicere Horas Canonicas. Tertio, is, qui, vt subueniat proximo ægrotanti, vel patienti grauem dolorem, omittit Officium diuinum. Item si toto die occupatus fuit in sedando populi tumultu, in componendis grauibz inimicitis; vel si ira occupatus sit circa infirmos, vel audiendis confessionibus per totum diem, vt non supersit tempus recitandi. Sanchez in *Consiliis, par. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 5. 2.* Attamen existimo raro occurrere huiusmodi occupationem, quæ excuset à recitatione; eo quod diuinum Officium potest anticipari, vel postponi. Villalobos, *part. 1. tract. 24. difficul. 16. num. 1. 1.* Vide de his omnibus etiam Torre, *vbi supra*, Escobar, *tract. de Horis Canonicis, quest. 6. num. 14. & seqq.* & Trullench *tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. num. 2.* Ratio vero supradictorum est, quia opus minus omitti debet pro maiori; opera enim prædicta, & eis similia, maiora sunt, magisque vrgent, quam recitatio diuini Officij; quæ pro caritate instituta fuit, & non debet contra charitatem militare. Nota tamen, quod in omnibus supradictis casibus, sicut in eis necessitas à peccato excusat; sic etiam ab obligatione restituendi fructus. Diuersum tamen est quod distributiones quotidianas, quia iure ita dispositum est fauore diuinorum Officiorum persoluendorum publice in Choro; quo plurimum Ecclesia, & Religio honorantur; sic intelligi debet Textus *in c. vn. de Clerico non residen.* Ita Doctores citati.

Nota etiam hic Bordonum loco citato, loquentem de Confessario, hæc asserere. Confessarium, maxime Regularem, qui voluntarie, & ex charitate operatur, nescio qua ratione excusare ab onere recitandi diuinum Officium: nam ad hoc tenetur ex debito, ad audiendas autem confessiones nequaquam, sed eius ministerium est voluntarium. Præterquam quod Sacramentum Pœnitentiæ de die tantum administratur, & de nocte id munus spirituale exercere non expedit: ergo in nocte adest tempus sufficiens diuinum Officium recitandi. Neque mihi dicas, Confessario concedi debet aliqua temporis mora ad recitandum animi vires; nam nulla obligatio illum constringit ad continuandum tota die in hoc Ministerio; & si habet horas reficiendi, corpus opportunas; quare & illas inuenire non debet ad recreandum animam recitatione diuini Officij: Ita sentire

videntur, qui dicunt, Confessarium summo mane surgere debere ad recitandum Horas Canonicas, quando præuidet tota sequenti die in confessionibus audiendis se detinendum esse. Ita Bordonus. Sed nescio, quomodo antea fuerit tam liberalis erga Concionatores Sed si forsitan aliqui superius dicta ægre rulerunt; gaudeant de his, quæ breuiter firmabo. Dico igitur, Concionatores excusari à ieiunio in Quadragesima, etiam si tantum more Hispanico ter in septimana concionentur: imo puto, excusari à ieiunio præcedentis diei, si infra annum prædicent. Ita Martinus de San Iuan in *monitis Confessorum, tom. 1. lib. 2. de Ieiunio, tractat. 12. numero 14.* & Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 3. dub. 7. num. 15.* Quod etiam procedit, si concionarentur propter stipendium.

An persolueri Horas Canonicas in loco, ubi natura debitum redditur, sit peccatum veniale?

RESOLVT. XXXIII.

OLim de hac quæstione magna altercatio mihi fuit cum quodam Patre Dominicano: qui affirmatiuæ sententiæ adhærebat cum Marcello VVlpe in *praxi Iudiciali Fori Eccles. c. 51. num. 25.* Hieronymus Garcias in *Summa Theol. Mor. tr. 2. difficul. 6. dub. 1. num. 1.* Martino de san Ioseph in *Monitis Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 11. num. 6.* & Castro Palao, *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 4. num. 7.* Sic ait: Locus autem pro priuata recitatione nullus est ab Ecclesia signatus, ac proinde in quocumque satisfacere præcepto potes. Si tamen absque aliqua necessitate in locis immundis, vel distractioni expositis recites; peccabis ad minimum venialiter: quia irreuerenter procedis. Ita ille. Et ratio est, quia non videtur adhiberi debita reuerentia rei Sacræ: & qui cum viro nobili in Dignitate constituto vellet in loco indecenti, sine necessitate, alloqui; inurbanitatis notam incurreret. Hanc sententiam sequutus est Gerardus Carthusianus in *libro de assiduitate orandi*, vt refert Nauarrus, *cap. 5. de Oratione dicto 4. n. 5.* qui dicit: Nonnullos loqui cum Deo, vbi vrecundarentur loqui cum suis canibus; & pro re horrenda refert, se audiuisse Sacerdotem quendam recitantem Vesperas in Latrina. Sotus *lib. 10. de Iustitia, quest. 5. art. 4. conclus. 3. fin.* ait: Locis indecentibus, vt vbi profana fiunt, & inter comparandum, & dum naturæ ceditur, esse non potest absque culpa. Idem dicit Grassius, *part. 1. Decisionum, lib. 2. c. 53. num. 3.* vbi ait, esse peccatum veniale. Molfesius in *Summa, tract. 5. cap. 2. num. 80.* refert, quendam Ecclesiasticum, qui Diuinum Officium in locis immundis recitabat, in eundem locum post mortem ad luendas indecentiæ suæ pœnas transmissum fuisse. Alia exempla refert Carolus Macigaus *tractat. de Horis Canonicis cap. 58. num. 12.* & Bonacina, *tom. 1. tractat. de Diuino Officio, disp. 1. quest. 3. punct. 5. num. 6. vers. Limita 2.* ait: Peccatum veniale committitur, recitando sine causa in loco indecenti.

Sed recitationem in his locis culpa venialiter catere, tuotur Sanchez in *Opusculis libro 7. cap. 2. dub. 44. numero 4.* Trullench in *Decalogo, tom. 1. libro 1. capite 7. dubio 20. numero 2. & dubio 6. numero 12.* Escobar *de Horis Canonicis, quæstione 4. num. 102.* Persicus, *capite 10. dub. 1. num. 4.* Faustus, *lib. 1. quest. 150. & libro 2. quest. 187.* & alij; cum quia nulla est ratio, cur specialis loci conditio postuletur;

stulerur; cum Deus sit vbique, & vbique agnosci, & orari possit, & debeat. Tum quia sic probati videntur, Psalm. 102. *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.* Et ibi Glos. ait: Vbi non dominatur, ibi non benedicatur; vbique dominatur, vbique benedicatur: nullus excusatur. Sicut ergo nulla creatura, sic nullus locus à laude Dei excipitur. Tum quia Iob. in Sterquilinio orabat, Ionas in ventre Ceti, Daniel inter Leones, & sic alij alibi. Igitur nullus locus exceptus est ad orandum. Et ideo recepturum est, quod possint licite Horæ Canonice persolui, dum corpus euacuatur, cæteris concurrentibus circumstantiis.

Et post hæc scripta inuenio, hanc sententiam docere sapientissimum Caramuelem, nunc merito Episcopum Misenssem, maiorum honorum dignissimum, in *Theol. Regul. disp. 101. n. 1326.* Quia, ait ille: in illo loco potest quis præstare omnia requisita; potest enim habere attentionem, & deuotionem extrinsecam, & benè pronuntiare, ergo & satisfacere: nam benè satisfacit, qui ponit omnia requisita. Nec ille locus potest esse causa non satisfaciendi; quia ibi Petrus aliis præceptis maioris momenti satisfacit: ergo & obligationi legendi. Consequentia est clara, non enim maior ratio est vnius, quàm alterius. Minorem probò: Quia in illo loco concomitanter satisfacit Stabilitati, Castitati, Paupertati, &c. voluntate habituali; & quod fortius, & efficacius est, etiam operatione actuali satisfacit Decalogo, indicenti omnes actiones necessarias ad sustentationem indiuidui; tum etiam Regulari Statuto, indicenti modum satisfaciendi huiusmodi necessitatibus. Ergo secretus locus non est indecens ad legendum priuatim. Ità ille.

Nota verò, quod id, quod diximus de loco, cum non esse determinatum, & certum pro Horis Canonicis priuatim dicendis; sed posse sufficere quencumque; idem est etiam de situ corporis, qui est veluti modus existendi in loco. Qui enim priuatim recitant communiter non tenentur ad recitandum flexis genibus, vel stando, & quiescendo, vel ambulando, aut equitando, &c. sed possunt recitare, prout voluerint: habita solum ratione reuerentiæ, quæ semper est debita Deo: & propriæ necessitatis, quæ potest vnicuique contingere potius vno tempore, & vno loco, quam alio: & ex communi sententia sic notant Nauar. *de Orat. c. 4. n. 2. & seqq.* & Bonacina, *de Hor. Canon. disp. 1. q. 3. punct. 5. n. 5. & punct. 6. n. 1.* Neque ex iure Diuino, aut naturali est aliquid determinatum in hac re: & quæ habentur ex iure Ecclesiastico de stando v. g. ad Euangelium in Missa, *cap. Apostolica de Consecr. dist. 1. de non gesticulando inter Pascha, & Pentecosten, cap. Quoniam de Ferris*: de assurgendo ad Gloria Patri, ex Concilio Basileensi, *sess. 21.* & similia, non tã habent vim præcepti, quàm directionis. Et si quid peculiariter præcipitur in Rubricis, vt recitetur flexis genibus, vel capite discooperto, & inclinato, vel stando, & surgendo, vel hoc, aut illo modo: maximè præcipitur pro recitatione publica, propter significationem Mysteriorum in quorum memoriam sunt institutæ huiusmodi ceremoniæ: & debent communiter seruari etiam in recitatione priuata: quanquam in hac, si omittuntur ex aliqua causa, & sine contemptu: nullum sit peccatum, & reuera non habeant propriè vim legis, aut præcepti: sed solius directionis, & regulæ, vt Officium magis piè, & magis religiosè dicatur. Vide Palaum, *vbi supra*, quo etiã docet sedere, cum standum est: vel stare, cum est sedendum ex Rubricæ præscripto, non videtur esse peccatum, si

Antonin. Diana, Pars X.

absque contemptu fiat: quia non videtur præcipi, sed consuli, & ordinari maioris deuotionis gratiã. Idem etiam docet Garcias, loco citato.

Nota etiam hîc obiter, opinionem Azbrij, & aliorum, quam Ego alibi impugnaui, asserentium, recitantem priuatim Diuinum Officium, satisfacere, si vocem formet, mouendo tantum labia, etiam si à seipso non audiatur, nec audiri possit: Hanc inquam, opinionem nouissimè docere Leandrum de Sacra. *tom. 2. tract. 6. disp. 16. quest. 18.* & Caramuelem in *Theol. regular. disp. 108. num. 1381.* vbi sic ait: Sufficit, quod is, qui Horas recitat, eas voce, & ore proferat, siue à seipso, aut ab alio audiatur, siue non. Ratio est, quia non est præceptum de auditione, sed de prolacione: ergo, si prolacio ponatur seclusa auditione, nihil fit contra præceptum. Quod opus est multiplicare obligationes non præceptas: cum sit satis difficile satisfacere præceptis? Agamus igitur quod lex iubet, & quando nõ præcepta omittimus, non credamus nos in peccatum labi: ideoque cum lex Ecclesiastica solam lectionem Horarum, & non auditionem præcipiat, non est asserendum eam ad satisfaciendum requiri: Rogas, quid requiratur, vt sit vox? Respondeo, linguam, & labia moueri: anhelitus enim necessariò sequitur. Ratio est, quia vox nihil aliud est, quàm respiratio fracta certo modo per labia, & linguam: atqui non possunt labia, & lingua moueri, quin frangantur respiratio: ergo nec moueri poterunt, quin sit vox. Quomocumque igitur articulentur, est vox: ergo & pronuntiatio audibilis, ac proinde præcepto satisfaciens. Ità ille: cui adde me citato Bossæum in *Flor. Theolog. verb. Hora Canonica 2. n. 15.* Et quidem vt obseruat Baldellus, in *Theolog. Mor. tom. 2. lib. 3. disp. 34. num. 15.* Oratio vocalis satis habet, si sit alligata ad certã verba, quæ præscribit Ecclesia: & cum non sit directa ad homines, quos solum per voces, & per signa sensibilia possumus alloqui: neque ad nos ipsos, in quantum indigemus externis sensibus, & obiectis sensibilibus, sed solum ad Deum, quem possumus alloqui, & orare sine vllò strepitu, aut sono verborum: non potest, vt sui mensuram, habere auditum ipsius orantis, & tantum requirere sonum vocis, quantum sufficiat ad mouendum illius auditum. Et alioqui, si ipse orans esset surdaster, & auditus hebetioris, omninò deberet orare altiùs, quousque posset seipsum audire; ac proinde non posset Horas persolvere in Ecclesiis, vel coram aliis, sine magna illorum molestia, & perturbatione; quod tamen non est dicendum. Imò ex Nauarro, *de Oratione, cap. 19. n. 88. & cap. 20. num. 14.* propter hanc causam disputatiuè potest defendi, quod neque etiam sit, necessarium vllò modo vocem formare; sed satis sit dicere verba omnia mentaliter; cum vox non possit requiri propter Deum, ad quem laudandum, atque orandum sunt institutæ Horæ Canonice; sed solum propter homines, qui sunt excitandi, & iuuandi ad deuotionem; quod tamen non intenditur, quando Horæ Canonice recitantur priuatim, & extrã Chorum. Sed hoc vltimum Mihi non placet; & prorsus reiiciendum esse, puto. Non audeo tamen sententiam Azorij, Leandri, Caramuelis, & aliorum, prout supra explicauimus, tanquam improbabilem damnare; quam post hæc scripta inuenio etiam docere doctum Patrem Martinum de San Ioseph in *Monitis Confessar. tom. 1. lib. 2. tr. 4. n. 15.* Sed non discedo à contraria sententia, quam olim docui, & quam nouissimè, me citato, docet Escobar, *tract. de Hor. Canon. quest. 4. num. 84.* vbi sic ait: Probabilius, ac tutius censeo, esse necesse

H 3 ita

Ita verba pronuntiare, vt sublato impedimento possis teipsum audire; quamuis de facto non te audias: nam non erit perfecta pronuntiatio verborum, quæ saltem ab ipso proferente non audiatur, aut audiri non possit, sublatis impedimentis. Hæc ille, qui citat Molfesum, Valentiam, Reginaldum, Tolercum, Faustum, & alios.

An si quis tempore iubilæi sequatur circa illud opinionem probabilem, lucratur indulgentias?

RESOLVT. XXXIV.

Questio est satis practicabilis, & ego ad illam olim cum Fausto, Bonacina, & aliis negative respondi, quibus nunc addo ex Prædicatorum Familia Magistrum Leonardum in *Thesauris Sacrosissimi Rosarij*, cap. 9. fol. 61. vbi sic ait: aliqui docent, quod quando conceditur Indulgentia hoc vel illud in aliqua Ecclesia facienti, si confessus fuerit, & communicauerit; is, qui fuit confessus, & communicauit quatuor diebus ante, & non habet mortalem culpam, possit lucrari illam Indulgentiam, Quod approbat Laurentius Porrel, verb. *Indulgentia n. 5.* Verum securius est, confessionem de nouo præmittere, quotiescumque ea in Bulla facienda præscribitur: fortassis enim tunc ipsa confessio est pars operis ad Indulgentiam requisiti. Ea propter quamplurimi Doctores censent confessionem necessario esse præmittendam, & in vniuersum omnes hoc confutunt. In hac enim materia non oportet inniti opinionibus probabilibus, sed securioribus; cum ipsa opinionum probabilitas hic nihil conferat. Ita ille.

Sed his non obstantibus, me citato, affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandrus de *Sacram. tom. 1. sr. 5. disp. 14. q. 164.* qui testatur irà sentire multos Doctores modernos, & inter illos ex sua Religione Patrem Franciscum de sancto Iuliano. Probatur primò, quia cum circa materiam, & opera Iubilæi, adsint hinc inde variæ, & permultæ Doctorum (quas sequuntur lucrantes) opiniones; vix essent, qui Indulgentiam obtinerent. Secundò quia si opinio probabilis est sufficiens ad hoc, vt censeatur tribuere Papa Iurisdictionem Sacerdoti, vt à reseruatis absoluat Pœnitentem: cur eadem opinio probabilis non erit etiam sufficiens, ad hoc, vt credatur, Pontificem de facto Indulgentiam Iubilæi concedere illi, qui secundum dictam opinionem opera Iubilæi exequitur; Hoc enim de benignitate Sedis Apostolicæ certo credendum videtur.

Hanc etiam sententiam nouissime etiam, me citato, tenet doctus P. Martinus de San Ioseph, in *los auisos de Confessores, tom. 1. lib. 2. de Indulgentiis, tr. 1. 2. num. 12.* vbi sic ait: Es de auertir, que quando ay opiniones encontradas, sobre si se gana, ò no el Iubileo con tales, ò tales diligencias, ò en tal tiempo. Le ganán todos los, que siguen opinion probable; por que se deue presumir assi de la piadosa intencion del Pontifice, que la estiende à opiniones probables. Esto deuen lleuar los que tienen, que en materia de Sacramentos, quando se trata de iurisdiccion, se pue de seguir opinion probable, por que es visto darla su Saneidad. *Vt Suarez, in 3. part. tom. 4. disp. 32. sect. 5. Sanchez, de Marrim. lib. 3. disp. 20. n. 4. & disp. 22. quest. ult. num. ult. Henriquez lib. 5. de Pœnitenc. 14. n. 3. & 4. Lessius lib. 2. de Iustit. cap. 29. dub. 8. n. 68.* Si es visto dar su autoridad en lo vno, lo mismo se deue dezir en la materia de ganar Indulgentias:

Quia argumentum de similibus ad similia valet, & est fortissimum. Glossa in leg. 3. ff. de Offic. eius cui mandata est, & Glossa penult. in leg. 1. Cod. de Interdictis, & §. Si uxorem, & ibi Glossa Insti. de nupt. Y la razón es, que: De similibus simile est iudicium. §. recte, Insti. mandati. leg. Non possunt. leg. & quæsi. ff. De legibus Farinacius Fragment. Crimin. part. 1. litt. E. num. 188. De que resulta, que no solamente quedará vno absuelto en el Iubileo de los Casos reseruados, sino que ganará las Indulgencias. Ita ille. Et tandem hoc anno 1650. hanc sententiam etiam docuit ex nostra Religione, doctus & amicissimus Pater D. Paulus Maria Quarti in tract. de Iubileo Anni Sancti, c. 2. punct. 1. post. Dubium. 6. Vnde ego nunc hanc sententiã satis probabilem existimo.

An Pontifex, si non licet, saltem valide possit dispensare cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis Beneficiariis, vt redditus Ecclesiasticos superfluos non expendant in pios vsus? Et an hoc etiam possit introducere consuetudo?

RESOLVT. XXXV.

Resolutio huius dubij pendet ex illa questione, an obligatio expendendi superflua status, quam habent Ecclesiastici, oriatur, ex iure naturæ, vel ex iure Ecclesiastico. Et oriri ex iure Ecclesiastico, præter Sotum de *Iust. lib. 10. q. 4. art. 3. & Lessium, lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 47.* à me alibi adductos; tenet nouissime ex Societate Iesu Pater Baunys in *Theol. mor. tom. 3. lib. 2. tract. 9. quest. 4.* qui omnino recognoscendus est: nam late probat, Præceptum Ecclesiasticorum largiendi superflua in elemosynas, & vsus pios, esse tantum præceptum Ecclesiasticum; & contra illud posse præualere consuetudinem in contrarium. Sed audiamus alium Societatis Iesu Theologum, & is est Pater Escobar in *Theolog. Mor. sr. 5. Exam. 5. cap. 4. num. 45.* Sic asserens: Clerici Beneficiis Ecclesiasticis fruents obligationem exprimas. Profecto hi bonorum patrimonialium verum dominium habent, sicut Laici, possuntque pro libito disponere. Eorum autem, quæ in sustentationem congruam eis de bonis Ecclesiæ conferuntur, etiam habent dominium. Porro tam libera sunt hæc ad sustentationem bona collata ab obligatione elemosynæ, quam patrimonialia, quia iusta est labori merces. Enimvero eorum, quæ post congruam sustentationem superfluum, probabile est, non habere dominium, debereque operibus piis impendere sub onere restitutionis: sed probabilius reputo cum Lessio, & aliis, eorum absolutos Dominos esse; nec obnoxios restitutioni futuros, licet ea profane expendant: sed tamen graui crimine alligari, quia graue quidem Ecclesiæ præceptum transgrediuntur, de quo Trident. *sess. 25. cap. 1. de Reformat.* Vnde colligo, teneri superflua illa pauperibus exhibere: scilicet quos, Toletus Auctore, possunt propinqui præferri, accipientes quidem plus cæteris, etiam in status incrementum, non solum iuxta qualitatem eorum, sed & iuxta dantis Episcopi, Pontificis, Parochi qualitatem, etiam ex Maioratus, aut vinculi institutione; modo absit scandalum, & notabilis flagitatur excessus. Ita Escobar, qti vt vidisti, nullum aliud Præceptum agnoscit, nisi Ecclesiasticum; vt bona Ecclesiæ in pios vsus expendantur.

Et tandem non deseram etiam hic apponere verba Machadi, *tom. 1. lib. 3. part. 3. docum. 9. n. 8.* Sic asserentis: Queda dudoso, y controuerso entre los Doctores

tores, si como la costumbre hà introduzido, que los Beneficiarios puedan testar libremente, aya introduzido tambien, que puedan testar licitamente de los Reditos, y Bienes adquiridos de sus Beneficios para vsos profanos, como de Bienes propios. Comun opinion es, que no, y que pecan mortalmente en ello, porque si en disponer destos Bienes Espirituales en vida, fuera de lo que han menester para su congrua sustentacion, es pecado mortal: como lo dexarà de ser el disponer los en muerte? Pero muy probable la contraria, y por talla disfiende, y sigue Garcia; inzgando, que por no ser esta costumbre contra Dereço natural, ni Diuino, sino contra el positiuo, hà podido preualecer en todo, assi en la facultad de testar liberamente, como en disponer de los frutos, y Bienes adquiridos de los Beneficios à su voluntad, como de los propios, y patrimoniales. Ita Machadus. Et sententiam supradictorum Doctorum, nempe solum ex præcepto iuris positiuo Ecclesiasticos teneri expendere in vsus pios bona superflua eorum debite sustentationi, tanquam probabilem admittunt Sanchez in *Opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 40. n. 2. in fine*, & Trullench in *Decalogo, tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 6. n. 9. & 11.* Et ideo, si Pater Vasquez nunc scriberet, non utique diceret id, quod ait in *Opusc. de Elemosyna, c. 4. num. 15.* nempe se, nullum legisse, qui assereret, iure tantum humano Ecclesiasticos teneri superflua in vsus pios expendere; non utique hoc diceret: nam, ut visum est, septem DD. hanc sententiam absolutè, & tanquam probabilem tenent, Socus, Lessius, Baunyus, Machadus, Escobar, Sanchez, & Trullench.

Sed supradictis posset aliquis plus addere; nempe neque extare præceptum positiuum, prohibens Ecclesiasticis expendere superflua in vsus non pios; & ideo apponam hic per extensum verba Petri de Lorca in 1. 2. *D. Thom. qu. 32. art. 9. sect. 3. disp. 40. memb. 2. n. 44.* vbi sic ait: Sunt qui dicant, ex natura rei licitum esse, quod dicimus; iure tamen positiuo interdictum. Adduntque primò aliqua iura, quæ refert Nauarrus, *quest. 1. monit. 2. 2.* quæ tamen non bona fide induxit; nihil enim ad rem conferunt. Sed potissimè innituntur Decreto Concilij Tridentini, post verba proximè allegata dicentis: Omnino eis interdicis (scilicet sancta Synodus) ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent. Sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuunt eas autem non distrahant, neque dissipent illorum causa. In his verbis Concilij vtitur verbo præcepti nempe, interdicis, & ideo videtur esse præceptum. Sed si benè expendantur verba Concilij; nihil præcipit de fructibus, & portione, quæ singulis Clericis, vel Prælaris designata est: sed loquitur de bonis, quæ sunt in dominio ipsius Ecclesiæ, quæ sunt immobilia, & ita ad redditus annuos. Hanc esse mentem Concilij, patet ex duobus: primò, quia remittit se ad antiqua iura, præsertim ad Canones Apostolorum, in quibus de his bonis immobilibus est sermo, ut patet ex *Canon. 39. alias 37.* vbi dicitur; sed non eorum (scilicet cognatorum) prætextu vendat quæ sunt Ecclesiæ. Et *Canon. 75.* vbi solum agitur de assumptione ad Episcopatum, & electione in Ecclesiasticam dignitatem intuitu cognationis. Secundo ex illis verbis: Eas autem non distrahant; distrahere idem est, ac alienare, & à possessione Ecclesiæ auellere; quod non habet locum in propriis fructibus, sed in bonis ipsius Ecclesiæ. Videtur ergo Concilium, hoc præcepto extirpare voluisse abu-

sum, quo multi Ecclesiarum bona, aut gratis dabant consanguineis, aut vili pretio vendebant, aut in emphyteusim, vel feudum cum magno Ecclesiæ detrimento concedebant: nihil autem de fructibus, singulorum decreuisse. Hucusque Lorca.

Verum omnibus superius dictis minimè assentior. Dico itaque cum communi Doctorum sententia, ex natura rei, & ex eorum constitutione bona Ecclesiastica ita esse expendenda, ut graue peccatum sit in prophanos vsus ea insumere; & in pios vsus erogari debere quicquid superfluit congruæ sustentationi; ita ut si pauperum indigentia (quorum subsidium omnibus aliis præferendum est) non exigant totum illud residuum; alia pia opera fiant: ut nullo modo prophane consumatur. Hæc propositio patet, quia bona Ecclesiæ sunt bona Christo consecrata, & intuitu pietatis Ecclesiæ donata: natura ergo sua petunt non aliter, quam pie, censum. Et existimo, speciem esse Sacrilegij, ea prophane expendere; quia ut D. Thomas dicit 2. 2. *quest. 99. artic. 3.* Sacra sunt; & ideo quemadmodum sit illis iniuria, si furto rapiantur; ita etiam si prophane insumantur: & vtrumque est sacrilegium. Erit autem peccatum mortale, si quantitas profusionis magna sit. Ut autem censetur magna; non est attendenda mensura furri; nam quantitas, quæ in furto constitueret peccatum mortale, non constituet in prophana effusione; sed longè maior. Quemadmodum vero hæc profusio speciale peccatum est, ita etiam auara, & inordinata retentio.

Ad auctoritatem Lorca, afferentis Concilium Tridentinum loqui de bonis immobilibus Ecclesiæ, non autem de fructibus; ideoque non obstante hoc Decreto, posse adhuc Beneficiarios, Maioratus, & feudos aliquos suis consanguineis emere, & donare: respondeo, bona immobilia vulgo non dicuntur redditus, sed fundamenta ipsorum reddituum; tum quia redditus nihil aliud est, quam fructus annuus, seu qui singulis annis percipitur; tum quia Episcopi non solent ex bonis Ecclesiæ immobilibus suos consanguineos locupletare, sed solum ex fructibus: Concilium ergo voluit, contra hanc consuetudinem decernere; tum quia nomen rei magis bonis immobilibus quadrat, quam redditus; est enim quid transcendente, & vniuersale, quod de bonis immobilibus, non minus quam de fructibus, in recto casu prædicatur: at hoc loco Concilij nomen rei Ecclesiasticæ non conuenit, nec enunciatur de bonis immobilibus; dicit enim Concilium, res illas debere, vel posse consanguineis, si sint pauperes, distribuui: vbi certum est, Concilium non intelligere, quod bona immobilia, quasi intuitu paupertatis, distribuui possint parentibus: tantum ergo nomine rei, fructus annuos intelligit: igitur etiam nomine redditus non bona immobilia, sed fructus annuos intelligit ipsum Concilium. Obicit tamen Lorca, primùm; Concilium remittere ad antiqua iura, & Canones Apostolorum, in quibus de bonis immobilibus sermo est; ut patet ex *Canone 37. seu potius 39.* vbi dicitur: Sed non eorum (scilicet consanguineorum prætextu) vendat quæ sunt Ecclesiæ. Secundo, ex illis verbis; Eas autem non distrahant. Illud idem patet: nam distrahere, idem est, ac alienare, & à possessione Ecclesiæ auellere: ergo de bonis immobilibus, non autem de fructibus, seu redditibus annuis loquitur Concilium.

Ad primum respondeo, Lorcam hunc Apostolorum Canonem (pace eius dixerim) deprauasse; ibi enim nullum verbum extat venditionis rerum Ecclesiasticarum; sed expressè prohibetur, ne ipsæ res

patentibus propriis condonentur; sic enim scribitur: omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat; & ea, velut Deo contemplante, dispenfer; nec ei liceat, ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt, condonare. In altera verò versione sub citatione *Canonis* 37. ita scribitur. Ne liceat autem ex eis aliquid sibi vendicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, largiri. Quod fit, ut de fructibus; seu redditibus annuis intelligatur Canon, & similiter Concilium Tridentinum.

Ad secundum respondeo, Concilium per hoc verbum, *distrahere*, tantum velle, ne res Ecclesiæ à pauperum subuentione, consanguineorum ergo, distrahantur; falsum enim est, verbum hoc idem esse, ac à dominio, seu possessione Ecclesiæ auellere; cum minus significet, quam alienare: nam quædam dicuntur proprie distrahi, quando vel à præsentia vel ex manibus illius, qui eas posset accipere, subtrahuntur: & quamuis significaret alienationem; tamen, quia per liberalem donationem fructus illi alienantur, ut satis constat; potest optimè Concilium hoc verbo ad donationem horum fructuum quæ fiæret consanguineis, prohibendam, vti: Et hæc omnia docet Duallius, Doctor Sorbonicus, in 2. 2. *D. Thoma, tract. de Charitate, q. 3. de Eleemosyna, f. 398.* cui ego libenter adhæreo.

Verum secundum opinionem Bauny, & aliorum vbi supra, ad dubium positum in titulo huius resolutionis posset aliquis affirmatiuè respondere, nempe posse summum Pontificem dispensare cum Ecclesiasticis, ne bona superflua in eleemosynas, & vsus pios teneantur expendere: & hoc etiam posse à consuetudine introduci. Vnde Clerici in Hispania, & Gallia, ut tenet firmiter Baunus, stante dicta consuetudine, non solum validè, sed etiam licitè disponunt in Testamentis de rebus superfluis ad vsus non pios. Sed, ut dixi, ego huic sententiæ non assentior, cum sit contra communem, & omnino respuendam esse, puto; magnas enim consequentias secum traheret.

Quo ordine Episcopi, & alij teneantur Superflua bonorum Ecclesiasticorum, erogare in pia opera.

R E S O L. XXXVI.

Aliqui asserunt, pauperes loci esse præferendos quibuslibet aliis: inter quos ij, qui maiori pœnuria præmuntur, præferendi sunt. Quod autem spectat ad pauperes alterius prouinciæ, aut loci; existimant, præferendam iis esse refectionem Ecclesiæ, vel illius ornatum necessarium. Id autem probatur ex eo, quod in iure, quando quis ob Simoniam, vel confidentiam damnatur ad fructuum restitutionem; decernitur, eam esse pauperibus loci faciendam, aut Ecclesiæ, in cuius contumeliam commissa est talis Simonia, vel confidentia: ideoque Ecclesiæ resectio, & ornatus necessarius, post pauperum subsidium, per quod etiam intelligimus dotacionem virginum, potissimum quæ in euidens periculum, propter egestatem, nonnunquam coniiiciuntur, estimari debet. Quoad autem erectionem Monasteriorum, institutionem Collegiorum, vel alia eiusdem generis, nullus præscribitur ordo, sed arbitrio cuiusque relinquitur; ita ut quod voluerit præferre, legitime possit. Et hæc omnia docet Duallius in 2. 2. *D. Thoma, tract. de Charitate, q. 3. de eleemosyna, f. 398.* Idem asserit Lorca etiam in 2. 2. *disp.*

40. *memb. 2. n. 40.* vbi sic ait: est tamen hic ordo seruandus, ut primò occurratur pauperibus loci, aut prouinciæ, à quibus desumuntur Beneficij redditus: & ita præferatur hoc opus reliquis, ut non possint, hoc omisso, alia eligi; sed prius sufficienter illorum pauperum necessitatibus subueniatur. Cætera autem, siue sint eleemosynæ pauperum alterius prouinciæ, siue quæcumque alia, libera sunt: ita ut non magis vnum, quam alterum necessarium sit; sed potest Ecclesiasticus quod maluerit exequi. Ita ille.

Sed non deseram hic apponere verba Patris Garcia in *Summa Theol. mor. tract. 1. difficul. 4. aub. 2. n. 10.* sic asserentis: Por pobres se entiendo no solo los que necessitan de comida, de vestido, sino tambien todos los que carecen de las cosas necessarias conforme su estado; de suerte que vn Marquez, y vn Duque puede llegar à estado, que se le podra dar muy licitamente de los bienes Ecclesiasticos, para que passe segun la calidad de su persona; y à fortiori se comprehenden de baxo de pobres, y causa pia, los Religiosos, sus Conuentos, Capellanias, Hospitales, dotar pupilas pobres, &c. Missas, sufragios por las Almas; y finalmente todo lo que se endereça à misericordia, de piedad intuitu Dei; y aunque las rentas Ecclesiasticas, cæteris paribus es bien se empleen en los pobres donde està la Iglesia, de donde se sacan las rentas; pero no quita esto, que tal vez no se puedan aplicar à pobres, y à obras pias que esten fuera de estos lugares. Vnde Pater Molina *de Iust. tom. 1. disp. 145. versus finem. 5.* *Illud verò* dicit necessarium non esse, ut ea pia opera fiant in loco beneficij cum Nauarro quem asserit; quando tamen aliud non postulat commune bonum Diocesis, Regni, aut totius Ecclesiæ; verbi gratia si fiat Collegium in Vniuersitate distante ad Ministros Ecclesiæ educandos, vel aliquid simile, vel non occurrit peculiaris aliqua ratio, debere potius eiusmodi pia opera fieri in utilitatem populi, qui ad eos redditus concurrat, quam alterius. Vnde infert, licet congruum sit, quod Episcopus in loco Cathedralis Ecclesiæ vberiores eleemosynas, & alia pia opera efficiat: expedire tamen, ut in aliis etiam suæ Diocesis Oppidis pro locorum indigentia, & qualitate id fiat; siquidem ab illis etiam redditus accipit, Pater Azorius, *tom. 2. lib. 7. c. 11. q. 2.* cum Nauarro dicit iure communi non esse obligationem distribuendi, vel expendendi in eoloco, cum sacri Canones sanxerint, decimas esse soluendas ad vsus Clericorum, Ecclesiarum, pauperum, & Peregrinorum etiam, atque Aduenarum. Verum in facti contingentia, Episcopi non deserant legere Eminentissimum Cardinalem Lugo *de Iust. tom. 1. disp. 4. sect. 3. n. 38.* Ex his ego olim respondi, non potuisse Cardinalem ex fructibus sui Episcopatus fabricare Ecclesiam Romæ; si pauperes suæ Diocesis grauiter egebant. Item consului, potuisse Episcopos, si non aderat præiudicium pauperum Diocesis, præbere Catholico Regi nostro, tam extremis necessitatibus presso, in adiutorium bellorum contra Hæreticos, aliquam summam denariorum ex fructibus Episcoporum.

Notandum, posse Ecclesiasticos ex fructibus Beneficij, spurios filios alere; ut docet Castrus Palaus, *rom. 1. tract. 6. disp. 2. punct. 5. n. 9.* quia posito delicto, illis sustentatio iure naturæ debetur: imo illis debetur sustentatio iuxta qualitatem Beneficij; ita ut maior debeat dos filiz spuriz Sacerdotis nobilis, quàm pauperis, infimæque conditionis; intra limites tamen filiz spuriz, quæ longè inferioris conditionis est, ac filia legitima. Sic Molina *disp. 146. in fine.* Qui antecedenti versiculo hanc doctrinam

nam limitat, vt intelligatur casu, quo Beneficiarius non habeat alia bona, quibus possit hæc alimenta filiis spuris præbere: quia si alia habet, ad illa filius habet ius; ac proinde pauper dici non potest. Fa- teor, hoc semper esse consulendum. At non audeo affirmare, ex obligatione faciendum esse; quia filius spurius ad omnia bona parentis æquale ius habet; nam solum habet ius respectu personæ parentis, vt sibi derur sustentatio. Item ipse parens obligatus est alere filios spurios; ergo ex fructibus Beneficij eos alere potest, etiam si alia bona habeat: quia omnia onera, quæ Beneficiario sunt annexa, ex fructibus Beneficij adimplere potest; aliàs non posset donationes remuneratorias facere; ex fructibus Beneficij, si alia bona patrimonialia haberet. Et docet Valentia 2. 2. disp. 10. quest. 3. punct. 7. vers. neque y. solum Ecclesiasticis.

An consecrare in musto absque necessitate, sit tantum peccatum veniale?

RESOL. XXXVII.

Affirmatiuam sententiam docet nouissimè doctus Pater Martinus de San Ioseph en los Autos de Confessores, tom. 1. lib. 1. de Eucharist. tract. 2. num. 13. vbi sic ait: Yo no hallo razon, que haga fuerza à que sea pecado mortal consagrar el mosto; pues es suficiente materia declarada per Derecho; y me parece, que donde ay costumbre será licito decir Missa con el, y fuera de necessidad no excederá de pecado venial, procurando euitar la indecentia de que lleue horurras, ò hezes: porque la costumbre que ay de no celebrar con el, no hallo que sea obligatoria à pecado graue, pues no consta se introduxo como obligatoria: y no auierendese introducir con actos, y animo de obligarse, no se peca contrainiendo à ella: Quia actus agentium non operantur ultra fines eorum cap. Ad audientiam de Decimis. l. Non omnia. ff. si cert. petat. leg. In agris. ff. de acquir. rer. Dominio. Y assi no apriera esto el Padre Hurtado, de Eucharist. diff. 9. ni Pedro de Ledesma 2. part. de Eucharist. c. 4. concl. 15. que solamente dize terà pecado consagrar el mosto, no auiendo necessidad, y Henriquez lib. 8. c. 12. §. 1. dize solamente, que no es cosa decente celebrar con el. Hucusque Martinus.

Sed negatiuæ sententiæ ego adhæreo cum Suarez, Fagundez, Filliucio, Villalobos, Bonacina, Gauanto, Layman, Machado, & aliis, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 8. quest. 33. Quibus ego addo Castrum Palaum, tom. 4. tract. 21. punct. 4. num. 7. vbi sic ait: Liquor vero expressus ex vuis maturis, sed non defæcatus, quique mustum communiter appellatur, materia est consecrationis, quia absolutè est vinum; sed non est decens: ideoque absque vrgenti causa graue peccatum esset ea vti materia ad consecrationem. Ita ille, qui citat Vasquez, & Coninch. Vide etiam Gesualdum in Theol. mor. tom. 1. tract. 2. c. 2. n. 7. Dicendum est itaque, Sacerdotem absque necessitate consecrando in musto, peccare mortaliter, non solum propter prohibitionem Canonis adducti, sed etiam propter consuetudinem Ecclesiæ in re graui, ex rationibus à me alibi adductis, obligantem ad culpam mortalem; & propter irreuerentiam erga tam venerabile Sacramentum, quia, vt optimè obseruat Lessius in 3. part. Diui Thomæ, quest. 74. art. 5. num. 24. mustum plurimas fæces commixtas habet, quæ non sunt consecrabiles.

Sed si aliquis quærat, an sit necessitas sufficiens celebrandi in musto absque peccato, si non adsit vinum in die Festo; ita vt auditio Missæ omitteretur? Et affirmatiuè respondet Baunius in Theol. moral. tom. 1. tract. 5. quest. 9. dub. 2. cuius verba per extensum apponam, quia etiam deseruiet ad confirmationem eorum, quæ superius diximus; sic itaque asserit: An vinum recens, quod mustum communiter appellant, materia sit Calicis in hoc Sacramento? Omnino, quia mustum est verum vinum formaliter, idque potabile, etsi non defæcatur. Ita Iulius Papa de Consecratione, distinct. 2. Canone, Cum omne crimen. 7. vbi habet racemum exprimi in Calice posse, in eiusque succo Sanguinem posse confici. Secundo, quia etiamnum mos quarundam est Ecclesiarum, certo vt die anni vix exprimantur in Calice; deque illis sic expressis fiat consecratio: quem tamen Scholastici improbant, vt alienum à cultu Sacramento huic debito. Enimuero, cum mustum non nisi rustici, aut è vulgo rudi ac impolito homuli ac fœminæ, & quidem delibandi tantum causa bibant; nempe quia impurum, quia turbidum, quia fæcibus plenum: ab eo cuique est ob Dei ac Sacramenti reuerentiam abstinendum, circa grauem necessitatem; vt si vinum deesset, nec haberi aliunde die festo posset, quo fidelibus ex præcepto incumbit interesse sacro Missæ officio, Hucusque Baunius. Idem dicendum esset pro adimplendo præcepto annuæ Communionis, si non adessent particule consecratæ, & viuum. Et à fortiori hoc procederet in articulo mortis pro dando Viatico infirmis: nam in his casibus adesset grauis, & maxima necessitas: & ideo posset Sacerdos celebrare; & consecrare in musto. Notat tamen cum Bizozero de Sacram. par. 4. c. 2. n. 16. quod in his casibus deberet prius interponi pannus inter vnam, & Calicem, vt humores grossiores ex vua expressa remanerent in panno.

Non deseram tamen hinc obseruare, præter Baunium loco citato, alios etiam Doctores asserere, consuetudinem introductam in aliqua Ecclesia consecrandi in musto, esse omnino corrigendam. Sed hoc non admittit Tannerus, tom. 4. disp. 5. quest. 2. dub. 5. n. 144. sic enim ait: Quod in nonnullis locis fieri solet, vt, certo quodam anni die, in musto ex vuis in Calice expresso fiat Consecratio, Suarez probandum non putat, sed potius corrigendum, & tollendum. Idem ferè sentit Vasquez disp. 175. c. 1. num. 7. vbi ait, eam consuetudinem non esse intolerabilem, si fieret non in solo musto, sed in vino iam defæcato, cui aliqua particula musti expressi adiungeretur. Sed mihi maiore consideratione res digna videtur, & cum in cap. Cum omne crimen. de Consecrat. dist. 2. dicatur: Si necesse fuerit, posse botrum in Calice exprimi, & aqua misceri, & ita confici, cur non etiam ob egregiam aliquam causam antiquissimæ institutionis, à Sanctis forsan Authoribus deriuatæ; publicæque ædificationis, & deuotionis, similis consuetudo licitè retineatur, iuxta communem & antiquum Ecclesiæ alicuius ritum, à Pontificibus vtiue scitum, & nusquam hæctenus improbatum; Hucusque Tannerus. Et hanc consuetudinem obseruari in Lusitania in Ecclesia Maiori Bracharæ, testatur Fernandez de Moure in Medulla Cas. Conscientia par. 3. cap. 4. §. 3. n. 6. in qua sexto die Augusti Dominicæ Transfigurationis à Sacerdote exprimuntur matura botra in Calice consecrando in gratiarum actione pro anni vbertate & fructibus. Sed tales consuetudines, vt dixi, non admittunt communiter Doctores.

Notandum est hinc obiter, Amicum, ex Syluestro, in Cnr.

in *Cur. Theol. tom. 7. disp. 16. sect. 3. n. 3*. docere, succum ex vva non perfecte matura esse consecrabilem; secus autem ex vva acerba.

Nota etiam, me alibi obseruasse dictum Amicum, *vbi supra*, docere, succum ex vuis passis elicatum, esse materiam consecrabilem. Sed video, hanc sententiam impugnare nouissime Adamum Opatouium de *Sacrament. tract. de Eucharist. disp. 2. q. 3. n. 30*. vbi sic ait: Succus ex vuis passis eductus non intrat materiam Calicis. Vnde Æthyopes grauitur peccant, (si verum est, quod de illis narratur) quod vvas passas ad celebrationem Missæ adhibent, & ex his liquorem ad consecrationem eliciunt. Ita ille.

An si in aliqua Prouincia extaret consuetudo vniuersalis obligatoria abstinendi ab ouis, & lacticiis in ieiuniis extra Quadragesimam; tenerentur illam Regulares obseruare?

RESOL. XXXVIII.

Negatiue respondet Martinus de San Ioseph in *Monit. Confessar. tom. 1. lib. 2. tractat. de Ieiunio* 4. n. 3. vbi sic ait: Quando en aliqua parte, lugar, ò Prouincia, v g. en España, huuiese costumbre introduzida con actos obligatorios, y legitimos, de no comer hueuos, y lacticiis en los ayunos de entre año; no obligaria à los Religiosos: los quales, no siendo la costumbre vniuersal de toda la Iglesia, no tienen obligacion de guardar las costumbres particulares de los seglares, ni Clerigos: ni tampoco estan obligados los Clerigos de guardar las costumbres particulares de los seglares; como ni tampoco tienen obligacion los seglares; de guardar las costumbres particulares de los Clerigos, ni las de los Religiosos: porque como son diuersos estados, ay diuersas costumbres de abstinencia entre ellos. Sic Syluester *verb. Ieiunium qu. 2.* citans Archidiacon. Angles 1. *part. in Floribus in materia de Ieiunio* 7. 4. *dub. 3.* Sanchez 2. *tom. confil. lib. 5. cap. 1. dub. 21. n. 2.* citans Ledesmam, & Medinam. Yañade, quanto à no auer obligacion de abstenerse de hueuos, y lacticios en los ayunos de entre año fuera de la Quaresma, que es mas cierto, que pueden comerlos los Religiosos: porque aunque aya costumbre legitima de no comerlos, no es general de toda la Iglesia, sino particular de vn Reyno, Prouincia, ò lugar, que no obliga, como hemos dicho, à Religiosos. Ita Martinus.

Confirmatur supradicta opinio ex doctrina Bordonii, quem citat, & sequitur Pasqualigus, *decis. 186.* per totam, in qua probat, consuetudinem alicuius loci non obligare Religiosos ad ieiunia. Sed non deseram hic apponere verba sapientissimi Parris Arriaga in *Cur. Theol. tom. 4. tract. de legibus, disp. 25. sect. 6. n. 40.* vbi ait: Quæstio est, an consuetudo Laicorum obliget etiam Ecclesiasticos? Huic respondendum ex eodem principio, quo præcedentibus de obligatione legis scriptæ: diximus enim ad leges ciuiles in materia etiam communi Ecclesiasticis, quæ nullo modo præiudicet eorum libertati, obligari etiam Ecclesiasticos: inde in præsentia dicimus, si consuetudo sit in eiusmodi materia non contraria libertati Ecclesiæ, & communi omnibus, vt conciuibus; tunc obligari etiam Ecclesiasticos, licet lex solum confirmetur consensu implicito Principis sæcularis: sicut obligaret lex scripta ab eo etiam solo sæculari Principe lata: sin verò materia sit spiritua-

lis, & ab ipsis Clericis simul cum sæcularibus obseruetur; inducent obligationem vtriusque, quatenus ea consuetudo à personis vtriusque Fori obseruata, censetur approbari à Principe Ecclesiastico, & à ciuili: eritque eo casu vna consuetudo virtualiter æquiualens duabus. Denique, si consuetudo, esto sit spiritualis; vt, verbi gratia, ieiunium, celebratio Festorum, obseruetur tamen à solis sæcularibus; dicimus etiam comprehendere Clericos: quia tunc ea consuetudo inducit legem, quatenus approbatur ab Episcopo, qui etiam habet iurisdictionem supra Clericos: vtrum autem etiam obligentur Religiosi exempti, dictum est supra dum egimus de lege scripta. Ita ille.

Videndum est igitur quid ipse senserit de lege scripta; sic itaque asserit, *disp. 20. sect. 6. num. 30.* aduertendum, legibus Canonicis non solum obligari Ecclesiasticos, sed etiam Laicos; quia etiam hi sunt oues Christi, vt sæpè diximus: per quod non negamus, sæpè multas esse leges pro solis Ecclesiasticis; sicut è contrario multæ sunt pro solis Laicis: quomodo autem qui intra Territorium sunt, non obligentur si sine exempti; diximus supra agentes de lege humana. Illud tamen restat declarandum, an personæ Religiosæ obligentur legibus synodalibus ad totum Episcopatum se extendentibus? Pro resolutione aduerte, Religiosos, aliquos esse exemptos à iurisdictione Episcopali, aliquos verò non: ergo, si de exemptis loquamur, conclusio sit, eos non obligari eius legibus: patet, quia ad hoc maxime ordinatur ea exemptio. Secundò, quia Tridentinum, *sess. 25. c. 12.* tanquam singulare aliquid præcipit, vt in obseruatione Festorum & censurarum Religiosi exempti obediant Episcopo; per quod supponit in cæteris non teneri, imo nec antea ad hæc duo se obligatos. Tertio, quia Religiosi exempti (vt constat *ex cap. 1. de privilegiis in 6.*) non tenentur Episcopo parere, nisi in casibus à iure exceptis; non excipiuntur autem à iure leges Synodales: ergo. Dicentes, Religiosi iure naturæ, tanquam pars communitatis, tenentur se conformare toti; ergo & obseruare has leges. Respondeo ex sæpè dictis, hanc conformationem non obligare exemptos: alioquin & ille, cum quo dispensatur validè, teneretur etiam legibus; quia adhuc post dispensationem est pars eius communitatis. Vel si vis magis scholasticè respondere, distingue; Religiosi in eò puncto, in quo sunt pars, tenentur se accommodare; admitto Antecedens: in eo, in quo non sunt pars; nego Antecedens. Vnde nego Consequentiam, quia in ordine ad has leges, eo ipso, quod exempti sint, iam sunt quasi à cæteris separati, iam non sunt pars: Fortasse aliquando, ratione scandali, tenebuntur aliquas obseruare, verbi gratia si imponantur ieiunia: populus enim valdè scandalizaretur, si, dum ipse ieiunat, videat Religiosos, quos iudicat adhuc magis ad id obligatos, non ieiunare: at hoc est per accidens; & solum obligabit in publico, non in occulto. Hucusque Arriaga: ex cuius doctrina sequitur, quod sicut Regulares exempti non tenentur legibus, nisi in casibus expressis; neque tenentur Consuetudinibus: quia vt visum est, Consuetudo non est maioris efficacis, quam sit lex Concilij, & Synodi Ordinariorum; vnde si talis lex non obligat Religiosos, nec etiam obligabit Consuetudo. Hinc deducitur, quod Regulares non tenentur ad ieiunia Prouinciæ, quando obligant ex generali consuetudine Prouinciæ; etiam si consuetudo confirmata sit in Synodo Prouinciali; quia non subduntur Constitutionibus Synodalibus. Militat enim eadem ratio, quia neque tota Prouincia potest condere

condere leges obligantes Regulares, cum non sint subiecti potestati ipsius; atque adeo nec dare vim consuetudini ad ipsos obligandos.

Verum his non obstantibus, ego olim cursim affirmatiuæ sententiæ adhæsi, quam nouissimè tenet Pellizzarius in *Manuali Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 50.* vbi sic ait: Quæres, an Regulares in suis Monasteriis teneantur seruare ieiunia per consuetudinem inducta in ea Prouincia, Oppido, aut loco, in quo ipsi degunt per dominum dominij. Respondeo teneri, si consuetudo sit generalis, id est communis, tam Clericis, ac Religiosis, quam Laicis: sic enim illa ieiunia sunt omnibus communia, & moribus omnium ibi habitantium comprobata, ideoque debent ab omnibus seruari, etiam à Regularibus; quippè qui sunt partes talis communis, & vt tales debent concordare cum suo toto, iuxta illud: Turpis est pars, quæ non concordat suo toto. Secus, si consuetudo sit tantum Laicorum, aut Clericorum: tunc enim Regulares non tenentur ad ieiunia taliter inducta; cum illi plures habeant abstinentias, ac ieiunia, quæ non habent Laici, aut Clerici; ideoque par sit, vt illorum ieiuniis non subpergrauentur, quorum consuetudinibus non liberantur à ieiuniis propriis Ordinis iuxta illud: Quos non honoro, nec onero; & quos honoro, grauo. Ita ille; qui citat, Fagundez, Reginaldum, & Azorium. Idem docet Merolla, tom. 3. disp. 5. dub. 5. num. 36. qui citat Paludanum, Rodriquez, & Portel. Idem docet Lezana in *Summa, tom. 1. cap. 11. num. 13.* Boffius de *Iubilæo, sect. 4. cas. 18. num. 32.* Peyrinus de *Præiudicijs Regul. quest. 1. cap. 8. num. 22.* Trullench in *Decalogum tom. 1. lib. 3. cap. 7. dubio 5. num. 12.* Tamburinus, tom. 2. disput. 12. quest. 3. num. 1. Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 23. difficul. 5. num. 6.* Hieronymus Rodriquez, *resol. 75. num. 18.* Nouarius, *verb. Ieiunium, num. 1.* & alij. Non assentiri tamen Merollæ assenti, opinionem negatiuam esse falsam: nam puto non carere sua probabilitate; licet ego, vt dixi, affirmatiuæ sententiæ adhæream.

An si quis sumpserit Viaticum verbi gratia, Feria secunda Hebdomada sancta, si postea non moriatur intra tempus Paschale, vel conualescat; teneatur iterum Eucharistiam sumere ad satisfaciendum Præcepto annuæ Communionis?

RESOL. XXXIX.

CAsus est curiosus, & pacticabilis; & ad illum affirmatiuè responder doctissimus, & amicissimus Quintanaduénas in *Theologia moralis tom. 1. tractatu 4. singul. 11. num. 4. & sequentibus.* Et supponit primò, duo esse distincta præcepta hæc; aliud Diuinum communicandi in mortis articulo; aliud humanum, seu Ecclesiasticum communicandi quotannis in Paschate. Secundò supponit, hæc duo præcepta dici posse in præsentis casu absolutè concurrere in diuerso tempore: cum primum tunc obliget illo tantum die Dominicæ Palmarum, & secundum illis quindecim diebus, scilicet ab ea Dominica ad Dominicam in Albis inclusiue.

His suppositis, sic in fauorem suæ sententiæ argumentatur. Quoties Præcepta distincta, etiam si earum merita sint eiusdem speciei, sub diuersis temporibus permanent, & obligant; non potest illis sa-

tisfieri vnico actu: ergo nec his duobus præceptis: cum distincta omnino sint, & in diuerso tempore concurrant, & obligent: diuersum enim tempus est vna dies, scilicet Dominica Palmarum, ac quindecim dies ab illa numerati, etiam si in illis Dominica contineatur; quia continens, & contentum distincta sunt absolutè; licet simul secundum quid, id est secundum exiguam partem eius diei, quam continent quindecim dies, sint idem. Confirmatur, quia si Petro in pœnitentiam iniungeretur, vt intra quindecim dies communicaret, & aliàs vouisset, ac simul præcepisset Prælatos intra eosdem dies Communionem facere; tenebitur ad triplicem Communionem faciendam intra illos dies; immo ad quadruplicem, si cum eisdem concurrerent dies Paschalis Communionis; nam vt quadruplici illi obligationi vnica Communionem satisfaceret, necessarium erat, vt vel certo, vel probabiliter sciret cognouisset Petrus diuersam non esse Communionem impositam à Confessore, vel Superiore præter illam, ad quam ex voto, & præcepto Ecclesiæ adstringebatur: ergo cum nec constet nec prudenter præsumatur, quod Christus, & Ecclesia præcipientes intra illos quindecim dies Communionem Viatici, & Paschalem, vna pro vtriusque obseruantia contenti sint; duas omnino exigunt.

Verum his non obstantibus, negatiuam sententiam tuetur Pellizzarius in *Manuali Regul. tom. 1. tractat. 5. cap. 3. sectione 2. num. 87.* vbi sic asserit: Quære hic etiam posset quis; an Religiosus communicans per modum Viatici Feria secunda hebdomadæ Sanctæ, si iudicio Medicorum sit moriturus intra tempus præscriptum ad Communionem Paschalem, sed superuiuat pluribus diebus post sumptum Viaticum; teneatur iterum communicare ad implendum præceptum Communionis Paschalis? Respondeo, non teneri; & probatur, tum quia vno, ac eodem actu satisfieri potest pluribus præceptis; vt benè ostendit Sanchez libro primo moralium, capite decimo quarto, numero quinto. Tum quia hæc videtur esse mens interpretatiua Ecclesiæ, quatenus hoc ipso, quod supponit Communionem factam per modum Viatici esse vltimam; non censetur velle in isto casu obligare ad aliam Communionem, nempe ad Paschalem: idque procedit etiam in casu, quo præfatus Religiosus esset perfectè conualiturus; dummodo communicauerit intra tempus præscriptum ad Paschalem Communionem. Secus; si non communicasset intra tale tempus: tunc quippe iterum deberet communicare: idque, etsi Viaticum sumpserit vna die tantum ante præfatum tempus: in hoc enim non videtur admittenda paruitas materiæ; cum ab instanti indiuisibili incipiat dictum tempus, & in instans indiuisibile terminetur. Hucusque Pellizzarius. Et licet Quintanaduénas vbi supra acute conetur respondere ad argumentum Pellizzarij; tamen ego existimo huius sententiam satis probabilem; & ita etiam sentiunt multi Viri docti à me consulti. Et sententiam Pellizzarij videtur etiam apertè docere Tamburinus *Opuscul. de Communione, c. 5. §. 3. num. 7.* vbi admittit, per vnâ sumptionem posse quis satisfacere præcepto annuæ Communionis, & præcepto sumendi Eucharistiam in articulo mortis.

An

An aliquando licitum sit deferre Viaticum moribundo absque stola, superpellico, & lumine?

RESOL. XL.

Affirmatiuè respondet Leandrus de Sacramentis tom. 2. tractat. 7. disp. 4. quæst. 29. Quia hoc diuinum Sacramentum est summæ necessitatis, maxime in articulo mortis: ergo in hoc licitè poterit administrari absque prædictis cæremoniis; si credibile sit aliàs infirmum moriturum sine illo. Confirmatur, quia multa alia omitti possunt in huius Sacramenti administratione, si necessitas infirmi urgeat: ergo. Ita ille. Sed præter Bonacinam, Possenum, & Ludouicum à San Iuan, quos ipse adducit, negatiuam sententiam tenet Pater Tamburinus *Opuscul. de Commun. cap. 6. §. 1. num. 6.* cui adde nouissimè Martinum de San Ioseph, in *Monitis Confess. tom. 1. lib. 1. de Eucharist. tract. 5. n. 17.* sic asserentem: No puede el Patroco llevar el Santissimo Sacramento à los Enfermos, sino puede ir con habito decente, esto es con Sobrepelliz, Estola, y Luz delante. Ita ille. Vide Auerfam de Sacramento Eucharist. quæst. 10. sect. 5. Cardinalem Lugo, disp. 18. sect. 2. n. 53. Granadum in 3. part. Contr. 6. tract. 12. disp. 3. n. 2. Gesualdum in *Theol. mor. tom. 1. tract. 11. cap. 3. n. 6.* Filliucium, tom. 1. tract. 4. c. 9. n. 250. Grassium, tom. 1. lib. 2. c. 40. num. 3.

Nota hîc etiam cum Quintanaduënas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 5. singul. 5. num. 3.* quod si Minores Ordines, Extrema-Vnctio, vel Confirmatio, & Matrimonium, sine lumine administrantur; non erit lethalis culpa, sicut nec grauis irreuerentiâ; & Pœnitentiæ Sacramentum sine eo conficitur semper. At cum in Communione, & sacris Ordinibus conferendis necessario, vel adsit Corpus Christi, vel Missa celebretur; lethalem culpam committeret sine lumine conferens hæc Sacramenta; tum propter traditionem, seu consuetudinem ab Apostolorum tempore dimanantem, tum propter maiorem reuerentiâ præsentis Christi Domini debitam. Hæc Quintanaduënas.

Et tandem nota cum Auerfa loco citato, Sacerdotem chiragra laborantem, & pollice, ac indice impeditum, non posse aliis digitis sacram Hostiam apprehendere, & porrigere; quia licet tota manus sit consecrata, tamen specialiter illi duo digiti ad hoc ministerium ex usu, & ritu Ecclesiæ deputati sunt.

Sed quia hîc sermo accidit de Viatico, Nota id, quod sæpius alibi firmauimus, posse scilicet Parochum præbere Viaticum infirmo in articulo Mortis constituto, qui mane verbi gratia in eodem die sumpsit Eucharistiam, vel dixit Missam ex deuotione. Et ita, præter alios Doctores à me adductos, tenet nouissimè Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. de Eucharistia tractat. 9. num. 16.* vbi, me citato, sic asserit: El que auia comulgado poco antes del peligro, ò articulo de muerte, no se escusa de recibir de nuevo el Viatico porque no se satisface con la Communion antecedente, al precepto de Derecho diuino, de comulgar en aquel passo, y articulo. Porque à ningun precepto se satisfacer propiamente, sino es dentro del tiempo en que obliga el precepto, por los Derechos citados en el numero precedente: y bien probablemente han sido de opinion hombres grauissimos de las dos Vniuersidades de Alcalà, y Salamanca, que si auia comulgado vno por su deuocion el mismo dia que cayò malo, y en

que se ve en peligro de muerte, y prudensèmente se entienda que morirà en el mismo dia, tiene obligacion à comulgar en el otra vez; porque se cumpla con el Derecho diuino, que es mayor peso, que el humano de no comulgar en vn dia dos vezes: tuuo esto expressamente el Padre Vazquez, en vn papel manuscripto, à quien cita, y sigue Hurtado *disp. 10. difficul. 2.* que afirma lo han practicado assi varones graues. Hucusque Martinus; cui adde etiam, me citato, Leandrum de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 2. qu. 6. & etiam me citato, Pellizzarium in *man. Reg. tom. 1. tract. 5. c. 3. num. 70.* Hanc etiam sententiam tenet Quintanaduënas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 4. Singul. 9. num. 6.* & Ludouicus à San Iuan in *sua parua Summa, art. 4. de Commun. Infirmorum. num. 45.* & tanquam probabilem illam admittit, me citato, sapientissimus Dicastillus, de Sacramentis tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 3. n. 56. Vnde gaudeo, pro consolatione infirmorum, hanc sententiam, postquam ego illam typis mandauì, fuisse à doctissimis viris comprobata & in dies magis radices figere: quicquid nouissimè in contrarium asserat Tamburinus *Opuscul. de Comm. cap. 5. §. 6. n. 10.*

An qui habet licentiam petendi eleemosynam, possit hoc ius alteri locare.

RESOL. XLI.

Affirmatiuè respondet Henriquez in *Summa, lib. 7. c. 35. num. 5.* vbi sic ait: Habens iustam licentiam, & ius vno anno petendi eleemosynas per se vel per alios; si id ius locauit alteri, quidam cogunt id quasi turpe lucrum reddi pauperibus aut componi pro ea re. Quæ sententia non est certa; quia expresso iure non prohibetur locare; nec fit inhabilis, vt pretium locationis recipiat. Ita ille. Et post illum nouissimè Martinus de San Ioseph in *monita Confess. tom. 1. lib. 2. de eleemosyna, tract. 8. n. 3.* sic asserens: Quando ay licencia para pedir limosna para el edificio de algun Conuento, ò para otra obra pia, es licito arrendar à vn tercero el derecho, y accion, que tenia el que sacò la licencia para pedir: porque aqui no se vende cosa espiritual y assi es licito, que los Prelados de las Religiones, que tienen propio, para animar à los Religiosos, à que pidan con diligencia las limosnas para la Comunidad, y à que remedien las necessitates particulares proprias, se concierten con ellos, que traygan tanto al Conuento, y que lo demas que allegaren, sea para sus vsos licitos: lo qual se prueba del Derecho *argum. leg. si tibi rem. 13. ff. de præscript. verb.* Hæc Martinus. Et hoc vltimum scio in Praxi exercuisse superiores cuiusdam Religionis: quod licet non damnem, non tamen approbo; quia præbetur subditis ansa petendi eleemosynas nimis importune.

Aliqua femina remaneret innupta propter deformitatem verbi gratia; sed in petitione dispensationis ponitur, quod remaneret innupta ex defectu dotis: Quaritur an talis dispensatio sit valida?

RESOL. XLII.

Casus frequenter potest accidere; nam Curiales vident, quod in his petitionibus non apponitur pro causa ægrotudo mulieris; v. g. deformatas fenectus

nectus, infamia alicuius criminis, &c. Sed vltus Pontificis est, vt dispense ex defectu dotis. Et ad questionem negatiue videtur respondendum: & ideo asserunt Doctores, quod qualiscumque sit falsa causa, si ipsa sola proponatur Pontifici, viciat dispensationem; quia Pontifex non aliter dispensare intendit, nisi causa, precibus ipsi proposita, verificata: ergo ipsa a veritate deficiente, deficiet etiam dispensatio, sic Sanchez in *Summa*, lib. 4. cap. 47. num. 17. Gutierrez, *Q. Q. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 103. & 104. vbi num. 133.* addit & bene, hoc procedere, etiam casu, quo per simplicitatem aut ignorantiam, aut errorem contingeret ea falsitas.

Sed non desunt Doctores asserentes firmiter in tali Casu dispensationem esse validam, si semel verificabitur fœminam innuptam remansuram, licet id non ex defectu dotis, sed alio defectu, nempe ex eod, quod sit grandæua, vel deformis, vel de aliquo crimine infamata, ob aut illud punita, vel filios ex alio Matrimonio habeat, vel aliundè ille proueniat. Ratio est; quia id quod mouet Pontificem ad dispensandum, est, nè prædicta fœmina innupta maneat: ergo si semel verificetur, fœminam præfaram innuptam fore; parùm refert, si id illi ex alio capite, aut ex defectu alio, Pontifici non detecto, dimanet, & proueniat. Valida ergo erit talis dispensatio. Et ita præter Sanchez de *Matrim. lib. 8. disp. 19. num. 29.* hanc sententiam tenet Leandrus, de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 24. quest. 52.* cui adde nouissimè Martinum de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de Matrim. num. 4.* vbi sic ait. De que se colige, que si se alegò por causa, que no haziendose aquel casamiento, se quedará la muger sin casar por la falta de dote, si fue falso el dezir, que no tenia dote; però era verdad, que se quedaria por casar, ò por ser mayor de edad, ò por que tiene hijos de otto Matrimonio, ò porque la castigaron por algun crimen, ò por se fea; no será inualida la Dispensacion, porque basta, que sea verdad, que se quedará por casar por qualquiera destas causas, aunque fuesse falso el dezir, que no tenia dote. Ità ille. Et ad rationem in contrarium, rectè respondet Leandrus, Pontificem scilicet non moueri ad dispensandum ob defectum dotis, tanquam ob causam finalem & motiuam, cum solum sit causa motiua, nè fœmina innupta maneat, & propter hanc concedit Dispensationem: quare defectus dotis expressus in petitione solum efficit, vt Pontifex credat talem fœminam innuptam permanere, nisi cum illa dispense.

Solent Pontifices dispensare, vel ratione iactura fama, vel ratione copula; sed hac sola existente, vt facilius dispensatio impetraretur, quidam apposuerunt in petitione, quod adfuit copula, & quod adest iactura fama: quaritur an talis dispensatio sit valida.

RESOL. XLIII.

Negatiue respondet Corduba, & alij, quos citat Sanchez de *Matrim. lib. 8. disp. 21. n. 45.* asserentes, quod in casu, quod quis petat à Pontifice dispensationem in secundo gradu Consanguinitatis, allegans ex vna parte copulam inter consanguineos ipsos habitam; & ex alia, scandalum & infamiam Antonin. Diana, Pars X.

miam secutam, aut subsequendam; si prima causa sit falsa, etiam si secunda sit vera, sit irrita, & inualida dispensatio. Confirmatur hæc opinio ex doctrina Gutierrez in *Q. Q. Canon. lib. 2. cap. 15. n. 108.* asserentis; dispensationem ad matrimonium esse subreptitiam, si vel vna causa, ex pluribus allegatis sufficientibus, falsa sit.

Sed meritò Sanchez, *lib. 8. disput. 21. à num. 42. vsque ad 45.* affirmatiuam sententiam tenet individualiter in casu nostro; quia Pontifex, seclusa copula, ob solam iacturam famæ fœminæ, ac timorem, vt ob id innupta remaneat, solet dispensare; ergo copula tacita, adhuc ea dispensatio concederetur: ergo non est subreptitia, ea falsè proposita. Et hanc sententiam tenet etiam Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 24. quest. 51.* Ochagauius, *tract. 4. de Matrim. quest. 9. num. 12.* Bonacina de *legibus, disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 2.* & Martinus de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de Matrim. num. 4.* vbi sic ait: Mas quando se alegan muchas causas, que vnas son verdaderas, y otras falsas; no es irrita la dispensacion, si alguna de las causas verdaderas, que se alegaron es tal, que suele el Pontifice dispensar con ella: porque basta, que la principal sea verdadera, *argum. ex §. sic plures. Instit. de excusat. tutor.* y quando en la narrativa se ponen muchas copulatiuas, que de Derecho son necessarias, resoluitur copulatiua in disiunctiuam, *ex cap. Iam dudum de Præbendis,* & quando narrantur causæ disiunctiuæ, sufficit alteram esse veram, *ex cap. inter ceteras de rescriptis.* Y assi, quando se pusieron por causas, que auia auido copula, y que quedaria infamada la muger, no se haziendo el casamiento: si esta causa vltima fuesse verdadera (que es tal, que con ella sola suele dispensar el Pontifice) no se viciaria la dispensacion, aunque no fuesse verdad que interuino copula. Ità ille; cui adde omninò videndum, Basilium Pontium de *Matrim.* qui addit hanc sententiam procedere, etiam si falsis testibus ea causa probetur, dummodò vera illa sit; sic enim ait *lib. 8. cap. 17. §. vlt. num. 41.* Si plures causæ proponantur, si vtraque est in sufficiens per se, & integrant vnã causam sufficientem; si aliqua earum est falsa, corrumpit dispensatio; quia illis nititur voluntas dispensantis. Sumiturque hæc doctrina *ex cap. Postulasti de Rescriptis.* quam latè docet Couarruias, *lib. 1. Variarum. cap. 20. n. 5.* Iudicabitur autem vtramque insufficientem esse, quando ex quacumque illarum seorsim non solet concedi dispensatio. At si vna causa sit sufficiens ex consuetudine, & stylo; & ea vera, alia autem, quæ additur sit falsa: communior sententia est, quæ docet, valere. Quod verum est, etiam si falsis testibus ea causa probetur, dummodò illa vera sit. Hæc Pontius, & ego.

Quis habuit copulam cum affine vel consanguinea, vt facilius obtineret dispensationem. Quaritur, an tali intentione Pontifici non explicata, dispensatio sit valida?

RESOLVT. XLIV.

Si in dispensatione apponatur clausula, *Dummodò copulam non habuerint, (spe facilioris dispensationis,* certum est, quod dispensatio erit nulla. Difficultas igitur procedit, si seclusa dicta clausula, dispensatio sit valida. Et negatiuam sententiam docet Sanchez, *lib. 8. disp. 25. num. 3.* & alij penes ipsum.

Verum affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 9. di. p. 24. quæst. 32. vbi citat Henriquez, Ledesnam, Pontium, & alios, quibus adde Martinum de San Ioseph, in mon. Confess. rom. 1. lib. 1. tract. 46. de Matrim. num. 3. vbi sic ait.

» Tambien me parece mas probable, que no ay obligacion de declarar en la suplica la copula, que se tuuo con animo de facilitar la dispensacion, porque no siendo necessario declarar la copula, tampoco ay necesidad de declarar la malicia del animo; y no ay Derecho, que mande significar tal cosa: y porque Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 25. num. 3. 8. y otros Autores de la contraria sententia, hazen es fuerço con vna declaracion de Pio V. en que dixo, que fino se declaraua este animo, non era su intencion de dispensar; se responde, que siendo cierta la declaracion de Pio V. durò solamente por su tiempo. Ità ille. Sed quicquid sit de his opinionibus, de quibus ego alibi; certum est, Me rectè his diebus consultasse, intentionem occultam, & alteri non manifestaram habendi copulam cum spe facilioris dispensationis, non vitare dispensationem, neque esse fatendam etiam in commissione data in ordine ad forum conscientia, vnde apponam hic verba eiusdem Martini de San Ioseph, loco citato num. 7. sic asserentis: Mas quando la comission, que dà el Pontifice para dispensar, es para el fuero de la conciencia, y và de rigida à algun varon discreto con la clausula, y condicion, Dummodò copulam non habuerint, dummodò non habuerint spe facilioris dispensationis, aurà obligacion de confessar la verdad, aun que sea de la copula muy occulta, y fino se haze assi, serà nula la dispensacion, porque el Pontifice la dio con aquilla condicion para el fuero de la conciencia, Lo mismo es de la esperança de la facilidad en la dispensacion; que si & intento, quando se tuuo la copula, se significò exteriormente, aurà obligacion de confessario al varon discreto, aunque sea oculto: pero si el intento no se significò, sino solamente se retuuò en el animo; no aurà obligacion de declararlo: porque los conceptos del anima, que no se significan exteriormente, no estan sugetos à potestad humana.

Hæc Martinus, cui adde Leandrum, quæst. 34 & ante illos eadem asseruit Hurtadus de Matrim. disp. 26. difficul. 5. num. 26. Si verò intentio fuit manifestata, licet copula sit occulta, quando apponitur clausula, Dummodò copula habita, &c. tunc dispensatio non valeret. Quod si fuerit obtenta pro foro externo, & directa Ordinario, valebit dispensatio, quamuis negaret copulam, dummodò hæc non proberetur in Foro exteriori. Ratio est, quia dicta conditio seu clausula, Dummodò copula non interuenierit, intelligenda est iuxta naturam dispensationis concessæ: vnde contrahentes non tenentur copulam fateri; nisi casu, quo interrogentur ab Ordinario, præcedentibus iudiciis, aut infamia. Sic Henriquez lib. 12. de Matrim. cap. 2. num. 7. Sà verb. dispensatio, num. 10. Basilius, lib. 8. cap. 17. num. 33. & Hurtadus, disp. 26. addens, quod quamuis in præfaro casu sit infamia, aut semiplena probatio copulæ, & quamuis contrahentes interrogari negent illicitè (vt facient, si negent) dispensatio ab Ordinario facta sit valida; dummodò copula Ordinario non plenè constet; quia dum non constat plenè, non dicitur interuenisse copula modo sufficienti, eò quod, cum commissio facta fuerit Ordinario in foro exteriori, seu iudiciali, etiam clausula intelligenda est in eodem foro: at si Ordinario plenè constet, & dispenset, dispensatio erit

nulla, quia clausula illa est conditionalis, qua commissio ei limitatur. Vide Leandrum, q. 33.

Nota hic obiter Martinum vbi supra tractat. 45. num. 7. & Leandrum quæst. 35. admittere tanquam probabilem illam sententiam asserentem, non esse necessarium explicare in eadem Supplica omnia impedimenta eiusdem qualitatis, sed sufficere vnum post alterum in diuersis supplicationibus, & temporibus explicare, & de illis dispensationem obtinere & ad stylum Curia in contrarium; respondent, illum extrà Romam non obligare; vel obligare in Foro externo, & non in foro conscientia. Ita Leandrus q. 48. Martinus Perez, de Matr. disp. 46. sect. 6. num. 4. & 9. & alij penes ipsos. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo.

*An Religiosi Sacris Ordinibus non iniuriati, teneantur persolvere Horas
Canonicas, si non inter-
sunt Choro?*

RESOL. XLV.

Negatiuam sententiam docet nouissimè Martinus de San Ioseph, qui in monita Confessoriorum tom. 1. lib. 1. de Ordine, tract. 10. n. 3. sic ait: Noes pequeña dificultad el averiguar si tienen obligacion de rezar el Officio Diuino fuera del Coro los Religiosos moços, que no estan ordenados del Orden de Subdiacono, y las monias. Para declarar de raiz se ha de suponer, que toda la obligacion, que queden tener estos parece que procede de vno de dos principios, ò de precepto que aya en la Regla de alguna Religion, ò de costumbre, que se aya introduzido; en quanto al precepto es fuerça confessar, que si le ny en la Regla de qualquiera Religion (como le ay en la nuestra de los Menores) de rezar los Religiosos el Officio Diuino; que obligará à todos los Religiosos moços, aunque no sean Subdiaconos à que la rezen dentro, y fuera del Coro, so pena de pecado mortal; y lo mismo serà de las Monias, que tienen preceptos; y en esto no puede auer dificultad; porque supuesto que profesaron la Regla, donde auia este precepto, claro esta que quedaron obligados à guardarle. En quanto à la costumbre afirma la comun de los Doctores que la ay, y obligatoria de pecado mortal de que los Religiosos, que carecen de Ordè Sacro, y las Monias rezen el Officio Diuino dentro, y fuera de Coro. Sic Valentia sup. 2. 2. tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. Nauarrus de Oration. cap. 25. num. 96. Medina Salmanticensis, cap. 19. Laymann lib. 4. Theol. mor. tract. 1. cap. 4. num. 1. Malderus, Belochius, Aragon, Sotus, Rodriguez, Toletus, lib. 2. cap. 2. Reginaldus, Lessius, Filiucius, Suarez, Portelciani, & sequuti à Diana 1. part. tract. 1. 2. resol. 17. & 5. part. tract. 8. resol. 12. otros Autores dudan mucho de que aya esta costumbre. Caietanus, in Summa, verb. Hora Canonica. Villalobos, tom. 1. tract. 24. dif. 9. num. 9. y otros sienten que no tienen tal obligacion los tales Religiosos, y Monias. Castro lib. 4. de leg. pœnali, c. 8. Medina Complutens. cap. de Oration. tract. 6. Armilla verb. Hora Canonica, Bordonus, in Consil. Regul. resol. 30. num. 3. & reputar probable Vega in Summa, to. 1. cap. 128. ca. 7. hablando de las Monias, Villalobos vbi proximè, Donde auiendo disputado la questio concluye: Soy de parecer que se siga lo opiniõ comun que es mas segura, y en cosas morales tienen grande authoridad los Doctores,

Doctores, aunque la tienen mas las buenas razones si juzga por mas segura la contraria. Yo pienso que es bien probable, y lo juzgo que no: lo que me mueve es, que la costumbre que tiene fuerza de ley; no se induze de actos priuados, sino de publicos; y manifestos, como lo afirma la comun; cum Bonacina *Consuetud. num. 26.* y el rezar; ò no rezar el Officio Diuino fuera del Coro, bien se ve que es cosa oculta; y no manifesta. Luego señales, que la costumbre de rezar el Officio Diuino, no relaciona à rezar fuera del Coro, sino en el. Demas de lo qual para obligar la costumbre como ley, ha de ser introduzida con intencion de actos obligatorios; vt norant Suarez *de legib. lib. 7. cap. 14. num. 6.* Azorius *part. 1. lib. 5. quest. 5.* Rebellius *part. 1. lib. 1. quest. 5. num. 17.* Reginaldus *tom. 7. lib. 13. cap. 23. num. 244.* Filiucius *tom. 2. tract. 27. cap. 3. num. 49.* Becanus *in 1. 2. tractat. 3. cap. 8. quest. 1. num. 4.* Valquez *in 2 par. disp. 177. cap. 2. in fine.* Layman *in Theol. mor. lib. 1. cap. 2. num. 14.* Granados *in part. 2. D. Thoma contr. 7. tract. 3. par. 2. disp. 16. sect. 2. num. 13.* Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 13. dif. 2. num. 7.* y esto se funda en que actus agentium non operantur ultra fines eorum, *cap. Ad audientiam de Decimis. leg. Non omnis. ff. si cert. petat.* Nadie es visto obligarse à mas de à lo que se estiende su intencion: y assi dixo muy bien la Glossa *in cap. Frustra. dist. 8.* que para que valga la costumbre, es necessario que se introduzca con tal animo y intencion; que despues tenga fuerza de ley, y aun en el voto, y en la Profession nadie se obliga sin intencion; y sino fuera assi, dieramos que todas las costumbres sin exception induxeran obligacion, v.g. las que ay entre nos otros los Descalços de dezir los Viernes, la Vigilia de Nuestra Señora, que llaman Benedicta, y los Sabados su Missa, y la costumbre que ay de ayunar los Sabados en reuerencia de la misma Virgen, y otros semejantes, Yo tengo por cierto, que muchas de las costumbres que han preualecido, y se tienen ex por obligatorias no les passò por el pensamiento à lo quos començaron sus actos de introducir obligacion de ley en ellos, sino que les dieron principio por deuocion, y despues por error se fueron obligando: Et nihil tam contrarium consensui, quam error. *Leg. Si per errorem. ff. de Iurisdict. omn. iudic.* Supongamos que vna Comunidad, pensando que estaua obligada à ayunar la Vigilia de vn Santo, la ayunò quarenta años y que la causa fue la obligacion imaginada por error; despues de passados estos años se desengañaron: Quien dirà que aurà obligacion de ayunar la Vigilia despues? Desta manera se introduxo en España la costumbre de no comer sin Bula hueuos, ni leche en los ayunos de Vigilias, Viernes, y quatro Temporas de entre año, que al principio fue costumbre fundada en piedad, ò buen deseo, ò en pensar que obligauan todos los ayunos de la Quaresma, y de entre años de vna misma manera, ò por las muchas Bulas, que casi todos toman, que el que no la tomaua, se juzgaua por obligado à carecer del priuilegio en los tales ayunos: y como esta piedad, ò error no induxo peccado mortal, tampoco la costumbre prouino de alli, y ninguno de los Autores de la contraria sentençia, podrá probar, que la costumbre, que dizen ay de rezar el Officio Diuino los Religiosos monjos, y la monjas fuera del Coro, se començò con animo obligatorio: y no basta opinar en esta parte, porque la costumbre es *Quid facti, & non facti-*

Anton. Diana, Pars X.

ptum, quod pendet ex facto, & idè non est necesse probari. Gloss. 2. leg. 1. *Cod. qua sit longa consuetudo* y en no probando los actos obligatorios les que da à dichos Autores poca razon, ò ninguna de opinar con rigor. Y haziendo yo diligencia para auerigar la fuerza desta costumbre, me han respondido Religiosos *fide dignos*, que saben, que muchas Monjas en faltando del Coro no se dan por obligadas al Officio Diuino: demas de que quando no conste con claridad de la costumbre, es sentençia de hombres graues, que no obliga. Sic Villalobos *1. par. tract. 24. num. 7. & tract. 1. dif. 21. num. 4.* que lo tomo de Henriquez *lib. 8. de Eucharist. cap. 45. num. 3. in Coment. lit. P.* Sanchez, *lib. 2. de Matrim. disp. 41. num. 36.* Rebellius, *par. 2. lib. 1. de Contract. resol. 14.* Imò que quando ay certidumbre de que ay costumbre; però ay duda, de si se induxo con animo de obligar, ò de si obligar, ò no, no obliga en consciencia: es opinion comun de Suarez, *lib. 7. de Legib. cap. 15. num. 13.* Bonacina, *disp. 1. quest. 1. punct. vlt. §. 3. num. 21.* Casto Palao, *tract. 3. de Consuetudine, disp. 3. punct. 2. §. 3. num. 13.* Bálzco *in Flor. Theol. verb. Consuetudo, num. 7.* Diana *6. par. tract. 5. resol. 12.* Trüllench *in exposit. Cruc. lib. 1. §. 4. dub. 3.* Antes dizen, que se ha de interpretar la costumbre, que aya procedido de deuocion, que de obligacion: y es muy conforme à Derecho, porque *in dubiis benigniorem sententiam sequi, non minus iustum, quam incertum est. leg. 3. De his, qua in Testam. detentur. & leg. Ea qua, 192. ff. de regul. Iuris. leg. semper. §. 6. ff. cod.* Y al que posee su libertad, no le hemos de obligar à que la pierda con precepto conjeturado: *Quia in pari causa, melior est conditio possidentis. Leg. si debitor. 10. ff. de pignoriibus. leg. Si miles. §. si miles. ff. de militar. Testam. leg. Si seruum Srichum 91. è. Sequitur. ff. de verbor. obligat. leg. Si procurat. ff. de doli mali exceptio.* Hucusque Pater Martinus de San Iosephi.

Et tandem hanc sententiam tanquam probabilem videtur admittere Machadus *tom. 2. lib. 5. par. 2. docum. 1. num. 1.* sic asserens: La maior dificultad desta materia consiste en aueriguar, si el Religioso, ò Religiosa, que estan dedicados al coro, quando en ellos rezan las Horas Canonicas, deuan rezarlas por si: de modo que sino rezaren pequen mortalmente como el Religioso, ò Clerigo de Orden Sacro. Graues Autores son de parecer, que ò bien sea por precepto, ò por costumbre, todos los Religiosos, ò Religiosas despues de la Profession dedicadas al Coro, estan obligados à rezar el Officio Diuino so pena de peccado mortal. Però otros muchos defienden absolutamente lo contrario; juzgando, que no ay Religion, en la qual los Religiosos, y Religiosas por costumbre se hallen con semejante obligacion de peccado mortal, sino donde huuiere precepto, que les obligue à ello; y entonces será la calidad de la culpa mortal, venial, ò ninguna, segun fuere tambien la calidad del precepto. Ita ille.

Sed ego olim affirmatiuè sententiæ adhæsi contra Caramuelem, Lessium, & Marchant; & nunc iterum non recedo ab illa. ex consuetudine inducta animo se obligandi, iuxta regulas tradi solitas à Doctorebus ad dignoscendum, quæ consuetudo inducta sit ex obligatione, & quæ ex deuotione; quòd alibi à me probatum est. Et vide, præter alios adductos, Bardi, *de Conscient. Discept. 6. c. 2. §. 7. num. 4.* Sed vt Hispanis Hispanum opponamus, adducam hinc Patrem Eusebium Herrera *in Decisionibus Moralibus de statu Religionis, decis. 8. num. 2.* sic asserentem: Sea

I 2 pues



„pues la constante, firme y verdadera sentencia, que
 „los tales Professos tienen obligación à rezar cada
 „dia so pena de pecado mortal enteramente el Offi-
 „cio Diuino, y atiendase que esto mismo se dize de
 „las Monjas profesas dedicadas al Coro. Esta senten-
 „cia es comun, y de las horas Canonicas, y por lo
 „menos es temeridad afirmar lo contrario, y lo sen-
 „tia así el gran Maestro Fray Luis de Leon. Ita il-
 „le: qui postea multas rationes adducens; ad hanc
 „firmendam sententiam, sic ait *num. 6.* Pruebas tan-
 „bien nuestra sentencia, por algunos decretos de
 „Pontifices, los quales siempre suponen esta obliga-
 „cion de rezar cada dia el Officio Diuino en todos
 „los Religiosos Choristas, y en las Monjas. Consta
 „esto de vna Bula de Leon X. concedida à la Con-
 „gregacion Camaldulense, adonde dize, que dispen-
 „sa con los Religiosos, que no estan ordenados de
 „orden Sacro, quando algun dia por la obediencia
 „andan muy ocupados, y no pueden rezar el Offi-
 „cio Diuino, y dice que cumplan rezando el Officio
 „de la Virgen, y la mesma dispensacion concede para
 „con los ydioras, mientras que aprenden à rezar el
 „dicho Officio. Luego supone el Pontifice, que los
 „dichos Religiosos tienen obligacion en consciencia
 „à rezar el dicho Officio dentro, ò fuera necesaria
 „dispensacion, para excusarlos de pecado mortal.
 „La mesma dispensacion conceden Eugenio I V, y
 „Julio II. como se puede ver en Manuel Rodriguez,
 „*tom. 1. Q. Q. Regal. q. 42. art. 5.* y la mesma dispen-
 „sacion concedio Clemente VII. à las Monjas de
 „Santa Clara, suponiendo que las tales Religiosas
 „estan obligadas à rezar cada dia el Officio Diuino,
 „y así lo estan tambien los Religiosos Choristas. Pues
 „es la mesma razon dellos, que de las Monjas. Ita
 „Herrera.

Et quidem, præter alias rationes à me alibi ad-
 ductas, si opinio negatiua esset admittenda, seque-
 teretur absurdum, videlicet quòd idem dicendum es-
 set de Subdiacono, nempe non teneri sub mortali
 dicere Officium Diuinum: nam ipsi non tenentur,
 nisi ex consuetudine persoluere Horas Canonicas;
 vt ex multis probat Leandrus de *Sacrament. tom. 2.*
tract. 6. disp. 13. quest. 8. & Reginaldus: *tom. 2. lib. 18.*
n. 140. cum alijs. Vnde merito doctus Pater Baldellus,
 in *Theolog. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 22. num. 13.*
 loquens de consuetudine Religiosorum, & Monia-
 lium persoluedi Horas Canonicas: sic asserit: Et
 „quatenus possit dubitari de huiusmodi consuetu-
 „dine, vtrum obliget ad mortale, eodem modo il-
 „lam interpretantur, quo supra diximus de Subdia-
 „conis, qui similiter solum tenentur ex consuetu-
 „dine, & communiter existimantur teneri ad mor-
 „tale; quia eorum consuetudo est inducta ex credu-
 „litate obligandi, & per modum legis non scriptæ,
 „& est de re graui; imò, & grauiore, quàm sit lex de
 „ieiunijs, de Sacro audiendo, de confitendo semel
 „in anno, de communicando in Paschate, & de si-
 „milibus, in quibus signanter, & specialiter non ex-
 „primitur quòd sint ad mortale: quæ tota ratio etiam
 „valet de consuetudine similiter inducta pro Reli-
 „giosis professis; eamque consuetudinem ita inter-
 „pretantur communiter viri docti, & timorati. Et hoc
 „totum, quod dicimus de viris Religiosis Professis
 „deputatis ad Chorum, quòd tenentur sub mortali
 „ad Horas Canonicas, dicendum etiam est de femi-
 „nis, & de Monialibus similiter Professis & deputatis
 „ad Chorum. Hæc Baldellus; cui adde Pellizzarium
 „*ubi infra*; Ergo, &c. Ex his cum sententiam negati-
 „uam probabilem vocasset Emmanuel Sà *verb.*
 „*Hora Canonica. num. 1.* his verbis: Quidam tamen,

& Moniales, & eos omnes, qui non sunt in Sacris
 obligatione liberant: quod etsi probabile, non est
 vsu receptum. Ita ille? Reuerendissimus Magister
 Sacri Palatii in Editione Romana correctâ abstulit
 illa verba, *Quod etsi probabile*: & idem in Editioni-
 bus expurgatis amplius non interueniuntur. Vnde
 illam tanquam probabilem non vult admittere Pel-
 lizzarius, *tractat. de Monial. cap. 6. num. 14.* Et
 hoc dictum esse volo ad confirmandam tantum
 meam sententiam, non autem ad censurandum
 aliorum opiniones: nam Ego semper in scribendo,
 modestia erga viros doctos vsus sum, & yrar,
 vt par est.

Limita tamen hanc sententiam in Religioso
 transeunti ad Religionem, in qua non est consue-
 tudo recitandi Diuinum Officium in Choro, qui
 non obstringitur ad recitationem illius, quamuis
 in prima Religione ad eam teneretur; nam debet se-
 qui institutum illius, ad quod se transtulit. Ita
 Layman *lib. 4. tractat. 1. cap. 4. num. 3.* & Escobar
Tract. de Horis Canonicis, quest. 3. §. 4. num. 17. qui
 antea *num. 3.* me citato cum multis alijs firmaue-
 rat, Moniales, & Religiosos Ordine Sacro non
 initiatos teneri ex vi consuetudinis ad Diuinum
 Officium.

*An in diebus Dominicis Quadragesima licitum
 sit comedere oua, & lactinia.*

R E S O L. XLVI.

Olim affirmatiuam sententiam docuit Gomez,
 & Llamas, quos statim aliqui rectè impugna-
 runt. Sed nouissime hanc sententiam, hoc non ob-
 stante, docent Escobar de Mendoza in *Theol. mor.*
tract. 1. exam. 17. cap. 3. Ioannes Henriquez in *Q. Q.*
Pract. sect. 46. quest. 8. & Machadus, *tom. 1. lib. 2.*
par. 7. tract. 3. docum. 4. n. 4. vbi sic ait: Suponiendo
 „pues, que aya obligacion, y precepto que obligue
 „à no comer lactinios en tiempo de Quaresma, se-
 „gun la opinion referida. Desputa tambien los Do-
 „tores, si este precepto aya lugar no solo en los dias
 „de ayuno de la Quaresma, si no tambien los Domin-
 „gos della. Comun opinion es, que si; porque las
 „parablas del Texto referido comprenden à qual-
 „quiera dia, en que se prohibe la carne. Però mas
 „comun que nõ; porque no auiedo obligacion, ni
 „precepto de ayunar los dias de Domingo de la
 „Quaresma, tampoco le ay de abstenerse en ellos de
 „los lactinios. Ita ille; cui adde Martinum de San-
 „Ioseph in *Monialis Confess. tom. 1. lib. 2. de Ieiunio*
tract. 4. sic asserentem: Muy probable opinion es
 „la de los que dizen, que en los Domingos de Qua-
 „resma se pueden comer hueuos, y lactinios: por-
 „que no auiedo obligacion, ni precepto de ayunar
 „los dias del Domingo, tampoco ay obligacion de
 „abstenerse en ellos de hueuos, y lactinios, cuya
 „abstinencia se introduxo por razon del ayuno: don-
 „de se echa de ver, que los Domingos de Quaresma
 „no son del ayuno della; es; que en su lugar añadió
 „la Iglesia los quatro dias; que ay desde el Mierco-
 „les de Ceniza, hasta el Sabato inclusiue: y los dos
 „que ay desde el Iuenes de la Cena exclusiue, hasta
 „Paschua, para complir los quarenta dias. Y consta
 „del *cap. Quadragesima, de Consecrat. dist. 5.* que los
 „dias de Domingo no son quadragesimales: sic ille.
 „Et sanè sententiam Villalobos in *Summa, tom. 1.*
tract. 27. claus. 6. num. 11. dicit non esse damnanda;
 „& Trullench *lib. 3. disp. 2. num. 2.* asserit non esse

esse improbabilem : Quod etiam dixit Ludouicus à Cruz, in *Bullam Cruciatam*, cap. 5. dub. 18. num. 5.

Sed ego alibi hanc sententiam improbaui ; & nunc iterum improbo ; & caueant Auctores ne in posterum illam vel absolutè teneant , vel tanquam probabilem admittant : Nam Sacra Congregatio S. Officij , & Sacra Congregatio Indicis , mensibus elapsis , mandarunt , hanc sententiam à quodam libro deleri , vt factum fuit. Et rectè quidem : nam est contrà communem sententiam Doctorum , quicquid falsò asserat Machadus vbi suprà ; & est contrà consuetudinem totius Ecclesiæ. Et probatur hæc opinio ex cap. *Denique. dist. 4.* vbi est sermo de Quadragesima ; & declarat Pontifex , quòd in illis diebus , in quibus abstinemus à carnibus , debeamus etiam abstinere à lacticinis ; non autem dicit , diebus , in quibus ieiunamus , sed in quibus abstinemus à carnibus : à carnibus autem abstinemus , non solùm in diebus ieiuniorum , verùm etiam in Dominicis Quadragesimæ.

Nec obstat dicere ex dicto capite , quod dies Dominici intrà Quadragesimam , non sunt dies abstinentiæ , vt ibi dicitur , (qui de abstinentia subtracti sunt :) igitur abstinentia , quæ in Quadragesima præcipitur non addit suprà dies Dominicos , alioquin non subtraherentur ab abstinentia : & confirmat Pasqualigus de *Ieiunio* , decis. 72. ex eo , quòd in fine eiusdem Textus fit mentio de illis quatuor diebus , qui sunt ante primam Dominicam Quadragesimæ ; & additi sunt , vt in Textu dicitur , supra triginti sex dies , vt completetur numerus quadragenarius dierum abstinentiæ : ergo si addendi erant quatuor dies pro integrando numero illo quadragenario abstinentiæ ; Dominici dies non sunt numerandi inter dies abstinentiæ. Respondeo , argumentum laborare in æquiuoco . nam dies abstinentiæ possunt dici tum quoad quantitatem , tum quoad qualitatem ciborum ; & hoc pacto sunt , propriè loquendo , dies ieiunij : possunt etiam dici latè dies abstinentiæ , quoad qualitatem tantùm ciborum ; & sic Dominicæ Quadragesimæ appellari poterunt dies abstinentiæ , sed minùs propriè : in Canone autem illo per dies abstinentiæ intelliguntur dies ieiunij , à quibus subtrahuntur , dies Dominici Quadragesimæ & sic patet responsio ad instantiam in contrarium adductam : ideoque dicimus , abstinentiam strictè acceptam non cadere suprà dies Dominicos ; secùs abstinentiam largè sumptam , quatenus dicit prohibitionem à qualitate ciborum. Et hæc omnia docet Pater Bardi in *Bullam Cruciatam* , part. 2. tractat. 3. cap. 2. tractat. 3. cap. 2. sect. 5. per totam , vbi latè nostram sententiam tanquam communem defendit , contra nostrum Pasqualigum : qui tamen postea in secunda editione mutauit opinionem , & doctè responderet ad argumenta contraria ; vnde amplius non potest adduci in fauorem affirmatiuæ sententiæ : contrà quam Ego plures Doctores adduxi in part. 3. tractat. 6. resolut. 80. & , me citato , alios etiam adducit Bardi vbi suprà.

Antonin. Diana , Pars X.

An votum Castitatis , vel Religionis factum ab eo , cui salubrius est Matrimonium ob suam incontinentiam , sit validum ?

RESOLVT. XLVII.

CAsus frequenter potest accidere : & ad illum sic responderet Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 5. n. 18.* Inualidum videtur votum Castitatis , vel Religionis , vel non nubendi factum ab eo , cui salubrius est matrimonium ob incontinentiam , & lapsum in res venereas. Ita Petrus Ledema , tract. 10. cap. 2. dub. 5. tom. 2. & Bonacina tom. 2. disp. 4. quest. 2. punct. 1. num. 26. quia hoc votum non censetur de meliori bono. Oppositum tamen , tenet Sanchez , lib. 4. c. 8. n. 9. Et fortè veriùs ; ob idque talia vota emittentes , si contrahere velint , solent , & tenentur petere dispensationem à Pontifice ; vt etiam primæ sententiæ Authores concedunt : signum est ergo , talia vota fuisse valida. Hucusque Trullench , qui , vt vidisti affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit ; sicut etiam nouissimè illam admittit Martinus de San Ioseph in *Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 41. de Matrim. n. 6.* sic asserens , El que hizo voto de Castidad , ò de Religion , siendo cosa cierta , que le està mejor casarse por la experiencia , que tiene de sus caidas , y flaqueza en peccado de carne ; ò presumiendo de si con consulta de hombre prudente , y docto , à quien demas daño que prouecho , es muy probable , que no le obligan estos votos , porque no son de meliori bono , para el que votò , y contra el consejo de S. Paolo , Corinth. 7. *Quod si non se continent , nubant ; melius est enim nubere , quam vri :* Y siendo assi , no parece necessario pedir dispensacion à su Santidad ; pues donde no ay voto , no ay dispensacion del. Ita Martinus ; qui tamen sententiam negatiuam Sanchez dicit esse communem ; & illam etiam tenet Pontius de *Matrim. lib. 6. cap. 12. num. 2.* & Suarez de *Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. num. 9.* quibus Ego adhæreo , stante praxi petendi in his casibus semper dispensationem à Summo Pontifice ; licet Martinus , vbi suprà asserat , que esto procede de no acobar de ajustar , si el casarse con las malas inclinaciones , y caidas dichas , es mas vtil : que ajustado bien esto , las razones en que se funda la primera sentencia parece , que no admiten solucion. Idè tu cogita.

Nota verò , quòd post hæc scripta inuenio Leandrum sententiam Martini non solùm probabilem speculatiuè , sed etiam practicè existimare ; sic enim asserit , de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 23. q. 3.* Quia probabile est , quòd id , quòd hîc , & nunc est speculatiuè probabile , sit etiam practicè. At sic est , quòd prædicta opinio asserens , vota Religionis , Castitatis , &c. facta ab eo , cui melius , & salubrius est Matrimonium , esse irrita , & inualida , est hîc & nunc speculatiuè probabilis , & satis : (vt ingenuè fatetur Thomas Sanchez) ergo hîc & nunc talis opinio , etiam practicè erit probabilis : ergo tutò amplecti potest ab eo , cui salubrius est Matrimonium , quàm ob suam incontinentiam sunt vota Religionis , vel Castitatis , &c. ergo absque dispensatione poterit ille Matrimonium inire. Sic expressè tenuit Io. Sanchez de hac re ab Amico , in casu occurrenti , consultus. Nec ex hac opinione sequi possunt inconuenientia aliqua , malave , aut scandala , quæ ex aliis

opinionibus, circa materiam grauissimam versantibus sequi non possunt. Possunt etenim ab omnibus, & tam ab aliis, quàm ab ista oriri, si circumstantiæ requisitæ non obseruentur; minimè verò, si tales seruentur circumstantiæ. Quarum vna in præsentiarum erit, si non cuiuscumque iudicio, quantumuis moraliter certo relinquatur; an vuenti omnibus consideratis, hîc & nunc sit expedientius, & salubrius Marrimonium; sed maturo iudicio pij, & prudentis Confessarij. Ita Leandrus, qui præter Sancium tantùm ab ipso adductum, poterat in sui fauorem alios plures adducere, asserentes, opinionem speculatiuè probabilem esse practicè probabilem; & hi sunt, me citato, amicissimus Pater Franciscus Lugo de *Principiis Theologia moralis, par. 1. cap. 3. quest. 4. num. 42.* Quintanaduénas in *Theolog. mor. tom. 1. in Append. ad Iubilæum, tract. 1. dub. ult. n. 5.* Magister Serra. *tom. 1. in par. 2. D. Thoma, quest. 19. artic. 6. dub. 4. fol. 366.* Spinola, *Opusc. de Elect. opinion. disput. 3. sect. 3. concl. 4.* & me citato Ioannes Henriquez in *Q. Q. Practicis, sect. 1. q. 4.* & me citato Narbona, in *Annal. Iuris, an. 60. quest. 2. num. 14.* Vide etiam, me citato, Escobar, de *Confessar. Sollicitan. par. 2. q. 2. §. 2. num. 41.* & me citato Auerfiam, de *Sacram. quest. 64. sect. 3.* & me citato, doctissimum Dicastillum de *Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 5. num. 46. & 58.* & me citato Machadum, *tom. 1. in Discurs. de Probabil. opin. art. 4. §. 2.* contra quos tamen ego in *part. 9.* multa adduxi, & nouissimè illos impugnat sapientissimus Pater Bardi, de *Conscient. disp. 4. cap. 8. num. 7. & seqq.*

Nota etiam hîc obiter dictum Leandrum *ubi supra, tract. 9. q. 2.* docere, me citato, in casu magnæ necessitatis posse Episcopum dispensare in Voto Religionis, aut Castitatis perpetuæ. Et hanc sententiam nouissimè tenet etiam Garcias in *Politica Regulari, tract. 4. par. 2. difficul. 1. dub. 6. num. 10.* ubi sic ait: Puede el Obispo dispensar, quando ai necessitat urgente, y peligro en la tardança, y no se puede recurrir à el: lo vno, porque no es de creer quiera el Pontifice en estos casos, que estè reseruado el tal voto: y lo otro, que no es su intencion poner laço à las almas, ni dexar de acudir à sus necessitates, ni dexarlas sin remedio: y sino pudiesen los Opispos hazer esto, todo lo dicho faltaria. Los exemplares, que pone Suarez son estos: tiene vno que ha hecho Voto hijos ilegítimos, quiererlòs legitimar in articulo mortis, en tal caso puede el Opispo dispensar en el voto para que se case. Tiene vna donzella hecho voto de castidad; quiere casarse, porque le aprietan las tentaciones; y teme que caerà muchas vezes, y que se infamarà, y perderà la ocasion de casarse, en tal caso bien puede el Obispo dispensar en que se case. Finalmente, vno que hizo voto de castidad, y despues atropellando por el se caso, y despues se halla en gran peligro de pecar, porque no puede pedir el debito; en tal caso podrá dispensar el Opispo para que pueda pedir, però no podrá absolutamente dispensar en el voto de castidad. En todos estos casos, porque ai periculum in mora, & non patet aditus ad Papam, puede el Obispo. Deste caso vltimo trata Fagundez, el qual añade con muchos, que no solo quando ai peligro de incontinencia, & non patet aditus; sino tambien quando concurre otro grate peligro de escandalo, honra, vida, &c. como quando vno que tiene hecho voto, desflora à vna donzella, y sino se casa luego padecerà en la honra, ò vida. Ita ille. Addit verò & be-

nè Leandrus, *ubi supra quest. 22.* Me etiam citaro, hanc doctrinam non esse extendendam ad Regulares, qui non possunt vi suorum Priuilegiorum in tali casu dispensare; quia Episcopi in præfato necessitatis casu non habent facultatem dispensandi in Voto absoluto Castitatis, per se aut iure ordinario; sed ex benigna solum voluntatis Pontificis reseruantis interpretatione; ergo & multò longè probabilius erit, quòd in præfatis casibus nequeant Religiosi in dicto voto absoluto Castitatis dispensare. Patet consequentia, quia Religiosi solum possunt dispensare cum Sæcularibus in votis omnibus, in quibus iure ordinario potest Episcopus. Ergo, &c. quicquid contra me dixit Pasqualigus. Sed opinio, quam ego docui, est communis.

An Episcopus, ut aliquem in isto titulo ordinet, possit Beneficium illi conferre immediatè ante Ordinationem, & illum statim postea ordinare?

RESOL. XLVIII.

DE hoc Casu sæpius interrogatus fui: nam Ordinandi, vel Episcopi inter se dissidentes, hoc non rariùs efficere solent; & ad quæstionem ex Franco, Quaranta, Riccio, & Barbofa negatiuè respondet Marchinus de *Sacram. Ordin. tract. 1. par. 5. cap. 8. num. 9.* Et ratio est: Primò, quia hæc Beneficij collatio videretur esse in fraudem legis, scilicet ad eximendum illum Clericum, cui Beneficium confertur, à iurisdictione sui Episcopi: at fraus, & dolus nemini debent patrocinari. Secundò, si illud fieri licitè posset, frustra Tridentinum *sess. 23. de Reformat. cap. 9.* definiisset, Episcopum tunc solum posse aliquem alterius Diocæsis ad Ordines promouere, cum per triennium fuerit cum eò commemoratus, dummodò statim Beneficium illi conferat: Nam, iuxta prædictam sententiam, non requireretur triennis cum dicto Episcopo commemoratio.

Sed ego in facti contingentia affirmatiuæ sententiæ adhæsi, quam tuctur Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 8. q. 19.* quia Ius solum requirit, quòd quis Beneficium legitimè obtineat, vt ratione illius ad ordines promoueri possit: nec distinguit quo fine, aut ratione illud obtineat: ergo nec nos distinguere debemus. Nec obstat fundamentum contrarium: dicendum enim, nullo modo fraudem legi facere, qui vtitur iure suo, quod lege ipsa nititur. Et ita hanc sententiam docet etiam nouissimè Martinus de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 4. de Ordine, num. 10.* ubi sic ait. Quando el Opispo da vn Beneficio à Clerigo, de otro Obispado, solamente con fin de ordinarle, puede hazerlo assi: porque esta no es fraude, pues ya tiene Beneficio en su Obispado, y no puole mas el Derecho. Ita Vgolinus de *offic. Episcop. cap. 26. §. 3.* & verba generaliter prolata referuntur ad omnia. *leg. Quidam. ff. de Tritico, vino, Gloss. fin. Cod. de Haereditib. delatione.* Ita ille. Vnde ad argumenta contraria patet responsio: Et ad Primum respondeo, fraudem legi non facere, qui vtitur iure suo, quod lege ipsa nititur. Ad secundum, differre à casu triennis familiaris, quòd in casu nostro collatio Beneficij debet necessariò præcedere Ordinationem; in illo verò potest sequi, vt satis colligitur ex verbis Concilij, dicto cap. 9. ibi, Beneficium statim re ipsa

ipsa illi conferat: quasi dicat, statim post Ordinationem.

Nota contra Molfesium, Sotum, Vgolinum, Riccium, Quarantam, & alios, supradictam sententiam procedere etiam si Beneficium sit tenue, v.g. trium, vel quatuor Aureorum; vt optimè notat Garcias de *Benef. par. 2. cap. 4. num. 8.* Campanili in *diners. Iuris Canonici, rub. 8. cap. 5. num. 19.* Henriquez in *Summ. lib. 10. cap. 22. §. 1. & litt. C.*, Barboza de *Officio Episcopi, alleg. 4. num. 44.* Ratio est; quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Sed *cap. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* non explicat valorem, & qualitatem Beneficij, sed simpliciter dicit, quem posse ordinari ratione Beneficij ab Episcopo, in cuius Diocesi consistit Beneficium. Quare, si tenui Beneficio adiungeretur Patrimonium, itaut conflatum ex utroque sufficeret ad sustentationem, sicut prærequirit Tridentinum *sess. 21. de Reform. c. 2.* tunc posset ab Episcopo Beneficij ordinari. Quam moderationem admittunt etiam Vgolinus, & Stephanus Quaranta; & hoc modo conciliantur opiniones. Vide Trull. de *Sacram. lib. 6. cap. vn. dub. 7. n. 16.*

An Medicus effectus Sacerdos possit sine peccato mortali exercere artem Medicina?

RESOL. XLIX.

Quidam Sacerdos per multos annos exercuerat artem Medicinæ; nec contentus de his, quæ alibi scripseram, quæsiuit à me, an peccasset mortaliter; nam in posterum volebat iam dispensationem petere à Summo Pontifice. Respondi, aliquos asserere, ipsum non peccasse mortaliter. Et idè Martinus de San Ioseph, in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 11. de Ordine, num. 2.* Sic ait. Dizen graues Auctores, que les està prohibido a los Clerigos el exercitar Oficio de Medicos, aunque no corren, ni quemen, por que es ocupacion seglar vedada por todo el titulo, ne Clerici, vel Monachi. Pero yo iuzgo es muy probable la sententia de otros; que afirman, no les està prohibido a los Clerigos ser Medicos; porque no ay Texto en todo el Derecho, que la reprueue; antes parece lo aprueua el cap. Ad aures, de etate, & qualitate. Donde Clement. III. respondit de vn Canonigo Colonienfe, que no auia incurrido en irregularidad, por que se le murio el enfermo, a qui en auia curado. Ita ille, qui citat Couarruuiam, Cardinalem, Sà, Molinam, Henriquez, Sayrum, & Bonacinam. Et quidem non possum, nec debeo huic opinioni, tantorum virorum auctoritate fulcitæ, notam improbabilitatis inurere; imò puto eam probabilem.

Sed contrariam esse veriore, existimo; quam docet Siluester, Rosella, Angelus, Armilla, Nauarrus, & Sanchez, quos citat & sequitur Caltrus Palaus, *tom. 3. tract. 16. disp. 4. punct. 13 §. 2. num. 3.* Dico igitur exercitum medicinæ esse Clericis, & Religiosis interdicitum, ex *cap. Clerici 2. de Vita, & honestate Clericor. & ex cap. 1. & seqq. Ne Clerici vel Monachi*; quibus Textibus generaliter Clericis, & Monachis interdicitur sæcularia officia. At hoc officium Medici, & Chirurgi etiam citrà incisionem, & adustionem nimis sæculare est, & statum Religiosum dedecens: Ergo ex hac parte prohibitum censetur. Vnde & ad rationem contrariorum concedo, nullum esse Textum, quo exercitum medicinæ, vel Chirurgiæ citrà incisionem, vel adustionem prohibeatur specialiter, & expressè: nego tamen,

non esse Textum, quo sub generalibus verbis prohibitum non sit. Ad Textum in *cap. Ad aures*, dicendum esse, hoc officium non esse Clericis, & Religiosis prohibitum ob periculum mortis; sicuti est prohibitum, cum exercetur per incisionem, vel adustionem; sed ob indecentiam; eaque de causa non inducit irregularitatem morte sequuta, si debita diligentia apposta est: illam verò inducit, cum per incisionem, vel adustionem exercetur. Et ita hanc sententiam præter Palaum, & alios penes ipsum, tenet Garcias in *Summa Theol. mor. tract. 1. diff. 2. dub. 7. num. 2.* Vide etiam Machadum, *tom. 1. lib. 4. par. 1. tract. 13. docum. 6. n. 1.*

Certum est tamen, Religiosum, & Sacerdotem à peccato liberari, si hoc officium citrà mortis periculum exercent causa pietatis, ac proinde gratis circa personas miserabiles, vel cognatas; quia sic exercitum non est officium sæculare, statum Ecclesiasticum, & Religiosum dedecens, sed potius illi conforme. Ita Doctores citati.

An actualis degradatio debeat fieri à proprio Episcopo, vel possit alteri Episcopo committi?

RESOLVT. L.

Actualis degradatio, quæ est solemnis executio præfatæ sententiæ degradationis, sit necessario ab Episcopo consecrato; quia est actus non solum iurisdictionis, sed ordinis, ex Ecclesiæ institutione consecrationi Episcopali annexus. Sicuti tradit Glossa communiter recepta in *cap. Transmissam, verb. De talibus.* Abbas, *num. 4. de elect.* Tolet. *lib. 1. cap. 50.* Suarez, *disp. 30. sect. 1. num. 18.* Sayrus *lib. 5. cap. 22. num. 12.* Bonacina, *disp. 4. punct. unico, n. 11.* Coninch, *disp. 16. num. 9.* Layman, *lib. 1. Summ. tr. 5. part. 3. cap. 5. num. 5.* Difficultas est, an sit faciendâ proprio Episcopo? Et Bonacina de *Censur.* vbi supra existimat, huius degradationis ministrum Episcopum proprium esse debere; neque posse alteri Episcopo consecrato vices suas committere; ductus illis verbis Concilij, & præsertim etiam ad actuale, & solemnem degradationem, &c. Verius censeo, alieno Episcopo committi hoc munus posse; quia verba Concilij, *Per seipsum*, denotant, non posse per Vicarium non consecratum fieri: non tamen excludunt, quin per alium Episcopum consecratum fieri possit, vt bene notauit Suarez *d. sect. 1. numero 18.* Layman, *d. capite 5. numero 5.* & Machadus, *tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 12. docum. 2. num. 2.* & 3. vbi sic ait: La Degradacion actual, como consta del Concilio Tridentino, solamente la puede hazer el Obispo proprio por si; el qual no basta que este electo, y confirmado, sino que, segundo la trina comun es necessario, que este consecrado; porque este es acto contrario al orden, y assi solo el que puede ordenar, podrá degradar actualmente; y assi se colige del Derecho Però dudando, si el Obispo proprio puede delegar à otro Obispo la facultad de degradar à su subdito. Bonacina sienter, que en rigor de Derecho no puede delegarla, porque el Concilio Tridentino, que le dà la dicha facultad, dize, *Per seipsum*, con que excluye toda delegacion, si bien afirma, que en esto se deue obseruar la costumbre, que huie en cada parte. Mas otros Doctores defienden absolutamente, que la puede delegar, porque segun Derecho, *Qui per alium idoneum facit, per seipsum facere videtur.* Itaque hæc opinio est probabilior, & magis communis, quam etiam

etiam, præter Doctores citatos, tener Castrus Palaus, tom. 6. d. disput. 5. punct. 1. num. 5.

An sententia Degradationis possit fieri à Vicario Capituli Sede Vacante; & actualis ab Episcopo, cui ipse commiserit?

R E S O L V T. L I.

Suppono in Degradatione adesse tres actus. Primus est, cognoscere de crimine merente Degradationem: Secundus est, ferre sententiam: Tertius est, exequi degradationem actualem. Et quidem de tertio actu Doctores omnes unanimiter conveniunt, fieri non posse à Vicario Capitulari. Difficultas est de aliis duobus actibus: Et affirmatiue respondeo, cum Auila de Censur. p. 4. disp. vnic. dub. 2. concl. 4. qui testatur, in facti contingentia Capitulum Cuzquense Sede Vacante, protulisse sententiam Degradationis actualis contra quendam Sacerdotem, propter enorme quoddam homicidium. Et ratio est, quia huiusmodi sententia non est actus ordinis, sed iurisdictionis: ergo. Verum, quia tota difficultas in probando antecedenti consistit; probatur, Primò: nam si pertinet ad actum Ordinis; fieret ab Episcopo induto Pontificaliter; sicut fit ipsa executio Degradationis. Secundò: nam hæc sententia non est aliud, quam punire delictum: ergo pertinet ad iurisdictionem. Tertio, si hæc sententia ferretur ab Episcopo consecrato, qui renunciauit Episcopatu; non teneret: ergo non est actus ordinis. Probo consequentiam: nam si huiusmodi Episcopus conferat ea, quæ sunt ordinis, facta tenent. Quartò, Episcopi, qui debent assistere huiusmodi sententiæ, iudicant simul cum Episcopo proprio, & per consequens sunt verè Iudices: sed loco horum Episcoporum possunt modò assistere Abbates, vel aliæ personæ in dignitate constitutæ; vt vult Concilium Tridentinum, sess. 13. c. 4. ergo non est actus ordinis, sed iurisdictionis. Et idè Felicianus à Vega, in cap. 4. §. de adulteriis, num. 28. de iudiciis, docet pœnam Degradationis actualis siue verbalis pro delictis criminibus maioribus, siue minoribus, imponi posse à proprio Episcopo, siue ab eius Vicario generali; cum hac tamen declaratione, quod hoc intelligatur respectu prolationis sententiæ, in qua fit condemnatio: non verò quatenus attinet ad factum eiusdem degradationis actualis; quia illud tanquam concernens exercitium ordinis Episcopalis, solùm per ipsum Episcopum, & non per Vicarium expediri potest. Ita Vega. Sed Vicarius Capituli, Sede Vacante succedit Episcopo in his, quæ pertinent ad iurisdictionem, & huiusmodi depositio pertinet ad iurisdictionem, non autem ad ordinem Episcopalem: Ergo. Et hoc etiam confirmavit auctoritate Doctorum, & rationibus Ioseph Aldrete de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 3. num. 17. & 18. vbi etiam notat, Episcopum electum, & confirmatum, nondum tamen consecratum posse cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet. Ex quibus verbis, ego olim consului Vicarium Capituli, Sede Vacante, potuisse ferre sententiam degradationis contra aliquem, & actualem degradationem remittere Episcopo viciniore, vel alteri.

Nota hinc obiter, quòd Prælati Regularis non potest iure communi deponere, nec degradare suos

subditos, nisi comperat ei consuetudine, vel priuilegio. Ita Nauarrus lib. 3. Consilior. consil. 8. de Regularibus num. 3. Et quòd priuilegium attinet, nullum tale inueni in compendio Minorum; cæterum in Compendio Societatis Iesu, verb. Pralat. §. 3. est quoddam priuilegium, quod credo extendi ad hunc casum, quantum ad depositionem verbalem tantum. Et ita obseruat Auila loco citato, & Pellizzarius in man. Regular. tom. 2. tract. 7. cap. 3. sect. 4. n. 125.

An Episcopus, præter casus in iure expressos, propter aliud delictum enorme, & qualificatum possit Clericum degradare, & tradere brachio Saculari ad puniendum?

R E S O L V T. L I I.

Pro negatiua sententia 30. Doctores adducit Chartarius in Decisionib. Archiep. decis. 66. n. 48. Et hæc sententia probatur ex Capite, Cum non ab homine de Iudiciis. ponderando verba illa (quibuscumque criminibus) ex quibus apertè colligitur, Iudicem sæcularem in omni crimine, quantumcumque graui, & enormi punire non posse Clericos; eos tamen deponendos esse; & si fuerint incorrigibiles, tradendos Curie sæculari, atque ita delicti grauitas non sufficit, nisi accedat etiam incorrigibilitas. Idem patet ex cap. de Liguribus 23. q. 5. & ex cap. Tuae, de pœnis, & ex Clement. 1. in pr. de pœnis. Et hanc opinionem in crimine læsæ Maiestatis approbavit etiam Synodus Toletana 16. celebrata à sexaginta, & vno Episcopis, anno Domini 693. sub Rege Flauio Egica, in ea enim Synodo Sigibertus Toletanæ Sedis Episcopus loco, & honore priuatus fuit, quoniam decreuerat Regem prædictum non tantum priuare Regno, sed etiam cum aliis Complicibus interimere, & Genti eius, vel Patriæ inferre conturbium, & excidium: simulque perpetui exilij ergastulo relegatus: ita vt secundum antiquorum Canonum Decreta, in fine vitæ suæ tantum Communionem reciperet: excepto, si Regia eum pietas antea absolueret statueret: Et eadem pœna eadem Synodus, multandos esse voluit cæteros cuiuscumque Ordinis Religiosos, qui contra Principem talia egisse, vel definitè reperti extiterint; cuius Toletanæ Synodi inentionem facit Diaz, cap. 119. vers. Tu autem ultra prædictos, & Beretta, consil. 76. post n. 12.

Verum, his non obstantibus, pro affirmatiua sententia Chartarius vbi supra, num. 1. affert plus quam 60. Doctores, quibus præter illos, quos ego adduxi in part. 1. tract. 2. resol. 130. nunc adde doctum, & amicissimum Patrem Bardi, de Conscient. discept. 6. cap. 2. §. 17. num. 7. Laymann lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 5. in fine, Baunium, tom. 2. tr. 10. quest. 9. in fine, Fernandez in Medulla, part. 2. cap. 14. §. 1. n. 13. Gauantum in man. Episcop. verb. Degradatio, num. 9. Bassæum eod. verb. num. 6. Viualdum in candid. de Depositione, & Degradat. num. 23. Venetum in Exam. Episcop. lib. 5. cap. 5. numero 6. & Castrum Palaum, tom. 6. disput. 4. punct. vlt. numero 13. vbi firmat, pro quolibet crimine enormi, & notabiliter scandaloso, Clericum etiam in Sacris degradari actualiter posse, & Curie sæculari tradi, quod experientia teste sæpè comprobatur est. Neque huic consuetudini obstat Textus in cap. Cum non ab homine, de Iudiciis exigens incorrigibilitatem, vt Curie Sæculari tradatur Clericus puniendus: quia Textus loquitur de quolibet delicto graui, ob cuius causam plerumque non est tradendus Clericus

Curie

Curie seculari, nisi adsit incorrigibilitas. Non tamen in eo Textu prohibetur, quin Ecclesia possit ob enorme delictum, nulla expectata incorrigibilitate, Reum Curie seculari puniendum committere: quandoquidem ipsa Ecclesia non habet poenam, quam imponere possit delicto dignam. Quod si roges, quodnam censeatur delictum enorme? Respondet, Iudicis arbitrio hoc remitti, ut dixit Iulius Clarus, *lib. 5. §. fin. q. 36. n. 36.* Censerem autem esse delictum enorme homicidium qualificatum, scilicet homicidium Prælati, vel Sacerdotis, Fratris, Patris, Item assassinium, furtum, sacrilegium, depraedationem communium bonorum, & similia. Et generaliter omnia illa delicta, ob quæ poena mortis iure civili statuta est, si pluries repetita fuerint, enormitatem continent; ut bene Layman, *lib. 1. Summ. tract. 5. part. 3. cap. 5. in fine.*

Sed non deseram hinc apponere verba Iosephi Aldrete, viri doctissimi ex Societate Iesu, de Religiosa Disciplina tuenda, sic asserentis *lib. 2. cap. 25. num. 8.* Nobis si quid in hac re arbitrari licet, valde probamus, quæ Gratianus ex Haymone profert verba. Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quam per Antistites, & Rectores Ecclesiarum vindicantur; sicut est, cum quis interficit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, siue Diaconum; huiusmodi Reos Principes mundi damnant. *cap. Sunt quedam 23. q. 5.* Multaque alia in eam sententiam profert Abbas, Panormitanus, quibus Decius ex Aretino satisfacere nititur; & non est huius operæ, nec loci diffusè examinare: quod si non contendendi animo expendantur, facile suadebunt Abbatis sententiam optimo iure fulciri. Nec audiendum Philippum Decium, qui contrariam de iure veriore affirmat. *c. At si Clerici num. 253.* Quoniam idemmet faretur, Abbatis sententiam habere magnam æquitate, ut delicta debita poena mulcentur, & iuxta gravitatem puniantur. Nam quæ sententia magnam habet æquitatem, eadem prior in iure est, cum ius sit ars boni, & æqui *leg. 1. de Inst. & Iure, & id prævalere debet: nam & si scriptum legis eam sententiam efficeret; tamen legislatoris mentem aliud velle credendum est leg. 13. de excusatio. Tutorum, & licet edicti verba non patiantur, sententia tamen seruanda est. leg. quamvis de in ius vocando.* Et verba quantumcumque generalia, & ampla iuris recipiunt interpretationem. *leg. Divus Trajanus de Testamento Militia.* vbi Bartolus id notavit, & Alexander *consil. 33. num. 1. v. l. 1.* Sed etiam id secundum rationem naturalem, & iuris constitutionem æquum non est, ut pari supplicio furtum, & parricidium puniatur; cum pro mensura peccati, sit plagatum modus imponendus *cap. Non offeramus 24. q. 1.* quod credi tibi potest fuisse ea decretali constitutum. Didacus item Couarruias qui libenter primæ opinioni accedit, nihil minus verbis eiusdem decretalis, quasi dicant, in omni crimine quantumcumque graui, & enormi (et tamen verba ab eo fideliter non referuntur) & nihilominus admittit, & inficiari se non posse ait, quin in aliquo homicidio, vel alio crimine ita Reipublicæ pernicioso, quod pro loci, temporis, & personarum qualitatibus prudentis Iudicis arbitrio postulet, iustissime traditio fiat, ut à seculari potestate Clericus puniatur. Atqui id ipsum est, quod secunda sententia asserit; quia non temerè id fieri concedit. Quod si hoc negari non potuit, nec etiam, quod sicut is casus excipitur, etiam omnes illi similes, in quibus criminis grauitas, & exempli enormitas exigunt, ut crimen non maneat impunitum, ut il-

la enormia flagitia per Mundi Iudices puniantur, ut ex Haymone tradit Gratianus *in d. cap. sunt quedam 25. q. 5.* Cui sententiæ minimè obstat decisio *c. Cum non ab homine de Iudicio.* qua contrariam tenentes nituntur. Vera namque illius Decretalis explicatio est, à Romano Pontifice fuisse queritum, quod initio illius Text. his verbis dicitur. Vtrum liceat Regi, vel alicui seculari iudicare Clericos cuiuscunque Ordinis, siue in furto, siue in homicidio, vel periurio, seu quibuscumque criminibus fuerint deprehensi? Respondet Romanus Pontifex, non debere, sed esse prius deponendum ab Ecclesiastico Iudice; deinde si adhuc fuerit incorrigibilis, esse excommunicandum; contumacia crescente, fore anathematis mucrone feriendum; quod si contempserit, tunc per Iudicem secularem fore coercendum. Itaque in ea Decretali sine actuali Degradatione permittitur Iudici seculari, ut Clericum puniat incorrigibilem depositum, excommunicatum, & anathematizatum. Est igitur quæstioni propositæ responsio accommodata, nulla facta de Degradatione mentione, sed huiusmodi incorrigibilem sine illa posse à seculari Iudice in eo casu puniri. Hanc expositionem tradunt ibi Ioannes Andreas, *n. 1.* Abbas, *n. 27.* Imola, *n. 6.* Felinus, *n. 9.* Decius, *n. 70.* Couarruias *in Practicis, cap. 32. n. 2. vers. Secundo est,* Bernardus Diaz, *c. 141. data incorrigibilitate n. 4.* Quicquid & Couarruias dicunt communem; & planè negari non potest. Iulius Clarus. *§. fin. questione 36. & 37.* Farinacius *1. tom. quest. 8. n. 50.* Decianus, *lib. 4. c. 9. num. 230. tractat. criminal. com. 1.* Præscribitur itaque forma, qua seruata sine degradatione possit Iudex secularis Clericum punire. Nihilque agitur de eo, quando possit illum Episcopus degradatum seculari tradere puniendum. Ex hac vera illius declaratione colligitur, quod solum permittitur seculari Iudici de causa Clerici sine degradatione cognoscere, & illum punire; non verò prohibetur Ecclesiastico Iudici, quod pro criminis grauitate possit formam aliam in puniendo Clerico seruare, nimirum non expectata incorrigibilitate, si criminis grauitas postulauerit actualiter degradare, & tradere Curie seculari: qui enim ordo Iudici seculari præscribitur, non extenditur ad Ecclesiasticum: nec Iudicis Ecclesiastici ligat manus, quominus, si aliud expedire visum fuerit, non faciat. Itaque is casus à Canone ommissus iuris dispositione est regulandus. Atque ita vsus, & consuetudo optima Legum interpretis, hanc explicationem approbauit; ut ex supracitatis Authoribus patet, qui referunt pluries ita fuisse vsu receptum, atque in aliis casibus non expectatur incorrigibilitas, neque illa forma obseruatur, ut possit Clericus sine Degradatione puniri, ut *cap. Cum non ab homine cap. Perpendimus de sentent. Excommunicat. Couarruias d. c. 32. n. 2. in Practicis.* Sed etiam illud ausim affirmare, illam procedendi formam traditam *in d. cap. Cum non ab homine de Iudicio.* nunquam fuisse seruata in foro Ecclesiastico; quod si aliquando fuerit admissa, id fuisse rarissimum; cum verè valdè difficilè sit, illum ordinem seruare; indicio esse potest, quod Innocentius IV. & alij, cum sequuti, tradunt in eo capite, post depositionem esse Clericum minori excommunicatione feriendum, postea maiori ligandum, sub anathematis nomine comprehensam; quia explicationem exclusit, Abbas, Panormitanus, & de ea egit Decius, & Couarruias *in c. Alma mater. 1. part. §. 8. n. 7. vers. Subinde,* qui receptam asserit esse opinionem, de excommunicatione maiori esse intelligendam Decretalem, & secundam de Anathemate, quod excommunic-

tionem

tionem solemnem, dirarum imprecationem, & maledictionum execrationem publicam continet. Insuper, ut excommunicatione ligari possit Clericus; monitio trina esset præmittenda, vel vna peremptoria pro tribus: hæc autem fieri debebat postquam depositus apparet incorrigibilis; nam sine dā pro præteritis culpis excommunicatio ferri non potest. Hæc omnia, & alia suadent, difficilem reddi illius decretalis formam, ut credamus, non fuisse vltimam receptam, quoad præscribendam formam Iudici Ecclesiastico, ut eam eo modo seruaret, ut possit Clericum tradere Curie sæculari. Ideoque Prosper Farinacius *d. tom. 1. quæst. 8. num. 50. ex Bossio in Praxi, rit. de foro competent. num. 133. in fin. & ex Sigismundo Scaccia, de Iudiciis, lib. 1. cap. 11. num. 53.* tradit, raro fuisse formam *d. cap. usu receptam.* Nos addimus in proprio, & germano sensu receptissimam, ut nunquam Iudex Sæcularis possit sine illa forma, vel traditione à Iudice Ecclesiastico facta, vel in aliis casibus à Iure expressis, Clericorum crimina punire, sed propriis Iudicibus puniendā remittere. Hucusque Aldrete *ubi supra*; quæ omnia valde potanda sunt. Vnde in rigore loquendo, non esset damnandus Episcopus, qui hanc sententiam sequi vellet, cum inter Theologos, & Iurisperitos sit communissima; tamen ipsis consulere, ut in re tam graui ad Pontificem recurrerent. Et ita, me citato, tenet etiam inter præstantissimos Iurisperitos Hispaniæ eruditus Torreblanca, in *Practica Iuris Spiritualis, lib. 15. cap. 4. num. 55.*

An Indulgentia debeat habere causam publicam: & quid entendum de calculis, ac imaginibus cum Indulgentia plenaria?

RESOL. LIII.

AD hæc sic respondet Sotus *in 4. tom. 1. dist. 21. quæst. 1. artic. 2.* ubi ait: Eninverò ubi error non est manifestus, licet in veritate possit causa non esse legitima, debetur tamen hic honor auctoritari Pontificis; ut sit præsumenda legitima: atque adeò non est decens, contra huiusmodi Indulgentias obmurmurare. Secus tamen, si talis error esset manifestus; tunc enim potius est religionis officium, veritatem docere. Nostris enim temporibus, vsque adeò priorum clementia erga animas, quæ in Purgatorio cruciantur, succreuit, ut importunis supplicationibus à Summo Pontifice concessio fuerit exorta, ut qui tangendo quendam benedictum calculum, *Aue Maria*, vel *Pater noster*, recitaret, animam inde quantocumque tempore cruciari deberet, eriperet, ut protinus libera euolaret. Hanc ergo non dicam piam fraudem, quia Hæreticorum verbum est; sed tamen citrà Religionis iniuriam posset hoc populo dissuaderi. Primum, quia hic nulla interest causa pia in communem utilitatem Ecclesiæ: nam pius affectus in Defunctos non reputatur causa, ut diximus. Illa enim ratione Deus per se animas omnes liberaret. Secundò, quia neque ex parte facientis quod Indulgentia iubet, aliquid præstatur, quod ad tam ingentem effectum vilius sit momenti. Quid enim refert dicere *Pater noster*, ut anima à tam immodicis tormentis eruarer? Profectò diræ crudelitatis argueretur Deus, si animam tribus annis tam atrociter contorqueret, cuius tamen liberatio ex vno *Pater noster* penderet, & calculi tactu. Præsertim quòd Papa non potest Defunctis Indulgentias con-

ferre per modum absolutionis, ut Viuis, sed per modum suffragij. Et idè mirabile est, quòd per vnum *Pater noster* thesaurus Ecclesiæ tam insignis effectus applicetur. Præterquam quòd illa oratio ut plurimum dicitur ab iis, qui sunt in peccato mortali, quæ idè apud Deum nullius valoris est: concessit Papa quantum concedere potuit; sed non est credendum, credidisse suam concessionem tanti esse, quanti supplicatores valere poterant. Atqui, si sub hac populari opinione nihil aliud nocumenti lateret, quàm quòd fortè populum fallit, nullum esset periculum, illam relinquere propter imaginem religionis, quam habet. Sed tamen illi, qui illam crederent, merum Purgatorij radicibus euellerent. Id enim, quòd præter Infernum. Homines à peccato arceret, est Purgatorium; & tamen si eam facile traderetur, nullum posset ingenerare metum. Hucusque Sotus.

Sed merito aduersus illum insurgit Henriquez, *lib. 1. c. 14. n. 3.* sic asserens: Quare carpendus non est, sed probandus frequens vsus Sanctissimorum, & prudentissimorum Pontificum; qui pro facili, ut videtur, causa (ut habent calculos, seu Globulos à Papa benedictos pro paruo opere, breui oratione, & leui dispositione Recipientis) concedit Sæcularibus magnam Indulgentiam: aut per Priuilegium, quòd dicitur mare magnum, Religiosis, aut Principibus, Indulgentiam plenariam, aut liberationem animæ à Purgatorio. At aiunt quidam, non esse inconueniens admittere errorem facti in Papa. Quòd falsum est, quia res hæc non apud vnum aut alterum malè dispensatum versatur: sed in tota Ecclesia Fidelitum, qui piè credunt, se consequi effectum Indulgentiæ. Et ut parua attritionis dispositio, dum adiungitur Sacramento, est idonea, ut impio virtute Christi, & clauium remittatur pœna æterna cum innumeris simul culpis mortalibus: ita cum calculo benedicto parua oratio esse potest iusto digna dispositio; ob quam per clauis Papa ex causa condonet pœnam temporalem, etiam ingentem. Ita ille.

Nec desetam hic apponere verba Villalobos, *tom. 1. tract. 16. diff. 8. n. 5.* aduersus Sotum etiam insurgentem: A imitacion desto (ait) pienso que lo hazen los Sumos Pontifices, quando conceden las Indulgencias de las ctenças beneditas (diga Soto lo que quisiere) porque referido esso apremiarà à los que han sido benemeritos de la Iglesia, (quales suelen ser los Principes, à cuya instancia se conceden) es causa bastante para que por esta via se animen otros à fauorecer la Iglesia. Y assi dize bien Cordoua, que no ay causa tan pequena, que referida à otra cosa no pueda ser grande, y bastante para conceder Indulgencias. Confirma se esto con la autoridad de los Sumos Pontifices, que por visitar tal, ò tal Iglesia, ò por mirar con deuocion esta, ò aquella Imagen, ò por rezar vn *Pater noster*, y vna *Aue Maria* conceden Indulgencias, y à vezes grandes; cuya autoridad huiera de bastar, si bien lo mirara Soto; porque quando non constare claramente lo contrario, haze de presumir que la causa quel el Pontifice señala, es suficiente, como dize Cordoua; y la comun, y lo concede el mismo Soto. Porque si la sentencia del Iuez se presume justa, y razonable, mientras no consta manifestamente de lo contrario segun derecho; mucho mejor en las dispensaciones, que haze el Pontifice. Y assi no habld Soto, como era razon, en las cuentas benditas, que fera la causa grande, por lo que queda dicho; y no declara siempre el Papa la causa que tiene, y està la presuncion por el, mayormente siendo vso tan ordinario en la Iglesia, que no ay algun Su-

» mo Pontifice que no las conceda, y las ha conce-
 » dido N.S. Papa Paolo V. con auer reformado otras
 » muchas Indulgencias. Dicendum est igitur, reperi-
 » ri iustam causam in concessione Indulgentiarum
 » dictorum calculorum, & imaginum; Quia non con-
 » ceditur intuitu solum illius grani, vel imaginis, sed
 » principaliter in cultum alicuius Sancti, vel ob ali-
 » quam necessitatem, vel ob merita egregia alicuius
 » Principis Christiani erga Ecclesiam. Deinde, quia
 » ipsum etiam granum multum conducit ad piete-
 » tem; quia conseruando, & venerando illud, eo ipso
 » profitemur, & veneramur auctoritatem Summi
 » Pontificis, à quo mediate, vel immediatè granum
 » illud fuit benedictum. Itaque sufficit, vt Indulgen-
 » tia mediatè tantum redundet in bonum commune,
 » mediante priuato bono singularis Personæ, modò
 » in ea causa iudicetur sufficiens. Cùm etiam bonum
 » personæ particularis spectet ad bonum commune,
 » quod ex particularibus coalescit. Licet igitur In-
 » dulgencia, quæ per Iubilæum concedi solet toti Ec-
 » clesie, vel alicui Regno, aut Prouinciæ, postulet
 » causam communem, & vniuersalem, Indulgentiæ
 » proportionatam; Indulgencia tamen, quæ conce-
 » ditur priuatæ personæ, non requirit causam com-
 » munem; sed sufficit priuata personæ proportiona-
 » ta. Et ita nostram sententiam tenet Leandrus *de Sa-
 » cram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. q. 33.* qui citat Cardina-
 » lem de Lugo, Nauarrum, Cordubam, Medinam,
 » Granadum, & Suarez.

Ad rationem Soti, quòd thesaurus communis,
 qualis est Indulgentiarum, non nisi propter com-
 mune bonum validè dispensari potest; Respondeo,
 negando antecedens, nam, vt rectè docet Amicus
in Cursu Theol. tom. 8. disputat. 20. sect. 9. num. 278.
 etiam ex thesauro communi prouideri potest priua-
 iis necessitatibus personarum quatenus sunt mem-
 bra communitatis. Neque facienda est vis in simili-
 tudine thesauri temporalis, cuius bona sæpè dis-
 pensari non possunt, nisi ob publicas causas; quo-
 niam hæc bona subsunt potestati Reipublicæ quæ
 sub hac conditione vult, vt illa distribuantur. The-
 saurus autem Indulgentiarum immediatè subest
 potestati Summi Pontificis, qui illum à Christo dis-
 pensandum accepit, non solum pro toto corpore,
 sed etiam pro singulis membris Ecclesie.

*An in dubio, si puer septennis vsum rationis
 habeat, possit Confessarius illum absque
 conditione absoluerè?*

R E S O L. XLIV.

CAsus est practicabilis. Et affirmatiuam senten-
 tiam tenet doctus Caramuel *in Theol. mor. lib.*
 » 3. num. 1388. & 1389. vbi sic ait: In dubio, an puer
 » septennis, aut maior, habeat vsum rationis, debet
 » absolutè, & sine conditione absolui, etiam extra
 » mortis articulum. Vt igitur hanc cæthesin, aut co-
 » rollarium probem, præmittam breuiter Dianæ ver-
 » ba valdè docta, & valdè necessaria. *Partis enim*
 » *Quarta Tractatu 3. Resol. 52.* sic inquirit. Quando
 » dubium est, an pueri rationis vsum habeant, præsu-
 » mendi sunt habere, si compleuerint septennium, se-
 » cus antea; quia præsumptio desumenda est ex com-
 » munitè contingentibus. Imò si rem benè exami-
 » nes, videtur non posse dari verum dubium, sed pro-
 » babilitatem; quia regulæ generales debent admitti,
 » vbi cumque non probetur contrarium: & vt existi-
 » mo, hæc consequentia: ferè omnes septennes pueri
 » habent vsum rationis; ergo etiam Petrus: videtur

probabilis, & debere rationibus fortibus elidi. Imò,
 si nulla ratio contra eam militet, videtur moraliter
 certa. His positis discurro sic. Cùm ambigitur, an
 puer septenni maior habeat vsum rationis; debet
 supponi illum habere. Cùm illum habere supponi-
 tur; supponitur posse absolutè absolui: absolueudus
 est igitur sine conditione. Hucusque Caramuel.

Sed aduersus illum insurgit nouissimè Pater Bar-
 di *de Conscientia, discip. 6. cap. 11. par. 4. §. 9. num. 5.*
 Et ratio est, quia nequit Confessarius in absoluendo
 Pœnitentem ita se gerere, vt probabili irritatio-
 nis periculo exponat Sacramentum, quando facile
 potest tale periculum euitare. Igitur hæsitans de v-
 su rationis in puero, cuius Confessionem excepit; non
 potest illum absque conditione absoluerè. Antece-
 dens certum videtur; quia imprudens esset Confes-
 sarius, potens periculum inualiditatis declinare, in
 illud se conicere; quando nulla vtilitas ex hoc pro-
 uenit, neque incommodum ex contrario. Itaque,
 quamuis ius, completo septennio, præsumat in
 dubio adesse vsum rationis in puero; nihilominus
 in Sacramentorum administratione nequimus for-
 mare conscientiam practicè probabilem ex tali iu-
 re præsumpto; quia validitas, aut inualiditas Sacra-
 menti minimè dependet à præsumptionibus istis:
 nam tali præsumptione non obstante, si à parte rei,
 puer ille defectum habeat rationis; irritum erit Sa-
 cramentum: proinde cùm facile possit Confessarius
 à tali periculo se eximere, conferens absolutionem
 sub conditione; prudentia dicat, vt conditionatè
 puerum illum absoluat. Ita Bardi, qui etiam alias
 obiectiones soluit; & me citato hanc negatiuam
 sententiam mordicus tuetur; à qua ego iterum non
 recedo.

*An in casu, quo Confessarius debeat præbere ab-
 solutionem sub conditione, sufficiat, si con-
 ditio in sola mente sistat?*

R E S O L. LV.

Negatiuè respondet Caramuel *in Theol. mor. lib.*
 » 3. num. 1495. vbi sic ait: Illa verba sub condi-
 » tione saltem mentaliter concepta militant contra
 » Sacramentale forum pœnitentiæ quod per signa
 » sensibilia debet administrari. Non sufficit, quòd Pœ-
 » nitens peccatâ mente concipiat, sed requiritur ab-
 » solutè, quòd illa externo aliquo signo ita explicet,
 » vt Confessarius numerum, & speciem, quantum fie-
 » ri possit, dignoscat. Fateor, Sacerdotem Confessa-
 » rio notum, si in peccatum aliquod fragilitatis, v.g.
 » fuerit lapsus, sufficienter confiteri suam culpam,
 » dicens: Mœcharus sum; nec requiri, quòd sacrile-
 » gij circumstantiam, tamen mutantem speciem ver-
 » bis confiteatur; illam enim confiteretur tam clarè, vt
 » Confessarius non possit illam non intelligere: quòd
 » si esset Confessario ignotus, deberet hanc circum-
 » stantiam ita explicare, vt sacrilegij malitia Confes-
 » sario innotesceret, puta dicendo, voto obstrictus
 » sum, sum Religiosus, sum Sæbdiaconus, sum Dia-
 » conus, vel sum Sacerdos: quia in omnibus istis gra-
 » dibus vnam, & eandem specificam seruandæ Cali-
 » tatis obligationem reperio. Ergo à fortiori Confes-
 » sarius debet suam mentem extrinsecè manifestare,
 » non solum nutibus & signis; sed ex institutione
 » Christi, verbis. Ergo, quando datur absolutio, debet
 » fieri per verba absoluta; & quando conditionalis,
 » per verba conditionalia: non igitur sufficit condi-
 » tio pura mente concepta. Confirmatur: Quia for-
 » ma Sacramenti Pœnitentiæ consistit in verbis, non
 » in

in intentione; hæc enim non est forma, sed dispositio, aut conditio sine qua non, ex parte agentis requisita: ergo qualia fuerint verba, talis erit absolutio: erit ergo conditionalis, si conditionalia; absoluta, si absoluta. Confirmatur iterum: Pœnitens habens peccata dubia non bene confiteretur, si absolute diceret, se commisisse illa peccata, sub conditione mentaliter concepta: ergo nec Confessarius bene absoluet, si verbis absolutis sub conditione mentaliter concepta. Confirmatur tertio: Intentio debet verbis correspondere: ergo si illa sit conditionalis, hæc conditionalia debent esse: & si hæc absoluta sint, illa debet esse absoluta. Aliàs enim non esset verborum & mentis conformitas; & verba illa plus mendacij, quam absolutionis haberent. Ita Caramuel.

Sed contra illum dicendum est cum communi, & vera sententia, quod casu eueniente, in quo Pœnitens conditionatè, & non absolute est absoluendus; poterit non solum validè, verum etiam licitè Confessarius, proferendo formam, in sola mente retinere conditionem. Probatum non solum à posteriori ex Praxi, secundum quam Confessarij docti, & prudentes id exercere solent, vel conditionem exprimendo in ipsa prolatione formæ, vel solum conditionem retinendo in mente: sed etiam probatur à priori ex institutione nostrorum Sacramentorum; quæ, ut statuitur in Florentino, in Decreto Vniuersalis, tribus conficiuntur, videlicet, rebus ut materia, verbis ut forma, & intentione Ministri; ita ut deficiente vno ex his, irritum sit Sacramentum. Quamuis igitur forma consistat in verbis; nihilominus vigorem non habet, nisi pro ut subsistat in intentione Ministri; & idè etiam si Minister eam proferat absque intentione actuali, aut virtuali, conficiendi Sacramentum; nihil efficit: mensurantur enim quodammodo verba per ipsam intentionem; & sic si conditionata erit intentio, conditionata existimatur forma; licet secundum verba grammaticaliter videatur absoluta. Et hæc est fundamentalis ratio pro nostra sententia, per quam possumus etiam soluere argumentum principale, in quo ipse Caramuel suam fundat sententiam. Dicimus ergo, Sacramentum esse administrandum per signa sensibilia, non præscindendo tamen ab intentione, à qua in sua efficacia determinantur. Et hæc omnia docet Bardi, *de conscientia, discept. 6. cap. 11. part. 4. §. 9. numero 10.* Qui etiam postea respondet ad argumenta Caramuelis, Rectè itaque sic asseruit Castus Palaus, *rom. 4. tract. 23. disputat. unica, punct. 20. §. 2. num. 4.* Pueri accedentes ad Confessionem, diligenter examinandi sunt, an satis capaces existant absolutionis recipiendæ: Sunt enim plures, qui, esto, peccare sciant; peccata confiteri nequeunt; quos tamen non expedit statim dimittere, sed Confessoris monitis, & diligentia instruendi sunt. Qui si instructionem non percipiant, neque de peccatis, prout par est, doleant; concessa benedictione, & imposta aliqua pœnitentia, absque absolutione Sacramentali dimittantur, maximè quando nullo peccato mortali adstringuntur; hac enim via, & Confessioni assuefient, & paulatim instruentur. Si verè mortale peccatum falsi fuerint; diligentius inuestigandum, & procurandum, ut dolorem debitum illius concipiant, & absolutioni recipiendæ se disponant. Quod si nec sub dubio capaces absolutionis existant; monendi sunt, ut dispositioni debitæ iucumbant, iterum pro absolutione recipienda reuerfuri. At stante dispositione, omninò absolui debent, præcipuè si urgeat aliqua necessitas,

sub conditione tamen mente retenta. Ita Palaus; qui citat Zambranum, & Laymann quibus etiam adde Angelum Bolum *in Mar. rom. 1. par. 1. tit. 1. §. 25. numero 366.* Vide etiam Leandrum, *de Sacram. rom. 1. tractat. 5. disp. 5. quest. 48.*

An legatum relictum alicui si religionem ingrediatur, sit intelligendum pro solo Ingressu, an verò pro Professione?

R E S O L V T. LVI.

Hoc legatum non deberi, si ille tempore Novitatus Religionem deserat; quia conditio prædicta, à Testatore adducta intelligi debet cum effectu; ac proindè, ut legatum iure optimo obtineatur, deberet Legatarius Professionem emittere, docent Doctores, quos citat, & sequitur Bardi *de Conscientia, discept. 6. cap. 10. §. 18. numero 3.* Quia, licet illa duo, Ingressus videlicet, & Professio sint diuersa; & sistendo in solis verbis ex vno non deberet inferri alius: attamen, attendendo illa in ordine ad intentionem proferentis, & moraliter in subiecta materia, non semper sunt iudicanda diuersa; Et idè, dum Testator relinquit alicui legatum, si ipse legatarius, vel alius Religionem ingrediatur; recta, & ordinata Testatoris intentio præsumitur esse ea per quam excludatur fraus: nam iudicandum est, ut vellet legatum relinquere tali modo, ut fraus vitetur: si autem conditio adiecta explicetur de solo ingressu, actio ipsa esset fraudibus exposita, quia sæpè euenire posset, ut aliqui ad lucrandum legatum Religionem ingrederentur; & in ea paucis diebus immorantes, egrederentur. Et licet dicatur, in tali casu non posse legatum tuta conscientia obtineri ab eo, qui tali animo ingreditur: hoc tamen non videtur sufficere, quia non curarentur fraudes: nam aliqui parùm cautæ conscientiæ non curarent legatum iniuste consequi, & saltem negari non poterit legatum sub conditione solius ingressus, esse fraudibus subiectum. Et non præsumitur, quod Testator voluerit instituere legatum obtinendum per actionem fraudibus expositam. Idcirco concluditur, conditionem adiectam esse ita interpretandam; ut legatum sit obtinendum per actionem fraudes excludentem; & cum hæc sit rationalis, & ordinata mens legantis, ita erit præsumendum. Confirmatur hæc sententia ex Textu in *leg. Reprehendenda. Cod. de Inst. & subst. ibi, Redi igitur ad Maritum; sciens, hereditatem matris, si redieris, retenturam; quippè quam retineres, licet ab eo non recessisses.* Ex quibus verbis constat, non requiri perseverantiã in conditione diuortij à Viro, sub qua legatum relictum est, eò quod conditio erat turpis. Ergo à contrario sensu, quando conditio honesta est, qualis est ingressus Religionis; requiritur perseverantiã.

His tamen non obstantibus, de hoc casu his diebus interrogatus, affirmatiuè sententiæ adhæsi. Dico itaque conditionem in nostro casu censi adimpletam, statim ac legatarius Religionem ingreditur inchoando novitatum; etiam si postea egrediatur. Sic asserunt plures, ut Iason in *leg. si quis heredem. num. 13. Cod. de Inst. & subst.* Ludouicus Rom. in *leg. Permisseri §. 2. §. species. num. 4. ff. de acquir. possess.* Sanchez, *lib. 1. de Matrim. disp. 34. numero 17.* Merolla in *disp. Moral. rom. 3. disput. 6. cap. 8. dub. 10. num. 5.* & alij apud ipsos Probatum hæc opinio; quia ingredi Religionem, & profiteri in Religione, ut diuersa pouuntur, *cap. Beneficium & c. Qui post Vo-*

tum

tum de Regul. lib. 6. ibi: Religionem aliam, etiam laxiorem ingreditur, & proficitur in ipsa. Ergo, cum Princeps, vel Testator in conditione non meminerit Professionis, sed solum ingressus; solo ingressu pareatur conditioni: eò vel maxime, quia in dubio non præsumitur, aliam Principis, aut Testatoris intentionem esse, quam verba significant. argum. leg. Labeo. vers. Item Tubera. ff. de supell. leg. Confirmatur; quia Vouens Religionis ingressum, satisfacit voto, si ingrediatur, & Nouitarius tempore exeat, vt docet D. Thom. quem omnes sequuntur, 2. 2. q. vlt. art. 4. Et ratio est, quia vorum Ingressus, intelligendum est secundum formam Iuris communis, quod annum Probationis ad experiendum indulget, quando non constat de contraria intentione vouentis: ergo similiter in Casu nostro, conditio ingressus Religionis, adiecta à Principe, vel Testatore, intelligi debet iuxta eandem Iuris communis dispositionem; quia in dubio verba Principis, & Testatoris non debent intelligi, vt inducant aliquid à Iure exorbitans, vt est casus notabilis in leg. Vxor. §. 1. ff. de leg. 3. & cum multis docet Mantica de Coni. vlt. volunt. lib. 6. tit. 6. n. 1. & seqq.

Limitanda tamen erit nostra sententia cum Merolla, & Sanchez *ubi supra*, dummodò ingressus in Nouitiatum bona fide fiat, nempe intentione experiendi onera, & exercitia Religionis; & egressus sit iuxta de causa: aliter si legatarius ingrediatur animo obtinendi legatum, & postea egrediatur; non posset legatum illud tuta conscientia consequi; quia mēs testatoris, legatum non instituit ad actum vanum, qualis esset ingressus ex animo solum acquirendi legatum: eius enim intentio fuit de ingressu in Religionem secundum formam Iuris, nimirum vt ingrediatur Legatarius bona fide.

Nota tamen, quòd sequendo contrariam sententiam Patris Bardi & aliorum, quam puto satis probabilem esse; non obligarem Hæredem in conscientia ad soluendum huiusmodi legatum. Sed stando in nostra sententia, ex illa infert Merolla, *ubi supra*, n. 58. contra Decium, *conf. 177.* & Paschalius *de Viribus Patria potestatis, par. 1. c. 3. num. 84.* legatum concessum cum hac conditione, si Titius legibus studuerit, non esse intelligendum quousque Legatarius ad gradum Doctoratus perueniret; quoniam legibus studere, & gradum Doctoratus assumere, sunt inter se diuersa, & primum potest stare sine secundo; vt per se constat: ergo, cum Princeps concesserit Priuilegium, cum ea tantum conditione, si Concessionarius legibus studuerit; immeritò restringitur hæc concessio ad eos tantum, qui gradum Doctoratus assumerent: nam beneficium Principis non est restringendum; sed potius tantummodo fauorabile est late interpretandum. Et idem dicendum est de legato, quod probabilius est; esse fauorabile; vt probat Mantica, *de Coni. vlt. volunt.* Et quamuis tenemus esse odiosum, & restringendum; tamen restrictio non debet esse tanta, per quam sine causa rationabili recedatur à proprietate verborum. Adde, quod, si Testator voluisset, vt Legatarius Insignia Doctoratus assumeret; vtique id expressisset, vt fieri solet. Concluditur igitur, ad fruendum supradicto Priuilegio, & legato relicto à Testatore, satis esse, vt quis omnes materias legales, quæ in studiis publicis legi solent, intelligat; ita vt fiat apud ad gradum Doctoratus sumendum: non autem est necessarium, vt de facto ad illum perueniat.

Anton. Diana, Pars X.

An ad valorem Sacramenti sufficiat tantum integra, & legitima verba proferre super legitimam materiam, prout iubet Ecclesia?

R E S O L. L X V I I.

ATendas quæso, Amice Lector: Nam ad propositam quæstionem affirmatiue respondet Catharinus in opusculo de intentione Ministri, Syluester verb. *Baptismus. 3. q. 12.* qui verbis S. Thomæ malè intellectis decepti, docent ad valorem Sacramenti sufficere intentionem ipsius externæ actionis; quod etiam indicat Adrianus in 4. de *Baptismo, q. 3. art. 3.* eandemque opinionem ex parte cepit probabilem Paludanus in 4. dist. 6. *quæst. 2. art. 5.* Et hanc sententiam fusè explicat, & defendit Alphonsus Salmeronius, tom. 13. in *Epist. Pauli, lib. 1. par. 3. disp. 2. fol. 186.* vbi sic ait. Superest vnus resoluendus scrupulus de intentione Ministri in conferendo Sacramento; quia si illa desit, Sacramentum non perficitur, cum de Sacramenti ipsius substantia constituarur ab omnibus. Si ergo Minister aut baptizare, aut hostiam consecrare, aut Sacerdotem promouere non intenderet; nullus erit Baptismus, nulla esset hostia adoranda, & nullum ordinationis Sacramentum. Rursus, an Episcopus ille initiator, & ordinator Sacerdotum ritè sit, & legitime ad Episcopatum assumptus: & rursus an Episcopus qui illum promouit, ritu Catholico, & legitimo ad Episcopatum promouerit, dubium erit: atque hæc ratione in infinitum posset procedi; & omnia essent in dubium reuocanda; & Academici omnes, & nutantes redderemur. Sed hæc in primis aduertendum, duplicem poni intentionem ministri conferentis Sacramentum, alteram quidem publicam, & Ecclesiæ ipsius, cuius ministerio perfungitur, quicumque ille sit, qui Sacramentum dispensat. Hæc autem intentio satis exprimitur in ipsis Sacramentorum formis: Vt, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti: Ego te absoluo à peccatis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et Hoc est corpus meum,* &c. Intendit enim Ecclesia Catholica, sicut & Christus Sacramentorum Autor, per eiusmodi verba baptizare, absolvere, & panem in Christi corpus conuertere. Hæc autem intentio inseparabilis est ab ipsis verbis, si integrè, vt debent proferantur: & idè Ministri solliciti esse debent, vt formam ipsam integrè pronuntient, nec illam aliquo verbo contrario vitient, quòd sic perficiant Sacramentum, & Sacramenti effectum dignè accedentibus conferant. Altera verò intentio priuata est, & particularis ipsius Ministri, qui aut nihil credit eorum, quæ facit; aut derisorie facit, aut contrariam habet intentionem non conferendi Sacramenta, aut eius effectus, etiam si Sacramentum in forma Ecclesiæ consueta administrer. Hæc intentio priuata, etsi necessaria sit, ne Minister peccet, vt conformetur intentioni Ecclesiæ: tamen tam fortis, aut efficax non est, vt vitare Sacramentum possit, si aliàs velit facere quod facit Ecclesia: quòd sic multis rationibus ostendo. Primò, quia, cum Sacramentum sit externum, & sensibile signum ad significandum hominem à Deo institutum; priuata verò illa intentio Ministri, in eius corde delitescat, & insensibilis, intimaque sit; non potest esse pars essentialis rei sensibilis, qualis est Sacramentum: quemadmodum, etiam fides non est pars Sacramenti, vt Lutherani docent;

K

„ docent; quia sub sensum non cadit. Vt ergo fides,
 „ & intentio requiruntur in suscipiente, vt fructum
 „ Sacramenti percipiat; ita fides, & intentio in Mi-
 „ nistro necessaria est, vt rectè, & vtiliter, quòd ad se
 „ attinet, Sacramentum dispense.
 „ Secundò: cum priuata Ministri intentio non pos-
 „ sit à nobis certa euidencia cognosci, vt potèe occulta,
 „ & in corde Ministri latens; in Sacramento susci-
 „ piendo voluisset nos Deus perpetuo scrupulo agi-
 „ tari, & rei ad salutem spectantis dubitatione tor-
 „ queri, si verum Sacramentum certa fide nos susce-
 „ pisse, nunquam posset cognosci: quod sanè & scri-
 „ pturis & Patribus contrarium esse videtur; quia nos
 „ firma fide ad Sacramenta suscipienda adhortantur.
 „ Nisi dicamus Spiritum Sanctum sibi ipsi contradi-
 „ cere, & aliud nos per scripturas, & Patres, & Prædi-
 „ catores verbi Dei docuisse, nempe fide certa, & in-
 „ dubitata accedendum esse ad Sacramentum susci-
 „ piendum; aliud verò per ipsam Sacramentorum cõ-
 „ stitutionem intendisse, nempe vt propter ignoram,
 „ nobisque absconditam Ministrorum intentionem
 „ perpetua dubitatione angeremur: quod certè falsum
 „ est, & Spiritus Sancti bonitati contrarium.
 „ Tertio: quia si per illam voluntatem priuatam Mi-
 „ nistri perficerent Sacramentum, certè salus homi-
 „ nis, remissio peccatorum, Spiritus Sancti gratia, &
 „ vis Sanguinis Christi ex hominum arbitrio pende-
 „ rent, & plus possent homines nocere, quàm Chri-
 „ stus iuuare. Paulus etiam non rectè cum de Mini-
 „ stris, verbi, & Sacramenti ageret, dixisset: *Ego plan-
 „ tavi, Apollo rigauit; sed Deus incrementum dedit.* Ita-
 „ que, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat;
 „ sed qui incrementum dat, Deus. Dicendum enim
 „ fuisset: Sed qui incrementum dat, Minister, vel
 „ Dei ministri intentio.
 „ Quarto: Ecclesia, qui posset tam confidenter, &
 „ certò gratiam Christi, & salutem promittere Pœni-
 „ tenti, & Catechumenis, si per Ministros aliter in-
 „ tendentes posset promissa salus, & gratia impediti?
 „ Qui posset etiam Paulus tam certò asseuerare: Sed
 „ abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis?
 „ Posset enim iure dubitari, an Sacramentum fuerit
 „ perfectum; & eius fructus per Ministrorum mali-
 „ tiam, & fraudem impeditus?
 „ Quintò: Pleterentur plerumque innocentes
 „ propter aliorum malitiam, quod longè remorui-
 „ est à Diuina bonitate, & sapientia; cum scriptum sit:
 „ Filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non
 „ portabit iniquitatem Filij: iustitia Iusti super eum
 „ erit, & iniquitas impij erit super eum, Et Dauid:
 „ Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocen-
 „ tia: beatus homo, qui sperat in te. Et Abraham di-
 „ xit Domino Sodomam punire volenti: Absit à te, vt
 „ rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiat
 „ que iustus sicut impius: non est hoc tuum, qui iudi-
 „ cas omnem terram: nequaquam facies iudicium
 „ hoc. Abimelech quoque Rex Geraris, qui vxorem
 „ Abraham prætipuerat, in somno à Domino orare in-
 „ structus inquit: Domine, num gentem ignorantem,
 „ & iustam interficies? Dixitque ad eum Deus: & ego
 „ scio quòd simplici corde feceris; & idcirco custo-
 „ diui te ne peccares in me, & non dimisi, vt tange-
 „ res eam. Quicquid ergo sit de Ministris peruersam
 „ intentionem de suo adhibentibus, si quis agar in-
 „ nocenter, & in Domino Sacramentorum Institu-
 „ tore speret; gratia Dei per Sacramentum danda
 „ defraudari nequit. De fide ergo est tenendum, nul-
 „ lum simplicem, & innocentem propter corruptam
 „ ministri intentionem fructu Sacramentorum priua-
 „ ri. Vnde egregiè Beatus Chrysostomus scribit: Sa-

cerdos, & linguam, & manus præbet: nec enim iu-
 „ stum est propter alijs malitiam ad salutem nostram
 „ accedentes offendi. Sic ille, loquens de prauis Sa-
 „ cerdotibus.

Sextò: idem probari potest, quia si Sacramento-
 „ rum perfectio non est sine priuata Ministri intentio-
 „ ne, de qua meritò dubitare possum: ergo liberum erit
 „ de omnibus, qui baptizantur, vel absoluuntur, vel
 „ qui Eucharistiam Sanctam adorant, & percipiunt,
 „ dubitare, an sint verè baptizati, & an verè absoluti,
 „ & an ritè consecratam Hostiam, & debito adora-
 „ tionis cultu venerentur, & ad salutem percipiant;
 „ & an veri sint Ministri Ecclesiæ, hoc est Diaconi,
 „ Presbyteri, & Episcopi: atque ita de tota Eccle-
 „ siastica hierarchia, atque adeò de tota Christi Eccle-
 „ sia dubitare cogemur. Cum enim fide sentire de-
 „ beamus, Ecclesiam veram Christi esse hanc, quæ
 „ Romano Pontifici subest, si postea de nullo Sacra-
 „ mento possit constare, an sit in ea legitime admi-
 „ nistratum, nec de Administris, an sint ritè, & ca-
 „ nonicè initiati: ipsam Romanam Ecclesiam in du-
 „ bium reuocamus; quæ sine veris Sacramentis, & le-
 „ gitimis Ministris non potest magis constare, quàm
 „ domus sine lapidibus fundamentalibus, aut trabi-
 „ bus, quæ totum ædificium colligent, & sustineant;
 „ aut quàm Regnum sine Magistratibus, & Consilia-
 „ riis. Per hanc ergo doctrinam redderetur nobis
 „ Ecclesia inuisibilis, imaginaria, & mathematica; &
 „ misera Christiani Populi conditio: quia Christia-
 „ nus propter defectum intentionis Ministri, nun-
 „ quam certus esse posset de Baptismo, absolutione,
 „ & ordinatione; sed opinione tantum humana hæc
 „ apprehenderet, quæ diuina sunt, & supra ratio-
 „ nem posita.

Septimò: Per multi, tum Episcopi, tum Sacerdotes
 „ in Ecclesia extiterunt, quorum sanctitas, & doctri-
 „ na, & eorum à Deo missio, signis, & miraculis com-
 „ probata est. Cum ergo isti Sacramenta admini-
 „ strarent, fide constanti, & plusquam humana; cre-
 „ dendum erat, eos rectam intentionem adhibuisse;
 „ ac proinde non posse suscipientes Sacramenta de-
 „ Ministrorum voluntate dubitare. Imò, quod ma-
 „ ius est, non debebant Apostoli onere baptizandi
 „ seipfos exuere, vt Petrus, & Paulus, & in alios trans-
 „ ferre, si tantum referret intentio: nam in dubio po-
 „ nerent eorum salutem, quæ de baptizatis à seipfis
 „ omninò certa erat, etiam ipsi renatis. Siquidem
 „ ex signis, quæ edebant, colligere poterant, eos esse
 „ idoneos Christi Ministros: ac per hoc rectam in-
 „ tentionem habuisse in baptizando, credere arda-
 „ bantur: quemadmodum qui Baptismum suscipie-
 „ bant à Christo Domino, idem credere debebant,
 „ & se etiam esse gratiam consecutos; quia Christus
 „ factus non erat in ministrandis Sacramentis. Con-
 „ sultissimum quoque esset, non nisi magna diligen-
 „ tia perquirere Ministros sanctissimos, & innocen-
 „ tissimos, à quibus susciperemus Sacramenta, ne per
 „ malitiam iniquorum Ministrorum fraudemur aut
 „ Sacramento, aut eius fructu; quod esset dogma
 „ proximum illi Donatistarum, contra quos frequen-
 „ ter disputat Augustinus, docens, per malos Mi-
 „ nistros conferri nobis vera, & salutaria Sacramen-
 „ ta; & eorum priuata malitia nihil nobis gratiæ
 „ detrahi.

Octauò, si ad essentiam Sacramenti facit Ministri
 „ intentio, quomodo aut Hæreticus, aut Iudæus, aut
 „ Paganus validum, & verum Baptismi Sacramentum
 „ ministrare possunt? Nam illorum permulti aut Ba-
 „ ptismum, aut eius effectum pernegant, cum tamen
 „ doctrina Patrum, & Generalium Conciliorum ve-
 „ ritatem

ritatem Baptismi collati ab Hæreticis in forma Ec-
 clesie consueta stabiliant ; & Donatistæ aliter opi-
 nantes damnentur. Non ergo requiritur alia in-
 tentio , sicut nec alia fides , quæ intentionem diri-
 gat , præter illam Ecclesie , quæ factò ipso , & ver-
 bis formæ pronuntiatæ continetur , Mirum est au-
 tem , olim Ecclesiam in controuersia Nouatiano-
 rum , & Donatistarum , asserentium , Baptismum ab
 Hæreticis collatum nullum esse , de debita inten-
 tione Ministri nihil disputasse , an scilicet adfuerit
 vel abfuerit ? sciebat enim , non esse necessariam ;
 & Ecclesiam Catholicam id vnum diligenter cū-
 rasse , vt forma obseruari solita exactè seruaretur.
 Hinc Pontifices Romani interrogati , ab Baptizati,
 à Paganis , vel Iudæis essent rebaptizandi ? responde-
 runt : Si seruata esset forma , In nomine Patris , &
 Filij , & Spiritus Sancti ; non esse repetendum Ba-
 ptismum ; nihil de Ministrorum voluntate , aut men-
 te dubitantes. Quare Nicolaus Primus Papa ad
 consulta Bulgarorum rescripsit ; A quodam Iudæo ,
 nescitis , vtrum Christiano , aut Pagano , multos in
 Patria vestra Baptizatos asseritis , & quid inde sit
 agendum , consulitis : Hi profectò si in nomine San-
 ctæ Trinitatis , vel tantùm in nomine Christi , sicut
 & in actibus Apostolorum legitur , baptizati sunt ,
 quia non illorum , sed eius est ; rebaptizari non de-
 bent. Hæc ille , nihil de intentione Ministri dubi-
 tans : sciebat enim formam rectè pronuntiatam à
 Ministro satis esse. Nam alioqui commodum esset
 nobis , & fructuosum Baptismum repetere , vt
 suppleretur per posteriorem ; quod priori non era-
 mus consecuti : vel saltem danda esset opera , vt in
 illa forma repeteretur collatus Baptismus , quam in-
 stituit Alexander III. seruandam , quandò prius re-
 ceptus Baptismus esset incertus , aut dubius. Sic
 enim ille statuit ; De quibus autem dubium est ,
 an baptizati fuerint , baptizentur his verbis præmis-
 sis *Si baptizatus es , ego non te baptizo : si nondum
 baptizatus , ego te baptizo in nomine Patris , & Filij
 & Spiritus Sancti*. Non enim videtur iteratum ,
 quod nescitur esse factum. Hæc ille. Cùm autem
 non minus possit nobis constare de secundo hoc ,
 Baptismo , quam de priori ; esset tertio , & quarto
 & quinto Baptismus repetendus , & ità in infinitum
 quod certè aliud non esset , quàm anabaptismum
 introducere , multo deteriorem , quàm quem noua-
 tores nostra ætate inuexerunt : nisi sistamus in hoc ,
 quod potest nobis satis constare , ad Baptismum , &
 eius fructum percipiendum satis esse formam Ec-
 clesie perfectè , & integrè pronuntiatam. Et quod
 dico de Baptismo , idem esset de Sacramento Pœni-
 tentiæ , & aliis Sacramentis , maximè de illis , quæ
 iterari non possunt , prorsus censendum. Nam ef-
 fectus Sacramenti materia , & forma , sicut quæuis
 alia res naturalis , constat ; nam minister , & eius in-
 tentio , & suscipientis Sacramentum dispositio , ex-
 trà essentiam eius sunt. Administrans igitur mate-
 riam , & formam , Sacramentum perficit , modò ex-
 teriùs non protestetur se nolle illud administrare ;
 vel aliquid addat ; quod vitiet formam. Habet enim
 intentionem , quæ sufficit , id est applicandi illud Sa-
 cramentum ad suscipientem ; quia hoc non aliunde ,
 sed ex proposito , & intentione operatur. Et licet
 in corde suo putet , non esse Sacramentum , vel ani-
 mo intendat nullum Sacramentum conferre : men-
 titur , quia factò ipso testatur , se dare rem , quæ est
 Sacramentum , quamuis intus aliter cogitet , vel
 ioco , & non seriò se conferre voluisse asserat. Nam
 qui grandem alapam in faciem alterius impinge-
 ret , & ore protestaretur se nolle ei aliquam iniu-
 riam inferre ; proculdubio mentiretur , & plus fa-

cto esset standum , quàm verbo , quia vt Iurisperi
 loquuntur , esset protestatio contra factum. Si
 etiam Notarius conficeret instrumentum cum om-
 nibus requisitis conditionibus , & circumstantiis ,
 corde tamen suo derisorie intenderet tale instru-
 mentum perficere : reuera tamen validum esset in-
 strumentum , nisi intentionem suam aliquò expref-
 so verbo vitaret , quod in instrumento apponeret.
 Ità qui conficit Sacramentum , & administrat ma-
 teriam , & formam adhibet : etsi postea asserat , se
 nihil conferre voluisse , aut derisorie egisse ; non es-
 set audiendus. Et ità rectè Alexander Patriarcha
 Alexandrinus , communicato prius consilio cum
 Episcopis , definiunt , Achanasium , qui in pueritia
 alios pueros colludentes secum in litore maris ba-
 ptizauerat , agens ipse Episcopi personam ; verè ba-
 ptizasse , & verè fuisse baptizatos pueros , & nulla
 ratione baaptizandos : quod intellexerit , verba
 proferti in baptismo consueta , rectè ab eo fuisse
 pronuntiatæ. Lege decimum librum Ecclesiasticæ
 Historiæ à Ruffino additum , & Nicephorum Cal-
 listum *lib. 8. cap. 44.*

Nonò ; argumentum sumi potest ab intentione
 suscipientis Sacramentum. Nam etsi quis accedat
 ficto animo , aut hæretico ad Sacramentum , non cre-
 dens vllum Sacramenti effectum : si tamen se sponte
 subdat Ecclesie consuetudini , & patiatore more Ec-
 clesie baptizari , vt fecit Simon Magus , & pueri
 illi colludentes iuxta mare ab Athanasio baptizati ;
 illi quidem recipiunt Sacramentum , id est chara-
 cterem , licet non gratiam : nec satis est dicere , ego
 non intendebam Sacramentum recipere , aut cha-
 racterem ; cùm non crederem , sed derisorie id fa-
 cerem. nam respondebitur ei : Cur ergo passus es
 in te fieri quod consueuit facere Ecclesia cum om-
 nibus , ex quibus prouenit ille effectus , & quem
 prædicant euenturum , quouis animo ad hoc Sa-
 cramentum accedant ; Itaque non reiteratur in
 his Sacramentum etiam suam fictionem confiten-
 tibus ; sed recedente fictione , & accedente fide ,
 collatus Baptismus iam suum gratiæ effectum in
 eis operatur. Ità similiter de verè , & cum fide
 ad Baptismum accedente ; & à Ministro , vel
 non credente , vel derisorie operante , verus con-
 fertur Baptismus , & eius effectus , etiamsi gra-
 uissimè peccet in eius ministerio ; vbi tantùm ,
 & non alteri nocet. Hucusque Salmeronius ; cu-
 ius sententiam nouissimè sequutus est Hieronymus
 Columbus , *de Hierarchia Angelica , & Hu-
 mana , lib. 4. cap. 20.* Sed id quod nimiam admiratio-
 nem facit , est considerare , Catharinum , ex Ordine
 Prædicatorum , & Salmeronium ex Societate
 Iesù interfuisse tanquàm Theologos in Concilio
 Tridentino.

Verùm eorum opinionem prorsus reiiciendam
 esse puto. Vnde Eminentissimus Dominus meus
 Cardinalis Lugo , *de Sacram. tom. 1. disp. 8. sect. 2. n.*
15. sic asserit : Ego quidem fateor hanc sententiam
 cuiuscunque sit ; non ità apertè comprehensam esse
 definitionibus Conciliorum adductis ; sicut com-
 prenditur Lutheri , & aliorum Hæreticorum er-
 ror. Nam hæretici nullam prorsus intentionem
 exigebant faciendi quod facit Ecclesia ; sed dice-
 bant , validum esse Sacramentum , quantumuis Mi-
 nister affirmaret , se non seriò , sed iocose , & irri-
 sorie operari. Hi autem Auctores exigunt , non so-
 lum intentionem faciendi illum actum externum , &
 proferendi illa verba , (quæ intentio neque etiam ab
 Hæreticis excludi poterat) sed etiam intentionem

» faciendi illum actum, & proferendi illa verba eo
 » modo, quo ab Ecclesia fieri, & proferri solent; hoc
 » est, cum tali modo externo, ostendente rem serio
 » agi, & non iocandi gratia. Quia intentione posita,
 » dicunt, licet interius habeat intentionem illuden-
 » di, & non conficiendi verum Sacramentum; eam
 » intentionem mente conceptam, & exterius non
 » proditam non vitare, aut obesse quidquam valori
 » Sacramenti: iam enim habetur intentio faciendi
 » quod facit Ecclesia. Cæterum, licet hæc sententia
 » differat ab errore Hæreticorum; adhuc tamen ex
 » mente Conciliorum, & ex fundamentis, quibus
 » contra Hæreticorum Dogma istud definitum est,
 » ita clarè colligi potest falsitas etiam huius alterius
 » sententiæ, ut merito censetur ab errore damnato
 » non multum distare, & idèd meritissimè ab omni-
 » bus Theologis reiecta sit. Ita Lugo; qui postea re-
 » sponder ad argumenta Scribonij, & Salmeronij,
 » quem tamen non citat: Ad illum, qui doctè totam
 » materiam pertractat; cui adde Tannerum, tom. 4.
 » disp. 3. quest. 4. dub. 1. num. 21. Dicastillum de Sacra-
 » ment. tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 5. Serram in 3. par.
 » quest. 46. art. 6. Franciscum Lugo de Sacram. in gene-
 » re, cap. 2. quest. 9. num. 72. Ochaguiam, de Sacra-
 » ment. in gen. quest. 22. num. 5. Suarez in 3. part. tom. 2.
 » disp. 13. sect. 2. Valquez, disp. 138. cap. 3. num. 28.
 » Granadum, tract. 5. disp. 4. sect. 1. Hurtadum, disp. 4.
 » difficul. 4. & alios.

Dicendum est itaque, ad valorem Sacramentorum
 non sufficere intentionem proferendi legitimam
 formam supra legitimam materiam, prout Eccle-
 sia iubet; sed necessariò requiri etiam intentionem
 faciendi Sacramentum, vel id, quod ea externa
 actione, & ceremonia intendit Ecclesia, aut insti-
 tuit Christus. Nam intentio ad Sacramenti valorem
 necessaria referri debet, non solum ad ipsam per
 se externam actionem Sacramentalem; v. g. ablu-
 tionem, vngtionem; sed etiam aliquo modo for-
 maliter ad ipsum Sacramentum; & consequenter
 etiam aliquo modo ad effectum Sacramenti: ita ni-
 mirum, ut Minister aliquo modo intendat, non so-
 lum prolatis formæ verbis abluere, vngere; sed
 etiam abluendo, vngendo verbaque legitima pro-
 ferendo, Sacramentum conficere; adeoque facere
 quod facit Ecclesia; seu quod fecit, seu fieri voluit
 Christus, non solum materialiter, sed etiam aliquo
 modo formaliter, ac sub eadem ratione: hoc ipso
 enim Minister intendit mediatè, tanquam in sua
 videlicet causa, effectum Sacramenti.

*An Canonicus absens per tres menses, vigore
 Concilij Tridentini, gaudeat Distri-
 butionibus quotidianis?*

RESOL. LVIII.

Respondeo, quod Canonicus absens potest per-
 cipere fructus sui Beneficij, ut in tribus mensi-
 bus concessis per Trid. sess. 24. cap. 12. ita & in sex
 primis mensibus, quibus non recitando potest per-
 cipere fructus, ex Constitutione Pij V. 138. quæ
 incipit: ex primo Lateranensi Concilio. Aramen si
 absit à Choro, iis temporibus, non percipiet distri-
 butiones quotidianas, ex Garcia 3. de Benef. cap. 2.
 n. 250. & seq. Monera 2. par. de distribut. q. 17. n. 41.
 Bonacina 2. de Horis Canonicis, q. 4. punct. 1. sub
 num. 11. S. Faustus, lib. 3. eod. tract. 7. versic. Ex quo. &
 vers. seq. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. in Proæmio
 §. 7. n. 182. Escobar, tract. de Hor. can. quest. 5. §. 2. n.
 42. & 75. cum aliis.

Tamen contrariam sententiam nouissimè tan-
 quam probabilem ex multis admittit Martinus de
 San Ioseph in *Monit. Confessar. tom. 1. lib. 2. de Ora-
 tione, tract. 15. num. 6.* vbi sic ait? De tal manera re-
 quiere la asistencia de los Prebendados en el Coro
 el Derecho de precebir las distribuciones, que aun-
 que el Concilio Tridentino, sess. 25. cap. 12. permite
 à los Canonigos, que salten por tiempo de tres me-
 ses ganando los frutos; però no ganan las distribu-
 ciones en faltando; como lo declaró la Sacra Con-
 gregacion, testè Gonzalez, ad regul. 8. §. 8. Proæmy
 n. 182. ex Riccio, decis. 594. num. 10. Però lo contra-
 rio es probable, porque el Concilio concedio el
 tiempo de los tres meses, para que puedan los Pre-
 bendados aliuar el trabajo del resto del año; y pa-
 rece, que va allí embebido el Derecho de adquirir
 las distribuciones. Sic Cenedus collect. 15. ad 6. Co-
 uarruias, lib. 3. Variar. cap. 13. num. 5. & videtur
 sentire Nauarrus de Orat. cap. 5. num. 20. Viualdus
 in Candel. aureo 2. part. cap. 5. num. 48. D. Ioan.
 Ocon. in cap. Vnico, de Cleric. non residentib. in 6.
 num. 16. Sanchez 1. pars. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 93.
 & 94. & num. 103. Tiene, que lo dicho es verdad,
 aunque gassen los dichos meses en vicio, y iuegos:
 y iuzgo tambien, que es probable; porque el Con-
 cilio Tridentino loco citato, quando señana este
 tiempo para que se descanse, no pone por condi-
 tion, que se gassen bien. Hucusque Martinus. Et
 hanc sententiam præter Doctores citatos, tanquam
 probabilem admittit etiam Trullench in Decal.
 tom. 1. lib. 1. capite 8. dub. 3. numero 5. addit etiam
 Martinus, vbi supra, n. 7. quod Sanchez estiendo lo
 dicho à los Canonigos, que no asisten en todo el
 año al Coro; y dize, que no obstante esto, pueden lle-
 uar las distribuciones en los tres meses, que se dan
 para descansar; porqua es lez, que se hizo en fa-
 uor comun de todo el Capitulo; y no cessa, cessan-
 do su fin en vn particular, que no assiste al Coro.
 Otras razones da, y dize, que son de su mismo pa-
 recer algunos Varones Doctos, à quien confukò:
 no parece esto del todo improbable, aunque yo no
 me atreuiera à consejarlo. Ità ille.

*An legatum relictum, ut distribuatur Paupe-
 ribus, possit distribui tantum inter duos
 pauperes? Et legatum relictum distri-
 buendum uni pauperi, possit distribui
 duobus?*

RESOLVT. LIX.

Casus sunt nimis practicabiles: & ad Primum
 dubium affirmatiuè Respondeo; pro quo tamè
 nullum habeo Auctorem, licet diligenter exquisi-
 uerim. Moueor ad hanc sententiam tenendam ex
 Regula Iuris apposita in sexto, quod pluralis locu-
 tio duorum numero contenta sit. Ergo legatum
 distribuendum Pauperibus, sufficit, ut duobus tan-
 tum distribuatur. Confirmatur hæc opinio variis
 exemplis: nam si accuso aliquem, quod adulte-
 rium pluries commisit, aut pluries iniuria me affe-
 cit; intelligitur de duabus vicibus tantum. Ange-
 lus in lib. de Maleficiis, ad verbum pluribus, Baldus
 ad leg. Fideicommissum. §. si quis decem ff. Legat. 3.
 Et si est commissa causa cum potestate citandi in
 locis vicinis; sufficit in duobus locis facta citatio.
 Rota de rescript. decis. 27. Et si quis omnia diligen-
 ter inspiciat, facile inueniet, & in testamentis, &
 in contractibus, & in feudis vsus huius Regulæ
 frequen

frequentissimum esse. *Cap. 7. §. Quod autem*; & ibi Baldus de *nois feudorum*. Et ideo plerique sunt in ea sententia, ut existimant hanc Regulam habere locum, etiam si in plurali locutione sit hæc dictio; *Omnia*: Nam si dicatur omnia, verificabitur in duobus. Zasius *ad leg. Si pluribus, num. 8. ff. de legat. 1.* idque admodum utile est ad salvandos testes à contrarietate, aut diuersitate, si dicat vnus Titium à pluribus vel omnibus esse vulneratum, & alter dicat à duobus ipsum vulneratum esse; nam, cum dictio, *omnes*, vel plures verificetur in duobus; dicentur, Testes istos esse concordantes.

Nec obstat dicere, quod si Testator vsus plurali locutione, legauerit electionem seruorum; non debet Legatarius contentus esse numero duorum, sed tres eligere potest. *leg. 1. ff. de optione Legat.* Secundò ex eo quod pluralis locutio videtur requirere maiorem numerum, quàm duorum; nam si quis dicat se restari velle coram Testibus, & in Patria, in qua ius Ciuile obseruatur, residet; intelligitur de septem Testibus sentire. Et si statutum habet, quod propinquiores amici citari debent; pluralis hæc locutio, duorum numero non est contenta, sed omnes citandi sunt, Angelus *cons. 289.* Haymo. *cons. 12.* Et si Testator præcipiat hæredi, ut ponat Statuas Apostolorum in æde Sacra; non de duobus, sed de duodecim intellexisse videtur Bartolus *ad leg. Titia. §. Btia. ff. de auro; & argento legat.* Non inquam hæc obstat, quia sunt, qui existimant fauore vltimarum voluntatum receptum esse, ut Legatarius tres eligat, quia scilicet in Testamento largior interpretatio fieri debet. *leg. in testamentis. ff. eod.* Albericus, Bartolus, Accursius, & alij *in d. leg. 1.* Verùm memini etiam in Testamentis, quod minimum est, deberi. *d. leg. nummis*, & in his pluralem locutionem duorum numero contentam esse. *leg. Fideicommissa. §. si quis decem. ff. de Legat. 3.* Vnde alij existimant, quod Testator ibi legauit electionem seruorum, qui serui debent vnum seruum, vel vnum equum, vel rem aliquam aliam Legatario optare, tunc enim eligit Legatarius tres de familia Testatoris seruos, qui eligent vnã illam rem, & ideo tres, quia si discordant, statuit maiori numero. Quæ solutio, etsi tutior sit, videtur tamen manifestam vim verbis legis adferre, quæ loquitur de electione seruorum: & ideo fortè dici posset, quod tres quidem eligit, ex quibus tamen vnum neque optimum, neque pessimum, sit habiturus. *leg. Legato generaliter ff. de Legat. 1.* Secunda quoque dubitatio non mouet, quia quod de legato imaginum ex Bartolo adducitur, verisimilitudine ex mente Testatoris desumpta defenditur; qui cum locutus est de Apostolis, & Christo; censetur de omnibus intellexisse, qui sicut in vita separati ab eo non fuerunt, ita eos censetur coniungere voluisse. Sic quod statutum loquens de proximioribus requirat citationem omnium, locum habet quando omnium interest dumtaxat; ut fit in causa homicidij Parentis, quod ab omnibus accusari potest; quia iniuria facta vni ex familia, omnibus facta esse censetur; & ita in eo casu Angelus respondit, *consil. 289.* Sic & aduersus aditionem, si petitur restitutio, omnes Creditores citandi sunt, quia ex eo lædi possent. *Auth. si omnes, Cod. vs. de hered. se abstineant.* Alioqui certè, cessante interesse, statutum requirens consensum Propinquorum in actu mulieris, vel alterius, duorum numero continetur. Guido Papa *consil. 131.* Faber *in §. ex non scripto Instit. de iure naturali.* Quandocumque autem, lex nominatim

maiorem numerum requirit; regula nostra locum non habet. Ioannes Monachi hinc; ut in Testamentis; quemadmodum dicimus, quod argumentum à contrario sensu non procedit, quando lex expressè disponit contrarium. Imò plus addit Martinus de San Ioseph *in monitis Confess. tom. 1. lib. 2. tractat. 40. num. 3.* vbi hæc asserit: Quando el Testador dexa tanta cantidad para que su testamentario lo reparta entre pobres, no podrá darlo à vn pobres solo, sino que laha de diuidir entre muchos: Bien es verdad, que iuzgo probable la opinion contraria cum Paulo de Castro, *leg. Cum quidam, num. 4. ff. de Legat. 2. & leg. vnum ex familia, §. Sed si vno. ff. eodem, & Antonio Gomez leg. 40. Tauri, num. 48.* en especial en algun caso particular de la necesidad de Pobre à quien renia obligacion el Testador, de cuya voluntad se puede presumir, que si lo aduertiera le mandara dar toto el legado; quia id dispositum censetur, quod interrogatus Testator, vel id aduertens disposuisset. *Gloss. final. leg. ale partum. ff. de pactis, & multis citatis Tiraquellus in leg. Si vnquam in Prefatio. num. 56. Cod. de renouand. donationib. Menochius de Presumptionib. lib. 4. presump. 26. num. 8. & 21.* Hucusque Martinus.

Nec aduersus superius dicta obstant Doctores, asserentes, legatum distribuendum pauperibus, esse distribuendum multis pauperibus, ut loquitur Martinus, *vbi supra*, & alij: nam respondeo, quod nobis non contradicunt, quia hæc dictio, *Multi*, verificatur non solum in tribus, sed etiam in duobus, ut patet *ex leg. 1. §. Hoc rescriptum, & ibi Bartolus. ff. ad S. C. Syllanum. §. fin. Instit. de iure personarum, gloss. verb. per multos, in cap. ad nostram, de rebus Eccles. non alien.* Decius, *cons. 419. num. 18. tom. 4.* Natta, *cons. 629. num. 12. tom. 4.* Rolandus à Valle, *cons. 54. num. 2. & seq. lib. 1.* Hondedeus, *cons. 102. num. 71. vol. 1.* Menochius, *cons. 512. num. 12.* Et ne deseras, videre Marium Antoninum *var. Resol. lib. 1. resol. 109. n. 37.* vbi ex multis probat, quod dictio, *Multi*, verificatur etiam in duobus ex ratione à me superius adducta, quod pluralis locutio duorum numero est contenta.

Ad secundum dubium superius positum etiam affirmatiuè respondeo, & ita respondet dictus Martinus de San Ioseph *loco citato, num. 4.* sic asserens: Però, si en el Testamento se mandò dar cierta cantidad de marauedis à vn pobre, sin señalarle; podrá el Albacea, ò heredero repartirla entre dos pobres, por *leg. vnum ex familia. §. Sed & si fundum. ff. de Legat. 2.* donde claramente se decide, que *si habeo potestatem à Testatore eligendi vnum ex familia; possum eligere duos.* y por este texto dize Bartolo *ibidem*, que se puede hazer lo dicho; à quien figuen los modernos, teste Segura *ibi, num. 156.* Padilla *ibidem; vers. Duos de familia, num. 4.* & ibi Paulus de Castro, *vers. Duos.* Sarmiento, *lib. 8. Selectar. supr. dict. leg. cum quidam, numer. 12.* Anton Gomez, *leg. 48. Tauri, num. 48.* y es comun: y añade Gomez, que el Comissario, à quie dieron comission para mejorar vno de los hijos, ò descendientes, puede mejorar dos. Ita ille. Norentur hæc omnia, quia in Auctoribus non inueniuntur passim obuia.

An appellantes à Papa ad Concilium Generale iam congregatum, & actu existens, incidant in Censuram Bullæ Cœna?

RESOL. LX.

CONTRA Vgolinum, & Gambartupram in 9. par. Tract. 77. resol. 66. negatiuæ sententiæ adhæsi; quam postea scio aliquibus displicuisse, sed immerito; nam ista sententia est communis inter Doctores, & ita præter Sossam Dominicanum, & Castrum Palaum Iesuitam, à me vbi supra adductos, adhærent etiam huic opinioni ex Societate Iesu Filliucius, tom. 1. tract. 16. cap. 3. num. 56. Reginaldus, tom. 1. lib. 9. cap. 1. sect. 1. num. 263. Fragosus de Rep. tom. 2. lib. 1. disp. 3. §. 1. n. 52. Idem etiam docet Duardus in Bullam Cœna lib. 2. Can. 2. qu. 7. concl. 1. n. 10. Sayrus de Cens. lib. 3. cap. 6. num. 4. Grassius in Decis. tom. 1. lib. 4. cap. 18. n. 60. Lezana in Summa R. R. Regul. tom. 3. verb. Bulla Cœna, num. 11. Bonacina, tom. 3. disp. 1. quæst. 3. punct. 1. num. 4. Gualdus in Theol. mor. tom. 2. tract. 14. cap. 2. num. 7. & alij penes ipsos. Et nostram sententiam ita mordicus tenet Duardus; vbi supra, n. 12. vt opinionem Vgolini contrariam, falsam existimet; quod ego non puto.

Nec obstat dicere cum dicto Vgolino, quod ratio prohibitionis militat etiam in casu appellationis ad Concilium præsens. Ergo debet currere eadem iuris dispositio, ex Textu in leg. Illud ff. ad leg. Aquil. & ex his, quæ docet Guido Papa, decis. 273. Etenim pluries probauimus, quod in excommunicationibus non fit extensio, quamuis militet eadem ratio: & eò magis quia ratio prohibitionis non fuit expressa in hoc Canone: propter quod doctrina Pannormitani in cap. Quia in Insulis, de stat. Monac. non habet locum in casu nostro, dum ait quod lex debet ampliari, & restringi ad limites rationis expressæ. Nec dici potest, vt ipsemet Vgolinus existimat, idcirco vi nostri Canonis excommunicari appellantes ad futurum Concilium: quia rarò contingit Concilium hoc actu congregatum esse, vbi quis appellat: sed non ob id excludi, quin appellans ad Concilium iam congregatum, in excommunicationem hanc incidat: argum. Text. in leg. Vnica, iuncta Glos. in verb. Sponsam. Cod. de rapt. viing. quoniam responderetur, quod immò quia rarò contingit Concilium Generale actu congregatum esse, sicut etiam Concilium Prouinciale; idcirco appellantes vt supra ad Concilium præsens, aut Prouinciale, in excommunicationem non incidunt; quoniam lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt. leg. nam. ad ea. ff. de legib. Nec Glossa in d. leg. unica, probat intentum; sed potius per iura, quæ allegat, racitè reuocat quod antea dixerat. Dicendum est itaque, Appellantes ad Concilium Generale præsens, esse Sacrilegos, & malè sentire de Fide; sed non incurere in Censuram Bullæ. Itaque ex his apparet, me rectè adhæsisse huic opinioni: & nescio qua ratione de hac aliqui obmurmurati sunt, cum hæc opinio, vt visum est, sit inter Doctores communior.

Sed si hîc obiter quæras, an dans consilium, incurrat in hanc excommunicationem? Posset forsan affirmatiuè responderi, nam consilium ipsum videtur esse quidam fauor, vel auxilium morale; qui enim rectum consilium præbet, non parum iuuat ad benè operandum. In contrarium verò est, quia in ri-

gore sunt influxus distincti, & ad distinctos fines ordinati; consilium enim est ad instructionem mentis: auxilium autem, & fauor ad executionem. Vnde in alijs iuribus, quando extensio fit ad Consulentes, expressa fit eorum mentio. Et idèò probabilius censeo, per hanc clausulam non comprehendere purè consulentes. Voluit enim Pontifex per hanc censuram cohibere potentes, qui efficacius resistunt: de doctrina autem, vel consilio nihil in eo loco statuit. Et ita docet Reginaldus, & Filliucius vbi supra cum Suarez de Censur. disp. 21. sect. 2. num. 17. & alijs.

Nota hîc etiam obiter, talem prohibitionem appellandi, cum facta sit vniuersaliter, & absque vlla limitatione; comprehendere illam etiam appellationem à sententia Papæ, in qua motus ira, vel aliqua alia animi perturbatione, videatur committere iniustitiam. Nam quamuis iure cuique liceat iura, bonaque sua tueri; quia tamen debet quisque eodem naturæ iure præferre bonum animæ suæ alijs bonis, vixque potest talis appellatio fieri absque alia scissura, & diuisione à capite Ecclesiæ; Vnde mors animæ incurritur, debet illi iuri cedere. Adde, quod talis posset cum animi summissione instare, & rogare, vt causæ cognitio ad aliquod Tribunal differatur: vel ab ipsomet Papa malè informato ab benè informatum appellare cum debita humilitate, & reuerentia: aut certè habere debet patientiam, & suam causam Deo committere tenendam, perinde ac si iniuste pateretur à Summo suo temporali Principe. Ceterum si iniustitia esset euidentis; posset aliqua excusatio esse ab obedientia. Et ita hæc omnia docet Reginaldus, loco citato, & alij.

An si vir, vt possit coire cum propria vxore, cogitet alienam; teneatur hanc circumstantiam in Confessione aperire?

RESOLVT. LXI.

TANGIT hoc dubium Reuerendissimus Candidus, tom. 1. disquis. 24. art. 22. dub. 14. n. 16. vbi sic ait: Est culpa lethalis necessariò explicanda in Confessione, si coniux in actu coniugali delectatur in alterius viri, aut fœminæ cogitatione carnaliter dilectorum; quia est delectatio morosa in obiecto lethalter malo. Syluester verb. Debitum, quæst. 21. fine. D. Antoninus 4. par. tit. 1. cap. 20. §. 1. quod si delectatio in nulla re turpi esset, sed in sola pulchritudine viri aut fœminæ, ac posset esse in cogitatione alicuius pulcherrimæ picturæ, & de illa delectari; vt ad actum coniugalem magis excoiteretur; nullam censeo esse lethalem culpam; quia tunc delectatio in nullum turpe obiectum fertur, & ad honestum finem dirigitur. Ita ille, qui citat Sanchez, lib. 9. disp. 17. num. 16.

Sed magis amplè, ac clarè de picturâ ad personam viuentem transit Pater Hieronymus Garzias in Præctica Regulari, tom. 1. tract. 4. par. 2. difficul. 1. dub. 2. punct. 1. n. 30. Sic Assertens: Al segundo argumento, ò instancia del casado, solo lo admitirè en un caso, en el qual no esta obligado à explicar el adulterio, y es esto: quando piensa en la muger agena, solùm ad excitandam naturam, vt possit coire cum propria vxore; en esto caso Syluestro, y San Antonino confieslan, que no pecarà; y lo mismo le oi vna vòcis oraculo al Padre Batista Bordo de la Compañia, porque aquella delectacion es solo me-

dio

dio para fin licito, y honesto; però fuera deste caso, lo mas probable es, que pecarà *peccato adulterij explicando in Confessione*; vti latè demonstrant Auctores citati. Hæc Garzias. Sed hæc opinio in sententia Hurtadi, & Castri Palai, quos recitavi in par. 5. tract. 13. resol. ult. non haberet difficultatem; putant enim, Vxoratum, si delectetur in aliena muliere, non teneri aperire circumstantiam Matrimonij. Et ita hanc sententiam nouissimè docet Martinus de San Ioseph in *monit. Confessar. tom. 1. lib. 1. tractat. 10. num. 7.* vbi sic ait: Tambien me parece probable, que el casado, ò casada, que se deleyran deshonestamente de algun objecto libidinoso, no tienen obligacion à confessar, que son casados, porque por casarse no se obligò el casado à su compañero, à que no se deleyraria carnalmente con objecto extraño.

An si filii oriatur de validitate alicuius Matrimonij, filij illo medio tempore nati sint legitimi reputandi?

RESOL. XLII.

Certum est, filium natum ex Matrimonio bona fide alterius parentis inito, esse verè legitimum, non solum quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem. Ita Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 18. quest. 18.* Martinus de San Ioseph in *monit. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 54. num. 8.* Vallensis in *Parisiis ad Decret. lib. 4. tit. 17. num. 2.* Cornejo, in 3. part. D. Thomæ, tract. 5. de Irregul. disp. 15. dub. 1. Sanchez de *Matrim. lib. 8. disp. 34. num. 46.* & patet ex cap. Ex tenore, chap. Inter. & capit. Peruenit, qui filij sint legitimi.

Difficultas est, si dictus filius natus sit lite pendente super nullitate Matrimonij, & cum prohibitione sub pœna excommunicationis, ne possint simul cohabitare: & adhuc legitimum etiam censeri debere, videtur ex doctrina Syluestri *verb. filij, q. 10. num. 11.* vbi sic ait; Quidam in facie Ecclesiæ contraxit cum quadam, facta solemnè denunciatione, utroque, vel altero ignorante parentelam, seu impedimentum: & postea accusari de parentela, & peremptoriè citati, venire noluerunt, at tandem excommunicati in excommunicatione tres filios genuerunt: quibus deinde reconciliatis, & probata parentela, diuortium celebratum est. Quæritur igitur, an dicti filij sint legitimi? Et dicit Dire. & Bar. Brix & Tancre. quod omnes filij nati, vel concepti ante sententiam sunt legitimi, cap. Cum inter qui fil. sine legit. si contaxerunt in facie Ecclesiæ cum solemnè denunciatione, & uterque, vel alter habuit bonam fidem tempore contractus. Ita ille: & nihil clarè dici potest.

Nec deseram etiam hic apponere verba Simonis Majoli, de *Irregular. lib. 1. cap. 5. num. 7.* sic asserentis: Si parentes per contumaciam excommunicati fuerint, pendente lite super Matrimonio, & per sententiam separentur; ea contumacia parentum non poterit præiudicare filiis, ut patiantur defectum illegitimitatis, vnde habebuntur inter legitimos, ut concludit Zab. in d. cap. Cum inter 3. opposit. in nouiss. scriptis; litis enim pendentia super Matrimonio non impedit, quin filij sint legitimi. Abb. in d. c. Cum inter. per illum Text. etiamsi postea declaretur nullum Matrimonium, ut ibi per eum: videntur enim perseuerare in quasi possessione Matrimonij, sicut & in aliis omnibus causis cap. ut. lit. pend. idem

quoque erit, ac multò magis, si interposita fuerit appellatio; quum perinde sit, ac si non fuisset iudicatum. c. Venientes de Iureiur. & in hoc casu scriptis Ægyd. & post eum Zab. in d. cap. Cum inter. quest. 1. in nouiss. scriptis. Hucusque Majolus; cui etiam adde Couarruiam de *sponsalib. c. 8. §. 1. n. 5. cum seqq.* Barbosam in *Collect. tom. 2. lib. 4. tit. 17. c. 2. num. 13.* Giurbam in *Consuet. Messan. tom. 1. c. 1. Gloss. 4. num. 66. & 67.* Carenam de *Officio Sancte Inquisit. par. 2. tit. 5. §. 14. num. 79.* & Vincentium Præsidem de *Franchis part. 1. decis. 130. vbi num. 8.* testatur ita decisum fuisse in Sacro Concilio Neapolitano; quia pendente lite super inualiditate Matrimonij, non debent impediri exercitia Matrimonialia. Vide etiam Savrum de *Censur. lib. 6. cap. 16. num. 33. & 34.* qui cum Majolo id docet, etiamsi proles nascatur contra interdictum, & prohibitionem Ecclesiæ: verbi gratia, si fiat thori separatio etiam de consensu coniugum, & Episcopo approbante & prohibente eis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne copulentur, & ipsi contrauenientes commisceantur; nam Proles nata erit legitima. Panormitanus in c. 1. num. 1. 4. & 6. & in cap. 2. n. 5. de *Matrim. contracto contra Interdict. Eccles. Zab. in cap. Cum inter. quest. 2.* Et ratio est, quia nati ab excommunicatis non ex hoc sunt illegitimi. Et ita etiam tenet Sanctarellus *Var. Rosolut. quest. 20. num. 15.* Itaque dicendum est, quod in aliis materiis facilius bona fides deperditur; sed in Matrimonio semper remanet, etiam lite mora: deperditur igitur tantum per sententiam; & adhuc durat, si de illa interposita sit appellatio: quæ quidem omnia valde notanda sunt, & pro foro interiori, & pro exteriori.

An licitum sit à Ministro existente in peccato mortali petere celebrationem Missæ, ut quis satisfaciat præcepto illam audiendi, vel sumendi Eucharistiam tempore paschalis.

RESOL. LXIII.

Negatiuam sententiam docet Ioannes Vvigers in 3. part. D. Thomæ, quest. 64. art. 6. dub. unico, num. 38. vbi sic ait: Non videtur tamen sufficiens ratio exigendi celebrationem Missæ à Sacerdote publico peccatore, qui non est Parochus, neque alioquin paratus ad celebrandum, eo tantum nomine, ut quis non careat Missa die Dominico; quia reuerentia tanti Sacrificij & charitas proximi, videntur hic præponderare isti necessitati ex Ecclesiæ præcepto dumtaxat prouenienti, quod ex minoribus causis sæpius cessat obligare; præsertim, cum priuata obligatione, & simul cum affectu audiendi Sacrum, possit quis in tali consequi fructum; quem aliàs, audiendo Sacrum, consequeretur similiter, neque sufficiens ratio videtur exigendi Sacramentum Pœnitentiæ à tali Ministro, ut possim communicare in Paschate, si alia non adsit necessitas. Ita ille; cui adde Sotum in 4. dist. 1. qu. 5. art. 6. Valentiam tom. 4. disp. 3. q. 5. punct. 3. & alios.

Sed non minus probabiliter affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo cum Granado in 3. part. Contr. 3. tract. 5. disp. ult. num. 7 Hurtado de *Sacram. in gener. disp. 4. difficul. 12.* & Lessio in 3. par. quest. 64. art. 6. dub. 2. num. 13. vbi docet, quod si alterius Ministri non sit copia; in multis casibus licet à peccatore Ministro Sacramenta suscipere, & etiam petere, inducendo non paratum. Primum, in extrema, vel

gravi necessitate Baptismi, Eucharistiae, Pœnitentiæ
 Extremæ-Vnctionis. Secundò, quando vrget præ-
 ceptum Ecclesiasticum ad audiendum Missam, potes
 illum inducere ad celebrandum, modò sine scandalo
 possit celebrare. Terriò, si vrget præceptum Eccle-
 siasticum Communionis. Quartò, si magna aliqua
 utilitas Confessionis, aut Communionis inuitet,
 quæ alioquin multùm esset differenda. Colligitur
 ex D. Augustino, *epist. 154. ad Publicolam*, vbi ait,
 „ Licitum esse exigere iuramentum ab eo, quem scio
 „ iuraturum per falsos Deos, ad confirmandos contra-
 „ ctus, quando aliter horum fides haberi nequit. Talis
 „ enim non se sociat peccato mali illius iuramenti;
 „ sed bono pacto seruandi fidem. Ratio est, quia ego
 „ peto id, quod valdè bonum est, quodque ipse mihi
 „ licite potest præstare (potest enim contritionem
 „ concipere:) ergo non teneor cum tanto meo incom-
 „ modo abstinere à fructu spiritali, ne ipse peccet.
 „ Confirmatur, quia si ob incommodum temporale
 „ possum exigere iuramentum ab infideli per falsos
 „ Deos iuraturum, & petere mutuum ab usurario, quem
 „ scio vsuras exacturum: multò magis ob tantum
 „ commodum spiritale possum petere Sacramentum
 „ à Ministro peccatore. Dices; Tu istum Ministrum
 „ scandalizas, nam das occasionem ruinæ. Respondeo;
 „ Esse scandalum passiuum, quod non teneor cum tan-
 „ to meo incommodo vitare. Ita Lessius.

Verùm Caietanus, Sotus, Sà. & alij absolurè di-
 cunt, licitum esse, petere, aut recipere à proprio Pa-
 rocho Sacramentum; dummodò non petatur, vt malè
 administret. Probant, quia ex officio tenetur dare
 Sacramentum: ergo subditus habet ius ab eo peten-
 di, & non tenetur euitare damnum spirituale Minis-
 tri sui cum detrimento proprio, & carentia utilita-
 tis maximæ, quæ illi prouenit à Sacramentis, quo-
 cumque tempore recipiantur; Melius loquuntur
 Lessius, & alij, scilicet, attendendum esse, an sit alius
 Minister bonus, à quo sine magna incommoditate
 possum recipere illud Sacramentum; tunc enim cha-
 ritas obligat ad petendum Sacramentum à bono
 Ministro, vt sic euitetur peccatum mortale proximi
 Prælati, qui malè administraturus esset. Si verdò non
 sit alius Minister bonus, licitum est secundùm Hen-
 riques, compellere Parochum in festis præcipuis, &
 Iubilæo, vt conferat Sacramenta Pœnitentiæ, &
 Eucharistiæ: immò addit Suar. moraliter loquendo
 sufficere generalem utilitatem, quæ ex Sacramentis
 percipitur, vt petere liceat Sacramentum à proprio
 Pastore licet malè sit ministraturus, dummodò alius
 dicit, vt dicebam: hæc enim est magna utilitas spiri-
 tualis, propter quam permitti potest peccatum Pa-
 rochi, cum sæpè peccata permittantur propter tem-
 poralia emolumenta. Deinde si prædictus malus Mi-
 nister nõ sit proprius Parochus, aut Pastor, sit tamen
 præparatus ad Sacramenta ministranda, v.g. quia ipse
 se offert, vel in loco publico excipit Confessiones,
 & ministrat Eucharistiam: prædicti Auctores sen-
 tiunt, licere ab illo petere, aut recipere Sacramentum,
 perinde ac si esset proprius Parochus; quia re vera
 id non est cooperari peccato Ministri, aut illum in-
 ducere ad peccandum; cum ipse iam se velut paratus
 offerat ad illud peccatum committendum, tunc au-
 tem non obligat charitas, vt non accedam ad Sacra-
 mentum, & amittam utilitatè inde mihi prouenien-
 tem. Semper autem aduertendum est, debere susci-
 pientem accedere ad alium Ministrum bonum, si si-
 ne difficultate magna inueniatur; quamuis Sotus di-
 cat non esse peccatum mortale, tunc accedere ad
 malum Ministrum, nisi fortè adsit graue scandalum.
 Et hæc omnia docet Granadus, *loc. cit.*

Dicendum est itaque absolurè, quòd, quando Mi-
 nister est indignus, seu impeditus, eò solùm quia est
 in peccato mortali; possum ab eo petere Sacramen-
 tum; etiamsi sciam ministraturum in peccato mor-
 tali, siue sit paratus ad illa ministranda, siue non; si-
 ue sit meus Parochus, siue non; modò adsit necessi-
 tas, vel iusta, & rationabilis mea utilitas, verbi gra-
 tia, impletio præcepti; vel mihi utile est non mul-
 tum differre vsum illorum Sacramentorum: modò
 etiam non possum alium què mihi utilem
 inuenire. Vide Præpositum in 3. *par. 9. 64. art. 6. dub.*
 2. & Coninch *dub. 2. Suarez disp. 28 sect. 1. Caspen-
 sem in Curs. Theol. tom. 2. tract. 21. disp. 5. sect. 4. Ca-
 strum Palauy, tom. 4. tr. 18. punct. vlt. n. 11. Trullench
 de Sacram. lib. 1. c. 3. dub. 4. & alios penes ipsos.*

*An sit licitum à Ministro excommunicato
 petere Sacramenta?*

R E S O L V T. L X I V.

EA, quæ dicta sunt in superiori Resolutione,
 procedunt, vt dictum est, in ordine ad petenda
 Sacramenta à malo Ministro, existenti scilicet in
 statu peccati mortalis. Sed quòd dicendum de Mi-
 nistro, excommunicato non solùm tolerato, sed
 etiam non tolerato ab Ecclesia, id est, qui nomina-
 tum est denunciatus, vel manifestus percussor Cle-
 rici, vt nulla tergiversatione possit negari? Dico in
 casu extremæ necessitatis licet ab isto petere Sacra-
 mentum Baptismi; & Pœnitentiæ. Ratio est, quia
 periculosissimum est sine his Sacramentis ex hac vi-
 ta discedere: vnde non debuit vllus Minister ali-
 quo modo idoneus in hoc articulo excludi. Hinc
 etiam fit, vt talis Minister neque peccet, (si talem,
 vt absoluat, Contritionem concipiat) neque irre-
 gularitatem incurrat.

Verùm difficultas est de Sacramento Eucharistiæ
 per modum Viatici: & in tali casu non posse à di-
 ctis Ministris peti, docet Lessius in 3. *part. 9. 64. art.*
6. dub. 3. n. 15. & alij. Sed ego contrarium docui; &
 me citato nouissimè docet Leandrus de *Sacram.*
tom. 2. tract. 7. disp. 4. q. 22. cum alijs. Imò non dese-
 ram hinc obseruare cum Magistro Serra in 3. *part. 9.*
64. art. 6. dub. 2. non deesse, qui dicant, si aliquis es-
 set sibi conscius peccati mortalis, & non possent si-
 bi alia Sacramenta conferri, quàm ea, de quibus re-
 cipiendis nullum est diuinum præceptum; posse ea
 suscipere in extrema necessitate à Ministro non to-
 lerato, vt possit per ea iustificari, & fieri ex attrito
 contritus, si fortè solam attritionem habeat; creden-
 dum est enim id meritò placere Ecclesiæ, vt tali ne-
 cessitati subueniatur. Et idèd Hurtadus de *Sacram.*
in gener. disp. 4. difficul. 12. tenet, posse à dictis Ex-
 communicatis accipi Sacramentum Extremæ-Vn-
 ctionis, quando non potuit suscipi Sacramentum
 Pœnitentiæ, neque Eucharistiæ.

Sed quid dicendum, si Minister ille excommuni-
 catus, sit ab Ecclesia toleratus (id est si non est de-
 nuntiatus nominatim, aut manifestus Clerici per-
 cussor) & sit tuus Parochus? Potes ab eo liberè Sa-
 cramenta petere, nõ solùm tempore necessitatis, aut
 præcepti, sed etiam ob magnam utilitatem spirita-
 lem: modò alterius Ministri nõ sit tibi facilis copia;
 Ita Sotus & alij passim. Ratio est, quia iste Minister
 quamdiu ab Ecclesia toleratur, non est tibi magis
 vitandus, quàm si non esset excommunicatus. Vnde,
 si sit tuus Parochus, potes ab illo petere Sacramen-
 ta, & etiam eum cogere administrare; nam habes
 ius petendi: ergo ipse potest tibi sine omni peccato
 admini

administrare, si velit: nemo enim obligatur ad aliquam actionem, quam sine peccato nequit obire. Sufficit autem, ut in eo casu concipiat Contritionem, & procuret absolutionem à censura, si potest: quòd si non potest, permittitur Sacramenta administrare, nec contraher irregularitatem. Secùs, si facile poterat interim absolui. Aduerte tamen, talem Parochum non se posse offerre, aut ingerere; tunc enim grauius peccaret, & irregularis fieret. Ratio est, quia non potest administrare, nisi subdito petente, & vigente.

Petes, an possim ob huiusmodi causas etiam petere Sacramenta ab eo, qui non est Parochus; tamen excommunicatus est, & toleratus? Respondeo, non posse me petere, nisi ipse interim possit obtinere absolutionem Censuræ, vel nisi sit extrema necessitas. Ratio est, quia non possum petere aliquid ab alio, quod ille sine peccato non potest mihi præstare. At ille Sacerdos non potest sine peccato Sacramenta administrare, nisi excuset extrema necessitas, vel in potestate eius sit interim obtinere absolutionem. Quidam tamen existimant, si iste Sacerdos sit expositus, actu Confessiones aliorum audiens, vel Eucharistiam administrans, posse me accedere; quia in hoc casu non censeor petere. Sed Lessius, ubi suprâ tenet contrarium, præsertim si agatur de Confessione, quia qui accedit confessurus, manifestè petit, & exigit sibi impendi absolutionem: vnde intercedit hic saltem aliqua inductio, & petitio ad hunc actum indiuiduum, qui est necessariò peccatum. Idem videtur de Communionem, etsi minor sit ratio.

Sed ego affirmatiuam sententiam puto esse probabilem, & fateor ipsemet Lessius. Et tandem Granadus in 3. part. Contr. 3. tract. 5. disp. ultim. num. 8. sic ait: Si Minister sit excommunicatus toleratus, sed non proprius Pastor, nec sit ad ministrandum paratus; non videtur, licere illum inducere ad præbenda Sacramenta, in quibus exerceat Ordinem: quia sic fieret Minister irregularis; & qui petit, foret causa non solum peccati, sed etiam magnæ pœnæ Ecclesiasticæ, scilicet irregularitatis. In casu autem necessitatis extremæ, id est in articulo Mortis posset sine dubio inducere ad ministrandum, quantumuis non esset paratus; etiam extra hunc articulum liceret petere, cum adesset magna aliqua vtilitas; quia ipse Minister nouit suum malum statum, & voluntariè deuorat culpam, & pœnam, quæ illi imminet, si ministret. Ita ille, & ego.

Notandum verò, quod Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 9. num. 8. latè probat, licitum esse sine vlla necessitate petere Sacramenta à quouis excommunicato tolerato; dummodò non sit aliud impedimentum præter Excommunicationem: nec peccare Ministrum istum dum ad petitionem alterius ministrat; secùs si ipse se inuitaret.

An Christus Dominus determinauerit in indiuiduo omnes materias Sacramentorum?

RESOL. LXV.

PRO negatiua sententia alibi adduxi vtrosque Lugos Germanos, Ioannem & Franciscum; Pontium, Præpositum; Amicum, Marchinum, Fornarium, Petrum à Sancto Ioseph, & Arcudium. Sed Cardinalis Iustinianus bon. memor. hanc sententiam impugnavit, & ex Nostri impugnat doctus, & amicissimus Pater D. Augustinus de Bellis. Et ego iterum ipsam amplector; nam, præter Doctores citatos, il-

lam tener sapientissimus & numquam satis laudatus Ioannes de Dicastillo, tom. 1. de Sacrament. tract. 1. disp. 1. dub. 2. num. 363. & tract. 6. disp. 1. dub. 10. num. 265. & dub. 11. num. 174. & Leandrus de Sacram. tom. 1. tractat. 1. disp. 1. quæst. 11. & tom. 2. tract. 6. disp. 3. quæst. 3. Dico itaque ad propositam quæstionem, quòd Christus Dominus, instituendo Ordines, determinauit tantum eorum materias in genere; nimirum, ut ea esset legitima cuiuslibet Ordinis materia, quæ existens sensibilis, sui traditione debite, & sufficienter facta, tam ex parte Ministri, quàm intentionis, significaret tunc de facto, potestatem tali ordini propriam dari ei, qui materiam istam sensibilem, seu signum istud sensibile acciperet in sua ordinatione: particularem autem istius signi determinationem; seu imponere, & veluti affigere significationem practicam istius potestatis huic, vel illi rei sensibili in particulari; reliquit faciendum Ecclesiæ, prout, & quando illa iudicaret esse conueniens. Itaque Christus non determinauit in indiuiduo materiam, & formam Sacramenti Ordinis, materialiter sumptas; Nec materiam Eucharistia. Nam pro materia, & forma Ordinis, instituit signum sensibile significatiuum potestatis, quæ traditur, & verba talem potestatem exprimentia. Pro materia Eucharistia instituit panem, non determinando hunc, vel illum; sed panem, quicumque esset: nec Vinum album, vel rubrum; sed vinum quodcumque. Et ita in Ecclesiâ Græca ordinantur Presbyteri, & Diaconi per solam manuum impositionem sub certa forma verborum. In Ecclesiâ verò Latina per manus impositionem, & per traditionem Panis, & Vini. In Ecclesiâ Græca consecratur in Pane fermentato; in Latina in Azimo. Igitur quia vtraque Ecclesiâ confert ordinationem per signum sensibile, & per verba significantia traditionem Sacerdotij; vtraque validè conficit; vtraque, formaliter loquendo, seruat materiam, & formam à Christo institutam; licet non moraliter; cum sic vtatur signis diuersis. Et idè Martinus de San Ioseph in *Monica Confess. tom. lib. 1. de Sacramen. Ordin. tractat. 2. num. 5.* sic ait: En la Iglesia Grega la materia deste Sacramento es solamente la imposicion de las manos del Obispo, que dize estas palabras: Diuina gratia, quæ semper infirma sanat, & quæ defunctis supplet, creat, seu promouet N. Venerabilem Diaconum in Presbyterum, &c. Con que quedan ordenados los Sacerdotes Griegos sin entregarles la hostia en la Patena, ni el vino en el Caliz. Y dize Padre Lugo de Sacramen. in genere, disp. 2. sect. 5. num. 85. que vio en Roma, que Obispos Griegos Catolicos ordenauan desta manera, sabiendolo, consentiendo lo el Sumo Pontifice. Y no obsta à lo dicho, que la materia, y forma de los Sacramentos deue ser la misma en todas las Iglesias: porque Christo Señor nuestro no determinò en particular la materia, y forma indiuidual del: lo que quiso fue, que se diese este Sacramento por alguna señal sensible, que signifique la potestad, que se concede, y por palabras, que signifiquen lo mismo; y las dos Iglesias Latina, y Griega dan el Sacramento del Orden por señal sensible, y formalmente guardan la materia, y forma, que instituyó Christo Señor nuestro; aunque no es assi materialmente; porque vsa cada vna de señales diuersas. Ita ille.

Et tandem nouissimè satis latè & solidè hanc sententiam sustinet, & docet Nicolaus Ysambert, Doctor, & Socius Borbonicus in 3. part. D. Thoma, tom. 3. de Sacram. Ordin. disp. 3. art. 6. & 7. qui omnino videndus erit: firmat enim validis argumentis sententiam

tentiam nostram & respondet ad contraria. Et post hæc scripta inueni, huic sententiæ adherere etiam Castrum Palaum, tom. 4. tract. 27. punct. 4. num. 11. qui citat Bellarminum, Coninch, Laymann, & Bonacinam, vnde patet hodie inter Theologos recentiores hanc sententiam communem.

An Episcopus possit conferre Ordines Minores quatuor v. g. vel quinque personis?

R E S O L. L X V I.

Negatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissimè Martinus de San Ioseph in *Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Ordine, n. 2.* vbi sic ait: Los quatro menores Ordenes se pueden dar en qualquiera dia de Domingo, y en qualquiera dia festiuo à vna; ò dos personas. Assi lo dize el pontifical Romano, que lo tomò del cap. *De eo de temporib. ordinat.* Gaspar Hurtadus *vbi proximè*; però no podran ordenar por este capitulo los Obispos en dichos dias, sino à vno, ò à lo mas dos; porque expresamente lo señalan el Pontifical, y el cap. *De eo citat.* Vazquez *disp. 246. cap. 5.* Hurtadus *disp. 23 in princ.* Y es de admirar, que diziendolo tan claro el Derecho, afirman algunos Autores, que pueden ordenar mas que dos, como no parezca, que haze Ordenes generales. Sic Diana *2. par. tract. 16. resol. 28.* Siluest. *verb. Ordo 2. num. 6.* Reginaldus *lib 50. num. 26.* Y no dicen bien, pues in claris non est locus coniecturalis. Hucusque Martinus; cui adde etiam nominatim contra me Leandrum *de Sacram tom. 2. tract. 6. disp. 11. 9. 5.* qui tamen magis libetalis, quàm Martinus, extendit ordinationem ad tres.

Sed ego non discedo à sententia, quam docui; & puto, in hoc non tam scupulosè ab Episcopis procedendum: nam illa verba Textus *cap. 3. de temporib. ordin.* non sunt apposita taxatiuè, sed exemplificatiuè, & ideò asserit Castrus Palaus *tom. 4. tract. 27. punct. 13. num. 2.* Bassæus in *Floribus, verb. Ordo 4. n.* cum aliis, Ordines Minores priuatim posse conferri, modò non sint tot Ordinandi, vt generalis Ordinarjo videatur. Vnde doctissimus, & amicissimus Patet Quintanaducñas in *instrum. Ordin. Hispanen.*

par. 3. §. 4. n. 10. sic ait. La primera Tonsura se puede dar qualquier dia, y assi se usa. Las Ordenes Menores, fuera de las Temporas, se pueden dar todos los Domingos, y fiestas, *cap. De eo de temp. ord. Pontifical, Angelus Ordo 4. num. 10.* Tabiena *Ordo 2. 9. 3.* Armilla *ord. num. 7.* Salzeus *prac. Bernardus Diaz, cap. 26.* Rebuffus. *praxi de Cleric. gloss. 1. num. 3.* Sanchez *lib. 7. conf. cap. 1. dub. 5. 2. num. 5.* Y no solo se puede à algunos, sino à muchos dar estas Ordenes estos dias, como no parezcan se celebran Ordenes generales; que esto pretende prohibir el Derecho, *cap. De eo* quando dize, se den à vno, ò dos Ita ille, & ego: quibus adde Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in *Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 5. 2. num. 8.* & alios, quos adducit Leandrus *vbi supra.*

Sed dictum est, Ordines Minores conferendos esse diebus Dominicis, vel diebus Festiuis: difficultas est, an sit necessarium, esse Festiuos de præcepto? Et affirmatiuè respondet Leandrus *loco citato, quest. 3.* cum aliis, quibus adde Lezanam *verb. Ordines Sacri, num. 9.* Sed in alio extremo se ponunt aliqui, & docent, quòd in rigore iuris non videretur veritum quacumque die Minores Ordines conferre, & ita tenet Eligius Bassæus in *florib. verb. Ordo. 4. nu. 4. in*

fine, & nouissimè idem tenet Martinus de San Ioseph vbi supra in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Ordine, num. 3. & 4. vbi sic ait, Iuzgo que es muy probable, que pueden los Señores Obispos dar los Menores Ordenes en qualquiera dia, aunque no sea de fiesta; porque aunque el Pontifical Romano, y el *cap. de eo*, solamente señalan los dia de Domingo ò festiuos; no reuocaron el *cap. Quando. dist. 5.* que dize: Quando & vbi licitum fuerit, vsque ad Subdiaconatus Officium ordinentur Clerici: & Iura iuribus expedit concordari. *leg. precipimus in fine. Cod. de appellat. leg. Vnica. Cod. de Inoffic. doi. leg. Sed & posteriores. ff. de legib. leg. non est nouum. ff. eod. tit. cap. Cum expediat. de electionibus lib. 6.* Ita ille qui citat Zerolam, Marchinum, & Ledesnam; quibus adde Ludouicum de San Iuan. in *Summa, quest. 2. art. 9. de Sacram. Ordin. 1. dub. 1. concl. 1.* sic asserentem. Las Ordenes Menores se pueden dar en qualquier tiempo, que al Obispo le pareciere, ora sea Domingo, ò otra fiesta, ò en otros dias feriales, como las celebre dentro de su Obispado. Hæc ille. Sed hanc sententiam impugnat Leandrus *loc. cit. quest. 2.* putat tamen esse probabilem; nam suam vocat tantum probabiliorem.

Nota hîc obiter, etiam seclûsâ consuetudine licere Episcopo eidem eadem die ex causa iusta Minores omnes & simul Subdiaconatum conferre Ratio est, quia id nullo Iure Canonico est veritum, & in Tridentino *sess. 23. cap. 13. de Reform.* solum prohibetur, duos Ordines Sacros eidem eadem die conferri. Ità me citato, & aliis, tenet Bassæus in *Floribus verb. Ord. 3. num. 7.*

Nota etiam, Suscipientes Ordines Minores ante susceptum Sacramentum Confirmationis, nec ipsos nec Episcopum peccare mortaliter. Ita, me citato, tenet Martinus de San Ioseph *vbi supra, tract. 6. n. 9.* & me citato, Bassæus, *verbo Ordo. 3. num. 6.*

An in supputanda ætate Ordinandorum, enumerandus sit dies Bissextilis, vel omittendus?

R E S O L. L X V I I.

Diem Bissextilem, in ætate Ordinandorum, & profitendorum supputanda, semper includendâ esse, puto. Ducor Primò, quia in Ordinationibus accipiendus est annus Ecclesiasticus secundum variationem temporum; at ritu Ecclesiastico dies bissextilis computatur: ergo. Secundò, eadè ratio est de vno anno bissextili, ac de cæteris: sed tot anni Bissextiles iam præteriti connumerandi sunt; secùs parere possent varietatem non modicam: ergo etiam includi debet dies præsens bissextilis. Tertiò, in iure vtraque dies bissextilis pro vnica habetur, *leg. Cum bissextus. ff. de verb. signific. & cap. Quasiuit, eod. tit.* ergo necessariò computanda, ne necessaria ad perfectam ætatem dies desideretur. Quartò, in complendo anno probationis dies bissextilis est necessariò includendus, secùs Professio esset nulla ob non seruata Tridentini formam, *sess. 25. cap. 15. de Regularibus vt sustinent* Iacobus de Grassis, *tom. 1. cons. lib. 3. cons. 6. n. 2. de Regularibus* Rodriquez, *tom. 3. de Regul. 9. 1. art. 4. & 5.* Molina *to. 2. de Iustitia. tract. 2. disp. 573 §. Atque, vt à minori ætate.* Lessius, *lib. 2. de Iust. cap. 41. dub. 7. n. 5. 9.* Sanchez *de Matr. tom. 1. lib. 2. disp. 24. n. 22. & tom. 2. Operis Moral. lib. 5. c. 3. n. 31.* & clariùs *c. 4. n. 4.* Miranda in *manuali Præ. so. 1. 9. 12. ar. 3.* Bartol. de Vecchis, *tr. de admittendis ad Religionis Statum Nouitiis disp. 11. dub. 4. n. 5.* & alij. His

His non obstantibus, contrariam sententiam docent aliqui, asserendo diem bissextilem non esse necessarium computandum, tam in Ordinationibus quam in supputando anno Nouitatus integro. Quare, si Nouitatus compleat annum probationis die 24. Februarij, etiam occurrente tunc mense bissextili, poterit eadem die Professionem emittere; nec necesse erit expectare sequentem diem, nempe vigesimum quintum bissextilem. Probarur hæc opinio: Annus à iure determinatus constat ex diebus 365. qui est annus ordinarius, quem per se leges intendunt; quod si eo anno contingat superaddi his 365. diebus diem aliam bissextilem, tanquam de rebus per accidens, laborandum minimè videtur. Et ita præter Doctores, quos citat, sequitur Barbosa de Potest. Episc. part. 2. Allegat. 101. num. 13. hanc sententiam tenet nouissimè Martinus de San Ioseph. in monia Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 6. de ordine, num. 2. ubi sic ait: Para la edad de los ordenes legitima se ha de incluir en ella el dia del año bissesto, como lo tiene Sanchez, lib. 2. de matrim. disputat. 24. numero 22. hablando da la Profession, y lo mismo es para la edad de los Ordenes, y se prueua, porque el dia del bissesto es el acomplimiento de los quatro años precedentes, que faltaua para el circulo entero del Sol por el Zodiaco, y porque el dia 28. y 29. de Febrero se computan por vno, cap. Quod sicut de verb. signif. §. 3. §. Minorem. ff. de minoribus & leg. Cum bissextus. ff. de verb. signif. pero tengo por muy probable la opiniõ contraria de Siluestro verb. atas num. 5. de Panormitano in cap. Quæren de Offic. de leg. que dize, que en las cosas odiosas no se ha de computar el dia del año bissesto, sino solamente se ha de contar el año de 365. dias, cayga bissesto, ò no cayga: y patee que esto se determina en la ley cum heres. §. Stichus ff. de stat. lib. ita ille: cui adde etiam doctum, & erudium Iuriconsultum Didacum de Narbona in Annal. Juriscons. n. 25. quaest. 55. n. 6. qui citat pro se Henriquez, Riccium, & Acugniam: vnde ego cum Leand. de Sacram. tom. 2. str. 6. disp. 6. q. 20. vtramque sententiam probabilem esse puto.

Antieclis à Societate Iesu, si sint constituti in Sacris, debeatur aliquid pro Patrimonio?

RESOLVT. LXVIII.

AD hunc casum sic respondet Marchinus de Sacra. Ordinis, tract. 2. par. 4. c. 5. n. 5. si contingat, è Societate aliquos eiici in Sacris iam constitutos, & carentes Beneficio, vel Patrimonio; tunc Prælati eiusdem Societatis de honesto victu illis prouidere debent, donec sufficiens Beneficium fuerint consecuti. Sic declarauit Sacra Congregatio, sess. 21. cap. 2. de Reformat. cuius hæc sunt verba. Quoad Iesuitas, cum post Sacerdotium exire non possint, nisi à Superioribus deiciantur, prouideatur illis de redditu quadraginta aureorum annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio suo exire quando volunt, possunt, ne detur illis occasio exeundi, vt fruantur illo redditu; vocentur prius, & intelligat, qua alia via prospici possit: deinde maturè deliberandum. Hanc etiam declarationè affert, & sequitur Angelus Bossius in Moralib. tom. 2. tit. 3. §. 9. num. 24. Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 9. q. 2. & nouissimè Martinus de San Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de ordine, num. 3. ubi sic ait; Los Religiosos de la Compañia de Iesus

despues que hazen los votos simples, quedan ser ordenados de Orden Sacro, antes de la Profession solemne por concession de Gregorio XIII. pero si despues de ordenados de Orden Sacro los exple su Religion, y no tienen Beneficio, ni Patrimonio, estan obligados los Prelados de la Compañia à darles sustento honesto; y de que lo declarò assi la Sacra Congregacion, y de la forma, que ha de guardar en esto da fee Marchino, que pone las palabras de la Sacra Congregacion. Ita ille.

Sed ego interrogatus de hoc casu à quodam Episcopo; respondi, esse videndum an reuera dicta Declaratio Congregationis sit authentica, & extet; & quid asserant Superiores dictæ Societatis: nam in fauorem Societatis adsunt valida argumenta, quæ affert Stephanus Fagundez in Præcep. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 5. omnino videndus: qui probat, Religiones non teneri præstare alimenta dimissis, præsertim si sint Sacerdotes, & habeant ordines. Primum, quia inueterata consuetudo est omnium Religionum huiusmodi expulsis nihil alimenti dare; nam alimenta hæc viam munirent ad defectum, inde enim multi ansam arriperent ad Religionem deserendam, si eis huiusmodi alimenta suppeditanda forent; & sic omnes redditus Religionum cum huiusmodi dimissis infumerentur, contra expressam, vel tacitam voluntatem eorum, qui Religiones ac Monasteria dotarunt. Secundò, quia in punitionem suorum defectuum dimittuntur; Iudex autem non solet alere eos, quos punit. Tertio, quia ita fuit iudicatum in Parlamento Tolosano in causa, qua quidam Ioannes Gentilius è Societate fuit dimissus: is enim petens postea alimenta coram Iudice, exclusus fuit Iudicis sententia ab iniqua postulatione; vt refertur in Decretis septimæ Congregationis Genetalis, cap. 1. §. extat. n. 7.

Quæ omnia confirmantur exemplo Sancti Ignacij, Fundatoris dictæ Religionis, ex his quæ de ipso asserit eruditus Pater Daniel Bartolus, in visa S. Ignacij, lib. 3. num. 20 ubi sic ait; Quelle qualita poi di nobilitè, e di sapere, che à meno Saggi fan con- trepasso a' demeriti di chi le hà, onde pare, che ad alcuni non sopporti il cuore di vederli tornarsene al secolo, à lui non erano di verun peso, per tirarlo ad affettionarsi loro, sì che li ritenesse, oue nõ ne fossero digni; ò punto si risentisse per doglia, quando riuscita loro intolerabile la disciplina religiosa, partiuano. Così liberò sè, e la Compagnia dalle inquietudini di D. Theotonio, figliuolo del Duca di Braganza, e nipote d'Emanuel lo Rè di Portogallo: e licentiò vn frater cugino del Duca di Biuona, e parente di Giouan di Vega, Vicerè di Sicilia, grande amico, e gran benefattore del Santo: nè per ritenere lo valsero le ragioni; e le suppliche di Pietro Ribadeneira; à cui il giouane, piangendo direttamente, e suggerendosi ad ogni più severo castigo, si raccomandò, perche gl'impetrasse dal Padre Ignatio, come egli diceua, misericordia. Et oltre ad altri huomini di gran sapere, de' quali frà poco dirò, spedì ancora Christoforo Lainez, fratello di quel Diego Lainez, che pur gli era sì caro. E perchè egli non hauea di presente, nè di che viuere in Roma, nè con che ritornarsene in Ispagna; e il medesimo Ribadeneira pregò il Santo, à dargli perciò qualche sussidio di denari; negollo risolutamente; & aggiunse queste espresse parole: Pietro, se io haueffi tutto l'oro del Mondo non aiuterei d'vn sol quattrino quelli, che per demerito si rendono indegni, che la loro Religione li tenga. Il che ragione è, che intendan bene coloro, che voltano à Dio, & alla Religione

» ligione le spalle, ò riuscendo (ch'è il medesimo) in-
 » degni d'esserui ritenuti, pretendono, che in vsire
 » si paghino loro le fatiche, che, viuendo in essa, dura-
 » rono: come se non le hanessero donate à Dio, mà
 » date à censo alla Religione: si che tiratone i frutti
 » del mantenimento d'ognidì; poscia al partire, do-
 » ueffe loro, come à sconto di debito, rendere il capi-
 » tale. Ita ille: Quæ omnia adnotare volui in gratiam
 » Societatis, cui quidem addictissimum esse profi-
 » teor. Verùm, his non obstantibus, remitto Me Sacræ
 » Congregationi, si aliter determinauerit; Purpurato-
 » rum enim Patrum Responfa veneror.

*An Clericus Beneficiarius, vel in Sacrii consti-
 tutus, possit exercere munus Aduocati cor-
 ram Iudice seculari pro vnotantum negotios
 & hoc finito, pro alio, & sic de singulis?*

RESOLVT. LXIX.

Affirmatiuè respondet Garcias in *Summa Theol.*
mor. tractat. 1. difficul. 2. dub. 6. num. 4. vbi sic ait
 » Esto supuesto, respondo, que aunque, generalmen-
 » te hablando, el abogar en causas seglares, y en tri-
 » bunal seglar està prohibido, c. Clerici el 1. de pa-
 » stulando cap. Sacerdotibus, nè Clerici, vel Monachis;
 » y en otras partes; pero el mismo derecho da lugar
 » para que en algunos casos pueda abogar el Clerico
 » delante el juez seglar, en causas seglares. El
 » primero es en causa propia. El secundo en causas
 » de su Iglesia. El tercero en causas de personas mi-
 » serables, que no pueden acudir à ellas, como viu-
 » das, pupilos, &c. El quarto en las causas de sus ami-
 » gos, y coniuictos coniuiccionẽ spirituali, como vn
 » Canonigo por otro, vn Beneficiado por otro, &c. Y
 » finalmente es probable, que puede el Clerico abo-
 » gar sobre vn solo negocio, aunque no sea las ca-
 » lidades puestas, y acabado aquel tomar otro; porque
 » el texto que esto prohibe, solo dize: In negotiis sæ-
 » cularibus: y pues es ley penal, no se ha de entender
 » de vno. Ita ille; cui adde nouissimè Martinum de
 » San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. l. 1. tract. 10. de Or-
 » dine numero 12.* sic asserentem: La prohibicion, que
 » se haze à los Clerigos de Orden Sacro, y à los de
 » Ordenes menores, como tengan Beneficio Eccle-
 » siastico de ser Abogados, se entienda en las causas,
 » y Tribunales Seglares, cap. 1. de postulando. Pero
 » permítteselo el mismo Derecho, quando es en cau-
 » sas propias, y en las causas de su Iglesias, y en las
 » causas de las personas miserables, que no saben,
 » ni pueden tratar dellas, y no ay otros, que los ayu-
 » den. Tambien en las causas de sus deudos, ex cap.
 » final. de postulando, en que se encluyen las causas de
 » los amigos. Tambien es probable que en vno solo
 » negocio po dran àbsolutamente abogar, y acabado
 » aquel en otro, &c. porque la prohibicion es en ne-
 » gocios Seglares, in negotiis sæcularibus (dize) con-
 » que no excluye vn negocio solo, que à las cosas pe-
 » nales se les pueden dar estos en sanche. Hæc Mar-
 » tinus.

Et tandem non deseram hîc apponere verba Ioan-
 nis Machadi de *Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. par. 1. tract.*
 » 13. docum. 4. n. 4. Quanto (asserit) à la prohibicion
 » de abogar, se ha de aduertir tambien, que como
 » consta del Derecho, y lo afirman comunmente
 » los Doctores, es permitido à los Clericos abogar
 » en las causas Ecclesiasticas, y Tribunales Ecclesiã-
 » sticas, de modo que la prohibicion del Derecho
 » solo es para las causas seglares, y en sus Tribuna-

les. Con todo esso el mismo Derecho les permite,
 que puedan abogar delante del juez seglar, y en cau-
 sas seglares en algunos casos. El primero es en sus
 causas propias. El secundo, en las causas de su Igle-
 sia. El tercero, en las causas de las personas misera-
 bles, que no puedan acudir à ellas. El quarto es en
 las causas de sus deudos: en el qual afirman graues
 Autores, que se comprehenden las de los amigos. I
 por ser assi, que la prohibicion del texto referido,
 dize: In negotiis sæcularibus refueluen comunmen-
 te los Doctores, que podrá el Clerigo abogar en vn
 pleyto, y acabado aquel, recibir otro. Vidisti quot vi-
 ri docti hanc sententiam firmauerunt; & tamen qui-
 dam Casuista vnus libri, his diebus, illam tanquam
 improbabilem dampnauit.

Nota tamen hîc obiter, quòd Clerico in casibus
 etiam, in quibus interdictum est aduocationis offi-
 cium exercere, fas est domi consulere, & conficere
 Iuris allegationes in scriptis. Cardoso in *praxi Iu-
 dic. verb. Procurator num. 101.* Stephanus Gratianus,
discept. forens. cap. 39. a n. 4. quibus accedit Bernard.
 Diaz in *pract. cap. 59.* & Alciat. *conf. 91. num. 3.* Et
 circa prohibitionem Clericorum aduocandi, vide
 Carolum de Grassis de *effectibus Clericatus, effect.*
 11. Squillantem de *obligationibus Clericorum part. 2.*
 dub. 21. Vide etiam Megalam in *Promptuario verb.*
Aduocatus, n. 3. & Naldum in *Summa, verb. Clericus*
num. 36. Diaz in *pract. Canon. cap. 98.* & Paulum
 Xammar de *Officio Iudicis, & Aduocati par. 2. qu. 3.*
 n. 25. & seqq. vbi specialiter notat posse Clericum
 aduocare pro coniuictis, qui in hoc casu intelligun-
 tur vsque ad quartum gradum, & in causa amici in-
 timi; & pro omnibus, si existant in Curia Romana,
 ex tolerantia Summorum Pontificum.

*De casibus particularibus, in quibus Sacerdos
 potest dare partem sua Hostia laico
 communicaturo.*

RESOL. LXX.

Questionem, an Sacerdos possit aliquando par-
 tem suæ Hostiæ laicis communicaturis præ-
 bere, ego sæpius pertractauit; & me citato, postea
 pertractat Tamburinus *Opusc. de Communiõne, c. 6.*
 §. 6. num. 30. & me citato, Leandrus de *Sacram. tom.*
2. tract. 7. disput. 4. quest. 17. & me citato Martinus
 de San Ioseph in *monita Confessur. tom. 1. lib. 1.*
tractat. 9. de Euchar. num. 16. Sed nemo ex nobis ad
 plures casus particulares deuenit, quomodo deuenisse
 nunc obseruo accuratissimum Patrem Dica-
 stillum *tom. 1. de Sacrament. tractat. 4. disputat. 11.*
 dub. 6. numero 115. vbi, me citato, sic ait: Si post
 oblationem superueniat aliquis communicaturus,
 & non sit aliud Sacrum, aut si sit, non est
 commodum expectare alium Sacerdotem; non mi-
 hi videretur à ratione alienum, illi personæ, cui gra-
 tiam hanc velit Sacerdos impendere, dare particu-
 lam propriæ hostiæ, seclusa aliqua prohibitione.
 Et in hoc sensu etiam intelligerem conditionem,
 quam requirunt Auctores, dum dicunt licere, si
 non sit alia formula; nempe, si nec ibi, aut in alio
 Altari tunc facilè reperiat alia particula, & aliquis
 qui illam administret: vt sit necessarium expecta-
 re. Ratio huius assertionis est, quia nec ex natura
 rei, institutionis scilicet Sacramenti, nec ex iure
 Canonico cõmuni, aut ex alio capite constat, id esse
 prohibitum. Atque in primis, id non esse prohibitum
 ex institutione Sacramenti, aut Sacrificij, satis vi-
 deretur constare. Primò ex eo, quòd ad integritatem
 Sacrificij

» Sacrificij id non est necessarium, vt patet ; cum in
 » qualibet parte Specierum panis, & vini tantundem
 » sit. Secundò, quia hoc ipsum fuit in vsu in Ecclesia
 » Dei, vt distributor Sacramenti frangeret illud, sicut
 » & Christus fecit, qui benedixit, ac fregit, deditque
 » Discipulis : quem etiam duo Discipuli cognoue-
 » runt in fractione panis. Ita Paulus 1. ad Corinthios
 » 10. vers. 16. *Panis* (inquit) *quem frangimus, nonne par-*
 » *ticipatio Corporis Domini est?* vt notant Expositores
 » ad eum locum, & ad alios textus, vbi de fractione fit
 » mentio. Legatur ibi Cornelius à Lapide. Itaque fran-
 » gere hunc panem, & fragmenta distribuere, satis
 » fuit vsu receptum, præsertim apud Orientales, qui
 » solebant panem facere non eleuatum, sicut nos, sed
 » larum, & subtilem, qui erat buccellatus, id est, deli-
 » neatis buccellis ; vnde græce appellabatur *Βλαμμα*
 » *ἀπὸς* Buccellatus panis, qui frangi solebat per li-
 » neas designatas, atque adeo non habet aliquid,
 » quod non cõgruat institutioni. Tertio, quando erat
 » vsus dandi Fidelibus etiam Laicis sanguinem, ex
 » eodem Vasculo consecrato accipiebatur pro aliis,
 » & ex vi Sacrificij non tenebatur Sacerdos separatam
 » pro se materiam consecrare, & nihil ex illa distri-
 » buere, aut quasi educillare, Nam & Christus de vno
 » & eodem calice dixit: Bibite ex eo omnes. Cur ergo
 » in pane tenebitur separatam quandam partem non
 » frangendam sibi seruare, & nihil de illa aliis confer-
 » re? Iam vero videndum est, an sit aliqua iuris pro-
 » hibitio. Hanc ego in iure aliquo communi non in-
 » uenio. Nam quæ dicuntur ab aliquibus de *capite*
 » *Relatum, de Consecratione, distinct. 2. & cap. Comperi-*
 » *mus eadem distinct.* indigna sunt quæ audiantur.
 » Nam in priori Textu ex Concilio Toletano, 12. so-
 » lum mandatur (contra quosdam aliter facientes) vt,
 » qui sæpius in die celebrat, in singulis Missis com-
 » municet. In posteriori verò contra aliquos aliter fa-
 » cientes statuitur à Gelasio Papa, vt non alterutram,
 » sed *vt*ramque speciem Sacerdos celebrans sumat.
 » Vnde frustra Grassius ob talem legem, & sine fun-
 » damento dixit, teste Diana *in illa res. 35. part. 4.* non
 » modica pœna dignum esse Sacerdotem frangentem
 » hostiam, vt Laicum communicet. Vtrum autem sit
 » prohibendum, per specialem aliquam legem Synoda-
 » lem in Diocesi aliqua, mihi non satis constat ; nisi
 » forte in Toletana, non solum in Synodalibus
 » anni 1622. sub Serenissimo Ferdinando Infante
 » Cardinali, sed longe ante illud tempus. Vbi tamen
 » id prohibitum fuerit, standum erit prohibitioni. Nec
 » probo sententiam Ioannis Sanchez *in Selectis, disp.*
 » *22. n. 21.* qui ait nullam esse culpam, etiam ea pro-
 » hibitione posita, nisi enim fieret sine causa rationabi-
 » li, non video cur, qui sciens & volens faceret, non
 » peccare: De mortali verò præcepto, non ausim affir-
 » mare esse mortale sine causa facere, quia non videtur
 » materia grauis irreuerentiæ, idque à fortiori docet
 » Ioannes Sanchez, *supra* citatus. Quæ autem causa
 » sufficiat prudentis iudicio videtur relinquendum.
 » Ego non putarem requiri grauissimam. Vnde puta-
 » rem sufficere, quod sic communicaturus non habeat
 » aliam Missam, vel cogatur diu expectare, donec
 » aliud Sacrum celebretur, aut in sequentem diem
 » differre. Quin etiam sufficientem existimarem cau-
 » sam, quod aliqua persona grauis, aut nobilis velit
 » communicare tunc, vt postea mature se expediat ad
 » negotia : imo & famuli, qui vt tempestiue sint ex-
 » pediti ad exhibenda seruitia, velint communicare,
 » nec facile possit sine officiorum dispendio expecta-
 » re. Addiderim satis esse, si fiat, ne diu expectet ipse
 » Sacerdos pro afferenda particula ; potest enim per-
 » gere in Missa ad Offertorium, & Consecrationem,
 » Antonin. Diana, Pars X.

daturus partem suæ hostiæ. Auctores, qui ex ratio-
 nabili causa licere putant, innumeri sunt, & præter
 alios relatos apud Dianam. Hucusque Dicastillo.
 Itaque, vt vidisti amice Lector, hic vir doctissimus
 putat, Sacerdotem dantem partem hostiæ Laico
 communicaturo abique causa, non peccare mortali-
 ter; & causam iustam putat, quod sic communicatu-
 rus non habeat aliam Missam, vel cogatur diu expe-
 ctare, donec aliud Sacrum celebretur, aut in sequen-
 tem diem differre. Item, si aliqua persona grauis, vel
 nobilis velit communicare tunc, vt postea mature
 se expediat ad negotia; imò si famuli, vt tempestiue
 sint expediti ad exhibenda seruitia, velint commu-
 nicare; nec facile possint, sine officiorum dispendio,
 expectare. Et satis esse, si fiat ne diu expectet ipse
 Sacerdos pro afferenda particula.



TRACTATUS DVODECIMVS
 E T
 SECVNDVS,
 MISCELLANEVS.

*An summus Pontifex, ne remaneat extincta
 quedam illustris familia, possit præbere li-
 centiam, vt Eques ex Religione Hierosoly-
 mitana transeat ad Religionem diui Iacobi,
 Alcantara, Calatraua, &c.*

RESOLVT. I.



ERTVM est, nec indiget probatio-
 ne, posse, & solere summos Pontifi-
 ces præbere licentiam, vt aliquis Re-
 ligiosus transeat ex vna Religione
 strictiori ad aliam laxiorem, iusta exi-
 stente causa, vt inter alios firmat Ricciullus *de Iure
 personarum, libro 8. capite 4. numero 4.* Difficilis
 est, an possit hoc facere in casu nostro : Primò, quia
 Religio diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, non
 est vera Religio, vt plures Auctores docent. Ita
 Sorus *de Iust. libro 7. questione 5. articulo 3. ad 3.*
 qui tamen contrarium dicit de Equitibus Hieroso-
 lymitanis : ergo. Secundò, quia in illis prius nomi-
 natis Religionibus non emittitur votum castitatis
 absolutum, sed votum castitatis conjugalis : ergo
 Pontifex dispensaret in voto castitatis solemnii;
 quod negat posse eum facere diuus Thomas *in 2. 2.
 questione 88. articulo 11.* Raphael de la Torre,
 Sorus, Siluester, Armilla, Tabiena, & omnes
 Thomistæ,

Verum, his non obstantibus, ad casum proposi-
 tum videtur affirmatine respondendum ; quia com-
 muniior, & probabilior Doctorum sententia tenet
 Equites diui Iacobi, Calatrauæ, &c. esse vere Re-
 ligiosos ; & ita docent fere 60. Doctores, quos
 etiam, me citato, citat & sequitur Ambrosius Ma-
 chin Archiepiscopus Calaritanus, *in Alleg. pro iurisdictione
 Ordinum Militarum, articulo 1. n. 7. &
 25.* Quibus ego addo Sanchez *in Summa, tomo 2.
 libro 7. capite 29. numero 105.* Suarez *de Religione,
 tomo 4. libro 1. capite 4. à numero 8. vsque ad 26.*
 Pellizarium *in Manual. Regular. tomo 1. tractatu 1.
 capite*

capite 3. numero 28. Pizzarum in *Discursu Apologético pro Ordinibus militaribus*, numero 19. cum seqq. Valenzuelam *conf.* 85. num. 9. Valescum *consul.* 108. num. 27. & me citato Larream, *tomo 1. Allegat.* 64. num. 2. & 3. & me citato. Sperellum, *tomo 1. decis.* 2. num. 64. Fernandez de Castro in *Portugal conuincida*, *part. 1. sect. 1. lit. A.* Gallaratum in *Allegat. iuris pro Defes. D. Eduardi de Portugal.* num. 8. & me citato Amaiam in *Codicem leg. ult. de incolis*, *lib. 10. tit. 39. num. 15.* Anfaldum, *consul.* 78. num. 45. Carclualium, *de Iudiciis.* *tomo 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 6.* numero 416. Ferrentillum in *decisionem 2. Burasi*, & me citato Zipæum *de Iuris.* *lib. 1. cap. 21. numero 1.* Guazzinum *Defens.* 20. num. 16. Riccium in *Praxi*, *tom. 4. resol.* 170. & 176. Lezanam in *Summa*, *tomo 2. cap. 5. numero 6.* & me citato Bordonum in *Consil. Regul.* *tom. 1. resol.* 28. n. 23. & me citato Leandrum *de Sacrament.* *tom. 1. tract. 5. disput. 11. q. 47.* Martinum de San Iuan in *Monita Confess.* *tom. 1. tract. 24. de Pœnitent.* num. 4. Sancium in *Selectis*, *disp.* 49. n. 10. Faustum in *Thesouro*, *lib. 5. q. 11.* Perçiram *dec.* 58. Megalam *tom. 4. lib. 4. cap. 20. q. 5. n. 40.* Merendam, *controu. Iur.* *lib. 14. cap. 49. num. 40.* Fabrum in *Codice*, *libro 6. tit. 12. differ.* 33. num. 2. Transmieram *de Poligamia*, *lib. 3. quest. 22. num. 26.* Valerum, in *differ. vtriusque Fori, verb. Munera*, *differ. 1. n. 12. & 23.* Nouarium in *Lucerna Regularium*, n. 16. & alios penes ipsos.

Dicendum est itaque, vorum castitatis coniugalis non sufficere iure communi ad constituendum vorum solemnne castitatis: sed negandum, id non posse fieri priuilegio; cum enim solemnitas voti sit iure humano inducta, potest illa minui, vel augeri rationabili causa subsistente: & ita sicut Papa potest facere Religioso facultatem aliquo modo testandi, moderando solemnitatem voti paupertatis, ita etiã facere facultatem vtendi coniugo legitimo minuendo solemnitatem voti castitatis. Deinde, licet voti obligatio sit iure naturali, & diuino inducta; solemnitas tamen voti à iure humano Pontificio inuenta est; Pontifices enim maximi induxerunt, vt ad faciendum solemnne vorum requiratur, primò, quod constet ex tribus votis, scilicet, castitatis integræ, Paupertatis, & Obedientiæ: Secundò, quod hæc tria fiant in Religione approbata: Tertio, quod fiant in manibus eius, qui potest vouentem incorporare Religioni; & quod alioquin non sit solemnne secundum omnes. Et ideo sicut Papa statuit, & induxit, vt omnia prædicta requirantur ad hoc, vt aliquod vorum dicatur solemnne, & sufficiens ad faciendum aliquem verum Religiosum, & ad alios certos effectus; ita potest statuere, vt aliquid amplius requiratur, vel aliquid minus sufficiat; & consequenter potest efficere, quod non solum vorum castitatis integræ, sed etiam vorum castitatis coniugalis sufficiat; cum omnes Pontifices maximi æqualem, imo eandem potestatem Ecclesiasticam immediate à Deo, sicut ipse Petrus accepit, habeant, & accipiant. Argum. *cap. In nouo 21. dist. cap. Canonica. cap. Ipsi sunt. 9. quest. 3. & cap. 1. de homicid. in 6.* Quid sit, quod licet omnes Religiosi emittant vorum Paupertatis; non tamen omnes pari modo ad eam seruandam obligantur. Franciscani enim de Obseruantia, & Capuccini tenentur eam seruare in particulari, & in communi, at Religiosi non Mendicantes, tantum in particulari, non in communi. Quin & Mendicantes ante Concilium Tridentinum, non poterant habere in ommuni, nisi tum certa limitatione; nunc autem post Concilium Tridentinum possunt habere sine illa, per *cap. 2. sess.*

25. Quin & aliqui Religiosi, etiam quibus non licet habere proprium possunt ex priuilegio certo modo testari per limitationem voti Paupertatis. Et ita non est cur quis miretur, Pontifices maximos statuisse, vt aliquot Religiosi Religionum ad militiam armatam constitutarum propter maximam difficultatem seruandi vorum castitatis integræ, conuersando fere semper cum sæculatibus hominibus, & sceminis, satisfacerent voto castitatis Religioni necessariæ, seruando coniugalem.

Sed pro Religionibus Hispanis, & in fauorem hispani Oratoris, non erit incongruum hispanum Auctorem audire de hac questione loquentem: ideo nostram sententiam tribus rationibus nouissime confirmat me citato Hieronymus Garzias in *Politica regulari*, *tract. 1. difficult. 5. dub. 4. punct. 2. num. 3.* vbi sic ait: La primera, que no es de essencia de la Religion, que los votos sean solemnnes, como se ve en la Compañia, en la qual con solos los votos simples, que hazen al cabo de los dos años, quedan perfectos, y rigorosos Religiosos: verdad es, que de derecho comun, essenciales son los tres votos solemnnes como consta *ex cap. Religioso. de sentent. excommunicat. in 6. & ex Clement. 1. de Religiosis doct. mibus.* Però puede dispensar el Papa, como de hecho ha dispensando con los Padres de la Compañia y con estos militares, y assi, aunque no son solemnnes los que hazen estos Caualleros; però no obstante esso, bastan para constituir los verdaderos Religiosos. Lo segundo porque las Bullas Pontificias, qua confirman estas Religiones, llaman à estos Caualleros, Religiosos. Ni vale la distincion de algunos Canonistas, que explican seban de entender Religiosos *lap modo*; porque ai, dizen, dos maneras de Religiones, *unas perfectissimas*, y otras *secundum quid*: Però contra esto arguye Suarez, y Basilio, probando se ha de ir con cautela en esta distincion; porque por lo menos se ha de entender, que ablan los Pontifices de los que essencialmente son Religiosos; pues aliàs auriamos de confessar, que los Pontifices hablan impropriamente, y esto es temeridad; y luego por lo menos hemos de conceder, que son essencialmente Religiosos, aunque aliàs rengan con mas anchura la obseruancia de los votos, que otras Religiones. La Terzera, porque este estado puede ser estado de perfeccion, para lo qual tiene todos los medios proporcionados, segun el fin, y instituto destas milicias; y aunque los votos se obseruan con alguna latitud, però no tanta, que no quedan dentro de la esfera de suficiencia, para poder constituir Religion; y maxime professandolos de baxo de regla aprobada por la Sede Apostolica, y haziendo estos Caualleros entrega de su persona à la Religion, nada de lo sustancialles falta para ser Religiosos. Hucusque doctus Pater Garcias.

Ex quibus ego in meis Operibus sparsim olim collegi cum multis Auctorebus, dictos Equites: Primò, gaudere priuilegio Fori, & Canonis, & exemptione Gabellarum: Secundò, smissa professione, relinquendo Ordinem, esse Apostatas: Tertio, nõ posse emittere professionem, nec ante annum decimum sextum expletum, nec nisi expleto Nouitiatu anno: Quarto, dictos Equites post professionem fornicantes committere Sacrilegium, & teneri hanc circumstantiam in Confessione aperire, tam ipsi quam mulieres cum ipsis fornicantes: Quinò, deserentes portare habitum peccare mortaliter, & in excommunicationem incidere: Sextò, tanquam vere Religiosos fuisse à Clement. VIII. exceptas, ne
compre

comprehenderentur in Bulla, qua interdixit Religioſis munerum largitionem. Et tandem ſeptimo, poſſe dictos Equites, vt vere Religioſos eligere ſibi Confeſſarium non approbatum ab Ordinario, vt docent Riccius in *Praxi*, tom. 4. *reſol.* 170. num. 2. Nouarius, de *elect. Feri*, quaſt. 69. num. 23. ſect. 2. Leandrus de *Sacrament.* tom. 1. tract. 5. diſp. 11. quaſt. 47. & Martinus de San Ioseph in *monita Confeſſar.* tom. 1. lib. 1. tract. 24. de *Pœnit.* n. 4. vbi ſic ait: Lo miſmo ſe deue dezir de los Caualleros de las Ordenes de San Iuan, Sant Iago, Calatraua, y Alcantara, que ſe podran confeſſar con qualquier ſimple Sacerdote idoneo, regular, ò ſegar aunque no eſtè expueſto, porque ſegun la mas verdadera opinion, ſon verdaderos Religioſos. Ita ille. Vnde patet reſponſio ad Argumenta in contrarium adducta & ad primum Soti & aliorum aſſerentium, Equites diui Iacobi, Calatrauz, &c. non eſſe, verè Religioſos: reſpondeo, contrarium aſſerendum eſſe cum opinio affirmatiua ſit communior, & probabilior; vt patet ex ſuperius dictis. Hinc Pontius in *tract. de imped. Matrim.* causa 27. q. 1. §. 4. ſic ait: dictos Equites eſſe verè, & ſubſtantialiter Religioſos, adeo certum exiſtimo, vt oppoſitum iudicem nimis licentioſè dictum, ne dicam aliquid grauius; cum pleno ore litteræ Pontificiæ illos appellent Religioſos; & etiam cum caſtitate coniugali vera Religio conſtare poſſit; eo quod, ſicut in paupertate latitudo eſt, ita etiam in caſtitate, quæ eſt materia voti. Ita Pontius. Et quidem in caſu noſtro, nemo niſi bardus diceret, Pontificem, ſi vellet non poſſe huic ſententiæ adherere, cum ſit tantorum virorum authoritate fulcita, & validiſſimis rationibus roborata.

Ad ſecundum argumentum, reſpondeo, primò, quod doctrina illa, negans Pontifici auctoritatem diſpenſandi in voto ſolemni caſtitalis, ſemper mihi diſplicuit, & ideo puto contrariam eſſe communiorẽ, & probabiliorẽ, quam tutatus ſum in *Par.* 8. tract. 1. *reſol.* 73. cum Tannero, Vaſquez, Henriquez Azorio, Præpoſito, Coninch, Sanchez, Leſſio, Reginaldo, Rebellio, & aliis: vnde in Schola Patrum Societatis hæc opinio eſt communis. Et ratio eſt, quia Pontifex potèſt diſpenſare in voto ſimplici caſtitalis perpetuæ: ergo etiam potèrit diſpenſare in voto ſolemni. Probo conſequentiam, quia ſolemnitas voti ſolo Eccleſiæ decreto eſt introducta, vt expreſſe definitur in *cap. unico de voto in 6.* ergo ſummus Pontifex, ſi ſub ſit iuſta cauſa, potèſt in eo diſpenſare; quia potèſt ſuum decretum relaxare. Tum quia Pontifex potèſt relaxare votum ſolemne caſtitalis Clericorum vt diuus Thomas communiter receptus, teſtatur: ergo etiam potèrit relaxare votum ſolemne Religioſorum. Probo conſequentiam; quia cum vtrumque ſit ſolemne; æqua debet eſſe vtriuſque ratio.

Nec obſtat, quod in *c. Cum ad Monasterium, de ſtatu Monachorum*, habeatur; *Neque eſt imes Abbas, quod ſuper habenda proprietate, poſſit cum aliquo diſpenſare; quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia Caſtitalis adeo eſt annexa Regule Monachali, vt contra eam, neque etiam ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Ad hoc enim reſpondet Durandus in *4. diſt.* 28. q. 2. conſultò Textum dicere, non poſſe Romanum Pontificem licentiam dare, quia non potèſt ad libitum, & abſque cauſa iuſta. Alij verò, & rectiùs dicunt, non poſſe Pontificem diſpenſare, vt Religioſus quandiu manet Religioſus; proprium habeat, vxorem ducat, ac liber ſit ab omni obedientiæ iugo, eo modo, quo ſunt cæteri Sæculares; ſucceſſiuè tamen bene fieri poſſe, ex aliqua vtgenti,
Anton. Diana, Pars X.

& multum rationabili cauſa, & authoritate Apoſtolica, vt qui aliàs erat Religioſus, deſinat Religioſus eſſe, & fiat Sæcularis, habeatque proprium, & Matrimonium contrahat, & liber ſit ab omni Obedientia. Et ego obſeruo, non ſolum cum Regibus, & Principibus magnis Pontifices diſpenſaſſe, ſed etiam cum viris nobilibus; & ideo Alexander III. vt in vita beati Laurentij Iuſtiniani apud Surium, 8. Ianuarij legitur, diſpenſauit cum Nicolao Iuſtiniano Veneto, Religioſo in Monasterio ſancti Nicolai, qui ſolus tunc ex familia Iuſtiniana ſuperebat; vt vxorem acciperet; & hoc, vt rectè obſeruat Fauſtus in *Theſ.* lib. 7. quaſtione 48. ne Familia tam illuſtris extingueretur. Quod exemplum valde notandum eſt in caſu noſtro in fauorem Oratoris. Eſt etiam aliud exemplum Gregorij XIII. qui diſpenſauit cum Germano Cardinalis Ioyofæ, Sacerdote profeſſo, & prouinciali Ordinis Capuccinorum. Sed plus obſeruo in fauorem Oratoris, nempe vt notat Azorius, *tomo 1. libro 12. capite 7. quaſtione 1.* & Rocafus in *Praxi Theologia Moral.* *tomo 2. lib. 3. parte Decalogi, capite 4. numero 504.* Clementem VIII. cum multis Religioſis Equitibus profeſſis in Ordinibus Alcantaræ, & Calatrauz diſpenſaſſe, vt vxores acciperent eo tempore, quo caſtitalitatem abſolutam vocabant; nam, vt notat Ambroſius Machin in *Alleg. pro iuris Ordin. Milit. articulo 2. numero 21. ante Bullam Leonis X.* Eſtos Caualleros hazian voto de Caſtidad abſoluta, como las demas Religiones, y como la Orden de ſan Iuan. Vnde ex his ego nunquam perſuadere mihi potui, ſanctum Thomam hanc auctoritatem Romano Pontifici negaſſe; ſed ſolum docuiſſe, vt optime Caieranus annotauit, Romani Pontificis authoritate fieri non poſſe, vt quis ſit Religioſus, & Coniux, vel dominium habeat; pugnat enim cum natura Religionis, Coniugij, & dominij vſus. At Pontificia authoritate fieri poſſe, vt Religioſus deſinat eſſe Religioſus & ſic Matrimonium contrahat, & res vt proprias poſſideat. Verùm demus abſolutè diuum Thomam, hanc authoritatem Pontifici denegaſſe; eius opinio ceſſat in caſu noſtro, in quo Pontifex non facit de Religioſo non Religioſum, ſed tranſfert Religioſum de vna ad aliam Religionem in qua vere exiſtente Religioſo, non tenetur tamen ad votum caſtitalis abſolutæ, ſed coniugalis. Itaque in caſu, de quo loquimur Pontifex non diſpenſat abſolutè in voto caſtitalis ſolemni, ſed illud commutat in votum caſtitalis coniugalis.

Quod poſſe fieri præter ſuperius dicta confirmatur ex *capite Cum ad Monasterium, de ſtatu Monachorum*, in quo patet poteſtatem Pontificis in diſpenſatione voti Paupertatis, & Caſtitalis, procedere paripaſſu. Sed vt notat Pater Quièdo Bened. i. *ſtutus de Republica Regular.* *par. 1. cap. 1. tract. 9. quaſt. 9.* Cum Pontifex confert alicui Religioſo penſionem ſolet priùs diſpenſare in voto Paupertatis vt mecum factum fuit à Sanctiſſimo Domino noſtro annis elapſis, Ergo Pontifex potèrit etiam ex iuſta cauſa diſpenſare etiam in caſu noſtro, & ſimul commutare votum caſtitalis abſolutæ, in votum caſtitalis coniugalis, quia, vt dictum eſt, poteſtates diſpenſandi in voto paupertatis, & in voto caſtitalis æquiparantur: & ſicut potèſt habere latitudinem votum paupertatis, potèſt etiam habere latitudinem votum caſtitalis. Vnde commutatio voti continentiæ in caſtitalitatem coniugalem non mutat ſubſtantiam Regule, vt docet Sacra Rota *Diuerſ. parte ſecunda, deciſione ducentiſima ſexageſima ſexta numero 6.* quod etiam notauit Riccius in *Praxi, part. 4. reſol.* 76. n. 3.
L 2 Machin

Machin. *ubi supra*, art. 2. num. 12. Sperellus; *tom. 1. decis. 2. num. 64.* & alij, adde, vt obseruat Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 9. cap. 5. num. 29.* Pellizzarius, *tom. 1. tract. 1. cap. 3. num. 322.* Lezana, *tom. 2. cap. 5. num. 9.* supradicta vota coniugalia in dictis Religionibus posse dici aliquo modo vota solemnia, quoad perpetuitatem absolutam: ergo &c.

Poffet etiam aliquis dicere, quod in casu nostro Pontifex non dispensat in voto solemnii castitatis, sed tantum ponit, verbi gratia Oratorem in alio statu, in quo amplius dicti voti obligatio illi non astringit. Itaque in hoc casu, de quo loquimur, non adest pura dispensatio, nec dispensatio mixta cum commutatione, sed translatio cum iusta causa, ex vno ad alium statum, in quo posteriori non adsunt obligationes eodem modo, quo in priori aderant. & ideo si aliquis Capuccinus cum licentia Pontificis transiret ad Canonicos Regulares vel ad Franciscanos Claustrales; non teneretur ad votum paupertatis tam rigide vt antea, per ea, quae docet Machin *ubi supra* art. 3. n. 34. & Cenedo *de Paupertate Religiosa* dub. 50. num. 18. Sic etiam si aliquis Minimus, vel Mercenarius transiret, verbi gratia ad Carmelitas Claustrales, non teneretur ad votum quadragesimale, nec ad votum Redemptionis Captiuorum, non quia Papa dispensauit in omnibus supradictis votis, sed quia transulit dictos Religiosos in statum, in quo non adest amplius obligatio illa vota obseruandi. Et ratio horum omnium est, quia per legitimum transitum ad aliam Religionem, dissoluitur vinculum prioris Professionis, quatenus vnus status Religionis mutatur in alium, iuxta diuersitatem Professionis, quae in talibus Religionibus respectiue emittitur; vt optime obseruat Sanchez *in Summa*, tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 87. & Pellizzarius *in Manual. Regul. s. 1. r. 1. c. 2. n. 34.* qui postea, *tract. 3. c. 5. sect. 1. n. 11.* querens, an dissoluatur vinculum prioris professionis; si Religiosus professus legitime transiens ad alium Ordinem, ibi denuo proficitur: respondet dissolui, & quidem ita, vt, si quod aliud votum, siue solemne, siue non solemne, erat annexum priori professioni, omnino desinat obligare, si excipias votum de non petenda, aut acceptanda dignitate extra Religionem; quod in praesenti non cessat ex Const. Urbani VIII. in ordine 140. per quamcumque Religionis translationem, aut habitus priuationem, ac dimissionem.

Sed, vt verum fatear, communiter Doctores agnoscunt in licentia à Pontifice concessa ad laxiorem Religionem adesse quandam in solemnii Religionis strictioris voto dispensationem, etsi partim admisceatur commutatio; & ita docet Sanchez *in Summa* tom. 2. leg. 6. cap. 7. n. 5. 2. Ricciullus *de Iure Personarum*, lib. 4. c. 8. n. 4. cum aliis: & ideo talis licentia absque iusta causa à Pontifice non posset concedi.

Stando igitur in hac opinione, restat modo videre, an summus Pontifex habeat in casu nostro iustam causam praebendi talem licentiam Oratori, vt possit transire ex Religione Hierosolymitana ad Religionem D. Iacobi, Calatraue, &c. dispensando implicitè & simul commutandorum castitatis absolutum in votum castitatis coniugalis, vt dictum est: Et affirmatiue videtur respondendum; adest enim, & iusta causa priuata, & publica. Adest iusta causa priuata, nempe periculum damni spiritualis ipsius Oratoris, remanendo in dicta Religione Hierosolymitana propter eius fragilitatem; & ideo hanc esse iustam causam dispensandi in voto castitatis, dixit Ochagauia *de Sacram. tract. 4. de dispens. Matrim. q.*

6. n. 6. qui citat Nauarrum, Suarez, & Sayrum; quibus ego addo Io. Præpositum *in par. 2. D. Thoma*, q. 98. dub. 3. n. 28. Raphaelem de la Torre *in 2. 2. D. Thoma*, tom. 1. q. 88. art. 12. disp. 4. art. 4. Martinum Perez *de Matr. disp. 45. sect. 5. n. 13.* Laymann, l. 4. tract. 4. c. 8. n. 5. Stephanum *de Sacram. l. 3. c. 113. n. 3.* Lessium, 2. c. 40. dub. 17. n. 120. Sanchez *in Summa*, tom. 1. lib. 4. c. 41. n. 40. & iterum Lessium *in Auctario Cas. Conf. ad part. 2. D. Thoma*, verb. Sponsalia, cas. 7. num. 18.

Nec obstat dicere, Gratianum *discept. 457. n. 16.* non admittere talem causam, vt possit Pontifex dispensare in voto castitatis Equitum Hierosolymitanorum; nam respondeo, Gratianum loqui in illo casu, in quo Eques perebat dispensationem absolutam à voto, & Religione; quod non accidit in casu nostro, in quo Orator manet Religiosus, nec obtineret dispensationem absolutam à voto; sed votum castitatis absolutum commutatur in votum castitatis coniugalis. Secundo respondeo, Gratianum intelligendum esse casu, quo Eques Hierosolymitanus non adduceret aliam causam, nisi solam suam fragilitatem in obseruando voto; secus autem si adduceret etiam aliam causam: nam, vt obseruat Castrus Palaus *tom. 5. disp. 4. tract. vlt. §. 12. n. 2.* Leandrus *de Sacram. s. 2. tract. 9. disp. 24. q. 23.* Perez *de Matrim. disp. 45. sect. 5. n. 13.* Hurtadus *de Matrim. disp. 26. diff. 5. n. 13.* Trullench, *de Sacram. lib. 7. c. 10. dub. 2. n. 18.* & alij, plures causae aggregatae sufficient, quarum singulae non sufficerent: sed in nostro casu, praeter fragilitatem adductam in obseruando voto, adest inconsideratio, & leuitas cum quibus emissum fuit; quam iustam causam esse ad dispensandum tradit Castrus Palaus *tom. 3. tract. 15. punct. 9. num. 7.* Staphanus, *de Sacram. lib. 3. c. 113. num. 3.* Ochagauia, *tract. 4. de Matrim. q. 7. n. 5.* Et indiuidualiter pro casu nostro, supradictas causas, nempe leuitatem in emissionem voti, & periculum labendi ex fragilitate, esse sufficientes, vt licitè praebetur licentia transeundi ad laxiorem Religionem, tradit Sanchez *in Summa*, tom. 2. l. 6. c. 7. n. 72. Adest etiam pro iusta causa auctoritas, & merita intercedentis pro Oratore, qui est Augustissimus Rex Hispaniarum; & hanc esse causam iustam dispensandi, & per consequens praebendi licentiam, de qua loquimur, tradiderunt Coninch *de Sacram. disp. 23. dub. 5. n. 49.* Sanchez *de Matrim. l. 8. disp. 19. n. 22.* Hurtadus *ubi supra*, n. 11. Perez n. 5. Villabobos, *tom. 1. tract. 4. diff. 26. n. 7.* Molfesius, *in Summa*, tom. 1. tract. 4. c. 12. num. 57. Reginaldus, *tom. 2. lib. 31. cap. 26. num. 19.* Palaus, *tom. 1. disp. 4. punct. vlt. §. 2. num. 1.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 24. q. 24.* Et ratio est; quia multum expedit Ecclesiae, habere Reges specialiter deuinctos.

Verum his omnibus causis omissis, quae tamè multum mouere possent benignitatem Sanctissimi D. N. non dubito, praecipuam esse illam, quae pertinet ad bonum publicum, ne pereat videlicet, & extincta remaneat, vna ex nobilissimis Familiis Regni Maioritarum: nam hanc causam pertinere ad commune, & publicum bonum, firmanunt vno ore Doctores magni nominis, & patet *ex l. 1. §. Denunciare, vers. Publicè. ff. de vent. inspicien.* Et ita ex Henriquez, Sanchez, & Coninck, Gaspar Hurtadus, *de Matrim. disp. 26. diff. 3. num. 12.* quibus adde Martinum Perez, *de Matrim. disp. 45. sect. 5. n. 10.* Bauynum *in Theol. mor. tom. 1. tract. 12. quæst. 2. præpos. 4.* Castrum Palaus, *tom. 5. disp. 4. punct. vlt. §. 2. num. 2.* Bassæum *in Flor. Theol. Pract. verb. Matrim. ix. num. 5.* Stephanum *de Sacram. lib. 3. cap. 113. num. 2.* Trul

2. Trullenck *de Sacrament. lib. 7. cap. 10. dub. 2. n. 9.* Vnde asserit Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 14. disp. 26. n. 6.* Que por esta causa (ne periret videlicet familia nobilis) dispensò Gregorio XIII. con D. Lucia Condessa de Sancta Gadea para casarse con su tio, con quien auia estado casada vna hermana suya, y ella tenia hecho voto de castidad. Ita ille Quod quidem vorum fuerat à dicta Comitissa emissum in manu Episcopi; vt notat Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 9. in Glossa lit. D.* Et quidem fuit hæc materia dispensatio: nã Pontifex, primò dispensauit in voto castitatis coram Episcopo emisso: secundo dispensauit, vt Comitissa contraheret cum marito olim suæ sororis: tertio dispensauit, vt contraheret cum Patruo. Et hoc solum, vt dictum est, ne extincta remaneret Familia illa nobilis, quia ad publicum & communem commodum spectabat.

Et tandem in fauorem Oratoris ponderandus est Textus Concilij Tridentini, *sessio 24. capite 5. de Reformatione Matrimonij* in quo habetur, quod in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes: & ob publicam causam. Et tamen hoc non obstante, vt obseruat Auerfa *de Matrim. quest. 19. sect. 4.* Sanchez, *lib. 8. disp. 19. num. 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 14. difficul. 26. num. 4.* Trullenck, *de Sacrament. lib. 7. cap. 10. dub. 2. num. 15.* Filiucius, *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 318.* Zerola, *in Praxi, par. 1. verb. Dispensatio. §. 1.* Zipæus, *in Analys. Iur. Can. lib. 4. tit. de eo, qui cognouit uxor. num. 7.* Ochagaui, *de Sacrament. tract. 4. de Matrim. quest. 7. num. 6.* Baldellus, *tom. 1. lib. 5. disput. 51. num. 8.* Pontius, *de Matrim. lib. 9. cap. 14. num. 12.* Rocafull. *in Praxi Theol. mor. par. 3. lib. 6. cap. 17. quest. 4.* Pontifices in secundo gradu aliquãdo solent dispensare inter Barones Feudatarios, & alios viros nobiles, nec ex causa publica, vt vult Concilium, per se, & directè tangente bonum publicum sed bonum priuatum; & remote ad bonum publicum spectante: nam vt patet ex ipso Concilio Tridentino *sessio 15. c. 18. de Reformatione* non semper requiritur ad iustitiam causæ dispensationis faciendæ, quod proxime & immediate tendat in commune bonum, sed satis est si remote, & indirectè; bonum enim publicum pendet ex bono priuatorum, vnde bonum priuatum aliquatenus bonum commune dici potest. Et in Dataria vidimus, Pontifices dispensare cum Personis inferioris notæ, licet non adsit causa publica directè bonum commune respiciens, Hinc quando diuus Thomas *in part. 2. q. 97. art. 4.* Sotus *de Iust. lib. 1. q. 7. art. 3.* & alij asserunt, Infidelem fore dispensatorem, nisi propter bonum commune dispensaret; intelligendi sunt saltem indirectè. Et ideo etiam in dispensatione, de qua loquimur, nempe voti solemnitis castitatis, sufficere priuaram causam ex parte vouentis. docuerunt Henricus de Guedano, *Quodlib. 5. q. 28.* Richardus *in 4. dist. 38. art. 9.* Cardinalis Caietanus, *tom. 1. opuscul. tract. 27. de dispensat. Matrim. q. unica;* quam sententiam non audet damnare Medina *de Sacram. hom. contin. lib. 5. cap. 35. & 37.* vt pote in praxi positam à Clement. VIII. in dispensatione cum Equitibus Calatraux, & Alcantaræ, vt supra visum est: & illam tanquam probabilem admittit Valentia, *tom. 3. disp. 6. q. 6. punct. 7.* nam contrariam sententiam, quam ipse docet, vocat tantum veriore.

Sed licet hæc omnia satis conducant ad iustificandam petitionem Oratoris; tamen in nostro casu illis non egemus; quia summus Pontifex non dispensat simpliciter, nec facit de Religioso, non Religiosum; sed commutat votum castitatis absolutæ,

Antonin. Diana, Pars X.

in vorum castitatis coniugalis, stante licentia, quam præbet transeundi ex Religione Hierosolymitana ad Religionem diui Iacobi: pro quo trasitu sufficere tantum donum priuatum, firmavit Sanchez *ubi supra:* quanto magis in casu nostro pro conseruanda illustri Familia; quod pertinere ad bonum publicum satis supra probatum est. Itaque ex his omnibus ad casum propositum affirmatiuè respondeo, pressus auctoritate Doctorum, & rationibus adductis: & quia in his materiis semper adhærendum est sententiæ, quæ fauet & ampliat potestatem Pontificiam; vt rectè obseruat Michael Medina, *de Sacrament. hom. Contin. lib. 5. & Pellizzarius, tom. 1. tract. 3. cap. 5. sect. 1. nu. 26.* Sic ego sentio salua correctione Sanctissimi D.N. & doctorum virorum iudicio.

An peccata dubia sint materia necessaria Confessionis.

RESOLVT. II.

NEGatiuam sententiam alibi impugnaui, sed video illam in dies radices figere: vnde apponam hic verba Petri Marchant *in Tribunal. Sacram. tractatu 4. titulo 6. questione 5.* Peccata vere dubia et per se quatenus sunt dubia, non sunt materia confessionis. Ratio fundamentalis est; quia vt talia non sunt vere peccata, nec iudicium vllum fundare possunt. Cum enim primò omnium constare debeat Iudici, an sit, siue esse, antequam procedere possit in iudicio: peccatum, vt dubium est animum suspensum tenet ad esse, vel non esse: & hinc factum reor, quod Concilium Tridentinum *tota sessione 14. cum de mortali, & veniali peccato egerit in ordine ad confessionem: nullam tamen fecerit mentionem de peccatis dubiis.* Vtique, quia illa, quatenus dubia sunt, per se non sunt materia iudicij, & consequenter nec confessionis. Dico, (per se) quia ratione alicuius periculi, est circumstantia, quæ ponitur certò in esse, possunt fieri materia, vt posteam dicam.

Itaque, cui simpliciter, & verè dubitat de toto facto, eiusque substantia, siue an verè fecerit, vel factum fuerit, id de quo dubitat, et si aliàs illud peccatum esset: non tenetur etiam sub dubio confiteri. Ratio est, quia in omni scientia reali, & iudicio primo supponendum est, quod res sit, & quod factum sit. Cum igitur, vt supponimus, dubitet pœnitens, an sit factum? siue an à se factum? sicut ipse iudicium aliquod formare non potest, sic nec minus confessarius, qui non nisi ex relatis à pœnitente iudicare potest. Explico exèplo. Ioannes verè dubitat, an alienum retineat? An hæreditas, ad quam peruenit, iuste à parentibus acquisita fuerit? An in ebrietate hominem occiderit? Quandiu illi non constat, vel apparet probabiliter, se alienum retinere, se male acquiritorum esse hæredem, se inebriatum esse: non tenetur, etiam sub dubio, illa confiteri. Ratio est, quia non sunt materia iudicij, cum non constet esse. Eo eo enim ipso, quod se verè nescite asseuerauerit, quam scientiam siue ad iudicandum, siue ad absoluendum Confessario ingeret? Et in hoc applicanda est certissima regula iuris: In dubiis meliorem esse conditionem possidentis. Nemo enim spoliandus est innocentia & iustitia, quam possidet quamdiu non probatur nocens. Nec Lex aliquem virga suæ animaduersionis ferire censetur, nisi & factum sit manifestum, & contra Legem peccatum esse iudicetur. Et in hoc fundatur Regula inter

L 3 Confessa

„ Confessarios communiter recepta, qua prudenter
 „ suis pœnitentibus consulunt, ne se de aliquo pecca-
 „ to accusent, nisi certò affirmare possint, se commi-
 „ sisse. Quæ nimirum intelligenda est de confessione
 „ facti in se, siue in substantia sua, de quo primum in
 „ omni iudicio constare debet, vt super illud iudi-
 „ cium fundetur. Aliud enim esset de modo, obliga-
 „ tione, & circumstantiis facti.

„ Quicumque igitur dubitat de toto facto, vel sub-
 „ stantia facti, ita vt verè dubitet, an actus peccamino-
 „ sus sis factus? Vel si factus, an per ipsum sit factus,
 „ vel eum aliquo modo afficiat, siue ad eum pertineat;
 „ quandiu verè, & rationabiliter dubitat, non tenetur
 „ confiteri. Teneatur tamen diligenter inquirere, qua-
 „ liter hoc ad illum pertinere possit, aut de facto per-
 „ tineat; vt cognita veritate pro sua conscientia op-
 „ portune possit disponere. Ita in exemplis allatis: si
 „ dubito, teneor inquirere. An verè inebriatus fue-
 „ rim? An in ebrietate adulterium commiserim, vel
 „ alium percusserim? An bona, quæ habeo, iustè pos-
 „ sideam, &c. Quandiu verè stat dubium; melior est
 „ conditio possidentis, & debeo stare pro mea inno-
 „ centia, nec debeo confiteri. Vbi tamen in alteram
 „ partem contra me conringit dubium probabilius
 „ inclinare; tunc detum debeo, & teneor illud suppo-
 „ nere clauibus: quia conditio possidentis transit in
 „ iustitiam legis. Vnde, si quandoque Doctores di-
 „ cant, talia esse confitenda; intelligendi sunt non tam
 „ de confessione ad iudicium, & absolutionem, quam
 „ ad consilium à Confessario capiendum; quod &
 „ ipsum consilij est, & non præcepti, nec necessitatis.

„ Hucusque Marchant.

Sed magis latè pertractat hanc quæstionem do-
 „ ctissimus, & amicissimus Caramuel in *Theologia mo-
 „ rali lib. 3. disputat. 4. num. 1478. & sequentibus.*
 Firmat enim, eum, qui dubitat de peccati commis-
 „ sione, quantitate, aut absolutione, non teneri confi-
 „ teri. Nam confessionis Tribunal est analogum Tri-
 „ bunali forensi, & litigioso; vtrumque enim consti-
 „ tuitur actore, reo, testibus, & Iudice. In confessionis
 „ tribunali Iudex est Confessarius. Reus, pœnitens in
 „ quantum peccauit: actor ipsemet pœnitens, in
 „ quantum Deum amans, & peccata fragiliter com-
 „ missa detestans. Testimonia sunt rationes graues,
 „ & infallibiles, quibus actio fundatur. Atqui in Tri-
 „ bunali Mechliniensi hæc accusationes, appello de la-
 „ trocinio Socratem, quia dubito verè furatus fuerit:
 „ Ambrosium, quia tamen nullus testis id asserat, for-
 „ te furatus est: Anselmum, quia est vnum iudicium
 „ leue, & huiusmodi aliarum, admitti non debent: Ergo
 „ nec in tribunali confessionis.

„ Confirmatur primò. Pœnitenti legitime confi-
 „ tenti debet Confessarius absolutionem impendere;
 „ atqui absolui non potest absolute, qui ad tuos pe-
 „ des prouoluitur, & ait, Domine, vtrum furatus fue-
 „ rim, dubito; si verè furatus sim, me accuso, aliàs
 „ non: vel forte, scio quidem me furatum fuisse, at
 „ quantitatem nescio; si fuerit leuis, non me accuso,
 „ non enim leuia teneor confiteri: si autem fuerit
 „ grauis, me accuso. Vel tandem, scio certe, me
 „ peccauisse mortaliter, dubito an fuerim tale cri-
 „ men confessus: cumque non teneor bis eadem con-
 „ fiteri peccata, non me accuso de illo, si illud con-
 „ fessus sum; si non fuit confessus, me accuso: ergo.
 „ Quod non possit absolui absolute, demonstro. Quia
 „ absolutio absoluta requirit materiam certam & ab-
 „ solutam, quæ in huiusmodi confessionibus non re-
 „ petitur.

Confirmatur secundò. In nullo Forensi Tribunali
 potest quis pœna aliqua determinata condemnare

reum, antequam conuictus sit; sententia enim, quæ
 virum condemnat, quem tueri, & absolvere potest,
 iniqua est. Ergo nec in confessionis tribunali. Ergo
 confitenti crimen dubium, imponi nequit pœniten-
 tia certa, nec dari sine conditione absolutio. Igitur,
 cum ais, si furatus sum, me accuso; Confessarius di-
 cet, si vere furatus es, ego tibi talem impono pœni-
 tentiam, absoluo, &c. Sed quidquid alij clament:
 hoc est non ferre sententiam, hoc non est reum
 multare, hoc non est eum absolvere.

Hæc opinio videtur etiam probari clarissimis
 verbis Concilij; erant enim multa dubia in Ecclesia
 quam non solum Hæretici, sed & Catholici non-
 nunquam liberius, quam fas erat, sentientes, per-
 turbabant. Indigebamus Spiritus Sancti magisterio
 Et ipsa Tridentina Synodus, *sessione 14. capite 5.* sic
 inquit: constat enim sacerdotes iudicium hoc inco-
 gnita causa exercere non potuisse, neque equitatem
 illos in pœnis iniungendis seruare potuisse, si in ge-
 nere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim
 sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oport-
 tere à Pœnitentibus omnia peccata mortalia, quò-
 rum post diligentem sui discussionem, conscien-
 tiam habent, in confessione recenser, etiamsi oc-
 cultissima illa sint &c. Quibus verbis sic vtor. Cen-
 sendum est, Tridentinum Concilium sufficienter
 docuisse fideles, *sessione illa 14. in qua de pœnitentia*
 ex professo actum. At ibi aperte docet pœnitentem
 debere confiteri omnia peccata mortalia, quorum
 post diligentem sui discussionem conscientiam ha-
 bet; ergo & docuit, non debere confiteri illa, quò-
 rum post diligentem discussionem conscientiam
 non habet. Atqui illorum, de quibus quis dubitat,
 conscientiam non habet: Ergo. Probatum minor;
 quia conscientia est notitia scientifica, & dubium
 scientifica notitia non est.

Dices, conscientia nomine non solum notitiam
 euidens, sed & dubiam intelligi; datur enim
 conscientia euidens, probabilis, dubia, scrupulosa,
 & hypocondriaca. Respondeo tamen, hoc esse ve-
 rum in aliis Authoribus, & locis; non tamen in præ-
 senti. Ratio est, quia illa Concilij verba *Ex his col-
 ligitur*: suadent consequentia ex antecedentibus
 inferri; atqui ex antecedentibus non inferrur con-
 scientia dubia, sed certa; ergo in eo loco conscien-
 tia nomine non intelligitur dubia sed certa. Ma-
 ior videtur certa, minorem probo. Ideo debemus
 singulorum peccatorum speciem, & numerum cõfi-
 teri, quia Sacerdotes iudicium hoc (verba Concilij
 sunt) incognita causa exercere non possunt, nec
 æquitatem in pœnis iniungendis seruare ergo du-
 bia peccata non debemus exponere. Patet conse-
 quentia, quia causa cognita, non est dubia, & causa
 dubia non est cognita; & causa incognita iudicium
 hoc exerceri non potest.

Confirmatur. Quia, asserente Concilio, debet
 æquitas in pœnis iniungendis seruari: ergo debet
 certo constare de delicti existentia; aliàs enim qua
 æquitate pœnæ certæ, & determinatæ pro peccato
 incerto & indeterminato iniungerentur?

Confirmant hanc doctrinam alia multa eiusdem
 Tridentini periodi; nam aliis omissis, quæ in illa
 14. *sessione* occurrunt, resumamus: necesse est om-
 nium etiam veniam cum aperta, & verecunda con-
 fessione à Deo quærere: & sane confessio dubia
 nõ videtur posse aperta vocari. Sed Concilium pro-
 greditur: Itaque, dum omnia, quæ memoriæ oc-
 currunt, peccata Christi fideles confiteri student;
 proculdubio omnia diuinæ misericordiæ agnoscen-
 da exponunt: qui secus faciunt, & scienter aliqua
 retii

retinent; nil Diuinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt; si enim erubescat ægrotus (Hieronymus exponens illud Eccles. 10. Si mordeat serpens in silentio,) vulnus medico detegere; quod ignorat medicina, non curat: ergo tenetur quis confiteri peccata, quæ occurrunt, nempe post diligentem sui discussionem. Dubia autem crimina post discussionem non occurrunt: ergo malè confiteretur, qui scienter peccata retinet; atqui dubia non retinentur scienter; non enim in dubiis datur scientia. Ergo.

Vniuersa, quæ diximus illustrat hæc periodus, constat, nihil aliud (nota bene, quia dum nihil aliud dicit, clarissimè & vniuersalissimè Concilium loquitur) in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quam vt postquam quisque diligentius sese excusserit, & conscientia suæ sinus omnes, & latebras explorauerit ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa intelliguntur. Attente legas, obsecro. Constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, inquit sanctum Concilium: illi igitur contradicit, qui alibi quid aliud requiri existimat. Hæ enim assertiones, nihil aliud à pœnitentibus exigitur, & aliquid aliud exigitur, contradictoriae sunt. Cum autem prior sit expressa Concilij; altera sine errore clarissimo tene-ri non potest. Sufficit igitur, vt confiteatur ea peccata, quibus se Dominum & Deum suum offendisse se meminerit: Ergo nemo tenetur confiteri venialia: Ergo nec dubia, licet graua: dubitare enim non est meminisse: Scire est quoddam meminisse, dicebat Plato. Nullum tamen audiuimus, dubitare, & meminisse confundentem. Et hæc omnia docet Caramuel loco citato qui postea respondet ad multas obiectiones in contrarium, & testatur Patres Societatis Iesu Louanienses in eorum Gymnasio (ipso præsentè) hanc sententiam defendisse: Quam etiam nouissimè & latè docet, & conatur probare Ioseph de Ianuario in *Resol. Theol. mor. tom. 1. ref. 2. per totam*; & præter Henriquez, Layman, & Præpositum alibi à me citatos, ex eadem Societate hanc opinionem tanquam probabilem admittit Pater Amicus in *cur. Theolog. tom. 8. disp. 13. cui adde Martinum de sancto Ioseph, in Monita confessionis, tom. 1. lib. 1. de pœnit. tract. 6. n. 1. vbi sic ait. Obliga esto precepto al que duda si peccò mortalmente. Aun que otros Doctores probabilmente afirman, que el que està dudoso, si comerio el peccado mortal, ò si le confesò, que no se inclina mas à vna parte, que à otra, puede practicamente deponer la duda, con la qual queda desobligado de confessar el peccado, de que duda si lo comerio, ò le confesò; por ser principio llano de derecho, que in dubiis malior est conditio possidentis. l. si debitor. ff. de pignori, cum vulgariis, sic Henriquez lib. 8. c. 45. n. 3. Reginaldus, lib. 29. c. 6. n. 99. ad finem. Suarez de pœnit. disp. 22. sect. 9. n. 6. vide Dianam par. 4. tr. 3. resol. 5. de mas de que, dubius ab ignorante non distat. l. Manifestissimi, §. Sin autem nescius, Cod. de furtis: imo equiparantur, Surtus decis. 265. n. 19. y como no obliga à confessarse el peccado que se ignora que es mortal; assi tambien parece que no obliga al que duda si le comerio. Ita ille.*

Sed his non obstantibus, puto omnino non esse recedendum à sententia affirmatiua, vsque adhuc practicata in Ecclesia Dei, & quam communiter docuerunt Theologi omnes cum eorum Magistro D. Thoma in 4. sent. disp. 21. qu. 2. artic. 3. ad 3. Vide

Doctores, quos, me etiam citato, citat, & sequitur Pater Franciscus de Lugo, *part. 1. de Conscientia, c. 2. q. 29. n. 170.* & me citato Marcus Vidal in *Arca Vniuersalis Theologia moral. de Pœnit. Sacram. Inquisit. 5. concl. 1. n. 9.* quibus adde omnino videndum Patrem Quiedo in *part. 2. D. Thoma tract. 5. contr. 4. punct. 7. n. 57.* qui asserit, nostram sententiam esse omnino veram & tenendam ex communi Ecclesiae praxi, & etiam ratione probatur. Quia Sacramentum Pœnitentiae potuit institui cum obligatione confitendi peccata dubia, vt fateatur Præpositus, quod nullus audebit negare. Alias communis Ecclesiae sensus hucusque fuit ita, esse institutum. Ergo dicendum est, institutum fuisse cum hoc præcepto, est sub hac obligatione: est enim optimus interpret Legum modus, quo ab omnibus illæ fuerunt intellectæ, & exercitæ. Ex hoc facile responderetur ad omnia argumenta adducta pro contraria parte. Ad testimonium enim Tridentini dicimus, secundum interpretationem Ecclesiae intelligi de peccatis dubiis. Ad aliud Argumentum dicimus, forum pœnitentiae distinctum esse à quocunque alio foro iudiciali: nam Sacramentum pœnitentiae est vindicta salutatis, vt constat ex Tridentino, *sess. 14. c. 8.* vel non tantum in punitionem criminum, sed magis etiam ad animarum salutem institutum. Et tandem ad aliud dicimus, hominem non priuari sua libertate propter rationem tantum dubiam, sed propter dubium speculatiuum, quod secum affert certitudinem practicam circa obligationem confitendi.

Non est igitur recedendum à praxi omnium Fidelium, & totius Ecclesiae, cuius initium credendum est ab Apostolis emanasse. Et ita doctus Leandrus licet libenter benignioribus opinionibus adhaereat; tamen sententiam negatiuam, improbauit, *tom. 1. de Sacram. tr. 5. disp. 5. q. 26.* & me citato, nostræ sententiae adhaesit. Et Tamburinus, etiam ad opiniones benignas pronus, *Opuscul. de Confess. lib. 2. c. 1. §. 3. n. 14.* sententiam negatiuam practicè excipi posse, decernere recusauit. Nota vero quod post hæc scripta inuenio nostram sententiam docere doctissimum & amicissimum Patrem Bardi de *conscientia discept. 6. c. 11. part. 4. §. 1.* qui respondet ad omnia argumenta, quæ in contrarium adducit Caramuel. Idem etiam docet me citato Ioannes de Dicastillo, *tom. 1. de Sacrament. tract. 4. dub. 8. disput. 9. num. 137. & seq.* adi illum & non pigebit, est enim vir qui inter Theologos nostri temporis prima subfelia obrinet.

An stante Bulla Pij V. de censibus, sit licitus census irredimibilis?

RESOL. III.

Negatiuam sententiam tenet Duardus de *Cens. in Proem. qu. 28. num. 31* Ioannes Vviggers de *Iust. & iur. tract. 5. cap. 8. dub. 3. n. 38.* Rebellius, de *Iust. lib. 10. qu. 7. num. 3.* Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, *tom. 2. disp. 27. sect. 7. num. 112.* qui citat Bonacinam, & Virginium; & adducit rationem. Quia Bulla Pij V. agit vniuersaliter de omnibus censibus in posterum creandis; & hos omnes dicit tales debere esse, vt possint semper à venditore eodem pretio redimi, non obstante quolibet pacto, quo sibi eiusmodi facultatem auferat. Cum ergo in censu irredimibili adsit pactum expressum, quo eiusmodi facultas redimendi directè aufertur; consequens est, vt tale pactum prædicta clausula omnino prohibitum sit.

Sed ego, his non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ adhæreo tanquam communiore; & illam tenent ex Theologis Societati & Iesu Molina *de Iustit.* tom. 2. disp. 385. & 391. num. 9. Salas *de Contract. de censur. cap. 12. num. 4.* Dicastillus *de Iust. lib. 2. tract. 11. disp. 1. dub. 3. num. 116.* Escobar *in Theol. mor. tract. 3. Exam. 6. cap. 2. num. 55.* Baunus *in Theolog. mor. tom. 3. lib. 1. tract. 3. quest. 9.* Lessius *de Iust. lib. 2. cap. 22. dub. 12. num. 92.* & Filiuccius tom. 2. tract. 35. cap. 3. num. 336. ut patet ex nota marginali. Hanc nostram sententiam præter Theologos citatos ex Societate, tenet etiam Villalobos *in Summa, tom. 2. tractat. 23. difficul. 9. num. 30.* vbi sic ait: Mas hase de aduertir, que el censo perpetuo que se suele poner a mayor precio, no se comprende en esta clausula, por la epiqueya, que no es creyble, que quiso Pio Quinto quitar esta manera de censo de la Republica Christiana; en especial que solo hablo de los censos, de que hablaron Martino Quinto, y Calixto Tercero, como consta del Proemio: y ellos no hablaren de los perpetuos, y siempre se han tenido por licitos en la Iglesia. Y assi lo declaran la costumbre. Ita ille. Cui adde Caspensem *in Cur. Theolog. tom. 2. tractat. 19. disput. 5. sect. 7. num. 37.* Malderum *de Iust. tractat. 5. cap. 5. dub. 9.* Trullench *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 21. dub. 4. num. 1.* Megalam *in 2. 2. Institut. lib. 2. cap. 7. quest. 2. num. 119.* Gesualdum *in Theologia morali tom. 3. tractat. 16. cap. 2. num. 33.* Serram *in 2. 2. tom. 2. quest. 77. art. 4. dub. 4.* Nauarrum *de Vsur. num. 38.* Lupum *de Vsur. in lege 2. de Pact. inter empr. comment. 2. num. 69.* Mantium *in Præudio belli ciuili, de censibus, par. 1. quest. 2. num. 73.* sumantet per Bullam Pij V. non omnes irredimibiles census reuocari, sed eos tantum qui non emuntur multò pluris, quam redimibiles: eos autem, qui iusto pretio emuntur per totum Christianum Orbem receptissimos tam generalibus verbis non tolli. Possunt etiam adduci pro hac sententia Salonius tom. 2. artic. 4. de Cens. contr. 1. num. 2. & Valentia tom. 3. disputat. 5. q. 22. punct. 5. qui scripserunt post Bullam Pij Quinti, & tamen census irredimibiles esse licitos, & iustos affirmant.

Probat hęc opinio, quia census redimibilis emprus iusto pretio, & cum aliis conditionibus requisitis, ex decreto Martini Quinti & Calixti Tertij iustus est, licet habeat aliquam speciem, vel effigiem mutui, propter pactum illum retrouendendi, quia est vera emptio, & venditio: sed in censu perpetuo nulla existit species, vel effigies mutui, imò apertior est in eo propria ratio emptionis, & venditionis, cum pretium nunquam sit reddendum: ergo seruato in eo iusto pretio, & aliis requisitis iuxta propriam illius naturam & rationem contractus est iustus, apertioreque habens honestatem, & iustitiam, quam census redimibilis. Conditio enim, quæ illi apponitur, ut sit perpetuus, neque efficit, quin ius illud, quod in huiusmodi contractibus emitur, sit vera merces, & res venalis; neque obligatio, quam sibi quis imponit, efficitur iniqua, vel prohibita, eo quod sit perpetua; cum nil magis in usu, quam Ecclesias, & Respublicas accepto iusto pretio, aliquas perpetuas obligationes sibi imponere. Secundò, licet emere fundum, domum, & quamcumque aliam rem in perpetuum: ergo & huiusmodi censum, & ius; cum sit illud commemorandum inter res, & bona immobilia. Tertio, licet instituere censum reseruatium perpetuum traditis propriis bonis, reseruatæque sibi aliqua perpetua pensione, illis imposita, recipienda in pecunia,

vel fructibus; sed census perpetuus, etiam si instituat oblatio pretio super bona alterius; eadem omninò ratione se habet, & simile omninò ius est: ergo licet illum ita instituere. Confirmaturque communi omnium rationum usu, & potissimè ex cap. *Conquestus, de Religios. domibus*, vbi census huiusmodi apertè approbatur. Et tandem si huiusmodi census perpetuus non esset contractus iustus, profecto essent damnandi innumeri Prælati, Beneficiati, Religiosi, & alij Ecclesiarum Ministri, quorum innumeri doctrina, & sanctitate excelluerunt, quod vixerint ex iniuste acquisitis; cum in variis Ecclesiis, & Monasteriis, redditus ex quibus Prælati, & Clerici, ac Religiosi sustentantur, sint census perpetui; quidam à fidelibus bonis suis impositi, alij & non pauci ex aliis bonis Ecclesiarum, & Monasteriorum pretio iusto comparati. Quod certè prohibuissent, ac correxissent Sancti Pontifices Romani, & Concilia generalia si huiusmodi census iniqui essent, & illiciti. Vnde sequitur, & clarè apparet, nec Pium Quintum, talem censum prohibuisse; quomodo enim præsumendum est, Pontificem voluisse damnare contractum communi calculo Doctorum approbatum ut iustum, & licitum? Non est igitur credibile, Pium V. tam generaliter verbis, & tam obiter census tam receptos in Republica Christiana tollere voluisse, præsertim cum in illis censent præsumptiones vsurarum, ad quas extirpandas Sanctus Pontifex dictam Bullam edidit.

Restat modo respondere ad argumentum superius positum in fauorem primæ sententiæ; & ideo respondeo primò, in illis verbis Bullæ Pij Quinti, non esse inclusum censum perpetuum irredimibilem, sed tantum redimibilem, ut docet Baunus *in Theologia morali tom. 3. lib. 1. tractatu 9. questione 10.* quia vbi cessat ratio legis, cessat & ipsa: at Bullæ faciendæ causa cessat in censu perpetuo; ideo enim visum est Pontifici, prædictas circumstantias censibus apponere, quos redimibiles nominant, ut vsuris occurreret, earumque occasiones ac causas præscinderet, quas sibi multi ex emptione censuum redimibilium minori pretio, quam redimebantur, captandas credebant; cum id sibi licitum esse ob gratiam factam rem suam redempturis putarent; cessat hinc verò hęc ratio: ergo, &c. Et ideo Sorus *de Iustitia lib. 6. questione 5. artic. 1. conclusione 2.* Magister Serra, tom. 2. in 2. 2. *Diui Thoma, quest. 77. art. 4. dub. 4.* & alij, dicunt, in censibus perpetuis minorem esse vsuræ suspicionem, quam in temporalibus; quia in illis pretium nunquam est emproxi reddendum: Ergo non est mirum, si Pontifex solum in sua Bulla inclusit census redimibiles, & non irredimibiles. Respondeo secundo, quod dato in verbis Bullæ inclusos fuisse etiam census irredimibiles; dicendum est, non fuisse inclusos omnes, sed eos, qui non emuntur multò pluris, quam redimibiles; hi enim sunt iniqui. Qui verò iusto pretio emuntur, cum per totum Orbem Christianum sint receptissimi; non est credibile, Pontificem illos abstulisse, sed solum in illa clausula loqui de censu redimibili; & generatim voluisse statuere, quod redimibilis debeat sic posse redimi; non autem quod etiam irredimibilis sic possit redimi.

Negandum est igitur aduersariis id quod supponunt in argumento, nempe Pontificem in Bulla loquutum fuisse vniuersaliter de omnibus censibus: nam solum loquutus est de censibus, de quibus loquuti fuerant Martinus V. & Sixtus III. ut apparet ex Proc

ex Procemio Bullæ Pianæ, secundum quod intelligenda sunt postea ea, quæ in dispositione Bullæ apponuntur: nam Procemium declarat decisionem *ex leg. fin. ff. de Hæred. Institut. l. Cum pater. §. Dulcissimis. ff. de Legat. 2.* Molina de *Primogen. Hispan. lib. 1. c. 5. n. 7.* Ioannes de la Cruz, de *statu Religion. lib. 2. cap. 2. dub. 3. concl. 1.* quod probat *ex cap. Marcion. 1. quest. 1. & cap. Siculo, d. 38. & cap. Intellectus, & cap. In his, de verb. signific. & in leg. fin. ff. de Hæredib. institut. & ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & alij: Ergo dicendum est ex superius dictis, censum irredimibilem emptum iusto pretio non esse inclusum in Bulla Pij V. sicut antea non fuerat inclusum in Bullis Martini, & Sixti, tanquam censum iustissimum absque vlla vsuræ præsumptione; & ideo est approbatum ab omnibus Doctoribus, & à tota Republica Christiana. Et ita ego sentio, salvo, &c.*

An Declaratoria incursionis in censuras latus contra N. sit valida.

RESOL. I V.

Supposita veritate facti in scripturis impressis exhibita, assero primò, Declaratoriam incursionis alicuius censuræ à iure latus sine præuia citatione esse nullam. Ita Cornejo in *5. par. D. Thoma, tom. 2. tract. 5. de Cens. in gen. disp. 5. dub. 2. qu. 6.* Auila de *Cens. par. 2. c. 5. disp. 1. dub. 5. concl. 2.* & alij Iurisperiti, & Canonistæ, quos ad facieratem adducit Chartarius, in *decis. Crimin. 6. 1. n. 2. 2.* assero secundo, in declaratoria excommunicationis, illegitimas minimè producere effectum; nec constituere reum in mora, tanquam nullas *ex c. Gratium de offic. Deleg. cap. Bona, de elect. Glossa in cap. de Causis de offic. deleg. & Doctores in l. 2. ff. si quis in ius vocetur; & inter illos Ludouicus Messia in l. Regiam Toleti par. 10. fund. 1. n. 24.* Cabedo, *par. 2. decis. 15. n. 23.* Carleualius de *Iudiciis, disp. 2. q. 7. sect. 3. num. 879.* Giurba, *conf. 48. n. 35.* Daciel de *Nobilibus in Select. contr. Sacri & Ciuilis iuris, disp. 1. n. 3. 2. 10.* Zangerus *tract. de excep. par. 2. c. 3. n. 35.* Matthæus de *Afflictis, dec. 369. num. 16.*

His positis, respondeò, declaratoriam censurarum contra N. fuisse nullam ex defectu citationis inualidæ. Probatur, quia in causa graui non sufficit citatio ad domum, sed debet fieri personaliter *ex l. Ignorare Cod. de Restit. in integr. & docet Innocentius communiter receptus in cap. fin. de eo, qui mittitur in possess. Felinus in cap. Cum sit Romana, n. 13. de appel. Couart. in c. Alma Mater, par. 1. §. 9. n. 4.* Gutierrez in *Can. Q. Q. lib. 2. c. 16. n. 15.* Menoch. de *arbitr. Cens. 6. casu 541. n. 4.* quibus adde omninò videndum Gratianum in *discep. forens. l. 2. c. 531. n. 76.* & in specie loquens de excommunicatione asserit Salgandus, de *reten. Bull. par. 2. c. 24. n. 1. 2.* debere ad excommunicationem præcedere citationem personalem.

Nec obstat dicere, quod sufficit citatio facta domi solitæ habitationis, si personaliter reus non inuenitur, hoc referente Nuntio, vt ex pluribus Doctoribus firmat Marius Antoninus; *var. lib. 1. resol. 58. n. 16.* & Ciartlinus *Rev. quotid. tom. 2. c. 148. n. 8.* & seqq. Non inquam hoc obstat, nam talis doctrina procedit, vt obseruat Sperellus, *tom. 1. des. 48. n. 34.* Narbona in *Recopil. lib. 2. tit. 4. l. 60.* Glossa vnic. *n. 7. ex c. Quoniam, §. Porro, vbi lite non conuestata, lib. 6.* & tradit Glossa in *cap. si Capitulo ver. factam. de concess. prebend. in 6.* & alij communiter, quanto reus dolosè se abscondit, ne personaliter citetur: tunc

enim citatio ad domum sufficit, ac si esset personalis. Et ideo indiuidualiter pro casu nostro sic asserit Marcellus Vvlpe in *Praxi Iudiciali, c. 1. n. 48.* Notandum est, quod nullo modo excommunicari potest is, qui fuit citatus domi; sed est citandus personaliter nisi antea probetur ad eius notitiam citationem peruenisse: aliàs sententia excommunicationis non valeret, nisi excommunicandus dolo latitaret, vel subterfugeret citationem personalem. Ita ille. Ergo cum in casu nostro N. dolosè non latitaret, sed iussu superiorum causa muneris publici absens esset, vt Regius Fiscus protestauit, & petiit terminum competentem, vt dictus N. veniret ad se defendendum; sequitur necessariò, quod citatio facta in eius Domo nullius valoris fuit, nam personaliter in re tam graui, vt probatum est supra, facienda erat, vt de facto fieri poterat, dum N. esset reuersurus intra terminum constituendum à Reuerendissimo Domino Vicario, vt Regius Fiscus poscebat.

Confirmatur supradicta sententia pro casu nostro indiuidualiter ex notabili, & celebri Glossa in *Clem. 1. de pœnis verb. Quam citò commodè poteris: vbi determinat, non debere Iudicem quemquam declarare excommunicatum; nisi prius eo vocato, viderit illum esse morosum præmissa super hoc summaria cognitione. Ita Glossa. Sed in nostro casu N. erat absens, & nihil scire poterat de citatione facta in eius domo, cuius copiam satellites neque domi reliquerunt, imò quæsti, præbere noluerunt; & tamen, vt notat Regens de Vico in *Pragmat. Regni Sardinie, tom. 1. tit. 9. cap. 9. num. 16.* & Puteus, *decis. 9. de dolo, & contumacia: copia citationis est Parti tradenda: quod, cum non fuerit executum; citationem omnino nullam esse, dici potest, & citatum non esse contumacem, vt ex Textu in cap. Cum in iure, de Offic. deleg. cap. præterea de dilat. & in lege Prohibitum Codic. de iure Fisci, lib. 10. & in Clem. Causam de electione in fine & in cap. 1. 7. quest. 2. de confirmatione utili, vel inutili cap. penult. & tradunt Specul. in *tit. de Citation. sub num. 27.* latè Roman. *conf. 336. num. 7. & seqq. vbi Add. Angel. conf. 8. sub num. 2. vers. 2. quia, Ancharan. in Clement. 1. de Iudic. col. 2. vers. Et ideo clarius. Vant. de nullis. ex defect. citat. num. 31. & 47.* Maranta de *ordine Iudic. par. 6. 1. membro Iudic. num. 75.* Gayl. *pract. lib. 1. cap. 48. num. 7.* Alin. in *praxi, §. 5. cap. 2. num. 30.* quibus omnibus adde Danielem de *Nobilibus in controuers. Selectis iuris Sacri, & Ciuilis, disput. 1. n. 28.* Itaque ex his omnibus apparet apertissimè Reuerendissimum D. Vicarium in tali casu non potuisse illum vt vult Glossa, tanquam morosum habere N. atque inualidè ad declaratoriam censurarum processisse, dicendum est: quia allegata eius absentia à Fisco Regio, saltem debebat terminum competentem præbere, vt postea latus fuit; et si intra illum non compareret, tunc tanquam morosum, vt ait Glossa, poterat illum in censuras incidisse, declarare.**

Nec supradictis obstat asserere, quod delictum N. erat notorium: & quando delictum cui de iure annexa est excommunicatio, notorium est, citatio nulla requiritur, vt tenet Abbas in *cap. Reprehensibilis de appellat. num. 8.* Bouius *Respons. ad considerationes Pauli Seruici, par. 6. folio 105.* Fagnatius in *defens. censur. Pauli V. fol. 133.* Theologi Religionis Seruorum in *eadem materia, cap. 12. folio 281.* Ioannes Beltranus Gueuara in *Propugnaculo Ecclesiastica libertatis, par. 2. §. 3. assert. 2. num. 48.* Auila de *censur. par. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 5. conclus. 2.* Garcias in *Polis. Regular. tom. 1. tractat. 8. difficult. 3. dub. 2.*

dub. 2. punct. 2. num. 4. Suarez de censur. disp. 3. sect. 15. num. 20. Altherius lib. 3. disp. 5. cap. 3. versic. 3. *dub. 9.* Gayl. Practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 67. numero 9. Maynardus de Privileg. Ecclesiast. parte 1. articulo 25. numero 17. Laymann, libro 1. tract. 5. par. 1. cap. 5. num. 6. & alij penes ipsos, vnde Andreas Magerus in tract. de Aduocacia Armata, cap. 8. num. 176. ex multis firmat, quod in notoriis solemnitas iuris relaxatur.

Respondeo, enim sententiam horum Doctorum procedere, quando cum facto notorio simul notorium est, factum illud nullam habere excusationem; nec Reus aliquid allegare possit, & ita docet Ioannes Solorzanus de Indiarum iure, tomo 2. lib. 2. cap. 27. num. 88. necnon heu quondam noster Ioannes Baptista Larrea in allegat. fiscal. tomo 1. allegat. 5. n. 6. in fin. quibus adde Petrum Antonium de Petra de Potest. Principum, capite 27. numero. 28. qui citat Glossam, Abbatem, Curtium & alios. Vnde loquens in materia censurarum, Genuensis in Praxi Archiep. capite 23. numero 6. dicit quod secundum communem Doctorum opinionem declaratio excommunicationis debet fieri parte citata ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicata; idque limitat non procedere in excessu notorio, dummodo certum sit, non posse competere aliquam iustam excusationem: subiungens, semper esse tutius citare; quia multa dicuntur notoria, quae non sunt. Hinc Hostiensis in cap. Peruenis 1. extra de appell. concludit, quod si factum est notorium; tamen non est certum, quod absenti competat, vel non competat defensio: non potest fieri denunciatio excommunicationis, vel alia executio, sed requiritur citatio partis, & causae cognitio. Hoc etiam docuit Castrensis, libro 2. consil. 422. num. 2. Panormitanus, lib. 2. Conf. 68. num. 4. & Calderinus conf. 171. num. 7. vide etiam Caspensem in cur. Theol. tom. 2. tract. 24. disp. 2. sect. 2. n. 15. Hurtadum de excommunicat. diff. 3. num. 9. Fagundez par. 1. lib. 2. cap. 5. num. 12. Sayrum de cens. lib. 2. cap. 12. num. 18. & me citato, Franciscum Nigrum de ordine celebrand. Missas par. 7. §. 9. num. 19.

Sed audiamus Castrum Palaum tom. 6. disput. 1. punct. 5. num. vbi sic ait: Commisisti delictum, cui est annexa censura: poterit ne declarare & denunciare esse ligatum absque monitione? Respondeo posse, dummodo delictum publicum sit, & notorium, debet tamen delictum notorium esse, vt nulla tergiversatione celari possit, aut excusationem admittere; aliàs ea declaratio illicita esset contra ius naturae, & iuridicum ordinem procedendi. Ita Palaus. Sed in casu nostro, de quo loquimur, licet esset notorium N. damnasse ad mortem dictum assertum Clericum Beneficiarium; tamen non erat simul notorium ipsum nullam excusationem habere in sui defensionem. Ergo necessaria erat citatio ad declarandum in censuras incidisse ad effectum, vt ipse si causas excusantes in suam defensionem haberet, in Iudicio possit illas producere; prout de facto plus dictus N. habeat, per quas necessario erat deueniendum ad declaratoriam, vt factum fuit.

Et primo quia ipse nunquam sciuit dictum N. fuisse assertum Clericum; nec homo exterus, qui tantum per duos annos N. habitauerat, poterat, & tenebatur scire omnes Clericos N. Ergo ratione ignorantiae excusandus venerat ab incurfione censuræ: nam ab ipsa etiam liberat ignorantia moraliter vincibilis, & in aliquibus casibus etiam ignorantia casualis, & supina, dummodo non fuerit affectata. Et ita

ex Sanchez docet Franciscus Lago de Principiis moralibus, part. 2. cap. 4. quest. 9. num. 77. quibus adde Leonem de Censuris, Recollect. 5. num. 180. Villalobos, tom. 1. tract. 17. diff. 2. 2. num. 3. Ciardinum contr. forens. tom. 2. c. 55. n. 9. Castrum Palaum tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 18. n. 2. & omnino videndum Merollam in Theolog. mor. tom. 1. c. 2. disp. 1. dub. 16. n. 2. cum seqq.

Confirmatur hæc doctrina variis exemplis, quæ videre poteris penes illustrissimum Præsidem Co-uattuuiam in capite Alma mater. par. 1. §. 10. n. 13. Chartarium decis. Crim. 56. num. 29. & seqq. Et ideo pro re nostra dicendum est; si quis Clericum incedentem in habitu laicali, & sine tonsura, comamve nutrientem percusserit, ignorans eum esse Clericum; probabilis est ignorantia; quia talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur: nec ille percussor in sententiam excommunicationis incurrit. Sic tenent Glossa, & Turrecremata in cap. si quis suadente 17. questione 2. Angelus verb. Excommunicatio 5. cas. 1. num. 25. Tabiena eodem verb. Excommunicatio 5. cas. 1. num. 21. Syluester eodem verb. Excommunicatio 6. num. 6. Leo de Cens. Recollect. 5. num. 178. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 27. num. 2. Itaque ex his omnibus sequitur, necessario N. cum ignorasset assertum Clericum N. minimè in Censuras præsentas incidisse. Et talem ignorantiam probari posse per eius iuramentum, docet c. Pastoralis de except. cap. si verò il. 2. de sent. Excom. Abbas in cap. cognoscentes n. 9. de Constit. vbi Felinus, Abbas conf. 9. num. 48. vbi, quod sic etiam probatur error; Menochius conf. 389. sub num. 22. lib. 4. Burfattus conf. 181. num. 52. lib. 2. Gabriel conf. 52. num. 17. lib. 1. latè Mascardus de probat. concl. 881. num. 1. & sequentibus, Gratianus cens. 152. num. 14. 15. lib. 2. Seraphinus de priuileg. iuram. priuileg. 4. n. 1. & seqq. & priuileg. 9. Olfacus decis. Pedemont. 71. num. 25. & decis. 101. num. 23. Azorius Instit. moral. lib. 1. c. 16. quest. 2. Altherius de Excomm. Bullæ, disp. 10. lib. 5. cap. 4. fol. 579. col. 1. circa fixem; Bonacina de pecc. disp. 2. quest. 8. punct. 3. num. 13. Grassius decis. aur. par. 2. lib. 2. cap. 9. num. 20. & 26. quibus adde Caballum Resol. Crim. cas. 199. num. 26. Viuium dec. 305. num. 21. Nouarium in Pragmaticas Regni Neapolitani; sit. de monetis, Prag. 2. collect. 3. num. 11. Danielem de Nobilibus in Selectis disputationibus Iuris Sacri, & Ciuilibus disp. 17. num. 84. & Laurentium de Portell in Respons. Regul. tom. 1. cap. 27. num. 3. Qui etiam ait, quod stante dubio, stabitur iuramento illius; & quod etiam præsumptio iuris eliditur per iuramentum in contrarium, vt habetur in cap. In tua de eo, qui in matrim. accus. potest, & Glossa ibidem in fine Casus. Quod etiam nouissimè docui, in par. 9. tract. 4. resolutione 42. & docet Leo de Cens. Recollect. 5. num. 105. asserens ignorantiam in foro externo probari iuramento. Quod apertissimè patet ex c. Si verò 2. de sent. Excomm. ibi, vel si hoc dubium fuerit, (intellige, apud forum externum) propria manu dumtaxat præstiterit iuramentum, quod eum esse Clericum, ignorasset; vbi Gloss. ver. Propria manu, subdit, soli Sacramento creditur, quando de Conscientia alicuius dubitatur, vel queritur. Si autem iurare recusabit, debet haberi pro Excommunicato, vt ibi in eodem Textu subdit summus Pontifex. Vbi Glossa verb. noluerit, Subdit, Hoc ipso, quod iurare non vult, præsumptio est contra eum: in tantum, quod tanquam Excommunicatus vitabitur. Quæ omnia casum nostrum in terminis declarasse patet: Nam N. non solum non recusat iurare, sed se exhibet ignorantiam suam circa Clericatum dicti

dicti Rei N. solemniter, & sacrosancto iuramento firmare. Ergo.

Secundo N. inuenit dictum N. assertum Clericum Beneficiatum in habitu laicali cum armis rotatis breuibus, & oblongis, sine vlllo vestigio Clericatus: & talis habendus, & reputandus est quis, quali in statu fuit repertus; vt in specie tradunt Alexander *Conf. 409. num. 9. lib. 6.* Decianus *lib. 4. cap. 9. num. 100.* Vincentius de Franchis *decif. 189. numero 6. part. 1.* Menochius omnino videndus, *tom. 10. conf. 912. num. 4. & seqq. & tract. de presump. lib. 6. presump. 76. num. 17. cum seqq.* & adest Textus expressus in *cap. si Iudex Laicus, de sent. Excomm. in 6.* vbi sic habetur: Iustum est enim, vt ipse talis, qualem gestaret habitum, (quousque appareat aliud) presumatur; & qualis is esse, cuius fere habitum comprobatur. Ita ibi Pontifex facit commune axioma, quod Clericatus non presumitur: vt notat Innocentius in *cap. super his num. 10. in fine de accusat. & docet Boërius decif. 171. num. 15.* Aymon Crauetta *conf. 93. num. 1. & alij.* Imo vnusquisque presumitur laicus, & etiam in dubio; vt tradit Decius *conf. 152. num. 6.* cum alijs. His omnibus adde, quod dictus N. postquam captus fuit in habitu laicali, modo quo supra dictum est, cum postea in iudicium vocaretur, nunquam protestauit, se esse Clericum; nec vnquam postulauit Declaratoriam fori. Ergo damnando illum N. ad mortem, nullam incurrisse Censuram dicendum est; cum nunquam de eius pretenso Clericatu, nec leue quidem vestigium habuerit, sed semper inuincibiliter ignorauerit.

Tertio, licet ex *cap. In quiescentia, cap. Coningit de sent. excommunic. cap. fin. de vita, & honest. Clericor. & cap. 1. eod. tit. in 6.* asserant aliqui Doctores, Clericos, & Beneficiarios non amittere priuilegium fori, etiam si se misceant enormibus, & incedant in habitu laicali, nisi prius ter moneantur, & precedat declaratio Iudicis Ecclesiastici, & ita sentiunt Pereira *de manu Regia, part. 2. cap. 26. num. 12.* Ceuallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quest. 175. per totam,* Torreblanca in *Pract. iur. Eccles. lib. 15. c. 4. num. 52.* Angulanus *de Legibus, lib. 2. contron. 15. num. 18. & seqq.* Dicastillus *de Iust. lib. 2. tractat. 1. disp. 4. dub. 19. num. 353.* Garcias, in *Summa Theol. moral. tract. 1. diffic. 3. dub. 2. punct. 2. num. 17.* Castrus Palaus, *tom. 2. tract. 12. disput. unica punct. 6. num. 5.* Squillante *de Priuileg. Cler. cap. 7. num. 32.* Suarez *contra Regem Anglia, lib. 4. cap. 27. num. 23. & seqq.* quibus adde alios 30. Doctores, quos citat, & sequitur Cartharius *decif. Crimin. 58. n. 10. & seqq.* cum alijs à me *part. 1. tract. 2. resol. 129.* citatis. Attamen, his non obstantibus, contrariam sententiam docent 50. Doctores, quos Marius Curellius *de Immun. Eccles. lib. 2. qu. 24. num. 4.* citat, & sequitur, & ante illum adduxerat Bobadilla in *Politica, lib. 2. cap. 18. n. 95. in Glossa lit. B,* probatur hæc opinio ex *cap. Perpendimus de sent. excommunicat. ex cap. 1. de Apostatis, & ex cap. ex parte, qui est 23. in ordine de Priu.* & ego vbi supra pro hac sententia cito præstantissimos Theologos, nempe Molinam, & Reginaldum ex Societate, Coriolanum Capuccinum, & ex Prædicatorum Familia doctissimum Syluestrum, cuius verba mirificè faciunt pro N. Sic itaque asserit, *verb. excommunicatio 6. num. 7.* Ego dico, quod prima opinio id est, Io. And. est verior: quia in casu *cap. Perpendimus* Sacerdos fuit occisus per Iudicem. Nec obstat, quod ibi Pœnitentia imponitur, licet non inciderit in Canonem; quia vt ibi dicit Glossa, *est ad cautelam.* Vnde hæc opinio est practicanda, vbi Iudices Ecclesiastici sunt in puniendo negligentes, vel periculum

in moranon patitur eos adire, vel enormitas facinororum pœnam maiorem expetit, arbitrio bonorum, quàm Ecclesia possit inferre: vt quia sunt publica, & scandalosa, & Reipublicæ valde nociua. Et licet degradatio in enormibus prius regulariter requiratur; secus in casu expresso à iure. Adde primo, quod quia ratio, quare competit priuilegium fori est professio, vel ordo Sacer, secundum Panormitanum in *cap. 11. de for. compet.* quantum ad hoc, idem videtur iudicium de Clerico existente in Sacris, & de Apostata à Religione; cum æqualiter vtrique prohibeatur regressus ad sæculum, quæ est ratio vtriusque institutionis. Adde secundo, quod in neutro habet locum trina monitio, vbi de Incurribilitate constat euidenter: vt quia fuerunt capti & fregerunt carceres, & sciunt Prælatos se insequi, & huiusmodi. Hucusque Syluester; cuius verba videntur describere indiuidualiter casum præsentem Clerici N. qui secundum Syluestrum, & Doctores citatos, iam propter sua scelera enormissima amiserat priuilegium Fori, nec cum ipso necessaria erat monitio, & Iudicis Ecclesiastici declaratio: sicut etiam indiuidualiter asserit omnino videndus Menochius *tom. 10. conf. 912.* Vnde apparet, hanc opinionem tantorum virorum auctoritate fulcitam potuisse à Domino N. adduci in excusationem, & sui defensionem, quod in censuram non incurreret. Verum, quicquid sit de hac questione, & difficultate, circa quam video inter se Doctores acerrimè digladiare; existimo pro defensione D. N. non esse ad illam necessario recurrendum, quia ipse non damnauit ad mortem dictum N. vt Clericum, cum eius Clericatum porsus nesciebat: Sed illum tanquam Laicum criminofum sibi subditum laqueo suspendit. Et ideo neque in Censuram Bullæ Cœnæ, neque in Censuram *cap. Si quis suadente Diabolo,* incurrisse dicendum est, & ita ego sentio, saluo, &c.

An Reum à Fidei Quæstoribus publicè damnatum, liceat ubique locorum manifestare.

RESOL. V.

Negatiuè posset aliquis respondere, & adducere Doctores, quos ego citavi in *part. 3. tract. 5. resolut. 17.* asserentes, illicitum esse euulgare crimina publica in loco distantissimo, in quo eorum notitia occulta remaneret. Quia licet ius amiserit quis ad bonam famam, & parum illam curauerit in isto loco, in quo crimen commisit; tamen non amisit illud in alio: imò, quamuis tam in isto, quam in alio ius amiserit ad bonam famam, adhuc non amisit possessionem illius: possidet enim bonam famam in alio loco sine iniuria alicuius; ac proinde est iustus possessor, & sic saltem erit peccatum mortale illum alibi contra ius possessione sua priuare. Itaque in casu nostro proximus fuit læsus in re magni momenti, quod meritò ægerrimè ferrem mihi fieri. Nec refert, quod ille ius ad famam non habuerit; quia sine cuiusquam iniuria, & absque fraude eam possidebat, eaque adhuc diu fuisset fructus: ergo contra Charitatem est, illum spoliare bono nomine. Vnde Villalobos in *Summa, tom. 2. tract. 11. difficul. 36. num. 13.* sic asserit. Quando vno est infamado en vn lugar por sentencia publica, el que en otro lugar (aunque sea apartado) declara à quel delicto, è infamia, no peça contra iusticia, y por el conliguiente no està obligado à restituyr. Dixe en la conclusion, que no peça contra iusticia, porque como

como dize Soto, es pecado contra caridad, mayormente si estuvielle emendado, y tuvielle ya buen nombre, porque la buena fama es muy gran ayuda, para que los hombres viuan bien, que sin ella se desaniman. Ita ille. Imò plus addit Philippus Fabrus de Restitut. in 4. sentent. disp. 15. quest. 3. disputat. 53. n. 130. cum seqq. nempe in tali casu, non solum adesse peccatum contra Charitatem, sed etiam contra Iustitiam.

Verum his non obstantibus, ego puto affirmatiuam sententiam tenendam esse & in tali casu non adesse peccatum, neque contra Iustitiam, neque contra Charitatem. Et ratio est, quia nunquam satis laudatus Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, tom. 1. de Iustitia, dissertatione 14. sectione 6. num. 72. & alij rectè obseruant, quod sententia publica executioni mandata, hoc ius videtur tribuere omnibus, vt possint eam vbilibet publicare. Nam Iudex ipse, qui sententiam protulit, posset vtique eam licitè non solum in eo loco, sed in quolibet alio publicare: potuisset enim eam ad maiorem, & faciliorem publicationem typis impressam promulgare, & in locis publicis affigere, ac ad alia omnia loca transmittere, vt omnibus constaret: imo hoc videtur in eiusmodi sententiæ prolatione intendere, vt quantum fieri potest, publicetur; & ad hunc finem eligi solent dies, & loca, in quibus maior, & solemnior hominum concursus esse solet, vt magis, ac magis publicetur: hanc autem potestatem, quam ipse habet, videtur omnibus communicare, vt omnes, qui velint, & possint, cooperentur ad sententiæ publicationem: vnde si aliquis priuatus veller sententiam illam typis eudere suis expensis, & ad alia loca transmittere; nullo modo à Iudice impediretur, sed laudaretur. Habent ergo saltem ex voluntate Iudicis omnes & singuli facultatem publicandi delictum, & pœnam illam: nam sicut Iudex posset per seipsum id facere, sic potest hanc suam facultatem aliis communicare; sicut potest committere facultatem auferendi bona vel vitam reo legitime in iis damnato. Omnes ergo vtuntur iure suo, & facultate sibi data à potestate eam dare, ad lædendam famam proximi, & publicandum eius delictum.

Itaque optimè docuit Bañez in 2.2. Diui Thomæ, quest. 73. artic. 2. conclus. 3. quod qui condemnatus est propter aliquod delictum, est priuatus iure famæ: ergo non fit ei iniuria tollendo ab illo famam, confirmatur: præcipua pars pœnæ illius hominis est, quod sit priuatus fama: ergo non fit illi iniuria. Confirmatur secundò: licet Iudici expectare diem solemnem quando est concursus populorum ad pœnendum hominem: ergo præcipua pars pœnæ illius hominis est infamia. Deinde dupliciter aliquis potest hominem infamare, vel narrando crimen falsum, vel reuelando crimen verum, sed occultum: sed in tali casu non narratur crimen falsum, ita enim supponimus, nec occultum reuelatur cum sit infamis in vno loco: ergo. Vnde ex his infero pro casu nostro, hanc doctrinam locum habere etiam si infamia iuris ex publica sententia redundet consequenter in alios ab ipso reo. Nam sicut Iudex ipse, non obstante detrimento illo, quod in aliorum famam redundat, potest sententiam suam publicare, & euulgare; sic potest aliis dare hanc facultatem, & de facto videtur illam potestatem concedere, quando sententiam publicè promulgat: atque ideo alij iure suo, & facultate legitime concessa vtuntur, quando eidem publicationi cooperantur, licet cogmati delinquentis consequenter aliquam læsionem in

propria existimatione, & famâ patiantur. Inferunt etiam, quod sicut licitum est ob prædictam rationem sententiam illam in aliis locis referre, in quibus non erat eius memoria; sit etiam licitum videri id facere in alio tempore, in quo propter distantiam, vel obliuionem, sententiæ memoria iam non erat. Quia facultas legitime ex sententia publica adhuc irrevocata perseverat.

Nec solum ex supradictis apparet manifestationem delicti, de qua agimus, non fuisse peccatum contra Iustitiam, neque etiam contra Charitatem: nam, vt bene firmat Patèr Gaspar Hurtado, de Iust. disp. 12. difficultate 7. si esset peccatum contra Charitatem, esset peccatum commissionis, & non omissionis, vt patet; commissionis autem esse nequit, quia contra charitatem nequit esse peccatum commissionis, nisi sit actus odij; dicta autem manifestatio non est odium contra Deum, vt patet; nec contra defectuosum, quia eius defectus potest manifestari absque displicentiâ erga illum, in qua sola odium consistit. Itaque in nostro casu, neque præcepto affirmatiuo Charitatis tenetur quis bonum nomen talis illic curare, quandoquidem potestas publica per sententiam vult contrarium, neque talem illic infamare erit verum odium contra negatiuum præceptum charitatis de non afferendo malum proximo. Nam licitè quis se conformabit voluntati Iudicis, qui propter commune bonum ex punitione redundare solitum, absque odio pugnante cum charitate, voluerunt per publicam sententiam, talem hominem incurrere malum infamæ. Et ita præter Hurtadum etiam docet Magister Serra vbi infra. Quæ omnia sunt adeo vera, vt ego existimem cum Gaspare Hurtado, vbi supra, manifestationem, seu commemorationem defectus in alio tempore publici, cuius iam nulla extat memoria, non esse peccatum contra Iustitiam, quamuis defectus emendatione, aut aliter fuerit abolitus; quia in tempore illo fuit defectuosus publicus, non habens nunc ius, vt nunc non existimetur fuisse defectuosus in illo tempore; quia ex vna parte ius illud amisit, & ex altera illud non recuperavit, etiam si emendatione criminis, vel abolitione alterius defectus habeat ius, vt non existimetur esse defectuosus tempore emendæ, aut abolitionis. Imo addimus, eam manifestationem, seu commemorationem non esse peccatum contra charitatem ob rationem supra adductam, quia scilicet illa non est odium Dei, nec illius, cuius defectus antiqui sit commemoratio, nec proinde video esse contra misericordiam.

Neque aduersus superius dicta obstat asserere cum Valencia tom. 3. disp. 5. quest. 17. punct. 2. Turinno in 2.2. tom. 2. disp. 53. dub. 10. num. 6. & aliis, procedere non absolute de quibuscumque locis simpliciter, sed de illis tantum, ad quæ moraliter, attentis omnibus circumstantiis negocij, personarum, &c. potest perferri rumor criminis alterius ex vi sententiæ lætæ: In illis enim dumtaxat locis intelligendum est, publicam potestatem velle reum priuare famam, in aliis autem non item; quia tantum vult publica potestas illud, quod moraliter solet fieri; (aliud namque veller frustra) & idcirco tantum in illis locis priuare moraliter famam. Imò plus addunt aliqui, quod sententia v.g. læta in Castella, pœnam infamæ solum proprie generat in Regno Castellæ, non in Aragonia, aut Lusitania; quamuis enim sententia læta sit ab eo Iudice, qui constitutus est à Rege, qui non solum Rex est Castellæ, sed Aragoniæ, & Lusitaniæ (quod per accidens contingit) tamen consi-

constitutus non est à Rege, vt Rege Aragoniæ, vel Lusitanæ, sed vt Rege Castellæ, Quæ iurisdicção vltra Castellam non egreditur. Ergo in Casu nostro videtur Doctorem Velascum per sententiam Iudicis non amisisse Ius ad famam per totum mundum, sed tantum per illas Regionēs, ad quas, moraliter loquendo, fama suæ condemnationis peruenire poterat. Respondeo quicquid sit de veritate huius opinionis, puto nihil officere pro casu nostro, in quo fama delicti Doctoris Velasci per totum Orbem extenditur, cum fuerit damnatus per sententiam Dominorum Inquisitorum; Et idē non desinam hīc apponere verba Sapientissimi, & Amicissimi Patris Dicastillo, de *Iust. lib. 2. tract. 2. disp. 12. par. 3. dub. 19. num. 314. & 316.* vbi sicasserit: Quando quis per sententiam Iudicis est spoliatus fama sua publicè, non est peccatum mortale contrā charitatem, neque contrā Iustitiam eius delictum reuelare, saltem in omnibus iis locis, ad quæ leges, & Iura eius Prouinciæ in qua est locus, in quo lata est sententia, se extendunt, & hac ratione vt minimum intelligendos puto Auctores, qui dicunt, spoliatum fama per sententiam; alibi infamare, non esse peccatum contrā Iustitiam, imò in hoc casu, puto neque charitatem, seclusa praua intentione. Vnde ex hac doctrina Ego colligerem, damnatos ad Infamiam propter peccatum hæresis, cum damnentur à Quæstoribus Fidei autoritate immediatè, vel mediatè deriuata à Pontifice; qui totius Orbis, id est Ecclesiæ per illum diffusæ caput est, eam infamiam ad totum Orbem se extendere. Itā Dicastillus, qui mirificè facit pro casu nostro, & autoritate Dominorum Inquisitorum. Vide etiam Dominicum Banez in 2. 2. *D. Thoma, question. 73. artic. 2. dub. ult. conclusio. 2.* itā aientem: Insignia quædam criminalia, & illustria, ita pœnas illis impostas licet narrare vbique locorum, etiamsi verosimiliter credatur, quod eorum notitia ad illa loca non perueniet; siue qui delinquent, iure priuati sint fama, siue non. Exempla sint acta, quæ sunt ab Inquisitoribus: Hæc enim licet diuulgare vsque ad Indos. Item omnia illa, quæ meritò in Historicis scripturis referuntur. Probat hęc conclusio Primò: Narrare in alio loco huiusmodi peccata idē est malum, quia ex hac narratione nullum sequitur emolumentum, vel Reipublicæ, vel particulari Personæ: sed ex narratione horum criminum, de quibus loquitur conclusio, sequitur magnum emolumentum Reipublicæ, & particularibus Personis: ergo. Probat Minor: Nam Respublica, quando audit talia crimina, & pœnas illis impostas; sibi consulit, & similibus pœnis similia peccata punit. Item Ciues particulares timore pœnæ deterrentur ab huiusmodi vitiis: ergo. Hęc omnia Banez; & post illum ibidem Magister Serra: Et ne deseras recognoscere etiam Molinam Theologum, de *Iust. tractat. 4. disput. 33. conclus. 3.*

Sed ego cum Fagundez Lusitano, & aliis Doctoribus, olim, vbi supr. in 3. par. tract. 3. *Miscell. resol. 17.* absolutè docui, omnia crimina in quibuscumque locis, si sint publica, siue ex Iudicis sententia, siue ex notorietate facti, posse absque vllò peccato euulgari. Et hanc sententiam postea, me citato, amplexus est doctus Magister Serra in 2. 2. *D. Thoma, tom. 2. quest. 73. art. 2.* & me etiam citato, Machadus de *Perfesto Confess. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 14. docum. 2. num. 12.* cuius verba hæc sunt. Fagundez, & otros Autores enseñan absolutamente, que no es peccado mortal, ni contra caridad, ni contra iusticia descubrir el crimen del Proximo, come sea notorio Antonin. Diana, *Part. X.*

de hecho, ò de Derecho: esto es por los rumores, ò fama publica, ò por sentencia del juez; ò bien aquella fama en breue huuiesse de llegar, ò no alguat, y entre las personas que se ignoraua; por que en el caso el que comeriò el delicto notorio en la forma dicha, es visto auer renunciado el derecho, que à su fama tenia; y assi no puede ser damnificado en ella. Itā ille, & iterum. Ego; quia eo ipso, quod quis est publicè damnatus, & punitus de aliquo crimine; videtur in pœnam eius criminis concessum diffundere eam notitiam absque exceptione aliqua: vt rectè notat etiam Molina, vbi supr. Ergo, &c.

Restat modò respondere ad auctoritatem Doctorum, vbi supr. asserentium, non esse licitum propalare delictum in loco, vbi eius fama non erat de facili peruentura. Et ad fundamentum huius sententiæ superius adductum respondeo, Reum non esse iustum possessorem illius bonæ famæ in alio loco; quia possidet illam sine iure; si enim amisit ius per publicitatem rumoris, cui ipse causam dedit, committendo crimen; quomodò iure illud possidebit? Deinde, quamuis possideat bonam famam sine iniuria, & incommodo aliorum in alio loco; tamen illa potest priuari sine vllò peccato: fama enim est bona Multorum opinio, absolutè loquendo, non in isto, neque in alio loco, nam abstrahit à loco: & sic amissa bona fama, & opinio, vbicumque illa amissa sit; iam absolutè non habet famam, nec illam possidet iustè, ac proinde absolutè publicari potest malus. Respondeo Secundò, etiam stando in opinione horum Doctorum, illam non obstare in casu nostro. Primò, quia limitatur in criminibus Reipublicæ multum noxiis; ista enim etiam emendata, possunt euulgari; & ita docet Malderus de *Iust. tract. 7. cap. 1. dub. 6. in fine*, Lessius *lib. 2. cap. 11. dub. 13. num. 80.* Trullench in *Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 10. dub. 12. num. 16.* & Alij. Secundò limitatur hæc opinio, nisi ex aliqua iusta causa illa crimina manifestarentur; ita Lessius vbi supr. *num. 79. in fine*, Banez loco cit. Ioannes Vvigers de *Iust. & Iure, tract. 4. cap. 1. dub. 5. num. 22.* cum alijs.

An Professio alicuius Nouitij, vel Nouitia sit inualida, si fuerit admissa contrā prohibitionem, Generalis, Episcopi, &c. Vnde clarè discutitur difficultas Quæstio, An lex prohibens aliquem actum, reddat illum non solum illicitum, sed inualidum.

R E S O L. V I.

Videtur respondendum affirmatiuè, quia voluntas inferioris non potest esse efficax contrā alicuius voluntatem. Ergo non potest subditus facere validè, quod Superior prohibuit. Quod patet ex doctrina Iurisconsultorum asserentium, legem simpliciter prohibentem actum etiamsi nihil aliud addat, irritare illum. Ita Bart. in *leg. Non dubium. Cod. de legib.* vbi Iason & alij, Gloss. 1. in *cap. licet canon;* de *elect. in 6.* Panormitanus in *cap. Nulli de reb. Eccles. non alien. & in c. Ad Apostolicam de reg. num. 10.* Cardin. in *Clem. 1. de rescript.* Tiraquellus alios referens, in *leg. ult. Connub. gloss. 4. num. 5. & 6.* Ioannes Camillus Bilotta in *tract. de absol. à iuram. lib. 1. cap. 12. num. 1.* Lazar. de *monit. sect. 3. quæst. 6. num. 14.* Et videtur tere

M here

nete Couatruuias *in cap. Quamuis pactum par. i. §. 4. num. 6.*

Probat^{ur} secundò *ex leg. Non dubium. Cod. de Legib. vbi Imperator declarat, omnes Contractus, & actus similes, qui fiunt contra legem prohibentem, esse inualidos, inutiles, & pro infectis haberi, & subiungit, hoc procedere etiam si lex non dicat, vt actus non valeat; sed solùm vt non fiat. Et nota, quòd hæc lex fuit canonizata per Gregorium Papam in Regeſto lib. 7. ind. 2. epist. 7. ad Iannarium Calaritanum. Et habetur in Canone Imperiali 29. quæst. 2. & concordat Regula, qua contra 64. de regul. Iur. lib. 6. quæ sic habet, Quæ contra Ius fiunt, debent utique pro infectis haberi. Quæ sumpta videtur *ex leg. Pacta qua contra. Cod. de pact.**

Probat^{ur} Tertio: quia leges Ecclesiasticæ prohibentes matrimonia inter Consanguineos vsque ad quartum gradum, irritant illa quamuis non habeant verba irritantia, sed tantùm simplicem prohibitionem: vt videre licet in toto corpore iuris canonici, & præsertim in *ca. Non debet. de conjung. Idem constat ex prohibitione matrimonij fidelis cum infideli, quæ habetur in cap. Cane. cap. Non oportet cap. si quis Iudaica. cap. Iudai 28. quæst. 1. & ex Canon. 13. Concil. gener. Chalced. & cap. 67. Concil. Agathens.*

Probat^{ur} quarto: quia quando prohibitio legis respicit substantiam actus, & non circumstantias aliquas; tunc reddit actum inualidum, vt ex Glossa in *Authent. verb. Sacram. Cod. de recept. arbitr. & ex Iasone in dicta lege Non dubium num: 20. docet, probat Christophorus Anguianus de Const. Princip lib. 3. contr. 7. num. 22. & seq. cui ex Theologis videtur adherere Gordonus in Summa, lib. 2. quæst. 10. cap. 8 §. 3. num. 22. Sed in nostro Casu, de quo est quæstio, prohibitio respicit substantiam actus, nempe ipsam Professionem. Ergo illa contra talem prohibitionem emissa, & admissa erit inualida. Vnde pro hac sententia in terminis potest adduci *Lapus Allegat 4. num. 7. Franchus in cap. Non solùm num. 6. de Regul. in 6. & ex Neotericis Bonacina de Clausura, quæst. 2. punct. 10. difficul. 2. §. 6. num. 7. asserentes. quòd si Superior esset suspensus ab admissione ad professionem; Professio sic ab ipso admissa, esset inualida.**

Sed his minimè suffragantibus, existimo Professionem, de qua est quæstio fuisse validam; quia, vt suppono, in dictis prohibitionibus nullum adeſt Decretum irritans, nec dictæ Professionis sibi reseruatio. Et idèd hanc sententiam in terminis, vt dici solet, terminantibus docet, & tueretur Sanchez in *Summa, tom. 2. lib. 5. cap. 14. num. 71. in fine, & n. 79. Portel in Respons. Regular. par. 1. cas. 9. num. 8. Bordonus in Consil. Regul. tom. 2. resd. 57. num. 32. 33. & 34. Pellizzarius in Manual. Regul. tom. 1. tract. 3. c. 3. num. 23. Leandrus in Q. Q. Regul. cap. 11. super. 2. Regula D. Francisci, §. 2. nu. 18. Vide etiam Garciam in Polit. Regul. tom. 1. tract. 2. diffic. 3. dub. 3. num. 11. Palaum tom. 3. tract. 16. disp. 2. quæst. 3. num. 5. Peyrinum de Relig. Sub. quæst. 1. cap. 26. §. 1. concl. 5. Vecchium in Praxi Nouis. disp. 12. dub. 1. num. 5. & alios penes ipsos.*

Probat^{ur} hæc opinio, quia prohibitio in nostro Casu est simplex prohibitio, quæ potestate non tollit, sed illius vsum contra prohibitionem exercitū reddit illicitum. Et hoc procedit, siue prohibitio sit à Iure, siue ab homine, modò ei non adiungatur irritatio: & hoc locum habet, etiam si huiusmodi prohibitio esset non solùm simplex pœna, sed etiam Suspendio & Censura, etiam secuta declaratione;

quia Suspendio, sicut & Excommunicatio in vitando tollit solùm potestatem iurisdictionis, non autem Superioritatis, à qua dependet actus receptionis ad Professionem. Ratio verò horum omnium est, quia annullatio actus, & prohibitio sunt distincti effectus legis, non necessariò connexi: igitur ex rei natura ex prohibitione alicuius actus non aptè infertur, quòd ille actus sit irritus. Antecedens probatur: Aliud est vetare aliquem actum, aliud est eundem reddere inualidum; & vnum non necessariò comitatur aliud: vt patet in præceptis naturalibus. Ex rei natura qui vouit Deo castitatem, prohibetur matrimonium inire; si tamen ineat, contractus est validus, seu ex eo capite præcisè non irritatur; & ità de multis aliis, & idem ostenditur in lege Ecclesiastica. Adde, quòd quædam sunt illicitè quæ tamen facta tenent. Probat^{ur} Secundo: Actum irritari, est grauamen, quod non satis constat appositum per simplicem prohibitionem, igitur ex prohibitionem, quantum quidem est ex rei natura, non aptè infertur irritatio actus. Dices: Per omnem prohibitionem legislator resistit actui: ergo. Respondetur negando consequentiam; quia non semper resistit valori actus, sed resistit ne licitè fiat; vel saltem ne fiat, nisi quis sit paratus pœnam subire.

Potest etiam supradicta doctrina aliis exemplis confirmari individualiter de Professione loquentibus. Et primò ex Concilio Tridentino *sess. 25. c. 17. de Regul. vbi prohibetur, Abbatissam dare Professionem Nouitiæ, antequam moneat Episcopum profaciendo examine libertatis: & tamen, si Abbatissa omiſsa monitione, & examine Episcopi, Nouitiæ det Professionem, erit valida, si alias non fuit impedimentum dirimens Professionem. Colligitur clarè ex eodem capite, quia ibi non dicitur Professionem aliàs fore irritam: sed Prælatam puniendam ab Episcopo. Vide Menochium *consil. 396. num. 22. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 84. Pellizzarium de Monial. cap. 3. sect. 1. num. 3. & alios* Secundo: *in cap. Si vir, & vxor. 27. quæst. disponitur, quòd si vir, & vxor velint Religionem ingredi; hoc minimè efficiatur sine consensu, seu licentia Episcopi, & tamen si Professionem emitterent absque tali licentia, Professio esset valida, vt notat ibi Glossa *verb. Consensu. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 32. num. 3. Ancharanus in dict. cap. Si vir. num. 1. Bellamera, num. unico, Turcremata, num. unico, & alii. Tertio: si in Constitutionibus alicuius Religionis statutum sit, ne Nouitij v. g. recipiantur ante 18. annum; si tamen admittantur ad Professionem expleto anno 16. valida erit Professio, vt ex multis docet Peyrinus de Prælat. Regul. quæst. 3. cap. 1. §. 6. num. 157. & seqq. Nouarius in Lucerna Regular. verb. Professio. num. 17. & alij. Et tandem, quia argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet; optimè docet Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 32. quòd si Episcopus rigorosò mandato præcipiat Parocho, nè certos sponſos in matrimonium iungat in facie Ecclesiæ; & nihilominus Parochus, inobediens, illos ad matrimonium admittat, quidquid sit de peccato Parochi, matrimonium erit validum, si tamen Sponſi nullum habebant impedimentum dirimens matrimonium. Et inter alia, num. 2. ad finem, id probat doctrina Adriani, dantis exemplum in Religioso, cui Prælati per obedientiam prohibuit nè Confessiones audiret, & ille tamen audiuit: nam tales Confessiones fuerunt validæ; quidquid sit de peccato illius: nam Religiosus aliàs erat approbatus, &c. Adde, vt notat Suarez de legib. lib.***

gib. lib. 5. cap. 25. num. 11. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 2. difficult. 29. n. 3. & alij: matrimonium contractum contra votum simplex, & quidem illicitum, sed non inualidum. Item ad omnia dicta confirmanda vtor argumento sumpto ex antiqua lege Ecclesie, quæ prohibebat matrimonia clandestina. cap. Aliter, cum multis 30. q. 5. cap. Cum inbibitio de cland. de spons. Illa enim lex directe in specie, & absolute & cum omni exaggeratione intrat latitudinem prohibitionis, verbat illum actum; vt patet ex illis verbis, *penitus inbibemus*, & nihilominus non irritabat illum vsque ad Concil. Tr. d. vt est certa sententia Theologorum in 4. d. 28. Quam idem Concilium in principio illius decreti approbavit. Suntque eius verba ad presentem causam plurimum notanda. Simul enim docet, Matrimonia clandestina libere Contrahentium consensu facta, rata, & vera fuisse Matrimonia, quando Ecclesia illa irrita non fecit. Et subiungit, Nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Ergo absoluta prohibitio cum quacumque exaggeratione, & detestatione actus non irritat illum ex mente Concilij. Et tandem Alexander de Neuo in cap. penultimum, de Desponsatione Impuberum. n. 11. dicit, esse omnium sententiam, valere contractum Matrimonij, licet sit contra prohibitionem Summi Pontificis. Quod etiam sequitur Sanchez, lib. 7. de Matrim. disp. 2. n. 12. cum Richado, & Paludano, S. Antonino, Siluestro, & Iurcremata, & manifestè id statuit Alexander III. Papa in cap. 2. de Matrimonio contracto contra Interdictum Ecclesia, ibi: *Licet contra interdictum Ecclesia ad secunda vota tra sse non debuerit; non tamen conueniens, vt ob id solum Sacramentum Coniugij dissoluatur.* Vbi Glossa, inquit, sic patet, quod interdictum (id est prohibitio) Ecclesie non dissoluit Matrimonium. Ergo & in casu nostro valebit Professio, etiam Summo Pontifice prohibente: nam vt dictum est, prohibere, & irritare sunt valde diuersa; illud enim primum, solum est lex, quæ obligat, nè aliquid fiat; relicta tamen potestate physica & morali (vt ita loquar) illud faciendi, licet illicitè, vt cum Superior præcipit Subdito, nè domum egrediatur; manet in potestate Subditi verè egredi licet illicitè: hoc verò secundum cassum reddit actum, & tollit possibilitatem faciendi; ita vt perinde agat, ac si non ageret Non ergo, ex eo quod Superior sua lege prohibeat; inferitur irritatio. Et idè in casu nostro licet emissio Professionis prohibeatur non ex hoc irritatur.

Restat modo respondere ad argumenta contraria in principio huius Resolutionis apposita. Et ad Primum respondeo, quod si velit Superior, vt non fiat validè concedimus totum: at si Superior permittit valorem, etiam si prohibeat, nè licitè fiat; non præualeat voluntas inferioris; quia in puncto valoris non resistit Superior. Auctoritas verò illorum Iurisperitorum non est admittenda, ex inconuenienti, quod adducit præsertim Arriaga in Cur. Theol. tom. 4. disp. 23. sect. 4. num. 40. & alij,

Ad Secundum Argumentum desumptum ex leg. Non dubium, respondeo, obiectionem illam convincere, ita obseruandum esse in legibus Imperialibus simpliciter prohibentibus, ob specialem illam Theodosij Constitutionem: quam tamen Gregorius Papa ad Canonicas sanctiones, aut aliorum Regnorum leges non transtulit; sed solum Epistola illa explicauit, quaiem vim imperiales Constitutiones habere debeant. Vide Laymann lib. 1. tract. 4. cap. 16. num. 3. Vasquez in p. 2. tom. 2. disp. 164. 3. Anton. Diana, Pars X.

num. 18. Rocafuil. in Praxi Theol. mor. par. 3. lib. 6. c. 12. Suarez de legib. lib. 5. cap. 29. num. 1. & alios. Ad Regulam verò illam iuris Canonici, in contrarium allegat. m, ex cap. Quæ contra 64. de regul. Iur. lib. 6. quæ sic habet: *Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi; respondeo, Regulam illam intelligi de his, quæ sunt contra ius, dans formam substantialem actui.* Ità Sanchez l. b. 3. de Matrim. di. p. 5. num. 4. ad quartum. Vel respondeo, quod Regula illa nimis generalis sit, multasque intelligentias, & limitationes admittat; sicuti videre est in Glossa adiuncta, & apud Sua ez lib. 5. de legib. cap. 29. num. 5. qui rectè aduertit, dictam Regulam Iudici præscribi cuius proindè officium est inspicere, contra quale ius, & qua ratione contra illud actum sit; vt intelligat validumne, an inualidum promittiare debeat.

Ad Tertium de regibus adductis in contrarium de Matrimonio inter Consanguineos vsque ad quartum gradum, quod irritum est etiam per simplicem prohibitionem, & de Matrimonio Fidelis cum Infideli; relicta aliis Responsionibus, sero supradicta Matrimonia non esse irrita ex vi licuius legis Ecclesiasticæ scriptæ, sed ex recepta Ecclesie consuetudine, vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione. Vnde argumentum non militat aduersus Doctrinam à nobis superius firmatam. Et ita tenent, sequentes de Matrimonio Fidelis cum Infideli, Sotus in 4. dist. 30. quæst. 1. art. 2. vers. *Hac autem*; Petrus de Soto, leg. 9. de Matrim. in impedimento di. par. cultus; Ledesma 2. par. 4. quæst. 91. art. 2. ad fin. Valentia tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct. 3. vbi de di. par. cultus; Veracuz 1. par. Specul. art. 32. dub. 1. concl. 4. Bellarm lib. 1. de Matrim. cap. 23. propos. 2. & 3. Henriquez lib. 12. de Matrim. cap. 43. num. 3. in fin. Petrus de Ledesma, de Matrim. quæst. 59. art. 2. dub. 1. concl. 1. Lopez 2. par. instruct. vbi de Matrim. cap. 53. not. 2. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 71. num. 8. Reginaldus lib. 31. num. 165. Gutierrez de Matrim. cap. 104. Coninck eod. tract. disp. 31. dub. 3. num. 43. Filliucius, tract. 10. par. 2. cap. 7. num. 227. Quod verò Matrimonia inter Consanguineos vsque ad quartum gradum sint etiam irrita solum ex recepta consuetudine Ecclesie, & Apostolorum traditione, patet; nam cum certum sit, esse inualida, & nulla reperiatur lex Ecclesiastica scripta, quæ illa irritauerit; consequenter dicendum est, à sola consuetudine fuisse hoc impedimentum irritans inter huiusmodi Consanguineos introductum.

Ad quartum Argumentum desumptum ex Auguiano, quod lex censetur irritare actum, quando respicit eius substantiam, vt est in casu nostro; non verò quando prohibet aliquam circumstantiam v.g. quod fiat tali aut tali loco, tempore, &c. Respondeo cum Arriaga in Cur. Theol. tom. 4. disp. 23. sect. 4. n. 4. & aliis, quod hæc doctrina non est admittenda. Primum, quia sæpè ob circumstantiam aliquam irritatur totus actus: sic est irrita Professio ante expletum Nouitiarum, & decimum sextum ætatis annum; & tamen non prohibetur ibi substantia Professionis, sed circumstantia temporis. E contra in multis Casibus prohibetur substantia actus, & tamen non irritatur, & sic est in prohibitione Matrimonij, quæ fit per impedimentum voti simplicis Castitatis, aut Religionis: nam prohibetur substantia Matrimonij, & actus ipse in se, & ratione sui; tamen non irritatur ex vi talis prohibitionis; vt rectè obseruat Suarez de legib. lib. 5. cap. 25. num. 11. Igitur dicendum est contra Auguianum, non esse

esse verum, quòd quando prohibetur non aliqua circumstantia, sed ipsa substantia actus, ad sit etiam eius irritatio. Et tandem ad auctoritatem Lapi, & Franchi vbi supra adductam Respondet, illos nominatim refelli à Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. n. 78. & Bonacina: nominatim etiam eò impugnat Bordonus, tract. de Professione Regulari, cap. 3. quest. 15. Itaque ex omnibus supradictis patet me his diebus in facti contingentia consultum, re-
 ce respondisse, Nouitiam non habentem alium Canonicum impedimentum, nisi simplicem prohibitionem, nè emitteret, vel admitteretur ad Professionem; hoc non obstante, validè illam licet illicitè emisisse. Et omnia superius dicta diligenter adnotare volui ad ornatum illius difficilis questionis, An lex prohibens actum etiam illum annullat.

Sed si aliquis Curiosus vellet Regulam generalem ad cognoscendum quando lex prohibens actum eundem irritet, difficile est quidem hoc dignoscere: nec sufficienter rem explicant Regulae, quae à Variis adferuntur, & nominatim à Vasquez disp. 165. cap. 3. cuius Regulae deficere ostendit Suarez, lib. 5. cap. 27. & Regulae Suarez etiam deficere probat Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 5. difficul. 3. Melius ergo per alios colligitur, num lex, quae prohibet, irritet actum, scilicet ex consuetudine, ex communi intelligentia ita legem explicante; item si non solum actum sed vinculum inde resultans prohibeat, seu si impediatur omnem effectum talis actus. Et hanc Regulam proponit Praepositus in par. 2. D. Thoma, q. 95. disp. 5. num. 53. qui etiam obseruat vnum valde notandum, nempe probabile esse actum non irritari, quando lex prohibens apponit aliam poenam; eò quòd Legislator videatur recedere ab illa poena, leg. Non dubium, contentus particulari, quam apponi legi suae. Notentur, vt dixi, omnia apposita in hac Resolutione, quia erunt satis practica, & quotidiana.

An lex prohibens, si usatur verbo, Non possit, reddat actum non solum illicitum, sed etiam inualidum?

RESOL. VII.

VT si v.g. Generalis prohibeat Priori, vt non possit admittere ad Professionem aliquem Nouitium: quaeritur, an professio contra talem prohibitionem admissa, non solum sit illicita, sed etiam nulla, & inualida? Et esse inualidam, videtur respondendum ex Regula illa communiter recepta, quòd verbum *Potest* negatiuè prolacum importat, necessitatem, & actum contra gestum omnino reddit, & nullum priuat omni potentia, vt ex Glossa in cap. 1. de Regul. Iur. in 6. obseruat Molina de Primog. lib. 2. cap. 11. num. 11. cum seq. Gomez in cap. Vt animarum. §. Statuto num. 24. de Constit. in 6. Ceuallos Com. contra Com. quest. 404. num. 5. Sanchez de Matrim. lib. 6. disput. 38. num. 20. & in Summa, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 38. Castrus Palaus tom. 4. tract. 10. num. 2. Molinus de Ritu Nupt. lib. 3. quest. 41. num. 31. & Guttierrez in leg. Nemo potest. ff. de legat. 1. num. 145. cum aliis. Vnde Rebellius de obligat. Iust. lib. 1. quest. 6. num. 42. sic ait: Generaliter enim negatio praeposita verbo, *Potest*, reddit ipso iure actum inutilem, si fiat in contrarium; & ideò inducit formam, siue solemnitate formalem. Ita ille, qui citat Tiraquellum de leg. Connub. glossa 4.

Hanc regulam etiam docet Siluester verb. Excommunicatio. 11. quest. 5. num. 6. eodem verb. 6. num. ult. Probat hanc opinio ex lege prohibente Martinum alienare Dotem, inuita Muliere, vt in §. 1. Instit. Quid alien. licet, &c. vbi ponitur verbum, *Non posse*. Et idem est de legibus, quae statunt, minorem impuberem non posse contrahere; vel etiam puberem, si habeat Curatorem, leg. Infurandum. §. 1. ff. de Iur. & leg. si Curatorem. 3. Cod. de in integr. restit. vbi Gloss. verb. *Non oportet*. Similes etiam sunt leges, quae taxant quantitatem rei, quae donari potest; vel quae formaliter; vel virtualiter addunt clausulam, vt amplius non possit donari. Et hinc est, quòd interdum leges prohibentes, censentur irritare actum prohibendum, licet non addant proptiam clausulam irritantem; quia, scilicet intelliguntur prohibere propter defectum formae, quam supponunt, vel virtualiter constituunt. Hoc enim intelligitur facere lex, quae prohibet per verbum, *Non possit*; quia cum potestas sit primum fundamentum valoris actus; qui negat potestatem, tollit radicem valoris; & consequenter excludit substantialem formam, quae adhiberi non potest, nisi ab habente potestatem.

Sed opinio horum Doctorum penes me habet magnam difficultatem; nam contra ipsam obstat Textus in leg. Obligari in princ. ff. de Auctor. Tutor. vbi dicitur, Obligari ex omni contractu Pupillum sine Tutoris auctoritate non posse; & tamen non dubium est, quin Pupillus sine Tutoris auctoritate contrahens naturaliter saltem obligetur, vt in leg. 1. in fine. ff. de Nouat. vbi id Gloss. notauit; & tenet etiam Bartholus num. 7. Glossa in leg. fin. verb. *Non tuebatur*. ff. de Iur. & asserunt, communem opinionem esse Alexan. in leg. Si Pupillus. num. 2. ff. ad leg. Falcid. Iason in leg. Eius qui in Provincia. §. Quas vero ff. si cert. pet. Idem Iason in leg. Interdum; numero 5. ff. de condit. indebit. Et ideò contrariam sententiam tenet sapientissimus Granadus in par. 2. D. Thoma, Cont. 7. tractat. 3. par. 1. disput. 10. num. 18. vbi sic ait: Tertiam regulam assignant Aliqui dicentes, cum lex ita prohibet aliquid, vt vtatur verbo; non possit fieri, vel non potest accipere; nullum esse actum, vel contractum contra istam initium. Vnde filij vulgò, *bastardos*, sunt incapaces hereditatis; quia lex 6. tit. 8. lib. 5. *nona collectionis* dicitur, *No puedan heredar*. Iudices etiam seculares tenentur restituere munera etiam ante condemnationem, nec sunt capaces dominij istorum; quia lex 56. tit. 5. lib. 2. *nona collectionis* ait *No puedan recibir*, &c. Sed haec regula non est certa; nam saepe in iure verbum, *Non potest*, non significati nullitatem actus; vt patet in cap. Si quis de eo, qui cognouit Consanguineum Vxoris suae, & leg. 12. tit. 18. lib. 5. *nona collectionis* dicitur de cam-pforibus, *No puedan agoctar por si, ni por tercera persona*, & nihilominus Hispanensis audientia praecipit cuidam soluere, quod illis debeat ratione huius negotiationis. Et leg. 5. tit. 18. lib. 6. prohibetur Aduenis negatiatio apud Indos, & agasonibus tunc *re barbaras*, quas vocant, auri, aut argenti, addito verbo, *Non possint*, & tamen nemo dicit, Contractus istos esse nullos. Lex verò agens de filiis spurriis, non reddit illos incapaces hereditatis propter verbum, *Non possint*; sed quia sic intellecta est à Doctoribus; & quia id expresse habetur in lege octaua eiusdem tituli. Quòd verò attinet ad Iudices seculares, valde probabile est, eos non teneri restituere, nisi condemnentur; & reuera esse capaces dominij

dominii numerum, quæ gratis donantur, obstante illa lege, vt docent Molina *tom. 1. de Iustitia, tractat. 2. disput. 88.* & alij docti Theologi, Hucusque Granadus,

Et quidem Doctores contrarij fundant suam sententiam in Glossa citata, *c. 1. de Regul. Jur. in 6.* quæ solùm dicit, negationem additam verbo, *Potest*, inducere necessitatem obligationis; non tamen inducit, vt inducat necessitatem impotentia ad oppositum actum, quò ad valorem eius. Vnde, cum in illo primo capite dicitur, *Non potest licite*; notat, illud additum, *Licite*, superabundare; quia idem dictum fuerat per verbum *Non potest*; quia id possumus, iure possumus. Nam, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est, vt dicitur in *l. Filius qui ff. de condit. Instit.* Ergo cum verba legis; quæ rigorem continent, benignius sint interpretanda; licet lex dicat, *Nemo possit*, sufficienter intelligitur, id est, *licite*, non ergo id sufficit ad irritandum sed ad prohibendum tantum. Atque ita ex vi illorum verborum non constituetur forma substantialis ad rem actus, sed solùm forma, seu modus necessarius ad honestatem actus, siue in ordine ad valorem substantialis sit, siue accidentalis. Et idè præter hoc argumentum merito fateretur Couarruias, *vbi supra, numero 10.* & Suarez *de legib. lib. 5. capite 3. numero 14.* quibus adde Merollam, *tom. 2. disput. 4. cap. 5. numero 278.* Doctrinam superius appositam de verbo, *Non potest*, vel *Non possit*, non esse infallibilem, neque sufficientem, si præcisè, & nudè spectetur; quia est verbum ambiguum, sed esse considerandas materiam, & alias, circumstantias, vt plenum iudicium de sensu illius verbis feratur. Immo Couarruias, aliam etiam ambiguitatem illius verbi insinuat: Nam quamuis verbum, *Non potest*, in lege positum referretur ad factum ipsum, seu valorem eius, & non ad conscientiam facientis; adhuc potest esse dubium, an tollat potentiam, seu ad se obligandum ciuilitè; vel etiam naturaliter. Et idè necessariò sunt alia verba legis expendenda, & vbi illa defuerint, materia erit consideranda. Vnde hæc omnia à fortiori nouissime firmat Sapientissimus Arriaga *in Cur. Theolog. tom. 4. disput. 23. sect. 6. num. 68.* vbi sic ait: Quarta limitatio est, vt quando lex post formam positam addit, & aliter fieri non possit, vel non possit aliter, vel Nemo possit aliter; eò ipso requirat illam formam tanquam essentialè; quandoquidem dicit, sine ea non posse esse actum, si enim validus esse posset sine ea, ergò absolute sine ea, potest esse, cuius oppositum supponit ibi Legislator. Hæc limitatio valde communis est, patitur tamen difficultatem satis grauem; nam verbum, *Non potest*, sæpissimè, & frequentissimè usurpatur etiam in rebus moralibus, pro impotentia faciendi licitè, etiam si sit potentia faciendi validè: sic passim dicimus, Non possum exire ex Collegio sine licentia, id est licitè; Non possum celebrare sine paramentis, sine patena, sine calice, &c. Vnde solet dici, Id simpliciter non possumus, quod licitè non possumus. Aliundè, quia *non*, quæ est negatiua particula, videtur totum destruere, quod verbum supra quod cadit, significat; & verbum *Potest* denotat potentiam ad validè faciendum actum; eam etiam videtur negare *non nemo possit*: vnde omninò puto, verba ea esse ex se satis dubia, nisi aliunde de intentione legislatoris constet, & cum irritatio sit actus odiosus, satis probabiliter dicitur, ex eo solo verbo, *non possit*, simpliciter posito, non colligi inualiditatem actus. Benè autem obseruat P. Suarez, si tota potestas ad eiusmodi actum conce-

Anton. Diana, Pars X.

ditur à legislatore; tunc facilius, *non possit*, irritare valorem: quia videtur tunc, ipse legislator aliter facienti negare potestiam, quam illi concesserat si verò potentia iam antè supponebatur in subdito, & tunc additur illa forma, non est necessum eam exclusiuam, *Aliter non possit*, intelligere de impotentia ad valorem, sed ad licitè contrahendum, vel donandum, &c. Ità Arriaga.

Confirmantur supradicta; quia licet in cap. in *Baptismate, de consecrat. dist. 5.* sic habeatur in *Baptismate, vel Chrismate non potest alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus.* vnde quidam dicto Textu, vt obseruat Merolla *tom. 2. disputat. 4. cap. 5. numero 268.* adest verbum, *Potest*, proposita negatione; afferunt Doctores, quos etiam, me citato, adducit, & sequitur Leandrus *de Sacrament. tom. 1. tractat. 3. disput. 5. quest. 5.* Non confirmatum tenentem alium in Confirmatione cognationem non contrahere; cum actus ille sit nullus ratione prohibitionis. Hac tamen doctrina, & opinione non obstante, non desunt Doctores magni nominis asserentes contrarium, nempe; Patrium non confirmatum contrahere cognationem. Et ità docet Paludanus *in 4. dist. 42. quest. 1. art. 1. conclus. 3.* Rosella *verbo impedimentum. imped. 6. in fine*, Silvester *Matrimon. 8. quest. 7. dicto 12.* Tabiena *verb. Confirmatio Sacrament. quest. 7. num. 8.* Sotus *in dist. 42. quest. 1. art. 3. vers. Ex quo fit.* Nauar. *lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de Baptismo, cons. 3. in fine & in 2. lib. 4. tit. de Cognat. spirit. cons. 1.* & alij; quibus adde ex Neotericis Quintanadueñam *vbi infra num. 5.* Syluium *in 3. par. D. T. bo. ma quest. 72. art. 10.* Mollesium *in Summa, tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 43.* & Naldum *in Summa, ver. Cognatio, num. 5.*

Confirmantur etiam alio Casu: nam licet Sacerdos, qui non potest absoluere nisi satisfacta partes si absoluat non satisfacta parte, absolutio erit nulla secundum Siluestrum *verb. Excommunicatio. 12. quest. 5. num. 6.* quia (ait ille) ex regula superius allata, quando ius vtitur illo verbo, *Potest*, negatiuè; actus est nullus. Hoc tamen non obstante, non desunt Doctores asserentes, in tali Casu absolutionem esse illicitam; sed non inualidam, & idè asserunt esse validam absolutionem factam virtute Cruciatæ, etiam non præmissa satisfactione in casu, quòd commodè fieri queat. Ità Rodriquez à priori opinione recedens, *Sum. tom. 1. in noua edit. cap. 83. numero 4.* Henriquez *vbi supra, numero 2. in Comment. lit. S.* quos refert, ac sequitur Sanchez, *lib. 3. de Matrim. disput. 33. concl. 2. numero 3.* Angles *Floribus 2. pars. quest. vnic. de Excommunicat. art. 4. diffic. 9. concl. 2.* Inclinat Nauar. *cap. 27. numero 39.* Auila, *de Cens. par. 2. cap. 7. disputat. 3. dub. 9. concl. 2.* Bardi *in Bull. Cruc. par. 2. tractat. 6. cap. 1. sect. 7. numero 64.* & hanc sententiam probabilem esse putat Ludouicus à Cruz *in Bull. Cruciatæ, disput. 1. cap. 4. dub. 9. numero 9.* Hurtadus *de Excommunicat. disput. 24. diffic. 5.* Lezzana *in R. Regular. tom. 3. verb. Bulla Cruciatæ, numero 32.* & alij.

Itaque ex omnibus superius dictis apparet, Regulam illam, nempe legem prohibitiuam, si vtatur verbo, *Non possit*, annullare actum; non esse regulariter admittendam sic absolute & simpliciter intellectam, & prolatam. Et ad confirmationem supra dictorum, præter Doctores citatos, vide Quintanadueñam *tractat. 2. Singul. 7. num. 9.* qui nominatim contra Sanchez impugnat.

M 3 verbum,

verbum, Non potest, nullitatem inducere, & Auctorem de Sacramento Confirmationis, quest. 72. sect. 5.

An Sacerdos consecrando vinum congelatum, peccet mortaliter?

RESOLVT. VIII.

Negativam sententiam ex Vasquez docet Gaspar Hurtadus de Euchar. disput. 2. difficult. 10. in fine, ubi sic ait: Addit Vasquez, num. 18. non esse peccatum in vino congelato consecrare, quamvis hoc sit contra consuetudinem Ecclesie, quia non sit contra prohibitionem aliquam latam, neque dicta consuetudine introductam, quia non servatur tanquam necessaria, & obligans. Ita ille; & post illum novissime Tamburinus Opus. de Sacrif. Missa, lib. 2. cap. 8. §. 8. num. 14.

Sed hanc opinionem minimè admittendam esse puto: nam licet Ego alibi cum multis Doctoribus firmaverim, vinum congelatum esse materiam Sacramenti Eucharistie; tamen contrariam Sententiam esse probabilem, non est dubitandum, & illam absolute præter Armillam, Martinum Ledesnam, Cardinalem Alanum, Henriquez, & alios, firmant novissime Magister Araujo, nunc meritò ad Episcopatum assumptus, in 3. par. quest. 74. art. 8. num. 52. & ex Societate Iesu Sapientissimus Lessius etiam in 3. par. quest. 74. art. 5. num. 24. Ergo si quis consecraret in vino congelato, consecraret in materia dubia, ut observat Sylvius in 3. par. quest. 74. art. 5. Fagundez Præcept. 3. lib. 3. cap. 3. num. 10 & alij. Ergo peccaret mortaliter: nam rectè observat Amicus in Cursu Theolog. tom. 6. disputat. 16. sect. 3. num. 36. numquam esse licitum in materia Sacramentorum, relicta materia certa, ubi probabili, & minus certa, quando certa commodè haberi potest, tum ob periculum frustrandi Sacramentum, cum hoc non tam penitet ex opinione hominum, quam ex institutione Christi; tum ob damnum spirituale, quod infert proximo, privando illum fructu Sacramenti: eoque peccatum est maius, quòd Sacramenti usus, & fructus ad salutem est magis necessarius. Ita ille; cui adde Mercèrum de Sacrament. quest. 60. artic. 8. quaritur 3. ubi sic ait: Sequitur, gravius peccare ministrum utentem dubia materia, vel forma, omitendo certam, etiam si sequatur opinionem de veritate, & sufficientia probabilem, aut etiam speculatiuè probabiliorem. Ratio est, quia in hoc casu, minister exponit se periculo nihil faciendi, quòd est Sacrilegium. Ve enim Sacrilegium est ministrare Sacramentum fictum, & falsum, ita quoque sine causa exponere se illi periculo; quia in moralibus perinde est quippiam facere, & exponere se periculo id faciendi. Hæc Mercèrus. Vide etiam Iacobum Marchantium in Resolut. Pastor. de Sacrament. tractat. 1. cap. 1. quest. 3. Opatavium de Sacrament. in communi, disputat. 1. quest. 5. num. 43. Araujo in 3. par. D. Thoma, quest. 60. artic. 8. dub. 4. num. 42. Medinam in par. 2. quest. 19. art. 6. Fuliensem in Idea Sacram. cap. 2. Resol. 3. Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 1. dub. 8. num. 113. Filliuccium tom. 1. tract. 1. cap. 4. num. 69. Patrem Lugo de Sacram. in genere, cap. 1. quest. 4. num. 55. Bonacinam, de Sacram.

crum. disput. 1. quest. 2. punct. 1. num. 32. qui citat Henriquez, Coninch, Valentiam, Nugnum, Reginaldam, & Suarez.

Confirmatur hæc opinio: nam Sacerdos consecrando vinum congelatum, violaret consuetudinem totius Ecclesie in vino liquido consecrantis. Hanc autem consuetudinem non obligare ad mortale, est negandum; nam est consuetudo in re gravi, quæ versatur circa materiam ipsius Sacramenti, & habet omnes alias præsumptiones, quæ indicant (vt alibi nobis probatum) ipsam habere vim legis, vt observant vno ore Doctores omnes. Et idè hanc sententiam ego olim docui, & me citato docet Leonardus de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disput. 8. quest. 37. & me citato Martinus de San Ioseph in Aus. de Confes. tom. 1. lib. 1. tract. 2. num. 12. quibus adde Coninch de Sacrament. quest. 74. art. 5. num. 127. Ochaguiam de Sacrament. Euchar. tractat. 1. quest. 9. n. 7. Garciam in Summa Theol. mor. tract. 3. diff. 9. dub. 1. punct. 2. num. 14. Serram in 3. par. D. Thoma, qu. 74. artic. 5. Fagundez Præcept. 3. lib. 2. cap. 3. num. 10. Mercèrum de Sacrament. quest. 74. art. 3. num. 4. Villalobos in Summa tom. 1. tractat. 7. difficult. 7. num. 2. Suarez, tom. 3. disp. 45. sect. 1. Vviggers de Sacrament. in 3. par. quest. 74. art. 5. num. 41. & Castrum Palaum tom. 4. tractat. 21. punct. 4. num. 8. Et tandem Reverendissimus Magister Candidus tom. 3. diff. quis. 2. dub. 42. num. 55. concludit, esse immane Sacrilegium in vino congelato consecrare: quòd idè verbis ante illum docuerat etiam Sotus in 4. dist. 9. q. 1. art. 5. in fine.

Sed audiamus verba aliquorum Doctorum. Ioannes Præpositus in 3. par. quest. 74. artic. 5. num. 49. sic ait: Aduerte tamen, non posse sine gravi peccato vinum congelatum consecrari, cum quia prior sententia non est planè improbabilis, & merito censeri potest materia dubia, vt docent varij, quam non licet in hoc Sacramento sumere propter aliqualem necessitatem, quæ possit videri excusare; tum quòd sit contra consuetum modum procedendi Ecclesie in re gravi. Franciscus Araujo in 3. par. quest. 74. artic. 8. dub. 1. num. 52. Vinum congelatum non potest licite consecrari propter consuetudinem in contrarium, quæ habet vim legis: necnon quia propter probabilitatem contrarie opinionis, Consecrans exponeret se periculo non conficiendi Sacramentum, quòd semper vitandum est, nisi forte in casu grauis necessitatis.

Raphael Aversa de Sacrament. Eucharist. questione 2. sessione 5. Fatendum est, illicitum fore consecrare Vinum actu existens congelatum. Quamvis enim Vasquez numer. 18. dicat, Auctores affirmantes, posse tale vinum validè consecrari, debere etiam concedere, posse licite; quia nullo præcepto id prohibetur: tamen ob dubium aliquod validitatis ex parte opposita, & ob reuerentiam Sacramenti, & consuetudinem Ecclesie, dici debet id esse illicitum. Non est igitur, vt dixi admittenda opinio Hurtadi, & Tamburini.

Nora tamen, quòd si vinum prius fuerit congelatum, & postea liquefiat, non est improbabile licite consecrari, quamvis minus decenter; quia est verum vinum, & actuali potationi aptum, sed congelatione aliquantulum immutatum. Sic Suarez disp. 45. sect. 1. in fine. Aegydius Coninch quest. 74. art. 5. in fine, & Palaus ubi supra, Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 2. dub. 5. num. 87. qui citat Henriquez, Valentiam, & Vasquez, Puto tamen

tamen, & consultissimum iudico, si vinum in Missa ante Consecrationem etiam post oblationem con- geleretur, Sacerdotem aliud denuò infundere debere, & oblatum consecrare. Ita ex Suarez Dicastillus.

An Mulieri deficienti in partu sit ministran- dum Sacramentum Extrema-Vnctionis.

RESOLVT. IX.

Negarine respondet Bonacina *de Sacram. disp. 7. quest. unica, punct. 5. num. 6.* Naldus *in Summa, verb. Extrema-Vnctio, num. 5.* Sed ego puto affirmati- ue sententiæ adherendum esse, si mulier in partu incipiat deficere. Et ita docet Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 3. quest. 21.* & alij penes ipsum; quibus ego addo Patrem Lugo *de Sacram. in genere, capite 21. num. 5.* & Patrem Amicum *in Cur. Theolog. tom. 8. disp. 19. sect. 9. num. 137.* vbi sic ait: Con- cedunt hoc Sacramentum multi Doctores foeminis partui proximis: quamquam, vt refert Emmanuel Sà, *verbo, Extrema-Vnctio, in fine,* id verat Synodus Mediolanensis. Explicandi tamen sunt hi Doctores, vt tunc sit hoc Sacramentum ministrandum foeminis partui proximis, quando ex nimio dolore partus ita corporis viribus debilitantur, vt de morte earum ti- meatur ita ille. Sed audiamus Reuerendissimum Candidum *tom. 3. disquis. 3. art. 5. dub. 3.* sic asseren- tem: Hoc Sacramentum non est conferendum iis, qui non laborant infirmitate, licet in magno vitæ peri- cula versentur: & sic non est ministrandum gerenti- bus bellum, aut existentibus in mari cum periculo mortis, aut damnatis ad mortem per suplicium à Iu- dice, aut mulieribus in partu existentibus. Quia, hi omnes laborant infirmitate corporali: sed ex verbis D. Iacobi, *capite 5. Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini;* aperte colligitur, hoc Sacramentum non esse conferendum, nisi laborantibus infirmitate corporali; ergo gerentibus bellum, existentibus in mari, damnatis ad mortem, mulieribus in partu exi- stentibus. Sacramentum hoc non debet conferri. Quod si mulier in partu incipiat deficere, est ei hoc Sacramentum dandum; quia tunc ex defectu naturæ proxima est morti. Hæc Candidus. Rectè itaque dixit Trullench, *de Sacram. lib. 6. cap. unico, dub. 4. numero 4.* quòd Extrema-Vnctio mulieribus partu- rientibus communiter non est danda; nisi vitæ dis- crimina funderetur in aliqua actuali ægritudine, & in- firmitate; vt quia iam cœpit habere acerbissimos do- lores, ex quibus iudicio Medicorum appareat proba- bile periculum mortis. Et ita ego olim consului, mu- lierem actu parturientem ex grauib. doloribus constitutam ex iudicio Medicorum in probabili pe- riculo vitæ, fuisse vngendam Sacramento; vix enim contingit tale periculum sine ægritudine nata ex torsione, & vexatione partium inferiorum, & tunc adduxi pro mea sententia, præter Doctores citatos, Lublinum *in Summa, verb. Extrema-Vnctio, num. 14.* Reginaldum *in Praxi, tom. 2. lib. 48. cap. 10. num. 68.* Vide etiam Filliucium, *tom. 1. tract. 3. cap. 5. num. 68.* Vnde valde miratur Leandrus *vbi supra* cum Ar- changelo de Rubeis, quomodo Concilium Mediola- nense 4. part. 2. affirmet, vulneratos mortaliter inungi posse, & mulierem in partu deficientem inungi non debere: cum tam ista, quam illi violenter ad mortem infirmentur: imò tantò magis mulier inungi deberet, cum eius infirmitas sit ex defectu nat- uræ, quæ in partu infirmitatem pati solita est. Sed considera, & recognosce, ne dictum Concilium lo-

quatur de mulieribus existentibus in partu sine peri- culo, vt obseruat Bassæus *in Florib. Theolog. verb. Ex- tremæ-Vnctionis Sacramentum n. 4.* non autem defi- cientibus in partu, & constitutis in probabili mortis periculo. Vide Antonium Raguccium *in Lucerna Parochorum, de Sacram. Extrema-Vnctionis, qu. 14. num. 1.* & Michaelen Zanardum *in Direct. Theol. part. 1. de Sacram. Extrema-Vnctionis, cap. 5. §. sexto.*

An si cadat super barbam alicuius Hostia vel fragmentum, sit ipsa barba lauanda? Et quid si Sanguis cadat super barbam Sacerdotis?

RESOLVT. X.

AD Primum negatiuè respondet Tamburinus *Opusc. de Sacrif. Missæ, lib. 2. cap. 8. §. 8. n. 3.* vbi sic ait: Simile quid de illius viri barba dicendum est, si enim fragmentum capere Sacerdos modeste po- test, & sine viri offensione, accipiat; secus, Deo com- mendet. Quòd si potuit accipere, ne deinde sit sol- licitus tentare, vel præcipere prædictæ barbæ lo- tionem; melius enim est vitare turbationem fide- lium, quàm Rubricarum apicem, eiusmodi cautelas præcipientem obseruare. Ita ille. Sed hæc opinio mihi non placet, nec enim Ecclesiæ Rubricæ præci- piunt turbationem Fidelium, sed reuerentiam quam ipsi debent diuinissimo Sacramento; idè puto in tali casu lotionem barbam esse purgandam, & aquam reponendam in piscinam. Sic Doctores citandi.

Sed quid dicendum, si sanguis caderet super bar- bam Sacerdotis? Pater Tamburinus *vbi supra* fuit ni- mis indulgens in barbas sæcularium; sed Bartho- lomæus ab Angelis *Dial. 5. §. 713.* est nimis rigidus in Sacerdotum barba; putat enim in tali Casu bar- bam Sacerdotis post trinam lotionem esse abraden- dam, & comburendam. Mihi placet opinio, quam refert, & sequitur Trullench *de Sacram. lib. 3. capite 8. dub. 23. num. 16.* asserens, in isto casu sufficere, si re- petita lotionem Sacerdos barbam purget. Et hanc sen- tentiam tenet etiam Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 15. num. 301.* vbi sic ait: Addit Bar- tholomæus ab Angelis, barbam Sacerdotis post tri- nam lotionem abradendam, & comburendam esse, quoties Christi Sanguis super barbam Sacerdotis ceciderit. Quod tamen facillè ferent Monachi, qui- bus plerisque familiare est, barbam ad cutem rasita- re; quod & multi alij Clerici Regulares, & sæculares etiam faciunt. Italis verò, & Germanis Sacerdoti- bus Sæcularibus, & non paucis etiam Regularibus, qui more gentis barbicolæ sunt, durum satis in pra- xi videtur, quorum causam tuendam suscepit Bona- cina *supra*: tum quia (inquit ille) non est vsu rece- ptum (quasi verò res esset tam frequens, vt ex vsu, & frequentia possemus sumere argumentum); tum quia Sacerdotes aut obligandi essent ad non defe- rendam barbam (quidni obligentur?) imò ad non nutriendam cæsariem more foeminarum, (quod non pauci faciunt:) aut saltem (inquit ille) aliquan- do cogentur ludibrij notam subire abrasa, & combusta barba. Quamobrem putat Bonacina sufficere, si repetita lotionem barbam purgent, iuxta receptam con- suetudinem. Hucus- que Dicastillus.

* * *

An Missa incepta, possit, superueniente aliquo Principe, iterum inchoari?

RESOLVT. XI.

NEgariuè respondit Tamburinus, *Opusc. de Sacrif. Missæ, lib. 2. cap. 7. §. 8. num. 2.* Ratio est, quia eiusmodi aduentus non affert tantam necessitatem quæ superare possit irreuerentiam interruptionis Missæ; quandoquidem illi cum non suppetat alia Missa, ad integram non audiendam non obligentur. Maximè ergo laudandum est decretum Mediolanense, in quo absolute cauetur, nè quis Missam semel inchoatam reperat: Id quod præxim à Nauarro illatam, nec solido fundamento nixam, meritò corrigat. Ita ille.

Sed sententiam Nauarri, & aliorum satis probabilem esse existimo, quam præter Scortiam, & Laymann, à Tamburino citatos, approbat nouissimè Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 13. num. 253.* ubi sic ait: Quæri ulterius potest, an incepta Missa possit iterum à principio inchoari superuentu alicuius viri Principis, & Illustris superuententis post generalem peccatorum Confessionem, aut post Gloria in excelsis Deo, vel post Epistolam quoque recitaram? Respondetur cum Nauarro, & Azorio *suprà*, & aliis, posse; hæc enim sufficiens videtur iterum Missam inchoandi. Exemplū ponit Azorius in Cardinali, Episcopo, Matchione Comite. Ego quidem non solum dicta Epistola, sed dicto etiam Euangelio fieri posse, puto; imò vsque ad obligationem exclusiuè; est enim eadem ratio de Euangelio, & Symbolo, illaque quasi Antiphona, quæ præcedit Offertorium, & in Missali appellatur, *Ad Offertorium*.

Nota hic obiter, Dicastillum, *ubi supra num. 269.* non approbate id, quod faciunt aliqui Sacerdotes, addendo tempus meditandi, non assignatum in Rubricis Missalis; Sic itaque asserit: Hinc etiam est, quod, cum idem sit de cæremoniis, atque de verbis, siue detrahendis, siue addendis præter assignatas à Pontifice; & inter alias cæremonias, & ritus colendi Deum in Missa numerentur tria illa tempora orandi, aut meditandi; secretissimè scilicet in *Memento* primo pro Diuis, & in *Memento* secundo pro Defunctis: ac tandem tertio post sumptionem Corporis ubi in Canone Missæ dicitur in Rubrica illius, *Quisescit aliquantulum in meditatione Sanctissimi Sacramenti*. Hinc, inquam, est, addere quartam orationem, seu meditationem, & quartum tempus sic quiescendi, & orandi etiam mentaliter, esse nouam quandam cæremoniam; quam tamen addunt aliqui plus nimium deuoti, qui antequam sumant Corpus Christi in Missa per aliquod tempus cum illo in manibus perseverant orantes: quod etiam mentaliter faciunt in illo situ, & habitu Corporis perseverantes; iam addunt aliam similem cultum ei quem postea meditando exhibent ex præscripto Ecclesiæ post sumptionem eiusdem corporis; quod ostendit, illum esse peculiarem cultum ab Ecclesia præscriptum:

Ergo nouum addunt contra Ecclesiæ præscriptum. Idè illos appellauimus plus nimium de-

notos; vnusquisque tamen in suo sensu abundet.

Hæc ille:

Quid facere debeat Sacerdos, qui perficit Sacrificium inceptum ab alio, si dubitet Hostiam fuisse consecratam?

RESOL. XII.

Videtur vnum de duobus posse facere; nimirum aliam Hostiam sumere eamque consecrare simul consecrando sub conditione aliam relictam à Sacerdote, de qua dubitum est an sit consecrata, & vtramque postea sumere: Vel posse nouam Hostiam consecrare; illam verò de qua dubitatur an sit consecrata, sumere post sumptionem vtriusque speciei à se consecratæ antequam sumat purificationem. Ita Siluester *verb. Eucharistia, num. 12.* Tabiena *verb. Missa 30.* Henriquez, *lib. 9. cap. 4. num. 4.* Bartholomæus ab Angelis, *Dial. 5. §. 561. 562. & 569.* cum aliis.

Sed doctus Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 16. n. 311.* docet, in tali casu Sacerdotem frustrà adhibere aliam Hostiam, nec posse. Probatur Primò, quòd frustrà; nam ille secundus Sacerdos solum debet tunc celebrare, vt Sacrificium de quo dubium est an sit inceptum, non maneat inceptum, sed perficiatur; ad hoc autem sufficit, quòd nulla alia Hostia adhibita, illam ipsam Hostiam præcedentis Sacerdotis sub conditione consecræ. Nam vel ille alius Sacerdos consecrauit illam, vel non. Si consecrauit, iste secundus sub conditione proferens verba, illam non consecrat, sed perficit Sacrificium inceptum ab alio; ratione cuius perficiendi (si forè inceptum fuit) iste alius suscipit hoc munus. Si verò ille prior non consecrauit, iste secundus consecrat; vult enim consecrare sub conditione, si alter non consecrauit. Quo casu nullò modo manet Sacrificium aliquo non integrum; iam enim ab hoc posteriori vtriusque speciei consecratio fit. Ad quid ergo est necessaria illa alia Hostia? Probatur Secundò, quòd non possit adhiberi Hostia illa alia. Nam ius, & potestas, quam habet secundus Sacerdos incipiens, non à principio Missæ, sed à consecratione; solum est ius perficiendi Sacrificium alterius, nè scilicet imperfectum maneat, quòd forè inceptum fuit. Si autem ipse per se totam materiam necessariam Sacrificij addat, addendo vnam Hostiam certo non consecratam, & vinum etiam non consecratum; sanè censetur integrè absolute sacrificare, potius quàm alienum Sacrificium perficere. Ad sacrificandum autem integro illo modo; incipiendo à consecratione, cæteris omissis non habet ius nec potest sic certè & indubitatè facere: solum enim debet in dubio quidem integrè sacrificare; nempe, si ille alius non incepit Sacrificium: certè autem sacrificare integrè illo modo nullo iure licet; nam ad euitandum periculum manendi Sacrificium alterius imperfectum, sufficit consecrare sub conditione illam ipsam Hostiam; vt iam probauimus. Quare à principio intrinseco, & rationè ex natura rei petita magis placet hæc, quàm opposita sententia, cui solum defero propter Doctorum illius auctoritatem. Et hæc omnia docet Dicastillus *loco citato*. Vide etiam Præpositum *in part. quest. 83. art. 6. num. 192.* qui docet in tali casu, Sacerdotem debere tantum consecrare Hostiam sub conditione: quod etiam tenet Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 8. artic. 32. num. 15.*

Quidam

Quidam Sacerdos consecrauit sanguinem, non consecrata Hostia; postea panis uentus ductus uult illam consecrare: queritur, an debeat consecrare etiam aliud uinum?

RESOL. XIII.

Qvæstio procedit, etiam si Sacerdos v. g. post consecrationem utriusque speciei aduertat Hostiam non esse ex legitima materia, sed ex hordeo an inquam in tali casu sit repetenda consecratio utriusque speciei? Sapientissimus Pater Suarez, *disp. 86. sect. 1. §. Atque ex his*: magis propendet, ut fiat consecratio utriusque speciei, eò quòd ordo Consecrationum videatur Sacrificio essentialis, qui non seruetur, si in eo casu non consecraretur uinum de nouo. Et hanc sententiam tenet Nugnus *in 3. part. tom. 1. quest. 83. art. 6. dub. 2. post concl. 1. & Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 8. difficul. 3. nu. 3. ubi* sic ait: Si el Sacerdote antes de la consagracion aduertte, que la hostia estava corrupta, ò no era de trigo, quitada aquella, tome otra, y la ponga en su lugar, y la ofrezca por lo menos mentalmente, y prosiga del lugar donde dexò segun el Missal Romano, mas si lo aduertiesse despues de consagrada, ò auriendola recibido, tome otra, y haga la ofrenda, como queda dicho, y comience la consagracion desde las palabras, *Qui pridie quam pateretur*; y tome la primera despues de auer recebido la sangre, ò de la òtro que la reciba, ò la guarde con reuerencia. Y no haze al caso si tomò ya la primera, que no està ayuno, para recibir la segunda, porque es de mayor importancia la perfeccion del Sacrificio, que recebide ayuno. Mas si aduertio en ello, despues de auer recebido la sangre, ha de poner de nueuo pan, y uino con agua, y ofrezcerlo, y consagrar, comenzando desde las palabras *Qui pridie* y luego tomar ambas las especies, y proseguir la Missa: lo qual se haze, porque el Sacrificio no queda imperfecto, y se guarde el orden deuido.

Verùm ego magis adhæreo contrariæ sententiæ, quam tueretur Dicastillus, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 95. num. 293.* Gaspar Hurtadus, *de Sacrificio Missæ, disp. 4. diffic. 13.* ubi sic ait: Si fortè, aut malitia Sacerdotis, aut quia panis non fuit triticus, & tempore Consecrationis non fuit agnitus, non consecratur Hostia, sed tantum uinum; postea consecranda est hostia, ut essentialiter perficiatur sacrificium, & non est necessarium postea iterum aliud uinum post Hostiam consecrare, quia ad perfectionem essentialem Sacrificij non est necessarium, quòd prius consecratur Hostia, quam uinum, nam consecratione utriusque, quocumque ordine facta, maeratur mysticè homo Christus separatione mystica Corporis, & Sanguinis inter se ui uerborum consecrationis facta. Ità ille; cui adde ex eadem Societate Ioannem Præpositum *in 3. par. quest. 83. art. 6. num. 192.* & Moscosum, *in Summa, tract. 5. cap. 6. num. 4.* sic asserentem: Si antes de la consagracion del Caliz, se conocieffe, que la Hostia es de ceuada, ò està corrompida, aunque sea de trigo, haze de poner otra de pan de trigo, y no la auiendo, ha de cessar la Missa; y si esto se entendiesse despues de la consagracion del uino, que se ponga otra Hostia, y se consagre sola, sin boluer à consagrar otro uino, porque el orden no es de esencia, ni tan necessario, que en semejante caso no se cumple sin el. Idem etiam docet Garcias *in Summa, tract. 3. diffic. 9. dub. 2. punct. 4. nu. 38.* Vide etiam

Ludouicum à San Iuan, *de Sacram. Euchar. quest. 7. art. 16. diffic. 8.*

Nec obstat dicere, quòd ex hac opinione sequeretur, quòd, quo casu defectus fuerit in utraque materia, & usque post consecrationem aduertatur; non sit necessariò supplendus: responderet Præpositus ità esse, si rationem Sacrificij spectemus, & obligationem ortam ex iure diuino ad perficiendum Sacrificium, quia nullum fuit Sacrificium etiam inchoatum: ergo nulla est obligatio ex iure diuino illud perficiendi: immò, si sumpta sit Hostia non consecrata; uideri possit Sacerdotem non posse consecrare, & sumere; quia non est ieiunus, & proindè communicare non potest. Aliquorum tamen sententia poterit, quia si, Sacerdos existens in Altari recorderetur, se non esse ieiunum; potest pergere, licet id aduertat ante consecrationem. Quòd si nec Hostiam nec Uinum sumserit; debet aliam materiam accipere, consecrare & consecratam sumere; quia saltem lege Ecclesiastica Sacerdos existens in Altari, non debet communitè discedere, nisi sacrificauerit, & per consequens tenetur adhibere ea, quæ sunt necessaria ad sacrificandum. Undè in his circumstantiis potest accipere nouam materiam, consecrare, & sumere; potestque preces, & ritus antea adhibitos omittere, si sit periculum scandali.

Norandum est etiam hic cum Suarez *ubi supra, disp. 83. sect. 1. §. Secundò etiam*; quòd doctrina superior adducta procedit quando defectus accidit in consecratione unius tantum speciei, & altera fuit ritè consecrata: nam si defectus in utriusque consecratione accidisset, & panis, aut uinum sumptum iam esset; non deberet in alia materia consecratio suppleri: quia tunc reuera non fuit factum, nec perfectum, nec imperfectum Sacrificium, sed totum fuit fictum; & idèd tunc non obligat præceptum de ingerendo, seu perficiendo Sacrificio; & alioqui obligat præceptum non conficiendi, vel sumendi hoc Sacramentum post cibum & potum: ergo tunc hoc præceptum seruandum est, & idèd aliter iudicandum est de tempore ante sumptionem, quando nondum fractum est ieiunium: nam tunc, si fortasse ex defectu intentionis, vel formæ neutram speciem consecrauit; tenebitur secretè iterare, & consecrare antequam sumat, & quàm primùm possit, non ex ui præcepti perficiendi Sacrificium substantialiter inchoatum; quia hoc reuera nondum obligat, sed ex utroque præcepti non fingendi aliquid falsum in hoc ministerio, & consequenter non perseuerandi in inchoata fitione, nec sumendi potum, & cibum per modum Sacramenti, quod uerum Sacramentum non est, nec dandi aliis occasionem adorandi merum panem, & uinum.

Sed si aliquis Curiosus inquirat, An iuxta Sententiam horum Auctorum inueniatur ratio Sacrificij, si prius consecratur uinum, deinde panis? Suppono graue committi Sacrilegium, si consecratio hoc modo fiat. Responderetur tamen, eo casu Sacrificium uideri perfectum, quia nostrum Sacrificium incruentum solum requirit, ut mysticè repræsentetur uictima sine sanguine; seu ut repræsentetur corpus & sanguinem separari; quod fit in fine totius consecrationis, quæcumque partialis consecratio prior ponatur.

Petes secundò, Utrum si post consecratum panem Sacerdoti immineret uirgè periculum; teneretur uinum consecrare? Responderetur, Casum ægrè poni posse, quia uini consecratio, citissimè potest perfici,

fici, & citissime species consecratae sumi possunt: si tamen casus ponatur, probabile est non teneri; neque eo casu tam censetur voluntarie offerre iam imperfectum Sacrificium, quam relinquere inchoatum imperfectum, quod ob apertum vitæ discrimen videtur licitum; in ea circumstantia nulla censetur Deo irrogari iniuria à Sacerdote. Nec obstat, quod Sacrificium remaneat imperfectum; quia Sacerdos à illam imperfectionem solum permissivè se habet. Et hæc omnia docet idem Præpositus *vbi supra, artic. 1. dub. 8. num. 57.*

An Sacerdos, qui per errorem consecrauit solam panem, si non possit postea absque vini nota, & populi perturbatione consecrare Sanguinem, sit ei licitum in Sacrificio pergere sine vini consecratione?

R E S O L V T. XIV.

Negativam sententiam docet Cornejo, in 3. par. tract. 4. quest. 74. disp. 2. dub. 2. numero 1. & 2. ubi ait, quod etiam si scandalum sequatur adhuc non licet relinquere Sacramentum imperfectum; tum, quia illud scandalum non esset datum, sed acceptum; neque esset scandalum pusillorum, sed Pharisæorum: ac proinde non debet Sacerdos, propter illud vitandum, à consecratione Calicis abstinere. Et idè optimè aduertit Ioannes Præpositus, in 3. par. quest. 83. art. 1. dub. 8. num. 56. in his casibus posse facile occurrere astantium, & populi scandalo, si de veritate doceantur: quia præmissa monitione, si perseveret offensio; potest censerè scandalum acceptum non datum. Adde, quod si huiusmodi licentia concedatur, Sacerdos plurimis eventibus poterit iudicare, se posse consecrare panem sine vino: quod eedet in gravem huius Sacramenti irreuerentiam. Sacerdos tamen excusabitur à peccato, si propter inconsiderationem naturalem, vel perturbationem, Sacrificium in simili euentu non perficiat; quod & de similibus euentibus dicendum, & est diligenter notandum; quia huiusmodi perturbatio etiam viris doctis accidit, qui non statim accusandi sunt peccati mortalis, si sumpta hostia aduerterint vinum non fuisse in Calice, neque tamen vino accepto de novo consecrarint. Vide D. Thomam in 3. par. quest. 83. art. 6. ad 5. & ibi Nugnum dub. 2. §. Respondetur, quod si forte

At his non obstantibus, ad dubium propositum Hurtadus de Sacrificio Missæ, dist. 4. diff. 13. sic ait.
 „ Si Sacerdos post consecrationem antequàm finiat
 „ tur Officium, cognoscat defectum consecrationis
 „ vini, quia loco vini fuit apposita aqua, aut acertum,
 „ aut alia materia insufficientis; si nequeat absque timore
 „ prudenti grauis moræ sui aut grauis perturbationis
 „ astantium, consecrare Sanguinem; non tenetur eum
 „ consecrare, sed potest absque illius consecratione
 „ Missam finire; quia præceptum affirmativum perficiendi
 „ essentialiter Sacrificium, quamuis sit Diuinum, non
 „ obligat cum timore prudente tanti damni; Si verò non sit
 „ prædictus timor, perficiendum est essentialiter
 „ Sacrificium, consecrando Sanguinem, vt patet, & non
 „ consecrando aliam Hostiam, quandò agnoscitur defectus
 „ consecrationis vini ante sumptionem Hostiæ consecratæ:
 „ in quo Doctores conueniunt. Ità ille. Et idè Adrianus
 „ in 4. quest. 6. de Euchar. quæ incipit, *Viso de impedimento.*
 „ §. Pro responsione, & Maior in 4. dist. 9. quest. 3. §. Tertiò
 „ arguitur, asserunt, si Sacerdos per

errorem solum panem consecrauit, qui vinum sine magna offensione astantis populi consecrare nequeat, vt quia mittendus est per mediam plebem aliquis, qui vinum ferat, posse eum in Sacrificio pergere sine vini consecratione. Quod etiam censet probabile Azorius, tom. 1. lib. 10. cap. 19. quest. 3. §. Maior. Et hanc sententiam docet etiam Fagundes, Præcept. 1. lib. 3. cap. 5. num. 10. Marchinus, de Sacram. Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 1. num. 16. & alij, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 5. quest. 24.

An si Sacerdos moriatur post sumptas species panis; debeat alius Sacerdos perficere Sacrificium, & sumere tantum species Sanguinis?

R E S O L V T. XV.

Prima opinio affirmat, in tali casu non esse Sacrificium absolendum. Et idè Henriquez, lib. 9. cap. 40. num. 3. sic ait: Si Sacerdos post consumptam Hostiam deficiat relicto Sanguine, iam perfecta videtur substantia Sacrificij, & cum effectu etiam in his, pro quibus offertur: sumptio enim Sanguinis non confert nouum gratiæ gradum: Calix verò relictus debet ab altero Sacerdote, integrè sub vtraque specie celebrante, consumi: & perindè est sumere Sanguinem vtriusque Calicis, ac sumere plures Hostias. Asserunt itaque Doctores in tali casu non esse necessarium perfici Sacrificium ab alio, quia in vna sola specie saluatur essentia Sacrificij, maximè in sumptione vnus tantum, quidquid sit de Consecratione vtriusque: cumque iam vtriusque speciei consecratio præcesserit, videtur iam essentialiter perfectum Sacrificium. Quod autem super sit sumendus Sanguis, non obest; potest enim ille sumi ab alio Sacerdote in alia Missa, sicuti solet sumi materia panis consecrati in alia Missa. Et hanc opinionem tenet Bonacina,

Secunda opinio ait: Quòd perficiendum est Sacrificium, & Sacerdos in tali casu, qui Sacrum morientis post sumptionem Hostiæ abiit, potest absque noua consecratione panis, & vini, solum Sanguinem iam consecratum accipere. Et hanc opinionem adducit Franciscus Nigro in Addit. ad Cærem. Ruyz, part. 7. §. 9. num. 8. & ait esse tutam in Praxi.

Tertia opinio est D. Thomæ, in 3. par. quest. 83. art. 6. ad 4. qui tenet, quòd Sacerdos in tali casu debet panem nouum, & nouum vinum consecrare, & sumere vnà cum Sanguine, qui non fuit sumptus à defuncto celebrante. Et hanc opinionem veriozem putat Nigro *vbi supra.*

Quarta opinio putat, in tali casu Sacerdotem non posse sumere solas species Sanguinis, vt vult secunda opinio, nec debere consecrare nouum vinum, vt vult Tertia opinio; sed tantum consecrare nouum Corpus, & sumere illud cum speciebus vini iam consecrati à primo Sacerdote. Ità obseruat Henriquez, qui semper paucis verbis sapientissime multa complectitur: nam postquàm dixisset verba à nobis *vbi supra* allata; statim subdit: Quòd si malit perficere eam Missam, non licet ei sumere solum Sanguinem relictum; & perficere Missam cum sequentibus Orationibus: nam sic celebrans, quamuis suppleat vicem alterius deficientis; debet sumere, vtramque speciem, vt patet in alijs casibus. Quiddam eo casu (si haberi possit vinum) putant præceptum

prum esse, ut qui in Sacrificio sumit, consecret utramque speciem, propter mysterium significationis. At satis est, ut primo deficiente post unam speciem consecratam, alter Missam perfecturus, consecret alteram, & sumat utramque, ut dictum est; quia uterque se habet, ut unus Minister partialiter concurrens ad unum Sacrificium. Ita Henriquez.

Verum ego ex his opinionibus secundam approbo, & illi adhæreo, quam nouissimè docet sapientissimus, & amicissimus Pater Dicastillus, de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 4. dub. 16. num. 109. Dico itaque quòd quamuis concedam substantiam Sacrificij esse, quantum ad essentiam, perfectam in Consecratione; adhuc ad consummationem Sacrificij pertinet sumptio; adestque præceptum sumendi id, quod in Sacrificio oblarum est. Idèd probabilius puto, Missam illam esse perficiendam ab alio Sacerdote, sumendo solùm Sanguinem.

Anqui in peccato mortali existens, celebravit in die Parasceues, sine praua confessione, teneatur quàm primùm confiteri ex præcepto Concilij Tridentini, sess. 13. cap. 7.

R E S O L V T. XVI.

Affirmatiuam sententiam sæpiùs docui: sed nouissimè Dicastillus, de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. dub. 9. num. 157. huic sententiæ, me citato assentitur, non tanquam omninò certæ doctrinæ, sed tanquam probabili. Neque (ait ipse) video satis firmum fundamentum; Nam, quod dicunt, illam non esse Communionem laicam, cui fundamento niritur Diana; verum est, idèd probabilem vido sententiam. Sed adhuc posse responderi, non esse omninò Sacerdotalem: Nam Sacerdotalis illa est, qua Sacerdos ex consecratis tunc à se reficitur, ità ut Communionis Sacerdotalis sit consummatio Sacrificij ab ipso facti: quod Sacrificium illa die non fit, sed ex præconsecratis (etiam ab alio) præcedenti die fit tota illa solemnitas. Vndè, sicut ipse Lugo, n. 150. dixit, casum celebrantis non præmissa confessione ex mera malitia, non comprehendit in hoc præcepto; quia non debemus in præceptis positivis argumentari ab vno casu ad alium, præsertim quando est maior ratio in vno, quàm in alio; sic etiam hinc non debemus argumentari à celebratione Missæ ad illam, quæ non est Missæ celebratio. sed communio sine Sacrificio, in qua non est tanta ratio sic præcipiendi, sicut in illa, quæ est verè confectio Sacrificij. Vndè, sicut ipse Lugo, & cæteri communiter, reiciimus Vazquium dicentem, esse obligationem, si festum incidat in Parasceuem, audiendi illam celebritatem, quia succedit loco Missæ: quod vido vel maximè reiciimus, quia non sufficit hoc, ut ab vna materia in aliam transferamus præceptum: ità in præsentis casu posset quis respondere, non sufficeret, quòd illa sit actio Sacerdotalis, & Communionis non merè Laicæ; ut præceptum etiam ad illum casum se extendat. Quod vero ait Lugo, etiam illa die dici Sacerdotem celebrare, ut passim habetur in Rubricis Missalis; parum vrget, Vox etiam celebrare, & celebrari, etiam Vesperis solet accommodari. Sic Gregorius magnus, & alij notant, in Ecclesia non solùm veteris legis, sed etiam nouæ Festa celebrari à Vespera in Vesperam; imò nomen celebritatis actioni publicæ, & cum so-

lemnitate solet accommodari. Vndè non vido, eam sententiam ità firmo niti fundamento, ut certò ausim affirmare, teneri sub mortali, quàm primùm confiteri eum, qui sic in illa die celebravit; licet existimem probabilius esse, teneri. Hucusque Dicastillus. Sed ego puto, non esse recedendum à communi sententiæ affirmatiua.

Nota etiam hinc obiter Primò, me olim etiam docuisse, quòd in dicto præcepto Concilij Tridentini comprehenditur ille Sacerdos, qui Sacrificium alterius Sacerdotis deficientis post Consecrationem consummat, & complet, quia tunc verè dicitur celebrare, saltem partialiter, & non accipere Communionem more Laicorum, & moraliter gerere unam quasi personam, & unum Ministrum Christi cum altero Sacerdote deficiente, in cuius locum sufficitur, ut sit Minister Sacrificantis præcipui, qui est Christus. Verum Dicastillus ubi supra me citato, numero 159. putat hæc non ità convincere, ut non possint ex probabilibus principiis eludi; maximè, cum agamus de obligatione præcepti positivi affirmatiui, in cuius obiecto, & materia, si aliquid deficiat ab eo, quod ordinario, & communi modo solet contingere, facilè est inuenire euasione.

Nota secundò, me olim etiam docuisse præceptum Concilij quam primùm confitendi, non obligare sub mortali, nisi vltra triduum: sed Cardinalis de Lugo, de Euchar. disp. 14. n. 161. inuehitur contrà me hoc asserentem. Verum præter alios; quos adduxi in par. 9. tract. 3. ref. 23. in mei fauorem nouissimè dictus Pater Dicastillus, ubi supra n. 165. & seqq. me citato, nostram sententiam sequitur, ac confirmat, & doctè, ut semper solet me defendit acriter ab omnibus impugnationibus, quas contrà sententiam nostram adduxerat dictus Eminentissimus Cardinalis de Lugo. Vide illum, & non pigebit. Vide etiam in mei defensionem Bossium in Moral. tom. 2. tit. 3. §. 21. num. 208.

Sed si aliquis querat, an stando in mea sententia, qui intrà triduum non confiteretur pro adimplendo dicto præcepto Concilij, an saltem peccet venialiter pro illa mora? Affirmatiuè videtur respondere Cardinalis Lugo, ut obseruat Dicastillus, num. 166. Sed ipse existimat nec leuiter peccare præcisè ex vi præcepti; quia tota vis sita est in hoc, quòd quandò non agitur de alio incommodo, quàm de mora, & dilatione per illas dictiones, *quam primùm, statim &c.* iura, & leges tantùm significant triduum; ita ut quantum ad sensum, & moralem interpretationem idem dicere *quam primùm, statim, illico, &c.* atque dicere, intrà triduum, ità ut vna vox sit interpretatio alterius. Sic enim leges vna per alteram interpretantur, *leg. fin. Cod. de errore Aduocatorum.* ibi: *in continenti*, id est, *triduo*, & *leg. fin. Cod. de Indiciis.* ibi: *illico autem*, id est, *intrà triduum*. Sicut ergo, si præceptum, aut lex mandaret expressis verbis aliquid fieri intrà triduum: nemo posset, dicere, leuiter contrà legem agere eum, qui differret actionem mandatam vsque in tertiam diem, & in fine illius integrè præstaret officium: ita nec peccabit leuiter, quandò dicit *statim*, quamprimùm, &c. quia ut supponimus idem in hac materia significant. Tota data doctrina videtur fundari in eo, quòd cum leges, & Superiores nihil aliud explicant, vel res ipsa manifestè non postulet maiorum celeritatem; non videntur quasi instantaneam, & mathematicam celeritatem postulare, sed benigne sunt interpretanda mandata iuxrà mœurs hominum, & aliarum legum, in qui

in quibus per eas voces non maior celeritas postulatur.

Et tandem nota hic casum curiosum, posse videlicet aliquandò aliquem excommunicatum urgente necessitate sacrificandi, vel communicandi, celebrare, vel Eucharistiam sumere absque prœvia confessione, vel contritione; v.g. Petrus mandat Ioanni percutere, aut occidere procul absentem Franciscum Sacerdotem: iuit Ioannes executurus mandatum: interim dum is pergit, Petrus pœnitentia ductus omnem adhibet diligentiam reuocandi Ioannem; sed irritò conatu, quia iam ille perrexit nimis procul: sed ante quàm eo veniat, vbi possit Franciscum percutere, Petrus attritus confitetur, certus quòd, cum nondùm peruenerit Ioannes ad locum, non executus fuerit mandatum; atque aded, quòd nondùm ipse Petrus incurreret excommunicationem (quæ, vt suppono, non incurritur ante consummatum opus.) Ecce iam Petrus ab omni culpa mundatus in puncto, quo Ioannes exequitur, incurrit excommunicationem existens in gratia. In hoc casu dico, quòd, si vrgeat necessitas communicandi; & non sit qui possit Petrum absoluerè à censura, potest non obstante censura, communicare, nulla prœmissa confessione (etiãsi adsit Confessarius, qui possit à peccatis absoluerè, sed non à censura) atque etiã absque vlla contritione, quam teneatur habere post incursum censuram. Quòd facile est probare. Nam ad confessionem non tenetur, quia iam fuit legitime confessus ante incursum censuram: ad contritionem verò non, quia est in gratia per eam confessionem, & non ampliùs peccauit, vt supponimus, quem statum gratiæ non sustulit incursum censuræ: ergo ex nullo capite tenetur confiteri aut conteri. Adde, quòd nec possit confiteri, donec absoluetur à censura, quia nulla est necessitas confessionis, nec ratione communionis, nec ex alio capite: imò, si adesset qui posset absoluerè à censura; sola ea absolutio absque alia sacramentali satis esset, vt videtur notum positis prœdictis circumstantiis. Et hæc omnia docet Dicastillus, *vbi supra num. 8. dub. 130.* quæ secundum eius mentem dicta esse volo, & in gratiam curiosorum; est enim vir doctissimus, & acuti ingenij.

An dubius si sit hora duodecima noctis comedat, possit mane communicare; vel si sit dubius si comederit post mediam noctem?

R E S O L. XVII.

Resolutio hæc erit, vt reor, Lectoribus satis curiosa. Et negatiuam sententiam tenet cum multis Pater Franciscus Lugo *in Discursu Prævio ad Theologiam moralem; par. 1. cap. 2. quest. 30. n. 176.* cui adde Doctissimum Ouiedum *in præf. 2. D. Thome, tract. 5. contr. 4. punct. 7. num. 44. & 45.* Probatur Primò; quia præceptum communicandi ieiunè semper obligat. Ergo cum accedis ad Eucharistiam dubitans an sis ieiunus, dubitas an violes præceptum communicandi ieiunè. Cumque nulla sit pro tua libertate professio, quæ tale præceptum antecedat, sequitur in dubio pro præcepto iudicandum esse. Probatur Secundò: nam qui dubitat an sit ieiunus, dubitat an sit dignus. Ergo ne manducet indignè, probare debet se ieiunum esse. Probatur Tertio: nam vnusquisque probare debet fundamentum suæ intentionis, aliàs succumberet, *leg. Et*

qui dicit. ff. de Probationib. leg. Actor, quod asseruerit, Cod. eodem, leg. Qui accusare. Cod. de edendis, et adixque. Decius, consil. 564. num. 1. & multis relatis, Mascardus de Probationibus, verb. Qualis conclus. 1253. num. 3. & 4. Sed fundamentum exigentis Eucharistiam est esse ieiunum; Ergo dum non probat hoc fundamentum certus de ieiunio, petit immerito Communionem.

Sed Eminentiſſimus Cardinalis Lugo, *de Euchar. disp. 15. sect. 2. n. 42.* circa dubia supradicta, sic ait: Ego media via procederem; inuenio enim magnum discrimen inter illa duo Dubia: & sicut non est restringendum hoc ieiunium, & præceptum, quando dubitamus, an aliquid traiecimur, vel non; sic non est danda nimia licentia comedendi & bibendi, quoties nocte aliquis euigilat, & postea manè communicandi hoc prætextu, quòd numquam scierit quota esset hora, atque ided dubius sit an post mediam noctem cibum, vel potum sumpserit: quòd certè contrà praxim, & mentem Fidelium aperte est: fateri ergo debemus, eum qui mane communicare vult, debere positivè scire saltem probabiliter, se non post, sed omninò ante mediam noctem comedisſe, aut bibisse. Ità Cardinalis Lugo.

Verùm (ò varia hominum iudicia) totum contrarium tenet doctissimus Arriaga *in Cursu Theol. tom. 3. disp. 25. sect. 5. n. 54.* ità enim asserit: Si quis vesperi dubitans an sit audita duodecima comedat, verùm possit die sequenti communicare? Negat benè Pater Sanchez, *suprà, n. 40.* quia tunc nulla possessio stat pro libertate; non enim fuerat antea in potestate communicandi; quin potius possessio est ex parte præcepti, quia certum est esse præceptum de non communicando nisi sim ieiunus; per dubium autem ieiunium non liberor ab eo præcepto certo. Aliud tamen video ego circa eundem casum dubitum, an si quis vesperi, reputans vt omninò certum esse ante duodecimam noctis, comedat, postea verò mane incipiat dubitare, an post mediam noctem comederit, eo quòd videatur sibi nimis exiguum tempus elapsum à comestione vsque ad eam horam, quòd que sufficere non possit ad explendas eas sex, aut quinque horas à media nocte ad tempus quo dubium incipit; an, inquam, in tali casu possit communicare? Respondeo consequenter ad doctrinam traditam, omninò posse; nam ille fuit in possessione ieiunij vsque ad dubium subortum; per dubium autem nemo extrahitur à possessione bonæ fidei; hinc constat differentia inter istum & præcedentem casum: nam in præcedenti nunquam fuit homo in possessione ieiunij, cum dum comedit incœperit dubitare an esset post duodecimam, & consequenter an violaret illius diei ieiunium: at in secundo casu incœpit à possessione ieiunij, & postea primò dubitauit. Hucusque Arriaga.

His tamen non obstantibus, ego non recedo à sententia, quam olim docui. Puto igitur in supradictis casibus; non solùm quando dubium est de tempore, sed etiam quando dubium est de comestione, licitum esse manè sacram Eucharistiam sumere. Et ità nostram sententiam me citato defendit latè Pater Dicastillus, *de Sacramentis. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 17. quest. 4. num. 297.* cuius verba accipe. Concludo non esse locum sententiæ Lugonis, quæ media est inter cœterorum Auctorum sententias, inter quas prima mihi placeat, quæ in casu dubij putat licere, siue dubium sit comestionis, & potationis, siue temporis modo prædicto; & præter dicta impugnando hanc mediam sententiam, alia suppetunt in illius primæ probatio

probationem, & dictorum confirmationem, quæ iam subiticio.

Nota primò ius ad aliquid certo tempore agendum, vel recipiendum, &c. posse acquiri, & haberi multo tempore ante illud, ita vt quamuis ego non habeam hodie, v.g. ius agendi, vel recipiendi hodie, sed agendi, vel recipiendi cras; hodie nihilominus possum habere illud ius pro crastina die. Sic Beneficiarius, v.g. hodie habet ius percipiendi in postero statim temporibus fructus annuos. Hinc est, vt censetur possidere ius. Hac ergo ratione potest intelligi, quod hodie quis habeat acquisitum ius petendi, & accipiendi cras Sacramentum communionis, aut celebrandi. Sic Parochianus hodie ius habet petendi, & accipiendi Sacramentum cras à suo parcho, si non sit legitimum impedimentum: sic Sacerdos legitime promotus habet hodie ius celebrandi singulis diebus, si non sit legitimum impedimentum.

Nota Secundò cum meliori sententia, non solum in materia strictæ, & propriæ iustitiæ, sed in aliis materiis esse meliorem conditionem possidentis; quando superuenit dubium, vt in variis locis explico, & videri potest Sanchez, *lib. 2. de Matrim. disp. 42. num. 31. & lib. 1. in Decalogum, cap. 10. num. 11. in fine.* Ioannes Sanchez in *Selectis*, cum pluribus aliis apud ipsos, atque in vniuersum quorquor generaliter docent in dubio legis, aut voti nullam esse obligationem, tenentur id ipsum sentire. Quæ doctrina factis communis est. Hinc est, si semel supponamus possessionem iuris, de quo proximè dicebamus in præcedenti notatione, etiam si superueniat dubium, quod facta diligentia pelli non possit; possidentem posse pergere, & iure suo, perindè atque si non superuenisset dubium. Alioquin inter cætera inconuenientia sequeretur, quod tantum posse dubia causa, atque causa certa; nam certa causa quæ so amplius efficeret, quàm impedire effectum? hoc autem etiam dubia causa facit in sententia prædicta, nostræ contraria.

Ex his facile est probare nostram sententiam, quia in nostro casu ex parte comunicaturi supponitur ius acquisitum comunicandi singulis diebus, in quibus non sit impedimentum iuxta dicta in prima notatione. Hoc autem ius hodie possidet pro omnibus sequentibus diebus, quæ possessio est, & durat tota vita: Ergo, vt hoc iure, quod possidet, non possit vti; necesse est superueniat aliquod impedimentum certum; nam iuxta dicta in secunda notatione solum impedimentum dubium non est satis. Atqui in nostro casu, siue dubium sit de comestione, siue de hora comestionis, est impedimentum dubium; possessio verò iuris ad comunicandum præsupponitur certa. Ergo non potest illi obstare impedimentum illud dubium. Hoc totum amplius declaratur ex solutione argumentorum secundæ sententiæ. Et hæc omnia asserit Dicastillus, loco citato, qui postea respondet ad argumenta, quæ adducuntur contra nostram sententiam; quam præter ipsum, Laymann, & Sancium à me alibi abductos, amplexi sunt me nominatim citato, doctissimus, & amicissimus Ioannes Caramuel nunc meritò Episcopus Missionis, & Suffraganeus Moguntinus in *Theol. moral. lib. 3. cap. 1. disp. 1. num. 1353.* & me citato Bossius in *Mor. tom. 1. par. 2. tit. 1. §. 46. num. 1712.* & me citato Leandrus, de *Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 5. q. 5.* & me citato Pasqualigus in *Praxi de Ieiun. decis. 445. & 446.* & me citato tanquam probabilem nostram sententiam admittit Trullench, de *Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 5. num. 24.* & me etiam citato Tamburinus *Anton. Diana, Pars X.*

Opusc. de Communionem cap. 2. §. 7. num. 29. Dicendum est itaque (siue dubium sit supra tempus, siue sit supra comestionem) posse quemlibet manè sumere Eucharistiam. Sed circa dubia proposita, præter Doctores citatos vide Spinolam *Opus. de Electione, disp. ult. sect. 7.* & me citato Auerlam de *Sacram. Euchar. quest. 8. sect. 8.*

An privilegia à Pontificibus concessa ut absolvamur à casibus reservatis Episcopo, intelligantur independentè ab ipso Episcopo?

RESOL. XVII.

Negatiuam sententiam (attendas quæso amice Lector) tenet Ioannes Paulus Donatus, Theologus Carmelitanus, in *tract. de casibus Sedi Apostolica reservatis.* Et quia Codex difficulter inuenitur: est enim Typis impressum Augustæ Taurinorū, anno 1581. idè per extensum eius verba hinc non grauoabor apponere. Sic itaque ait: Episcoporum electio atque adeo obligatio ad sua exercenda munera est de iure Diuino. Sed Episcoporum electionem esse de iure Diuino, potest intelligi dupliciter, nempe in genere, quod scilicet singulis Ecclesiis secundum Ecclesiasticam diuisionem sint Episcopi applicandi. Alio modo in speciali, puta quod hic Petrus, & alibi Paulus præsideat. Primò vtique modo Episcoporum electio est de iure Diuino; nam à Christo iussum est Episcopo esse: at secundo modo est de iure positiuo; sic enim à Papæ electione pendet, quod hinc Petrus, & alibi Paulus sint Episcopi. Cum igitur Episcoporum electio in genere, & Episcoporum functiones sint formaliter de iure Diuino; consequens sit casuum reservationem esse de iure Diuino, vnde & Concilium Tridentinum, *sess. 14. cap. 7.* dixit: Pontificibus Maximis, & Episcopis auctoritate illis tradita in sibi subditos Sacerdotes conuenire sibi reservare peccata quædam grania & enormia. Sed quæ Episcopis conueniunt de iure Diuino, à Papa tolli non possunt: ergo fieri non potest, vt Pontifex Romanus concedat, vt quoties in peccata Episcopis reservata, vel etiam Sedi Apostolicæ inciderimus, toties inconsulto Episcopo absolui possimus. Quod si rogas, cur ergo à Summo conceduntur Pontifici Confessariis huiusmodi facultates de absoluendo toties quoties in casus reservatos incidimus? Dicerem, id fieri posse de plenitudine potestatis in eo sensu, in quo à Summo conceduntur Pontifici. Nunquam enim Summus Pontifex suo Diplomate munera, & functiones Episcopis conuenientia de iure Diuino, inter quæ est sibi reservare Casus, auferte intendit: sunt ergo huiusmodi concessionem intelligendæ secundum ius commune, nempe quod sicuti absolutus à reservatis casibus, si post periculum reseruatori quàm primùm se non præsentauerit, in eisdem censuras, in quibus erat prius, incidit, vt habetur in *cap. Eos qui in 6. de sentent. excommunic. & in cap. Si quis suadente Diabolo. de Pœnis in Clement.* Ità Summus Pontifex in his Diplomataribus, quibus concedit Confratribus, & aliis, vt absolui possint à casibus reservatis, intelligi debet ad effectum solummodò consequendi Indulgentias pro tempore scilicet illo; nisi tamen tempore debito Reseruatori casuum se præsentauerint, in eisdem incidunt censuras: non particula de se præsentando Reseruatori casuum intelligitur in omnibus; in quibus sit mentio de reservatis casibus;

N bus;

bus; quia est particula in iure expressa; & in speciali non exprimitur, nisi ad tollendam ignorantiam iuris; ut habetur in *cap. Si quis suadente Diabolo*, de *Pœnis in Clement.* Sensus ergo Diplomatis est, quod ut facilius Indulgentias consequi possimus, si in diebus, in quibus huiusmodi relaxationes, dantur, facile Superiorem adire non possumus; concedit Summus Pontifex, ut à reseruatibus casibus absolui possimus; tenemur tamen de iure communi Superiori nos presentare. Verum quia præceptum de confitendo est affirmatiuum & non obligat statim, ut affirmat D. Thomas 4. *Sentent. distinct. 17. quest. 3. art. 1. q. 3.* sic consequens, quod qui habet casus reseruatos, illos confiteri non teneatur, nisi tempore debito, nimirum vel ubi obliuioni imminet periculum, vel in articulo mortis, vel tempore Paschæ, ut præcipitur in *cap. Omnis, utriusque sexus. de Pœnit. & remission.* Ut ergo non tenemur singulari aliquo præcepto nisi in præfatis confiteri temporibus; ita etiam Superiorem adire non tenemur, pro ab illo impetranda à reseruatibus casibus absolutione, nisi in præfatis temporibus. Volentibus ergo huiusmodi Indulgentias suscipere, concedit Summus Pontifex, non obstante, quod facile Superiorem nunc adire possumus; si tamen in presentiarum eum pro obtinenda absolutione à casibus reseruatibus adire uoluimus, dummodò in tempore debito id facere intendamus, ut absolui possimus à casibus reseruatibus: nam alioquin, nisi ita intelligeret Summus Pontifex, in ius Diuinum poneret falce, & Episcopos iure illo Diuino sibi reseruandi casus priuaret. Hucusque Magister Donatus.

Sed eius sententiam protus reiiciendam esse putato; est enim contra Pontificis auctoritatem, & contra communem usum, & Praxim: nam videmus Pontifices aliquandò concessisse Regularibus Priuilegia ut possint absolueri à casibus Episcopo reseruatibus, & hoc independenter ab ipsis: sicut & hodie independenter ab Episcopis absoluntur omnes à casibus Episcopalis, qui gaudent priuilegio Bullæ Cruciatæ. Negandum est itaque Patri Donato, ius reseruandi casus pertinere ad Episcopos de iure Diuino. Nam hanc potestatem illis esse concessam à Summo Pontifice, rectè docet Nauarrus in *Man. cap. 27. numero 293. in fine.* Suarez, in 3. *par. tom. 4. disp. 29. sect. 1. num. 6.* Mazuchellus de *Casib. reseruar. disp. 1. quest. 1. difficul. 3. num. 6.* Finellius de *Casibus reser. cap. 3. num. 2.* Floronus, de *Casib. reser. par. 1. cap. 2. §. 4. num. 15.* Vazquez in 3. *par. tom. 4. quest. 91. art. 3. dub. 1. num. 10.* & alij. Nullibi enim probatur, ut ait Fagundez *Præcept. 2. lib. 8. cap. 1. num. 8.* iure Diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, præter istam habitualem, fundamentalem, quæ eis datur per ordinationem, & consecrationem: vnde omnia alia conceditur eis immediate à Papa, *cap. In nouo. dist. 21.* vnde deducitur, Episcopos habere hanc potestatem reseruandi casus immediate à Papa, non à Deo: licet enim Castro de *inst. Hæretic. punitione, lib. 2. cap. 24.* & Victoria in *relect. 2. de potestate Ecclesie, cap. 2.* existimant, Episcopos habere suam iurisdictionem immediate à Christo, non à Papa; & fundamentum accipiant ex illo Actorem 20. *Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos posuit Spiritus Sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei* attamen, hæc uerba longè habent diuersam intellectum: solum enim ex illis concluditur dignitatem, & consecrationem Episcoporum esse de iure Diuino, & teneri Summum Pontificem aliquos Episcopos consecrare: iurisdictionem tamen actuaalem, non concluditur ex illis, esse de iure Diuino: vide-

mus enim aliquos Episcopos titulares nullam habere iurisdictionem actuaalem, quia non habent oues: licet habeant fundamentum proximum ad illam, characterem scilicet Episcopalem: tunc autem eis hæc iurdictio actuaalis conceditur, cum eis assignantur oues à Summo Pontifice: vnde iurdictio habitualis est de iure diuino; actualis uero de iure humano à Summo Pontifice promouans. Et licet supradictis uideatur obstat Concilium Tridētinum *sess. 14. cap. 7.* ubi sic habetur: *Negue dubitandum est quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem (scilicet reseruare sibi peccata) Episcopis omnibus in sua cuique Diocesi, in adificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præferim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est.* Vbi Concilium uidetur hanc potestatem in iure potius fundare Diuino, ut constat ex illis uerbis: *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: & ex illis: Pro data illis in subditos auctoritate:* Sicut ergo Christus uoluit Episcopum habere auctoritatem maiorem in subditos, quam alios Sacerdotes; sic uoluit, quod possent sibi aliqua peccata reseruare, à quibus alij Sacerdotes absolueri non possent.

Sed uere uerba Concilij non obstant nostræ sententiæ, si dicamus cum Eminentissimo Cardinali Lugo, de *Pœnit. disp. 20. sect. 1. n. 5.* directè fundari Episcopi potestatem in iure Diuino, indirectè uero ex potestate Pontificis, vel ut dixit Fagundez, supra iurisdictionem Episcoporum habituaalem esse de iure Diuino; actuaalem uero esse de iure humano à Pontifice emanantem.

Igitur non est discedendum à nostra sententiâ; seu distinguendum est cum Sapientissimo Cardinali Lugo, de *Sacram. Pœnitent. disp. 10. sect. 1. n. 5.* inter concessionem directam, & indirectam, & dicendum, directè fundari hanc Episcopi potestatem in iure Diuino; indirectè uero in uoluntate Pontificis: & cum eodem Lugo, *num. 2.* Summum Pontificem pro suprema, & uniuersali potestate posse sibi reseruare aliqua peccata pro tota Ecclesia: Episcopos item, per se loquendo, posse pro suo Episcopatu: Parochum denique pro sua Parochia; ita tamen, ut reseruante Pontifice, nemo possit absolueri, nisi de licentiâ ipsius Pontificis; reseruante Episcopo, possint absolueri alij de licentiâ Summi Pontificis. Denique, si Parochus reseruet, possint alij absolueri de licentiâ Papæ, uel Episcopi. Et idè non solent Parochi reseruare; quia esset ferè inutilis illa reseruatio.

Confirmantur supradicta ex Castro Palao, *tom. 4. tract. 23. punct. 15. §. 1. n. 2.* ubi docet, quod etiam si uerum esset iurisdictionem Episcoporum à iure Diuino immediate prouenire, tamen Pontifici subordinatam esse, dicendum est: Sed ipse uerius existimat, solam iurisdictionem Pontificiam in omnes Fideles à Christo immediate manasse; ex illa uero ad Episcopos; deinde ad Parochos iuxta Pontificis uoluntatem descendere. Et si de facto Pontifex Episcoporum potestatem uellet restringere, & Episcopi uellent potestatem parochorum limitare, plusquam par est; restricta, & limitata erit. Vide Coninch, de *Sacrament. disp. 8. num. 11.* & Laymann, *lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 5. quest. 3.* qui tamen putat Pontificem non posse penitus ab Episcopali ordine potestatem reseruandi casus tollere; posset tamen illam restringere, aut limitare, tanquam supremus iurisdictionis collator. Vnde rectè dixit Lugo ubi supra *num. 6.* quod licet Pontifex non possit ex

fit extinguere, aut tollere omnino Episcoporum iurisdictionem: potest tamen limitare eorum potestatem, prout expedire videbit. Patet etiam ex omnibus superius dictis responsio ad ea, quæ pro sua sententia adduxit Magister Donarus loco cit. quam vt dixi, profus reiciendam esse, existimo.

An sit peccatum veniale dicere; Missam, & manus non ablucens?

RESOLVT. XIX.

DE hoc casu interrogatus fui à quodam Sacerdote: assererat ille, sententiam negatiuam tenendam esse: sed ego ei fortiter obstiti; asserendo, Sacerdotem, qui aduertenter celebrat non lotis manibus, venialiter peccare: & ita tenet Granadus in 3. par. D. Thoma, contr. 6. tract. 10. disputat. 9. numero 13. vbi sic: ait Superest, vt breuissimè dicamus de aliis maculis corporis, quæ susceptiioni Eucharistiæ possent obstare. Et in primis si macula perpetua sit, aut nimium diuturna, vt g. fluxus sanguinis, aut lepra; non idè priuandus est homo Eucharistia; vt rectè Sorus, dist. 12. quæst. 1. artic. 7. Suarez, dispus. 68. sect. 2. & alij. Mulier verò tempore menstrui, aut partus saltem ex consilio abstinere debet, nisi causa urgeat, vt Sanctus Dionysius Alexandrinus in Epistola qua refertur, tom. 3. Biblioth. Can. 2. affirmat, sequunturque Suarez, & alij; nunquam tamen erit mortale, per se loquendo. Denique non lotis manibus celebrare, aut non abluta facie ad Eucharistiam accedere, viri docti dicunt esse peccatum veniale; si aduertenter fiat, quia est contrà reuerentiam tanto Sacramento debitam. Vndè S. Augustinus in illo sermone 244. Erubescimus, inquit, ac timemus Eucharistiam manibus sordidis tangere. Hæc Granadus; cui adde nouissimè Martinum de San Ioseph in Monita Confessar. tom. 1. lib. 1. tractat. 8. de Euchar. numero 27. Pareceme (ait) que serà peccado venial celebrat sin lauarfe las manos, y rostro, por la indecencia; però sino huuo ocasion de lauarfe, no serà peccado. Idem etiam docet Pater Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. dispus. 6. quæst. 16. Vide etiam Trullench de Sacrament. lib. 3. cap. 8. dub. 20. num. 1. & Suarez in 3. par. tom. 2. disp. 82. sect. 1. qui excusant à peccato mortali eos, qui deserunt lotionem manuum ante missam. Ergo peccabunt venialiter.

Sed quid dicendum de manuum lotionem post Missam? Ad hoc dubium sic respondet Nigrus, in Addit. ad Ruyz par. 3. §. 1. numero 5. An Celebrans explicata Missa teneatur lauare digitos? Auctor noster; Gauantus, Sperellus, & Castaldus; affirmant; & ita vtuntur non pauci Viri graues. Alij verò negant, & fundantur, quia ablutio ista post Missam non præcipitur; sicut iubetur antequam induat se Vestimentis Sacerdotalibus. Ego sequor vsum affirmantium. Ità ille. Sed ego puto, quod talis lotio, si omittatur, non constituat peccatum veniale; quia lotio ante Missam præcipitur, non autem post Missam.

Antonin. Diana, Pars X.

An si Minister extinguat candelam à parte Epistola ante finitum Euangelium Sancti Ioannis, peccet venialiter?

RESOLVT. XX.

Affirmatiuè respondet Franciscus de Nigro de Ordine celebrandi Missam, par. 3. §. 1. r. q. 3. vbi sic ait: Quæres, an sit peccatum; saltem veniale extinguere candelam ex parte Epistolæ, antequam explicet Euangelium S. Ioannis? Aliqui Ministri; vel auari, vel pigri extinguunt alteram candelam: Sed vt ait P. Trimarchi peccant saltem venialiter (modò non reperiatur in iis crassa ignorantia) quia Pij V. Constitutione vetitum est in celebratione Missæ alias vsurpare cæremonias, nisi quæ eius mandato præscriptæ sunt, atque editæ. Ità ille. Sed cum in medio Euangelij S. Ioannis, Clerici soleant extinguere dictum lumen, vt possint postea statim alterum extinguere, ne Sacerdos cogatur illos expectare: idèd puto in tali casu nullum adesse peccatum veniale, quia parum pro nihilo reputatur: nec Bulla Pij transgreditur, vt vult Nigrus. Et quidem si aliqui penes Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quæst. 10. asserunt, nullum esse peccatum celebrare extrà necessitatem cum vnico lumine; vel ad summum, vt vult Hurtadus, Fagundez, & alij, quos citat, & sequitur Leandrus loco citato, esse tantum peccatum veniale, certè durum videretur dicere cum Nigro, Clericum, qui extinguit lumen à parte Epistolæ, non adhuc finito Euangelio Sancti Ioannis, peccare venialiter.

Nota hîc obiter dictum de Nigro vbi supra, §. 1. 2. n. 1. asserere, Preces pro præparatione Missæ non esse dicendas ante Missam de Requiem, ed quòd omitti debent, tum quia prohibentur dici ab Episcopo ante Missam defunctorum, ex Carem. Pap. lib. 2. sect. 2. cap. 26. & 28. tum quia Psalmi habent Gloria Patri quod nescio quid solemnitatis & suauitatis habet Ità ille. Gauantus in Rubrica Missalis, par. 2. tit. 3. num. 1. asserit, dictas Preces omitti posse, sed non debere, vt vult Nigrus; & communiter dicuntur, Idem etiam Nigrus vbi supra num. 2. sic ait: Quæres, an omitti debeant oscula crucis in Amictu, Manipulo & Stola induendis? Probabile est, quòd omitti debeant, tum quia prohibentur oscula rerum in Missa solemnij; tum quia non osculatur Sacerdos librum in Missa Defunctorum, nec minister osculatur ampullas, quas Celebranti porrigit Sic ille, Sed communiter contrarium obseruatur, & tenet Gauantus loco cit.

An Sacerdos possit directè offerre Sacrificium Missæ pro aliquo infideli, Turca, Hebræo, &c. & ab illis accipere consuetum stipendium?

RESOLVT. XXI.

Affirmatiuè respondet Tamburinus, Opusc. de Sacrific. Missæ, lib. 3. cap. 2. §. 2. quia licet Sacrificium Missæ illis non prosit, quoad meritum; siquidem infidelis, qui propter priuationem gratiæ est Dei inimicus, non est in statu meriti; neque prosit quoad satisfactionem, quia satisfacere pœnæ quis non potest, dum est in peccato mortali; neque enim quæcunq; oena vlla remittitur ei, cui actu debetur pœna æterna: prodèst tamen quoad impetrationem, quatenus

„ eis impetrari possunt, mediante Sacrificio aliqua
 „ bona temporalia, immò & spiritualia, vt sunt ali-
 „ quæ bonæ inspirationes, & auxilia, vt Deus aliquan-
 „ tulum placatus eos infideles vocet ad fidem. Dices,
 „ non licebit ergo Sacerdoti integram stipem accipere;
 „ siquidem nec integrum Missæ fructum ei attribuere
 „ potest. Respondeo neque actu peccatori potest
 „ Celebrans applicare totum fructum; & tamen num-
 „ quam hunc scrupulum iniecasti Sacerdoti, quasi non
 „ possit à sibi cognito peccatore integram stipem ac-
 „ cipere. Dico igitur, ex vna parte, fructum impetra-
 „ tionis tanti esse, vt supperet omnem æstimabilita-
 „ tem pecuniæ: & ex alia infidelem, vel peccatorem
 „ offerentem eleemosynam velle interpretatiuè illud,
 „ quod velle rationabiliter potest. Cum igitur possit
 „ solum participare de fructu impetrationis; hanc so-
 „ lam, & nihi præterea velle, præsumendus est. Ità
 „ Tamburinus.

Sed contrà illum stat Hieronymus Garcia in *Sum-
 ma morali, tract. 3. diff. 1. dub. 6. punct. 3. num. 25. sic;*
 „ Digo lo segundo, el Sacrificio de la Missa puede
 „ ofrecerse per los Catecumenos, y infideles indirectè
 „ & sub generali quadam ratione, pero no en particu-
 „ lar por este, ò aquel. Ità ille; cui adde Machinum
 „ de *Sacram Ordin. tract. 3. par. 2. cap. 7. rum. 6. ità*
 „ aientem: Dicendum est, Missæ Sacrificium offerri
 „ posse pro Catechumenis, & infidelibus indirectè,
 „ & sub generali quadam ratione, sed non in particu-
 „ lulari pro hoc, vel pro illo. Si videlicet offeratur
 „ Missa pro conuersione infidelium, vt sic, vel pro
 „ conuersione Hæreticorum Galliæ, aut Germaniæ,
 „ vel pro salute totius mundi, quod minimè prohi-
 „ betur: imò in Missali extat Missa pro schisma tol-
 „ lendo, & pro pace Ecclesiæ vniuersalis: & Sacer-
 „ dos in Canone, offerens profert hæc verba: Pro
 „ omnibus orthodoxis, pro Ecclesia tua Sancta, vt
 „ eam pacificare, custodire, & adunare digneris toto
 „ orbe terrarum. Ratio etiam suffragari potest, quia
 „ tunc Sacrificium non offertur directè pro illis, qui
 „ sunt extrà Ecclesiam, seu solum directè offertur
 „ pro nostræ fidei propagatione: atque ità per se so-
 „ lum intenditur Ecclesiæ bonum, licèt ex hoc non-
 „ nihil etiam spiritualis fructus in Paganos, & in in-
 „ fideles redundet, quod est indirectè pro infidelibus
 „ offerre. Tunc verò offerretur directè hoc Sacrifi-
 „ cium pro illis, quandò offerretur pro aliquo bono
 „ ipsorum temporali, vel spirituali, descendendo in
 „ particulari ad hanc, vel illam personam: & hoc
 „ modo contendimus, nec licere, nec, si fiat, vllò
 „ modo prodesse his, pro quibus offertur. Hæc Mar-
 „ chinus.

Verùm resolutio huius difficultatis pendet ex
 illa quæstione, an Sacerdos directè possit offerre
 Sacrificium Missæ pro infidelibus. Et negatiuæ
 sententiæ adhæret Castus Palauis *5. tom. 4. disp.*
22. punct. 5. numero 4. Leandrus de Sacrament,
tom. 2. tract. 8. disp. 2. quest. 6. Machadus, Lublinus,
Huertos, Camerota penes ipsum; Granadus in 3.
par. D. Thoma, controu. 6. tract. 14. cap. 6. numero 3.
Hurtadus de Sacram. disput. 11. de Sacrificio Missæ.
difficul. 4. Azorius, tom 1. lib. 10. cap. 22. quest. 1.
Caspenis in Curs. Theolog. tom. 2. tractat. 23. disp.
1. sect. 4. num. 4. Vazquez disput. 227. cap. 3. &
89. Sorus in 4. dist. 11. quest. 2. art. 7. asserentes,
 Sacrificium Missæ, nec licitè, nec validè offerri
 posse pro non baptizatis viuus. Et in primis non
 posse pro illis licitè offerri, probatur ratione de-
 sumpta ex consuetudine; quia Ecclesia non bap-
 tizatis, quantumuis Cathecumens, denegat publi-
 cas orationes in Missa, excepto die Parasceues,

ex peculiari priuilegio, in signum generalis redem-
 ptionis in eo die pro omnibus à Christo exhibi-
 tæ; in aliis autem diebus potius petit vt infideles
 conterantur: ergo Ecclesia hac consuetudine satis
 denotat, se nolle, & prohibere quòd fiant oratio-
 nes publicè pro non baptizatis: ergo multo fortius
 prohibet, & non vult Sacrificium Missæ pro illis
 offerri, quia istud maius est Orationibus publicis,
 & non minùs publicum quàm illæ. Deinde non
 posse pro illis validè offerri probatur; quia Eucha-
 ristia vt Sacramentum non prodest illis, cum tan-
 tum sit instituta in Sacramentum baptizatis: er-
 go nec vt Sacrificium; qui etiam vt Sacrificium
 confert suos effectus instar Sacramenti ex opere
 operato. Consequencia patet, quia mirum esset
 & nullo fundamento affirmari potest, Christum
 Eucharistiam in Sacramentum pro baptizatis tan-
 tum instituisse: & eandem in Sacrificium, quam
 etiam vt sic, instar Sacramenti, instituit, pro
 non baptizatis instituisse. Et hæc videtur expres-
 sa sententia D. Augustini, *lib. 1. de anima, & eius*
orig. cap. 9. ante med. in 7. tom. vbi aduersus Vin-
centium Pelagianum probat, pro paruulis dece-
dentibus ante Baptismum Sacrificium offerri non
posse, ed solum, quia non sunt per baptismum.
vel Martyrium regenerati. Quis enim (inquit)
offerat Corpus Christi, nisi pro eis qui sunt mem-
bra Christi? Nemo autem sit membrum Christi,
nisi aut Baptismate in Christo, aut morte pro
Christo. Cum ergo hæc ratio non solum paru-
los, sed viros adultos non Baptizatos comprehen-
dat; efficitur ex sententia Augustini. pro ipsis of-
ferri Sacrificium non posse: quod ipse Augustinus
eo. libr. cap. 11. expressis verbis indicauit. Idem
clarissimè expressit Concil. Bracharen. 1. can. 35. &
Chrystost. hom. 69. ad Pop. Antiochen. & sermon. 3.
in Epist. ad Philippen. in morali exposit. D. Thom.
quest. 79. art. 7. ad 2. Ratio efficax est; quia non
est credendum, Christum Dominum Eucharis-
tiam in ratione Sacrificij instituisse pro iis, pro
quibus in ratione Sacramenti non instituit; ne-
que effectum Sacrificij communicandum esse, qui-
bus Sacramenta communicari non possunt. Præ-
terea, si Sacrificium Missæ ex opere operato ef-
fectum habere posset in non baptizatis; vt quid
Ecclesia Cathecumens, peractis Orationibus, &
 finita lectione Euangelica, excludebat? ne obla-
tionem, consecrationem, & consumptionem præsentem
 essent.

Scio tamen, & concedo, opinionem affirmati-
 uam esse satis probabilem, quam tenent Suarez,
 Bellarminus, Henriquez, Laymann, Sà Cardinalis
 Lugo, Filliucius, Scorcia, Fagundez, Bonacina,
 Syluius, Villalobos, Ledesma, Ludouicus,
 de San Iuan, quos citat Leandrus *vbi supra*; qui-
 bus ego addo Lessium *in 3. par. D. Thoma, quest. 83.*
art. 1. dub. 9. num. 53. Trullench, de Sacram. lib. 5.
cap. 8. dub. 4. numero 6. Auersam de Sacrament.
Euchar. quest. 15. sect. 10. Præpositum in 3. part.
quest. 83. art. 1. dub. 21. num. 218. in fine, Mattinum
de San Ioseph in Monita Confessoriorum, tom. 1.
lib. 1. tract. 10. de Euchar. num. 14. Vvigers 3. par.
quest. 83. dub. 12. numero 61. Mercerum de Sacra-
ment. quest. 83. dub. 5. num. 9. & nouissimè Dica-
stillum de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disputat. 2.
dub. 3. numero 47. qui asserit, posse offerri Missam
 pro bono ipso infidelium, vel spirituali, vel
 etiam temporali, vel in communi, vel in parti-
 culari, pro hac aut illa natione, vel persona. Quod
 probatur ex vsu veteris legis in qua fiebant Sa-
 crifica,

crificia, vt pro Dario. 1. *Esdra* 6. pro Spartiatis. 1. *Machabaeorum*. 12. pro Heliodoro. 2. *Machab.* 3. quia ratio Sacrificij non erat tunc limitata: ergo idem nunc licet propter eandem causam, quia nostrum Sacrificium magis sufficiens & magis vniuersale existit, quia Sacrificium cruentum pro omnibus, quoad sufficientiam, fuit oblatum à Christo. Sed istud non est minus vniuersale quoad efficaciam: ergo. Neque hoc est omnino alienum ab vsu Ecclesiae; nam ita factum esse in Ecclesia, ex multis Sanctis Patribus probant Henriquez, & Suarez *vbi supra*, & ita intelligunt Paulum 1. *ad Timoth.* 2. vbi praecipit, aut commendat orationes, & oblationes pro omnibus fieri, & pro Regibus, qui tunc infideles erant. Quem locum omnes Graeci, & Latini Patres interpretantur de obsecrationibus, quae fiunt in Missa, & oblatione impetratoria.

Verum licet hanc opinionem affirmatiuam, vt dixi existimem esse probabilem; non tamen admitenda videtur opinio Patris Tamburini, videlicet, posse Sacerdotem recipere stipendium ab infideli, vt ei Sacrificium Missae applicet. Et ratio est, nam infidelis, dando stipendium pro Missa, praerberet stipendium certum credens, quod sit capax fructus sacrificij Missae, vt suppono; maxime si ad hoc faciendum à Sacerdote induceretur: & Sacerdos ei praerberet fructum incertum; nam (vt visum est, nec negari potest) opinio contraria, quam ego teneo, negat pro infidelibus posse offerri sacrificium Missae. Quod confirmatur autoritate ipsius Patris Tamburini; nam vbi supra *lib. 3. cap. 1. §. 3. numero 67.* verè, & rectè docuit, Sacerdotem non posse accipere stipendium pro Missa dicenda, & applicare fructum Missae ipsi Sacerdoti proprium; & adducit rationem: quia, quod talis fructus sit alteri applicabilis, est res satis incerta: Fideles autem, cum afferunt stipem certam, non sunt fructui incerto satisfaciendi. Ergo idem debebat docere in casu, quo Sacerdos acciperet stipendium ab infideli pro Missa dicenda; nam vt visum est, Sacrificium Missae posse infidelibus applicari, res satis incerta est, vnde infidelis si sciret hoc, stipendium non daret. Et idè Dicastillus *vbi supra. tractat. 2. disput. 1. dub. 9. num. 219.* optimè, & verè docet, Sacerdotem peccare contra Iustitiam exhibendo pro certo stipendio munera incerta & fructus Missae incertos, stante opinione probabili tantum: nam qui dat certum stipendium, nullo modo vult se subicere incertitudini opinionum. Ità ille. Quae omnia applicanda sunt in Casu nostro. Ergo opinionem tamen Tamburini admitterem in casu, quo infidelis sciret diuersitatem opinionum, quae inter Doctores extant, vel hoc Sacerdos innueret; tunc quidem posse recipere stipendium pro Missa dicenda non dubito.

Et idè ex dictis refellendus est nouissimè Pater Leandrus *vbi supra de Sacrament. tom. 2. tractat. 8. disp. 4. quest. 10.* asserens posse Sacerdotem duas pitantias accipere pro eadem Missa: vnam, quatenus applicat fructum Missae medium, quem pro determinatis personis ex vsu Ecclesiae celebrans offerre solet: & alteram, quatenus applicat alteri fructum sibi proprium, cui ipse renunciat, & alteri cedit. Sed hanc opinionem, Cardinalis Lugo, & ego cum multis aliis saepius improbauimus; & improbat Tamburinus, & Dicastillo *vbi supra* & nouissimè Antonius Ruteus ex ordine Minorum *de Sacrificio Missae, lib. 1. disp. 1. quest. 2. dub. 2. num. 7.* vbi sic Antonin. Diana, Pars X.

ait: Quares, si verum est Sacerdotem posse fructum ex opere operato specialiter sibi proueniètem alteri pro libitu applicare: an vnica Missa possit satisfacere duobus stipendiis, applicando vni fructum medium, qui communiter applicatur, & alteri fructum hunc specialem sibi proprium? Respondeo nullo modo licere: Primò, quia fructus hic nullus est, cum Sacerdos est in mortali, ideoque fructus huic applicatus esset incertus, & saepe nullus; cum tamen fructum aliquem certum applicare teneatur. Secundò, ignota est quantitas huius fructus, quem putò maiorem fructu medio. Denique, qui dato stipendio rogat Missam, intendit sibi applicari fructum medium, qui communiter applicatur ei, pro quo offertur Sacrificium; & Sacerdos recipiens elemosynam, tacitè ad id se obligat: ideoque licet applicare fructum hunc specialem duorum Sacrificiorum, non satisfaceret obligationi. Ità ille, cui adde, me citato *Aucisam de Sacrament. Euchar. quest. 11. sect. 10.* Caspensem *in Cursu Theolog. tom. 2. tractat. 23. disput. 3. sect. 8. num. 109.* & me citato Garciam *in Summa morali, tractat. 2. difficul. 10. dub. 4. num. 14. & 15.* & praeter rationes adductas, praecipua est, quia qui dat stipendium pro Missa, intendit, & vult sibi applicari valorem certum; non autem incertum, & dubium, & manentem sub opinione Doctorum: incertum autem est, an Sacerdos possit illam partem in alium transferre: similiter est incertum, & valdè dubium, an habeat effectum ex opere operato, etiam quoad satisfactionem. Ergo, &c.

Reassumendo itaque omnia quae dicta sunt in hac Resolutione assero, Sacerdotem non posse pro infidelibus directè Sacrificium Missae in persona Christi, & Ecclesiae pro ipsis offerre, vt fructum ex opere operato in illis habeat; atque adè non posse ex illis consuetum stipendium accipere pro Missa dicenda.

An possit Sacerdos incipere Missam vna hora integra post meridiem.

R E S O L V T. XXII.

NEGatiuè respondet Tamburinus *Opusc. de Sacram. Missae lib. 1. cap. 6. §. 4. num. 22.* Opatouius *de Sacram. tractat. de Euchar. disp. 11. quest. 2. num. 2.* Franciscus de Nigro *in Addit. ad Ruyz par. 6. Animad. 2. quest. 10.* Hieronymus Garcias *in Summa tract. 3. diffic. 8. dub. 1. punct. 1. num. 12.* quod confirmatur ex priuilegio Gregorij XIII. quod adducit Amicus *in Cur. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 12. num. 319.* nempe, Posse patres Societatis per vnam horam incipere Missam post meridiem. Ergo sine priuilegio apparet hoc non esse licitum. Quod etiam confirmatur ex auctoritate Doctorum, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 4. tract. 22. punct. 7. num. 14.* nempe, ex recepta consuetudine, posse vna hora post meridiem Missam inchoari, quando in die Festo ratione itineris, aut alterius necessitatis inchoari non potuit. Ergo non erit licitum praeter hos casus.

Verum, his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Pater Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 6. quest. 11.* vbi tenet, Missam posse incipi vna hora integra post meridiem; & testatur de communi vsu, & praxi Clericorum. Et idè Martinus de San Ioseph *in monit. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 14. Euchar. tom. 13.* sic ait: Y. aun sin priuilegio

privilegio, ni causa aliqua, me parece que podran dezir Missa qualesquiera Sacerdotes à la vna del dia, porque assi està puesto en costumbre, que ha prenascido contra la ley: y en Madrid he oydo tañer à Missa después de la vna y media del dia. Ità ille.

Nota tamen posse aliquando differri Missam vsque ad horam nonam. Et Primò hoc facere possunt Religiosi ex privilegio, non tamen absolute, sed ratione itineris, vel ex alia iusta causa, vt docet, me citato, Dicastillus *de Sacram tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 5. num. 84.* & me citato, Auerſa *de Sacram. Euchar. quest. 11. sect. 3.* & alij. Secundò, in funere Regis aut Principis, potest Missa incipi ante meridiem, & protrahi vsque ad Vesperam, vel Nonam, Henricus *lib. 9. cap. 14. num. 6. qui lit. A.* dicit, ità practicum fuisse Salmanticæ in funere Regum, & finitam Missam hora 4. post meridiem. Fagundez *præcept. 1. lib. 3. cap. 17. num. 19.* Quid id ipsum dicendum putat, quando Episcopus Sacros celebrat Ordines, tunc enim licitum est incipere Missam post Vesperas, aut Nonam, si actus Ordinationis ante meridiem cæptus est; & ob eadem rationem poterit in Sabbato Sancto incipi longè post meridiem Missa ob longum officium Ecclesiasticum, vt docent ipsi Doctores cum Nauarro *de orat. noct. 3. numero 44.* Tertio, certum est ex Suarez, Rodriguez, & alijs; vt notat Dicastillus *ubi supra num. 76. & 82.* posse vna hora post meridiem Missam inchoari à quolibet Sacerdote, quando in die Festo ratione itineris, aut alterius necessitatis inchoari non potuit, & hoc ex recepta consuetudine, vt cum alijs obseruat Castrus Palaus, *tom. 4. tract. 22. punct. 7. num. 14.*

Sed difficultas est, an si Sacerdos in casu non sibi permissio celebraret Missam duas vel tres horas post meridiem; & aliquis audiret talem Missam, iste satisfaceret præcepto? Et negatiuè videtur respondere Pasqualigus, *decis. 311. numero 8.* quia præceptum audiendi Missam videtur subordinatum præcepto non celebrandi transacta tali hora diei; atque aded videtur obligare ad audiendam Missam intrà illud tempus, intrà quod de iure communi potest celebrari, atque aded nisi audiatur, non satisfacit præcepto. Verùm illum impugnat Leandrus *de Præceptis Ecclesia, tract. 2. disp. 1. quest. 26.* quia Præceptum sanctificandi Festa, quod includit abstinentiam ab opere seruili; & audicionem Missæ incipit à media nocte: & desinit in mediam noctem: Ergo, qui quacumque hora harum viginti quatuor audierit Missam, dummodò pro illa die dicatur, præcepto illius satisfaciēt. Nec obstat; quòd præceptum audiendi Missam obarctetur ad tempus præscriptum à iure communi pro celebratione. Vndè dicendum esset, quòd si aliquis induceret Sacerdotem ad dicendam Missam duas, vel tres horas post meridiem; peccaret vtrique, sed satisfaceret præcepto audiendi Sacram. At quicquid sit de hoc certum est, quòd qui extrà tempus præscriptum à iure audiret Missam, quæ diceretur vel consuetudine, vel ex dispensatione, aut privilegio, certum est, inquam, quòd is satisfaceret obligationi audiendi Missam.

Nec supradictis obstat, quòd ex sententia Leandri sequeretur, quemlibet satisfacere præcepto audiendi Missam, si in die Dominica audiret Missam, quæ in Cappella Papali dicitur ante mediam noctem, si Natiuitas Domini incideret Feria secunda: Sed hoc dicere videtur absurdum: Ergo; Respondeo enim, au-

dientem talem Missam non satisfacere præcepto: Primò, quia, vt docet Cardinalis Lugo *de Euchar. dispus. 15. sect. 3. num. 56.* & alij, illa Missa non dicitur in die Dominica, sed in die Feriæ secundæ Natiuitatis, quæ aliquantulum anticipatur à Papa pro illo loco. Sed cum hæc opinio non placeat Patri Dicastillo, *ubi supra tract. 4. dispus. 9. dub. 17. numero 404.* ided ipse obseruat, intrà diem solemnitaris Ecclesiasticæ non omnia munia, seu actiones, & functiones, quæ in tali die permittuntur, aut requiruntur, quouis tempore, seu hora illius diei esse licita, aut permissa, sed aliqua in quibusdam horis, alia in alijs. Sic videmus Sacram (excepto die Natiuitatis) non posse dici sine privilegio tempore nocturno, sed tantum sub Aurora vsque ad meridiem, aut aliquanto post, plus minusue, iuxta varias sententias. Præterea, vt rectè notat Thom. Sanch. *Consiliorum moralium, lib. 7. cap. 2.* licet quoad Contractus, & alia huiusmodi, dies incipiat à media nocte; tamen quantum attinet ad officium Diuinum, & celebrandum Ecclesiasticas Solemnitates, incipiat dies à Vesperis. Pro qua sententia refert D. Thomam *Quolibet. 5. art. 28. in corpore*, Caietanum, *verb. Hora.* & alijs Doctores. Nihilominus non omnes Horæ Canonice dici possunt post Vesperas, & Completorium, sed tantum Matutinum, & Laudes; Prima verò, Tertia, Sexta, & Nona non nisi saltem post mediam noctem, secluso speciali privilegio. Atque hac ratione dicendum est de Missa, non posse dici post Vesperas, sed postea sub Auroram; quia pro eo genere celebritatis est determinata quædam temporis latitudo; non quia nondum sumus intrà diem Festiuitatis Ecclesiasticæ, ità vt si per nefas diceretur Sacram, non diceretur intrà Festum, cum iam sumus in illo; sed quia intra ipsam diem non sumus in horis legitimis ad id faciendum. Vndè, si Pontifex dispenseret, vt per aliquas horas aliquando anticipetur, vel postponatur Missa; non censetur dispensasse, vt dicatur extra diem, indulgendo vt possit prius; vel postea celebrari. Iuxta hanc ergo doctrinam dicendum est, Pontificem pro Sacello suo, de quo agimus, dispensare, vt Sacram celebretur ante mediam noctem pro solemnitate Natiuitatis; illud tamen Sacram spectat ad diem Natiuitatis; non quia anticipetur dies Ecclesiastica festi Natiuitatis, quæ à Vesperis iam incepit; sed quia permittit aut fortè mandat, vt tale Sacram dicatur ante horas solitas in alijs diebus; (hoc enim vbique genium fit illa nocte celebrando statim post mediam noctem) sed etiam ante horam solitam in cæteris Ecclesijs pro illa nocte; & vt hoc fiat dispensat in ieiunio seruari solito, vt possit Cardinalis celebrare. Hucusque Dicastillo; Ex quibus patet responsio ad argumentum adductum contra doctrinam Leandri.

Negandum est enim, si Vigilia Natiuitatis venerit in Dominica, per illam Missam impleri præceptum Missæ audiendæ in Dominica; tùm quia eo ipso, quòd Pontifex illam Missam non computet pro Dominica; sed pro sequenti Festiuitate, censetur non approbare illam Missam pro præcepto Dominicæ; tùm quia eò ipso, quòd Ecclesia determinat tempus intrà quod possint dici Missæ Dominicæ, vel Festi colendi, censetur consequenter velle, vt non in aliud tempus differatur Missæ auditio præsertim si Missa alterius temporis non computetur in Ecclesia pro illa die, sed pro die altera, quæ in aliquibus horis communicat cum præcedenti quoad aliquas functiones, non verò quoad Missam.

fam. Dicendum est itaque cum *Patre Leandro*, aliquem adimplere præceptum audiendi Missam, si audiret Sacrum celebratum post duas, vel tres horas post meridiem: nam licet Sacerdotes sic celebrantes peccarent; Audientes tamen illam Missam satisfacerent præcepto.

An Sacerdos, qui ex obligatione tenetur celebrare in aliqua Ecclesia, vel Altari, peccet mortaliter alibi celebrando: Et in tali casu, an teneatur aliquid restituere?

RESOL. XXIII.

HOS casus tibi pertractavi; & quoad Primum affirmatiuè respondi: nunc verò satis probabiliter ad istum respondeo distinguendo cum eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, de *Sacram. Euchar. disput. 2. 1. num. 36.* Nam vel Testator determinauit illum locum, vel illud altare ob peculiarem cultum illius loci: vel propter commodum populi, ut possit ibi audire Missam, vel propter memoriam suæ Familiæ, ad quam illa Capella, vel Altare pertinet. Et in his casibus fandum est, non posse absque autoritate illius, qui potest commutare vltimas voluntates fieri illam variationem loci, nisi id raro fiat; tunc enim non facile contingeret peccatum mortale propter paruitatem materiæ: imò si fuisset cum causa rationabili; non erit peccatum veniale: neque enim censetur Fundator voluisse cum tanto rigore obligare suum Capellanum. Si verò ad nihil simile respexit Fundator in designando illo Altari; facilius poterit excusari à peccato graui variationis Altaris, intra eandem tamen Ecclesiam: alioquin, si in alia Ecclesia celebratur illæ Missæ; videtur iam fieri in præiudicium prioris Ecclesiæ, cui acquisitum fuerat illud ius.

Ad secundum dubium aliqui negatiuè respondent. Ita *Leandrus de Sacrament. tom. 2. tractat. 8. disp. 4. quæst. 25.* Sed acurè, & solidè, ut semper solet circa illud philosophatur *Dicastillo de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disp. 4. dub. 21. num. 392. & seqq.* vbi sic ait: In primis, si onus celebrandi in aliquo loco susceptum fuit virtute stipendij hîc & nunc accepti, ita ut ratione obligationis celebrandi in loco tali acceperit maius stipendium, & non celebrat in tali loco, cum posset, & deberet; non video cur non teneatur ad restitutionem illius excessus dati solum intuitu obligationis celebrandi in illo loco; tunc enim illam excessum sine titulo retineret; non enim titulo meræ celebrationis, & ministerij independentè à loco exhibitum; nam eo titulo sufficiebat stipendium aliàs commune, & minus, & non daretur ille excessus, qui datus fuit intuitu obligationis eundi, & celebrandi in tali loco; quod tamen non fecit: ergo vel debet illum excessum restituere (nisi alia extrinseca ratio excuset) vel debet saltem in tali loco celebrare, si id fiat æquè secundum voluntatem Institutoris, celebrando ibidem alio die. Dixi, nisi alia extrinseca ratio excuset; nam, si ita celebrat in alio loco, ut perinde esse existimet ibi celebrare, atque celebrare in loco, quem designauit Testator, non peccabit, nec tenebitur restituere, si enim Fundator, vel Testator, aut qui dedit stipendium, solum designauit locum, propter priuilegium loci; ut quia altare erat priuilegiatum, non habito alio respectu; tunc si Sacerdos celebret in alio simili priuilegiato, aut ex se habeat priuilegium Pontificium liberandi animam à Purgatorio per Sacrum à

se celebratum; nullo modo tenebitur ad restitutionem, nec peccabit, etiam si alibi celebret; implet enim quantum ad substantiam voluntatem Testatoris, quæ solum respexit ad Indulgentiam illius loci, & tantundem habet ratione priuilegij Sacerdotis, vel alterius loci, ut in simili supra dicebam. Dixi etiam debere alio tempore celebrare in eo loco, si id fiat æquè secundum voluntatem Institutoris; nam si occasio, aut tempus finis intenti à Testatore transiit, iam nihil refert alio tempore ibidem celebrare, v. g. si Institutor voluit certis quibusdam diebus anni propter specialem concursum populi ad aliquem locum in die Festo ibi celebrari Missam; ne magna pars populi Missa non audita discederet, & Sacerdos prætermittat celebrare illis diebus, etiam si postea aliis diebus celebret; id non fiet æquè secundum voluntatem Institutoris, ut patet: deficit enim tempus, & occasio finis intenti. Et eadem ratione, si Capellano, vel etiam Stipendiario assignauit Institutor maius stipendium propter Missam tali loco cetera die dicendam in honorem alicuius Sancti, cuius Festiuitas illa die celebratur, & ille prætermittat eo loco, cum posset per se, vel per alium ibi celebrare; non video, quò titulo possit retinere maius illud stipendium intuitu illius obligationis datum; nec qua ratione possit satisfacere alio die ibidem celebrando, ut non teneatur ad restitutionem illius excessus; cum iam alio die non requiratur Institutor celebrationem in illo loco fieri. Et hæc omnia docet *Dicastillo*, loco citato. At, ut dixi, aliqui ad difficultatem propositam absolutè, & negatiuam sententiam docent, nisi tamen Sacerdos teneretur celebrare in Altari priuilegiato; nam in tali casu peccaret contra iustitiam in damnum alterius, & teneretur ad restitutionem.

Sed hanc limitationem non admittit *Pater Tamburinus Opus. de Sacrif. Missæ, lib. 3. cap. 2. §. 1. n. 9. & sequent.* putat enim Sacerdotem, qui dixit Missam non in Altari priuilegiato designato v. g. à Testatore, ad nihil teneri, sed tantum peccasse. Verum contrarium docent communiter Doctores; & ita tenet nouissimè *Martinus de San Ioseph in Monita Confessoriorum, tom. 1. lib. 1. tractat. 17. de Euchar. num. 15.* vbi sic ait: Quando la fundacion de la Capellania obliga al Capellan que diga las Missas en tal Capilla, ò Altar deue complir puntualmente lo ordenado, y le obliga esto à pecado mortal, sino es que le escuse in paruedad de materia, porque haze ley lo determinado por los difuntos en aquel caso, y con essa condition se admite el estipendio de la Capellania. Però aunque pecando, contrauenga el Capellan en esta parte à lo dispuesto, por el Fundador no estará obligado à restituir; porque no quita nada al mismo Fundador, ni se peca contra justicia, sino contra caridad. Es doctrina comun. Però si mandasse, que se diga Missa en Altar Priuilegiado, y el Capellan no cumplierse esto, pudiendo, juzgo que quedará obligado à restituir, pues pecó contra justicia, por el daño que se sigue al Fundador. Ita ille, qui citat *Fagundez*, & *Riccium*; quibus adde *Dicastillum vbi supra num. 390. & 393.* *Marchinum de Sacrament. Ordinis, tractat. 3. par. 2. disp. 24. n. 7. in fine.* *Posseuinum de Officio Curati, cap. 2. quæst. 2. num. 25.* *Fraxinellum de Sacerdot. obligat. sect. 4. concl. 5. §. 4.* *Iordanum in Elucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 559.* qui duo nostram sententiam, quam impugnat *Tamburinus*, in specie docent, & defendunt.

An licitum sit celebrare Missam in Altari, in quo Episcopus celebravit ea die, absque eius licentia?

RESOLVT. XXIV.

Negatiuè respondet Pax Iordanus, Episcopus Traguriensis in suis *Elucubration. tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 149.* vbi sic ait: In locis, in quibus aliàs permittitur celebratio, illa censetur prohibita quocumque Episcopus ea die super ipso Altari celebraverit, *cap. in Altare vlt. de Consecr. dist. 2.* quòd & si loquatur de Missa cantata, atque adèd ex vi literæ de illa tantum intelligendum videatur vt nonnullis placuit: tamen ex Decreto Concil. Altiisod. *cap. 10. ex gloss. auctoritate in d. cap. ex consuetudine optima legum interprete; atque ex doctrina Ang. verb. Altare. §. fin. Tabien. ead. quest. penult. Syll. & Armill. eod. verb. Homob. de Bonis, tract. 4. quest. 139. Gauant. thes. Sacr. rit. par. 1. tit. 20. lit. F. vers. Illud. generaliter accipitur, etiam de Missa priuata; reuerentia namque debita Episcopo, propter quam id statutum fuisse admonet Gloss. in d. cap. fin. militat in utroque casu: & quamuis Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 10.* testetur dictum Canonem alicubi consuetudine contraria derogatum; Gauantus tamen *l. c.* fatetur in Mediolanen. Prouincia, ea qua decet reuerentia custodiri; prout etiam in his partibus seruari possum & ipse testari. Hucusque Iordanus.*

Verum, his non obstantibus, Scortia de *Sacrif. Missæ, lib. 2. cap. 14. num. 6.* Castrus Palau, *tom. 4. tract. 2. punct. 9. num. 11.* Layman, *lib. 5. tract. 5. c. 6. num. 10.* testantur, præceptum hoc consuetudine serè vbiq; esse abrogatum. Et nouissimè Pater Dicastillus de *Sacram. tract. 5. disp. 4. dub. 8. n. 150.* docet, hoc præceptum non esse in vsu, atque adèd non obligare. Vnde ego puto propter reuerentiam debitam Dominis Episcopis in casu contingenti, semper ab ipsis esse licentiam petendam: sed si non petatur, existimo sine vilo peccato posse celebrari; & non esse scrupulis locum dandum.

Nota, quòd post hæc scripta inueni Franciscum de Nigro, in *Addit. de celebr. Missæ, part. 6. Animaduer. 8. qu. 10.* ex Bartholomæo de Sancto Fausto docere, supradictum Can. in *Altari, de Consecr. dist. 1.* intelligendum esse de Missa Solemni, & Pontificali, non autem de Missa partitulari, & de Altari, in quo Episcopus tanquam particularis Sacerdos celebrat, & probat ex verbis Textus, *ibi*: In quo Episcopus Missam cantauit. Et addit, quòd hic Canon videretur desuetudine abrogatus; & forsitan olim locum habebat, cum Episcopus in propriis Ecclesiis, & in sua Diœcesi pontificaliter Missam cantabat.

An Regulares, qui inter se habent communicationem Præilegiorum, possint transacta media nocte post duas horas celebrare Missas?

RESOLVT. XXV.

Affirmatiuè respondent ex priuilegio Alexandri VI Martinus de San Ioseph, in *Monit. Consecr. tom. 1. lib. 1. tractat. 14. de Euchar. num. 14.* Ludouicus Caspensis, in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 23. disp. 3. sect. 2. num. 60.* Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. lib. 4. num. 19.* Leandrus, de *Sacram. tom. 2.*

tract. 8. disp. 6. quest. 4. & Cardinalis de Lugo de *Euchar. disp. 20. sect. 1. num. 27. & 30.* vbi sic ait: Maior est facultas, qua ex concessionibus Alexandri VI. relari ab Emanuele Rodriquez, in *Bullario Regularium, Bulla 13.* Alexander VI. possunt Monachi Benedictini facere sacrum duabus horis post mediam noctem; quod licet concessum fuerit soli Conuentui de Monteferrato, postea tamen Clemens VIII. in Bulla 22. relata vbi supra, extendit facultates illius Conuentus ad rotam Congregationem. Et quidem, licet in aliis Monasteriis non militet eadem ratio, propter quam illud priuilegium concessum fuit tali Ecclesiæ; adhuc videtur concessum omnibus, quia Benedictini per communicationem participant priuilegia Familiæ Cisterciensium Hispaniæ ex concessione Clementis VIII. & Cistercienses illi participant priuilegia Ordinis S. Hieronymi ex concessione Gregorij XIV. Huic autem Ordini Pius IV. concessit, vt priuilegia extenderentur ab vno Conuentu ad alios omnes, etiam non existente in illis eadem causa: quare de primo ad vltimum, ij, qui participant priuilegia dictæ Congregationis Benedictinorum, videntur habere adhuc illud priuilegium. Ita Lugo. Verum Tamburinus in dictis verbis, putat, Cardinalem de Lugo excludere Monasterium à dicto priuilegio; sic itaque asserit: *Opus. de Sacrif. Missæ, lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 12.* Addit idem de Lugo non posse quempiam vti hac concessione nisi in Ecclesia vt habet priuilegium, non verò vt habet Rodriquez, in Monasterio. Sed non deest pro Rodriquez defensio, nam nomine Ecclesiæ veniunt etiam Religiosorum claustra, vt ex Sacris testibus, & Glossa, notat Laurentius de Peyrinis. Verumque igitur est probabile. Ita Tamburinus; cuius sententiæ, licet ego adhæream, tamen puto contra ipsum Cardinalem Lugo à priuilegio supradicto non velle monasteria excludere; quod patet, si attentè legatur Martinus de San Ioseph *vbi supra*, nam citando, & sequendo verba Cardinalis Lugo in dicto priuilegio Alexandri VI. non solum includit Ecclesias Regularium, sed etiam eorum Monasteria. Et idèd Hieronymus Garcias in *Summa Morali tract. 3. diff. 4. dub. 1. punct. 2. n. 15.* rectè sic obseruat Parece que este Auctor (loquitur de Cardinali Lugo, *vbi supra*) hable de los Monges, quando dicen Missa fuera de su Monasterio, en cuyo caso, nõ podrian vsar del, y no habla de otros Monasterios, y de otros Religiosos, que participan. Ita ille. Vide etiam Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 8. diff. 22. num. 10.*

Sed quicquid sit de hoc, difficultas est an Regulares hodie possint vti dicto priuilegio, & negatiuè respondet Garcias, *vbi supra, num. 14.* putat enim dictum priuilegium, & si quæ sunt similia fuisse reuocata per Concilium Tridentinum, & Bullam Pij V. & citat pro hac sententiâ Sorbum, Nauarrum, Azorium, Salzedum, Rodriquez, Fagundez, Marcum de los Huertos, Peyrinum, Lezanam, & Ascanium Tamburinum; quibus adde Persicum de *Officio Sacerdot. lib. 1. cap. 5. dub. 18. n. 149.*

Verum ego non recedo à sententiâ negatiuâ, quam olim docui, & quam me citato docet Martinus de San Ioseph *vbi supra*; cui adde Cardinalem de Lugo *n. 28.* Dicastillum, *num. 68.* Thomam Tamburinum, *n. 14.* Ludouicum de San Iuan, in *Summa, quest. 12. de Sacrament. Euchar. art. 3. dub. 1.* Ludouicum Caspensem in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 23. disp. 3. sect. 2. num. 60.* Ad Concilium Tridentinum, & ad Bullam Pij V. in quibus se fundat Garcias, & alij. Respondeo, Tridentinum non reuocare priuilegia;

gia, sed tantum velle Ordinarios curare, ne Missæ celebrentur horis indebitis; non celebrantur autem horis indebitis Missæ, quæ celebrantur tempore, quo ex facultate Superioris licet; nec ex illa generali loquutione censentur reuocata priuilegia Religiosorum; id quod etiam aduertit Rodriguez in Summa, c. 245. num. 1. & in Q. Q. Regular. q. 43. n. 5. Additque huius sententiæ fuisse viros doctos, quibuscum rem hanc communicauit. Dicendum est itaque, hodie posse Regulares, stante dicto priuilegio Alexandri VI. dicere Missas in suis Ecclesiis, & Monasteriis, duabus horis post mediam noctem.

Dato, & non concesso, dictum Priuilegium Alexandri VI. fuisse reuocatum à Concilio Tridentino, an hodie Regulares possint saltem ex priuilegio Pij V. concesso post Tridentinum celebrare Missas tribus horis ante ortum Solis?

RESOL. XXVI.

Negatiuam sententiam mordicus tenet nouissimè doctus Pater Hieronymus Garcias in Summa Morali, tract. 3. difficul. 8. dub. 1. punct. 2. num. 17. cuius verba hic per extensum apponam; sic itaque asserit: La dudà solo està en la inteligencia destos priuilegios, si se ha de tomar de mas à mas el tiempo que ellos dan, de lo que arriba pusimos por derecho comun, ò solo como suena la letras dellos: Suarez, sect. 4. citata. 5. tertia exceptio, Rodriguez, tom. 1. Q. Q. Regul. quest. 42. artic. 2. Mirand. tom. 1. quest. 40. artic. 10. concl. 2. Tamburinus, quest. 7. citata, num. 4. Diana, part. 1. de celebrat. Missar. tract. 14. resolut. 33. Gauant, part. 1. tit. 15. num. 1. pretenden, que los priuilegios han de obrar sobre todo el tiempo señalado arriba en el punto passado, porque de razon del priuilegio, es que obre sobre el derecho comun, y si no obra se de mas à mas todo lo que concede, no seria de prouecho, lo qual no se ha de dezir, porque lo contrario està expressado cap. Si Papa. de Primil. in 6. de suerte que dizen, que supuesto que de derecho comun en la opinion muy probable, y segura que hemos puesto arriua, se puede dezir dos horas antes de salir el Sol, que dando el priuilegio vna hora, se podra dezir tres horas antes de salir el Sol: porque ay en el Verano hora y media de crepusculo, ò aurora, y media antes que se pueda dezir Missa, segun lo determinamos en el punto passado, son dos horas, y vna que añade el priuilegio, vienen à ser tres horas. Pero esta opinion esplicada con esta latitud, no la tengo por segura, ni ajustada à la mente de los Pontifices, que concedieron los priuilegios, y assi respondo, y digo con Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 25. questione 3. Fagundez, cap. 17. num. 4. & 5. Vasquez cap. num. 27. Bannv, quest. 7. & 13. citatis, que en el presente caso los priuilegios tantum valent, quantum sonant, y que los Pontifices se fundan, no en la opinion probable de los Theologos, que alargan media hora à la aurora; ni en casos extraordinarios, que ocurre necessitat; sino en lo que tiene vez de derecho comun, que es la regla del Missal, la qual dize, que se celebre Missa ab aurora vsque ad meridiem, y assi todo lo que passaren desto los priuilegios, esso han de obrar, y no mas, y de lo dema se sigue grande inconueniente, como se ve en este caso: en Verano amanece, y rompe el crepusculo, ò alba à las tres, y vn quarto; en nuestra opinion se puede començar media hora antes del

crepusculo, que seria à las dos, y tres quartos, si à esto añadiésemos vna hora de priuilegio, vendria à ser à la vna, y tres quartos; este exceso en realidad de verdad que seria contra las reglas del Missal, contra la mente de los Pontifices, y contra la praxis, y costumbre de la Iglesia, y se escandalizaria quien lo viesse; luego los priuilegios no se han de estender tanto, sino solo lo que anaden desde la aurora, y desde medio dia. Ita ille.

Sed his non obstantibus, Ego non recedo à sententia, quam docui, & præter Doctores vbi supra adductos à Garcia, docet nouissimè me citato Pater Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 6. quest. 3. Idem docet, me citato, doctissimus Pater Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 4. dub. 4. num. 55. vbi sic asserit: Addunt multi apud Dianam citandum, ita intelligendum esse hoc præceptum, vt Missa finiat sub principium auroræ, seu crepusculi; ita vt possit inchoari media hora ante crepusculum. Potest igitur Missa iuxta hanc doctrinam inchoari per duas ferè horas ante ortum Solis, aut etiam intergras; quia parum pro nihilo reputatur. Vnde Religiosi, qui gaudent priuilegio celebrandi vna hora ante diem, possunt per tres horas ante ortum Solis absque alio priuilegio Missam inchoare. Legatur Diana 4. par. tract. 14. resol. 33. & Lugo citandus, qui rectè ad hominem impugnat Vasquium; quod sicut in meridie, non obstante, quod talis terminus assignetur, putat esse accipiendum tempus moraliter, etiam si sit aliquanto post meridiem; ita à parte ante moraliter sit accipiendum. Ita Dicastillus; cui adde Thomam Tamburinum Opusc. de Sacrificio Missæ, lib. 1. c. 6. §. 4. num. 5. Tannerum, tom. 4. disp. 5. quest. 10. dub. 4. num. 63. Hieronymum Rodriguez in Compen. Q. Q. Regular. resol. 25. num. 1. & me citato, Quintanadueñas, in Instruct. ordin. par. 5. §. 10. num. 1. & me citato, Pellizzarium in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. subiect. 1. num. 97. vbi sic ait: Quæres quo tempore, & qua hora possint Regulares celebrare Missam. Respondeo, quod licet iure communi non possit celebrari Missa, neque ante auroram, neque post meridiem, nisi in casu rato, ac existente rationabili causa; vt tradunt communiter Doctores apud Laymann, lib. 5. tractat. 5. cap. 4. & suadet vniuersalis consuetudo Ecclesiæ: Regulares tamen, ex priuilegio bullato Gregorij XIII. concesso Patribus Societatis Iesu, cum licentia proprii Prælati possunt celebrare vna hora ante auroram, & vna hora post meridiem; adeoque possunt inchoare Missam tribus horis ante Solis ascensum, & infra duas horas post meridiem. Ita Suarez, disp. 80. sect. 4. & probatur ex eo, quod cum priuilegium debeat operari aliquid vltra ius commune; priuilegium istud, concedens facultatem celebrandi vna hora ante auroram, & vna post meridiem, debet intelligi, vt concedat facultatem celebrandi vna hora ante, aut post tempus illud, quo iure communi licitum est celebrare: vnde fit, quod cum etiam sine priuilegio liceat celebrare duabus horis ante ascensum Solis, & infra horam post meridiem; vi priuilegium licebit celebrare tribus horis ante auroram, & infra duas post meridiem, imò & vsque ad tres horas iuxta Dianam, par. 2. tract. 14. resol. 34. pro se citantem Ioannem de la Cruz. Hucusque Pellizzarius. Vide etiam Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 13. num. 7. Vnde satis probabilem, & tutam in praxi puto sententiam affirmatiuam, quam olim docui, & ante me, & post me tot viri sapientissimi docuerunt.

Nota hic obiter, non solum Sacerdotes Regulares,

res, sed etiam quoscunque posse statim, & illic post mediam noctem celebrare ad dandum Viaticum aegrotis extremè laboranti. Ita, me citato, tenet Dicastillus, *ubi supra*, n. 73. per benignam legis interpretationem, quæ in isto casu non videtur obligare. Idem, me citato, tenet etiam Leandrus, *ubi supra*, quest. 5. & me citato, Cardinalis de Lugo de *Euchar. disp.* 20. *sect.* 1. num. 26. & plures alij: quicquid in contrarium nominatim contra me asserat doctus, & amicissimus Garcias *ubi supra*, punct. 1. n. 3. in fine, cui adde Trullench de *Sacrament. lib.* 3. c. 8. dub. 23. num. 2. qui hoc tantum concedit post unam horam transacta media nocte: Sed tu ne discedas à nostra sententia, quam etiam tenet Caspensis, in *Cur. Theol. tom.* 2. *tract.* 23. *disp.* 3. *sect.* 2. num. 63. Martinus de San Ioseph in *monit. Confess. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 14. de *Euchar. num.* 13. & Aterla de *Sacram. Euchar. q.* 11. *sect.* 15. qui etiam notat cum Vasquez ad dandum Viaticum infirmo periclitanti, posse Sacerdotem ieiunium celebrare ad tres horas post meridiem; quod etiam docet Caspensis *ubi supra*, Casstrus Palans, *tom.* 4. *disput.* 22. *punct.* 7. num. 14. & Leandrus de *Sacram. tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 6. *quest.* 12. An vero in his casibus sit necessaria licentia Episcopi, si adest; aliqui affirmant; ego verò puto non requiri cum Ioanne Præposito in *3. par. D. Thoma*, q. 83. *art.* 2. *dub.* 4. n. 240.

Et tandem nota Tannerum, *tom.* 4. *disp.* 5. q. 10. *dub.* 4. n. 61. admittere tanquam probabilem opinionem Nauarri, & aliorum asserentium non esse peccatum mortale celebrare Missam vsque ad horam nocturnam, sed hoc mihi displicet, vt alibi probaui.

An Sacerdos post consecrationem possit applicare fructum Sacrificij Missæ, pro quo stipendium acceperat si antea non applicauerat?

RESOL. XXVII.

Resolutio huius dubij pendet ex illa quæstione, an actio Sacrificij Missæ essentialiter consistat tantum in sola consecratione vtriusque speciei: & affirmatiuam sententiam docent communiter Doctores. Probatum primò hæc opinio ex forma, qua ordinantur Sacerdotes per verba illa: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium*. Constat autem characterem Sacerdotalem, qui per illa verba datur, directè esse ad consecrandum corpus Christi, nec habere primarium alium effectum supernaturalem; ergo formaliter actus consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi est idem quod actus sacrificandi.

Probatum secundò, ex illo principio, quod Christus in Missa sit principaliter offerens, & quòd Sacerdos exercere debeat actionem sacrificandi in persona Christi, qui non minus in Missa, quàm in Cruce est offerens principalis, vt docet Tridentinum, *sess.* 21. c. 2. & communiter Patres. Sed quando Sacerdos sumit Eucharistiam, nullum actum exercet in persona Christi; neque vllum est signum sensibile, quod hoc significet: quin potius illa, quæ immediatè antecedunt sumptionem, scilicet illa verba, *Domine non sum dignus, &c.* & illa, *Corpus Domini nostri Iesu Christi, custodiat animam meam, &c.* imò reliqua aliqua præter consecrationem, aperta sunt signa nominis agentis in persona propria: nec explicari potest quomodo sumptio Eucharistiæ, aliæque actiones, & verba tribui possint Christo, vt principali operanti, quod tamen facillè intelligitur, & expli-

catur in ipsa forma consecrationis. Ergo in hac & non in aliis consistit essentia Sacrificij.

Verum, his non obstantibus, non dicunt Doctores asserentes fractionem pertinere ad essentiam Sacrificij. Ita Canus, de *Loco Theol. lib.* 12. *cap.* 13. *ad 4. argum.* & Valentia, *tom.* 4. *disp.* 6. *quest.* 9. *punct.* 1. §. Probatum primò ex facto Christi *Matthæi* 26. *Marci* 14. & *Luca* 22. dum panem consecratum fregit, præcepitque, vt nos idem faciamus; illa enim verba, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: iuxta textum Græcum idem sonant, atque pro vobis frangitur, vt notat Vasquez disp.* 22. *num.* 11. Probatum secundò ratione, nam fractio, seu passio Christi in Cruce, vt habetur, de *consecrat. dist.* 2. *Canone, Cum frangitur*: qui desumptus fuit ex D. Prospero. Idem docet Algerus, *lib.* 1. de *Sacrament. corporis Christi*. Fractio ergo pertinet ad rationem Sacrificij commemoratiui passionis Christi, perinde atque consecratio. Item, non desunt etiam Doctores tenentes in sumptione Eucharistiæ totam essentiam Sacrificij Missæ consistere. Ita Albertus in *4. dist.* 13. Ledesma, *1. p. Quartæ, quest.* 23. *art.* 4. in fine, & alij, quia ad rationem Sacrificij requiritur aliqua immutatio in Christo, qui est res oblata. Nulli autem alij actioni Missæ videtur posse tribui ratio immutationis, nisi sumptioni, per quam aliqua ratione Christus immutatur. Imò etiam si quis velit ad rationem actionis Sacrificij Missæ, quia incruentum Sacrificium est, nullam requiri in Christo immutationem; nulla est alia actio melior, & aptior, quam sumptio ipsa, vt in ea constitatur ratio Sacrificij; quia Sacrificij incruenti ratio consistit in repræsentatione Sacrificij cruenti: hoc autem sumptione ipsa repræsentatur, iuxta verba Pauli, *Quotiescunque manducabitis, &c. mortem Domini annuntiabitis*. Quamuis ergo etiam consecratione repræsentetur; putant adhuc hi Auctores meliùs sumptione rationem actionis Sacrificij repræsentari; idè totam essentiam in eo constituunt. Itaque in ea actione consistit integra essentia Sacrificij, quæ victimam immutat: atqui sola Sacramenti consumptio victimam immutat; quia per hanc destruitur esse sacramentale, quod Christus, vt victima habet in hoc Sacramento. Confirmatur, quia consecratio est tantum victimæ præparatio, quæ ad Sacrificium non pertinet, nisi dispositiue; alioqui etiam incarnatio pertinisset ad Sacrificium cruentum Crucis, quia per illam præparata fuit victima Crucis.

His suppositis, ad casum propositum affirmatiue videretur respondendum ex his, quæ docet Pater Tamburinus, *Opusc. de Sacrif. Missæ, lib.* 2. *cap.* 2. §. 10. n. 7. vbi sic ait: Ex probabili sententia, docente, Sacrificij essentiam consistere in consecratione simul, & in consumptione, probabile etiam erit posse applicari fructum Missæ toto tempore ante prædictam consumptionem, quia iam in hac sententia offertur actio faciendæ, non iam facta. Ita ille. At ego prorsus huic sententiæ non adhæreo, stante diuersitate opinionum; vnde in casu nostro, pro stipendio certo Sacerdos præberet danti elemosynam fructum, & applicationem incertam: nam, vt visum est, magis communis opinio est, quòd in sola consecratione consistit tota essentia Sacrificij Missæ: Ergo peracta consecratione, non potest ampliùs dictum Sacrificium applicari; quod quidem, si sciret qui præbet stipendium, non illud præberet pro Missa applicanda post dictam consecrationem: nam vellet Missam cum fructu incerto, &posito sub opinione.

An merces, qua solent frequentius vendi pecunia credita quam numerata, possint plus vendi?

RESOL. XXVIII.

AD hoc dubium nominatim contra me respondet Rocaful in *Decalogum, lib. 3. precept. 7. c. 3. num. 81.* vbi sic ait: Sequitur secundò, licere carius vendere pecunia credita, quàm numerata intra latitudinem iusti pretij: Dixi intra latitudinem iusti pretij excludendam ad falsam sententiam Sà verbo *venditio. num. 4.* quem sequitur Diana *1. part. tract. 8. resol. 21.* vbi dicunt, merces, quæ solent frequentius vendi pecunia credita, quàm numerata, vt lana, aromata, & similia, vendi posse plus expectata pecunia, quàm venduntur numerata etiam vltra rigorosum pretium: Hæc sententia falsa est, & confutatur, quia ex ea inferrentur magna damna Reipublicæ; nollent enim Mercatores vendere pecunia numerata, pluresque res, vt sic vltra iustum pretium fori venderent, atque ita eluderent pretium fori, & introducerent infinitas fraudes, & damna. Rationem verò quam subiungit Sà, quia in eo venditionis genere pecunia credita illud est iustum pretium, hanc inquam rationem ita confuto: nam apud antiquos Doctores, imò iuxta communem recentiorum non est modus vendendi pecunia credita distinctus à modo vendendi pecunia numerata, & inter pretia apud Doctores solum pretium legale, pretium fori, pretium conuentionale, & pretium auctionis continentur: non verò pretium vendendi res pecunia credita, & hæc addenda sunt his, quæ diximus dubio sexto, in quo diximus ex pecunia numerata, non verò ex credita iustum pretium sumi. Hucusque Rocaful.

Sed nimis rigidè se gerit in censuranda opinione Emanuëlis Sà; nam immeritò puro ab ipso vocari falsam cum sit satis probabilis, vt illam vocat *Couarruuias, lib. 2. Varar. cap. 3. num. 6.* & absolutè docent Ioannes de Anania, Salicetus, Decius, Corduba, Syluester, Tabiena, Molina, & alij, quos citat, & sequitur Dicastillus, *de Inst. & iure, lib. 2. tr. 9. disp. 2. dub. 6. n. 75.* Nam si illos, qui tunc emunt numerata pecunia, constet emere minoris illas merces, quam in se valent, computatis prudenter expensis, & aliis ad imponendum de nouo pretium computandis: cur non poterit assignari pretium iudicio prudentum, quod debeat iudicari iustum in communi modo vendendi, quodque aliàs iudicaretur si communiter venderentur pecunia numerata. Dices fortasse ob id, quod quando sunt pauci emptores, & egestas pecuniæ, vilescit pretium rerum, ac proinde illud tunc est iustum, quòd pecunia numerata inuenitur: & quod sic non inuenitur est iniustum: Quia pretium iustum est, quod præsentì pecunia & numerata (attenta multitudine, aut paucitate mercium, & mercatorum, & aliis circumstantiis) æstimatur, & currit. Arguit hac ratione Medina *Cod. de Restrictione, quest. 38. causa 1.* vbi alias affert rationes, & *causa 6. §. ad 4.* vrget hoc, quia quando est multitudo pecuniæ, crescit pretium mercis & merx valet tantum id, quod pro ea offertur. Ergo quando est egestas magna pecuniæ minuitur pretium, & non valet, nisi quod pro ea reperitur. Cum Medina sentiunt Corduba, *q. 84. opinione 2.* Gutierrez, Mercado, & Petrus à Nauarra. Probat hoc Gutierrez, quia ob id non inueniuntur qui emant de præsentì illas merces, quia nolunt eas dare venditores pretio illo minori de præsentì.

Efficacius adhuc impugnatur, quia si venditio ad creditum maiori pretio est iusta; emptio quæ fit numerata pecunia minori pretio, est iniusta. Quod concedit D. Thomas, *opusc. 67.* Respondet tamen Bañez istud esse pretium de præsentì mercium vltroearum. Quia quando non sunt emptores pecunia præsentì, rogatur cum mercibus; ac proinde non est attendendum ad hoc, sed ad aliud de præsentì. Itaque vtrumque probabile mihi videtur. Et hæc omnia docet Dicastillus *loco citato;* qui etiam optime notat idem dicendum esse de mercibus, quæ solent in magna quantitate mari asportari, & vendi pecunia credita maiori pretio, quam tunc pecunia numerata venderentur, quia aliàs non possent vendi sine magno damno domini vendentis. Nam vel multum tempus consumeret si vellet expectare ementes pecunia præsentì, vel vilissimo pretio eas deberet vendere iis, qui pecunia numerata emerant, qui pauci sunt.

Et pro explicatione huius sententiæ, nota duobus modis posse crescere pretium ratione dilatae solutionis. Primò quasi in compensationem illius, & sic aperta esset vsura. Aliter vt incrementum pretij solum oriatur ex dilata solutione, tanquam ex occasione, quæ in causa fuit, vt multiplicarentur emptores; ac proinde ex copia emptorum augetur pretium, aut saltem non decrederet propter eundem modum vendendi. Si enim illæ merces solum venderentur pecunia numerata, pauci essent emptores, cum tamen sint multi, qui eas emere velint pecunia credita, nec desit Reipublicæ necessitas, sed solum facultas statim soluendi. Hoc ergo modo, & ex hoc capite putat licitum sic vendere maiori pretio. Confirmatur hoc, quia iustum rerum pretium sumendum est ex communi foro; commune autem forum ex maiori copia emptorum in eo modo vendendi. Hæc autem non debent iudicari per solam comparationem ad pauciores, qui vendunt pecunia numerata: Neque enim repugnat ratione diuersi fori esse diuersa pretia, v. g. in emptione numerata pecunia eodem tempore diuersum pretium est, quo venduntur res in subhastatione; & quo venduntur ab aliis ex officio. Ergo idem erit, quando ob necessitatem mercis, & defectum pecuniæ plures sunt qui emunt pecunia credita quàm numerata; illi enim faciunt pretium in eo modo emendi, & erit magis commune forum: Ex quæ doctrina soluta est, immò cessat ratio oppositæ sententiæ, quæ tota est, vt in eo casu pretium putet crescere ratione solius dilatae solutionis; quod negamus; neque enim idèd crescit, sed ratione multitudinis emptorum, quorum copia resultat occasione illius modi vendendi pecunia credita. Et ita hanc sententiam latè docet Molina *disput. 355. Bañez in 2. 2. quest. 77. artic. 4. dub. 9.* & alij.

Itaque ex his omnibus patet, non debuisse nostram sententiam, quam ex Emanuele Sà docui; falsam vocare, Sed aliquando iste Auctor nimis pronus est ad inurendas nota falsitatis opiniones nimis probabiles; sicut fecit in *par. 7. lib. 3. cap. 4. disp. 21. q. vlt. num. 507.* vbi falsam vocat opinionem Merendæ, & multorum Doctorum assentientium esse illicitum cambium quod vulgo vocatur, *Sopra di se, vel con la ricorso,* quo campfor facit, vt ex suis pecuniis suis correspondens soluat pro campuario: nam licet ego affirmatiuam sententiam contra Merendam, & alios probabilem existimaui; nempe tale cambium esse licitum; tamen opinionem negatiuam Merendæ dampnantem illud tanquam illicitum, puto immeritò à Rocaful falsam vocari; est enim satis

satis probabilis, & ante factum consulenda. Vtramque igitur opinionem probabilem esse puro, & tam Merendam, quam Rocafull in eius censuram excessisse existimo.

An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, peccet eadem specie peccati, & debeat hoc necessario aperire in Confessione.

RESOLVT. XXIX.

Suppono tripliciter posse me alterum ad peccatum inducere. Primo directe, & formaliter, intendendo ruinam spirituales, hoc est, ex desiderio, ut proximus patiatur damnum illud spirituale. Secundo directe sed non formaliter; quando scilicet volo, quod ipse violet castitatem; non quia malum eius est; sed quia inde lucrum aliquod spero. Tertio indirecte, quando v. g. prauideo, quod ex mea actione proximus facile occasionem accipiet peccandi: Ego tamen id non intendo.

Hoc supposito ad quaestionem propositam negativè respondet Cardinalis Lugo de *Sacr. Pœnit. disp. 16. q. 4. §. 2. à num. 157. usque ad num. 159.* Putat enim debere quidem explicari speciem peccati ad quod proximus inducitur, quoties scandalum fit, primo, vel secundo modo, ita ut indi cte formaliter, vel saltem directe, intendatur peccatum proximi: non verò quando inducitur proximus, tertio modo hoc est prauisa, sed non voluta directe eius ruina, seu periculo; nam in hoc casu, satisfaciet pœnitens explicando malitiam scandali, licet non explicet species peccati, ad quod proximus induci poterat. Sufficiet ergo illi, si dicat: meo exemplo, vel opere, dedi occasionem peccandi proximo, cum deberem id precauere. Ratio est; quia peccatum scandali; quando indirecte solum volumus periculum proximi, non aduersatur alteri virtuti, nisi soli charitati, qua tenemur proximi mala impedire: ergo non videtur esse obligationem explicandi speciem peccati ad quam scandalizatus inducitur; nam hæc materialiter se habet ad malitiam scandali, quod est solum contra charitatem.

Verum nominatim contra Cardinalem de Lugo nouissimè affirmatiuam sententiam sustinet eruditissimus Pater Albertus de Albertis ex Societate Iesu, de *Ornatu Mulierum disp. 1. cap. 5. §. 9. Segmen. 2. num. 26. cum seqq.* & præter Sanchez, Vazquez, & Coninch à Lugo citatos, hanc sententiam tenet Pontius de *Matrim. lib. 5. cap. 18. num. 11.* Ouiedo, *ubi infra*, Castrus Palaus, *tom. 1. tract. 6. disp. 6. punct. 3. num. 1. & seqq.* Tullench in *Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. num. 6. & 13.* Montefinus, in *p. 2. quest. 73. artic. 8. quest. 4. num. 149.* Caietanus, in *1. 2. quest. 43. art. 1. & alij.* Probat hanc opinio, quia certum est, quomodocumque inducas, & pertrahas proximum, etiam indirecte dumtaxat, ad peccatum, siue opere aliàs bono; siue de se malo; te peccati eius, ad quod illum indirecte pertrahis, reum esse, siquidem eiusmodi peccati es causa moralis, ut solide probat Valentia *2. 2. disp. 3. quest. 18. punct. 2.* Vazquez *1. 2. quest. 73. disp. 102. cap. 1. num. 1. & 2.* Thomas Sanchez, *lib. 1. in Decalog. cap. 6. num. 2.* Lorca *2. 2. quest. 43. art. 8. disp. 1. §. 6. num. 6.* asserens non posse contrarium sine temeritate affirmari, & Castrus Palaus, *tom. 1. tractat. 6. disp. 6. punct. 3. numero 2.* annuens esse improbabile Atqui non potes esse causa moralis alieni furti, nisi id sit tibi voluntarium saltem in-

directè, ut liquet Ergo cum tuo opere seu aliàs bono, seu de te malo sis causa moralis indirecta non tantum alieni peccati indefiniti, sed etiam furti in specie, id teneris in confessione planè explicare. Consequentia est explorata, quia omnes illas species peccatorum teneris in Confessione exponere, quæ tibi sunt voluntariæ, saltem indirecte, quarumve moralis es causa, saltem indirecta, ut compertum est. Et confirmo, quia si tuo opere bono, vel malo intendis directè alterum inducere ad furandum, teneris in sententia omnium exprimere in confessione inductionem proximi ad furtum. Ergo eandem etiam teneris exprimere, etsi ea indirecta tantummodò. Consequentia constat, quia ad contrahendam culpam, extra controversiam est, *ex 1. 2. quest. 6.* satis esse voluntarium indirectum Vnde qui vult vindictam iniuriæ, etsi non velit directè offensam Dei, imò licet potius velle Deum vindicta non offendi, nihilominus Deum ea vindicta indirecte offendit, ut planum est. Ergo, etsi tuo furto indirectè tantum velis furtum alterius ex tuo otum; adhuc illius causa moralis indirecta es, quod sufficit ad eam culpam contrahendam, necnon ad obligationem talis furti indirectè voliti necessario explicandi subeundam; siue deinde tale scandalum speciale sit, siue generale tantummodò; quod nihil refert ad obligationem confitendi variandam. Cæteras rationes videbis apud Albertum, *ubi supra*, qui solide, & robustis probationibus firmat hanc opinionem, & respondet sigillatim ad omnia argumenta, quæ pro sua sententia adduxerat Cardinalis de Lugo.

Verum his non obstantibus, opinionem dicti Cardinalis valde probabilem esse puro ut rectè obseruat sapientissimus Franciscus de Ouiedo in *p. 2. D. Thoma, tract. 6. contr. 2. punct. 6. num. 96.* & illam absolute sequitur nouissimè Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 3. §. 5. quest. 7.* Sed an in scandalo indirecto duplex virtus violetur, Albertus; *ubi supra, num. 145.* existimat cum Suarez, *disp. 10. de Charita. sect. 2. num. 10.* Lorca, *disp. 56. cu. num. 10.* & alij, probabilius esse in scandalo etiam indirecto, duplicem existere, vnam quidam vitij particularis, ut luxuriæ ad quam proximus indirectè quoque inducitur; alteram autem peccati generalis contra bonum spirituale proximi; illam aduersari virtuti particulari oppositæ, ut castitati; hanc charitati generali erga proximum, vel misericordie, vel beneficentie, vel correptioni fraternæ: in ordine autem ad confessionem satis esse, si exprimas speciem peccati, cuius occasionem absque iusta causa præbisti. Nam virtus particularis castitatis obligat te ad non coniciendum proximum in grauem occasionem eius amittendæ, ut patet: charitas verò, &c. tanquam virtus generalis obligat te ad non dandam eiusmodi occasionem, & ita ad vitandum proximi peccatum, non sane quatenus luxuria. v. g. & huius occasio castitati opponitur (id quippe cauet maximè eadem virtus particularis, nempe castitas) sed quatenus tantum talis occasio, & peccatum, quod castitati repugnat, nimirum luxuria; cedit in damnum spirituale proximi. Sed in confessione dum ais, datam à te grauem occasionem luxuriæ proximo; sufficienter inducas etiam malitiam contra charitatem fraternam, cum huiusmodi generalis malitia opposita charitati proximi satis in quolibet vitio particulari contra charitatem proximi intelligatur. Dum enim fiteris datam sine causa iusta à te occasionem luxuriæ alteri, hoc ipso manifestas, te fuisse indirectè causam moralem alienæ luxuriæ; & consequenter etiam spiri-

qualis damni, ac ruinae proximi, quod tanquam genus in specie fati in ipsa luxuria percipitur, atque exprimitur. Verum de hac quaestione à nobis *alibi* etiam actum est.

An ubi adest consuetudo, quod mulieres incendunt pectore nudato, hoc non obstant, peccent mortaliter?

RESOLVT. XXX.

Non desunt Doctores absolutè asserentes, mulieres incendentes pectore nudato, peccare mortaliter. Ità Summa Angelica, *verb. Ornatus, n. 3. Pisanella eodem verb. num. 3. Rosella, n. 13. D. Antoninus in Summa, par. 2. tit. 4. cap. 5. §. 3.* Sed ego olim contrarium docui, quando iuxta morem Regionis nudo pectore mulieres incederent; & sic docet Caietanus in 2. 2. *quaest. 169. artic. 2.* ubi sic ait: Pectus à mulieribus decoris gratia nudam alicubi defertur, ac per hoc ad ornatum reducitur pulchritudinis, quòd etiam ornatus talem habens conditionem, scilicet nudati pectoris iuxta Patrie morem, non est secundum se mortalis. Et addit, viros nuditate pectoris mulieribus diueri à maioribus criminibus. Et in Summa *verb. Ornatus, cap. 4.* ornatum mulierum monstrantium media vbera, in remedium, ne peiora fiant, introducunt affuerat, Idem docet Armilla, *verb. Ornatus, num. 1. §. 4. Nauarrus in Summa, c. 23. num. 19. Sanchez, de Matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 46. num. 26. Filliucius, tom. 2. tract. 30. cap. 10. num. 220. Grassius in Decis. lib. 2. tract. 76. num. 2. Lessius, lib. 4. cap. 4. dub. 14. num. 112. Azorius, par. 2. lib. 12. cap. 18. §. 13. quibus adde Trullench, in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. num. 21. & ubi infra.*

Verum his non obstantibus, nouissimè doctus, & eruditus Pater Albertus de Albertis, ex Societate Iesu in *Paradoxa moralia de ornatu mulierum, disp. 2. c. 1. per totum*, latissimè conatur probare primam sententiam, nempe mulieres nudato pectore incendentes, peccare mortaliter; qui etiam purat Principes laicos, & Episcopos sub peccato mortali teneri talem consuetudinem extirpare; & tales foeminas esse à sacra Synaxi repellendas; & sententiam supradictorum Auctorum, qui liberant huiusmodi mulieres à peccato mortali ex more Patrie, probabilem ex principio saltem extrinseco non vult admittere. Et in fauorem Patris Alberti, ego hinc adducam auctoritatem inelyti Doctoris Sorbonici Andreae Duuallij in 2. 2. *D. Thoma, tract. de Charitate, q. 19. a. 5.* ubi sic ait: Difficultas est de ornatu virginum, & mulierum, an scilicet ipsae debeant eum omittere, & relinquere, ne aliqui eas inspiciendo labantur in peccatum; sed sciendum est, ornatum illum mulierum esse duplicem; vel enim est moderatus, statui conueniens, & mediocritatem pro ratione temporis, loci, & conditionis seruans: & hunc non tenetur mulier deponere, etiam si fortè aliqui propterea cadant in peccatum; vel est immoderatus, & immodestus, ut quando mulier nudato toto pectore incedit per Urbem, aut alia loca, in quibus promiscuè viri similiter incedunt; & hic ornatu est ab iis deponendus, & omittendus: quia probabiliter constat, ipsis mulieribus, aliquos ex earum in tali statu aspectu, cogitationes, & desideria obscœna, & nociua concepturos, & cerè talis ornatu non est opus indifferens, sed re ipsa malum; quia, ut inquit Poëta.

*Vt vidi, ut perij, sic me malum abstulit error,
Illa fuit mentis prima ruina mea.
Anton. Diana, Pars X.*

& sic meritò dicebat Iob: *Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* Dices, virginem posse ornamentis illis cum excessu aliquo uti; ad hoc, ut ex multis quorum oculis placebit, vnum ex illis pro viro sortiri possit: & ad illud ius videtur, sicut & ad matrimonium habere. Respondeo, virginem illam propterea non debere uti habitu immodesto, & immoderato, si quidem pro suo commodo, nempe pro viro sibi quaerendo, multa mala committeret, ideoque ex iure, quod habet ad Matrimonium, tantum sequitur, eam posse se conuenienter suo statui, & conformiter alis suae Ciuitatis virginibus, ornare, & sic ornatam conari placere oculis virorum nubere volentium. Caietanus tamen, *q. 169. art. 2. & Nauarrus, cap. 13. Enchiridy, num. 19.* putant hunc ornatum immoderatum, & insolentem, esse tantum peccatum veniale, ratione excessus pugnantis contra virtutem modestiae: non autem ratione scandali, quia ex tali ornatu non magis causatur ruina proximi, quam ex pulchritudine naturali, quae omitti, & deponi nequit: igitur sicut ruina proximi spiritualis, oritur tantum per accidens ex illa pulchritudine: sic etiam ex illo ornatu superfluo, per accidens duntaxat sequitur. Ex quo concludunt aliqui, mulierem ita superflue ornatam, & potissimum nudantem pectus, etsi nolit eum deponere, posse nihilominus absolui in confessione; quod tamen ego nollem, si quidem mulieres ita superflue ornatae, sunt infallibiliter in laqueum, & ruinam multorum, praesertim verò cum ad hunc ornatu excessum nullum ius habeant, neque illis onus aliquod imponitur, si eisdem dicatur ad ruinae proximi praecauendam, eo uti non posse, sed solum eo, qui est eorum statui conueniens. Hucusque Duuallius, sententiam Patris Alberti sequens.

Sed adhuc ego non audeo sententiam Caietani, Lessij, & aliorum, ubi supra nota improbabilitatis inurare, quam nouissimè tuetur Trullench in *Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 13. num. 21.* ubi sic ait: Nec peccat mortaliter mulier sic ornata, ut media vbera monstrat secundum Caietanum, *verb. Ornatus.* Si fiat secundum morem Patrie, & absque vlla intentione deprauata; qui addit: Verumtamen, ubi consuetus iam est, sine peccato videtur, & in remedium, ne peiora fiant, fortè introductus: esset tamen peccatum mortale introducere huiusmodi morem, quia insolita magis mouent, & excitant. Ità ille.

Nota tamen, quod stando in Sententia Patris Alberti in hac insuetata pectoris foemine nuditate, dari posse leuitatem materiae, ut si qua mulier infra radicem colli pectus crassitie vnus tantum digiti aperiat; non putarim eam mortaliter delinquere. Ratio est; quia talis nuditas non videtur per se esse notabilis, quae ad libidinem notabiliter incitet; & huiusmodi ferè est ea, ut vulgo appellatur, *Scollatura*, quae Mediolani ab aliquibus usurpari coepit, modicissimè infra collum, coronae instar ambiens, ac patens; nihilominus à Confessariis, & à Cõcionatoribus aliisque Animarum Pastoribus, & Religiosis omnibus strenua opera danda est, ut huiusmodi quoque *Scollatura* penitus tollatur, quia alioqui contagio vanitatis paulatim serpit, & ab vno digito *Scollaturae* ad duos, hinc ad tres, & ultra, donec pectoris notabilis nuditas cernatur facile proceditur, & periculum ingens est, ne de veniali *Scollatura*, in lethiferam nuditatem pedetentim incidatur. Addit etiam huiusmodi *Scollaturam* posse per accidens notabilem euadere: nam si immodicus ornatu aliàs, nec dum notabiliter ad libidinem prouocabat, fieri potest,

test, vt addita *Scollatura*, iam notabiliter pronocer, atque ita *Scollatura* efficaciam ornatus immodici ad malum allicientis expleat, quanquam non est mortalis, nisi efficacia superaddita ex *Scollatura*, & alio cultu immodico sit notabilis. Quamobrem tanto magis, hæc etiam *Scollatura* detestanda, tanquam culpæ quoque mortiferæ subinde occasio. Hæc Albertus vbi supra.

Nota etiam, quod stando in opinione Caietani, & aliorum Doctorum, peccarent mortaliter mulieres, si incederent nudato pectore, vbi non adest mos sic incedendi; & ego testor quod non adest Panormi: An ad sit Romæ? Pater Albertus, & Pater Pallauicius asserunt; mihi autem non est compertum: nam licet hæc Romæ viderim aliquas mulieres incedentes nudato pectore, & mamillis, credo quod non obseruetur à maiori parte, quæ constituit morem, & consuetudinem, vt ipsemet Pater Albertus me citato docet *cap. 4. num. 6.* Ideò non auderem sententiam Caietani & aliorum hæc Romæ dictis mulieribus applicare.

Notandum est etiam, ornatum mulierum immoderatum esse illicitum, aliquando verò cum peccato veniali tantum, aliquando cum mortali; quod egregiè declarant in casibus particularibus Lessius *de Inst. lib. 4. cap. 4. dub. 14. num. 10. cum seq.* Sed difficultas est, an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale. Affirmat Suarez, *Charis. disp. 10. sect. 3. num. 10.* Filliucius, *tom. 2. tract. 30. cap. 10. num. 121. & alij.* Sed seposita alia prauitate, esse tantum peccatum veniale docet Caietanus, Lessius, & ex illis Pater Albertus, *disp. 1. c. 4. num. 11.* & huic sententiæ ego adhæreo.

Mora vero, quod quando ego dixi *in part. 2. tract. 15. resol. 30.* Fæminam non peccare in ornatu superfluo, intellexi de peccato mortali, non autem de veniali, vt ex alibi à me dictis, colligi poterat, licet aliquando etiam in ornatu superfluo adesse peccatum mortale existimo; prout patet in casibus appositis à Lessio *loco cit.* Et ideò nouissimè Rocafull *in Decalog. præcept. 6. lib. 4. cap. 6. num. 256.* sic ait: Dubitabis an saltem peccet mortaliter vtendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Respondeo non esse peccatum mortale, nisi hoc fiat causa incitandi ad libidinem, aut nisi adsit lex aliqua particularis prohibens hoc sub mortali. Ratio est, quia videretur esse magna inordinatio: non excusatur autem à veniali ob superfluum ornatum. Ita ille.

An Parochus vngendo Infirmum si relinqueret vntionem v. g. aurium, vel oculorum, teneatur iterum ministrare Sacramentum?

RESOL. XXXI.

DE hoc casu ex Germania interrogatus respondi distinguo: nam, vel infirmus non poterat antea confiteri, vel sumere Eucharistiam; & in tali casu Sacramentum Extremæ-Vntionis, modo quo supra ministratum, putavi iterum sub conditione ministrandum esse, ratione charitatis, per ea quæ me citato, docet Martinus de San Ioseph *in Mon. Conf. tom. 1. lib. 1. tract. 1. de Extrem. Vntion. num. 4* si autem, vel confessus fuit, vel communicauit, in tali casu non esse iterum vngendum existimauit: & sic in terminis docet Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tractat. 8. cap. 3. sect. 3. num. 333.* qui in facti contingentia hæc sententiam tenuit, & postea Viri docti

ab ipso consulti approbarunt. Nam in tali casu, Sacramentum commodè præstari non potest, & alio, qui infirmus non patietur graue damnum, quia alia Sacramenta iam susceperat. Confirmatur hæc opinio; nam secluso scandalo, & contemptu, hoc Sacramentum omittere, vel nullum est peccatum, vel veniale, vt me citato ex multis aliis probat Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 1. q. 5. & 6.*

Adde quod multi etiam tenent, quod non sunt Vntiones omnes Sacramento huic intrinsecæ, ac essentialiter; vt docet Baunyus *in Theol. mor. tom. 1. tract. vit. quest. 2. asser. 2.* Et ratio est, quod quælibet Vntio cum sua formâ, completum sensum habeat, ac significationem propriam independentem ab aliis: est hoc ergo Sacramentum quoad essentialia sua integrum. Consequentia probatur, Sacramenti natura est in eo, vt sit signum prædicum gratiæ quam producat illo ipso instanti temporis, quo est, quia id efficit quod dehorat, sed quælibet Vntio, cum sua forma, remissionem culpæ, quæ à peculiari sunt admittæ sensu, innuit ac declarat: ergo eam operatur illicò, ac est: partiale est ergo Sacramentum, essentialiter completum.

Nec obstat dicere, quod non est in qualibet Vntione perfecta significatio: nam tam illa, quam cæteræ ordinantur ad perfectam sanitatem animæ, quæ non fruitur, nisi cuius sensus omnes puri sunt à labe ac peccati fæce, quod ei ante Vntionem complementum non accidit. Ad maiorem Respondendum, in Vntione qualibet, eam reperiri significationem quæ ad Sacramentum sufficit. Addendum præterea, eam expressam non esse remissionis peccatorum omnium, sed implicitam tantum. Primum, in quantum minister ægro certa peccata remitti postulat, aliis non exclusis. Secundò, quatenus gratiam habitualement huic Sacramento propriam; à Deo ei dari, idem minister precatur, quæ cum commercium habere nullum cum culpis mortalibus queat, omnes si quæ fortè condonandæ restant, indulgeri illi, ac remitti Sacerdos orat, ex quo fit consequens sanitatem mentis, & animæ perfectam, quæ est in gratia; Vntione qualibet denotari, implicite saltem ac virtute. Vide etiam Leandrum *vbi supra, disp. 3. q. 20.* vbi me citato tenet, vnicam Vntionem sufficere de necessitate Sacramenti in administratione Extremæ-Vntionis.

Sed quicquid sit de hac quæstione; an in casu posito in titulo Resolutionis, sit repetendum Sacramentum? obseruat Pellizzarius loco citato quod non, sed debet solum suppleri vntio partialis ommissa; si tempus notabile intercessit, reperi debent singulæ vntiones; quia in hoc Sacramento non confertur gratia, nisi quando perficitur vltima vntio cum sua forma: quod est dicere omnes, & singulas vntiones esse de substantia Sacramenti, secundum communiorem; & probabiliorē sententiam.

An Sacramentum Extremæ-Vntionis, si in forma non exprimatursensus, qui vngitur, sit inualidum?

RESOLVT. XXXII.

Affirmatiuam sententiam nominatim contrà me docet Martinus de San Ioseph, *in Mon. Conf. tom. 1. lib. 1. tractat. 1. de Extr. Vnt. num. 18.* vbi sic ait: No se harà Sacramento, si en el fin de la forma no se dize el sentido, v. g. per visum, & per auditum, &c contrà Dianam *3. part. 4. tract. 4. resol. 175.*
Reginal

Reginaldum, *lib. 28. n. 56.* Bonacinam, *punct. 3. n. 4.* & alios, porqu estas palabras son de la sustancia de la forma, y se explica su efecto por ellas; si quitandolas, se quita el sentido. Ita ille.

Sed ex incuria, vel amanuensium, vel impressorum, in citata mea Resolutione amissa fuit particula, non & idem sic corrige, non idem dicendum videtur, &c. nam alioquin statim post vnam lineam mihi contradicerem: nam subdo, de necessitate Sacramenti esse explanationem sensuum vngendorum in forma; & ita me citato tenet Leandrus de Sacram. tom. 1. r. 4. disp. 2. q. 21.

Sed licet ego hanc sententiam teneam, si tamen contrariam, vt vult Martinus tenuissem, sententiam probabilem sequutus fuisset, & idem contra Martinum de San Ioseph, adducam Petrum de San Ioseph cuius verba adduxi in part. 9. tractat. 7. r. ol. 50. Et sanc sententiam tenet etiam doctissimus Theologus nostri temporis Nicolaus Ysambert Doctor Sorbonicus in 3. part. D. Thoma, tom. 3. disp. 3. de Sacram. Extr. Vnct. art. 2. vbi tenet formam Sacramenti Extremæ Vnctionis consistere dumtaxat in his verbis: *Per vnctionem indulgeat tibi Deus;* etiam si non exprimat sensus qui vngitur. Et Primum probatur ex hac particula, *istam*, quia si qua ratione esset necessaria, esset maximè vt vnctio determinaretur ad hanc in particulari: at actio ministri iuncta prolationi formæ satis illam determinat. Secundò: idem patet ex particula *Sanctam*, seu *Sacram*, quia Tridentinum *sess. 14. cap. 1.* dum hanc formam refert nullam facit mentionem illius. Tertio: idem patet ex hac particula, *& suam piissimam misericordiam*, hæc enim apponitur, vt actus misericordie Diuinæ, à quo procedit remissio peccatorum, quæ fit per hoc Sacramentum explicetur: at satis exprimitur per duas istas particulas, *indulgeat Deum*. Quarto: idem patet ex ista particula, *quidquid deliquisti*; hæc enim satis expressè includitur in ista præcedenti, *tibi indulgeat*, cum hæc indulgentia intelligatur fieri à peccatis, & cum terminus ille *indulgeat*, ponatur ibi simpliciter absolute sine vlla restrictione, & terminus absolute positus in aliqua oratione absque aliquo termino eius significationem restringente, sumatur in tota sua latitudine, intelligitur hæc remissio per verbum *indulgeat*, importata, esse de omnibus peccatis, cum etiam vnum peccatum mortale non remittatur sine alio, & sit impium dimidiam salutem à Deo expectare.

Tandem idem probatur de istis particulis; *per visum, per auditum*, & aliis similibus, quibus sensus singuli enumerantur, tum ex eo quod non videtur potior ratio cur vnus sensus debeat necessariò ex primi in forma, quàm alius, maximè cum tam benè possit homo peccare per vnum sensum, quàm per alium: at omnes Theologi fatentur vnctiones peccatum, & renum, non esse necessarias, imò Rituale Romanum expressè monet hanc vnctionem renum semper esse omittendam in foeminis, nec vllam aliam loco illius esse faciendam in alia parte, & proindè forma exprimens partem illam debet similiter relinqui, tum quia tam benè peccata per sensus interiores commissa remittuntur per hoc Sacramentum, imò sola voluntate commissa, quàm quæ committuntur etiam per sensus exteriores, quorum tamen expressio in forma huius Sacramenti non est necessaria, tum quia qui carent aliquo istorum sensuum non desinunt validè accipere hoc Sacramentum. Nec obstat quod vngatur in aliqua parte isti proxima, nam si vnctio talis partis, & mentio illius in forma esset de essentia huius Sacramenti.

Antonin. Diana, Pars X.

menti, non posset loco eius alia iungi, quia per institutionem Christi Domini, hæc esset determinata, & non alia, tum denique etsi quinque sensus essent iungendi de necessitate Sacramenti, attamen inde non sequeretur expressionem illorum in forma, esse etiam de essentia, quia est de essentia Sacramenti Confirmationis, vt Frons iungatur, non tamen est de essentia formæ illius, vt in illa frons exprimitur; igitur hæc particula exprimens sensum, qui iungitur, non est essentialis formæ huius Sacramenti. Hucusque Ysambert. Sed, vt dixi, ego non recedo à sententia asserente, sensus qui vnguntur esse in forma explicandos de necessitate Sacramenti; vt tenet nouissimè Trullench de Sacram. lib. 5. cap. Vnico dub. 2. n. 10.

Nota verò hic obiter, dictum Ysambert *vbi supra*, disp. 2. art. 2. docere non esse de essentia huius Sacramenti, quod oleum sit ab Episcopo consecratum, seu benedictum, habetur satis evidens ex declaratione Clementis VIII. Summi Pontificis, in sua instructione super Ritibus Græcorum, data ad Episcopos Latinos directæ anno Domini 1595. cuius verba Arcudius refert, *lib. 9. de Sacram. cap. 1.* vbi Summus Pontifex agens de oleo huius Sacramenti, ait verbis expressis, Græcos Sacerdotes non esse cogendos olea sancta, præter Chrisma ab Episcopis Latinis Diocesanis accipere, cum eiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & Sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu consecrentur, seu benedicantur. Quare sicut Græci Sacerdotes ex veteri praxi suæ Ecclesiæ, potestate sibi à suis Episcopis olim concessa, & per Summum Pontificem tacito consensu approbata, validè consecrant hoc oleum: ita etiam, multo potiori titulo, simplex Sacerdos ex concessione Summi Pontificis, poterit illud oleum benedicere. Nec obstat quod agendo de Confirmatione dixerimus benedictionem Chrismatum non posse validè committi simplici Sacerdoti; nam Summus Pontifex Clemens VIII. in sua instructione, illam expressè excipit, notatque nunquam Græcis Sacerdotibus simplicibus fuisse commissam; & præter citatos Auctores, hanc partem nostræ propositionis sequuntur Arcudius *loco cit.* Serarius *sua disputat. de Extrema Vnct.* & alij recentiores, qui viderunt prædictam instructionem Clementis VIII. vnde erit tantum de præcepto, quod oleum hoc sit benedictum ab Episcopo, cuius benedictio non potest committi laico, ad quem eius administratio nullo modo potest pertinere, sicut pertinet ad Sacerdotem. Vnde Patres, & Concilia, quæ asserunt oleum hoc debere benedici ab Episcopo, loquuntur de Ministro ordinario, & non de extraordinario, seu per specialem commissionem Summi Pontificis deurato. Hæc omnia Ysambert; cuius sententiam tanquam probabilem admittit Lessius in 3. par. D. Thoma, cap. 1. de Sacram. extr. vnct. dub. 5. n. 10. qui etiam *quæst. 72. art. 2. dub. 2. n. 15.* admittit hoc etiam tanquam probabile in benedictione Sacri Chrismatum pro Sacramento Confirmationis, de qua alibi diximus.

An Episcopus, vigore Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6. de Reform. possit dispensare cum Reo, qui accusatus in suo Tribunali transegit cum Fisco, vel cum Parte.

RESOL. XXXIII.

Casus est practicabilis, & de illo ego sæpissimè interrogatus fui; ac affirmatiuè responderet Genuensis in Praxi, cap. 67. num. 6. vbi sic ait: Sed quid

quid si aliquis non fuit absolutus, neque condemnatus, sed transiit, seu se composuit cum Curia: Et dicendum est, delictum non dici amplius deductum ad Forum contentiosum, quia transactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ. *leg. Fratru. leg. Non minarem. C. de transact. & sufficit quod inquitus non reperitur condemnatus; nec dubium est, quod condemnatur, dummodo transactio non fiat in casu non transigibili; quia tunc induceret confessionem, & probationem delicti, leg. 1. & 2. vbi G. ff. de his, qui sibi mortem consciverunt. leg. fin. ff. de prauaricat. Iason in leg. transigere, Cod. de transact. & probationes, & confessiones factæ in iudicio, inducunt notorium. Hæc Genuensis: & post illum hanc etiam sententiam tenet Antonius Raguccius in *Vas. Eccles. Discipl. tit. de Episcopis, qu. 10. n. 11.* sic asserens: Non dicitur deductum ad forum contentiosum in hoc sensu, si Reus fuerit absolutus etiam falsis probationibus, Nauarrus *cap. 27. num. 255.* neque si non fuit absolutus, nec condemnatus, sed se composuit cum Parte, & Fisco; si delictum est transigibile, adhuc tamen Episcopus dispensat. Ira ille.*

Sed contrarium tenet Squillante *de Priuil. Cler. c. 4. n. 166.* in fine, stante declaratione Sacræ Congregationis adducta à Garcias *de Benefic. tom. 2. par. 7. cap. 11. num. 47.* vbi testatur, statuisse non posse vti beneficio dicti Concilij Tridentini illos, qui ratione alicuius delicti non fuerunt absoluti, neque condemnati, sed dimissi cum promissione de se præterendo, cum delictum sit iam deductum ad forum contentiosum. Quod etiam docet Marchinus *de Sacrament. Ordin. par. 9. cap. 1. difficul. 4. num. 10.* vbi sic ait: A fortiori deducitur post sententiam iudiciali absolutam à crimine, de quo quis accusatus fuit, posse ab Episcopo dispensari, & promoueri ad Ordines. Quod est extrà omnem controuersiam. Verùm, si Reus non fuit absolutus definitiue defectu probationum; sed dimissus cum onere se presentandi toties, quoties, tunc non potest vti beneficio huius Canonis ex Decreto Sacræ Congregationis.

At Aliquis in fauorem Genuensis posset dicere, non deesse Doctores asserentes, Reum punitum, nisi sit infamis, post sententiam elapso strepitu iudiciali ab Episcopo posse dispensari, & ad ordines euehi. Ducor; quia licet huiusmodi delictum sit publicum, & deductum ad forum contentiosum; tamen non generauit infamiam, vt supponimus. Cur ergo arceri debet ab Ordinibus Sacris? Nam intentio Concilij fuit, limitare Episcopis hanc facultatem dispensandi in casibus ad forum contentiosum deductis, nè iudicium secularium, vel Ecclesiasticorum autoritas diminueretur, vel perturbaretur: sed finito strepitu iudiciali, & delicto punito, cessat omnis occasio perturbationis: ergo liberum erit Episcopo dispensare, & ordinare, si ita expedire iudicauerit. Et pro hac sententia plures adduxi in *par. 4. tract. 2. resol. 97.* quibus nunc addo me citato Marchinum *vbi supra, num. 11.* & me etiam citato Martinum *de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 20. de Pœnitent. n. 9.* vido etiam Sanctæcellum *de Har. c. 5. dub. 5. dub. 6. n. 68.*

Itaque si post sententiam condemnatoriam finito iudicio, & Reo punito potest Episcopus dispensare secundum sententiam supradictorum Auctorum; idem dicendum videtur in casu nostro: nam per transactionem cum Parte, vel Fisco iudicium est finitum, & strepitus iudicialis cessauit; ergo cessat omnis occasio perturbationis: ergo liberum erit Epi-

scopo si vult cum dicto Reo dispensare, si delictum non generauit infamiam Verùm Tu cogita: nam Ego obseruo, quod illud caput 67. in quo Genuensis docuit hanc sententiam in editione Romana 1609. postea in alia editione Romana anno 1638. non fuit impressum; forsitan quia docebat hanc doctrinam, & alia, quæ etiam mihi non placent.

Notandum est tamen hic obiter quod ex Campanili, & Bonacina, Bossius *de Iubilæo, sect. 1. cas. 10. §. 3. num. 43.* aduertit, quod etiam si iudicium non fuerit per sententiam definitiuam, aut interlocutoriam finitum, & terminatum, sed intermissum, & derelictum, eò quod accusator per annum tacuerit, potest Episcopus dispensare. Et hoc idem ait Barbosa in *Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. num. 37.* saltem si post aliquod tempus constiterit Actorem in probatione non progredi.

An Confessarius dicens aliquem Pœnitentem in Confessione sibi scrupulis obtundere caput, frangat sigillum.

RESOL. XXXIV.

DE hac quæstione egi in *par. 5. tract. 11. resol. 50.* & negatiue sententiæ adhaesi: Sed nouissimè nominatim contra me insurgit Tamburinus *Opusc. de Confess. in Append. c. 3. num. 17.* imò illam, nec vt probabilem admittit, quod valdè miror, quia illam tenent 15. Auctores, quos me citato etiam sequitur Leandrus, *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 10. q. 35.* quibus adde Trullench *de Sacram. lib. 4. cap. 8. dub. 4. num. 8.* Martinum *de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 22. de Pœnit. num. 10.* vbi sic ait: Tampoco le quebranta el Confessor que dize, que fulano penitente es escrupuloso, porque esto antes es iudicio de buena conciencia, ni el que dize, que con sus menudissimos pecados le quiebra la cabeça, y le da pesadumbre. Ita ille. Videat igitur Pater Tamburinus, si ego immeritò hanc sententiam communem vocauerim. Et ratio est, quia per hos modos loquendi nullum mortiferum in genere, nec peccatum veniale in specie reuelatur; Ergo. Poterat igitur hanc sententiam tanquam probabilem admittere Tamburinus, licet ego vbi supra, adnotauim, quod deberent Confessarij ab hoc modo loquendi abstinere. An verò dicendum sit de alijs exemplis, quos contra Cardinalem Lugo non admittit Tamburinus *laco citat.* remitto iudicandum Lecto-ribus, sufficit mihi exemplum meum de Scrupuloso defendisse, quod contra me non admisit Tamburinus.

Notandum est hic obiter Lessium in *3. par. D. Thoma, qu. 11. de Sigillo Confess. art. 1. dub. 2. num. 6. & 7.* docere, quod Clemens VIII. anno 1592. die 26. Maij edidit decretum, quo præcipit Superioribus Regularium, vt diligentissimè, caueant, ne ea notitia quam in Confessione de aliorum peccatis habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur. Rosset tamen incidere casus, in quo Superiores ea scientia tenerentur vti; quia contraria sententia est probabilis. Nec ius humanum potest efficere, vt sententia probabilis non possit vti, quando id necessarium est ad ingens malum impediendum. Ita Lessius: Sed tu cogita ex Cardinali Lugo. Pater Auerfa *de Sacram. Pœnitent. q. 18. sect. 3.* deducit ex natura ipsa rei & ratione Sacramenti, hanc vsum esse vniuersaliter illicitum, quia aliqui non poruissent à Pontifice Prælati Regularibus prohiberi.

liberi. Si enim per se licitus esset in quibusdam etiam casibus esset necessarius ex præcepto ad vitandum grauissimum aliquod detrimentum: quare non potuisset in iis casibus prohiberi: sed tamen sine exceptione vniuersaliter prohibetur. Verum potius intentum Pontificis in eo decreto fuisse videtur, ita cautos, & tutos reddere Regulares, pro quibus illud edidit ut absque vlllo timore huiusmodi vsus sua peccata integrè confiteantur: quod nempe etiam si alioqui talis vsus per se licitus esset, tamen sua lege prohibuit, potens & volens prohibere. Qua prohibitione facta, iam nec etiam prætextu illius sententiæ tanquam alioqui probabilis, licitum est Prælati Regularibus in praxim deducere talem vsus. Neque verò si fuisset antea licitus, sequebatur fore etiam debitum ex præcepto, ut propterea à Pontifice prohiberi non posset: siquidem adhuc non fuisset, ut iam statuimus. Sed ut dixi, de his omnibus Tu cogita; sicut etiam de doctrina Patris Tamburini *vbi supra, cap. 6. § 2. num. 9.* vbi firmat dictum Decretum non ad omnes Confessarios, sed ad eos qui Superiores sunt, vel deinceps erunt, dirigi, nec eis etiam prohibere aliqua quæ non exercentur verè circa personam Pœnitentis, licet contrà ipsam aliquando recurrant ut vigilantius Confessarium custodire res suas, seruo furaci pecuniam, vel arcæ claues non committere, Superiorem claudere fores, unde idem sciuit ex Confessione aliquem de nocte furtim exire, Sacerdotem se domi continere, vel Missam non celebrare, quia in Confessione sciuit infidias, & similia, quæ communiter consueuerunt esse positiones alicuius impedimenti, quo posito Pœnitens absque suo aliquo extrinseco incommodo impeditur, quo minus in peccatum ruat.

Adde etiam, quod Leandrus *de Sacrament. tom. 1. traet. 5. disp. 10. quest. 63. & 64.* putat non obstant dicto decreto, posse probabiliter sustineri, licere Superiori ob peccatum in Confessione cognitum, priuare Subditos Officiis ad nutum amouibilibus. Et licere etiam Superiori, vel cuilibet negare suffragium Pœnitenti, quem solùm per Confessionem cognoscit indignum esse ad Officium, vel Prælatiam. Quærit etiam idem Leandrus, *quest. 67.* an liceat Superiori ob notitiam Confessionis, negare subditis licentiam exeundi foras; alloquendi externos; claudere fenestras, & alia huiusmodi facere; & affirmatiuè respondet: sed Ego his non assentior, præsertim primis duobus casibus à Leandro adductis. Vide etiam me citato Martinum de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. traet. 29. de Pœnit. num. 12. & 13.* cum doctissimo Patre Amico *in Cur. Theol. tom. 8. disp. 13. sect. 6. num. 42.* & notat Caspensem *in Cur. Theol. tom. 2. traet. 24. disp. 7. sect. 5. num. 31.* firmare, quòd licet dictum Decretum Clementis solùm loquatur de Superioribus, & de vsu notitiæ ad exteriorem gubernationem, tamen ex eius verbis necessariò colligitur idem de omnibus dicendum esse.

Quo pacto Religiosus debeat restituere, si absque licentia Superioris bona aliqua secularibus donauit.

RESOL. XXXV.

AD hoc dubium sic respondet nouissimè Hieronymus Garcias *in Politica Regulari, tr. 4. par. 3. difficul. 5. dub. 13. num. 7. & 8.* Si consideramus esta obligationem de parte del Religioso, respondo lo segundo, que en agenando bienes suyos, ò de la Anton. Diana, Pars X.

munidad sin licencia, que està obligado à persuadir al que los recibò que los restituya, y si no quiere, ò no puede, deue el Religioso recompenfar este daño al Monasterio de las limosnas que tiene aplicadas, ò con industria de sus manos, ò de otra manera decente; pero en dos casos està libre el Religioso que enagenò de persuadir à la persona que recibò que restituya. El primero, si se le sigue infamia dello, como si lo que enagenò lo huuiesse dado à vna ramera, ò alcagueta, que en tal caso no lo ha de pedir, sino ricompenfarlo de la mejor manera que puede. El segundo si se sigue deshonor al Conuento, como si el Procurador, ò otro Religioso huuiesse dado à alguna persona honrada, y de calidad algo del Conuento, y este tal con la buena opinion que tiene del Religioso que se la dio, pensasse renello con buena conciencia, por creer era voluntad saltim præsumpta del Superior, y Conuento, y deuersese en buena amistad aquel agradecimiento; en tal caso aconsejan Cordoua, *q. 109. Castro punct. 23. num. 5.* que el Prelado, ni el Conuento no lo pidan, por el escandalo que puede auer, sino que se le perdone, y remita. Otros dos casos ponen comunmente los Doctores, en los quales queda libre el Religioso de restituir al Conuento lo que enagenò. El primero, si el dinero que dio à la ramera, ò à otro se le dio algun amigo, porque aunque pecò contra el voto de pobreza, però no contra iusticia, porque de la enagenacion deste dinero, no ha seguido daño alguno al Monasterio. El segundo, si de lo que el Religioso gastò en cosas profanas, tenia licencia para gastallo en cosas licitas, porque era de sus rentas, ò limosnas, ò herencias, y no de la sustancia de la Comunidad por la razon que acabamos de dar, de que al Monasterio no se le defrauda en cosa notable, aunque mas pequer este contra vorum paupertatis. Ita Garcias.

Sed non desinam hinc apponere verba Patris Fulgentij de Ouiedo Benedictini, qui in *Repub. Regulari, par. 1. traet. 9. cap. 1. q. 10. num. 71.* sic ait. Sed est grauis difficultas, an Religiosus, qui peculium consumit in ludis, & meretricibus, teneatur restituere. Aliqui affirmant, assignando modum scilicet, quòd tantam quantitatem peculij, quam tunc habeat, vel postea, & posset alias licitè consumere; & per consequens licitè à dominio quod habet Communitas auferre non consumat sed conseruet: nam sic conseruabit tantæ quantitatis dominium, quantam abstulit, illicitè consumendo: Alij negant talem restitutionem posse facere Religiosum, cum nunquam habeat alicuius rei dominium, quod requiritur. Hæc ille: Sed, ut verum fatear, si hoc vltimum esset probabile ex multis scrupulis immunes essent Religiosi, & ex hoc principio quidam Theologus Salmanticensis olim mecum loquens Religiosos ab onere restitutionis liberabat. Sed Tu cogita: Ego enim nolo esse Auctorem huius opinionis.

An Meretrices, qua in Paschate non confessæ sunt priuentur Ecclesiastica sepultura; & incidant in Censuram aliquam Synodalem, si extet.

RESOL. XXXVI.

NEGatiuè respondet Leandrus, *de Sacram. tom. 1. traet. 5. disp. 3. q. 58.* vbi sic ait: licet Meretrices peccent mortaliter, non implendo annuæ Confessionis præceptum, non tamen incurrunt præfatas

penas, Primò: quia tales nunquam denuncian-
 tur, etiam si per multos annos non confiteantur. Se-
 cundò; quia illarum miserimus status permittitur
 ab Ecclesia ob vitanda maiora incommoda: non er-
 go ab illa puniuntur: nam aliàs nullo modo diceretur
 permitti, si tam rigida pœna earum peccatum
 puniretur. Ita ille; qui citat Viualdum, Sà, Graf-
 fium Rodriquez, & Zerolam; quibus ego addo no-
 uissimè Martinum de San Ioseph *in mon. Confess.*
tom. 1. lib. 1. tract. 6. de Pœnit. n. 12. sic asserentem. Las
 penas puestas por la Iglesia à los que no cumplen
 con el precepto annuo de la Confession, son priua-
 cion de sepultura Ecclesiastica, y del ingreso de la
 Iglesia però no se incurrèn ipso facto, sino despues
 de la sentençia del Iuez. No incurrèn estas penas
 los niños antes de quatorze años, y las niñas antes
 de doze, que es la edad de la pubertad, porque
 piadosamente se puede creer, que la Iglesia no
 quiere castigar antes de esta edad. Sanch. *in Summ.*
lib. 1. cap. 12. num. 7. Henriquez *lib. 8. cap. 42.* Fagun-
 dez *præcept. 2. lib. 1. cap. 3. num. 15.* Lugo *dispnt. 15.*
num. 150. Vasquez, *quæst. 90. art. 2. dub. 4. y es com-
 mun.* Y lo mismo creo se deue dezir de las rame-
 ras, de qui en permite la Iglesia su mal trato: y
 por el mismo caso se ha de dezir, que no las quiere
 castigar con tal rigor, y nadie jamas denunciò de
 esta gente perdida. Ita ille, Vnde Emmanuel Sà etiam
 in Editione correctâ à Magistro Sacri Palatii, quam
 penes me habeo impressâ Venetiis anno 1614. apud
 Georgium Valentium, *verb. Confessio, num. 43.* idem
 asserit.

Verùm pro affirmatiua sententia Leandrus citat
 Fagundez, *præcept. 2. lib. 1. cap. 3. n. 10. & 11.* & Car-
 dinalem Lugo de *Sacram. Pœnitentia, disp. 15. n. 149.*
 Sed Lugo, vt legentibus patebit, loquitur ibi de
 Pueris, qua ætate obligentur ad præceptum annuæ
 Confessionis & nihil agit de hac quæstione. Idè
 tu cogita. Et vt verum fatear hîc Romæ Meretrices,
 quæ in Paschate non receperunt Sacramentum Pœ-
 nitentiæ, si moriantur absque Confessione, priuan-
 tur Ecclesiastica sepultura, & in quodam loco extrâ
 Portam Populi sepeliuntur.

Puto tamen satis probabile id quod asserit Marri-
 nus *ubi supr.* nempe quod Pueri, qui decimum quar-
 tum annum, vel ad minus duodecimum nacti non
 sunt, nullo modo incurrunt prædictas pœnas, id est,
 nullo modo plectendi sunt ingressu Ecclesiæ, & pri-
 uatione Ecclesiasticæ sepulturæ; nec excommunica-
 tione, quia piè creditur, vsque ad eam ætatem, piam
 matrem Ecclesiam noluisse pueros censuris ad sua
 præcepta seruanda cogere. Et ita me citato tenet
 etiam cum pluribus Leandrus *ubi suprâ, quæst. 57.*
 & etiam me citato Trullench *in Decalog. tom. 1. lib.*
3. c. 4. dub. 2. n. 12. quicquid probabiliter etiam in
 contrarium asserant alij.

*An Pueri teneantur ad annuam Confessionem,
 si ante septennium vsum rationis
 obtinuerunt.*

RESOLVT. XXXVII.

Affirmatiuam sententiam nominatim contrâ
 me tenent duodocti Recentiores, Leandrus de
Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 3. quæst. 38 & Martinus
 de San Ioseph *in mon. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 6.*
de Pœnit. num. 9. vbi sic ait: Los niños en teniendo
 vso de razon, Luego que alcançan que cosa es pe-
 cado, en cometiendo pecado mortal, estan obliga-

dos à confessarse, aunque no ayan llegado à siete
 años. Assi lo determina el cap. *Omnis vtriusque se-
 xus de Pœnit. & Remiss. ibi:* Omnis vtriusque fidelis
 postquam ad annos discretionis peruenerit omnia
 sua peccata saltem semel in anno fideliter confitea-
 tur, &c. y es comun contrâ Ioan. Sanchez *in Sele-
 ctis, dispnt. 51. num. 3.* Castro Palao, *tom. 1. tract. 3.*
dispnt. 1. punct. 24. §. 2. num. 3. Dianam *4. par. tract. 3.*
resolut. 52. que tienen, que no estan obligados antes
 del seprimo, aunque tengan vso de razon, porque la
 Iglesia no obliga con sus leyes hasta el dicho tiem-
 po, y contrâ Lugum, *di/p. 15. n. 152.* que afirma, no
 tienen obligacion antes de ocho años. Però mas
 hemos de creer al Derecho, que ordena expresa-
 mente lo contrario. Et legis casus vbi est; ces-
 sat omnis disputatio, Gloss vlt. *in leg. Ancilla, Cod. de
 Furtis. Surdus conf. 53. n. 6.* Craueta *conf. 273. n. 7. lo-
 seph Sesse Aragonia dec. 153. n. 5.* Hucusque Marti-
 nus. Sed iste Auctor non loquitur consequenter, qui
 postea, *lib. 2. sr. 2. de Ieiunio, n. 4.* asserit, Pueros ante-
 quam perueniant ad septennium, si acquirant vsum
 rationis, posse comedere carnes in diebus Ieiunii; sic
 enim asserit: A los niños que no an llegado al vso de
 razon, se les puede dar carne, y hueuos en los ayu-
 nos de Quaresma, y en los demas de entre año, por-
 que no les obligan las leyes de la Iglesia: y lo ordi-
 nario suele ser hasta los siete años, aunque no estan
 obligados à ayunar, hasta los veinte y vn años: es do-
 trina comun. Y aunque conste, que antes del seprimo
 se les acelerò el vso de la razon, se les puede dar
 carne, y manjares prohibidos, porque antes de los
 siete años nos les obliga ninguna ley Ecclesiastica:
 Et ad ea quæ frequenter accidunt, leges adaptan-
 tur spretis casibus raro contingentibus. *leg. nam ad
 ea ff. de legib. Diana, resol. 42. par. 1. tractat. 9.* Ioan-
 nes Sanctius, *disp. 51. in fine* Itâ Martinus: qui vt di-
 xi non loquitur consequenter: nam si obligat Pue-
 ros præceptum annuæ Confessionis ante septen-
 nium, obligabit illos etiam præceptum abstinendi
 à carnibus, & è contrâ.

Dicendum est itaque, pueros ante septennium, si
 adepti fuerit vsum rationis, posse comedere car-
 nes, nec teneri ad annuam Confessionem; & itâ
 me citato nouissimè docet Ioseph Roccafull *in De-
 calogum de Præcept. Eccles. tractat. 6. lib. 4. cap. 3.*
num. 35. & Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 4.*
dub. 2. num. 11. vbi sic ait: Diana cum Sancio, &
 Palao tenet, eum non teneri confiteri, nec à car-
 nibus abstinere, nec ad alia præcepta Ecclesiæ, si
 constet ante septennium habere vsum rationis; quia
 leges non intendunt obligare ante illud tempus, &
 ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri est
 solitum, quod est septennium, & per accidens est
 quod ante septennium in hoc, vel illo Puerò acce-
 leretur. A fortiori non tenebitur, inquit Diana, si
 ante septennium dubitetur de vso rationis; quia
 tunc, inquit, præsumendum est non illum habere;
 quæ omnia probabiliter sustineri possunt propter
 rationem, & autoritatem Doctorum. Itâ Trul-
 lench. Et præceptum abstinendi à carnibus non
 obligare Pueros ante septennium, etiam si habe-
 rent vsum rationis, docuit etiam Pasqualigus *in Pra-
 xi de Ieiunio, decil. 50. num. 2.* quia, ait ipse, lex huma-
 no modo procedit in obligando: vnde quia non in-
 tendit obligare nisi habentes vsum rationis, idè
 solùm intendit obligare, quando præsumitur vsum ra-
 tionis. Vsum autem rationis non præsumitur, nisi
 expleto septennio, quia si aliquandò anticipiat per
 accidens est, & ea quæ per accidens fiunt non com-
 putantur. Quare cum lex non intendat obligare nisi

cos

eos qui præsumuntur vsum rationis exercere, non intendit obligare ante septennium. Fateor tamen, his non obstantibus, contrariam sententiam esse probabiliorē & securiorē, id quod firmo est negatiuam sententiam esse satis probabilem, quod fatentur ipsimet aduersarij.

Nota hinc obiter, Martinum *vbi supra, num. 5.* me citato, rectè docere, Fatuis, & infidelibus tempore Ieiunij, posse carnes ministrari, quia non subduntur legibus Ecclesiæ.

An rectè, & laude dignum faciant, qui in monasteriis & Ecclesiis ab isdem fundatis, arma sua gentilitia reponunt.

R E S O L. XXXVIII.

Hanc quæstionem latè, & ad partes pertractat Heruditus Iuriconsultus Andreas Magerus *in suo tract. Iuridico-Historico Politico, de Advocacia armata, cap. 18. num. 134. & seqq.* & pro negatiua sua sententia videtur obseruandum, illos, qui signa sua in Ecclesiis, quas contruunt affigunt, graue periculum incurere, ne meritum omne amitant, quod fieri tradidit ex antiquioribus, Germinianus *in cap. Dua sunt 45. dist.* quem refert, & sequitur Bernardus de Landriano, *in addit. Panormitanus in cap. Dilecta. de excessib. Pralator.* Idem cum aliis admisit Chassanæus *conclus. 13.* vbi rotundè dicit, aduertendum esse quod ponentes arma sua in Ecclesiis quas faciunt, aut in ornamentis, quæ donant Ecclesiis, siue Monasterijs, meritum perdant. Et præter hos disuasorem eiusdem rei se inter modernos præbet Anton. Sola *super dist. Decret. De armis, & Insigniis, gloss. 2. num. 8.* Vbi grauiter monet Ecclesiarum Fundatores, ornamentorumque Ecclesiasticorum largitores, ne in capellis, vel ornamentis insignia depingi, vel insui curent, eò quod per id boni operis meritum amitant. Denique hanc ipsam satis superque confirmatam decisionem summæ autoritatis ac nominis Iuriconsultus Gabriel Palæotus, *de Imagin lib. 2. cap. 47. versic. Possent etiam,* expressè tueretur inquit, grauiter errari, si insignia in Ecclesiis ponantur, aut cum rebus sacris, & diuino cultui addictis coniungantur, quod inde non parua indignitas, & summa analogiæ offensio consequatur. Ibi dem subiungens, licet hæc in Laicis fortè dissimulanda sint, in personis tamen Ecclesiasticis minus tolerari, & maius argumentum spiritus, & prudentiæ eos præbituros, si ista prætermittant. Nam cum Clerici, & caractere, & vestitu, & pijs fidelium oblationibus, & eleemosynis, quibus fruuntur, item officijs quæ sustinent, & sacris omnibus quibus iniuriati sunt, publice profiteantur, se à mundo abesse longius, & summo Deo verè dedicatos; æquum, & eorundem muneri conueniens est, vt in his familiarum insignibus, in his titulis affinitarum, se cæteris præbeant dissimiles, in ipsorum locum Ecclesiarum titulos, si habent, inferant; aut ab officio Ecclesiastico, cui addicti sunt, aut aliundè aliquid perant, quod & studiis ipsorum respondeat, & cum instituto viuendi genere congruat, denique re ipsa aliquid significant, quod ab eo, quod insignia facere solent, longissimè absit. Nam cum ista ostendant res illius esse proprias, cuius insigne ferunt, debent ista quidem ostendere, id quod possidentur, esse Ecclesiæ proprium, esse dignitatis, aut officij, in quo positi sunt, aut aliquid aliud, cum vita Ecclesiastica

consecutiens. Hæc hæctenus ex Palæoto. Existimo autem præcitatos Authores in hac traditione potissimum respexisse ad abusum huius rei, quem Palæotus *dist. cap. 48.* tam longè processisse, adeoque hominum animis dicit infedis, vt si cui venit in mentem Ecclesiam ædificare, aut singulari aliqua re illam exornare, statim etiam ante cœpti operis initium cogitare incipiat, quem reperire possit illustriorem locum, vbi insignia sua collocare possit, vt si fortasse in primis nobiliter, accuratè prospiciendo, vt signum suum summè conspicuum, impenseque elaboratum, omnium oculis appareat.

Verùm licet Magerus *vbi supra,* pro parte negatiua varias adducat rationes, & ad argumenta contraria respondeat; tamen *n. 182.* sic asserit: Cæterum his ita dissolutis, licet asserta hucusque negatiua opinio theoreticè disputando iure optimo defendi posse videatur, ne tamen quis sensum nostrum durius interpretetur, existimando, nos magnis Prælatis, & Principibus viris penè innumerabilibus qui summa pietate præditi, in construendis Ecclesiis, iisdemque insigni munerum thesauro augendis, toti insudarunt, & insignia ibi sua reliquerunt, aliquam reprehensionis notam inutere, idcirco quia propositi non est nostri, tantorum virorum facta redarguere, aut de alienis consilijs iudicium ferre, sentimus prædictam decisionem cum mica, quod aiunt, salis accipiendam esse, adque institutum illud affigendum insignium, quod latius inter Prælatos Ecclesiarum dimanauerit, per se non esse reprehendum: Cùm enim signi natura indifferens sit, & in medio quasi loco inter virtutem, & vitium consistat, quod totum à vano hominis proposito alium, & alium finem respiciente proficiscitur. Ea propter hisce in rebus agentis intentionem spectandam rectius asserit Purpuratus *in leg. 1. num. 156. ff. si cert. per.* eumque sequutus Antonius Sola *super d. decret. de Arm. & Insig. gloss. 2. num. 8.* quæ si recta sit, armorum positio non solum ab omni vituperatione aliena, verum etiam admodum Deo accepta, & meriti loco esse, sicut è diuerso, quando deest rectus finis, per eandem peccati labes contrahi potest. Quare Prælatos illos excusatione dignos putamus, qui cùm videant, consuetudinem hanc Titulorum, & insignium retinendorum vsu, & consensu penè omnium, qui dignitates in Ecclesia obtinent, receptam, eandem ipsi quoque vt ad virtutes, quibus dignitates promeruerunt, consanguineos successores excitent. Itaque si quis est, qui insignia sua in turribus Templorum, vel ipsis etiam in Ecclesiis ponere velit, illud in primis illi curandum esse existimo, vt cum sibi finem præfigat, vel alios exemplo suo in exornandis Aedibus Sacris excitandi. Hucusque Magerus: Et sic tot Pontifices, Episcopos, Reges, & alios viros nobiles fecisse, & facere existimandum est, & est vsus communis omnium Fidelium timoratorum conscientiæ, qui etiam in vasa aurea, vestes, & alia ornamenta Ecclesiis donata, apponere solent arma gentilitia.

An itinerantes cum curru excusentur à Ieiunio.

R E S O L V T. XXXIX.

DE hoc casu his diebus interrogatus fui; & ad illum sic respondet Pater Pasqualigus *in Praxi de Ieiunio, decis. 316. num. 5.* vbi sic ait: Certum videtur, quod iter habentes in curru non excusentur, nisi ieiunent, regulariter loquendo; non enim, vt ex-

»perientia constat, interuenit labor considerabilis
 »cùm sedentes trahantur. Nec illa agitatio causat
 »lassitudinem, cùm non sit necessè eos, qui vehuntur
 »contra ipsam niti: Solum per accidens posset ali-
 »quis excusari, si nimirum ex illa agitatione per plu-
 »res dies continuata debilitaretur, quia nimirum de-
 »bile caput habet, nec possit vna refectione in pran-
 »dio tantùm cibi sumere, quantum sufficiat, & si so-
 »lùm ientaculum pro prandio sumat, nequeat ob de-
 »bilitatem capitis resistere. Ita ille.

Sed magis amplè, & absolurè loquitur Martinus
 de San Ioseph in *mon Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 1. 2. de*
» ieiunio, n. 6. vbi, ita asserit: Para releuar del ayuno a
 » los que chaminan a pie, ha de ser el camino conside-
 » rable, v. g. por parte del dia, que asliga al que cà-
 » mina, que si el viage fuesse de vna legua sola, claro
 » està que no escusarà. saluo si el sujeto fuesse tan fla-
 » co que el corto camino le cansasse tanto, como à
 » otro el camino largo. Comunmente no escusa del
 » ayuno el caminar à cauallo, sino es que se aya de
 » atarder à la flaqueza del sujeto, como acabo de de-
 » zir de los que caminan à pie. Lo mismo se deue de-
 » zir de los que caminan en coches, ò en carros, aun-
 » que si fuesse el viage largo, parece iusto aliuuarlos
 » del ayuno, por los continuos golpes que sufren. Hæc
 » ille. Dico itaque cum Trullench, in *Decalog. tom. 1.*
lib. 3. cap. 2. dub. 7. numero 12. qui citat Filliucium,
 » itinerantes in curru, si longum sit iter, excusari à iei-
 » unio. currus enim valdè concutit, & defatigatio-
 » nem inducit, nisi valdè commodus esset, vt valdè
 » modica defatigatio contingeret. Verùm Pasquali-
 » gus *vbi supra, numero 7.* sic subdit: qui verò vtuntur
 » in itinere equis conductis, regulariter immunes mi-
 » hi videntur à ieiunio: nam regulariter equi lassant
 » plurimùm equitantes, illos enim valdè concutiunt,
 » præsertim quia citato gressu incedendum est, vt
 » destinatum iter pro illo die conficiatur, & idèd non
 » solùm laborandum est in regendo equo, sed etiam
 » in regendo seipsum ad euitandas ingentes concus-
 » siones. Vnde aliquando ipse minùs fatigatus sum
 » pedes eundo, quàm talibus equis vtendo, & elegis-
 » sem tora die continuare pedestre iter, quàm equita-
 » re; si socios sequi potuissem, & conficere totum iter
 » destinatum. Ita Pasqualigus. Sed tu cogita; & scias
 » vt loquitur Martinus. *vbi supra,* quòd, Todo esto es
 » arbitrario, y mirandolo con equidad, aunque vno se
 » engañe con buena fè, pensando que ay causa ba-
 » stante para escusarse del ayuno, no pecarà mortal-
 » mente, aunque no la aya.

*An in Collegiatis, & Cathedralibus, possit
 aliquando sine peccato mortali Missa
 solemnitas relinqui.*

RESOLVT. XL.

Affirmatiuè respondet Tamburinus, *Opus. de*
Sacrific. Missæ, lib. 1. cap. 6. § 2. num. 1. & seqq.
 » vbi sic ait: quamuis aliqui in Reſtoribus eiusmodi
 » Ecclesiæ um, mortale peccatum agnoscant, si ali-
 » quo die in hoc deficiant, tamen probabile est (præ-
 » scindèdo ab aliqua particulari talis Ecclesiæ obliga-
 » tione) Missam siue priuatam, siue solemnem semel
 » vel bis omittere in hebdomada, non esse saltem
 » mortale. Ratio est, quia nullas est obligandus sub
 » culpa lethali, nisi manifestè constet de præcepto
 » obligante; at non apparet tale præceptum, nec quòd
 » tantùm onus susceptum fuerit à Collegiatis, eo ipso
 » quod Collegiata sint. Dices cum aduersariis;
 » omittere talis Missam, fore Primò scandalum: Se-

cundò, contrà consuetudinem Ecclesiarum: Tertid; ^{et}
 » contrà *cap. Cum creatura, de celebrat. Missarum. Ref-*
 » pondeo ad primum, non fore ad summum, nisi me-
 » ram populi admirationem. Ad Secundum, hanc
 » non esse consuetudinem acceptatam sub mortali,
 » quia de hac non constat. Ad Tertium, nego colli-
 » gi præceptum graue ex dicto capitulo, quod hic ex-
 » criptum, iam profero. *Cum Creatura non habeat quid
 » pro meritis respondeat Creatori, &c. & infra: manda-
 » mu, quatenus nullum in vos corpore negligencia ob-
 » repere permittatis, quo minus, & pro Anniversariis
 » Defunctorum, & pro Festo, vel Feria, secundum tem-
 » porum congruentiam Missarum solemnitas conuenienter
 » et celebretur.* Hæc Canon. Vbi nota primò illud,
 » Mandamus, quòd ex aliquibus bonis Doctoribus
 » non notat præceptum sub mortali: Nota secundò
 » illud, *secundum temporum congruentiam, & illud, Ter-
 » pore, quæ solum notant mōneti Prælarum, vt sine
 » tempore, temporum officia, & Missæ, iuxta Rubri-
 » cas, non omittantur: non igitur nouum præceptum
 » afferunt.* Hucusque Tamburinus.

Sed huic opinioni non possum adherere, cum
 aduersetur communi sententiæ Theologorum, &
 Canonistarum: Vnde Hieronymus Garcias in *Theol.*
mor. tract. 3. difficul. 2. dub. 3. n. 1. sic asserit: Conue-
 » nien en primer lugar Theologos, y Canonistas fun-
 » dados en el derecho *cap. Cum creatura, de celeb. Mis-*
 » sa. y en las Rubricas del Missal, que los Prelados ò
 » aquien tocara el gouerno de las Iglesias Catedra-
 » les, y Colegiales, estan obligados debaxo de culpa
 » graue à mandar celebrar cada dia Missa cantada, ò
 » solenne, auiedo suficiente numero de Sacerdotes, y
 » Ministros para ello: podria empero escusar alguna
 » causa grauissima, como quemarse la Iglesia, pestilen-
 » cia grande, citiar ia Ciudad el enemigo, y otras se-
 » meiantes. Contrà esto de los textos citados, y de la
 » praxis, y costumbre vniuersal, o immemorial de to-
 » das las Iglesias, tan asentada ya, que dexarlo de ha-
 » zer causaria grande escandalo en el pueblo, el qual
 » paga por este fin las decimas à los Ministros de la
 » Iglesia, y les dexan otros muchos bienes tempora-
 » les. Ita ille cui adde me citato Leandrum *de Sacram.*
tom. 2. tract. 8. disp. 5. q. 8.

Sed quid dicendum de obligatione celebrandi
 Missam de Feria priuilegiata? Tamburinus, *vbi supra*
 » n. 6. petat, si omittatur, non peccari mortaliter; quia
 » non manifestè constat de tam rigoroso præcepto:
 » At rimenda est Primò dicta declaratio Sacræ Con-
 » gregationis; Secundò Rubrica Missalis id dispo-
 » nens. Respondeo ad Primum. De tali declaratio-
 » ne non constare authenticè: Ad secundum, quod
 » Rubrica has duas Missas nempè currentis Festi, &
 » Feriæ priuilegiatæ, iniungens, præceptum (vt alia in-
 » terim taceam) non denotat; at enim, *Cantantur*, seu
 » *dicuntur dua Missæ*; Quæ non sunt verba imperatiua
 » Immodò etiam si diceret, *Cantentur*, non statim proba-
 » retur præceptum sub mortali; nam verba imperati-
 » ua, non semper præceptum graue important. Ita
 » ille.

Verùm talem doctrinam me citato meritò refellit
 Garzias, *num. 3* cuius verba hæc sunt: La mayor dif-
 » ficultad està, si en las Ferias priuilegiadas, quales
 » son las de Quaresma, Vigilias, Quatro Temporas, y
 » Rogaciones, quando concurren con Santo doble,
 » ò semidoble; si ay obligacion sub culpa graui de de-
 » zir dos Missas, como dispone el Missal, vna de Santo
 » post Tertiam, y otra de la Feria post Nonam. Al-
 » gunos Autores dicen, que no obliga sub culpa gra-
 » ui Lo primero, porque la Rubrica del Missal solo
 » dize, *Dicuntur, vel cantantur dua Missæ*; luego basta
 » decir

dezir la vna cantada, y la otra rezada; pues pone la disjunctiua *vel*. Lo segundo, porque estas palabras no son perceptiuas, sino monitorias. Pero lo contrario deficienden con razon Gauanto, Marchino; ni diferente Diana. Lo primero; porque à quella Rubrica que dize, *post Tertiam vna, & altera post Nonam dicantur* res de cosa grauissima, y obliga debaxo de culpa mortal, pues da à entender, que cantar dos Missas, non solo es Ritu, ò ceremonia, sine expresso mandado de la Rubrica, la qual quierq; Pio V. y Clemente VIII. Urbano VIII. que se obserue, pues en sus bulas se manda con precepto de obediencia, que se obseruen las reglas del Missal, yes esta vna de las principales; de suerte que assi como se canta cada dia Tertia, y Nona assistiendo; y hallando se presentes los Canonigos; y seria su omission graue, assi tambien no basta que la Missa ferial sea rezada, sino que se cante como se cantan las Horas. Lo segundo, porque no ay nas razon que sea cantada la vna, que la otra, y pues la Republica obliga à cantar Missa, y pone ambas; luego à las dos deue comprender. Lo vltimo, porque la Congregacion de Ritos à 16. de Mayo de 1616. mandò debaxo de las penas que Pio V. pone en sus Bulas del Breuiario, y Missal, que en la Catedrales, y Colegiales despues de Nona se diga la Missa de la feria priuilegiada, y que assistan à ella los Canonigos, y que se les assigne por ellos distribuciones, con loqual dà à entender que corre obligation de dezir se. Et ita hanc sententiam tenet etiam nouissimè Leandrus *ubi supra, quest. 9*. Igitur si aduersus superius dicta contrarium in aliquibus Ecclesiis Collegiatis efficeretur, statim Episcopi seuerè puniant Canonicos, & Superiores hoc permittentes.

Nota tamen, quòd optimè Leandrus *quest. 10*. me citato obseruat, superiorem sententiam non procedere in Ecclesiis Regularium, nam in ipsiis non debent cantari duæ Missæ, quando occurrit casus sicuti in Ecclesiis Collegiatis. Et ita etiam me citato tenet Bordonus *in Consl. Regul. tom. 1. resolut. 26. num. 25*. & me citato Garcias, *ubi supra, num. 8*. Vide etiam Pellizzarium, *tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 2. num. 33*. Lezanam *in Summa, tom. 4. verb. Missa, num. 49*. & Nigrum *in Addition. ad Ceremonial. Ruÿz prasup. 2. quest. 9*.

An in Vigilia Resurrectionis & Pentecostes collatio serotina possit fieri in maiori quantitate.

RESOL. XLI.

POsse hoc fieri in quantitate vnciarum sexdecim in Vigilia Natiuitatis, ego alibi docui, & magis amplè loquitur nouissimè Martinus de San Ioseph *in Monita Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 5. de Ieiunio, n. 3*. vbi sic ait: En la Vigilia de Naidad ha introducido la costumbre, que se puedan hartar los que hazen colacion de frutas, y conseruas, y cosas semejantes, como no se coman maniares demas sustancia, como los que se suelen comer à medio dia. Sed me citato asserit aliquos docere, que esta costumbre non ha preualecido entre Religiosos. Verùm non deseram hìc sponere verba Patris Pellizzarij *in Manual. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 5. numero 12*. sic me citato, asserentis: Addo quod attinet ad Refectiuunculam sumi solitam in Vigilia Natiuitatis Domini; Doctores communiter ampliare eius quantitatem, nixos communi Fidelium vsui vbique indudito, vt duplò maior solito fiat refectiuuncula. Quarè

Fagundez ait, quòd cum iuxta mentem Suarez ordinararia collatio 8. vncias habere possit ex fructibus, & pane, aut dulciaribus; in Vigilia Natiuitatis licebit sumere 16. vncias, plus, minus. Sancius *verò in Sele. Etia, disp. 52. num. 10*. ait in prefata Vigilia ex fructibus, siue conseruis posse sumi vsque ad saturita em; idque etiam in casu, quo Vigilia incidat in Sabbato & dies Natiuitatis in feria secunda, cum etiam tunc Vigilia in Sabbato celebretur, nec amplior refectiuuncula negari debeat ex eo quod inter Vigiliam, & Festum Natiuitatis mediet dies Dominica; quamuis tandem concedat Sancius *num. 11*. sumentem in tali casu refectiuunculam adeo magnam violare ieiunium, vt potè exigens ex essentia sua vnicam commestionem sine peccato tamen, excusante consuetudine quam ipsemet Sancius addit, *numero 10*. vigere in Hispania, etiam inter Religiosos, sumendi solitè in Vigilia Natiuitatis de fructibus, & conseruis absque mensura. Ita Sancius, non dissentiente Sanchez *qui lib. 5. consil. cap. 1. d. 26*. admittit in peruiugio Natiuitatis posse sumi collationem duplò maiorem, imò & triplò: idque etiam Festum Natiuitatis contingat in Feria 2. & eius Vigilia in Sabbato. Idem sentiunt Diana *par. 1. tract. 9. resolut. 35*. Azorius, *p. 1. lib. 7. cap. 8. quest. 8*. alique docti recentiores. Hucusque Pellizzarius.

Sed difficultas est an idem dicendum sit de Vigiliis Paschatis, Resurrectionis, & Pentecostes: & assermatiuè respondet noster Pater Pasqualigus *in Praxi de Ieiunio, decis. 93. num. 2. & 3*. & nouissimè Leandrus, *de Precept. Eccles. tract. 5. disp. 4. q. 18. & 19*. quia nimirum tale ieiunium est ieiunium lætitiæ. Lætitia enim Paschatis incipit in ipsa Vigilia, in qua non præparatio ad Festum Resurrectionis, sed ipsa Resurrectio celebratur, cantatur Missa solemnitas in paramentis albis, cantatur, *Alleluia*, cætaratur Hymnus *Exultet*, & omnia plena sunt lætitiæ: vnde etiam ieiunium debet esse mixtum lætitiæ, atque adeò cum ampliori refectiuuncula vespertina. Idem quoque ob eandem rationem dicendum puto de Vigilia Pentecostes; nam ieiunium quoque ipsius est ieiunium lætitiæ, sicut dies ipse Vigiliæ. Vnde est Vigilia priuilegiata, non secus ac quæbet alia, & quodammodo incipit in ipsa solemnitas Festi subsequuturi, & proinde celebratur Officiam cum paramentis rubeis, quæ omnia indicant solemnitatem specialem coniunctam cum quadam speciali lætitiæ.

At, vt verum fatear, non possum adhærere huic opinioni; nam in his casibus id tantum licitè possumus, quòd consuetudo nobis permittit, vt communiter obseruant Doctores: sed in Vigiliis Paschatis & Pentecostes consuetudo non permittit maiorem quantitatem, quàm solitam: Ergo tantum illam sumere possumus. Et ita nostram sententiam nominatim contra Pasqualigum tenet nouissimè doctus, & amicissimus Pater Gregorius Gobat ex Societate, *de Iubileo Ausplici, cap. 28. num. 208*. vbi sic asserit: Talis vespertina collatiuuncula permittitur pro Iubilæo, qualis pro die ieiunij currentis: nam Bullæ nullam hìc faciunt restrictionem, & vt paulò antè dixi, non impetrant nisi commune, seu vulgare ieiunium. Vnde, si ieiunium Iubilæi cadat in Vigiliam Natiuitatis Domini, fas erit duplò, aut triplò maiorem ex bellariis refectiuunculam sumere, quàm aliàs; quia ex mltorum sententia tanta permittitur illo die; & censet Pasqualigus *in praxi ieiunij, decis. 93*. eandem quantitatem permitti in Vigilia Paschatis, & Pentecostes, eò quod hæc sint etiam Vigiliæ lætitiæ. Sed nisi huic rationi suffragetur alicubi recepta consuetudo, admittenda non est, quandoquidem tota vespertina

Spertinæ collatiunculæ ratio, & modus pendet non tam à iure scripto, aut ratione, quàm à consuetudine. Ita ille, & ego.

Nota hic obiter si Ieiunium reddat inhabiles ad canendum, Musicos, & Cantores excusari à Ieiunio; & ita in Hispania fuisse consultum. Ratio est, quia hoc officium est pium in seruitium Ecclesiæ, & magni laboris. Et addit, Presbyteros, causa conseruandæ vocis, posse in Quadragesima vesci ouis, quia non est astrictus quis causa Ieiunij diminutè suum exequi officium. Et ita docet me citato Ioseph Roccafull, *tom. 2. de Præcept. Ecclesiæ lib. 3. cap. 9. num. 182.* & me citato Leandrus, *tom. 3. de Præcept. Ecclesiæ tract. 5. disp. 8. quæst. 1. 26.* & me citato Pasqualigus in *Praxi de Ieiunio decis. 338.* & me citato Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 12. num. 22.* vbi sic: Los Cantores conduzidos por estipendio, y los que tienen Prebenda por el canto, están escusados de ayunar, si el ayuno estorua al exercicio de la voz Y lo mismo es en los Cantores aquien dan salario, porque siruan de soleza a algún Principe.

An Pœnitentia imposta à Confessario, possit differri ad unum annum.

RESOLVT. XLII.

NON posse, videtur docere Tamburinus, *Opusc. de Confess. lib. 4. cap. 1. §. 2. n. 9.* vbi sic ait: Debet adimpleri pœnitentia quando Confessor designat: licet facile excusari possit à mortali dilatio talis temporis designati; quia communiter confessarij præceptum cadit potius in rem exhibendam, quàm in tempus. Quod si non designat, vt communiter fieri conueuit, per se loquendo, debet impleri quam primùm commodè moraliter potest, sicuti obligat vorum, aliaque similia: videtur tamen probabile, quòd dilatio, nisi sit nimia, & ad longum tempus, & nisi ipsa dilatio minuat rem inflictam, non sit mortalis; Sicuti idem dicitur de voto absque temporis determinatione emissa, quando dilatio rem promissam non minuit, vt minueret tardus ingressus in Religionem. Aliqui simpliciter, & absolute extendunt ita eiusmodi obligationem; vt cenent ad vnum annum posse differri: sicut ad vnum annum differri potest obligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum. Ita ille.

Sed ego non dilcedo à sententia affirmatiua, quam probabiliter olim docui ex Antonio Fernandez; & quam nouissimè me citato, tenet Martinus de San Ioseph, in *Mon. Confess. tom. 5. lib. 1. tract. 23. de Pœnit. n. 16.* sic asserens: Pero quando el Confessor diò la penitencia, y no señado tiempo, si el penitente dilato cumplirla vn año, no me parece que pecará, ò à lo sumo venialmente; pues el que peca mortalmente poco despues que le confesò por Pasqua, puede dilatar la confession por vn año, y parece cõtre la misma razon en vn præcepto, que en or o, & vbi eadem militat ratio, eadem debet militare iuris dispositio, *cap. transacto, de constit. leg. Illud. ff. ad leg. Aquiliam.* Hæc Martinus: cui adde etiam me citato, Leandrum de *Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disputat. 9. quæst. 89.* qui restatur hanc sententiam tenuisse sapientissimos Magistros Primarios in Salamanticensi academia. Dico itaque posse licitè per annum pœnitentiam differri. Quod ex *cap. omnis de pœnit.* ex illis verbis: Et iniunctam sibi pœnitentiam Sic probò. Quia nullus obligatur confessionis præcepto, statim ac peccat, sed potest differ-

re confessionem per annum: ergo similiter poterit per annum, pœnitentiam à Confessario impositam differre.

Et tandem non deseram hic apponere verba Ioannis Henriquez, in *Compend. cas. mor. cap. 4. n. 5.* sic asserentis: El penitente està obligado dentro de vn año à cumplir la penitencia admitida en la confession commençandose à contar este año desde el die de la confession; y dentro de el se puede boluer à confessar quando quisiere; aunque no ya cumplido la penitencia, y estos es muy cierto, aunque dice Medina en su *Suma, lib. 2. cap. 7.* que el hombre que se confessa no auendo cumplido la penitencia impuesta por pecado mortal, peca mortalmente; y la ragon con que preuan los Doctores que dentro de vn año ay obligacion de cumplir la penitencia, es, porque por el mismo caso que la Iglesia ha puesto recepto de confessar vna vez en cada año, se infiere de aqui, que dando vn año de plazo, y termino para confessar, se da tambien para cumplir la penitencia, que mana de la confession. Hæc ille. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam doctre etiam ex Societate doctum Patrem Escobar, in *Theol. moral. tract. 7. Exam. 4. cap. 7. num. 40 in fine.*

An secundus Confessarius possit commutare pœnitentiam extra confessionem Sacramentalem.

RESOLVT. XLIII.

NEGatiuè responderet Tamburinus, *Opusc. de Confess. tom. 1. lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 26.* vbi ita asserit: De alio, seu secundo Confessario certum sit non posse extra confessionem commutare pœnitentiam ab alio iniunctam. Ratio est, quia Sacerdos non est Iudex, nec vllam habet potestatem, nisi dum est in hoc Tribunali; sed nullo modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sacramentum: ergo, &c. Dices. At vorum commutari potest, & absolutio à censuris fieri item potest, ex Sacramentum. Respondeo, posse quidem; quia id dependet solum à potestate, quam habet Summus Pontifex, quamque aliquando communicat aliis: at commutatio pœnitentiz procedit ex potestate Sacramentali, vt dictum est. Ita ille.

Sed licet ego olim hanc sententiam docuerim, tamen non existimo probabilem sententiam affirmatiuam, quam nouissimè tuetur Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. quæst. 101.* quia primus Confessor potest mutare pœnitentiam extra Confessionem: ergo etiam poterit alius. Secundò, quia, vt aliqui probabiliter asserunt, pœnitens ipse potest autoritate propria commutare pœnitentiam sibi iniunctam in opus æquale, aut saltem euidenter melius. Ergo meliori iure poterit Confessor. Et idè hanc sententiam tenet etiam Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 27. de Pœnit. num. 20.* sic aiens: No es necessario boluerse à confessar con el segundo Confessor, para que le commute la penitencia, basta dezirla el penitente; pues si se huuiera de boluer à confessar con el, fuera para que le constaria de la penitencia, que auia de commutar, y diziendosela el penitente, cessa la dificultad, & nihil frustra est faciendum, & superflua sunt ressecanda, *leg. Hac stipulatio, §. Final. & ibi, addis. margin. vt Legatorum nomine.* Y si assi podrá commutarla el segundo Confessor fuera de la Confession Sacramental: Ita ille. His ta-

men

men non obstantibus, sententiam negatiuam, quam olim docui, putò communiorem, & probabiliorem & in praxi sequendam. Vide Castrum Palaum, tom. 4. traet. 23. punct. 21. num. 8. & seqq. Cardinalem Lugo, de Pœnit. disp. 25. sect. 6. num. 110. cum aliis.

Nota tamen, posse primum Confessarium qui imposuit pœnitentiã, illam commutare extra Confessionem, docere etiam Machadum, tom. 1. lib. 3. par. 1. docum. 11. num. 1. sic asserentem: Començando pues por el Confessor que dio la penitencia, digo que es doctrina, y regla general, en que todos los Dorores conuienen, que este puede con qualquiera justa causa comutar, ò diminuir la penitencia que el dio, segun juzgare mas conueniente, no solo en confession, sino tambien fuera de ella. No obstante, que Syluestro *niega* esto vltimo. Hæc Machadus; qui tamen postea num. 4. hoc negat de secundo Confessario. Vide etiam circa præsentem quæstionem Candidum, tom. 1. disquisit. 24. art. 32. dub. 2. qui pro negatiua, & affirmatiua sententia Auctores adducit.

An aliquis dubitans si Monasterio expediat admittere Nouitium ad Professionem, possit illam reprobare.

R E S O L. XLIV.

Affirmatiuè respondet Caramuel in *Theol. Reg. cap. 60. num. 470.* quia in dubiis debet præcedere maior obligatio, atqui erga Communitatem, magis obligamur, quàm erga Nouitium: ergo debemus non exponere Communitatem periculo habendi vnum hominem disconuenientem. Minor est certa; quia Communitati debemus quidquid politicè sumus, & eam habemus loco matris, Nouitio autem nihil debemus. Qui in dubio Nouitium approbat, est sui Monasterij degener filius. Quomodo enim pius est ille filius, qui vltro suum Patrem ruinæ periculo exponit, cum possit illud auertere? Monasterium exponitur ruinæ, quoties discolus, & effrænis aliquis iuuenis admittitur ad Professionem vnus sufficit, vt turbentur plurimi, vnus vt pax occidat, & iurgia pessima nascantur. Non admittatur igitur ille, de quo dubitamus an Monasterio scandalo futurus sit. Cur prima die Nouitius non admittatur ad Professionem? idè profectò, quia ante probationem non scimus verùm expediat, an non. Ergo si id post annum nondum sciamus: vel in Nouitiatu remaneat quousque dubium decidatur, vel saltè dimitatur; iniurius enim & suo Monasterio, & sibi ille est, qui illum Religioni incorporat, qui turbaturus est totam Communitatem. Dixi, quod in Nouitiatu maneat, quoniam Tridentinum Concilium, aliaque quæ iubent Nouitios post annum, aut admitti, aut dimitti, supponunt nulla dubia dari: hæc enim non resolutionem postulant, sed examen, quod sine tempore fieri non potest. Sanè de Nouitiis sæculares Doctores sæpè scribunt, sed cæcè: non enim sciunt quantum damni pari soleat Communitas ab vnius insolentia. Ergo sicut dubitas verùm sit venenum in scypho, non bibes; sic à fortiori, non admittes illum, de quo dubitas. Si dimittitur, nemini fit iniuria, & remanet securum Monasterium: in admissione esse poterunt inconuenientia. Ita Caramuel.

Sed nouissimè aduersus illum insurgit Pater Bardi, de *Conscien. disc. 6. cap. 9. §. 38. n. 2.* asserens, non posse absque iniustitiã à Religioso solùm dubitante

de habilitate Nouitij ferri suffragium, per quod possiue reprobetur Nouitium illum, ne ad Professionem admittatur. Probarur, quia suffragium continens mendacium grauitè perniciosum contra eum de quo agitur, absque iniustitia ferri non potest: at tale est suffragium, per quod Religiosus dubitans de habilitate Nouitij, illum à Professione possiue reprobatur: ergo absque iniustitia ferri non potest: sola minor probatione indiget: maior enim, & consequentia sunt ex se manifesta: probatur autem minor. Suffragium reprobatiuum, ne quis obtineat dignitatem aliquam, gradum, &c. importat in eo, qui ipsum suffragium dat, iudicium, per quod iudicetur in persona reprobata reprobari defectum, seu impedimentum prohibens promotionem ad dignitatem, gradum, &c. Et hoc patet ex terminis. At in casu nostro suffragium illud contineret tale mendacium: ergo &c. Patet maior: minor autem huius vltimi argumenti ostenditur, quia vt supponimus, Religiosus ferens suffragium, non habet tale iudicium, cum supponatur solùm dubitare de habilitate Nouitij; igitur si fert suffragium reprobatiuum contra Nouitium, de cuius idoneitate ambigit, ferret suffragium continens mendacium grauitè perniciosum contra Nouitium illum, de quo agitur.

Nota tamen, quod in tali casu dubitans astringitur ad veritatem inquirendam, antequam suffragium ferat & ita debet diligenter inuestigare conditiones, & qualitates illius Nouitij, quæ sunt materiã, de qua dandum est suffragium, & suspendere interim sententiam, ne temerè proferatur, vel denique si tempus id non permittat, debet Religiosus sub dubio, siue in scriptis, siue in voce proprium sensum aliis, qui suffragantur, aut Superiori cum sinceritate manifestare.

Sed ego, cuius sententiæ magis adhæream, in hac quæstione non explanabo, cum inter se videam discordes duos viros doctissimos, & amicissimos; solùm asseram vtramque sententiam esse probabilem.

An si quis v. g. emisisset votum ieiunandi singulis sextis Feriis, & in illis aliquando incidat Vigilia Natiuitatis, possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem.

R E S O L V T. XLV.

Suppono id, quod alibi docui: & me citato docet Snouissimè Martinus de San Ioseph in *Mon. Conf. tom. 1. lib. 2. traet. 5. de ieiunio, n. 3.* vbi sic ait: En la Vigilia de Nautidad ha introduzido la costumbre, que se pueden hartar los que hazen colacion de frutas, y conseruas, y cosas semejantes, como no se coman manjares demas substancia, como los que se suelen comer à medio dia. Ita ille.

Sed non deseram hîc apponere verba Machadi, tom. 1. lib. 2. par. 4. traet. 3. docum. 7. n. 4. sic me citato asserentis: A cerca de la colacion de la noche de Nautidad, si sea licita vsque ad saturitatem, siendo de las cosas permitidas en colacion, no es doctrina constante entre los Dorores; porque aunque muchos comunmente defienden, que si; por auerlo entablado assi la costumbre. Nauaro, y otros que le siguen, condenan la colacion, que excede de la ordinaria; porque no juzgan por legitima la costumbre, que le ha introduzido. Otros dizen, que se puede hazer doblada la colacion; ò tres vezes mayor que la ordinaria. Però el Dotor Sanchez, no solamente prucua, que es licito hazer colacion quanto

» quanto cada vno quisiere, como sea de cosas per-
 » mitidas en colacion, sino que tambien goza deste
 » priuilegio el Sabado, que se ayuna por caer el dia de
 » Nauidad en Lunes. Ita Machadus. Supposito itaque,
 quòd factem in Vigilia Natiuitatis collatiuncula
 duplò possit sumi; v. g. secundùm nostram senten-
 tiam, vique ad uncias sexdecim; quod concedit, præ-
 ter Doctores à me alibi citatos Escobar in *Theol. mor.*
tract. 1. Exam. 13. cap. 1. n. 102.

Difficultas est, an hoc etiam sit licitum, si quis te-
 neretur in illa die ieiunare ratione voti emissi; &
 negatiuè respondet Rodriguez, docens non posse
 consuetudinem introduci contrà ea, quæ sunt de iu-
 re Diuino, sed solùm contrà ea, quæ sunt de iure hu-
 mano positiuo; obligatio autem ex voto proueniens
 est de iure Diuino, idcirco contrà talem obligatio-
 nem nulla poterit legitima introduci consuetudo.
 Ex hac doctrina infert idem Auctor, Franciscanus,
 qui ex voto tenentur ieiunare à Festo omnium San-
 ctorum vsque ad Natiuitatem domini, non posse
 refectioem vespertinam pinguem sumere in Vigi-
 lia Natiuitatis eiusdem.

Verum his non obstantibus affirmatiuè sententiæ
 adhæret Pater Bardi de *Conscientia, discept. 6. cap. 1. §.*
14. n. 2. nisi oppositum in vouendo intentum fuerit;
 posse sumi ab ipso vouente pinguem refectiunculam
 in Vigilia Natalis Domini. Et ratio est, quia votum
 de aliqua materia non obligat, nisi eo modo, quo lex
 Ecclesiastica circa eandem materiam, quæ cum obli-
 get eo die ad ieiunium, permittens vespertinam re-
 fectiunculam pinguiorem, eodem modo obligat vo-
 tum, dum oppositum non constar de intentione vo-
 uentis. Antecedens autem est nobis probandum,
 illud autem tali pacto ostendo: vorum est quædam lex
 priuata, quam vouens sibi imponit: ergo in dubio
 præsumendum est, quod lex ista priuata imposita
 fuerit eo modo, quo lex vniuersalis Ecclesiastica ver-
 sans circa eandem materiam; per illam proinde mo-
 deratur. Et hæc omnia docet Bardi *ubi supra*, qui
 citat Sanchez, Faustum, & Pasqualigum; quibus ad-
 dit Pellizzarium, in *Manu. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 5.*
num. 12. & ego libenter huic sententiæ calculum
 meum adiungo.

Verùm, an supradicta opinio procedat si colla-
 tiuncula vespertina sumeretur mane in dicta Vigilia
 Natiuitatis, vt solent facere aliqui Eminentissimi
 Cardinales hic Romæ. Et negatiuè respondet Trul-
 lench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. c. 2. dub. 3. n. 9.* vbi do-
 cet, ea quæ dicuntur de maiori collatione in Vigilia
 Natiuitatis, intelligenda esse si nocte sumatur; secus
 autem si in meridie; nam consuetudo in collatione
 nocturna tantùm prævaluit: sed aliqui probabiliter
 affirmatiuè sententiæ adhærent, vt Pellizzarius,
loco citato à me alibi adductus; cui nunc addo Pa-
 trem Pasqualigum in *Praxi de ieiunio. decis. 102. n. 9.*

*An qui non habet vinum teneatur adhuc
 ieiunare.*

RESOLVT. XLV.

Negatiuè respondet Pater Pasqualigus in *Praxi*
de ieiunio, decis. 275. vbi sic ait: Difficultas est
 » quænam censenda sit congruens refectio? Respon-
 » deo pro congruente refectioe non sufficere panem
 » in quantauis quantitate, sicut nec etiam fructus, &
 » olera, sed requiri cibos, qui sint maioris nutritio-
 » nis, vt notat Angles, in *florib. quæst. 6. de Ieiunio,*
 » *difficul. 9. append. 3.* Sanchez *lib. 5. consil. moral. cap.*
 » *1. dub. 15. num. 3.* Nam cibi prædicti moraliter cen-

sentur incongrui, & insufficientes ad completam
 sustentationem, & quod natura indigeat meliori
 cibo. Similiter qui non haberet vinum, aut quod
 solet loco vini adhiberi in Regionibus, vbi adeest
 penuria vini, neque teneretur ieiunare; quia eo sub-
 tracto, subtrahitur magna refocillatio, & quæ pluri-
 mum roboris afferat, vnde subtracto etiam cibo, ni-
 mis complexio maceraretur, & ieiunium fieret nimis
 onerosum. Ita Pasqualigus.

Sed de hac opinione olim interrogatus, nolui ei
 adhæreere absolutè loquendo, & adduxi Carolum
 Baucium in *Casibus singularibus casuum conscientia,*
cas. 286. q. 2. qui nominatim contra Pasqualigum re-
 gulariter eius non admittit sententiam, nisi in casu
 quo reperiretur aliquis tam debilis, vt si per vnam,
 vel plures dies non haberet vinum, graue damnum
 corporale incurreret. Et idem nouissimè Pater Lean-
 drus, *tom. 3. de Precept. Ecclesiæ tract. 3. disp. 8. quæst. 47.*
 contrà hanc sententiam Pasqualigi inuicitur, &
 tenet tanquam certum non habentem vinum con-
 neri ad ieiunium; quia sine vino, aut sine eo, quòd
 loco vini bibitur, potest quis habere sufficientem, &
 congruentem refectioem pro vno prandio: ergo
 sine vino, aut simili potu hic tenebitur ieiunare. Ad-
 de, quòd si hæc doctrina Pasqualigi esset vera, re ve-
 ra exempti essent à ieiunio omnes ferè habitantes in
 Montaneis, & Terris, vbi nec vinum habent, nec vi-
 tes adhuc cognoscunt, nec habent facultatem ad
 emendum illud, si forrè è locis extraneis allatum, ibi
 venditur. Ex defectu ergo præcisè vini, non potest
 quis à ieiunij legibus eximi. Ita Leandrus; cui ego
 adhæreo; cum limitatione tamen apposita à Baucio
loco citato.

Nota etiam, id quod asserit Pasqualigus *ubi supra*
 habentes panem, fructus, & olera, non teneri ad iei-
 unium, impugnare etiam Leandrum *loco citato q.*
42. putat enim in tali casu regulariter, & vt pluri-
 mum obligare ieiunium, quia in pluribus Regionibus
 tota refectio fit ex pane, fructibus, oleribus,
 nec est alius cibus, quo vti incolæ possint: ergo cum
 refectioe ex pane, fructibus, & oleribus: confecta
 in quantitate vni prandio sufficienti, compati potest
 obligatio ieiunij. Dixi autem, regulariter loquen-
 do, quia si hoc contingeret aliquibus Magnatibus,
 aut aliis, qui nimis delicatè, & splendidè, diuerfor-
 que ciborum generi vesci assueuerunt, non dubito
 quòd eximerentur à ieiunio; cum illis, tali modo, &
 pacto, esset nimis onerosum. Et de hoc casu, & raro
 contingenti, loquitur Angles *loco citato.*

Verùm in fauorem Parris Pasqualigi contrà Lean-
 drum apponam alium Leandrum, videlicet à Murcia
 Capuccinum, qui in *Regulam Sancti Francisci*, non
 in loco à me alibi citato, sed *cap. 3. quæst. 11. n. 4.* sic
 ait: Quando los Religiosos no tienen comida suffi-
 ciente para ayunar, sino es comiendo hueuos, y la-
 cticinos aunque tengan legumbres, y frutas con
 pan, puedan comer los dichos lacticinos, y hueuos.
 Esta conclusión tienen à fortiori Navarro, Thomas
 Sanchez, Angles, y otros doctores modernos, à quien
 seguimos y citamos en el capitulo segundo, sobre
 este tercero de la Regla, en el *num. 37. y 38.* que
 afirman, que no les obliga el ayuno; y se prouea,
 porque en tal caso, como prouamos en el dicho lu-
 gar, los tales no estan obligados al ayuno, al que es
 licito lo mas, le es licito lo menos en el mismo ge-
 nere, *cap. Cuiuslibet. de Regul. Iur.* cui licet quòd est
 plus, licet vtrique quòd est minus: luego si à los ta-
 les le es licito no ayunar, en tal caso à fortiori po-
 dran comer lacticinos, y hueuos, ayunando, y te-
 niendolos no podran dexar de ayunar; por quanto.

con ellos tienen ya suficiente comida para ello. Ita ille. Sed quicquid sit de hac questione certum est apud me, quod si aliquis non haberet nisi panem, & fructus, utique ad ieiunium non teneretur: & ita docet Ludouicus de San Iuan in *Sum. quest. de Ieiunio. art. 7. diff. 7. dub. 3. consil. 2. Append. 3.* Tambien, ai quedan escusado del ayuno los caminantes, que en pequeños pueblos no pueden hallar suficiente comida para ayunar: de manera que aunque hallen pan, y fruta, parece que con solo esto, no estan obligados al ayuno, porque regularmēte no es suficiente, para sustentarse comodamente. Et in tali casu puto cum Leandro à Murcia Capuccino posse edere oua, & lactinia. Et sic ego olim contului aliquem sine Bulla Cruciatæ, qui non habebat nisi panem, & fructus, potuisse tempore Quadregesimæ comedere oua, & lactinia. Ita docet Machadus, *tom. 2. lib. 6. par. 8. tract. 9. docum. 2. num. 3.* vbi sic ait: Heriquez, y otros graues Autores dizen, que esta gente del campo que no tiene pescado que comer la Quaresma, aunque sea sin el priuilegio de la Bula, puede comer gueños, queso, y leche, porque como hemos dicho, los preceptos de la Iglesia no obligan con tanta incomodidad, y mas à gente tan necessaria en la Republica, que los llamaua Aristoteles miembros principales della. Ita ille. Vide etiam Sanchez in *Opusculis tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 4.*

At difficultas est, si in tali casu habens nisi panem & fructus, an cum ouis, & lactiniis teneatur ieiunare. Negat Pasqualigus, *decisione 272.* Quia in hoc casu concurrunt duo præcepta, ambo ad mortalia obligantia; videlicet, præceptum de Ieiunio, & præceptum de abstinencia ab ouis & lactiniis: Sed sic est, quod hoc vltimum est vniuersalius, cum obliget etiam adolescentes: ergo illi debet cedere præceptum de Ieiunio. Sed licet hæc opinio sit probabilis mihi magis placet opinio affirmatiua, quam tuerur ex Sanchez, Leandro *vbi supra de Præceptis Ecclesiæ quest. 36.* quia præceptum ieiunij est principale, ergo quando aliter non potest seruari, debet seruari cum esu ouorum, & lactiniorum. Itaque in tali casu teneretur edere oua, & lactinia, cum possit sic ieiunium Ecclesiæ obseruare.

Et tandem quero, an in die ieiunij non habens nisi panem, & carnes ad vescendum, possit illis vesci? Respondent Vega, & Angles citari à Pasqualigo, *decisione 118.* quod si per vnicum diem careret aliis cibus, tunc non posset vesci carnibus, sed deberet esse contentus solo pane; secus autem si deberet carere per plures dies. Sed Pasqualigus *loco citato* docet etiam si per vnum diem careret aliis cibus concessis, posset loco ipsorum vesci carnibus: sed hanc opinionem Carolus Baucius *vbi supra q. 10.* sequitur tantum in casu quo quis esset debilis, & magnum incommodum pateretur, si per vnicum diem manducaret solum panem. At quicquid sit de hoc; dubium est, an comedendo carnes in tali casu teneatur quis seruare ieiunium: affirmat ex Abulensi, Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 17.* Sed meritò negatiuam sententiam tenent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Leandro, *quest. 38.* Quia ille non potest sic obseruare substantiam ieiunij Ecclesiastici, quæ in abstinencia à carnibus, & à pluribus refectionibus consistit: ergo non teneretur ad illud. Et hanc sententiam tenet etiam ex Fagundez, Baucius *loco citato.*

An si quis lucretur Indulgentiam plenariam, liber remaneat ab implenda penitentia medicinali imposta à Confessario.

R E S O L. XLVI.

Remanere liberum ab implenda penitentia satisfactoria alibi docui, quia Confessarius imponit penitentiam, ut penam ad satisfaciendum pro peccato: sublato debito totius penæ, prout fit per Indulgentiam, cessat omnino fundamentum illius obligationis: sicut si condonaretur à Principe pena debita pro aliquo crimine, eò ipso cessaret obligatio imposta per sententiam Iudicis ad penam aliquam pro illo delicto subeundam.

Difficultas est, quoad penitentiam medicinalem. Et affirmatiue respondet Cardinalis Lugo *de Penitentia, disp. 27. num. 23.* dummodo hæc non sit simpliciter necessaria ad vitanda peccata futura, quia tunc Indulgentia non tolleret hanc obligationem; cum hæc obligatio non oriatur ex præcepto Confessarij, sed ex ipso iure naturali, quo obligatur homo ad vitandum peccatum suum futurum, & consequenter ad vtendum remedio, quo censetur moraliter necessarium ad vitandum peccatum, quam obligationem Confessarius non imponit, sed declarat. Ita Lugo; cui adde Patrem Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quest. 172.*

Sed ego magis adhæreo negatiue sententiæ, quam nouissime tuerur Martinus de San Ioseph, in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 7. de indulgentia num. 7.* vbi sic ait: El que gana la Indulgencia plenaria de la Bula, ò por otra concession, queda libre de cumplir qualquiera penitencia, que le aya impuesto su Confessor, porque auiendo impuesto esta, como pena para satisfazer por los pecados, cessando toda la deuda dellos por la Indulgencia plenaria que se gana, cessa la obligacion de la satisfacion impuesta por el Confessor. Y lo que mas es, que esta definido, in capite *Cum ex eo, de Penitentia & remissione* dñe de se dize, que per Indulgentias eneruantur penitentia iniuncta; dello tratè arriba in materia satisfacionis Sacramenti Penitentia. *tractatu. 27. num. 13.* y lleuè, que por las Indulgencias no se quita la penitencia preseruatiua de los pecados, que esta no obliga tanto por el precepto del Confessor, como por Derecho natural, por el qual deue el hombre euitar los pecados futuros; però añade probablemente Lugo. *loco citato* que tambien cessarà la penitencia preseruatiua, como no sea simpliciter necessaria, para euitar los pecados futuros. Yo siento, que acetada de qualquiera manera que pereza conueniente para euitarlos, no cessa por la Indulgencia plenaria, porque la razon dada conuenice esto: y la Indulgencia no tiene que ver con los remedios, que se aplican para euitar los pecados: & argumentum bonum non fit ex dissimilibus. *lege Inter stipulantes. § 2. §. Sacram. verb. sed hac dissimilia, ff. de verbor. oblig. & à diuersis non fit illatio, lege Papianus exuli. ff. de Minoribus.* Hucusque Martinus; cuius sententiæ ego vt dixi magis adhæreo tanquam communi. Vide Caspensem in *Curs. Theol. tom. 2. tract. 24. disp. 8. sect. 6. num. 46.*

*An quis legendo inscriptionem, seu titulum libri
alicuius Hæretici, incidat in censu-
ram Bullæ Cæna.*

R E S O L. XLVII.

Affirmatiuam sententiam docet Dominicus Pueronus in *Comm. ad Bull. Cæna, c. 1. §. Ac eorundem libros. n. 184.* vbi sic ait: Itaque ratione periculi, immo & odij, quod aduersus Hæreticos hac inhibitione intenditur, conuenit inter omnes, nec in ea parte vbi scitur hæresim non esse, nec de Religione tractari, posse legi. Quia qui librum prohibet, singulas etiam partes prohibere censetur. *arg. cap. In tot. de Regul. Iur. in 6. l. Iulianus. ff. deleg. 3.* Poriori iure nec fas erit legere Indicem, Prælia, Operis intentionem, Epistolam ad Lectores, & his similia; quia in his Summam Auctores, ea de quibus fusiùs agunt, proponunt, ac insinuant. Quibus adderem & titulum; tum quia in eo forma totius operis inspicitur, tum quia inibi solet opus celebrari, & periculum est curiositatis concipiendæ. Ita ille.

Sed hæc opinio mihi non placet nam, vt obseruat Fagundez in *Præcept. Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 14. numero 4.* & Becanus in *2. par. Summa, cap. 15. quæst. 8. num. 8.* Excommunicatio Bullæ non fertur ratione periculi vniuscuiusque particularis, sed communis: Vnde nimis rigorose loquutus est Pueronus *vbi supra* circa paruitatem materiæ, in legendis libris Hæreticorum. Hinc, vt alibi diximus magis placet sententia Sanchez, Emmanuelis Rodriquez, Viualdi & Sàasserentium esse vnã paginam, quod bene explicat Sanchez etiam quando liber fuerit ex voluminibus magnis, quæ vulgò vocantur, de Marca maior Ratio est, quia minor quantitas videtur insufficientis (quidquid dicat Suarez *de Fide. disput. 20. sect. 2. num. 20.*) ad peccatum mortale, tam grauem censuram incurrendam. Et quamuis legit, non videtur legere librum hæretici, vt loquitur bulla Cæna.

Nota hîc etiam obiter, Vgolinum docere excommunicatione Bullæ Cæna legari etiam illum, qui legit vnã Epistolam hominis hæretici hæresim continentem. Ratio illius est, quia licet Bulla solius libri meminerit eo quod sæpius libri, quam epistolæ ad manus veniant, & quod in libris, quam in epistolis frequentius hæreses inserantur; vbi tamen legislator mentionem vnus rei facit ob frequentiore eius vsum, non censetur excludere id, quod minus frequenter contingit, *argumento lib. 1. Cod. de rapu. virg.* Sed ex Fagundez *vbi supra, n. 11.* asserit, non ligari hæc Censura legentem, retinentem, aut imprimentem epistolam, concionem, aut aliam papyrum hæretici solutam, & non in tractatus, aut formam libri conennatam, eo quod pænæ non sint ampliandæ & in communi hominum vfu & loquendi modo hæc non dicuntur libri. Nec militat eadẽ ratio in his quam in libris; libri enim diutius permanent & latius extenduntur: in pænalis autem ita intelligenda res est, vt saluentur verba pænæ; & non extendatur amplius,

Sed, vt verum fatear, ego sententiæ contrariæ ad hæreo, quam præter Vgolinum tenet Tullench in *Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 3. dub. 9. §. 5. n. 16.* & Castrus Palaus, *tom. 1. tract. 4. disp. 2. punct. 10. §. 1. n. 4.* Et ratio est, quia prohibitio librorum non est lex odiosa, sed fauorabilis, quia est in fauorem Fidei, & defensionem Catholicorum.

Non tamen deseram hîc pro curiosis adnotare,

Pueronum *vbi supra n. 180.* ddere, quod si hæresis vna, vel altera, quæ continebatur in libro, penitus inueniatur abrafa; aut ea folia detracta, dicendum est ex eius lectione non contrahi excommunicationem; quia tunc liber reuera non continet hæresim, nec adest reperiendi periculum. Vnde subdit, quod in consequenter videntur loquuti; qui ex pluribus eiusdem operis voluminibus, alterum in quo hæresis non reperitur, legi posse concedunt cum communi ex Vgolino, Sanchez, Bonacina, & Duardus *locis cit.* nec tamen, si liber vnus voluminis in duo redigatur alterum illorum, in quo non sit hæresis, legi posse. Nam aut attenditur periculum hæresis; & æque bene effugitur in vtroque casu; aut odium hæreticorum, eorumque doctrinæ, & in neutro declinatur. Sed hæc omnia, præter DD. citatos, non admittunt Suarez, Alcerius & alij.

*An si quis verbi gratia legeret, & retineret
Adonem Martini, esset sancto Officio de-
nunciandus.*

R E S O L. XLVIII.

Negatiue videtur respondendum, per ea quæ docet Carena in *Praxi sancti Officij, par. 2. tit. 10. §. 10. num. 60.* vbi sic ait: An retinentes huiusmodi libros prohibitos ob res lasciuas, sint denunciandi S. Officio, in quo (salua semper declaratione S. Maris Ecclesiæ & sacre Congregationis Eminen. Cardinal. sup. Inquisitorum) dicerem quod non, nisi huiusmodi retentores aliàs essent de hæresi suspecti; verba enim Edicti Eminentissimi Domini Cardinalis Episcopi nostri, & Reuerendissimi Patris Inquisitoris, nullo modo comprehendunt huiusmodi libros, & aliàs ex dispositione iuris communis nulla apparet obligatio huiusce denunciationis. Ita Carena, quæ secundum eius mentem dicta esse volo.

Sed si aliquis hîc incidenter quærat, num quis absque facultate retinens, & legens librum Hæreticum, possit illum comburere, & minime Inquisitori tradere. Ad hoc dubium sic respondet Pueronus in *Comment. ad Bullam Cæna, capite 1. numero 108.* Dicendum existimo, excusari eum, non solùm qui bona fide à seipso comburet, sed etiam metu pænæ; aut quia ipse librum composuerit; aut quia sine facultate legerit, vel retinuerit, à seipso combureret. Nam aliàs, & finis legis habetur, quod scilicet liber supprimitur, & ad simplicem actum obedientiæ, non videtur cum tanto suo discrimine iste obligandus. Et hæ Constitutiones Pontificum non obsunt, cum loquantur de illis, qui ex licentiis quas reuocant, libros habebant, aut legebant, vt est animaduertendū: Exinde asserendum nullam Censuram reuera contrahi ex eo, quod quis quacumque ex causa à seipso incendat; & quidem quoad Censuram Bullæ præsentis expresse tenent Suarez *de fide, disputatione 20. sectione 2. numero 29.* Sanchez *ad præcep. Decalog. libro 2. capite 10. numero 56.* Sousa *Relat. Bull. Cæna disputatione 15. conclusione 3.* Duardus *libro 2. Comment. in Bulla Cæna, capite 1. quæstione 52. num. 34.* Bonacina *tom. 3. disput. 1. quæst. 1. punct. 4. num. 18.* Scortia *Theorem. 106. col. 13. in initio;* eo quia, cum satis sit iuxta tenorem illius non retinere, nec aliud requiratur, abiiciens à se combustionem, non retinet. Sed nec obstant Iulij, aut Pauli Constitutiones: nam pænæ in contraficientes ex Bulla Iulij, non sunt referendæ nisi ad illos, qui post reuocationem licentiæ retinuerint; seu in eos, qui recusant deferre Inquisitoribus, ita tamen vt sibi
reti

retineant; hi enim censentur contraire intentioni legis, quæ est ne prætextu licentiarum libri legantur; & eorum exterminationi obuietur. Quod verò ad Constitutionem Pauli IV. absolutio vtatur impendi ei, qui habens librum ad Inquisitores non deferret; porro si non habeat quacumque ex causa, non potest deferri, & per consequens dispositio Constitutionis tunc locum non habet. Hucusque Pueronus. Sed ego non video quare legens hæreticum librum absque facultate, possit illum comburere, & non potius Confessario præbere, vt illum deferat Inquisitoribus & sic obseruabit Constitutiones Pontificum absque periculo, & discrimine.

An in exemptione soluendi Decimas, proffit communicatio Priuilegiorum, qua inter se gaudent Regulares.

RESOL. XLIX.

Negatiue ex multis Decisionibus Sacræ Rotæ respondet Trullench in *Decalogum*, tom. 1. l. 3. c. 3. dub. 11. n. 4. vbi sic ait: Hinc fit, vt quando Papa communicat Priuilegia alicuius Religionis, in quibus adest expressa mentio à solutione Decimarum, alteri Religioni, non censi etiam communicasse exemptionem à solutione Decimarum, nisi de hac exemptione fiat specialis mentio, cum difficulter concedatur. Ita Barbosa de *Iure Eccles.* lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 41. cum Felino in *cap. Sedes*, n. 3. de *Rescript.* & alij. Ita Trullench.

Verum affirmatiuam sententiam mordicus tenet Ioannes de la Cruz, in *Epist. Priuil.* lib. 2. cap. 6. Raphael de la Torre, in 2. 2. tom. 1. *quest.* 87. *disp.* 1. num. 5. & Doctus, & amicissimus Pater Lezana in *Summa*, tom. 2. *verb. Decima*, quoad *Regulares*, n. 8. vbi hæc ait: Sed quia hic communiter afferri solet communicatio priuilegiorum aliarum Religionum, ita vt in hac materia, sicut in aliis deseruiat communicatio priuilegiorum, quam aliquæ Religiones habent, obseruandum quarto, sanctam Rotam in voa Valentina anni 1603. supra relata decidisse, priuilegium eximens à solutione Decimarum non comprehendendum in generali communicatione priuilegiorum vnus Religionis aliis facta, nisi expresse fiat mentio talis priuilegij, etiam si inter priuilegia communicata, adfit aliquod quod non contineat aliud quàm exemptionem à solutione Decimarum. Cuius decisionis duplex assignatur ratio; quia, quod in concessione generali non veniunt ea, quæ vel non concedi solent, vel magna cum difficultate conceduntur. Secunda, quod nec conceduntur ea, in quibus agitur de præiudicio tertij, talia enim priuilegia debent striete interpretari. Sed quamuis multum deferendum sit huiusmodi sanctæ Rotæ decisionibus, & quia à viris sapientissimis, & magna adhibita diligentia factæ sunt, nihilominus rationes adductæ non videntur valde efficaces, non quidem prima; quia huiusmodi priuilegium exemptionis, non raro sed sæpius, nec magna cum difficultate à Sede Apostolica concedi solet in Religionibus, vt patebit intuenti priuilegia. Nec secunda, quia doctrina illa intelligi debet, quando recta ratio non dicat contrarium, vt quando agitur de causa pia, & religiosa maxime concernenti vtilitatem totius Religionis, aut Monasterij, vt in præsentem. Tunc enim priuilegia quamuis contrarius commune sint, & in præiudicium tertij ampliari debent. Quia, vt bene Iurisconsultus in *leg. Sunt persona. ff. de Religiosis, & sumptibus funer.* Summa ratio est, quæ pro Religiosis facit. Suarez Antonin. *Diana*, Pars X.

de *Legibus*, lib. 8. cap. 27. num. 7. Sanchez, lib. 8. de *Matrim.* disp. 1. num. 13. Quare sub aliorum censura non video rationem sufficientem, quare in aliis materiis subsistat communicatio priuilegiorum, quæ Religiones habent, non verò in ista. Hucusque Lezana, cui etiam adde Philippum de la Cruz, tract. de *Decimis*. §. 2. num. 8.

Sed nouissimè in hac difficultate vtitur distinctione Leandrus, de *precept. Eccles. tractatu* 6. *disp.* 6. *quest.* 46. & ita asserit, quod duplici via possunt communicari à Pontificibus priuilegia alicuius Religionis, alteri. Vno modo, per modum simplicis communicationis, per clausulas generales, & communes: Alio modo, per modum concessionis eorundem priuilegiorum, specificè, & particulariter, hoc est per clausulas specificas, particulares, veluti nobis communicauit priuilegia Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, Canonicorum, & Clericorum Regularium, Societatis Iesu, & aliarum omnium Congregationum, & Religionum, Verba VIII. Si ergo, primo modo communicat Pontifex priuilegia alicuius Religionis, in quibus adfit exemptio à decimarum solutione alteri Religioni, dicendum est non censi communicasse exemptionem à solutione Decimarum, nisi de hac exemptione fiat specialis mentio: quia cum id sit difficilis concessio, non venit in generali concessione. Et in hac consideratione habet verum quod docent Authores primæ sententiæ, & Decisiones Rotales. Si autem secundo modo communicat Papa priuilegia, in quibus continetur exemptio ab onere decimarum, dicendum est, etiam censi communicasse exemptionem ab onere decimarum, quamuis de hac exemptione specialis mentio non fiat cum specificè, & indiuidualiter, ac nominatim per modum concessionis, eadem priuilegia, in quibus talis exemptio à solutione decimarum continebatur, concessa fuerit. In quo sensu, ad minus verissimum est, quod Authores secundæ sententiæ affirmant. Nec contra nostram responsionem obstat quid fundamentum contrarium, videlicet quod debeat fieri de hac exemptione specialis mentio, cum difficulter concedatur. Nam responderetur primò: quod hoc habet verum quando communicatio priuilegiorum, in quibus continetur exemptio à solutione decimarum fit per clausulas generales, & communes, non vero quando fit per clausulas speciales, & particulares, cum hæc aliquid speciale, & particulare debeant operari. Secundò respondeo: quod dicta doctrina subsistat, si alias (præter exemptionem datam) in breui communicationis non dicatur, quod communicantur omnia priuilegia, etiam illa quæ sunt speciali nota digna, difficilisque concessionis, & quæ in generali concessione non veniunt, &c. Et hæc omnia docet Leandrus *vbi supra*. Vnde vidisti amice LeDor opinionem Sacræ Rotæ circa hanc difficultatem, non esse communiter receptam, & illam absolute reprobare nouissime Pater Hieronymus Garcias, in *Polis. Regul.* tom. 1. tract. 8. *difficultate* 4. dub. 2. *punct.* 4. numero 8. Sed ego non recedo à sententia Sacræ Rotæ, quam tenet etiam Merolla *tomo* 3. *disputatione* 6. *capite* 4. *dubio* 8. numero 74. quia in generali communicatione non veniunt priuilegia aliis præiudicialia.

An exemptio Regularium non soluendi Decimas, extendatur ad Bona emptā, donata, locata, & in emphyteusim habita.

R E S O L V T. L.

AD hoc dubium sic respondet Castrus Palaus, *tom. 2. tract. 1. 2. disp. vñca, punct. 1. 2. num. 8.* Dubitari posset de Bonis, quæ Religiosi habent locata, conducta, vel emphyteusim, an ex illis decimæ debeantur. In qua quæstione si priuilegium concessum sit sub illis verbis iuris: Non soluant decimas de suis agris, vel. Non soluant decimas laborum suorum (hoc est agrorum) ita enim intelligi debet, vt constat ex verbis sequentibus, quos propriis manibus, & sumptibus coluat, cum solum agri colantur, & non labores: certum esse debet sub his verbis non comprehendendi agros conductos, aut in emphyteusim acceptos, quia ipsi non sunt proprii, neque sui; quod expresse videtur definitum ab Alexandro III. *in capite Dilecti.* cum dixerit, sub illis verbis, quæ referuntur *capite Decimas 16. quæstione 1.* non fuisse intentionem suam, neque Antecessorum suorum agros conductos, & receptos ad formam comprehendere. Ita Panormitanus *in capite Dilecti.* Rebuffus, *quæstione 14. numero 52.* & communis. Video tamen Ioannem Azorium *tomo 1. libro. 7. quæstione 6. §. 3.* affirmare, si priuilegium dicat: Eximimus Religiosos à decimis soluendis ex prædiis quæ habent, comprehendendi prædia conductitia, quia hæc etiam habentur, licet non vt propria, Suarez *titulo 2. de Religione libro 1. cap. 19. numero 11.* & si ad prædia accepta in emphyteusim extendat priuilegium sub opinione probabili, quia emphyteusis distinguitur à locato, & conducto, & *capite Dilecti.* solum de prædiis conductis mentionem fecit. Tamen probabilius existimat oppositum, & quando vrgetur: illa prædia conducta, vel in emphyteusim accepta habentur à religiosis. Respondet: habentur secundum quid, hoc est ad tempus, sicut domus locata, & conducta non dicitur esse mea, neque ego habere absolute domum, sed vsum illius ad habitandum, &c. Adde: Contractus emphyteuticus à locato, & conducto fere non distinguitur, nisi ex maiori, vel minori tempore; quæ non debent contractus naturam mutare. Et hic modus dicendi mihi probatur. Hucusque Palaus; cui adde Pellizzarium *in Man. Regular. tom. 1. tract. 8. cap. 7. sect. 5. num. 175.* & Zambellum *in reper. Mor. verb. Decima, num. 3.*

Sed absolute aduersus Palaum & Suarez tenet negatiuam sententiam Hieronymus Garcias *in Polissica Regularium, tomo 1. tractatu 8. difficul. 3. dub. 2. punct. 4. numero 13.* vbi sic ait: Finalmente, si vn Conuento toma algun Campo à enfiteosis: no passando en el dominio directo, y siendo el contrato para tiempo determinado, pareces à Suarez, y Castro, que no queda libre, iuxta *legem 1. iuncta Glossa vltima ff. si ager emphyteuticus peratur, però à la verdad desto ai poco vño en las Religiones, porque no quieren tomar campos con derecho de decimas, y assi procuran redimir las por concierto: però en rigor parece que el que tiene priuilegio para no pagar lo arrendado, mayor le tendrá para no pagar lo que tiene à enfiteosis, ó censo, pues quien dà lo mas, es visto dar lo menos; y Suarez que tiene lo contrario fundase, en que se figurara, que da lo conduçido no se aueria de pagar decima, lo qual iuzga por absurdo, però nosotros no lo tenemos por tal, pues Martino V. nos*

los concede. Ita ille; cui adde Leandrum, *de Præcept. Eccles. tractatu 6. quæstione 6. quæstione 35. & 49.* & Ioannis de la Cruz, *de Statu Religionis lib. 2. cap. 9. dub. 4. concl. 2.* sic asserentem: Religiosi non tenentur decimas soluere de suis bonis mobilibus, & immobilibus, possessionibus, & prædiis, præsentibus, & futuris, etiam ab aliis conductis: dum tamen illa suis manibus, vel sumptibus excolantur, aut pro sua sustentatione excoli faciant. Nec tenentur decimare de pratis, herbis, pascuis, nutrimentis Animalium, ac Pastorum eorundem. Ità concessit fratribus de Guadalupe Gregorius XI. Martinus V. & Paulus III. anno 1535. vt habetur in Compendio diui Hieronimi *in Decim. exemptio. §. 12. 15. 16.* Sic ille. Vnde video opinionem Azorij quam impugnat Palaus habere pro se plures Doctores.

Dicendum itaque videtur cum Raphael de la Torre, *in 2. 2. tom. 1. quæst. 87. disp. 7.* quod si priuilegia Regularium dicant eximere à decimis omnia Religiosorum propria bona, debent quidem ex agris conductitiis decimam soluere, quia bona emphyteutica: aut conductitia non sunt Religiosorum bona: & sic est intelligendum *cap. cit. Dilecti.* At si verba priuilegij sint: *ne quis soluat decimam ex prædiis, quæ habet,* ad emphyteuticos, & conductitios probabiliter extenduntur, & *ad cit. cap. Dilecti.* Secundo responderetur, Pontificem loqui de priuilegiis quibusdam, in quibus duntaxat concedebatur, ne Regulares decimas soluerent ex fundis, quos propriis laboribus, & sumptibus colerent; & ideo ait Pontifex, eiusmodi priuilegium ad agros conductitios minime protendi.

Sed aduersus supradicta insurgit Ferdinandus Ortiz de Valdes, *in docta, & erudita defensione illustrissimi Domini mei Domini Ioannis Palafox Episcopi Angelopolitani, parte 6. numero 88.* & adducit decisionem Rotæ, sed nostram sententiam satis probabilem existimo, quam post hæc scripta, præter Doctores citatos, inuenio docere Peyrinum *in Priuileg. Minim. Const. 2. Iulij 11531. num. 133.*

An Coloni, & Arrendarij Agrorum Regularium, gaudeant eorum priuilegiis non soluendi decimas.

R E S O L V T. LI.

NEGatiuè respondet Trullench *in Decalog. tomo 1. lib. 3. cap. 2. dub. 11. num. 4.* Nota priuilegia exemptionis à solutione decimarum esse personalia, non verò realia, & ideo non transeunt ad Arrendatores, seu Colonos, aut emptores prædiorum, seu fructuum. Ita Barbosa *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 40.* qui refert, ita decimam fuisse multoties, signanter *decis. 32. pagina 2. diuersor. & coram Seraphino, decis. 82. n. 2.* & in Placentina decimarum 17. Decembris 1584. coram Domino Blanchetto, & in Pampilon. decimarum 15. Decembris 1615. & alibi.

Sed hæc opinio Rotæ, salua reuerentia tanto Tribunali debita, mihi non placet, & illam intelligo stando in terminis iuris communis, & priuilegiis insertis in ipso iure communi: verum loquendo virtute aliorum priuilegiorum communior sententia est, Religiosos eximi à decimis illorum fructuum. Ratio est; quia priuilegium reale eximit à debito decimarum illorum prædiorum, quæ per alios coluntur, vt traditur à Glossa, *in clemens. 2. de Decimis vers.*

*vers. excolendae. & ibi communiter scribentes. Cardin. quest. 23. Abbas, in cap. Ex par. 1. de Decimis num. 5. At in supradictis verbis conceditur priuilegium reale, & non personale. Ait enim Pontifex: Eximimus Religiosos, & eorum pradia à Decimis soluendis. Ergo. Quod si in aliquo priuilegio dicatur; Eximimus Religionem illam à Decimis soluendis pradiorum suorum, neque addatur; Eriam si per Colonos excolant, neque dicatur: Eximimus Religionem, & eius pradia: adhuc est probabilius priuilegium esse reale, & non personale. Ratio est; quia si tunc deberent Coloni soluere decimas Ecclesiarum, ipsa Religio solueret decimas de pradiis suis: Coloni namque nunquam eximuntur à debito decimarum, etiam cum est priuilegium reale concessum Religiosis, sed soluunt Religiosis expresse vel implicite soluendo maiorem pensionem, quam soluerent si deberet Ecclesiarum, & decimas soluere; aliàs si ipsi Coloni exempti essent à debito decimarum, iam bona Ecclesiarum Laicis absque iusta, & legitima causa concederentur, neque intentio Pontificis fuit Conductoribus fauere, vt optime traditur à Suar. lib. 1. cap. 19. num. 15. Fit ergo si decimæ tunc soluantur, ipsos Religiosos soluere decimas de pradiis suis, quod est contra priuilegium. Adde quod pradia Religionis non proprie à debito decimarum dicuntur exempta, sed Religiosi sunt qui eximuntur, non pradia. Vnde si pradia alienentur, seu vendantur à Religiosis, non transeunt cum priuilegio non soluendi decimas, vt de se constat. Ergo &c. Et ita hanc sententiam tradit Pellizzarius in *man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 7. sect. 5. num. 176. Leandrus in Præcept. Eccles. tractatu 6. disp. 6. quest. 40. 10. de la Cruz de stat. Relig. lib. 2. cap. 9. dubio 4. concl. 4. Hieronymus Garcias in Politica Regul. como 1. tract. 8. difficul. 3. dub. 2. punct. 4. numero 11. & Raphael de la Torre in 2. 2. tom. 1. post in 4. disp. 6. folio mibi 580. vbi firmat, quod quamuis in cap. Licet de decimis, expresse dicatur, priuilegium Monachis, aut Regularibus concessum, & à decima soluenda liberentur, non trahi ad eos, qui ipsorum pradia excolenda conduxerint: nihilominus dicendum videtur esse expendenda verba priuilegiorum, nam si priuilegium sit personale tantum, nõ se extendit ad Conductores prediorum: secus si reale sit, sic Glossa in Clem. 1. de decimis, in verbo. Excolendæ, & ibi Ancharanus, Imola, Cardinalis, quest. 23. Abbas in cap. ex parte de decimis. 1. num. 3. Quod probant, quia pradia à decima eximuntur: ergo etiam eorum Conductor soluere decimam non debet. Ad id verò, quod obiiciebatur ex capite Licet de decimis. Respondetur, ibi sermonem fieri de priuilegio, quod fuerat concessum Cisterciensibus, Templariis, & Hospitalariis, ne decimam soluerent ex pradiis quæ propriis manibus, & sumptibus colerent: ac proinde priuilegium dictum non debuit trahi ad Conductores, qui sibi fructus, vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò priuilegia quædam relata generaliora sunt, & in vniuersum concedunt, vt pradia certorum ordinum Regularium sint libera, & exempta à decimis. Sed de hac re grauis lis inter Iesuitas, & Clericos Hispaniarum exorta est, & nescio quæ exitum habuerit. Ita Raphael. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos tenet Laurentius Peyrinus in Priuileg. Minim. Confess. 2. Iulij 11. §. 31. numero 133. vbi citat plures Auctores, & ex Henriquez addit, quod cum hæc causa fuerit agitata Romæ, & apud multa Ecclesiastica Tribunalia in Hispania, semper pronuntiatum est in fauorem Religionis, & Colonorum. Quod etiam testatur Philippus de la Cruz, tractatu Anton. Diana, Paris X.**

de decimis §. 2. num. 9. vbi sic ait: Siendo la possessione la que a de pagar, y no la persona que lo cultiua, y siendo las tierras esentas por ser bienes Ecclesiasticos, y que no deuen diezmos, luego no porque se cultiue por Colono, e tal deue cosa ninguna de diezmos, pues la possession está libre: y assi los que arriendan tal tierra esenta, no tienen obligacion à pagar ninguna cosa; porque la obligacion de la paga toca al fruto de la tierra, no al Labrador arrendatario, y en esta conformidad dize Enrique fue determinado, y juzgado en muchas partes, que sobre pleito pendiente fueron dados por libres los arrendatarios, como en Salamanca, Baeza, y Murcia, adonde empararon los priuilegios que en esta parte tiene la Compañia de Iesus, y tiene y da la misma razon que yo he dado antes de auer visto à este Doctor; porque este priuilegio de diezmos no es personal, sino real: que passa à la misma possessio, y ella lo deue; y siendo esenta y libre tambien lo es el que la arriada y cultiua, lo qual tengo por vniuersal en toda España, sino solo en Portugal, que allí se pagan, de que tengo noticia, y lo será por costumbre. Y haze de reparar, que para lo dicho no es menester priuilegio de la persona, sino basta que lo tengan las possessiones; però tambien ay priuilegios de Sumos Pontifices que lo aclaran; y dizen en proprios terminos, y concedido à los P. Geronimos de España, adonde se dice que las tierras de la Religion que se las arriendan los labradore está esentas de pagar diezmos, asi ellas como los Colonos, ò Arrendatarios. Tambien lo concedio la Santidad de Iuan XXII. à los Padres Cartujos, y se puede ver en el compendio de Cistercienses: y la Religion de mi Padre San Basilio, aun mas estense, como los concedieron la Santidad de Leon X. Gregorio XIII. que hizo participante de todas las gracias, faouores, y esenciones acerca desta materia, y de todas las que el monte Casino tiene que por ser infinitas no refiero, y se pueden ver en el Bulario de aquella Santa Congregacion y a este modo pone algunas Enriquez, y trae vn singular priuilegio, hecho à la Compañia de Iesus por el mismo Gregorio alegado. Ita ille.

Observantur aliqua circa Priuilegia Regularium non soluendi Decimas.

RESOLVT. LII.

NOta primò; quod priuilegia regulares exemptionis à solutione decimarum extenduntur non solum ad pradia tempore concessionis iam acquisita sed etiam ad acquirenda. Tum ex cap. Quia circa 22. de Priuileg. vbi, cum dicatur priuilegium indefinite concessum ab Episcopo Monachis de non soluendis decimis Episcopalis, intelligi non solum de decimis possessionum illius temporis, sed futuri, si remissio fuit facta secundum canonicas sanctiones: & ex alia parte priuilegium, de quo hinc loquimur, concessum à Papa præsumi debeat concessum iuxta canonicas sanctiones, & indefinite procedat; dicendum est illud extendi ad omnes decimas; cum propositio indefinita æquiualeat vniuersali, quando est eadem ratio de omnibus, vt in præsentis casu. Ita Palaus, Pellizzarius, & Leandrus, vbi supra.

Nota secundò, quod priuilegium concessum regularibus de non soluendis decimis prædialibus, extenditur non solum ad pradia culta vsque ad illud tempus, sed etiam ad noualia culta post concessionem priuilegij. Ita Doctores citati. Sed an regulares amittant hæc priuilegia per non vsus 40. annorum.

Respondeo affirmatiue de iure, sed ex alio priuilegio Eugenij IV. est necessarium spatium 100. annorum, vtrex Villalobos probat Leandrus *vbi supra*, q. 53. Imo plus addit Philippus de la Cruz, *tract. de Decimis*, §. 2. n. 9. vbi sic ait: Aunque en algunas ocasiones los Regulares ayan sido remissos en no executar sus efenciones, y los tales Colonos, d' Arrendatarios ayan pagado diezmos, no atendiendo à que no tienen obligacion de dallos, no por eso les periudica ninguna cosa, si no fuese que la prescripcion fue se tanta, que por ella les obligasen à pagar, y para eso an de auer pasado sesenta años; aunque yo sientto que en orden à los bienes y fueros Ecclesiasticos no se à de atender à tienpo ninguno porque asi como no pueden renunciar su fuero y derecho, menos les puede quitar la fuerça el tienpo, y mayormente que el pagar algunos los tales diezmos, es porque ignoran lo que è dicho, de que estan efentos por derecho ordinario; y tambien no an sido capaces del priuilegio, y lo ignoraron, que siendo asi, pueden dedir del restitucion en todo tienpo, como al proposito abla Bartolo. Ita ille.

Nec posse hæc priuilegia à Regularibus renunciari tradit Palauus *loc. cit. punct. 1. 3. n. 3.* quia sunt in fauorem Ecclesiæ, & Religionis concessa, sicut enim nullus Clericus priuilegio Fori renunciare potest; quia in fauorem Clericalis status constitutum est: ita non videtur posse Religionem huic priuilegio renunciare: & ea Religio, cui datum est priuilegium posset; priuata verò domus, aut Prælatu nullo modo poterit ob rationem supradictam.

*An liceat in aliquo casu acceptare
Duellum*

R E S O L. LIII.

AD hanc difficultatem sic responder Petrus Marchant *in Tribunali Sacram. tom. 2. tract. 6. titulo 3. quæst. 1. §. resol. 2.* Non licet vlli, multo minus Duellum inire quacumque de causa etiam honoris, nisi in casu in quo liceret Aggressorem iniustum occidere, & seipsum vitæ discrimini exponere. Ratio est; non enim potest quis se certo discrimini hominem occidendi exponere, &c. Dixi (nisi in eo casu quo liceret Aggressorem occidere, & seipsum vitæ discrimini exponere) Pro quo nota: Verum honorem præponi bonis temporalibus, & æquari vitæ: Ideo in casu quo liceret Aggressorem inuadentem bona temporalia grauis momenti cum moderamine inculpata tutelæ occidere, in eodem casu liceret honorem verum per Duellum tueri: Si ergo occurrat casus in Duelli præsentatione quo, si illud non accepro, Officium, Militiam aut Gradum ob infamiam deserere debeo cum grauisimo detrimento meo, vel Familiæ: Tunc crederem licere Duellum inire. Ratio est: quia talis acceptatio non est nisi iusta defensio contra realem Aggressorem, qui de facto moraliter meum honorem, Officium, gradum aggreditur, vt mihi illa violenter eripiat, quæ iure naturæ eadem vi defendere possum, & debeo, cum absque horum amissione retrocedere nequeam. Hunc solum liciti Duelli casum mihi possum, imaginari possibilem, si tamen reuera omnia quæ supra ponuntur, actualiter in casu reperiantur. Hæc omnia Marchant, quæ secundum eius mentem dicta esse volo. Et de hac quæstione alibi alia à nobis etiam dicta sunt.

An si quis haberet concubitus cum Vestibus sacris, istæ polluerentur: & deberet hanc circumstantiam in confessione aperire.

R E S O L. LIV.

Affirmatiue responder Marchant *in Tribunali Sacram. tom. 2. tractatu 7. titulo 1. quæstione 2. §. resolutione 2.* vbi sic ait: ad sacrilegium spectat, si quis in habitu sacro, vt Planeta, Casula, Tunica, Alba, vel aliis ornamentis Sacris scædum concubitus haberet, illa enim istis scæditatibus sicut & Ecclesiæ contaminantur. Vnde qui Sacris amictus peccatum carnis committeret, crederem illum circumstantiam illam exprimere, tanquam Sacrilegium extrinsecum constituentem. Ita ille. Vnde si quis haberet copulam cum vestibus Sacris, istæ vestes tanquam pollutæ deberent iterum benedici, vt de Ecclesiâ polluta ex concubitu, vel emissionem seminis statuitur.

Nota etiam hîc obiter cum eodem Marchant *vbi supra §. 7. resol. 2.* quosdam perditissimos etiam in ore coire, & in hoc turpitudine illa contra naturam consistit; vnde in confessione hoc esse explicandum alibi docuimus.

An Regulares communicantes in priuilegiis, communicent in pœnis illius Ordinis de cuius priuilegiis participant.

R E S O L. LV.

Affirmatiue responder Pellizzarius *in Manuali Regular. tom. 2. tractatu 8. capite 1. sectione 3. numero 48.* Si dictæ pœnæ, ac prohibitiones ita sint odiosæ Religionis in particulari, vt censentur fauorabiles toti Religioni: scilicet si eæ sint odiosæ, & Religionis in particulari & toti Religioni, Ducor quod in priori casu pœnæ, ac prohibitiones continent rationem fauoris, in posteriori verò odij; sicque procedit regula iuris: odia restringi oportet, fauores ampliari. Et addit sensisse multos doctos recentiores à se consultos.

At ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ tanquam communiori; & ideo illam tenet Lezzana *in Summa tom. 2. capite 1. numero 52.* Bordonus *in conf. Regular. tom. 2. resol. 52. num. 94.* qui citat etiam Sigismundum à Bononia, Rodriquez, Mirandam, & alios; quibus ego addo Hieronymum Garciam *in Politic. Regular. tom. 1. tract. 8. difficul. 1. dub. 4. num. 4.* vbi sic ait: Lo mismo digo de la pena, y censuras. De suerte que no porque fulminen censuras contra vna Religion, han de participar las otras della; lo vno porque odiosa sunt restringenda; y lo otro, que nunca el Pontifice quiere que en esto aya comunicacion, sino lo explica. Ita ille. Itaque gaudent regulares cõmunicatione priuilegiorum, ita vt priuilegia vni ipsorum religioni concessa etiam aliis communia sint. Non tamen propterea in pœnis, & censuris impositis vni Ordini Regularium alij communicat. Non solum quia iuxta Regulam iuris in 7. Odia debent restringi, & fauores ampliari, sed etiam quia summi Pontifices cõmunicationem priuilegiorum concedentes, nihil (quod viderim) de pœnis, aut censuris communicandis dixere, Puto tamen cum Sorbo, & Lezana, quod in pœnis Laicorum est talis cõmunicatio, id est quod quando priui

priuilegium aliquod conceditur vni Religioni, cum pœnis aliquot contra Sæculares illud non admittentes, vel reprobantes, &c. tale priuilegium aliis Religionibus habentibus cum illa communionem communicetur. Hinc Portel *in Dubiis Regular. verb. Communicatio. n. 10.* sic asserit. Religiosi communicantes in priuilegiis, non proinde communicant in pœnis, & prohibitionibus alterius Ordinis: Vt si in vna Religione lata sit excommunicatio Papæ contra subornatores, hæc non extenditur ad alios ordines; quia excommunicatio non est priuilegium, neque fauor, sed pœna: Et odia sunt restringenda, & fauores ampliandi. Ita Portel, & ego.

Nota hîc obiter, Bordonum, loco citato, *quæst. 36. num. 97.* docere priuilegium communicabile posse ab aliis Regularibus exhiberi, quia sub nomine propriæ Religionis transcriptum, & concessum absque nota falsitatis. Et hoc ex priuilegio concessum à Iulio II. Minimis de Paula, *Constit. dudum ad Sacrum. apud Confess. pag. 118.* illis verbis: necnon super omnibus ac singulis Marismagni, & aliis quibuscumque Bullis, quatuor Mendicantium Ordinibus, & eorum quilibet quomodocumque concessis, vnum vel plura transumpta coniunctim, aut diuisim facere queant, perinde ac illa, mutatis in eis nominibus, quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum, & ipsorum Mendicantium in nostrum, & Fratrum Ordinis Minimorum huiusmodi nomina, cæterisque singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, concessa forent. Ac quod transumpta huiusmodi taliter facta, & manu alicuius Notarij publici subscripta, ac sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici signata. Accedit ratio, quia ille dicitur falsarius, qui mutat veritatem cum dolo, & iactura, quæ tria requiruntur ad incurrendas pœnas secundum Hostiensem, Azorium, & alios, *per text. in leg. Quid sit falsum. ff. de falsar. Silic. verb. Falsarium. num. 1.* sed in dicto transumpto veritas mutata non fuit, quia verum est illud priuilegium esse illius Religionis proprium: ergo potuit mutare nomina prioris Religionis in nomina propriæ; neque aliquis dolus commissus fuit, quia dolosè non dicitur agere, qui facit actum concessum, ex Glossa *in l. vn. Cod. de in ius voc. neque actus, qui habet primordium veritatis, vt iste, dicitur dolosus, Rimin. Iun. vol. 7. consil. 796. n. 5.* demum nulli infertur iactura, ergo nulla ratione in casu præsentis inueniri potest falsitas. Hucusque Bordonus, quæ secundum eius mentem dicta esse volo. Ego autem in facti contingentia adducere priuilegium principale, de quo agitur, concessum indiuidualiter certæ alicui Religionis: & postea adducere priuilegia communicationis; & sic Episcopi, vel alij, nullam contradictionem afferre poterunt.

An licentia Episcopi sit necessaria pro ingressu Religionis, quando vxor ex consensu viri, vult in illa profiteri.

R E S O L. LVI.

AC hoc dubium negatiuè respondet Basilius Pontius, *de Matrim. lib. 9. cap. 12. num. 1. & 2.* vbi sic ait: Vt post consummatum Matrimonium transeat aliquis ad Religionem licitè, & seruatis his, quæ iure seruari debent, non solum requiritur licentia alterius Coniugis, sed vltèrius exigitur, quod si consentiat vir, vt vxor Religionem ingrediatur, ipse etiam ingredi debeat, neque possit in sæculo remanere, *cap. Agathosa, cum seqq. 27. quæst. 2. & cap.*

Qui vxorem 33. quæst. 5. & cap. Cum sis, & cap. Cum vxoratus, de conuers. coniug. Nisi fortasse vir sit adeo prouectæ ætatis, vt in sæculo sine periculo manere possit: vel nisi vir creetur Episcopus. Si enim ex Religioso potest assumi in Episcopatum, etiam antequam ingrediatur Religionem assumi poterit. Similiter si vxor consentiat, vt in Religionem ingrediatur, illa etiam compellitur intrare Religionem, neque in sæculo remanere permittitur, nisi prouectæ sit ætatis. *cap. Vxoratus, cap. ad Apostolicam, cap. Significauit. 18. de conuers. coniugat.* Eadem enim est vtriusque ratio, & par conditio. Atque iuxta hæc intelligendus Textus *in cap. 1. de conuers. coniugat.* ne repugnet aliis, in quibus magis distinctè locuti sunt Pontifices. Nisi dicatur tempore Alexandri III. non esse præceptum, vt fœminæ ad Religionem transferent, sed promissa continentia in sæculo remansisse. Præter licentiam Coniugis, Episcopi licentia de necessitate non requiritur, neque ad valorem professionis, neque ex necessitate præcepti, neque vt Coniux postea reuocari non possit à manente in sæculo. Et quamuis *in cap. Si vir, & vxor. 27. quæst. 1.* indicari videatur licentiæ necessitas, attamen neque irritus dicitur actus, & præterea non constat in eo textu de ista specie sermonem esse, & denique iam vsu abolitum est illud præceptum, si quod extitit. Neque enim consuetudine receptum est, vt petatur Episcopi licentia. Hucusque Pontius, & ante illum Sanch. *lib. 7. disputat. 32. num. 31.* quorum sententiam nouissimè sequitur doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez *de Matrimonio, disputat. 58. sect. 5. n. 6.* cum non appareat vllum ius, vllus textus tale præceptum imponens. Nam quem allegant aduersarij, *ex cap. si vir, & vxor.* probatissimi Doctores inter quos Glossa *ibi. verb. Conscientia,* asserunt non constare in eo textu de ista specie sermonem esse. Quia potest intelligi, quando Coniugati volunt Monasterium construere, ad quod transeant sine licentia Episcopi; quod fieri non potest, quia id sine Episcopi facultate ædificari nequit. *cap. Nemo de consecr. distinct. 1.*

Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, cum sit tantorum hominum autoritate fulcita, ego tamen adhæreo affirmatiuæ sententiæ. Dico itaque prædictam licentiam ad valorem professionis necessariam non esse; quia nec Textus *in cap. Si vir.* neque vllus alius pro valore professionis requirit licentiam Episcopi. Maior difficultas est, an pro licito ingressu necessaria sit? Doctores superius citati censent, vt visum est, nullum esse latum præceptum in dictis capitibus; & si fortè latum sit, iam consuetudine esse abolitum. Cæterum verius censeo, & præceptum latum fuisse in dicto *cap. Si vir, & vxor.* illa enim dictio, *nullatenus,* necessitatem importat saltem præcepti. Neque in contrarium est consuetudo, quin potius solitum est licentiam Episcopi postulari in prædicto euentu, vt tradit Glossa *in d. c. 1. de conuersione Coniugator.* Etenim cum Episcopo competat examinare, & iudicare, an Coniux dans licentiam teneatur Religionem ingredi, vel satisfaciat suæ obligationi votum castitatis emittens, necessario dicendum videtur licentiam Episcopi requiri, maximè eo casu, quo Coniux præbens licentiam ad Religionem non transfret. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus, *tom. 5. disp. 3. punct. 6. §. 11. num. 11.* & ante illum docuerat Layman *lib. 5. tract. 10. par. 3. c. 7. num. 3.*

An in nocte Natiuitatis Missa tres dici possint
ante Auroram, & Auctor à quadam impu-
gnatione defenditur, quod nimis gra-
tum erit Lectoribus.

RESOL. LVII.

Negatiuè nominatim contra me respondet M. Ghetius in *Theſauro Anima*, tom. 3. verb. *Missæ*, cap. 2. qu. 2. cum quia non licet de nocte celebrare nisi ex ordinatione, & licentia Ecclesiæ, quæ tamen nihil ordinauit nisi de Missa mediæ noctis. Ergo, &c. tum etiam quia sic vsu receptum est, tum tertio quia tantum in prima Missa dicitur in Canone: *Communians, & noctem sacratissimam celebrantes*, quod euidentis iudicium est posse tantum de nocte celebrari Missam primam; & hæc si considerasset Diana non reprehenderet Nugnum de audacia in censurandis opinionibus, quia iste vir laxat habenas conscientie, & sine ratione, & ideo alios loquentes veritatem carpit. Ita ille.

Sed ad supradictas rationes quas M. Ghetius adducit pro sua firmanda sententia, ego sigillatim respondi. Vnde ipse debebat meas responsiones referre; idèd ad illas me remitto, & ita nostram affirmatiuam sententiam tenent me citato sapientissimus Cardinalis Lugo de *Sacramento Eucharistiæ* disp. 20. sect. 1. num. 25. & me citato Garcias in *Theol. moral. tract. 3. difficul. 2. dub. 5. num. 4.* & me citato Dicaſtillus, de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 9. num. 72.* & me citato Baucius *tract. de oblig. Sacerd. in Miscellan. ad Sacrament. Missæ, qu. 45.* & me citato Raphael Auerſa de *Sacrament. Eucharistiæ. q. 11. sect. 11.* qui nominatim Nugnum impugnat, & restatur de Praxi Vrbe Romæ sub oculis Pontificis, & etiam me citato Caspensis in *curſu Theologico, tom. 2. tract. 2. disp. 3. sect. 2. num. 61.* qui asserit esse communem sententiam, & sine controuersia, & me citato Pater Lugo de *Sacrament. Eucharistiæ. disp. 20. sect. 1. num. 26.* asserit de veritate huius opinionis non posse hodie dubitari, & me citato Ioannes Henriquez in *Q. Q. Pract. sect. 2.2. quæst. 19.* & me citato Martinus de San Ioseph, in *cap. Auſor. de Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. n. 16.* & me citato Leandrus de *Sacrament. tom. 2. tractat. 8. disp. 5. quæst. 32.* & me citato Gesualdus in *Theol. mor. tom. 1. tract. 15. cap. 1. num. 29.* & me citato Bassæus in *Flor. Theol. mor. verb. Missæ. 4. num. 7.* & me citato Stephanus à sancto Gregorio de *Sacrament. lib. 3. cap. 31. num. 6.* & me citato Franciscus de Nigro de *celeb. Miss. par. 6. animad. 2. num. 4.*

Videt modo M. Ghetius, quot viri docti nominatim nostram sententiam communi calculo approbarunt, quibus adde nouissimè doctissimum Amicum in *cur. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 12. num. 330.* Tamburinus in *opusc. 3. de Sacrificio Missæ, lib. 1. cap. 6. §. 4. num. 3.* Maritorat in *Resol. Pastor. tract. 4. cap. 4. qu. 5.* Castrum Palaum, tom. 4. tract. 22. punct. 5. num. 13. Opatouium de *Sacrament. disp. 2. de Eucharistiæ. quæst. 2. num. 27.* Lessium in *part. 3. quæst. 36. art. 2. num. 73.* Zambellum in *repertor. moral. verb. Missæ, n. 24.* Tamburinum de *iure Abbatum. tom. 2. disp. 5. quæst. 7. num. 3.* Marchinum de *Sacrament. ordin. tractat. 3. par. 3. cap. 7. num. 9.* Moscosum in *Summa tract. 5. cap. 3. num. 10.* Escobar in *Theol. mor. tract. 1. exam. 11. cap. 4. num. 95.* Mercetum de *Sacrament. quæst. 83. art. 2. propos. 3. num. 1.* præter Puteanum, Layman, Suarez, Vasquez, Reginaldum,

Coninch, Syluium, Molfesum, & Scortiam quos omnes citavi in *part. 2. tract. 14. resol. 35.* sed audiat Ghetius, Magistrum Serra Dominicanum sic asserentem in *suis claris, & eruditis Commentariis, ad 3. partem D. Thomæ, quæst. 83. art. 2.* Qua hora sit Missa celebranda explicat D. Thomas *hic ad 3. & 4.* & ait, regulariter missa debet celebrari in die, & non in nocte, regulariter inquit: nam vt *Can. Noctæ, de consecrat. dist. 3.* dicitur: Noctæ sancta Natiuitatis Domini Saluatoris Missas celebrent Presbyteri: ex quibus verbis. Quidam non improbabiler (quid quid alij dicant) colligunt, non solum vnam, sed omnes tres missas illius solemnitatis posse nocte celebrari à Sacerdotibus priuatis, cum absolute eis facultas conferatur missas celebrandi, nec admonentur, vt dicta prima missa expectent diem ad alias dicendas. Nec obstat in præfatione, & in Canone duarum posteriorum missarum dici, sacratissimum diem: nam si propter hoc non possent dici in nocte, neque prima potest dici in die, cum in eius præfatione, & Canone dicatur sacratissimam noctem. Nec obstat etiam quod ait D. Thomas in nocte Natalis Domini Missa celebratur: nam quamuis non plurali, sed singulari nomine vtatur Missa: ratio tamen quam subiungit, propter hoc quod Dominus in nocte natus est, indicat tres omnes dici posse in nocte, cum æqualiter procedat de omnibus Missis; singulare etiam sæpè sumitur pro plurali, aut illud non excludit. Hucusque Serra, & ante illum ex eadem Religione Michael Zanardus in *Director. Theolog. part. 1. de Sacram. Euchar. cap. 9. quæst. 7.* & Marcus de los Huertos teste Garcia *ubi supra*, quem quidem Auctorem ego adhuc videre non potui.

Ad id verò quod asserit supra Magister Ghetius, me carpere loquentes veritatem: dico, me manus dare omnibus Scriptoribus, & tanquam Magistros venerari: solum nulli cedo quoad modestiam in scribendo, vt passim patet in meis operibus. Vnde miror quo pacto me carpere Doctorum scripta ipse asserere potuerit. Et quod Nugnum dixerim rigidè aliorum opiniones censurare, igitur ex hoc sequitur, me carpere aliorum scripta, vt vult Ghetius: vel me non existimasse Nugnum virum doctissimum, vt etiam vocaui sæpius Sotum, Victoriam, Canum, Ledesmam, Ioannes de la Cruz, Souſam, & alios qui tanquam ex Equo Troiano, è sapientissima Prædicatorum Familia prodire, in qua ego plures viros amicissimos, & mihi additissimos habere scio, qui bene norunt, quantum ego eorum sanctissimo & illustrissimo Ordini deferam. Quod vero Nugnus terminos transgrediatur in censura opinionum, patet ex multis, & ex ista de qua in hac resolutione fuit sermo, quæ cum doceatur à magnis viris, etiam à Patribus Dominicanis, tamen ab ipso nota improbabilitatis inuritur. Olim loquens cum admodum R. Magistro de los Reys Confessario Principis Philiberti viro docto, ab eo audiui Nugnum ex suis Castris Commilitonem in hoc aliquando defecisse. Quod ego etiam notaui in Patre Turriano. Et tamen aliquis ex Patribus Societatis Iesu, non ægrè hoc tulit, neque aduersum me insurrexit, vt facit Magister Ghetius. Imò Eminentissimus Cardinalis de Lugo sæpius in suis operibus sequens meam sententiam, supradictum Turrianum in censura aliquarum opinionum reprehendit.

Ad id verò quod etiam Magister Ghetius affirmat (an modestè, vel non, iudicent alij) videlicet me laxare sine ratione habenas conscientie: assero, quod ego in meis operibus nimis circumspectè & consideratè procedo in selectione opinionum, vt sine liuore

Legen

Legentibus patet : nam multas reprobo , multas remitto Lectoribus iudicandas, multas tantum simpliciter refero, & si sæpius benignioribus adhæreo , vel earum probabilitatem ostendo, quando opinio benigna est probabilis, non laxat habenas conscientiæ & vult Magister Gherius, sed iugum Domini suaue, & leue reddit, facillèque Christi Fidelibus Sacramentum pœnitentiæ præbet. Quare sunt conscientiæ rigidis sententiis premendæ, si benignis opinionibus leniri possunt? Quare scopuli, & laquei semitæ addendi sunt, vt inuia euadat? Quare ad Rupes est quis compellendus, vt exinde præcipiteretur, si absque villo offendiculo, in itinere plano, ad ambulandum eum constituere possumus? Quis reum declaret quem probabilitas asserere potest innocentem? non sunt animæ illaqueandæ vinculis, sed potius scelera, quando fieri potest, arcenda, & eliminanda. Rectè dixit Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 24. difficul. 9. n. 8.* A mi se hazè riguroso condenar à nadie à pecado mortal, no siendo el derecho claro. Et idè vbi non constat de præcepto, non est obligatio sub mortali imponenda, vt obseruat Suarez in *3. parte, tom. 3. dispus. 26. sectione 3.* Hinc omnium Magister D. Thomas *Quodlib. 9. artic. 15. in corpore*, docuit, non esse peccatum mortale asserendum, nisi adsit veritas clara. Idem in *primam 2. quæst. 107. artic. 4. in corpore* docet, Legislatores moderatè debere præcepta imponere, sic enim ex Augustino asserit. In quibus quidem legibus humanis etiam Augustinus ait esse moderationem attendendam, ne conuersatio Fidelium onerosa reddatur. Ita sanctus Doctor, qui quidem exardesceret in aliquos scriptores multiplicantes peccata mortalia, vbi præceptum non est clarum, quod quidem facere non deberent ex ratione Angelici Doctoris quam supra adducit, videlicet ne conuersatio Fidelium onerosa reddatur, obligationum, & onerum multiplicatio, non infert sanctitatem. O quot miserè damnarentur, quos probabilitas opinionum saluat. Dicendum est igitur contra Magistrum Gherium, quod si quis sententias benignas, dummodo sint probabiles, docet, quod non laxat conscientiæ habenas, sed facilius ad lauream Empyream Christianos promouet.

Opiniones verò benignas, quas ego in meis operibus sequor, omnes esse probabiles, patet ex principiis intrinsecis : nam semper ad illarum firmitatem, validas, nec contemnendas rationes adduco. Patet etiam ex principiis extrinsecis : nam nullam sententiam doceo, quam non fulciam auctoritate plurimorum Doctorum. Et hæc duo, etiam vnum sine altero, facere opinionem probabilem communis est sententia, teste Martino de San Ioseph in *mon. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. num. 13.* Carolo de Baucio in *casibus conscientia singularibus cas. 281.* Iosepho de Ianuario de *cas. reser. resolut. 37.* Marco Vidali in *Arca Theol. mor. 1. tit. de Duello inquis. 2. num. 6.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 1.* Machado de *perfecto Confess. tom. 1. in discurs. Pract. art. 2. §. 1. num. 3.* Lugo de *principiis Theol. mor. par. 1. cap. 3. num. 4.* Leandro de *Præceptis Ecclesia, tract. 5. disp. 4. quæst. 17.* & aliis. Quod verò multæ ex istis opinionibus antea latebant, & ego ex variis Doctoribus in meis operibus collegerim; quid ad rem? nihil officit : nam, vel istæ opiniones sunt probabiles, vel non; si non sunt probabiles, non solum in meis operibus vnitæ, sed etiam apud suos Auctores dispersæ essent censurandæ; nam iniustum, & ridiculum esset, Originale intactum relinqui, & exemplar deleri: Si probabiles verò sunt, quare sub modio, & in abscondito delitescere debobant? Quare non erant ad communem

omnium vtilitatem in profectum deducendæ? sunt mera nugæ: Qui facit malum odit lucem. Si opinio benigna probabilis est, non est sub pallio tegenda, solis lumen aspiciat, omnibus clarescat, ab omnibus sciarur, vt leuamen Pœnitentibus, solamen Confessariis inferat; quibus, vt alibi probauimus tutè in praxi licitum est sequi opinionem probabilem, probabiliori, & tutiori relicta Non debemus igitur multiplicare obligationes minimè præceptas, cum satis difficilè sit satisfacere præceptis.

Et ideo ad confirmationem supradictorum, & in mei defensionem non grauabor hîc apponere verba doctissimi Fratris Hieronymi Garciae in *sua Summa morali tractat. 1. difficultate 5. dub. 3. num. 3.* vbi ita asserit. De lo dicho se colige quan iniustamente se quexan los que sienten que en materias morales aya diuersidad de opiniones; ante es particular merced de Dios, en que resplandece su diuina prouidentia, pues ha criado, y cria cada dia tan diferentes ingenios para que dellos naciesen diuersos pareceres, y opiniones, con que no fuesse vnico el camino obrar en las acciones morales, sino antes tan multiplicado, dilatado, y ancho, quanto lo son los sentimientos en las materias controuersas, y dudosas, demas de que con la variedad de opiniones se haze mas suaue el yugo de Christo, porque quiza si en las materias morales no huiera sino vn camino, que dara mucho mas peligroso a las conciencias que fauorable; pues apretarlas demasiadamente es affligir, y atormentar à las almas temerosas, y llevarlas de escrupulos, y no se puede negar, sino que en esto ha andado muy bien Diana, aunque algunos poco doctos han venido à dezir que ha ensanchado las conciencias, y dar licentia para pecar, pues es cierto que no ensena opinion que no sea probable per principia intrinseca, aut extrinseca, y assi sin razon le calumnian. Hæc ille.

Verum piaculum existimarem, si non apponerem hîc per extensum verba pij, & sapientissimi viri Ioannis Gersonis Cancellarij Parisiensis, in *lib. 4. part. 3. de vita spirit. l. O.* sic asserentis: Doctores Theologi non debent esse faciles ad asserendum aliquas actiones, vel omissiones esse peccata mortalia. Imò nec venialia, præsertim sub verbo vniuersali, maximè cum obseruatio communis obnititur, obuiatque vbi non sunt certissimi de re. Nam per huiusmodi assertiones voluntarias, rigidas, duras, & nimis strictas in rebus vniuersis (id est in opinionibus) nequaquam eruuntur homines à luto peccatorum, sed in illud profundius, quia desperatius demerguntur. Hinc etiam generantur scrupuli inquietatiui simplicium, vt eis sit solidum nihil. Nam si beatus est vir, qui semper est pavidus, & veretur peccata sua: obseruandum tamen est illud Terentianum, *ne quid nimis & ne in scirpo nodum quarant.* Demum quid prodest, imò quid non obest coarctare plus iusto mandatum Dei quod est latum nimis? Quid igitur expedit amarius, grauiusque reddere illud Christi iugum, quod suaue est & onus leue? nam & si contemptus ex hac laxatione, & dulcedine apud aliquos improbos maior oriatur, habentes velamen malitiæ libertatem: at apud alios benè institutos gratiarum resonabant actiones. Præstabitur etiam sedulius seruitium Domino, cuius mandata grauiora non sunt, quippè qui non vult nos tentari, & grauari supra id quod possumus. Hucusque Ioannes Gerson: cuius verba verè aurea, vtinam aliqui in scribendo & consulendo obseruarent.

Ex tandem claudam hanc resolutionem cum M. Serra ex inclyta Religione Dominicana sapientissimo

limo Theologo qui in 2. 2. *D. Thoma, tom. 2. epist. ad Lectorem.* sic ait. Quia ad doctrinam moralem plurimum refert scire eius auctores etiam iuniores, idè nonnullorum nomina cum eorum sententiis hic commemorare mihi valdè expediens visum est; *Benigniores præterea opiniones, aut amplector, aut earum probabilitatem non reiicio, ne plurimis claudam cælum, sed omnibus viam Domini faciliorem demonstrarem.* Ita Serra, ergo qui docet opiniones benignas dummodo sint probabiles, non laxat (ut vult Ghetius) habenas conscientiae, sed ut dicit Serra, viam Domini suauem reddit.



TRACTATUS DECIMVSTERTIVS,

- E T

TERTIVS
MISCELLANEVS.

Multa de pluralitate Beneficiorum scitu digna adnotantur.

R E S O L. I.

QUOD ORDINARIE non est licitum, sed cum naturali iure pugnat, quod Clericus habeat plura beneficia qualiacumque, quorum vnum ad honestam eius sustentationem sufficit. Ita sentit sanctus Bernardus, *epistola 271. ad Comitum Theobaldum, & de consideratione ad Eugenium Papam, lib. 3. cap. 6.* Sanctus Thomas *Quodlibet 9. artic. 15.* & ideo Papa licitè dispensare potest in pluralitate beneficiorum quando iusta subest causa: nam si hæc non subit, tunc & dispensans grauiter delinquit, & ille qui dispensationem petit, & accipit, similiter peccat, neque rursus est in conscientia per eiusmodi dispensationem, sed tenetur alterum resignare. Ita docet D. Thomas *suprà, Adrianns in 4. de pluralitate Præbendarum.* Caietanus *verb. Beneficiorum multiplicatio.* Sorus *lib. 3. quest. 6. artic. 3.* Toletus, *lib. 5. cap. 71.* Ioannes Maior *in 4. distinct. 24. quest. 4.* Azorius, *part. 2. lib. 6. cap. 12. quest. 12.* Vasquez *de Benefic. cap. 4. num. 159.* & Glossa, *in caput Dudum 2. de Electione verb. Retinere:* Notandum inquit, quod qui habet plura beneficia, quorum alterum per se sufficeret, non potest sine mortali peccato retinere aliud. Et sumitur *ex cap. Is cui de Præbendis, in 6. Is cui conceditur, ut auctoritate Apostolica possit vni personæ idoneæ, in sua, vel alia Ecclesia prouidere, alicui aliud beneficium sufficiens obtinenti prouidere non potest.* Ratio in primis est, quia ne quidem Pontifex est Dominus beneficiorum, sed dispensator; non potest autem dispensator pro suo arbitrio distribuere bona, suæ fidei, & prouidentiae relicta dispensanda seu eroganda: Sed iuxta æquam rationem, & voluntatem eorum, qui illa dispensanda reliquerunt, aut commiserunt, obligatur ea dispensare; & distribuere. Secundo; quia minuitur diuinus cultus, quando vnus plura beneficia possidet & Ecclesia destituitur suis Ministris: Vnus enim non pluries legit Horas Canonicas, neque in diuersis Ecclesiis ministrat: frustrantur & alij sapius indigentes Clerici fortè magis idonei, magisque vtilis

Ecclesie, quam qui plura derinent. Hinc Caietan *in Summa verb. Beneficium,* dixit. Dispensatio Papæ cadit super ius positium, & non super ius diuinum; pluralitas autem beneficiorum sine rationabili causa est contra ius Diuinum.

Sed quod de iure communi, & naturæ non sit prohibita pluralitas beneficiorum, sed tantum canonico, tenuit Innocentius, *in c. Cum iam dudum de Præbend. & alibi,* quem citat, & sequitur latè prædictam opinionem probans Cardinalis Zabarella, *in Clem. Gratia de Rescriptis; questio 19. versic. Venio ad tertium.* Eandem opinionem quoad beneficia, curam animarum non habentia, scilicet, horum multitudinem non esse diuina lege prohibitam, tenet Quintanadueñas, *Eccles. l. 4. n. 59. & 119.* Glossa etiam *in c. Dudum 2. verb. Retinere de Rescriptis.* Licet affirmet eum, qui habet plura Beneficia, quorum alterum per se sufficit, non posse sine peccato mortali retinere aliud absque dispensatione, dicit tamen posse licitè retinere ex Papæ dispensatione, eo quod dispensatio reddat licitum, quod non erat licitum. Iuxta omnes tamen Papa absque legitima, & iusta causa scilicet dispensans malè faceret, & grauiter peccaret. Nō est tamen recedendum à sententia Theologorum, quam nouissimè sequitur Layman, *l. 4. tr. 2. c. 8. n. 1. & Bossius in Moral. tom. 2. tit. 7 § 1. n. 2. cum seqq.* causas verò iustas, ut possit Pontifex dispensare in pluralitate Beneficiorum enumerat Malderus, *de Inst. tr. 9. c. 2. dub. 18. Bossius loc. cit. n. 9. & seqq.*

Verùm aliqui putant, quod quando vnum Beneficium est sufficiens ad congruam sustentationem, licitum esse etiam absque dispensatione Papæ, vel Episcopi, & nulla alia causa tenere plura Beneficia simplicia residentiam non requirentia, si id fiat pure mente non propter auaritiam, aut ambitionem, vel aliam causam illicitam, idque saltem ex consuetudine nota, & tolerata. Ita Speculator *in tit. de disp. vers. Dicendum, n. 8.* Ferrerus, *conf. 255. n. 3.* Capra *reg. 90. n. 96.* ibidem docuit expressè Glossa *in c. Super eo de Præbend. in 6. & alibi, Hojeda, de incompat. Benef. par. 2. c. 11. n. 2.* Idem approbant Sorus, Valentia, Aragonius, Ledesma, & alij, quos citat Garcias *de Ben. par. 11. c. 5. n. 264. & seqq.* Probat, quia ita consuetudo obtinuit, & seruat, quam Papa scit, & tolerat, & consequenter excusat, & reddit licitam dictam pluralitatem, & aliter dicendo (inquit Cardinalis,) esset ilaqueare multas Animas, vel, (ut inquit alij,) totus Mundus esset in statu damnationis, consuetudo enim generalis potest de illicito facere licitum, & è conuerso, *c. Cum olim de Cleric. coniug.*

Sed hæc sententia videtur sublata post Concil. Trident. *c. 17. sess. 24.* ut notat Garcias, *tom. 1. par. 11. cap. 5. num. 273.* & præfati Doctores intelligebant dictam consuetudinem procedere, dummodò non esset magna Beneficiorum pluralitas & coaceruatio, qua stante non videtur posse à mortali excusari, nec acceptantem, nec retinentem, nec conferentem propter deformitatem, deordinationem, & grauissimum scandalum, quæ inde in Ecclesia sequuntur ex supradictis in probatione primæ conclusionis; ut proinde etiam quando adest iusta causa conferendi plura Beneficia vni Clerico, Papa peccet grauiter conferendo ei nimiam Beneficiorum pluralitatem, ut etiam in terminis tradit Azorius, *part. 2. lib. 6. cap. 12. quest. 18.* Quando autem sit magna coaceruatio, & nimia pluralitas Beneficiorum, tradunt Hojeda, *par. 1. cap. 21. a num. 14.* Flam. Parisius, *de Beneficis, lib. 3. quest. 1. a num. 14.* & Azorius *d. quest. 8.* & verius est relinqui arbitrio boni viri, qui consideratis numero, & valore Beneficiorum,

ac qualitate dignitate, & idoneitate, seu sufficientia personarum, & aliis circumstantiis id arbitrabitur, vt latè alios referens Hojeda *d. cap. 2. citato num. 14. & 15.* Quamuis Azorius dicat iuxta aliquos cense-ri in modicam coaceruationem decem Beneficiorum, & iuxta alios nouem, vel octo Beneficiorum pluralitatem, & Hojeda *etiam eod. cap. 21. num. 16.* ex Benedicto Cypra *in tract. regul. & Fallent. reg. 90. num. 135.* ait magnam multitudinem dici decem, vel octo Beneficia.

Non deseram tamen hîc adnotare, opinionem re- latam, quod pluralitas Beneficiorum simplicium excusetur, & etiam in foro conscientiae sit licita ob ge- neralem consuetudinem in toto Mundo à Papa to- leratam, vt tolerari possit, esse intelligendam, vel quod consuetudo illa solum excuset in foro con- scientiae, & etiam in externo, cum nullum Benefi- cium est de per se sufficiens ad congruam sustenta- tionem; vel si alterum ex Beneficiis sit sufficiens, ex- cuset quoad forum externum, non vero quoad in- ternum, & coram Deo, nisi saltem obtineantur, & retineantur non ad propriam commoditatem, & lu- crum, sed ob vtilitatem Ecclesiae, & cum intentione elargiendi fructus superfluos in vsus Pauperum, & in alia opera pia. Quo casu inspecto iure Canonum potest dicta opinio, quod consuetudo excuset etiam in conscientia, admitti. Er ita docet Bossius *vbi su- pra, num. 35.* Post Tridentinum tamen vbi vnum Be- neficium est sufficiens, omnino requiritur Papæ dis- pensatio, vt plura etiam simplicia possint haberi vtroque foro inspecto.

Et tandem notat idem Bossius *loco citato, num. 37.* Dispensationem Papæ circa dictam pluralitatem Beneficiorum quantumuis magna pecuniae quanti- te obtentam, quoad forum quidem externum vale- re, & prodesse, non autem quoad forum conscientiae; licet etiam pro eodem foro interiori impetretur, ni- si saltem intelligatur, & sit obtenta, & concessa non ad luxum, & avaritiam, vel ad vanam mundi pom- pam, nec vt obrinens fiat absolutus Dominus ad disponendum prp libito de fructibus Beneficiorum etiam in res illicitas, & prophanas, sed vt illis licitè vratur, & superfluos impendat in vsus Pauperum, & opera pia, ac causas honestas; ita enim obrinens po- terit saluari in conscientia, & hoc pacto saltem exi- stimo deberi intelligi Glossam, & Innocentium, dum dicunt, habenti plura Beneficia sufficere Papæ dis- pensationem etiam sine causa obtentam. Et talem etiam credendum est esse intentionem Papæ, dum, vbi est vnum Beneficium sufficiens, dispensat quo- ad pluralitatem Beneficiorum, nempe, vt Beneficia- rus habeat, & retineat non ad propriam, & priua- tam vtilitatem ad splendidiorem victum, vestitum, famularum, & alia huiusmodi, (hoc enim esset dissi- pare Christi, & Ecclesiae Patrimonium, ad quod non extenditur Papæ potestas ac proinde non est præsumendum quod Papa ad id velit suam extende- re dispensationem) sed ad largiùs ex fructibus hone- stæ sustentationis superfluis erogandum in paupe- res, & opera pia, ac Ecclesiae vtilitatem. Et si impe- trans dispensationem habeat prædictam intentio- nem dispensandi fructus superfluos honestæ susten- tationi non necessarios, & opere compleat poterit; (licet alterum sit sufficiens,) retinere plura benefi- cia tuta conscientia. Quod si post obtentam dis- pensationem, & adepta beneficia, non præstet, esto; quod valeat dispensatio, & consequenter licitè be- neficia retineantur, erit tamen in statu damnatio- nis; ac proinde non poterit absolui, nisi resignet be- neficia superflua, vel saltem dictos fructus honestæ

sustentationi superfluos in opera pia, & bene im- pendat. Neque quisquam sese tueatur dispensatione Papæ, quæ semper, vel saltem in dubio intelligi de- bet facta cum illa bona intentione, vt beneficia non habeantur ad proprium commodum & luxum, &c. aliàs sic dispensare ex Hostiensis, *apud lanacrum con- scientia, cap. 8.* est cum licentia Papæ in Infernum in- trare. Et hæc omnia docet Bossius, *vbi supra, qui postea, n. 39.* Subdit hæc dixisse ad explicandum qua ratione possit aliquo modo in conscientia saluari pluralitas beneficiorum simplicium, quæ in tot Cle- ricis, & Prælatiis cernitur. Nam quod quando vnum est sufficiens, sit legitima causa habendi plura, vel dispensandi quoad dictam beneficiorum pluralita- tem, si nulla adsit alia legitima causa, non caret graui dubio. Quia etiam Clerici digni possunt beneficio- rum fructus in honestos vsus, & pias causas insume- re; quibus propterea ad euitandam iniustam Patri- monij Christi distributionem conferri debent bene- ficia, ne alioqui, & illis iniuria fiat, & Dei cultus di- minuatur. Quod si nulli adsint, qui eos fructus pie erogent, tunc erit causa legitima conferendi vni plu- ra beneficia; non quia ij, quibus conferuntur, bene fructus impendant, sed quia desunt alij Clerici ido- nei, vt in locis hæreticorum, qui bona Ecclesiarum, vt fructus beneficiorum sibi vsurpant, & dissipant. Et ideo Azorius *d. c. 12. quest. 3.* prædictam causam non approbat, si sola sit; & ait non placere aliis multis: additque Cardinalem habuisse dictam causam pro legitima, quia putauit beneficiorum simplicium pluralitatem prohiberi tantum iure Canonico, & consuetudinem pro dicta pluralitate sufficere. Ita, Bossius.

Et quidem hoc vltimum quod notat ex Azorio confirmat Io. Vigers, *de Iust. tract. 7. c. 3. dub. 19. n. 82.* vbi docet non esse iustam causam dispensandi super pluralitate beneficiorum, vt qui ea obtinere intendit, aut possidet, fructus erogat in pios vsus: quod etiam DD. communiter tradunt, teste Nauarro *in Comment. de pluralitate beneficiorum*; quamuis ipse quoad retentionem videatur aliter sentire: sed ratio videtur euidens, quia dispensatio requirit causam extraordinariam: quod autem fructus superflui ero- gentur in pios vsus non est quid extraordinarium. Deinde propter bonum aliquem finem per acci- dens, non debent inuerti Leges, & Statuta quæ ser- uiant ad bonum finem ipsius rei per se multò: vnde minus debet ea de causa omitti finis per se; per ac- cidens autem est beneficii, quod fructus impen- dantur in alios pios vsus, quam in sustentationem Ministrorum Ecclesiae, quatenus scilicet contingit beneficium habere plures fructus, quam Minister indigeat, per se autem beneficiis conuenit, quod inde alantur Ministri Ecclesiae, & hi iuxta eorum nu- merum multiplicentur quantum fieri potest: ergo &c. Ita ille; cui adde Malderum, *de Iust. tractat. 9. cap. 2. dub. 18.* & Layman, *lib. 4. tract. 2. cap. 7. num. 2.* in fine, nominatim Cardinalem, & Nauarrum im- pugnantem. Et hæc dicta sufficiant in materia tam periculosa, & lubrica: vnde in facti contingentia videat vnusquisque quid faciat, & viros doctos, ac timoratos consulat; nec dicat, ille, & ille hoc facit: Ergo licitum erit facere, & præter DD. citatos legat Perrum Marchant *in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 10. ritul. 4. quest. 2. conclus. 2.* qui firmat, quod nemini suffragatur dispensatio Pontificia ad possiden- dum plura simul beneficia nisi ex iusta causa fuerit obtentæ.

*De Pœna Interdicti ab ingressu Ecclesie appo-
sita ab Urbano VIII. in Bulla, contra
non Residentes.*

R E S O L V T. II.

A Quodam Episcopo interrogatus, ut ei explicarem clarè & breuiter quid importaret dicta pœna. Respondi, quod per dictam pœnam Episcopus non potest intra Ecclesiam celebrare, nec audire officia Diuina, nec in loco sacro sepeliri etiam intra Cœmeterium. At vero extra Ecclesiam, vel sub diò, vel in tentorio, vel etiam in Oratorio priuato non erecto auctoritatè Episcopi poterit celebrare, sicut etiam & in cœmeterio, licet ibi non possit sepeliri. Poterit etiam intra Ecclesiam exercere iurisdictionem in foro exteriori, dixi in foro exteriori, quia non poterit absoluerè sacramentaliter, quia actus ordinis. Præterea circa officia Diuina notanda est differentia quædam inter auditionem Diuinorum, & celebrationem: nam si celebret intra Ecclesiam fit irregularis, *cap. Is cui de sentent. excomm. in 6.* at vero si tantum audiuit Diuina, licet peccet mortaliter, non tamen fit irregularis.

Sed dubium est, an in nostro casu Episcopus interdictus ab ingressu Ecclesie possit intra illam recipere Sacramenta. Partem negatiuam tenet glossa, *can. present. 5. q. 2.* ubi generaliter dicitur, quod cui interdicitur Ecclesia, interdicitur sunt Sacramenta Ecclesie. Tenet etiam Angelus *verb. Suspendio. 3. n. 4.* Syluester *verbo Suspendio. q. 5. circa finem*, & aliqui iuniores. Sed pars affirmatiua est mihi probabilior, quam tenet Pater Henriquez, *l. 1. c. 32. n. 2.* & videtur de mente Calderini, quem referunt, & sequuntur, Ancharanus, Geminianus, & Francus *dicto c. Is cui.* in quantum dicunt, quod interdictum ingressus Ecclesie solum respicit officia Diuina. Item dictus Episcopus benè poterit ingredi Ecclesiam, & ibi orare priuata oratione, tempore quo non celebrantur officia Diuina; imò poterit transire per Ecclesiam tempore quo celebrantur officia diuina, & orationem facere breuiter. Et hæc omnia docet Auila *de Cens. par. 5. disp. 4. sect. 3. dub. 5. concl. 5. per totam.* Vide etiam Gauantum *in Man. Epis. ver. Suspendio n. 11.* Layman *l. 1. tr. 5. par. 4. c. 1.* Filliuccium *tom. 1. tr. 18. n. 103.* Vgolinum *de Cens. Tab. 5. c. 16. §. 3.* Suarez *de Cens. tr. 5. disp. 35. sect. 4.* Sayrum, *l. 5. cap. 9.* Altherium, *tom. 2. disp. 7. cap. 2.* & alios penes ipsos cum Castro Palao *tom. 6. disputat. 5. punct. 4. §. 4 per totum.*

Sed hic obiter pro curiosis adnotabo, præter casum adductum, alios casus, in quibus Episcopis interdicitur ingressus Ecclesie. Et primò, si præsumant in confidentiam beneficia Ecclesiastica recipere, ut in Extrauag. 109. Pij IV. Secundò, si extra casus necessarios ingrediantur Monialium Monasteria, ut in Extrauag. Gregorij XIII. incip. *Dubius que emergunt.* Tertio, si Episcopi Doctorandi facultatem habentes, aliquem promoueri patiantur, non præmissa fidei professione, ut in Extrauag. Pij IV. Quarto, si Metropolitanus non denunciant Summo Pontifici absentiam suorum suffraganeorum, & suffraganei antiquiores absentiam suorum Metropolitanorum, ut decernit Tridentina Synodus *sess. 6. cap. 1. §. Crescente. de Reformat.* Quintò, si sibi usurpent sine iusto titulo bona Ecclesiarum vacantium, ut in *cap. Presenti de Offic. ordin. in 6.* & in Extrauag. Vnica, *re Sede. Vacante.* Sextò, si præsumant bona Ecclesiarum, &c. præterquam in casibus à iure permissis

alienare, ut in Extrauagant. *Ambitiosè de rebus Ecclesiasticis non alien.* Septimò, si occasione visitationis accipiunt procuracionem in pecunia, & non in victualibus, ut in eapite *Exigit. de Censibus, in 6.* Octauò, si glossas, annotationes, &c. absque auctoritate Papæ super Decretis Concilij Tridentini edere audeant, ut cauetur in Constitut. 73. incip. *Benedictus Deus.* Pij IV. edita anno 1564. registrata in Bullar. vltimæ editionis, *tom. 2. pagina 104.* Nonò, si Episcopatum de manu Laicæ personæ cum effectu suscipiant; ut in *Can. Si quis deinceps. 16. quest. 7.* Decimò, si excommunicent sine monitione canonica, & præsentibus testibus, *cap. Sacro de Sent. Excomm.*

An si quis habeat Patrem diuitem & Filium diuitem, & ipse sit pauper, à quo debet prius petere alimenta.

R E S O L V T. III.

Mordicus à Patre in tali casu alimenta petenda esse, docet nouissimè Franciscus Maria Pratus, *obser. 89. num. 12.* adducens pro hac sententia Iacobum de Arena, *in l. pen. quæ incipit: Non quemadmodum. ff. de liber. agnosce.* Bartolum, *ibi, num. 2.* Alexandrum, *in leg. In suis, num. 7. ff. de liber. & post. h. 10.* Fabrum, *in §. Ius naturale, num. 3. In §. de Iur. natur.* Ancharanum *in caput Cum haberet, num. 13. de eo, qui dux. in matrim.* Castillum *ad leges Taur. lege 60. verb. Alimentos, & verb. In casu. verb. Item nota.* Albertum *in d. leg. Non quemadmodum, num. fin.* Et rationibus firmatur etiam hæc opinio: Tum quia Pater plus diligit filium, quam ipse Patrem, *lege Isti quidem. ff. de eo, quod mer. caus. & leg. fin. Codice de Curator. Furiosi cum concordan. adductis.* Tum etiam, quia bona Patris quodammodo dicuntur esse Filij viuo Patre, non autem è conuerso. *lege Nam & si Parentibus. ff. de inoffic. testa. Ac etiam quia in Patris successione, filius præfertur Auo, lege prima, §. primo, ff. si tabul. testam. nulla extab. Authent. In successione. Codice de suis, & legitimis.* Ioannes de Lignani. *in tractatu de Amicitia. §. Subnecessione paterna. & filialis, num. 16.* Vide etiam Cordubam *in Repet. lege Si quis à liberis, num. 7. ff. de liberis agnoscen.* qui contra Alphonsum de Castro acriter insurgit, & asserit errasse, quia misit manum in messem alienam.

Sed ego in eius fauorem, nempe in tali casu alimenta esse petenda à Filio, & non à Patre diuite pondero validam rationem; quia magis tenetur filius succurrere Patri, quam Pater Filio: Vnde pro firmanda hac sententia quærendum est, quo iure Filij, & Parentes alimenta præstare teneantur; & multi iuris canonici petiti existimant Parentes teneri præstare alimenta Filiis iure naturali, filius vero parentibus non iure naturæ; sed gentium. Ita docere etiam videtur Bartholus *in l. Si quis à liberis. ff. de lib. agnoscent.* Probant, quia natura descendit à Parentibus in filios, atque adeo propensiore iure naturæ, & proximior debent Patres liberos amare, quam liberi Parentes. Deinde, quia belluæ, in quibus totum ius naturæ inest, filios alunt suos, non tamen Filij Parentes, præter vnicam Ciconiam, cui id tanquam insigne attribuitur, & ob eam causam pietatis symbolum habetur. Dicendum tamen est cum communi Doctorum, & præcipuè Theologorum sententia, Filios eodem iure naturæ teneri de alimentis prou

providere Parentibus in extrema necessitate, aut quasi extrema constitutis, quo Parentes tenentur providere Filiis. Primum ex genere correlatiuorum, Invenitur Pater, & Filius correlatiua. Vnde quod de vno dicitur, de alio necesse est dicatur. Secundum, quia natura rationalis strictiori vinculo obligat filios erga Parentes, quam Parentes erga Filios, ut docet D. Thomas 2. 2. *quest. 26. art. 8. ad 3.* nam quicquid Filius habet, à Patre habet; Pater autem nihil habet à Filio, & ideo ratione beneficii accepti tenentur Filij parentibus maxime providere; quamobrem, licet ius naturæ absolutæ magis inclinet parentes ad providendum de alimentis filiis, ut in Belluis cernitur; ac non ita ius naturæ rationalis; plus enim natura rationalis inclinat Filios ad providendum parentibus, propter beneficium totius esse, & vitæ, ab eis acceptum, quam parentes ad providendum Filiis, cum nihil ab illis acceperint. Et ita docet D. Thomas, *quodlibet. 6. art. 14.* Syluester, *verb. Filij quest. 2. ad finem*, Azorius, *tom. 2. Instit. Mor. lib. 1. quest. 1. cap. 3.* Tolertus *lib. 5. Summa, cap. 1. num. 3.* Et ex iurisperitis idem docent Monochius *de Presumpt. lib. 3. qu. 29. num. 16.* Surdus *de aliment. tit. 1. quest. 17.* Cardoso *in praxi iudicandi, verb. Filius, num. 40.* & communiter omnes, & ideo parco allegationibus. Vide tamen Rebillum præ omnibus doctissime hac de re loquentem *de obligat. Iustitia, part. 2. lib. 5. quest. 8. num. 8.* Estque adeo vera hæc doctrina, ut ad extremam necessitatem redactis filiis, & parentibus, teneantur Filij potius Patribus succurrere, quam propriis filiis. Ita docet Tolertus modo citatus, Syluester *verb. Filij. §. 26.* Azorius item allegatus, *quest. 16.* & Schola Thomistarum post D. Thomam *in 2. 2. quest. 26. art. 8. ad 3.* secus extra necessitatem extremam; nam tunc potius filiis quam parentibus succurrendum est. Aliqui contrarium putant, ut Angelus, *verbo Filius, num. 24.* & alij Iurisperiti. Dicunt enim in extrema necessitate succurrendum potius esse filiis, quam parentibus, quod est probabile; id autem quod dicimus probabilius, nam filij totum suum esse & vitam, & quicquid habent, à parentibus habent, parentes autem nihil à filiis præter iacula, spinas, & curas, quibus maxime anguntur, ac stimulantur, ut eis vitæ remedium quaerant, iuxta dictum Jacob Genes. 49. *Ruben primogenitus meus, principium doloris mei*, ubi principium doloris sui eum appellat, quia cum primus illius filius esset, primo cæpit parentem curis stimulare circa vitæ illius remedium quaerendum. Ex quibus omnibus satis remanet firmata Castri sententia aduersus supracitatos Iuriscosultos.

Vnde ad maiorem confirmationem supradictorum apponam hic verba Ioannis Machadi *de Perfecto Confessario, tom. 2. lib. 6. par. 7. docum. 8. n. 1.* sic asserentis: Aunque los Doctores Interpretes del Derecho enseñan à cada passo por regla general, que la obligacion que el hijo tiene de alimentar à sus Padres pobres, nace de derecho de las gentes, y positiuo. Los Theologos comunmente sienten, que esta obligacion prouiene tambien de Derecho natural; y aun quieren que esta sea mas estrecha, y fuerte que en el Padre; porque del recibe el hijo todo el ser que goza, y no al contrario. Ita ille, & ego. Sed audiamus etiam, præter Doctores citatos verba Ioseph Rocafull *in Praxi Theol. moral. tom. 2. par. 3. lib. 1. de Præcepto honorandi parentes, cap. 4. num. 15.* ubi ita asserit: An supposito, quod filij teneantur subenire Parentibus, qui ita Anton. Dianæ, Pars X.

extrema necessitate sunt, debeant potius subuenire ipsi Parentibus, quam suis filiis: ut est Petrus, cuius Pater habet extremam necessitatem, ita ut fame pereat, & habeat simul filium, in eadem necessitate, quod quaerimus est, si non potest duobus subuenire, cui potius teneatur subuenire. Dux sunt sententiæ; vera est potius esse Patrem, quam filium subueniendum, quam tenet D. Thomas, & alij. Et ratio est; quia filius plus debet patri, quam Filio suo: nam à patre habet quicquid habet, & non è contra; pater à filio. Hæc ille; cui adde Trullench *in Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 6. num. 21.* & Castum Palaum, *tom. 1. tractat. 6. disputat. 1. punct. 10. num. 13.* qui rectè obseruat, quod beneficium à Patre acceptum est omnium maximum, siquidem ex illo habes esse. Ergo sicut Deus omnibus præferendus est, quia tibi contulit esse, ita suo modo tuus pater omnibus præferri debet; cum quia occisio patris, aut illius maledictio grauius peccatum est; quam occisio, & maledictio filij, ut constat Exod. 12. & Leuit. 20. Ergo auxilium pro conseruanda illorum vita magis est debitum. Facit tamen appetitum sæpè inclinare magis ad amorem filiorum, quam parentum; eaque de causa facilius patrem amare filium, quam è contra: non tamen inde inferitur Patrem non esse præferendum, cum charitas, & inclinatio rationalis naturæ ad Patrem potius, quam ad Filium propendat. Non valet itaque argumentum deductum ex amore Patris erga Filium: nam licet Pater magis diligat Filium, quam Filius Patrem, tamen hoc non obstante, si quis haberet Patrem & Filium in extrema necessitate, tenetur magis succurrere Patrem quam Filium, ut visum est, & docent communiter Doctores: ergo necessariò sequitur idem dicendum esse, quod si quis Pauper haberet Patrem, & Filium diuitem, alimenta potius à Filio diuite, quam à Patre diuite petenda, & largienda esse; quia ex D. Thoma, & aliis, plus debet, & fortius obligatur Filius Patri, quam Pater filio; nam ut ait Suarez *de Charitate, disp. 9. sect. 4. n. 15.* ius paternum est summum in humanis iuribus.

Verum his non obstantibus, sententiam doctorum Iuriscosultorum non audeo improbare, & præter adductos à Prato Vito fructissimo hanc sententiam nouissime tenuit Antonius Leoncilus, *de Præuileg. Pauperum, part. 2. prinil. 161. n. 13.* qui citat Bartolum, & Surdum: Vnde si Cynus *ad lib. 5. Codicis, tit. 21. Rubr. 251. de alen. liber. à parent. leg. Parentum, num. 5. vers. Quarto quæro.* Si inquam Cynus dubius remansit in Resolutione huius quaestionis, iudicium meum non proferam; sed docti Viri iudicent, & perpendant an argumenta superius adducta contra supradictos Iuriscosultos procedere debeant in casu extremæ necessitatis; non autem si necessitas sit infra extremam, de qua videntur loqui Pratus, & alij Iuriscosulti; Vnde posset aliquis dicere, quod sit dispar ratio inter utrumque casum; ex his quæ firmat Antonius Fern. *in Examine. Theolog. moral. part. 1. c. 3. §. 9. n. 2.* Ideo tu cogita.

* * *

Q. 211

An Privilegium obtentum, ut quis possit dicere Matutinum statim post meridiem, extendatur ad socium. Et alia dubia curiosa enucleantur.

RESOL. IV.

Videretur negatiue respondendum, quia Privilegium concessum alicui Personæ, non extenditur ad Socios, nisi esset ferè inutile ei, cui concessum est, nisi ad supradictos etiam extendere, arg. *cap. in his. de privileg.* Ita Baldus in *leg. 1. Cod. de uxoris milit.* Lucas de Peña in *Rubr. de appar. pref. urb. lib. 1. 2.* Bartolus in *tract. repras. quest. 7. vers. Ad sextum.* Felinus, *c. 2. num. 2. de Foro Comper.* Glossa Gemini. Franc. in *cap. licet. de privil. lib. 6.* & alij communiter: Sed hoc non accidit in casu de quo loquimur: Ergo. Et idèd hanc sententiam tenet doctus Arriaga in *Cur. Theolog. tom. 4. tract. de Legibus, disp. 3. 2. sect. 2. num. 13.* vbi sic ait: Secunda quæstio in præsentem est, vtrum non solum comprehendatur ille, qui omninò necessarius est ad talem actionem efficiendam, sed qui ad decentiam illius spectat; vti cum datur Confessio licentia intrandi Monasterium, an etiam pro decentia possit accipere socium. Respondeo, in Religiosis, quia per se semper cum sociis incedunt, omninò id supponi, in secularibus non esse ita clarum, quia illi soli ordinariè incedunt, tamen putarem omninò concedi, quia sic honestior longè est illè ingressus, dum Testem habet suarum omnium actionum. Aliud exemplum ponit Pater Suarez in Sacerdote, qui obtinuerat privilegium orandi Matutinum sequentis diei paulò post meridiem, vbi declaratum dicit à Nuntio Pontificis etiam ad socium simul orantem extendi: rationem putat esse, quia illud privilegium datum videbatur ad iuvandam senectutem, & labores privilegiati: ad quod parum valuisset illud privilegium, si non potuisset socium accipere. Ego tamen hanc extensionem valdè difficilem puto; alioquin eodem iure dicere possemus, si quis haberet privilegium orandi vna die pro tota septimana, vt non ita pridem audiui fuisse quidam concessum, posse illum accipere quemcumque alium Sacerdotem, qui se iuvaret; ac eo ipso vna die pro tota hebdomada satisfaceret: id quod haud dubiè est creditu licitum esse. Ratio est meo iudicio clara, quia recitare etiam solum sine socio vna die, quacumque quis velit eligere, prò tota hebdomada, aut eligere horam quam velit, est magna gratia: cur ergo debet extendi ad socium? Quod enim facilius cum socio id fiat, non continuè eximit socium; posset enim ille (esto maiorem hunc fauorem vellemus illi concedere), aliquem alium, qui non teneretur orare, vocare, vt secum Horas absolueret; sed neque necessum est recurrere ad eum maiorem fauorem; nam faciens aliquam gratiam non censetur facere omnem quæ potest excogitari. Idèd facilius mihi persuadeo, Nuntium illum auctoritate, quaungebatur, extendisse illam gratiam, quam declarasse ex vi prioris gratiæ extensionem illam sequi. Dices: In *cap. licet. de Privilegiis in 6.* privilegium datum singulari personæ ad celebrandum tempore interdicti extenditur ad familiares, & domesticos eius, vt possint cum ipsa audire Divina, vel ei assistere eò quod talis persona supponitur esse illustris; æquumque est vt assistat iuxta suam dignitatem. Respondeo, ex hoc casu non benè inferri consequentiam ad alterum nostrum: nam legere Horas Canonicas solent

foli etiam magni Viri, & Senes: neque id est contra eorum auctoritatem: at exire, foras, ad Templum, aut celebrare non solent nisi cum suis familiaribus: vel certè dici potest, eam facultatem ibi specialiter concessam in ordine ad audiendum Sacrum, quia res illa est valdè fauorabilis, hinc autem nullatenus potest inferri, licitum esse anticipare tempus orandi, quia per hoc non exercetur aliquis actus specialis Religionis; alioquin eodem modo deberet dicere Pater Suarez, si vni Episcopo ea gratia conferatur anticipandi Horam, & habeat sex, vel septem familiares, qui teneantur orare, posse omnes illos tempus anticipare: Quod penitus incredibile est. Hucusque Arriaga.

Sed ego sententiam Suarez sequor, quam licet cursim docui cum Portel, & Henriquez, alibi; quibus nunc addo *Castrum Palaum, tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 1. 2. n. 2.* Faustum *de Horis Canon. lib. 2. qu. 121.* Bonacina, *de legibus, disp. 1. quest. 3. punct. 7. §. 2. n. 6.* & me citato Merollam, *tom. 3. disp. 6. cap. 3. dub. 10. n. 134.* Et ratio est, quia licet recitare priuatim cum socio, non sit absolute necessarium; est tamen communiter in Ecclesia vsitatum; ac magis conforme Choro Ecclesiastico; ergo credibilius est privilegium dari ad illum etiam recitandi modum. Adde, quod privilegium illud videretur concessum ad allevandos labores Privilegiati: at parum utile fuisset leuamen, nisi ex vi eiusdem privilegij daretur facultas recitandi cum socio, qui simul posset suæ obligationi satisfacere. Assentior tamen Patri Arriaga contra Suarez, *lib. 8. de legibus, cap. 11. in fine*, privilegium concessum Religioso ad ingrediendum Monasteria Monialium extendi ad socium, Ita me citato Merolla *vbi supra, num. 132.* Quia consuetudo, & decencia religiosa postulat, vt hi nunquam soli incedant, sed saltem bini. Cum igitur non possit Religiosus, decenter solus ingredi, privilegium eius redderetur moraliter inutile, si non extendere-tur ad socium.

Ex dictis inferitur, privilegium concessum Sacerdoti, vt possit celebrare Missam tempore interdicti, extendi ad ministrum inferuentem; quia ferè inutile esset, si non posset Minister aliquis ipso gaudere; non enim cogendus est Sacerdos habens tale privilegium, quærere Ministrum, qui similem fauorem habeat, vt ab eo iuari possit, hoc enim accidentarium est, & ab eo non pendet utilitas prioris privilegij, quod per se debet esse efficax. Ita Glossa in *cap. licet vobis. de privil. lib. 6. verb. Non debent.* & ibi Io. And. Angel. *verb. Interdictum. 6. num. 6.* Sylvester *verb. Interdictum. 5. quest. 1.* Novarius in *Summa, cap. 27. num. 180. & seq.* Sayrus alios referens, *de Censur. lib. 5. cap. 5. num. 29. & seqq.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 11. num. 7.* & alij communiter, & colligitur apertè ex *cap. licet. de privileg. lib. 6.* vbi tamen hoc limitatur, nisi Minister ille causam dederit interdicto, seu ad perpetrandum delictum, cuius occasione interdictum impositum fuit, auxilium, consilium, vel fauorem dedisset; tunc enim eo privilegio Sacerdotis non gauderet, nec posset illius Missæ inferuire.

Notandum est obiter hinc Primò: quod licet privilegium non est extendendum de persona ad personam ob identitatem, vel maioritatem rationis, tamen limitatur hæc regula, vt procedat tantum in privilegiis concessis ab homine, non autem in illis quæ à iure conceduntur, seu quæ inserta sunt in corpore iuris: Hæc enim cum habeant rationem iuris communis, extendi possunt ex identitate rationis, sicut aliæ leges extenduntur. Hoc autem confirmari potest

potest exemplo: nam priuilegium exemptionis concessum Decurionibus, habentibus duodecim filios vt habetur in leg. *Si quis Decurio. 24. Cod. de Decur. lib. 10.* ob identitatem rationis, extenditur ad omnes alios Patres, qui Decuriones non sunt: immò, propter eandem rationem, extenditur etiam ad Matres. Et hanc opinionem tenet Glossa in cap. *Sanè de priuileg. verb. Temerarium.* Lucas de Pen. in leg. *Iubemus. Cod. de pala. Sac. largi.* Holtiensis in cap. *Cum super. de sepult.* Io. de Plat in leg. *Grammaticos. Cod. de profess. qui in Vrbe Constantinop. lib. 12.* Marc. Anton. Genuensis in pract. *Eccles. quest. 590.* Sanch. lib. 2. *Summ. cap. 19. num. 31.* Tapia in *Comm. ad leg. ult. ff. de Const. Princip. 2. par. cap. 3. num. 78.* Quod colligunt ex d. leg. *Grammaticos.* vbi conceditur priuilegium Comitum dignitatis illis, qui per viginti annos aliquam scientiam docuerint alios in Vrbe Constantinopolitana, & ibi quaerit D. Io. de Plat. an praedictum priuilegium extendatur ad docentes in aliis Ciuitatibus; & respondet, extendi ex identitate rationis.

Limitatur Secundò, vt non habeat locum in Personis a iure æquiparatis. Hinc priuilegia concessa militibus armatæ militiæ, extenduntur ad milites caelestis, & legalis militiæ, vt docent Iurista in leg. *Centurio. ff. de vulg. & pup. Marthel. sing. 61.* Euer. in suis *Topic. cap. 56.* & hanc communem appellat Villalobos, *com. lit. P. num. 390.* Similiter priuilegia concessa Ecclesiis, extenduntur ad hospitalia, vt ait Panormitanus in cap. *Ecclesia. num. 6. de Immunit. Eccl.* Item priuilegia concessa libertati, alimentis, & dori, extenduntur ad piam causam, vt probat idem Euerardus loco citato, à cap. 56. vsque ad 77. & Tiracuellus in *Tract. de Priuileg. pia causa,* & Andr. Gamba tract. *de extens. num. 166. & seq.* & priuilegia concessa Pupillis, extenduntur ad minores, & è conuerso, & ad Rempublicam, Ecclesiam, Furiosos, & omnes, qui per alios reguntur, vt docet idem Euerard. *loc. cit.* Hoc autem solum verum est, quando æquiparatio est facta à iure per modum regulæ, aut in vtroque est eadem ratio, vt declarant latissimè Iurista in leg. 1. *ff. de leg. 1.* & Euerard. latissimè in suis *Topic.*

Limitatur Tertio, vt non procedat in casibus à iure æquiparatis. Hinc est, quod facultas, Clerico beneficiaria concessa, ad fruendum fructibus Beneficij in absentia vt Theologiam audiat, extenditur ad Studium iuris Canonici; quia hæc scientiæ sunt in iure æquiparata, vt colligitur ex cap. 2. *de priuileg. in 6. iuncto cap. licet de prob. & docent Archidiaconus in cap. Cum de diuersis. de priuileg. in 6.* Panormitanus, & Felinus in cap. *Finali, de Magistr.* Nauarrus in *Summa, cap. 25. num. 58.* Et priuilegium comedendi oua in Quadragesima, extenditur ad lacticiam, & è contra; quia hæc sunt à iure æquiparata, eò quod vtrumque trahit sementinam originem à carnibus, vt dicitur in Can. *Denique dist. 4.*

Et tandem nota hinc cum Atriaga vbi supra, n. 1. aliquando ratione ipsius materiæ comprehendi aliquam personam, quæ in priuilegio non nominatur: quod etiam è contrario de lege ipsa eodem modo dicendum est; etenim si priuilegium dicat, *Concedo tibi etiam si sis cessatio à Divinis, vt possis celebrare,* sine dubio ibi conceditur priuilegium vocandi Ministrum, sine quo Sacrum fieri non potest; conceditur item priuilegium Sacristano, vt licitè possit omnia ad Sacrum necessaria tali Sacerdoti suppeditare: similiter si datur alicui facultas legendi libros hæreticos, etiam datur facultas eos emendi: quæ extensio

Antonin. Diana, Pars X.

potest etiam fieri ad Mercatorem, aut ad illum, qui tales libros habet; nam licet aliis vendere eos non posset, poterit tamen his, qui tale priuilegium habent: & sic in multis aliis materiis.

An in distribuenda eleemosyna inter Pauperes, sint preferenda Moniales, Viri Religiosis.

R E S O L. V.

Affirmatiuè respondeo. Et ita docet Lud. Messias in Prag. *Taxa panis, concl. 5. n. 42.* vbi sic asserit: Si inter executores Testamenti, est contentio super electione Pauperum, res deuoluitur ad Episcopum: & poterit gratificare, cui ex Pauperibus velit per modum adhesionis, id est, adherendo vni ex executoribus: id tamen intelligendo, vt intelligunt Albericus, & Doctores Textum ibi in leg. *Si quis seruum. §. Si inter duos. ff. de legat. 2.* Secundò, videlicet data omnimoda paritate, seu æqualitate inter pauperes, ab vtroque Exequutore nominatos. Nam si essent aliqua ratione inæquales, vt puta, propter aliquam qualitatem quibusdam eorum, & non aliis inhaerentem, certè non esset locus recursum ad Episcopum: & sic cessaret gratificatio. Cuius rei exemplum optimum potest dari, si esset iniunctum duobus Exequutoribus, quod si distribuerent mille inter pauperes Religiosos, & vnus eorum nominasset Religiosos pauperes, alter nominasset pauperes Religiosas; nam licet essent omnes in pari gradu paupertatis, vt quia omnes tam masculi, quam fœminæ essent ordinis Franciscani in arctissima paupertate constituti vel vtrumque Monasterium eiusdem instituti, puta Dominicani, vel Augustinenses, qui etiam ex regulâ sunt Mendicantes: licet ex Regula laxiores habeant habenas in acquirendo, & retinendo, quam primi Minoritæ, nihilominus præferentur pauperes Religiosæ, siue Monasteria Monialium: Secundum Cynum singulariter, quem ibi sequuntur Baldus, & Salicetus, per illum Textum, in leg. *Cum multa. Cod. de donation. ante nuptias.* Et idem Baldus, qui eam decisionem commendat, in leg. *In multis. ff. de stat. hominum. in fin. dicens,* notandum esse quod ceteris paribus, magis fauetur Monasterio Monialium, quam virorum Religiosorum, quia Monasterium Monialium reputatur à iure, locus magis pius, & pauperior, quam virorum, propter earum clausuram, & imbecillitatem in acquirendo, secundum Cynum in d. leg. *Cum multa,* quod dicit menti tenendum. Citat, & sequitur Doctor Petrus à Peralta, eruditissimus Præceptor meus in d. leg. *si quis. §. Si inter duos, num. 9.* Subiungens, multos dies elapsos non esse, quod istum casum habuit in contingencia facti. Hucusque Messias; qui etiam antea in *Concl. 1. n. 45.* sic ait: Et pauperibus Monialibus, magis quam Viris, etiam Religiosis, eleemosyna est facienda, quod indigentia in Monialibus magis sit periculosa. *cap. 1. de stat. regul. lib. 6.* Et quia Viri, conuenientiùs operari possunt, quam fœminæ. *leg. Si quis. versic. Ad filias. Cod. ad leg. Jul. Maiest.* & ita determinat Baldus in leg. *Cum multa. Cod. de donat. ante nupt. 2. col. num. 3,* post Cynum ibi in *ultim. quest.* & Federicus de Senis in *Cons. 182. incip. factum tale est.* & tenuit idem Baldus in 1. *lect. leg. in multis. ff. de stat. homin.* Subdens, Monasterium Monialium reputari à iure locus magis pius, & pauperior. Et esse tenendum menti. Quod est in praxi notandum ad explicationem

Q 2 Pragma

Pragmaticæ supra citatæ, Comitiorum, Madritiorum ann. 1563. die vltim. Mensis Octobris, per quam vestes ibidem prohibitz, (quæ à Iudicibus condemnantur, piis applicantur locis. Et iam ita, non semel vidi practicari. Ita ille: Et post illum inuenio hanc sententiam nouissimè docere etiam doctissimum, & amicissimum Franciscum Mariam Pratum in *Centuria Practicarum Obseruationum*, *Obser. 39. per totam*, cui adde Marcum Vidal in *Arca Theologia Moral. tit. de Legatu. Inquis. 2. num. 36.* qui citat Genuensem in *Praxi Archiepisc. cap. 57. num. 15.*

An Superiores Regulares nolentes admittere aliquem absque causa in Religione ad annum Nouitatus, peccent mortaliter.

R E S O L. V I.

Negatiuè responder Pater Bordonus in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 54. num. 138* vbi sic ait: Nul- lum videtur peccatum Superiori, vel cuiilibet alij fa- cultatem habenti Nouitios recipiendi ad Religio- nem illis simpliciter negare ingressum, quamuis alijs possent illos recipere. Suaderur quia nulla lex suadet huiusmodi receptionem: ergo nolle quem recipere ad Religionem ex mero arbitrio nulla est transgressio, consequenter neque peccatum. Con- firmatur: Tum quia impedire alicuius bonum nul- lum est peccatum, nisi impeditus ad illud habeat ius saltem ad rem, & ipse Nauarrus *cap. 17. num. 97.* hic autem, qui ingredi cupit nullum ius habet, ergo non dicit iniquè impediri. Tum quia quod dicit Christus, *Eum qui venit ad me non eiiciam foras*, ex- plicatur de accessu per fidem, nullus enim ad fidem venire volens à Christo eiicitur foras. Alcuinus su- per dicta verba; vel secundum Lyranum super ca- dem verba, eum qui venit ad me per vocationem, non eiiciam foras, quia omnis prædestinatus tan- dem saluabitur. Quare quale est arbitrium volentis ingredi, talis potest esse voluntas superioris, conse- quenter sicut in optione est ingressus, & nolle in- gredi ex parte petentis, ita & Superiori liberum est recipere, & non recipere Nouitium. Neque obstant adducta in oppositum, in quibus adest malitia, non in casu nostro, in quo Superior ex potentia sui arbitrij, in quo stat pro ratione voluntas, simpliciter ne- gat ingressum. Præterea Superior non dicitur dis- suadere à bono, sed simpliciter vti iure suo non re- cipiendi aliquem ad Religionem, cum ad id nul- lam habeat obligationem; persona autem priuata, nullum ius habet in ordine ad statum religiosum, consequenter ex se simpliciter dicitur persuadere malum, & dissuadere bonum. Superior verò regularis, dicitur simpliciter ex iure suo negare illi ingressum, & nequaquam persuadere malum, aut dissuadere illi bonum. Quid si petens ingressum haberet vo- tum ingrediendi Religionem eius Superioris, à quo petit admitti? An negans simpliciter ingressum pec- cet mortaliter si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum? Non peccat, quia per emissio- nem illius voti nulla obligatio inducta fuit in Su- periore regulari: ergo sicut ante potest illi negare in- gressum, neque inde sequitur peccatum aliquod in Vouente, qui non potuit implere præceptum, cum per eum non steterit, modò habeat requisita ad ingressum, vt supponitur. Hucusque Bordonus Et hanc sententiam singularem putauit quidam Theo-

logus, sed malè: nam illam tenet Cardinalis Lugo de *Iust. tom. 1. disp. 9. sect. 3. in Append. num. 54.* & alij, cum docto, & amicissimo Patre Garcias, in *Polis. Regul. tom. 1. tract. 2. difficul. 4. dub. 2. num. 2.* quia, ait ille, Aunque es verdà que la caridad me obli- ga, à no disuadir, ni impedir à vno tanto bien, co- mo es querer aspirar à la perfeccion, però no me obli- ga esto à quedè mis bienes; ni que mis acciones, ò obras concurren positiuamente à que el se haga capaz, y alcance esto bien, porque la misericordia no obliga grauamente, sino quando el proximo està en grandissima necessitad, y la omission de entrar en Religion no es mal grauissimo; luego la obligacion de recibirle no puede caer debaxo de culpa mortal. Ita ille, qui citat alios.

Sed affirmatiuè sententiæ adhæret Castrus Palaus, *tom. 3. tract. 16. disp. 1. punct. 9. num. 15.* vbi sic ait: Quod si roges, an Superiores, quibus competit No- uitiorum receptio peccent si renuant recipere quem habilem, & aptum Religioni inuenerint? Responder optimè Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 10. num. 28.* Peccare grauiter si absque vlla rationabili causa moueantur. Tum quia Religioni officiant, illius Nouitij obsequis priuantes, & iurisdictione sibi da- ta abutentes. Tum quia securam viam salutis pro- curanti sine causa præcludunt. At si causa subsit, cla- rum est nullum esse peccatum. Est autem sufficiens causa denegandi ingressum petenti, si alius aptior, imò æqualis reperiat, vel speratur breui repe- riendus, & Religio commoditatem temporalem non habeat vtrumque alendi. Ita Palaus. Verùm ego non audeam damnare de peccato mortali Su- periores renuentes recipere ad Religionem aptum, & habilem; & ideò adhæreo magis negatiuè opi- nioni: Et est dispar ratio de hoc casu, & de ne- gantibus suffragium Nouitio idoneo ad Professio- nem: isti enim, vt alibi firmauimus, peccant mor- taliter, vt me citato fusè probant Lugo, Bordonus, & Garcias *vbi supra.*

An dubius de impedimento dirimente Matri- monium possit hoc non obstante illud contrahere.

R E S O L. V I I.

VT si v. gr. quis vult contrahere cum Iulia & prius habuit rem cum Faustina, quæ dubitatur an sit Soror Iuliz, vel quid simile. Et negatiuè res- ponde Castrus Palaus *tom. 1. tract. 1. disp. 3. punct. 8. n. 10.* vbi sic ait: Et si cuiilibet licitum sit Matrimonio copulari, non tamen licitum illi est, si dubius sit, habere impedimentum, quia nunquam habuit ius se Matrimonio copulandi, nisi probando impedi- mentum non esse. Ita ille; qui adde Layman, *lib. 1. tract. 1. cap. 5. § 3. num. 23.* vbi etiam sic ait: simili ratione dicendum est; si dubium de Matrimonij valore, ob latentis impedimenti suspicionem, ante- cedat, omninò ab eo contrahendo abstinendum esse. Idque partim ob saporem Sacramenti, nè in- ualidè administrerur; partim ob illud principium: mala fide contractum initi, possessionemque in- choari ab eo, qui initio dubitat, num contrahendi, possessionemque capiendi ius habeat. Hæc Layman & ante omnes Veracruz in *Specul. part. 3. art. 13. in fine.*

Sed licèt hæc sententia sit satis probabilis, non mi- nus probabilem, imò & probabiliorem affirmatiuam existimo, quam tuctur vterque Sanchez, Thomas, & Ioan

& Ioannes, ille de *Matrim. lib. 8. disp. 6. num. 18. iste in Selectis, disp. 43. num. 44.* quibus adde duos doctos, & amicissimos Viros, Franciscum Bardi, de *Conscient. discept. 6. cap. 11. par. 7. §. 11. num. 6.* & Franciscum de Lugo de *Conscient. part. 1. quest. 31. num. 180.* Et ratio est, quia possessio stat pro Dubitante, & non est tali possessione spoliandus, vsque dum contrarium non probetur; nemo enim absque certo iure debet spoliari sua possessione. Itaque post adhibitam sufficientem veritatis inquisitionem, siue dubitet vterque Coniux, siue solus alter, possunt contrahere matrimonium, quoniam stat possessio pro libertate, vt docet secunda sententia. Quare censendi sunt contrahere bona fide, poteruntque reddere debitum, & petere, sicut illi, quibus post contractum Matrimonium superuenit dubium, & post præmissam debitam diligentiam adhuc perseverat.

Confirmatur hæc opinio validissimo argumento, quod citati Auctores non obseruarunt, de sumptum ex cap. *Laudabili, & cap. Finali, de Frigidis, & maleficiis*: nam dubius de potentia naturali sufficienti ad cocundum, non debet eligere tutiorem partem, abstinendo à contractu Matrimonij: sed potest licetè contrahere, & post contractum conari ad copulam, adhuc manente dubio: cuius non est alia ratio, nisi quia homo possidet ius ad contrahendum; & in dubiis melior est conditio possidentis. Nec sufficit dicere, hoc esse speciale in dubio de potentia ad cocundum, propterea quod huiusmodi dubium, non aliter quàm per conatum ad copulam, potest expelli. Nam contra hoc est, nam si ex natura rei in dubio facti esset intrinsecè malum, sequi partem minus tutam; etiam id foret malum in dubio impotentia naturalis, quod autem conatus ad copulam sit vnicum medium ad pellendum dubium, non honestat talem conatum, sed potius idèd natum est esse medium proportionatum; quia etiam cum illo dubio non est malum. Idèd enim malum non est; quia quis possidet; in dubio verò melior est conditio possidentis. Quæ ratio procedit in quocumque dubio facti, nisi aliud fuerit in iure positio expressum. Et hæc omnia docet, & obseruat etiam Rocafull in *Praxi Theolog. Moral. tom. 1. part. 3. lib. 4. de Conscient. cap. 5. num. 14.* Si igitur itaque per Canones licitum est inire Matrimonium cum dubietate impotentia ad cocundum, etiam licitum erit Matrimonium contrahere cum dubietate alterius impedimenti; nam in omnibus; militat eadem ratio.

Ad argumenta verò negatiua sententia respondet Pater Bardi, negando, dubitantem de impedimento Matrimonij, nunquam habuisse ius se Matrimonio copulandi; nam in iis casibus, in quibus possessio est pro libertate, in ipso dubitante ius resultat ad contrahendum; neque nobis officit alia ratio de sumpta ex irreuerentia Sacramenti, quia in eo casu prudenter homo operatur contrahens, & idèd nullam infert iniuriam Sacramento. Et quamuis aliqui sint Auctores, qui primæ opinioni fauere videantur, negantes, in dubio posse Matrimonium contrahi, intelligendi tamen sunt loqui de dubio practico, scilicet, quando resultante dubio speculatiuo, nulla adhuc est facta diligentia, vel non sufficiens ad inuestigandam veritatem; tunc enim dubium illud speculatiuum trahit practicum, atque adèd contrahens mala fide procedit, & dum diligentiam non apponit, nequit petere debitum, sed tantum reddere, nisi alter coniux etiam mala fide contraxerit, dubitans eodem modo de impedimento; tunc autem

Antonin. Diana; Pars X.

neque petere, neque reddere esset licitum, & vterque Coniux torum hoc sciens, nimirum notitiam impedimenti in seipsis tempore contractionis adfuisse, peccaret siue petendo, siue reddendo.

Sed quæres, an ille qui bona fide contraxit, & possidet, possit liberè petere, & teneatur reddere, quando nouit alterum dubitare de valore Matrimonij. Respondeo, posse petere, & reddere, sed non teneri reddere dum alius petit. Patet prima pars, quia cum sit in legitima possessione, nec dubitet de Matrimonij valore (non enim tenetur alteri dubitanti credere, nisi tales sint coniecturae, vt credere conuincatur) potest vti plenè sua possessione tam petendo, quàm reddendo. Secunda autem pars roboratur, quia vnus Coniux tenetur reddere alteri debitum ex iure iustitiæ, quod ille alter habet, sed Coniux qui mala fide contraxit, & in ea adhuc perseverat nullum habet ius iustitiæ ad exigendum, vt citata iura diffiniunt: ergo alter, qui bona fide possidet, non tenetur reddere, licet possit.

At difficultas est, an si Matrimonium sit contractum, sed non consummatum, & ante consummationem incidat dubium de impedimento, teneatur reddere. Respondeo cum Vasq. in p. 2. *disp. 66. c. 6. §. 4.* ex duobus illis prioribus mensibus concessis à iure, vt quisque deliberet vtrum ei expediat in Matrimonio perseverare, vel ad Religionem transire non debere reddere debitum. Et ratio est, quia isto tempore liber est, vt si velit non reddat cum possit negare vtendo libertate sibi concessa à iure, & quidem negando nulli se exponit periculo, reddendo vero exponit se periculo incontinentia. Elapso autem tempore duorum mensium non debet detinere alterum Coniugem perpetuo dubium, sed debet ei detegere dubium suum, vt ipse etiam interim non perat donec sufficienter examinetur; quia tale dubium non potest esse perpetuum quod ita intelligendum est, nisi probabiliter timeatur talis dubij reuelationem, nihil profuturam, sed potius nocituram, si autem tale sit periculum, tunc debet Coniux dubius reddere debitum, ne vltra tempus signatum à iure alterum Coniugem detineat.

Nota cum Vasquez, nimis durum esse, obligare Coniugem dubium in hoc casu ingredi Religionem cum reuera possit, vt ita liberum relinquat alterum Coniugem. Ratio est, quia status Religionis, nisi spontè suscipiatur, solet malos exitus habere, & sunt quidem plures aliæ difficultates, ob quas obligari ad Religionem non debet; aliqui tamen censent huiusmodi debere intrare Religionem; vt ab hoc dubio liberetur, cum hac via possit negare debitum, & debeat non se exponere periculo incontinentia in reddendo, cui planè se exponeret sine vlla obligatione si in principio redderet.

Sed hic notandum est, & menti tenendum, quod in c. *Inquisitioni. de sentent. excomm.* sic dicitur: *Si credulitas probabilis, & discreta, quamuis non manifesta, animum pulset, debitum quidem reddi posse, sed non postulari.* Quæ quidem verba non eodem modo Doctores intelligunt, nam D. Thomas in 4. *disp. 41. qu. 1. art. 5. q. 1. ad 3.* D. Antoninus, *par. 3. tit. 1. cap. 3. §. 2.* Syluester, *verb. Matr. 8. q. 2. dict. 5.* Petrus Ledesma de *Matr. q. 45. ar. 1. dub. 2. ad 3. arg. 1. sent. aiunt*, quod dubitans de iure suo, si post diligentem inquisitionem, magis propendat in eam partem, sibi ius non assistere, desinat esse bonæ fidei possessor, quam sententiam cum pluribus à se citatis tenuit Sanchez, *lib. 2. de Matr. disp. 41. n. 10.* Sed Veracruz, *p. 1. 3. Specul. art. 13. in fine*, Sanchez, *lib. 1. moral. cap. 10. num. 9.* priorem sententiam suam retractans, do-

Q 3 cent.

cent, bonæ fidei possessorem iure suo nèquaquam excidere, priusquam certò, vel quâ certò deprehendat, sibi ius non competere. Iuxta quam sententiam duobus modis responderi debet *ad cap. Inquisitioni*: Primò, dubitantem in casu eius *cap. non adhibuisse* diligentiam cognoscendæ veritatis: constat autem, dum dubitans veritatem inquirat, iure possessionis suæ uti non posse, excepto unico casu, si vltus Matrimonij dubij ad experimentum capiendum necessarius sit, iuxta decisionem *cap. Laudabilem. de frigid. & Malefic.* in quo dicitur si suspicio incidat inter Coniuges de naturali perpetua impotentia, eaque probari non possit, triennij spatio cohabitandum ipsis esse, experiendi causa. Secundò, & faciliùs responderi potest; Eum, cui Papa id illo capite respondit, ab initio mala fide contraxisse Matrimonium; quia videlicet dubitabat, vel dubitare debebat de eius valore: ut proinde casus similis sit, *cap. Dominus, de secundis nuptiis.* vbi respondetur, dubitantem de valore Matrimonij, quod contraxerat, nondum habita certitudine Coniugis prioris præmortuæ, debitum interim à Coniuge sua exigere non posse. Et hæc omnia docet Layman, *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 24.* Verùm de his, & aliis difficultatibus, quando casus occurrunt, vide Lessium *in 3. par. D. Thoma, c. 6. de Sacram. Matrim. dub. 4. per totum, Bossium in Moralibus, tom. ...*

An legatum relictum uxori, si honestè, & castè vixerit, possit in conscientia ab ipsa exigi, & retineri si occultè fornicata sit.

RESOL. VIII.

NEgatiuè respondet Vega *in Summa, tom. 2. c. 3. 2. cas. 9.* vbi sic ait: Pregunto, vno en su testamento, no teniendo herederos forçosos, dexò à su muger señora y usufrutuaria de toda su hazienda, por sus dias, si viuia honesta y castamente, ella no lo hizo, sino que fornicò vna vez, aunque secretamente, si desde el dia que pecò està obligada à restituyr esta azienda à los herederos de su marido defunto, à quien auia de venir despues de su muerte, si viuiera honesta y castamente, juntamente con los frutos que desde entonces ha consumido, sin aguardar que su pecado se le prueue, y que por el sea priuada de ser señora, y usufrutuaria de la hazienda por sus dias, por sentenciã declaratiua de juez; porque parece que hasta entonces la puede licitamente tener, pues el ser priuada della, y perderla por su pecado, es pena, *Et pena non debetur ante sententiam iudicis,* aunque diga la ley que la pone *ipso facto*. Respond. Que lo està: y la razon es porque aquella maxima general. *Quod pena non debetur ante sententiam iudicis,* no tiene lugar en dos casos. El primero, en las penas Ecclesiasticas, como son en la descomunion, suspension, entredicho, y irregularidad. El segundo es, en las penas puestas en testamentos, de la suerte; que lo es esta del caso presente: y assi està obligada à restituyr toda la hazienda juntamente con los frutos que despues que pecò ha consumido, à los herederos de su marido defunto, à los quales auia de venir despues de sus dias, si honesta y castamente viuiera. Y lo mismo sera, si se lo dexò debajo de condicion, que no se casasse, y se caso segundavez; y esto antes que ningun juez por su sentenciã la compela à ello: Y la razon es bien clara; porque que aquesta clausula mas razon tiene de condi-

cion, que de pena, porque quando alguno manda alguna cosa debaxo de condicion; semejante condicion en ninguna manera es ley penal porque como el difunto sea persona particular, no podia hazer ley, como la ley sea ordo de iurisdiccion y potestad, luego es pacto condicional, conuiene à saber, do, ut facias, y por tanto si tu no cumples la condicion, estas obligado à boluerme lo mio, como yo no transfiera el dominio, sino es cumplida la condicion. Ità ille, qui citat Couarruiam, Nauarrum, Zecchium, Armillam, Grassium, Beiam, & Rodriguez; quibus ego addo Gutierrez, *de Matrim. c. 111. n. 3. & 4.* Dicastillum *de Inst. lib. 2. tract. 19. disp. 3. dub. 4. num. 4.* Sanchez, *de Matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 91. num. 3. & 4.* qui citat Caietanum, Laram, Azcuedum, Cenedum, Henrique, Philiarthum: ità ut statuendum sit hanc opinionem esse communem inter Doctores. Et ratio est, quod quamuis regulare sit pœnam minimè obligare ante Iudicis sententiam id fallere in pœna à Testatore adiecta; debetur enim statim ac incurritur, in foro conscientie, nulla expectata Iudicis sententia, aut executione. Quòd ea nec verè, nec propriè rationem pœnæ subeat, sed conditio sit sub qua, & non aliàs Testator legare voluit. Quod integrum illi est efficere, *leg. Ab eo. Cod. de Fideicom. cum similibus.* Adde voluntatem Testatoris omninò implendam esse. Quare sicut in aliis à Testatore dispositis non desideratur Iudicis sententia, ut executioni mandentur: ità neque ad pœnam sustinendam. Tandem, quia inter hæredem Testamentarium, vel Legatarium, ac Testatorem, quidam inicitur contractus, do, ut des, vel do, ut facias: qui firmus redditur hærede, vel Legatario acceptante relicta: ac proinde sicut acquirunt dominium, & ius in illa, per acceptationem, ità suo se consensu obligarunt ad conditionem illam seruandam, eaque non seruata restituendum, tanquam conditione deficiente.

Verùm, attendas quæso amice Lector, in tui gratiam non deseras hinc adnotare aliquos docere affirmatiuam sententiam: & idè Cardinalis Lugo ex casu simili à Molina allata, sic asserit *de Inst. & Iure, tom. 2. disp. 22. sect. 15. n. 414.* Molina putat si macula Coniugis acceptæ occulta sit, non debere possessorem se maioratu priuare; quia dum vitium illud est ità occultum, perindè se habet in ordine ad Fundatoris intentionem, ac si non esset, cum in rebus honoris, & famæ, quândiu macula ignoratur, nihil nocet familie, quare non præsumitur Testator voluisse quod possessor eo casu se prodat, & maioratum relinquat: quem reliquere non posset, nisi vitium illud prodendo; alioquin enim eius filij reclamabunt, & opponent, non potuisse Patrem in eorum præiudicium cedere: que inconuenientia non præsumitur voluisse Testator, nec ad rem adè difficilem successorem suum eo casu obligare. Quæ sane responsio verissima mihi videtur, & ex ea probabiliter satis sequi videtur etiam in illo alio casu occultæ fornicationis posse cum propositione locum habere eandem doctrinam. Nam licet non sit in ea omninò eadem ratio, (maritus enim non solum intendit honorem, & bonam famam suam, & suæ vxoris, sed etiam eius castitatem vidualem) sed tamen magna ex parte intendisse etiam videtur proprium honorem, cui etiam post mortem non parum noceret vxoris impudicitia, & turpitudò: nec præsumitur voluisse vxorèm cum tanto detrimento obligare ad cedendum usufructum hæredi prodèdo suum delictum, maximè cum hoc ipsum in ipsius mariti defuncti dedecus redundaret: quare cum eadem

dem ferè rationes si eo casu militent, ac in illo alio, de quo loquutus fuit Molina, idem etiam in eo casu dicendum videtur. Ita Lugo. Idem etiam docet magis clarè Stephanus Baunus, in *Theol. mor. tom. 3. lib. 2. tract. 9. q. 34.* vbi sic ait: Si res est obscura, si nullius præterquam adulteri, cum quo res est vidua, eius est libido comprehensa iudicio, conscientiaque non tenetur in Dei foro, & apud tribunal iustitiæ, legatum respuere. Ratio est, quod eius reiectio, sit admissi, à se adulterij tacita confessio, quam ab illa, quamdiu est eius crimen ignorat, nec ratio nec quæ cuique innata est aduersum se caritas, fieri sinit, cum se proderet, cum nomini suo infamiam apud populum inuere nemo debeat, nec possit sæpè sine scelere. Quæ ergo vidua impudicè viuuit, quæ libidinosè, sibi à mortuo coniuge legata petere potest, ac accipere; quando non est eius libido populo nota. At enim (inquis) iustæ Testatorum voluntati mos est gerendus, ut est in *Can. V. leima voluntas, 4. causa 13. quest. 2.* Omnino, sed eam negamus esse iustam, quandiu sunt fœminæ amores aut nulli, aut pauci cogniti, nam quis illam iniuste cogi posse existimet ea vulgare, quæ quia non potest honestè facere, ei dedecori futura sunt, probroque?

Verùm audiamus verba docti Castri Palai, *tom. 5. disp. 4. punct. 13. §. 7. num. 2.* sic asserentis: Vnde sit hæreditatem, seu Legatum vxori, vel viro relictum sub conditione ne transeat ad secunda vota cessare omnino, & in foro conscientia nulla expectata iudicis sententia restituendum esse hæredibus legantis, quia illa non est pœna sed conditio à Testatore appositæ, ut legatum effectum habeat, ut multis relatis docet Sanchez *lib. 7. disp. 91. num. 3.* Gutierrez, *cap. 111. n. 3.* Valquez de *Testam. cap. 8. §. 2. num. 31.* Et colligitur aperte ex Authent. *Cui relictum. Cod. De indicta viduit.* Et idem censet Sanchez, & Gutierrez esse dicendum de Legato relicto sub hac conditione, si castè vixerit, amittitur namque quantumuis occultè conditio cesset. Quod verissimum est posito quòd Testator intellexerit de turpitudine occulta, quia illa non est pœna delicti, sed conditio requisita pro Legato obrinendo. At mihi difficile est credere Testatorem sub illis verbis, *si castè vixerit* turpitudinem occultam, & omnino secretam voluisse excludere. Sed potiùs censerem solam turpitudinem, ex qua honor, & fama læditur intelligendam esse. Ita Palaus, qui postea, *n. 15.* hæc etiam addit: Quapropter existimo secundam sententiam probabiliorē esse, tenendamque in iudicando: & soluendo, nempe conditionem illam castè, & honestè viuendi vnicam fornicatione publica siue facta siue iure deficere. Et præter rationes ibi adductas hac consideratione conuincor. Vidua cuius fornicatio publicè constat censeri nequit castè, & honestè vixisse, siquidem saltem eo tempore quo fornicata est inhonestè vixit. Deinde ex vnica fornicatione denominatur fœmina simpliciter, & absolutè inhonesta, & impudica etiam secundum Sanchez: *disp. 41. n. 40.* Ergo denominari nequit casta, & honesta: ergo nec castam vitam duxisse. Debet tamen fornicatio publica esse, ut legatum amittatur, quia dum occulta est, etsi apud Deum inhonesta sit, apud homines tamen castè, & honestè viuere censetur, & Testator præsumi debet de honestate visibili, & hominibus apparente locutum esse; aliàs fœmina secretò se polluens incapax esset legati, quod pro fœminis honestis relictum est. Hucusque Palaus. Qui, ut vides, putat legatum à viris vxoribus si castè & honestè vixerit relictum, intelligendum esse non de turpitudine occulta, sed de castitate, & honestate visibili, & homini-

bus apparente; & ideò dictum legatum posse exigi in conscientia si turpitudine, & honestas fuerit, & sit occulta, dummodò, talis fœmina tanquam honestè: & iustè viuens ab omnibus existimeretur. Et tandem hanc sententiam ante omnes supradictos docuit insignis Iurisconsultus Menchacá, de *succession. progressu Præfatione, lib. 1. num. 98.* & citatur à Sanchez, sed ego in tali loco hoc dicentem non inuenio.

Confirmatur hæc opinio ex alia, quam me citato tanquam probabilem admittit Martinus de Sancto Ioseph, in *Mónita Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 40. de Testam. n. 15.* vbi sic ait: Prouable opinion es de Lara & Diana, que dizen que quando se dexa el Legado para casar virgenes le puede adquirir la que no es virgen: pero su defecto es occulto, porque basta el ser comunmente reputada por donzella por el comun modo, y uso de hablar *ex leg. Librorum §. Quod autem Caius, ff. de legat. 2.* y en especial será opinion muy probable, si por no acudir à la tenida por virgen aunque no lo sea quedara infamada, porque se entendera su defecto secreto, porque à *voluntate defuncti potest recedi ex causa, leg. 3. §. quamuis, & gloss. voluntatem in leg. quidam 6. §. 1. ff. de administrat. Tutor.* y si no se dicta esta exclusiua en el caso à la voluntad del Testador setia inhumana, y esta no se deue obseruar. Ita ille; cui adde Trullench in *Decalog. tom. 2. cap. 18. dub. 12. numero 15.* Vidal in *Theol. mor. tit. de Legatis, Inquis. 2. num. 28.* & Laymann, in *Theol. moral. lib. 3. tract. 3. par. 2. cap. 3. num. 5. §. Sed statuamus.*

Quid ego sentiam, dicam breuiter: Primam sententiam negatiuam tanquam communem puro amplectendam esse, & illam ego olim tenui, & ad argumentum superius adductum contra nostram sententiam à Cardinali Lugo, Baunio, & aliis, facillè quis occurrere potest, asserendo in tali casu non debere vxorem cedere vsum fructum hæredi, ne turpitudinem suam manifestet, sed debet illum exigere, & potest ea hæredi secreto restituere, & sic faciendo famam suam consuleret, & obligationi quæ obstricta est in conscientia satisfaceret. At hoc non obstante existimo primam sententiam affirmatiuam esse probabilem talem, ex auctoritate Doctorum viro- rum, nempe Cardinalis Lugo, Castri Palai, & Baunij, qui illam docent, vnde si quis illam sequi veller non auderem damnare, nec ei onus restitutionis imponere, licet ego, ut dixi, contrariæ sententiæ adhæream. Stando itaque in prima sententia extat difficultas, an etiam per vnicam tantum fornicationem occultam amittatur legatum in conscientia. Et affirmatiuè responderet Sanchez, Gutierrez, & Dicastillus *vbi supra*, cum multis aliis penes ipsos, quia si vnicam fornicationem committas inhonestus, & turpis es, quippè hæc nomina, turpis, adulter, homicida, raptor, &c. delictum significantia vnico actu contenta sunt, ut constat *ex leg. Athletas, §. Præuaricator. ff. de his, qui notantur infamia. Et leg. Quis sit fugitiuus. ff. de edilitio edicto. Et cap. fin. de raptoribus.* Et tradit Abbas in *cap. 1. num. 38. de Iudiciis, & ibi Decius in 2. Lectura, num. 112.* Dominic. in *cap. 1. de vita, & honestate Clericorum. in 6. numero 8.* Et Franchus, *ibi num. 3.* At qui turpis, & inhonestus est, castè, & honestè non viuuit. Ergo ob vnicam fornicationem conditio castè viuendi non seruatur. Hæc sententia est satis probabilis; sed contrariam suam probabilitate non carere existimo; quam, præter alios, tuetur Mazuchellus, de *Casib. reser. disp. 2. cap. 20. difficul. 2. num. 44.* vbi sic ait: Primo, Legatum relictum alicui fœminæ sub conditione castè, & honestè,

» nestè vitendi non amitti per vnicam fornicationem.
 » Vide Sanchez *lib. 8. de Matr. disp. 91. num. 31.* qui ra-
 » tionibus variis sententiam hanc confirmat, licet eam
 » ipse absolutè non approbet. Ratio autem potissima
 » hæc est, quia simplex fornicatio non est sufficiens ad
 » denominandam fœminam impudicam: ac sicuti
 » vnicus actus non denominat quempiam bonum,
 » malum, prodigum avarum, ita neque vnica fornica-
 » tio efficit, vt fœmina dicatur in honestè viuere. Vnde
 » est, vt in prouerbum abierit, quod vnica hirundo
 » non facit ver. Ità ille. Et ratio est, quia ex vnico actu
 » non denominatur quis honestus, vel inhonestus, si-
 » cuti neque prodigus, aut liberalis, sed ad prædictam
 » denominationem actuum frequentia desideratur.
 » Deinde luxuriosè viuere oponitur castè, & honestè
 » viuere, vt de se constat, at non dicitur luxuriosè quis
 » viuere, ex solo vnico actu fornicationis, sed necessa-
 » riò habitus, & consuetudo turpiter viuendi desidera-
 » tur. Ergo &c.

Et tandem, ad ornatum huius difficultatis, quæro,
 an Legatum amissum, vel ob fornicationem, vel ob
 vitam inhonestam recuperetur si fœmina redeat ad
 meliorem frugem. Affirmatiuè respondet Naldus
 in *Summa, verb. Legatum, num. 40.* & hanc senten-
 tiam non esse improbabilem putat Trullèch in *De-
 cal. tom. 2. lib. 7. cap. 28. dub. 12. num. 19.* Dicastillus
 de *Iust. lib. 2. tract. 19. disp. 3. dub. 3. num. 45.* licet ne-
 gatiuam sententiam teneant tanquam probabilio-
 rem, cum Sanchez, & aliis, quibus ego ac cedo. Et ra-
 tio est, quia ex communi modo intelligendi, hæc vi-
 detur fuisse mens Testatoris, vt nolit vxorem frui
 legato, postquam se turpitudini adiecit, cum Testa-
 tor præsumatur voluisse obligare vxorem ad seruan-
 dum thorum prioris viri inuiolatum. Dicendum est
 itaque, legatum amissum, vel ob fornicationem, vel
 ob vitam inhonestam non recuperari reditu ad me-
 liorem frugem, quia conditione legati deficiente le-
 gatum expirauit.

*An legatum sub conditione castè & bonè vi-
 uendi, amittatur ex amplexibus, &
 aliis tactibus impudicæ.*

R E S O L V T. IX.

Hanc quæstionem pertractans Pater Sanchez de
Matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 91. & n. 38. pro affir-
 matiua sententia adducit 13. Doctores, quia supra-
 dicta castitati aduersantur, & fœminam inhonestam,
 & impudicam denominant: Sed *num. 39.* pro nega-
 tiua affert Nauarrum. Quia etsi tales tactus libidi-
 nosi sint contrarij pudicitia, & castitati viduali, at
 cum non sint actus consummati in genere impudi-
 citia, sed inchoati, & præuij, non denominant fœ-
 minam simpliciter impudicam, sed inchoatiuè. Ipse
 verò *num. 40.* mediam sententiam tenet, sic enim
 asserit: Placet media sententia, quam amplectitur
 Ludouicus Lopez 1. *par. Instructory, cap. 293. col. 13.*
 nimirum id legatum non perdi per vnicum, vel
 alium actum huiusmodi lasciuum: ob rationem tra-
 ditam *num. præcedenti:* in quo casu ea sententia est
 vera. Secus quando toties fœmina in hos actus la-
 bitur, vt arbitrio boni viri possit ea fœmina dici im-
 pudica, ac inhonestè viuens. Et in hoc casu admit-
 to priorem sententiam relata *num. 38.* Nec obstat
 nos dixisse, *num. 33.* id legatum à viro, aut consen-
 guineis, vtriusque Coniugis relictum amitti per
 vnam fornicationem. Quia cum illa sit actus perfe-
 ctus, denominat fœminam simpliciter impudicam.
 Ità Sanchez.

Sed aduersus illum insurgit Castrus Palaus, *tom. 2.*
5. disp. 4. punct. 13. §. 7. n. 20. sic asserens: Si forum ex-
 ternum spectemus, prima sententia asserens fœminam
 bis turpibus actibus vacantem legatum amittere
 sustinenda, tum ob suspicionem vehementem, quam
 de se præbet fornicationis, vel pollutionis, tum in-
 pœnam turpitudinis commissa, merito namque pri-
 uari à Iudice debet legato honestè, & castè viuenti-
 bus relicto, quæ sic turpiter viuic. At si forum con-
 scientia spectemus placet mihi Nauarri sententia,
 Nam cum hæc priuatio odiosa sit, non est vltra pro-
 prietatem verborum extendenda. At verba castè, &
 honestè viuendi secundum proprietatem sumpta
 non deficiunt plenè, & perfectè ex huiusmodi acti-
 bus libidinosi seclusa fornicatione, vel pollutione,
 quia in materia luxuriæ non sunt actus consummati
 & perfecti: Ergo ex illis tantum legatum amitti non
 potest: nam ad amittendum legatum conditionale
 debet conditio integrè deficere. Distinctionem verò
 Sanchez suis dictis parum consequentem nullatenus
 probandam censeo. Si enim vnicus actus huiusmodi
 turpitudinis non sufficit ad excludendam conditio-
 nem castæ, & honestæ vitæ, cum tamen vnica pollu-
 tio, vel fornicatio sufficiat, neque etiam si pluries
 multiplicetur, sufficiens erit. Quippe ob multiplica-
 tionem non redditur diuersus, aut distinctus: ergo
 si ratione sui non reddit committentem simpliciter
 inhonestum, & impudicum, quia integrè, & perfe-
 ctè non est castitati oppositus sicuti est pollutio, vel
 fornicatio, neque etiam multiplicatus reddit com-
 mittentem simpliciter inhonestum, & impudicum,
 cum nunquam integrè, & perfectè, sed inchoatè tan-
 tum castitati opponatur. Hucusque Palaus, cui ego
 adhæreo.

Notandum est hic obiter, legatum relictum Vi-
 duæ, dum Vidua fuerit nequaquam amitti, neque ex
 Iudicis officio amitti debere ex eo quod religionem
 profiteatur, quia religio viduali vitæ non obstat,
 sed potius firmiter conseruat. Neque professio reli-
 gionis delictum est, sed potius opus maximè lau-
 dabile, vt ob illius causam legato priuari debeat.
 Sic relato Baldo, Iason, & aliis, decuit Sanchez *num.*
46. Verùm difficultas est an legatum relictum Con-
 iugi quandiu cum filiis defuncti commorata fuerit,
 pereat transeundo ad secundas nuptias. Affirma-
 tiuè respondet Aliqui, quos adducit Sanchez *num.*
48. quia sic legans intendit vt filiorum educatio,
 & habitatio apud Coniugem superstitem perpetua
 sit. At hæc impediuntur transitu ad secundas nu-
 ptias, siquidem Coniux redditur suspecta ipalæ tra-
 ctationis, filiisque præbetur sufficiens causa diuer-
 tendi à Matris denuò nuptæ societate: ergo perit
 legatum. Sed ipse Sanchez merito magis probabi-
 liter negatiuæ sententiæ adhæret; cui adde Marti-
 num de San Ioseph in *Monita Confess. tom. 1. lib. 2.*
tract. 40. de Testament. num. 5. vbi sic ait: Si el Testa-
 dor dexa à su muger el legado todo el tiempo, que
 perseverare viuda, ha de auer el legado si entra en
 Religion, pues persevera en el estado vidual: y aña-
 de à el, el ser Religiosa, cosa que no quiso excluir
 su Marido. Quando dexa el Marido à su Muger el
 Legado por el tiempo, que viuere con sus hijos,
 no pierde el legado si se casa segunda vez, y quiere
 viuir con ellos. Ità ille; cui adde Castrum Palaum,
 vbi supra *num. 27.* Et ratio est, quia vir transiens ad
 secunda vota non amittit filiorum tutelam, nec
 educationem, mater verò etsi tutelam amittit, non
 tamen educationem, & si arbitrio Iudicis relinqui-
 tur, an conseruari in ea debeat: Ergo ex solo transi-
 tu ad secundas nuptias non habent filij occasionem
 sufficien-

sufficientem à societate Matris diuertendi, siquidem ipsa illius honestatis, moris, & conditionis esse potest, quæ suspicionem ortam ex secundis nuptiis euincat. Nota hic etiam decedentibus filiis, Matrem prædictum Legarum non amittere. Vide Sanchez, num. 49.

An Canonicus, seu Prebendatus qui Choro assistit confabulando, possit, hoc non obstante, distributiones lucrari

RESOLVT. X.

DE hac quæstione à nobis alibi actum est, & illa nouissimè in quadam Congregatione coram Eminentissimo Cardinali N. à viris doctis me etiam interueniente, fuit latè discussa. Pro affirmatiua sententia adduxi Machadum de *Perfetto Confessar. tom. 2. lib. 4. par. 4. traçt. 3. docum. 5. num. 2.* vbi sic ait. La segunda question es, si ya que el Prebendado no tenga obligacion de cantar; por lo menos la tenga de estar en el Coro con atencion, y no durmiendose, o parlando, para poder ganar las Distribuciones cotidianas. Probable opinion es que deue estar con atencion; porque lo mismo viene à ser no assistir en el Coro; que estar en el dormido, ò parlando. Si bien la mas comun, y recibida opinion de los Doctores modernos es que el tal Prebendado gana las Distribuciones; fundanse en que estas se dan à los Prebendados porque assi stan en el Coro, la autorizeñ, y honoren con su presencia; lo qual se cumple con sola la presencia corporal, y assi dicen estar en vso, ka ille; cui adde nouissimè doctum Martinum de S. Ioseph in *Monita Confessar. tom. 1. lib. 2. traçt. 5. de Orat. num. 13.* sic asserentem. Por la misma razon iuzgo por mas probable la opinion de Garcia de beneficiis, tom. 5. par. 3. cap. 2. num. 214. Medina in *Summa. lib. 1. cap. 14 §. 11.* Sanchez *vbi proxime, dub. 100.* que afirma, que consultò sobre ella al Padre Henriquez, y à hombres doctissimos, y que sentieron comò; el y que està puesto en costumbre, que los Canonigos, que no solamente no cantan en el Coro, ni tienen atencion al rezo, antes estan parlando mientras dura el Officio diuino ganan las distribuciones cotidianas, porque dependen sin otro requisito de la asistencia corporal, como las ganan los Clerigos, que van al mortuorio, y sin rezar porel difuncto parlando y se entresienen: es contra Nauarrum, in *cap. Quando cap. 13.* Petrus Nauarr. *lib. 2. de restit. cap. 2. num. 202.* & 203. Arag. citat. *vbi infra, num. sequenti, & alios.* Hucusque Martinus.

Sed si stando in opinione negatiua, cui ego adhæreo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Pater Baldellus in *Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disput. 42. n. 13. disput. 37. num. 17. & disp. 34. num. 3. cum seqq.* cum Fragolo de *Repub. tom. 2. lib. 10. disp. 22. §. 5. num. 4.* & Lessio in *Auclario casuum conscientia post 1. 2. D. Thoma, vers. Hora Canonica, num. 25. væ væ* Præfectis Chori. Vnde non grauabor hic apponere verba Ioseph Rocafuli in *Praxi Theol. Mor. tom. 1. par. 2. lib. 3. de Oratione vocali, cap. 20. num. 128.* vbi sic ait: Videamus in speciali quibus peccatis peccet præfectus Chori. Dico primò, Præfectum Chori dissimulantem defectus Chori, fieri omnium peccatorum reum: sicut nauæ tribuitur submersio nauis. Dico secundò; peccat mortaliter præfectus Chori, qui non monet, vt cantent tempore, quo ad id tenentur, quando res est grauis. Dico tertio, peccare permitentem confabulare in Choro, & non seruate silen-

tium. Dico quareò peccate, si aliquod inordinatum permittat, ex quo sequitur diuini cultus, & Chori perturbatio. Dico quintò, peccare Chori Præfectum permittentem lucrari distributiones eum, qui tempore debito ingressus non fuit vel si dum est, in Choro, non canit, sed confabulatur: quas distributiones tenetur Chori Præfectus bursæ, seu administrationi restituere. Dico sextò peccare Chori præfectum, qui abest à Choro dum celebrantur Officia & non relinquit aliquem loco sui, vnde Chori Præfectus tempore quo celebrantur Officia, non potest Missam dicere, nisi aliquem substituat loco sui: Nota diligenter hanc strictam residentiam maximè obligare in Canonicis Chori Præfectis; quia habet pingue stipendium, & similiter in aliis habentibus stipendium alicuius momenti: si autem gratis tale munus exercent, aut exiguo stipendio; non obligantur ad tam strictam residentiam, vt contingit maximè Valentia in Præfectis Chori Parochiarum, sed satisfaciunt, si adsint per se dum commode possunt: sic enim consuetudine interpretante ab illis accipitur huiusmodi Officium. Tenentur tamen omnes Chori Præfecti, dum in Choro sunt; rectè, & iuste suum munus exercere; aliter enim, si culpabiliter negligentes fuerint, & peccant, & tenentur ad damnorum restitutionem, vt supra diximus Ita ille.

Sed an Canonicus, qui non recitat Officium, nec in Choro, nec extrà Chorum, teneatur restituere Distributiones, si tantum assistat Choro. Et ad hoc dubium sic responderet Machadus *loco citato n. 3.* La tercera question es, si el Prebendado que assistendo en el Coro no reza las Horas Canonicas dentro, ni fuera del, està obligado à restituir las distribuciones cotidianas, Nauarra, Aragon, y otros, tienen la parte afirmatiua; fundanse en la disposicion de vn motu proprio de Pio V. que parece que claramente obliga à los Canonigos, à que restituyan las distribuciones correspondientes al tiempo que dexaron de rezar, en la forma que ya dexamos dicho atras, Sanchez prueua latamente, y defiende la parte negatiua; y la razon es, porque las distribuciones cotidianas no viene *nomine fructuum*; y ellas se dan solamente por la asistencia en el Coro; y en quanto al motu proprio de Pio V. responde, que Autores muy graues modernos tienen por llano que no està recibido con esse rigor. Ita Machadus & post illum Martinus de San Ioseph *loco citato, n. 14.* Sed contrariam sententiam tenet Baldellus *vbi supra, disp. 34. n. 6.* vbi supposita tamen consuetudine non canendi in aliqua Ecclesia, sic asserit: Dummodò tales Beneficiati intersint Choro, plenè, & integre satisfaciunt suo muneri, & licitè possunt recipere totas & integras distributiones, quæ in huiusmodi Ecclesiis solum sunt assignatæ ratione presentia, non autem ratione cantus, vt etiam notat Cæcilianus in *Summa, verb. Hora Canonica, in fine: Azoarius, part. 1. lib. 10. cap. 11. quest. 6.* Petrus Nauarra, *lib. 2. de Restitut. cap. 2. num. 217.* Lessius *lib. 2. cap. 34. num. 185.* Bonacina de *Horis Canonicis, disp. 1. quest. 3. punct. 2. num. 18.* Quamquam ex Bulla Pij V. *Ex proprio*, etiam hi amittant simul distributiones omnes, & fructus suorum Beneficiorum, si absolute Horas non recitent, saltem priuatim; & in pœnam huiusmodi omissionis etiam amittant stipendium, quod alioqui est debitum soli presentia, vel interuentia Chori Ita Baldellus Stant igitur pro vtraque difficultate superius posita hinc inde Doctorum opiniones: Sed ego puto magis adhærendum esse Patri Baldello; & ita me citato tener etiam Escobar à Choro de *Horis Canonicis, quest. 3. §. 6. n.*

12. & me citato Trulleth in *Decal. rom. 1. lib. 1. ca. 7. dub. 16. num. 8.*

An qui testiculos abscindi fecerit causa vocis retinenda, sit irregularis.

RESOL. XI.

Hunc peccasse mortaliter, alibi pluries docuit: Nunc videndum est, an sit irregularis. Et affirmatiue videtur respondendum; nam irregularitatem incurrunt mutilantes membra alteri, vel sibi, aut maiorem partem membri, voluntarie, aut culpabiliter; eodem modo, sicut occidens, ut cap. si Evangelia § 5. dist. cap. 1. de Cler. pug. in Duello, cap. vltim. de homicid. in 6. Clemen. vnic. eo tit. ibi Glossa, verb. Mutilat. Saytus lib. 6. de Censur. c. 15. n. 3. Molina, tract. 3. disp. 69. num. 2. Suarez de Censur. disp. 44. sect. 2. n. 8. Auila, par. 7. disp. 3. dub. 1. & licet aliqui asserant culpam hanc, & abscissionem debere esse notoriam, vt docet Nauarrus, cap. 27. num. 198. Henriquez, lib. 1. 4. cap. 8. cum. 4. Couarruias Clemen. Si furiosus in princ. n. 6. Auila, par. 7. de irregular. disp. 3. dub. 1. vers. Præterea. Gregorius de Valentia, tom. 4. disp. 7. q. 19. in 2. specie irregularis. Et indicant plures relati à Sayro lib. 6. Theauri, cap. 7. num. 13. Sed contrarium videtur verius, quia hæc irregularitas non nititur notorietati culpæ, quàm excessui, & sæuitiæ, quam quis secum exercuit. Sicuti tradit Sayrus lib. 6. Theauri, cap. 7. num. 1. Molina, tract. 3. de Iust. disp. 70. c. 1. 6. & disp. 76. n. 8. Garcia de Beneficiis, par. 7. c. 1. 2. n. 5. Et ita voluntarie Eunuchos esse irregulares tenet me citato, doctus, & amicissimus Pater Thefaur. in Praxi de pœnis, par. 2. cap. 1. vob. Membrorum mutilatio. vbi sic ait: Procedit dicta ampliatio etiam in permittente se castitari ob quamcumque causam, etiam causa castus, excepta tantum causa necessitatis ob ægritudinem, cap. Si quis abscidit, cap. Si quis pro ægritudine § 5. dist. cap. Significans, cap. ex parte, de corp. vit. Ita ille, qui plures alios citat.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam probabilem esse putat Castus Palaus, tom. 6. disp. 6. punct. 1. 2. n. 4. vbi ita asserit: Quinimodò non videtur improbable te irregularem non fore, tamen si testiculos abscindi feceris, causa vocis retinenda, quia non fecisti ex indignatione, aut iusto, vel iniusto timore castitatis amittenda, prout requiritur in cap. Maritum, cap. Qui partem cap. Si quis absciderit, & aliis superius relatis. Præterea nullus Textus hanc irregularitatem indicens, loquitur de eo, qui sibi testiculos abscidit, sed de eo qui sibi virilia abscindi fecerit, quod diuersum est. Hæc ille.

Nota tamen hic obiter, circa dispensationem huius irregularitatis procedentis ex mutilatione voluntaria sui, dicendum est, si facta sit abscissio integri membri, & sit occulta, poterit Episcopus dispensare virtute Tridentini, sess. 24. c. 6. de Reform. Sicuti notatur Angelus, verb. Corpore vitiatum, n. 1. Siluester q. 10. Henriquez, li. 1. 4. c. 8. n. 4. lit. A, Auila, par. 7. disp. 3. dub. 3. concl. 2. Et idem est, inquit Auila, si abscissio casu contingeret ex propria culpa, dummodò occulta sit culpa, tamen abscissio sit notoria.

An mater per transitum ad secundas nuptias priuetur educatione filiorum.

RESOLVT. XII.

De hoc casu olim Panormi interrogatus fui, cum D. Ioanna Branciforti vidua Comitum Mazari-

ni, iniret Matrimonium cum D. Francisco de Vignitilliis Marchioni Hieracensi. Et ad quæstionem negatiue responder Sanchez, lib. 7. disp. 88. num. 17. putat enim non excludi præcisè hanc matrem à probris pupillæ educatione, sed solam præsumptionem iuris esse contra illam, quod suspecta sit, atque ad eod in dubio standum esse hac præsumptione, & excludendum eam ab educatione, posse tamen iis conuicturis honestæ vitæ matris, ac vitrici, præsumptionem hanc infirmari, vt educatio matri non deneganda sit, quare arbitrio Iudicis committi, an mater in hac educatione præferenda aliis sit. Ducor ex leg. 1. Cod. vbi Pupilli educari debeant, vbi Textus prius tradit hanc regulam generalem. Pupilli educatio nulli potius quàm matri committenda est. Vbi manifestum esse sermonem de matre vidua indicat limitatio statim ibi adiuncta: Si non vitricum eis induxerit. In qua limitatione iam est sermo de matre secundò nupta. Et statim subicit Textus hæc verba: Quando autem inter eam, & cognatos, & sutores, super hoc orta fuerit dubitatio, præses pronincia inspecta personarum qualitate, & conditione perpendet vbi puer educari debeat. Et idem lite mora in Granatensi Prætorio ita Supremorum Iudicum sententia decisum esse testatur Sanchez loco citato, qui pro hac sententia adducit Francum, Surdum, Caldas, Baldum, Angelum, & plures alios. Hæc sententia est satis probabilis.

Sed ego affirmatiue sententiæ tanquàm probabiliori adhæreo cum Glossa, Ruino, Menochio, Spino, Matienzo, & aliis, quos citat Sanchez vbi supra. Et hanc sententiam contra Sanchez mordicus tenet nouissimè Castus Palaus, tom. 4. disput. 4. punct. 1. 3. n. 14. Quia tutela regulariter simul cum educatione coniungitur, si igitur mater ob secundas nuptias sic suspecta redditur ad bonorum pupilli administrationem, vt iure ipso ea administratione priuetur; à fortiori educatione censenda est priuata. Et confirmatur: nam vitrico permittitur bonorum pupilli administratio leg. fin. Cod. de contrario iudicio tutela. Sed non illius educatio secundum Gloss. ibi verb. Proponis, & leg. 1. vers. Si non vitricum, Cod. vbi Pupilli educari debeant, quia maiorem fiduciã postulat educatio personæ, quàm illius bonorum administratio. Ergo si mater nubens ob susceptionem excluditur ab administratione bonorum Pupilli ab eius educatione exclusã censetur. Deinde. quoties lex ob præsumptionem aliquid certum statuit, omnem probationem censetur excludere, tamen expressè eam non excludat, quia est præsumptio iuris, & de iure, vt tradit Abbas in cap. Quando, numero 2. de Præsumptionibus. Et ibi Felinus, numero 3. Couarruias 4. decret. 1. par. cap. 4. §. 1. numero 2. Menochius lib. 1. præsumpt. quæst. 3. numero 1. 2. Mascardus, de probat. concl. 1218. numero 4. At leges ob præsumptionem iniquæ educationis statuunt, ne matri si ad secundas nuptias transeat Pupilli educandi concedantur, sed ex eius potestate extrahantur. Ergo aduersus hanc præsumptionem nulla est admittenda probatio. Neque obstat præsumptionem iuris, & de iure, aduersus quam nulla admittitur probatio ex actibus præteritis sumendam esse: teste Euerardo in suis locis topicis, loco, à tempore ad tempus, num. 2. Menochius de Præsumptionibus, lib. 1. quæst. 3. in fine, quominus hæc præsumptio (quidquid dicat Sanchez, d. disputat. 88. numero 17.) sit iuris, & de iure, siquidem ex actu præterito, scilicet ex nouo Matrimonio, nonique viri amore præsumitur iniquitatem in educatione committendam, quod satis est, vt sit præsumptio iuris & de iure, vt colligitur

colligitur manifestè ex Authent. *sed iam, necesse. Cod. Donationibus ante nuptias iuncta Glossa Authent. de aequalitate Dotis, collat. 8. §. Aliud quoque, verb. Privilegium.* Et pluribus comprobat idem Sanchez lib. 7. disp. 37. num. 8. Illud verò cenſeo priori ſententiæ concedendum hâc priuationem educationis non iure induci, ſed iudicis Officio faciendam eſſe, eò quod Textus ſolum priuationem futuram indicent, & Doctores de hac materiâ loquentes id ipſum ſupponant, vt bene aduertit Sanchez *dicta disp. 88. n. 21.* Quare dum Mater ſecundò nubens à Iudice non priuatur Pupillorum educatione, optimè illam retinere poterit. Hæc omnia Palaus, *ubi ſupra*, qui reſpondet ad omnia argumenta Sanchez. Et idè Iudices, vel Confessarij in facti contingentia ne deſerant illum recognoscere.

Nota etiam hic quod ſi Maritus Vxorem Tutricem filiorum relinquat, exprimens etiam ſi ad ſecundas nuptias tranſeat, Sanchez, *ubi ſupra, n. 9.* cū multis aliis docere, non ſolum non amittere tutelam, ſed neque Iudicis Officio ab ea expelli poteſt, quia ea designatione qualificata omnem videtur maritus ſuſpicionem quæ eſſe poterat malæ adminiſtrationis excluſiſſe. Verùm mihi magis placet opinio contraria, quam aduerſus Sanchez tenet Caſtrus Palaus *ubi ſupra n. 7.* cum Baunyo, Gomez, & aliis; videlicet matrem ſecundò nubentem, ſaltem officio Iudicis à tutela expelli debere. Et ratio eſt, quia leges in filiorum fauorem priuarunt Matrem ſecundò nubentem filiorum tutela, eo quod præſumpſerit matres ſecundò nubentes, vt in plurimum bona filiorum iniquè eſſe adminiſtraturas, quinimò affectum ſecundi Mariti eorum vitæ inſidiaturas. At ex designatione à marito facta, hæc ſuſpicio frequenter contingens purgari non poteſt, tamen purgetur ſingularis, & priuata ſuæ Vxoris ſuſpicio: ergo non obſtante ea designatione leges ſuam vim, & efficaciam retinent. Et confirmo: Nullibi eſt conſeſſum poſſe matrem ad ſecunda vota tranſeuntem retinere tutelam ex mariti conſeſſione, neque marito leges hanc priuationem inſidentes abrogare, aut in illis diſpenſare: Ergo abſque fundamento aſſeritur ex conſeſſione mariti, poſſe matrem tranſeuntem ad ſecunda vota tutelam filiorum retinere.

Verùm difficultas eſt, cū mater ſecundò nubens amittat filiorum tutelam ipſo iure etiam in conſcientia, an ſufficiat ad hanc pœnam incurrendam matrimonium ratum eſſe tamenſi conſummatum non ſit. Et aſſeruiſſe reſpondet Sanchez *loc. cit. n. 6.* cum Baldo, Gabriele, Neuo, & aliis: Ego verò magis adhæreo opinioni negatiuæ Caſtri Palai, *n. 4.* quia Textus de tranſitu ad ſecundas nuptias expreſſè locuti ſunt; nuptiæ autem propriè non ſunt quouſque matrimonium ſit conſummatum. Præterea hæc leges pœnales, & correctoriæ non debent extendi, ſed potiùs reſtringi, ac proinde de Matrimonio in ſuo eſſe perfectò, quale eſt conſummatum intelligi debent. Sicuti docuerunt Rom. *ſingul. 229. §. tu habes quod mater, & c.* Neuiſanus lib. 2. *de nuptialis, n. 30.* Boetius, *q. 266. n. 5.* Gozadinus, *conſil. 18. n. 4.* Menochius *de arbitra. caſu 151. num. 8.* Et hos caſus adnotare volui in gratiam Dominorum Aduocatorum; & quia ſæpiùs in praxi occurrere poſſunt.

* * *

An opinio aſſerens quod reus iuridicè interrogatus in cauſa capitali non teneatur reſpondere ad mentem Iudicis, ſit improbabiliſ.

R E S O L. XIII.

Aſſeruiſſe reſpondet Texeda in *Theol. Mor. om. 1. lib. 2. tract. 3. contr. 7. num. 80.* qui non ſolum improbabiliſ, ſed erroneam, & nociuam Reipublicæ Chriſtianiæ, tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtica, & repugnare lumine naturali, & eſſe iuris prudentiæ diſiunctiuam. Et hanc ſententiam etiam tanquàm improbabiliſ damnat ex Societate Ieſu Turrianus in *Selectis, Cent. 1. dub. 75. & de Inſt. rom. 2. diſp. 50. dub. 2. num. 7.*

Sed vt, verum fatear, & ſæpè diximus, Texeda, & Turrianus nimis audacter ſe gerunt in Cenſurandis Doctorum virorum opinionibus receptis in Cathedralis, & in Confessionalibus, vt eſt iſta, de qua loquimur: Vnde olim Reuerendiſſimus Generalis Patrum Dominicanorum Magiſter Turcus, non ſemel dixit mihi dictum Texedam limites tranſire in Cenſura opinionum; & idè aduerſus illum opponam ex eadem inclyta Religione Sapienſiſſimum Magiſtrum Serra, qui ſic aſſerit in *2. 2. D. Thomæ, quaſt. 69. art. 1. dub. 1.* Silueſter hanc ſententiam non iudicaret improbabiliſ etiam in via D. Thomæ cum *verb. Accuſatio. 1. q. 13. & verb. Confefſio. q. 1.* illum intelligat quando agitur ad pœnam ſpiritualem, non aliam. Ego abſolutè hanc ſententiam ob auctoritatem Auctororum citatorum, & argumenta facta probabiliſ eſſe iudico, ſicque non eſſe cogendos miſeros reos, etiam ſi iuridicè interrogentur in cauſa capitali, conſiderari crimina. Nam, vt ait M. Soto, *lib. 5. de Inſt. q. 6. art. 2. con. 5.* poſt medium: Debent Confessarij conſiderata maturitate tunc vt, ne calamitoſum morti temerè addicant: ſcientes in re dubia propendendum eſſe potiùs in fauorem rei. Et idè niſi meridie clarior lex illos cogat; non ſunt miſeri cogendi, maxime in cauſa capitali aut honoris, & famæ. Huc ſequitur Serra.

Dicendum eſt itaque ſententiam communem, & Sancti Magiſtri eſſe probabiliſ, & ego illi cum omnibus Thomiſtis adhæreo; ſed puto improbabiliſ contrariam ſententiam à Texeda, & Turriano improbabiliſ vocari; nam vt ſatis probabiliſ illam admittunt Viri doctiſſimi, quos ego alibi citauim; quibus nunc adde me citato Eminentiſſimum Cardinalem Lugo, qui ſolus pœnes me inſtar multorum eſt, *de Inſt. rom. 2. diſputat. 40. ſect. 1. numero 4.* ubi ſic aſſerit: Dubitatur ſextò, an ſemper quoties præcedit probatio ſemiplena, vel iuridicè interrogatur, teneatur Reus rogatus fateri veritatem contra ſe. Hæc eſt quaſtio celebriſ, & neceſſaria ad praxim quotidianam; oportet enim omnino ſcire, quomodo Confſarius ſe debeat gerere cum eiſmodi Pœnitentibus. Communis ſententia docet, teneri ſemper Reum legitime interrogatum fateri veritatem, etiã ſi propterea morte plectendus eſſet. Secunda ſententia negat illam obligationem eſſe ad eò vniuerſalem: Excipiuntur autem ab aliquibus varij caſus: Primus eſt, ſi timeatur ſententia mortis: Secundus, ſi damnandus eſſet Reus ad Triremes: Tertius, ſi conſiſcanda omnia Bona: Quartus, ſi periclitaretur omnino in honore; & in aliis caſibus ſimilibus: Suarez conſultus anno 1596. eam dicit probabiliſ, ſicut & P. Salas, & P. Henriquez cum aliis Theologis doctis, vt teſtatur idem Salas in ſchedula propria manuſcripta,

descripta, quam apud me habeo. Vnde excessit Tur-
 rianus *in presenti disp. 50. dub. 2. num. 7. & in selectis*
centur. 1. de Censuris Theologicis, dub. 75. dum hanc
 sententiam improbabilem omnino esse affirmat, &
 non habere pro se nisi tres, aut quatuor Summistas,
 quorum in hac re auctoritas nulla est. Sed certe ex
 Recentioribus tot iam eam probabilem dicunt, vt
 ij, demptis etiam antiquioribus, sufficerent. Villalo-
 bos *in Summ. tom. 2. tract. 16. diff. 1. nu. 10.* Filicinus
tract. 4. n. 266. Fagundez *de precept. Escles. precept.*
8. cap. 31. num. 11. & seqq. Alcocer *in Summa cap. 16.*
9. Et Reo. Reginaldus *in Praxi tom. 2. lib. 24. cap. 3.*
sect. 3. num. 3. Portel *in Dub. Regul. titulo, Correctio*
Fractum. verb. Reus, num. 43. Peyrinus *de Relig. subdi-*
10. tom. 1. q. 1. cap. 16. §. 1. Diana, *tom. 1. par. 2. tract. 1.*
Miscell. resol. 27. Io. Sanctius in Selectis disp. 43. n. 29.
& seqq. prima sententia probabilissima est, maxime
 accedente communi auctoritate. Secunda tamen est
 valde probabilis, & in Praxi omnino securas præser-
 tim in causis capitalibus: debet autem intelligi,
 quando Reus sperat, posse negando fugere con-
 demnationem; alioquin negatio erit omnino inutilis
 Hucusque Hugo; qui postea validissimis rationibus
 hanc firmat sententiam, & respondet ad argumenta
 contraria.

Dicere autem cum Texedam sententiam ver-
 gere in maximum Reipublicæ damnum, si Iudex
 non possit obligare Reum ad fatendum crimen ca-
 pitale; strictissima enim maneret via ad detegenda, &
 punienda delicta, essetque Respublica atrocissimis
 plena delictis: ergo Iudex habet ius ad impedienda
 ea mala, & per consequens ad obligandum Reum,
 vt fateatur. Respondeo, non sequeretur maius Rei-
 publicæ damnum in vno casu, quam in alio; in neu-
 tro enim Rei confiterentur; vt constat experientia,
 quamuis enim communis sententia obliget eos in
 conscientia ad confitendum, vix inuenitur aliquis
 qui confiteatur, nisi timore tormentorum, & tortu-
 rz. Illud ergo Reipublicæ damnum melius impedi-
 tur dando Iudici potestatem, ad exquirendam ve-
 ritatem per tormenta, quam per obligationem con-
 scientiæ. Dices; si Iudex potest torquerè Reum post
 semiplenam probationem; ergo potest etiam obli-
 gare, vt respondeat; alioquin iniuste torquet eum,
 qui non tenetur respondere. Respondetur negando
 sequelam, quia tortura non est in pœnam, eo quod
 non confiteatur: nam si nondum constat, quod ne-
 get veritatem, quomodo potest eade causa puniri?
 Sed est medium fictum, & iure gentium introdu-
 ctum ad inuestigandam veritatem, sicut carcer stri-
 ctus ad custodiam. Iudex ergo ratione sui mun-
 eris habet ius exquirendi veritatem per illa media,
 sicut potest strictè custodire Reum in carcere; ad-
 huc tamen Reus retinet ius naturale ad fugiendum
 ex carcere, & ad tuendum proprium crimen, si ha-
 beat vires superandi torturam. Addidi tamen Reum
 obligari etiam sub peccato, quando damnum, quod
 timet, non esset tanti momenti, quia leges humanæ
 possunt obligare regulariter ad aliquod damnum
 subeundum: & quidem ad incolumitatem Reipu-
 blicæ necessaria est hæc potestas in Iudice; nam pro-
 eiusmodi criminibus non facile possunt Rei subiaci
 torturæ: quare si Reus non obligaretur ad respon-
 dendum, difficilis maneret punitio talium delicto-
 rum, quæ idcirco multiplicarentur cum maximo
 Reipublicæ detrimento. Et ideò, præter Doctores
 citatos, sententiam contra Texedam, & Turrianum
 tenet doctissimus Dicastil. *de Inst. lib. 2. tract. 1. disp.*
6. dub. 1. num. 21. cum seqq. qui vt semper solet, latè, &
 doctè tuetur probabilitatem huius sententiæ, & ad

contraria respondet; & ideò illum omnino recogno-
 sce: Vide etiam doctissimum & amicissimum Patrem
 Bardi, *de Conscient. discip. 4. cap. 26. §.* Pellizzarium
in Manual. Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 4. sect. 2. n. 113.
 & necitato Lezanam *in Summa, tom. 4. verb. Reu re-*
gularis. num. 5. Escobar *in Theol. Mor. tract. 6. exam. 6.*
cap. 6. num. 49. & me citato Gesualdum *in theol. Mo-*
ral. tom. 3. tract. 7. cap. 2. nu. 26. & me citato Basszum
in Theol. Moral. verb. Reu, num. 4. Fagundez *in Pre-*
cepta Decalogi, tom. 1. lib. 8. cap. 32. num. 11. & seqq.
 Et ideò ex his sequitur in hoc casu Reum non esse
 cogendum à Confessario, vt veritatem aperiat in
 causis temporalibus supradictis, dum adest spes eu-
 dendì; quia vt dictum est, hic non peccat confor-
 mando se opinioni probabili. Et ita me citato cum
 aliis multis obseruat Trullench *in Decalog. tom. 2.*
lib. 8. cap. 4. dub. 2. num. 12. Imò Gaspar Hortadus re-
 ctè docet, *disp. 4. de Reo, difficultat. 3.* quod Confessa-
 rius in tali casu tenetur absoluerè Reum, qui est
 in proposito negandi veritatem vtendo restrictione
 mentali vel æquiuatione, cum adhæreat Reus
 Pœnitens opinioni probabili: Ergo &c. Vide etiam
 me citato de hac quæstione agentem Stephanum
 Baunium *in Theolog. Mor. tom. 3. lib. 3. tract. 3.*
quæst. 7.

An si dua pœna in diuersis legibus ipso facto in-
currenda, imposta sint eidem delicto,
utraq; à Delincente incuratur.

RESOL. XIV.

Affirmatiuè respondet Felinus *in c. Quod olim.*
num. 3. de Iudic. Nauar. lib. 5. consil. in 1. edit. tit.
de pœnis, consil. 1. & in 2. lib. 1. de const. consil. 10. Suarez
lib. 5. de Legibus, cap. 11. in fine. Vgolinus *de Censur.*
tab. 1. cap. 6. §. 3. num. 9. Sanchez *lib. 3. de Matrim.*
disp. 48. num. 8. qui ex hoc infert cum Maiolo, Na-
 uarro, & Rodriquez, Sacerdotem Regularem, so-
 lemniizantem Matrimonium, absque proprii Paro-
 chi licentia, vltra suspensionem ipso iure impositam
 à Tridentino *sess. 24. de Matrim. c.* incurtere etiam
 Excommunicationem Pontifici reseruatam, latam
in Clem. 1. de priuileg. Et idem asserunt Mar. Alter. *de*
Censur. tom. 2. disp. 11. de Suspens. cap. 4. vers. Sed qua-
res, Miran. tom. 1. man. Pralat. q. 48. art. 2. & Barbosa
part. 2. de Potestat. Episcop. alleg. 32. num. 192. Quia
 non est maior ratio de vna pœna, quam de alia: ergo
 vel neutra, vel vtrique incurritur. Primum autem
 dici non potest, vt per se constat: ergo secundum.
 Nec etiam dici potest, incurri solam pœnam, im-
 positam à posteriori lege; quia posterior lex pœnalis
 non reuocat diuersam pœnam positam à priori lege,
 nisi quando ex verbis, aut modo legis constat hanc
 esse mentem Legislatoris. Quod confirmatur ex sen-
 tentia illorum asserentium per legem posteriorem
 imponentem nouam pœnam, non intelligi subla-
 tam pœnam legis antiquæ. Ità Bartol. *in leg. 1. ff. de*
vi bon. rapr. Baldus in leg. data opera, num. 3. Cod.
qui accus. non poss. Nauar. tom. 1. consil. tit. de Constit. in
2. edit. consil. 10. n. 2. & seq. Bonifacius in Clem. 2. §.
Ille verò num. 8. de atat. & qualis. & ibi Imola, num.
11. Felinus ubi supra, num. 2. Et hanc esse commu-
 nem opinionem, testantur Cynus *in leg. qui Sepul-*
chra. Cod. de Sepult. viol. & ibi Salycet. post. n. 9. vers.
Quaro nunc. Quare secundum hanc sententiam, in
 arbitrio Iudicis erit vnam vel alteram pœnam legum
 imponere.

Sed hanc sententiam non admittit Merolla, *ro. 2.*
disp. 4.

disp. 4. cap. 5. dub. 10. difficul. 1. num. 154. nam putat legem nouam, & eius pœnam, corrigere, seu tollere pœnam legis antiquæ, & per consequens, non posse Iudicem, reum punire, nisi sola pœna legis nouæ. Ratio est, quia si pœna legis antiquæ non esset correctæ per nouam, non videtur cur Iudex non posset vtraque reum punire. Et hanc opinionem sustinent Alber. *de stat. 1. par. quest. 8. num. 10. in fine* dicens, totum mundum ita obseruare, Antonius Gomes *lib. 3. var. cap. 1. num. 88. in fin.* Iulius Clarus alios referens, *lib. 5. sentent. quest. 95. vers. Debet etiam Iudex. Gutierrez de Matrim. cap. 75. num. 14. & seqq. Sanchez lib. 3. de Matrim. disp. 48. n. 4. & 8. Cyn. Salye. & Tusc ubi supra & alij.* Et hæc opinio multo magis procedit, quando minor pœna imponitur in lege noua pro eodem delicto, pro quo imponebatur grauior in lege antiqua, quia æquitas scripta præferatur rigori scripto, ut ait Tusc. *loco citato.* Vel quando altera pœna est imposita à iure communi Cæsareo, altera per statutum speciale alicuius Ciuitatis, tunc enim omnes concedunt, non posse Iudicem infligere nisi pœnam statutariam. Ita Alber. Iulius Clat. Tusc. & alij supra relati.

Ex his inferitur primò, quod licet Gabellas exigere à personis Ecclesiasticis, est prohibitum sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ, tam à iure antiquo, ut constat *ex capite Quaquam, de Censibus, lib. 6. quam in Bulla Cœnæ, clausula 18* tamen exigentes Gabellas prædictas, non incurrunt duas Excommunicationes, sed vnã tantum contentam in Bulla Cœnæ, ut concedit Suarius *tom. 5. in 3. par. disput. 21. sect. 1. numero 3.* & hoc non alia ratione, nisi quia Excommunicatio illa imposita à iure antiquo, censetur ablata per Bullam Cœnæ, similẽ excommunicationem pro eodem delicto imponentem. Secundo inferitur contra Nauarrum, Sanchez, & alios; Regularem solemnizantem matrimonium, sine licentiã proprij Parochi, non contrahere Excommunicationem latam *in Clement. 1. de priuil. propter rationem supra assignatam; quia scilicet, pœna suspensionis pro eodem delicto imposita Tridentino, censetur corrigere eam Excommunicationem iuris antiqui.* Sic Henriquez *libro 13. capite 38. §. 2. in eom. littera E. Suarez tomo 5. in 3. par. disput. 22. sectione 4. numero 12. Sayrus, de Censur. libro 4. capite 15. numero 9. Basil. Pont. de Imped. matrim. capite 26. §. 2. ver. Ex quibus. Tamburinus tomo 2. de Iur. Abb. disput. 8. questionibus 3. & alij.* Adde, quod ex alio capite, neque incurritur illa Excommunicatio: nam cum eiusmodi matrimonium antiquitus validum fuerit, post Tridentinum vero irritum non habet hodie locum dicta pœna excommunicationis, quia pœna imposita alicui actui, quando erat validus, non incurritur; eo actu inualide effecto. Tertio inferitur contra Salzedum *in Pract. Diaz, capite 73. vers. Octauo non est obliuio.* Rodriguezz, *1. par. Sum. in 1. edit. capite 219. num. 4. & in 2. cap. 221. numero 4.* Veracruz *append. ad Specul. dub. 11. in fine.* Coninch, *de Sacram. disp. 27. numero 84.* Franciscum Molinam *de Ritu nupt. libro 2. differ. 11. numero 147.* Mar. Alter. *de Censur. tomo 2. disput. 11. de suspens. cap. 5.* Barbosam *tom. 2. de Possess. Episcop. allegat. 32. numero 162.* qui tamen male citat Sanchez pro hac opinione. Vegam, *lib. 6. Sum. casu, 112.* Inferitur, inquam, contra citatos Auctores, quod pœna suspensionis triennis ab officio, imposita *in cap. fin. §. ult. de clandest. despons. Sacerdotibus, qui matrimoniis clandestinis interfuerint, & etiam Parochis, quamuis non intersint; si scientes, talia matrimonia non prohibuerint, fuisse correctam seu ablatam per Concilium Tridentinum, quando*

Anton. Diana, Pars X.

Parochus, vel alius Sacerdos assistit matrimonio clandestino inualido defectu numeri testium. Nam Tridentinum, *sess. 24. cap. 1. de matrim. §. Insuper Parochum.* imponit pro eodem delicto aliam pœnam, nempe, ut talis Parochus, vel Sacerdos, grauior arbitrio Ordinarij puniatur. Et ita hanc sententiam tenet Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 1. glossa 7. num. 2. in fine.* Genedo *in Collect. par. 2. coll. 81. num. 3. in fine.* Perez *lege 6. tit. 6. lib. 2. ordin.* Henriquez, *lib. 13. cap. 38. num. 1. in com. litt. E.* Sanchez, *lib. 3. de matrim. disp. 48. num. 4.* Gutierrez *de matrim. cap. 75. num. 14.* asserentes dictam suspensionem triennem, seu ablatam, per Tridentinum, imponens pœnam arbitrariam. Addit tamen optime Sanchez, & Gutierrez ubi supra, quod si proprius Parochus, vel alius Sacerdos de eius licentiã, assistat matrimonio valido, clandestino, tamen ob denunciationum omissionem, habeat locum pœna suspensionis imposita *in d. cap. fin. §. ult. de clandest. despons.* quia Tridentinum in hoc casu nullam statuit pœnam.

Nota tamen, amice Lector, quod ego supradictas sententias omnes probabiles esse existimo; ideo sequere quam vis. Verum quando dicimus, legem pœnalem posteriorem corrigere pœnam prioris, intelligitur; quando vtraque lex emanat ab eodem Legislatore, saltem secundum dignitatem: ut si prior lata sit ab vno Principe, & posterior ab eodem, vel à successore. Secus vero si emanat ab omnino diuersis, Exempli gratia, ut si vna lex est Principis Ecclesiastici, & altera secularis, aut vna est lata à Pontifice, altera vero ab Episcopo; tunc enim lex pœnalis posterior, non corrigit pœnam prioris, ac proinde delinquens vtraque pœna fit reus. Ratio autem est, quia Episcopus per suam legem pœnalem non potest corrigere pœnam à Pontifice impositam, neque Princeps secularis pœnam latam à Principe Ecclesiastico, vel è contra.

An ex aliqua magna necessitate possit quis intrare matrimonium absque Parochi presentia.

RESOL. XV.

DE hac quaestione alibi à nobis pertractatum est; sed quia quando ego iterum aliquid pertracto, semper aliquid boni, vel noui affero: ideo nunc afferro ad propositum dubium negatiue me citato, respondere Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. quest. 7.* qui postea *quest. 8.* quaerit, an oppidis, aut pagis, vbi nequit haberi Parochus, nec de proximo speratur haberi possit valide sine ipso matrimonio contrahi. Et affirmatiue respondet cum Coninch, supposita quadam declaratione Clem VII. seclusa tamen dicta declaratione negatiue sententiæ adhaeret.

Sed nouissime doctus, & nunquam satis laudatus Pater Amicus, *in Cur. Theolog. tomo 9. disput. 7. sectione 13. numero 135. & 139.* affirmatiue respondet in tribus casibus. Primus est quando Parochus haberi simpliciter non potest. Secundus, quando non sine maximo, vel ipfius Parochi vel contrahentium periculo. Tertius, quando maxima vrget contrahendi necessitas, quæ vsque ad Parochi presentiam differri non potest; Quò ad priores duos, clara est sacre Cardinalium Congregationis decisio, quæ consulta ab Episcopo Tricaric. circa formam matrimoniorum, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ contrahuntur, examinatis ac perpenfis rationibus sibi ab Episcopo propositis, postquam declarasset, irrita esse

R mari

„ matrimonia hæreticorum, celebrata coram Ministro
 „ hæretico, vel Magistratu in loco, vbi Tridentinum
 „ est publicatum, subiungit. Si verò Parochia, in qua
 „ fuit aliquando obseruatum Decretum, proprio Pa-
 „ rocho careat, & cathedralis itidem Episcopo, & capi-
 „ tulo habentibus à Concilio facultatem alium Sacer-
 „ dotem ad id delegandi, nullusque alius ibi sit, qui
 „ vices Parochi, aut Episcopi suppleat, Matrimonium
 „ valet absque præsentia Parochi, seruata tamen in eo,
 „ in quo potest, forma Concilij, nempe adhibitis saltè
 „ duobus testibus. Si verò extant quidem Parochus, &
 „ Episcopus, sed nullq. constituto Vicario, vterque
 „ metu hæreticorum lateat, ita vt vere ignoretur vbi
 „ sit, vel eodem metu à Diœcesi absit, nec ad alter-
 „ utrum sit tutus accessus, validum est Matrimonium
 „ contractum absque Parocho, adhibitis tamen duo-
 „ bus testibus. Hæc Sacra Congregatio, quæ duos
 „ priores casus hac sua declaratione aperte compre-
 „ hendit, vel quando Parochus simpliciter haberi non
 „ potest; vel quando non sine ipsius, aut contrahen-
 „ tium periculo. Neque ab hac sententia alienus San-
 „ chez, dum ex declaratione Clementis affirmat, valere
 „ Matrimonium absque Parocho contractum in oppi-
 „ dis, aut pagis, vbi nullus Pastor, aut vicem eius ge-
 „rens haberi, aut in proximis locis adiri potest. Intel-
 „ ligi enim debet de aditu non solum physico, sed
 „ etiam morali, scilicet, vt Cardinalium Congregatio,
 „ absque vitæ periculo. Eisdem casus admittere te-
 „ netur Laymann, *qui lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 7.*
 „ & 8. docet, validum esse Matrimonium à Catholicis
 „ sine Parocho contractum, in locis, vbi expulsis Ca-
 „ tholicis, nullus adest proprius Pastor. Item Matri-
 „ monium eorum Catholicorum, qui inter hæreticos
 „ permixti viuunt, intelligendum, quando non est tu-
 „ tus accessus ad proprium Parochum, alioqui etiam si
 „ simul habitent cum hæreticis, tenentur Catholici
 „ coram proprio Parocho contrahere, si illum sine pe-
 „ riculo habere possunt. Idem docet, posse Sacerdo-
 „ tem Catholicum assistere Matrimonio hæretici.
 „ Quod distinguo, si hæreticus seruet Tridentini Leges,
 „ alioqui si vellet contrahere contra Tridentini decre-
 „ tum in loco vbi illud est receptum, non posset Ca-
 „ tholicus Sacerdos tali Matrimonio assistere, cum
 „ non possit assistere Matrimonio, in quo non seruan-
 „ tur Tridentini leges, vbi Tridentinum est receptum;
 „ esset enim cooperari in eorum peccatum, & Matri-
 „ monij inualiditatem.
 „ In eadem sententia venit Cardinalis Ballarminus
 „ ex quodam ipsius responso dato Octauio Carafæ
 „ Nuntio Apostolico, quod refert citatus Syluius: De
 „ Matrimoniis, inquit, contractis, vbi nulli iam sunt
 „ proprij Pastores, iam olim actum fuit cum S. D. N. &
 „ cum Congregatione Concilij Tridentini. Ac sen-
 „ tentia communis fuit, illa esse rata; nec ad ea perti-
 „ nere Decretum Consilij, cum in huiusmodi locis
 „ obseruari non possit. Non video ergo (concludit)
 „ cur ea Matrimonia non debeant tolerari, cum satis
 „ constet, Concilij Decretum, quod iubet Matrimo-
 „ nium fieri coram Parocho, non se extendere ad ea
 „ loca, vbi nulli sunt Parochi. Hæc Bellarminus, qui
 „ hoc responso excludit eorum effugium; qui dicunt
 „ hoc factum esse Pontificis dispensatione: cum verba
 „ Bellarmini significant, ex sensu Pontificis, & Sacræ
 „ Congregationis, Decretum Tridentini ad eiusmodi
 „ matrimonia non extendi.
 „ Ex his duobus casibus à Sacra Congregatione de-
 „ claratis, colligo tertium: si non tutus accessus ad Pa-
 „ rochum excusat contrahentes, quò minus teneantur
 „ formam Tridentino in contrahendo adhibere, cur
 „ non excusabit maxima necessitas, qualis esset, si con-

trahentes in metu mortis, vel amissionis proprij sta-
 tus, cum ingenti iactura subditorum, cogerentur
 contrahere absque Parochi præsentia? vt si Princeps
 aliquis Concubinam habeat, ex qua filium suscepit,
 sitque in euidenti periculo mortis, qui si absque le-
 gitimo filio decedat, totus eius principatus cum ma-
 xima Subditorum iacturâ deuoluatur ad Principem
 hæreticum: nã in huiusmodi euentu poterit ille
 absque Parocho Matrimonium cum Concubina cõ-
 trahere, legitimando filium ex ea susceptum, qui
 possit Principatui succedere, & subditos in vera fi-
 de, & Religione conseruare. Quis negabit, hunc ca-
 sum maioris fore momenti, quam non posse ad Paro-
 chum tutum habere accessum? quod si ille non cen-
 setur in Decreto Concilij comprehensus, potiori ra-
 tione non censebitur iste. Item si quis ad euitandam
 mortem, sibi in aliquo iniuste intentatam, ni statim
 contrahat, & consummet Matrimonium, modo mors
 non intentetur in legis contemptum, poterit hic sine
 Parocho contrahere. Ratio: potuit Concilium cum
 hac limitatione suum decretum condere. Quod cum
 hac illud cõdiderit, nobis persuadet, tum relata Car-
 dinalium declaratio, tum ratio ipsa, cum non soleat
 Ecclesia suas leges tanto cum damno & detrimen-
 to Subditorum seruandas ferre. Hucusque Pater
 Amicus.

Sed circa declarationem Clementis VIII. ab Ami-
 co allatam, Hurtadus de Matrimonio, *disp. 5. diff. 3.*
n. 10. dicit hanc declarationem fuisse dispensatio-
 nem. At Castrus Palaus, *tom. 3. disp. 2. punct. 1. 3. 5. 8. n.*
8. non admittit dictam declarationem; tum quia con-
 stat authentice de prædicta declaratione, vel dispen-
 satione, tum quia esto constaret, debebat publicari
 publicatione legis, ne legem vniuersaliter latam re-
 stringeret, vt ex communi firmat idem Palaus *tom.*
1. disp. 1. punct. 10. n. 5.

Verum circa omnia superius dicta magis ample
 loquitur nouissime Martinus de San Ioseph in *moni-
 ta Confessariorum, tomo 1. libro 1. tract. 14. de Ma-
 trimonio, numero 5.* vbi me citato, sic asserit. Algunos
 Doctores, como son Veracruz, Sotus, Vega, Grassius,
 Affirman que en caso, que no puede ser auido el Pa-
 roco, pueden los contrayentes celebrar sin el el Ma-
 trimonio delante de tres testigos, si los ay quando
 alguno està en el artículo de la muerte, y se quiere
 casar con su concubina, para cumplir la palabra, y le-
 gitimar los hijos, y en otros casos semejantes, funda-
 se esta opinion, en que el Concilio no quiso, incluir
 casos tan apretados, y dexarlos sin remedio. La ver-
 dad es, que es mucho mas probable, que ni aun en
 estos casos no valdrà el mutuo consentimienro de
 los contrayentes, sin presencia del Parroco, y testigos
 por la razon dada en el numero primero, de que no
 guardando en el la forma corruiet actus, y porque la
 palabra del Concilio: Omnino inhabiles reddit. No
 admite epicheya. Henriquez dixe que era mucho
 mas probable, porque no se puede negar, que la de
 Veracruz sea probable, y por tal la tiene Villalobos,
tractatu 13. de Matrimonio num. 3. y que tambien lo
 es en los lugares de los herejes, y en las Indias, don-
 de no ay copia de Parrocos, y que vn año entero no
 se puede auer, que aqui no quiso prohibir totalmen-
 te el Concilio el Sacramento del Matrimonio, y ya
 hemos dicho diuersas vezes, que en caso de graue ne-
 cessidad se puede seguir la opinion menos probable
 y assi si el Matrimonio estuuiesse ya contraido
 sin Parroco en alguno destes casos se auia de su-
 stentar, y defender, porque la opinion que desien-
 de el Matrimonio ya hecho, aunque no la ampare
 mas que vn Doctor con alguna probabilidad
 se ha

se ha de defender contra la opinion de otros muchos, como dixè arriba. Ita ille.

Sed ego extra casus superius declaratos à Sacra Congregatione, & Clem. VIII. de quibus vide etiam Iacobum Marchant, in *Resolut. Pastor. tract. 8. cap. 2. quest. 1.* & Opatavium, de *Sacr. tract. de Matrim. disp. 2. quest. 1. 2. num. 110. & 111.* Præpositum in 3. par. D. Thoma, *quest. 4. de Matrim. Clandest. dub. 8. per totum*, non audeo alios admittere, nec sententiam Veracruz, & aliorum puto probabilem, ut putat Martinus de San Joseph: casum vero Patris Amici tertio loco oppositum, nec reprobo, nec approbo, sed illius resolutionem Purpuratorum Patrum Sacro consensu remitto; Sed post hæc scripta inveni Patrum Marchant, in *Tribun. Sacram. tom. 3. par. 2. tract. 1. rit. 7. quest. 9. & 10.* quæstionem huius Resolutionis late pertractare, & ideo illum lege.

An sit validum Matrimonium initum coram Parocho ad id non specialiter vocato, sed casu transeunte.

R E S O L. XVI.

Negatiue respondet Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 6. quest. 38.* quia, ut Parochus dicatur præsens Matrimonio requiritur necessario, ut sit ad eum casum formaliter adhibitus, vocatus, & rogatus: Vnde si Parochus, casu adfuerit, etiam si coram illo contrahatur matrimonium, nullum erit; nisi forte Parochum transeuntem moneant prius contrahentes, se velle contrahere, quia tunc valebit gradum tunc Parocho sustinente, & vidente contrahere. Sic declaratum fuit non semel, ac iterum à Congregatione Cardinalium; quorum declarationes extant apud Farinacium. Prima, pagina 268. Secunda, pag. 273. quam etiam adducit Rebellius 2. par. in fine lib. 4. pag. mihi 394. Quæ sit se habet: *Parochus ita præsens Matrimonio debet esse, ut appareat à contrahentibus hac de causa adhibitus fuisse.* Tertia pag. 276. Vnde, si quis transeunte illac Parocho, ita alte proferret verba contractus; ut audiret Parochus, nihil ageret. Sic Basiliius lib. 5. c. 21. n. 4. dicens, post tot declarationes Cardinalium, amplius de hoc dubitare non licere. Hucusque Pater Leandrus, qui citat etiam Bonacinam; quibus ego addo Campanilem, in *Diuer. Jur. Can. Rubrica 1. sine.* Vallensem in *Decret. lib. 4. tit. 3. num. 8.* Gonzalez in *Regul. Cancell. glossa 48. à num. 3. 2.* Borrelle in *Summa, decis. tom. 3. tit. 1. n. 366.* & nouissime Amicum in *Cur. Theol. tom. 9. disp. 7. sect. 11. n. 101.* & Petrum Marchant in *Tribun. Sacram. tom. 3. par. 2. tract. 1. tit. 7. quest. 5. concl. 1.*

Sed ego puto non esse discedendum ab affirmatiua sententia, quam tinentur Laymann, lib. 5. ir. 10. part. 2. cap. 4. num. 6. Sanchez, lib. 3. disp. 39. num. 11. Filiucius, tom. 1. tract. 10. cap. 6. num. 224. Gratianus in *Addit. decis. 37. num. 8. & 9. in tom. 1. discept.* Barbosa de *Officio Parocho, cap. 21. num. 50.* & plures alij, quos citat, & sequitur Bossius de *Matrim. c. 3. §. B. n. 6.* qui testatur ita fuisse decisum in facti contingencia; nam cum Mediolani in quadam Ecclesia Parochiali, Parochus, qui ex prohibitione sibi facta ab Ordinario, nolebat post factas denunciations assistere Matrimonio duarum personarum habiliu, Missam celebraret, sponsi vnà cum duobus testibus accesserunt ad Altare, vbi Parochus celebrabat; & cum Parochus finita Missa recederet ab Altari nihil sciens, neque cogitans de hoc, expresserunt coram ipso, & duobus testibus adductis, mutuum consensum de

Antonin. Dianà, Pars X.

præsentem. Quod Matrimonium Mediolani, & Romæ fuit pronunciarum validum; licet ipsi contrahentes fuerint nonnullis pœnis multati. Et ratio est, quia si sufficit præsentia Parocho coacta, & dolosa: ergo sufficit etiam fortuita. Deinde, cum Parochus, & testes in casu nostro vere aduertant, sufficienter dicuntur præsentem, cum præsentia ad valorem Matrimonij petita contenta sit sola intellectus aduertentia, qua rite testimonium contracti Matrimonij prohiberi possit. Firmo; nam in aliis contractibus, qui casu adest, potest testificari de eis: ergo & hic in contractu Matrimonij; quia ius Tridentini est correctorium, vnde intelligi debet de præsentia, quæ minus corrigat, dummodo humana sit, & sufficiens ad finem Tridentini, qualis est dicta: nam casu transeuntes ita testificari possunt, si aduertant ac si data opera interessent.

Nota verò, quod pro vtraque sententia in hac quæstione adducuntur Declarationes Sacræ Congregationis, quæ videntur inter se pugnare; sed non est discedendum à sententia affirmatiua, & ad declarationem Sacræ Congregationis adductam pro negatiua sententia, ne videatur pugnare cum altera adducta pro affirmatiua, respondet Bossius vbi supra intelligendam esse quando Parochus casu præsens, vel ad id non expresse vocatus, vel præmonitus ex subitanea & fortuita præsentia non intellexit, vel potuit intelligere rem seriò agi, & animo contrahendi; nam tunc non censetur adhibitus ad illum actum. Cætera à Gonzalez, & Pontio obiecta, facile reiciuntur: nam lege *Quasitum. 78. §. final. de lege 3.* & alia iura, quibus Gonzales nititur probare, eum, qui casualiter adest, non censeri adesse; loquuntur de fictione iuris, & de præsentia tantum corporea, non de morali, quæ perfectissime etiam breuissimo tempore haberi potest, dum res, quæ coram agitur, probe percipitur. Quare dictum testis repentini est nullum, solum quando non est informatus, nec potuit probe rem percipere. *Lex autem, heredes. §. in testamentis. ff. Qui testam. fac. possunt;* quia Pontius probat adhibitum in iure dici, qui rogatur: loquitur de testibus quoad testamenta. Et ita nostram sententiam præter Bossium, & alios vbi supra citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Perez de *Matrimonio, disputatione 40. sectione 10. numero. 9.* qui respondet ad argumenta adducta à Leandro & Pontio, & explanat sensum Declarationum Sacræ Congregationis. Idem etiam docet Pater Auerfa de *Matrimonio, quest. 6. sect. 6.*

An Matrimonium initum coram Parocho, & Testibus sit validum, si consensus Contrahentium intelligatur per Interpretem.

R E S O L. XVII.

Negatiue respondet Pontius, libro 5. capite 21 numero 10. & 11. Qui ea de causa vult Ecclesiam Parochum; & testes esse præsentem, ut possint Ecclesiam certam reddere de Matrimonio contracto. At si Parochus, & testes tantum per interpretem intelligant quod agitur, nec possunt illi esse certi, neque Ecclesiam certam reddere, innumeris enim litibus pateret aditus. Pone enim vnum ex contrahentibus dicere interpretem esse mentitum in eo, quod explicuit ipsum consensisse; in quo casu interpreti etiam iuranti non est habenda fides, cum interpreti

R 2 in re

in re dubia non adhibeatur fides, etiam si contrahens non producat Testes alios, ut docuit Donellus in lege 1. Tum quia ille Interpretes in eo testimonio unus est, vius autem testimonio non creditur lege *Jurifurandi. Cod. de Testibus.* Deinde huius Interpretis interest ita existimari, ut dicit, eius enim res agitur in eo testimonio, in sua autem causa nullus est testis. lege *Nullus ff. de Testibus, & leg. omnibus. Cod. eodem.* Quare duobus testibus, probare debet alter contrahens, qui utriusque lingue periti fuerint & ibi interfuerint, alium, qui negat consensisse. In hoc ergo casu quomodo per Parochum probabitur Matrimonium apud Ecclesiam? Quamvis enim demus duos alios testes, qui cum Parocho adsunt, utriusque lingue peritos esse, & recte intelligere, an Interpretes vere explicet Parocho, quid agant contrahentes. At Ecclesia non tantum voluit esse duos illos testes, sed tres, scilicet, Parochum etiam testem qualificatum. Testis autem esse non potest Parochus, nec potest affirmare se scire, neque se audiuisse, sed erit in eo casu testis ex auditu alieno, cuius testimonium ex regula generali non admittitur, *cap. Licet ex quadam. ibi; Præter communem formam, de testibus ut ibidem notant Canonistæ.* Cuius regulæ generalis ea ratio à Doctores communiter afferitur, quod testis debet deponere de his, quæ novit, & quibus præsens fuit, & sic per proprium sensum & non per sensum alterius. *cap. Testes. 3. quest. 9.* Quam rationem reddunt Ioannes Andreas, in *d. cap. licet.* Alijque non pauci. Addit etiam aliam rationem Baldus: Quia sicut exemplum non probat, ita neque testimonium de alieno auditu. Et quidem in eo testimonio de auditu alieno causa scientiæ non est manifestior dicto, sed ignotior, & est quasi relatio relationis veritatis. Et quamvis nonnulli Doctores doceant testimonium de auditu alieno, aliqualem præsumptionem facere aliis concurrentibus, atque ita Parochum, licet sit testis de auditu alieno, tamen fidem facere concurrentibus aliis duobus testibus, hoc certe non satis mihi placet, quia licet in quouis alio Teste admitti posset, non tamen in qualificato, qualis est Parochus cuius præcipuum debet esse testimonium. Quare ego existimo esse contra rationem testis, qui fidem facturum sit, ut per Interpretem intelligat quod agitur, sed per suum proprium sensum debet intelligere, aliàs infirmum eius testimonium erit: quod non ita repugnat iudici, ad cuius officium exercendum solum exigitur, ut causæ iudicandæ compos fiat, quam per se, vel per alium potest intelligere. Hucusque Pontius. Sed Leandrus de Sacramentis, tom. 1. tract. 9. disput. 7. quest. 36. media via incedit, & ait, non sufficere ad valorem Matrimonij intelligere consensum contrahentium, præcise per Interpretem, bene tamen casu, quò dictis Interpretis adiungantur aliqua signa contrahentium, exprimentia moraliter consensum ipsorum; quia in hoc eventu optime potest Parochus fidem facere de his, quæ novit per Interpretem simul, & per proprium sensum, aliàs minimo.

Verum ego absolute contra Leandrum & Pontium adhæreo opinioni affirmatiæ Patris Sanchez, lib. 3. disp. 39. num. 3. Hurtadi de Matrimonio, disp. 5. difficul. 15. num. 48. Ochagavia tract. 3. quest. 13. num. 1. quibus addo Martinum de San Ioseph, in *Monita Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de Matrimonio, num. 16.* & Martinum Perez, de Matrimonio, disp. 40. sect. 10. num. 2. & probatur hæc opinio, quia Contrahentes satis explicant sibi consensus per Interpretem: ergo etiam explicant eos satis ipsi Parocho, & Testibus per eundem; patet consequentia,

quia quod est sufficiens signum, ut Contrahentes percipiant suum consensum, est etiam sufficiens signum, ut Parochus, & Testes possint de eo testificari: neque enim Tridentinum exigit maiorem notitiam consensus in Parocho assistente, vel in aliis Testibus quam in ipsis Contrahentibus. Et sane si in aliis contractibus est satis Interpretes ad eorum probationem, erit etiam in isto Imo à fortiori in isto, cum ius Tridentini sit correctorium, neque expresse exigens Testes per seipos cognoscentes consensus, & non per Interpretem. Firmatur amplius; nam Interpretes unam personam constituit cum Contrahente; exprimit enim consensum ipsius ex eius voluntate, nomine, & mandato: ergo Parochus, & alij Testes poterunt absolute testificari de consensu talium Contrahentium, quamvis ipsos non percipiant immediate ab eis, sicut nec percipit consensus qui datur per Procuratorem, & tamen recte testificatur de eo. Nec valet dicere, quando dantur consensus per Procuratorem, adesse literas mandantis, & instrumenta manifestantia consensum. Non inquam, valet, quia illud mandatum non est sufficiens expressio consensus ad Matrimonium, nisi illæ literæ contineant potestatem ut Procurator exprimat consensum; vel nisi sit non reuocata voluntas, quæ non constat Parocho, & Testibus. Adde si instrumenta sint idiomatica ignotia Parocho, & Testibus, isti indigent Interpreti. Idemque erit si fiat Matrimonium per literas ignotæ lingue, & tamen hæc Matrimonia valida sunt: ergo etiam & illud in quo Parochus, & Testes percipiunt consensus Contrahentium per Interpretem. Quod si in hoc casu sit aliquando periculum litis, id erit per accidens; nam etiam in aliis casibus potest esse idem periculum litium, & tamen id non obstat. Et ita nostram sententiam, post hæc scripta inuenio. docere Amicum in *Cur. Theol. tomo 9. disputatione 7. sectione 11. numero 104.* qui respondet ad argumenta contraria adducta à Pontio contra Sanchez. Ad illud, & non pigebit: est enim vir doctissimus. Idem etiam contra Pontium docet Bossius de Matrimonio capite 3. §. 52. num. 253. nam Interpreti integra fides danda est, quia non se habet ut Testis ad communem consensum declarandum. Neque etiam verum est, quod in tali casu Parochus, & Testes sint Testes de auditu alieno; nam vere sunt Testes de auditu proprio: quia ut dictum est, Interpretes non fungitur vice testis, sed se habet tanquam vox ipsorum Contrahentium, declarans eorundem consensum ipsismet Contrahentibus, & Parocho, ac Testibus præsentibus. Quare sicut si ipsimet Contrahentes coram Parocho, & Testibus non exprimerent consensum propria voce, sed scriptura, Parochus, & Testes essent Testes de proprio sensu, quia scriptura est vicaria vocis Contrahentium; illumque repræsentat; ita cum exprinunt media voce Interpretis ad id ab ipsis electi, quia vox Interpretis est vicaria, vocis eorundem Contrahentium, illamque repræsentat; Vnde corruunt argumenta Pontij. Vide etiam Guierrez de Matrim. cap. 69. num. 3. Barbosam in *Decret. tom. 2. lib. 4. tit. 1. cap. 7. num. 8.* & Bonacinam, de Matrim. quest. 2. punct. 8. num. 7.

An Sacer ordo susceptus per vim & metum
imprimat Characterem.

RESOL. XVIII.

SI vis est absoluta quia vi detinetur, negatiue est respondendum, si autem vis est conditionalis, puta

puta vt euadat cruciarum, mortem, &c. tunc Ordo characterem imprimere dicendum erit. Et ratio discriminis est, eo quod in coactione, quam conditionalem Doctores appellant adest voluntas saltem indirecta ex capite Merjro 15. quaestione 1. quæ in absoluta coactione deficit. Et ita hanc sententiam sustinet Syluester, verb. Ordo IV. numero 1. vers. Secundò. Barbosa de Potestate Episcopi. part. 2. Allegat. 2. num. 5. & 6. Comitulus, libro 1. quaestione 55. num. 1. qui testatur de communi sententia Theologorum, & Canonistarum.

Sed aduersus superius dicta insurgit Antonius Cabrerros, de Metu, lib. 2. cap. 16. num. 8. vbi absolute ad quaestionem propositam negatiue responderet, & probat hanc sententiam pluribus argumentis. Primò, vbi de substantia actus est libertas voluntatis, tunc actus annullatur ipso iure, l. Si mulier. §. si dos, ff. hoc tit. c. Cum locum de spons. coactio enim repugnat arbitrij libertati in substantia voluntatis, ita voluit Baldus in Rub. extra, hoc tit. illudque dicitur libero arbitrio fieri, quod nullo cogente imperio, & nulla necessitate fit leg. Si quis maior. Cod. de transact. Ergo cum metus remoueat voluntatem ab actu, sequitur aperte tam vi absoluta, quam conditionali ordinum adsumptionem non tenere. Secundò, vbi cumque in aliquo actu requiritur voluntas qualificata, si adest illa, & non adstat qualitas, non est legis factum cap. Vbi periculum §. Ceterum, in vers. Voluntas, & libertas, de elect. lib. 6. Sed in adsumptione Ordinum debet interuenire voluntas, & libertas, vt per se patet, ergo si adest sola voluntas, & non libertas, non est legis factum: & de necessitate talis adsumptio non subsistet. Tertio, votum metu factum est ipso iure nullum, capite licet de voto. Sed in assumptione Ordinum inest votum continentie, vt in capite 1. & 2. qui Cleric. vel. Vouent. cap. Antetrennium 31. dist. Ergo nullus fuit ipso iure Ordo adsumptus. Quarto, quotiescumque duo regulariter æquiparantur à iure, ius disponens de vno habet locum in reliquo, leg. 1. de leg. 1. glossa in leg. Si quis seruo. Cod. de furt. & in cap. Si postquam. §. fin. de elect. in 6. & in cap. 2. de confess. eod. lib. & in cap. 1. de Rescript. cum. multis, Velasc. in Axiom. Jur. lit. A. num. 180. adsumptio Ordinis, & Professio regulariter sunt à iure æquiparata, cap. 1. in vers. Per susceptionem Sacri Ordinis, aut Professionem. de Voto in 6. Sed professio debet fieri à sciente, & voluntarie, ita decidit Text. in cap. Constitutionem. in vers. Sciens. ac voluntarius perseueret, & in cap. 1. & cap. Non solum. in vers. Si de sua voluntate processerit, de reg. lib. 6. Ergo sicut debet esse voluntarius proficiens Religionem, eodem modo adsumens Ordines. Quintò, habitus Religionis sponte susceptus deseritur, cap. 1. capite 2. 20. quaest. 3. ergo si per coactionem suscipitur, desertio locum habere poterit. Sextò Ordo receptus non potest deseriri, cap. Eos 20. quaest. 3. ergo si non sponte susceptus, relinqui valebit. Septimò, facit expressus Textus in cap. Prasens 20. quaest. 3. vbi Clericus inuitus non subiicitur Ordinibus metu receptis, ibi: Clericum nomine Lambertum minime debere existimamus sub tali violentia fieri Monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit, quod autem non diligit, facile contemnit, nullum quippe bonum nisi voluntarium. Ergò distinctio respuenda est; & generaliter tam vi absoluta, quam conditionali Ordinum adsumptionem non tenere adfirmandum extitit. Octauò probatur ex Textu in cap. 2. de regul. vbi si filius efficiatur Clericus post legitimos annos, & nec ipse, nec eius parentes intra annum reclamauerint, Anson. Diana, Pars X.

in Clericatu permanet, ibi: Si verò post legitimos annos per vim Clericus factus est, & nec ipse, nec parentes eius intra annum ad memoratas personas reclamauerint, in Clericatu permaneat Ergo si intra annum reclamatio fiat non permanebit in Clericatu nec Ordo tenebit. Vltimò, nullus dubitat metum cadentem in constantem virum facere inuitum, quando, aut mors ipsa, aut corporis cruciatus graui, aut vniuersorum honorum, aut partis eorum amissio interminatur, cap. 1. cap. Ad audientiam, & cap. Cum dilectus. hoc tit. leg. propter litem. ff. de excus. tut. aut subtractio magni lucri, vt docet Cynus in leg. interpositas. Cod. de transact. Sanchez de Matrim. lib. 4. disp. 5. à n. 27. Sayrus de Censuris, lib. 2. cap. 21. num. 32. Sed in vi conditionali adest metus iustus, vt omnes fateantur: ergo Ordo ille adsumptus non valebit: alioquin metus cadens in constantem virum nullum fortietur effectum, contra expressa iura in leg. 1. & 2. cum seqq. ff. hoc tit. Rursus, si metus constans & ius facit inuitum, nulla voluntas in vi conditionali adest; cum propter periculum minitatum consentiatur: igitur nullo modo distinctio procedit. Et hæc omnia docet Cabrerros vbi supra. Sed ego nolo à communi sententia recedere, quam præter Doctores citatos tenet etiam Marchinus de Sacram. Ordinis, tract. 2. par. 6. cap. 8. difficult. 9. num. 12. Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 19. num. 424. Auerla de Sacrament. Ordinis, quaest. 4. sect. 8.

Respondeo itaque ad casum propositum magis clare; quod si ordinatus per vim & metum recepit Ordinem sine voluntate suscipiendi Sacramentum, sed solum simulare, hic quidem Ordinem non suscipere, quia inualide ordinatur, & si individualiter obseruat Coninch, de Sacram. disp. 20. dub. 14. num. 143. & Marchinus vbi supra, num. 1. Secus autem dicendum de eo, qui est inuitus tantum secundum quid, vt sunt hi, qui metu inducuntur, vt suppono esse in casu nostro ad suscipiendum ordinem, ita vt vere illud velint suscipere, & si id nolent, si abesset metus.

Hi enim Ordinem suscipiunt, quia hi habent absolutam intentionem suscipiendi Sacramentum, & tantum sunt inuiti secundum quid, vt bene notat idem Coninch vbi supra, quaest. 64. art. 8. dub. 5. n. 99. cum aliis communiter. Et hoc dicere voluerunt DD. citati cum aliis communiter de coactione absoluta, & conditionali: ex his cum quidam Ordinatus Subdiaconus obtinisset ab Episcopo declaratoriam fuisse ordinatum per vim, & metum; sed postea petens dispensationem à summo Pontifice, vt ad alios Ordines sacros promoueri possit, dubitatum fuit à quibusdam in Dataria, an iste talis debebat saltem sub conditione sumere Ordinem Subdiaconatus: & ego de hoc casu interrogatus respondi, quod si talis ordinatus per vim & metum habuit voluntatem non suscipiendi dictum Ordinem Subdiaconatus, quod utique illum teneretur suscipere, quia tunc non fuit valide ordinatus: Si autem quando suscepit Subdiaconatum, voluit vere ordinari, licet si non adesset metus, Ordinem quidem non susciperet; & in hoc casu valide Subdiaconatum recepit, & characterem, & ideo non est denuo ordinandus, neque sub conditione, sed potest ad Diaconatum promoueri: Itaque secundum distinctionem à nobis positam, quoad primam partem procedit opinio negatiua Cabrerros; quoad secundam partem, opinio affirmatiua Syluestri, & aliorum.

Sed ex his oritur difficultas, an ordinatus per vim & metum teneatur ad votum continentie: & pugnant

gnantes sententias me citato adducit Marchinum de Sacramento Ordinis, tract. 2. par. 6. cap. 8. difficul. 9. num. 12. qui negatiuæ sententiæ adhæret satis probabilis. Stantes autem in sententia negatiua, cui nouissime adhæret doctus Dicastillus *vbi supra* num. 438. multa deducunt, & ideo ipse sic asserit; Infertur primò, posse prædictum licite contrahere Matrimonium, quia solum impedire posset votum eiusque obligatio ad castitatem, qui tamen nulla est. Quam sententiam putat esse omnium Doctorum, quos pro nostra sententia refert; atque in termino id expresse concedunt Henriquez *lib. 10. de Sacram Ordin. cap. 14. num. 3.* Infertur secundò, non teneri prædictum ad recitandum Officium Canonicum; est enim onus adiunctum Ordini (sponte assumpto). Ita Nauarrus *in Summa latina, cap. 22. num. 51.* Viuald. & Sà apud Sanchez *supra*, Addit alter Sanchez cum Nauarro *lib. 1. consiliorum, de iis, qua vi conf. 3. numero 4.* in priori editione; in posteriori verò, *conf. 5. numero 4.* adhuc non teneri continere Ordinarum per metum, etiam si metus, non sit cadens in constantem virum; dummodo talis sit, vt præ timore illo initiatus fuerit. quo secluso non fuisset initiandus; id quod multi non improbabiler sentiunt de Matrimonio simili metu initio, quod dicunt esse in foro conscientie nullum: & probabile putat Sanchez *lib. 4. disp. 17. num. 1. & 4.* quamuis probabilis putet oppositum. Quæ doctrina mihi placet, eamque sequuntur pluri Auctores, quos refert idem Sanchez *libro 7. disputatione 11a. 29. num. 5. & 8.* & hæc omnia docet Dicastillus *loco citato*, qui etiam postea subdit, quod quicumque metu initiatur quantumuis graui, si postea ratificet verbo, aut facto semel vtens Ordine accepto sine vlla coactione, non erit iam in posterum sibi integrum resistere; sed continentie subiacebit, sicut cæteri sponte ordinati. Iam enim per illam liberam gratificationem virtualiter elegit in eo ordine permanere, perinde atque professio tacita inducitur faciendo propria opera professorum. *cap. Vidua de Regularibus.* Ita Sanchez, *n. 9. cum Ostiensis* & aliis, quos refert. Hoc autem intelligendum est, si licens, & prudens exerceat: secus verò, si per errorem, quo quis se ad Ordinis obseruantiam existimet adstrictum; tunc enim non censetur ratificare; nunquam enim est ratificatio actus nullius; dum ignoratur actum fuisse nullum, iuxta doctrinam eiusdem Sanchez *lib. 1. disputatione 16. numero 7.* & in nostro casu docent Nauarrus, *libro 1. consilior. titulo de iis, qua vi, in priori editione, conf. 2. numero 8.* & in posteriori, *conf. 4.* Vega *in Summa capite 57. casu 6.*

An pro valore Matrimonij sequi aliquis possit opinionem singularem contra communem.

RESOLVT. XIX.

Idem quæri potest de valore professionis; & aliqui putant, quod tantus sit Matrimonij fauor, vt pro eo Iudices possint & debeant iudicare etiam contra communem, & præferre opinionem singularis alicuius Doctoris celeberrimi, quæ in probabili ratione fundata Matrimonio faueat, illudque sustineat, opinionem plurium Doctorum illud impugnantium, nisi Textui aperto innitatur. Ita post Hostiensem, Butr. Abb. *in capite Si vir. de cognat. Spiritualis*, Felinum *in cap. 1. de Spons. num. 6.* M. Anton. Cuccus *libro 5. tit. 11. num. 257.* Beret. *conf. 80. num. 21. & 22.* Gaill. *obser. lib. 2. obseru. 94. num. 19.* Menochius *lib. 2. præ-*

sumpt. 71. numero 30. Aug. Barbosa, *tomo 1. Collect. ad Decretales, lib. 2. tit. 20. cap. 47. num. 8. tit. 27. c. 26. n. 2. & 3. in fine*, Franciscus Molinus, *c. comparat. 17. lib. 1. num. 15. in fine*, Sanchez *in disp. 18. lib. 1. n. 6.* & alij relati ab eodem Sanchez, & à Menochio; qui declarat id procedere, quando ipsa opinio communis esset dubia; secus verò si esset clara, quia tunc non est ita fauendum causæ fauorabili, qualis est matrimonialis, vt alij fiat iniustitia, quare tantum in dubio præferenda, & recipienda est opinio minus communis, & etiam singularis probabili innixa fundamento fauens Matrimonio. Ad cuius rei confirmationem Sanchez, & Barbosa aiunt facere *cap. Licet ex quadam, de Testibus, & attest. ibi Tolerabilis est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Dei separare.*

Sed hanc sententiam reiicit Gutierrez. *de Matrim. capite 3. numero 18.* sequutus Decius *in cap. 1. num. 31. de constitutione* vbi dicit, quod fauore Matrimonij, vel alterius similis causæ, (verbi gratia Testamenti, dotis, libertatis) non est recedendum à communi opinione, quia sic fauorabili causæ sumus debitorum, quod aliis iniustitia non fiat. *cap. Ex tenore de foro comp. cap. final. de donat. inter vir & uxor. & leg. si Pater. in fine princip. ff. de Inofficioso testam. ibi nisi aperte iudices inique secundum heredem scriptum pronunciaffe apparebit.* Confirmat Gutierrez: Tum quia magna est auctoritas communis opinionis in iudicando & consulendo, ideoque tenenda, & sequenda est: Tum quia hanc sententiam tenuerunt eximie auctoritatis Doctores, Decius *vbi supra*, Alciatus, *libro 3. Paradoxorum, capite 7. numero 3. & 4. & in reg. 1. præsumpt. 40. num. 2.* Ioannes Neuizan. *in Sykua nuptiali, lib. 5. num. 1.* Auiles *in cap. 1. Prætor in gloss. final. num. 15.* Cotta *in 2. par. memorab. iuris, in verbo Nuptiarum causa*, Ioannes Oroseus, *in leg. 1. numero 17. ff. de Offic. quest. & Barbarius, consil. 3. colum. penult. vers. Nec. obstat. volum. 1. vbi regulam, quod in dubio pro Matrimonio præsumi debeat, intelligit, nisi opinio verior & probabilior esset in contrarium, quia tunc non deberet iudicari pro Matrimonio. At ego puto non esse recedendum à priori sententia extensionem approbante, vbi vere communis opinio non est clara, sed dubia, & opinio minus communis vel singularis, non est falsa sed probabili ratione innititur, & in contrarium adducta videtur procedere solum quando communis est clara, vel altera opinio caret probabili fundamento.*

Nota tamen hinc obiter, quod licet in dubio pro Matrimonio præsumendum sit, & iudicandum: tamen hoc procedit, secundum Mascardum *de Probat. t. 2. conclusione 1017. aliàs 1023. numero 7.* quando in Matrimonio contrahendo, vel contracto, datur paritas personarum, secus data imparitate; nam tunc pro Matrimonio, ait, non esse præsumendum citans Curtium Iuniorem, *in lege Cum quadam puella, numero 22. ff. de Iurisdictione omn. iud.* Cephalum, *consilio 52. numero 63. lib. 1.* & Nicolaum Antonium Grauatium *inter consil. 82. numero 45.* ad id etiam faciunt leges, quibus vetantur nuptiæ inter inæquales. Sed Franciscus Molinus, *de ritu Nuptiarum libro 1. compar. 17. numero 9. cum seqq.* cum Barbosa *in Decret. tom. 2. lib. 4. tit. 15. capite 2. num. 3.* reiicit hanc declarationem, tenetque non procedere de iure canonico, quo attentio, paritas vel imparitas personarum non consideratur. Et confirmatur ex nouo iure Tridentini, quod *cap. 1. sess. 24. de reformatione Matrim.* decreuit, filios sine consensu Patris

Patris quascumque sœminas ducere posse, & ob id cap. 9. sub pœna excommunicationis præcipit Principibus ne suos subditos cogant, aut impediant, quominus possit quisque quam velit mulierem ducere. At quia video sententiam Mascardi docere doctissimum Sanchez de *Matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 15. n. 7.* ideo tu iudica.

Notandum tamen, quod Henriquez, lib. 11. de *Matrimonio, cap. 13. num. 4. & cap. 11. num. 5.* dicit in foro conscientie, tam quoad sponsalia, quam quoad Matrimonium dubitantem, liberandum esse in dubio æquali, cum melior sit conditio possidentis. Cæterum ego putauerim faciendum esse discrimen inter sponsalia, iac Matrimonium; ita ut qui in dubio æquali dubitant, num Matrimonium sit contractum, cogendi sint in utroque foro contrahentes, ne fortè fiat iniuria Sacramento per dissolutionem Matrimonij: quando verò dubitatur, num sponsalia valida sint, in utroque foro iudicandos esse liberos, quia si quis tunc inuitus cogeretur, fieret ei iniuria per spoliationem libertatis, quam possidet. At dices similiter fieri etiam iniuriam coacto, quando dubitatur, num sit coniux. Negandum tamen erit assumptum, quia ut ex duobus malis, sic ex duobus periculis, semper minus est eligendum: cum verò æquè dubitatur num Sacramentum Matrimonij validum fuerit, si dissoluatur, periculum quidem est, ne dissoluatur, Sacramentum, quod alioquin fortè ratur, validumque fuit, & agatur contra illud præceptum negativum, Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* atque adeò si dissoluatur, temerè dissoluitur, & fit iniuria Sacramento Matrimonij. Ex alia verò parte, etsi periculum etiam sit, ne reuens sua libertate spolietur, velle tamen debet pari istud damnum dubium, quia minus præponderat, minùsque malum est illud pati, quam ipsa iniuria Sacramenti, præsertim cum iam bona fide aliud coniugium non possit inire, & iuxta hanc distinctionem videretur accipiendum illud assertum DD. in casu dubio fauendum esse Matrimonio. Et hæc omnia docet Rebellius, par. 2. lib. 4. *quest. 3. num. 9.*

An si Parochus dum Matrimonium contrahitur, sit distractus, & non aduertat ad ea, quæ tunc efficiuntur, dictum Matrimonium sit validum.

R E S O L. X X.

AD hoc dubium responder Pater Amicus in *curf. Theol. tom. 9. disp. 7. sect. 11. num. 93.* vbi sic ait:
 „ Sed quid si intellectiōnem Parochus & Testes non
 „ adhibeant post celebratum Matrimonium casus est, si
 „ dum contrahentes contraxerunt, Parochus sensu
 „ percepit, sed intellectu non aduertit ad ea, quæ tunc
 „ agebantur; sed post omnia peracta, reflectit se ad
 „ ea, quæ antea peracta fuere, an in huiusmodi euen-
 „ tu valeat Matrimonium? Ratio negatiua. Parochus
 „ & Testes debent intelligere, quando contractus
 „ Matrimonij celebratur, cum vnum ex substantiali-
 „ bus requisitis, sit moralis præsentia Parochi, & Te-
 „ stium: vnde si tunc intellectio non adhibetur, ma-
 „ trimonium non fit. Confirmatur: si Sacerdos pro-
 „ ferat super materiam legitimam verba absolutionis,
 „ absque intentione conseruandi, & absoluendi, etiam-
 „ si postea intentionem adhibeat, nihil efficit, quia il-
 „ lam non adhibet tempore, quo reliqua ad Sacra-
 „ menta substantialiter requisita applicantur. Pro par-

tè affirmatiua est; hoc sufficit ad morale iudicium de celebrato Matrimonio ferendum.

Dico, valere Matrimonium si talis reflexio à Parocho, & testibus fiat, adhuc præsentibus contrahentibus, non autem si fiat illis absentibus. Primum probò: ex Concilio nihil aliud requiritur, quam moralis Parochi, & testium præsentia, vt de celebrato Matrimonio testificari possint: at ad hoc sufficit, si ipsis præsentibus Parochus, & Testes iudicium forment de Matrimonio contracto: ergo etiam si hoc iudicium paulo post forment in eorum præsentia, facta erit ad finem à Concilio intentum. Secundum ostendo: eo casu non verificaretur Concilij Decretum, quo statuit Matrimonium celebrandum coram Parocho, & Testibus, vtique moraliter præsentibus, nisi per reflexam saltem aduertentiam ad ea, quæ à contrahentibus aguntur, dum actu contrahunt. Confirmatur. Non potest Parochus dici physicè præsens contrahentibus, quando corpore: ergo nec moraliter, quando mente ab illis abest. Ex quo inferitur contra Henriquez lib. 11. de *Matrimonio, cap. 3. num. 1. in Commens. littera F.* non valere Matrimonium si Parochus, aut Testes ad Matrimonium accedant animo attendendi, sed tempore contractus distrahuntur mentis euagatione; quia sufficit, inquit, vt habeant attentionem virtua-lem; quæ in cæteris Sacramentis sufficit. At contra: præsentia Parochi, & Testium in Matrimonio requiritur, vt possint de contracto Matrimonio, si opus fuerit, coram Ecclesia, iuridicè testari: ad hoc autem non sufficit præcedens attentio actualis, virtute tantum perseverans tempore contractus, quia per præcedentem attentionem non intellexerunt, quæ tempore contractus postea acta sunt: ergo nisi actuali actionem habeant, quando actu Matrimonium celebratur, aut paulò post per reflexam aduertentiam modò explicatam; inualidum erit. Nec est par ratio de reliquis Sacramentis, in quibus Minister non est testis, vel iudex, ad quos spectat actu aduertere ad ea, de quibus iudicium ferre debent. Vnde de in Sacramento Pœnitentiæ non sufficit attentio actualis præcedens, quæ solum virtute perseveret tempore Confessionis, sed requiritur actualis attentio, vt Sacerdos vt Euangelicus Iudex iudicium ferre possit de peccatis Pœnitentis. In reliquis autem Sacramentis, quia Minister non debet iudicium ferre de iis, quæ administrat, sed ea tantum humano modo peragere, sufficit attentio virtualis, vt in cæteris actibus humanis. Ad rationem negatiuam sufficit, vt in aliqua parte temporis quo Parochus est præsens contrahentibus, intelligat, quæ ab ipsis geruntur. Ad confirmationem, intentio Ministerii in Sacramentis conscientis requiritur vt principium moraliter influens in eorum existentiam; nisi enim verba Ministerii proferantur, ex, & cum intentione conficiendi Sacramenti, nihil efficiunt; quia non efficiunt nisi humano modo prolata & applicata. Nec facta est, talem intentionem adhibere post prolata verba; quæ non sunt valida ad conficiendum Sacramentum, nisi vt à Ministro imperata: at intentio adhibita post, non potest esse principium imperatiuum verborum antea prolatorum, cum nil, quod est extra nostram potestatem, vt sunt verba iam præterita, possit esse effectus nostri imperij. At iudicium Parochi, & Testium ad Matrimonium non requiritur, vt principium moraliter influens, cum non Parochus, aut Testes, sed ipsi Contrahentes sint huius Sacramenti Ministerii; sed vt substantialis solemnitas ab Ecclesia requisita ad testificandum de Matrimonij celebritate. Quam ob causam non

requiritur Parochi consensus; nam etiam si ipso contradicente celebreretur Matrimonium, validum erit vt sacra Cardinalium Congregatio declarauit; non enim requiritur vt Sacramenti Minister, sed vt purus testis. Et hæc omnia docet Amicus *ubi supra* sententiam verò Patris Henriquez ab ipso improbatam, improbat etiam Martinus Perez *de Matrimonio disputat. 40. sect. 10. num. 3.* & Leandrus, *de Sacrament. tom. 2. tractat. 9. disputat. 7. quest. 37.* qui tamen illam esse probabilem videtur admittere; quod mihi non placet. Quia nisi Parochus & Testes acta aduertant, nequeunt certò testificari: quod initum sit Matrimonium: nam ad effectum testificandi de eo, perinde est: atque actu non aduertente, & non adesse. Firmo quia Tridentinum pacificat præsentiam Parochi, & Testium; ibi: *qui aliter quam præsentem Parocho, & duobus Testibus, ubi copula, & casus similes coniungit.* At si Testes præsentis euagatione non aduertent ad mutuum consensum, minimè sufficeret; quia reuera non essent Testes: ergo idem dicendum est de Parocho. Quare sicut Parochus Iudex Sacramenti Pœnitentiæ, licet velit aduertere, si tamen actu non aduertat, nihil facit, quia nequit iudicare de peccatis confessis, ita neque hîc Parochus, ve Testes, quia nequeunt testificari de Matrimonio factò. Quod si Parochus consultò vellet non intelligere consensum, vt si occluderet aures & oculos; si reuerà non attendit, nec intellexit consensus, nullo modo valeret Matrimonium; quia tunc reuerà non est præsentis, nec potest testificari de Matrimonio. Nec huic doctrinæ obstat declaratio Cardinalium, quæ sic est intelligenda, vt velit fieri verum Matrimonium, cum Parochus inuicem assistens, affectatè fingit, se non percipere, cum tamen reuera perceperit, ac intellexerit, vt aduertit Amicus, & Perez *ubi supra.* Ergo, &c.

An si Tutor, vel Curator respondeat pro Puella, valida sint sponsalia, vel Matrimonium, ipsa præsentem, & tacente.

R E S O L. X X I.

Affirmatiuè responderet Rebellius, *par. 2. lib. 2. quest. 10. num. 8.* ubi sic ait: Taciturnitas interdum sufficiens etiam est ad consensum exprimendum, ac aded si consensus sit de præsentem, nec desint cætera, Matrimonium fiet: Si enim viro consensum exprimente, puella taceat, pro ea tamen pater, vel mater, vel alius puellæ curam gerens similem exprimendo consensum respondeat, silentium puellæ sufficit ad consensum exprimendum, ac proinde si illa de præsentem consentiat, Matrimonium erit. Ita ille. Et hanc sententiam à fortiori tenent hi, qui asserunt sufficiens signum consensus in sponsalia; vel Matrimonium esse, si nomine filiorum persona extranea respondeat; vt sustinet Glossa. *in cap. unico de sponsal. in 6. verb. Sponsalia.* Hostiensis ab eadem Glossa allegatus, Imola, Geminianus, & alij *in d. cap. Vnicum, & ex Theologis, Ricardus in 4. dist. 27. art. 1. quest. 2.* Soto *ibidem, quest. 1. artic. 4. vers. Præsentem autem.* Victorius *in Summa, de Matrim. n. 250.* Petrus Ledesma, *quest. 45. art. 2. dub. 3.* & alij quos referunt Sanchez *d. disp. 23. num. 6.* Gutierrez *d. cap. 13. num. 2. versic. Vnde glossa.* quibus addè Basilium Pontium, *de Matrimonio lib. 2. cap. 14. num. 7.* quia æquè expressiuus consensus filij, vel filiz sunt verba externi iuncta præsentem, & taciturnitate, sicut verba parentis, immo magis, nam si puella velit contradicere, liberius id faciet coram externo, quam

parente. Confirmatur; quia si verba extranei puellæ præsentem, & tacente, non essent de se sufficiens signum ad exprimendum consensum de præsentem: Summus Pontifex *in dicto capite Vnico.* non potuisset statuere, quod verba parentum pro filia sufficerent, cum contractus Matrimonij constare debeat consensu extranei sufficienter expresso, ex eo quod est contractus humanus, & Sacramentum insensibile.

Sed ego non recedo à negatiua sententia, quam tueretur Sanchez *de Matrimonio lib. 4. disputat. 23.* Gutierrez, *cap. 13.* Bossius, *cap. 3. §. 39. num. 167.* quia Textus *in cap. Vnico de Sponsal. in 6.* loquitur tantum de parentibus, & verè non videtur similis ratio: Vnde si tutor contraheret pro suo minore tacente, requireretur, vel expressus consensus, vel rati habitio per aliquod aliud signum. Et contra Doctores superius citatos dicendum est non esse sufficiens signum consensus in sponsalia & Matrimonium, si persona extranea respondeat pro Contrahentibus, vt tenet me citato Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 9. di. p. 1. quest. 50.* & alij penes ipsum, & penes Sanchez: Quia ius Canonicum tanquam quid speciale id de parentibus asserit, innuens à contrario sensu secus esse in Extraneis: Tum quia ratio curæ & dilectionis paternæ, & obedientiæ filiorum erga parentes, dum parentes pro filiis præsentibus, & tacentibus contrahunt, & ius præsumit filios tacite consentire, non habet locum in extraneis; ac proinde licet taciturnitas, dum parentes contrahunt habeatur pro sufficienti signo taciti consensus, non reputabit tamen, dum extraneus id facit, & pro alio responderet, seu contrahit; nisi aliud signum ab illo, pro quo extraneus responderet, & consensum exprimit, præcesserit, quod vna cum subsequente taciturnitate indicet consensum expressum, vel tacitum; vel nisi appareat clarè ei pro quo responderet, & contrahit, in eius commodum, & fauorem contrahere. Itaque in hoc casu puro in utroque foro supradicta sponsalia, & matrimonium non esse valida, vide Bossium *loco citato.*

An Regulares, ex confirmationibus Priuilegiiorum, possint hodie absoluerè à quinque Casibus Papalibus exceptis in Decreto Clementis VIII. & Urbani V. ac etiam à Casibus Episcopo reseruatim.

R E S O L. X X I.

AD utrumque casum affirmatiuè responderet Vidal *in Arca Theologia moralis, titulo de Casibus reseruatim. Inquisit. 1. num. 107.* ubi sic ait: Regulares virtute saltem confirmationum priuilegiiorum nunc tuta conscientia, & validè absoluerè possunt omnes Christi fideles vndecunque venientes ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatim quomodo cumque sint, siue occulti, siue publici in foro tantum conscientiæ, præterquam ab his qui continentur in Bulla Cœnæ Domini: Vnde modo facultatem habent absoluerè ab illis casibus nominatim reseruatim à Clemente VIII. *Non obstantibus priuilegiis, &c.* Probatur nostra assertio: Quia Gregorius XIII. Religioni Societatis Iesu concessit amplissimum priuilegium, vt nulla derogatio sub qualibet forma præiudicet priuilegiis dictæ Societati concessis, si intimata non fuerit, ac dictis Patribus insinuata, & nisi fiat in illa derogatione expressè, & in indiuiduo illorum mentio; vt constat ex Bulla Gregorij XIII. quæ

» quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem*, prope si-
 » nem: & sic sentiunt Flavius Cherubinus in *compen-*
 » *dio Bullarum*, *tomo 2. constitutione 1. Gregorij XIII.*
 » *Schol. 2. Marcus Antonius de Amatis, decisione 17.*
 » *per totam*, vbi refert priuilegij verba: ergo, &c.
 » Deinde priuilegia Regularium post decretum illud
 » Clementis VIII. limitans facultatem supra aliquos
 » casus Papales, fuerunt nobis vsque modo confir-
 » mata ex certa scientia, & plenitudine potestatis à
 » Paulo V. & à Gregorio XV. vt patet; tum ex com-
 » pendio nostrorum Priuilegiorum, *verb Confirmatio*
 » *priuilegiorum §. 3. & 4.* in vltima editione facta à pe-
 » regrino, tum per confirmationem priuilegiorum fa-
 » ctam a Paulo V. Societati Iesu, vt refert Suarez *de*
 » *legibus lib. 8. cap. 16. num. 2.* in fine; tum etiam per
 » priuilegia à dictis Pontificibus alijs Religionibus
 » confirmata: sed priuilegiorum confirmatio facta ex
 » certa scientia vim habet restituendi priuilegia reuo-
 » cata à Prædecessore per specialem Bullam: ergo pri-
 » uilegia Regularium modo per confirmationem sunt
 » quoad omnia redintegrata, & reualidata: cum ergo
 » ante illud decretum Clem. VIII. validè, & licitè vir-
 » tute priuilegiorum absoluebant Regulares ab om-
 » nibus casibus Papalibus, præterquam ab his, qui in
 » Bulla Cœnæ continentur, etiam modo eandem fa-
 » cultatem habent. Maior argumenti patet ex supradi-
 » ctis, nempe quod priuilegia alicuius Religionis con-
 » firmata ex certa scientia, eo ipso censentur confir-
 » mata pro omnibus Religionibus. Minor ergo pro-
 » batur, quia sic sentiunt Doctores, vt Peyrinus in
 » *Const. 4. Iulij II. §. 3. num. 11.* Suarez, *lib. 8. de le-*
 » *gibus cap. 19. num. 4. & 5.* Lezana, *tom. 4. in Summa*
 » *verb. Priuilegia Regul. num. 23.* Portel in *Dubijs Re-*
 » *gular. verb. Priuilegij confirmatio num. 33.* Rosella,
 » Rodericus, Naldus, & alij apud relatos: ergo. Dicit
 » tamen aliquis; ergo si Regulares ex vi confirmatio-
 » nis priuilegiorum, *ex certa scientia*, possunt absol-
 » uere à casibus Papalibus, non obstante Decreto
 » Clementis VIII. poterunt etiam absoluere à casu-
 » bus Ordinario loci reseruatis, virtute eiusdem con-
 » firmationis, cum data fuerit post prædictum Decre-
 » tum Clementis VIII. sed id nullo modo est affir-
 » mandum: ergo neque etiam quod possint absoluere
 » à casibus Papalibus contra Clementis Decretum;
 » æqualiter vtrumque prohibens. Respondere potest
 » quis, quod non obstante Decreto Urbani VIII. quo
 » prohibetur Regularibus facultas absoluendi à casu-
 » bus Ordinario loci reseruatis: etiam ex vi confir-
 » mationum priuilegiorum valent modo saltem Pa-
 » tres Societatis Iesu, & nos Clerici Regulares Thea-
 » tini absoluere à casibus Episcopalibus reseruatis vir-
 » tute confirmationem priuilegiorum. Pro intelli-
 » gentia huius probabilis opinionis aduertendum est,
 » vt probauimus, priuilegia reuocata ex vi confirma-
 » tionum *ex certa scientia*, de nouo concedi, viuifi-
 » cari, & innouari: ergo modo non obstantibus De-
 » cretis Pontificiis ante præscriptas confirmationes la-
 » tis, possunt Regulares absoluere ab omnibus casu-
 » bus reseruatis; à quibus ex vi primæ concessionis
 » priuilegiorum poterant. Sed tunc facultatem habe-
 » bant super casus Episcopales, vt vidimus: ergo etiam
 » nunc, cum ex vi confirmationum fuerint de nouo
 » concessa, & innouata priuilegia illa per Decretum
 » Clementis VIII. reuocata, & derogata saltem quoad
 » facultatis limitationem. Et hæc omnia docet Vidal
 » *loco citato.*

Sed profus reiicienda sunt, vt pote contra com-
 munem sententiam Doctorum, contra stylum & pra-
 xim Romanæ Curia, & contra Decreta Clementis
 VIII. Pauli V. Urbani VIII. quibus nouissime adde

Sanctissimum D.N. Innocentium X. vt patet ex Epi-
 stola Sacrae Congregationis directa ad Archiepisco-
 pum Neapolitanum Cardinalem Filomarinum, te-
 noris sequentis: *Eminentissimo, & Reuerendissimo*
Signor mio Osseruandissimo. Questa Sacra Congre-
 gatione hà più volte dechiarato con ordini espressi
 di Clemente Ottauo di Gennaro, è Nouembre 1602.
 di Paolo Quinto di Gennaro 1617. & di Urbano Ot-
 tauo Santa memoria di Nouembre 1628. Che tutte
 le facultà d'assoluere da Casi reseruati, & reseruandi
 da gli Ordinarij, o vero compresi, & da comprendersi
 nella Bolla in Cœna Domini implicite, vel explicite
 & altri reseruati solamente alla Santa Sede nel me-
 desimo Decreto di Nouembre 1602. concessa à Se-
 colari, & Regulari, Congregationi, & Confraternità
 di qualunque prerogatiua, & spetialità, etiam neces-
 sario esprimenda, sono state annullate, & estinte,
 così dal Sacro Concilio di Trento, come dalle so-
 dette Constitutioni. E che in vigore delle conferma-
 tioni, estensioni, & comunicazioni ottenute dopò,
 & da ottenersi per l'auenire sotto qualsiuogliano am-
 plissime clausule, non s'intenda mai riuouata la so-
 detta facultà riseruando solo gl'indulti concessi spe-
 cialmente fuori d'Italia, & dentro Roma quanto alli
 casi riseruati alla Santa Sede non compresi nella su-
 detta Bolla, onde venendo rappresentato alla Santi-
 tà di N. Signore da V. Eminenza con sua lettera de
 4. d'Agosto precedente, che in contesta in Città, e
 sua Diocese alcuni Confessori Secolari, & Regulari
 senza giustificare con quali facultà assoluono de fat-
 to dalle Censure, e Casi sudetti. Et in oltre disse-
 mando opinioni erronee asseriscono, che per poter
 assoluere validamente delli Casi riseruati all'Ordi-
 nario, basti hauer domandato al medesimo la facultà,
 ancorche ricusi di concederla. Questi Eminentissi-
 mi miei Signori di commissione espressa di Sua Bea-
 titudine, me hanno imposto di scriuerle, che col-
 l'autorità, che à tal effetto se le comunica, in virtù
 delle presenti, e sotto le pene, che giudicherà espe-
 dienti faccia intendere à tutti i Confessori di costà
 siano quanto si vogliono priuilegiati, & esenti, che
 onninamente si conformino con i sudetti Decreti,
 & non ardiscano di contrauenire sotto qualsiuoglia
 pretesto, & caso, etiam di precisa necessità, fuorchè
 in articulo mortis con reincidenza si conualuerint.
 Dichiaro similmente annullati tutti gl'Oracoli, &
 indulti Apostolici ottenuti in voce da detto tempo
 in quà; & à gl'altri che pretendono hauerne Breue
 & Bolla in forma specifica dopò l'ultima Constitu-
 tione d'Urbano, prefigga vn termine perentorio di
 tre mesi ad esibirle à questa Sacra Congregatione;
 altrimenti vuole, e dichiara N. Signore, che s'inten-
 dano decaduti, e priuati di essi eo ipso, senz'altra in-
 timatione. Et finalmente, che dopò hauer fatto noti-
 ficar costà doue, e como stimarà esser di bisogno, che
 quelli che dimandano all'Ordinario la facultà d'as-
 soluere, e non l'ottengono, non possono valersene.
 Ella dichiaro incorrere nella sospensione dall'vdir le
 Confessioni Sacramentali, quelli che pubblicamente
 difenderanno la dottrina sodetta, & pure presume-
 ranno temerariamente di assoluere, ancorche loro
 sia stata denegata, & non concessa la facultà da gl'Or-
 dinarij. Così V. Eminenza resti seruita di fare, che
 pontualmente si eseguisca con dar quà distinto au-
 so dell'operato, Et io le bacio humilmente le mani.
 Di Roma 7. Decembre 1647. Di V. Eminenza Hu-
 milissimo, & asserionatissimo seruitore, M. Car-
 dinale Ginetti G. Arciuescouo di Petrasso Secre-
 tario.

Nec obstant argumenta superius in contrarium
 adducta

adducta : nam licet priuilegium adductum à Patre Vidal, non solum loco citato, sed etiam titulo de *Iurisd. Etione, Inquisitione 4. num. 24.* concessum Societati adduxeram ego, & post me adducit, & sequitur Amicus in *Cur. Theolog. tom. 5. disput. 9. sect. 10. num. 148. cum sequentibus*, & Samuelli in *Praxi de Sepulturis tractat. 1. controuersa 15. num. 16.* tamen dicendum est; priuilegia Societatis derogari absque dicta solemnitate, & sic ego rectè mutauit sententiam, ut obseruat Religiosissimus, & doctissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelopolitanus in sua defensione contra Patres Societatis Iesu, *parte 3. num. 93.* ubi sic ait: Siendo la Bula de Urbano VIII. reuocatoria de los Priuilegios, que otorgaron antes otros Pontifices Romanos à la Compañia, no preiudica à sus Religiosos, si primero no se les insinua, y notifica personalmente, como se especifica en la concession de Gregorio XIII. Incip. *Aequum.* expedita Romæ, octauo Calendas Iulij anno 1572. Cierito es que lo sintio assi Antonino Diana *3. parte, tractat. 2. resolutione 68.* Y con ser interessado en la opinion, por quanto su Religion participaba de la misma gracia; cursando despues la Curia Romana, hallò, que su estylo quotidiano estaba en contrario desta sententia; pues haciendo los Breues mencion expressa de los Regulares Iesuitas, se tiene por suficiente, para que sus Indultos queden derogados. Por esto mudò Diana *de pascer in parte septima, tractatu decimo, resolutione vigesima nona* ibi: Sed licet ego olim pro Societate & pro mea Religione ex parte hanc sententiam docuerim; modò tamen illam cum omnibus à Patre Amico supra asserto uiris doctis maturandam relinquo. Nam Stylus Curie uidetur in contrarium, & ex multis Bullis Pontificiis apparet, derogari priuilegia Societatis sufficienter, quando de ipsa expressa mentio fit: & in Bullis supradictis etiam in fine apponitur Clausula: Ac, si eis personaliter fuissent inimata. Hucusque ex me Palafox. Adde, quod dictum priuilegium, ut testatus est mihi doctissimus, & amicissimus Pater Lezana, loquitur tantùm de priuilegiis, quoad Conseruatores, non autem de reuocatione aliorum priuilegiorum. Itaque absolutè dictum priuilegium nunc non admitto.

Ad secundum argumentum adductum propter clausulas, *ex certa scientia & motu proprio*, appositas in confirmatione priuilegiorum Regularium, patet responsio ex his, quæ latè firmat Pater Pasqualigus in *Questionibus Canonicis, Centuria 2. q. 107. & 108.* ex quibus corruunt omnia, quæ Pater Vidal ex dictis clausulis conatur probare. Recognosce omninò dictum Patrem Pasqualigum: & Sacra Congregatio ut visum est ex mente Pontificis annullat omnia priuilegia cum quibuscumque clausulis, &c. ergo.

Ad tertium argumentum, quod priuilegia Regularibus concessa, sint remuneratoria, & idè transierunt in vim contractus. Respondeo etiam corruere ex his, quæ docuit latè Pater Giuniparus à Drepano in *Defensione iuris Pontificij, disputat. 4. quæst. 4. & 5.* Et quidem si argumenta Patris Vidal firma essent, sequeretur, reuocationes priuilegiorum Regularium appositas in pluribus Bullis, & Decretis Pontificiis ad nihil hodie deseruire, propter confirmationem priuilegiorum Regularium postea factam cum clausulis, *ex certa scientia Motu proprio*, &c. Sed hoc dicere est absurdum, ut patet ex stylo Curie, & praxi, & ex rationibus adductis à Pasqualigo loco citato. Ergo.

Ad ea uerò, quæ asserit Vidal de declarationibus Sacre Congregationis, uidelicet, non esse necessariò sequendas: Quicquid sit de hac doctrina, assero non esse sequendam in casu nostro, in quo dictæ declarationes manarunt ex ordine, & facto uerbo cum Sanctissimo, qui mandauit inuiolabiliter obseruari. Rectè itaque post dictam declarationem Ludouicus de la Cruz in *Bullam Cruciatam, disputat. 1. cap. 3. dub. 5. num. 8.* Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 20. de Pœnitentia, num. 17.* & alij communiter, asserunt hodie Regulares non posse uirtute priuilegiorum absolueri amplius à casibus Episcopo reseruatis. Vide etiam Nouarium in *Summa Bullarum tom. 2. titulo de Casibus reseruatis. numero secundo*, Marcellum Vvlpe in *praxi Fori Ecclesie, cap. 35. num. 10. cum sequentibus.*

Pater uolens, impedire Matrimonium filie, rogauit Episcopum, ut interdiceret Parocho ne tali Matrimonio assisteret, quod minimè factum fuit; tunc à me quaesierunt, an Matrimonium fuerit validum.

R E S O L. XXIII.

Respondi affirmatiuè. Nam cum Parochus habeat à iure potestatem assistendi Matrimonio, non censetur restricta per illam simplicem prohibitionem. Sic Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 4.* Reginaldus, *lib. 3. num. 179.* Gutierrez, *de Matrimonio, cap. 62. num. 25.* Filiucius, *tractat. 10. cap. 6. quæst. 6. num. 215.* & alij communiter. Et ita declarasse Sacram Congregationem Cardinalium, referunt Salzedo in *Practica Diaz, cap. 73. §. Primum dubium.* Petrus de Ledesma, *de Matrimonio, quæst. 45. articul. 5. punct. 3. dub. 2. uersu Primum dubium*, & Rodriguez, *1. parte, Summe in 2. editione, cap. 219. num. 4.* & colligitur etiam ex *cap. 2. de Matrimonio contracto cont. interd. Eccles.* Immodò idem dicendum est, quamuis à Pontifice ea prohibitio Parocho facta esset, ut benè probat Sanchez, *lib. 7. de Matrimonio, disp. 2. num. 10.* quia militat eadem ratio. Hinc fit ut si Episcopus Sacerdoti, potestatem habenti audiendi Confessiones, præcipiat, ne audiat Confessiones fœminarum, validæ adhuc sint Confessiones, illi factæ à fœminis: nam cum aliàs Sacerdos ille habeat potestatem, validè audiendi Confessiones, etiam fœminarum, non debet censi restricta per illam simplicem prohibitionem, nisi expressè dicatur. Et hanc opinionem sequuntur Ioannes Medina, *tractatu 2. de Confess. quæstione de Sacerdotibus alienis per Paroc. eligen. ad finem*, Palatius in *4. distinct. 17. disputat. 7. uers. Rursus etiam.* Henriquez, *lib. 6. de Sacrament. cap. 6. num. 6.* ubi alios refert, Salas *de legibus, disput. 16. sect. 10. num. 43.* Ferdinandus de Castro, *tom. 1. tractat. 3. disputat. 2. punct. 9. num. 6.*

Sed difficultas est si Episcopus non solum interdicit Parocho, ne illi Matrimonio assistat, sed etiam addat clausulam irritantem ipso facto Matrimonium illud, si secus factum fuerit. Sanchez *de Matrimonio, lib. 3. disput. 32. num. 2.* tenet in hoc casu Matrimonium prædictum fore irritum, ex vi clausulæ irritantis. Sed ego contrarium sentio, & puto tale Matrimonium esse validum, quia tenenda est illa opinio, Episcopum non posse condere leges irritantes: ergo neque poterit prohibere ne aliquod Matrimonium

monium fiat, addendo clausulam irritantem, si secus factum fuerit. Patet consequentia, quia parum refert, siue prohibitio fiat per modum legis, siue per modum simplicis præcepti, ut fatetur idem Sanchez *lib. 7. de Matrimonio, disputat. 2. num. 13.* Secundò, nam si Episcopus posset præcipere Parocho, ne certum Matrimonium celebrare præsumat, & irritare illud, si aliter fiat; poterit etiam prohibitionem facere ipsis contrahentibus, ne inter se Matrimonium ineant, & addere clausulam irritantem. Similiter, posset prohibere habenti eorum simplex Castitatis, vel Religionis, ne uxorem ducat, & irritare matrimonium contra talem prohibitionem factum; & consequenter posset Episcopus in sua Diocesi, statuere noua impedimenta irritantia matrimonium, præter ea, quæ ab Ecclesia statuta sunt, quod est manifestè falsum, ut bene probat idem Sanchez *d. lib. 7. disput. 1. num. 9. ex communi opinione.* Quod si dicas, potest Episcopus prohibere Parocho, ne absoluat ab aliquo peccato, & limitare aliter factum: ergo idem poterit in casu nostro; quia nulla sufficiens discriminis ratio, videtur assignari posse. Quoniam, sicut Parochus habet à iure, ut possit auctoritatem præstare matrimonio, contrahendo, ita etiam habet à iure potestatem absoluendi à peccatis, ut omnes concedunt. Respondeo esse disparatam rationem: nam, cum Episcopus, iure permittente, possit sibi aliquos casus reseruare, etiam respectu Parochorum, ut dicunt communiter Doctores, & praxis ipsa testatur; eo ipso, quod prohibet alicuius casus absolutionem cum clausula irritante, censetur in actu exercito, sibi illum reseruare, & per consequens impedire iurisdictionem Parochi, ne ad eum casum se extendat. Hæc autem ratio non militat in casu matrimonij; quia nullo iure probatur, posse Episcopum id irritum reddere; supposito quod fiat cum omnibus solemnitatibus ab Ecclesia præscriptis.

Nec aduersus superius dicta valet asserere, Pontium, Turrianum, Villalobos, Ochaguiam, Hurtadum, Sanchez, & alios, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacramento tom. 2. disputat. 9. tractat. 9. quaestione 5.* docere, posse Episcopum matrimonij impedimenta inducere, atque apponere: Nam contrarium tenet Suarez *de Cens. tom. 5. disputat. 7. sect. 4. num. 5.* & Coninch *de Sacramento disputat. 30. dub. 1. num. 3. & 8.* Sed quicquid sit de iure, & ex vi sui muneris, hodie certum est, ut fatetur ipsemet Leandrus *ubi supra quaest. 6.* & citati Doctores, non posse Episcopos impedimenta matrimonij constituere, quia potestas hæc apponendi impedimenta iam reseruata est Summo Pontifici: unde satis remanet firmata nostra sententia contra Sanchez, nempe non posse Episcopum prohibere cum clausula irritante, ne Parochus assistat alicui matrimonio.

An Moniales uti possint Priuilegiis concessis Viris Religiosis sui Ordinis. Et quid si non subsunt dictis Religiosis.

RESOL. XXIIV.

Respondeo affirmatiuè quo ad primum; si ea adaptari possint ipsis Monialibus, & in concessione priuilegij non dicatur ea concedi viris, aut masculis Religiosis. Ita Suarez *lib. 8. de legibus, capite 10. num. 7.* cum Rodriguez, *tom. 1. quaest. 13. artic. 22.* aliisque. Et probatur; quia ex vna parte

in dispositione fauorabili sub masculino nomine comprehenditur fœmininum in iis, quæ possunt fœminis accommodari, ex alia parte Moniales sunt verè Religiosæ, ideoque dispositio facta de Religiosis, etiam iis modo dicto suffragabitur. Dixi, & in concessione priuilegij non dicatur, &c. si enim id dicatur, tunc constat ex verbis concedentis Priuilegium non extendi ad Moniales, nisi necessitas aliud suadeat; quamquam aliter dicendum sit, attento priuilegio bullato Leonis X. quo absolutè conceditur Monialibus Fratrum Minorum, ut possint uti omnibus, & singulis priuilegiis, & indultis spiritualibus, & temporalibus per ipsum Leonem ac Sedem Apostolicam ipsis Fratribus quomodolibet concessis, & concedendis perinde ac si ea ipsis Monialibus fuissent concessa: sicut videre est apud *Casarub. supra verb. Communicatio priuileg. num. 18.* ex quo fit, ut etiam si in concessione priuilegij diceretur, viris Religiosis illud concedi, eo nihilominus gaudere possint Moniales, dummodo priuilegium sit ex iis, quæ possint fœminis accommodari. Et hæc omnia docet Pellizzarius *in Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 4. num. 72.*

Sed difficultas est, an idem dicendum sit de Monialibus, quæ non subsunt iuri Regularium. Pro negatiua sententia Bordonus *in Consilio Regularium, tom. 2. resolnt. 52. quaest. 24.* adducit Portel, & Rodriguez, quibus ego addo Barbosam, *de iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 41. num. 217.* & alios, quos citat, & sequitur Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 116.* Sed ipse Bordonus *postea, num. 69.* affirmatiuam sententiam tenet; & ideo docet, quod dictæ Moniales, quandiu viuunt sub illo instituto, & ordine, tandiu gaudent illius priuilegiis: sed per exemptionem à Superioribus Regularibus, & subiectionem Episcopis, aut per foundationem. Monasterij sub iurisdictione Episcopi Moniales non desinunt esse sub instituto, & regula suæ Religionis, ut clarum est: ergo adhuc gaudent priuilegiis sui Ordinis, quamuis non sint subiecti Prælati eiusdem Ordinis. Secundò, priuilegia conceduntur Monialibus absolutè propter earum merita, & ut Moniales talis Ordinis, licet ad instantiam quandoque alicuius Superioris Regularis: ergo quatenus Moniales manent, eiusdem Ordinis priuilegiis gaudent. Tertio, ex dictis Bullis supracitatis, nonnullæ carent illis clausulis subiectionis regimini Regularium: ergo saltem ex hoc capite non amittunt sua priuilegia subiectæ Episcopis. Quarto, priuilegia perduntur morte, lapsu temporis, cessatione causæ, per non usum, per contrarium usum, per abusum, renuntiationem, & reuocationem, ut communiter docent Doctores cum suis limitationibus: sed per translationem Monialium à cura Regularium ad regimen Episcoporum nullo ex præallegatis modis perduntur priuilegia: ergo neque per mutationem Superiorum; cum hæc sit quid extrinsecum ad priuilegia petenda. Et hanc sententiam Bordoni satis probabilem esse puto; & præter illum tenet Castrus Palaus, *tom. 1. tractat. 3. disputat. 4. punct. 2. §. 9. num. 1.* Pasqualigus, *decis. 178. de celebratione Missarum*, Pellizzarius *ubi supra num. 1.* & Cespedes *de Exemptione Regularium, cap. 23. dub. 344. num. 3.* qui *num. 4.* ex Pasqualigo ampliat hanc doctrinam, & dicit Moniales gaudere etiam priuilegiis illius Religionis, sub cuius gubernatione, & cura viuunt; etiam si sint diuersi Ordinis: Exemplum sit de Monialibus Sapientiz Neapoli, quæ sunt sub cura mez Religionis, & tamen sunt Ordinis S. Dominici: Istæ Theatinorum priuilegiis fruuntur; & hoc

hoc ob priuilegium, quod habent Fratres Minores, per quod Moniales sub eorum cura viuentes gaudent illorum priuilegiis, concessit hoc priuilegium Minoribus Bonifacius VIII. vt testatur Sorbus, in Compendio *titulo Communicatio priuilegiarum, numero 6.* Insuper, vt notat acutus Pasqualigus etiam præciso priuilegio, Moniales sub cura Regularium viuentes sunt velut pars illius Religionis, sub cuius custodia, & cura viuunt, & sic gaudent illius priuilegiis.

Verum cum Pellizzario *tractatu de Monialibus, cap. 9. quæst. 4. num. 3.* quæro an, & quo modo Moniales immediatè subiectæ Ordinario, vt possint priuilegiis, ad quorum vsum, ex tenore concessionis requiritur ministerium Prælati Regularis, cui aliàs deberent esse subditæ; cuiusmodi verbi gratia est priuilegium dispensandi, absoluendi, &c. Respondetur, posse vti, si in tenore concessionis habeatur præfata priuilegia suffragari Regularibus per ministerium proprii Prælati, abstrahendo quod Prælati sit Regularis, aut non Regularis; cum enim Ordinarius sit proprius Prælati Monialium non exemptarum, in dicto tenore concessionis venit nomine Prælati: secus, si in tenore concessionis supponatur priuilegia suffragari Religiosis per ministerium Prælati Regularis; sic quippe Ordinarius respectu Monialium non exemptarum dici non potest venite nomine Prælati Regularis, cum verè non sit regularis.

An Episcopus possit cogere, vt Populus in diebus Dominicis, aut solemnioribus Festis, ad propriam Parochiam conueniat.

RESOL. XXV.

Afirmatiuæ sententiæ adhæret Iacobus Marchantius, in *Resolutione Pastor. de Sacrament. Ecclesia, cap. 7. §. 6.* vbi sic asserit: responderetur communiter Regulares, vt priuilegiarum suorum fimbrias magnificent, & dilarent phylacteria sua, Episcopum id non posse. Rationem afferunt, quia Episcopus non possit restringere ius commune, quod habetur ex vniuersali consuetudine. Ita Filliucius, & alij. Item quia Concilium Tridentinum solùm dicit, vt Episcopus moneat populum diebus Dominicis, aut Festis solemnioribus ad propriam Parochiam conuenire. Sed in contrarium est praxis quorundam Episcoporum, tum in antiquo iure, tum in iure etiã nouo Concilij Tridentini fundata, nec non in ratione. Tridentinum enim *sessione 22.* in Decreto de obseruandis in celebratione Missæ, cum multa insinuasset, ac hoc etiam quod iam dictum est, scilicet monendum esse populum, vt frequenter ad Parochias conueniat, immediatè subiungit: Hæc igitur omnia, quæ summariim enumerata sunt, omnibus locorum ordinariis ita proponuntur, vt non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam vt delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuunt: atque ad ea inuiolatè seruanda censuris Ecclesiasticis, alij que pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant; non obstantibus priuilegiis, ac consuetudinibus quibuscumque. Ergo vbi populus ad hanc monitionem de frequeranda Parochia negligens cerneretur, oportunis remediis potest Episcopus providere, etiam sub pœnis præcipiendo.

Adde quod idem Concilium *sessione 24.* declaret, teneri vnumquemque Parochiæ suæ interesse ad audiendum verbum Dei: imò Dominicis, & festiuis diebus præcipit pueros in Parochiis erudiri, in rudimentis Fidei, & obedientia erga Deum; & parentes. Cùm autem verbum Dei, aut etiam instructio rudium, tempore Parochialis Missæ, plerisque in locis ruralibus fiat; ad eam Parochiani compelli possunt ab Episcopis. Hinc in Diœcesi nostra Leonensi exat Decretum. Parochianos omnes monemus, & eis mandamus, vt in suis Parochialibus Ecclesiis diligentes sint, ad verbum Dei, aliæque Diuina audienda; alioquin si eos ad tres continuas septimanas diebus Dominicis, & Festiuis abesse absque legitima causa, vel sui Pastoris licentia, contigerit; volumus contra eos ad pœnas canonicas, & statutarias antiquas huius Diœcesis, aliisque arbitrarias procedi. Ita habetur in Synodo, *titulo decimo, capite quarto.* Simile Decretum habetur in Synodo Namurcensi, *titulo 4. capite 14.* Quis vero hæc audeat condemnare, & Patres Synodi, inter quos multi docti Theologi? Videri potest hæc de re libellus intulatus, *Parochianus obediens.* editus Duaci à quodam Patre Capucino 1633. Vbi fuscè probat teneri Parochianos audire Missam, & verbum Dei in sua Parochia, saltem diebus Dominicis & Festiuis Maioribus, cessante legitimo impedimento. Hucusque Marchantius *vbi supra,* & cum ipso plures in Gallia & in Belgio.

Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, stante consuetudine, & priuilegiis obtentis à Regularibus, vt late probat Stephanus Baunys in *Theologia morali, tomo 1. tractatu 8. de Præcepto audiendi Missam, quæstione 5. per totam,* cui adde Leandrum *de Præcepta Ecclesia, tractatu 2. disputatiuone 1. quæstione 21.* Dicastillum *de Sacramento, tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 4. num. 59.* & Ioannem Præpositum in *3. par. d. Thoma, quæst. 83. art. 6. dub. 4. num. 208.* & alios penes ipsos; quorum aliqui censent non esse præceptum iure, vt Sacrum in Parœcia audiatur; alij vero censent saltem contraria consuetudine illud præceptum abrogatum, & perinde satisfieri præcepto de Sacro audiendo; quocumque loco audiatur; verbi gratia in priuato Oratorio, in Sacello extra Parœcialem Ecclesiã sita, &c. Ex quo patet longe potiori iure huic præcepto eos satisfacere, qui Sacro interfunt apud Mendicantes, vt patet ex Bulla Leonis X. quam refert Nauarrus, *capite 21. numero 5.* vbi dicitur eos satisfacere præcepto Ecclesiæ, qui Sacrum in Ecclesiis Mendicantium audiunt diebus Dominicis, &c. & ex alia Bulla Pij V. quam refert idem Nauarrus *supra;* & denique ex Bulla Clementis VIII. data 22. Decembris anno 1592. quæ incipit: Venerabilis frater, vbi dicitur: Sancimus licere sæcularibus Christi fidelibus vniuersis libere Missas diebus Dominicis, & alijs Maioribus audire in Ecclesiis tam Fratrum Prædicatorum, quam aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegij Societatis Iesu iuxta illorum priuilegia, & antiquas consuetudines. Ea vero priuilegia Mendicantibus sunt concessa per Leonem X. & Pium V. & nominatim Societati per Paulum III. in Bulla, quæ incipit: Paulus Episcopus. ex quo patet aliquos Pastores minus prudenter contrarium suis Parœcianis inculcare, eorumque conscientias illaqueare.

Dicit fortaße aliquis id concessum, salua remanente obligatione sacri Parœciatis. Respondetur, id dici non posse, quia si priuilegium ita intelligeretur, nihil plane operaretur; nemo enim ignorat licere vnicui

vnicuique etiam sine speciali priuilegio Sacrum audire quouis loco, vbi celebrari potest, manente obligatione Sacri Parœcialis. Dices Pontifices nolle abrogare laudabiles consuetudines: ergo non sunt censendi dare priuilegium audiendi alibi Missam, quàm in Parœcia, vt præcepto satisfaciatur. Respondetur, si esset lex expressa Pontificia, Summus Pontifex eam posset abrogare, & censi posset illi derogasse per huiusmodi priuilegia: ergo idem dicendum de consuetudine, sicubi viguisset, quod scilicet, quoad vim præceptiuam illi derogauerit; quia in Bullis Leonis, & Pij V. expressè dicitur, quòd satisfaciatur præcepto audiendi Missam. Dices, Pontifex habet potestatem in ædificationem, non verò in destructionem. Respondetur, id præfenti negotio imprudenter applicari, & si quid concludatur argumentum, non tam concludere Pontificem non derogare virtuti obligandi ipsius consuetudinis, quàm non potuisse derogare, quod cum iniuriâ fedis, & potestatis Pontificiæ videtur dictum. Adde, quòd cum per Sacrum Parœciale intelligant, solempne illud, quod celebrari solet in singulis Parœciis, si verum esset illud dictum, non deberet permitti Fidelibus, vt aliud priuatum etiam intrâ Ecclesiam Parœciale audirent, cum tamen vbique in Templis Parœcialibus paulò celebrioribus varia Sacra fiant, ad quæ fideles conuenientes non existimant se vltèrius obligari ad Sacrum solempne audiendum. Et hæc omnia docet Præpositus vbi suprâ; qui etiam postea numero 209. probat secundum rigorem iuris, Fideles non teneri Missam Parœciale audire, nec Concionem: Sed quicquid sit de hoc, ex superius dictis firmatum est, & patet Episcopos non posse statuere, vt Fideles diebus Festis saltem aliquibus Sacrum in Parœcia audiant; atque ad eò, si ferant Excommunicationem in eos, qui non audiunt Sacrum in Parœcia, eam esse nullam, tum quia non possunt quidquam statuere contrâ priuilegia à Pontificibus concessa, tum quia non possunt etiam vniuersales consuetudines abrogare; Et ità declarauit Sacra Congregatio Cardinalium. Et idè Trullench tractat. de iure Parochi, cap. 6. numero 13. quod si tota, aut maxima pars Parœcianorum Parœciam desereret, posse Episcopum simplici mandato præcipere, vt Parœciani ad suas Parœcias accedant audiendi Missam causa, non tamen id pœnis impositis præcipere, aut constitutionem sub excommunicatione ferre, quo in casu Missam audientes (secluso Parochi contemptu) eam non incurrerent, optimè existimat.

Nec suprâdictis obstat Sixti V. auctoritas in Extrauag. quæ incipit, Vices illius de Treuga, & Patrum qui Trident. Concil. interfuere: quibus placuit sess. 22. in decreto de Obseruandis in celebratione Missæ, hortari Parochos, vt moneant populum, vt frequenter ad suas Parochias accedat, & maximè diebus Dominicis, & Festis. Ad Primum responderetur Xistum, tantum illa Extrauag. vetare, nè Parochiani Missam audiant in Monasteriis contempto Parocho. Ità Azorius, tom. 1. lib. 7. cap. 6. quest. 4. Portelius in Addis. ad dub. regul. verb. Missa, & in Respons. casu 29. par. 3. Ad secundum responderetur præceptum de Missa audienda in Parochia illis verbis non dari, sed consilium vt indicat hæc vox *Moneant*. Vide Elgium Bassæum, verb. Missa 8. num. 9. qui licet asserat opinionem Theophili esse probabilem, nostram quam ipse sequitur docet apud omnes Fideles esse in vsu; & quam præter Dicitores citatos, tenet Castrus Pa-

Anton. Dianus, Pars X.

laus tom. 4. tractat. 22. disput. unica punct. vlt. num. 12.

Et tandem claudam hanc Resolutionem cum verbis docti, & amicissimi Patris Raphaelis Auerfa, de Sacram. Euchar. quest. 11. sect. 19. vbi sic ait: Communi sententia, & praxi exploratum est, præceptum audiendi Missam non restringi ad Parochiam singulorum, sed benè posse adimpleri in quacumque alia Ecclesia; quia nec iure aliud statutum, nec consuetudine introductum est. Et refertur declaratio S. Congregationis, quod nec Ordinarius possit cogere populum ad audiendam Missam, aut Concionem in propria Parochia. Concilium verò in priori loco tantum ait: Moneat Episcopus populum, vt frequenter ad suas Parochias saltem diebus Dominicis, ac maioribus Festis accedant quo loquendi modo supponit potius id non cadere sub obligationem. In altero loco ait: Moneat Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochiæ suæ interesse, vbi commodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei: vbi planè sermo non est de audienda Missa, sed Concione. Attamen nec simpliciter sub obligatione receptum est, audire vel in Parochia, vel in alia Ecclesia Concionem. Ità ille, & ego. Consuetudo tamen Regularibus, vt cum Reuerendis Parochis benè se gerant; & suos Pœnitentes à frequentatione Ecclesiarum Parochialium minimè dissuadeant.

An Regulares colloquentes cum Monialibus absque licentia peccent mortaliter.

R E S O L. XXVI.

Negatiuè respondet Vidal in Arca Theologiæ Moralit, tit. de Monialibus. Inquis. 2. n. 49. vbi sic ait: Regulares exempti alloquentes Moniales indifferenter sine expressa licentia etiam per longum temporis intervallum mortiferè non peccant, dummodò absint prava intentio, & probabile periculum peccati. Ità Vidal; qui postea plures probationes adducit. Et tandem, n. 83. hæc subiungit. Sciendum verò est, posse nos probabiliter affirmare, accedentem ad Moniales frequenter cum iusta, & rationabili causa, quamuis sine expressa licentia, & seclusis circumstantiis extrinsecis malis, non incurrere Excommunicationem, neque mortiferè peccare, licet in illo loco prohibeatur per legem specialem sub excommunicationis pœna accessus ad Monialium Monasteria sine Superioris expressa licentia. Ratio est clara; tum quia in hoc casu sufficit licentia tacita, aut interpretatiua, vel præsumpta Superioris; qui rationabiliter esse non potest inuitus saltem quoad rei substantiam, & subditus rationabiliter præsumit, & iudicat Superiorem hinc & nunc concessurum talem licentiam, si peteretur & etiam si sciret causam; at de facto non petitur ex aliquo iusto respectu humano: tum etiam, quia, vt alibi diximus, cessante sine legis, vel in particulari, vel in generali, cessat etiam ipsa lex, vel in totum, vel in partem; ratio enim legis plus debet attendi, quàm ipsa lex, cap. Cum cessante de appellat. Vnde lex fundata in præsumptione, non obligat coram Deo in illis casibus, in quibus præsumptio deficit; cum ergo lex prohibens accessum ad Moniales sine legitima Superioris licentia, fundetur in præsumptione probabilis periculi venereæ tentationis, aut alterius grauis peccati, sequitur cessante hoc finè in particulari, cessare etiam legis obligationem,

S stando

stando in foro conscientiae pro illo tunc, & pro illo casu: ergo. Hæc omnia Pater Vidal, & ante illum Bordonus in *Consil. Regular. tom. 1. resol. 7. num. 81.* & nouissimè Delbene, de *Immunit. Eccles. tom. 1. cap. 14. dub. 5. sect. 2. num. 1. cum seqq.*

Sed affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo: & quidem in re tam graui, ex cuius transgressione Regulares exempti subûduntur alternæ iurisdictioni, videlicet Ordinarij, & quæ prohibetur sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, difficile mihi videtur non ad esse peccatum mortale, vt apertè declarauit Sacra Congregatio, & docet me citato Tamburinus, de *iure Abbatissarum. disp. 25. quæst. 5. num. 1.* & me citato Pellizzarius, de *Monialibus. cap. 5. sect. 5. num. 200.* Idem docet Nouarius in *Summa Bullarum, tom. 1. verb. Clausura, & accessu Regularium, num. 3.* Squillante de *Priueleg. Episcop. par. 1. c. 13. n. 56.* Peyrinus in *Priueleg. Minor. tom. 2. constit. 7. Pij V. numer. 3.* Coriolanus de *Casib. reserua. par. 2. casu 3. num. 29.* Merolla *tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficul. 7. num. 615.* Lezana in *Summa. tom. 4. verb. Moniales, num. 20.* qui citat Naldum, & Bonacinam. Vndè, me consulente, seuerè puniant Episcopi Regulares cum monialibus colloquentes, vt saltem alij timore pœnæ, abstineant deducere in praxim opinionem Patris Vidal, & aliorum, quam ego, pro vtroque foro, ex Oraculo Sacræ Congregationis, & communi Doctorum sententiâ, minimè admittendam esse existimo.

An Medicus in causa dubia possit in Ieiunio dispensare, imò dictis illorum acquiescere, dicentium, Se non posse ieiunare, absque alia veritatis indagatione.

RESOLVT. XXVII.

AD vtrumque casum affirmatiuè respondet Vidalin *Arca Theolog. Moralis, titul. de Ieiunio, Inquis. 2. num. 79.* vbi sic ait: Medicus ex consuetudine legitima potestatem habet sibi delegatam à Summo Pontifice, vt dispensare valeat in ieiunij præcepto: quod autem ità sit, Probatur: Medicus ratione suæ artis esse debet melioris conditionis circa ieiunij præceptum, quàm sint alij Doctores, sed isti interpretari possunt, & declarare præceptum ieiunij in tali & tali casu non obligare: quorum interpretatio prudenter facta absque alia Superioris dispensatione liberat à ieiunij præcepto: ergo Medicus vltra interpretationem, potest etiam relaxare ieiunium per potestatem ei concessam, & delegatam ex consuetudine, vt sit melioris conditionis, cæteris aliis Doctoribus. Nec obstat dicere, quod consuetudo vt iurisdictionem conferat, esse debet legitima, & præscripta, sed præscribi non potest quoties subiectum est incapax illius rei, quæ per consuetudinem induci intenditur; vt notant Panormitanus, & Felinus in *cap. Causam de præscript. & in cap. 4. de consuetud.* & Doctores communiter: ergo Laici cum sint incapaces Ecclesiasticæ iurisdictionis, *cap. Causam de præscript.* sequitur, illos acquirere non posse hanc iurisdictionem: per consuetudinem: ergo neque etiam Medicus acquirere potest potestatem dispensandi in præcepto Ieiunij, quæ est spiritualis, & Ecclesiastica; ideoque est incapax. Respondetur concedendo Maiorem, ad alia dicitur esse quidem verum, quod Laici per consuetudinem non possunt acquirere iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam

cum sint omninò incapaces; secus si loquamur de delegata; idcirco per consuetudinem possunt illam acquirere, vt constat ex praxi: nam Principes Sæculares vltra Pontificia priuilegia, aliquam delegatam iurisdictionem acquirunt per consuetudinem; tum in conferendis Ecclesiasticis Beneficiis: tum in puniendis Clericis; tum in causis spectantibus ad Sanctum Officium iudicandis, & huiusmodi, vt Monarchia in Sicilia, & Dataria in Gallia; & nihilominus Sancta Sedes Apostolica hæc, & alia tolerat, & permittit. Hæc Vidal.

Sed negatiuæ sententiæ communiter adhærent Doctores. Itaque dicendum est de Medico, & de quocumque viro prudenti, quod nimirum non possint dispensare, cum non habent iurisdictionem spiritualement in foro exteriori, sed solum possint declarare, an causa sit sufficiens, an non. Siquidem hoc spectat ad iudicium prudentiale. Et ità docet Pasqualigus in *Praxi, de Ieiunio, decis. 389. num. 4.* Idem docet Fagundez, *præcept. 4. lib. 1. cap. 9. num. 3.* qui citat Siluestrum, Angelum, Rosellam, & Azorium; quibus adde Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 7. num. 16.* vbi sic ait: Notatamen quando causa est euidenter iusta, nulla opus est dispensatione: quando non est certa, tunc consulendi viri docti, vt Professor casuum, Doct. Theologiæ, Confessarius, & Medicus. Si aliquis eorum dicat causam esse sufficientem, nulla requiritur dispensatio, quo in casu ipsi non dispensant, sed declarant causam esse, vel non esse sufficientem; quod si aduc dubia esset, tunc recurrendum ad Superiorem, vt dispense, quia tunc necessaria est iuris relaxatio, quam Medicus, vel Confessarius potestatem non habent. Ità ille. Et nouissimè Ioseph Rocafull in *Praxi Theologia Moral. tom. lib. 3. de præcept. Eccles. cap. 11. num. 212.* sic asserens: Nota etiam Medicum non dispensare in hoc præcepto abstinentiæ à carnibus quando dat licentiam, sed solum declarare; vnde sola licentia illius non sufficit ad licitè carnes comedendas, nisi quando aut certa, aut probabilis est necessitas: Si autem dubia res est, tunc necessaria est autoritas Superioris, vel Episcopi, vel Confessarij electi per Bullam. Ità Rocafull, & communiter Doctores. Vide Bordonum in *Miscellan. Decis. 677. fol. 38.*

Ad rationem verò adductam à Patre Vidal de consuetudine præbente iurisdictionem spiritualement delegatam incapaci. Respondeo, quod hæc doctrina gratis Medico applicatur, & gratis idè negatur: verum puto absolutè, quoad omnes esse reiiciendam, ex his, quæ dixi in *tract. 1. par. 7.* contra Rabardeum. Et ad exemplum Monarchiæ Regni Sicilia, assero, quod qui illam defendunt, non dicunt procedere ex consuetudine, (vt vult Vidal,) sed ex priuilegio Urbani II. concessio Comiti Rogerio; quod acriter tamen refellit Cardinalis Baronius in *tom. 11. Annalium;* & acriter contra illum defendit Ioannes Beltran de Guevara in *Origine Monarchiæ Regni Sicilia, edita Matrini,* & nouissimè ex Theologis Societatis Iesu Pater Petrus Vvadingus, *tractat. de Contract. disput. 9. dub. 7. §. 2. num. 3.* verum de hac quæstione ego alibi.

An Eunuchus, qui occultè, sed spontè se fecit castrare sit ab Episcopo dispensabilis, ut ad Sacros Ordines promoveatur.

RESOL. XXVIII.

Affirmatiuè respondet Pater Andreas Gerunda de *Episcopatu*, lib. 2. disp. 5. cap. 3. n. 21. vbi sic ait: Hinc casum solui, de quo consultus dum hæc conderem, de Eunuchis, qui spontè castrare se fecit, an ità irregularis esset, vt ab Ordinario non posset ad Sacros Ordines dispensari? Respondi quicquid nonnulli in contrarium senserint, etiam posse: Et ratio est, quia quamuis notorium esset eum euitatum, id tamen per delictum factum fuisse occultum erat; cum igitur hæc irregularitas ex delicto sit, & non ob vitium corporis, vt communiter sentiunt apud Auilam, par. 7. disp. 3. dub. 1. vers. *contraria sententia deducta à Canone*. 22. *Apost.* hinc fit ex vi Tridentini, cuius expendimus decretum, posse ab Episcopo dispensari.

Dices, hanc irregularitatem reduci ad homicidium voluntarium, cuius irregularitas, quamuis occulta sit Papæ per Tridentinum est reseruata. Respondeo, licet sciuerim nonnullos Doctores extendere reseruationem irregularitatis ex homicidio voluntario occulto, contra hæc, ad mutilationem voluntariam occultam: at probabilius esse contrarium: tum innixus rationi, tum Decreto Congregationis Cardinalium Tridentini relato à Soario de *Censur. disp. 44. sect. 4. n. 32.* cui subscribunt idemmet Soarius, Emanuel, cap. 187. *concl. 1.* qui expressius nostræ fauent conclusioni: Accedit Auila ne *Irregul. disp. 3. dub. 3. concl. 2.* dicens, esto publicè constet de euitatione, dummodò delictum sit occultum, posse dispensari ab Episcopo, cum eadem sit ratio de hoc, ac de excommunicato occulto publicè celebrante. Miror autem Siluestrum contrarium sentientem *corpore vitiatum 9. & 10. ad. finem* pro se citare 1. cap. de *corpore vitiat.* quod quidem non modo de Clerico publicè Monomachiam obeunte loquitur, cuius delictum erat manifestum, sed in illo eodem casu Glossam, si legisset Siluester, eam docere comperisset, posse Episcopum dispensare, quicquid etiam in contrarium iudicauerit Tabiena. Hucusque Gerunda, cui etiam ego adhæreo.

An Clerici incedentes per Ciuitatem in diebus Bachanalibus personati, vulgò Mascherati, peccent mortaliter.

RESOLVT. XXIX.

Negatiuè respondet Pater Vidal in *Arca Theologia moral. tit. de Statu Ecclesiast. inquis. 1. n. 18. & seqq.* vbi ponit, & probat, quod ex nullo iure communi Canonico interdictum esse dignoscitur Clericis sub culpa mortali ludum larualem. Ità deductur à iure ipso Canonico. Ratio est; tum quia in iure Canonico nullus expressè textus reperitur prohibens Clericis sub mortali ludum larualem, & à Doctoribus nullus assignatur: ergo in iure expressè non prohibetur Clericis ludus laruarum. Nam aliàs extaret in iure talis textus. Ideò Clerici personati indecentes lethaliter non peccant contra ius præceptiuum talem ludum sub culpa mortali illis interdicens. Ex hoc infert quod Clerici incedentes personati modestè cum debitis circumstantiis mor-
Anton. Diana, Pars X.

tiferè non peccant peccato scandali. Ratio est, tum quia tali modo laruati incedendo non præbent aliis occasionem eorum exemplo mortalis ruinæ; tum quia ex leuitate materiæ non insurgit graue scandalum; tum quia ob vsum, & consuetudinem, quæ vbique viget, vt Clerici personati aliquandò incedant, nullum patiuntur scandalum Sæculares, etiam si videant Clericos incedere personatos, dummodò tamen seruent modestiam, pudicitiam, ac decorem; tum etiam quia vt plurimum incogniti incedunt per Urbem personati, & à prætereunibus non cognoscuntur, quinam sint illi: ergo ferè nunquam Clerici incedentes personati mortaliter peccant peccato scandali, dum tamen seruent modestiam, ac decorem. Et tandem n. 60. sic concludit. Clerici Sæculares non solum, sed etiam Regulares incedentes personati recreationis causa mortiferè non peccant, neque quoad ludum laruarum, neque quoad præceptum iuris habitum personatum illis prohibens; neque quoad rationem scandali, neque quoad habitus dimissionem ad modicum tempus.

Sed hæc reiicienda sunt: Et ideò puto non esse recedendum à communi sententia Doctorum, nempe in tali casu Clericos Sæculares, & Regulares peccatum mortale committere. Et ità præter Doctores citatos à Patre Vidal tenet nouissimè Hieronymus Garcia in *Summa Theol. Moral. tract. 1. diff. 2. dub. 2. num. 5.* vbi sic ait: En quarto lugar entra las mascaradas, acerca lo qual dicen Armilla, Siluester, el Abad, Lambertino, y el Cardenal, à los quales refieren y siguen Comitolio, lib. 6. *quest. 7.* Petrus Gregorius in *Synagmate iuris*, lib. 39. cap. 11. Barbosa, in *Collectan. ad cap. Cum decorem. de vit. & honest. n. 3.* que pecca mortalmente el Clerigo que lo vsare, como no lo haga por euitar algun daño disfrazandose esta opinion se funda, in cap. *Cum decorem citato*, y se colige de la Clement. 2. de *vita, & honest. Cleric.* donde se condena al Clerigo que dexa el abito por hazerse mascara: y la razon es, porque esta accioncede en grande iniuria del estado Sacerdotal, y estimar poco el abito, y la dignidad que tiene; y siendo in cosa graue nadie lo escusa de peccado mortal, y en la Authent. de *Sanctissimis Episcop. §. ultim.* Se pone pena de destierro à los tales: y en algunas Diocesis ay escomunion mayor por Synodal, contra los que ordenados in Sacris se disfrazan, y de cierto Prelado deste Reyno sabemos, que castigò à vn Canonigo por esto: Los Religiosos à mas de pecar grauemente incurrer en escomunion, ex cap. *Vt periculosè ne Cler. vel Monac. in 6.* Ni se escusan estos en opinion de muchos, con dezir lleuandebaxo del debito de mascaradas, el de Clerigos, que esto es muy per accidens, pues va oculto, y assi si la bona fides no escusa à algunos que vinen en lugares ocultos, no hallo otra manera de escusa. Ità ille. Et quidem eo ipso quod Clericus laruatus incedit, dicitur incedere immodestè, & sine decore; arque ideò, nescio quo pacto dici possit Clericum personatum non peccare mortaliter, si modestè, & cum decore incedat: quænam enim modestia, & decor dici potest, & imaginari in Clerico personato?

Nota etiam hîc obiter, Patrem Vidal *vbi supra, Inquis. 2. num. 24. seqq.* docere, quod venatio ex sui materia omnibus est licita, etiam Ecclesiasticis; quibus interdicitur tantum illa, quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa: Vnde frequenter, & cum clamore exercendo venationem dempta omni alia circumstantia mala venialiter peccant.

non mortiferè, neque contra Ecclesiasticum præceptum neque ratione scandali, &c. Probarur hæc opinio: nam Laici frequentando clamorosas venationes secundum se mortiferè non peccant peccato scandali: Ergo neque etiam Ecclesiastici. Antecedens est certum apud omnes. Consequentia probatur, quia differentia, que interuenit inter Laicum, & Ecclesiasticum est tantum in ordine ad statum vtriusque: sed venatio clamorosa non adeò grauiter dedecet statum Ecclesiasticum, vt sit culpa lethalis in Ecclesiasticis: ergo, si Laicus frequentando venationes clamorosas non peccet mortiferè peccato scandali, neque etiam peccabunt Ecclesiastici.

At ego, vt olim docui, hanc sententiam admitto, dummodò ratio fiat venatio clamorosa, non tamen frequenter, & per modum consuetudinis; aliter erit peccatum mortale in Ecclesiasticis omnibus assidue venationem cum clamore, & tumultu exercere ob grauem pœnam impositam à iure Canonico contra Clericos frequentantes venationem clamorosam. Et ita præter Doctores à me alibi adductos, tenet hanc sententiam nouissimè Petrus Marchant in *Tribun. Sacrament. tom. 3. par. 3. tract. 3. tit. 1. §. 3. propos. 10.* & me citato Bassæus in *Florib. Theolog. verb. Venatio. num. 3.* & Baucius in *Casibus singularib. conscientia. cas. 215. peses 5.* qui citat Lessium, Medinam & Siluestrum: Non est igitur sententia Patris Vidal admittenda, cum sit contra communem; & Doctores ab ipso allati non loquuntur de venatione clamorosa.

An illegitimus occultus incurrat irregularitatem.

RESOLVT. XXX.

Negatiuè respondet Alphonsus de Castro, *lib. 2. de lege pœnali, cap. ult. concl. 5.* & hæc sententia firmari potest speciali textu, *cap. Congruente. de fil. Presbyr.* vbi hæc habentur. Fraternalitati tuæ mandamus, quatenus si publicum est, & notorium Patrem R. Clerici habuisse in prædicta Ecclesia personatum filiam eius ibidem ministrare, aut eiusdem Ecclesiæ personatum habere, nullatenus patiaris, & si iam institutus est ibi, etiam inde non differas de mandare. Idem prorsus habetur in *cap. Quoniam, & cap. Ex tua nobis eodem per ea.* Vt si constaret eos esse filios Sacerdotis, &c. Ex quibus textibus manifestè liquet, illegitimos natales impedimento non esse, quominus possit quis Beneficium, seu Dignitatem adipisci, ni sint notorij, ac publici; ergo si occulti fuerint, inhabilitatem ad Beneficia, vel ad Ordines quorum eadem videtur esse ratio, non inducent, cum à contrario sensu vim argumentum habeat. Confirmatur, quod circa hanc inhabilitatem ad Beneficia lex Canonica publicos solum considerauit natales illegitimos, quos punit, non autem alios; exceptio enim firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis *leg. Nam cum liquidè, ff. de pœna legata. & leg. quesitum 22. paulò antè §. Si quis fundum. vers. Idem respondit. ff. de Fund. instructo.* & cum habeant esse de eodem, vt notatur frequenter à Doctoribus, non est dubium, quin ad rem nostram dicta regula faciat, Demum adde *ex cap. Innocent. de elect.* vbi vt *Glossa* animaduertit, non ex sola secreta confessione natalium illegitimorum habita ab Archidiacono Eboracensi, electo in Episcopum, sed ex notitia, quam Pontifex comparauit

ex quibusdam suffraganeis, illud condidit decretum, &c. Ergo opus est, vt notorius sit defectus hinc natalium ad inducendum irregularitatem. Et idè ex his nouissimè Pater Gerunda de *Episcopatu tom. 1. lib. 2. disp. 2. cap. 2. num. 3.* existimat quod non est improbable per defectum natalium occultè illegitimorum, non contrahi irregularitatem.

Sed ego hoc nonmitterem, cum talis opinio sit contra communem sententiam Doctorum, asserentium, illegitimum quantumuis occultum; & communiter, legitimum reputatum verè irregularem esse; quia *textus in cap. 1. & cap. fin. de Filiis Presbyter. & aliis*, absolute illegitimum ab Ordinibus excludunt, nulla distinctione facta de publico, vel occulto: Sicuti adnotarunt Nauar. *cap. 27. num. 201.* Couarruias, *Clem. Si furiosus, 2. par. §. 3. num. 4.* Vgolinus de *Irregularit. cap. 44. §. 1.* Gutierrez, *lib. 1. Canon. Quæstion. cap. 13. numero 20.* Sayrus, *lib. 6. cap. 10. num. 36.* Azorius, *2. par. Institut. Mor. lib. 6. cap. 3. quæst. 23.* Auila *7. par. de Censur. disp. 3. dub. 6. concl. 1.* Coninch, *disput. 18. dub. 12. in princip.* Laymann, *lib. 1. Summ. tract. 5. par. 5. cap. 5. num. 1.* Bonacina, *tom. 1. disp. 7. quæst. 2. part. 3. num. 2.* Hurtado de *irregul. difficul. 16.* & alij passim. Et ad textus in contrarium adductos, præter alias rationes, assero, procedere in foro exteriori, non autem in foro interno.

Sed quia hinc sermo incidit de illegitimis, multos casus de ipsis pro praxi breuiter exponam. Dico itaque quod illegitimus dispensatus simpliciter ad Ordines, intelligitur solum ad minores dispensatus; *Glossa. in cap. litterarum, verb. Ordinari. de filiis Presbyter. & in cap. ult. eodem cit. in 6. verb. Ad Ordines.* Suarez de *Censuris, disput. 41. sect. 3. num. 3.* Sanchez *lib. 8. disp. 1. numero 26.* Azorius *2. par. lib. 6. cap. 3. quæst. 6.* & dispensatus ad Ordines non est dispensatus ad Beneficia, quia sunt separabilia. Panormitanus in *cap. litterarum, num. 6. in fin. de filiis Presbyter.* Sayrus, *lib. 6. Thesauri, cap. 10. num. 23.* Azorius *supra, quæst. 5.* Sanchez, *num. 27.* Barbosa *allegat. 45. num. 6.* Et dispensatus ad beneficium de vnico, & simplici intelligitur. Barbosa, ibi Sayrus aliis relatis *num. 23. & 32.* solum est dubium an ex vi huius dispensationis possit illegitimus obtinere aliud Beneficium primo relicto? Negat Couarruias in *4. Decretal. 2. par. cap. 8. §. 8. num. 5. vers. 6.* Sayrus, *lib. 6. cap. 11. in fine,* & alij relati à Sanchez, *lib. 8. de Matrim. disp. 31. num. 6.* eò quòd dispensatio sit stricti iuris & strictè intelligenda: & facit Textus in *cap. 1. §. Ille verò. de filiis Presbyter. vbi dispensatus ad Beneficium potest vnicum tantum obtinere.* Sed contrarium scilicet posse successiuè plura Beneficia obtinere; probabile est, cum enim quilibet possit plura Beneficia simplicia, quorum quodlibet congruæ sustentationi non sufficit, obtinere absque dispensatione, illegitimus secundum communio-rem sententiam hac potestate priuatur, ac proindè etsi dispensatus sit ad beneficium, non censetur dispensatus nisi ad vnicum tantum, vti explicat Sanchez aliis relatis dicto *lib. 8. de Matrim. disput. 51. num. 11.* Neque item ex dispensatione ad Curata Beneficia censetur dispensatio facta pro Canonicatibus vel dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, quia sunt omninò diuersa, & propter eorum qualificationem debent necessariò exprimi. Ob quam rationem sub dispensatione etiam generali ad quæcumque Beneficia non comprehenduntur. Vti aduertit Barbosa dicta *allegat. 45. num. 8. & 9.* Sayrus, *cap. 10. num. 26. & 27.* Nec sua dispensatione ad Dignitates comprehenditur

prehenditur Dignitas maior Ecclesiæ Cathedralis, & principalis Ecclesiæ Collegiatæ. Et hæc omnia docet etiam Castrus Palus *tom. 6. disp. 6. punct. 9. n. 5.* qui *n. 13.* docet etiam quod illegitimus non dispensatus ausus fuerit celebrare in ordinibus susceptis, etsi grauissimè peccet, nullam tamen Irregularitatem denuò contrahit, quia nullibi est statuta. Sicuti non est statuta seruis, & corpore vitiatis, eò quod absque dispensatione ordinati, in susceptis Ordinibus ministrant, non enim ob violationem Irregularitatis Irregularitas contrahitur. Sicuti tradit Innocentius *in cap. Si celebret, num. 3. de Cleric. excomm. Ministr. Nuarrus, cap. 27. num. 153. & 194.* Gregorius de Valentia, *tom. 4. disp. 7. quæst. 19. part. 2.*

An minor pars in aliquo Capitulo possit concurrere cum maiori parte ad eligendum indignum.

RESOL. XXXI.

Affirmatiuam sententiam nouissimè docet Bordonus *in Conf. Regular. tom. 2. resol. 61. num. 32.* tum quia in tantum peccat sic suffragando, in quantum cum à minori parte non pendeat valor electionis, sed à maiori *capit. Qua propter. cap. In Genesi. cap. Vt Ecclesia. de Elect.* Tum quia causa remota non attenditur, sed proxima, quæ verè, & efficaciter influit in effectum. *leg. Sed & si plures. §. Interrogato. ff. de vulgari & pupillar. substit. leg. Cum de hoc ff. de except. iud. Oldradus consil. 25. sepult.* Causa autem proxima est maior pars, remota verò est minor: ergo ea attendenda est in ordine non solum ad electionem validam, sed etiam licitam, seu illicitam. Facit dictum Prophetæ: *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Et minor pars conformando se cum maiori, quod secreto sine dubio contingere debet, non dicitur cooperari, & consentire, neque approbare illorum factum, sed tantum permittere ex materiali suffragatione votorum. Confirmatur, quia ex probatis non tenentur suffragari digno in tali casu, cum agant actum frustratorium, neque possunt renuntiare iuri suo cum non sit priuatum ius, sed publicum totius Collegij: ergo possunt fingere se indigno suffragari, licet formaliter non suffragentur.

Sed si hæc opinio esset admittenda à multis scrupulis Electores immunes essent. Sed non possum recedere à negatiua sententia, quam communiter docent Doctores, quos citat, & sequitur Peyrinus *de subdito, tom. 1. quæst. 1. cap. 31. §. 2. quæst. 4.* qui citat Sorum, Vasquez, Vegam, & Bañez; quibus ego addo Lessium, *lib. 2. cap. 34. dub. 13. num. 60.* Ratio est tum quia ille ab aliis est iniquè intrusus, cui iniquitati nullo colore fauendum est: Tum quia eligere indignum est intrinsece malum, quod nulla ratione fieri potest licitum. Non nego tamen, quod si Elector est dubius de indignitate personæ eligendæ, potest se cum timoratis Dei conformare: ac si est omninò certus de indignitate, nequaquam; debet enim iudicare; illos non habere eam certitudinem de indignitate eligendi, quam ipse, sed potius contrariam.

Antonin. Diana, Pars X.

An accusatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione.

RESOLVT. XXXII.

AD hoc dubium etiam respondet Peyrinus *de subdito, tom. 1. q. 1. c. 31. §. 9.* Dico quarto. accusatus de aliquo delicto non est capax electionis: *Navar. lib. 5. consil. de accus. consil. 6. Rodriquez in Sum. cap. 105. numero 2.* Probat, quia in potestate vnus maleuoli, inuidi, & amici esset meritissimos viros à promotione ad dignitates, maximè, quæ per concursum dantur, ablegare. Id tamen debet intelligi, modò accusatus non sit grauatus apud bonos viros de tali peccato; nam hoc casu propter malam famam ineligibilis esset, vt habetur *cap. Omnipotens Deus, de accusatio. & docet Naldus in Summa, verb. Infamia, numero 1. & Molfesius, tom. 1. Summa, tract. 6. num. 29. 30.* Hucusque Peyrinus.

Sed hoc vltimum non admittit Leandrus à Murcia *in cap. 8. Regul. Sancti Francisci, cap. 12. num. 10.* vbi sic ait: Pace istorum Doctorum, esta doctrina no la tengo por verdadera, por que la infamia aun no haze, ni vale por vn testigo mayor de toda exception, como lo enseñan Lessio *de iustit. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 16. num. 46.* y Pottel *verb. Correctio Fratrum, num. 35.* ni haze semiplena prouança para que alguno pueda ser juzgado, ni prueua en manera alguna, sino solo sirve, y haze officio de acusador, abriendo camino al juez para que pueda proceder à la inquisicion especial, como lo determina el Derecho *in cap. Tua nos, de cohabitatione Cleric. & mul. leg. 3. §. Testibus. ff. de Testibus, & cap. Testes, §. Alia est fides. 4. quæst. 3. & cap. Præerea. vbi Abbas, numero 3. de Testibus.* Bartolus *in leg. de Minore. §. Tormenta. ff. de quæst. & in leg. Proprietatis. Cod. de probationibus, & cap. Tam litteris. de Testibus. & leg. Decurionum. Cod. de pœnis. Parisius consil. 10. num. 9. lib. 2. Decius consil. 54. colum. 2. versic. Sic etiam. Valscus, consult. 176. num. 7.* Luego no deuen ser repelidos de la elecion, los que solo estan infamados de algun delito, porque la dicha infamia no puede seruir de prueua alguna: y assi esta acusado con infamia, no es mas, que tener dos acusadores; pero no prueua contra si, por quanto, como queda prouado, la infamia solo sirve, y haze officio de acusador; pero ni le haze ni le puede hazer de testigo: y assi el acusado con infamia, no tiene prueua alguna contra si; pues que razon ay para que sea condenado real y efectiuamente, no dexandole concurrir? Y se confirma, porque como enseñamos en el *cap. 8. num. 8.* no basta el dicho de vn testigo para repeler à vno de la elecion, aunque iure que inhabil: la infamia no prueua tanto como vn testigo; luego mucho menos podrá serlo por ella. Item, porque como diximos en el *cap. 9. en el num. 11.* para que sea vno repelido de votar en la elecion, se requiere que sea vltimamente conuencido, y que se proceda iuridicamente en la causa, el que solo està acusado, aunque tenga contra si la infamia, no solo no està conuencido, pero ni tiene semiplena prouança contra si; luego no deue ser repelido de la elecion: ni conuence lo contrario el *cap. Omnipotens Deus. De acufationibus,* que alega Peyrinis per su sententia, porque alli habla el texto, en caso que pueda auer lugar, para que antes de la elecion, el acusado, y infamado se pueda purgar, y prouar su inocencia como consta claramente del texto que man-

da que se haga assi, con aquellas palabras: Cum an-
 ,, tea requiri, & discuti debeant: pero quando el ca-
 ,, so es tan apretado, que no ay lugar de hazer estar
 ,, pruevas, porque la eleccion se ha de hazer, luego
 ,, no puede ser repelido el assi causado, aunque este
 ,, infamado, sino esta conuencido iuridicamente: por-
 ,, que en caso de duda, es mejor la condicion del que
 ,, posee su derecho para la eleccion, como realmente
 ,, le posee el assi acusado, Ita Leandrus.

*An si electio remaneat apud duos, vnus alterum
 eligere possit.*

RESOL. XXXIII.

Afirmatiuam sententiam tenet noster doctus
 Pater Pasqualigus, *decis. 253. num. 4.* & penes
 ipsum Ancharanus *in cap. Nullus de Electione.* Paulo
 de Elezariis *ibid. num. 13. tom. 2. Repert. Io. Andreas
 in Regul. In toto de Regul. iur. in 6. Panormitanus, par.
 2. consil. 25. num. Biax in Direct. Elect. par. 3. cap. 23.
 num. 3. Boich. cap. Quia propter de Elect. num. 1. Tuf-
 chus lit. E. conclus. 72. & 78. Sigismundus, de elect.
 & potest. Pralat. par. 1. cap. 3. dub. 24. numero 5.* & alij
 Hoc autem potest contingere, si vnus vtatur eligen-
 di potestate, & alter cedat iuri suo eligendi; tunc
 enim ille hunc eliget, vt docet Ancharanus *ubi su-
 pra*, & Elezarius, *numero 13.* & hic consentiet ele-
 ctioni suæ. Hic autem erit electus à toto Collegio,
 quia licet ad Collegium constituendum requirantur
 plu es, potest tamen ad vnum deuenire, & tunc re-
 sident in illo toto potestas Collegij. Secundo mo-
 do potest contingere, si vnus ab alio palàm eliga-
 tur, & electus consentiat suæ electioni, & hoc pacto
 augeat numerum; in hoc enim casu seruatur id quod
 ius præscribit, *cap. Quam 18. quest. 1.* Quod videli-
 cet electio debeat esse concors; non enim esset con-
 cors, si electus in alium consentiret. Vnde talis ele-
 ctio erit à toto Collegio Quod autem consentien-
 do suæ electioni possit augere numerum, patet, quia
 non incipit ipse suam electionem, & proinde non
 est ambitiosus sed ab alio inceptam complet. Ex
 his colligitur, ait Pasqualigus, quod in nostra Reli-
 gione Clericorum Regularium Theatinorum po-
 test sequi electio canonica vocalis Capitulo Gene-
 rali interfuturi: etiam si Electores ad duos tantum
 reducantur; quia licet prior modus non habeat lo-
 cum; quia qui voci actiue renunciat, remanet etiam
 priuatus passiuæ, vt habetur, *par. 3. Decret. cap. 1. nu-
 mero 2. & 3.* habet tamen locum posterior modus:
 nam vnus potest alteri suffragari, & iste electioni
 suæ consentire, & electio erit canonica, vt iam patet
 ex dictis. Quod præsertim habet locum, quia iuxta
 Constitutiones huius Congregat. *par. 3. cap. 1. verb.
 Nulla electio, &c.* permittitur vnicuique in electione
 huiusmodi accedere ad seipsum, dummodò ante
 scrutinium omnes, & singuli Electores in id con-
 sentiant. Et Constitutiones huiusmodi confirmatæ
 sunt à Summis Pontificibus cum amplissimis clau-
 sulis, & derogationibus omnium, quæ ipsis ob stare
 possunt. Et idèd post Pasqualigum, & alios Docto-
 res *ubi supra*, hanc sententiam tenet etiam ex no-
 stris Pater Vidal *in Arca Theologia moral. tit. de Ele-
 ctione. Inquis. unica per totum*, in qua larè, & doctè
 probat, canonicam Electionem fieri posse inter
 duos, vt aliquando efficitur in nostra Religione in-
 ter duos vocales tantum per accessum ad seipsum,
 Et ex variis rationibus probat larè, vt dixi, & solidè
 quod Capitulum secundum ius canonicum subsiste-
 re legitime potest in duobus tantum vocalibus, &

electio est canonica, quamuis aliquandò palàm fiat,
 sicut etiam censetur valida, licita, & legitima electio
 facta inter duos solum vocales per accessum vnus
 ad seipsum cum alterius libero consensu, insisten-
 do tum iuri communi, tum etiam speciali Religio-
 nis. Et hæc omnia superius dicta confirmat Barto-
 lus, *leg. si consul. ff. de adopt. existimans aliquem pos-
 se seipsum eligere dum facultas eligendi, pluribus
 commissa est, non verò quando vni tantum est de-
 mandata. leg. Si mandauero, §. si tibi, ff. mandato.* Et
 hanc sententiam probabilem esse putat Bonacinade
Elect. Pontif. concl. 3. punct. 1. num. 11. quia, ait ipse,
 dum facultas eligendi pluribus commissa fuit ele-
 ctio fit à Communitate; à qua singulares persone
 seorsim sumptæ in ea quare distinguuntur; & hæc
 distinctio sufficit ad collationem Dignitatis, & iuxta
 istam distinctionem, facile solui possent rationes
 aliorum Doctorum.

Verum negatiuam sententiam tenet Nauarrus,
*lib. 1. concl. 6. de elect. num. 4. Mirandain Manual. Pra-
 lat. tom. 2. quest. 23. artic. 5. concl. 25. Azorius, tom. 2.
 lib. 4. cap. 5. quest. 8. Rodriguez in Q. Q. Regul. tom. 2.
 quest. 53. artic. 12. sub finem, Sopranus de Elect. Pon-
 tif. lib. 4. cap. 8. quest. 6. Romanus Villadiago, Gamba-
 rus, & Panormitanus penes Bonacinam, ubi supra:*
 quibus ego addo nouissimè Patrem Bordonum *in
 Consiliis Regularium, tom. 2. resol. 61. num. 59.* Proba-
 tur, quia in hoc casu impossibile est seruare essen-
 tiam electionis, quæ est assumptio vnus ex pluri-
 bus ad minus ex duobus, quia pluralitas saluatur in
 duobus, *reg. 40. in 6.* in casu autem præsentis non
 sunt duo, quorum alter possit eligi, eo quod si vnus
 eorum est Prior, iam eligibilis non est, si verò non sit
 superior adhuc alter eorum non est eligibilis, nimi-
 rum ille, qui debet eligere; non enim potest idem
 eligere, & eligi, cum nemo possit oriri à seipso: ergo
 electio remanet tantum respectu vnus, quod est
 contra naturam electionis quæ ex pluribus est vnus
 vocatio. Et probatur *Act. 1. de electione S. Matthiæ,*
 ibi enim ita dicitur. Oportet ergo ex his viris, qui
 nobiscum sunt congregati testem resurrectionis
 eius nobiscum fieri vnum ex istis: & statuerunt duos,
 Ioseph, qui vocabatur Barlabas, qui cognomina-
 tus est iustus, & Matthiam, & orantes dixerunt:
*Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende quom
 elegeris ex his duobus vnum.* Ecce quomodo electio
 est vnus ex pluribus. Secunda ratio desumitur ex
*cap. Quia propter de elect. quæ est, vt maior pars con-
 sentiat in aliquam; hic autem non datur maior
 pars, nec minor, neque vota dicuntur secreta.* Et in
 primo modo adducto à Pasqualigo, electio in qua
 eligendus renunciat voci actiue non saluatur, quod
 dicatur electus à toto Collegio, quia licet in vno
 tantum saluaretur ius actiuum, necesse tamen est,
 quod electio fiat vnus de pluribus, siquidem elec-
 ctio essentialiter accepta ex parte iuris passiuæ in-
 cludit pluralitatem ex supra probatis. Secundus
 modus non videtur subsistere, quia supponit ele-
 ctionem non posse consistere sine illo accessu, & con-
 sensu, consequenter propriè qui consentit dicitur
 eligere seipsum, nec obstat, quod ipse non incæperit
 Electionem, quia eam perfecit, & absoluit, quod ma-
 ius est: ergo verè seipsum elegit.

Et hæc sunt opiniones circa præsentem questio-
 nem. Quid ego sentiam dicam breuiter: Puto itaque
 vtramque sententiam esse probabilem; adhæreo
 tamen ego priori affirmatiue, tanquam probabi-
 liori, quam præter Doctores citatos; tenet etiam Sa-
 muellius, *de Elect. disp. 3. tract. 1. contr. 8. per totam,*
 qui etiam facit mentionem de tali electione, quæ
 aliquando

aliquando in nostra Religione euenire à nobis, supra obseruatum est, & illam defendit. Sequor libenter hanc sententiam ex illo Axiomate iuris, quod in dubio actus debet interpretari validus, *leg. Quoties, ff. de rebus dub. leg. Quoties, ff. de verb. obligat. leg. Si quando, ff. de legat. 1. Abbas conf. 62. In controuersia, col. 1. num. 7. vers. 3. lib. 2. Rolandus à Valle, conf. 61. num. 23. & seq. vers. Quinto considerandum, lib. 3. vbi extendit ad omnem actum, latè Romanus, conf. 180. Si admittimus, num. 4. cum seqq. vbi extendit ad omnem disputationem, videlicet Contractus, Testamenta, Iuramentum, Attestationes, & Priuilegia, Bertazzolus, de clausulis Instrum. clausul. 1. gloss. 4. num. 5. & in reperi. leg. Si quis maior. Cod. de transact. num. 506. Pichardus ad §. Si quis alium, num. 4. de Inutil. stipulat. Ferrerius, in Constit. Cathalonie, gloss. 1. num. 151. Vnde omnis interpretatio admittitur ad sustinendum actum, Rota, Decis. 469. num. 3. par. 2. recent. Rolandus à Valle, conf. 61. n. 26. lib. 3. Cardinalis Tusch. tom. 4. lit. A, conclus. 136. num. 14. & ista, quæ fit pro validitate actus est regina aliarum interpretationum, Cephalus conf. 51. num. 39. Cardinalis Mantica, de Coniectur. ult. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 13. etiam si aliquid quandoque disponatur præter intentionem agentium, cap. 1. §. Idem quoque in fine, de dispensat. Imp. b. lib. 6. Federicus de Senis, conf. 15. num. 5. Itaque cum nostra sententia faciat pro validitate electionis, ex superius dictis, sequenda videtur.*

Aliqua curiosa circa Ritum in ordine ad celebrationem Missæ obseruansur.

RESOL. XXXIV.

Difficultas est, an Sacerdos, dum lauat manus, debeat recitare totum Psalmum cum Gloria Patri in cornu Epistolæ. Gauantus putat versus Gloria Patri dici posse cum reditur in medio altaris & caput inclinatur; sed hoc non placet Patri Bordonis, in *conf. Regular. tom. 2. resol. 64. n. 9.* quia, si ad Gloria Patri, inclinatur caput, sine dubio persistere debet vsque ad illius finem in cornu Epistolæ, & post redire ad medium altaris; aliter actum inclinationis capitis præstare non potest, quia capitis humiliatio fit sine motu locali personæ. Confirmatur; quia Gloria Patri est pars Psalmi: ergo in cornu Epistolæ dicendus sicut dicitur Psalmus; totius enim, & partis idem ius est, *leg. Quæ de tota 75. ff. de rei vendic. cap. Pastoralis 28. §. Item cum totum, ff. de off. deleg.* Hæc Pater Bordonus, cui ego adhæreo, stante auctoritate viri magni Petri Ruiz in ordine celebrandi Missæ, par. 3. §. 6. vbi sic ait: Tum iunctis ante pe-

ctus manibus facta ibi inclinatione accedit ad cornu Epistolæ, vbi stans Ministro aquam fundente lauat manus, id est, extremitates digitorum pollicis & indicis ambarum manuum, dicens totum Psalmum; cum Gloria Patri, Lauabo inter innocentes manus meas, &c. quo finito Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis reuertitur ante medium altaris, vbi stans, &c. Ita ille; qui, vt vides, vult vt totum Psalmum Lauabo cum Gloria, reciteret in cornu Epistolæ.

Notat idem Bordonus, n. 17. quod Generalis, & Prouincialis, dum Missam cantant, possunt sedere ad partem Euangelij, sicut facit Episcopus, loquendo præcisè de sessione, ratione loci: quia honorandi sunt, cum non solum comparentur cum Episcopis, sed etiam cum Patriarchis, & Primatibus, Rodriguez tom. 1. quaest. 1. 2. art. 5. & quia Principes sunt in suis

Religionibus, ex eodem Rodriguez, q. 68. art. 3. Compend. resol. 90. num. 33. & quia Prælati Abbates Regulares in eodem loco sedent, Carimon. Canon. Regular. S. Saluar. c. 17. Deinde Gauantus, part. 1. tit. 17. num. 6. dicit Celebrantem idè sedere ad latus Epistolæ, vt cedatur locus Euangelij Episcopo sedenti, si adit; sed Episcopi non solent sedere in Ecclesiis Regularibus: Ergo talis locus est proprius Generalis, & Prouincialis.

Notat etiam, num. 20. Sacerdotem sine Cotta, & Stola transferendo Pixidem in qua custoditur Eucharistiæ Sacramentum ad aliud altare, non peccare mortaliter, sed solum venialiter, etiam si hoc faciat coram aliquibus videntibus; quia non conficit per hoc Sacramentum, neque ad id munus deferendi præcisè requiritur deputatio; ex quo Laicus etiam in peccato mortali existens illud tangens, vel etiam in vsu necessitatis deferens ad Infirmum non peccat mortaliter ex Paludano in 4. dist. 5. q. 2. concl. 3. & ex ipso Suarez in par. 3. tom. 3. disp. 72. sect. 4. ergo à fortiori Sacerdos illud præcisè deferens in Tabernaculo, neque proinde tangens immediatè, non peccat mortaliter. Confirmatur in sententia eorum, qui asserunt Ministrantem illud in peccato mortali, non peccare mortaliter, ergo à fortiori neque qui illud tangit mediatè. Quæ rationes licet probent formaliter in ordine ad tactum, nihilominus coadiuuant etiam in ordine præcisè ad decentiam Sacrorum indumentorum, quorum ommissio in eo casu non infert tantam irreuerentiam, quantam inducit peccatum mortale in Ministro, vel alio tangente Sacratissimum Christi Corpus. Ita Bordonus.

Quæro hic, quid sit modus communicandi? Possuinus de Officio Curati: c. 8. num. 5. sic ait: Communio non benè datur cum sola Pyxide, quia semper fragmenta cadunt, quæ si non excipiantur à Patena retenta inter indicem, & medium digitum sinistrae manus, cadunt insensibiliter in terram, etiam si particulas diligenter à minutissimis fragmentis purgaueris ante Consecrationem. Applica Patenam, & experientia veritatem docebit; saltem in magnis Communionibus. Sed hoc est contra consuetudinem, & contra Rubricam Missalis, tit. 10. num. 6. vbi habentur hæc verba: *Manu sinistra Pixidem, seu Patenam cum Sacramento.* Ergo stat in potestate Sacerdotis vti Pyxide, vel Patena. Quod patet ex illa particula, *Seu*, nam propria vis huius dictionis est, vt disiunctim, seu alternatiuè accipiat, vt patet ex *leg. 1. §. Sublata, ff. ad Trebell. leg. Si quis ita legauerit, ff. de auro, & argento legato. leg. generali*, & docet Menochius *conf. 738. num. 1. & 8.* Alexander, *conf. 79. num. 5. vol. 5.* Natta *conf. 650. num. 6.* Geminianus, *conf. 28. num. 11.* & aliis, quos citat Cenedus, *Singul. 15. num. 1.* Addit Possuinus, supra, quod tutum non est Pyxidem esse valdè repletam propter periculum, ne particulae in eis tractandis cadant: Addit etiam, quod nec etiam securum est communicare particulis positris super Patenam, quia potest fieri, vt illas tantum appropinques communicando, vt communicandus sola respiratione possit particulas à Patena deiicere. Sed absolutè, ex Patre Trimarcho, non placet Francisco Nigro in ordin. celebr. Missam, part. 7. Regul. 7. num. 7. Siquidem Patenæ vsus inter communicandum conceditur ab Ecclesia, vt patet ex citata Rubrica: Placet verò Trimarchi, si sermo sit in aliquo casu, id est, si Sacerdos ponat plures & plures particulas, siquidem propter multitudinem particularum periculum est, quod respiratione personæ communicandæ, particulae à Patena deiici possint: Addit, & benè Possuinus, bonum

nt esse, quod Celebrans, dum communicat, particulas digitis teneat in maiori parte illius, quia cum Celebrans communicabit, oportebit tangere os personæ communicandæ, & consequenter Celebrans, vix euadet, quin digitos madefaciat; ex quo deinde non paruum incommodum sentiet, cæteræ particula hærendo digitis, & ægrè se euellentes; vnde si teneatur in minori parte illius tota Sacramenti administratio euadet munda. Addit etiam, & bene, quod Celebrans cauere debeat inter communicandum, ne porrecta particula, digitos tergat dentibus, vel ori communicandæ personæ; nam scrupulosus est, & indecentia, & in mulieribus communicandis aliquid mali habere videtur. Hæc omnia Nigrus, vbi supra, quæ adnotare volui quia quotidiana.

Sed si aliquis curiosus hinc quærat, an Orationes septem Psalmorum Pœnitentialium à Sacerdote in fine Litaniarum dicendæ sint genuflexo, an stante? Idem & quando in Choro recitantur Litanie in diebus Rogationum. Stantes esse recitandas, docet noster Castaldus in suo *Cærimon. edit. sub anno 1613. lib. 2. cap. 18. num. 30.* & Gauanus ad finem *Breuiarij, sect. 10. cap. 1.* Sed negatiuam sententiam tenet Bordonus in *Consil. Regul. tom. 2. resol. 64. n. 3.* Tum quia initium, & medium recitatum fuit ab omnibus genuflexis, ergo & reliquum, cum finis, & mediorum sit eadem ratio, *leg. Oratio, ff. de spons. constat autem de genuflexione principij & mediorum, ergo ex illorum qualitate infertur conditio finis: Tum quia stare denotat Resurrectionem Christi, quem Sacerdos repræsentare non potest in recitatione Psalmorum Pœnitentialium, cum simul oret cum aliis pro remissione peccatorum, tam propriorum, quam aliorum cum ipso in Choro psallentium. Nec obstat quod in aliis Officiis Hebdomadarius ster, ex Rubrica 34. num. 4. quia est pro Officio ordinarij; quia in illis designat Christum stantem in sua Resurrectione; in his autem quæritur à peccatis resurrectio: ergo genuflexione, quæ pœnitentiam indicat quærenda. Ita Bordonus.*

Sed ego non recedo ab opinione Patris Castaldi, & Gauanti, & ita in praxi obseruatur non solum in nostra Religione, sed etiam communiter. Et ad argumentum Patris Bordoni obstat Rubrica Breuiarij, tit. 24. §. 4. vbi sic habetur. In Fetiis aduentus, Quadragesimæ, & quatuor Temporum dicuntur preces feriales etiam ad Vesperas, si non sequatur festum: ad Completorium dicuntur consuetæ de Dominica, sed flexis genibus: Dicuntur autem preces flexis genibus ab Hebdomadario vsque ad versum, *Dominus vobiscum.* Ita ibi. Ex quibus verbis apparet non esse admittendum id quod docet Pater Bordonus, quod quando initium & medium recitatum fuit flexis genibus, ergo & reliquum: nam hoc esse falsum patet ex dicta Rubrica.

An qui vult, vel habuit pro Pœnitentia iniuncta audire Missam, vel dicere Officium Beata Virginis, si Missam audiat, vel recitet sine interna attentione, adimpleat votum, & Pœnitentiam.

R E S O L. XXV.

Videretur probabiliter affirmari posse responderi, sicut probabiliter dicitur, præceptum audiendi Missam, & recitandi Horas Canonicas adimpleri sine interna attentione, dummodò interius recitans, vel audiens Missam, non se gerat distractus.

Et pro hac sententia ego alibi citavi Hurtadum, Lugo, & alios, & me citato illam tenet nouissimè Dicastillo, de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 5. dub. 8. num. 95. & dub. 9. n. 117.* vbi sic inferit. Eadem ratione colligitur posse implere præceptum audiendi duas, vel plures Missas, si præceptum præcisè sit ex præcipiente, vel legislatore humano, humanaque auctoritate, etiamsi vni tantum, vel etiam nulli interius attendat: dummodò exterius sit in eo loco, & situ, quo censetur omnibus Missis præsens, nullo dato signo exteriori, quo ostendatur non omnibus, aut nulli Missæ attendere; nam cum iuxta nostra principia non sit necessaria vlla attentio interna ad implendum Ecclesiæ præceptum, dummodò ita assistatur, vt nulla distractionis significatio detur; attentio verò ad tres, vel plures Missas simul non sit impossibilis; profectò ex eo quod quis assistat pluribus, non colligitur quod illis non attendat; neque enim assistentia & attentio ad vnã pugnat cum assistentia & attentione ad reliquas. Ita ille, cui addo Pellizzarium, in *Manual. Regular. tom. 1. tract. 5. c. 4. sess. 1. n. 48.* etiam me citato. Vnde miror, quomodo Reuerendissimus Magister Candidus, *tom. 1. disput. 25. dub. 14.* vocauerit hanc sententiam improbabilem, cum illam ex Dominicana Familia doceat Syluester, Dorandus, Paludanus, & D. Antoninus; & ex Societate Iesu Cardinalis Lugo, Coninch, Dicastillus, & plures alij viri doctissimi.

Sed quo ad Casus propositos de Voto, iuramento, & Pœnitentia, negatiuam sententiam docet idem Dicastillus, vbi supra dub. 7. n. 90. vbi sic ait: Vtrum autem hoc ipsum sufficiat ad impletionem Voti, aut iuramenti, non est huius loci disputare; sicut nec de impletionem Pœnitentiæ iniunctæ in Confessione. Sufficiat dicere non esse eandem rationem, atque de præceptis Ecclesiæ, nam cum obligatio Voti, & iuramenti sit de re, quæ quantumuis interna sit, sufficienter innotescit Deo ipsi, cui promissio Voti facta est, aut quem in testem adduximus rei faciendæ, & qui est propriè iudex, & cognitor impletionis rei promissæ; vel, vt aliis verbis rem explicem, cum materia promissa comparatione promittentis, & eius, cui promittitur, sit æquè nota, etiamsi materia sit actus internus, & æquè subiecta voluntati promittentis, aut iurantis, sibi quæ quasi imponentis priuam legem, potest potestas obligandi ad eam materiam se extendere, quæ promitti pariter homini, & acceptanti Deo æquè subiecta est, & nota atque effectet materia externa. Ecclesia verò, aut Princeps aliquis suam quasi spheram non extendit, nec extendere potest, nisi tantum ad externos actus, qui natura sua subsunt externo illius iudicio, & cognitioni, vt explicatum est. Quod verò attinet ad Pœnitentiam iniunctam in Sacramento Confessionis, quia ea Pœnitentia iniungitur à Sacerdote gerente vices Christi, & iudicante nomine ipsius, atque efficiente, vt illud opus satisfactorium sit pars integralis Sacramenti: ex his omnibus capitibus potest resultare obligatio iuris naturalis diuini, quæ potest transcendere ad actus etiam internos, ad quos Christus ipse instituens Sacramentum, potest virtute sua obligandi pertingere, qui externorum pariter actuum atque internorum nostrorum Iudex est, Princeps, ac Dominus, de illisque iudicat: quod tamen non habet Ecclesia, vnde illud axioma ortum habuit: Ecclesia non iudicat de occultis. Ita Dicastillus.

Verum aliquis posset dicere, quod obligatio Voti, & satisfactionis imposita à Confessario, regulatur, & obligant instar præceptorum Ecclesiæ, vt tradunt communiter Doctores, nisi aliter constet de inten

intentione vouentis, & Confessarij: sed secundum opinionem probabilem præceptum Ecclesie non obligat ad attentionem internam, sed tantum externam: ergo neque obligabit Votum, aut Pœnitentia imposta à Confessario. Cogita, nam ipsemet Dicastillus postea *dub. 9. n. 119.* suam sententiam vocat tantum probabiliozem.

An mulier, quæ, erumpente ipsa natura, in Masculum transiuit, possit initiari Sacris Ordinibus, inconsulto Summo Pontifice.

RESOL. XXXVI.

POSSE hoc euenire, & sæpius euenisse, testatur Peruditissimus Torreblanca in *Pract. iuris Spirituualis, lib. 5. cap. 9. n. 20.* vbi sic ait: Quare non solum incalescendi vis immutatur viris, & fœminis; sed naturæ quoque instrumenta sunt inuersa, quia non modo nati infantes, sed ætate etiam prouecti in omnium oculos ex fœminis Mares facti sunt, vt docent Hippocrates *lib. 6. Epidemiar. cap. 8.* Galenus, *lib. de usu part. & lib. de Anotomi. administr.* Aegineta, Auicena, Rasis, & alij non contemnendæ lectionis. Quod vt verum omnino; & Philosophiæ consentaneum, rationique conforme apud varias nationes contigisse testes oculati farentur, tam antiqui, quam recentiores; nam apud Chastios accidisse Anamisiæ vxori Gorgippi, & Spoletanæ mulieri, & aliis, narrat historiæ Princeps, Titus Liuius *ab Vrbe condit. lib. 42.* plura Bauhin, *vbi supra.* De muliere Caietæ, quæ per quatuordecim annos nupta piscatori, in virum migravit: & de Æmilia, quæ Antonio Spensæ nupta ciui Ebulano post annum nuptiarum XII. in virum mutata, quæ soluto matrimonio, vxorem duxit, & filios procreauit, vt narrant Iouian. Pontan. in *hist. Neapolitan.* Cocceius, Sabellicus *lib. 9. exemplor. Anton. Torquemad. in hort. dial. 1.* Apud Lusitanos in oppido Ezgueyra Maria Pacheco, cum eius ætatis esse inciperet, qua fœminis menstrui fluores inchoantur, loco liquidi humoris, è locis ei membrum virile eripuit, sicque ex puella subito adolescens ephebus apparuit, & cum sexu vestitum virilem, & nomen assumpsit, vocatusque est Emanuel Pacheco, vt narrat Amatus Lusitanus *cont. 2. curat. 39.* Apud alios tamen similia contigisse in hæc verba testatur Plegeton *Mirab. lib. 1.* Virgo quædam Smyrnæ nata Philotis nomine, cum matura viro tradita esset à Parentibus, masculino enato membro in virum euasit. Quin, & Laodicæ, quæ est in Syria mulier Æteta nomine etiam nunc cum marito degens, è fœmina vir extitit, cui nomen Æretus præside Athenis Mæzino, Romæ Conss. L. Lamia, & Æliano veteri. Hucusque Torreblanca.

Hoc supposito, ad quæstionem propositam, affirmatiuè respondet Pater Leandrus, *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 5. q. 7.* Probatur Primò, quia talis olim fœmina, nunc verè est Vir: ergo potest ordinari. Secundò Hermaphroditus in quo præualet sexus virilis, secundum Hurradum *de irregul. disp. 2. difficult. 14.* & alios, potest ordinari: Ergo etiam & dicta mulier iam vir facta.

Sed his omnibus ego non assentior; & mecum consentit doctus, & amicus Pater Lezana in *Summa, tom. 4. verb. irregularitas, num. 13. & 14.* vbi sic ait: Ad hanc speciem irregularitatis reducitur illa, qua affecti sunt hermaphroditi, id est habentes vtrumque sexum masculi, & fœminæ. Hi enim sicut alij

monstruosi irregulares omnino sunt. Nam si æquè polleant vtroque sexu, vel fœmininus præualeat omnino incapaces Ordinum sunt, cum non sint viri, sed fœminæ, vel neutrum. Nauarrus *suprà numero 203.* Sayrus *lib. 6. cap. 8.* Cornejo *suprà. disp. 12.* Si verò in ipsis præualeat masculinus sexus licet absolute tales capaces Ordinum sint, quia sunt verè viri, quia tamen indecens omnino est, quod ad Altaris ministerium assumantur talia monstra, maxime si defectus publicus sit; idè admitti non possunt ad Ordines Sacros, nisi ex Papæ dispensatione. Similiter de fœmina in virum conuersa (quem casum sæpius contigisse historiæ narrant) idem dicendum est, absolute scilicet esse capacem Ordinum, cum re vera talis persona masculus sit, Cornejo, & Bonacina *suprà ex Suarez, Filliucio, & aliis.* Non tamen vllatenus admitti debere ad illos, propter maximam indecentiam, quæ esset, quod in Altari ministraret is, qui aliquando fœmina fuit. Ità Lezana.

Et quidem, de Hermaphrodito ita fert communis sententia contra Hurradum, vt Glossa, & Archidiaconus, *in cap. Si testis, verb. Hermaphroditus, 4. quæst. 3.* Nauarrus, *cap. 27. num. 103. & consil. 8. de etate, & qualis ordinandor.* Suarez *dispnt 51. sect. 1. num. 1.* Sayrus, *lib. 6. thesauri, cap. 8. num. 24.* Bonacina *tom. 1. disput. 7. quæst. 2. punct. 2. num. 15.* quia negari nequit eam monstruositatem indecentiam continere, in quo defectu nullus alius à Pontifice dispensare potest, vt alios referens notat Auila *part. 7. de Censur. disput. 3. dub. 5.* Castrus Palaus *tom. 6. disp. 6. punct. 1. 2. num. 1.* & Megala *in 3. part. Instit. Peregr. lib. 7. cap. 1. qu. 3. num. 13.*

Ad argumentum Patris Leandri, respondeo, Mulierem illam, quæ natura erumpente transiuit in Virum, verè esse virum: ergo potest ordinari; nego Consequentiam; quia est quidem Vir, sed cum maxima deformitate, & indecentia: ergo eget dispensatione Pontificia. Et idem assero de Hermaphrodito; quod etiam, præter Doctores citatos, tenet Dicastillo *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 20. n. 292.* qui postea *num. 293.* curiosum dubium profert, an Ordinatus sub præualente virili sexu, si postea fœmineus præualeat, si de facto proferat verba Consecrationis Panis & vini supra debitam materiam validè consecraret? Et opinioni affirmatiuæ tanquam probabiliori adhæret: Nam licet ad primò conferendam potestatem Sacerdotalem, & characterem, requiratur sexus virilis, saltem præualens; tamen ad retinendum characterem semel in anima impressum, non videtur requiri, neque ad retinendam potestatem. Imò à paritate non viator possumus argumentum fumere; sicut enim non viator retinet suum characterem, & potestatem, quam acceperat dum viator esset, eamque non amittit, quia acceperat in tempore, quo erat capax accipiendi; ita similiter in Hermaphrodito philosophandum est. Pro parte verò negatiua videtur facere, si non institutio ipsa Sacramenti, (quæ in fieri consistit, & quando Sacramentum fiebat; subiectum erat capax;) saltem institutio gradus Sacerdotalis, quæ virum requirit, vt talem gradum habeat; nec enim Christus instituit Presbyteras, sed Presbyteros. Vnde fit, actionem illam consecrandi non habere effectum, quia actio consecrandi debet fieri à Presbytero, & illa, cum sit simpliciter fœmina, non est Presbyter.

An Prælati, qui per aliquod tempus exercent, v. g. munus Gubernatoris, teneantur seruare Ieiunia, vel dies Festos illius loci.

R E S O L. XXXVII.

Negatiuè respondet Bernardus Barilis, *tractat. de Lege municipali in aduenas, Disquis. 1. §. 4. n. 37.* vbi sic ait: Quod quidem continuè accidit in Scholaribus, Prouinciarum Gubernatoribus, Oppidorum Prætoribus, & Præfectis, Castellanis, famulis ad tempus seruientibus, & similibus; qui omnes ad Patriam redire semper cogitant: vnde prædictos omnes ex ea mora, quam contrahunt, dum in tali officio suo funguntur munere, in eodem loco domicilium sortiri nullo modo dici potest, quamuis ibi residendo peruenirent etiam (vt ita dicam) ad Nestoreos annos ac proinde non ligantur legibus, & consuetudinibus eius loci, vbi temporaneam habitationem habent. Ita Baldus, *part. 1. consil. 393. incipient. Punctus talis, num. 2. & part. 5. consil. 156.* & Bartolus in *leg. Cornelia lex. §. domum, ff. de iniur. & fam. lib. Farinacius, Fragm. crim. part. 1. num. 215. lit. D.* & Praxis noua Episc. *num. 222.* Stephanus Gratianus *discept. Forens. cap. 181. num. 4. & 5.* quos sequitur Barbosa, *de Offic. & potest. Episcop. allegat. 4. num. 29.* Et ratio est, quia non simplex habitatio, & bonorum emptio; sed habitatio simul cum animo perpetuè commorandi domicilium, & incolatum facit, *leg. Libertus, §. 5. sola ratio possessionis, & §. 13. sola domus, ff. ad municip. & ibi Bartolus, leg. Cum neque, Cod. eodem, & fuse Crauetra, consil. 201. num. 10.* Vnde ad constituendum domicilium requiritur vna cum habitatione, animus, siue declaratio expressa voluntatis ibi perpetuè residendi, Ita Barilis; qui paulò post, *num. 40.* hæc subdit: Ex Supradictis quantum satis, & stabilitis colligitur, Aduenas, Peregrinos, Hospites, Extraneos, & similes, ad quemcumque locum confluentes, & ibidem per multos annos residentes, cum animo tamen ad Patriam suam redeundi, minimè ligari, legibus, præceptis, & consuetudinibus illius loci: & secluso scandalo, non tenentur ad ieiunia, abstinentias, festa colenda, Missamque audiendam, ad quæ vel vi legis, vel consuetudinis, illius loci astringuntur Ciues, atque omnes ibi perpetuum habentes domicilium: & hoc ex defectu domicilij; quia per solam moram non contrahitur domicilium, licet longa sit mora, vt iam fufius probatum est, Iuribus supra allatis. Hinc fit, quod familiares Reales Celsitudinis Sabaudia, dum Camberij moram trahunt, quamuis ibi essent (vt ita dicam) ad longissimum tempus; supposita tamen in illis continua ad Patriam reuertendi voluntate, seclusoque scandalo; ad ieiunia, abstinentias, festa sanctificanda, Missamque audiendam, & ad alias quascumque obligationes, quas, vel vi statuti, aut consuetudinis, siue præcepti, siue voti Ciuitatis, etiam de consensu, aut de mandato Diocesani susceptas, omnes Ciues, & ibi domicilium habentes perpetuum, integrè obseruare adstringuntur; nullo iure teneantur. Quare triduanam illam ab esu carniū abstinentiam ante Dominicæ Ascensionis diem, quæ sanè ibi ratione inueteratæ consuetudinis singulis annis inuolabiliter à Ciuibus obseruatur, Aduenæ, vt pore exempti, & immunes (remoto itidem scandalo) seruare non obligantur, iuribus, & rationibus supra allatis, Itaille; & post illum Pasqualigus in *Praxi de Ieiunio, decis. 189. 190. & 198.*

Sed aduersus illos insurgit nouissimè Leandrus *de Præceptis Ecclesie, tract. 1. disp. 3. q. 12. & 13.* Quia

præfati Urbis Prætores, & Officiales, dato quod non acquirant domicilium, ob rationem à contrariis datam, acquirunt quasi domicilium, vt omnes concedunt: at hoc sufficit ad hoc, quod prædicti teneantur ad festa, & ieiunia peculiaria oppidorum, in quibus habitant, vt rectè probant Suarez, Sanchez, & Baldellus, *loc. cit.* ergo. Secundò: quia cum Præfecti, & Officiales Urbium exerceant regimen illarum, necesse est, vt se subditis conforment; si velint hos obseruatores Legum, & consuetudinum Urbium: *Qualis enim Rector ciuitatis, ita & populus.* Tertiò: quia, absurdum est: quod capira nou se conforment membris: vt habetur, *cap. Non decet, dist. 12. & cap. Nolite, dist. 11.* & alibi: sed sic est, quod Præfecti, & Prætores Ciuitatum, sunt capita suæ Communitatis: ergo eisdem obligationibus debent subesse, ac ipsa subest. Et idem dicendum videtur de militibus, qui stant in Præfidiis, aut Fortalitiis; & de Peregrinis, vel Aduenis diu degentes Romæ, quia tenentur ad festa, & ieiunia, & alias Leges proprias Urbis Romæ.

Ego vt verum fatear, huic secundæ opinioni Patris Leandri magis adhæreo; quia Aduenæ manentes in aliquo loco maiori anni parte, tenentur ad ieiunia propria illius loci; vt tradit Felinus, & alij, & ego olim docui in *par. 1. tract. 9. resolut. 2.* Tamen, his non obstantibus, non audeo opinionem Barilis, & Pasqualigi tanquam improbabilem damnare. Vide etiam Medinam, *Cod. de Ieiunio, quest. 10. in initio, Ledesma 2. par. 4. quest. 17. art. 3. vers. Tertio dico,* & alios. Itaque, vt dixi ego puto, vtramque sententiam probabilem esse, licet affirmatiuam Leandri, & aliorum probabiliorem existimem; & ideo ego illi adhæream.

An Prælati Regulares possint dispensare in irregularitate occulta, contracta ex homicidio voluntario.

R E S O L. XXXVIII.

DE hac quæstione alibi sermo incidit; nunc assero affirmatiuam sententiam docere Reuerendissimum Candidum S. P. A. Magistrum, *tom. 1. disquis. 24. art. 61. dub. 8.* vbi sic ait: Dico; Prælati Regulares possunt dispensare secundum eorum priuilegia cum suis subditis in irregularitate contracta ratione homicidij voluntarij, occulti tamen: nam Martinus V. concessit, quòd Prior Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti in foro conscientia possit absolute Monachos ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reseruare consuevit, & cum eis super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi eos reseruauit, in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium, & hoc propter scandalum. Ità Martinus V. Vi præcedentis priuilegij Martini V. in quo communicant Religiones Ordinum Mendicantium, non solum Generales, & Prouinciales, sed etiam Præpositi, & Priores locales possunt dispensare cum sibi subditis in foro conscientia super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen: nam communicatio priuilegiorum sic intelligitur, quod ea, quæ conceduntur Magistro Generali vnus Ordinis, censeantur communicata Generalibus aliorum; & quæ conceduntur Prouincialibus, & Prioribus, censeantur communicata similiter Prælatibus Prouincialibus, & Prioribus, vt tradit Ioannes

Joannes de la Cruz, *lib. 2. de communicatione priuilegi-
giorum, cap. 4. dub. unico, concl. 2.* Sed prædictum pri-
uilegium fuit concessum à Martino V. Priori Mona-
sterij S. Benedicti Vallisoleti, extensum postea, &
communicatum omnibus Prioribus, & Abbatibus
aliorum Monasteriorum, vt notauit Collector priuile-
giorum Mendicantium, *verb. Absolutio ordinaria,
quoad Fratres, §. 40.* ergo Priores locales Ordinum
Mendicantium communicant in supradicto priuile-
gio; poterunt igitur cum sibi subditis in foro con-
scientiæ dispensare super omni irregularitate, etiam
contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen.
Contra præcedentes assertiones non obstat Conci-
lium Tridentinum *sess. 24. cap. 6. de Reformatione;*
vbi prohibet quòd non possint Prælati dispensare in
irregularitate proueniente ex homicidio volunta-
rio: nam licet non possint ex facultate Concilij Tri-
dentini, possunt tamen virtute priuilegij Martini V.
concessi Benedictinis, & virtute priuilegij concessi
Prædicatoribus; priuilegium enim concessum nullo
modo abrogatur, nisi fiat de illo specialis mentio, &
abrogatio: ac in Decreto Concilij Trid. nulla est facta
priuilegiorum mentio, & abrogatio: poterunt ergo
Prælati Regulares virtute alterius priuilegij Marti-
ni V. & Iulij II. dispensare cum sibi subditis in irre-
gularitate contracta ex homicidio voluntario. Et hæc omnia docet Pater Candidus *vbi supra;* cui ad-
hæret nouissimè Hieronymus Garcias *in Polit. Regul.
tom. 1. tract. 6. difficul. 1. dub. 1. n. 7.*

Sed Pater Magister Lezana *in Summa, tom. 1. c. 18.
num. 44.* hanc sententiam non admittit, quia dictum
priuilegium Martini V. fuit viuz vocis oraculum, vt
Casarubius *in Compend. priuileg. Mendic. verb. Dispen-
satio, num. 24.* habet, notans hoc priuilegium litera
O, idèd his temporibus nihil valet. Et de priuilegio
Iulij II. asserit nescire quantum valeat, & an sit so-
lum viuz vocis oraculum, an verò ex aliis priuile-
giis possint hodie Regulares dispensare in irregula-
ritate homicidij voluntarij alibi diximus, & Pater
Lezana *vbi supra* docet, quòd quando homicidium,
etsi voluntarium, & illicitum, est ita occultum, vt
nullo modo sciri, aut probari possit; probabile est
apud aliquos posse Prælatos Regulares, super irre-
gularitate propter illud contracta, dispensare. Ratio
est, quia etiam est apud illos probabile, posse Episco-
pos in prædicto casu dispensare, ac per consequens
etiam Prælatos Regulares, qui quasi Episcopalem
habent iurisdictionem. Neque obstat Concilium
Tridentinum, *sess. 24. c. 6. vbi dispensatio in homici-
dio voluntario, etiam occulto negatur Episcopis;*
exponunt enim Concilium de homicidio voluntario
occulto, quòd aliquo modo probari potest, vel de il-
lo, quòd factum est per insidias, aut proditorie, *iuxta
cap. 7. sess. 14. eiusdem Concilij, Auila de Censuris part.
7. d. 6. sect. 5. dub. 5.* Miranda *2. tom. Man. qu. 8. art. 10.*
Extat etiam priuilegium Pij V. concessum Congre-
gationi Cassinensi, vt habetur *tom. 2. Bullarj inter
Bullas Pij V. num. 129.* vbi conceditur Prælati istius
Congregationis facultas dispensandi cum Subditis
in omnibus casibus, & ob quemuis excessum, & deli-
ctum publicum, vel occultum, casu, seu data ope-
ra, quomodolibet ab eis, & singulis, etiam si homici-
dium voluntarium, seu membri mutilatio, &c. intel-
lige in foro conscientie tantum, & dummodò ta-
le homicidium factum non fuerit post ingressum
Religionis, & semper sint in illa permansuri, do-
nec vixerint, vt in eadem Bulla expressè declara-
tur. Cautissimè ergo in hisce casibus procedendum
est. Addiderim etiam pro maiori cautela, quòd si
hæc, quæ dixi probabilitatem habent, tantum intel-

ligenda sunt de homicidio voluntario; hoc enim
genus homicidij aded enorme, & malignum est, vt
nunquam debeat credi eius dispensatio concessa in
quibuscumque priuilegiis, nisi expressa mentio fiat
de illo. Hucusque Lezana; cui adde Pellizzarium *in
Man. Regular. tom. 2. tractat. 9. cap. 3. sect. 4. quest. 23.
24. §. 27. qui num. 140.* putat probabile cum Rodri-
quez non incurri irregularitatem per homicidium
omnino occultum, quòd scilicet nulla ratione pro-
bari possit in iudicio; neque in notitiam hominis
deuenire, nisi ex confessione ipsius occisoris. Et probat,
tum *ex cap. Ex tenore de tempor. ordin.* vbi ait
Alexander III. Veruntamen quia peccatum occultum
est, si promoueri voluerit, non debet aliqua
ratione prohibere (est autem ibi sermo de delicto
digno degradatione) tum quia irregularitas incur-
ritur solum in casibus expressis, in nullo autem iure
expressum est, quòd per delictum omnino occultum
incurratur irregularitas: nam iura, quæ dicunt
irregularitatem incurri, quando culpa latet, vel
quando delictum est occultum, non loquuntur de
delicto, quòd sit omnino occultum: imò Concilium
Tridentinum, *sess. 14. de Reform. cap. 6.* quòd
posset adduci in contrarium, loquitur de homici-
dio occulto, quòd scilicet non sit probatum in iu-
dicio, sed possit probari aliquo modo publicum,
non autem de homicidio, quòd sit omnino occultum;
de quo loquitur Rodriguez: tum quia excommuni-
catus, aut suspensus ex delicto omnino occulto,
non tenetur abstinere ab vsu Ordinis, ne se prodat,
vt dicunt omnes, teste Nauarr. *cap. 27. num. 239.*
sicque constat Ecclesiam nolle pœnam externam in-
fligere ob delictum omnino occultum: nec adhuc
vllam pœnam exteriorem intulit contra delictum
omnino occultum; licet enim excommunicatio in-
curratur statim ob delictum omnino occultum exte-
rius commissum, quoad priuationem suffragiorum,
quæ est occulta, ac secreta; ac non incurritur quoad
communicationem exteriorem, & participationem
Sacramentorum: cum in tali casu excommunicatus
possit se ingerere, ne se prodat, ac infamet. Ira Pel-
lizzarius nominatim contra me. Sed puto non esse
discedendum à sententia, quam docui; & puto sen-
tentiam Castri, & Pellizzarij non esse probabilem,
cum sit contra communem Doctorum sententiam,
& contra Stylum omnium Tribunalium Romanæ
Curie.

Nota etiam, quòd Pater Pellizzarius *vbi sup. que-
rit, an restrictio facta in Tridentino supra, ne dispen-
sent Episcopi super irregularitate ex homicidio vol-
untario occulto extendatur ad mandantes, aut con-
sulententes tale homicidium, ita vt hi dispensari non
possint super irregularitate contracta ex eo quòd
mandarunt, aut consuluerunt homicidium volunta-
rium.* Et notat aliquos asserere, negatiuam senten-
tiam posse probabiliter sustineri, ex Anania, *c. 2. de
Cler. pugn. in Duello,* putante non dici propriè ho-
micidam, nec committere homicidium, nisi eum,
qui factò occidit, non autem mandantem, nec con-
sulentem, sicque declarari debere statuta loquentia
de homicidijs, & committentibus homicidium: id-
que non dissentiente Sanchez *lib. 1. mor. cap. 10. n. 44.*
qui sustinet consulentem non contineri, quòd irre-
gularitatem in iure sub nomine committentis ho-
micidium, nisi etiam consulens in iure exprima-
tur; sicut verè interdum exprimitur; quòd si admit-
tatur, dicendum est in loco supracitato Tridentini,
consulentem, & mandantem non contineri; maxi-
mè cum simul in materia odiosa, quæ non debet
ampliari. Ita Pellizzarius. At ego adhæreo contra-

ria sententiæ cum Toletis, *lib. 1. cap. 82.* cum mandans, aut consulens homicidium, *cap. 2. de Cler. pugn. in duello.* dicatur perpetrare homicidium; & Tridentinum indistinctè loquatur de perpetrante homicidium: maximè cum *cap. Mulieres, de Sent. Excomm. §. Ille etiam*, verè committere dicatur delictum, cuius mandato fit. Et hoc etiam fatetur Pellizzarius *vbi supra*.

Sed an idem dicendum sit de consulente mutilationem, Doctores, quos citat, & sequitur Sayrus *de Censur. lib. 6. cap. 16. num. 11.* & alij affirmatiuè respondent, asserentes, consulentem mutilationem, ea secura effici Irregularem, sicut efficitur consulens homicidium, eo securo, quæ videtur esse communis Doctorum fundata in illa æquiparantia homicidij, & mutilationis. At ego probabiliter alibi cum Io. Præposito, Cornejo, & Baunyo docui, consulentem mutilationem non esse irregularem: quia irregularitas non incurritur, nisi sit in iure expressa & Canones solum consulenti homicidium decernunt irregularitatem: qui proinde non debent extendi ad consulentem mutilationem valdè ab homicidio differentem, & etiam in pœnis non fiat extensio à simili, seu à paritate rationis, vt dictum est, immò neque à maioritate. Et ita hanc sententiam nouissimè mordicus sustinet me citato Pater Bossius, *tom. 1. par. 2. tit. 1. §. 41. n. 1362.*

An Illegitimus, per professionem censetur ipso facto dispensatus ad omnes dignitates Religionis.

R E S O L. XXXIX.

DE iure communi, respondeo negatiuè, ex his, quæ ego adnotaui in *tractat. de Facultate Regularium dispensandi cum Illegitimis*, & docet Sanchez in *Summa tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 16.* & alij: Sed obseruo aliquos Doctores ex priuilegio contrarium docere; & idè sic asserit Portel in *Dubiis Regnl. verb. Illegitimus n. 9.* Nota valdè, quod Patres Congregationis Sancti Ioannis Euangelistæ in Portugallia habent priuilegium in suo *Compendio, fol. 9. pag. 2. in princip.* per quod Eugenius IV. concessit Conuentui Sancti Georgij in Alga, sui Ordinis, vt admissus ad Professionem inter illos, si habet defectum natalium, ipso facto sit dispensatus, non solum ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus, seu Præposituras, Rectorias, aut officia se inuicem compartientia. Sic ibi. Itaque Professus apud illos non solum dispensatur ad Ordines, sed etiam ad officia, & dignitates Ordinis. Et mihi dictum fuit à Patre, qui fuit illorum Generalis in Portugallia, apud illos id practicari. Ita ille; & post illum nouissimè doctus Pater Leandrus à Murcia, in *cap. 4. super 2. Regnl. D. Francisci. §. 2. n. 17.* qui hæc verba addit. Y es mucho de aduertir, que este priuilegio no està derogado, aunque las otras Ordenes no ayan vñado del, supuesto que tengan priuilegio de participation, (como le tenemos todos los Mendicantes, y casi todas las Ordenes) porque en dicha Orden se practica este priuilegio (como refiere Portel auerselo dicho vn General de la misma Religion) y aunque el contrario vñso del priuilegio le derogue, ha de ser el tal vñso contrario del mismo que tiene el priuilegio, como enseña Rodriguez *tom. 3. q. 5. 1. art. 5.* y Suarez, *c. 3. §. 6. num. 6.* De donde se sigue, que siendo el dicho priuilegio de la Congregacion de San Iuan Euangeli-

sta, y practicandose en ella, està en pie, y en su fuerza para que puedan vsar todos del. Et postea in *c. 5. §. 3. n. 33.* sic ait: Conuene à saber, que en nuestra Orden y entre los Padres Observantes, y Descalços, no pueden tener los ilegítimos sin dispensacion los officios siguientes: esto es, no pueden ser Generales, Prouinciales, Guardianes, Custodios, Vicarios de los Conuentos; porque en ausencia del Guardian el Vicario es Ordinario: y todo lo dicho se entiende para nuestra Congregacion, y las demas que no admiten los priuilegios; porque para las que los admiten à cerca de los ilegítimos, como diximos arriba en el capitulo quarto sobre el segundo de la Regla en el numero vltimo, ay vn priuilegio de Eugenio IV. muy extenso, con que ipso facto, en professando quedan legitimados, y dispensados para todos los officios, y dignidades. Y se deue notar, que se puede muy bien gozar del dicho priuilegio, no obstante que por ignorancia no se aya vñado del; porque Nicolao IV. concedio à los Padres de la Cartuja, que puedan vsar de los priuilegios à ellos concedidos, aunque por simplicidad, ò ignorancia del derecho no ayan vñado dellos en tiempos atras; como se aya prescripto contra ellos, ni estan derogados; y pues que vnas Religiones gozan de los priuilegios de las otras, por la comunicacion, parece que pueden gozar tambien deste: y supuesto que Sixto V. Clemente VIII. y Paulo V. en las confirmaciones que hizieron de los priuilegios de la Regular Obediencia, no pusieron la clausula, que tenus sunt in vsu, y que el priuilegio de la confirmacion (como enseña Manuel Rodriguez, Suarez, *c. 10. n. 9. y 10. Portel, verbo Priuilegij confirmatio, n. 34.*) es gracia y priuilegio de las otras, todas las Religiones gozan de la dicha confirmacion, si tienen priuilegio de comunicacion, como todas, ò casi todas le tienen: y ha de ser, de que se les comuniquen los priuilegios concedidos, y los que se han de conceder, para que se les comuniquen la dicha confirmacion; y assi gozan deste priuilegio, aunque no està en vñso. Hucusque Leandrus.

Sed Magister Lezana in *Summ. Q. Q. Reg. tom. 3. verb. Illegitimi Reg. num. 17.* loquens de dicto Priuilegio adducto à Portel *vbi supra*, sic ait: Sed quamuis ipse asserat prædictum priuilegium esse in praxi apud prædictos Religiosos, quia tamen non mihi constat an sit viuæ vocis oraculo concessum, ac per consequens reuocatum his temporibus, iuxta sæpiùs dicta, vel esto quod tale non sit, quia reuocatum etiam videtur, per reuocationem generalem similium priuilegiorum factam per Sixtum V. in duabus *Constitutionibus, tom. 1. cap. 18. num. 69.* dixi præsertim in secunda, vbi expressè etiam nominantur illi, qui eo ipso per ingressum Religionis legitimati erant, & moderatis per Gregor. XIV. in Bulla *Circumspecta.* De qua eo loco dixi. Idè non audeo dicere posse nos aut aliquos alios Religiosos in tali priuilegio vti. Ità ille.

Notandum est hîc obiter, quod illegitimus si in Prælatum eligatur à sciente illegitimitatem eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censetur dispensatus, saltem quoad forum conscientie. Probat, quia in dubio nemo præsumendus est malus: cû ergo illegitimus non possit eligi in Prælatum, aut ad aliam dignitatem absque peccato mortali, hoc ipso quod Electores consilij illius illegitimitatis ipsum modo dicto eligunt, censendi sunt tacitè cum eo dispensare, ne aliàs dicamus eos velle in tali actione peccare mortaliter. Dixi, idque saltem, quod forum conscientie; vt inuicem secus dicendum, quoad forum

forum externum, prout notat Portel *ubi supra*, n. 7. Rodriquez, Miranda, & alij, Sed pater Lezana *ubi supra* se aliorum iudicio subiiciens in resolutione istius dubij ait se valde inclinare ad credendum presentem dispensationem suffragari etiam pro foro externo. Vide Pellizzarium in *Manual. Regul. tom. 2. sr. 9. capitul. 8. sect. 3. num. 101. qui antea num. 100. quærit an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, ac dignitates Ordinis, necesse sit, ut exprimat qualitatem illegitimitatis (num scilicet sit spurius, naturalis, sacrilegus, aut incestuosus:) si quidem istæ conditiones faciliorem, vel difficiliorem reddere possunt dispensationem, adeoque hac in re locum habere potest regula iuris 81. in 6. in generali concessionibus non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Et respondit negatiue, cum verisimiliter credi possit Prælaturam regularem intendere dispensare cum Religioso illegitimo, quocumque modo sit illegitimus & alioqui facilius concedi debeat talis dispensatio viris Religiosis quàm Clericis sæcularibus, stante quod ius canonicum, c. 1. de Filiis presbyt. Religiosos illegitimos hoc ipso quod solemnem faciunt Professionem, reddit habiles ad recipiendos, Ordines etiam Sacros. Et hanc sententiam tenet etiam Rodriquez *tom. 1. quæst. 13. art. 6.* sed affirmatiuam sententiam docet Miranda *tom. 2. quæst. 2. art. 13.* Portel. *de dub. regul. verb. Illegitimus, num. 11.* Peyrinus *de Relig. Prælat. quæst. 2. cap. 5. num. 145* & Lezana *ubi supra*, ea ducti ratione, quod, sicut notant Doctores communiter, tantò difficilius concedi debet dispensatio super illegitimitate, quantò turpius dispensandus fuit genitus, & modus illegitimitatis est fœdior: quod etiam aduertit Auila, *part. 7. de Censur. disp. 3. dub. 6. conclus. 2. notat. 1.**

Sed an dispensatus ad Dignitatem inferiorem vitalis dispensationis eligi possit etiam ad dignitatem superiorem; Respondet Peyrinus *tom. 1. priuileg. Constit. 2. Iulij 11. num. 99.* non posse: probatque ex eo, quod permissio minoris non est permissio maioris; quamuis aliàs dispensatus ad maiorem dignitatem censi possit item dispensatus ad Minorem, si minor contineatur sub maiori: ut Prioratus sub Prouincialatu, & Prouincialatus sub Generalatu: Quin addit Peyrinus, dispensatum ad Prioratum, Prouincialatum, & omnes alias dignitates, quæ in Religione habentur, non idèd posse esse Generalem sine noua dispensatione; cum clausula illa generalis, posita post specialia expressa, non includat maiora, sed solum consimilia. Et ita etiam docet Pellizzarius *loco citato, cap. 2. sect. 3. num. 143.*

Verùm autem illegitimus in sæculo dispensatus ad omnia, & qualiacumque Beneficia, hoc ipso possit eligi ad Prælaturas, ac dignitates regulares. Respondetur posse; cum ea dispensatio fuerit quasi quædam legitimatio, & se extendat, ut docet Lezana *tom. 1. cap. 18. num. 61.* & Pellizzarius *ubi supra num. 144.* licet contrarium asserat Pater Bordonus, in *Consil. Regul. tom. 1. resol. 12. num. 58.* absolute asserens, dispensatum ad dignitates sæculares non censi dispensatum ad dignitates regulares; sicut è contrà, dispensatus ad dignitates regulares, non censetur dispensatus ad dignitates sæculares: Quod concedit etiam Lezana; & ante illum docuerunt Rodriquez *tom. 1. quæst. 13. art. 13.* Sanchez *lib. 5. Moral. cap. 5. num. 16.* aliique, & meritò, cum priuilegia, vi quorum conceditur talis dispensatio, inducuntur in fauorem solius Religionis.

Anton. Diana, Pars X.

An ingratitude qua quis post remissa peccata denuò peccat, sit necessario confitenda.

R E S O L. X L.

Scotus in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3. putat necessario esse explicandam in Confessione hoc modo: Antea grauitè Deum multis peccatis offenderam, & puto me fuisse consecutum veniam, unde nunc rursus peccando, tanto beneficio fui ingratus: Respondet, & dico primo: Quando ingratitude est speciale peccatum, est necessario confitenda; ut si quis longo admodum tempore nullas Deo gratias egit, si beneficia illius contempsit, vel etiam parui fecit, si aliquid in contemptum Dei, vel eius beneficiorum fecit. Est communis sententia Doctorum. Dico secundo: Quando ingratitude non est peccatum speciale, sed duntaxat circumstantia peccati non est necessario confitenda. Est etiam communis Doctorum. Et ratio est, quia etsi addat aliquam nouam malitiam super malitiam peccati, non tamen tanti est momenti ut per se sit mortalis. Adde, quod nec Fideles consueuerunt se de hac circumstantia accusare, nec Confessarij eos interrogare. Bonum tamen est eam explicare ad maiorem humilitatem. Et hæc omnia docet Lessius in 3. par. D. Thoma, quæst. 88. art. 2. num. 12.

Sed utrum maius peccatum sit, quod committitur contra innocentiam, an quod contra beneficium remissionis peccatorum? Scotus *dist. 22. art. 3.* & Caietanus *ubi supra, in D. Thomam*, putant maius esse peccatum, quod contra innocentiam fit; quia tunc innocentia est maius beneficium; quam remissio peccatorum. Contrarium videretur sentire D. Thomas *hic ad 3.* & Dominicus Soto, *dist. 16. quæst. 1. artic. 2.*

An si vir sit sana mentis, licitus sit vsus Coniugij cum uxore amente etiam cum periculo abortus.

R E S O L. X L I.

Affirmatiuam sententiam contra Sanchez, docet nouissimè Carolus de Baucio *de Miscell. Casuum Conscientia, tom. 2. opusc. 1. q. 50.* ubi sic ait: Arbitror satis probabile esse licitum vsus coniugij viro sanæ mentis, etiam cum periculo probabili abortus. Et ratio mihi est, quia copula per se est ordinata ad productionem esse extrà causas, & per accidens est, quod sequatur abortus. Neque dicas, quod copula cum tali periculo abortus sit actio intrinsecè mala; nam ratio malitiæ est extrinseca actioni, cum potius tribuenda sit morbo, seu infantiæ vxoris, quàm copulæ, quæ per se primò tendit non ad necem pueri, sed eius existentiam extrà causas, quod non est; sic actio famuli qui iussu heri vendit vinum lymphatum pro puro, nam illa est intrinsecè mala, nam licet ponere aquam vino sit quid indifferens, tamen ipse vidit, & facit actionem iniustam, & non potest præscindere illa actio à vendente à ratione iniustitiæ, nec alij iniustitia potest tribui, nisi immediato cooperatori iniustitiæ, qui est qui actu vendit.

Confirmatur; docet Sanchez cum Doctoribus à se citat. *lib. 8. de Matrim. disp. 102. num. 8.* quod quando fœmina experientia didicit se nequire prolem viam edere, tunc licere his coniugibus petere, & redere

„dere debitum. Et reddit rationem idem Sanchez,
 „ nimirum, quia præter intentionem, & per accidens
 „ mors illa foetus accidat, coniugibus suo iure uten-
 „ tibus: nec tenentur id prolis damnus vitare cum
 „ tanto detrimento ac est, coniugatos perpetuò ab
 „ vsu coniugij abstinere cum maximo incontinentiæ
 „ vtriusque periculo. Deinde addit Sanchez *loc. cit.*
 „ aliam rationem, & asserit, quod melius est puero
 „ sic esse cum originali culpa, & carentia visionis
 „ Dei, quàm omninò non esse, vt notat D. Thomas
 „ 1.2. *quest.* 83. *artic.* 1. ad 5. & colligitur ex D. Augu-
 „ stino, *lib.* 5. *contra Iulianum*. Concludit denique
 „ Sanchez *loco citato*, quod eligibilius est existere in
 „ rerum natura cum peccato habituali originali, quàm
 „ omninò non existere; nam licet si homini detur
 „ optio, potiùs debet eligere mortem, ac annihilatio-
 „ nem, quàm peccatum actuale, etiam leuissimum
 „ committere. Si tamen iam sit peccatum originale,
 „ & reuelaret Deus se nolle id remittere, quamdiu
 „ homo existeret, adhuc melius faceret eligendo exi-
 „ stentiam, quàm annihilationem; quia supposita Dei
 „ voluntate ille homo non tenetur, nec posset euita-
 „ re id peccatum habituale, ac proindè nihil exosum
 „ facit Deo.

„ Confirmatur: Deus creat, & infundit animam ra-
 „ tionalem intrà corpus, cum adsunt dispositiones pro
 „ tali forma, & præuidet quod in anima transfundetur
 „ peccatum originale & non ob id cessat creare illam,
 „ ac infundere intrà corpus, quia infectio peccati ori-
 „ ginalis tribuitur carni, seu semini, tanquam causæ
 „ instrumentali ducenti originem ab Adam, ac pro-
 „ indè dici non potest, quod anima ex sua creatione
 „ inquinetur, quia infusio importat respectum, & ad
 „ Deum infundentem, & ad carnem cui infunditur
 „ anima, & idèd habito respectu ad Deum infunden-
 „ tem, non potest dici, quod anima per infusionem
 „ maculetur; sed solùm habito respectu ad corpus, cui
 „ infunditur. Ità D. Thomas, 1.2. *quest.* 83. *art.* 1. ad 4.
 „ Ità ille, qui alias etiam rationes adducit.

Sed ego puto non esse recedendum à sententia
 Sanchez, quam post illum docet Pontius *de Matrimo-
 nio lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 20. Hurtadus, *disp.* 10. *diffic.*
 3. *n.* 24. Leandrus *de Sacram.* tom. 2. *tract.* 9. *disp.* 25.
 §. 3. *quest.* 28. & Ochagauia *de Sacram. Matr. tract.* 5.
 „ *quest.* 3. *num.* 5. vbi sic ait: Quinta ea causa assignari
 „ posset excusans à debito coniugali, furor alterius,
 „ vel vtriusque coniugis; sed quantum ad hanc cau-
 „ sam respondetur. Primò; si ambo coniuges essent
 „ amentes omninò, neminem posse eos excitare ad co-
 „ pulam absque graui peccato. Tum quia illa copula
 „ esset more Belluarum, tum etiam quia ea ratione ma-
 „ gnùm damnus immineret educationi Proles. Secun-
 „ dò respondetur, vno coniuge existente amente, &
 „ altero sanæ mentis dono prædito, non teneri sanum
 „ reddere debitum amenti petenti quantum est de se,
 „ quamuis possit licitè; quia ille actus non humanus
 „ est, tum etiam quia amens licet retineat ius remo-
 „ tum ad corpus alterius. Coniugis, & radicatum in
 „ ipsa natura contractus matrimonialis, at non retinet
 „ ius proximum, quod ratione regulatur, & fundatur.
 „ At verò si amenti coniugi adesset periculum acce-
 „ dendi ad alienam, vel polluendi se teneretur alter
 „ coniux ei reddere debitum, quod est quædam peri-
 „ tio virtualis; hoc enim exigere videtur natura ipsa
 „ Matrimonij, quod intellige, dum aliter non potest
 „ vitari illud malum. Tertio pro maiori prædictorum
 „ intelligentia respondetur, vxore existente amente,
 „ & marito sano, non posse vxori petenti reddi debi-
 „ tum, quia est periculum magnum abortus, at verò è
 „ contra se habente, rectè posse reddi, quia in eo non

est periculum aliquod abortus. Ità Ochagauia. Qui-
 bus omnibus adde etiam Martinum de San Ioseph
in Monit. Confess. tom. 1. *lib.* 1. *tract.* 50. *de Matrim.* n.
 5. Bonacinam; *de Matrim.* q. 4. *punct.* 1. *num.* 10. Ita-
 que dicendum est contra Baucium, non esse licitum
 in tali casu vsum Matrimonij, nisi vxor amens esset
 sterilis.

*An sit licitum viro postquam seminauit, &
 retraxit membrum à vulua, tangere
 pudenda vxoris, vt ipsa
 seminet.*

R E S O L. XLII.

CAsus potest accidere: & ad illum affirmatiuè re-
 spondet Carolus de Baucio, *de Miscell. casuum
 conscientie*, tom. 2. *opus.* 1. *quest.* 88. quia potest sine
 peccato id facere vxor suis manibus, quia non est
 pollutio, sed perfectio copulæ coniugalis, & licet se-
 minatio mulieris non sit necessaria ad generatio-
 nem, tamen satis iuuat: ergo si licet vxori huiusmo-
 di tactus ad hoc, vt seminet, licet etiam viro, vt id
 præstare possit suis manibus in pudendis suæ vxoris
 Et ratio à priori est, quia eatenus hoc non est pro-
 hibitum vxori, vt id faciat suis manibus, quatenus
 est licita consummatio copulæ iam inchoatæ à viro
 intrà vas naturale; ergo parum refert, quod ista con-
 summatio copulæ iam inchoatæ à viro intrà vas na-
 turale cum suo membro naturali, perficiatur ex parte
 vxoris manibus propriæ mulieris, vel manibus pro-
 prij viri, eo magis cum tactus inter coniuges etiam
 in partibus pudendis non sit culpa mortalis etiam si
 non fiat in ordine ad culpam, secluso periculo pol-
 lutionis: sed in hoc casu est licita pollutio, cum non
 sit aliud nisi perfectio copulæ inchoatæ à viro: ergo
 non est maior ratio cur sit licitus vxori, & non viro
 huiusmodi tactus ad finem vt perficiatur copula
 coniugalis: idem dici debet de tactu membri geni-
 talis ante os vuluæ suæ vxoris ad hoc vt vxor semi-
 net, nempe non esse peccatum mortale secluso peri-
 culo pollutionis viri extrà vas naturale foemina, quia
 iste tactus inter coniugatos non est copula lethali-
 sis; potest etiam vir postquam seminauit conti-
 nuare copulam donec vxor seminat. Hucusque
 Baucius.

Confirmari potest hæc opinio auctoritate Lean-
 dri *de Sacram.* tom. 2. *tract.* 9. *disp.* 33. *quest.* 41. & Mar-
 tini de San Ioseph *in Mon. Confess.* tom. 1. *lib.* 1. *tract.*
 51. *de Matrim.* n. 8. vbi me citato, sic ait. Si el mari-
 do acabò primero con el acto de la generacion, por
 ser mas robustos los varones, es sententia muy pro-
 bable la que dize, que puede la muger tambien ten-
 ner su acto consumado, prouocandose con tactos:
 porque esta no es polucion, sino acabar la copula, y
 moralmente es vn mismo acto: y sino fuera verda-
 dera esta opinion quedaran las mugeres casi siem-
 pre en euidentissimo peligro de pecar mortalmente,
 condenandolas à detener el curso de la naturaleza,
 irritada ya con el mismo acto. Y lo que mas fauore-
 rece esta opiniones, siendo mas probable, que
 es necessario ei semen de las mugeres para la gene-
 racion, esta casi sucediera. Ità ille; qui plures alios
 citat. Sed ego recessi ab opinione, in *par.* 9. ex
 rationibus adductis à Magistro Texeda, & nunc con-
 tra Baucium recedo: vnde in Editionibus Antuer-
 pianis meritò opinio Baucij fuit abrafa ab Operi-
 bus Sanchez, & Hurtadi; & scio hanc sententiam
 malè olere penes Sacram Congregationem Indicis
 sicut

sicut & alia opinio, quam ex Sanchez tanquam probabilem adducit Baucius, *question. 108.* quæ etiam inuenitur deleta in impressione Antuerpiana.

Nota tamen, hîc obiter contrâ Hurtadum, & Ochagauiam, non peccare mortaliter maritum si in ipso actu seminationis non expectat seminationem vxoris; itaque non tenetur expectare licet possit etiam effuso semine copulam continuare vt femina feminer. Ità me citato docet Leandrus, *vbi supra, quest. 40.* qui etiam, *quest. 48.* me citato docet quod mulier satisfaciat suæ obligationi, si viro exigenti debitum, præster vsu sui corporis, conuertens tamen animum ad alia, ne natura excitetur?

Nota etiam, quod reedè me citato obseruat Martinus *vbi supra, num. 10.* sic asserens: Despues de començada la copula por sola delectacion, si la dexan los cañados sin consumarla, no peccaran mortalmente, como no aya peligro de polucion: porque el començarla fue, como tener tactos, que à los cañados no les son illicitos. Y auno no ferà lo dicho pecado venial, como el dexar la copula, sea por justa causa de no dañar la salud, ò per ser pobres los cañados, y tener muchos hijos: que en estos casos, y otros justos, començando la copula, vt sedent concupiscentiam, la pueden dexar sin algun pecado.

Medicus concessit Titio licentiam comedendi carnes in diebus Quadragesimæ; quaritur an possit illas comedere in diebus quatuor Temporum.

RESOLVT. XLIII.

CAsus est nimis practicabilis; & ad illum negatiuè responderet Carolus de Baucio *de Miscellaneis Casuum conscientia, tom. 2. opusc. 3. quest. 305.* vbi sic ait: Quidam Medicus tempore Quadragesimæ concessit licentiam cuidam personæ, vt vesceretur carnibus ne incurrat graue damnum suæ salutis, an intelligatur concessa licentia comedendi carnes in Feria quarta secundæ hebdomadæ Quadragesimæ in qua semper accidunt quatuor temporum ieiunia: idem patitur de duobus aliis diebus, nempe Feria sexta, & Sabbatho, an saltem liceat comedere oua, ac lacticia. Difficultas est, quando in licentia Medici comedendi carnes nihil est cautum, quoad quatuor Tempora; nam si iudicaret Medicus graue damnum incurrere, si quis his tribus diebus non vesceretur cibus Paschalibus, vtique esset licitum his prædictis diebus vesci cibus Paschalibus. Respondeo, saluo meliori iudicio, cum in Doctoribus nihil inuenierim, quod non potest comedere carnes in Feria quarta quatuor Temporum, nec in Feria sexta, & Sabbatho comedere oua, ac lacticia, nisi specialem, ac expressam licentiam habuerit à Medico, vt prædictis diebus vescatur cibus Paschalibus. Et ratio mihi est, quia ex licentia comedendi carnes concessa à Medico tempore Quadragesimæ nemq̄ audeat vti extrâ tempus prædictum, puta intrâ annum; & sic est vsu receptum ab omnibus timorata conscientia; nec differunt quatuor Tempora Quadragesimæ ab aliis quatuor temporibus extrâ tempus Quadragesimæ: ergo sicut non est licitum ex vi prioris Licentia comedere carnes in aliis quatuor Temporibus extrâ tempus quadragesimale, ità etiam non est licitum in quatuor Temporibus occurrentibus tempore Quadragesimæ. Ità Baucius.

Antonin. Diana, Pars X.

Sed hæc opinio mihi non placet: Primò, nam Medici quandò dant licentiam comedendi carnes in Quadragesima, sciunt in illa occurrere quatuor Tempora, & non prohibent in dictis diebus comedere carnes: ergo concedunt: Secundò, eadem iusta causa, quam habet Medicus concedendi licentiam: vt quis carnes comedat in Quadragesima, militat etiam in illis diebus, in quibus veniunt, & incidunt quatuor Tempora; ergo. Tertio, Ieiunium Quadragesimale, est strictius quàm Ieiunium quatuor Temporum, quia in isto comeduntur de iure oua, & lacticia, quæ quidem non comeduntur in quatuor Tempora, quæ accidunt in Quadragesima, quia in Ieiunio Quadragesimæ de iure oua, & lacticia prohibentur: ergo, &c. Quarto, in dictis diebus plures Fideles comedunt carnes, vigore dictæ licentiæ, nec Confessarij faciunt in hoc aliquod scrupulum: & idè ego existimo habentes Licentiam à Medico, vt infrâ annum in die Veneris, & Sabbathi comedant carnes, posse illas comedere in diebus quatuor Temporum extrâ Quadragesimam occurrentium, etiam si in Licentia à Medico obtenta hoc non explicetur; quia censetur concessum: & si opinio Baucij esset admittenda sequeretur habentem licentiam comedendi carnes in Quadragesima, non posse illas comedere in Vigilia S. Matthiæ Apostoli, Ad argumentum verò Baucij respondeo; idè ex vi licentiæ comedendi carnes tempore Quadragesimæ, non possunt comedi in diebus quatuor temporum extrâ Quadragesimam, quia dicta licentia expirauit; nam erat limitata pro tempore Quadragesimæ: sed in diebus quatuor Temporum Quadragesimæ licentia comedendi carnes adhuc durat & existit: ergo extenditur etiam ad dicta quatuor Tempora, quæ post elapsam Quadragesimam ampliùs potest extendi.

Norandum est hîc obiter Primò contrâ Pasqualigum, & Vidalem, quod si quis habet manifestas vires, & salutem ad ieiunandum, sed ab aliqua infirmitate edit carnes, tunc si aliqua die non comedit carnes tenetur ieiunare. Secus si quis haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis, & infirmitatis præsentis; nam licet aliqua die carnem non comedat, non tenetur ieiunare, quia ex vnica comestione non subuenitur debilitari præsentis. Ità ex Sanchez, Baucius *vbi supra, opuscul. 1. quest. 98.* Nota Secundò: Medicum, in dubio si cibi quadragesimales afferant graue damnum petenti, posse concedere, vt edat carnes in diebus Ieiuniorum. Ità ex Pasqualigo Baucius *loco citato, opuscul. 3. quest. 305.*

An si quis furauit librum Historiarum ex bibliotheca Regularium, si habet animum soluendi pretium duplicatum, peccauerit; & adhuc teneatur ad restitutionem dicti libri.

RESOLVT. XLIV.

NEGatiuè responderet Carolus de Baucio *Miscellaneis Cas. conscientia, tom. 2. opusc. 3. quest. 284.* Tum quia vtile negocium gessit Monasterij; tum quia liber Historiarum de rebus non Sacris parùm aut nihil vtile affert legentibus, & præcipuè Regularibus, qui debent dare operam Theologiæ, rebus moralibus, ac cogitationi rerum factarum: ergo Superior Monasterij non est rationabiliter inuitus. Ità ille.

T 2 Sed

Sed ego huic sententiæ non adhæreo: nam licet Regulares debeant præcipuè dare operam Theologiæ Scholasticæ, Morali, & Positiuæ, tamen negandum libros Historiarum, parum, aut nihil esse utiles Religiosis: nam idem dicendum esset de libris aliarum Scientiarum, quod dicere est absurdum: ergo peccaret quis, & teneretur restituere dictos libros, si illos furaret ex aliqua Bibliotheca Regularium: nam illos possideret inuito Domino. Et si doctrina Baucij esset admittenda, sequeretur, à fortiori, quod si aliquis ex Bibliotheca alicuius Sæcularis furaret librum v.g. Theologicum, non peccaret, si haberet animum soluendi pretium duplicatum: sed hoc non est admittendum. Ergo.

Nec obstat animus largiendi duplicatum stipendium; nam sic plures res furari possent inuito Domino; & res furata quando existat in propria specie restituenda est. Adde, quod in casu nostro, si ille liber in foro facile esset venalis, ad quid furaretur cum duplicato stipendio? Si non facile venalis in foro inuenitur, rationabiliter superior Religionis est inuitus. Ergo, &c.

Quis habebat facultatem distribuendi legatum ducentorum Ducatorum alicui Monasterio Regularium sibi bene viso, elegit Monasterium cui ipse debebat centum aureos, cum pacto ut dictum debitum remitteret; quaesuit à me an licitè hoc facere potuerit.

RESOL. LXV.

TVnc ego affirmatiuè respondi; sed nullum habebam in terminis Auctorem; nunc inuenio doctum, & amicissimum Carolum de Baucio, de *Miscellaneis Casuum Conscientiæ*, tom. 2. opusc. 3. q. 273. vbi sic ait: Quidam homo est debitor quinquaginta ducatorum famulæ, quæ ei inferuiuit: ex alia parte tenetur singulis annis ex vi legati distribuere centum ducatos pro maritandis Puellis; an possit tuta conscientia inire hoc pactum cum famula, nempe, ut remittat ei quod debet ratione seruitij præstiti, & ipse applicabit ei legatum centum ducatorum, quando ipsa contraheret Matrimonium? Respondendo posse tuta conscientia debitorem quinquaginta ducatorum inire hoc pactum, & recipere donationem dictorum nummorum à dicta famula; si ipse applicabit ei legatum centum ducatorum, quando famula contrahet Matrimonium; quia nulla iniustitia interuenit in hoc contractu, nam suppono famulam esse verè egenam, & non teneri distribuendum potius vni, quàm alteri mulieri hoc legatum applicare, sed esse in sua potestate illud distribuere cui vult: ergo quòd ex applicatione huius legati distribuenti oriarur utilitas, hoc est per accidens, & est fructus suæ industriæ, nempe ex re aliena colligere utile; ut colligitur ex Doctoribus quos citat, & sequitur Diana, *par. 1. tract. de Contractibus, resol. 32.* vbi docent quod Thesaurarius alicuius Principis, vel Procurator, seu Famulus alicuius Domini, in scio ipso, potest cum Domini pecuniis, quæ ad expendendas, vel conseruandas habet, negotiari, & lucrum in suam utilitatem vertere. Hucusque Baucius, cui libenter adhæreo.

An Mulier teneatur denunciare Confessarium illam sollicitantem, si ante sollicitationem ei præbisset multa munera intuitu elemosynæ absque malo fine.

RESOL. XLVI.

Negatiuè respondet Sancius in *Selectis, disp. 11. num. 55.* vbi sic ait: Nec denunciandi aderit obligatio, si fœmina sollicitetur à suo maximè Benefactore, aut amico. Potest namque contingere Petrum Confessarium beneficia plurima fœminæ impendisse, ipsamque gratitudinis vinculo constringi, non tantum damnum Confessario exordum impedire, verum bonis ipsum afficere. Inhumanum ergo esset fœminam obligare sui Benefactoris authorem damni esse. Imò si contingat ante impensa beneficia, Confessarium sollicitasse, & per tempus sollicitationi incumbendo, maxima beneficia impertiri fœminæ sollicitatæ, non denunciandus erit. Quia licet dum aggressa est sollicitatio, non aderat excusatio ex gratitudine ad denunciationem omittendam; postea tamen dum munera elargitur etiam ob explendam libidinem, Benefactoris naturam non subterfugit; cui damnum parare inhumanum esset. Præsertim quod se priuare fœminam beneficiis in futurum suscipiendis, esset idem ac in propriis bonis iacturam sentire: diximus autem supra fœminam constringi denunciare, cum bonorum suorum iactura. Deducitur etiam, non constringi fœminam sollicitatam denunciare Confessarium, qui etsi ipsi fœminæ nulla fuerit impertitus beneficia, bene tamen fœminæ, filiis, marito, parentibus, vel fratribus. Quia gratitudinis natura non solum ad gratias agendas obligat pro beneficiis in propria persona susceptis, verum in persona mariti, filiorum, parentum, & fratrum. Cum horum bona vel mala, ut supra dictum est, propria reputentur. Hucusque Sancius.

Sed hæc omnia sunt destructiua nostri sacri Tribunalis; vnde merito illa refellit, & damnat Carolus de Baucio in *Miscellan. Cas. Conscient. tom. 2. opusc. 2. quest. 230.* vbi sic ait: Hæc opinio non est mihi probabilis, & iudico esse temerariam, & scandalosam contra bonum publicum totius Christianitatis. Et ratio mihi est, licet obligatio ex gratitudine oritur ex lege naturali, tamen obligatio reuelationis Confessarij, qui sollicitauit Pœnitentem in actu Confessionis, non solum oritur ex lege positiua humana, sed etiam oritur ex lege naturali superioris ordinis, quam ex gratitudine: nam reuelatio Confessarij sollicitantis ad Tribunal sancti Officij tendit primariò ad abolitionem peccati præteriti, & futurum, & ad conseruandum bonum totius Reipublicæ Christianæ, & ut deterreant alij Confessores, ne incidunt in tale peccatum. Confirmatur; magis Creatura tenetur seruire Deo ex infinitis titulis, & præcipuè ex gratitudine beneficij creationis, conseruationis, Redemptionis, &c. quam Benefactori maximo, aut magno amico: reuelatio autem Confessarij, cum tendat ad destructionem peccati, est in honorem Dei, non reuelare, est in fauorem Creaturæ, sed inter Creatorem, & Creaturam nulla datur comparatio: ergo. Ita Baucius. Quæ quidem ab ipso dicta, sunt adedè vera ut merito Sacra Congregatio Indicis nouissimè inter alias opiniones huius Auctoris, hanc deleuit ex suis Operibus; ut testatur est Mihi Reuerendissimus Pater Marinus, tunc illius Congregatio

gregationis Secretarius, nunc vero Ordinis Prædicatorum Generalis dignissimus.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam, ne quis tali die recipiat Eucharistiam: Et si Pœnitens talem pœnitentiam acceptauit, teneatur postea illam implere.

R E S Q. L. XLVII.

AD utrumque Casum negatiuè respondet Baucius in *Miscellan. Casu Conscientia tom. 1. Opusc. 2. quest. 228.* Et ratio quoad Primum est, quia cessatio ab actu virtutis non potest esse obiectum pœnitentiæ; vt fufius disputat Sancius correptus in *Selectis, disp. 12.* sed non communicare est cessare ab actu virtutis: ergo. Quoad secundum verò sic asserit: Certum est non teneri acceptare eiusmodi pœnitentiam, & teneri Confessarium aliam dare; sed si eam acceptauit, putans se teneri, dico, saluo meliori iudicio, cum non inuenerim apud Doctores, quod non teneretur adimplere pœnitentiam, hanc pœnitentiam, nimirum cessare à Communione. Et ratio Mihi est, quia non est actus virtutis, licet contineat in se actum obedientiæ Confessario, cum sit impeditiuum maioris boni, nempe fructus ad augmentum gratiæ, quod prouenit ex perceptione huius Sacramenti, necnon acquiritur robur ad resistendum tentationibus Diaboli, & ad sedandum fœtem, cum sit hoc Sacramentum vinum germinans Virgines *Zac. 9.* Probatum præterea, si Confessarius ex malitia, vel ignorantia imponeret pœnitenti onus satisfaciendi pœnitentiæ, quæ est in se mala, saltem venialiter; vel poneret illum in occasione proxima peccati mortalis, vtique pœnitens si ex ignorantia acceptauit hanc pœnitentiam, non teneretur adimplere: ergo idem dicendum est, quando pœnitentia imposta à Confessario, est impeditiua maioris boni, non teneretur pœnitens eam adimplere: Puta quando pœnitens sine conscientia peccati mortalis, & deuotus accedit ad Communionem Sacramentalem. At bitror verò ad hoc vt Sacramentum fiat integrum, in alia Confessione non iterata Confessione, sed intra Sacramentum, ac nouam Confessionem debere pœnitentem petere commutationem talis pœnitentiæ; vt docui in *Praxi Confessionũ fol. 2. edit. fol. 133.* vbi dixi cum Doctoribus à me citat. posse ex iusta causa commutari pœnitentiam ab alio Confessore impositam, dummodo fiat intra Sacramentalem Confessionem, & habeat æqualem potestatem, sicut habuit prior Confessarius, qui primam pœnitentiam imposuit. Hucusque Baucius.

Sed ego alibi contra Baucium in vtroque casu, opinionem affirmatiuam tenui, & me citato tenet nouissimè Marcus Serius *tom. 1. de officio Parochi disp. 4. diff. unica quest. 22. n. 3.* & me etiam citato, Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. quest. 38.* vbi quærit an etiam imponi possit sub pœnitentia, quod Sacra Eucharistia non recipiatur. Et respondet posse; quia præceptum latum de non recipienda Eucharistia, est punitiuum, & pœnale; & iustum si detur cum hac intentione, sub pœnitentia: Ergo benè potest à Confessario pœnitentia iniungi, & consequenter teneretur pœnitens illi parere. Hæc etiam est praxis Fidelium, qui omnes vnanimiter hanc, practicè, sententiam sequuntur, & ingenuè amplectuntur.

Vnde hic non deseram etiam apponere verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis de Lugo, qui in *Anson. Diana, Pars X.*

de *Sacram. Pœnit. disp. 25. sect. 5. n. 65.* sic ait: Dubitari potest, an possit Confessarius imponere in pœnitentiam, quod abstineat pœnitens à Communione aliquot diebus: de quo controversia fuit annis præteritis, quibusdam id negantibus, quod late defendit Ioan. Sancius in *select. disp. 33.* per totam. vbi multa congerit; quibusdam verò affirmantibus, quos defendit Pater Ferdinandus de Salazar, *tract. de frequent. Communionis, cap. 14. §. 2.* Ex iis autem, quæ diximus, *disp. 17. de Eucharist.* facile respondere possumus, ostendimus enim, frequentem vsu Communionis non esse rem ita determinatè bonam, vt non possit aliquando, & in aliquibus circumstantiis melius esse abstinere, quàm accedere, etiamsi non sit conscientia peccati mortalis: Quod auctoritate, ratione, & exemplis late probauimus. Cum ergo Confessarius possit præcipere opera honesta, & virtutum, in pœnitentiam; non videtur dubium in genere, & de possibili loquendo, quod possit aliquando præcipere pœnitenti, vt abstineat à Communione tali die: quando, scilicet, constat, melius esse tunc abstinere, quàm accedere; quod ex statu pœnitentis, & defectu reuerentiæ, & dispositionis colligi prudenter potest. Dum tamen illa ommissio Communionis non sit occasio aliis indicandi; quod à Confessario fuerit in pœnitentiam imposita, ne forte hac via cogeretur pœnitens suam Confessionem manifestare. Regulariter tamen non expedit talem pœnitentiam imponere, licet in casu rarissimo negandum non sit, quod possit vtiliter imponi.

Magis autem displicet, quod prædictus Sancius, *disp. 30.* notat, quòd sumptio Eucharistiæ, licet possit in pœnitentiam imponi, quia est actus virtutis religionis; non tamen teneretur illam acceptare pœnitens: quia non potest obligari ad accipiendum opus, quod adimplendum sit in statu gratiæ, Quod quidem si prædictus Auctor generaliter doceret, quod pœnitens non teneatur ad accipiendam talem pœnitentiam, sed possit ad alium Confessarium recurrere, relicta Confessione imperfecta; non ita displiceret: de hoc enim postea videbimus. Quod autem dicat, id prouenire ratione talis operis, quod cum exigit statum gratiæ ad sui exequutionem, videatur excedere Confessarij potestatem: hoc, inquam, omninò displicet: certum enim est, Ecclesiam posse præcipere Sacerdoti, vt aliquibus diebus celebret, aut audiat Confessiones, vt ministret aliqua Sacramenta, quæ omnia fieri debent in statu gratiæ: quòd magis poterit Confessarius hæc præcipere, qui potest etiam actus internos in satisfactionem imponere, eò quòd eius potestas non ardetur ad limites fori externi? Aede nihil magis commune esse, quàm imponere pro pœnitentia frequentiam Confessionis menstruæ, v. g. cum tamen certum sit non posse Sacramentum etiam Pœnitentiæ suscipi, nisi in statu gratiæ; saltem in vltimo instanti, quo completè suscipitur Sacramentum: cur ergo ad Sacramentum etiam Eucharistiæ non poterit pœnitens à Confessario obligari. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo. Sed ne deseras recognoscere doctissimum Theologum inclytæ Societatis Iesu Ioannem Perlinum, de *frequentia, & vsu Eucharistiæ distinct. 4. cap. 5. per totum*, in quo rationes Sancij, & Baucij penitus labefactat.

An Confessarius possit imponere penitentiam, ut si v.g. quis committeret tale peccatum, soluat statim elemosynam pauperibus, vel confiteatur, aut communicet die Dominica sequenti, &c.

RESOLVT. XLVIII.

Prima opinio negat. Ità Sanchez in *Summa*, tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 16. & 17. vbi ait: Deducitur quoddò neganda sit absolutio affectis prædicta iurandi consuetudine. Quod tantùm contingit, quoddò ea est iuxta dicta, mortalis, nec est firmum eius corrigendæ propositum; sicut contingit in aliis peccatis mortalibus. Quod multò fortius est in hac consuetudine obseruandum, eo quod quasi in alteram naturam transeat, & consistat in peccato oris, quod faciliùs committitur; & difficiliùs euellitur. At existenti eo proposito non est deneganda absolutio, & circa illud est habenda fides ipsi penitenti, sicut in aliis, quæ pro se, & contra se dicit. Teneatur quoque vt absolutio capax sit, externas occasiones quæ morale ac proximum illius consuetudinis iurandi periculum illi afferunt, euitare, si id absque magno incommodo possit. Sicut de aliis proximis peccati occasionibus tradunt Doctores communiter. Quod si sæpè proposuit emendam, nec id fecit, dubium est an teneatur penitens ad aliquam penam, vel remedium acceptanda iudicio Confessoris, qualia sunt frequentius fateri, aliquam breuem orationem recitare, aliquam elemosynam largiti, pro singulis iuramentis temerariis, aut alia huiusmodi. Sorus de *Iuramentorum abusu*, cap. 12. absolutè, & indistinctè ait non teneri in rigore penam aliquam acceptare, si in ea temeraria iuramenta reinciderit, quamuis id consilium saluberrimum sit. Quia aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine. Ità Sanchez.

Secunda opinio affirmat. Ità Suarez de *Religione*, tom. 2. lib. 3. de *Iuram. cap. 8. n. 7.* sic asserens: Deinde de si sæpius proposuit emendari, & non fecit, adhibenda sunt remedia conuenientia, quæ ipse tenebitur acceptare iudicio Confessoris, qualia sunt frequentius confiteri, aliquam elemosynam, vel orationem breuem facere pro singulis iuramentis temerè prolatis, vel similia. Denique si hæc non sufficerent, interdum erit vtile differre absolutiõnem per aliquot dies, in quibus cogatur attentius vigilare, & contrariam consuetudinem aliquo modo inchoare. Hæc Suarez.

Tertia opinio firmat Confessarium non debere tales penitentias imponere: sed si penitens acceptet, debere illam adimplere. Ità Martinus de San Ioseph in *Monit. Confess.* tom. 1. lib. 1. sr. 27. de *Penitentia* num. 12. vbi hæc ait: No hazen bien los Confessores, que quando sus penitentes tienen costumbre de cometer algun pecado, v.g. de prejurar se, ò de poluciones, les imponen penitencias, de que cada vez que boluieren al pecado, den tanto de limosna, ò ayunen, &c. porque el Confessor no es juez, ni Medico de los pecados, que estan por cometer: ni estará obligado el penitente à cumplir estas penitencias, como ponga otros medios para salir de los pecados. Mi parecer, es que no es buen consejo imponer estas penitencias, puodendose remediarse por otra via el penitente: pero despues de impuestas, y acetadas, aurà obligacion de cumplirlas. La razon es, que el Confessor es Medico, y como tal puede aplicar re-

medios con que dexa firme la salud, y aun està obligado in ello. Ità ille.

Sed vt verum fatear absolutè mihi placet opinio Suarez affirmatiua; posse videlicet Confessarium tales penitentias imponere; & ità notissimè docet Baucius in *Miscellan. tom. 2. Opusc. 1. q. 180.* charitas exposcit, vt Confessarius non solùm euitet peccata præsentia media absolute, sed etiam peccata futura medio remedio præseruatiuo: nam Confessarius non solùm est Iudex, sed etiam est Medicus spiritualis Animarum; & Medicus sicut applicat Medicamenta corporalia infirmo, ac conualescenti ne incidat in eandem ægritudinem; ita Medicus Spiritualis, qui est Confessarius debet applicare remedia, ne penitens in idem peccatum sæpius à se commissum sine emendatione labatur. Hanc etiam sententiam præter Suarez, & Baucium, tenet etiam doctus Pater Leandrus de *Sacram. tom. 1. sr. 5. disp. 9. q. 30.* qui ex Frias, & Gersono Cancellario Parisiensi firmat posse Confessarium aliquando dare penitentiam de non peccando tali vel tali crimine, per certum tempus futurum, sub pena aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficaciter soluenda, aut sub debito redeundi ad Confessionem, infra biduum, post perpetratiõnem delicti. Ità ille, & ità sæpius obseruatur in praxi à piis & doctis Confessariis: non grauabor hinc apponere verba Magistri Texeda tom. 2. lib. 3. sr. 2. contr. 5. n. 214. vbi sic ait: Difficultas est an penitens, sæpè proposuit emendam, & tamen nunquam emendatus est, teneatur acceptare aliquam penam, vel remedium à Confessario impositam v.g. crebram confessionem, aliquam elemosynam elargiendam pro singulis iuramentis, aut talem orationem recitandam, &c. & in propriis terminis Sanchius, tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 17. affirmat, affectum prædicta iurandi consuetudine non teneri in rigore penam aliquam acceptare, etiam si in eam temerariam iuramenti consuetudinem reinciderit, & reddit rationem, quia in aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine. Cæterum non videt qua ratione is auctor ausus sit id asserere & prædictam doctrinam typis mandare, quia quilibet peccator tenetur iure diuino penitentiam agere de suis peccatis, atque ad eodẽ iure tenetur auferre impedimentum, quo possit salutiferum remedium, & medicinam conuenientem querere, quibus possit illis obstare, vt ex statu infelicissimo culpæ, transeat ad statum felicissimum gratiæ, & amicitie Dei: sed ista remedia, quæ Confessor iudicauerit attendenda penitentis consuetudine, & eius inclinatione, & viuendi modo, sunt reuera ad id opus magis apta, & conuenientiora; ergo tenetur illa acceptare. Secundò, quia infirmus tenetur iure naturali vti medicamentis à perito Medico sibi applicatis propter conseruandam vitam præcipuè, quoddò extremè indiget: ergo peccator tenetur vt remediis applicatis à Medico salutis, cum sit in extrema necessitate propter acquirendam vitam æternam: Ostendo consequentiam, quia eadem profus est vtriusque ratio, aliàs ageret contra charitatem, qua tenetur seipsum diligere, quod est mortale contra præceptum diuinum: Hucusque Texeda; poterat tamen cum vito doctissimo magis blandè se habere.

Et sciat Lector opinionem Sanchez acriter sustinere inlytum Theologum Stephanum Fagundez in *Decal. tom. 1. præcept. 2. lib. 2. c. 8. n. 21.* cuius verba hæc sunt: Dubitant aliqui Doctores; an teneatur penitens in Confessione acceptare aliquam penam, vel afflictionem veluti remedium impositum ad tollendam prauam consuetudinem iura, aut blasphemiam

phemandi, qua laborat. Affirmat Suarez, *lib. 3. de Iuramento, cap. 8. num. 7.* nullam tamen rationem pro se affert, nullum fundamentum; illius tamen fundamentum esse potest, quia vnusquisque tenetur ex iure diuino, & naturali procurare remedium, ne amicitiam cum Deo amittat, & consequenter illud acceptare cum à Medico spirituali offertur. Negant melius Sotus, *de Iuram. abusu, c. 12.* & Sanchez, *tom. 2. Decalogi, lib. 3. cap. 5. n. 17.* Primò, quia pro praua consuetudine in aliis peccatis hæc pœna imponi nequit, ita vt illius acceptatio obliget sub mortali; nec ratio, quæ affertur pro Suarez, aliquid conuincit, quia alioqui sequeretur teneri eos, qui hac praua consuetudine laborant, simile remedium sub mortali acceptare, non solum à Confessariis, sed etiam ab aliis viris prudentibus impositum aut oblatum; & nouum admitterent peccatum, nisi illud acceptent. Sufficit ergo quod iure diuino teneantur ipsi gratiam cum Deo conseruare, non tamen opus est, vt illos obligemus sub mortali ad acceptandum mediũ, ac remedium à nobis oblatum, vt gratiam Dei conseruent. Ita Fagundez. Non debebat igitur Texeda contra Sanchez tam rigidè insurgere, cum eius opinio sit probabilis; licet ego vt dixi, sententiæ Patris Suarez, & Texeda adhæream.

An si particula cadat, super manum v. g. Communicantis, sint, virtute Rubricæ Missalis, manus lauanda, & aqua in Sacrarium effundenda.

RESOLVT. XLIX.

NEGatiuam sententiam tenet Pellizzarius, *tr. de Monialibus, c. 10. sect. 3. subsect. 1. n. 241.* vbi sic ait: Quod si hic obiter querás, an casu, quo particula consecrata labatur super veste Monialis communicantis, aut super aliqua alia re, vel etiam super manibus ipsiusmet Monialis, obseruari debeat rubrica missalis, quæ ita habet: Si ceciderit (hostia scilicet consecrata) extra corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa, vel linteum huiusmodi diligenter lauetur, & lorio ipsa in Sacrarium effundatur. Respondetur, quod cum ista Rubrica loquatur expressè de mappis, seu linteis, non videtur extendenda ad alios similes casus; & consequenter neque ad eos, qui hic proponuntur; idque iuxta communem regulam, quod vbi agitur de obligatione imponenda, stricta interpretatio facienda est; præterquam quod obseruantia istius rubricæ esset valde onerosa in casibus hic propositis, vt facillè consideranti constabit; verumtamen est, quod in simili diligenter inspiciendum est, num in loco, super quo cadit hostia consecrata, adsit aliquod illius fragmentum; & si quod est, aliquo ex modis indicatis attolendum est reuerenter, quin etiam esse valde decens, vt Moniales ipsæ abluerent rem illam, super qua cadit particula consecrata; idque ad maiorem reuerentiam Sacramenti. Quæ omnia confirmari maxime possunt ex doctrina, quam tradit Suarez, *disp. 85. de Eucharist. sect. 1.* nimirum ea, quæ in Missali proponuntur sub titulo, de Defectibus, solum esse instructiones quasdam doctrinales (non verò speciales constitutiones inducentes nouam obligationem) & quidem datas iuxta doctrinam probabilem; non tamen magis obligare, quam res ipsas, aut doctrinam, in qua eæ fundantur. Ita docti viri à me consulti, & præsertim P. Zanettus alibi citatus. Hucusque Pellizzarius, quem sequitur Baucius in *Miscellan. Ca-*

sum Conscient. tom. 2. post Opusc. 4. in Appendice, q. 7. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo, & puto Rubricam Missalis non apponere illa exempla, & casus taxatiuè, sed demonstratiuè; respexit enim ad casus, quæ ordinariè contingere poterant: vnde non ex hoc sequitur minimè extendendam esse ad alios, & similes casus, in quibus militat eadem ratio: Et ita Rubricam illam intellexerunt omnes ferè Doctores, vt apparet exemplis adiacendis, quæ ponit Franciscus Nigro in *Additionibus ad Petrum Ruyz de ord. celebrandi Missam, par. 2. regul. 7. num. 5.* vbi sic ait: Quæres quid præstare teneatur celebrans, si particula Communionis ceciderit in terra, Respondetur, quod locus radi debet, quantum sufficit; hoc est, quanta est superficies terræ tactæ, & rasum reiici debet in Sacrarium: Si vero ceciderit in tabula, eadem ratione fiat: quod si in panno profano, tunc lauari debet per tres vices, & ablutio reponi debet in Sacrarium, vt aliqui dicunt, quos sequitur P. Trimarchi; licet nonnulli dicant, quod pannum lotum scindi debet, & comburi; verum hoc fit, si ceciderit de Sanguine, vt ait Possuimus *de Officio curati, cap. 8. n. 4.* lauari ergo solum debet ob reuerentiam Sacramenti etiam si fragmentum non possit discerni, & tunc pannum pluries lauari debet, non verò comburi, vt decent Henriquez *lib. 8. cap. 28. n. 4.* Sotus in *4. dist. 10. quest. 2. art. 8.* Gauantus in *Comment. rub. Missal. part. 3. tit. 10. n. 15.* & alij; si autem ceciderit in panno sacro, videlicet super manicam Albæ, satis erit si lauetur, & fiat vt supra sine scissione; Possuinus *loc. cit.* Et hæc omnia sunt conformia *rub. Missal. de defectibus. in Minist. occurrentibus.* Quid est faciendum, si cadat Sacramentum super barbam communicandi: quod satis est, si barba pluries lauetur, si quidem barbæ magis parcendum est, quam Tapetibus, & aliis pannis. Quid si Laicus, præueniens Sacerdotem, particulam sustulerit à terra? Possuinus *loc. cit.* docet, quod lauari debent manus Laici, & ablutio reponenda est in Sacrarium propter eandem rationem. Et hæc omnia docet Nigrus *vbi supra*, & communiter Doctores. Dicendum est itaque in prædicta Rubrica comprehendi casus similes; nam vt ego alibi probaui, casus in quo militat eadem ratio, dicitur comprehensus in casu expresso; vt notat Glossa communiter recepta, *cap. 1. verb. Italia, de tempor. Ordinan. in. 6.*

An si Sacerdos in Ordinatione tetigit Patenam, sed non Hostiam, sit sub conditione denuò ordinandus.

RESOL. L.

CASus frequenter solet accidere: sed licet communiter Doctores asserbant Hostiam non esse de necessitate tangendam; tamen pauci proponebant difficultatem, an stante opinione contraria, in tali casu Ordinatio esset sub conditione reiteranda: Nouissimè tamen auctor diligens, & accuratus Carolus de Baucio in *Miscellan. Casuum Conscientie, to. 2. post Opusc. 4. in Appendice, quest. 4.* affirmatiuam sententiam tenet; quia, ait ipse, Fernandez, & Fabrus docent necessarium esse, vt Ordinandus tangat hostiam: Et Ledesma obseruat, quod Ecclesia vult, vt hostia ab Ordinatio tangatur: Vnde ex his subdit Baucius id quod asserit Villalobos, quod quotiescumque deest in collatione Ordinis id quo Ecclesia utitur, & adest opinio pro vtraque parte probabilis, quod sit validus Ordo collatus, & non sit validus

quo d. dictum Sacramentum reperendum sit sub conditione: Et ita senserunt doctiores, & vniuersitatis Salamanchæ. Quæ opinio potest confirmari ex eo quia Ecclesia non supplet, id quod deest circa essentialia Ordinis: nõ sic quãdo agitur de Iurisdictione, vt alibi docui; nam quando adest opinio probabilis, quod talis casus v. g. potest absolui à carenti potestate circa reservata, & alia opinio docet oppositum, tunc Ecclesia confert iurisdictionem, ac proinde remanet absolutum peccatum, etiam si forte à parte rei non poterat absolui illud peccatum; nam communis opinio probabilis, vt supra dictum est, confert iurisdictionem, vt docent communiter Doctores, teste Lessio *de Iust. & iure, lib. 2. c. 29. dub. 3. num. 68.* scdus dicendum est de Sacramento Ordinis, vt colligitur ex Sanchez *in Summa, lib. 1. cap. 9. num. 34. & 35.* Et ratio mihi est, quia si reuera opinio est falsa à parte rei, Ordinatus bona fide non conficit Sacramentum Eucharistiæ, non absoluit peccata, &c. quæ damna sunt magna in Ecclesia Dei, ac proinde non est recedendum ab eo, quod in vsu habet Ecclesia circa collationem Ordinis, & quia contraria opinio non est reiecta ab Ecclesia, idcirco arbitror sub conditione, esse reiterandam collationem Ordinis, quando non fuit obseruatum ac peractum; quod in vsu habet Ecclesia circa collationem Ordinis, &c. Ita mihi est dicendum, saluo doctiori iudicio, ac sensu Ecclesiæ Romanæ cui libenter me subiicio. Ita Baucius.

Sed licet supradicta doctrina sit vera absolute loquendo, tamen in casu de quo loquimur non videtur admittenda; vt me citato docet sapientissimus Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 14. num. 203.* vbi hæc asserit: Obseruant verò aliqui ex prædictis Auctoribus citatis pro nostra sententia, quod quamuis hæc sit probabilior, opposita tamen est tutior, & nostra non certa, sed tantum probabilis, ac proinde, qui eo modo, quo exigit prima sententia, non tangeret materiam, non esset certò ordinatus. Quapropter talis Sacerdos grauitè, (vt ipsi putant) peccaret, si eo defectu, & periculo ad eò extra ordinario non manifestato audiat Confessiones vel accepto stipendio Missas celebret; nemo enim à tali Sacerdote, nisi in extrema absolutionem peteret. nec Sacrificia oblato stipendio; nisi quando non suppetet alius Sacerdos certò ordinatus, & meritò conueniri posset quis, quod Sacerdos stipendia acceptaret; vel absolueret non detecto huiusmodi defectu, adeò extraordinario, vt moraliter nequeat, qui ad ipsum accedit, in eius suspensionem venire. Idemque iudicium putant esse de eo, qui ordinaretur solo tactu calicis, non tangendo patenam. Quæ sententia in hoc vltimo pro praxi mihi placet; non tamen id puto habere locum in eo, qui simul tangeret calicem, & patenam, quamuis digitis non pertingeret, ad Hostiam immediate tangendam; valere enim tunc ordinationem est moraliter certum, & bene cum multis docet Diana *locis citatis*, in quo vtriusque sententiæ Auctores conueniunt. Hucusque Dicastillus; cui adde Martinum de San Ioseph, *vbi infra tract. 2. num. 14.* & Nicolaum Isambert *in 3. par. D. Thoma, tom. 3. de Sacram. Ordinis ar. 8. n. 4.*

Imò plus addunt Doctores, quos citat & me etiam citato sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 2. tr. 6. disp. 3. q. 26.* non esse credibile, mortale committere illum, qui immediate hostiam non tangeret: quia vt bene notat Vazquez, cum Ordinandus habeat tunc manus linteæ colligatas, difficile est tangere Calice ipsam hostiam, præsertim habent digitos breuiore, Rectè itaque dixit Lublinus, *verb. Ordo,*

num. 6. in susceptione Ordinis Sacerdotalis, non est tangenda hostia: nam sicut tradendo Calicem cum vino, non opus est tangi vinum, sed vas cum vino; ita tradendo Patenam cum hostia, non est necessarium tangi hostiam, sed Patenam, in qua est hostia. Error tamen esset, si in Patena hostia non esset. Sic ille.

Sed an saltem ordinandus debeat de necessitate Sacramenti tangere immediate Calicem, simulque Patenam? Respondeo negatiuè: quia ad valorem Sacerdotij sufficit tangere Calicem, super quem imposita est Patena: nam qui tangit Calicem censetur tangere Patenam illi superpositam. Sic Soto, Valentia, Vazquez, Hurado, Granados, & alij, quos citat, & sequitur Leandrus, *q. 25.* quibus adde Martinum de San Ioseph *vbi infra, tract. 2. num. 14.* vbi sic ait: En caso que nose toque la Patena, ni la Hostia, sino solamente el Caliz, siento es mucho mas proble, que es valdo el Sacramento: porque en tocando el Caliz se tocan la Patena, y Hostia, que estan en cima, *arg. leg. Vulgaris. 21. ff. de furtis, gloss. earum in leg. restituta. 47. ff. ad Trebellian.* & sufficit tangere modicum quod non habet discontinuationem ad totum, *arg. cap. Vnici, de consecrat. Eccles. lib. 6.* Ita Martinus, qui citat plures alios.

Et tandem pro Curiosis non deseram hic apponere ea, quæ nouissime docet Petrus Marchant *in Tribunal. Sacram. tom. 3. par. 1. tract. 6. tit. 2. q. 3. corol. 2.* vbi sic ait: Ex dictis iterum resoluuntur duo casus mihi aliquando propositi, ob personarum, quos continebant, perplexitatem: Quatuor Religiosi, inter quos Titius, ab Episcopo eodem tempore sunt ordinati Sacerdotes: Post ordinationem inuentum in porrectione Calicis vacuum fuisse calicem, siue de fuisse vinum: Titius post aliquod tempus super hoc reflectens turbatus est maximis scrupulis: Quæbar, an ordinatio fuisset valida? an nulla, & reiteranda? Respondi: Non obstantibus pluribus responsionibus Doctorum in contrarium, qui saltem sub conditione reiterandam Ordinationem iudicabant, vel vt nullam, vel saltem dubiam. Respondi, inquam: Ordinationem simpliciter fuisse validam, nec absolute, aut sub conditione reperendam. Ratio fundamentalis fuit; quia ex S. Bonauentura, & aliis, porrectio Calicis cum vino, sicut & Patenæ cum pane, pars materiæ integralis est, quæ ad essentiam non pertinet per se: modò tamen Forma pronunciatã fuerit: Quæ autem tantum ad integritatem, & expressiorem significationem spectant, etsi sine culpa omitti non possint, Ordinationem tamen, & Sacramentum non inuadunt: Et plura addidi, quæ certam, & securam hanc sententiam reddunt, ita vt dubium practicum in hoc casu generari nequeat. Si Deus dederit, vt resolutiones, quas in casibus perplexis aliquando dedi, lucem videant, hæc latissime deducta prodibit: Modo, quæ supra dicta sunt, sufficienter hanc responsionem probant.

Alter casus erat: Ioannes Sacerdos consecrandus accedens ad Episcopum Patenam & calicem porrigentem, siue turbatus, siue aliunde, non retigir nuda manu patenam siue calicem, sed digitos Episcopi, & mediante manica albæ Calicem. Quæ rebar, an valida esset Ordinatio? an reiteranda? Respondi, validam esse, nec reperendam; quia etsi porrectio præcipiatur, de qualitate tamen contactus nihil ab Ecclesia decretum est: vnde moralis contactus, qui acceptationem quandam significat, in hac re morali sufficere censendus est. Præterquam quod, vt docui, porrectio patenæ, & calicis ad essentiam non pertinet, modò tamen, vt iam sæpè inculcatum est, non

non omittatur Forma verborum, quæ Materiam determinat. Hucusque Marchant.

Sed ego prorsus contra illum puto in dictis Casibus Ordinationes illas esse repetendas sub conditione, per ea quæ alibi ex Granado aduxi; & adducit nouissimè Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de Sacram. Ordinis, num. 14.* vbi hæc asserit: Diuerfas vezes he tratado casos en que ay opiniones probables de los Doctores, que vnos dicen que son validos los Ordenes, y otros afirman que no son validos, y consejan, y aun obligan à que se repitan los Ordenes debaxo de condicion, y es necesario declarat mas esto. Contentame mucho la opinion del Padre Granado de *Sacram. in 3. part. D. Thoma, controuers. 9. tr. 1. disp. 6. n. 2.* que tracta la materia en proprios terminos, y dize que no ay dificultad en que se pueda repetir el Sacramento debaxo de condicion, acciendo opiniones probables en contradas de los Doctores; però que esto se ha de entender en la ordinacion de los Obispos, y Sacerdotes, que controuertiendose en los casos debaxo de opinion, si quedaron ordenados, ò no, aurà obligacion precisa de repetir el Orden, porque sino se haze assi, se ponen à peligro de no consagrar, ni absolver los penitentes, de no ordenar Sacerdotes, ni confirmar los Fieles, pues es probable, que carecen de la potestad necessaria para exercer estos ministerios, con notable danno de los mismos Fieles, que deuen euitar, ordenandose segun doctrina cierta, y no segun opiniones en que puede auer engaño. Però en quanto à los demas Ordenes inferiores, afirma Granados que no obligaria, que se repitan en el que los recibid, segun opinion probable, porque no son tan necesarios, que no se pueda suplir por el Orden Sacerdotal la falta de los demas ministerios si la huuiesse, y porque à los demas Ordenes no està vinculado algun acto absolutamente necessario para la salud de las almas, de que pueda prouenir notable daño à los Fieles, y estando ordenado dellos. segun opinion probable, puede el ordenado persuadirse prudentemente à que està bien ordenado sin que se le obligue à repetir el Sacramento. Ita ille, & iterum ego.

An si quis adulterauit cum Coniugata cum promissione sumendi illam in Vxorem marito mortuo, possit absque dispensatione Pontificis Matrimonium illud inire, si dum commisit adulterium nesciebat impedimentum dirimens, ex illo proueniens.

RESOLVT. LI.

Affirmatiuam sententiam docet Baucius in *Miscellaneis Casuum Conscientia, tom. 2. Opusc. 1. q. 176.* vbi sic ait: Quis commisit adulterium cum promissione contrahendi Matrimonium secuta morte alterius Coniugis, vel interfecit virum ad finem contrahendi Matrimonium, sed ignorauit inuincibiliter ex hoc crimine non potuisse sequi Matrimonium absque dispensatione Summi Pontificis, an incidit in hoc impedimentum dirimens? Respondetur, hunc casum non inueni apud Sanchez, qui diffusè agit de Matrimonio, nec apud amicissimum Dianam, qui profitetur peregrinas opiniones Doctorum edere in lucem ad vtilitatem Fidelium, & ad tollenda peccata mundi; ac proindè operæ pretium existimauit typis mandare doctrinam Paludani à mentibus Fidelium abolitam, cum hic Auctor sit

antiquus, & apud Bibliopolas non reperiatur. At hic Auctor in *sens. dist. 34. quest. 1. num. 17.* & citat Canones quod requiritur scientia huius impedimenti, ad hoc vt incurratur tale impedimentum; quam scientiam huius impedimenti Paludanus requirit ex parte vtriusque contrahentis ad hoc vt incurratur supradictum impedimentum, nec sufficit vt vnus contrahentium sciat huiusmodi impedimentum. Fernandez in *Medulla Casuum Conscientia part. 3. cap. 16. sect. 5. in fine* citat Paludanum, & Maiorem, *quest. 2. dist. 37. q. 1. art. 4.* & dicit esse communiorem opinionem, nempe requiri scientiam huius impedimenti, ad hoc, vt quis incurrat. Ratio potest esse, quia huiusmodi impedimentum, vt supra dictum, est impositum ab Ecclesia in pœnam delicti: sed pœnas ait Sanchez in *Summa lib. 4. cap. 22. num. 18.* non incurri ab ignorantibus illas inuincibiliter, & dicit hæc esse probabilior opinionem. Ergo. Hucusque Baucius.

Sed si hæc opinio esset admittenda, plures in contrahendis Matrimoniis non egerent dispensatione Pontificia: Vnde ego citcà supradicta habeo magnam difficultatem; nam impedimenta Matrimonij dirimentia, non solum imposita sunt vt pœnæ, verum principaliter tanquam inhabilitates; vt rectè notat Lessius in *3. part. de Sacram. Matrim. c. 7. dub. 1. num. 130.* Cornejo in *3. part. tom. 2. tract. 6. de Impedim. Matrim. disp. 3. dub. 3. num. 2.* & alij communiter. Ergo ex hoc capite dicendum quod in ipsis non proficit ignorantia; quod non solum procedit quoad ignorantiam iuris, sed etiam quoad ignorantiam facti vnde affinitas ignorata ante Matrimonium dirimit illud, vt docet Io. de la Cruz, in *Direct. de Matrim. ar. 5. dub. 9. concl. 2.* & alij communiter. Dicendum est itaque, quod Matrimonium non tantum sit Sacramentum, sed etiam ciuilis contractus, immò ratio ciuilis contractus in Matrimonio est antiquior ratione Sacramenti, eiusque fundamentum; contractus autem, vt sit & censeatur legitimus, subest dispensationi reipublicæ, vt patet in omnibus aliis contractibus, potestque reipublica varias condiciones exigere, sine quibus contractus non censeatur, vel sit legitimus: potest, inquam, exigere vel ex parte materiz, vel ex parte consensus, vel ex parte vtriusque: ergo Ecclesia potest certas condiciones exigere, sine quibus matrimonialis contractus non sit validus, & proinde potest instituere impedimenta Matrimonij dirimentia. Vnde ex his patet, ignorantiam nihil prodesse, quoad impedimenta Matrimonij.

Confirmantur supradicta aliis exemplis, ex lege Ciuili, & Canonica, in quibus prohibetur ne Testamenta condantur, nisi sub certo numero Testium, nec Professio emittatur, nisi completo integro anno nouitiatus, & post annum decimum sextum: Et tamen si aliquis cum ignorantia inuincibili conderet Testamentum, aut emitteret Professionem sine dictis conditionibus cum ignorantia inuincibili, hoc non obstante Testamentum, & Professio essent irrita. Sic & in casu nostro, licet aliquis committeret adulterium & homicidium cum ignorantia inculpabili impedimenti criminis, hoc non obstante, Matrimonium esset nullum absque præuia dispensatione, sicut etiam foret si aliquis postquam rem habuit cum matre, haberet copulam cum filia ignorando inculpabiliter impedimentum affinitatis; nam si hoc non obstante contraheret cum ista sine præuia dispensatione, Matrimonium esset nullum. Et ratio horum omnium est; quia vt diximus impedimenta Matrimonij non imponuntur ab Ecclesia tanquam

tanquam puræ pœnæ, sed tanquam inhabilitates, & conditiones annullantes actum subsequendum. Vnde patet responsio ad argumentum Baucij, videlicet quod suspensio, Interdictum, & irregularitas non incurritur cum ignorantia inculpabili: Nam respondeo, istas esse puras pœnas, impedimenta autem Matrimonij esse inhabilitates, & conditiones annullantes actum faciendum. Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum. Idem supradictæ opinioni amicissimi Baucij tam præiudiciali Sacris Tribunalibus Pœnitentiæ, & Datarie Romanæ, nolo calculum meum adiungere: Vnde in casibus ab ipso adductis, dicendum est, illas personas egere dispensatione ad contrahendum Matrimonium. Et post hæc scripta inveni nostram sententiam docere doctum Magistrum Sætra *rom. 2. in part. 2. D. Thoma quest. 96. art. 4. ad 3.* vbi docet impedimenta Matrimonij non esse propriè pœnas, sed inhabilitates, & idem ignorantiam ab eis non excusare.

An Episcopus possit reservare Casus circa clausuram, in ordine ad Moniales exemptas.

RESOLVT. LII.

Affirmatiuè respondet Baucius in *Miscellaneis Casuum Conscient. rom. 2. Opusc. 3. quest. 269. petes. 2.* vbi sic ait: An Ordinarius possit sibi reservare casus etiam respectu Monialium exemptarum casus aliquos concernentes materiam clausuræ, vigore potestatis competentis ipsi tanquam delegato Sedis Apostolicæ circa custodiam clausuræ dictarum Monialium, v.g. ne prolixius loquantur cum extraneis ostio Monasterij aperto, &c. Respondetur affirmatiuè, nempe posse id facere: & consequenter in casu controuersionis esse absolueudas ab Ordinario non autem à Prælato Regulari. Vnde habes quod extra casum clausuræ, non potest reservare casus, respectu Monialium exemptarum. Ita ille; & ante illum Pellizzarius, *tract. de Monialibus, c. 10. sect. 1. num. 48.*

Sed ego discedo ab hac sententia virorum amicissimorum, & adhæreo opinioni negatiuæ, quam tueretur non minus doctus & amicissimus noster Pater Pasqualigus in *Q. Q. Canon. Centur. 2. qu. 161.* per totam; quia delegatio quam concedit Concilium Tridentinum Episcopi in ordine ad clausuram Monialium exemptarum, est solum in foro externo, vt constat ex verbis ipsius Concilij, *sess. 25. cap. 5. de Regularibus.* Deinde cum reservatio sit restrictio iurisdictionis in ordine ad absolutionem Sacramentalem sequitur quod requirat iurisdictionem circa eos, quibus restringitur iurisdictione pro foro interiori, & quod iurisdictione restricta sit dependens à iurisdictione restringentis: Sed per delegationem Concilij Tridentini confertur solum iurisdictione in ordine ad clausuram Monialium restituendam, & conseruandam: non autem tribuitur aliqua iurisdictione supra Prælatos Ordinarios Monialium, & idem non poterunt Episcopi reservando sibi aliquem casum restringere auctoritatem, & iurisdictionem Prælatorum Ordinariorum, aut eorum, qui eam habent supra Moniales in foro conscientie à Prælati Ordinariis. Hæc namque sunt diuersæ iurisdictiones, & facultates, vt per se constat. Ergo, &c.

Verum si quæras hic ac Moniales Ordinario subiectæ subiaceant casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro sua Diœcesi, etiam

si de iis Monialibus non fiat expressa mentio in edito reservationis; Responderetur affirmatiuè, nempe subiacere casibus, & censuris reservatis. Ita Doctores, quos citato nomine, citat, & sequitur Pellizzarius, *tract. de Monialibus, cap. 10. sect. 1. n. 50.*

Et nota hic etiam cum eodem Pellizzario, *num. 46.* & Baucio *vbi supra, petes. 1.* posse Prælatum Regularem pro Monialibus sibi subditis reservare casus, & censuras; neque est, opus vt Prælati id faciat cum Capitulo; nam moniales non habent vsum Capituli, ac proinde sine oraculo Capituli potest reservare casus, & censuras respectu Monialium sibi subditarum; nam solum est casuum in iure, quando est facienda reservatio casuum respectu hominum Religiosorum, non respectu Monialium non habentium vsum Capituli.

An Laicis Infirmis reliquia Sacramenti post ablationem inuenta tradi possint.

RESOL. LIII.

Negatiuam sententiam tanquam communem tueretur Fagundez, *præcept. 3. lib. 3. cap. 5. n. 31.* vbi ita ait: Rursum rogabis an possint huiusmodi reliquia inuenta dari alicui ex his qui communionem Eucharistiæ acceperunt, præsertim post sumptam aquam. Respondeo, huiusmodi reliquias dari, per se loquendo, non posse Laicis post sumptam ablutio- nem; quia hoc non pertinet ad eorum ministerium; censetur enim eorum actio perfecte consummata in ipsa prima sumptione ipsius Sacramenti: quare nec illis etiam dandæ sunt post finitam communionem, etiam si ablutio- nem non sumperint, nisi simul dentur cum priori formula; quia tunc censetur vna moralis communio: post hanc verò primam communionem non possunt Laici iterum communicare, per se loquendo: illa autem sumptio illarum reliquiarum, est vera communio, si per se, ac separatim fiat. Ita Soarius citatus. Ille, cum Bonacina *de Sacram. disp. 4. quest. 6. punct. 2. num. 15.* qui citat Reginaldum, Coninch, Nugnum, Filiucium, & Azorium; quibus adde me citato Leandrum, *de Sacram. rom. 2. tract. 7. disp. 5. quest. 35.* qui firmat non licere dare Laicis in eo casu, cum iam non sint ieiuni. Quoniam si dictæ particulæ sumi possunt à Sacerdote, etiam post ablutio- nem, idem est, quia sunt reliquie pertinentes ad idem Sacrificium ad quod consummandum, & perficiendum Sacerdos habet debitum, que debito caret Laicus,

Veram affirmatiua sententia Marchini, Ego olim, in *part. 6. tract. 6. resol. 23.* an sit probabilis, aliorum iudicio iudicandum reliqui; nunc autem inuenio illam docere Carolum Baucium in *Casibus singularibus Conscientie, cas. 136.* vbi ita asserit: Quæritur fragmenta hostiæ consecratæ post sumptam Eucharistiæ, & absolutionem à Laico, an possint sumi ab eodem Laico, si statim sumat, scilicet post minimam moram temporis. Respondet Marchinus *de Sacram. Ordinis, part. 3. cap. 3. numero 18.* id posse fieri. Ratio esse potest; quia sumptio illa reliquiarum ob minimam temporis moram, censetur vna, & eadem actio moralis cum manducatione hostiæ, quam ieiunus accepit: & restatur esse moris in arctissima Religione S. Mariæ Fulien- sis Ordinis Cisterciensis, & quamuis hæc opinio sit contra communem Doctorum sententiam, tamen, quia prædictus liber fuit re- uisus iussu Magistri Sacri Palatii, & non fuit emenda hæc opinio; Idcirco mihi videtur etiam à principio extrinseco hanc opinionem esse probabilem, &c.

eo magis, cum fuerit posita in praxi in multis Ciuita-
 tibus, & oppidis, ut ipsemet Marchinus testatur. Hæc
 Baucius. Et dictam sententiam Marchini, non audet
 improbare nouissimè Sapiientissimus Ioannes Dica-
 stillus, tom. 2. de Sacram. tract. 4. disp. 9. dub. 17. q. 6. n.
 389. vbi sic ait: Illud etiam quod ait Marchinus de
 ablutione danda communicanti etiam Laico, non
 semel vidi fieri quando scilicet in pyxide paruula
 portatur ad agrorum Venerabile, non iam per mo-
 dum Viatici, sed pro deuotione, & aqua, vel vinum
 infunditur in pyxidem, & communicanti porri-
 gitur, ut si quæ minutæ particule manserint, non
 emanent. In his ergo casibus, & isto modo, non au-
 sim damnare sic facientes, & faciliùs existimarem le-
 gem ieiunij pro communione pro iis casibus eo
 modo, ac non aliter esse receptam in Ecclesiis, sal-
 tem vbi talis est vltus, & modus. Hæc Dicastillus.
 Vnde puto sententiam Marchini non carere proba-
 bilitate, & idcò, negatiuam, quam tener cum com-
 muni Leandrus vbi supra, vocat tantùm probabilio-
 rem.

Nota hîc obiter, ad vitandam irreuerentiam ali-
 quando licitum esse accipere Eucharistiam sine iei-
 unio, ut si prudenter timeatur peruenturam in ma-
 nus infidelium, vel Hæreticorum, aut ab incêdio ab-
 sumi; & in tali casu, si Sacerdos esset non ieiunus, &
 Laicus ieiunus, cæteris paribus danda esset formu-
 la Laico; semper tamen manibus esset à solo Sacer-
 dote contrectanda. Quod si contingeret ut Laicus
 esset excommunicatus, sed ieiunus, Sacerdos verò
 non quidem censura impeditus, sed non ieiunus, is
 mihi videtur præferendus, quia maius videtur im-
 pedimentum censuræ, quàm defectus ieiunij. Si
 verò Sacerdos esset excommunicatus, Laicus verò
 non, ego iudicarem à Laico fore manducationem,
 quia Laicus non est impeditus ad id, quod alioquin
 ex Parte sua Sacerdos non potest, quia est impedi-
 tus, & non vrget necessitas, quia adest alius, qui
 possit communicare. Et quamuis etiam ministrare
 illo modo Eucharistiam sit virtute censuræ prohi-
 bitum, tamen cum in eo casu necessitatis non adsit
 alius ad id munus ordinatus, poterit id præstare; &
 quidem si est excommunicatus toleratus (ut appel-
 lant) poterit in fauorem Laici id facere; & quamuis
 non sit toleratus, sed denunciatus, aut manifestus
 Clerici percussor, adhuc potest absque peccato pro
 tali casu, quia non censetur Ecclesiasticum impedi-
 mentum censuræ tunc obligare. Vtcriùs si Sacer-
 dos peracta consecratione pereat, aut extrà se fiat
 sine spe redeundi ad se, nec adsit alius Sacerdos iei-
 unus, si non ieiunus adsit, ille debet perficere
 Sacrificium. Quod si in prædictis casibus Sacerdos
 impeditus sit etiam Episcopus in Pontificalibus ce-
 lebrans, & non sit alius Episcopus, potest simplex
 Sacerdos supplere simplici, & ordinario modo quæ
 defunt. Verum autem pereunte Episcopo in eo casu
 sit præferendus simplex Sacerdos ieiunus alteri Epi-
 scopo non ieiunio; nihil video in alijs auctoribus;
 crediderim tamen præferendum esse Sacerdotem
 simplicem ieiunum. Et hæc omnia docet Dicastillus
 vbi supra, numero 373. 379. & 380. quæ admodum
 notanda sunt, non enim facilè apud alios auctores
 inuenies

Sed si aliquis hîc quærat, an Sacerdos post lon-
 gam communionem factam, immediatè post fini-
 tum Sacrum, possit Vasa purificare, & reliquias, seu
 fragmenta, quæ supersunt consumere? & negatiuè
 respondet Hurtadus Eucharist. cap. 9. difficultas.
 17. eo quod iam non sit ieiunus. Sed ego contrariæ
 sententiæ adhæreo cum Cardinali Lugo, de Euchar.

disp. 15. numero 81. cum seqq. Suarez, tom. 3. disp.
 68. sect. 6. Fagundez vbi supra numero 30. & alij. Si
 particule, & earum reliquie fuerunt consecratæ in
 ea Missa. Quia adhuc censetur perseuerare eadem
 actio, & consummatio eiusdem Sacrificij Imò &
 consumere eas reliquias poterit, etiam si ab alio
 præconsecratæ fuerint, modo asseruari commode
 non possint.

*Subduntur alia practicabilia circa
 Eucharistiam.*

R E S O L V T. L I V.

AT quid dicendum si Sacerdos finita iam Missa,
 & reuersus ad Sacristiam, inueniat aliquas par-
 ticulas (ex his quas consecrauerat) remanentes in
 patena, vel calice, possit adhuc illas consumere.
 Et negatiuè ego olim cum communi Doctorum sen-
 tentia respondi, nisi dictæ particule, seu frag-
 menta commode, reuerenter seruari non possunt:
 sed obseruaui postea aliquos Doctores, paucos ta-
 men affirmatiuam sententiam docere; quibus nunc
 addo Patrem Leandrum vbi supra, quest. 31. quia ait
 ipse huiusmodi reliquie sunt eiusdem Sacrificij;
 ergo earum sumptio erit completio eiusdem Sacri-
 ficij: ergo optimè poterit eas in Sacristia Sacerdos,
 præcipuè si adhuc Sacris Vestibus indutus maneat,
 consumere. Secundò, quia Sacerdos licitè potest ac-
 cipere dicta fragmenta, post iam finitam Missam, &
 absolutum totaliter Sacrificium, dummodò ipse in
 Altari permaneat: ergo etiam poterit in casu posito
 si in incontinenti id faciat, quia quod sic fit, fieri
 simul dicitur, Et hanc sententiam ex Neotericis tenet
 etiam nouissimè Martinus de San Ioseph in
 Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Euchar. num. 7.
 vbi sic ait: Lo mismo es el que despues de tomada
 la ablucion, ya dichas las oraciones postreras, halla
 alguna Reliquias en la patena que podrá recibillas,
 porque toda es vna accion, y vn combite, y no im-
 porta sea grande la particula: porque consagrada
 per vn mismo Sacerdote, pertenece à vn mismo Sa-
 crificio, y à su consumpcion. Item, si el Sacerdote se
 detuuo mucho tiempo en dar la communion, y des-
 pues hallas las particulas, y Reliquias, podrá tomar-
 las por la misma razon, que toda es vna accion mo-
 ral, mas si ya se apartò del Altar, y despues hallò las
 Reliquias, no podrá tomarlas, porque no se repu-
 ta por vna accion moral. Però tengo por bien pro-
 bable, que aunque se aya ido à la Sacristia el Sacer-
 dote, como no aya desnudado las vestiduras sagra-
 das, podrá recibir las particulas pequeñas que hal-
 lare en la patena, porque pertenecen aun mismo
 Sacrificio, y se haze assi totalmente completo, y
 porque por mas diligencia que se ponga, ay peli-
 gro de que se pierdan: y porque recibiendo se, lue-
 go que se llega a la Sacristia, juzga el Derecho,
 que se haze la accion en el altar, pues, ea quæ
 continuò fiunt in esse videntur, leg. lecta, de rebus
 creditis, porque aunque la diction, continuò tollit
 omnem moram, cap. ceterum, vbi Abbas, num. 4.
 de rescriptis leg. Qui uxorem, ff. de iniusto rapto, mas
 debet intelligi ciuilitè, id est horis, & temporibus
 competentibus, apostilla ad Abbatem proæmio de
 cretalium, vers. rex pacificus num. 3. Calderinus, conf. ve
 88. vers. Item illud verbum, quod est 8. de offic. lega. ve
 Augustinus Barbosa de Axiomatib. iur. axiom. 68.
 n. 2. Cardinal. Tuschus præf. conc. tom. 2. lit. C. conc.
 977. num. 3. Surdus conf. 313. numero 24. demas de
 que inteuallum modicum temporis non inducit di-
 ueritatem

ueritatem actuum; leg. plerique, 33. ff. de ritu nupt.
 » A que añado, que si cessa el peligro de perdesse las
 » reliquias grandes, que se hallan despues que el Sa-
 » cerdote llega à la Sacristia, y se pueden poner en el
 » Sagrario, es mucho mayor medio. Ita ille.

Nota etiam hinc contra Eminentissim. Dominum
 meum Cardinalem Lugo, de Sacram. Euchar. disp. 15.
 num. 4. & alios, quod edens, vel bibens in dubio, an
 sit audita hora duodecima noctis, possit sequenti
 die communicare: quia melior est conditio possi-
 dentis: sed sic est, quod in hoc casu potius possessio
 stat pro libertate volentis communicare, quam pro
 præcepto communicandi, seruatio ieiunio. Et ita
 me citato tenet Leandrus, *question. 4.* & omninò vi-
 dendus Ioannes Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract.
 4. disp. 9. dub. 17. num. 197. cum seqq. qui nostram
 sententiam contra Cardinalem Lugo doctè, & sub-
 tiliter, vt semper solet, defendit. Et idem me citato
 contra Cardinalem Lugum, tenet nouissimè Pater
 Verricelli in *Q. Q. moral. tractat. 1. quest. 7. num. 15.*
 Quod etiam nominatim contra Lugum firmat no-
 uissimè ex Societate doctus Pater Bardi de *Conscien-
 tia, discept. 6. cap. 11. part. 3. §. 2. per totum.* Idem à
 fortiori dicendum est de illo, qui assumens aquam
 ad os abluendum, dubitat, an aliquam guttam tra-
 icerit; nec non de illo, qui dentibus quidpiam
 masticans aliquid deglutierit: nam hi optimè po-
 terunt crastino communicare; sicut demum poterit
 ille, qui adhæret dicto aliquorum dicentium sibi,
 horam noctis duodecimam non sonuisse, aliis so-
 nuisse affirmantibus. Quia præceptum, de non nisi
 ieiunè ad Eucharistiam accedendo, non est imposi-
 tum dubitanti, sed certo scienti non esse ieiunium.
 Quam vltimam sequelam, etiam concedit Lugo
loc. cit. num. 43.

Et tandem obseruandum est Leandrum *vbi supra,*
quest. 7. firmiter docere, quod vbi est tantum vnum
 horologium, si duodecima hora noctis sonare inci-
 piat, non teneri aliquem statim in prima pulsatione
 desistere à cibo, vel potu, si crastino Eucharistiam
 sumpturus est. Quod probat variis rationibus, & tes-
 tatur, quod sic senserunt aliqui Doctores Complu-
 tentes à se consulti. Qui postea me citat adducen-
 tem Bresserum; & poterat etiam in fauorem suæ sen-
 tentiæ adducere Caramuelem, & nostrum Patrem
 Pasqualigum quos ego alibi adduxi qui latè probat,
 quod quantumcunque horologium reputetur re-
 gularum, licitum esse, post omnes pulsus, per qua-
 drantem comedere, & sequenti die communicare.
 Et Pater Verricelli in *Q. Q. Moral. tract. 1. quest. 7.*
num. 13 de quo firmat, si vnicum sit horologium,
 quod censetur regulatum, & designet duodecimam
 noctis, comedens deinde per semiquadrantem, pote-
 rit sequenti die communicare. Et postea *num. 16.*
 firmat quod quando in Vrbe plurima audiuntur ho-
 rologia, possum conformari vltimo, & tunc post om-
 nes pulsus comedens, per moram salutationis An-
 gelicæ, possum sequenti die communicare.

Sed ego non discedo à contraria sententia, quam
 docui: nam vt optimè obseruat Castrus Palaus *tom.*
1. tractat. 2. disput. 2. punct. 7. num. 2. in nostro casu,
 grauitas, vel paruitas materiæ desumenda est, à com-
 muni sensu Ecclesiæ, & fidelium; sed communiter
 fideles Sacrilegium putant, etiam breuissima mora
 post mediam noctem manducare: ergo, &c. Et tan-
 dem nota hinc obiter; quod non potest Episcopus
 cogere Parochum vt subministret necessaria Pres-
 byteris volentibus celebrare in Parochiali, vt de-
 clarauit Sacra Congregatio Rituum, 10. Iunii
 1602. & obseruat Gauantus in *Manuale Episcopo-*

rum, verb. Parochorum munera in Additionib. num. 6.
 & Barbosa de *Officio Parochi, part. 1. cap. 11. num. 51.*
 & sic ego consultus his diebus, respondi contra
 quendam Episcopum.

*An ad lucrandum Iubileum sufficiat indigna
 Communio, seu facta in peccato
 mortali.*

RESOL. LV.

Sententiam negatiuam tenent Doctores, quos ci-
 tar & sequitur Pasqualigus in *Praxi de Iubileo,*
decis. 76. num. 3. qui affirmatiuam sententiam omninò
 improbabilem putat.

Sed immerito; nec debebat tot. Doctorum viro-
 rum sententiam, nota improbabilitatis inurere: nam
 ita tenent Suarez, Filliucius, Henriquez, Bonacina,
 Corduba, Faustus, & Fernandez, quibus addo Quin-
 tanaduenam de *Iubileo duarum hebdomadarum, c. 26.*
 d. 3. vbi sic ait. El que hiziera comunion sacrilega
 si despues hiziera la vltima diligencia en gracia,
 ganaria el Iubileo sin ser necessaria otra Comunio,
 que basta sea en si buena esta obra, y con ella se cum-
 pliera, como cumple con el precepto de la Missa el
 dia de Fiesta el Sacerdote, que celebra en mortal.
 El que con confession informe, en que no recibiese
 gracia, comulgasse con buena fe, sin otra Confession,
 ni Comunio le gauana. Ita ille; & ante illum Emi-
 nentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo, de
Sacram. Penit. disp. 27. sect. 3. num. 103. vbi ita asse-
 rit: Dubitabis an si fecit aliquis intrà hebdomadam
 Confessionem sacrilegam, sufficiat ad effectum In-
 dulgentiæ habere contritionem ante finem hebdo-
 madæ; an verò debeat iterum validè confiteri. Prima
 opinio dicit, non requiri secundam Confessionem.
 Contraria tamen sententia vera est: Probari potest
 ex his quæ diximus præceptum Ecclesiæ obligare
 ad confessionem validam, nec ei satisfieri per sacri-
 legam, & inuvalidam confessionem. Similiter ergo,
 quando eadem Ecclesia confessionem exigit, de va-
 lida confessione intelligit: nam illa alia non est con-
 fessio, sed irritio. Circà Communionem tamen, illam
 primam sententiam admitterem, vt licet sacrilega
 fuerit, non requiratur alia, cum re vera fuerit vera,
 & valida Communio, licet sine fructu propter obi-
 cem peccati. Hæc Lugo. Vnde contra id quod as-
 serit Pasqualigus, hanc sententiam tanquam proba-
 bilem admittit doctus, & amicissimus Pater Gobat
 de *Iubileo, cap. 26. quest. 69. num. 177.* sic asserens:
 Etiam qui sacrilegè communicat, ordinationi Pon-
 tificis Communionem requirerentis satisfacit, eò quod
 Sacrilega quoque Communio sit proprie dicta Com-
 unio. Et censet Diana *resol. 17. post Bossium,* hanc
 doctrinam esse veram etiam tunc, cum Pontifex di-
 cit: Qui reuerenter, & deuotè communicauerint, &c.
 eò quod per ly reuerenter, intelligi possit reuerentia,
 & modestia exterior: per ly deuotè, attentio inte-
 rior, quam sufficienter habet is, qui sumit Eucharis-
 tiam intentione actuali, vel virtuali colendi Chri-
 stum, vel lucrandi Iubilum, seu obediendi Ecclesiæ,
 vel Papæ. Hæc vtraque doctrina est, ob auctoritatem,
 & ob rationes à Bossio allatas, probabilis. Sic ille, &c.
 iterum Ego: puto tamen sententiam negatiuam esse
 probabiliorem.

Notandum est tamen hinc, me olim docuisse quod
 si quis det alteri tempore Iubilæi elemosynam di-
 stribuendam, si iste talis non distribuatur, Indulgen-
 tiam non lucrabitur: Sed hanc sententiam impugnat
 Pasqua

Pasqualigus *ubi supra*, *questione* 136. *numero* 3. qui poterat in sui fauorem etiam adducere Gobat *de Iubileo*, *capite* 30. *questione* 80. *numero*. 221. & Lezanam *in Summa*, *tomo* 3. *verb. Iubilæum*, *num.* 14. Sed ego sententiæ negatiuæ, cui adhæsi, nunc etiam adhæreo, & me citato illam tenet Leandrus *ubi supra*, *questione* 49. Quintanaduénas, *numero* 12. & amantissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, *numero* 112. vbi sic asserit: Dubitatur circa elemosynam, an sufficiat dare famulo, vt ipse det pauperi; si tamen ipse famulus postea non det. Affirmant aliqui; quia iam Dominus dedit ex parte sua. Secus esse, si solum præcipiat Oecono- mo non dante, non dedit Dominus elemosynam. Verius tamen credo, in neutro casu satisfieri; quia dare est transferre dominium: famulo autem non dante elemosynam, nondum est translaturum illius dominium in pauperem, imo semper poterit Dominus reuocare mandatum, quandiu non est data elemosyna: ergo nondum est translaturum domi- nium, nisi forte aliquis iam pto ipso paupere ac- ceptasset, tunc enim iam esset irreuocabilis dona- tio. Et ita videtur hanc partem tenere Corduba *de Indulgentia*, *questione* 26. *dubio* 2. Vnde idem dice- rem, si mitteretur elemosyna tempore Iubilæi ad pauperem distantem, ad quem non posset peruenire intra illam hebdomadam: tunc enim elemosyna non daretur intra tempus legitimum, cum posset reuocari mandatum toto illo tempore, nisi aliquis, vt prædixi, pro paupere acceptasset. Ita ille: *qui num.* 113. optimè docet, quod dans elemosynam ficto pauperi, lucraretur Iubilæum. Idem etiam tenet Quintanaduénas, *num.* 15. Gobat *num.* 222. Leandrus *quest.* 69. cum aliis.

Notandum est etiam, Pasqualigum, *decisione* 65. docere, quod si quis lucraturus Iubilæum, confiteatur, & antequam impleat opera iniuncta incidat in mortale, tenetur iterum confiteri. Sed ego contra- rium docui, & nunc doceo; & me citato docet Leandrus *questione* 79. qui idem dicendum affirmat de eo, qui in confessione facta de aliquo peccato obliuiscatur, aut ex causa inculpate peccatum ali- quod in confessione omittitur. Et hæc omnia etiam docet Quintanaduénas *ubi supra*, *capite* 18. *num.* 7.

Nota etiam hic Pasqualigum, *questione* 77. *num.* 4. docere, non sufficere communionem, quæ præcedat tempus Indulgentiæ. Sed debere esse communionem eiusdem diei, in quo statuta est Indul- gentia. Quod ita accipi debet, vt si Indulgentia du- ret per plures dies, sufficiat in aliquo ipsorum sum- pisse Eucharistiam. Si vero per vnicum diem, suffi- ciat sumere Eucharistiam illo die, vel die præceden- ti, si Indulgentia incipiat à primis Vesperis. Sed- contrariam sententiam tenet Cardinalis Lugo *ubi supra*, *numero* 93. sic asserens: Aduerte tamen, hoc non procedere, quando plures Indulgentiæ eadem die diuersis Ecclesiis concessæ sunt iis, qui post con- fessionem, & communionem eas visitauerint, & ibi orauerint: tunc enim vnica confessio, & communio sufficit ad lucrandam vtramque Indulgentiam; vt notauit Turrianus *ubi supra*, & Diana, *tom.* 3. *tract.* 4. *Miscellan.* *resol.* 166. quia confessio & communio non videtur exigi directe; sed præsuppositiue ad maiorem dispositionem subiecti ad finem intentum. Vnde idem dicendum esset, licet secunda Indulgen- tia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurreret. Ita Lugo; & post illum Gobat *loco citato*, *num.* 181. cuius verba hæc sunt: Idipsum

Anon. Diana, Pars X.

dicendum esse, licet secunda Indulgentia non ead- em die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurreret, existimat Lugo *loco citato* post Comito- lum, *questione* 39. qui interrogatus, vtrum qui pti- mo die Augusti Sacramenta confessionis, & com- munionis susceperant, nil plane cogitantes de In- dulgentia, quæ omnibus confessis & communicatis proponebatur ad diem sextum eiusdem mensis, pos- sent sine noua confessione, & communionem lucrari illam Indulgentiam. Rotunde respondit posse, eam potissimum ob causam, quod illi de quibus erat sermo, verè potuerint dici, esse confessi, & commu- nicati. Comitolum integre sequitur Portel, *numero* 5. Et quando duobus diebus immediatis sunt duæ Indulgentiæ plenariæ, requirentes confessionem, & communionem, sentit cum Comitolo, Turrianus *in sel. disput.* relatus à Diana, *part.* 4. *tract.* 4. *num.* 166. non dissentiente. Hæc Gobat; qui pro hac opinione citat etiam Escobar; quibus etiam adde me citato Quintanaduénam *ubi supra*, *num.* 9 & etiam me cita- to Lezanam, *in Summa*, *tom.* 4. *verb. Indulgentiam*, *numero* 15.

Et tandem nota Pasqualigum, *quest.* 81. *num.* 3. firmare, quod iniunctio communionis pro Iubi- læo non afficiat pueros, sed tantum eos, qui iam apti sunt ad suscipiendam Eucharistiam: & proinde non esse opus commutatione. Ratio autem est quia prohibentur à iure, seu consuetudine sumere Eu- charistiam, & Pontifex id non ignorat; atque aded conditio communionis quoad ipsos est impossibilis de iure. Ergo non censentur imposta pro ipsis: nam conditio de iure impossibilis, etiam si apponatur, habetur pro non posita *cap. Tua*, & *cap. Requisiisti de Testament.* & *Clement.* 1. *de Relig. domib.* Confir- marur. Cum Pontifex sciat pueros non posse sumere Eucharistiam, si etiam quò ad ipsos iniungeret hanc conditionem, frustra iniungeret, quia obstat ius, ne possit impleri.

Sed communis sententia est in contrarium, quam ego docui, & quam nouissimè tuetur Quintanadu- uénas *ubi supra*, *numero* 4. No dixeron bien Fernandez, y Zarnado, que los niños incapaces de comulgar sacramentalmente comulgassen espiritual- mente (como si fueran capaces para esta comunio- no siendo para aquella) A los tales auerse esta de comutar en otra obra pia especifican Fausto *de Iu- bilæo*, *libro* 4. *questione* 45. Lorenzo de sancto Fran- cisco, *notacione* 8. y otros. Ni dixo bien Fr. Filipe de la Cruz, *tractatu* 1. §. 11. *numero* 3. Que los niños no comulgando ganauan el Iubileo, si ha- zian las demas diligencias. Aduertase para este, y otros Iubileos, y para el articulo de la muerte la do- trina, que con tanta autoridad, y razones prueba Iuan Sanchez, *Select. disputatione* 26. Que à los niños en llegando al uso de razon, ò años de discre- cion aunque solos sean siere, si sabon distinguir lo malo de lo bueno; y qual es pecado, se à de dar y deue la Eucharistia, y que della es capaz, el que lo es de la confession, y que mas capacidad se requie- re para est, por ser mas dificiles de aprehender sus actus de examen, dolor, proposito, &c. que para à quella, que son mas faciles: que alli no ay pan, si no Christo, que se à da recibir en ayunas, y sin pe- cado grande, confessandolo antes. Ita Ale. Ea verò, quæ in hac, & sequenti Resolutione obseruabimus, dicta esse volo ad magis confirmandas aliquas opi- niones à nobis alibi adductas, non quod existimem opiniones Patris Pasqualigi viri docti, & amicissimi, non esse satis probabiles.

▼ Conf.

Confitens Superiori, an liberetur à reservatione quoad peccata oblita.

RESOLVTIO LVI.

NEgatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur nominatim contra me P. Pasqualigus in *praxi de Iubilao, quest. 242. num. 8.* vbi sic ait: Secundò colligitur contra eundem Bossium *sect. 1. de Iubilao, casu 29. num. 4.* & eos quos citat *num. 8.* Eum qui confitetur Superiori, aut alteri habenti auctoritatem vniuersalem delegatam, non remanere liberum à reservatione quoad oblita, vt docent Alterius *tom. 1. de censur. lib. 4. disp. 4. cap. 3. dub. 2. vers. Dico secundo.* Suarez *disp. 31. de pœnit. sect. 4. num. 18.* Cortolanus *part. 1. de casib. reseru. art. 9. n. 4. vers. Si verò.* Bonacina *disp. 5. de pœnit. quest. 7. punct. 5. §. 5. num. 4. vers. Addo.* Floronus *part. 1. de casib. reseru. cap. 4. §. 10. vers. Aut confitetur.* Ratio est, quia quoad reseruata, cum causa nõ sit cognita, nec etiam remanet iudicata, cum iudicium non possit ferri super incognito: vnde nec etiam est ablata reseruatio; & sicuti peccata non reseruata debent iterum iudicari, quando sunt oblita, ita & reseruata oblita ab eo, cui sunt reseruata. Accedit, quod finis reseruationis est, quod Superior cognoscat ipse de reseruatis: vnde quoad oblita non cessat finis, atque aded nec reseruatio. Ita Pasqualigus.

Sed ego non recedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam communem esse fateatur ipse Pasqualigus, pro qua 26. Doctores assert, quibus ego addo me citato Quintanadueñam *de Iubilao duarum hebdomadarum, cap. 22. num. 5.* vbi sic ait: Si à vno le absoluerian de vnos casos reseruados, ò censuras en tiempo del Iubileo, y el pasado se le acordara otros; podrá ser absuelto dellos, y de ellas, de qualquier Confessor, aunque aya muchos años, que pasó el Iubileo, y aunque ningun reseruado viuisse confesado, si confesò otros, se deuia absoluer pasado el Iubileo, si lo ganò, que siempre le queda aquel derecho. Sic Coninch *disp. 8. dub. 12. num. 98.* Molfesio *tom. 1. tract. 7. cap. 21. num. 25.* Reginaldo *tom. 1. lib. 8. num. 99.* Y aduertase que no es necessàrio, que el mismo que le confesò en el Iubileo le absuelua, ò dentro, ò despues del, sino que puede escoger otro: y en la opinion, que afirma no ser necessaria confession para ganar el Iubileo, al que tiene mortales; si pasado el se acuerda de casos reseruados, ò censuras, no hizo en el ninguna confession, por no hallarse con mortales; però si las demas diligencias; no obstante puede ser absuelto de las censuras, y reseruados, y comutarle votos, &c. Ita ille; & magis latè validissimis rationibus hãc sententiam confirmat Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 20. sect. 7. per totam*, vbi responderet ad omnia argumenta.

Et quidem quoties subditus bona fide, & cum simplicitate confitetur Superiori, & detegit ei latebras cordis sui; iam facit, quantum est ex se, vt superior adhibeat eius conscientie remedia necessaria: non est ergo, cur non sit contentus Superior eiusmodi manifestatione, & tollat reservationem, sicut tollit, quando manifestat vnum reseruatum, etiam respectu oblatorum, prout fateatur Suarez: Vasquez verò, vt consequenter loquatur, id etiam negat. Sed certè non est credibile, quòd si subditus fecit confessionem generalem totius vitæ cum Superiore, velis adhuc Superior obligare illum, vt quoties ei aliquid occurrerit circa illam confessionem addendum, v. g. circa aliquam circumstantiam non satis explicatam,

vel quid simile; toties redeat ad ipsum. Quid enim, si cum Pontifice Summo, vel eius summo Pœnitentiaro facta esset confessio: numquid, hi etiam volunt, vt redeat Pœnitens ad ipsos, quoties aliquod dubium circa ea, quæ explicari debeant.

Confirmatur, quia si subditus explicitè diceret, se desiderare absolui ab omni vinculo, quantum fieri posset; iam Superior præsumeretur velle auferre reservationem, vt fateatur Suarez. Sed quoties confitetur Prælato, desiderat, & petit implicitè absolutionem, & remissionem maiorem, quam habere possit: ad hoc enim venit omnis pœnitens ad Confessarium, vt soluatur, quantum solui possit. Ergo præsumitur etiam Superior velle soluere quantum potest, iuxta desiderium pœnitentis. Cur enim non præsumemus eum velle facere id, quod faceret absque illa difficultate, quoties à pœnitente explicitè peteretur. Certum est autem, quòd si subditus dicat: Pater, ego non sum mihi conscius alicuius casus reseruati; sed tamen ad cautelam desidero solui à vinculo reservationis. Superior nunquam hoc illi in confessione negaret: ergo cum magno fundamento præsumimus, ita velle absoluere semper, vt soluat quantum potest.

Ex his infertur: Si Superior habens potestatem delegatam absoluat ab vna solum excommunicatione reseruata, non manere pœnitentem absolutum ab illis, quas fortè incurrerat, nec ablatam esse reservationem pro illis; quia absolutionis verba tunc solum terminantur ad illam excommunicationem, nec villo modo indicant solutionem ab aliis, aut ab earum reservatione. Quando verò generaliter absoluit ab omni excommunicatione, in quantum potest, iam tunc verba diriguntur ad omnes. Item quando absoluit generaliter à peccatis, iam tunc ostendit, se velle eorum vincula soluere, quantum potest: quare, cum vnum vinculum ex illis sit reseruatio, à qua potest Superior directè soluere; credi debet hoc etiam vinculum soluere per illa verba generalia. Remanet igitur nostra sententia satis firmata; nec credo Patrem Pasqualigum illam tanquam probabilem non admittere. Vnde me citato, doctissimus, & amicissimus P. Bardi in *Bullam Cruciatæ, part. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 12. num. 102.* vtramque sententiam probabilem esse censet.



TRACT. XIV. & IV.
MISCELLANEVS.

An possit resignari Beneficium cum pacto de Pensione redimenda.

RESOLVTIO I.

RESPONDEO negatiuè. Et ita docet Toletus *lib. 5. cap. 92.* Lessius *lib. 2. cap. 35. dub. 22. num. 124.* Garcias de *Beneficijs, tom. 2. part. 11. cap. 3. numer. 172.* Gigas de *Pensione, quest. 87. ad finem.* Ioannes Vvigers de *iur. & instit. tract. 1. 7. cap. 4. dub. 15. num. 92.* vbi testatur de communi. Et ided non deseram hãc apponere verba Castri Palati *tom. 3.*

rom. 3. disp. 3. de Simonia, punct. 17. num. 14. vbi sic
 „ asserit: Infero, responſionem illius quaestionis, an sine
 „ manifestatione Superioris (qualis est solus Pontifex)
 „ possit resignans cum reservatione pensionis obligare
 „ resignatarium ad aliqua onera admittenda v.g. vt fi-
 „ deiussorem saecularem, vel aliquam hypothecam
 „ assignet, vel illi anticipate soluat, timet enim Re-
 „ signatarium futurum tardum in soluendo. Et dicen-
 „ dum est esse Simoniacum contractum; quia obligat
 „ Resignatarium ad id quod de iure non inest, eique
 „ ex vi resignationis onus pretio aestimabile imponit;
 „ ita Lessius, lib. 2. cap. 35. dub. 15. num. 93. Suarez,
 „ lib. 4. cap. 35. num. 23. in fine. Quae resolutio ita vera
 „ est, vt etiamsi ordinarius commissionem haberet im-
 „ ponendi pensionem adhuc huiusmodi contractum
 „ approbare non posset: ita Suarez supra. Vnde pensio
 „ sic constituta posset non solui, & beneficium tan-
 „ quam vacans propter Simoniam impetrati, vt bene
 „ dicit Lessius illo num. 93. Verum si post constitutam
 „ pensionem obligaretur Resignatarius ad haec onera,
 „ dicendum est Simoniam non committi, neque in fo-
 „ ro exteriori debere praesumi, sed potius praesumi de-
 „ bet liberè se obligasse. Ita tradit Flaminus cum com-
 „ muni sententia, libro decimo quarto, quaestione septi-
 „ ma, à numero 53. Haec Palus; quae omnia menti
 „ tenenda sunt, cum circa illa video hic Romae multos
 „ naufragare, & idem Castus Palus vbi supra,
 „ puncto 13. numero 11. firmat, resignantem bene-
 „ ficium cum onere pensionis non posse facere pa-
 „ ctum, vt constituta pensio redimatur, est enim illud
 „ onus pretio aestimabile.

Nora etiam, Simoniam committere resignantem
 beneficium, & petentem à resignatario solutionem
 expensarum, quas in eius acquisitione fecit: colligitur
 ex cap. Super hoc de Renunciat. & cap. Cum pri-
 dem de Pactis, & tenet Lessius supra, num. 94. & Sua-
 rez, num. 26. & Flaminus, lib. 14. de Resignat. quest. 7.
 num. 1. cum aliis. Ratio est, quia petit aliquod onus,
 quod de iure non inest resignationi; non enim resi-
 gnatio secum affert illas expensas, sed expensae factae
 sunt ante resignationem in acquisitione beneficii.
 Ergo beneficium nequit dari cum aliquo speciali
 onere, quod non daretur, si beneficium illis expensis
 acquisitum non esset; non enim ob hanc rationem
 pluri debet aestimari, sicut si possessionem domus
 multis expensis obtineres, non ob id carius vendere
 posses, quam si nullis tibi expensis stetisset.

*Quanam quantitas itineris pedestris excuset
 à Ieiunio.*

RESOLVTIO II.

DE hoc dubio interrogatus fui, occasione huius
 „ Anni sancti, in quo aliqui visitabant quatuor
 „ Ecclesias designatas à summo Pontifice tempore
 „ Quadragesimae, quaesierunt à me an essent excusati
 „ à ieiunio. Et negatiue respondi: quia iter ad minus
 „ duodecim milliarium excusat à ieiunio. Verum
 „ Leandrus de Praeceptis Eccles. tract. 5. disp. 8. q. 95.
 „ putat iter pedestre nouem milliarium sufficere; sic
 „ itaque asserit: Respondeo nec sufficere iter pedestre
 „ septem milliarium ad eximendum quem à ieiunio,
 „ vt vult Pasqualigus; nec esse ad id necessarium, iter
 „ quindecim, aut viginti milliarium, vt Azorio, Bona-
 „ cinz, & Fagundio placent; sed sufficere, & esse omni-
 „ no necessarium, praecisus aliis circumstantiis iter no-
 „ uem milliarium, seu trium leucarum, ad tollendam
 „ obligationem ieiunij. Quia huiusmodi iter, absolu-
 „ te loquendo, sufficit, & requiritur ad generandam
 „ Anton. Diana, Pars X.

eam lassitudinem corporis, & defectionem spiri-
 tuum animalium, quae, vt restaurari possint, neces-
 sario requirat, ac petat multiplicem refectionem,
 quem verat ieiunium. Ita Leandrus. Ego autem me-
 dia via incedendo, puto, vt dixi, iter pedestre duode-
 cim milliarium à ieiunio excusare.

Sed quaeres, an haec sententia procedat, si iter pe-
 destre sit mere voluntarium: possum ego videlicet
 peregrinari altera die ieiunio non impedita, teneor-
 ne relinquere peregrinationem ad obseruandum iei-
 unium? Plures affirmatiue respondent: sed probabi-
 liter Pater Leandrus, vbi supra, q. 98, cum aliis negati-
 uam sententiam tenet quia praecceptum ieiunij, non
 prohibet iter pedestre: ergo voluntarie omnino po-
 test suscipi à quocumque, & ab eo non obseruari iei-
 unium, casu quo labor itineris sit magnus, & incom-
 patibilis, cum illo.

Diximus supra iter pedestre duodecim milliarium
 excusare à ieiunio: quæro quid dicendum de itinere
 equestri, Respondet Leandrus, & probabiliter, qua-
 sitione 102. Ite equestre viginti quatuor milliarium
 à ieiunio excusare: vnde quaestione 101. dixit, Equi-
 tantes non solum per plures dies, sed etiam per vnum
 diem ad ieiunium non teneri. Haec sententia mihi
 placet, quia si iter vnus diei, dummodo sit ad mi-
 nus deodecim milliarium sufficit ad excusandum à
 ieiunio illius diei iter pedibus agentem: ergo simili-
 ter, iter equestre vnus diei, dummodo sit triginta,
 aut viginti quatuor milliarium (quae continent leucas
 Hispanicas) excusare debet à ieiunio pro illo die, iter
 equo agentem.

*An Communitas Religiosorum teneatur quo-
 tidie publice in Choro canere Horas Ca-
 nonicas sub onere peccati mortalis.*

RESOLVTIO I I.

NEGatiuam sententiam nouissimè tenet Marcus
 „ Vidal, in Arca Theologia moralis, titulo de Ho-
 „ ris Canonice, Inquisitione 1. numero 31. vbi sic ait:
 „ Consuetudo recepta penè in omnibus Religioni-
 „ bus canendi quotidie in Choro publicè Horas Ca-
 „ nonicas, non obligat sub culpa mortali Regulares,
 „ neque sigillatim personas, neque communitatem, &
 „ Superiores locales, ita vt si aliquando desistant canere
 „ in Choro etiam sine graui causa, non idèd sunt
 „ condemnandi rei mortalis culpæ. Probatur assertio
 „ primò: omnes ferè Regularium Religiones canunt
 „ quotidie in Choro Horas Canonicas ex consuetudi-
 „ ne tantum recepta in quavis Religione: sed haec
 „ consuetudo non habet vim legis, & praeccepti: ergo
 „ non obligat sub culpa mortali. Maior, vt vera recipi-
 „ tur; communiter à Doctoribus. Minor autem proba-
 „ tur; consuetudo enim tunc habet vim legis, siue praec-
 „ cepti quando à maiori parte communitatis introdu-
 „ citur cum Superioris legitimi consensu, & recipi-
 „ tur communi animo se obligandi, & quando partici-
 „ pant iustæ legis condiciones, atque etiam obseruatur
 „ per modum praeccepti, & obligationis: sed nulla penè
 „ Religio introducit talem consuetudinem canendi
 „ in Choro hac intentione & animo obseruandi illam
 „ per modum praeccepti, & legis: ergo sub mortali non
 „ obligat: Idèd, &c. Secundò, constitutiones ferè om-
 „ nium Religionum non obligant regulariter Subdi-
 „ tos ad illas obseruandas sub culpa mortali: ergo ne-
 „ que etiam obligabit sub mortali haec consuetudo can-
 „ endi publice in Choro Horas Canonicas. Antecedens
 „ supponitur verum, & certum. Consequentia
 „ V 2 proba

probatum : tum quia regulares tenentur ex consuetudine canere in Choro iuxta regulam cuiusvis religionis, sed regula non obligat sub culpa mortali : ergo neque etiam consuetudo : tum quia ista consuetudo canendi in Choro est orta, & dependet à constitutionibus particularibus religionum : ergo sequitur earum naturam : at constitutiones non obligant ad culpam mortalem : ergo neque consuetudo ab ipsis dependens ; quia accessorium sequitur naturam principalis, *lege Cum principali, ff. de reg. iur. cap. Accessorium, de reg. iur. in 6.* potissimum quando militat eadem ratio, ut in præsentis nostri casu : nam tam constitutiones, quam consuetudo canendi in Choro tendunt ad idem bonum, & ad eundem finem : ideo, &c.

Nec obstat dicere, quod consuetudo circa rem grauem, quasi semper vim legis habet : ergo obligat sub mortali : ergo etiam hæc canendi in Choro Horas Canonicas, quotidie in regularium Ecclesiis ; cum sit consuetudo circa rem grauem, ut per se patet : ideo, &c. Respondetur negando absolute antecedens. Et ratio negationis est. Primò ; quia dantur aliquæ consuetudines, quæ habent vim legis, & tamen non sunt de re graui, & difficili, neque communiter seruantur. Ita Pasqualigus, *decisione 487. numero 3.* ergo. Secundò, cum eodem Pasqualigo, *loco citato, numero 5.* in aliquo loco introduci potest ex deuotione exercitium alicuius virtutis, quod ab omnibus communiter seruetur, & sit difficile, & etiam quod sit res grauis ; & nihilominus talis consuetudo non obligaret sub culpa saltem mortali ; illa enim, quæ fiunt ex liberalitate, non inducunt obligationem, quia proueniunt ex libera voluntate, quæ cum liberaliter operetur, se obligare non intendit : ergo. Tertio, consuetudo nunquam vim legis præceptiue habet, nisi sit introducta, & instituta cum consensu Superioris, ac animo se obligandi, & tali etiam intentione obseruetur : Ita asserunt communiter Doctores, ut Suarez, Azorius, Rebellius, Reginaldus, Valquez, Fagundez, Filiucius, Layman, Becanus, & alij, quos cit. & sequitur Diana, *part. 3. tractat. 2. resolutione 8. §. Sed hæc opinio.* nam sicut lex quoad suam obligationem dependet ab intentione Legislatoris, ita etiam consuetudo dependere debet ab intentione illorum, qui eam inducunt cum participare debeat conditiones legis, ut vim legis habeat, aliter non obligabit ; quia actus voluntarij non plus operantur, quam velint operari. *leg. Voluntariè, c. de excus. tut. & leg. fin. Cod. ne uxor pro mar. & actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem leg. non omnes, ff. si certum, cap. Ad audientiam de decif. ergo, &c.* Quarto in actionibus de consilio, & liberis requiritur semper agentis intentio, per quam se obligare intendat ad aliquod opus, ut dicatur in conscientia esse obligatum, ut patet in voto. Sed ut aliqua consuetudo introducat, est quid dependens à libera hominis voluntate, cum sit quoddam ius non scriptum, quod continuo actuum similitum vsu nascitur ; ergo ad introducendam consuetudinem obligantem in conscientia, inter alia requiritur illorum intentio, qui eam introducunt, qua intentione se obligare in conscientia velint, & intendant. Igitur consuetudo recepta in religionibus canendi quotidie in Choro Horas Canonicas, cum non sit introducta, & instituta hoc animo se obligandi sub mortali, sequitur quod vim legis præceptiue non habeat ; quoniam ut sentiunt DD. communiter, consuetudo nunquam vim habet obligandi in conscientia, nisi sit de consensu illius, qui potest legem condere, & nisi sit introducta hac intentione

obligandi : Ita cum D. Thoma, 1.2. *quest. 97. art. 3. ad 3.* asserunt Doctores, ut Suarez, *de leg. lib. 7. cap. 9.* Reginaldus, *lib. 13. n. 143.* Filiucius, *tract. 23. cap. 6. num. 97.* Clauis Regia, *lib. 3. c. 11. num. 5.* Bonacina *de leg. disp. 1. quest. 1. punct. ult. num. 28. Sà verb. Consuetudo, num. 4.* Fagundez, *in præcept. 1. Eccl. lib. 1. cap. 6. num. 7.* & alij : Sed regularium constitutiones apud plures Religiones leges præceptiue obligantes sub mortali culpa non continent ; ergo neque etiam vlllo pacto asserendum est, quod in illis Religionibus consuetudo canendi in Choro fuerit introducta hoc animo, ut vim legis præceptiue habeant, cum dependeat ab instituto, & regula ipsarum Religionum. Et hæc omnia & plura alia docet Vidal, *vbi supra.*

Sed hæc opinio, tanquam singularis reiicenda videtur ; & ita affirmatiuam sententiam communiter tenent Doctores : Vnde Ioannes Caramuel *in Theol. Reg. disp. 101. n. 1320.* sic ait : Communitates teneri sub peccato graui legere Diuinum Officium asserunt Authores communiter ; nullum legi qui asserat contrarium, nullum, qui hanc obligationem demonstrer. Videatur Suarius, *l. 4. de Horis Canonicis, c. 10.* Ne igitur singularis videatur, supponam ex communi sententia non posse communitatem aliquam Benedictinam omittere Officium diuinum sine culpa mortali ; ex hac hypothese nascuntur resolutiones subsequentes. Eodem modo iudicanda est communitas in officio publico, quo Sacerdos in officio priuato. Patet ; quia sicut tenetur Sacerdos sub culpa graui diuino Officio satisfacere, ita etiam supponitur sub graui onere communitatem obligari. Hinc constat materiz paruitatem, quæ sufficit ad excusandum a mortifero Sacerdotem, debere etiam communitatem excusare. Ita Bonacina *de Hor. Can. disp. 1. q. 3. punct. 1. n. 3.* Diana *ibid. resol. 51.* Ex hac conclusione vniuersali procedunt appendices quas reperi apud doctos Authores. Prima ; communitas, quæ sine causa legitima recitat Horas extra tempus præscriptum, non peccat mortaliter. Ita Bonacina, *tract. de Hor. Can. disp. 1. q. 3. punct. 3. n. 7.* Gauantus *in Comm. rubr. Missal. tom. 2. sect. 1. c. 5. & n. 9.* Valentia, *tom. 5. disp. 6. q. 2. punct. 20.* qui intelligendi sunt sublato graui scandalo ; quia si hoc sit graue, non poterit excusari à mortali, verum vix tale in simili materia iudico posse dari ; nulla communitas censenda est sine causa alterasse officij tempora, quæ propter honestam recreationem hora vna, vel altera officium differt ; aut anteponit. Recreatio enim honesta actus etiam Regularis est, & cum ferrei non sint Monachi, necessarius, ut melius aliis obligationibus satisfacere possint, quod quidem apud sanctissimos Monachos in vsu est. Secunda. Communitas, quæ inuertit ordinem officij, modo totum legat ad quod tenetur illa die, non peccat mortaliter. Ita Bonacina, & Gauantus, *vbi supra, c. 5. tit. 8. n. 3.* Diana *resol. 16.* In reliquis omnibus rebus de communitate ipsa, ut de singulis philosophatur, Hucusque Caramuel.

Dicendum est itaque in Ecclesiis Regularium adesse obligationem canendi publice Horas Canonicas in Choro ; quia *Clement. 1. de celebr. Missar. cum Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis numerantur etiam Regulares :* ergo supponit Pontifex in his Ecclesiis eandem esse obligationem psallendi publice diuinum Officium in Choro, sicut in prioribus : hæc tamen Regularium obligatio differt à reliquis, quia solum est, iuxta vniuscuiusque institutum, regulas, aut consuetudinem ; nam Religiosi non tenentur officium recitare in Choro ratione Beneficij proprij, ut constat ; nec etiã, quia aluntur elemosynis

fynis, & bonis Ecclesiasticis; quia non sub hac ratione, nec ad hunc finem aluntur, sed vt Deo seruiant, iuxta ipsorum Institutum; nec etiam est vllum ius Canonicum, quod hoc onus omnibus Religionibus imponat; nam in prædicta Clementina, potius supponitur aliunde illa obligatio, & ideo solum præcipitur, vt debito modo psallatur; quare obligatio supponenda est ex peculiari instituto, regula, aut consuetudine. Hæc est communis sententia quam docet diuus Antoninus 2. part. tit. 9. cap. 12. §. 3. vers. *Quinta negligentia*, Angelus, verb. *Hora num. 25*. Tabiena, *ibi, quest. 28. num. 29. dicto 11*. Syluester, *quest. 10. Armila. num. 21*. Sotus *lib. 10. de Iust. quest. 3. art. 3. circa finem*, Aragonius 2. 2. *quest. 83. art. 12. dub. 4. not. 2. & concl. 1*. Suarius, *tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis, cap. 10. n. 7*. Filliucius, *tom. 2. tract. 23. cap. 4. quest. 7. num. 133*. Bonacina, *tom. 1. tract. de Officio, disp. 2. q. 1. punct. 1. num. 9*.

Quæres an prædicta obligatio sit sub culpa mortali, an tantum ex regula, ita vt non excedat communem obligationem regulæ. Respondeo, & dico primò: si loquamur de toto Conuentu, seu Ecclesia regulari, in qua est consuetudo regulariter dicendi diuinum Officiũ publice in Choro, etiam si id nulla regula explicauerit, nec vllum votum de hoc directe fiat, esse obligationem grauem sub peccato mortali, quia saltem per consuetudinem videtur illud, onus ita receptum, & acceptum; & magnum esset scandalum si omitteretur, quamuis interdum ex iusta causa possit in hoc dispensari. Ita docet Armilla, verb. *Hora. num. 21*. Sotus, *lib. 10. de Iust. quest. 5. art. 3. prope finem*. Suarius, *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canonicis, cap. 10. num. 7. fin.* Filliucius, *tom. 2. tract. 23. cap. 4. quest. 7. num. 134*. Layman, *tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 1*. Dico secundò, hanc obligationem principaliter cadere in Prælatos Religionis, & Monasterij, scilicet Abbatem, Priorem, Guardianum, Abbatissam, Priorissam, & quemcunque alium. Ratio est, quia quoties obligatio cadit in aliquod mysticum corpus alicuius Communitatis, caput talis corporis, ratione sui muneris maximè tenetur curare, vt obligatio illa impleatur, quia ad superiorem pertinet mouere inferiores ad operandum; aliàs non posset tale corpus moraliter tali obligationi satisfacere. Hæc autem Prælatorum obligatio specialiter explicata, & aucta est in prædicta *Clementina 1. de celebratione Missarum*, vbi ordinariis Rectoribus, & Superioribus præcipitur, vt sollicitam adhibeant diligentiam, vt debitum horis conuenienter hoc Officiũ psallatur, vel celebretur, si Dei, & Apostolicæ Sedis indignationem euitare voluerint; quæ verba manifeste indicant præceptum obligans ad mortale. Ita Tabiena, verb. *Hora, quest. 23. n. 29*. Armilla, *num. 21*. Sotus, *lib. 10. de Iustit. quest. 5. art. 3. prope finem*, vbi ait: si vbi fieri potest, Præfati negligentia tale Officiũ in communi non fieret, citra dubium mortale illi esset crimen. Nauarrus, *cap. 3. de Oratione, num. 61*. Petrus de Aragonia 2. 2. *quest. 83. art. 12. dub. 4. concl. 1*. Suarius, *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis, cap. 10. num. 8*. Layman *tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 1*. Filliucius *tom. 2. tract. 23. cap. 4. quest. 7. dicto 3. num. 135*. Bonacina, *tom. 1. tractatu de Officio, disputatione 2. questione 1. punct. 1. num. 9*.

Quæres, an obligatio communis obliget singulos, quando non solum subditi, sed etiam ipse Prælatas esset aded negligens vt omitteretur publica diuini Officij recitatio in Choro ex defectu ministrorum. Respondeo affirmatiuè; tunc enim præceptum commune singulos obligaret, quia iam esset publica ne-

Anton. Diana, Pars X.

cessitas, in qua obligantur. Huic sententiæ fauent Doctores, qui dicunt non excusari à peccato mortali illos Religiosos, ex quorum absentia in Choro Ecclesiasticum Officiũ notabile damnum, seu magnam iacturam pateretur. Ita expresse docent Angelus verb. *Hora, num. 26*. Tabiena *ibi, quest. 28. num. 29*. Siluester *questione 10. numer. 12*. Armilla *num. 21*. Caietanus *ibi, §. Quoad quintum*. Grassius *part. 1. dec. lib. 2. cap. 53. num. 13*. Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis, cap. 10. n. 15. fin.* Filliucius *tom. 2. tract. 23. cap. 4. quest. 9. dicto 1. num. 139*. Bonacina *tom. 1. tractatu de Officio, disputat. 1. questione 2. puncto 2. numero 8. §. Dixi regulariter, & disputatione 291. puncto 1. numero 9. fin.* Et hæc est doctrina communis inter Theologos circa obligationem recitandi Horas Canonicas in Choro, quam habent Religiosi: vnde caueant ipsi, opinionem contrariam in praxim deducere.

Quidam vir nobilis plura munera ob malum finem Moniali dederat, & aliqua ab ipsa acceperat: quaritur an de istis teneretur ad restitutionem.

RESOLVTIO II.

Affirmatiuam sententiam docet Carolus de Baucio in casibus conscientie singularibus, *cas. 114*. vbi sic asserit: quaritur; extra Italiam accidit casus, quod quidam homo largitus est multa munera cuidam Moniali propter turpem amorem, & è conuerso ipsa similiter eidem homini alia munera largita est propter eundem illicitum amorem: deinde homo poenitentia ductus, accedit ad Confessarium pro absolutione, quomodo ergo se debeat gerere Confessarius erga huiusmodi poenitentem? Antequam respondeam; suppono primò, regularem acquirentem rem illicitè, acquirere Monasterio, quia est inhabilis ad aliquid sibi acquirendum ratione voti paupertatis quod emisit; vt rectè docet Bonacina *tom. 2. disp. 2. quest. 3. punct. 3. propos. 2. num. 12. in respons. ad primum argumentum*. Suppono secundo; regularem non posse expendere nummos in vsus illicitos, & consequenter, qui eos recipit, tenetur ad restitutionem, vt extat constitutio Clementis VIII. confirmata, ac declarata ab Urbano VIII. His suppositis: responderet, non posse poenitentem compensare munera collata Moniali ab ipso cum muneribus, quæ recepit à Moniali; quia Monialis potuit acquirere Monasterio, sed non potuit alienare bona Monasterij in vsus illicitos, ac proinde tenetur ad restitutionem circa munera, quæ recepit à Moniali ob turpem causam, & nullo modo potest compensare. Verum si bona fide recepit munera à Moniali, credens de illis licite acquirere posse dominium, tenetur restituere tantum rem si extat in specie, vel si non extat, tenetur id restituere Monasterio, in quo factus est locupletior. Ita Baucius, qui Bonacinam etiam citat.

Sed ego probabiliter negatiuæ sententiæ adhæreo quam tuetur Pellizzarius *tract. de Monialibus cap. 4. sect. 1. num. 74*. vbi sic ait: Addo ego, quod si recipiens à Moniali indebite dante, tantundem ei refundat; quantum accipit (& quidem in re vtili) videtur liberari ab onere restituendi; quippe qui, etsi non habeat expressam intentionem compensandi damnũ sua causa illatum Monasterio, habet tamen virtutalem, quæ sufficit; cum lex absolute præcipiat actum, non autem quod fiat tali intentione: & aliàs testu-

Sanchez *lib. 7. Mor. cap. 19. num. 110.* possit talis restitutio fieri Religioso danti, nisi timeatur illum vane, & contra Prælati voluntatem iterum consumpturum esse. Ita ille.

Nota etiam, quod in duobus aliis casibus quis non tenetur restituere acceptum à Monialibus, vel aliis Religiosis, quos apponit idem Pellizzarius *vbi supra* sic asserens: Addit Sanchez, quod si secularis daret aliquid Monacho non sibi retinendum, nec ad libitum consumendum, sed dandum sceminae, cum qua ipse Monachus fornicaretur; si is de facto illud tradat scemina; hæc non tenetur restituere, cum illud censeatur accepisse, non à Monacho, sed ab illo seculari, Monacho in eà datione se habente solum vt executore: nec appareat vllus titulus, ex quo illud dici debeat acquisitum Monasterio. Quin etiam Cardinalis de Lugo *disp. 3. de Iust. num. 142.* dicit non esse improbabilem doctrinam, quam tradunt Bañez, Lopez, Rebellius, Salas, Sayrus, & Diana relati ab ipso Cardinali; nimirum quando Prælati regularis dat subdito plenam, ac liberam facultatem expendendi aliquid pro suo libito, non intelligi limitate suam intentionem solum ad vsus licitos, ac pios; sed potius auferre, quantum est ex se, totum impedimentum, vt vsus ille non sit contra votum paupertatis ob defectum licentiæ; atque adeo recipientem ab ipso non teneri aliquid restituere. Et ratio est, quod sicut in aliis materiis licentia generaliter concessa non intelligitur limitari ad solos vsus, vel casus aliunde non turpes; sed iis etiam auferit malitiam, quam posset habere ex defectu talis licentiæ; etsi remaneat malitia, ac turpitudine ex alio capite; sic hoc ipso quod Prælati vniuersaliter concedit licentiam expendendi pro libito; non est, cur præsumatur limitare licentiam ad vsus solum aliunde non illicitos, sed potius velle auferre impedimentum, quantum est ex parte sua, maxime cum Prælati id præstare possit non solum valide (vt bene probat Cardinalis de Lugo, *n. 137.*) sed etiam licite; vt ostendit idem Cardinalis *n. 139.* Loquendo de licentia data in genere ad quemlibet vsus, non autem in particulari, & determinate ad vsus illicitum. Hæc Pellizzarius, & iterum ego; & quoad vltimum consentit etiam Marcus Vidal *in Arca Theolog. Moral. titulo de Paupertate Religiosa, Inquisit. Vnica, numero 22. & 23.*

An tempore Pestis possit Episcopus dispensare, vt in sua Ciuitate comedantur carnes in Quadragesima.

RESOLVTIO III.

Affirmatiuè respondet Veneris *in Ex. sm. Episcoporum, lib. 4. cap. 46. n. 53.* & Homobonus de bonis *in Consult. select. Casuum Conscientia, vol. 1. part. 2. Resp. 57.* vbi firmat Episcopum cum consilio sui Capituli, & aliquorum Theologorum, Canonistarum, & Medicorum, posse dispensare, vt homines tempore pestis, carnes comedere possint ad præseruationem tanti morbi, quia omnia, quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præseruandum ab ea, maxime quod cibi quadragesimales tunc temporis hominibus noxij esse possunt, & è contra carnes magis sint vtilis, vt humores facile ad recipiendum morbum non disponantur. Quod sane fecisse Archiepiscopum Panormitanum, grassante in ea vrbe teterrima pestis lue, testantur Acta Panormitana. Ita ille.

Sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuctur Marchinus *de Bello diuino, seu de Pestilentia, part. 6. cap. 2. num. 3.* & omnino videndus Magister Ioannes Paulus Nazarius Dominicanus, *tom. 8. opusc. 3. cas. 1. fol. 319.* qui à fundamentis, & Theologice hanc quæstionem pertractat; & responder ad argumenta in contrarium adducta ab Episcopo Venero *vbi supra*, qui sic argumentabatur. Omnia quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præparationem, seu præseruationem à peste: ergo. Respondeo, antecedens verum esse, quando causa dispensationis est certa, aut casus est repentinus, nec patitur moram, vt ad superiorem recurratur, non autem quando causa ita dubia est, vt non appareat, an si Superior præsens esset, dispensationem concederet toti Ciuitati, vt est in casu nostro, qui etiam patitur moram. Secundo arguit: quia cibi quadragesimales sunt nociui hominibus, & carnes sunt magis vtilis, vt humores de facili non disponantur ad recipiendum morbum: ergo. Respondeo, nullam esse consequentiam; quia solæ illæ causæ quæ ponuntur in antecedente, non sufficiunt ad iustam, & legitimam dispensationem, sed requiruntur etiam conditiones explicatæ. Tertio arguit; quia licite potest Episcopus dispensare in præcepto audiendi Missam in his quadragesima diebus, in quibus homines in suis domibus sunt reclusi propter suspicionem pestis, vt pestis omnino extinguatur: ergo multo magis poterit in carnibus dispensare, cum sit medium necessarium ad conseruandam sanitatem. Respondeo primò; Episcopum non posse licite cum omnibus reclusis dispensare à præcepto audiendi Missam, sed debet prouidere, vt in via, seu platea publica, ad quam respiciunt fenestræ, & ostia domorum, erigantur Altaria, in quibus Missæ celebrentur, & audiantur à reclusis; vt pie, ac sancte factum est in Bononiensi Ciuitate, Florentia, & alibi. Quartò arguit: quoniam illustrissimus Archiepiscopus Panormitanus grassante peste in Ciuitate Panormi, per Edictum publicum dispensauit; vt omnes in quadragesima illius anni comederent carnes, & plurimum profuit; & hoc docet Nauarrus in Consilio, de obseruatione ieiunij, posse fieri non solum tempore pestis; sed etiam in tempore extremæ necessitatis ciborum, & in aliis occurrentiis, & occasionibus, vt febris curretur, aut impediatur. Respondeo & dico, fortasse id factum fuisse consulto summo Pontifice. Deinde dico Siculos habere priuilegium Bullæ Cruciatæ, & idè cum minori admiratione, & sine tanto scandalo potuit illis ea dispensatio concedi, cum præsertim tribus annis lues in ea Ciuitate durauerit. Postremum dico Nauarrum, nec in finali consilio de obseruatione ieiunij, nec in aliis præcedentibus sub eo titulo dictam opinionem significare. Et hæc omnia docet Nazarius *loco citato*, qui alias rationes pro hac firmanda sententia adducit. Nec etiam deferas recognoscere Marchinum *loco citato*, qui tamen, *n. 6.* concedit quod in locis ab vrbe valde remotis, vel vbi periculum sit in mora, vel ex generali consuetudine, liceret Episcopo vniuersos ciues ab abstinentia quadragesimali ex causa pestis soluere.

Nota etiam hæc obiter, quod dispensatio in ieiunio facta ab Episcopo sine iusta causa, non solum est illicita, sed inualida: vnde si Episcopus, vel alius Prælati inferior Papa, aliquem à lege ieiunij eximat sine causa, non solum peccet mortaliter, sed etiam ipsa exemptio, aut dispensatio sit irrita, & inualida ex defectu potestatis. Quia ea, quæ sunt iuris communis non possunt Episcopi dispensare sine iusta causa; quia excederent facultatem sibi commissam. Non enim

enim data est illis à Papa, nisi sub conditione causæ iustæ, & sufficientis.

Quæro etiam hic obiter primò, an Episcopus possit abrogare legem localem ieiunij, latam à Concilio Prouinciali? Respondeo, non posse illam derogare, licet possit in ea dispensare, sicut potest in lege ieiunij lata à iure communi. Ratio est, quia inferior non potest abrogare legem superioris: sed sic est, quod Concilium Prouinciale, est supra Episcopum, cum illius iurisdictio extendatur per totam Prouinciam, & etiam supra quemlibet seorsum ex illius Episcopis: ergo.

Quæro secundò, an saltem possit Episcopus abrogare legem ieiunij, latam à Synodo Diocesana. Respondeo posse, quia lex Diocesana Synodi solum habet vim & vigorem ab Episcopo: ergo ab ipsomet potest abrogari. Et à foriori, in ea cum aliquibus dispensare etiam valide (non autem licite) quamuis id faciat sine causa; ut ex supra habitis constat. Ita Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus de *Præceptis Ecclesiæ, tractatu 5. disputatione 10. questio. ne 7. 8. & 9.*

An quando in aliquo Iubilæo non conceditur facultas absoluendi à reſeruatīs, sed tantum requiritur pro consequenda Indulgentia, ut quis confiteatur, & uisitet certas Ecclesias, possit adhuc à reſeruatīs absolui.

RESOLVTIO IV.

Affirmatiuè respondet Magister Texeda *tom. 2. lib. 3. tract. 3. num. 113.* vbi sic ait: Sed quid dicendum est quando in aliquo Iubilæo non conceditur facultas absoluendi à reſeruatīs, sed tantum exigitur ad indulgentiam lucrandam, quod pœnitentes confiteantur peccata sua, & communicent cum certis precibus effundendis in tali Ecclesia, an ille qui ligatus est à Censura reſeruata, & non potest ad superiorem iter facere, possit nihilominus ab inferiori Confessario ratione Iubilæi lucrandi absolui. Dico tamen pœnitentem eo casu posse suo proprio Confessario confiteri, qui eum potest absolvere non solum à peccatis confessis, sed etiam ab excommunicatione reſeruata; tunc enim pœnitens, manet absolutus à peccatis confessis per se, & directe, ita ut nunquam ea iterum confiteri teneatur ex vi alicuius præcepti, ab excommunicatione autem reſeruata quasi materialiter, & per accidens, non vero simpliciter, & ideo tempore congruo tenetur à Iudice superiori absolutionem ab excommunicatione reſeruata petere, quia Confessor ille inferior solum absoluit in quantum potuit, prout exigebatur, & necessarium erat ad consequendam indulgentiam, ne pœnitens aliàs bene dispositus, desiderio consequendi indulgentiam illam, inculpabiliter priuaretur. Ita ille.

Qui postea *num. 120.* quærit an quando in Bulla, vel Iubilæo, vel aliquo indulto conceditur facultas absoluendi ab omnibus casibus reſeruatīs vigore talis indulti possit fieri absolutio à Censuris reſeruatīs. Circa quam difficultatem Suarez *tom. 4. part. 3. disp. 28. sect. 3. num. 15.* agens de quodam motu proprio à Clemente VIII. edito, in quo abstulit ab omnibus Prælatiſ regularium facultatem reſeruandi peccata pro suis subditis, nisi cum consensu Capituli; asserit nihilominus eo motu proprio non obstante posse Prælatos excommunicationes sibi reſer-

uare, unde colligitur ex huius Auctoris sententia, nomine casuum reſeruatorum quantum ad absolutionem priuilegiatam Censuras non comprehendi: adeo si in indulto concedatur facultas absoluendi pœnitentes à casibus reſeruatīs, si aliàs sint excommunicatione reſeruata innodati, virtute talis indulti absolui nequeunt per se; & directe.

Nihilominus dicendum est quantum ad præsentem punctum, nomine casuum reſeruatorum in Pontificum Decretis, aut factæ Congregationis latis comprehendi Censuras reſeruatās; & ideo quoties in aliquo priuilegio in fauorem pœnitentiſ concessio, conceditur facultas absoluendi à reſeruatīs, pœnitens qui habet reſeruatam aliquam Censuram, vigore talis priuilegij potest ab illa absolui directe, & per se, quia quamuis sub nomine casus reſeruati, non comprehendantur Censuræ, cum casus reſeruatus sit peccatum, Censura vero sit pœnia, tamen secundum communem vsum loquendi factorum Canonum, & Conciliorum nomine casus reſeruati intelligitur censura, ut expresse habetur in Extrauagant. *Et si Dominici*, vbi dicitur ideo casus à Pontifice reſeruati, ne fideles ob veniæ facilitatem sumant ansam peccandi: at ista ratio æqualiter militat in censuris, præcipue in excommunicatione, ac in culpis. Confirmari istud potest, quia vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, præcipue hoc est verissimum, quia qui habet casus reſeruatōs, & simul est excommunicatus non potest ab illis absolui, nisi prius absoluat ab excommunicatione, & ideo dicendum est mentem Pontificis concedentis facultatem absoluendi à reſeruatīs virtute talis indulti esse ut possit Confessor absolvere à censuris, quia excommunicatio præcipue cum sit tam grauis censura, impedit absolutionem à peccatis: & ideo præsumendum est in eo casu intentionem Pontificis priuilegium promulgantis, esse, ut extendatur ad censuras illis casibus annexas. Et hæc omnia docet Texeda *vbi supra.*

An Pontifex validè possit sibi reſeruare absolutionem Casus & Excommunicationis, etiam in articulo mortis.

RESOLVTIO V.

Negatiuè repondet Texeda *in Theologia moralis, tom. 2. lib. 3. tract. 3. num. 134.* quia potestas à Christo Domino tradita Pontifici ad gubernandam suam Ecclesiam, ad expendendosque Christi thesauros, non est ei data in destructionem membrorum eius, sed in eorum ædificationem, & meliorem profectum in via salutis æternæ, & perpetuæ pacis: ac si summus Pontifex posset reſeruare casus, & excommunicationem in articulo mortis, non dispensaret Ecclesiæ thesauros, iuxta facultatem sibi traditam: ergo talem potestatem non habet Pontifex. Secundò, quia Pontifici non est tradita potestas à Christo nisi, ad lucrandas animas Fidelium à morte æterna, easque traducendas in vitam æternam, & non ad pendendum eas: ac si Pontifex haberet potestatem reſeruandi sibi excommunicationem, & casus in articulo mortis, talis potestas esset ei tradita ad perdendum eas, cum multi è vita decederent absque remedio salutis, cum ad Pontificem adire non possent: ergo. Tertio, quia vnusquisque habet ius intrandi in vitam æternam: ergo in Pontifice non est potestas impediendi istud ius, qualiter impediretur si Pontifex haberet potestatem seruandi sibi casus & censuras in articulo mortis: ergo talis potestas

potestas non est ei collata. Tandem quia hæc sententia est contra Concilium Tridentinum, *sessione 24.* cuius verba sunt. Custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, vbi patet, omnes Sacerdotes posse absoluere in articulo mortis à reseruatibus non solum indirecte, & per accidens, sed per se, & directe: quia omnes Sacerdotes pro illo articulo habent veram Iurisdictionem, etiam si sint simplices. Vade ex his patet responsio, an reseruatia facta à Papa absque legitima causa, sit valida respectu omnium Confessorum. Neque Sotus *in. 4. disp. 18. quest. 2. art. 5.* Ruardus, *art. 3. contra Caluinum, Vazquez quest. 91. art. 3. dub. 4.* & Luylius de *Pœnit. disp. 31. dub. 4.* Loquendo de reseruationis respectu Confessariorum Ordinariorum, qui ex officio habent iurisdictionem Episcopi, & Parochi; licet esse validam affirmant respectu Sacerdotum, qui non ex officio, sed ex sola delegatione superioris habent iurisdictionem.

Sed his non obstantibus, puto, sententiam affirmatiuam esse satis probabilem, quam tuetur Bonacina *tom. 3. disputatione 1. quest. 22. punct. 2. num. 13.* & ante illum Suarez *in 3. part. tom. 4. disputatione 3. sectione 3.* asserentes, posse Pontificem in articulo mortis reseruare excommunicationem, ita vt nullus ab ea absoluere possit, quamuis ita faciendo malefaceret, & non esset immunis à mortali culpa. Hinc infero reseruationem factam à Papa absque legitima causa, valere respectu omnium Confessorum, non tamen esse licitam, quia iurisdictionis omnium inferiorum dependet à summo Pontifice: ergo licet ipse peccet, non relinquendo ordinem debitum & potestatem necessariam in inferioribus, validè tamen id faciet. Sic. Maior. *in 4. disp. 17. questione 5.* Angelus *verb. Casus.* Syluester. *verb. Confessor. 1. questione 3.* Henricus, *quodlibet. 1. quest. 27.* Suarez *disp. 20. sect. 4. num. 6.* Ægidius, *disp. 8. dub. 11.* Hurtado, *disp. 11. difficult. 2.* Lugo, *disp. 20. num. 30. pag. 462.* Ochagauia, *tract. 2. quest. 21. numero 2.* Villalobos *tract. 9. difficult. 57. num. ult.* licet contrarium asserant Doctores superius citati. Itaque, vt dixi, circa supradictas difficultates, vtraque opinio ste probabilis.

An liceat Generalibus Religionum excipere Confessiones Monialium sibi subiectarum absque Episcopi loci licentia. Et quid de Confessionibus secularium.

RESOLVTIO VI.

Interrogatus de hoc casu, negatiuè respondi: & sic noster Pater Generalis non potest excipere confessiones Monasterij Monasterij Sapientia, absque deputatione Archiepiscopi Neapolitani: & ideo, refert Gauanto *in Manuale Episcoporum, verb. Monialium cura spiritualis, post num. 39. in Addit. sacra Congregatio die 13. Nouemb. 1627. declarauit, non licere Generali audire confessiones Monialium sui Ordinis; sine deputatione speciali Episcopi.* Et ita hanc sententiam tenet etiam Bordonus *in Consiliis Regularium tom. 1. resol. 5. quest. 1. num. 1.* & nouissime Paulus Squillante *tract. de obligationibus & priuilegijs Episcoporum, part. 3. cap. 39. num. 17.* & Nouarius *in Summa Bullarum, tom. 2. Rubr. de Exemptorum priuilegijs num. 30.*

Nota etiam hic obiter, non solum inferiores Prælatos Regularium, sed etiam Generales, non posse excipere confessiones Sæcularium absque Ordinarij

probatione: vt patet penes Leandrum, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quest. 63.* quicquid in contrarium tanquam probabile videatur admittere noster Pater Cespedes *de Exemptione Regular. cap. 6. n. 14.* Sed quoad Generalem, Bordonus *vbi supra, tom. 2. resol. 80. quest. 9. num. 18.* putat, illos quoad confessiones sæcularium approbandos esse sine examine quia idoneitas præsumitur includi in eminentia Officij Generalatus: at hæc ratio mihi non placet; nam maior idoneitas præsumi debet in publicis professoribus sacre Theologiæ, v. g. Salmanticensibus, complutensibus, Sorbonistis, Louaniensibus, &c. quam in Generalibus Religionum; & tamen illi subiiciendi sunt approbationi, & examini Episcoporum: ergo & isti; vt rectè vult Leandrus *vbi supra.*

Sed Pater Cespedes *vbi supra, cap. 23. dub. 346. num. 4.* probabilem putat sententiam Doctorum asserentium, Prælatos regulares sine approbatione Episcopi posse audire confessiones sæcularium, & etiam post hæc scripta inuenio doctum Patrem Martinum de San Ioseph, *in Monita Confessariorum, tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. num. 19.* admittere tanquam probabilem opinionem asserentem, posse omnes Prælatos regulares excipere confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione; & quia eius verba nimis grata erunt, vt reor, hæc per extensum apponam; Sic itaque ait: Los Prelados Regulares, segun comun opinion, no pueden confessar seculares, sin la aprobacion de los Obispos. Con todo esso me parece probable la opinion contraria de Henriquez, *de Indulgent. cap. 12. num. 3. in glossa, littera R.* citans Mancium, Medinam, & Bañez, Ioann. Valet. *in different. vtriusque fori, verb. Nullitas, difficult. 5. num. 3.* y de otros, y entre ellos el Maestro Gallo, que afirman, que los tales Prelados tienen de su parte vno de los requisitos del Concilio, que es ser Curas de almas, y añade Valero, que comunmente los Prelados son mas dignos en letras, y costumbres que los Curas Paroquiales, y que assi se satisfaze à la mente del Concilio, que buscò idoneidad para confessar. Lleuò pesadamente Manrique, este cotejo, y comparacion, y responde en la question citada, que los Curas de tal maner resplandecen regularmente en letras, y costumbres, que no necessitan de otra aprobacion, y que se conocen Prelados regulares con manchas de falta de letras, y costumbres, y que muchas vezes son elector por afectos de amistad de carne, y sangre, à que colerico añade, que si los Curas cojen entre manos el libro de las diferencias de Valero, le hallaran tambien con manchas, y faltes de consideracion, y en la misma question, *num. 8.* dize que se engañò Valero, no solamente en materia de Derechos, sino tambien en la de Sacramentos, y *num. 2.* que no ay que marauillar, que los Regulares modernos, que escriuen, o imprimen quieran escurecer cosa tan clara, por fauorecer à sus Prelados, y *num. 3.* que disputar della, es cosa superflua, y verguençosa. Todas estas proposiciones y respuesta, son muy escusadas, en libros impresos de hombres graues. Dixe que es opinion probable, y esso por principios intrinsecos, y extrinsecos. Es probable por razon, porque aunque los Prelados, no tienen Beneficio Paroquial, en rigor de la palabra, Beneficio, se vè que en lo sustancial le tienen, pues son Curas de almas, y largo modo los comprehendio el Concilio, el quas atendio mas à la idoneidad para las Confessiones, que al sentido material de palabras, y la ley se ha de estender, ò restringir iuxta limites rationis eiusdem legis, que es la de la idoneidad, *argumentum legis cum Pater. 5. Dulcissimis ff. de legat. 2. & lege Adigere. 5. Quamuis ff. de*

De iure patron. capite Suggestum, capite Maminimiu, cum eis annotatis à Panormitano ab aliis recepto de appellations, de mas de que, verborum vsui plus statuit, quam verborum significationi. §. fin. & ibi additio, margin. leg. Non aliter. ff. de legatione 3. Y siendo los Prelados, y los Parrocos Curas de almas, se deuen entender las palabras de Concilio secundum propriam interpretationem, & non secundum modum rigorosum loquendi. lege si ita vulneratus. §. 2. in principio. ff. ad legem Aquiliam. y si las palabras del Concilio dixeran absolutamente que eluyen a los Prelados regulares, aunque son Curas de almas, no se admitiera interpretacion, pues, Vbi casus est in iure expressus, nulla est dubitatio lege Ancilla. 12. & ibi addit. margin. Codice de furtis, & lege Illam. Codice de callatio. No habla el Concilio con la charidad dicha. Y aqui entra la interpretacion, que en casos semejantes la pueden dar los iurisperitos. lege Cum hic status. 33. §. Si ambo, & ibi addit. margin. ff. de donatione inter virum & uxorem: potque, lex promulgata ad vnum casum, non excludit casum similem. glossa in lege cum Praetor. verb. Videtur. ff. de Iudiciis, quam dicit celebrem Socinus rubr. de acquir. hered. numero 4. y es comun.

Por principios extrinsecos se prueba esta opinion con la authorida de verones grauissimos, que la han tenido, y entre ellos los Padres Maestros Mancio, Fray Bartolome de Medina; y Fray Domingo Bañez Catedraticos de la Catedra de prima de Theologia de la Vniuersidad de Salamanca, y que Medina, y Bañez dieron gran luz à la Theologia Escolastica con sus escritos. El Maestro Gallo tuuo tal credito en la Orden de nuestro Padre santo Domingo, que los hombres mas doctos de aquella sagrada Religion refieten, y aprueban sus opiniones, haziendo dellas la estima que es razon. Hállose en el Concilio Tridentino, y percibion la mente de los Padres quanto al decreto, sobre que es la question. El Padre Henriquez de la Compania de Jesus, de escribio con gran luzimiento, y prouecho sobre la materia de Sacramentos, y sobre otras; y con todo esso Manrique no haze caso de la autoridad de hombres tan grandes, como se ve en la question citada. Respondamos aora à sus argumentos, no porque yo no tengo la opinion comun de Suarez, &c. por mas probable, sino para que se vea, que no la prueba Manrique con la firmeza que el piensa, y que la contraria no carece de probabilidad. Ita illè; qui postea respondet ad omnia argumenta Manriquez. Sed ego his non obstantibus, non recedo à sententia negativa, quam olim docui, & me citato docet Leandrus vbi supra, & me etiam citato tener Georgius Gobat de Iubilao duplici, capite 31. questione 84. numero 231. in fine, & alij, quos citat Leandrus, asserentes, nec Generales, nec alios Prælatos Regularium posse audire Confessiones Sæcularium absque approbatione Episcopi.

Verùm, an saltem virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi possint Generales, & alij Prælati Regularium absque approbatione Episcopi excipere Confessiones Sæcularium, alibi probabiliter cum Bossio, & aliis affirmatiue respondi: nunc verò negatiue sententiæ adhæreo, quam nouissimè tuetur doctus, & amicissimus Quintanadueñas de Iubilao duarum hebdomadarum capite 20. numero 1. vbi sic ait: Vn Religioso no puede elegir en este Iubleo vn Confessor aprobado en su Religion, però no del Obispo, pues el Iubleo dize, que esten aprobados à lo-

corum Ordinariis; y mucho menos podra vn seglar elegir el aprobado solo por el Superior de la Religion, aunque sea el General puede se en virtud deste Iubleo eligido, ni de sus subditos, ni de los Seglares, sino esta aprobado per el Ordinario. Ita ille, qui citat Rodriguez, Fagundez, Tamburinum, & Lugum.

An si verbi gratia Furtum, Sodomia, &c. essent Casus reseruati in aliqua Diocesi, si committerentur in Monasteriis Regularium exemptis, possint à quocumque Confessario absolui.

RESOLVTIO VII.

Affirmatiuam sententiam nouissimè docet Carolus de Baucion in Miscellaneis casuum conscientia tom. 2. Opuscul. 3. quest. 269. vbi sic ait: Scien- dum est quod Monasteria Regularium, licet sint intra Diocesim, sunt loca exempta quoad iurisdictionem Episcopi; nam locus exemptus, & locus extra Diocesim æquiparantur ex glossa in Clementina 1. de Foro compet. & expresse docet Henriquez, lib. 13. cap. 26. num. 2. vbi docet, quod non dicitur subditus, qui intra Diocesim fecit furtum in loco tamen exempto, vt in Monasterio. Idem docent Doctores teste Syluestro, verb. Excommunicat. 2. num. 12. ita etiam docent Doctores teste Bonacina, tom. 1. d. 1. quest. 1. punct. 11. num. 8. Sed petes, quid dicendum si quis commisit peccatum reseruatum in loco exempto, puta in Monasterio intra Diocesim, quis potest illum absoluerè? Respondeo posse absolui à quocumque approbato Confessario carente potestate super reseruatis, & ratio mihi est, quia dum non incidit in casum reseruatum, quia illud fuit commissum in loco exempto, consequenter absolui potest à quocumque simplici Confessario approbato, vt patet ex supra allata doctrina. Ita Baucius vbi supra. Excuius doctrina infertur, quod si quis Panormi committeret casum reseruatum in Ecclesia sancti Cataldi, posse absolui à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato, etiam si non haberet potestatem absoluendi Casus reseruatos, quia dicta Ecclesia sancti Cataldi est locus exemptus à Iurisdictione Archiepiscopi Panormitani, & subditus Archiepiscopo Montis Regalis.

Confirmatur supradicta sententia ex doctrina amicissimi Patris Pellizzarij, tractatu de Monialibus, cap. 5. sectione 4. num. 190. vbi sic asserit: Quæres an puellæ manentes in educatione apud Moniales exemptas, subiaceant iurisdictioni proprii Ordinarij? Respondetur, quod cum iuxta dicta à Laymann, libro 1. tractat. 4. cap. 11. numero 5. locus exemptus, & locus extra Diocesim æquiparantur, ex Glossa in Clementina 1. de foro compet. non omnino improbabiler possit quis asserere dictas puellas non subiaccere Ordinario, nisi in iis casibus, in quibus ei subiaccant ipsæmet Moniales exemptæ: sicut neque subiacerent in casu, quo illæ essent extra Diocesim. Et postea num. 191. quærit an dictæ puellæ, quandiu commorantur in Monasterij Monialium exemptarum, subiaceant reseruatiõni casuum factæ ab Ordinario loci. Et respondet videri probabile, quod non subiaceant; si enim non subiacerent casibus Ordinarij Ferrariensis v.g. si existerent extra Diocesim Ferrariensem, sic nec illis subiacebunt, si existat in loco exempto (cuiusmodi est Monasterium Monialium exemptatum;) siquidem locus exemptus

exemptus æquiparatur loco extra Diocesim. Et testatur ita etiam sensisse viros Doctos à se consultos
 Confirmatur secundò ex doctrina DD. asserentium Monasteria existentia intra Diocesim Episcopi esse exempta ratione sui non solum, sed etiam ratione personarum. Idem prius docuit Henriquez l. 13. cap. 16. num. 2. & deinde secutus est Bonacina cum aliis DD. à se citatis, de censuris, disp. 1. quest. 1. part. 11. num. 8. circa finem, ubi docent, violantes Statutum Episcopi in Monasterio exempto non incurere excommunicationem ab Episcopo latam: Et addit, hoc est verum iuxta sententiam Auilæ, & aliorum, non solum quando censura est lata per statutum, sed etiam quando est lata per sententiam. Vnde sequitur, quod si aliquis subditus Episcopo ante promulgationem Edicti existeret iuxta Diocesim in Monasterio regulari, non incurteret censuram si tali die non iret ad professionem, dummodo non exeat à Monasterio regulari tali die.

Sed licet hæc omnia probabiliter dicta sint, etiam probabiliter alij contrarium sentiunt. Vide Suarez de Censuris, disp. 5. sect. 4. num. 6. Coninch d. 13. de censuris, dub. 7. num. 63. Salas disp. 14. de legibus, sect. 6. num. 85. Alterium de censuris, disp. 5. de causa excommunicationis, lib. 3. cap. 5. vers. Hic autem Filliucium, tract. 11. cap. 5. quest. 9. num. 149. Merollam, tom. 2. Theol. Mor. disp. 4. cap. 6. n. 489. Cochier de Iurisdict. Ordinar. in exempt. part. 2. quest. 45. num. 2. & sequenti, & Palaum part. 1. Oper. Moral. tractat. 3. disp. 1. punct. 24. §. 5. num. 30. asserentes Monasteria Regularium esse loca exempta, non ratione sui, sed ratione personarum. Ergo corruunt omnia suprascripta. Et nouissime sapientissimus Pater Arriaga in cursu Theologico, tom. 4. tract. de legibus, disputatione 15. sect. 2. num. 21. & 22. solide probat diuersum esse locum exemptum à loco extra Diocesim: Et ideò, ego magis adhæreo huic sententiæ, licet contraria non careat sua probabilitate, quam præter Doctores citatos, tenet Bordonus in Conf. Regul. tom. 1. resol. 7. num. 4. Bonacina de censuris, quest. 1. punct. 11. num. 8. Pasqualigus in questionibus Can. quest. 176. per totam, & Marcus Vidal in Arca Theolog. Moral. titul. de censuris, Inquisit. num. 36.

An casus dubius, si contineatur in Bulla Cœna, possit absolui à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato.

RESOLVTIO VIII.

Probabiliter affirmatiuè respondet Pater Pellizarius in Mon. Regul. tom. 1. tractat. 6. capite 2. sectione 1. numero 16. ubi sic asserit: Quæres, an pœnæ latæ in Decreto Clementis contra absoluentes à casibus Bullæ Cœnæ incurrantur in casu, quo quis absoluat à casu, de quo dubitat eum contineri in ipsa Bulla? Respondetur videri non incurere, attento Decreto moderatorio posteriori eiusdem Clementis ad eundem effectum edito. Ita viri Docti à me consulti, & constat ex eo, quod casus reseruatus in dubio non est reseruatus, nisi iure positiuo aliter statuatur: in posteriori autem Decreto Clementis VIII. quod fuit moderatum prioris ab eodem Clemente lati super absolutionem reseruatorum, nulla fit mentio de casibus Bullæ Cœnæ dubiis, sicuti fiebat in priori Decreto; quod pròinde dicendum est moderatum fuisse etiam quoad præfatos casus dubios dictæ Bullæ. Ita ille. Et post illum nouissime idem sentit Carolus de Baucio in Miscellaneis casuum

conscientia, tom. 2. opuscul. 2. quest. 138. ubi docet, quod licet sit cautum in iure quod casus dubij in Bullæ Cœnæ Domini non possint absolui, vt patet ex sacra Congregatione Episcoporum, & regularium de mente Clementis VIII. quando reuocantur casus reseruati ab Ordinario loci Regularibus, & aliis priuilegiatis; tamen idem Decretum de mandato eiusdem Clementis VIII. fuit moderatum, & declaratum, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum comprehendere casus, qui in Bulla Cœnæ Domini legi consueta continentur, &c. & non facit mentionem quando casus est dubius, sicut in primo Decreto clare prohibuit, vt casus dubij contenti in Bulla Cœnæ non absoluantur: ergo moderatio primi Decreti fuit deducta res ad terminos iuris communis, quod ius secundum probabilem Doctorum sententiam, ait quod casus reseruatus dubius, non censendus est reseruatus; licet alij Doctores oppositum sentiant. Quod fuit moderatum primum Decretum quoad casus dubios in Cœna Domini ultra rationem: idem sentit admodum R. Pater Vincentius Campanilis Societatis Iesu præditus bonitate, ac doctrina. Hæc Baucius loco citato.

An notorius percussor Equitis Hierosolymitani, vel Religiosi alterius Religionis Ordines non habentis, sit propter excommunicationem incursum vitandus.

RESOLVTIO IX.

Negatiuè respondet Carolus de Baucio in Miscellaneis, tom. 2. post tractatum de partibus penitentialibus in appendice, questione 21. ubi sic ait: Quis publice percussit Monachum professum, sed nullo ordine insignitum neque prima tonsura, vel Equitem sancti Ioannis, Calatrauz, &c. Ita publice, vt nulla tergiversatione celari possit, an sit excommunicatus euitandus, etiam si non sit denunciatus excommunicatus. Ratio dubitandi est, quia in concilio Constantiensi fuit cautum, vt tantum excommunicati denunciati, & publici percussores Clericorum euitarentur quoad communionem in diuinis, & in humanis. Respondetur non esse euitandum, quia Concilium Constantiense loquitur de percussoribus Clericorum, non autem de gaudentibus priuilegio Canonis; rectè aduertit Suares, de censuris, disp. 9. sect. 2. num. 11. Monachus professus non insignitus saltem prima tonsura, non est Clericus in rigore, & à fortiori, neque Eques S. Ioannis, Calatrauz, &c. ergo non extendenda constitutio dicti Concilij ad has personas, cum simus in odiosis, quæ secundum regulas iuris non sunt extendenda, vt rectè docet Carolus de Grassis de effectu Clericis, cum Doctoribus à se citatis, num. 248. ubi docet, quod in odiosis, nomine Clericorum non veniunt Religiosi. Ita ille.

Sed mihi opinio amicissimi viri non placet; nam concedo quod sub nomine Clericorum in odiosis, non veniunt Religiosi; vt obseruat Abbas in cap. 1. num. 7. ne Clerici vel Monachi, & in cap. 1. num. 3. de Inst. & in cap. num. 9. de Iuramento calumnia, Romanus conf. 259. & 418. Vnde euenit vt interdicto Clero non censeantur interdicti Religiosi, quia sumus in odiosis, & ita resoluunt, Henriquez in Summa, lib. 13. cap. 42. §. iuncta lit. E, Maiolus de Irreg. lib. 3. cap. 20. num. 6. Vgolinus de censuris, tab. 5. cap. 20. §. 5. num. 3. Sayrus in simili tract. lib. 5. cap. 4. num. 29. Auila cod. tract. part. 5. disp. 1. dub. 4. concl. 7. Bonacina cod.

cod. tract. part. 5. disp. 1. dub. 4. concl. 7. Bonacina, cod. tract. disp. 5. punct. 1. num. 11. Viualdus in Candel. aureo, vbi de Interdicto, num. 159. contra Calderinum de Interdicto, part. 1. num. 28. Nauarr. in Manual, cap. 27. num. 167. Couarru. in cap. Alma mater, part. 2. §. 1. num. 8. vers. Quinto, Suarez. de Censur. to. 5. disp. 31. sect. 1. num. 13. Emman. Q. Q. Regul. tom. 2. quest. 108. art. 3. in princip. Sed in nostro casu non sumus in pœnalibus, sed in fauorabilibus: At in materia fauorabili venit quilibet Religiosus sub nomine Clericorum, vt notat Felinus in cap. Non dubium, num. 1. de Sent. excomm. Syluester in Summa, verb. Clericus. §. 1. Marius Antoninus variar. resol. lib. 1. resol. 112. casu 63. sub vers. 2. Duenh. reg. 99. ampl. 3. & regul. 100. ampl. 5.

Quod autem in casu, de quo loquitur Decretum Concilij Constantiensis non sit pœnale, sed fauorabile, probatur: nam vt docent communiter DD. tunc lex censenda est fauorabilis, etiamsi contineat odium alicuius, quando per ipsam primariò intenditur fauor alicuius; Glossa in cap. Si propter. verb. Prim. anni. De rescriptis in 6. Domin. num. 9. Francus, num. 6. Item Gloss. in c. Sciant cuncti. verb. Alios, de elect. in 6. Io Andreas, & Geminianus, ibid. Felin. in cap. 1. de Spons. num. 14. vers. Aliud est, & in cap. Non dubium, n. 2. de Sent. excomm. Bartolus in leg. Qui exceptionem, n. 2. ff. de condit. indeb. Io. Albertus, & Salicetus ibid. Castrensis, in l. Si quis nec causam, num. 4. ff. Si cert. pet. Euerardus loco à ratione, l. ampla, &c. num. 68. Couarruias, lib. 1. Variar. cap. 11. num. 5. alios citans, Tiraquellus in Retract. in Prafat. n. 56. Mandosius, reg. 10. de ann. quest. 3. num. 7. Menochius de recuper. possess. Remed. 1. num. 28. Cephalus conf. 35. vol. 1. Hondedeus cas. 95. n. 17. Syluester verb. Interpretatio, in fine. Ludouicus decif. Lucens. 26. n. 23. part. 1. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 1. num. 4. Parisius de resignat. lib. 12. quest. 2. num. 23. Sed in nostro casu, tam capitul. Si quis suadente diabolo, quam Decretum Concilij Constantiensis, licet intendat odium alicuius, nempe publici Clerici percussoris, tamen principaliter intendit fauorem Status Ecclesiastici, vt de se pater: ergo in vtroque casu Pontifices sub nomine Clericorum, comprehendisse Religiosos dicendum est. Vnde pater responsio ad argumenta Baucij; nam fateor cap. Si quis suadente loqui passiuè, videlicet de his, qui gaudent priuilegio Canonis, & Decretum Concilij Constantiensis actiue, videlicet de percussoribus Clericorum: sed hoc nihil officit; nam in vtraque dispositione Constitutiones, vt probatum est, non pœnales, sed fauorabiles dicendæ sunt, ergo sub nomine Clericorum, Religiosos comprehendunt. Dicendum est itaque percipientes notorie Equites Hierosolymitanos, D. Iacobi, Calatrauz, Alcantaræ, Montelæ, &c. vel Laicos Religiosos, esse tanquam publicos percussores Clerici vitandos, vigore Decreti Concilij Constantiensis.

Nota tamen, quod in tali casu, vti alibi adnotauit, difficulter quis dici potest notorius Clerici percussor, si ante non præcedat Iudicis declaratio: nam fere semper percussio illa, licet sit publica, aliqua potest tergiuersatione celari. Ergo talis percussor, non est vitandus ante, vt dixi declaratoriam Iudicis. Et idèd præter Doctores à me alibi adductos, nostram sententiam tenet me citato Franciscus de Nigro, in Addit. ad Ruyz. de Sacrificio. Missa part. 7. §. 9. n. 20. & ex eadem Religione me citato Amicus noster Pater Trimarchi, in quadam Iuridica lucubratione contra Episcopum Agrigentinum impressa Mellana fol. 13. & me citato Antonellus in Regim. Ecclesia Episcopalis, tom. 2. lib. 8. cap. 6. num. 14. & me

citato Bordonus in Miscellaneis Decif. 387. & me citato Garcias in Summa Theologia moralis, tract. 1. diff. 3. dub. 2. punct. 5. num. 42. quibus adde Hurtadum de excommunicatione, disputatione 2. difficultate 3. num. 9. & Ludouicum Caspensem in Cursu Theologico, tom. 2. tractatu 25. disputatione 2. sect. 2. numero 15. vbi sic ait: Declarandum est, quis dicatur notorius percussor Clerici, vt illum vitare teneamur. Duplex est autem notorium iuris, & facti. Ad notorietatem per euidenciam facti requiritur, quòd sciatur euidenter à tota Ciuitate, vel populo, vel à maiori parte: & quia secundum nonnullos decem personæ faciunt populum; idèd illud dicitur notorium, quod fit saltem coram decem hominibus: iuxta verò sententiam aliorum, sufficit quod fiat coram sex, quia est maior pars eorum, qui requiruntur ad constituendum populum, licet de facto non sint maior pars populi. Sed certe non potest assignari regula certa, quia qui percutit Clericum coram decem non erit notorium in magna ciuitate, bene tamen in oppido paruo, & qui in domo priuata percutit Clericum coram sex, vel septem, non erit notorium; si verò in Collegio, seu Conuentu paruo Religiosorum, respectu illorum erit notorium; atque ita hoc relinquendū est iudicio prudentum. Notorium vero Iuris dicitur illud, de quo constat per iuridicam sententiam latam in legitimo iudicio, vel per confessionem ipsius rei in iudicio, vel per legitimam testium depositionem in eodem iudicio. Vt ergo quis sit publicus, & notorius percussor Clerici vt teneamur illum vitare, talis debet esse, vt eius percussio nulla possit tergiuersatione celari, nullo iuris remedio excusari; sicque non sufficit fama publica, cum adhuc iuris remedio excusari possit allegando in iudicio rumoris falsitatem, vel se ebrium esse, aut in sui iustam defensionem fecisse: neque sufficit vt percussio notoria sit, & patens multis, si non sit notorium iis, qui illam viderunt, percussorem nullam habuisse legitimam excusationem, qua à peccato excusaretur: hoc autem, quia constare non potest nisi per Iudicis sententiam, idèd requiritur quod illa percussio sit notorietate iuris, vt nullo iuris remedio possit excusari, quæ notorietas haberi non potest, nisi per legitimam Iudicis sententiam in iudicio latam. Ita Caspensis, & iterum ego.

An Excommunicatus maiori excommunicatione, si in die Festiua ex præcepto audiat Missam, & postea statim obtineat absolutionem, teneatur iterum audire aliam Missam.

RESOLVTIO X.

Casus est curiosus, & ad illum affirmatiuè, respondet Baucius in Miscellaneis casuum conscientia, tom. 1. questione 534. vbi sic ait: Si Excommunicatus sciebat se non potuisse audire Sacrum, dum erat innodatus tali censura, & hoc non obstante audiuit Missam, an teneatur audire aliam Missam, post obtentam absolutionem ab excommunicatione, si tempus celebrationis Missarum in die Festo, non sit adhuc elapsum. Respondetur teneri aliam audire post obtentam absolutionem ab excommunicatione, & ratio mihi est, quia audiuit Missam Excommunicatus, tempore quo non obligauit Ecclesia ad audiendum Sacrum; puta tempore excommunicationis, immò in illo tempore præcipit Ecclesia, vt non audiat Missa sub pœna peccati mortalis, quia communiter docent Doctores quod communicatio in diuinis excommuni-

cato

cato, vel interdicto, est interdicta sub mortali, sed quando non adest obligatio adimplendi præceptum, non potest anticipare adimpleri, puta pro tempore futuri præcepti: ergo non potest excommunicatus satisfacere Missæ pro tempore, quo erit obligatus ad illam audiendam, sed debet eam audire, quando currit præceptum audiendi; ante verò absolutionem obtentam, non currit præceptum audiendi Missam, post absolutionem currit præceptum: ergo tunc tenetur audire Sacrum: de hoc casu doctrina punctualis non reperitur, sed ex aliis principiis potest deduci; sed ratio supra assignata est satis rationabilis. Hucusque Baucius.

Sed licet hæc omnia ingeniosè excogitata sint, tamen habeo aliquam difficultatem: Nam licet in casu de quo loquitur, Excommunicatus audiendo Missam peccauerit mortaliter, ratione prohibitionis Ecclesiæ, non tamen ex hoc sequitur, quod post obtentam absolutionem debeat aliam Missam audire: nam substantia præcepti nempe auditio Missæ iam fuit adimpleta, licet cum peccato mortali; quod non officit ad satisfactionem præcepti, quod solum mandat Missam audire, & hic reuera audierit Missam. Vnde si aliquis audierit Missam animo expresso non satisfaciendi præcepto, si postea mutet animum, non tenetur audire aliam Missam, quia iam illam audiuit.

Nec valet dicere cum Baucio, quod quando non adest obligatio adimplendi præceptum, non potest anticipare adimpleri: nam respondeo, quod in nostro casu moraliter adest obligatio præcepti. Et ita Cardinalis Lugo, & alij docent, quod si quis communicauit mane, & post prandium incidit in articulum mortis, non tenetur iterum sumere Eucharistiam, quia mane satisfecit præcepto sumendi Viaticum pro articulo mortis, quod in tali casu moraliter eius obligatio mane extabat. Hinc in propriis terminis de præcepto audiendi Missam, doctus Pater Pallavicinus, vt alibi adnotauit docuit, *lib. 4. de Inst. & Iur. cap. 11. num. 95.* quod in casu in quo promulgetur præceptum audiendi Sacrum aliqua die, postquam Petrus ea die ex deuotione Sacrum audiuit, non tenetur ad secundam auditionem Sacri, & tamen quando audiuit primum Sacrum non aderat præceptum illud audiendi. Ergo, &c. Idem, vt dixi, tu cogita.

Sed magna difficultas est an Excommunicatus, qui ob negligentiam suam perseuerat in excommunicatione, peccet contra præceptum audiendi Missam. Aliqui negant, quia ex vi huius præcepti audiendi Sacrum, non obligatur quis ad procurandam absolutionem excommunicationis, quæ impedit audire Sacrum; quia non tenetur quis tam remote & à longe se disponere ad Missam audiendam; aliàs infirmus negligens in procuranda salute, & viribus, & carceratus negligens in procuranda libertate peccarent contra præceptum audiendi Sacrum. Vnde, licet istud impedimentum sit voluntarium, simul tamen est remotum, ad quod tollendum non obligatur quis ex vi præcepti audiendi Sacrum, in quo disparitatem agnoscunt prædicti Auctores inter hoc præceptum, & præcepta confessionis annuæ, & communionis tempore Paschatis. Nam hæc obligant ad mundandam animam omni peccato, atque aded etiam ad tollendum impedimentum excommunicationis. Vnde consequenter etiam hi Auctores concedunt, quod si quis præuideat se fieri impotentem ad audiendum Sacrum incurrendo in excommunicationem, non peccat specialiter contra hoc præceptum audiendi Missam, sicut neque is, qui

edit nimium, aut nocium cibum, præuidens ob morbum se omissurum Horas Canonicas, aut ieiunia Ecclesiæ, non peccat contra hæc præcepta, nisi fecerit in fraudem præceptorum; quia ius humanum non obligat infirmos, licet culpa sua incurret in impedimentum. Et quidem citato hanc sententiam negatiuam probabilem putat Dicastillo de Sacramento, *tom. 1. tractatu 5. disput. 5. dub. 10. §. 2. num. 144.* & me etiam citato Leandrus de præceptis Ecclesiæ, *tract. 2. disp. 2. quest. 5.* Non nego tamen etiam probabilem esse sententiam aliorum asserentium, eum qui præuidet de proximo reddi se impotentem ad audiendum Sacrum incurrendo in excommunicationem, aut negligit exire ad excommunicationem, in qua est, si facile possit; non solum peccate peccato contumaciæ non parendo præcepto, ratione cuius imponitur excommunicatio; sed etiam contra præceptum Ecclesiæ audiendi Sacrum. Probat à simili; quia, si quis aggrediatur voluntariam peregrinationem in die ieiunij, qua impeditur à ieiunio peccat contra præceptum ieiunij, vt communiter docent Auctores. Similiter, qui in die Festo sine necessitate aggreditur iter, quo præuidet se fieri impotentem ad audiendum Sacrum, peccat contra tale præceptum; & qui ob perpetrandum peccatum fornicationis impeditur ab auditione Missæ in Festo; peccat non solum contra Castitatem, sed etiam contra præceptum de audienda Missa, etiam si id non faciat in fraudem huius præcepti: ergo similiter ille, qui in die Festo facit peccatum, cui est annexa excommunicatio, qua præuidet se impediendum ab auditione Missæ, non solum peccat peccato contumaciæ, sed etiam contra peccatum audiendi Sacrum; sicut is, qui se inebriat, præuidens ea ebrietate impediendum ab auditione Missæ, aut à recitatione Horarum Canonicarum, ad quas tenetur, non solum peccat peccato ebrietatis, sed etiam peccato omissionis Horarum, aut Missæ. Sed circa hæc exempla insurgit Dicastillo *ubi supra*, qui totam hanc difficultatem solide, & clare, vt semper solet pertractat, & nos infra circa similem difficultatem plura adnotabimus.

An qui in die Ieiunij dat operam lado pila, venationi, vel actibus veneris, ea intentione, vt factus impotens non ieiunet, peccet contra præceptum ieiunij,

RESOLVTIO XI.

IN partem negatiuam visus sum olim inclinare; & idem me citato hanc sententiam tenet doctus Rocafull in *praxi Theologia moral. tom. 2. lib. 3. de præceptis Ecclesiæ, cap. 9. num. 153. & 164.* vbi sic asserit: Dubium est an excusetur à ieiunio, qui labore aliquo defatigatur, quamuis illum in alium diem differre commode possit, & etiam si data opera fecerit, vt non ieiunaret? Prima sententia ait non excusari: ita Azorius, *tom. 1. lib. 7. cap. 17. quest. 9.* & alij penes ipsum. Secunda sententia tenet excusari, & laborare posse, & non ieiunare. Ita Sancius in *Select. disp. 4. num. 14.* loquens de ieiunio. Suarez de *Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 6.* loquens de obseruatione Festorum. Salas de *Legibus, disp. 14. sect. 5. num. 66.* Sanchez *tom. 1. Oper. Moral. lib. 1. cap. 11. num. 35.* Diana *part. 1. tract. 9. resol. 52.* Ratio est, quia iste ius habet ad istum laborem suscipiendum, v. g. ad iter agendum, ad ludendum, ad venandum, quo non priuatur ob ieiunium seruandum. Nota hanc sententiam procedere, etiam si in fraudem ieiunij id agat, nullius negotij

negotij causa itinerando, sed solo desiderio non seruandi ieiunium. Ità docent Sancius in *Select. disp. 4. num. 14.* & Diana cit. *resol. 52.* Et ratio est, quia in tali casu non interuenit propria fraus, aut dolus, sed fuga quædam obligationis præcepti; quæ tamen contrà præceptum non est, sed bona, vel mala ratione finis, propter quem fit; & in simili docet Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 13. num. 6.* loquens de obseruatione Fæstorum. Vide Salas de *Legib. disp. 14. sect. 5. num. 66.* & Sanchez in *Oper. Moral. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 35.* Ex his inferunt Sancius *num. 20.* & Diana citat. liberos esse à lege ieiunij oos, qui culpa suâ ità defatigati redduntur, vt ieiunare non valeant, vt si defatigentur ex ludo pilæ, vel venatione, aut commixtione cum scæminis: Et ratio est, nam isti die ieiunij impotentes sunt ad ieiunandum; die verò quo ludunt, nondum aduenit præceptum: quod si in fraudem ieiunij se defatigant peccant desiderio illo frangendi ieiunium, vt volunt plures; nam in tali casu non interuenit fraus, sed fuga quædam obligationis quæ non sufficit ad causandum peccatum; nam aliud est desiderare se reddere impotentem ad adimplendum præceptum, aliud frangere præceptum quando est obligatio; nam desiderare se reddere impotentem ad adimplendum præceptum est optare excusationem præcepti, quam licet quis intendat via illicita nõ operatur aduersus tale præceptum, cum non desideret illud frangere, quando illud obligat, sed modum, quo non obligat querit: quæ doctrina non displicet Dianæ citato. Hucusque Rocafull *ubi supra.* Et hanc sententiam etiam me citato tanquam probabilem admittit Martinus de San Iosoph in *Manita Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 12. de Ieiunio, num. 5.* & absolute illam docet me etiam citato Pasqualigus in *Praxi de Ieiunio decis. 320.*

Sed in Editionibus nouissimis Lugdunenſibus, ego putauit non esse recedendum ab affirmatiua sententia Azorij: nunc verò magis latè, & clarè hanc sententiam teneo, & profus ei adhærendum existimo: & negatiuam impugno, quatenus ait dansem in die ieiunij merè voluntariè operam ludo, venationi, immò, quod peius est, & nimio coitui in fraudem ieiunij ea intentione vt effectus impotens non ieiunet non peccare vilo modo contrà præceptum ieiunij, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunij cum illa expresse intentione, vt postea, non ieiunet; cuius oppositum tanquam certissimum, & indubitatum meritò docent citati Doctores: Nam qui vult seu apponit causam, ex qua necessariò sequitur ommissio præcepti, seu euentus à præcepto prohibitus, ea intentione vt talis ommissio, seu euentus sequatur non solum peccat contrà tale præceptum, sed etiam directe peccat, quia directa intentione tendit contrà præceptum, & ex hac intentione applicat causam, tanquam medium, vt eiusdem præcepti violatio sequatur, vt tradunt D. Thomas *1. 2. d. quest. 71. art. 5.* & ibidem Theologi. Quod est verum, tamen si causa ex illa intentione praua appositæ, ex qua sequitur euentus à præcepto prohibitus, aliàs præcisæ, seu seclusæ tali intentione, potuisset absque culpa apponi cum præuisione sequuturi euentus; quia in tali casu malitia non oritur ex præcisæ appositione causæ, sed ex mala intentione, & ex prauo affectu erga præceptum. Hoc pacto, Confessarius licet ex actu Confessionis præuideat sequuturam pollutionem, vacat culpa, si præter intentionem eius pollutio sequatur; secus si sit ab eo priùs intenta, & audiat Confessiones in eum finem, vt sibi pollutio eueniat; vt rectè docet Sanchez *lib. 9. de Matrim.*

Anton. Diana, Pars X.

disp. 45. numero 4. & seqq. & tradunt omnes Doctores quos idem Sanchez, & alij infra citandi referunt.

Similiter ex eodem Sanchez *dict. disp. 45. n. 16. 17. & 18.* quamuis pollutio præuisa in ebrietate, vel nimia comestione, vel in comestione talis cibi; vel ex tali modo faciendi in lecto, dum quis dormit, non habeat specialem malitiam pollutionis contrà castitatem, si non sit intenta; habet autem, si fuerit intenta, & ad eum finem, vt pollutio ex impulsu naturæ sibi contingeret, tales causas adhibuisset. Quod in terminis loquentes de pollutione proueniente ex solo impulsu naturæ docent Nauarr. in *Man. cap. 16. num. 6.* Suarez *tom. 3. in 3. part. quest. 8. art. 7. in com. paulò post initium* Valquez in *part. 2. disp. 115. num. 9.* & Salas in *p. 2. quest. 6. tract. 3. disp. 1. sect. 13. num. 170. & 171.* Quare eadem ratione dato, & non concessio, quod ommissio ieiunij præuisa in ludo pilæ, venatione, nimia commixtione cum Meretrice non habeat in causa malitiam ommissionis præcepti ieiunij, quando non est intenta, habebit tamen, si fuerit intenta, & ad finem non ieiunandi quis ludat, &c. Neque iuuat illa euasio, scilicet, quod Ludere Pila ea intentione, vt non ieiunet, non sit intendere, & desiderare frangere ieiunij præceptum, sed solum fuga quædam obligationis, & desiderium habendi impotentiam ad ieiunandum, vt excusetur à ieiunio, quod est solum optare excusationem præcepti ieiunij: Nam contrà huiusmodi euasione (quæ desumpta videtur ex Suarez, Sanchez, & Salas; sed non rectè applicatur casui, de quo est præsens controuersia) quia si huiusmodi euasio in præsentis casu sufficeret ad excusandum à culpa ommissionis ieiunij; inde sequeretur manifestè, quod Sacerdos proiciens in mare Breuiarium ex intentione, vt factus impotens, non recitaret Diuinum Officium, non diceretur intendere, & desiderare frangere præceptum recitandi Horas Canonicas, sed solum fugere obligationem, & querere statum, in quo excusaretur à recitatione Diuini Officij, quod est contrà omnes Doctores; est etiam simillima ratio. Et simili modo se ingurgitans in die festiuo, vt se reddat impotentem ad audiendam Missam ea intentione, vt non audiret, vel audiens confessiones, aut nimium comedens, vel tali situ dormiens, vt eueniat sibi pollutio, quam vitare non sit tunc in sua potestate; vel reddens se impotentem ad faciendam restitutionem rei furto ablatae, vt non restituat, possit omninò excusari à peccato contrà præceptum audiendi Missam, castitatis, & restituendi, cum nulla appareat disparitas.

Quare malè, (vt dicebam) præsentis casui applicatur doctrina Suarez *dict. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 13. num. 6.* & Sanchez *lib. 1. sum. cap. 12. num. 35.* & *lib. 3. de Matrim. disp. 18. num. 21.* & Lessij *lib. 4. cap. 2. num. 55.* Docent enim eum, qui in die festo è proprio domicilio proficiscitur ad alium locum, vbi id festum non obligat, ahimo, & gratia exercendi seruilia, non peccat contrà præceptum Festi, eò quod non sit propria fraus, & intentio non seruandi præceptum Festi, sed quædam obligationis præcepti fuga, quæ cum non aduersetur præcepto exitum ad locum non interdicenti, sed solum obliganti, vt non violetur dum non recidetur ab eo loco, vbi obligat, est ex se indifferens, ac proindè bona vel mala ex fine adiuncto: Hæc etenim doctrina (licet aliis, vt Rebellio de *Iust. p. 2. lib. 2. quest. 7. sect. 3. num. 16.* & Sayro in *Claus regia, lib. 7. cap. 3. num. 12.* non probeatur) tamen est probabilis; quia in tali casu transfrens se ad alium locum, vt seruilia exerceat, vult qui-

X dem,

dem, & intendit facere id, quod præcepto Festi prohibetur, sed non quando, & ubi præceptum obligat, sed ubi, & quando præceptum cessat omnino obligare per se, & per accidens ob non subiectionem eidem præcepto, quod non obligat extra limites talis loci. At qui in die ieiunij ludo Pilæ, vel Venatione voluntariè se reddit impotentem ad non ieiunandum, ut non ieiunet, fugit ieiunium, & non vult ieiunare ubi & quando præceptum ieiunij per se obligat, & illi est subiectus, licet per accidens, supposita impotentia ad ieiunandum, tunc is, qui merè voluntariè apposuit impedimentum, excusetur à ieiunio, quamuis peccauerit contra eiusdem ieiunij præceptum, dum apposuit impedimentum ad finem non ieiunandi. Et ita omnino sentiunt Suarez, Sanchez, & Lessius, cum dicant in die Festo proficiscentem ad alium locum ubi non est dies Festus, ut ibi seruilia exercent, non agere contra id, quod præceptum Festi iubet, ed quia præceptum Festi iubet, ut in tali loco non violetur. Et hæc omnia verè, & solidè docet Angelus Bossius in *Disceptationibus moral. editis Mediolani, anno 1638. discept. 4. per totam*. Itaque assero, quod non est eadem ratio de illo, qui discedit è loco, ubi obligat ieiunium, ad locum ubi non obligat, ex intentione non ieiunandi; ac de illo qui assumit laborem incompatibilem cum ieiunio, ut non ieiunet: nam primus, assumit medium ad non ieiunandum, ubi & quando non adest, nec extat præceptum ieiunij: & idèd nec intentione, aut desiderio, præceptum ieiunandi frangit. Secundus verò non sic; cum affirmat medium ad non ieiunandum, ubi & quando est, & extat præceptum ieiunij: unde non mirum, si primum à peccato mortali excusemus; non verò hunc secundum. Ex quo constat ad fundamentum oppositæ sententiæ; negandum namque est, quod prædictus non peccet, quando assumit media licita laboriosa ad non ieiunandum; quia verè in hoc facit contra legem ieiunij. Et idèd hanc sententiam tenet nouissimè me citato P. Leandrus de *præcept. Eccles. tract. 5. disp. 8. quest. 157. & 158*. Idem etiam docent D. Thomas 2. 2. *quest. 147. art. 5. in respons. ad 3. & ibidem* Caietanus. D. Antoninus 3. *part. summ. tit. 6. cap. 2. §. 6. Syluester ver. ieiunium, quest. 9.* & apud eum Paludanus. Tabiena *eod. num. 19*. Angelus *eod. n. 18*. Nauarrus in *Man. cap. 21. num. 18*. Grassius *part. 1. decis. aur. lib. 2. cap. 27. num. 51*. Cosmus Philarcus *part. 1. de offic. Sacerd. lib. 3. cap. 23*. Angles in *Florib. part. 4. quest. 6. de ieiunio, dub. 6*. Emanuel Rodriguez 1. *part. summ. cap. 23. num. 6*. Toletus in *summ. lib. 6. cap. 4. num. 6*. Abulensis in *cap. 6. Matth. quest. 141. & 143*. Azorius 1. *part. instruct. Moral. lib. 7. cap. 17. q. 9*. citans Rosellam *verb. Ieiunium, num. 21*. Lessius de *iusst. lib. 4. cap. 1. dub. 6. num. 44*. Salas in 1. 2. *quest. 71. tract. 13. disp. 2. sect. 9. num. 118*. Fagundez de *quinque præceptis Ecclesie, præcept. 4. lib. 1. cap. 8. num. 17*. Fernandez in *Medulla, part. 2. cap. 8. num. 2*. Homobonus de *exam. part. tract. 8. cap. 7. quest. 23. & tract. 9. cap. 4. quest. 74*. Ortiz, & Io. Cruz à dicto Neoterico relati. Filliucius *tom. 1. tract. 27. cap. 6. num. 123*. & alij communiter, ab iisdem relati. Qui omnes asserunt, eum, qui in die ieiunij absque vlla honesta causa, sed merè voluntariè, & sua culpa ob laborem susceptum agendo iter, vel ludendo pila, vel venando; vel insequendo amicam ita defatigatus est, ut ieiunium seruare nequeat & præuidit, quod ex tali labore omnino voluntariè, vel ad malum finem suscepto securura erat impotentia ad ieiunandum eo die, peccare contra præceptum ieiunij, si non eo tempore, quo supposita iam impotentia,

& necessitate frangit ieiunium (quo tamen tempore etiam multi ex priuilegiatis Doctoribus, tenent eum peccare contra præceptum ieiunij ob malam voluntatem præcedentem) saltem quando dat antecedenter iniustam causam impotentiz, seu necessitatis plucium refectioinum, & fractionis ieiunij. Vide etiam Escobar à Corro *tract. de utroque Foro, art. 4. §. 4. num. 192*. & Castrum Palaum *tom. 1. tractat. 3. disp. 1. punct. 21. num. 3*. qui optimè obseruat supradictam opinionem procedere, quando v. g. in die festiuo, vel nocte proxima te inebriares, quia tunc iam censetur moraliter adesse præceptum, ac perinde efficaciam habere remouendi impedimenta obstantia illius executioni. At si antequam dies præcepti adueniat, vel quasi in proximo sit, te inebriares, vel cibum nocium sumeres; ex quo præuideres infirmitatem tibi obuenturam, & impedimentum apponendum recitationi horarum, Missæ, & ieiunio: non videris, tunc aduersus, hæc præcepta peccare: quia non videntur extendi ad media, & impedimenta ita remota. Quæ omnia applicanda sunt in ieiunio; unde, ut diximus, qui in die ieiunij de præcepto merè voluntariè, & absque vlla rationabili causa laborat in venatione, vel ludo pila, vel facit iter longum, ut insequatur Amicam præuidens inde fore, ut non queat ieiunare, & sit fracturus ieiunium, dat causam proximam omissionis ieiunij, seu apponit proximum impedimentum ad implendum ieiunij præceptum: ergo peccat contra ieiunij præceptum.

Nec obstat dicere præceptum ieiunij non obligare ad abstinendum ab itinere, à ludo, à venatione, à coitu. Nam verum est, non obligare absolute: at obligat, quatenus prædictæ actiones sunt proximum impedimentum ad obseruandum ieiunij præceptum. Quemadmodum etiam præceptum audiendi Missam non obligat absolute ad abstinendum ab ebrietate, à somno, à studio; & præceptum recitandi Diuinum officium non obligat, ut non proiciatur Breuiarium (ut si quis illud totum memoria teneat) obligant tamen quatenus sunt proxima impedimenta ad audiendam Missam in die festo, & ad recitandum diuinum Officium. Siquidem quodlibet præceptum etiam tantum Ecclesiasticum prohibet virtualiter omnes actus, qui sunt causæ non rationabiles omitendi eiusdem præcepti obseruationem. Secus autem dicendum est si impedimenta non essent ita proxima; & ratio est, quia durum videtur cum tanto rigore præceptum audiendi Missam, recitandi diuinum Officium, & ieiunandi obligare, ut ob sui obseruantiam teneatur homo tollere, vel præcauere illa omnia, quæ etiam remotè, & à longè, ac valde per accidens possunt impedire eius executionem? solum ergo obligat ad præcauenda ea, quæ vel proximè, & quasi eodem tempore, in quo præceptum obligat, possunt executionem impedire, ut in die Festo se inebriare, dare somno, vel studio cum præuisione omissionis Missæ; vel omnino voluntariè in die ieiunij de præcepto, superfluo labore itineris, ludi, venationis reddere se impotentem ad ieiunandum illo die. Et hæc omnia docet Bossius *loco citato*, ubi etiam subdit, quod si in die ieiunij quis ob honestam recreationem dat operam ludo, vel venationi, non ea intentione, ut soluat ieiunium, præuidens tamen ex defatigatione se euasurum impotentem ad ieiunandum, posset excusari à ieiunio, & à transgressione præcepti ieiunij in causa, eo quod præceptum ieiunij non videatur ita strictè obligare, ut quis abstineat etiam ab honesta recreatione iuxta illius statum. Puto tamen, quod rarè possit euenire,

nire, vt quis ludendo, vel venando causa honeste recreationis non excedens limites virtutis ita defatigetur, vt reddatur impotens ad ieiunandum, & indigens plurium refectionum, nisi sit complexionis ita debilis, & delicatae, vt etiam paruo labore notabiliter defatigetur. In his itaque, & similibus casibus iusta de causa suscipiens in die ieiunij opus laboriosum, quod vna cum ieiunio perficere nequeat, nullo modo peccabit contra ieiunij praecipuum; secus vbi voluntarie omnino id facit; vel facit ea intentione, vt eo die ieiunare non possit, & consequenter non teneatur; nam tunc semper in omni casu peccat in causa contra praecipuum ieiunij ob prauum affectum ad peccatum, vt docent omnes Authores praallegati. Et circa omnia superius dicta, ne deseras recognoscere Doctissimum Dicastillo de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. discept. 5. dub. 10. §. 2. per totum.

An qui dubitat se ex verecundia reliquisse in confessione aliquod peccatum, teneatur repetere Confessionem illam, vel solum confiteri peccatum omissum.

RESOLVTIO XII.

Diligens Auctor Carolus Baucius docet sufficere tantum confiteri peccatum omissum; sic enim ait in *Miscell. tom. 1. quest. 474.* Saluo meliori iudicio; si post diligens examen Pœnitens dubitat an reuera tacuerit peccatum mortale in Confessione ex verecundia, assero quod non repetatur repetere Confessionem illam, in qua dubitauit tacuisse ex verecundia peccatum, etiamsi magis inclinatur in eo, quod non sit confessus. Ratio est, quia in dubio non debet imponi graue onus, quale est repetere Confessionem, praesertim si est Confessio multorum annorum, & aliud non debet operari dubium, nisi quod Pœnitens teneatur sub dubio confiteri peccatum omissum in Confessione. Confirmatur à pari, si quis dubitat, & magis inclinatur in eam partem, vt votum emiserit, & sic suspicionem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius maioris propensionis. Ita docet Sanchez se retractans, in *Summa, tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 36.* Garzias de *Benefic. tom. 2. part. 7. cap. 2. num. 32.* & alij apud *Dianam part. 3. tract. 6. ref. 50. §. Nota etiam.* ergo idem dicendum est in Confessione, nempe non esse imponendum onus laboriosum Pœnitenti, quale est, vt repetatur Confessionem, in qua dubitauit ex malitia tacuisse peccatum mortale in Confessione. Idem dicendum est; si magis inclinatur Pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum, quam si non tacuerit, nempe non teneri repetere Confessionem, sed tantum confiteri peccatum omissum, de quo est dubius an aperuerit in Confessione, vt patet de eo, qui emiserit votum, & dubitat an emiserit, vt supra dictum est. Ita mecum sentiunt docti, & pij viri, quibus hunc casum communicauimus. Hucusque Baucius.

Sed ego contrarium sentio; nam qui voluntarie aliquod mortale in Confessione omisit, certum est, quod Confessio illa est nulla, & tenetur illam iterare; vt docent communiter Doctores, teste Leandro, de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. quest. 68.* Ergo in casu de quo loquimur, si ille est dubius an voluntarie reliquerit peccatum mortale, Confessio illa fuit inualida, atque ideo non solum peccatum, sed

Anon. Diana, Pars X.

etiam confessio tanquam inualida reiteranda venit: Vnde apparet exemplum adductum de voto; quod dubius de voto non tenetur ad votum concedo. Sed dubius an relinquerit aliquod peccatum in Confessione, tenetur etiam secundum Baucium illud confiteri. Ergo, & reliqua alia peccata in illa Confessione manifesta; quia illa fuit Confessio inualida. Itaque dicendum est, quod dubius de voto non tenetur ad votum, quia in tali casu possessio non stat pro voto: Sed in nostro casu possessio stat pro praecipuo integrè confitendi; & pro praecipuo iterum in Confessione aperiendi peccata in alia Confessione nulliter, & inualidè absoluta. Ergo, &c. Confirmatur nostra opinio: nam Vasquez, in 3. part. tom. 4. quest. 92. art. 3. dub. 1. Reginaldus, tom. 1. lib. 6. numer. 153. Siluester, verb. Confessio. 1. quest. 3. Leandrus, quest. 69. & alij, asserunt tunc non esse reiterandam confessionem bona fide, & ex ignorantia, & sufficere illud tantum confiteri: Sed in casu nostro peccatum non bona fide, sed mala, fuit reatum; ergo. Nec obstat dicere superius dicta procedere quando quis est certus reliquisse voluntarie peccatum in Confessione; secus autem si esset dubius vt in casu nostro. Respondeo enim, doctrinam adductam procedere in utroque casu; nam etiam in casu dubij possessio stat pro praecipuo. Et ideo obseruat Gaspar Hurtadus, de *Pœnitent. disput. 9. difficult. 12.* & alij, quod quamdiu ratione cordata, & prudenti non constat, aut prudenter non dubitatur confessionem fuisse culpabiliter mutilatam, non esse necessarium repetendam. Sed in casu nostro supponitur, quod prudenter dubitatur confessionem fuisse mutilatam: ergo necessarium erit repetenda. Vnde ex his puto non esse admittendam opinionem amicissimi Baucij.

An iuramentum falsum inaduertenter dictum ab eo, qui prauam consuetudinem iurandi habet, sit peccatum mortale.

RESOLVTIO XIII.

Affirmatiuam sententiam docet Texeda, tom. 1. lib. 3. tract. 2. contr. 5. n. 215. vbi sic ait: Si roges an iuramentum absque aduertentia praestitum ab habente iurandi prauam consuetudinem: si non ex illa proficiatur, sed aut repentino iræ impetu, aut ex nimia ad rem affectione, vt contingere solet in non assueto iuramentis; imputetur ad culpam. Circa quam difficultatem asserunt Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 7. punct. 3. Suarez tom. 2. de *Relig. lib. 3. cap. 7. num. 5.* Iuramentum profectum non ex praua consuetudine, sed ex repentino impetu, non imputari ad culpam, & in propriis terminis idem asserit Sanchez 1. tom. *Sum. lib. 3. cap. 5. num. 22. & 23.* qui adducit pro sua sententia Petrum de Ledesma in *Sum. 2. tom. tract. 11. cap. 5. dub. 5. dicto 2.* qui oppositum expressè asserit. Todas las vezes que la inaduertencia acerca de lo que se jura nace de la mala costumbre da iurat como de causa, el juramento falso echo con la dica inaduertencia es pecado mortal, y no se escusa por ella; porque el acto, que procede de inaduertencia culpable se reduce à la naturaleza de su forma, como el que procede de ignorancia culpable como lo fuerat si se aduertiera: vbi Ledesma expressè asserit, iuramentum falsum inaduertenter dictum,

Etum, in habente pravam consuetudinem iurandi esse peccatum mortale. Et ideo dicendum est cum Caietano 2.2. *quest. 98. art. 3.*, Nauarro, *Sum. cap. 12. num. 6.* Ledesma, *suprà citat.* iuramentum falsum inaduertenter dictum ab habente pravam iurandi consuetudinem, esse mortale, etiam si fiat ex motu repentino, aut ex affectione nimia ad rem aliquam, quia inaduertentia illa eum qui assuetus est iurare falsum, non excusat illū à periurio, cum etiamsi aduerteret similiter peieraret. Secundò probatur; nam qui prava ea consuetudine affectus frangit præceptum aliquod diuinum, peccat mortaliter, quamuis illud infringat inaduertenter, ex affectu nimio ad rem aliquam, aut ex repentino impetu, ut constat in peccato blasphemiae, quæ inaduertenter dicta ab eo, qui est assuefactus blasphemare, est mortalis quantumcumque dicatur; ut bene Caietanus, Nauarrus, & communiter omnes (& constat etiam inductiuè in omnibus aliis peccatis perpetratis ab eo, qui prauè dispositus, & mala consuetudine affectus circa transgressionem alicuius legis, aut præcepti) sed non iurare falsum cadit sub præcepto diuino, quo unusquisque tenetur id non facere: ergo quamuis falsum iureretur absque aduertentia, si is qui falsum iurat est prauè affectus, & assuetus ad iurandum falsum, quomodocumque falsum iuret, peccat mortaliter. Hucusque Texeda.

Sed sententiam Sanchez, & Suarez, quam ipse tam acriter impugnat nouissimè tenet Castrus Palaus, *tom. 3. tract. 14. disp. 1. punct. 9. num. 5.* & ratio est, quia illud iuramentum, ut in se esset peccatum mortale, debebat esse voluntarium directè, vel indirectè. At neque directè, neque indirectè est voluntarium. Non directè, ut supponitur; neque indirectè, quia ad indirectè voluntarium debebas habere potestatem illud vitandi, cum de facto non vitas. Ergo non est tibi voluntarium neque directè, neque indirectè. Quapropter solum in causa, nempe in consuetudine censentur illa iuramenta voluntaria. Sicut censetur voluntaria pollutio in somnis cui causam dedisti in vigilia, aut homicidium in ebrietate factum, quod antea potuisti præcauere. Quorum tota culpa & detrimentum apud Deum fuit in appositione causæ. Nam siue sequatur pollutio siue non, eandem pœnam, & demeritum habes apud Deum. Quia tota malitia in appositione causæ sita fuit. Sic in præsentī de iuramento facto sine libertate philosophandum est. Hanc etiam sententiam Sanchez contrà Texedam tenet Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 2. capit. 1. dub. 20. numer. 11.* vbi probat iuramenta inaduertenter prolata, ab habente consuetudinem iurandi non retractam, non esse speciale peccatum, nec habere distinctam malitiam à sua causa; si autem sit retractata, idem iudicandum de hoc, ac de non assuetu ad iurandum. Itaque sententiam Sanchez, & aliorum contrà Texedam satis probabilem esse existimo, quam præter Doctores citatos tenet etiam Mazuchel. *de Casib. reseru. disp. 2. cap. 16. difficult. 4. num. 74. cum seqq.* qui etiam rectè obseruat hanc doctrinam procedere etiam quò ad blasphemias.

Verum curiosa est illa quæstio an si procurator, qui nomine principalis iuramentum præstitit, iurauit falsum, sit periurus Dominus principalis, an verò Procurator, & affirmat Siluester *verb. Periurium q. 3.* quem sequitur Sanchius utrumque periurij vitio innodari, si Procurator, dum iurauit virtute specialis commissionis ad iuramentum præstandum, sciebat falsum esse quod iurauit, aut de illo dubitabat, pœnas autem periurij, subdit Siluester non in-

currere Procuratorem, sed solum principalem dominum. Cæterum ego dico saluo meliori iudicio eo casu principalem ex vi illius iuramenti falsi à Procuratore præstiti, nec esse periurum, nec pœnas prædictas incurrere, quia principalis non dedit Procuratori suo facultatem ad falsum iurandum, sed solum, ut cum veritate præstaret iuramentum: & ideo periurij malitia solum in Procuratore manere debet. Et ita docet Texeda *vbi suprà, controu. 4. quest. 2. num. 194.*

An Clerico habenti tantum primam Tonsuram, sit largienda à Confessario absolutio à suspensione quatenus indigeat.

RESOLVTIO XIV.

Casus potest frequenter accidere: & ad illum affirmatiuè respondet accuratissimus Baucius in *Miscell. tom. 1. quest. 536.* probatur hæc opinio quia prima Tonsura est Ordo. Et ita docet Iulius Cæsar Madius *de Sacris Ordinib. cap. 2. numer. 8.* Nicolaus Garcias, *de Benefic. part. 7. cap. 1. numer. 2.* Augustinus Barbosa, *de Offic. & potest. Episcopi, Allegat. 2. numero 16. & 17.* Campanilis in *diuers. Iuris Canonici, rub. 2. num. 7.* Thomas Vallascus, *tom. 1. allegat. 3. num. 8.* Franciscus Leo, in *Tthesauro Fori Ecclesiastici, part. 1. cap. 4. num. 17.* & nouissimè pro hac sententia multa eruditè cumulauit Franciscus Torreblanca Cordubensis in *sua Epitome delictorum, sub titulo De casibus, in quibus Demonum inuocatio interuenit, in appendice, in calce totius Voluminis, cap. 6. defensionis Magia, per totum.* Et ita docent communiter Canonistæ, ut patet ex iure Canonico: nam in *cap. Cum contingat, de atate, & qualitate Ordinand.* prima Tonsura vocatur Ordo Clericalis: & eodem nomine vocat Glossa, in *cap. Nullus, de temporib. ordinat. in 6.* in verbo, Tonsura. Secundò, prima Tonsura initiati gaudent Clericorum priuilegiis: sunt enim capaces Beneficiorum, quorum sunt incapaces Laici, *cap. 2. de Instir. & cap. Ex liter. de transact.* fruuntur priuilegio Canonis *Si quis suadense*, Glossa in *d. cap. Cum contingat.* Cum ergo Tonsura habeat priuilegia aliorum Ordinum, meritò Ordo dici debet. Tertio arguitur ex Concilio Tridentino, *sess. 14. de reformat. cap. 2.* vbi initiatus prima Tonsura ab alieno Episcopo sine licentia proprii suspenditur: & *sess. 23. de refor. c. 5. & 6.* eadem prohibitionem ligat istos, quæ & minoribus Ordinibus initiatos. Cum ergo Concilium pares faciat quoad supradicta, signum est, voluisse inter Ordines esse connumerandam Tonsuram.

Verum his non obstantibus, ego puto cum Theologis primam Tonsuram non esse Ordinem. Et ita tenent 36. Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 6. disp. 1. quest. 4.* quibus adde me citato Sapientissimum Dicastillo *de Sacrament. tom. 1. tractat. 6. disput. 1. dub. 2. num. 18.* Probatur, quia Ordo, qui est Sacramentum Ecclesie, constat ex materia, & forma: sed Tonsura nullam habet formam licet habeat pro materia capillorum abscissionem: ergo Tonsura non est Ordo. Minor probatur: Nam verba illa relata in Pontificali Romano: *Dominus pars hereditatis meæ*, sunt ceremonialia, non substantialia: quare etiam sine illorum prolatione quis fieret Clericus tonsuratus per solam translationem illius à statu Laicali ad Ecclesia

Ecclesiasticum : quod concedunt plures Doctores. Denique, illud cui conuenit talis definitio Ordinis, est Ordo: sed primæ Tonsuræ non conuenit talis definitio : Ordo enim definitur, quod sit Signaculum quoddam, per quod spiritualis potestas tribuitur Ordinato: sed prima Tonsura initiato nulla potestas tribuitur, cum ad nullum certum officium in Ecclesia habendum deputetur; & si ad aliquod deputaretur, non tamen ordinatur per se ad Eucharistiæ ministerium, ad quod reliqui omnes Ordines ordinantur: non igitur prima Tonsura erit Ordo; sed potius erit vt folium, & dispositio ad formam.

Secundò, etsi Concilium Tridentinum hanc litem dirimere noluerit; si quis tamen attentè verba Concilij consideret, sapè conspiciet, ipsum Theologorum opinioni valdè fauere: Nam *sess. 23. c. 2.* ait: Vt qui iam clericali tonsura insigniti sunt, per Minores ad Maiores ascendant, quibus verbis distinguit Concilium primam Tonsuram à minoribus Ordinibus. Quod etiam satis colligitur ex eo, quod idem Concilium in diuersis capitibus de prima Tonsura, & minoribus Ordinibus egit: & *c. 6.* inquit: Nullus prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus ante decimum quartum annum Beneficium possit obtinere. Itaque Concilium nunquam primam Tonsuram Ordinem vocat; imò eam ab Ordinibus semper segregat. Hoc, omissis aliis, clarè apparet in Concilio Carthaginensi quod plenius præ cæteris de Ordinibus egit: nam *in cap. 3. tract. de Presbyteri ordinatione; cap. 4. de Ordinatione Diaconi; cap. 5. de ordinatione Subdiaconi; cap. 6. de ordin. Acolyti; cap. 7. de ordinat. Exorciste; cap. 8. de ordinatione Lectoris; cap. 9. de ordinatione Ostiarij;* nullibi verò in eodem Concilio tractatur in Ordinem enumeratione de Tonsura. Supposita igitur hac sententia tanquam veriori, & probabiliori, respondeo ad Casum propositum in titulo huius Resolutionis, initiatum tantum prima Tonsura, non esse à Confessario absoluumendum à suspensione, quatenus indigeat. Et ità obseruant in praxi ferè omnes Confessarij.

An Iuramentum præstitum principaliter in honorem Dei, possit quis remittere, si cedat in eius utilitatem.

RESOLVTIO XV.

Negatiuè respondet Texeda, *tom. 2. lib. 2. tract. 2. contr. 6. n. 244.* vbi sic ait: Maior difficultas est, an quandò iuramentum est specialiter Deo præstitum, aut ex affectu ad Religionem, si tamen res promissa tota cedit in fauorem proximi, possit proximus illud relaxare. In qua disputatione Sanchez *lib. 1. de Matr. d. 25. n. 7.* affirmat posse partem cui fuit præstitum iuramentum illud relaxare; nihilominus oppositum est verum, quia vt esserit Petrus de Ledesma *Sum. tract. 11. de Iur. c. 2.* quoties iuramentum est specialiter Deo factum, & in eius honorem, aut Religionis, quamuis sit præstitum in utilitatem proximi, non potest illud remittere, sicut contingit in Casibus adductis, quod tamen ego limito, nisi huiusmodi iuramentum taliter sit in Dei honorem specialiter factum, quod iurans omne ius, obligationem, & impletionem remiserit ad voluntatem eius cui fuit præstitum; nam tunc non dubito posse illum relaxare, quia principaliter censetur illi fuisse præstitum. Hinc fit, constare manifestè quid dicendum est; quandò quis iurauit se daturum certam eleemosy-

Anon. Diana, Pars X.

nam cuidam pauperi, aut hospitali, non determinando personam, tunc enim huiusmodi iuramentum relaxari debet per Prælatum Ecclesiasticum, quia huiusmodi iuramentum est Deo principaliter præstitum, & non in utilitatem alicuius certæ personæ, cui remitti poterat relaxatio. Ità Texeda.

Viderur hanc sententiam etiam tenere Rocafull *in Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 1. præcept. 2. Decal. cap. 4. n. 326.* docet enim, iuramentum factum homini, non solum in utilitatem eius, sed etiam in Dei obsequium, quod appellatur iuramentum intuitu pietatis non posse remitti ab homine, cui factum est; vt si quis promisit pauperi animo inseruiendi Deo eleemosynam, non potest pauper remittere; ratio est, quia licet pauper possit remittere ius, quod acquisiuit per iuramentum, non tamen potest remittere quod Deo promissum est. Et confirmatur; quia per hoc iuramentum contracta est duplex obligatio, & ei cui factum est iuramentum solum debetur vna; alter ergo debet remittere aliam: Poterit autem dispensare Papa si is, cui iuramentum factum est, remittit iuramentum.

Sed ego non discedo à sententia Castri Palai, *tom. 3. tract. 14. disp. 3. punct. 2. n. 3.* vbi sic asserit: Difficultas est an possit creditor iuramentum præstitum principaliter in honorem Dei remittere, eò quod tota obligatio in sui gratiam, & fauorem cedat. v. g. intuitu pietatis promissisti sub iuramento alicui pauperi eleemosynam, poteritne pauper obligationem remittere? Et quidem si pauperem non determinasti, clarum est nullum esse qui possit obligationem remittere; Quia illud iuramentum Deo est factum, & inducit rationem Voti, neque res promissa cedit in gratiam huius pauperis determinati: sed huius, vel illius: ergo nullus est in particulari, qui possit remittere. Sic Sanchez *lib. 3. Summ. cap. 20. num. 8.* Verùm si pauperem determinasti; probabilius est, & mihi certum remittere posse obligationem, nolendo promissum acceptare; quia illud iuramentum censetur tacitam conditionem habere; dummodò velit promissum acceptare is, de cuius commodo agitur. Non enim (vt bene ait Lessius) intendis inuitum ad Beneficium acceptandum cogere, vel nolenti obtrudere. Ergo si ille nolit, vel condonet, non obligaris; cessat enim conditio, sub qua obligatio inducta est. Quod verò Thomas Sanchez *lib. 1. de sponsalibus, disp. 52. num. 7. fine 8. & 9. & Suarez lib. 2. de Iuram. cap. 39. num. 8. 11. & 12.* insinuant posse pauperem remittere obligationem iustitiæ remanente obligatione iuramenti, si velit promissum impleri, mihi non probatur. Nulla enim ex suprascriptis iuramentis obligatio iustitiæ, aut fidelitatis in promittente oritur comparatione pauperis, sed tota obligatio est comparatione Dei, esto in pauperis utilitatem cedat. Quapropter nulla alia via potest pauper obligationem remittere nisi vel condonando promissum, vel nolendo illud acceptare.

Aliquis optabat mala notabilia, & contumeliis afflictebat sororem, quasiuit an hac circumstantia esset aperienda in Confessione.

RESOLVTIO XVI.

Afirmatiuè respondet Baucius *de Miscell. Cas. Conscientia, tom. 1. quest. 436.* vbi sic ait: An si quis occidit Patrem, vel Matrem, vel optat ei malum,

X 3 lum,

lum, sit circumstantia mutans speciem, an solùm ag-
 grauans Respondetur ex Nauarro in *Summa*, cap. 14.
 numero 11. esse circumstantiam mutantem speciem
 odiam contrà Patrem, & Matrem. Idem docet Hen-
 riquez, de *Penitent.* lib. 2. cap. 6. num. 3. vbi extendit
 ad Principem, & ad Sacerdotem. Toletus lib. 5. cap. 8.
 num. 1. extendit non solùm ad Patrem, vel Matrem,
 sed etiam ad filium, Fratrem, & Vxorem, quia no-
 tabiliter sunt coniuncti. Adde ego etiam sororem.
 Ità ille.

Sec licet hæc omnia probabiliora, & consulenda
 sint, tamen negatiuam sententiam tanquàm proba-
 bilem admittit Tamburin. *Opus. de Confessione*, lib. 2.
 cap. 7. §. 7. num. 48. vbi hæc asserit: Dices? Asserimus
 hic num. 48. ex probabilissima plurium sententia
 turpem coniunctionem cum Consanguineis non af-
 ferte diuersitatem specificam necessariò in Cõfessio-
 ne explicandam, vt diuersam ab alia coniunctione
 strictioris Consanguinei; quia licet grauius sit con-
 trà vnum gradum v.g. contrà primum cum Matre,
 quàm contra alium v.g. cum Consobrino delinque-
 re, tamen magis, & minus speciem Incestus diuer-
 sam non constituit. Ergo idem asserere debuimus
 supra *libr. hoc 2. capit. 5. §. 1. & 2.* in iniuriis illatis
 contrà Consanguineos, vel affines, atque dicen-
 dum fuit iniuriam illatam Patri, vel Fratri non esse
 diuersæ speciei ab iniuriis contortis contrà ceteros
 minus propinquos, quia pariter magis, & minus in
 debito quod Consanguinei contrahunt non se con-
 uitiandi non afferunt diuersitatem specificam. Res-
 pondeo: certè vrget non improbabiler paritas:
 Vnde probabiliter consequitur, tum in hac materia
 de incesto, tum in illa materia de Iniuria contrà
 Consanguineos, vel affines inflicta non esse neces-
 sariò explicandam eiusmodi diuersitatem, sed suffi-
 cere si dicatur: Ego mihi coniunctos contumeliis
 affeci. Hæc Tamburinus: Ex cuius doctrina sequere-
 tur in casu proposito, quem probabiliter non teneri
 ad explicandum in Confessione contumelias fuisse
 illatas Sorori. Pro qua doctrina facit nouissimè Bor-
 donus in *Miscellaneis. Decis. 479.* vbi sic ait: Incestus
 est copula habita inter Consanguineos, & affines
 ex copula licita vsque ad quartum gradum inclusi-
 uè, ex copula illicita vsque ad secundum inclusi-
 uè; explicandi autem sunt gradus ex communi senten-
 tia. Bonacina *quest. 4. de Matr. p. 16. propos. 4.* con-
 trà Caietanum, D. Thomam, Giptium, Dianam, Fau-
 stum, quos pro se citat Mazuchellus dicens, *disp. 2.*
cap. 4. num. 18. sufficere dicere: Commisi Incestum,
 non explicando gradum, neque Consanguinitatem,
 aut Affinitatem; & certè placet id mihi, quia sic
 Confessio non redditur onerosa, neque manifestatur
 persona in indiuiduo. Ità Bordonus. Verùm senten-
 tiam Baucij docet Cardinalis Lugo, de *Pæn. disp. 16.*
sect. 6. numer. 307. vbi docet quod Iniuria inflicta
 Fratri, vel Sorori, sicut differt ab iniuria inflicta Pa-
 rentibus, ità differt ab iniuria facta externis; atque
 adeò necessariò explicandum in Confessione iniu-
 riam fuisse factam fratri, vel Sorori.

*An Iuramenta Castitatis, Religionis, peregrina-
 tionis Hierosolymitana, &c. possint
 ab Episcopo dispensari.*

RESOLVTIO XVII.

Negatiuam sententiam docent Doctores, quos
 citat, & sequitur Quintanaduenas, de *Iubilao*
diuarum hebdomadarum. c. 12. n. 18. vbi sic ait: Los iu-

ramentos hechos à Dios de Castidad, y Religion es
 lo mas cierto no se pueden commutar por este iubi-
 leo, ni Bula, ni dispensar el Obispo, que son obliga-
 ciones de la mesma calidad, quo los votos. Afirmanlo
 Cayetano, Soto, Rodriguez, Toledo, Azor, y otros
 que traen, y figuen Sanchez. Ità ille; cui etiam adde
 Valentiam, tom. 3. *disp. 6. quest. 6. punct. 4.* & ego alibi
 hanc sententiam probabiliorē existimaui.

Verùm denuo illam tractare coactus sum ex per-
 tinacia cuiusdam Parochi Theologastri, qui inordi-
 cus his diebus contendebat sententiam affirmati-
 uam non esse probabilem, vt ego olim dixeram: Affer-
 ro igitur iterum, esse satis probabilem, & tutam in
 praxi; & illam nouissimè tenet Magister Texeda in
*Theolog. Moral. tom. 2. lib. 3. tractat. 2. contr. 6. nu-
 mer. 249.* Et ratio est, quia Episcopi possunt rela-
 xare omnia Iuramenta suorum subditorum nullo
 excepto, dummodò non cedant in præiudicium
 tertie personæ: Quæ propositio D. Thomæ est apud
 omnes certa: at huiusmodi potestas, non est abla-
 ta eis iure aliquo: ergo attento iure manet apud
 illos; & hæc videtur demonstratio. Secundò, quia
 attento iure positiuo, solùm est Pontifici reserua-
 tum Votum peregrinationis Hierosolymitanæ: er-
 go vltra illud huiusmodi restrictio extendi non de-
 bet, exceptio enim firmat regulam in contrarium.
de regul. Iur. in 6. Confirmatur hoc: quia Vota il-
 la quinque absoluta non sunt Pontifici reseruata iu-
 re aliquo positiuo, nisi solùm ex consuetudine: er-
 go cum huiusmodi consuetudo sit odiosa, & cedat
 in præiudicium potestatis Episcoporum, ipso diui-
 no iure debet restringi, ità vt illis non præiudicet.
 Itaque vis, & efficacia argumenti nostri consistit
 in eò quod si in toto iure non reperitur aliqua præ-
 dictorum Iuramentorum reseruatio, quare nos il-
 lam inducere debemus? præcipuè, quia prædicta
 Iuramenta non sunt vota, nec habent rationem Vo-
 torum, vt non bene sentit Sanchez de *Matr. lib. 8.*
disp. 13. & in Summa lib. 3. capit. 19. numer. 6. quia
 distincta est omninò natura Iuramenti à natura Vo-
 ti, & Votum, & Iuramentum habet distinctas es-
 sentias, quod manifestum est, ex eò quod Pontifex
 non habet æqualem potestatem dispensandi in Iura-
 mentis, ac habet in Votis, quia Iuramenta aliqua non
 potest relaxare qualia sunt illa, quæ cadunt in dam-
 num tertij: Vota autem cum semper fiant Deo,
 omnia potest relaxare, & in omnibus dispensare; &
 idè non sequitur, vt si illa quinque Vota absoluta
 sint reseruata, & in illis Episcopi dispensare non
 possint, quod in similibus Iuramentis idem debeat
 fieri. Et hæc omnia docet Texeda *vbi supra*; cuius
 sententiam sequitur etiam nouissimè Rocafull in
Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 2. præcept. 2. Decalogi,
sect. 5. cap. 1. num. 289.

Et si dicas Iuramentum de his rebus, quæ in ma-
 teria Voti essent reseruata Papæ, non esse Iuramen-
 tum assertorium, ergo promissorium: ergo includit
 promissionem, & ex consequenti Votum. Respon-
 deo, nomine Iuramenti promissorij non intelligi ri-
 gorosam promissionem, quæ requiritur ad Votum;
 quia aliàs omne Iuramentum promissorium esset
 Votum: sed dicitur promissorium largè, & quia vt
 plurimum includit promissorium: vel dico Iuramen-
 ta ista esse promissoria, non tamen esse vota, quia vo-
 tum debet esse promissio facta Deo; qui iurat autem
 Religionem ingredi, promittit quidem, non tamen
 Deo, sed solùm Deum adducit in testem promissio-
 nis. Si autem quis voluerit defendere primam sen-
 tentiam, respondebit Iuramenta quinque, (quæ si es-
 sent Vota, essent reseruata Papæ) non esse reserua-
 ta, qua

ra, quatenus referuato maiori vinculo Votio ipsa referuata sunt, sed quia vsu referuata sunt.

An furantes Reliquias, præter peccatum aliquam Excommunicationem incurrant.

RESOLVTIO XVIII.

Affirmatiuè respondet Azorius, *tom. 1. lib. 9. c. 8. quest. 10.* vbi sic ait: Quæritur, an in Excommunicationem incidat, qui Reliquias Sanctorum ex loco Sacro in quo reconditæ, aut positæ sunt, furatur? Respondeo in cap. *Quisquis*, §. *Si domum* 17. quest. 4. esse constitutum: Si quis Domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius, cui commissæ esse dignoscitur, inde abstulerit, donec in conuentu admonitus legitime satisfaciatur, sciat se communionem priuatum. Si verò post secundam, & tertiam conuentionem coram Episcopo satisfacere recusaerit, nemini Fidelium misceatur. Hæc ibi. Ex quibus verbis deducit Syluester, eum hominem, ante quam liber admonitionem, Excommunicationem minorem contrahere donec satisfaciatur, hoc est, nisi prius satisfecerit, non posse Sacramentum altaris suscipere: ter verò admonitum, nisi satisfecerit, esse Excommunicatione maiore mulctandum. Ita Azorius.

Verùm ego cum Magistris Lezana in *Summa Q. Q. Regular. tom. 4. verb. Reliquia Sanctorum, n. 5.* Texeda in *Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. tract. 2. §. 3. contr. 8. quest. 2. num. 37.* contrarium sentio. Primò, quia non extat Textus, ex quo hoc colligatur: nam cap. *Quisquis inuentus, verb. Si quis domum* 17. quest. 4. adductam ab Azorio, non loquitur de pœna Excommunicationis, sed de separatione ab Eucharistiæ vsu. Secundò, quia vt bene Caietanus *Sum. verb. Excommunicatio, Sotus 4. d. 22. quest. 2. art. 3.* docent eam Excommunicationem etiam si extaret, per non vsu non valere. Vide etiam Baucium in *Miscellan. tom. 2. opusc. 4. quest. 30.* qui bene docet, posse Reliquias ab Infidelibus subtrahi, quia sunt iniusti possessores, & si Reliquiæ essent apud Infideles etiam tunc ad redimendam vexationem posse adhiberi pretium, vt possideantur, ac retineantur à Fidelibus. Ratio est, quia Infideles vexant Fideles retinendo iniuste Reliquias illas. Ita Philarcus, & Vgolinus, quos citat, & sequitur Sanchez in *Summa tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 22.* Aduerte tamen, quod Romæ extat Excommunicatio, ne Reliquiæ ex Vrbe extrahantur,

Nota etiam hîc obiter, quod optimè docet Syluester, *verb. Simonia, quest. 2.* Vgolinus de *Simonia, tab. 1. cap. 38. num. 5.* Torr. 2. 2. tom. 2. quest. 94. art. 3. licitum esse Christianis ab Infidelibus Reliquias emere, quia licet absolute loquendo, Reliquias emere, vel quæstus causa illas venditioni exponere, si aperta Simonia; vt habetur *cap. fin. de Reliq. & Venerat Sanct.* & in Tridentino, in *Decreto de inuocat. venerat. & reuer. Sanct.* & quia res spiritualis pretio æstimatur, & emitur; tamen quandò ab Infideli emuntur, emptio illa formaliter non est emptio rei spiritualis, sed pretio dato redimere vexationem quam exercet Infidelis Reliquias iniuste retinendo.

An qui nunquam confessus est desideria praua quia non putabat ea esse peccata, teneatur reiterare Confessiones.

RESOLVTIO XIX.

AD hoc Dubium sic respondet Pater Bordonus in *Miscellaneis, Decis. 321.* Vir alioquin prudens, & sciens, qui antea in suis Confessionibus nunquam se accusauit de desideriis carnis, Furti, Odij, &c. eo præcisè, quia putabat, ea non esse peccata, aut de illis nunquam dubitauit, sintne peccata non debet esse anxius circa præteritas Confessiones respectu integritatis, neque teneretur illas reficere, neque huiusmodi desideria aliàs non confessamodò confiteri. Ratio est clara: Primò, quia stante eius bona fide, quæ secundum omnes à peccato excusat, non peccauit: ergo ex hoc capite non teneretur reficere Confessiones. Secundò, dictæ Confessiones non caruerunt sua integritate, quia integritas habet pro obiecto solum peccatum tale cognitum ex parte Pœnitentis, qui in casu nostro nunquam habuit cognitionem, vel aduertentiam, illa desideria fuisse peccata, & hæc ignorantia in eo fuit inculpabilis, sicut fuit in D. Paulo, dum dixit ad Rom. 7. 7. *Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces.* Ex quo tertio sequitur hunc Virum non teneri ea desideria confiteri, quia solum peccatum est obiectum huius Sacramenti. Nihilominus pro quiete conscientie suæ poterit, si vult, ea desideria fateri talia, qualia sunt in seipsis, simul cum aliis peccatis. Ita Bordonus.

Sed ego dissentio à Viro amicissimo: nam communiter asserunt Doctores, quòd licet non teneatur iterare Confessionem, qui putat inuincibiliter non esse mortale aliquod mortale, nam illa Confessio est valida; tamen hoc non obstante omnes asserunt, quòd teneretur confiteri peccata in priori Confessione omissa. Et ita ex Nauarro, Syluestro, Vazquez, Bonacina, & aliis tenet Leandrus, *de Sacrament. to. 1. tract. 5. disp. 5. quest. 69.* Vnde postea sic infert. Ex hac Doctrina constat Dianam rectè resoluissede quodam puero, qui vsque ad decimum tertium annum, non se accusauit de pollutionibus, quas ordinariè faciebat, ignorans inuincibiliter, illas esse peccatum; illum non fuisse adstrictum, præteritas Confessiones reiterare; sed sufficere se in prima Confessione, de pollutionibus factis accusare. Ita Leandrus; cui etiam adde Ochagauiam *de Sacram. tract. 2. de Confessione, Sacramentali, quest. 31. n. 7.* & Doctores communiter: Et idèd dicendum est contra Bordonum in casu proposito, non esse reiterandas Confessiones, sed explicanda, & confitenda omnia desideria in Confessionibus non explicata.

Nota hîc obiter, quòd ego olim cum Reginaldo, & aliis docui, etiam non teneri Confessionem reiterare, qui per ignorantiam crassam, temere, & erroneè aliquod peccatum in Confessione omisit, sed tantum teneri postea peccatum omissum confiteri: sed modò re meliùs considerata contrariæ sententiæ adhæreo; nempe esse Confessionem iterandam; quia omninò fuit irrita, & inualida, cum in ipsamet Confessione peccatum patratum fuerit, & non confessum: ergo inualida ex defectu integritatis. Et ita docet Suarez, Laymann, Lugo, Ochagauia, Hurtado, Pater Leandrus *vbi supra quest. 70.* cum Thoma à Iesu in *Tribunali conscientia, cap. 6.*

An Confessarij Regulares possint dispensare ad petendum debitum cum Coniugibus, qui inter se contraxerunt affinitatem ex Incestu.

RESOLVTIO XX.

DE hac quaestione in variis locis à nobis tractatum fuit : & tandem in *Par. 6.* putavi Priuilegium Pij V. fuisse per Bullam Urbani VIII. derogatum. Sed nouissimè Leandrus de *Sacrament. tom. 2. tract. 9. disp. 24. q. 16.* & Martinus de San. Ioseph, in *Mon. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 53. de Matrim. num. 3.* acriter contendunt, dictum Priuilegium Pij V. non fuisse ab Urbano VIII. derogatum, quorum sententiam satis probabilem existimo. Difficultas est, an vigore alterius Priuilegij, possint hodie Confessarij Regulares dispensare absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore Priuilegij Pij V. Et affirmatiuam sententiam inuenio docere Leandrum, *ubi supra quaest. 17. in fine*, & Reuerendissimum Candidum Sacri Palatij Magistrum, *tom. 1. disquis. 27. art. unico, dub. 9.* & hoc ex priuilegio Iulij I. concessio Congregationi S. Benedicti Vallisoletae : Sed in hoc casu necessaria est deputatione Superioris localis, vt contra me obseruat Martinus de San Ioseph, *ubi supra, tract. 53. num. 9.* Sed in mei fauorem nouissimè Bordonus in *Miscellaneis; decis. 474.* loquendo in terminis Priuilegij Pij V. sic ait : Licet sit oraculum viuz vocis à Cardinali declaratum & confirmatum cum sua subscriptione, non idè videtur comprehensum sub reuocatione aliorum, iuxta ea, quae dixi *Resolut. 31. num. 3.* In locis praecitatis dixi esse necessarium, quod Superior deputet ad id munus Confessarium, vt valeat vti hoc priuilegio, sed postea obseruaui, hanc deputationem non esse necessariam, quia eius loco successit nostris temporibus approbatio Episcopalis iuxta Tridentinum. Practicari igitur potest priuilegium, si casus occurrat. ita ille. Vnde me citato Machadus, *tom. 1. lib. 5. part. 5. tract. 3. docum. 2. num. 2.* sic ait : Però queda dudoso, y contraduerso entre los Doctores, si esta facultad la gozen generalmente todos los Religiosos expuestos à confessar; ò sea necessario que especialmente esten deputados por el Prouincial para este efeto. Graues Aures henten, queduen ser los Confessores deputados por su Prouincial para este efeto; porque la facultad de dispenfar en cosa tan graue, no conuenia concederla indistintamente à todos los Religiosos Confessores, sino solamente à aquellos que el Prouincial juzgasse por mas idoneos; y assi afirman se obserua en la Compañia de Iesus. Però no obstante esto, otros deñenden lo contrario; juzgando, que por los preuilegios referidos basta que el Religioso sea aprobado para confessar segun la forma del Concilio; sin que necessite de que tambien seu expuesto por su Prouincial para este efeto. Hæc Machadus. Verùm ad tollendas omnes difficultates optimum esset si Superiores locales in singulis domibus designarent hos Confessarios ad dispensandum, stante id quod asserit Martinus de San Ioseph *loco citato.*

Nota verò hic obiter; quod Bordonus *ubi supra*, optimè obseruat id quod ego alibi docui, nempe, quod Coniugati ferè omnes etiam docti, ignorant hoc impedimentum, rato enim potest occurrere casus, cum non peccent petendo debitum excusante illos ignorantia; nec opus est, eos edocere de huiusmodi impedimento, maximè si nullus speratur fru-

ctus, immo Confessarius meliùs taceat, quàm ad-moneat illos, stante communi ignorantia Laicorum. Et Ita etiam docet Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 52. de Matr.* vbi sic asserit : Quando el casado conoce Parienta de su muger, y sabe, que es pecado Incesto, y quel Derecho lo tiene prohibido : però ignora la pena, que esta puesta por el mismo Derecho, de que no pueda pedir el debito. Et sententia bien probable, que incurre la pena, porque la ignorancia della no escusa de la culpa, porque se incurre la pena. Però me parece mas probable la sententia contraria, de que no queda priuado. Ita ille.

An alienatio Reliquiarum includatur in prohibitione Paulina de rebus Ecclesie non alienandis.

RESOLVTIO XXI.

Quidam Prior bona fide donauit cuidam Magnati partem Reliquæ insignis; quaesuit à me Prouincialis, an deberet declarare incidisse Priorem in Censuras, & pœnas dictæ Paulinæ. Et respondi negatiuè; quia licet opinio Doctorum asserentium, alienationem Reliquiarum esse inclusam in prohibitione Paulinæ de Rebus Ecclesie non alienandis, sit communior, probabilior, & in praxi consulenda; tamen contraria sententia, vt ego alibi adnotaui, sua non caret probabilitate. Verùm supradictus Prouincialis instabat auctoritate Patris Pasqualigi, qui nominatim contra me asserit in *Q. Q. Can. Cens. 2. quaest. 181. num. 2.* hanc sententiam non posse vt probabilem sustineri. Sed ego respondi quod Pater Pasqualigus excessit in censura huius opinionis; & idè meritò contra illum nouissimè nominatim insurgit Bordonus in *Miscellaneis, decis. 494. per totam;* vbi respondet, & infringit omnia argumenta, quæ Pasqualigus *ubi supra* in fauorem suæ sententiæ adduxerat. Et idè sententiam asserentem alienationem Reliquiarum non esse prohibitam in Bulla Pauli I. præter Riccium, Castrum Palaum, & alios à me alibi adductos, tenet Antonellus de *Regimine Ecclesie Episcopalis, tom. 1. lib. 1. cap. 4. §. 7. n. 16.* Barboza, de *Potest. Episcopi, part. 3. allegat. 95. num. 39.* & me citato Pellizzarius, in *Man. Regular. tom. 2. tract. 6. cap. 8. num. 91.* vbi sic ait : Quætes an alienatio Sanctarum Reliquiarum cadat sub hac prohibitione, ita vt non possint à Regularibus alienari sine debita solemnitate. Responderetur non cadere, quamuis, si perpetuæ sepulturæ sint traditæ extrahi non possint, & aliis tradi absque consensu Sedis Apostolicæ. Ratio nostræ responsionis est, quod in hac prohibitione non comprehenduntur, nisi Bona temporalia pretio æstimabilia: Reliquiæ autem Sanctorum sunt supra omnem temporalem æstimationem, nec pretio æstimari possunt. Ita ille.

Sed etiam stando in opinione Pasqualigi, & aliorum, puto dictum Priorem non incidisse in pœnas latas contra alienantes absque assensu Sedis Apostolicæ, quia Paulus I. in dicta Extrauagante vtitur verbo, *Presumpserit*, quod dolum, & temeritatem denotat, vt notat Baldus *cons. 486. num. 5. vol. 4.* Barbat. *cap. Prudentiam, notab. 1. de Offic. deleg. Decius in cap. 2. sub. num. 6. vers. Secundo principaliter, de iudic. Hippol. in l. de Minore, in princip. num. 39. ff. de q. Iacob. de Grassis in aureis decis. lib. 1. cap. 13. numero 72. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 156. cum seq. Menoch. cons. 763. num. 10. Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 38. Lotter. de re benefic. lib. 2. quaest. 14. à num. 54.*

à num. 54. Rot. in *Aquen. irregularitatis*, 14. Maij 1607. coram Card. Canalerio, Erasmo à Cochier. de *Iurisd. Ordin. in Exemptos*, lib. 4. quest. 75. num. 4. Glorit. resp. 12. num. 26. Vnde dispositionem punientem aliquid præsumptem non comprehendere illum, qui id bona fide ignoranter, aut imprudenter, siue inaduertenter facit, tradunt Nauarr. in cap. *Accepta de restitut. spoliar. oppos.* 8. num. 33. & in *Extravag. de datis & promissis*, num. 35. vers. *Audeat, siue præsumat*, & in cap. *Statuimus* 19. quest. 3. n. 62. in fine, vers. *Nota septimò*, & in *Manual. cap. 27. num. 155. in fine.* Auendan. de *exequend. mandat. lib. 1. cap. 4. num. 38. vers. Verum sicut penè*, quos refert Cened. ad *Decretal. collect.* 45. num. 3. At in casu nostro Prior supradictus operauit bona fide, & cum auctoritate Doctorum: ergo in Paulinæ poenas incidisse minimè dicendum est: Et ita mecum tunc senserunt multi viri docti de hoc consulti.

An Coniux, qui non intendit Religionem ingredi, teneatur intra bimestre reddere debitum alteri petenti.

RESOLVTIO XXII.

Affirmatiuam sententiam docet Bordonus in *Miscellaneis, decis.* 244. Quia per Matrimonium ratum statim transfertur dominium corporis in alterum Coniugem, maximè posita voluntate non ingrediendi Religionem. Tùm quia priuilegium per non vsum perditur, Gloss. cum *Doctar. in cap. Cum venissent. de Constitut.* Tùm quia cessante causa cessat effectus, ex vulgatis iuribus; causa illius bimestris est, vt Coniux deliberet, an velit ingredi Religionem, sed non vult ingredi: ergo illud bimestre cessat. Tùm quia ad perdendam illud priuilegium bimestris sufficit, semel deliberasse non ingredi, ne sit nimis molestus parti; sicut enim possibile est, quod animum non ingrediendi potest mutare in melius, ita etiam esse potest, quod de meliori in minus murer, redeundo iterum ad primum propositum, idè ne sit Coniugi alteri odiosus, & videatur abuti priuilegio, prudentius est asserere, priuilegium illud euanescere per primum propositum non ingrediendi Religionem.

Sed alij penes Sanchez cum ipso negant; quorum sententiæ tanquam probabiliori accedo; & tenet nouissimè Lcandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 5. quest. 25.* qui etiam *quest. 23.* docet hoc bimestre ad deliberandum de Religionis ingressu continere omnes, & solùm illos dies, quos menses qui tunc iuxta temporis occasionem, vt in kalendatio occurrunt, continent. Ex quo fit, non posse determinatè definiri quot dies, & non amplius debeat bimestre continere; cùm ex dictis constet, posse fieri, vt alicui plures dies, alteri pauciores contingant. Nam si v. g. quis Matrimonium contraxit prima die Ianuarij, habebit solummodò quinquaginta, & nouem dies ad deliberandum de Religionis ingressu, propter eos duos menses longiores. Et nota hanc resolutionem esse valde vtilem ad sciendum, quando Coniuges negantes sibi debitum peccent: & quando si sponsus cogat sponsam, non possit illa amplius Religionem ingredi.

Et tandem hïc obiter animaduerte, quod si sponsa duodennis intra bimestre transeat ad Religionem, tenetur sponsus expectare vsque ad decimum sextum annum sponsæ, donec profiteatur; & si intraret in Religionem Sancti Francisci de Paula,

vsque ad annum decimum octauum; vt bene aduertit Basilius Pontius, de *Marr. lib. 9. cap. 9. num. 2. & 3.* Hentiquez, *lib. 12. cap. 5. num. 8. litt. F.* notat sic fuisse decisum in Regia Cancellaria Vallisoleti in quam lite.

An regularis approbatus ab vno Ordinario, possit ubique locorum absque alia approbatione Confessiones audire, saltem in foro Conscientia.

RESOLVTIO XXIII.

HAnc quæstionem nouissimè latè pertractat Leandrus à Murcia, vir quidem doctus, in *c. 7. Regula S. Francisci, quest. 8. concl. 3. num. 8.* cuius verba hic per extensum apponam; sic itaque asserit: Probable es, que en el fuero de la conciencia el Confessor Regular aprouada para todas las Diocesis. y Obispados del mundo, aunque no se aprueua de nueuo, ni examine en ellos; sin que los penitentes tengant la Bula de la Cruzada. Esta sententia tiene el doctissimo Padre Fr. Antonio de Cordoua, *super compen. verb. Absolutio, quo ad Seculares primo §. 16.* Antolines, Mancion, y Medina, à quien refiere, y sigue Enriquez, *lib. 3. de penit. cap. 6. §. 7. littera A. in Glossa, y Egidio de Sacramentis, de Penitent. disp. 8. dub. 7. num. 57.* contra el Colector, y Manuel Rodriguez, *1. tom. p. 59. art. 5.* y se prueua por vn priuilegio que trae el Colector, *verb. Absolutio, quo ad saculares primo, §. 16.* que es de Clemente VIII. como se sigue: Concessit, quod fratres Confessores Ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro Confessionibus audiendis, vt moris est præsentari, post vnam præsentationem non teneantur amplius præsentari, etiamsi ad aliam transeant Diocesium. El Papa concede, que el Confessor de la Orden de los Menores (y lo mismo es del de qualquiera otra Religion, que participa de nuestros priuilegios, que vna vez esta aprouado como se acostumbra, para oir Confessiones de Seglares, desputs de las primera aprouacion del Obispo, no este obligando mas à presentarse, ni à aprouarse, aunque passè à otra Diocesi, ò Obispado; luego manifestamente concede, que con vna aprouacion pueda confessar en todos los Obispados.

Ni parece bastante lo que responde el Padre Fr. Manuel Rodriguez en el lugar citado; esto es, que se ha de entender, que no sea obligado à presentarse en el mismo Obispado, quando buelua à el, aunque aya passado à otros Obispados; y que se ha de entender al modo del priuilegio de Eugenio IV. que esta en los Monumentos de las Ordines, *fol. 61. & in 1. fol. 64.* y lo trae el Colector, *verb. Absolutio quoad saculares primo, num. 3.* y es del tenor siguiente: Concessit, quod quando Fratres se semel præsentauerint Episcopis; & obtinuerint casus suos: licet alibi postea ad habitandum se transferant ad tempus, & postea reuertantur ad easdem Dioceses, non sit necessarium iteratò se præsentare eisdem Episcopis; vel casus de nouo obrinere. Assi que no parece bastante esta respressa, porque este segundo priuilegio de Eugenio IV. como por el mismo parece, y lo ochara de ver qualquiera, es de muy diferente tenor, que el de Clemente VII. arriba citado; porque este claramente dize, que concede, que no se bueluan à presentar, ni à aprouar en el mismo Obispado, los que por algun tiempo limitato (aunque sea largo) hizieren ausencia del, y se passaren à otro Obispado, quando

quando despues buaeluan. Assi que en este priuilegio ay dos palabras, que claramente liuitan la disposicion al mismo Obispado; conuiene à saber: licet alibi se transferant ad tempus ad habitandum. Y la segunda, & postea reuertantur. Las quales limitaciones no riene el priuilegio de Clemente VII. y no le era dificultoso al Papa, si quisiera, limitar la disposicion, el añadir que vna vez aprouados, quando boluiesen à la misma Diocesis, no tornasen à ser examinados, ni aprouados: y assi se ve claramente, que se les haze violencia à las palabras, limitandolas, porque llanamente concede el Papa, que el Religioso que fuere aprouado en vna Diocesis, no tenga necesidad de presentarse, ni aprauarse en ninguna otra del mundo.

Ni obsta contro esto el Concilio Tridentino, que en la *sess. 23. cap. 15.* determinada que ningun Regular oyga Confesiones de Seglares, ni sea tenido por idoneo para ellas, ni si ab Episcopis approbationem obtineat. Luego si el Concilio manda, que alcancen aprouacion de los Obispos, determinada, que no basta la de vno solo? A lo qual respondo, que à quella palabra, Episcopis, no se toma, ni se puede entender alli collectiuè esto es, que sean menester muchos Obispos para la aprouacion en cada Diocesis, sino solo distributiue, esto es, que de los Obispos que ay en las Iglesias, alcançe del vno, ò del otro dellos el Regular la aprouacion: como quando las leyes diponen, que los Letrados, y Medicos nos puedan abogar: ni curar, sino solo los que estuieren graduados por las Vniuersidades, no se han de entender collectiuè esto es, que este graduados por muchas Vniuersidades, sino distributiue, esto es, cada vno de alguna Vniuersidad. De todo lo dicho se colige, que como los Regulares (como dicho es) reciben la jurisdiccion inmediatamente del Sumo Pontifice, aunque los Obispos les reuocquen las licencias de confessar, si estan ya aprouados por vno Obispo, podran confessar Seglares: porque despues de la primera aprouacion, los dichos Señores Obispos no les pueden quitar la facultad de confessar Seglares; porque omnis res per quascunque causas nascitur, per eandem dissoluitur, como dize la regla del derecho: y supuesto que el Sumo Pontifice da la jurisdiccion à los Seglares, el solo se la puede quitar.

Sea la quarta conclusion aun, caso que el dicho Priuilegio de Clemente VII. fuera contrario al Concilio Tridentino (lo qual como dexo prouado arribba no es assi) pudieran los Regulares en el fuero de la conciencia, siendo aprouados vna vez por algun Obispo, confessaren qualquiera Diocesis, mientras el Obispo della no reuoca las licencias de los que no estan aprouados por el. Esta conclusion es expressa del Padre Fr. Manuel Rodriguez, *quast. 59. art. 7. tom. 1.* y de todos los que lleuan, que los Priuilegios de los Regulares, contrarios al Concilio Tridentino, no estan reuocados en el fuero de la conciencia; los quales citamos en la *question 19. Selecta*, sobre el capitulo 6. de la Regla, en el numero 33. Luego en el dicho fuero esta en su ser el dicho Priuilegio de Clemente VII. y por el consiguiente se puede vsur del. Dixe mientras que el Obispo Diocesano no reuoca las licencias: porque como adierte el Padre Fr. Manuel en el fin del dicho articulo septimo, no tendria lugar el vsò deste priuilegio, aun en el fuero de la conciencia, si el Obispo reuocasse las licencias, y aprouaciones à los Regulares, si fuera verdad, que el dicho Priuilegio fuera contrario al Concilio Tridentino: porque el fuero della conciencia, supone en quanto à la Iglesia, y fue-

ro exterior, que no ay prohibicion alguna, ò reuocacion de la aprouacion, que pertenece al fuero exterior, y que sin esta no se puede confessar, aunque la administracion del Sacramento de la Penitencia sea acto del fuero de la conciencia. Hucusque Leandrus; cui à fortiori adde Doctores, quos citat alter Leandrus de *Sacramentis*, tom. 1. tract. 5. *disp. 11. quest. 66.* quorum sententiam probabilem ipse putat; nam contrariam quam tenet vocat tantum probabiliorem; quod valde miror; nam citat ibi Decretum Urbani VII. quo supposito non debebat amplius affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittere.

Sed nouissimè de hac quæstione puto non esse amplius dubitandum stante Breui Sanctissimi D. N. Innocentij X. in causa Angilopolitana iurisdictionis in Indiis Occidentalibus nouæ Hispaniæ, impresso Romæ anno 1648. Cum itaque, in dicto Breui Pontifex ad nonum dubium respondeat Regulares in vna Diocesi approbatos nequaquam posse in alia Diocesi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diocesani, sequitur affirmatiuam sententiam Leandri de Murcia, & aliorum, non posse amplius sequi, nec probabilem vocari, cum aperta pugnet contra Pontificiam Declarationem, quam Pontifex inuolabiliter, vt patet ex verbis Bullæ, cum clausula, & Decreto irritanti, obseruari mandat. Et quidem etiam secluso Breui Sanctissimi D. N. Innocentij, stante Decreto Urbani VII. Ego supradictæ sententiæ adherere non poteram, & mecum sentiebat Eminentissimus Lugo de *Pœnit. disp. 20. n. 29.* & alij Doctores, quos alibi adduxeram, quibus adde Torreblancam, *lib. 14. Pract. cap. 2. n. 6. 10. & 11.* Granadum in 3. part. *contr. 7. tract. 10. disp. 5. sect. 2. n. 12.* & alios. Vnde rectè dixit nouissimè Pater Martinus de S. Ioseph in *Monita Confessarior. tom. 1. l. 1. tract. 24. de Pœnitentia, num. 8.* El Sacerdote aprobado por vn Ordinario no puede confessar en otros Obispados, sin nueua aprobacion: Assi lo determinò Urbano VIII. en el año de 1628. reuocando todos los Priuilegios, y las licencias de oír confesiones, sin aprobacion de los Obispos Diocesanos. Con que en caso que aya decreto del Pontifice, cessa la opinion antes probables de Henriquez, *lib. 6. de Pœnit. cap. 6. num. 7. de Egidio, disp. 8. dub. 7. num. 57.* Y de otros que afirmaron, que bastaua la aprouacion de vn Obispo, para confessar en todo el mundo, porque no pedia mas el Concilio Tridentino; si bien es verdad que no hè visto autentica esta declaracion, y decreto de Urbano VIII. Ita ille. Sed Decretum Urbani VIII. adesse, non est dubitandum, & hodie vt diximus cessat omnis difficultas, stante Bulla Innocentij X. Er go, &c.

I

An viua vocis Oracula Regularibus concessa, hodie non obstante Bulla Urbani VIII. & Gregorij XV. adhuc minimè reuocata censentur.

RESOLVTIO XXIV.

Quæstio est nimis lubrica, & ego alibi aliquos Doctores adduxi, qui illam pertractabant: tunc autem per extensum apponam quid de tota hac difficultate sentiat P. Vidal in *Arca Theologia Moralit. tit. de Iurisdictione, Inquis. 4. num. 15. & seqq.* Sic itaque asserit. Obicitur, hoc Priuilegium Sixti IV. fuisse concessum tantum viua vocis oraculo, authenticato tamen ab aliquo Eminentissimo Cardinali,

nali, & ipsius manu firmato, vt habetur in Bullario Emmanuelis Roder. tom. 1. fol. 127. in fine Bullar. Sixti I V. num. 12. & in compend. priuileg. Min. Capuccini tit. Benedicere Ecclesiastica, num. 4. vbi ponitur O magnum, quod significat hoc viuz vocis Oraculum esse authenticum, secus verò quando ponitur, o, paruum, quia tunc significat illud Priuilegium non esse authenticum ab aliquo eminentissimo Cardinali. Ita Pater Pellegrinus in principio Cõpendij de nouo editi nostrorum, Priuilegiorum, verb. Introductio, num. 1. in fine, sed per Constitutionem Urbani VIII. editam die 20. Decembris 1631. quæ incipit, *Alias felicitis record.* &c. reuocantur, & annullantur omnes concessiones viuz vocis oraculo; siue sit authenticum, siue non: ergo cum huiusmodi Priuilegium Sixti I V. sit tantum viuz vocis oraculo, videtur hic & nunc derogatum, & reuocatum, sicuti cætera omnia alia similia, quibus valide, & licite Regulares priuilegiati vti non possunt: ergo falsa conclusio.

Responderetur primo, admissa maiori, negatur minor, quæ absolute, & simpliciter non est vera: Nam Priuilegia concessa Regularibus per viuz vocis Oracula, & posita in libro authentico tantam vim, & efficaciam habent, ac si scripta Bulla concederentur. Hoc specialiter concessit Leo X. Fratribus Minoribus, vt videre est in Bullario Roder. tom. 1. fol. 317. num. 4. vbi Summus Pontifex vult, & intendit viuz vocis oracula non esse minoris efficaciam, & valoris, quàm si per Bullam, aut Breue ad perpetuum rei memoriam essent concessa: ergo cum oracula viuz vocis habeant eandem vim ac aliarum Constitutiones Papales, sequitur, quod si istæ non reuocantur per constitutionem Urbani VIII. neque etiam illa; tum quia vbi militat eadem, vel æquiualens ratio, ibi etiam militat eadem iuris dispositio. *l. Illud ff. ad l. Aquilam, cum similibus*, tum quia quod Priuilegium disponit in vno ex correlatiuis, extenditur similiter ad aliud correlatiuum; tum etiam quia Priuilegia fauorabilia, præsertim concessa toti Religioni, quæ tangunt solum iura concedentium, sunt amplianda, & latè interpretanda, vt notat Innocentius in cap. *Dilecti, de donat.* ergo è contrario horum Priuilegiorum reuocatio stricte, & rigoroso modo est intelligenda: Idèd, &c. Responderetur secundò, quod viuz vocis oracula posita in authentico libro, & confirmata à Summis Pontificibus per authenticam Bullam, & ex certa scientia, ac ex plenitudine potestatis desinunt esse per viuz vocis oracula concessa, sed desumunt concessionem per nouas Pontificum Constitutiones, & idèd hic, & nunc non videntur reuocati per dictam Constitutionem Urbani VIII. Consequens erit certum, dum probabitur antecedens. Probatur ergo. Primò, ita sentit, & affirmat expressè doctissimus Laurentius de Peyrinis, in Priuileg. Minim. tom. 3. cap. 12. constit. 18. alias 28. Urbani VIII. in Scholiis, num. 1. sed, cum autoritas tantum vnus Doctoris pij, & Religiosi reddat opinionem probabilem, & tutam in conscientia, vt alibi dixi cum D. Thoma, & pluribus aliis Doctoribus, ita etiam erit probabilis, & tuta in conscientia hæc opinio doctissimi Laurentij, quam sequi videntur Lezana in Summ. Q. Q. Reuol. tom. 1. cap. 3. num. 21. & Diana in 5. part. tract. 14. resol. 17. ergo, &c. Secundò probatur Confirmatio Priuilegiorum, in qua Summus Pontifex dicit se confirmare ex certa scientia, vel ex plenitudine potestatis, vel non obstante lege in contrarium, habet vim nouæ concessionis talium Priuilegiorum. Ita Gloss. in cap. *Quia diuersitatem, cap. Veniens, de transact. & cap. 2. de pactis*, vt affirmant Card. Tusch. verb. *Confirmatio, ex certa scientia*,

Portel, de Dub. Reg. tit. Priuilegij confirmat. n. 29. Suarez, lib. 8. de legib. cap. 18. num. 12. Laymann. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 16. quest. 4. & alij quam plures. Ratio est, quia aliquod nouum ius creat hæc confirmatio ex certa scientia, & vim habet reddendi actum de inualido validum, & illud nullum confirmandi, sed omnia viuz vocis oracula concessa ante Pium V. & ante Gregorium XIII. fuerunt ab his Pontificibus confirmata, ex certa scientia per Bullas authenticas; ergo vim habent nouæ concessionis: ergo non sunt annullata, & reuocata per dictam Constitutionem Urbani VIII. Maior est certas Minor similiter videtur certa, vt patet ex Compendio Priuilegiorum Regularium: ergo etiam prima consequentia erit certa: Secunda verò probatur quia eum viuz vocis Oracula confirmata per particulares Constitutiones ex certa scientia, habeant vim nouæ concessionis, iam admittunt esse viuz vocis oracula, & fiunt, vt concessa propriè, & specialiter per nouas horum Pontificum Constitutiones; & idèd cadere non videntur sub ista reuocatione. Tertio probatur: Priuilegia, quæ Apostolica autoritate sæpè sæpius confirmantur maius robur, & firmitatem acquirunt, vt ait Paulus V. in confirmatione Priuilegiorum Minoritatum anno Domini 1609. Item, vt Iuristæ dicunt, Priuilegium, seu Beneficium Principis debet esse immobile: ergo, cum totum id affirmari possit de viuz vocis oraculo confirmato ex certa scientia, signum habetur, quod maneat in suo pristino vigore, & vsu licito. Quarto probatur: Priuilegia confirmata ex certa scientia significant Summum Pontificem plenam illorum cognitionem habuisse posse exquisitum examen, & diligentem inquisitionem: ergo omnia distributiue, & sigillatim vim habent, ac si solum per istas confirmantes Constitutiones essent non concessa: ergo clarè patet, omnia acquirere suum ius, & efficaciam per virtutem harum Constitutionum: ergo non reuocantur per dictam Constitutionem Urbani VIII.

Confirmatur Primò; Priuilegia inserta in corpore iuris, reputantur ius commune, sed viuz vocis oracula confirmata ex certa scientia per authenticam Bullam, videntur inserta in corpore iuris: ergo reputantur ius commune; sed istud non annullatur per Constitutionem Urbani VIII. vt per se patet: ergo neque etiam illa. Confirmatur secundò: Regulares cuiusvis Religionis vtuntur, & gaudent vicissim Priuilegiis concessis aliis Religionibus, siue ad instar, siue æquè principaliter per participationem, & communicationem habitam ex vi, & virtute Pontificiæ Constitutionis, quæ tribuit idem ius, ac si specialiter singulis Religionibus sigillatim omnia hæc Priuilegia concessa fuissent per authenticam Bullam: ergo à pari hoc idem videtur affirmandum de oraculis viuz vocis; quæ per confirmationem ex certa scientia acquirunt idem ius, & vim Priuilegiorum; quæ sunt concessa per authenticam Constitutionem; igitur, cum hæc non annullentur per Constitutionem Urbani VIII. neque etiam illa, vt intelligenti patet. Sciendum tandem est omnia Priuilegia nostræ Religionis fuisse motu proprio & ex certa scientia confirmata à pluribus Summis Pontificibus, præsertim à Paulo V. die 4. Aprilis 1612. qui expressè, & specialiter confirmauit omnia viuz vocis oracula, & etiam à Gregorio XV. die 16. Octobris 1621. qui non solum motu proprio, & ex certa scientia confirmauit omnia nostra Priuilegia, sed etiam omnia inuouauit his verbis (Eaque omnia, & singula Priuilegia inuouamus, ac de nouo etiam concedimus:) ergo cum confirmatio Priuilegiorum ex certa scientia

scientia sit noua gratia, & nouum Priuilegium, clare infertur hic, & nunc viuz vocis oracula concessa ante Gregorium X V. habere ius, & vim, vt concessa per nouas Constitutiones Summorum Pontificum confirmantes omnia hæc Priuilegia: ergo nullo modo videntur reuocata per Constitutionem Urbani VIII. ac aded Priuilegium Sixti I V. hic, & nunc esse in suo robore, pristinoque vigore & efficacia, sicuti sunt cætera alia Priuilegia concessa per Bullam authenticam.

Dices: ergo frustratoria est hæc Constitutio Urbani VIII. Respondetur, nos non id affirmare, sed tantum dicere, & probare viuz vocis oraculo concessa vsque ad Gregorium X V. per dictam Constitutionem non reuocari, nec annullari: forsitan annullantur illa concessa ab eodem Urbano VIII. & ided eius Constitutio non erit frustratoria. Insuper forsitan erunt annullata illa viuz vocis oracula non posita in libro authentico, neque confirmata à Summis Pontificibus: Ided, &c. Et hæc omnia docet Vidal *ubi supra*,

Et ego in sui fauorem adducam etiam alium Auctorem, & is est Samuelius Dominicanus *in Praxi de Sepulturis, Præudio 3. Appendicis, num. 1. & seqq.* vbi firmat duas conclusiones: Prima, quod omnia viuz vocis oracula ante Pium V. emanata in fauorem Regularium, tunc ab ipsius Papæ Pij V. tempore, vsque modò, non sunt amplius oracula sed facta sunt Priuilegia bullata, sicut cætera alia Papalia Indulta, & Priuilegia. Et probat hoc ex variis Bullis Pontificiis. Deinde ponit aliam Conclusionem, *Præf. 4. num. 1.* nempe, quod omnia viuz vocis oracula, concessiones ac Indulta Regularibus præstita per supplicationem S. R. E. Cardinalium, & eorumdem propria manu firmata, nullatenus sunt à Gregorio X V. abrogata, nec ab Urbano VIII. sed in suo pristino statu, & valore adhuc permanent, & in sua viridi obseruantia perseverant. Constat hæc nostra propositio, ex verbis eiusdem Gregorij X V. Bullæ exordientis, *Romanus Pontifex* die 2. Iulij 1622. editæ, & est registrata *tom. 4. Bullarj fol. 132. §. 2.* vbi hæc habentur verba: Firmis tamen, & in suo robore permanentibus omnibus Indulgentiis, & aliis concessionibus prædictis viuz vocis oraculo S. R. E. Cardinalium, ad ipsorum, vel aliorum quorumcumque fauorem, propria manu S. R. E. Cardinalium firmatis pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus iidem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. Bulla verò Urbani VIII. exordiens: *Concessio nobis*, &c. data in lucem die 5. Maij 1629. registrata *tom. 4. Bullarj, fol. 429.* non tractat de oraculis, sed de quibusdam clausulis, quibus in literis utebantur nonnulli Religiosi ad Indias proficiscetes, & in fauorem Regularium condita est, & nihil ad rem nostram facit, vt videre est in ipsa Bulla. Consultò hanc posuimus propositionem in præsentia, vt nonnulli, has duorum Pontificum Bullis nescientes, nec vnquam legerunt, neque viderunt, vt ob id falsa loquantur contra Regularium oracula. Hæc Samuelius.

Et tandem non deferam hic apponere verba Hieronymi Garcias *in Politica Regulari, tom. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 6. num. 6.* vbi sic ait: Pregunta Leandro de Múrcia, *quæst. 10. Selecta*, sobre el *cap. 6. de la Regla de San Francisco*, si estan reuocados los Priuilegios de los Regulares, que son viuz vocis oraculos; y responde, que se puede vsar dellos in foro conscientiz, porque estos priuilegios estan insertos en otros priuilegios; que no son viuz vocis oraculo, por las concessiones generales, de quouis modo concessa, & concedenda, y trae vn priuilegio de Urbano VIII.

del año 1624. en que no limita oraculos en fauor de la Compañia. Ni obsta dezir, que despues Urbano V. despacho otra Bula, que fue el año 1631. en que reuoca los viuz vocis oraculos, porque en esta Bula solo reuoca los concedidos à instancia de Emperadores, ò Principes, ò autorizados por Cardenales, pero no habla de los que reuoco Gregorio X V. y assi aquellos fuerça rienen. Ita ille.

Sed his non obstantibus, contrariæ sententiæ ad hæreo, quam tueretur doctus, & amicissimus Quintanadueñas, *in Theol. Mor. to. 1. tract. 9. Singul. 3. num. 1. & seqq.* vbi ita asserit: Concessionibus prædictæ, Martini V. Inocentij VIII. Leonis X. probabiliter creduntur, fuisse tantummodò viuz vocis Oracula; si quidem Bullæ, siue Indulta eorum non producuntur ab eis, qui diligenter Priuilegia Mendicantium collegerunt vt de Priuilegio Leonis X. notat Enriquez, & de aliis Corduba cum Doctore Ortiz, *in addit. ad collect. verb. Dispens. §. 17.* ided vt ita facta reuocata esse dicendum est, & similiter Oraculum Pij V. Vnde ex vi hatum concessionum tutum non est vti hoc Priuilegio, cum Gregorius X V. Bulla, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, edita Romæ 2. Iulij anno 1622. sic Oracula §. 1. reuocauerit. Omnia, & singula Indulta, Facultates, & Priuilegia, gratias & concessiones quascumque spirituales, & temporales, tam ad fauorem interiùs, quam ad exteriùs spectantes, ac tam ad supplicationem partium, quam motu scientia, & potestatis plenitudine similibus à Sede Apostolica, quæ tamen viuz vocis oracula hæcenus quandocumque, & qualitercumque ex quouis etiam de necessitate exprimenda causa, quibusuis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium quam non Mendicantium, Societatibus, etiam Societatis Iesu, ac Congregationibus quibuslibet siue eorum & earum respectiue, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatiis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Prouincialibus, quocumque nomine nuncupatis Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè subiectis, cuiuscumque dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitis; non tamen ad supplicationem Regum concessis, in iis videlicet, quæ non sunt sortita effectum, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, &c. Et §. 2. addit. Firmis tamen, & in suo robore permanentibus S. R. E. Cardinalium manu firmatis pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus idem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. Et postea §. 5. apponitur clausula communis: *Non obstantibus.* Affertur hæc Bulla à Laertio Cherubino, *tom. 4. Bull. fol. 131. pro 27.* huius Pontificis. Sed Sanctissimus D. N. Urbano VIII. sua Bulla, quæ incipit: *Alias felicis*, edita Romæ 10. Decembris 1631. reuocat omnia viuz vocis Oracula etiam si sint testimonio, sigillo, & subscriptione cuiuscumque Cardinalis munita, & ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum concessa. Aduertendum est, quod Gregorius XIII. Bulla, quæ incipit: *Ex benigna sedis*, &c. edita Romæ anno 1575. & Paulus V. Priuilegia omnia Minorum confirmauerunt, & innouauerunt, vt testatur Hieronymus Rodriguez *Q. Q. Reg. resol. 77.* Vnde probabile existimant Lezana *Q. Q. Reg. cap. 3. num. 21.* Peyrinus, *tom. 3. cap. 12. const. 18.* & alij, Oracula facta ante hos Pontifices, vt potè per has Bullas confirmata, & innouata, seu denuò concessa, non esse reuocata per Bullas Gregorij X V. & Urbani VIII. ac ex consequenti nec priuilegium ad hanc dispensationem reuocatum existimarent. Sed doctrina hæc non contemnen-

temendas difficultates continet, quocirca defendenda est. Nec vnquam ego eam admisi; in meo enim libello duarum hebdomadarum, cap. 16. n. 12. non ex mea, sed ex Lezanæ, & Peyrini sententia sum locutus, quam nullo modo approbo. Ità Quinranaguénas, & ego; non enim suscitandæ sunt à nobis Tragœdiæ in damnum Religionis, sed in his materiis calamum, & ingenium coarctare debemus. Vide etiam Eminen. Dominum meum Cardinalem de Lugo in suis nouissimis & doctissimis Responsionibus Moralibus lib. 4. dub. 33. num. 2.

*An Prælati possint secum dispensare in propriis
Votis, sicut possunt dispensare in
votis subditorum.*

RESOLVTIO XXV.

Affirmatiuam sententiam docent Molina tom. 1. de Iustit. traët. 2. dist. 2. quest. 7. Suarez tom. 4. part. 3. traët. de Indulgent. dist. 52. sect. 5. num. 20. & tom. 3. in 3. part. quest. 82. art. 11. dist. 36. sect. 2. Henriquez lib. 6. de Pœnit. cap. 4. num. 3. Azorius lib. 7. inst. mor. cap. 19. quest. 6. Emanuel Sà in Summ. verb. Religiosus, num. 47. Sanchez lib. 8. de Matrim. dist. 3. & in Summa lib. 4. cap. 39. num. 10. 11. & 12. Salas de legib. quest. 90. traët. 14. disput. 2. sect. 12.

Sed aduersus supradictos Doctores insurgit Magister Texeda in Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. traët. 3. §. 3. contr. 7. quest. 2. num. 38. quia nemo potest esse in sua propria causa, nec sibi ipsi Superior. Secundò, quia dispensatio in votis est actus iurisdictionis, quam nemo in seipsum exercere potest, l. penult. ff. de rescr. arbit. Tertiò, quia is, qui potest, & tenetur beneficium alteri conferre, non potest sibi illud applicare, cuius ratio est, quia inter dantem, & recipientem debet esse personalis distinctio, cap. fin. de Inst. Scio tamen præfatos Auctores ad priora argumenta respondere, nullum inconueniens iudicari, vt in moralibus eadem persona secundum diuersas rationes diuersa possit exercere officia, & idèd non repugnare fatentur, quod idem Prælatas Regularis hanc dispensandi iurisdictionem possit erga seipsum exercere; sicut illam potest erga subditos, dispensando cum illis in suis votis: & adducit exemplum Suar. quia idem sub diuersis rationibus non est inconueniens quod sit agens, & patiens, & Sanchez adducit exemplum de Christo Domino, qui vt Deus homo satisfecit de rigore Iustitiæ; & quatenus vna erat ex personis Diuinis sibi ipsi satisfecit; debitor etiam incertorum de rigore iustitiæ soluit, si sibi (quatenus pauper est) debitum applicet; tunc enim, vt debitor satisfacit de Iustitia, & vt pauper est, recipit beneficium restitutionis à seipso: Ex qua deducunt posse Regulares Prælatos cum sibi ipsis in votis dispensare, sicut possunt cum suis Subditis.

Sed contrà, quia actui Iurisdictionis ex natura sua repugnat, quod possit exerceri ab eodem erga se, nam actio Iurisdictionis præsupponit in exercente illam superioritatem, quam erga se nemo habet; non enim aliquis est sibi Superior, excepto Christo, qui ratione humanitatis est inferior ad seipsum in quantum Deus. Confirmatur, quia nemo potest esse subditus, & Prælatas; at si Prælatas posset secum in votis propriis dispensare, simul esset Prælatas, & Superior, & simul Subditus, & inferior: ergo. Confirmatur Secùdò, quia ex opposita sententia sequeretur, quod idem Confessor posset sibi ipsi Sacramentum Pœni-

Aton. Diana, Pars X.

tiæ impendere, & seipsum absoluerè à peccatis, quod falsum est; cum inter Absoluentem, & Absolutum debeat esse distinctio personalis, & quod vna sit superior ad alteram superioritate iurisdictionis. Nec exempla à præfatis Auctoribus adducta sunt àlicuius momenti: non Primum, quia licet hoc idem secundum diuersas rationes posset esse agens, & patiens, non tamen secundum aliquam potest exercere Iurisdictionis actum in seipsum: nec etiam Secundum; nam Christus Dominus, vt Deus homo satisfaciens de toto rigore Iustitiæ, & vt vna etæ ex personis Diuinis, non exercuit aliquem Iurisdictionis actum in seipsum, nec sibi ipsi fuit inferior. Et ex hoc constat ad exemplum alterum de debitore, qui soluens debita incerta, donat sibi aliquam partem tanquam pauperi; non enim tunc exercet aliquem Iurisdictionis actum, sicut exercet is, qui in Votis dispensat, sed tantum exercet actum restituendi.

Obiicitur. Religionis Prælati siuè sint Prouinciales, siuè Generales, siuè Præpositi Locales, qui totius domus curam habent, non debent esse peioris conditionis, quam Subditi, cum quibus ipsi Superiores dispensant: ergo sicut Regulares Prælati possunt cum Subditis dispensare, possunt etiam in Votis propriis id facere. Responderur, sufficere, & satis esse vt Regulares Prælati non sint quantum ad hoc peioris conditionis, quam Religiosi subditi, quod in eorum Votis possint alij dispensare: nam in Votis Prælati localis potest dispensare Prouincialis, & in Votis Prouincialis Generalis, & in Votis Generalis Summus Pontifex, cui immediatè subiicitur tanquam Superiori, vel potest in illis dispensare Capitulum generale, &c. Et hæc omnia docet Texeda loc. cit.

Sed ego puto contrà ipsum, non esse recedendum à sententia Molinæ, & aliorum ubi supra. Dico igitur posse Prælatos erga seipsum dispensare directè, verè, ac propriè in votis, Irregularitatibus, præceptis Ecclesiæ, atque in cæteris omnibus, quoties id possunt cum Subditis.

Probatur hæc opinio, quia non repugnat iure naturæ, hanc dispensandi iurisdictionem ab aliquo erga seipsum exerceri, neque Ecclesiastico: ergo poterunt Prælati exercere illam erga seipsum. Quod non repugnat iure Ecclesiastico, patet, quia nullus reperitur Textus hoc vniuersaliter interdicens. Dixi vniuersaliter, nam c. fin. de Inst. in casu speciali collationis Beneficiorum, ad vitandum perniciosum Prælati exemplum, deciditur, eum qui beneficium conferre potest, non posse seipsum instituere. Ità Abbas, ubi, num. 5. Quod verò non repugnet iure naturæ. Probatur Primò, quia iurisdictionis hæc secum dispensandi, non est contentiosa, quæ Testium probationem, ac partis citationem desideret, vt vel sic distinctionem personarum exigat, quasi iniquum sit in propria causa, sibi ius dicere, contrà ius ab aduersario intentum leg. Vnica. Cod. ne quis in sua causa. Sed solum postulat veluti directionem ex prudenti iudicio ad perpendendam dispensationis causæ iustitiam, quod non repugnat erga seipsum ab aliquo haberi, quamuis expedientius foret alieno iudicio stare. Neque est hæc iurisdictionis aliqua punitiua, seu coactiua, quam in semet exerceri repugnat: Sed est voluntaria Iurisdictionis, ac proindè huiusmodi repugnantia caret. Neque est propriè aliqua sententia, per quam quis condemnatur, vel absoluitur, vt ità requirat distinctionem personarum; cuiusmodi est absolutio Sacramentalis, quæ iure Diuino postulat distinctionem personalem inter Absoluentem, & Absolutum. Atque ità discrimen hoc inter actum iurisdictionis

Y

conten

contentioſæ, ſeu coactiuæ, & iuriſdictionis voluntariæ conſtituerunt D. Thom. loco cit. ad 3. & ibi Durand. quaſt. 4. num. 10. Ledelm. 2. part. 4. quaſt. 29. art. 4. ſin. Sor. diſt. 21. quaſt. 1. art. 4. in ſin. corp. Lopez, 2. part. Inſtr. vbi de Indul. cap. 5. Valent. 4. part. diſp. 7. quaſt. 20. punct. 3. Confirmatur; quia in voluntaria Iuriſdictione, poteſt quis plurium vices ſuſtinere dummodò exercitium vnius actus, non obſtet exercitio alterius. Quod latè probat Abbas, cap. Ex litteris, num. 11. de Probation. & conſtat ex leg. ſi conſul. ſi. de adopt. vbi, ſi filius familias Præſes ſit, poteſt ſemetipſum emancipare, vel in adoptionem tradere; & hoc non alia ratione, niſi quia non repugnat, eandem perſonam ſecundum diuerſas rationes, diuerſa munera obire, ac eſſe ſubditum, & Superiorem reſpectu ſui ipſius.

Ex his inferitur, non ſolùm Summum Pontificem poſſe ſecum diſpenſare in iis omnibus, in quibus poteſt cum Subditis, & idem de aliis Principibus ſupremis Sæcularibus, cùm habent pleniffimam poteſtatem in temporalibus, ſicut Pontifex in Spiritualibus; verùm etiam, Epifcopi poſſunt ſecum diſpenſare eo modo, quo poſſunt cum Subditis; quia, vt probauimus ſuprà, vt hac Iuriſdictione erga ſeipſum non repugnat iure nature. Nec etiam iure Eccleſiaſtico, quia ius Eccleſiaſticum petens diſtinctionem perſonalem inter Dantem, & Accipientem, non generaliter id decidit, ſed in caſu ſpeciali collationis Beneficiorum, ad vitandum pernicioſum Prælati exemplum.

Secundò inferitur, idem dicendum eſſe de Prælatiſ Regularibus, ſiue Generalibus, ſiue Prouincialibus, ſiue Præpoſitis localibus, qui toti domui præſunt, & eorum abſentium Vicegerentibus, vt ſunt Vicereſtores, Vicepriores; hi enim omnes poſſunt ſecum diſpenſare in omnibus iis, in quibus poſſunt cum Subditis: quia hi omnes iuriſdictione quaſi Epifcopali funguntur in ſuos Religioſos; vt probat Nauarr. lib. 1. conſ. in 2. edit. tit. de tempor. ord. conſ. 36. num. 1. & in Sum. cap. 12. num. 75. Et ratio eſt; quia ſunt Paſtores ordinarij ſuorum Religioſorum, ſicut Epifcopi Sæcularium: ergo idem dicendum eſt de ipſis, quod de Epifcopis diximus ſuprà.

Et tandem idem dicendum eſt de habente tantùm poteſtatem delegatam ad diſpenſandum in vniuerſum cum aliqua Communitate, cuius ipſe eſt pars, quodd ſcilicet, poſſit in iisdem rebus ſecum quoque diſpenſare; tùm quia poteſtas illa non eſt limitata; tùm etiam, nè peioris conditionis ſit, quàm cæteri ex ea Communitate: denique quia procedit eadem ratio in Superioribus ponderata in fauorem Ordinariorum, nempè, ipſum Diſpenſantem cum eadem Communitate, poſſe quoque illa diſpenſatione frui. Secus verò dicendum exiſtimo quandò quis haberet limitatam poteſtatem diſpenſandi cum certis perſonis, vel cum determinato numero perſonarum, quamuis illæ non exprimentur; tunc enim nequiret ſecum diſpenſare. Prior pars conſtat, quia poteſtas illa non extenditur ultra conſeſſionis limites. Cùm ergo ſit ad certas perſonas, in quibus ipſe non comprehenditur, non poterit erga ſeipſum. Poſterior verò pars probatur, quia cùm ſit ad certum numerum perſonarum reſtricta, non videtur mens concedentis, vt in eo comprehendatur ipſe Delegatus. Item, quia deficit ratio potiffimum ſupra ponderata in habente poteſtatem diſpenſandi cum aliqua Communitate, cuius ipſe eſt pars: nàm in caſu noſtro, nulla Communitas ei ſubeſt, cum qua diſpenſare poſſit, ſed tantùm poteſt cum numero determinato.

An ſi Summus Pontifex exiſteret in aliquo Regno, v. g. Regis Hiſpani, teneretur vi directiua obſeruare Leges illius Regni, latas pro bono publico.

RESOLVTIO XXVI.

Aſſeruatiam ſententiam tenet doctiffimus Pater Arriaga in *Curſu Theol. to. 4. tract. de Legibus, diſp. 15. ſect. 3. ſubſect. 3. num. 5*, vbi ſic ait: Duo verò circa ipſam ſubiectionem Eccleſiaſticorum adhuc reſtant declaranda. Primum eſt, vt tùm ipſemet Summus Pontifex obligetur eius legibus, quandò exiſtit in alieno Dominio temporali. Pater Suarez cenſet non teneri; tùm quia; iuxtà ipſius principia, ipſe eſt, qui iuriſdictionem dedit Sæculari Principi, vt eas leges inſtitueret: ergo tanquàm Superior ipſo Legislatore non debet per eam obligari; tùm quia, etiam ſi obligatio veniat ex ratione ſe conſormandi cum toto, non videtur ob Summam eius dignitatem ea ratione vrgeri. Ego tamen probabilius puto teneri; tùm quia, eſto vera ſit ſententia Patris Suarez, quòd Pontifex approbando eas Leges ſit Legislator quodammodò earum, non propterea excuſatur ab obligatione eas ſeruandi; quia Legislator tenetur ſuis Legibus; tùm quia dignitas, & eminentia perſonæ non obſt: nàm ad ſuas Leges Ciuiles, & Canonicas tenetur, non obſtante tota ea dignitate: ergo eodem modo per ſe tenebitur ad Imperatorias, quandò eſt in Imperatoris terris, tùm denique, quia Nicolaus Papa Primus verbis ſuprà à me citatis, etiam videtur includere ipſos Pontifices in ordine ad Leges Ciuiles, ſicut includit Imperatores in ordine ad Leges Canonicas. Et ſanè iniquum eſſet, ſi Pontifex in alieno dominio vellet ſuum triticum cariùs vendere, quàm per leges ibi cæteris liceat: ad quod punctum per accidens eſt, quòd illa ſit ibi tunc in perſona, aut per Miniſtros ſuos mandet id fieri: Ità Arriaga.

Sed ego puto non eſſe diſcedendum à Sententia Patris Suarez, quam etiam tuetur Merulla in *Theolog. Mor. tom. 2. diſp. 4. cap. 3. dub. 45. num. 610*, ſic aſſerens: Excipitur tamen Summus Pontifex, qui iurè Diuino in omnibus, & per omnia exemptus eſt à poteſtate ciuili, vt bene probat Molina *tom. 1. de Iuſt. tract. 2. diſp. 31*. Vnde nullas Leges Ciuiles alterius Principis ſeruare tenetur; quare licet Pontifex verſetur in alieno Regno, non tenetur Leges Ciuiles illius Regni ſeruare. Quòd exiſtimo verum, non ſolùm ex vi præcepti, & obedientiæ, ſed etiam ex titulo ſeruandi vniſormitatem cum tali Communitate, quia Pontifex eſt perſona aded excellens, vt non cogatur ex vi rationis ſe accommodare Statutis, & Legibus ſuorum Inferiorum. Ità ille, & ego.

An vigore Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ ſit diſpenſabile votum Religionis ſtrictioris in Religionem minus ſtrictam.

RESOLVTIO XXVII.

Negatiuam ſententiam docet Suarez, contra quam inuehitur Texeda in *Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. ſ. 4. contr. 10. num. 103*, vbi ſic aſſerit. Si roges, an Confeſſarius, qui vigore Iubilæi, aut Bullæ, aut cuius

in suis alterius privilegij potest dispensare in omnibus Votis, & illa commutare, possit etiam dispensare, vel commutare Votum Religionis strictioris in Religionem minus strictam causis contingentibus urgentissimis. Circa quam difficultatem fui consultus, quamvis Alij multi contrariam partem sequuti sunt; quia esto Votum Religionis, & ob id reservatum; quod non venit sub generali illa concessione, tamen resolui posse Confessarium Votum illud commutare, quod etiam modò affirmo; quia tunc existente causa non commutat, nec dispensat in Voto Religionis, sed dumtaxat in aliquo accidenti eius: & idèd si poenitens fecit Votum ingrediendi Relegionem Discalceatorum, & habet Infirmi- tatem; cum qua modus ille viuendi non comparitur, im- mò est maxime nocius ad salutem, potest cum tali dispensare Confessor vigore talis privilegij, vt aliam Religionem ingrediatur suauiore, Infirmi- tateque eius magis consonam; quia constitutum essentiale Religionis, quod consistit necessariò in tribus Votis essentialibus; idem est in omnibus. Ità ille, & ego.

An per generalem Votorum commutationem factam virtute Iubilæi, aut Bullæ, possit Confessarius transacto postea tempore Iubilæi, vel Bullæ, illa commutare.

RESOLVTIO XXVIII.

Negatiuè respondet Texeda in *Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. tractat. 3. §. 4. controu. 10. numer. 91.* Primò, quia ad rationem commutationis Voti, requiritur necessariò vt expressè cognoscatur Votum à Vouente emissum, & cuius qualitatis sit: sicuti ad rationem dispensationis requiritur necessariò, quod causa dispensationis cognoscatur à Dispensante. Secundò, quia ex vi illius generalis commutationis, vigore Iubilæi à Confessario factæ, vel Poenitens manet absolutus ab obligatione Voti reservati, vel non: Si dicas secundum, iam illa commutatio generalis nihil operata est, nec ablata fuit ab illo Voto reservatio: si Primum; ergo iam potest fieri Votorum commutatio, absque cognitione expressa illorum; quod repugnat rationi commutationis: Insuper etiam sequitur, quod cum Votum reservatum iam immutatum sit, itaut Vouens illud frangens, non sit Voti Reus, vt vult Sanchez, sic quidem non tenetur illud exequi circa aliam materiam subrogatam, cum adhuc in illo tempore non sit signata.

Imò sequitur ex sententia modernorum, quod quis sit obstrictus Voto reservato, & quod non teneatur illud implere: quod est falsum, & contra ius naturale. Probat; quia per generalem illam commutationem, non fuit ablata obligatio voti, cum non fuerit alia materia subrogata; per commutationem enim veram non tollitur absolute voti obligatio, sed transferrur in aliam, vt ex dictis constat: ergo, cum obligatio illa Voti reservati non sit in alteram translata, quia nulla fuit subrogata materia, manet re vera Votum, & eius obligatio, & tamen quæ eo est obstrictus, non tenetur illud seruare, cum sit commutatum, vt supponimus.

Obiiciunt Aduersarij: prædicta Vota reservata tempore habili sunt commutata, & solùm superest declaratio circa materiam subrogandam, ergo transacto Iubilæi tempore, possunt commutari Vota an-

Y 2

te illud emissa, etiam si reservata sint, nec tunc commutata, dummodò præcesserit illa generalis commutatio. Respondetur Primò; hoc argumentum minimè inficiare vim rationis nostræ, quæ contra illud est. Secundò responderur; quod quamvis illa generalis commutatio sit facta tempore habili; est tamen infructuosa, nec aliquid operatur, quia deficit in Confessario commutante Voti cognitio expressa, & eius materia. Nec est simile de absolutione generali à Censuris reservatis; & de Dispensatione in Irregularitatibus, ac de commutatione Votorum, vt malè opinantur præfati Moderni: nam Censura, etiam si annexa sit casibus reservatis, cum non exposcat sui ipsius cognitionem; tollitur directè per absolutionem generalem, etiam si ablata sit, & absit malitia, & etiam Irregularitas, etiam si ablata sit censetur etiam dispensata, quia Absoluens generaliter intendit etiam in illis dispensare, quatenus ipse potest, quod sufficit quamvis illarum non habeat cognitionem. Casus etiam reservati etsi in Confessione sint obliti; dummodò Confessario sit circa illos concessa facultas; remittuntur in Confessione (vt dicemus contra Suarez *quest. sequ.*) saltem indirectè, ac si essent ibi detecti, cum onere tamen, & obligatione illos confitendi, dum in memoriam venerint, & oportunitas occurrerit; à quibus potest quilibet Confessor expositus ab Ordinario absoluerè, eo quod per priorem absolutionem fuit ab eis ablata reservatio: In Votis autem commutandis aliter contingit propter explicatam cognitionem eorum, quæ in Commutante necessaria sunt: nam quomodò potest Commutans Votum pro materia promissa subrogare aliam, nisi Votum cognoscat, & qualitatem eius? Hucusque Texeda, qui contrariam sententiam, pro qua adducit Henriquez, Sanchez, & Suarez, falsam vocat.

Sed iste Auctor, vt verum fatear, licet alioquin sit Vir doctus, tamen in censurandis Auctorum opinionibus aliquandò nimis, & parùm modèstè se geret. Idèd ego puto sententiam affirmatiuam esse satis probabilem, quam ego olim docui, & me citato docet nouissimè Pater Quintanadueñas de *Iubilæo duarum hebdomadarum, cap. 11. numer. 8.* cui adde amicissimum, & doctum Patrem Georgium Gobat de *Duplici Iubilæo, cap. 39. quest. 107. numer. 305.* vbi hæc ait: Potest verò commutatio Voti intra tempus Iubilæi ità fieri, vt tamen tunc non fiat actualis subrogatio in locum materiæ Voto promissæ: nam potest Confessarius dicere Poenitenti. Ex nunc commuto tuum Votum in illam rem, aut res, quam, aut quas tibi designabo post tres, aut quatuor hebdomadas. Sic docet Sanchez *cap. 54. num. 31.* Rodriquez, & alij. Probo hoc indè, quia posset Confessarius post decem annos designare illas res etiam si tempore Iubilæi nil audisset de tuo Voto? quanto magis si ei illud exposuisti? Imò potest Confessarius dicere: Commuto tuum Votum in rem illam, quam talis, aut talis vir doctus à te consultus iudicauerit prudenter sustinendam. Ità Lessius, Ratio est, quia ille, qui præcisè substituet aliam rem, non exercebit vllum actum Iurisdictionis: ergo ei poterit dari potestas substituendi: Ità ille, & iterum ego.

An Persona Illustres, quæ obtinent licentiam à Papa ingrediendi Monialium Monasteria aliquibus vicibus cum electis Matronis, possint illas postea variare, si fuerint semel designata.

RESOLVTIO XXIX.

Tenor licentiarum ita ferè semper conceditur: Tibi quæ, vt asseris, Venerabilis Fratris nostri N. Cardinalis N. nuncupati consanguinea existis, vt à tribus Matronis, modesto, ac decenti habitu indutis, quas semel electas nec variare, nec mutare possis, nisi alicuius earum obitu eueniente associata, & super veritate narratorum cognitione per Ordinarium loci adhibita Sancti N. ac Sanctæ N. & Sancti N. Monialium Monasteria Ciuitatis N. tribus vicibus in totum, non autem eorum singula quolibet anno de earundem Monialium capitulariter, & per secreta suffragia præstando, & illarum Superiorum consensu, non tamen Dominicis, seu aliis Festiuis, aut Vigiliarum diebus, neque Quadragesimæ; vel Aduentus temporibus ingredi, ac cum eisdem Monialibus conuersari, & refectionem etiam sumere corporalem; dummodò tamen Monialium particularium Cellas præter eas, quarum causa Monasteria huiusmodi ingredi, non visites, neque tu, minùsque dictæ Matronæ inibi pernoctetis, liberè, & licitè possis, & valeas Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus: non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Monasteriorum, & illorum Ordinum etiam intramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis; statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque ad quinquennium tantum valituris.

Hoc supposito ex Peyrino, & Baldello Affirmatiuam sententiam probabilem esse putat Pater Pellizzarius *tract. de Monialibus, cap. 5. sect. 3. num. 137.* vbi sic ait: Noto Secundò, huiusmodi Matronas vbi semel electæ sunt, non posse, neque mutari, neque variari, nisi ex secuta morte alicuius illarum; mutari autem est, iis pro semper exclusis, alias eligere ad ingrediendum: variari verò est pro vna vice assumere in sociam aliquam, quæ non sit ex electis, spretæ aliqua ex electis, quamquam Peyrinus *in formul. lit. M. cap. 3. num. 4.* putet præfatam variationem non ita prohiberi, quin ea licitè interdum possit fieri (vt si aliqua ex electis sit absens, aut ægrota, aut non possit aliàs, vel etiam nolit associare licentiatam ad ingrediendum;) Probat, quia Priuilegium fauorabile latè interpretandum est, ideòque cum præsens concessio sit fauorabilis, benignè potest interpretari, quòd excludat solùm mutationem, seu variationem sociarum voluntariam, non autem necessariam, per quam dicendum est potius loco alicuius ex sociis electis aliam supplere, quàm illas mutari, seu variari: alioqui talis concessio facilè redderetur inutilis; cum tamen tenor illius eam indicet esse perpetuam, & beneficium Principis deceat esse mansurum. Ista doctrina videtur satis probabilis, modò in dicta mutatione non intercedat fraus, aut dolus. Imò putant aliqui Viri docti omni exceptione maiores, à me consulti, quòd si mulier aliqua cupiat ingredi Monasterium aliquod Monialium tanquam sociæ; ideòque cupiens eligi in sociam à Fœmina habente licentiam ingrediendi, & quidem loco alterius mulieris iam electæ in sociam, & adhuc viuentis, curet, vt fœmina ista electa liberè eligat

nolle pro ea vice associare; & hoc ad effectum vt illa alia mulier loco ipsius substituatur in sociam iuxta doctrinam Peyrini supra traditam (quam probabilem censet Pater Baldellus à me consultus in casu veræ necessitatis) electio videtur licita, & valida, nec potest reprehendi. Probat; tùm quia in tali casu verificatur sociam electam non velle ingredi (ad quod parum videtur facere quod ea nolit ingredi moru proprio, & ex se aut ex instigatione fœminæ cupientis substitui in sociam, dummodò liberè eligat non velle ingredi & consequenter adest iusta causa faciendi præfatam substitutionem aliàs concessam; tùm quia mulier, quæ sic curat eligi in sociam, verè non potest dici facere fraudem: cum alioqui, simpliciter loquendo, eligi possit in sociam, & nullo iure prohibeatur indicare fœminæ iam electæ in sociam desiderium, quod habet ingrediendi; quantumuis præuideat ex tali notificatione mulierem iam electam in sociam inductum iri ad nolendum tunc associare, vt gratificetur: quod est illam vt iure suo; nõ facit autem fraudem qui vtitur iure suo. Et hæc doctrina à fortiori procedit, etiam in sententia Patris Baldelli superius relata, in casu quo mulier electa in sociam ingrediatur Religionem, ideòque non possit associari fœminam priuilegiatam: cum in tali euentu concurrat casus veræ necessitatis, non autem merz voluntatis; & verba illa Breuis Pontificij: quas semel electas, nec variare, nec mutare possis nisi alicuius earum obitu occurrerent, benignè explicari possint, ita vt extendantur ad quencumque alium casum similem: si quidem facultas ingrediendi Monasteria Monialium est beneficium, & gratia; beneficium autem Principis decet esse mansurum, & latam admittit interpretationem. Sic ego respondi in facti contingentia, & sic de facto me consulente prædicatum est. Hucusque Pellizzarius.

Sed ego adhæreo opinioni negatiuæ, quam tuetur doctus, & amicissimus Pater Bordonus *in Decisionibus Miscell. decis. 85.* Tùm quia verba Priuilegij, casum mortis tantum exprimunt: ergo alij excluduntur, cum nulli alij similes casui mortis dentur. Tùm quia casus mortis arguit necessitatem mutationis, quod non faciunt alij casus. Tum quia casus mortis non dicitur expressus per modum exempli, sed præcisè, limitatiuè, & taxatiuè, neque enim mors similes casus habet, ex sua igitur natura excludit consortium quorumcumque casuum, *arg. cap. 7. sess. 14. in Trident.* de absolute negata à casibus reseruatæ, excepto mortis articulo, vnde constitutus in necessitate celebrandi, non potest absolui à simplici Sacerdote à reseruatæ, quia casus mortis excludit à se quoscumque alios casus; sic in præsentem, casus mortis excludit à se quoscumque alios, ita ut matrona electa mutari non possit ex quavis alia causa superueniente, siuè morbi, quia potest expectari vt sanitati restituatur, siuè absentia, quia vocari potest; siuè nolendi associare, quia tenetur cum electa fuerit scienter ad hoc, & quod ab initio placuit, ampliùs displicere non debet; præterquam quod huiusmodi nolitio non videtur habere locum, nisi ex malitia, & conuenientia Dominæ, vt altera forsan curiosa assumatur in sociam. Demùm agitur de priuilegio contra clausuram Monialium, quam magni æstimant Summi Pontifices, nè in minimo quidem violetur quoad fieri possit: ergo præsumendum est, & inferendum, priuilegium non esse ampliandum, sed intelligendum prout sonat.

Nota etiam hinc obiter, quod Pater Pellizzarius *vbi supra, num. 142.* putat vt ipse ait, posse non improbabiler, qui habet licentiam ingrediendi ali-

qua

qua Monasteria, modo quo supra differre ingrefsum ad diem illam, in qua fortè Moniales illius Monasterij habituræ sunt spiritualem repræsentationem in Refectorio, aut alio loco publico. Ducor, quod potest liberè eligere illam diem, prout ipsi magis libuerit, dummodò non sit ex diebus in concessione prohibitis: ex alia parte potest accedere ad locum: in quo facienda est repræsentatio, ibique liberè commorari (vt suppono:) quid ergo obstat quin licitè possit ingredi dicta die ad effectum interessendi illi repræsentationi? ita ego consului in contingentia facti, & approbarunt viri sanè docti. Hæc Pellizzarius.

Sed quid dicendum, si in Breui concessionis nominentur quatuor Monasteria, (quod interdum fit) & nihilominus in eo dicatur, tribus vicibus in totum, &c. in tali casu scemina priuilegiata quolibet anno ingredi poterit solum tria ex dictis Monasteriis, vno illorum iuxta electionem ab ea liberè faciendam. E contra, si in Breui nominentur solum duo Monasteria, (quod etiam aliquando fit,) & tamen apponatur clausula, tribus vicibus in totum, &c. tunc mulier priuilegiata quolibet anno poterit bis ingredi vnum ex nominatis Monasteriis, semel tantum ingrediendo aliud Monasterium item nominatum: aliàs, si semel solum liceret ingredi quolibet anno quodlibet dictorum duorum Monasteriorum, inutilis esset concessio trium vicium; cum alioqui actus semper exemplari debeat potius vt valeat, quam vt corruat. *leg. Quæ in actionibus, ff. de rebus dubiis.* Et ita tenet Pellizzarius loco citato, num. 139. asserens ita secum sensisse quatuor Viros doctissimos suæ Societatis.

Verùm in hac difficultate Pater Bordonus *ubi supra in Decisionibus Miscellan. decis. 86.* putat, quod si Oratrix petiit in supplicatione gratiam pro quatuor Monasteriis eo in casu posse ingredi singula illorum pro vna vice tantum, licet adsit illa clausula: *Tribus vicibus in totum*, quia scriptura præsumitur digesta errore Scriptoris, qui non aduertit ad tenorem petitionis, & gratiæ factæ. Ratio est, quia Princeps solet se accommodare precibus sibi porrectis, *leg. Sic preces, ff. de legibus; cap. Inter dilectos, ff. Cæterum de fide Instr. ubi gloss. verb. Petitioni*, ait responsum conformari petitioni: sed oratrix, vt suppono petiit gratiam ingrediendi quatuor Monasteria, & obtinuit, quia illa exprimentur in Rescripto Pontificio: ergo cum gratia efficaciter facta fuerit, præsumendum est, Scribam vsu styli Ordinarij inaduertenter errasse. Quod si Oratrix petiit ingressum ad tria, & Rescriptum est ad quatuor, abtineat ab ingressu eius, de quo non fecit mentionem in supplicatione. Si Rescriptum sit ad duo Monasteria, cum expressione trium vicium, vnum illorum bis ingredi non potest, cum certa regula sit, non concedi duplicem ingressum, & gratia facta sufficienter sortitur suum effectum. Hæc Bordonus.

Quidam Religiosus effregit Carcerem sui Monasterij & aufugit in alienam Ecclesiam, vel monasterium, quaritur quid faciendum.

RESOLVTIO XXX.

Suppono Religiosos gaudere Ecclesiarum Immunitate, vt me citato tenet Rocafull, in *Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. in præcept. 1. Decalogi, caput. 24. num. 291.* & me citato Bordonus in *Miscellaneis, de Anton. Diana, Pars 2.*

cf. 143. Idè ad casum propositum respondet, quod Superior Monasterij debet recurrere ad Episcopum, ad quem, vigore Bullæ Gregorij XIV. spectat hoc iudicium huius causæ, qui si Reus delicta exceptuata non fecerit, debet declarare gaudere Immunitatè; & Superiores debent illum recipere in Monasterio; nec ampliùs possunt de crimine patrato illum punire, stante quod ad Ecclesiam, vel aliud Monasterium aufugerit. Et quod hoc efficere debeat Episcopus tradit Bordonus *ubi supra decis. 134.* vbi sic ait: Religiosus Ordinis Minimorum e. g. aufugit à proprio Monasterio ad alienum. e. g. Ordinis Capucinatorum prætextu Immunitatis; nam, & Religiosos illa gaudere dictum fuit præcedenti Decisione; dubitatur, quis teneatur concedere extractionem, Vicarius Generalis, an Guardianus Capucinatorum? Spectat ad Vicarium Generalem, quia cum in isto casu procedendum sit, sicut in præcedenti, iuxta nimirum formam Bullæ Gregorianæ, quæ modum extrahendi præscribit communem Laicis & personis Ecclesiasticis ex ibidem probatis, quorum nullus extrahi potest, nisi cognita causa per Vicarium, quod Reus non gaudet Immunitate, & licentia per eundem concessa extrahendi, cum interuentu personæ Ecclesiasticæ, clarè constat nulli alteri competere hoc ius. Quare Guardianus, quandò sibi conlisterit per Vicarium, illum Religiosum non gaudere Immunitate, debuit consignare illum interueniente ea persona Ecclesiastica. Hucusque Bordonus; qui postea *decis. 145.* subdit, hoc munus cognoscendi, an Reus gaudeat Immunitate Ecclesiæ seu Monasterij, ad quæ confugit, respectu cuiuscumque rei, siue sit Laicus, siue Clericus, siue Religiosus, ad effectum vt possit, vel non possit extrahi, ita spectat ad Episcopum, vel eius Vicarium Generalem, vt nullus alius in hoc casu cognitionis, & indè sequentis extractionis ius, & facultatem habeat, etiam Superior Regularis, vt apertè dicitur in Bulla Gregoriana illis verbis. Ad quos solos, id est ad Episcopum, & Vicarium, & non ad alios Episcopi inferiores, & si aliàs Ordinarij, aut Diocesis, tunc ad Episcopum viciniorum deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non possint. Res igitur est clara, disposita in ea Bulla quoad cognitionem, & extractionem pertinere ad prædictos, & nullo modo ad Superiores Regulares, qui solum requisiti, velint, nolint, tenentur consignare Vicario petenti Reum, qui confugit apud ipsos. Ità Bordonus, qui citat Gambacurtam, Correa, & Barbosam.

Nota hinc etiam, id quod dictum est de Regularibus in ordine ad Monasteria, dicendum est de Monialibus, & Puellis, quæ in earum Monasteriis educantur: Vndè sic asserit Pellizzarius *tract. de Mon. cap. 9. quæst. 6. n. 11.* Vt ingenuè fatear quod sentio in hoc, mihi non displicet sententia Bordoni, *resol. 1. num. 18.* sustinentis Religiosos gaudere Immunitate, tam intrà proprias Ecclesias, quam in Monasteriis aliorum Regularium, non autem intrà proprium Conuentum: idque ne aliàs impunita remaneant delicta Religiosorum: quod regulariter eueniret, cum ij semper habitent in proprio monasterio. Et quidem quod gaudeant Immunitate in propria Ecclesia, immò & in Monasteriis aliorum Ordinum patet, tum quia sic cessat absurdum modò adductum; tum quia Indultum Immunitatis concessum fuit locis Ecclesiasticis, vt debitus honor Dei in iis cõseruetur, abstrahendo ab hoc, vel illo genere personarum: locus autem Ecclesiasticus iniuria afficitur, siue extrahatur Religiosus, siue secularis. Vndè inferri potest etiam Moniales, & Puellas, quæ apud ipsas educan-

tur, gaudere Immunitate in propria Ecclesia, non
tem intrâ suum Monasterium. Itâ ille.

An Confessarius teneatur interrogare Pœnitentem sub onere peccati mortalis.

RESOLVTIO XXXI.

Casus est quotidianus, & ad illum sic respondet Bordonus in *Decisionibus Miscellan. decis. 105.*
 Confessarius regulariter non teneatur interrogare Pœnitentem. Ratio est, quia ad Pœnitentem spectat confiteri peccata sua, vt ex Sacris Scripturis deducitur. Dixi regulariter, quia sub mortali tenetur interrogare in tribus casibus. Primò, quando Pœnitens exprimit peccatum in genere, e.g. accusando se peccasse carnaliter, se percussisse, &c. debet tunc interrogari de speciei peccati, an sit Adulterium, Sacrilegium, &c. Secundò, quando audit Infirmum periculosum, debet enim ex charitate illum adiuuare, nè illius anima in æternum pereat, quando Confessarius aduertit illum non benè & exactè confiteri attempta qualitate personæ, & temporis, quò non fuit confessus. Tertio, Ignati, Rustici, & Pueri, vt plurimum interrogandi sunt, potius vt edoceantur modum confitendi, quam aliter, maximè si rarò confitentur. Qui singulis mensibus, & sæpius confitentur nullatenus videntur interrogandi, nisi deficiant in primo, & secundò casu. Sed quanta interrogatio in dictis casibus necessaria est ex parte Confessarij, vt peccatum huius negligentia, seu omissionis euitet? Dico, suo numeri satisfacit, si Pœnitentem interroget super decem Præcepta Decalogi, quia hæc sunt summa totius legis diuinæ. Adde præcepta Ecclesiæ, præsertim Missæ, & Ieiuniorum. Hæc Bordonus.

Et quoad Rudes, & ignaros notabilis est doctrina Vasquez, quam adducit, & sequitur Granadus in 3. part. contr. 7. tract. 9. disp. 11. num. 4. vbi sic ait: Imò Vasquez addit, & benè, quando ad Confessionem accedit Rusticus sine sufficienti examine, melius esse illum interrogare, & sic iuuare, vt numerum & species peccatorum declararet, quàm eum dimittere, vt se diligentius examinet; quia verisimiliter creditur id illi fore minus vile, & melius declaraturum peccata, medijs Confessarij interrogationibus, quàm si ipse, per se conscientiam discuteret. Sic Granadus. Quod etiam tenet Cardinalis Lugo de Pœn. disp. 16. sect. 15. num. 593. generaliter loquens, sic asserit: Constat circa examen, & interrogationem humanam, quam diximus solùm requiri, non posse dari vnâ, & eandem regulam pro omnibus personis; pendet enim ex capacitate, & dispositione corporali, & attentione, & alijs circumstantiis: quare pauciores, & crassiores interrogationes debent fieri homini inculto, & barbaro, quales sunt Indi Occidentales, quàm alicui Europæo: leuius, item examinandus est Rusticus noster, quàm homo ciuilis: leuius, qui ægrotat, & difficile potest ad subtiliora attendere, propter capitis debilitatem, quàm homo sanus, & robustus: denique (quod notandum etiam est) leuius, & minus exactè interrogandus est circa singula, qui plura habet peccata, quàm qui pauciora. Ratio colligitur ex dictis; quia cum solùm requiratur diligentia, & examen humanum; hoc autem sit illud, quod non generat ex se fastidium, & tædium huius Sacramenti; consequens est, vt minus distincta notitia requiratur ab eo, qui vel propter incapacitatem, vel propter morbum, vel propter peccato-

rum multitudinem, vel aliam ob causam difficiliùs posset exactam notitiam reddere. Nam illi, qui confiteri debet peccata totius vitæ, quàm in omni peccatorum genere expendit, difficillimum esset, & aprum ex se ad reddendam illam Confessionem odiosam, & grauem nimis examen illud, quod alteri facienti Confessionem menstruam non esset difficile, sed facile. Et hæc est ratio, cur à Meretrice, & Concubinario, & similibus minùs exactè, & distinctè petamus numerum peccatorum, quàm si per memsem, vel hebdomadam solam, v.g. in eo peccato fuissent, quia nimirum diligentia, quæ pro peccatis vnus hebdomadæ distinctè confitendis sufficeret, eadem si pro longo tempore examinando adhiberetur, difficultatem ingereret, & molestiam talem, ad quam præceptum Confessionis integræ non obligat, quia redderet præceptum ipsùm, & Confessionem nimis molestam, & grauem. Debet ergo Confessarius accommodare se Pœnitenti, & notitiam peccatorum à singulis petere iuxtâ capacitatem singulorum: subtiliorem à subtilioribus, crassiorum à crassioribus, breuiorem ab Infirmioribus: hæc enim est notitia, & interrogatio humana, quam solam hoc Sacramentum desiderat. Hæc omnia Lugo, & in praxi satis erunt Confessariis scitu digna.

Itaque dicendum est, non teneri Confessarium ad examinandum Pœnitentem exactissimo examine, sed suauis, & humano. Ratio est, quia ipsemet Pœnitens non obligatur ad exactissimum examen suorum peccatorum, sed ad suauem, & humanum, hoc est, tale, quo Sacramentum istud non reddatur nimis onerosum: ergo minus tenebitur Confessarius ad examen, & interrogationes tales, quibus Confessio reddatur Pœnitentibus grauis, & onerosa nimis.

An qui vouit in aliquo die non comedere carnes, toties peccet, quoties illas comedit.

RESOLVTIO XXXII.

Negatiuam sententiam docet Pater Pasqualigus in *Praxi de Ieiunio, decis. 66. n. 3. & seqq.* & pro hac sententia me citat in 3. part. tract. 5. res. 61. sed, vt benè obseruat Leandrus, de *Præcept. Eccl. tract. 5. disput. 2. quest. 39.* Ego in dicto loco hanc sententiam non doceo, sed de casu diuerso ibi tracto; vnde ad propositam questionem affirmatiuè respondeo cum Leandro vbi supra, Sanchez in *Summa, tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 41.* Azorio *tom. 1. lib. 11. cap. 20. quest. 8.* Suarez de *Relig. tom. 2. lib. 4. de Voto, cap. 7. num. 12.* & alijs: quia Votum abstinendi à carnibus, etiam pro aliqua die, est negatiuum; & est ad instar præcepti Ecclesiastici dati de abstinentia à carnibus: at sic est, quod hoc præceptum obligat pro semper, nec finitur per vnum actum; ergo & Votum prædictum. Vnde constat falsum esse Antecedens argumenti sententiæ contrariæ, & idè negandum.

Assentior tamen Patri Pasqualigo *dec. 65.* dum me citato firmat, quod qui ex Voto tenetur certa die ieiunare, non toties peccat, quoties in illa die comedit carnes: Et itâ me etiam citato tenet Leandrus, vbi supra, *quest. 40.* Quia in hoc Voto non clauditur directè abstinentia à carnibus, sed indirectè, quatenus est pars essentialiter ad ieiunium requisita, & accessorie ipsi ieiunio. Quare cum semel violato ieiunio cesset obligatio circa principale, cessare videtur circa accessorium abstinentia à carnibus.

Sed

Sed quia hinc sermo incidit de comestione carnis in die Ieiunij : Ego alibi firmaui , quod in dicta comestione datur paruitas materię ; & est communis inter Doctores. Sed difficultas est, quęnam quantitas sit materia parua. Respondet Pater Pasqualigus, *decis. 42. num. 5. & seqq.* esse circiter dimidiam Vnciam : Sed recte hanc opinionem tamquam nimis laxam existimat Leandrus *loco citato, quest. 12.* sustineri non posse. Et quidem in die Ieiunij vnusquisque libenter in Collatione serotina sumeret vnciam mediam carnis, cum duabus, vel tribus vnciis panis, & sic non parum, sed multum corpus reficeret Recte itaque Hurtadus de Mendoza, *de Fide, tom. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 7. num. 111.* Trullench, *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 5.* asserunt, materiam paruam in hoc casu esse frustulum exiguum, vel particulam minimam carnis : licet Leandrus *ubi supra, quest. 13.* putet, quod quantitas carnis, quę non excedit octauam partem vnus vncię, censenda, & reputanda sit parua materia : quęcunque verò hanc excedat, magna, & grauis. Quia octaua pars vncię carnis, verè est quantitas minima, & valde exigua, & quam sumere solent Coqui (imò ; & necessariò, si necessarium sit multa fercula carnis pręgustare) quando pręgustant cibos : ergo censeri debet parua.

An Superiores Regularium possint pro suis subditis promulgare Iubiläum, non expectata promulgatione Episcopi Diocesani.

RESOLVTIO XXXIII.

Affirmatiuè respondet Bossius *de Iubilao, sect. 4. cas. 3. num. 7.* vbi sic ait : Imò quoad Regulares exemptos quidquid dixerint Grassius, & Leo locis citatis, non existimo probabile, quod ipsi teneantur expectare publicationem Ordinarij loci, seu Parochi ; nam Prælatus Monasterij, vt ait Henriquez *loco cit.* in Textu, & Glossa, censetur Ordinarius, vt promulget suis exemptis ab Episcopo. Ita ille.

Sed ego omninò existimo non esse recedendum ab opinione negatiua Grassij, & Leonis ; & idèd opinionem Bossij tutam non esse docet Bordonus *in Miscellaneis, decis. 23.* Dicendum est itaque sub nomine Prælatorum Ecclesiarum, & Ordinariorum locorum, non venire Superiores Regulares, nisi quando ea nomina simpliciter exprimuntur, materia est illis applicabilis ; si enim sic dicunt : Prælatus Ecclesiarum, id intelligitur de sæcularibus, *ex cap. Si quando, 8. de Offic. deleg. cap. Cum ab Ecclesiarum 3. de Offic. ord.* Cum enim iura volunt comprehendere Prælatos, vel Ecclesias Regulares exprimunt, vt videre est *cap. Nullus 28. capit. Si postquam 33. capite Quia sepe 40. de Elect. in 6. cap. Ordinarij 3. c. Quamuis 8. cap. Fin. de Offic. Ordin. in 6.* sub eo nomine igitur Ecclesiarum Prælatis, veniunt tantum Abbates, Præpositi, & alij Prælati sæculares nullius habentes propria territoria, & subditos etiam Laicos. Nomine verò : Quibuscumque Ordinariis locorum in eadem Bulla Iubilæi, veniunt tantum Ordinarij Ecclesiarum sæcularium ; nam illud verbum *Locorum*, restringit nomen Ordinarij, tantum ad sæculares, cum exclusione Regularium ; vt docent Plures cum Glossa *verb. Ordinario, extra. Vn. de prabend. Ioann. XXI I.* quos pro se citat Floron. *cap. 5. de de Casib. resenatis. §. 4. §. In contrarium.* Ad secundam, ex eo quod Bulla Iubilæi transmittitur à Procuratore Or-

dinis, non infertur, Superiorem acquirere ius illud publicandi, quia id in Bulla non exprimitur. Ad tertium, propter hoc, quod Regulares accipiunt Iubilæum ab Ordinario publicatum, non dicuntur subiecti Episcopo, à quo sunt exempti, sed tantum dicuntur lucrari Iubilæum ab eo publicatum ; subiectio enim dicit coactionem, & quid odiosum ; Regulares autem recipientes Iubilæum ab Episcopo publicatum non dicuntur cogi, neque facere aliquid sibi odiosum, idèd lucrantur illud sine læsione suę exemptionis. Præterquam quod dici potest, Papam Religiosos volentes acquirere Iubilæum subicere Ordinario, cum Summus Pontifex Prælatis tantum sæcularibus præcipiat publicationem Iubilæi ; vnde in fine Bullæ derogatur Apostolicis Constitutionibus, & priuilegiis Regularium, in quantum possunt ob stare tenori Bullæ Iubilæi.

Vnde ex his omnibus, præter Doctores citatos ; hanc sententiam tenet etiam doctus, & amicissimus Pater Georgius Gobar *de Iubilao duplici, cap. 21. num. 67.* vbi sic ait : Rursus quæres, an Prælati Regulares possint suis subditis promulgare Iubilæum ? Respondeo id quidem censere Sæ, *num. 12.* vnde consequenter dicit, posse à Prælato Regulari duabus, postquam authenticam habuit Iubilæi notitiam, hebdomadis eum indici, esto Episcopus ferius, aut citius indicas. Ego tamen huic doctrinæ, si quidem extendatur etiam ad illos Prælatos Regulares, qui non habent propriam Diocesim, seu Iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos sæculares, ab Episcopi Iurisdictione exemptos, non subscribo : idcirco quod Bula tertia l.aa. aliæque passim publicandi potestatem absolutè faciunt, non quibusuis Prælatis, sed Ecclesiarum Prælatis, quo nomine non solent venire Prælati Regulares in communi. Vnde etiam habet Praxis, vt Episcopi Prælatis Ordinum etiam Exemptorum mittant copiam, vel breuiarium Bullæ Iubilæi. Quod si Episcopus non fungeretur hac in re suo Officio, potiore iure liceret Prælato Regulari, præsertim exempto, quod paulo antelicitum esse dixi Parocho. Ita ille, & ego.

Liberatur latro à quadam restitutione. Casus est curiosus, & practicabilis.

RESOLVTIO XXXIV.

Quidam furauit Catenam auream magni valoris ; aufugit, & in itinere incidit in morbum adèd periculosum per multos menses, vt illum constituerit in articulo mortis, ex hoc vendidit catenam furatam, & ex pretio salutem recuperauit, ac conualuit : sed cum postea ad meliorem fortunam perueniret ; quæsiuit à me an teneretur restituere pretium Catenæ furatæ ; quod consumpsit, pressus illa necessitate. Et affirmatiuè ei respondit quidam Theologus ex Societate Iesu. Resolutio huius Casus pendet ex illa quæstione ; an consumens rem alienam in necessitate, teneatur restituere, si ad pinguiorem fortunam perueniret.

Prima sententia distinguit inter rem acceptam ; postquam extrema necessitas premere cœpit, & eam, quæ debebatur antequam extrema necessitas occurreret. Primam affirmant non debere restitui, siue is qui accepit consumpsit, siue alteri consumendam dederit : postquam enim consumpta est propter extremam necessitatem, omninò liberatur ab obligatione restitutionis, quia in casu extremæ necessitatis omnia sunt communia, & res illa debita erit Indigentibus : At verò si debitum contractum est ante extre-

nam necessitatem, restituendum esse ea transacta, & succedente meliori fortuna. Probat; quia extrema necessitas non abstulit debitum, sed distulit solutionem; atque adeo ea cessante debitum reuiuiscit, & in suo vigore permanet. Ita sentiunt Scotus, in 4. disp. 15. quest. 2. §. Ad aliud. Richardus, art. 5. quest. 4. ad 5. Gabriel. quest. 2. art. 2. concl. 2. Syluester verb. Furtum, quest. 5. Angelus eodem verbo, quest. 37. Rossella ibidem, num. 5. Armilla, num. 10. Tabiena verb. Restitutio, quest. 4. Medina Cod. de Eleemosyna, quest. De bonis illicitè acquisitis. Azorius, lib. 12. c. 7. Quorum opinio procedit magis in casu nostro; quia res aliena habetur ex delicto, nempe ex furto, & in hoc casu communis sententia tenet te obligatum esse transacta necessitate similem restituere, quia esto licite illam consumas in necessitate, at obligatio ante necessitatem contracta ex iniusta acceptione non petiit, sed suspenditur. Et ita docet Lorca in 2. 2. D. Thoma, quest. 32. art. 9. sect. 3. disp. 38. num. 17. & Valquez Opuscul. de Eleemosyna, cap. 1. dub. 8. n. 68. ubi sic ait: Illud autem quod isti Autores concedunt, quod si obligatio antea erat exorta per extremam necessitatem non extinguitur, sed impeditur, verissimum est, & nullus est qui neget, quia eo tempore nullius utilitatis est ad subleuandam necessitatem extremam, vt debitum extinguatur, cum sufficiat pro tunc, restitutionem impediri. Ita Vsaquez.

Sed aduersus sapientissimum Magistrum, doctissimum Discipulum opponam, Patrem videlicet Nauarra, qui Moderatore Parte Valquez Sacre Theologie studiis operam dedit: Itaque ipse de restit. lib. 4. cap. 4. num. 24. sic ait: Sed me hercule re diligenter inspecta simpliciter arbitror in hac re, verissimam esse illam recitatam Doctorum sententiam; licet enim efficaces videantur rationes factæ, quas nos nobis aliquandò proponebamus. Sed responderi ad eas satis commodè potest, discrimen assignando, inter debitorem, & inter eum qui rem subripit, etiam si furto sustulerat antequam necessitatem incurrat. Eadem enim de utroque ratio est mea sententia. Est inquam discrimen: nam cum quis habet debitum, eo ipso non est in extrema necessitate: Nam id, quod soluere debebat suum est, eiusque dominium habet, atque ita si illud consumit suum consumit, vnde à restitutione non potest fieri immunis, cum bonam habeat fortunam, cum re vera ex re proximi, nunquam vesei potuerit, cum ipse, vt supponimus rem propriam habeat, licet debitam, quam consumere eum oportebat, sibi que cuius erat, non alteri, cui debebat consumi, aut perire deberet: at autem quando furatus est, vt sibi subueniret: vel certè iam furatus erat ante necessitatem, res qua extrema necessitate vitur, alterius est, non sua, & quam alter elargiri tenebatur donando, ac proinde alteri perit, & consumitur iuste, ac licite, ipse igitur, cum meliorem fortunam nactus erit, ad nihil tenebitur. Est tamen differentia quædam: nam cum ante necessitatem furatus est, peccauit, & restituere tenebatur antequam in necessitatem incurreret: at quando accepit instante necessitate, non peccauit, sed in utroque casu res alterius erat, quoad dominium, & ita ille perire debebit. Hucusque Nauarra; cui adde Coninch de Actibus humanis, disputat. 27. dub. 10. num. 166.

Itaque dicendum est probabiliter, quod non teneris restituere rem furatam, si eam consumpsisti in extrema necessitate positus; quia sic consumens rem videris satisfacere obligationi restituendi antea contractæ, cum rem consumas, sicuti Dominus tenetur velle consumi, si apud ipsum staret. Et confirmo.

Ab onere restituendi rem, liberatur iniquus detentor, si absque eius culpa perit res furto ablata, eodem modo apud Dominum existens peritura; vt bene probat Lessius, lib. 2. cap. 12. dub. 15. Atque si res illa apud Dominam existeret, eodem modo periret, ac perit apud te iniquum detentorem, cum ipse Dominus teneretur tibi in necessitate extrema existenti donare. Ergo. Vnde ego probabiliter ad casum in hac resolutione propositum, respondi negatiuè, & sic probabiliter responderunt alij viri docti, de hac re à me consulti: & ita in terminis docet Castus Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 2. punct. 10. num. 3.

Nota tamen hic obiter aliquos Doctores asserere, non solum quando debitum contractum est ante extremam necessitatem, sed etiam si res accipiat in extrema necessitate, restituendum esse, quando fuerit facultas. Quam sententiam defendunt Adrianus in 4. de Restitut. quest. quæ incipit. Quia dictum est 2. Almainus in 4. dist. 15. quest. 2. Covarruias super regulam Peccatum, 2. part. §. 1. num. 4. cum pluribus Iurisperitis, quos allegat Nauarrus in Summa, cap. 13. num. 60. Toletus, lib. ultim. cap. 36. & ipse Medina Cod. de restit. quest. 3. in princip. Qui omnes loquuntur de eo, qui extremè egens, rem alienam accepit, & consumpsit. Sed consequenter dicendum esset, eum, qui accepit rem alienam, vt alteri extremè indigenti daret, quia ipse ex propriis subuenire non poterat, per se primò, & directè non teneri ad hanc restitutionem. sed illum cui data est: indirectè tamen teneri, si alter, cum ad pinguiorem fortunam venerit restituere non vult, aut si nunquam veniat ad pinguiorem fortunam; quia si verè res illa restituenda est, & qui consumpsit, non restituit, aut non potest, obligatio redundabit in cooperantem.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam tenendam esse puto, vt alibi docui: nam in extrema necessitate omnia sunt communia, & grauissimum esset, eum qui ita indigens aliquid consumpsit, subiicere oneri restituendi. Et confirmatur. Quoniam aut res illa restituenda est ratione iniustæ acceptionis aut ratione rei acceptæ. Non ratione iniustæ acceptionis, quia iuste accepta est: Nec ratione rei acceptæ; quia res non permanet, neque ex ea factus est homo ditior: Ergo ex nulla parte superest obligatio restituendi. Confirmatur etiam. Nam extra extremam necessitatem si quis bona fide consumat rem alienam, & ex ea non fiat ditior, non tenetur ad restitutionem; ergo multò fortiori iure si consumpsit in extrema necessitate.

An Serenissimus Senatus Venetus, & omnes alij, qui audiunt Missam in Templo D. Marci, dici solitam à Primicerio illius Ecclesia ante mediam noctem, satisfaciant præcepto audiendi Missam in die Natiuitatis.

RESOLVTIO XXXV.

Casus est curiosus; & ad illum negatiuè respondet Pater Pasqualigus, decis. 312. Mor. num. 7. quia negauit audientes Missam ab Eminentissimo Cardinali dici solitam in Capella Papali ante mediam noctem, satisfacere præcepto audiendi Missam in die Natiuitatis: ergo & in casu nostro. Probat hæc opinio, quia quis non potest satisfacere præcepto nisi tempore, in quo actu adest obligatio præcepti: Sed in nostro casu quando auditur Missa, non auditur in tempore, quò adest obligatio præcepti, quia illa Missa dicitur ante mediam noctem: ergo audiendo

audiendo illam quis non satisfacit præcepto audiendi Missam in die Natiuitatis.

Sed ego alibi affirmatiuam sententiam sustinui contra Pasqualigum : & ita nouissimè contra illum tenet Leandrus de *Præceptis Ecclesie*, tract. 2. disp. 1. quest. 27. cui adde doctissimum Ioannem Dicastillo de *Sacram. num. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 17. quest. 7. num. 404. & 407.* vbi sic ait : Notandum est intra diem solemnitatis Ecclesiasticæ ; non omnia munia, seu actiones, & functiones, quæ in tali die permittuntur, aut requiruntur ; quouis tempore, seu hora illius dici esse licita, aut permissa, sed aliqua in quibusdam horis, alia in aliis : sic videmus Sacrum (excepto die Natiuitatis) non posse dici sine priuilegio tempore nocturno, sed tantum sub Aurora vsque ad meridiem, aut aliquanto post, plus minusue, iuxta varias sententias. Præterea, vt rectè notat Thomas Sanchez *Consiliorum Moralium, lib. 7. c. 1.* licet quoad contractus, & alia huiusmodi, dies incipiat à media nocte, tamen quantum attinet ad Officium Diuinum, & celebrandum Ecclesiasticas solemnitates, incipit dies à Vesperis. Pro qua sententia refert D. Thomam, *Quodlibet. 3. art. 28.* in corpore, Caietanum, *verb. Hora*, & alios Doctores. Nihilominus non omnes Horæ Canonicæ dici possunt post Vesperas & Completorium, sed tantum Matutinum, & Laudes ; Prima verò, Tertia, Sexta, & Nona non nisi faltem post mediam noctem, secluso speciali priuilegio. Atque hac ratione dicendum est de Missa, non posse dici post Vesperas, sed postea sub Auroram, quia pro eo genere celebratis est determinata quædam temporalis latitudo ; non quia nondum sumus intra diem Festiuitatis Ecclesiasticæ, ita vt, si per nefas diceretur Sacrum, non diceretur intra Festum, cum iam sumus in illo ; sed quia intra ipsam diem non sumus in horis legitimis ad id faciendum. Unde, si Pontifex dispense, vt per aliquas horas quando anticipetur, vel postponatur Missa, non censetur dispensasse vt dicatur extra diem Festiuitatis ; sed intra ipsum diem, indulgendo vt possit prius, vel postea celebrati. Iuxta hanc ergo doctrinam dicendum est, Pontificem pro Sacello suo, de quo agimus, dispensare, vt Sacrum celebretur ante mediam noctem pro solemnitate Natiuitatis : illud tamen Sacrum spectat ad diem Natiuitatis ; non quia anticipetur dies Ecclesiastica Festiuitatis quæ à Vesperis iam incipiet ; sed quia permittit, aut fortè mandat, vt tale Sacrum dicatur ante horas solitas in aliis diebus ; (hoc enim vbique gentium fit illa nocte celebrando statim post mediam noctem) sed etiam ante horam solitam in cæteris Ecclesiis pro illa nocte, & vt hoc fiat, dispensat in ieiunio seruari solito, vt possit Cardinalis celebrare. Itaque dico, illam Missam censeri dici intra diem Natiuitatis, quæ Ecclesiasticè incipit à Vesperis, durante nihilominus die Vigiliæ quantum ad ieiunium generale pro tota Ecclesia, & quantum ad hoc, vt Sacerdotes, aut alij obligati satisfaciant priuatim præcepto legendi horas ipsius Vigiliæ, si illas tunc dicant ; quod commune est pro aliis etiam Festiuitatibus, in quibus durante spacio ; quo quis posset implere obligationem Officij illius diei, incipit nihilominus altera dies, quæ habet initium à Vesperis. Cum ergo per Priuilegium, aut Indulgentiam Papæ anticipetur illud Sacrum ; & legatur intra Festum quidem, sed ante consuetam horam medix noctis, non est cur negemus tale Sacrum ante mediam noctem dictum sufficere, vt qui illi assistat, impleat præceptum audiendi Sacrum. Sicut eò ipso, quod iam siue Priuilegio, siue consuetudine vsu receptum est, vt Matu-

tinæ Horæ anticipentur, consequenter etiam, qui ex voto, vel regula teneretur assistere Horis Matutinis, impleret præceptum audiendi Matutinum, etiam anticipato, & idem esset, si anticiparetur tempus aliarum Horarum. Sicut de facto non implet Sacerdos præceptum dicendi Matutinum, dicendo anticipato, & impleret tunc præceptum Missæ audiendæ dicendo illam anticipato ex Priuilegio. Hucusque Dicastillo, loquens de Sacro, quod capella Pontificia dicitur ; quæ orania procedere in Sacro, quod dicitur in Templo D. Marci firmandum est.

Confirmatur hæc opinio : nam eò ipso quod per consuetudinem, vel Priuilegium dispensatur Primicerio D. Marci, vt ante mediam noctem celebret Missam Natiuitatis, censetur etiam dispensatum, vt audientes illam satisfaciant præcepto : nam accessorium sequitur naturam principalis, & audire Missam vt ipsemet Pasqualigus *vbi supra*, num. 8. concedit subordinatur celebrationi.

Nota verò, quod Cardinalis Lugo vt alibi notauimus existimat, Missam, quæ celebratur in Capella Pontificia, non solum esse Missam diei, sed Missam celebratam in die Natalis Domini, ex eo quod existimat Ecclesiam pro illa vice anticipare diem sequentem per aliquot horas, quia cum Ecclesia computet dies à media nocte vsque ad mediam noctem, pro illo loco, & pro illa nocte anticipat diem sequentem, cum pendeat ab hominum placito, quando incipiat dies : data ergo hac diei anticipatione, verè celebratur prædicta Missa in ipso die Natalis Domini, ac per consequens illam audiens, verè audit Missam Natiuitatis, & in die Natiuitatis, & consequenter verè satisfacit obligationi audiendi Missam in die Natalis. Sed hæc doctrina, credo quod ipsemet Cardinalis non concederet pro Templo D. Marci, quod pater ; nam si ita esset, Primicerius posset dicere illam Missam non ieiunus, quod nunquam accidit : nam semper Primicerius in illa nocte celebrat ieiunus : Ergo, Adde, quod doctrinam superius adductam à Cardinali Lugo pro Capella Pontificia, Dicastillus *vbi supra*, acriter impugnat, respondendo ad omnia argumenta adducta à Cardinali Lugo ex cuius opinione putat plura incommoda oriri. Quæ quidem à fortiori procederent, si id quod dixit Cardinalis Lugo de Capella Pontificia, aliquis vellet dicere de Templo D. Marci in illa nocte Natiuitatis. Igitur, asserit Dicastillus ; reuera Pontificem saltem tacitè dispensare, vt Sacrum in Capella Pontificia dicatur à Cardinali non ieiuno, absque vlla anticipatione diei, vt vult Lugo ; sed illud Sacrum dici intra Festiuitatem Ecclesiasticam Natiuitatis Christi sine vlla diei anticipatione. Et hoc vltimum dicendum est etiam de Sacro quod dicit Primicerius in Templo D. Marci, non autem de dispensatione ieiunij ; nam vt obseruatum est, Primicerij Sancti Marci semper celebrant in illa nocte Natiuitatis ieiuni, & eorum Missam audientes dicendum est satisfacere præcepto audiendi Missam in die Natiuitatis, per ea, quæ supra adduximus ex Dicastillo, & Leandro.

Nota tamen, quod non obstantibus superius dictis, contra opinionem Cardinalis Lugo, tamen illam esse satis probabilem existimo ; cui ego olim adhæsi, & vt talem admittit Auetza, Tarburinus, Leandrus, & alij. Et ad inconuenientia, quæ tam ingeniosè excogitauit amicissimus Pater Dicastillo ; respondere quis posset, quod quando Cardinalis Lugo asserit, Pontificem pro illa nocte Natiuitatis anticipare diem pro suo Sacello, intelligendum esse tantum, & dumtaxat, quoad Cardinalem celebra-

turam

trum Missam, & quoad astantes illam audituros, & non quoad alia: Vnde quis tunc non posset in dicto Sacello comedere carnes, nec alij facere ea omnia, quæ tanquam inconuenientia enumerat Dicastillus *ubi supra*, contra Lugum, & ita, vt dixi, putò vtrorumque sententiam probabilem esse: & stando in vtroque, dicendum est cum Leandro contra Palsqualigum, audientes Missam Cardinalis in Sacello Pontificio, & Primicerij D. Marci in eius Ecclesia satisfacere præcepto audiendi Missam in die Natiuitatis Domini, nec aliam audire tenentur.

An si quis percuteret Clericum pugno, vel baculo, vno, vel altero ictu, incurreret in censuram Canonis, si quis suadente diabolo.

RESOLVTIO XXXVI.

Negatiuè respondet Marcus Vidal, in *Arca Theologia Moralis, tit. de Censuris, Inquisit. 5. num. 33. & seqq.* vbi firmat hanc conclusionem, vt quilibet Confessarius etiam non priuilegiatus, potest in Conscientiæ Foro absoluerè Clerici Percussorem, quando percussio est leuis ex seipsa, etiam consideratis circumstantiis omnibus, quamuis aliàs ex praua intentione Percutientis, sit peccatum mortale. Probat; quia datur paruitas materiæ excusans ab Excommunicatione in Clerici percussione, etiam si habeatur praua intentio: ergo tunc habetur hæc paruitas materiæ, quando percussio est leuis, & infert tantum paruum nocumentum, sicuti id verificatur in furto, & in quolibet alio opere admittente paruitatem materiæ: ergo quando percussio est leuis secundum se nunquam incurritur Excommunicatio. Idèd qui percutit Clericum cum baculo leuiter, palma, pugno, vno, vel altero ictu, & his similibus, quamuis affectu odij, & prauo animo, non incurrit Excommunicationem Canonis, *Si quis*, nam huiusmodi percussiones censentur secundum se leues, cum non inferant grauem iniuriam, neque graue nocumentum.

Sed obiicitur: Percussio Clerici baculo, palma, pugno, arundine, & huiusmodi non dicitur leuis, qua fit sine mortali peccato, sed respectu enormis leuis censetur: ergo cum hæc percussio, etiam quoad externam actionem sit culpa mortalis, sequitur quod per illam contrahitur excommunicatio Canonis, *Si quis*, ac idèd non potest absolui à quolibet Confessario, igitur falsa conclusio. Respondetur, quod talis percussio, quamuis sit coniuncta cum peccato mortali, ratione prauæ intentionis Percutientis, non ex hoc valet inferre, quod ipsa, vt talis habeat malitiam mortalis culpæ, cum inferat tantum leuem iniuriam, & paruum nocumentum, idèd erit semper venialis, & per consequens non incurritur excommunicatio Canonis quæ ex suo esse quidditatiuo exigit lethalem culpam in exteriori actione, non tantum per solam relationem ad actum internum: ergo ruit argumentum.

Dices per Extrauagantem, quæ incipit, *Perlectis* declaratur, quod illa dicitur percussio leuis, propter quam incurritur excommunicatio, quæ fit pugno, palma, manu, baculo, aut lapide. Ergo falsum affirmatur quando dicitur, quod propter percussorem cum baculo, pugno, manu, & similibus, vno vel altero ictu, non contrahatur excommunicatio, ex eo quod illa percussio non attingit quoad actionem exteriorem malitiam peccati mortalis. Ergo. Responde-

tur, negando consequentiam: nam quamuis percussio facta pugno, manu, baculo, & similibus, ob multiplicatos ictus cum graui damno, & iniuria circa corpus patientis attingat in tali casu malitiam lethalem culpæ, & idèd per illam incurritur excommunicatio, vt optimè declaratur per citatam *Extrauag.* attamen non ex hoc valet inferre, quod aliquando, & etiam, vt plurimum non sit tantum culpa venialis quoad actionem externam: dum per illam infertur tantum leuis iniuria, & modicum nocumentum, nempe quandò vno, vel altero ictu percutitur Clericus, sine tamen sigillatione carnum, siue effractione dentium, & sine effusione multi sanguinis, non à manibus, sed aliundè. Hæc, & multa alia Vidal, *ubi supra*.

Sed prorsus ad Dubium propositum affirmatiuè respondendum esse putò: nam ad incurrendam hanc censuram, non solum sufficit, vt percussio corporis talis sit, vt Clericum grauius lædat, sed sufficit etiam vt actio violenta personam Clerici leuissimè attingat, tamen secundum moralem existimationem vitorum prudentum, sufficiens sit ad grauem iniuriam contra honorem, & reuerentiam debitam tali personæ. Et ita docet ex Suarez, Filliucio, & Borracina, Paulus Squillante *de Priuileg. Clericor. cap. 6. dub. 3. num. 54.* quibus adde Castum Palaum, *tom. 6. disp. 3. punct. 13. num. 2.* Alphonsum de Leone, *de Censuris, Recollect. 3. num. 165.*

Itaque, licet aliquæ violentiæ Clericis illatæ, graues non essent comparatione corporis, attamen graues, atque mortales sunt comparatione honori, qui contumeliosè læditur, sicuti notauit Innocentius III. *in cap. nuper. de Sentent. excom.* & consentit Imperator *in leg. Item apud Labeonem. ff. de Iniuriis.* quod præter Doctores citatos obseruat Laymann, *in Theol. Mor. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 5.* & Auila, *de Censuris, part. 2. cap. 5. disp. 2. dub. 12. concl. 2.* vbi asserit; aliquem incidere in Censuram si infligit alapam Clerico vel percutit baculo.

Nota contra Patrem Vidal, quod non dixit, Alapas, sed Alapam, & non dixit, qui percutit Clericum baculo sæpius, sed simplicitate, qui percutit Clericum baculo: & ita communiter loquuntur omnes alij Doctores. Vnde ex his Pater Naldus *in Summa verb. Clericus, num. 39.* Bordonus *in Consiliis Regular. tom. 1. resol. 28. quest. 17. num. 44.* Riccius *in Collectaneis, part. 4. Collect. 244.* obseruant, colaphum impingere Clerico, inducere quidem Censuram, sed esse percussorem leuem absoluendam ab Episcopo; & vt tradit Bordonus *in Miscellaneis, decis. 30.* si aliquis pugno percuteret Clericum, vt in Schola publica, ista leuis percussio, ratione loci efficeretur grauis, & idèd talis percussor in hoc casu nõ posset absolui ab Episcopo, sed accedere deberet ad Sedem Apostolicam. Et quidem Graffius *in Consil. tom. 2. consil. 1. de excommunicat.* & alij, de quodam Rustico qui baculo minatus fuit Sacerdotem Religiosum erga eius oculos illum inuehens & tangens, non tamen percutiens, probant in excommunicationem incidisse. Quid quæso isti Doctores dicerent de opinione Patris Vidal, qui excusat ab Excommunicatione non iniuriosè tantum manu tangentem Clericum, sed ipsum pugno, & baculo bis percutientem. Et quidem Alphonsus de Leone *Recollect. 5. de Censuris n. 147.* & alij docent, illum qui manus admouens circa pectus Religiosi, & tunicam eius comprehendendo dixit, nisi esses Religiosus, &c. incidisse in Censuram. Idem asserit Giptius, *de Casibus reseruat. cap. 3. n. 60.* de illo, qui eripit de manu Clerici aliquid violentè, vt Librum, Scripturam, &c. Idem tenet Bordonus

donus in *Miscellaneis*, decis. 440. de illo quod Biretum de capite Clerici eiecit; Sylvester, *verb. excommunicatio* 6. num. 5. & alij communiter firmant, de illo, qui non instrumento aliquo, sed tantum spuito, aqua, oleo, puluere tangeret Clericum, iudicatu modò amice Lector, si in supradictis casibus quis excommunicationis vinculo innodatur, quanto magis dicendum est innodari in nostro casu, in quo Clericus reciperet in faciem, vel suprà dorsum vnum & alterum pugnum, colaphum, aut ictum baculi.

Itaque aperitè apparet contra Patrem Vidal, non solum duas, sed etiam vnam percussione[m] Clerici, cum pugno, vel baculo inducere in percutientem excommunicationem, cum apud omnes viros prudentes, talis percussio, licet non sit grauis, in ordine ad læsionem corporis, tamen est grauis, & mortalis comparatione honoris. Vnde patet responsio ad ea, quæ pro sua firmanda sententia adducit Vidal, & ad id quod me citato asserit; dari paruitatem materiæ in excommunicatione contra percutientes Clericos, respondeo, hanc doctrinam esse veram, sed malè applicatam in casu nostro; & idè, nullus vt credo, nisi Pater Vidal, si haberet duos pugnos in faciem, vt duas baculi percussiones in dorso, vel super caput, existimaret se iniuriosè quòdam honorem fuisse parum læsum. Ergo, &c.

Sed si quis quæreret, quænam paruitas materiæ excusaret ab incurfione huius Censuræ; Respondeo indiuidualiter pro nostro casu, esse illam, quam adducit Barbosa in *Allegatione iuris pro Fisco in causa Vgentina incurfionis Censura*, num. 38. videlicet, si quis manu tantum repelleret Clericum; nam talis percussio arbitrio hominum prudentum censeretur leuis in ordine ad læsionem honoris; secus autem, vt vult Pater Vidal, si duobus pugnis, vel duobus ictibus baculo Clericum percuteret,

An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit semel in hebdomada omittere Sacrificium, etiamsi institutio dirigatur ad locum, & celebrare pro alio, accepto stipendio.

RESOLVTIO XXXVII.

Affirmatiuè responderet Pater Vidal, in *Arch. Theol. Mor. tit. de Iustitia, Inquisit. 1.* per totam; in qua firmat, quod Sacerdos obligatus quotidie celebrare, potest tuta conscientia semel in hebdomada se abstinere à celebratione Missæ quouis modo loquatur Testator, ac extet institutio Capellanix: at si in illa die, in qua non tenetur celebrare secundum Testatoris intentionem, voluerint celebrare; potest licitè applicare illud Sacrificium ad suum beneplacitum secundum alterius intentionem, & accipere aliud stipendium.

Probat hęc opinio Primò: nam hęc obligatio ad quotidie celebrandum secundum determinatæ personæ intentionem; est intelligenda moraliter, prudenter, & regulatiter; aliàs esset onus intolerabile. Ita sentit Suarez in *3. part. tom. 3. disp. 86. sect. 1. vers. de Beneficiis in fine*. Sed ob fugiendum tale inconueniens, debemus expressè asserere, & affirmare, posse liberè Sacerdotem pro vna vice in hebdomada applicare Missam secundum alterius intentionem: nam aliàs semper esset onus intolerabile. Confirmatur: Hęc obligatio ad quotidie celebrandum, secundum alicuius determinatæ personæ intentionem; cadit sub præcepto affirmatiuo: ergo obligat quidem ad semper; sed non pro sem-

per; hoc est in pluribus diebus; non verò in omnibus: ergo saltem pro vna vice in hebdomada poterit ad suum beneplacitum pro alio celebrare, & accipere nouum stipendium.

Secundò probatur; qui non tenetur aliquid alicui determinatæ personæ elargiti, potest tuta conscientia illud elargiri ad suum beneplacitum; id ex praxi clarè deducitur: ergo similiter Sacerdos, qui non tenetur semel in hebdomada celebrare pro aliqua determinata persona, supposito quòd velit celebrare, poterit celebrare ad suum beneplacitum, & accipere nouum stipendium. Confirmatur; Nam vt affirmant Doctores, principaliter Naldus in *Summa, verb. Missa, num. 7.* Diana, *tract. 14. de celebrat. Miss. resol. 28.* & Alphonsus de Leone, *tractat. de Iub. part. 3. quest. 20. num. 22.* potest ex aliqua vrgenti necessitate Capellanus per annum quater, aut pluries celebrare pro seipso, vel sibi valdè coniuucto, id enim ei non denegaret Capellanix Institutor, si de tali casu interrogatus fuisset: ergo hoc idem possumus nos asserere de vna Missa in hebdomada; maximè quia cognoscere, & scire tenebatur Capellanix fundator Sacerdotem semel in hebdomada non teneri celebrare: ergo cum possit pro aliquo alio ad suum beneplacitum celebrare, poterit accipere etiam nouum stipendium ex eo, quod applicatio manet ipsi libera. Et hęc omnia, & alia etiam docet Vidal *ubi supra*.

Sed ego prorsus negatiuam sententiam sustinendam esse puto, & contrarium asserere est contra sensum communem omnium Doctorum, & contra Praxim. Et quidem si Auctores, qui vsque adhuc scripserunt desudant ad excusandos Sacerdotes, si ter, vel quater in Anno applicent pro seipsis Sacrificium ex tacita concessione institutoris Capellanix, quid quæso dicent de opinione Patris Vidal, qui docet posse 60. Missas non sibiipsis, sed aliis cum stipendio applicare; Sed asserit Pater Vidal, quod in isto casu interrogatus institutor Capellanix responderet, vt etiam in primo, quem ego, & alij concedimus. Verùm iudicatu amice Lector, si adest eadem ratio in vtroque casu: nam in primo institutor remittit tantum tres, vel quatuor Missas singulis annis pro ipsomet Sacerdote; in secundo casu remittit Missas 60. pro aliis dicendis cum stipendio; quod ipse antea Sacerdoti tradiderat. Itaque dicendum est, non esse negandum Sacerdotem, siue Capellanum ad quotidie pro aliis celebrandum obligatum, posse aliquoties in anno, vt quater, vel sepius pro seipso, vel pro aliquibus sibi valdè coniuuctis ad specialem aliquam gratiam obtinendam; vel pro anima sui Patris vel Matris, vel carissimi amici, aut benefactoris celebrare. Tum quia credibile est quod pius quotidianæ Missæ, vel Capellanix institutor, si de tali casu præcogitasset, vel interrogatus fuisset, hoc minimè negasset. Tum quia nimis graue, ac intolerabile onus esset Sacerdoti, si obligationem naturalem, & charitatem in seipsum, vel in proprios Parentes, & in præcipuos amicos, aut benefactores omnino ei præcluderet; & toto tempore vitæ suæ quotidie pro aliis celebrare deberet; pro se autem aut pro iis, quibus plurimum debet, nunquam posset Sacrificium offerre. Sed hęc omnia cessant in casu superioris posito, in quo Sacerdos non vacaret ex iusta causa, sed ex motiuo auaritiæ ad duas eleemosynas lucrandas eadem die.

Nec obstat dicere cum Patre Vidal, quod esset onus intolerabile, quotidie pro institutore Capellanix celebrare: nam nos concedimus, posse vnam va-

vacantiam pro septimana accipere honestatis causa: sed supposito, quod Sacerdos hanc vacantiam nollit accipere, sed vellet satisfacere, negandum est Patri Vidal esse onus intolerabile pro institutore Capellaniam celebrare; sed potius esse obligationem iustitiae stante pacto inito cum ipso quotidie celebrandi. Dicendum est itaque prout alibi docui, Sacerdotem posse semel in hebdomada, causa maioris honestatis Missam prætermittere, si in fundatione Capellaniam fuit electa persona, ut si dicatur: Eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret; aut volo, ut Sacerdos electus ad hanc Capellaniam quotidie celebret; secus, si in fundatione Capellaniam non electa fuerit persona, sed tantum habita fuit ratio loci, aut Missae celebrandae, ut si in fundatione dicatur: Volo, ut dicatur Missa quotidie in tali Ecclesia, aut Capella, &c. quia tunc tenebitur Sacerdos absque vlla intermissione quotidie celebrare. Nego itaque absolute, Capellanum in die quo potest Missam omittere, posse si velit pro alio celebrare, & stipendium accipere. Et ita ut dixi docent communiter Doctores. Riccius, Gauantus, Homobonus, Bonacina, & alij, quos citat, & sequitur Martinus de Sacram. Ordinis, tract. 3. part. 2. cap. 23. num. 8. quibus adde Alphonsum de Leone, Campanilem, Nauarrum, Sanctum Carolum Bortomæum, quos citat, & sequitur Fraxinellus, de obligat. Sacer. sect. 4. concl. 4. §. 3. num. 1. & me citato docet etiam nouissime Pater Leandrus, de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 5. quest. 18. qui etiam quest. 17. obseruat obligatum ad quotidie celebrandum, posse semel in hebdomada à celebratione abstinere, non solum titulo honestatis, sed etiam itineris, vel oblectationis casu, quia consuetudine est introductum, & hoc ob humanam fragilitatem, ut Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum, possit vnam Missam in hebdomada omittere: Ergo licite, etiamsi id fiat quauis de causa. Ita Leandrus.

An in aliquo casu Prælati Regularis, & qui libet alius Sacerdos priuata auctoritate, possit minuere numerum Missarum, non obstante Decreto Urbani VII. de celebrat. Missarum.

RESOLVTIO XXXVIII.

Affirmatiuam sententiam docet Pater Vidal, in *Arca Theol. Mor. tit. de Iustitia Inquisit. 2. per totam, ubi num. 5.* firmat, quod possit Superior Regularis minuere numerum Missarum ad ratam elemosynæ debitæ iuxta taxam: si tamen non voluntariè neque sponte acceptauerit numerum illum Missarum cum paruo, & tenui stipendio minori taxato (ut supponitur non fuisse.) Nec obstat Decretum Congregationis, quod neque Episcopi possint onera Missarum moderare, reducendo illas ad maiorem numerum, sed habeatur recursus ad Sedem Apostolicam, quando datur aliqua necessitas: ergo multò minus poterit hic & nunc quisquam alius minuere numerum Missarum; ergo falsa opinio. Respondetur Primò: Ibi Decretum loqui, ut clarè colligitur ex verbis ipsius, de moderatione illarum Missarum, quæ propter graua onera adimpleri non possunt, quod non verificatur in casu nostro: idè. Secundò dici potest, ibi Decretum loqui de moderatione illarum Missarum, quæ spontè cum tenui elemosyna acceptæ fuerunt, quod non militat in præsentis nostro casu: ergo. Tertio, quod

alicui debetur ex Iustitia, non potest auferri eo inuito; sed iustum stipendium debetur celebranti ex iustitia; ergo ipso inuito non potest auferri, quod ita non esset, si non posset minuere numerum Missarum, neque in conscientia quis tenetur habere recursus ad Sedem Apostolicam, quando clarè cognoscit ex Iustitia sibi deberi iustum stipendium pro Missa celebranda iam acceptis: cum ex iustitia tantum teneatur celebrare illum numerum Missarum, cui correspondet iustum stipendium: ergo nihil facit contra nostram opinionem tale Sanctissimum Decretum, quod insuper loquitur de diminutione Missarum authoritatiuè, & per dispensationem, non verò ex æquitate, & iustitia, ut currit in casu nostro, quæ non patitur, ut Sacerdos gratis sacrificet: idè in hoc non est necessaria Papæ facultas.

Nec obstat Secundò: Idem Decretum præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosynæ præscriptæ fuerunt, etiamsi stipendia sint incongrua, & exigua: ergo, &c. Respondetur pro tunc ibi loqui S. Congregationem de Missis acceptis spontè, & liberè cum incongrua, & exigua elemosyna; non verò de Missis acceptis inuoluntariè cum exigua elemosyna: nam neque etiam S. Congregatio potest cogere aliquam, ut cedat iniuste iuri suo, quod habet supra iustum stipendium pro Missa celebranda, ut militat in præsentis nostro casu: vnde promissio celebrandi tot Missas, videtur regulanda ex congruitate iusti stipendij, quod dum variatur cursu temporis, variari etiam debet numerus Missarum, ut inter contrahentes seruetur æqualitas, & iustitia: ergo, &c.

Deinde addit idem P. Vidal, num. 25. quod quicquid affirmatur de Superiore Regularium, ut possit diminuere numerum Missarum, quando cursu temporis, vel augetur stipendium, vel diminuitur pecunia, verificari etiam data paritate, & proportionem de quolibet Sacerdote, qui possit variare numerum Missarum mutatione stipendij ab initio assignati, vel diminutione pecuniæ sine suo consensu, & permissione, cum ab initio promissio, & obligatio fuerit celebrandi tot Missas, quot erunt elemosynæ correspondentes iuxta taxam elemosynæ consuetæ, & congruæ in illo tempore, in quo actualiter Missæ celebrantur: Idè non obstante Decreto S. Congregationis dicendum est, posse nunc Episcopos, & Superiores Religionum moderari Missas relictas alicui Ecclesiæ, nondum tamen ob incongruam, & tenuem elemosynam acceptatas, quoniam Decretum illud loquitur aperte de oneribus Missarum impositis: at non censetur onus impositum, nisi post acceptationem, & intentio prædicti Decreti tantum fuit, ut adimpleatur ille numerus Missarum relictus, & spontè acceptatus: idè ante acceptationem non abstulit ab Episcopis, & ab aliis Superioribus facultatem illam: quæ de iure communi, vel speciali per Priuilegia conueniebat alterandi, & moderandi eas Missas iuxta stipendium statutum, & consuetum: Ita sentit Marchinus, de Sacram. Ordinis, tract. 3. part. 2. cap. 19. num. 32. cum multis viris doctis consuetis, ut ipse testatur. Idè etiam modò post Decretum S. Congregationis, de Missarum celebrat. posse Sacerdotem licite priuata auctoritate ob stipendij tenuitatem numerum Missarum diminuere ad ratam elemosynæ à lege, vel consuetudine præscriptæ; dummodò tamen non obstante tenui elemosyna Sacerdos ille in acceptandis Missis spontè, & expresse non se obligauerit ad tot Missas celebrandas, quot præscriptæ fuerit ad rationem attributæ elemosynæ, quamuis incongruæ, & exiguæ, quia tunc tenetur stare promissis

promissis iuxta illud axioma, quod semel placuit, amplius displicere non debet. At si solum acceptaverit eas tenues; & incongruas elemosynas oblatas cum intentione, ac promissione adimplendi omnem iustam obligationem; ortam à recta ratione, & æquitate: tunc in tali casu licitè ad se indemnem servandum, & ob tuendum suum legitimum ius, potest tot celebrare Missas; quot sufficiunt ad iustum stipendium constituendum; aliàs velle quid iniustum ille, qui tenui elemosyna totum Sacrificium sibi soli postularer, cum intenderet sine causa priuare Sacerdotem suo legitimo iure; quod habet vt pro qualibet Missa tribuatur ei stipendium taxatum à legitima potestate; & hoc esset omninò contrà æquitatem, & iustitiam. Et hæc omnia asserit Pater Vidal, vbi plura ad ea firmanda ingeniosè excogitat.

Sed non carent aliqua difficultate; nam Decretum Sacræ Congregationis nullam adhibet distinctionem, sed absolute omnem reductionem Missarum, priuata auctoritate faciendam prohibet. Deinde etiam si intelligentia verborum Decreti haberet aliquam difficultatem, standum esset consuetudini, quæ est optima Legum Interpretès, vt patet ex leg. *Minime*, ff. de legib. leg. si de interpretatione, ff. eod. tit. cap. *Cum dilectus*, de consuetud. Syluan. conf. 88. num. 27. Tiraq. de nobilit. cap. 10. num. 9. Afflic. Neapol. dccif. 166. num. 9. & decif. 173. num. 3. Menoch. conf. 32. num. 44. & conf. 390. num. 21. & conf. 577. num. 2. & 3. vol. 3. Mascard. de probat. concl. 1415. num. 10. Brunor. à Sole in locis communib. verb. consuet. 6. Cardof. in praxi Iudicum, & Advocat. eod. verb. num. 3. Cald. Pereira in leg. Si curatore. Cod. de in integr. restitut. minor. verb. Contractum, num. 29. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12. num. 27. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 1. num. 12. Camill. Borell. in Summa omnium decif. tit. 14. num. 88. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 3. num. 11. Vnde statuta è praxi, & obseruantia ipsorum; atque ità prout retro practicata, & obseruata fuerunt; interpretanda, & vel restringenda; vel extendenda veniunt. Guido Papa, decision. Gratianopolit. 30. num. 1. & 2. Petrus Heigius; quest. 17. num. 44. lib. 2. Carolus de Grassis de except. ad mater. statutor. except. 3. num. 13. Aymo Crauetta consil. 735. num. 14. part. 4. Tiberius Decianus respons. 32. num. 17. vol. 2. Hartmannus Pistoris quest. 16. num. 11. & numer. 18. lib. 1. Sicut enim de Legibus in leg. 37. ff. de legibus pro regula traditur: Si de interpretatione legis queratur; in primis inspiciendum esse, quo iure Ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuerit; cum optima legum interpretres sit consuetudo. Ità quoque idem ad statuta transferendum, & accommodandum erit. Vsq. aded, vt interpretatio statutorum è consuetudine, praxi, & obseruantia defumi debeat, etiam si proprietates verborum Statuti repugnet, Ioan. de Aticis, conf. 42. num. 16. & 17. Ernet Dothmann. resp. 48. num. 24. vol. 4. Alderan. Mascard. de general. Statut. interpretat. concl. 2. num. 157. Sed postquam dictum Decretum emanauit, consuetudo, & obseruantia subsequens demonstrat; reductionem Missarum hodie non priuata auctoritate, sed à Sacra Congregatione in quocunque casu faciendas esse; & ided in facti contingentia ad illam omnes recurrunt. Quæ confirmantur ex stylo Curie, & Praxi Romana. Ergo, &c. Ided ego, omnia; quæ à Patre Vidal, vbi supra, apposui, eidem Sacræ Congregationi determinanda relinquo.

An Confessarius approbatus, v. g. ab Episcopo Neapolitano, possit excipere Confessiones Neapolitanorum in alia Diocesi.

RESOLVTIO XXXIX.

NEGatiuè respondet Io. Maria Nouarius in *Lucerna Regularium Confessarius*; num. 14. vbi sic ait: Confessarij etiam Regulares ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas; nequeunt illas audire extra Diocesim Episcopi approbantis; quamuis illi; qui confiteri velint, sint eidem Episcopo subiecti, ità quidem determinauit Sacra Congregatio in *una Cremonen.* 22. *May.* 1610. Ità Nouarius; cui adde nouissimè Io. Baptistam Ventrigliani, in *Praxi Fori Ecclesiastici*, Annot. 48. §. *Vnico*, num. 46. sic asserentem: Vltimò nota; quod Confessores Regulares ac etiam Sæculares approbati ab Episcopo ad audiendas Confessiones; non possunt audire Confessiones extrà Diocesim Episcopi approbantis; etiam si confiteri volentes sint subditi Episcopi approbantis. Ità ille.

Sed ego puto Declarationem Cardinalium non esse authenticam, & falso illis tribui, cum sit contrà communem sententiam Doctorum; & ided me citato affirmatiuum sententiam tenet Bordonus in *Conf. Regular.* tom. 1. resol. 6. num. 4. vbi sic ait: An Confessarij Regulares vbique non solum in Diocesi; in qua admissi sunt; sed etiam extrà illam audire possint subditos Episcopi illos approbantis. Respondetur: Possunt non solum vbique in Diocesi, sed etiam extrà illà vbique locorū. Et hoc procedit non solum si Regularis sit in itinere, sed etiam quando mutauit domiciliū, & translatus fuit ab vno ad aliud Monasterium; extrà Diocesim eius Episcopi, qui illum approbauerat; intellige modò daret eius approbatio: Quod amplia; licet in secundo Monasterio nondum sit approbatus ab Episcopo eius loci, vbi moram trahit de familia; in hoc enim stat punctus quæstionis. Pares ergo in hoc sunt Confessarij Regulares, & Parochi, qui vbique locorum suas oues audire possunt Sacramentaliter. Nec obstat, quod in literis testimonialibus approbationis habeatur illa clausula: In Ecclesia sui Ordinis quasi iurisdictio restringatur ad Ecclesiam; & locum expressum, ità quod non possit hoc ministerium exerceri in aliis Ecclesiis Diocesis; ne dum extrà ipsam Diocesim; Quia ea non auferit potestatem, si extrà Sacramentum exerceatur; sed designat locum; in quo ordinariè hoc Sacramentum exercendum est. Ità ille: & post illum Marcus Vidal in *Arca Theol. Mor. tit. de iurisdict. Inquis.* 6. num. 158. quibus adde Beiam part. 4. cas. 20. §. *Colliges.* Peregrinum, in *Compend. Priuileg. verb. Absolutio.* Mirandam tom. 1. quest. 45. art. 14. concl. 3; Rodriquez in *Compend. Resol.* 32. num. 14. Portel in *Dubis Regul. verb. Confessor.* num. 5. & hoc non solum procedit quoad Confessarios Regulares, sed etiam quoad Sæculares; vt patet ex Sanchez de *Matrim.* tom. 1. lib. 3. disp. 34. & aliis, quos citat & sequitur Bariola in *Aphorismis lit. C. verb. Confessarius*, fol. 63. asserens absolute Confessarium legitime approbatum ab Ordinario, posse illius Subditorum audire Confessiones etiam extrà propriam Diocesim.

*An metus excuset Confessarium à pœnis
contrà sollicitantes.*

RESOLVTIO XL.

PONIT Casum Carena *part. 2. tit. 6. §. 19. n. 94.* de Confessione, qui vocatus à fœmina pro eius Confessionibus audiendis ab ea sollicitatur ad turpia, quæ etiam minas superaddit se exclamaturam vim sibi inferri, nisi consentiat, ob quæ, postulanti fœminæ consentit. Et dictus Carena putat in tali casu Confessarium incurrere pœnas Bullarum, & esse Inquisitoribus denunciandum; quia, ait ipse, inhonestus perficit cum fœmina occasione Confessionis, & in Bulla nostra Gregoriana comprehenditur habens tractatus, & sermones inhonestos cum fœminis in Confessione Sacramentali, vel occasione eiusdem. Nec ex capite metus potest se tueri iste Confessarius, quia iste metus est leuis, vti etiam dixit Peyrinus *de Privileg. Minim. tom. 2. ad Constitutionem Gregorij XV. vers. quartum, §. 3. num. 9.* Et iste leui isto timore correptus, & vt in constantem virum cadere metus dicatur, debet probabiliter timeri, vt notant Doctores *in leg. metum, la 2. ff. quod metus causa*, vnà cum aliis allegatis per Sanchez *de Matrim. lib. 4. dispnt. 1. num. 15.* Hucusque Carena.

Sed audiamus Escobar à Corro *de Confessar. Sollic. part. 1. tit. ... quest. 2. §. 2. num. 33.* vbi sic ait: Amplius octauo, dum Confessarius vi, aut metu commotus fœminam minantem turpiter violet in Sacramentali actu, aut cum ea habeat inhonestos actus; nam debet puniri; & coram inquisitoribus denunciari ex nouo Gregorij Decreto, quamuis mitiori pœna, quam minuere debet vis, & metus, sicut & culpam per Text. *in capit. Sacris. §. ibi.* Licet metus attenuet culpam, quia tamen eam non prorsus excludit. Dixi in Sacramentali actu; quia si ab initio fœmina aperiat animum non consentendi, & ita prouocet Confessarium, vt dicat, quod si non consentiat, vociferaturam vim sibi à Confessario illatam, & Confessarius suæ infamiae vitandæ causa consentiat, puniri non debet per Inquisitores nec extraordinaria pœna, quia deficit Sacramentum, & eius iniuria, nec ex parte Confessarij simulatur, nec adest ratio, qua pœnis subiiciatur. Ità ille.

Verùm nouissimè absolutè docet Ioseph de Ianuario, *de Cas. Reserv. Resol. 58.* per totam, supradictum Confessarium non esse denunciandum, neque incurrere in pœnas Constitutionis Gregorianæ. Nec obstat, ait, quod in contrarium adducit Carena, quod hic Confessarius inhonestus perficit cum fœmina occasione Confessionis, & in Bulla nostra Gregoriana comprehenditur habens tractatus, & sermones inhonestos cum fœminis in Confessione Sacramentali, vel occasione eiusdem. Respondeo, quod occasio Confessionis est arrepta à fœmina ad perficienda inhonestas cum Confessario, & Confessarius in ordine ad hanc arceptionem, se habet merè passiuè, cum ipse accesserit animo audiendi peccata illius fœminæ tantum. Et sic non Confessarius occasione Confessionis, tractatus, vel sermones inhonestos habuit, sed fœmina: cum ergo Bulla Gregoriana loquatur de Confessariis habentibus tractatus inhonestos occasione Confessionis, non verò de fœminis, consequenter nec hæc, nec illi sunt denunciandi, &c. Tantò magis, quia ratione metus Constitutio Gregoriana non obligat.

Dices Secundo ex eodem Carena *loc. cit. num. 96.*

§ 97. Quod talis metus est leuis, quia non debet in eo casu damnum aliquod probabile timere Confessarius ex acclamatione illius fœminæ, sed Deum præ oculis habere, &c. Respondeo, quod infamia facti est graue damnum, & ex tali vociferatione non probabiliter, sed simpliciter amittitur; deberet quidem Confessarius habere Deum præ oculis, & peccatum non committere: sed posito quod peccet, non est denunciandus, vt dixi. Dices Tertio, etiamsi Confessarius sit sollicitans à Pœnitente, & consentit, est denunciandus: ergo etiam in casu nostro. Respondeo, transeat Antecedens, cum probabile sit quod non sit denunciandus, vt probant Doctores in responsione huius resolutionis citati; & negatur Consequentia; quia metus facit cessare obligationem legis positivæ vt dixi. Et cum in casu nostro metus sit, non verò in simpliciter consentiente, ideò in casu nostro non est denunciandus Confessarius sollicitans: est tamen denunciandus simpliciter consentiens. Dicam tamen vnum; nam durum nimis mihi videtur dicere, quod Pœnitens, quæ simpliciter est auctrix, & inuentrix huius mali, ipsa deinde teneatur accusare Confessarium ab ipsa vi inductum ad tantum scelus; & deinde Confessarius coactus ad malum sit puniendus, & inducens sit impunita, accusatrix, & testis præcipua. Qua Iustitia hoc possit procedere ignoro. Et hæc omnia docet Ianuarius, *vbi supra*; cui adde Patrem Leandrum, *de Sacram. tract. 5. disp. 13. quest. 23. in fine*, ex pia intentione DD. Inquisitorum.

Vndè ego in hac difficultate media via incedo, nempe vt talis Confessarius puniatur ab inquisitoribus arbitraria & extraordinaria pœna; quia qui metu peccat, pœnam extraordinariam non effugit. Probat Text. *in cap. Sacris, de iis qua vi* in illis verbis, *Licet metus attenuet culpam, non tamen eam prorsus excusat. & in leg. Seruos. Cod. ad leg. Iuliam, de vi publ.* Baldo, & Salicet. *ibidem post numer. 3.* Tiraquellus *de pœnis temp. caus. 36. num. 1. & seqq.* Couarruuias *in 4. Decret. part. 2. capit. 3. §. 4. numer. 7.* Clar. *in pract. §. final. questione 60. vers. Solet dubitari.* Iacob. de Graff. *in suis decis. lib. 2. cap. 64. num. 11. vers. Sed an excusetur à pœna homicidij.* Farinacius *de pœnis. temp. quest. 97. casu. 1. num. 23.* sed Confessarius in hoc casu metu delinquit, vt supponitur: ergo &c. Vndè puto talem Confessarium non debere abiurare. Et hæc omnia mecum docet Antonius Soula, *Opus. de Confess. Sollicit. tractat. 1. cap. 17. numer. 9. & 10.* Quarè, nec sequor sententiam Carenæ, nec Ianuarij, sed mediam; quam olim docui in loco citato à Ianuario & Leandro.

*An Confessarius in Confessionario tantum sollicitans extra actum Confessionis
debeat abiurare.*

RESOLVTIO XLI.

NEgatiuam sententiam nominatim contrà me docet Carena *p. 2. tit. 6. §. 16. n. 81.* & ad meum argumentum respondet, quod verba Bullæ, *Sicut in causis fidei*, possint commodè intelligi, quoad ordinem procedendi, eo vtique modo intelligenda sunt, maxime id suadentibus verbis ipsius Constitutionis, *ibi, Inquirant, & procedant.* Si enim Pontifex voluisset, quod etiam causæ terminarentur, illud vtique dixisset, & cum de terminatione causarum Papa ibi mentio

mentionem non fecerit, intelligitur eam voluisse reseruare dispositioni iuris, secundum quam Confessarij sollicitantes in Confessione, & propè eam, quia abutuntur Sacramento, expediuntur vt suspecti de hæresi; sollicitantes verò in Confessionario tantummodo, vt non abutentes Sacramento, & per consequens non suspecti, non possunt expediri vt suspecti. Secundò respondetur, quod regula illa iuris de vna determinatione respiciente plura determinabilia cessat, vbi eadem ratio non militat in omnibus determinabilibus. *Surdus conf. 66. num. 19. vol. 1.* Hic autem militat sine dubio diuersa ratio, quam suprâ proximè considerauimus. Ità Carena.

Sed aduersus illum in mei defensionem insurgit nouissimè Pater Ioseph Ianuarius *de Casib. refer. ref. 55. n. 9.* vbi sic ait: Sunt suspecti de hæresi, non solùm Confessarij sollicitantes in Confessione, sed etiam sollicitantes in Confessionario, vel in hoc loquentes obscœna, & turpia, nulla habita, neque simulata Confessione. Sicut qui non in Confessionario, sed alio in loco Confessionem simulant; & ideò hi debent abiurare saltem de leui: quicquid contrâ dicat Carena. Ratio affertur à Fagundez; quia licet Gregorius XV. in criminalibus addictis, ac declaratis in hac sua Constitutione non dicat tales de crimine hæresis esse suspectos, id supposuit ex verbis Constitutionis Pij IV. ibi insertæ, & à se approbatæ, & confirmatæ; & sic verba vtriusque Constitutionis sunt velati in vno contextu, & vnica terminatione terminata, *leg. tam hoc iur. ff. de vulg. l. Quamuis Cod. de Imp.* Cùm ergo in Constitutione Pij IV. hi deperditii homines sint declarati de crimine hæresis suspecti, consequenter, & etiam additi à Gregorio XV. Adde quòd nisi essent de crimine hæresis suspecti non posset assignari ratio, cur essent denunciandi ad Tribunal Sancti Officij, ad quod spectat cognoscere de causis Fidei, vel habentibus connexionem cum sic. Nec obstat dictum Carenz, quod etiam Inquisitores Hispaniæ habent facultatem procedendi contrâ Sodomitas, & tamèn hi non abiurant, neque de leui. Quia contrâ Sodomitas procedunt Inquisitores ex speciali delegatione Gregorij XIII. sub die 13. Augusti 1574. non verò tanquam contrâ suspectos de hæresi, & ideò ceteri Inquisitores aliorum Regnorum non procedunt contra tales. At in casu nostro proceditur contrâ Confessarios in Confessionario sollicitantes tanquam contrâ suspectos de hæresi, &c. vt Summi Pontifices se explicant, ideò enim volunt vt contrâ eos procedant Inquisitores. Hucusque Ianuarius. Et ità nostram sententiam contrâ Carenam tenet etiam Fagundez *præcept. 2. Eccles. lib. 4. cap. 3. num. 80.* & Escobar *de Confess. sollicit. part. 1. quæst. 1. num. 16.*

Obseruent tamè hîc DD. Inquisitores, id quod ego in eorum fauorem olim docui; quod potest Tribunal S. Officij recognoscere Confessarios sollicitantes, etiam si non iudicentur suspecti de hæresi, & potest tales punire; quia cognitio horù sine restrictione est concessa Inquisitoribus in Bullis Summorum Pontificum. Et ità me citato tenet Escobar, *vbi suprâ*, quod vocat singulare; & etiam me citato Ianuarius.

Nota quod Carena, *part. 2. tit. 6. §. 17. n. 89.* putat, posse Inquisitores imponere Confessariis Regularibus quòd teneant vltimū locum inter Regulares sui Monasterij in Choro, Refectorio, & aliis locis. Et aliquando debent Inquisitores mandare, vt sententia contrâ Confessarium Regularem lata, publicè legatur in proximo Capitulo suæ Religionis generali, & hoc ad aliorum terrorem, & exemplum. Sed hæc omnia non approbat Pater Bordonus in *Sacro*

Anton. Diana, Pars X.

Tribunali, capat. 2. quæst. 28. numer. 114. vbi sic ait: Inquisitorem mandare posse lectionem sententiæ Regularis condemnati in Capitulo Generali ad terrorem & exemplum aliorum; quod non probò, quia id est aliquale ius in Capitulo, quod nullibi inuenio concessum Inquisitoribus. Sufficenter autem publicantur priuatis literis huiusmodi delicta apud Regulares. Displicet etiam quòd adiungit, Inquisitorem posse infligere pœnam vltimi loci inter suos Compromissos; quia in Bulla Gregoriana sufficienter exprimuntur pœnz huiusmodi Sollicitatoribus imponendæ. Ità Bordonus. Sed sententia Carenz obseruatur in Tribunale nostræ Inquisitionis Hispaniæ, & illam ego practicaui: Et ideò non est audiendus Bordonus & nostram sententiam contrâ illum, præter Carenam tenet Caltrus Palaus, *tom. 1. tractat. 4. disputat. 9. numer. 2.* & nouissimè Ianuarius *vbi suprâ, resol. 55. num. 23.*

An sit denunciandus mandans Confessario, vt in Confessione sollicitet Pœnitentem.

RESOLVTIO XLII.

Afirmatiuam sententiam nominatim contrâ me firmiter tenet Carena *de Officio S. Inquisitionis, part. 2. tit. 6. §. per totum*, quem nouissimè sequitur Pater Ioseph Ianuarius, *de Cas. refer. ref. 55. num. 15.* Verùm ego non recedo à sententia, quam docui, & quam me citato docet Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 18. num. 48.* & nouissimè me citato Pater Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 31. disp. 13. quæst. 36.* & me citato Inquisitor Escobar à Corro, *de Confess. sollicit. part. 1. quæst. 2. num. 36.* vbi sic ait: Limita Quarto; In illo, qui mandat Confessario, quod sollicitet Pœnitentem in Confessione Sacramentali; vt secùm carnaliter misceatur: Tùm quia, vt pluries dixi, Constitutiones omnes loquentes de sollicitatione ad Confessarios tantum diriguntur; non ad alios; nec mandantes quoad pœnas comprehendunt, cùm de his non loquantur. Tùm quia de Confessariis loquantur non simpliciter, sed per ordinem ad Sacramentum Pœnitentiæ, ità vt nec eorum comprehendant extrâ illud venerandum Sacramentum, aut dum sunt extrâ Confessionarium non simulant Confessionem audire, quia nulla tunc fit Sacramento iniuria; Mandans autem Confessario, quod sollicitet Pœnitentem in Confessione faciendâ, Confessionem non lædit, nec iniuriam facit, cùm nulla tunc adfit Confessio. Tùm etiam, quia sicut fœmina sollicitans in ipso Pœnitentiæ actu non comprehenditur in Decretis, quia de ea non loquuntur; ità nec comprehendunt mandantem, qui mandando non tantam infert iniuriam Sacramento, sicut fœminam Confessarius sollicitando. Tùm denique, quia nec mandans incurrit Excommunicationem latam contrâ facientes, ex Angelo, *verb. Excommunicatio 8. numer. 1.* Tabiena *verb. eodem §. casu 49. §. 5.* Nauarrus *in Manuali, capite 27. numero 51.* Suarez *de Censuris, disputat. 4. sect. 3. numer. 5. ad fin.* Reginaldo *lib. 9. cap. 12. numer. 214.* Martino Bonacina *de Censur. in communi, disput. 1. quæst. 1. punct. 6. numer. 1.* vbi in fine ait; quod quando oritur dubium, an mandans, vel consulens comprehendatur sub censura lata contrâ facientes, iudicandum est non comprehendi, nisi aliter expressè decidatur, ex Navarro *consil. 55. de sentent. excommunicat. lib. 6.* Auila *de Censur. 2. part. capite. 2. disp. 3.*

diffut. 3. dub. 2. & 6. Hucusque Escobar ; qui etiam in fauorem nostræ sententiæ , quam probabilem etiam ipsimet aduersarij fatentur ; vt Ianuarius, *vbi supra, resol. 56. num. 6.* vbi sic ait : Non omnes abutentes Sacramento Pœnitentiæ denunciandos esse ; sed Confessarios tantum sollicitantes, vel illicita, & in honesta verba tractantes, &c. & idè si quis Pœnitentiæ Sacramento abutatur, & Confessarius non sit, non est denunciandus. Sic mulier sollicitans Confessarium dum confitetur, non est denuncianda. Nec interpres Confessionis, etiam si sit Sacerdos ; tunc enim non vt Sacerdos sollicitat, cum tunc se teneat ex parte Pœnitentis. Nec tertius, qui mulierem, vel alium sollicitat per Confessarium in Confessione ; quia leges latæ contrâ efficientes, non ligant mandantes, etsi Confessarius tanquam leno sit denunciandus. Neque est denunciandus Confessarius Pœnitentem sollicitans ad alia peccata mortalia non inhonestâ, vt ad furtum, ad homicidium, etsi hoc faciat cum abusu Sacramenti Pœnitentiæ ; quia Bullæ loquuntur de Confessariis sollicitantibus ad turpia, &c. Ita ille.

Vndè ex superius dictis idem Escobar *postea in q. 4. §. 1. num. 71.* asserit non esse denunciandum, qui tactibus, nutibus, vel signis fœminam prouocat, dum illa alteri confitetur ; nam sub Decreto non comprehenditur. Tum quia Bulla tantum loquitur de Confessario, cui fœmina actualiter confitetur ; nec habet locum in altero. Tum etiam quia licet ex simili sollicitatione iniuria inferatur Sacramento Pœnitentiæ, non tamèn inferitur à Confessario velut eius minister, sed velut extraneus, sicut quilibet posset Laicus, qui nec est Sacramenti Minister, nec esse Minister potest ; in quo adest diuersissima ratio. Ita ille, qui etiam citat Soufam.

An sit denunciandus Confessarius, qui actus turpes cum Pœnitente exercet, si graui somno, aut morbo inter confitendum oppressa fuerit.

RESOLVTIO XLIII.

Affirmatiuè respondet Pater Leandrus *in Sacram. tom. 1. tractat. 5. diffut. 13. quest. 33.* vbi sic ait : An sit denunciandus Confessarius, qui proximè ad Confessionem aliqua arte in somnum inducit fœminam, & tunc sopitam cognouit. Affirmant Sancius *diffut. 11. num. 31. & 32.* & Trullench *lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. num. 54.* Addunt tamen, contrarium esse dicendum, in casu quo fœmina non arte aut maleficio Confessarij, sed paroxismo, aut morbo aliquo, fuisset somno sopita, & tunc à Confessario cognosceretur ; quia in hoc Casu, Confessarius, non sollicitator, sed fornicator censetur : ergo non venit denunciandus ; quia Decreta Pontificum non decernunt pœnas Confessariis fornicantibus proximè ad Confessionem, sed sollicitantibus. Sed ex vi Decreti Gregorij, tam in secundo, quam in primo casu, esse talem Confessarium denuntiandum certò Respondeo. In primo patet ; quia ibi Confessarius verè sollicitauit fœminam in Confessione, aut proximè ad illam, licet non verbis, opere. In secundo etiam constat ; quia in illo Confessarius, etsi propriè non sollicitauit fœminam, habuit tamen cum illa tractatus inhonestos saltem opere, quod quidem eodem tenore est prohibitum per Constitutionem Gregorij XV. ergo. Ita Leandrus. Et hanc sententiam docet etiam Escobar à Corro *de Confess. sollicit. part. 4. quest. 4. §. 2. num. 19.* Tum quia amplectens occasionem adim-

plendæ libidinis in ipso actu Sacramentali se coinquinat, & Sacramento iniuriam affert eodem coinquinamento, quod extat per Constitutionem prohibitum : Tum quia sollicitatio ad inhonestâ principaliter prohibetur propter turpitudinem ad quam dirigitur, & qua polluitur Sacramentum, nempe propter commixtionem carnalem, ad quam dirigitur. Igitur multo magis prohibita debet censeri ipsa commixtio, & carnalis copula, vt docuit Philosophus *lib. 1. Posteriorum, textus in l. quia parentis 16.* iuxta glossam, *Solutio matrim. Auth. Multo magis. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Baldus in leg. Pœnitens numer. 33. Cod. de pactis* : Tum quia si actus inhonesti extrâ copulam prohibentur in Constitutione, idè est, non tantum quia per se turpes sunt, sed quia diriguntur ad turpitudinem copulæ, velut ad finem, ex quo ipsi turpes fiunt. Quam veram opinionem amplia, non tantum dum Confessarius in Confessione copulam habet cum fœmina somno, morbo, aut paroxismo correpta, sed dum tantum habet actus libidinosos, vt erunt tactus in pudendis, & similes, quia sunt eiusdem malitiæ cum copula, & verè hoc est ad inhonestâ tentare, & habemus comprehensum in nostra Gregorij Constitutione, & ita velle videtur Martinus Bonacina *tract. var. diff. 6. de onere, & obligat. denunciandi, punct. 3. numer. 3.* Hucusque Escobar.

Sed contrariam sententiam, præter Sancium, & Trullench tuetur nouissimè Lupus *de Edicto S. Inquisit. part. 1. lib. 5. art. 2. difficult. 1.* & Pater Baldellus *in Theolog. Mor. tom. 2. lib. 1. diffut. 63. numer. 26.* ita asserens : Si Sacerdos actu audiens Confessionem alicuius Pœnitentis, interius consentiat in actum aliquem turpem cum illo perpetrandum, & secretò se polluat, nec Pœnitenti aliquid aperiat in ipsa Confessione, vel immediatè post, aut in Confessario, vel loco alio ad Confessionem electo, non est, quod denunciatur, etiam si postea extrâ Confessionalem rem totam aperiat ; quia reuerà non sollicitat in Confessione, aut Confessionali : Et idem esset, si Pœnitens inter confitendum graui somno, aut morbo corripere, & esset extrâ sensus ; & hoc videns Confessarius turpiter illum oscularetur, aut atrectaret ad explendam tantummodò suam libidinem ; non autem ad illum tentandum, aut prouocandum, quem videret pro illo tempore expertum sensus : similiter enim non potest dici illum tentare, aut prouocare : siquidem est omninò incapax prouocationis, & tentationis, oppositum tenet Bonacina. Sed non video quo probabilitate id possit dici, cum talis pœnitens, quamdiu est extrâ sensus, non magis sit capax prouocationis, aut sollicitationis, quam si esset mortuus, aut planè ligneus, vel marmoreus : sed cùs vetò, si somnus, aut morbus esset leuis, & non bene ligaret sensus, neque in totum impediret illorum operationes, & idè Pœnitens aequaliter aduerteret actus Confessarij, iique possunt, vel tunc, vel postea esse illi tentatio, & prouocatio ; quia tunc verè tentaret, & proeuraret sollicitare. Et quod dicitur in vtraque Bulla etiam ille esse denunciandus qui tentat, & procurat sollicitare, procurare, aut allicere, non significat, quod sit denunciandus, si hæc faciat quando alter ex quocunque accident non potest sollicitari, prouocari, & allici ; sed solum si hæc faciat frustra, & sine effectu ; quia alter non admittit sollicitationem, neque sinit persuaderi turpia, aut induci ad illa ; sed resistit sollicitanti, & prouocanti. Hucusque Baldellus ; cui adde Seraphinum Freyram ad Acugnam, *quest. 9. num. 11.* Vndè ego vtramque sententiam probabilem esse puto, licet affirmati

affirmatiuam probabilioem esse existimem: sed primam tanquam certam amplector, si Confessarius in confessione, vel actu proximo attrahit fœminam in somnum, vel paroxysmum aliqua arte, vel medicina mediante, vt rem cum ea habeat; nam sollicitator dicitur, & puniri debet per Inquisitores. Vide Doctores citatos.

An Confessarius sit denunciandus, si sollicitauit ad actum venialiter tantum peccaminosum.

RESOLVTIO XLIV.

PRIMA opinio negat; & ita præter Porrel. alibi à me adductum, tenet nouissimè Ignatius Lupus, de *Edicto S. Inquis. part. 1. libr. 5. dist. 2. artic. 1. difficul. 3.* Gaspar Hurtadus, de *Iust. traët. de Iudicio Forensi, disp. 2. diff. 7.* Antonius Soula, in *Aphorif. lib. 1. cap. 33. num. 4.* & *Opusc. de Sollicit. traët. 1. cap. 1. num. 7.* Tum quia pœna sollicitantibus imposita grauis est, nec pro leui delicto imponenda. c. *Non cogantur 41. dist. 1. glossa. 4. in l. 25. tit. 4. part. 1. Valençaela, conf. 91. num. 55.* Tum quia suspicio hæresis ex peccato veniali præsumi non potest, sicut nec graue quid ex leui deduci: Tum etiam, quia nec Sacrilegium oritur ex veniali actu, vt cum communi probant Thomas Sanchez, de *marrim. lib. 9. disp. 15. num. 21.* Suarez *tom. 1. de Religione, lib. 3. cap. 7. num. 11.* Bonacina de *marrim. quest. 4. punct. ultim. num. 8.* Tum denique, quia et si excommunicationis pœna imponatur à iure incerto actu, intelligi debet de eo, qui lethale constituit peccatum; nec aliter ad denunciandum obligat. Et nouissimè hanc sententiam decet Ioseph de Ianuario, de *cas. reser. resol. 56. per totam.*

Secunda opinio distinguit, quam nouissimè docet me citato Inquisitor Escobar à Corro, de *Confessor. Sollicit. part. 1. quest. 3. §. 2. num. 10.* vbi sic ait: Ego constituo discrimen per accidens inter ius externum, & internum; quia cum in Foro animæ nihil plus inquiratur, ni veritas actualis, nec præsumptione nitatur, vbi verum agnoscitur ex mente ipsius peccatoris, quod deficit in externo Foro, quo delicta impunita manerent, si assertio delinquentis fidem efficeret. Couarruquias de *Sponsalibus 1. part. cap. 4. §. 1. num. 4.* Pater Thomas Sanchez in *Decal. lib. 4. cap. 15. num. 37.* Parladorus in *Sesquisenturia, differ. 12. num. 1.* Martinus Bonacina 1. *tom. de legibus, disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 3. num. 10.* & de *restitut. disp. 3. quest. fin. punct. ultim. num. 3.* Si certò mens Confessaris aliena fuerit à fine mortali, dum miscuit tactus, aut verba venerea, non aderit quoad forum animæ lethale peccatum, sed veniale tantum, & tunc fateor non esse denunciandum similem Confessarium (loquor in fortioribus terminis laxioris opinionis, quæ tenet tactus, & oscula veniale tantum efficere peccatum, quam inferius reuicimus.) in exteriori quidem Foro, quia præsumptione nititur, & ex tactibus, & verbis venereis finem præsumit mortalem, copulam nempe, aliud dicendum est, & si tactuum, & obsecrorum verborum sufficiens sit probatio, puniendum esse assero tanquam verus sollicitator; vt ex relatis supra aperte constat, & considerat Salas, 1. 2. *quest. 74. traët. 13. dispensatione 6. sectione 20. num. 144.* ad hoc adductus à Freitas ad Acugniam, in *diff. quest. 7. num. 31.* atque ita euenire potest, quod sollicitatio locum habeat in peccato veniali, quia iure externo adest prædicta præsumptio peccati mortalis, quæ in interiori deficit, & bene procedit distinctio

Anon. Diana, Pars X.

Castri Palai *Opusc. Moral. traët. 4. disp. 9. punct. 3. n. 5.* aientis, quod si constet Confessarium noluisse ad vltiora procedere, nempe ad perficiendum copulam, non esse denunciandum; aliud enim esse, si diuersum constet, aut re mere dubia maneat, quia tunc sequenda est iuris præsumptio, tam ad denunciandum, quàm ad puniendum similem Confessarium. Hucusque Escobar.

Sed ego puto prorsus non esse recedendum à sententia affirmatiua, quam olim docui, & quam postea me citato docuerunt Nouarius in *Summa Bull. tom. 1. tit. de Sollicit. in Confess. num. 4.* & me citato Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. d. b. 18. num. 37.* & me citato Leandrus de *Sacrament. tom. 1. traët. 5. disput. 13. quest. 12.* & me citato Alphonfus Leone de *cenfur. recollect. 4. verb. Sollicitantes, folio 394.* & ratio est quia longe multo probabilius, præfatos actus licet in se leues, exercitos tamen tempore ministrandi Sacramenti esse mortales, & dampnandos, ob grauem iniuriam illatam Sacramento. Hinc quamuis iuxta opinionem Nauarri in *Summa, cap. 14. num. 31.* & Sancij *lib. 9. de Matrimonio, disput. 46. num. 16.* & Salas 1. 2. *questione 74. traët. 13. dispensatione 6. sect. 20. num. 146.* & *sect. 21. numero 189.* & Freitas in *Additionibus ad Acugniam, quest. 7. num. 28.* peccatum veniale sit mamillas fœminas tangerè, brachium, vel pedem premere, aut digitos intorquere ob paruitatem materiæ, dummodo absit finis mortalis, & periculum pollutionis; (quamuis hæc doctrina horum Doctorum omninò improbabilis sit, & reicienda,) tamen, si hæc fiant tempore confessionis, vel immediate ante, vel post, mortalia erunt ob grauem iniuriam illatam Sacramento, vt optimè animaduertunt Freitas *questione 8. numero 33.* & Ioannes Sanchez *disputatione 11. numero 22.* quia quamuis intra genus castitatis, iuxta illorum opinionem leuia illa sint; tamen intra Religionis genus, graue peccatum lethale est: sic in die Ieiunij parum cibi sumere leue peccatum, ac veniale tantum est: nihilominus intra Religionis genus illo sumpto ad Sacramentum Eucharistiæ accedere graue peccatum est. Et hæc omnia docet etiam Fagundez *præcept. 1. Eccles. lib. 4. cap. 3. num. 52.*

An famuli, qui non habent aliud tempus confitendi, nisi dum dicitur Missa, satisfaciant præcepto audiendi Sacrum in diebus Festiuis.

RESOLVTIO XLV.

AFFIRMATIUE respondet Lessius in *Auëtorio Casuum conscientia, post part. 2. diui Thoma verb. Missa, cas. 2. num. 8.* vbi sic ait: Omninò tamen videntur excusandi, quibus ratione negotiorum, vel quia sunt in obsequio aliorum, non est integrum aliud Sacrum audire. Idque ex duplici, vel triplici capite. Primum, per *Επιεικειαν*: Si enim legislator esset præsens, & omnes circumstantias nosset, non vellet illos obligare. Nam haud dubie mauult summus Pontifex illos talis modo Sacro interesse, cum tanto fructu spirituali, quem ex confessione percipiunt, quàm sine illò fructu perfectius ad Sacrificium Missæ attendere. Secundò, ratione lucri spiritualis, quo alioquin priuarentur. Si enim ob notabile commodum temporale licitum est etiam à Sacro abesse, si alia ratione id obtineri nequit, vt omnes fatentur, cur ob ingens lucrum animæ, quod alia ratione consequi moraliter non potes, non liceret tibi imperfecto

Z 3 ill9

illo modo Sacrum audire? Adde; ad satisfaciendum præcepto absolute, non opus esse audire verba, aut videre Sacrificantem; sed sufficere, ut intersit cum reuerentia, ut Sacrificium sua præsentia honoret. Vnde sufficit attentio quædam confusa, qua aduertat tibi Sacrificium offerri, ut docet Ioannes Medina *Cod. de Confess. quest. 44.* quæ attentio videtur stare posse cum actu confitendi, præsertim si ille actus dirigatur ad participandum Sacrificio: Tunc enim intendere illi actui, est implicite intendere ipsi Sacrificio, & illud honorare. Denique sicut præceptum de abstinendo ob opere serui die Festo non prohibet opera recreationis, vel alicuius necessitatis; temporalis; ita præceptum audiendi Sacrum non prohibet exercitium orationis, aut alterius operis Spiritualis. Ita Medina supra. Ex quibus satis probabile iudico etiam eos non teneri ad aliud Sacrum audiendum, quibus sat temporis suppeditat, si bonam saltem partem extra confessionem audierint, aut proinde sub peccato mortali non cogendos tanquam obstrictos, sed hortandos tanquam ad id, quod tutius est, & decentius. Hucusque Lessius. Quæ quidem omnia à fortiori concederet Pellizzarius in *Manuali Regularium, tom. 1. tract. 5. cap. 4. sect. 2. num. 50.* vbi admittit tanquam probabilem opinionem Reginaldi asserentis, quem implere præceptum Missæ, si tunc confiteatur sacramentaliter, etiam per partem notabilem.

Sed tantum ego excusarem absolute quemcumque, si à principio Missæ vsque ad Euangelium inclusive peccata sua confiteretur: nam in tali casu satisfaceret præcepto audiendi Missam sicuti satisfaceret etiam Confessarius qui exciperet confessiones non de peccatis mortalibus, sed tantum de venialibus; quia in istis audiendis non est necessaria attentio nimia, nec multum interrogandi sunt pœnitentes. Vnde ego olim asserui satisfecisse præcepto audiendi Missam quendam Religiosum podagra laborantem, qui audiebat Missam, & simul excipiebat confessiones Nouitiorum. Vide Leandrum *de præceptis Ecclesia, tractatu 2. disputatione 1. questione 71. & 72.*

An qui adest presens, & audit totam Missam dempto tempore consumptionis Sacrificij, adimpleat præceptum.

RESOLVTIO XLVI.

Solutio huius difficultatis pendet ex alia, nempe San consumptio sit de substantia Sacrificij Missæ. Et affirmatiue respondent aliqui. Probat, quia ad rationem Sacrificij requiritur aliqua immutatio in Christo, qui est res oblata, nulli autem alij actioni Missæ videtur posse tribui ratio immutationis, nisi sumptioni, per quam aliqua ratione Christus immutatur; imò etiam si quis velit ad rationem actionis Sacrificij Missæ, quia incruentum Sacrificium est, nullam requiri in Christo immutationem nulla est alia actio melior & aptior quam sumptio ipsa, ut in ea constituantur ratio Sacrificij: quia Sacrificij incruenti ratio consistit in repræsentatione Sacrificij eruenti: hoc autem sumptione ipsa repræsentatur iuxta verba Pauli, *Quotiescumque manducabitis, &c. mortem Domini annuntiabitis.* Quamuis ergo etiam consecratione repræsentetur, putant adhuc hi Auctores melius sumptione rationem actionis Sacrificij repræsentari: idè totam essentiam in eo constituunt. Hoc supposito; ad difficultatem in titulo Resolutionis positam, negatiue nominatim contra me

responderet amicus noster Pater Auerfa, *questione 11. sectione 19.* vbi sic ait: Rursus non esset censenda modica pars Missæ, illa in qua consistit substantia Sacrificij: Quare si quis non adesset consecrationi, & sumptioni, quamuis adesset de reliquo toti Missæ, non satisfaceret præcepto. Qui verò deesset tantum consecrationi, vel tantum sumptioni, satisfaceret præcepto; admittit Lugus, *disputatione 22. numero 4.* eo quia sub opinione manet, in qua ex his actionibus consistat essentialiter Sacrificium. Adhæret Diana *parte 5. tractatu 13. resolutione 61.* Sed potius non videtur satisfacere: tum quia, ut putamus, vtraque est de substantia Sacrificij: tum quia, etiam illi qui vel vnam, vel alteram putant esse de essentia Sacrificij, adhuc fatentur, alteram ita esse de integritate, & necessitate, ut omnino debeat in ipso Sacrificio exerceri: quare sic etiam, qui tenentur audire Missam, ad vtramque assistere debent. Ita Auerfa, satis quidem probabiliter.

Sed ego non discedo à sententia quam docui, & quam nouissimè docet Leandrus *de præceptis Eccles. tract. 2. disp. 1. q. 44.* quia satis probabile est præfatum sumptionem, nec partialiter adhuc pertinere ad essentiam Sacrificij ut probat ipsemet Leandrus cum aliis, *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 1. quest. 15.* Ergo cum alia ommissio huius partis sit leuis, & parua, non erit mortalis: vnde ex his apparet vtramque sententiam esse probabilem; itaque apponiam hæc verba Ludouici Caspenfis in *Cursu Theologiae, tom. 2. tract. 23. disputatione 4. sectione 2. numero 16.* vbi sic ait: Doctores affirmant, eum qui egreditur ab Ecclesia quando Sacerdos vult consecrare, & finita consecratione statim regreditur, peccare lethaliter, nec satisfacere præcepto, & addunt idem fortasse esse si ante communionem discederet; quia vel est de substantia, vel maximè pertinens ad perfectionem Sacrificij: & hæc sententia quoad priorem partem de absentia tempore consecrationis est valde conformis iis quæ supra docuimus; videlicet essentiam huius Sacrificij in consecratione consistere: vnde qui non adest tempore consecrationis, præsens non est, neque assistit huic Sacrificio; quia verò sub lite est in quo essentia Sacrificij consistat, an in consecratione, an verò in sumptione, poterit in praxi amplecti vtramque sententia, dummodo consecratio, & sumptio simul non omittantur. Ita ille; cui etiam adde Pellizzarium in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 4. sect. 2. num. 52.*

Nota tamen satisfacere præcepto audiendi Missam, qui tempore non solum sumptionis, sed etiam consecrationis ingrederetur Sacristiam verbi gratia ad afferendum aliquod necessarium, ut me citato docet Leandrus *vbi supra, quest. 45.* qui etiam, *quest. 46.* extendit hoc, etiam si quis exiret extra Ecclesiam ad faciendum, vel deferendum aliquid ad Missam necessarium. Vnde non deseram hæc apponere verba Patris Dicastillo *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 3. num. 42.* vbi sic ait: Quæri potest, an satisfaciatur Missæ præcepto, qui interuiens Missæ aliquando recedit à Sacrificio? Respondeo, qui inde recedunt, tanquam ministri, ut aliquid necessarium Missæ deferant, puta vinum, aut thus, censeri præsentem, & satisfacere; neque enim abesse censetur, qui eidem Sacrificio inseruit. Limitat verò Bonacina modò non recedant ab Ecclesia; si enim recedant, non dicuntur interesse Missæ corporaliter; atque adèd nec præcepto satisfacere: nisi forte breui tempore adsint. Quæ limitatio probabilis est; sed non videtur omnino necessaria; nec enim ille censetur præsens Missæ ex eo præcisè, quod sit in Ecclesia,

mitti dicitur, ubi exterius consummatur; ergo non contrahitur excommunicatio; nam patia sunt locum esse Territorium, & esse exemptum, vrex Glossa communiter recepta in capite. Vt aymarum, & Glossa final. de Constitut. in 6. & sentiunt Doctores; sed Episcopi excommunicatio ex comomuni Doctorum lata per modum Statuti, non ligat delinquentes Subditos extra Territorium, cum Episcopi iurisdictione non extendatur extra suam Diocesim, ex c. 2. de Constitut. in 6. ergo neque etiam ligat formaliter delinquentes in loco exempto. Ita Vidal; cui adde Alphonsum de Leone, de Censur. Recollect. 2. num. 385. ubi sic asserit: Sequitur primò, quod loquens cum Monialibus exemptis, vel eorum Monasterium intrans, non incurrit excommunicationem latam ab Episcopo contra ingredientem, & loquentes cum Monialibus. Auila parte 2. capite 3. disp. 2. dub. 5. vers. Ex dictis sequitur. Syluester, Armilla, Sayrus, & Hentiquez, quos sequitur Fagundez lib. 1. in primum preceptum Ecclesie, cap. 7. num. 9. ad finem. Idem de statuto contra ingredientem dicta Monasteria docet Alterius, lib. 3. disp. 9. cap. 5. vers. Ex his etiam inferri potest. Laymann, lib. 1. tract. 4. cap. 11. num. 5. vers. idem Suarez. Sicut de loquentibus, scribit etiam Bonacina, disp. 1. de Censur. quest. 1. part. 1. num. 9. ratione de qua supra; quia licet in his casibus delictum inchoetur in Territorio Episcopi, consummatur tamen in loco exempto. Limitant hoc Auila, & Bonacina, locis citatis. ubi excommunicatio lata esset contra accedentes, seu euntes ad Monasteria Monialium, quia hoc casu delictum non tantum inchoatur, sed etiam consummaretur in territorio Episcopi. Quam opinionem sequitur Diana tom. 5. tract. 9. resol. 71. Sed contrarium est verius, neque hoc casu incurri dictam excommunicationem. Ita post Henriquez, & Sayrum, docet Fagundez loco supracitato, quam opinionem allegatis Syluestro, Rosella, Rolando à Valle, & Campanile, sequitur Barbosa de potestate Episcopi. Allegat. 102. num. 73. quando expresse non est vetitus accessus, vel aditio, vt ita dixerim, ad Monasteria etiam exempta; quod etiam videtur probare Bariola licet dubitantes, apud Dianam loco suprascripto. Hucusque Leone.

Sed ego in loco citato à Leone non explicavi sententiam meam; sed adduxi Bariolam pro negatiua, & Bonacinam pro affirmatiua; tunc autem assero vtramque sententiam probabilem esse; sed affirmatiuam tanquam probabiliori adhæreo, quam nouissime tuetur Ioseph Ianuarius, de casibus reservatis, resol. 34. num. 22. Tum quia Episcopus est delegatus Apostolicus ad conferendam clausuram, vt dixi ex Concilio Tridentino, & ad clausuram conseruationem spectat prohibitio colloquutionis cum Monialibus, vt docet Barbosa, Sanchez, Bariola: ergo vt delegatus potest excommunicare colloquentes cum Monialibus exemptis, vt bene Vgolinus de potestate Episcopi, capite 21. §. 4. num. 4. Tum quia Episcopus non amittit iurisdictionem in suos Subditos, ex eo quia sunt in Monasteriis exemptis Monialium, nam loca Monialium dicuntur exempta ratione personarum tantum, vnde Monasteria hæc Monialium non dicuntur esse extra Diocesim, sed in Diocesi, argument. text. in capite. Cum Episcopus, de Officio Ordinarij, ubi hoc nontat Doctores, & Glossa in Clement. 1. de foro competen. verb. Aut earum parte. Cagnol. aliis relatis, in lege vltima. num. 13. ff. de iurisdictione omn. iud. de quo vide Merollam, tom. 2. disputatione 4. capite 3. numero 489 Et hoc patet euidenter; nam si Moliales illæ exean

ab illo loco, & in alio Monasterio, vel loco inhabitent, locus ab ipsis habitatus efficitur exemptus & locus derelictus, & quæ in ipso habitant remanent subiectæ iurisdictioni Episcopi, intra cuius iurisdictionem inuenitur. Insuper Episcopus existens, seu habitans in his Monasteriis exemptis, vere dicitur residere in sua Diocesi, & idè alternatim gaudet Gomez in regul. 8. Cancellaria, glossa 43. questione 7. numero 108. & sequentibus, Gratianus tom. 5. discept. Forens. capite 918. numero 14. Adde quod si Episcopus non posset punire inibi delinquentes, neque Superiores Monialium subiectarum Regularibus, e. g. ergo delicta ibi patrata remanent simpliciter impunita; quod non est dicendum. Non potest tamen Episcopus Moniales exemptas colloquentes cum suis Subditis punire, vt testatur Sell. in Select. Canon. cap. 30. num. 18. quod sit dictum sub die 8. Augusti 1621. Vide Barbosam in Collect. in Conc. Trident. sess. 25. cap. 5. num. 121. Hæc omnia Ianuarius, ubi supra, qui citat Suarez, Coninch, Salas, Palaum, & Filliucium, quibus ego addo Nouarium in Pragmat. 3. de Monialibus, Collect. 4. num. 3. Campanilem, in Diuer. Iur. Can. Rubr. 12. cap. 16. num. 45. Barbosam, de potest. Episc. part. 3. Alleg. 102. n. 45. Gratianum, tom. 2. Discept. Forens. cap. 303. num. 21. & nouissime Squillante de oblig. & priu. Episc. part. 1. cap. 13. num. 46. ubi sic ait: Nulla tamen adest censura, & pœna imposta à iure communi contra loquentes cum Monialibus, sed tantum per Edictum Episcopi solent imponere pœnam excommunicationis; in quam excommunicationem incidunt quoque colloquentes cum Monialibus exemptis, quando expresse vetitus fuerit accessus ad Monasteria exempta, si absque licentia colloqueretur cum illis: nam licet Episcopus iurisdictionem non habeat in Monasteria Monialium exempta, nisi habito respectu ad clausuram puniendi violantes ex sacro Concilio Tridentino, sess. 25. cap. 5. nihilominus potest excommunicare Subditos, si absque licentia cum his Monialibus loquuntur, quia in eos habet iurisdictionem, & potest hoc facere ad tollendam suis subditis occasionem peccandi. Ita ille.

Sed vt dixi, negatiuam sententiam probabilem esse puto, & vt talem etiam admittunt aduersarij. Et ideo Ianuarius, ubi supra, resol. 47. n. 4. Sic ait: Suppono, rationem, qua probatur Episcopum, vt Delegatum Apostolicum, posse communicare suos subditos in monasterio exempto colloquentes, non habere omnimodam euidentiam; ita quod omnino improbabilis remaneat opinio opposita. Fundatur enim in delegatione Apostolica communicata Ordinariis in ordine ad clausuram; & accessus ad loquendum cum Monialibus ad clausuram spectat, secundum Barbosam, &c. At quod accessus ad colloquendum spectat ad clausuram, adhuc euidentis non est, sed est sub opinione probabilis, quæ opinio secum admittit oppositam etiam probabilem; ergo ratio non est omnino euidentis; Nec ratio dicens, quod sit prohibitus accessus est simpliciter vera. Ita Ianuarius. Et absolute me citato putat Pater Vidal supra, n. 103. quoad omnes leges Episcopales, Regularium Monasteria esse loca exempta, non solum ratione personarum inhabitantium, vt sentit Suarez de cens. disput. 5. sect. 4. num. 6. verum etiam ratione loci per se, vt affirmant Bonacina, & Paulus Squill. quos probat Diana, part. 3. tract. 5. resol. 74. §. Dico in fin. Ideo cum in loco exempto, qui pro extraneo habetur, quis possit licite non seruare leges Episcopales; sequitur hoc idem affirmandum esse in Monasteriis regularium ab Episcoporum iurisdictione exemptis.

Vnde

Vnde ait Fagundez cum aliis, quos refert Diana, part. 1. tract. 10. resol. 14. §. Ex his omnibus. posse aliquem in loco exempto posito intra eandem Diocesim ipsius Episcopi laborare in diebus Festiuis de præcepto eiusdem Episcopi, & eius ieiunia non seruare; hoc idem quoque est dicendum de aliis Episcopibus legibus, Hæc Vidal.

An prohibitio contra colloquentes cum Monialibus officiat, etiamsi ipsa Monialis non respondeat.

RESOLVTIO XLIX.

Negatiuam sententiam docet Pater Vidal in Arca Theol. Mor. tit. de Monialibus. Inquis. 4. num. 25. vbi sic: Apertè colligitur ex verbis Decreti Sacræ Congregationis, vbi prohibetur Regularibus accessus ad Moniales ad colloquendum cum illis; colloqui est simul loqui, nempe fit locutio ex parte vtriusque, allocutio autem fit ex parte tantum vnus. Ita Grassias in quinque casibus. lib. 2. cap. 5. num. 1. Nota Lector distinctionem, & tuta conscientia sequere nostram opinionem. Ita ille. Et hanc opinionem loquendo de casu reseruato Ecclesiæ Neapolitanæ firmat Ioseph de Ianuario de Casibus reseruat. resoluit. 39. per totam; quia prohibitio stante verbo Colloquentes, requirit reciprocam locutionem: at qui loquitur tantum, non colloquitur: ergo, &c. Confirmatur; quia ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta à lege, leg. Item apud Labeonem §. At Prator. ff. de Iniuriis. Sed alloqui, & colloqui faciunt sensum notabiliter diuersum, & non sunt specialiter notata: ergo signum est, quod alloquutio est neglecta à nostro statuto, & consequenter qui alloquitur non facit contra intentionem statuentis. Confirmatur Secundò: nam Statutum editum principaliter in fauorem, si pœnam continet habet naturam odiosam, & vt odiosum est restringendum, vt optimè Sanchez, lib. de Matrim. disp. 1. num. 5. in fin. qui citat Gloss. in leg. 2. Cod. de in ius vocando, verb. Liberis, vbi Bartolus, num. 1. Baldus, num. 4. Alexander, num. 5. Sed hæc constitutio etsi fauorabilis, pœnam excommunicationis continet: ergo eius verba sunt restringenda, & accipienda secundum suum proprium significatum: sed colloqui propriè non est alloqui: ergo colloquium non debet extendi ad alloquium, & consequenter qui alloquitur in pœnalibus non colloquitur. Confirmatur Tertio: nam potuit Episcopis reseruans vti verbo alloquendi, si intendebat comprehendere omnes quomodocumque alloquentes.

Sed his non obstantibus, Merolla, tom. 1. disp. 1. cap. 2. num. 589. affirmatiuam sententiam mordicus tenet, Primò, quia consuetudo, quæ potest legem facere, multò magis potest legem interpretari, & idèd dicitur optima legum interpres, leg. Si de interpretatione 37. ff. de legib. & oap. Cum dilectus, de consuet. At verò, quamuis verba dicti Statuti Synodalis propriè significant duorum simul locutionem, tamen consuetudo semper illud intellexit, etiam de simplici allocutione: vnde communiter omnes, non solum rudes, & illiterati, verum etiam periti ita loquuntur, quod scilicet alloquens Moniales sine licentia Ordinarij est excommunicatus. Sed communis vsus loquendi præfertur proprio significato vocabuli, etiam in materia pœnali, & odiosa, vt est materia Statutorum. Textus est notabilis, in leg. Labeo. 29 ibi Bartolus notat, ff. de Supel. leg. & docent idem

Bartolus, in leg. Omnes populi, quest. 6. principali, vers. Iuxta præmissa quaro, ff. de Iust. & Iur. Deinde, licet verba legis pœnalis regulariter non sunt extendenda vltra proprium significatum; tamen hoc limitatur nisi lex redderetur inutilis, & finis; seu mens Legislatoris frustraretur; tunc enim impropriari debent verba legis, & extendi vltra proprium significatum; vt docent communiter Doctores. Argum. cap. Si ciuitas de sentent. excommun. in 6. Et de verbis Testamenti, quod impropriari debeant, vt voluntas Testatoris locum habent, asserunt. Socinus, sen. cons. 2. n. 8. vol. 4. Decius, consil. 399. num. 7. vol. 12. Surdus alio: referens, consil. 116. num. 69. vol. 1. At in nostro casu, si nomen collocationis non extenderetur ad quamlibet allocutionem, statutum prædictum redderetur inutile, & mens, seu finis Prælati statuentis frustraretur, vt clare patet: nam & Statutum contemneretur, & Prælatus non allequeretur finem intentum, qui est tollere occasionem peccati, & remouere impedimenta, quæ Moniales ab acquirenda perfectione retardare possunt. Nota tamen, quod Ianuarius vbi supra conatur respondere ad hæc argumenta.

Sed ego non recedo ab opinione Merollæ: nam res morales, moraliter, & non metaphysicè tractandæ sunt, & idèd ista duo verba Colloqui, & Alloqui, in præsentem materiam tanquam synonyma sumenda sunt, & tanquam idem significantia; & idèd in primo Decreto Sacræ Congregationis contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium, anno 1590. & in secundo anno 1623. Eminentissimi Cardinales id quod primum statuerunt, & prohibuerunt cum verbo Colloqui, postea statim statuunt, & prohibent cum verbo Alloqui; vt Legentibus patet apertè in dictis Decretis appositis per extensum à Lezana in Summa tom. 4. verb. Moniales, num. 18. & 19. Adde; quod lex non est posita verbis, sed rebus, vt patet ex leg. 2. in fine. Cod. Communia de legat. leg. fin. Cod. de Iuris, cap. Secundò requiris, de Appellat. Surdus Aliment. tit. 9. quest. 21. num. 20. Abbas, consil. 93. in questione, col. 2. circa med. vers. At idem facit, lib. 2. Romanus, consil. 428. in terminis num. 12. Stephanus Gratianus, discept. Forens. cap. 156. num. 17. Ferrerius in Constit. Cathalonia, gloss. 5. num. 160. Sigismundus Scacc. de Appellat. quest. 17. limit. 10. num. 14. Et idèd legis mens magis est attendenda, quam verba, leg. Scire leges, ff. de legib. leg. Non aliter, ff. de legat. 3. leg. Nominis, & rei. §. Verbum ex legibus, ff. de verb. signific. Surdus, decis. 35. num. 14. Marcus Antonius Genuensis, in Practicab. Ecclesiast. quest. 144. num. 3. Ferrerius in Constitut. Cathalonia, gloss. 4. num. 66. cum cumulatis à Tiraquello in leg. Si unicam, verb. Libertatis, num. 47. de reuocanda donatione, Escobar à Corro de vtroque Foro, art. 6. num. 106. Donello de Commentariis lib. 1. c. 13. & ibi Osualdus lit. B. cum aliis. Existimo tamen vt alibi docui contra Grassium, non contrauenire Decreto Sacræ Congregationis, neque edicto Episcopi aliquam, si audiret Monialem sibi loquentem, & ipse illi non respondeat, quia prohibitio est lata contra loquentes, non contra audientes, & audire non est loqui etiam ex larga significatione vocabuli: ergo. Et ita nostram sententiam me citato tenet Pellizzarius vbi supra, & me citato Zambellus in Reper. Cas. Conscien. verb. Maniales, num. 24. & me citato Lezana in Q. Q. Regul. tom. 4. verb. Moniales, num. 20. cum Vidal vbi supra, Inquis. 2. num. 92. & Merola, num. 591.

Sed hic obiter ad ornatum materiz, notanda sunt aliqua. Et Primò contra Lezanam, vbi supra, non contrauenire Decreto Sacræ Congregationis; aut Edicto Episcopi aliquem, si loquatur cum Moniali per

per Interpretem. Ita me citato tenet Pellizzarius, num. 215. & me citato Zambellus, num. 24. & me citato Ianuarius, num. 15. & me citato, Tamburinus, ubi infra num. 4. & Vidal num. 93. qui num. 94. etiam putat non peccare contra prohibitionem loquentem cum Moniali in lingua ab ipsa non intellecta, etiam si quidam alius explicet Moniali sensum verborum; quoniam in hoc casu ille talis loquitur propriè cum Interprete, non cum Moniali: ergo. Confirmatur ex Sanchez lib. 2. mor. cap. 10. num. 51. ubi docet, legentem Librum prohibitam, conscriptum tamen lingua sibi omninò ignota non affici pœnis latis contra legentes libros prohibitos: nam cum tantum materialiter legat: nō datur periculū subuersionis; & idèd pro illo casu particulari cessat finis legis prohibentis: ergo hoc idem à pari in casu nostro Idem docet Merolla, num. 608. Pellizzarius, num. 216. Et idem dicendum videtur de eo, qui de domo posita prope Monasterium loquitur cum Monialibus, quod me citato concedit Tamburinus de Iure Abbatissarum, disp. 25. quest. 8. num. 1. & me citato Lezana, ubi supra, & me citato Pellizzarius, num. 214. & me citato Ianuarius, num. 25. & alij penes ipsum; quibus adde Vidal num. 87. & Pacem Iordanum in var. Elucubrat. tom. 1. lib. 7. tit. 12. num. 37.

Nota Secundò contra Merollam: loquentes cum Abbatissa, non contrauenire Decreto; & ita docet me citato Lezana, num. 22. & me citato Tamburinus, num. 5. & me citato Ioseph de Ianuario resol. 44. per totam, qui respondet latè & doctè ad omnia argumenta contraria quam adduxerat Merolla. Et hanc sententiam me citato tenet etiam Zambellus, ubi supra, & me citato Pellizzarius num. 208. & Vidal, num. 89. Vnde non est audiendus nouissimè Squillante de Prinsleg. Episcop. part. 1. cap. 13. num. 58. qui me citato auctoritate Patris Megala contrarium videtur docere.

Nota Tertid, prohibitionem contra colloquente cum Monialibus non afficere scribentes ad illas. Ita me citato tenet Squillante, ubi supra, num. 48. & Ianuarius, resol. 46. qui citat Sanchez, Tamburinum, Merollam, Grassium, & Bonacinam, quibus adde Barbosam de Potest. Episcop. part. 2. alleg. 102. num. 78. cum seqq. licet contrarium asserat Campanili in Rubr. 12. cap. 16. num. 46. cum seqq. Pax Iordanus in Var. Elucubrat. tom. 3. lib. 7. tit. 12. num. 60. & alij.

Nota Quartò, quod Episcopi loquentes cum Monialibus non includuntur in Edi&to Ordinarij illius loci, vel ex consuetudine, seu præsumpta licentia ipsius Ordinarij, vel quia dum Edi&tum non ligat præferentem, neque debet ligare æqualem, ex cap. Cum inferior. de maior. & obedientia, & ex leg. penult. ff. de Arbitr. & ita me citato tenet Pellizzarius, n. 210. Ianuarius num. 15. & alij penes ipsum. Non tamen assentior Patri Vidal, qui ubi supra docet, non solum Episcopos, sed etiam Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, posse ad Monasteria Monialium accedere, & cum ipsis colloqui: hoc enim est prorsus negandum, ut patet praxi quotidiana.

Nota Quintò; Peregrinos, & Aduenas habentes animum permanendi in aliena Ciuitate pro minori anni tempore accedendo ad Moniales absque legitima licentia, etiam sine necessitate, neque mortifere peccare, neque incutere pœnas specialiter latis in illo loco. Probat; Peregrini non obligantur seruare leges, & Statuta locorum, in quibus permanere non intendunt per longum temporis interuallum; quia cum non sint pars illius Communitatis, quæ est subdita illi Legislatore, neque subiiciuntur eius Iurisdictioni, neque forum acquirunt; ut constat ex

leg. Hares absens, §. Proinde, ff. de Indiciis, & ita me citato docet Pellizzarius, num. 211. Ianuarius, resol. 34. num. 24. Et ita hanc sententiam tenet etiam Vidal num. 88. qui etiam num. 93. extendit ad declarantem Moniali aliquem casum conscientie; nam talis locutio habet potius speciem sermonis, & exhortationis, quàm propriæ locutionis. Idem docet Ianuarius ubi supra, num. 17. Et tandem me citato docet Pellizzarius, n. 221. quod non possent dici transgressores prohibitionis Episcopi, Pueri, & Puellæ, si ante 14. annum sine licentia accedant ad Moniales cum ipsis colloquantur, tum quia respectu illorum non concurrunt causæ, ex quibus solet induci dicta prohibitio; sicque procedit doctrina, quod cessante siue legis, cessat lex; tum quia Ecclesia non solet cogere quemquam suis Censuris ante annos pubertatis, compatiens fragilitati illius ætatis; constat autem quod talis prohibitio solet fieri sub aliqua Censura. Et ita hanc sententiam tenet etiam Tamburinus, num. 8. Vnde si Puer dubitat an ætas sit completa post factam diligentiam, potest tuta conscientia loqui, quia possessio non stat pro Statuto, sed pro ætate. Et ita tenet Ianuarius, num. 15. Merolla, num. 610. Pellizzarius, num. 221. Et plura ex his à me alibi notata, iterum adnotare volui, ut illa magis auctoritate Doctorum firmarem: cautè tamen, & mature procedant Regulares; nam in foro exteriori ab Episcopis supradicta difficulter admittenda esse puto; idèd videant quid faciant.

An Episcopus stante Decreto Urbani VIII. possit negare licentiam Regularibus colloquendi per quatuor vices in anno cum Monialibus in primo, & secundo gradu sibi coniunctis.

RESOLVTIO L.

Respondet affirmatiuè doctus, & amicissimus Pater Bordonus in Miscellaneis, Casuum Conscientie, decis. 222. nam in dicto Decreto habentur hæc verba: Quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possunt, non dicit debeant sed possunt, quod verbum affirmatiuè sumptum, ut hic importat actum voluntarium, non necessitatis. Bartolus in leg. Galus, ff. de liber. & posth. num. 4. Ruinus, vol. 1. consil. 69. num. 12. Barbosa, disp. 268. n. 1. Similem sensum facit alia clausula: Quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire; importat siquidem arbitrium boni viri secundum se&am conscientiam regulatum, ita quod si concedat licentiam; pater eum posse in tali casu concedere sine periculo alicuius peccati, aliter expeditio non esset in Domino. Sed quid dicendum quando Religiosus necessitatem habet alloquendo Monialem, puta quia contractum habet celebrare, vel quid simile, & non inuifere præcisè, consanguineam ex vrbanitate? Teneatur Vicarius concedere licentiam, quia casus urget, & charitas persuadet id agendum esse ab Ordinario. Confirmatur, quia extraneo in simili casu prouidere debet, quia à iure communi collocutio necessaria non prohibetur, ut colligitur cap. Monasteria. 8. de vita, & honestat. sed tantum vitiosa, & periculosa, ibi: Sine manifesta, & rationabili causa frequentare præsumpserit. Igitur virtute supradictæ Ordinationis Ordinarius concedere potest licentiam consanguineis primi, & secundi gradus alloquendi, & hoc procedit ex causa vrbanitatis, & parentelæ; nam aliàs habens necessitatem, seu causam legitimam accedendi

„ accedendi ad Monasteria Monialium, præscindendo
 „ à supradicta ordinatione, potest licentiari ab Ordina-
 „ natio toties, quoties opus fuerit, licet non sit Con-
 „ sanguineus; quia id illi nullo iure prohibetur, ne-
 „ que per dictam ordinationem emanatam fauore col-
 „ locutionum ex vrbantate, & pietate Consanguineorum, Hæc omnia Bordonus *ubi supra*,

Sed si aliquis hic incidenter quærat; An Religiosus, si loquitur v. g. cum Sorore Moniali alio die præscripto in literis licentiæ, an, inquam, peccet mortaliter. Et negatiuè ego olim respondi, nulla nix auctoritate Doctoris: sed nunc inuenio hanc sententiam docere Bordonum *ubi supra in Miscellaneis, decis. 249.* Quia mutatio diei, seu horæ videtur quid parui momenti, neque verisimile est, pro hac modica transgressione affici peccato mortali, quod priuat gratia Dei. Deinde alloquens sine licentiâ peccat mortaliter, vt referunt decisum: ergo alloquens cum licentiâ non seruato modo in ea præscripto excusandus est à peccato mortali: nam aliquid habet operari ea licentiâ pro foro conscientiæ, cum licentiâ etiam illicita sit licentiâ; Glossa. 1. cap. Si qua. 29. 27. quest. 1. quod maximè verum est, quando illicitas prouenit ex abusu, non enim abusus destruit licentiâ ante subsistentem: Nec obstat, quod pro nulla habeatur non seruata forma in Decreto præscripta, sub qua forma continetur dies, & hora expressa in ipsa licentiâ; quia cum hoc Decretum fundetur in præsumptione, non obligat in foro animæ, quando adest veritas in contrarium, & id quando Religiosus bono fine alloquitur Monialem Sororem, sed intelligitur, quod licentiâ sit nulla pro foro externo. Quod lex fundata in præsumptione, vt est hoc Decretum, non liget in foro conscientiæ, sed tantum pro foro externo, docent quam plures classici Doctores, quos citat pro se Diana, *resol. 27. de Legib. Quare intellectus Decreti facit pro foro externo, quod nulla reputatur licentiâ quando non seruatur in ea præscriptum.* Et hæc omnia, vt dixi, docet Bordonus, *loco citato.*

Notandum est etiam hic obiter, quod Nouitio Equiti S. Ioannis, vel alterius Religionis posset Episcopus, concedere licentiâ, vt possit loqui cum Monialibus; vltra casus prædictos, ad instar Sæcularis, quia licet Nouitius in fauorabilibus reputetur pro Religioso, non tamen in odiosis. Ita Portel *in Dubiis Regularib. verb. Nouitij absolutio, num. 35.* Et ita hanc sententiam in terminis docet nouissimè Squillante *de Obligat. & Priuil. Episc. part. 1. cap. 13. num. 51.*

An Colloquentes cum Conuersis Monialibus incidant in Censuras latis ab Episcopis; vel si sint Regulares, in pœnas Decreti Sixti V. & Sacra Congregationis.

RESOLVTIO LI.

„ Negatiuam sententiam docet nouissimè Marcus
 „ Vidal *in Arca Theolog. Mor. de Monialibus, In-*
 „ *quis. 2. num. 91.* vbi sic ait: Addo Secundò, non in-
 „ currere pœnas, neque moraliter peccare loquentem
 „ cum Monialibus Conuersis: nam, vt asserit Tuschus
 „ *lit. M. verb. Moniales, concl. 333.* Conuersæ non sunt
 „ veræ Moniales; quamuis Professionem emittant;
 „ differunt etiam in multis, nempè nomine, exercitio,
 „ & in multis locis non seruunt rigorosè Clausuram;
 „ non habent vocem, non tenentur ad diuinâs preces;
 „ & multas differentias congerit Federicus de Senis

conf. 213. Afflict. Franc. Abb. hæc ille: ergo. Ita Vidal.

Sed ego affirmatiuè sententiæ adhæreo, quam etiam nouissimè tenet doctus, & amicissimus Ioseph de Ianuario *de Casib. reser. resol. 34. num. 48.* sic asserens: Nota duodecimò, quod nomine Monialium, veniunt etiam Conuersæ inseruientes Monialibus, *can. Vt lex. 27. quest. 1. cap. Non dubium de sentent. Excommunicat. tenentur enim istæ obseruare Clausuram sicut & cæteræ Moniales Choristæ, &c. vt rectè obseruat Grassius lib. 2. de Casib. cap. 5. num. 40.* Sicut nomine Monialium veniunt etiam Monasteria Sororum, vt ex consuetudine optimâ legum interprete habetur.

Sed si aliquis hic obiter quærat, an loquentes cum Monialibus signis, ac nutibus peccent, & incurrant pœnas. Respondeo affirmatiuè. Et ita docet Baucius *de Casib. reser. Eccles. Neapol. cas. 4. pete. 2. fol. 20.* & me citato etiam Ianuarius, *ubi supra, num. 49.* vbi sic asserit: Nota quod qui loquitur cum Monialibus, per nutus, & signa, incidit in casum nostrum: Nam verè explicat suos internos affectus, ad quos explicandos est instituta loquela. Quod verò hæc explicatio fiat per verba vel alia signa hoc idem significantia parum refert. Sicut si Monialis haberet linguam Turcicam, & loquens polleret eadem lingua, si loquela Turcica colloqueretur, verè incideret in casum nostrum. Sic quando loquuntur per signa, quibus ipsi soli se intelligunt, verè loquuntur, cum verè explicent affectus internos, Secus verò dicendum est, si quis loquatur per intermediam personam; nam tunc etsi verè explicaret suos internos affectus, explicaret alteri, & ex hoc Moniali, quod non est prohibitum; sicut si per scriptum quis suos affectus internos explicaret, non incideret in casum nostrum. Ita ille. Vnde contra Patrem Pellizzarium *de Monialibus, cap. 5. sect. 5. num. 215.* apparet, me consequenter loquutum fuisse in loco ab ipso adducto.

An Regulares colloquendo cum Monialibus absque licentiâ peccent mortaliter.

RESOLVTIO LII.

Negatiuè respondet Pater Vidal *in Arca Theol.*

„ *Mor. tit. de Monialibus, Inquisit. 2. num. 49.* vbi
 „ sic ait: Regulares exempti alloquentes Moniales
 „ indifferenter sine expressa licentiâ, etiam per lon-
 „ gum temporis interuallum, mortiferè non peccant,
 „ dummodò absint praua intentio, & probabile peri-
 „ culum peccati. Ita ille, qui citat Bordonum. Probat
 „ hanc sententiam præcipuè ex tribus rationibus: Pri-
 „ mò, quia Decretum Sixti V. non est vsu receptum;
 „ Secundò, quia huius Decreti prohibitiò fundatur
 „ solum in præsumptione scandali, his verbis *Ad oc-*
 „ *currendum scandalis, qua contingere solent.* At locutio
 „ cum Moniali etiam de re indifferenti, vel ob hone-
 „ stam animi recreationem non est secundum se scan-
 „ dalosa, vt patet: ergo in isto casu, & similibus præ-
 „ dictum Decretum saltem in foro poli locum non
 „ habet ex vulgata regula, *lex fundata in præsumptione*
 „ *non habet locum in foro conscientia quando veritas est*
 „ *in contrarium, cap. Tua nos 26. cap. Si quis fidem 30.*
 „ *de spons.* & quotiescumque lex fundatur in præsum-
 „ ptione non obligat in illis casibus, in quibus præ-
 „ sumptio deficit. Ita Doctores: ergo. Tertiò, quia ces-
 „ sante sine legis in aliquò casu particulari, cessat etiam
 „ de facto legis obligatio pro illo casu; Tum quia ra-
 „ tio legis plus debet attendi, quam ipsa lex *cap. Cum*
 „ *cessante*

» cessante de appellat. Tùm quia verba legis quantum-
 » uis generalia restringuntur iuxta limites suæ ratio-
 » nis, quæ dicitur legis anima, *cap. Ratio nulla de*
 » *præbend.* & in lege magis attendenda sunt ea, quæ
 » comprehenduntur ex mente, quàm quæ comprehen-
 » duntur ex verbis; vnde à verbis recedemus, quando
 » apparet de mente disponentis *l. Non aliter. ff. de leg.*
 » *3.* hoc principaliter verificatur in odiosis, & quando
 » verba sunt pœnalis legis; Tùm quia sicut se habet
 » lex in vniuersali ad rationem acceptam in generali,
 » ita lex in particulari ad rationem acceptam in casu
 » speciali; vnde ex legis auctoritate tenet argumen-
 » tum de toto ad partem: ergo sicut quando ratio le-
 » gis cessat in totum, cessat etiam ipsa lex; ita simili-
 » ter quando cessat in partem, cessabit etiam in par-
 » tem ipsa lex: Tùm etiam, quia sic asserunt, & sentiunt
 » Doctores plures, quos refert, & sequitur Diana *part.*
 » *2. tract. 10. resol. 28.* & nouissimè Summa Diana, *verb.*
 » *lex qualis obligat, num. 18.* vbi citat Mendozam: cùm
 » ergo in præfati nostro casu ratione honestæ locu-
 » tionis cum Moniali cesset finis Decreti Pontificij
 » (supposito quod sit in viridi, & in vsu) cessabit
 » etiam ipsa prohibitio, & per consequens in hoc ca-
 » su accessus ad Moniales nullo modo esset iudican-
 » dus malus, & peccaminosus mortiferè.

Verùm his non obstantibus, puto Regulares collo-
 quentes cum Monialibus absque licentia, præter
 incursionem pœnarum, incidere in peccatum mor-
 tale. Et ita docet nouissimè Pax Iordanus, *in verb.*
Elucubr. tom. 1. lib. 7. tit. 12. num. 27. qui citat Bar-
 chium Polacum, & idem me citato tenet Pellizza-
 rius *de Monialibus, cap. 5. sect. 5. num. 200.* & me cita-
 to Tambutinus, *de Iure Abbatissarum, disp. 25. quest.*
5. num. 1. Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 44. num.*
156. Campanilis *in Diuer. Iura. van. Rubr. 12. cap. 16.*
num. 43. Sayrus *in Clauis Regia, lib. 3. cap. 7. num. 34.*
 Io. Antonius Nauarius *in Summa B. illarum, tom. 1.*
tit. Clausura, & accessus Regularium, num. 3. Squillan-
 re *de Prinil. Episcoporum, part. 1. cap. 13. num. 56.* Peyri-
 nus *in Prinileg. Minim. tom. 2. Const. 6. Pij V. num. 3.*
 Io. Maria Nouarius *in Pragmat. 3. de Monialibus,*
collekt. 4. num. 6. Coriolanus *de Cas. reseru. part. 2. cas. 3.*
num. 29. Merolla, *tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficul. 7. n. 60.*
 Lezana *in Summa Q. Q. Regul. tom. 4. verb. Monia-*
les, num. 20. qui citat Naldum, & Bonacinam.

Et quidem in re tam graui prohibita antiquitus à
 Sacris Canonibus, deinde à Sixto V. cum pœna pri-
 uationis vocis actiue, & passiuæ, & propter quam
 exempti Regulares subiiciuntur Episcopis, omninò
 dicendum videtur negatiuam sententiam non esse
 sustinendam; & idèò Regulares cum Monialibus
 loquentes, peccare mortaliter, vt declarauit Sacra
 Congregatio. Et quidem licet accessus ad Mona-
 steria Monialium, & locutio cum ipsis, sunt res in-
 differentes, tamen in casu nostro obligant sub pec-
 cato mortali: nam materia indifferens ratione cir-
 cumstantiæ euadit grauis. Sic silentium præceptum
 à Superiore tali tempore, si ad bonum Communi-
 tatis, vel ad non scandalizandum Proximum tendit,
 obligat sub mortali, vt bene Valentia, *tom. 2. disp. 7.*
quest. 5. punct. 6. Sic etiam accessus ad Hortum Con-
 uentus, aut ad talem domus alicuius Sæcularis, aut
 transitus per talem Vicum, vel Plateam, aut ne cum
 tali, vel tali persona loquatur; hæc enim etiam sint in
 se parui momenti, tamen si comparentur ad honesta-
 tem, bonum nomen Religioforum, aut ratione
 periculi scandali, vel alterius circumstantiæ, effi-
 ciuntur res magni momenti, & idèò obligant sub
 mortali, vt bene Salas *de Legibus, disp. 10. sect. 6. n. 32.*
 Baldellus, *tom. 1. lib. 5. disp. 20. num. 10.* Clauis

Regia, *lib. 3. cap. 1. num. 14.* Pontius, *lib. 5. numero 11.*
 Secus verò dicendum est, quando materia est leuis,
 etiam inspectis circumstantiis, vt bene Baldellus. *lo-*
co citato, num. 8. Sic in casu nostro; quia locutio cum
 Monialibus tendit ad destructionem Communita-
 tis, & decentiæ Clausuræ, rectè hoc sub peccato
 mortali prohibitum fuit.

Nec obstant argumenta in contrarium adducta;
 nam negandum est Decretum Sixti V. non fuisse re-
 ceptum nec argumentum de præsumptione, & de
 cessatione finis legis pro nostro casu valet; nam vt
 indiuidualiter, & optimè obseruat Pater Ioseph
 Ianuarius *de Casibus reseru. resol. 44. num. 14.* Lex,
 seu præceptum multoties non fundatur in præsum-
 ptione facti, vel delicti, sed fundatur in periculo fa-
 cti, vel delicti. Quando enim lex, seu præceptum
 fundatur in præsumptione facti, vel delicti, si factum
 vel delictum cessat, cessat etiam obligatio legis; vt
 fuisti institutus hæres alicuius, non fecisti Inuenta-
 rium, præsumitur quod bona hæreditatis abscon-
 disti, & propterea es condemnatus vltra vires, si re
 vera bona non abscondisti, non teneris in conscien-
 tia, vt bene Suarez, *lib. 3. de leg. cap. 23. num. 9.* Bo-
 nacina, *disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 3. num. 8.* Sayrus, *lib.*
3. cap. 7. num. 8. Syluester *verb. lex, quest. 9.* & sic de
 aliis. At quando lex, seu præceptum fundatur in
 periculo facti, vel delicti, etsi delictum, seu factum
 cesset in aliquo casu speciali, quia non cessat gene-
 raliter, & absolutè, id est non cessat ab entitate præ-
 cepta in se, idèò non cessat lex, neque præceptum.
 Idèò contractus Minoris, vel pupilli sine auctori-
 tate tutoris, & aliis conditionibus requisitis non va-
 lex, etsi cesset omnis fraus; sic obligatio dotis, re-
 nunciatio illius, donatio vxoris facta marito, renun-
 ciatio legitime; confectio testamenti, electio, &
 alia similia, si fiant sine solemnitatibus, etiam si si-
 ne fraude, non valent, & sic viget lex, quia non fun-
 datur in facto, seu delicto præsumptio, sed in pericu-
 lo facti, seu delicti; id est quod factum, seu delictum
 in ea re esse potuit, etsi actu non sit. Ita Pontius, Sua-
 rez, Salas, Bonacina *locis citatis.* Hæc omnia Ferdi-
 nandus à Castro Palao, *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14.*
num. 13. Sic in casu nostro hoc præceptum, &
 hæc excommunicatio non fundatur in præsum-
 ptione destructionis Communitatis, & decentiæ
 Clausuræ, sed in periculo tantum illius, quod peri-
 culum semper esse potest, quando quis loquitur sine
 licentia, etsi actu non sit, & periculum tantum suffi-
 cit ad hoc vt lex, seu præceptum subsistat. Hæc om-
 nia Ianuarius. Itaque ad argumenta Patris Vidal di-
 cendum est, quod lex, seu præceptum aliquando
 fundatur in præsumptione facti vel delicti; ali-
 quando in periculo facti, vel delicti. Quando funda-
 tur in præsumptione, si præsumptio cessat, cessat
 etiam obligatio legis, quando verò fundatur in pe-
 riculo facti, vel delicti, etiam si dictum cessat, non
 cessat obligatio legis. Ad aliud argumentum quod
 adducit me citato Vidal, *num. 55.* nempe, quod in
 dubio censetur legem obligare tantum sub veniali.
 Respondeo, quod in nostro casu non sumus in du-
 bio an lex obliget; nam vt putet, communiter Do-
 ctiores asserunt obligare sub mortali, & Sacra
 Congregatio id declarauit. Ergo. Et quidem, vt optimè
 obseruat Lezana *vbi supra,* cùm pœnæ positæ in
 prædictis decretis sint graues, vt potè quia non so-
 lum priuant Officiis, sed etiam cùm sint priuatiuæ
 vocis actiue, & passiuæ reddant transgressores ille-
 gibiles, & impostulabiles actiue, & passiuè, & idèò
 ad illas incurrendas requiri videtur peccatum mor-
 tale.

In.

In vno tamen casu sententiam Patris Vidal ad-
mitto, nempe, quando Regulares loquerentur au-
scultatricibus, vel aliis Monialibus ex officio inter-
essentibus ad colloquium faciendum de licentia Su-
perioris cum vna Moniali determinata. Et ita docet
Pellizzarius *vbi supra*, num. 219. Ianuarius, *vbi supra*,
num. 15. & alij penes ipsum.

*An Regulares accedentes, & colloquentes cum
Monialibus exemptis incidant in cen-
suram latam ab Episcopo.*

RESOLVTIO LIII.

Negatiue responder Merolla, *rom. 1. disp. 1. cap. 2.*
num. 616. vbi sic ait: Id autem quod diximus,
excommunicationem scilicet latam ab Episcopo
contra loquentes cum Monialibus, non comprehen-
dere Religiosos exemptos, limitat Graffius *lib. 4. de*
cis. par. 1. cap. 6. num. 3. nisi Episcopus ferret hanc Ex-
communicationem auctoritate Apostolica; tunc
enim vult, etiam Religiosos exemptos, comprehen-
dere. Ad quod probandum allegat Concilium Tri-
dentinum, *sess. 25. cap. 5. de Regul. incip. Bonifacij Octa-
ui.* Cæterum non videtur, quomodo hic Auctor, ex eo
loco Concilij colligat, auctoritatem Apostolicam
in re de qua loquimur, tribui ibi Episcopis saltem
respectu Monasteriorum Monialium non exempta-
rum ab eorum iurisdictione. Nam Tridentinum in
loco allegato, tantum renouat Constitutionem Bo-
nifacij VIII. quæ habetur in cap. *Periculoso*, §. *ult. de*
stat. Regul. lib. 6. præcipiens Episcopis vt in omnibus
Monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis verò Se-
dis Apostolicæ auctoritate, Clausuram Monialium,
vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata
est, conseruari procurent; innobedientes per Cen-
suras Ecclesiasticas, aliasque pœnas compecentes.
Vnde si Episcopus non habet specialem auctorita-
tem à Sede Apostolica contra Religiosos, non pote-
rit eos excommunicare, vel statutis suis obligare, vt
cum Monialibus, saltem sibi subiectis, non loquantur;
nam Concilium Tridentinum non facit eum delega-
tum Apostolicum, nisi quoad Monasteria Monialium
exempta ab eius iurisdictione. Et hæc omnia docet
Merolla respectu Monasteriorum Monialium exem-
ptarum; licet contrarium asserat Duardus in *Bull. Cæ-
ne l. 1. c. 1. q. 3. num. 119.* existimat enim Episcopos au-
thoritate Apostolica sibi concessa à Tridentino posse
excommunicare, seu prohibere sub pœna excom-
municationis latæ sententiæ etiam Religiosos, ne cū
Monialibus exemptis loquantur; sed hanc senten-
tiam non esse veram putat Merolla; quia Tridenti-
num solum dat limitatam potestatem Episcopis super
Monasteria Monialium exempta; vt scilicet possint
in eis Clausuram indicere, & conseruare illam, ac in-
obedientes punire. Ex quo tantum sequitur, posse ex-
communicare violantes hanc Clausuram. At verò,
quod auctoritate Apostolica excommunicare possint
etiam Religiosos exemptos loquentes cum his Mo-
nialibus, ibi eis non conceditur. Accedit, quod con-
trarium videtur apertè colligi, ex c. *periculoso*, §. *ult.*
de stat. Reg. in 6. quod Tridentinum fatetur, se velle in-
nouare. Vbi dicit Pontifex; se non intendere per id,
dare aliam iurisdictionem, vel potestatem supra Mo-
nasteria exempta.

Sed his non obstantibus, in fauorem nostri Patris
Duardi contra Merollam nouissimè insurgit Ioseph
de Ianuario, de *Casib. refer. resol. 34. num. 19.* Tum ex
Concilio Trid, *sess. 25. c. 5. de Regul. incip. Bonifacij*
Octau. &c. in quo Concilio, renouatur Constitutio
Anton. Diana, Pars X.

Bonifacij Octau, quæ habetur in cap. *Periculoso*, §. *ultimo*,
de statu Regular. in 6. Nam ibi Episcopi depu-
tantur vti delegati à sede Apostolica in ordine ad
Monasteria Monialium exempta ab eorum iurisdic-
tione, intra tamen suam Dioccesim quoad restitu-
tionem Clausuræ, si violata fuerit; & vbi Clausura
inuiolata est in ordine ad eius conseruationem
Clausuræ Monialium spectat accessus ad loquendum
cum ipsis Monialibus; aliter enim Clausura nulla
esset. Nec obstat id quod supra asseruit Merolla,
quia benè colligitur à verbis Concilij, quod pos-
sint excommunicare Regulares colloquentes cum
Monialibus exemptis: Nam prohibitio locutionis
spectat ad conseruationem Clausuræ; Clausura enim
cum libertate loquendi, non esset Clausura Monia-
lium, sed carcer, & esset omnino frustratoria & vana:
Si ergo Episcopi sunt delegati ad finem, qui est clau-
sura, erunt etiam delegati ad finem, qui est locutio
&c. Nec etiam obstat dicere cum Merolla, quod Sa-
cra Congregatio in Decreto deteterminat tantum,
quod Constitutio Greg. XV. cōprehendit tantum Re-
gulares delinquentes cum Monialibus contra Con-
stitutionem Sixti V. & sic ordinarius Episcopus po-
test punire tanquam delegatus Papæ Religiosos, qui
contra dictam Constitutionem Sixti V. deliquerunt.
Quia contra est; nam ibi constitutio non solum dat
facultatem Episcopis ad puniendum delinquentes
Regulares, sed etiam ad coërcendos ipsos per dele-
gationem Papalem ipsis Episcopis tributam; sed coër-
cere, est prohibere, seu restringere, quæ restrictio, &
cohibitio fit etiam per excommunicationem; & cum
Episcopus agat in hoc tanquam delegatus Apōsto-
licus, poterit ipsos Regulares per excommunicatio-
nem restringere & cohibere in ordine ad ipsos re-
stringendos, ne accedant ad colloquendum ad Mo-
nasteria Monialium cum Monialibus, quantumuis
exemptis. Nec etiam obstat cum eodem Merolla,
quod sequeretur Episcopos tanquam delegatos Apo-
stolicos posse (hæc sunt verba Merollæ) id prohibere
Regularibus, etiam respectu monasteriorum Monia-
liū ipsis Episcopis subiectarum; quia constitutio Gre-
gorij XV. indistinctè loquitur de monasteriis Monia-
lium vt clarè patet. Hæc Merolla ibi. Quia contra est:
nam Constitutio loquitur tantum de Monasteriis
exemptis, dum dicit, An Regularis absque legitima
licentia accedens ad monasteria Monialium Regu-
laribus subiectarum, &c. Monasteria enim subiecta
Regularibus sunt à iurisdictione Episcopi exempta:
ergo constitutio Gregorij XV. non loquitur indi-
stinctè, sed determinatè de Monasteriis exemptis
tantum, & non de aliis Episcopo subiectis. Remanet
igitur nostrum norabile firmum; quod scilicet Regu-
lares accedentes ad monasteria exempta ad collo-
quendum cum Monialibus incidunt in hanc excom-
municationem; Regulares verò accedentes ad Mona-
steria non exempta, sed subiecta ditioni ordinariæ
Episcopi, non incidunt in hanc nostram excommu-
nicationem. Adest & alia declaratio Cardinalium
supra Tridentinum *p. 4. fol. 412.* relata à Fagundez 1.
Ecclesia præcepto, l. 1. c. 7. n. 10. in fine, his verbis Re-
gulares adeuntes Monasteria Monialium sine licen-
tia Episcopi incidunt in pœnam excommunicatio-
nis, quam Episcopus sub edicto proposuit; sic Con-
gregatio Cardinalium super Tridentinum censuit 9.
Aprilis 1587. Huiusque Pater Ianuarius; cui addo,
præter Doctores ab ipso citatos. Riccium in *Praxi*,
rom. 2. resol. 181. Peyrinum, de *Prinil. Minim. Constit. 6.*
Pij V. quæst. 15. num. 37. Cespedes, *tract. de Exem. Regul.*
cap. 23. q. 336. num. 2. quibus videtur etiam accedere,
Squillante de Prinileg. Episcop. par. 1. cap. 13. num. 14.

Notandum est hic obiter, quod licet probabiliter olim diximus, quod Peregrini non incidunt in Censuram Episcopi colloquentes cum Monialibus, etiamsi in eorum Diœcesi adesset etiam eadem Censura, tamen hoc procedit quoad Moniales Episcopo non subiectas; nam quoad Moniales exemptas contrarium dicendum est; nam in tali casu Episcopus procedit in ordine ad Clausuram, & consequenter ad locutionem est delegatus Episcopus Summi Pontificis, sicut supra diximus de Regularibus, & ita tenet Ianuarius loco citato, num. 26.

An qui habuit licentiam indefinitam colloquendi cum Monialibus, possit sapius cum illis colloqui.

RESOLVTIO LIV.

Dictam licentiam extingui in prima colloquutione docet Merolla, tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficul. 6. num. 629. Primò quia hæc colloquendi facultas, est quasi dispensatio quædam in lege, ac proinde tanquam odiosa restringenda est. Secundò, quia sermo simpliciter prolatus; maximè in odiosis, intelligitur de prima vice. *leg. Bona. §. hoc sermone ff. de verb. significat.* Et idem dicendum est de licentia ingrediendi Clausuram Monialium data indefinitè, quia militat eadem ratio. Et hanc opinionem tenent Iason, *leg. Duobus reis §. ei, qui, num. 75 ff. de Iurejur. & in leg. Si quis mihi bona §. Insum, num. 28. ff. de acquir. hered.* Sbrozcius de *Offic. Vicar. l. 2. q. 210.* Grassius, *conf. 22. de sentent. excommunication. num. 38. tom. 1.* Mastrillus *decif. 97.* Riccius *collect. decif. part. 3. collect. 587.* & alij.

Sed his non obstantibus, satis probabile esse puto talem licentiam non extingui, nisi reuocetur; & idè qui illam sic obtinuit posse loqui cum Monialibus toties quoties. Et hanc sententiam nouissimè docet Ioseph. de Ianuario, de *Casib. refer. resol. 28. per totam*; quia sermo indefinitus æquiualeat vniuersali *arg. leg. cum inter veteres vers. Maximè Cod. de Fideicom liber. gloss. in cap. ut circa: verb. Aliorum de Elect. in 6.* Couarruias *lib. 1. variar. cap. 13. num. 8.* qui videndus est. Sanchez, de *Matrimonio lib. 3. disputat 44. num. 2. pag. 310. circa medium vers. Confirmatur, &c.* sed licentia in casu nostro non fuit indefinita: ergo æquiualeat vniuersali, & consequenter idem est dicere, Vade, loquere, ac loquere, toties quoties volueris.

Ad argumenta superius adducta respondet Ianuarius loco citato, qui etiam num. 6. contra Merollam etiam firmat, quod quando quis habuit licentiam colloquendi cum Monialibus, & antequàm ea vtatur, Prælarus concedit licentiam generalem cui libet colloquendi tali die: si iste talis colloquitur ex licentia generali, potest iterum colloqui, vtendo sua licentia speciali. Et ratio est quia talis licentia, non est dispensatio legis, sed est ipsissima lex: nam hoc tantum lex præcipit, nempe loqui cum licentia. Addo, cum hoc sit fauor, & adhuc eo vsus non sit, non reuocatur per gratiam generalem omnibus concessam, *argum. lex, in commodato, §. sicut, ff. commodat & cap. 1. de commodat.* aliter enim non esset melioris conditionis hic talis, qui reciperet gratiam specialem, quàm qui nullam habuit gratiam: & gratia à Principe concessa potius noceret huic, & nihil operaretur respectu huius, quod non est dicendum. Quod verum puto, etiam si licentia sit addicta eodem die, quo viget licentia generalis, poterit enim eodem die bis loqui; quicquid in contrarium dicat

Merolla. Ego vt dixi hanc sententiam puto probabilem? & confirmatur ex doctrina Sacre Rotæ, quam adducit, & sequitur Riccius in *Praxi, t. 3. resol. 386. n. 2.* nempe, facultatem concessam Episcopo testandi, non esse restringendam ad primam vicem; quicquid in contrarium asserat Couarruias, & alij.

An licitum sit Coniugibus non absoluere copulam, sed illam incipere delectationis causa.

RESOLVTIO LV.

Negatiuè respondet Ludouicus à San Iuan in *Summa, quæst. 6. art. 15. de Sacrament Matr. difficul. 3.* vbi sic ait: No es licito tener copula coniuugal, sic querer derramar simiente. Esta conclusion es casi comun, y virtualmente la tienen los que tuieron la resolution de la duda precedente, porque la copula carnal sin derramamiento, no es Matrimonial ordenada à la generacion, à quien se ordena el Matrimonio, y assi serà pecado mortal tenerla entre casados. Contra esta conclusion. Esta copula no consumada se ordena à euitar la fornicacion, que es el segundario fin del Matrimonio, y a que no se ordena al fin principal, que es la generacion: luego licita serà? A este argumento digo, que la copula ordenada à euitar la fornicacion, no es la copula començada, sino la consumada con derramamiento de simiente pudiendo seminar. Ita ille, & alij.

Sed ego affirmatiuè sententiæ adhæreo contra quendam Partem Dominicanum qui dixit his diebus illam me non rectè docuisse. Sed nostram sententiam tenet nouissimè me citato Pater Leandrus de *Sacrament. tom. 2. tract. 6. disputat 25. quæst. 42.* qui citat etiam Caietanum, Paludanum, Tabienam, & alios Doctores Dominicanos. Dicendum est itaque talem copulam esse licitam dummodò, nec subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula, contenta sit: Quia copula absque seminatione, reputatur instar tactuum partium venterdarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo, liciti, & permitti sunt: Sicut ergo tactus, etiamsi ex natura sua ordinentur ad actum, liciti sunt, quamuis non sit vltra progressus; sic etiam erit inchoata copula.

Sed hic obiter quæro, an licitum sit foeminae aliquando iusta causa post copulam semen emittere ne concipiat. Et affirmatiuè respondet Fagundez in *Decalogum tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 50.* vbi sic ait: Idem quod diximus de coniugemente, dicendum est de ebrio, & furioso, dum tales sunt; si tamen periculum sit, quod ebrius extrà ebrietatem, aut furiosus extrà furorem effundant semen, vel in aliud incontinentiæ peccatum elabantur, tenetur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere. Quamuis id mihi durum videatur propter ingentem molestiam, & granem odorem, & ea obligatio in eo casu solum videtur esse de charitate ad vitandum peccatum alterius coniugis, quod non tenetur vitare cum tanto detrimento suo. Vxor denique vel quæcumque alia foemina, statim post copulam se inuertens, vt semen emitat, ne concipiat, & generet, peccatum lethiferum admittit ex natura sua, nisi aliqua causa rationabilis excuset, v. g. periculum mortis in Partu, aut labor magnus, & magnum detrimentum in illo detinendo, Ita ille. Sed rectè hanc sententiam ex multis reprobatur Leandrus *vbi supra quæst. 45.* quia impedire generationem de se est intrinsecè malum. Ergo nunquam efficere id licet ebit.

An

*An si quis in die ieiunij post prandium
sumas in notabili quantitate
vvas recentes, frangat
ieiunium.*

RESOLVTIO LVI.

NEgatiuè respondet Pater Vidal in *Arca Theol. Mor. sic. de ieiunio, Inqvisit. 1. n. 154.* vbi sic ait: Si loquamur de malis massilicis, vulgò limoni, vel de malis medicis, vulgò aranci, & cæteris similibus fructibus poterunt adhiberi ad sedandam sitim, quoties libuerit, quia etiamsi habere videantur rationem cibi: at dum conteruntur dentibus in liquorem resoluuntur, & per modum potus ad stomachum transmittuntur. Ita asserit Pasqualigus *decis. 135.* qui doctissime addit in *decis. 136* posse adhiberi per diem vnam recentem etiam in notabili quantitate ad sedandam sitim absque ieiunij fractione, probat hanc suam regularem opinionem firma & probabili ratione, quæ consistit in hoc, quod succus vuarum in sua substantia est vinum, & habet rationem potus, cortex autem, & vinacea, seu lignea granula in acinis vuarum inclusa, dum in propria substantia egeruntur, habere non possunt rationem cibi, atque aded non violant ieiunium Ecclesiasticum, per quod solum nutritiuus cibus prohibetur; non secus ac non frangitur, si sumeretur, & transglutiretur, lignum, papyrus, palea, terra, & quid simile: ergo. Ita ille.

Sed ego in *par. 9.* fusiùs hanc sententiam improbau; & nouissimè imptobat Pater Leandrus in *Præcept. Eccles. tract. 5. disput. 4. quest. 8.* & probat primò: quia certum est, & indubitatum apud omnes, quod vna non solum sicca, (vt vult Pasqualigus *num. 1.*) sed & recens, sit purus cibus aptus, imò & aptissimus ad nutriendum, & ad hunc finem primariò & per se à natura ordinatus: ergo sumptio eius in quantitate notabili frangit ieiunium. Consequentia, ex dictis, & ex se est euident. Antecedens verò probatur primò ex consensu omnium medicorum, & præcipuè eorum Magistri Galeni, *lib. 2. de alim. facult. cap. 9. & lib. 1. de locis affect. cap. 4.* & sapientissimorum Medicorum Scholæ Salernitanæ, in *Opusc. de valetudine tuenda, ad Regem Anglia missò, cap. 9. fol. mihi 56.* qui expressè vvas recentes, inter cibos bene nutrientes, & impinguantes, vt sunt triticum, lac, caseus, testiculi, caro porcina, oua, ficus, & similes, enumerant. & *fol. 62. col. 2. id experientia his verbis Galeni, cap. 9. cit.* probant sic. Nam ficus, & vuarum, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumque prauis succi habent, præsertim cum exactam maturitatem fuerint adeptæ. Porro, quod ipsæ nutriant, maximo argumento sunt ij, qui vinearum fructum custodiunt; qui cum duos menses solis vis, ac sicubus, quorum custodiæ præsumunt, vescantur (nisi fortè panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt. Sic isti Doctores ex Galeno. Ergo ex sententia Medicorum, vva recens, cibus purus, ac nutritiuus, ex natura sua est. Secundo dictum antecedens, sic ratione probò. Nam vva recens est (sicut & sicca) materia densa, masticabilis, ac à dentibus conteribilis, & ordinata per se ad nutriendum: ergo verè habet rationem cibi. Antecedens experientia omnibus ratione vtentibus est notum: Consequentia verò clara; nam de ratione cibi, solum est, quod de se sit ordinatus ad nutriendum, sicut & de ratione potus, quod de se magis ordinatur ad digestionem ciborum assumptorum, quam nutritionem ex D. Thoma 2.

Anon. Diana, Pars X.

2. *quest. 147. artic. 6. ad 2.* Tertio; quia si aliqua ratione vva recens deberet habere rationem potus, maxime ratione musti inclusi: at sic est, quod nec ratione huius id habet: ergo. Minorem probò: quia mustum intra grana inclusum, cum sit sicut pars in suo toto, non est potus, sed cibus, & ided nequit esse materia consecrationis, vt diximus 2. *part. tract. 7. disp. 8. quest. 30.* ergo.

Confirmat postea hanc veram opinionem Leandrus euerrendo omninò fundamentum, quò fundatur Pasqualigus ad nouam suam sententiam stabiliendam: Quia in primis falsissimum est, quod in vva solum reperitur substantia triplicis generis, nempe cortex, vinacea, & succus. Nam præter hæc, inuenitur alia quarta substantia, nempe, quædam materia crassa, plena minutissimis venulis, seu filis, quæ inclusa, tamquam in suo toto, est mustum; & ex qua præcipue quando vva calcatur in Torculari, exprimitur; vt notum est omnibus, quibus notæ sunt vuarum; & expressè docet Galenus *c. 6. cit.* per hæc verba: *Nam acinorum substantia composita est ex ipsorum velut carne, & humore, qui per carnem est dispersus, ex quo fit vinum; præterea ex seminibus, atque ex membranoso tegumento, quod omnia hæc extrinsecus circumambit.* Sic ille. Est post pauca. *Liquet porro quod alius magis laxatur, si sola acinorum caro cum succo fuerit transglutita, sine seminibus, ac membrana extrinsecus ambiente. Laxatur autem impensus, cum solus ipse succus expressus (musto, vulgo appellant) fuerit transglutitus. Ex hoc sanè succo alimenti non nihil corpori accedit, copiosius tamen ex carnea substantia.* Sic Galenus. Ex quo clarè constat, in vva non solum reperiri substantiam triplicis generis, vt vult Pasqualigus, sed quadruplicis; ac proindè falsissimum esse fundamentum istius. Rursus, falsissimum etiam est: quod ex his substantiis, solus succus in stomacho digeratur, & conuertatur in substantiam viuientis, cætera verò minimè, sed integra in propria substantia egerantur: Nam præter succum, etiam digeritur (immo præcipue) & conuertitur in substantiam viuientis illa quarta substantia, quam nos inueniri in vuis diximus: & etiam clarè docet Galenus, *loco cit.* Imò & cortices, seu membranæ, & vinacæ vuarum (licet hæc difficiliter) vt expressè colligitur ex Galeno *lib. 2. de Aliment. facult. c. 9. & lib. 1. de locis affect. cap. 4.* & ex Schola Salernitana *loc. cit. fol. mihi 63.* In quibus locis docent, quod conueniat, cum vuarum comeduntur, membranam, & nucleos expuere, eò quod difficiliter conficiantur. Ergo ex horum sententia, clarè constat falsissimum esse, quòd solus succus vuarum digeratur, & conuertatur in substantiam viuientis, & consequenter quòd quando comedimus vvas, idem sit in ordine ad cibationem, & nutritionem, ac si sumeremus solum succum ipsarum, & propterea per earum esum non frangi ieiunium: hæc namque omnia falsissima esse ex dictis constat. Tandem; Quia si argumentum Pasqualigivim aliquam habet, non solum probat quòd possit quis ad extinguendam sitim edere vvas, verum etiam absolutè, sicut absolutè quis potest bibere vinum, seu mustum, etiam si bibatur ad mitigandam famem, vt supra est habitum: at hoc est plusquam falsum: ergo. Valeat igitur Pasqualigus cum sua noua opinione falsa, omninò improbabili, omninoque ab omnibus reiicienda. Hucusque Leandrus. Sed Pater Pasqualigus loquutus est cum aliqua formidine; nam reliquit Lectoribus iudicium de tali opinione: at Pater Vidal ore rotundo illam probabilem esse existimat, quòd ego non puto, & mecum ferè omnes viri docti; & ided caueat aliquis, ne illà in praxi deducat

A a 2

Vide

Vide me ipsum *ubi sup.* vbi etiam impugnaui opinionem de malis massilicis, aut medicis, quam etiam refellit Leandrus *loco citato, quæst. 7.*

Sed quid dicendum, an frangat ieiunium, si quis ad sedandam sitim sumat poma, pyra, vuam, & similia, & dentibus conterendo deglutiat succum dentibus expressum, reiecta substantia solida ab ore. Et negatiuè responderet Pasqualigus, *decis. 135. num. 4.* Verùm contra illum affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandrus *ubi supra, quæst. 9.* Quia impossibile videtur quod quis possit ita dentibus conterere poma, pyra, & vuas, vt possit deglutire eorum succum, & non substantiam aliquam habentem rationem cibi: ergo non potest id efficere sine fractione ieiunij. Secundò; quia conterere poma, pyra, & vuas dentibus, eaque masticare, & deglutire succum ex illis expressum, nil aliud est, quàm manducare aliquid per modum cibi: at hoc est quod frangit ieiunium Ecclesiasticum: ergo. Et certè, loquendo de vuis, mihi certissima est responsio, cum experiamur nullo modo posse quem masticare acinos vuarum, & exprimere succum purum eorum & deglutire absque vlla eiusdem cibi substantia. Tandem; quia, vt nuper dicebamus argumentum Pasqualigi si quid probat, probat certè, quod non solum causa sitis sedandæ, sed etiam famis, posset quis sumere prædicto modo poma, pyra, &c. quod nemo dixit, nec dicit. Ita Leandrus. O quanta ego haberem, & dicerem, quæ nouitatum Amatoribus nimis plausibilia essent, si calamo, & ingenio liberam vagandi facultatem præberem! Sed vt sapientissimo, & amicissimo Ioanni Caramueli rescripsi, Romanus incolatus, & aliena pericula, cautum in scribendo me fecerunt: Et reuera opiniones istæ singulares in moralibus, contra receptas Ecclesiæ consuetudines, vel communes Doctorum sententias, ferè semper malè olent, & passim naufragare videmus: nam vel penes sacras Congregationes Indicis, aut Sancti Officij remanent cautherio inultæ, vel postea viri non solum illis minimè adhærent, sed potiùs acriter refellunt. Rectè itaque Baldus, quod *qui contra omnes loquitur, non bene loquitur.*

Nota verò hic obitet Patrem Vidal *ubi sup. n. 153.* Me citato docere, quod quantitas duarum vnciarum sit paruitas materiæ excusans à ieiunio, quod etiam Me citato tenet Leandrus, *supra, quæst. 5. §. 4.* & me citato Rocafull *in Praxi Theolog. Mor. tom. 2. l. 3. de Præcept. Eccles. cap. 4. num. 55.* Hinc rectè Vidal, *n. 154.* infert me etiam citato posse ieiunantem sine graui culpa primo mane comedere duas vncias cibi, & bibere ad tolerandum facilius ieiunium, & postea circa meridiem prandere, & ad vespas sumere refectiunculam; id autem etiam sine veniali culpa. Infertur etiam ex hoc cum Leandro, *dispus. 4. q. 14.* quod non frangeret ieiunium, qui præfixam quantitatem vnciarum octo, per vnam, vel duas vncias excederet; quia excessus prædictus non est valdè notabilis: ergo nec mortalis, & consequenter qui in illo præfixam collationis quantitatem excederet, non frangeret ieiunium; licet peccaret venialiter. Et tandem nota hic obiter Patrem Pasqualigum *decis. 42.* docere in diebus ieiunij comedentem dimidiam circiter vnciam carnis non peccare mortaliter; sed hanc opinionem nominatim contra illum merito impugnat Leandrus *ubi supra disp. 2. quæst. 12.* & de hac quæstione ego alibi.

* * *

An in collatione serotina licitum sit sumere oua, & alia lacticia, quando licitè in illis diebus possunt comedi.

RESOLVTIO LVII.

Affirmatiuam sententiam docet Pater Vidal *in Arca Theolog. Mor. tit. de Ieiunio. Inquisit. 1. n. 140.* vbi sic ait: Deducitur secundò; sine violatione ieiunij seruata debita quantitate sumi posse oua, lacticia, nempe lac, caseum, butyrum, & huiusmodi in vespertina refectiuncula, quando hæc licitè comeduntur in diebus Ieiunij. Ratio est, quia isti sunt cibi leues parum famem sedantes, vnde plus famem sedatur fumendo nuces, panem, legumina, & alios huiusmodi cibos, quàm fumendo eandem quantitatem ex ouis, & lacticiis: ergo, &c. Confirmatur; lacticia, & oua rationem non habent ferculi principalis in perfecta comestione, sed vt plurimum adhibentur in ientaculis, atque enumerantur inter bellaria, præcipuè lacticia: ergo etiam stando in opposita cõmuni sententia, oua & lacticia non cõsentur prohibita in collatione serotina, cum sint de iis, quæ ante vel post prandium solent adhiberi: ergo si hæc licitè comeduntur in vespertina refectiuncula, vt sentiunt Doctores communiter, ita etiam licitè sumuntur oua & lacticia, vt intelligenti patet: ideo, &c. Ita ille.

Sed si ipse defenderet hanc sententiam ex illo principio, quod multi à me alibi adducti tenent, nempe in collatione serotina non qualitatem cibi, sed quantitatem attendendam esse, posset forsitan sustineri; sed dicere, quod stando in nostra sententia negatiua, oua, & lacticia in collatione serotina erunt licita, quia habentur tanquam bellaria; hoc inquam dicere videtur gratis, & sine fundamento dictum, & idè relinquo prudentum iudicio, & communi hominum estimationi, ac consuetudini omnium Prouinciarum, si oua annumeranda sint in cœnis ieiuniorum inter bellaria; & quidem nemo hoc vnquam dixit, vel dicet: nam oua, lacticia, pisces & similia, tanquam maioris substantiæ post carnem apponuntur in medio prandij post initium, & ante finem; sunt igitur oua & lacticia fercula principalia, quæ opponi solent in mensam nobilium. Hinc Laimam, Turrianus, Syluius, & alij desudarent pro iustificatione, vt in diebus Ieiuniorum possit in collatione serotina sumi parum casei; quia, (asserunt ipsi) vt patet ex vsu, inter bellaria connumerari posse videtur; nam sumitur in vltimo prandij cum herbis, & fructibus: Verùm hoc non audet concedere Martinus à San Ioseph, *in Monit. Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 6. de Ieiunio, n. 4.* Sed quicquid sit de hoc, pro comperto tamen ouis, & aliis lacticiis negandum esse existimo. Et ita me citato cum pluribus aliis firmat Pater Leandrus, *de Præcept. Eccles. 17. §. 5. disp. 4. quæst. 40.* solidè respondens ad argumenta Patris Vidal, quæ ante illum adduxerat Pater Pasqualigus, sic asserit: Ad Primum in contrarium dicendum est, validum profectò esse hoc Pasqualigi argumentum, videlicet, idè posse quis licitè oua in collatione sumere, quia hæc mins nutriunt quàm caro. Quid enim quæso; mi Pasqualige, refert quod plus, vel minus nutriat, si vtrumque est prohibitum; Caro communi iure; oua, consuetudine immemoriali. Deinde id, quod addit, nempe quod oua concedantur à iure in ieiuniis extra Quadragesimam, tamquam cibus proportionatus pro abstinentia, & tanquã cibus leuis, parùm famem sedans, falsum est. Nam ius solum prohibet oua in ieiuniis Quadragesimæ, eo quòd non

non sit cibus proportionatus pro tam solemnibus ieiunio, cum sit cibus proximior carnibus, delicatus, & ab abstinentia rigorosa alienus; in reliquis vero ieiunio, id permittit, eo quod non requirat in illis tam strictam abstinentiam, non verò, quia sunt cibus leuis, parum famem sedant, cum potius valde nutriant, vt testatur Schola Salernitana *cap. 8. fol. mibi 49. ex Auicenna sic dicente: Quandoque est nutriens parua quantitas plurimo reficiens alimentis; eius generis sunt potissimum oua & restes gallinacei, quorum nutrimentum ipsorum pensatur pondere.* Sic Auicenna. Ex illo ergo constat, & falsum esse, quod oua sint cibus leuis, & parui nutrimenti, cum in hoc, parua sint testibus gallinaceis; & etiam falsum esse consequenter, quod plus sederetur famem, sumendo panem, ficus, nuxes, & huiusmodi fructus, quam sumendo panem cum ouis; vt experientia docet. Et constat, cum oua plus afferant nutrimenti, quam pisces, vt ex Graffio docet Anton. de Leon *quest. de Chocolate, part. 3. n. 4. fol. 96.* Ita dicens: la carne en los dias de ayuno se prohibe por ser de mucho sustento, y por esta calididad los gueuos, y lacticinios en Quaresima à los que no tienen Bula, por ser de mas sustento vn gueuo, que doblada cantidad de pescado, como lo aduertio Iacobo de Graffis; los lacticinios, y hueuos, que con Bula se permitent en la comida meridiana, sed excluyen en la colacion. Sic ille. Ad secundum dicendum verum esse, quod refectiuncula sit propter confortationem stomachi, & subleuationem naturæ; sed inde non sequi, quod per ouorum esum debeat confortari, cum sint alij cibi, qui id præstare valeant, vt panis, fructus, herbæ, & alij huiusmodi, quæ prohibita in collatione non sunt, sicut sunt per consuetudinem, oua. Ad tertium dicendum, quod dato pronunc maiori, neganda omnino sit minor. Falsum namque est, plus, & solidius, nutrire panem confectum ex ouis, quam ipsamet oua cum pane simul; si enim ille panis ita bene nutrit, quia confectus ex ouis, melius nutriunt absque dubio oua ipsa: nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Ad quartum dicendum. Quod etiam si sit falsum, imò & falsissimum, quod oua connumerentur inter bellaria, loquendo præsertim de cibis Quadragesimalibus, aut de cibis, qui mandi diebus ieiunij possunt; de his namque loquendo (vt in præsentiarum loquimur) oua inter meliora, imò & optima fercula numerari debent, & de facto ab omnibus enumerantur. Nec obstat, quod aliquando oua in ientaculis sumantur, nam ex hoc non infertur bene, quod debeant inter bellaria numerari, & ideo in collatione sumi posse; quia vt notum est omnibus, multa alia, quæ habent rationem ferculi principalis, passim in ientaculis tam matutinis, quam vespertinis apponuntur; cum hoc ex appetitu, aut voluntate eorum qui Prandium faciunt, aut Cœnam dependeat, sanè; non ex alio capite. Hucusque Leandrus doctè, vt semper solet.

Ex dictis sequitur, non esse audiendum Pasqualigum asserentem, diebus in quibus prohibentur oua, & lacticinia, posse concedi panem biscotum in quantum magna quantitate. Sed hanc opinionem acriter refellit Leandrus *ubi supra, disp. 3. quest. 18.* respondens ad omnia fundamenta Pasqualigi: Imò *disp. 4. quest. 48.* putat collationem serotinam in quantitate vnciarum octo, non posse sumi ex pane ouis confecto, qui vulgò dicitur biscotto; Non tamen damnarem, qui comederet vnum biscotto. Et ita me citato docet Rocafull *in Praxi Theol. Mor. tom. 2. l. 3. de Præcept. Eccles. cap. 4. num. 7.* Vnde Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. l. 2. sr. 6.* Anton. Diana, Pars X.

de Ieiunio, num. 4. asserit: No ay que escrupulear, es en comer vn biscocho en la Colacion, porque es pequenña la parte de hueuo que leua, y lo demas es pan, y azucar. Et tandem nota Patrem Pasqualigum, *decis. 115. num. 7.* docere, quod capite, seu stomacho debiles; possunt in collatione vti ouis; Sed Leandrus *quest. 47.* putat contrarium; quia alia cibaria dantur, quibus licet vti in collatione possint ad tollendam debilitatem capitis, & confortandum stomachum; vt ex dictis constat: illis ergo debent vti, stomacho, aut capite debiles, non ouis per consuetudinem prohibitis.

An in collatione serotina ieiuniorum sit potius attendenda quantitas, quam qualitas cibi, ita vt in illa possint sumi pisces, legumina. &c.

RESOLVTIO LVIII.

Hic casus fuit à me sæpius pertractatus; sed qui sæpius oppugnatus, erit etiam sæpius defendendus, vt firma remaneat consuetudo tot sæculorum & communis Doctorum sententia. Itaque affirmatiuè ad casum propositum responderet Pater Vidal *in Arca Theolog. Mor. tit. de Ieiunio Inquis. 1. n. 125.* vbi sic ait: In vespertina collatiuncula, quæ fuit introducta ex consuetudine, & est necessaria ob congruam sustentationem naturæ, non est saltem grauis culpa vt piscibus tam siccatis, & sale conditis, quam recentibus in debita quantitate. Et postea *num. 138.* firmat, in collatione serotina, ieiunantem comedere posse sine ieiunij violatione, olea, legumina, iusculum confectum ex pane cocto cum amygdalis, herbis, fructus, & omne genus iusculorum, quod in diebus ieiunij permittitur, & licet adhiberi potest: nam iuscula solùm accidentaliter immutant substantiam illarum rerum, quæ licite sine iusculo sumuntur, si tamen sint in debita quantitate. Adducit Pater Vidal pro hac sententia rationes, quas ante ipsum adduxerat Pater Pasqualigus *decis. 113.* Primò, quia vel refectiuncula adhibetur per modum medicinæ; vel ad confortandam naturam: si propter hunc finem, non erit contra illum, sed potius conformius illi adhibere recentes pisciculos, aut piscem quæcumque in exigua quantitate, quantumuis hic ex sua primaria institutione ordinetur ad nutriendum: Si autem adhibeatur propter medicinam; adhuc sequitur potius esse adhibendum piscem in collatione, quam fructus, & alia quæ solent adhiberi; cum hæc potius debilitent, & relaxent stomachum, & generent cruditates; Pisces verò stomachum corroborent, & tribuant illi virtutem, ne potus noceat, &c. Ergo. Secundò, quia pisces sunt cibus maceratiuus, & exigui nutrimenti; ergo, etiam si in refectiuncula adhibeantur, adhuc seruabitur inaceratio proportionata Ieiunio. Tertio, quia pisces minus nutriunt, quam plures alij cibi concessi pro collatione, videlicet quam Panis, & quædam genera nucum, vt pinei, pistacia, caseus, & butyrum, quæ plus nutriunt, quam pisces: ergo si conceduntur cibi, qui plus nutriunt, non videtur negandus Piscis, qui minus nutrit.

Sed his non obstantibus ex rationibus alibi à me adductis puto non esse recedendum à negatiua sententia, quam præter Doctores à me alibi vsque ad sapientiam adductos, tenet me citato, Pater Leandrus, *de Præcept. Eccles. tract. 5. disp. 4. q. 41.* qui respondet ad argumenta Patris Pasqualigi: Et ad primum argumentum dicit verum esse; quod

refectiuncula iam ordinetur ad nutriendam etiam naturam: sed ex hoc non sequitur quod debeat quis in refectiuncula nutriri necessarium per ea, quæ ex primaria sua institutione ordinantur ad nutriendum; aliàs posset absque dubio, per optima absque distinctione cibaria, in die ieiunij non verita, quoad usque hæc nostra tempora, nemo ausus est dicere; quia nemo ausus est sic cibari, aut refici. Nec rursus, *ex eo cap.* Quod refectiuncula sumatur per modum medicinæ (cui, illi ex primaria sua institutione competere, q. 3. diximus) sequitur, potius esse adhibendos pisces, quam fructus, ea de causa, quod fructus debilitent stomachum, & generent cruditatem, pisces vero corroborent stomachum, & tribuunt illi virtutem, ne potus noceat, &c. nam id falsissimum est, quia (vt bene notat Schola Salernitana in *Opus. de uenda Valentine, misso ad Regem Anglia, cap. 30. & cap. 38. Versic. post Pisces Nux sit, post. carnes caseus ad sit.*) Pisces flegmata generant; suntque frigidioris, & humidioris temperaturæ; & ideo, ob id difficiliter concoquantur, tardius subducuntur, promptissime in ventricula corrumpuntur, & putrescunt, & putrescendo sitim generant, & veneni interdum nonnihil in se continent. Sic ibi schola. Non ergo pisces adhiberi in collatione debent, quia virtutem tribuunt stomacho & salubriores fructibus sunt, cum falsissimum id esse constet. Adhibentur ergo fructus, aut herbæ coctæ; nam istæ facilius concoquantur, sitim mitigant, & sufficenter stomachum corroborant. Ad secundum argumentum, quod contrarium omninò primo, factò ab ipsomet Pasqualigo, est dicendum: Quod dato, quod pisces sint cibus maceratius, exiguique nutrimenti, non idè sequitur posse in collatione adhiberi, si aliàs per consuetudinem sint (vt sunt) prohibiti. Adde, quod magis maceratius cibus sunt fructus, & minoris nutrimenti, ideoque fructibus, non piscibus vsi sunt omnes sancti Monachi, & Eremitæ. Ad Tertium, dicendum est, quod dato quod pisces minùs nutriat quàm panis, & aliqua alia quæ possunt in collatione adhiberi, non inde sequitur, quod etiam adhiberi pisces possint. Primò, quia hos consuetudo prohibuit, tum panem, & fructus. Secundò, quia licet panis magis nutriat, quàm piscis; magis tamen nutrit panis cum piscibus sumptus, quàm sumptus cum herbis, aut fructibus. Quis enim poterit in dubium vertere, an maius nutrimentum afferat sumptio trium vnciarum panis, & quinque piscium; præcipè magnum (vt thuni, salmonis, trutæ; Hispanè, atun, salmon, trucha, &c.) quàm sumptio panis quantitate trium vnciarum, & quinque fructuum? Nullus profectò. sicut nullus poterit dubitare, sed pro certò habere non ieiunare illum, qui in refectiuncula vespertina cum duabus panis vnciis, sex thuni, salmonis, &c. sumeret. Hucusque Leandrus, *vbi supra*, ex quibus patet etiam responsio ad ea quæ in fauorem suæ sententiæ adduxit etiam Pater Vidal, *vbi supra*, num. 126. cum seqq.

Hinc dictus Pater Leandrus probat in collatione serotina non posse sumi pisces fumo siccatos, & sale conditos, nec cibum album, vulgò bianco mangiare, si vice carnis conficiatur ex piscibus, nec legumina cum iusculo condita, nec cremor amygdalinus, aut triticeus, vulgò mendolata, & similia, & hæc omnia satis solidè tractat Leandrus, *quest. 30. 40. 42. 43.* quæ satis confirmant sententiam, quam Ego olim docui in *tract. de ieiunio, resol. 1.* circa qualitatem cibi somendi in collatione serotina. Rectè itaque dixit nouissimè Martinus de San Ioseph in *Monita Confessar. som. 1. lib. 2. tract. 6. de Ieiunio, num. 4.* la cola-

zion no se ha de hazer da mangiare, de mucho nutrimento, como pescado, hueuos, y otros guisados, quæ comunmente se suelen comer, para sustento de la naturaleza, sino de pan, frutas, conseruas hechas de miel, ò azuchar, almendras, lechugas, &c. Finalmente las cosas que se suelen poner por sobre comedida. Y aunque Bonacina, y Azor admiten algunos pecezillos quenos, ò parte pequeña de pece grande, & Turrianus. que los que pueden vsar lacticiños, pueden hazer colacion con algun poco de queso, ò leche; pero yo no me puedo persuadir à que esto sea licito, porque nunca lo he visto vsar, si bien es verdad, que donde huuiere costumbre se puede tolerar, porque por ella se introduxo la colacion, y tambien harà licitos estos maniares, *leg. fin. Cod. de Testament.* Quia consuetudo est legitima Legum interpret. *cap. Cum dilectus, de consuetud. leg. Si intererptatione ff. de legibus.* Itaille. Vide etiam Rocafull. in *Praxi Theolog. Mor. tom. 2. lib. 3. de Præcept. cap. 4. num. 67.*

Sed quia præceptum ieiunij molliendum est, dum tamen fieri potest, & non plus æquo, vt faciunt aliqui recentiores; idè licet Ego olim cum aliqua formidine concederem iusculum panis cocti vnciarum octo, tamen nunc puto affirmatiuam sententiam esse satis probabilem, nec damnarem aliquem, qui in praxi illam sequi vellet. Primò, quia iusculum, quod miscetur cum pane, vel alio cibo solido, non auget substantiam cibi in ordine ad nutritionem, vt constat. Ergo eadem dumtaxat quantitas cibi nutritiui sumitur ac si sumeretur crudus. Secundo; quia licitum est omninò sumere totam quantitatem panis quæ est licita, & ipsam vino imbuere, quamuis ex hoc crescat in pondere: erga & quocumque alio liquore. Sic Pasqualigo, *deces. 106.* dicens sic sentire doctissimos Recentiores, super hoc consultos, & à viris prudentibus obseruari in praxi. et Bossius *sect. 4. de Iubilao, casu 18. num. 128.* Nec obstat ratio Fillucij, scilicet quod panis madefactus in pondere crescat, & idè demendum sit ex illo, quod superat debitam mensuram; quia respondetur, quod illud augmentum ponderis est omninò per accidens, nec est secundum rationem substantiæ ordinariæ ad nutritionem; sed secundum rationem temperamenti ordinati per modum medicinæ ad commodum stomachi, & idè non est necessarium quod adimatur illa quantitas, quæ in pondere creuit. Et hæc omnia docet Rocafull in *Praxi Theolog. Mor. tom. 2. lib. 4. de Præcept. Eccles. c. 3. num. 70.* Leandrus *vbi supra*, q. 35. quibus adde à fortiori Patrem Vidal, *vbi supra* num. 139. vbi docet, in vespertina refectiuncula licitè sumi posse totam illam quantitatem cibi, quæ sumeretur si crudus esset, si coctus, cum iusculo sanatur. Ratio est, quia aqua mixta cibo cocto non auget cibi substantiam in ordine ad nutritionem, sed solum temperat cibi qualitatem in ordine ad faciliorem concoctionem in stomacho: ergo. Neque illud ponderis augmentum in cibo cocto est secundum rationem substantiæ nutritiue, sed secundum rationem temperamenti ordinati per modum medicinæ ad commodum stomachi. Ita ille, cui ego adhæreo in iusculo tantum panis cocti, & in herbis elixatis aqua & oleo, vt concedit Leandrus, q. 37. & 38. Leyman, *lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 9.* & alij; non autem in iusculis aliorum ciborum. Itaque Confessarij, & Responsores casuum conscientiæ sint in diebus ieiunij liberales quoad iusculum panis cocti, dummodò abstinere faciant ab ouis, piscibus, & similibus, quæ tam libenter aliqui immeritò concedunt.

An si aliquis per unicum tantum diem non haberet nisi panem, posset in die ieiunij comedere carnem.

RESOLVTIO LIX.

A Firmatiuè respondet ex Pasqualigo, Pater Vidal in *Arca Theol. Mor. tit. de Ieiun. Inq. 1. n. 70.* ubi sic ait: Data paritate hoc idem esse affirmandum de cibo carniuum, nempe quod non habens in diebus ieiunij alios cibos, quam carnes, possit licitè illas comedere pro nutrienda, & consuanda vita; ita sentiunt communiter DD. vt Hentiq. Fagund. Syluester, Azorius, Toletus, Filliucius, Bonacina, Trullench, & alij, quos citat, & sequitur Pasqualig. *decis. 49. n. 1. & decis. 83. n. 1. Sanch. lib. 5. concl. moral. cap. 1. dub. 19. num. 4. 5. & 6.* cum pluribus aliis viris doctis ab ipso consultis. Cum iisdem Doctoribus totum hoc verificari respectu iter agentis, qui adueniendo ubi non sunt pisces, tunc comedere potest tuta conscientia lactinia, debet tamen adhibere prudètem diligentiam, ne scandalum oriatur: in hoc eadem rationes militant, immò principalius cum iter agens propter defatigationem, & labores itineris indigeat maiori subleuatione, atque nutrimento. Idèd, &c. Hoc idem verificari, etiam si tam pauperes, quam iter agentes, & cæteri alij haberent panem: tum quia panis non est cibus omnino substantialis ordinatus ad vitæ sustentationem, tum quia cibus panis non est simpliciter, & æque bene sufficiens ad consuandam hominis vitam, maximè quando est defessus, vel ob labores, vel ob iter, vel ob studia, & huiusmodi; Ita sentiunt Doctores apud Pasqualigum, *decis. 49. num. 2. qui sub num. 3.* addit hoc idem esse verum, quamuis solum per vnum diem careret aliis cibis concessis: Rationem affert; quia lex prohibens carnes intendit tantum macerationem illam, & abstinentiam, quæ prouenit ex subtractione carniuum, & non aliam maiorem: ergo quando lex non potest seruari sine extraordinaria abstinentia, & maceratione definit obligare; tum quia cessat intentio legis, quæ intendit moderatam tantum abstinentiam, tum quia lex fieret nimis onerosa absque noua causa: ergo. Ita ille.

Sed vt verum fatear, hanc sententiam ita absolute prolatam Ego non admitto: Vnde si quis per unicum tantum diem careret aliis cibis præter panem, tunc non posset vesci carnis, sed deberet, contentus esse solo pane; secus autem si careret per plures dies, Sed melius distinguit Leandrus de *Præcept. Eccl. tract. 5. disp. 2. quæst. 19.* quod persona, cui dictus casus contingere potest, vel est nimis delicata, assuetaque epulari splendide, vt sunt Magnates aut Principes; vel est persona robusta, & enutrita vilibus escis, vt sunt pastores, & pauperissimi agricolæ, qui vix vnquam saturari possunt micis, &c. loquendo ergo de primo genere personarum, credo sustinere posse sententiam Pasqualigi, quia pro illis militant rationes ab ipso factæ; non verò loquendo de secundo personarum genere, quia de iis loquendo, verissima est sententia Sanchez, & aliorum; non enim inueniri ratio potest, ob quam licita sit eis comestio carnis in diebus prohibitis, cum in his non deficiat illis consueta refectio, immò eademmet, quam habent in aliis diebus, in quibus non est prohibitum vesci carnis. Ex quibus facillimè solui possunt argumenta Pasqualigi; solum enim probant primam partem nostræ responsionis; minimè verò faciunt contrà secundam. Vnde non ad hæreo sententiæ Patris Vidal, & Pasqualigi absolute loquentium, sicuti etiam quando loquuntur de

pauperibus, & de iter agentibus. Dico itaque, quod non licet absolute loquendo, agricolis, & aliis pauperibus, in Quadragesimæ ieiuniis vti ouis, & lactiniis, ea solum de causa, aut ratione, quia videlicet existunt in Oppidis ubi non sunt pisces, siue teentes, siue sale conditi. Ratio est; quia etiam si dictæ personæ piscibus careant, possunt ex aliis cibis habere sufficiens alimentum ad suam sustentationem, absque eo quod ad hanc necesse sit illis vti ouis, & lactiniis: ergo in tali casu, non poterunt dicti pauperes, his cibis vtitis vti, quantumuis pisces non habeant. Consequentiæ est manifesta. Antecedens verò, etiam pater; quia alimentum sufficiens pauperum rusticorum habitantium in montanis, aut in Oppidis, seu Terris à mari longe, ex pane, & herbis, leguminibus, & fructibus conficitur, vt experientia constat; ergo. Respondeo tamen Secundò, Pauperibus, aut agricolis, qui ex vna parte non habent pisces, nec ex alia possunt ex aliis cibis conficere prandium sufficiens ad suam commodam sustentationem, licitum esse in diebus vtitis vti ouis & lactiniis, vt ita, aut adimplere præceptum ieiunij ad quod tunc tenentur valeant; aut suum laboriosum officium apte præstent. In quo casu procedit sententia Pasqualigi, & Vidal.

Et quoad iter agentes dico Primo, quod si ipsi non sint ratione itineris exempti à ieiunio, & aliàs non inueniant alios cibos, ex quibus sibi sufficiens alimentum pro prandio parent, tunc vt possint obseruare præceptum ieiunij, licite possunt, immò & tenentur vti cibis vtitis, nempe ouis, & lactiniis: quia arctius ligat præceptum ieiunandi, quam præceptum vescendi in ieiuniis Quadragesimæ (aut aliis, secundum consuetudinem aliquarum Prouinciarum) ouis, & lactiniis. Dico Secundo: Si iter agentes, ob defatigationem itineris sint à præcepto ieiunij liberi; tunc non ex eo præcisè quod non inueniant pisces quos emant, possunt vti ouis, & lactiniis; cum possint aliàs ex herbis, leguminibus, & fructibus, sufficiens alimentum pro sustentanda natura sibi parare: si quidem non semel, vt in die ieiunij, sed iterum atque iterum possunt edere quidquid ex dictis libuerit. Limitarem tamen hanc responsionem, nisi aliàs iter agens esset Princeps, aut alia persona grauis, assuetæ vti cibis delicatis; quia tunc licite posset huiusmodi persona, si non inueniret pisces, vti ouis, & lactiniis, eoque respectu illius aliud alimentum non sufficeret. Ad rationem autem Pasqualigi latam pro sua sententia dicendum est, absolute sumptam, esse falsam, vt ex dictis constat: verum tamen cum limitatione; nempe in casu quo iter agentes, qui ad ieiunium obligantur, non inueniant pisces, nec alios cibos, ex quibus sufficiens prandium sibi parare possint; tunc namque, vt ieiunij præceptum adimplere valeant, licite poterunt vti lactiniis, & ouis: quia in hoc euentu non debet censeri Ecclesiâ prohibere lactinia, alias verò maximè. Et hæc omnia docet Leand. *ubi supra, q. 16. & 17.* Itaque cum dictis distinctionibus sententiam Vidal, & Pasqualigi libenter admitto; absolute vero loquendo, illam non approbo.

Notandum est hæc obiter; ne potius noceat, posse in die ieiunij aliquid cibi sumi, Patrem Pasqualigum *decis. 116. num. 6.* docere, & quod (regulariter loquendo) possit sumi quantitas cibi infra vnciam vnam. Sed hæc cibi quantitas, quam Pasqualigus assignat, regulariter loquendo, nimia videtur. Et certe, valde miror quod ille, qui ad summum sextam partem vnciæ de cocholate concedit, concedat nunc ex quocumque alio cibo, vnciam fere; Vnde Pater Leandrus *ubi supra, disp. 9. quæst. 12.* putat posse regulariter loquendo, sumi quantitatem cibi, infra dimidiã vnciam;

etiam; quia hæc quantitas, regulariter loquendo, videtur necessaria, & sufficiens, vt potui stomacho commixta, impediatur ipsius nocumentum.

An licitum sit in diebus ieiuniorum sumere, non solum pharmaca, & electuaria curatiua, sed etiam præseruatiua.

RESOLVTIO LX.

Affirmatiuè respondet P. Vidal in *Arca Theolog. Mor. sit. de ieiunio, Inquis. 1. num. 82.* vbi sic ait: Infertur Primo; non frangere ieiunium sumentem aliquid per modum medicinæ extraordinariæ comestione, vt sunt electuaria; & ea saccharo condita, vulgo conserua, hæ enim, & alia similia multum conferunt ad conseruandam bonam corporis dispositionem. Ita cum D. Th. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 3. sentiunt communiter Doctores. Ratio est, quia hæc principaliter non ordiuntur ad nutritionem, quamuis aliquo modo nutriant, sed ob alios fines sumuntur, vt ad perfectè recuperandam, & conseruandam salutem, & bonam corporis dispositionem. Addo, hoc idem posse etiam intelligi, non solum de pharmacis curatiuis, sed etiam de præseruatiuis; cum in his quoque militet eadem ratio: dummodò tamen non fiat ieiunio fraus, quod contingeret, si hæc, & alia sumantur principaliter in ordine ad nutriendum corpus, & ad sedandam inedia, & ided sumantur in magna quantitate, vel pluries in die, quàm requirat necessitas. Ità ille; quam opinionem desumpsit, vt omnes alij ex Pasqualigo, *decis. 133.*

Sed hæc opinio mihi non placet, vndè adhæreo sententiæ negatiuæ, quam ex magno Abulensi docet Fagundez de *præcep. Eccles. præcep. 4. lib. 1. cap. 4. num. 2.* vbi sic ait: Sed dubitabis, an qui præter vnicam comestionem aliquid sumit per modum medicinæ, dicatur frangere ieiunium? Negatiuè respondendum est cum D. Thoma 2. 2. *quæst. 147. artic. 6. ad 3.* consentiunt ibidem Caietanus, & Gabriel in *4. distinct. 16. quæst. 3. artic. 3.* & Siluester *verb. Ieiunium, quæst. 3.* & Nauatr. *cap. 21. num. 12.* & omnes communiter. Notat tamen Abulensis in *Matthæi cap. 6. quæst. 178.* videri frangere illum, qui nullam habens actualiter ægritudinem, nec timens aliquam de propinquo, medicinalem cibum sumeret; medicina enim supponit ægritudinem, vel actualiter existentem, quæ de proximo timeatur, vt optimè quidem notat Abulensis; aliter enim id fieret in fraudem ieiunij, & in fraudem legis nihil effici iustè potest. Ita Fagundez: & ante omnes Innocentius in *cap. 1. de Obser. ieiunij,* per hæc verba; Medicinam autem pro remouenda infirmitate, vel fugienda accipere licet sine peccato in die ieiunij; sed pro conseruanda sanitate non credo. Sic Innocentius, quem etiam sequutus est Gabriel in *4. dist. 16. q. 3. dub. 1. littera P.* & hæc omnia contra Pasqualigum obseruat, & tuetur nouissimè Pater Leandrus de *præcep. Eccles. tract. 5. disp. 5. quæst. 17.* quem ego contra Patrem Vidal etiam adducere necessarium existimaui. Vide etiam Doctores, quos citat, & sequitur Martinus de San Ioseph in *Monita Confess. tom. 1. l. 2. tr. 5. de ieiunio, num. 7.* Vndè ex his assentior Patri Pasqualigo *decis. 130. aienti,* posse ieiunantem ad subleuandam debilitatem stomachi, vel capitis: mane modicum ientaculum sumere; quia stante debilitate dicta, id quod ad eius subleuationem sumitur, habet rationem medicinæ. Et ibed nec dicti cibi sumptione, frangitur ieiunium, nec adhuc veniale peccatum committitur, nisi aliàs cibus qui sumitur, sit notabilis quantitatis excedens notabili-

ter necessitatem naturæ: nam hæc (vt nuper est dictum) debet esse mensura quantitatis cibi, quæ per modum medicinæ licitè sumi potest. An autem pro præseruanda debilitate superuentura, possit quis etiam sumere mane quid cibi. Dicendum est ex dictis supra posse, si certò aut probabiliter timeat aliter superuenturam; aliàs minimè. Vnde ex superius dictis à fortiori patet refellendam esse opinionem D. Thomæ, D. Antonini, Gabrielis, & Riccard. quos citat & sequitur Siluester *verb. ieiunium, quæst. 3. num. 9.* assentientium licitum esse sumere in die ieiunij electuaria ex saccharo condita ob solam delectationem; quia hæc verè habent rationem cibi nutritiui: ergo illorum sumptio extra permissam refectionem frangit ieiunium. Nec quod dicta electuaria sumantur ob delectatione, tollit quin eorum sumptio sit vera comestio, ordinata ex se ad nutritionem; nam intentio sumentis, non mutat naturam rerum comestibilium,

Nota vero hic obiter, quòd ex his sequitur, posse Cantores, seu Musicos insignes in diebus ieiunij aliquid cibi primo mane sumere ad conseruandam vocem. Ità communiter Doctores. Sed difficultas est, an hoc etiam liceat Religiosis canentibus in Choro, an inquam possint in die ieiunij ad conseruandam vocem aliquid cibi sumere: Et affirmatiuè respondet Pasqualigus, *decis. 132. num. 2.* eo quod etiam pertinet ad ipsorum munus in Choro canere: sed sic est, quod ieiunium non debet impedire munus consuetum ieiunantis: ergo cum ipso conceditur quidquid est necessarium, nè tale munus impediatur, Ita ille. Sed hanc sententiam absolute prolata, falsam existimat Leandrus *vbi supra q. 22.* & ideo asserit quod si Religiosi, qui in Choro canunt sint insignes Musici, & magno cum plausu coram populo cantent; tunc optimè possunt summo mane aliquid cibi sumere ad conseruandam suauitatem, & dulcedinem vocis; cum horum, & aliorum Musicorum sæcularium, vna in hac parte sit ratio: at vero si Religiosi, qui in Choro canunt, non habeant hoc munus, & exercitium speciale, sed solum cantu plano, aut sine notis id faciant, tunc nullo modo licebit summo mane ad conseruandam vocem sumere; cum ad hoc modo canendum non indigeant suauitate, & ideo parùm refert, quod illam conseruent, aut non. Vide etiam Martinum de San Ioseph; *vbi supra, num. 8.* Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. capit. 1. dub. 6. num. 11.* & alios.

An si aliquis ante prandium per quartam partem hora sumeret cibum, frangeret ieiunium.

RESOLVTIO LXI.

Negatiuè respondeo cum Leandro de *præcept. Eccl. tract. 5. disp. 5. q. 30.* vbi sic ait: An omnes ieiunantes possint licitè sumere paulo ante prandiū, quodcumque genus cibi, & quacunque quantitate, Respondeo posse sumere quodcumque genus cibi, & in quacunque quantitate paulò ante prandium, hoc est quarta parte horæ, plus minusvè ante prandium. Ratio est, quia illa comestio, seu sumptio cibi anticipata per hoc breue tempus, vnam, & eandem facit moraliter comestionem; cum prandio: ergo licita erit, & sic sine fractione ieiunij sumi à quocunque poterit. Idem docet Pater Vidal in *Arca Theol. Mor. ii. de ieiunio. Inquis. 1. n. 62.* sic asserens: Addo non violare ieiunium sumentem paulò ante prandium aliquid cibi etiam in magna quantitate, dummodò ante prandium non interponatur notabile tempus, sed tantum illud, quod moraliter censetur idem

idem cum tempore prandij, vt est per quartam partem horæ, aut tertiam ad summum. Ratio est, quia tunc illa comestio habetur tanquam proxima disposito ad prandium; & veluti inceptio ipsius prandij, vnde non erit diuersa comestio, sed pars vnus integræ comestionis cum ipso prandio. Idè, &c. Et hæc omnia præter Doctores citatos, docet etiam Pasqualigus *decif. 127. per totam*; quibus ego libenter adhæreo.

Sed hic obiter pro Confessariis obseruanda sunt aliqua. Primo, quod in die ieiunij possit quis parum cibi sumere, casu quo prandium sit valde dilatandum; quia longa dilatio prandij, communiter loquendo, semper causat debilitatem; sed propter hanc obuiandam, est licitum sumere mane aliquid cibi, ergo. Secundum: inseruientes mensis Secularium posse ieiuniorum diebus aliquid cibi sumere, antequam seruiant, & postea comedere: quia tunc omnes, tam Domini quam eis seruiantes, incipiunt prandium; sed horum, per aliquod interruptitur tempus, vt muneri suo satisfaciunt. Tertio: etiam Religiosos inseruientes mense, posse sine fractione ieiunij aliquid comedere, antequam seruiant: quia eadem pro his, ac pro sæcularibus ministrantibus militat ratio. Quarto, posse Religiosos legentes ad mensam, ante lectionem aliquid comedere; quia iam censetur pro omnibus Religiosis Prandium inceptum: ergo siue parum, siue multum legentes legant, omnes possunt absolute aliquid ante lectionem comedere, & postea proficere, aut finire cœnam. Sed difficultas est, an huiusmodi ad mensam seruietes, & legentes possint diebus ieiunij ante seruitium, & lectionem, non solum in medica quantitate cibum præsumere, verum etiam in magna. Et respondeo posse etiam cibum in quacumque magna quantitate præsumere; quia vt supra est visum, prædicta sumptio cibi, est inchoatio prandij, post seruitium, & lectionem futuri; ergo cum eadem comestio sit cum sequente moraliter, nihil refert quod id, quod præsumitur sit in parua, aut in magna quantitate. Et hæc omnia docet Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus, *vbi supr. à q. 24. vsq. ad q. 29.*

Notandum est hic obiter, quod si quis inaduerterentur cibum sumeret in die ieiunij, ieiunium non frangeret, sed tenetur illud seruare, quia licet illa comestio, vel quia carniū, vel quia pluries facta, substantiæ ieiunij aduersari videatur, tamen prorsus est inuoluntaria respectu ieiunij, nec præceptū videtur solui, nisi per actum voluntarium. Et si casus accideret in Praxi; ita Me gererem, vt si comestio sit æquiualens prandio, eo die non sumat nisi refectiunculam, si comestio æquippollet refectiunculæ, sumat eo die tantum prandium; si neutri ob paruitatem æquiualeat, tunc sumat prandium, & refectiunculam seruans formam ieiunij. Et si Auctorem huius praxis desideras, vide Rocafull *in Praxi Theol. mor. tom. 2. lib. 3. de Præcept. Eccles. cap. 4. num. 59.*

An frangat ieiunium, si quis urgente aliquo negotio per longum tempus interrumpere prandium.

RESOLVTIO LXII.

Negatiuè respondet Pater Pasqualigus, *decif. 121. n. 5. & 6.* docens nullo modo frangi ieiunium, etiam si (urgente aliquo negotio) vsque ad noctem prandium interrumpatur. Ratio eius est; quia, cum illa interruptio, licet satis longa, non sit voluntaria, sed ex necessitate; secunda comestio censetur pars, & complementum prioris comestionis,

quæ imperfecta fuit relicta. Sed Ego alibi cum pluribus Doctoribus existimaui verè frangere ieiunium, illum, qui per longum tempus, ad arbitrium boni viri, prandium interrumpere.

Sed nouissimè Pater Leandrus *de Præcept. Eccles. tract. 5. quest. 33.* sub distinctione respondit, quod ille, qui etiam ob iustam causam interrupt per amplius quam per duas horas Prandium, seu cœnam, non possit absque violatione ieiunij ad ipsam complendam redire, si comedens aliàs in prima comestione sumpsit cibi quantitatem sufficientem ad ieiunium tolerandum: qua hoc tempus in hoc casu, sufficientissimum videtur ad diuidendas omnino illas comestiones, & consequentes ad violandum ieiunium, vt expressè docet Lessius; *lib. 4. cap. 1. num. 11. vers. Inferitur quarto.* Qui verò per minoris temporis spatium interrumpere, nullo modo violaret. Ita Leandrus, qui citat Sancium, Angles, & Ludouicum de San Iuan: Et huic opinioni etiam Ego adhæreo; quod non audeo facere cum sententia Patris Pasqualigi; contra quam sic nouissimè etiam asserit Pater Martinus de San Ioseph *in Monita Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 5. de ieiunio. num. 10.* El que en dia de ayuno, auiendo comenzado à comer, se leuanta dexando la comida por alguna ocasion de negocio, con animo de boluer à comer puede acabar ei negotio, y boluer à comer, como la interrupcion no sea tan larga; que se iuzgue por dos comidas: porque moralmente se continua comida, aunque se interrumpa por espacio de vna hora. Trullenchez, *lib. 3. tom. 1. cap. 1. dub. 6. n. 2.* Lessius, *l. 2. c. 4. dub. 13. num. 11.* Bonacina *de Præcept. Eccles. disput. vltim. punct. 1. n. 10.* Filliucius, *tom. 2. tract. 27. cap. 2. n. 41.* Nauarrus, *cap. 21. num. 15.* Reginaldus, *1. tom. lib. 4. num. 177.* Caceranus *in Summa, verb. Ieiunium.* Villalobos, *tract. 32. diff. 6. n. Toletus, lib. 6. cap. 2. num. 5.* Sanch. *in Selectis, quest. 52. n. 4.* qui citat Angles *in floribus, de Ieiunio, disp. 9. de vnica comestione, art. 12. diff. 1.* que dizen ambos, que se puede boluer à comer, aunque ayan passado dos horas. Hucusque Martinus; cui adde Rocafull *in Praxi Theolog. Mor. tom. 2. lib. 3. de Præcept. Eccles. cap. 4. num. 60.*

An ignorans casum reseruatū sine censura, absolui possit à quocumque Confessario, etiam si non habeat potestatem absoluedi à reseruatis.

RESOLVTIO LXIII.

Curiosa quæstio, & passim practicabilis, & quæ nimis plausibilis erit Confessariis; quam nouissimè doctè, & latè more suo pertractat Pater Ioseph de Ianuario, *de casibus reseruatis. resolut. 1. per totum*; & affirmatiuè responderet: Et ratio est, quia reseruatio casuum per modum Statuti, seu in Synodo est pœnalis: sed ignorantes non tenentur ad statutum pœnale; ergo subditi ignorantes reseruationem, non incurrunt in illam. Si ergo non incurrunt: ergo possunt absolui à quocumque inferiori Confessario, cum habeat hic potestatem ex delegatione in hunc Pœnitentem. Confirmatur à Grassio *lib. 2. de Casibus reser. cap. 40. num. 29.* quia hic actus pro vt dicitur qualitatè reseruationis est inuoluntarius, cum sit secundum hanc qualitatè ignoranter factus: ego secundum quod dicit illam reseruationem, nullum est peccatum, & consequenter nec casus reseruat. Dices, quod etsi reseruatio sit facta in Synodo, est facta Confessariis, non pœnitentibus. Respondeo, quod est facta Pœnitentibus, dum res indifferentes in ordine ad Pœnitentes

Pœnitentes sunt peccaminosæ; sic locutio cum Monialibus est indifferens, & fit peccaminosa, quia est reseruata in Synodo, &c. & sic de cæteris, &c. Reseruatio enim, vel est de re prohibita, quia mala, & est in pœnam delicti, & consequenter, in ordine ad transgressores; vel est de re mala, quia prohibita, & tunc res indifferens fit peccaminosa, in ordine ad Pœnitentes. Igitur reseruatio tota, quanta est, est in ordine ad Pœnitentes per se primo, & directè, licet respiciat Confessarios per accidens, seu per aliud, nempe per Pœnitentes. Et si velis dicere quod reseruatio æqualiter respicit Confessarios, ac Pœnitentes. Respondeo, quod sufficit mihi, si sit statutum in ordine ad Pœnitentes, quod statutum non obligat ignorantes, vt dixi, & si non obligat Pœnitentes, consequenter Confessarij non possunt absoluerè hos, non transgressores huius statuti.

Nec obstat dicere, quod hæc doctrinâ vera est quando reseruatio est in odium delicti; sed falsa, quando est ob bonam Ecclesiæ gubernationem. Quia contra est: nam reseruatio per modum Statuti semper debet respicere commune bonum, aliter non obligaret, cum lex sit coordinatio rationis in ordine ad bonum commune. Vnde etsi in odium delicti fiat, si sit per statutum, bonum commune respicere debet. Et quia statutum reseruationis (sive sit de peccato malo quia prohibito, quod dicitur reseruatum ob bonam Ecclesiæ gubernationem; sive de peccato prohibito quia malo, quod dicitur reseruatum in pœnam, secundum Castrum Palaum tom. 1. disp. 1. punct. 18. num. 8. vers. *Secundò infero*, &c.) semper habet annexam pœnam, nempe obligationem se præsentandi Superiori, quæ pœna est, secundum Suar. de Pœnit. disp. 30. sect. 3. n. 6. Idem statutum reseruationis semper dicitur pœnale, vt optinè Fagund. 2. *Eccles. Precept. lib. 8. cap. 1. num. 8.* Nec dicas Secundò, quod reseruatio non est tam pœna delinquentis, quàm limitatio iurisdictionis absoluentis. Quia contra est: nam reseruatio per modum statuti est limitatio iurisdictionis, non absoluta, sed cum ordine ad Pœnitentes, qui tenentur ad statuta Diœcesana. Vnde ideo limitatur hæc iurisdictionis, quia Pœnitens fecit contra statutum: ergo quia quando ignoranter quis operatur, non facit contra statutum, idè potest absolui. Nec dicas Tertio cum Naldo in *Summa verb. Casus reseruatus*, num. 7. in fine, quod reseruatio potest fieri etiam de peccatis præteritis: ergo ignorantia nihil prodest. Quia contra est: nam quando reseruatio fit de peccatis præteritis, non fit per modum statuti in ordine ad Pœnitentes, sed per modum præcepti in ordine ad Confessarios sine vilo respectu ad Pœnitentes, & idè obligat Confessarios, & nullo modo Pœnitentes: At quando fit per modum statuti de peccatis futuris, fit cum ordine ad Pœnitentes, ad hoc scilicet, ne faciliùs in facinorosa, & atrociora crimina dilabantur, & consequenter obligat Confessarios in ordine ad Pœnitentes. Hinc est, quod cum Pœnitentes non incidant in reseruationem ratione ignorantia, Confessarij inferiores possunt absoluerè à peccatis sine tali reseruatione. Et idè ignorantia prodest in reseruatione de peccatis futuris, non verò de præsentibus. Alias rationes videbis penes eundem, de Ianuario: adi illum, & non pigebit. Sed ne desetas recognoscere Mazuchellum, quem ego alibi adduxi, de *Casib. reseruatis*, disp. 2. quest. 2. difficult. 5. & Merollam, tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficult. 11. num. 642. contrariam sententiam tenentes; sed sententiam de Ianuario puto satis probabilem esse, quam tuetur etiam Graffius, de *Casib. reseruatis*, lib. 2. cap. 40. num. 29. & Nauarrus in *Manual. cap. 27. num. 80.*

Nota etiam hinc obiter primò, habentem peccata dubia reseruata: posse absolui à quocumque Confessario inferiori; quia reseruatio non est in possessione casus dubij, dubitans verò, est in possessione non reseruationis: vnde melior est cõditio dubitantis, quàm reseruationis. Nota secundò, quod absolutus per inferiorem Confessarium à casu dubiè reseruato ab Episcopo cum censura, certioratus deinde de reseruatione, non tenetur se præsentare Superiori. Nota Tertio, quod Pœnitens, qui in casum reseruatum cum censura incidit, si bona fide accedit ad inferiorem Confessarium, qui scit se non habere potestatem absoluendi talem casum, si ab ipso absoluitur, non tenetur quando venit in malam fidem confessionem iterare, sed tantum casum censurarum Superiori manifestare. Nota quarto, quod potest licitè Confessarius inferior absoluerè Pœnitentem, habentem casum reseruatum, & non reseruatum: & post absolutionem illum mittere ad Superiorem pro absolutione à reseruato tantum. Nota quinto, quod Confessarius inferior, potest Pœnitentem absoluerè à casibus reseruatis in sua Diœcesi, quando Pœnitens eos commisit, vbi reseruati non erant. Nota sexto, quod Confessarius inferior potest peregrinos absoluerè à casibus commissis in Diœcesi, vbi reseruati sunt, si in Diœcesi ipsius Confessarij non sunt reseruati, etiam si data opera ad talem Confessarium extra Diœcesim accedant. Nota septimò, quod Pœnitens qui dum confessus est cum potente à reseruatis absoluerè, inculpabiliter est oblitus, vel rationabilem habuit causam reseruata non confitendi, à quolibet Confessario inferiori potest absolui. Et hæc omnia latè probat Ianuarius *vbi supra, resol. 2. vsque ad resol. 11.*

Et tandem dictus Ianuarius, *resolut. 12.* querit, an excommunicatus excommunicatione reseruata, sed non denunciatus, absolutus à Confessario inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, si à periculo, vel articulo exeat, teneantur se præsentare Superiori, si non habeat cui satisfaciat? Et negatiuè respondet cum Millardo à me alibi citato, Cælestino, & Texeda tom. 2. l. 3. tract. 3. §. 4. *contron. 10. dub. 2. q. 2. n. 136.* Probat hanc opinio ex Tridentino, *sess. 14. cap. 7.* vbi hæc habet: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis. Atque idè omnes Sacerdotes, quoslibet Pœnitentes à quibusuis peccatis, & censure absoluerè possunt, &c.* Si ergo absolutus à casibus reseruatis non tenetur adire Superiorem secundum communissimâ sententiam: ergo neque absolutus à censura reseruata; sicut enim cessat reseruatio à casu, ita à censura per hæc verba Concilij. Ne dicas, quod de excommunicatione habemus Textum expressum in cap. *Eos qui de sentent. Excommunicat. in 6.* At de reseruatione, nullum habemus locum, hoc præcipientem. Quia contra est; nam Textus ille meo iudicio loquitur cum excommunicatis deductis in foro fori, non verò de non denunciatis. Text. verba hæc sunt: *Eos, qui à sententia Canonum, vel hominis (cum ad illi, à quo aliàs de iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminētis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursū) ab alio absoluntur, &c. si cessante postea periculo, vel impedimēto huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus absolui debebant, quàm citò cõmode poterunt, contempserint præsentare, mandatū ipsius super illis, pro quibus excommunicari fuerint, humiliter recepturi, & satisfactum prout iustitia suadebit. Decernimus (ne sic censure illudatur Ecclesiastica) in eandē sententiam reincidre, ipso iure, &c.* Vbi nota illa verba: *Se illi, à quo his cessantibus absolui debebant.*

bant. Non dixit, sine his, neque ante hac his cessantibus, ergo loquitur cum illis tantum, qui absoluti in mortis articulo, debent absolui à Superiori excommunicatore: sed hi sunt tantum deducti, seu denunciati excommunicati. Hi enim absoluti, ratione periculi in foro conscientiae debent à Superiori absolui transacto periculo, in foro fori, ut patet: ergo cum his tantum loquitur, & non cum excommunicatis, & non deductis. Nisi velis dicere cum Millardo in *Summa Parochorum de Pœnit. cat. 97. num. 10.* hoc onus se præsentandi coram superiore, non amplius habere locum post Concilium Tridentinum, & sic cessare ex vi verborum Concilij, cum nulla sit reseruatio.

Nec obstat cap. *Ea noscitur*, & cap. *Quamuis*, &c. *Quod de his, de senten. Excommunicat. & Extrauag. Inter cuncta de Priuileg.* Quia ibi Canones non vigent quoad absolutos in periculo mortis, etsi vigent quoad alios alia ratione absolutos; ut patet per dictum Concilium Tridentinum, dum dicit *loc. cit.* in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reseruatio in articulo mortis, &c. & Concilium mouetur, ut in postilla eiusdem Concilij, ex cap. *Felicis. de Pœnis, in 6.* & ex cap. *Pastoralis. §. Præterea. de Officio Iud. ordin.* & ex *Clem. cupientes. §. Sanè de Pœnis.* In quibus Textibus nulla fit mentio de tali obligatione: Cum ergo Concilium dicat, quod in articulo mortis nulla sit reseruatio, fundatur in his Textibus, in quibus non est talis obligatio se præsentandi; dicendum erit, quod illi Canones, quoad hanc partem iam cessarunt. Vel dic, & melius: quod dum Concilium Tridentinum refert ius antiquum, quod cesset reseruatio, & non facit mentionem de obligatione Pœnitentis se præsentandi, signum est, quod corripit ius antiquum, quoad hanc partem. Cæteras rationes videbis penes dictum Ianuarium. Sed, ut verum fatear, Doctores communiter contra Ianuarium sentiunt; ut ego alibi probaui: non puto tamen eius sententiam improbabilem esse, licet ego contrariæ adhaream.

An Episcopus habens potestatem dispensandi cum aliis, possit secum dispensare.

RESOLVTIO LXIV.

AD hoc dubium respondet Atriaga in *Cursu Theologico, tom. 4. disp. 28. de leg. bus, sect. 3. n. 14.* ubi sic ait: Maior est difficultas quando Pontifex concedit Episcopis potestatem ut dispensent cum suis subditis in legibus ipsis Pontificiis, an etiam tunc concedat eis potestatem, ut etiam secum dispensent. Respondeo vno verbo, id totum pendere ex voluntate Pontificis concedentis eam facultatem: nam si ille eam limitat ad solos subditos excludendo ipsum Episcopum (ut sine dubio facere potest) sane non poterit Episcopus secum dispensare; si verò eam restrictionem non ponat, intellegitur eam concedere. Dices, semper ponit eam restrictionem; nam Papa non dat Episcopo potestatem dispensandi cum omnibus, sed cum subditis: ergo per illud verbum excludit semper ipsum Episcopum. Respondeo, eam exclusionem non esse, ut Episcopus non possit secum dispensare, sed ut alij aliorum Episcoporum subditi non includantur; vnde in eo casu, si alia maior exclusio non fiat, non censetur excludi ipsum Episcopum; quia non censetur Pontifex velle illi in hoc puncto minorem fauorem facere, quam facit ouibus illius Dices: ergo si Episcopos habeat à Papæ potestatem dispensandi in irregularitate, & homicidio v. g. & ipse occidat aliquam, poterit secum di-

spensare: id quod videtur valde durum. Respondeo, eam potestatem dispensandi in similibus casibus raro concedi generaliter Episcopo: quod si concedatur, quia ea irregularitas supponit culpam, & grauem, crediderim non intelligi concessam Episcopo, ut ipsum ab ea liberet, licet in alijs materijs, quæ culpam non supponunt, ut v. g. in lege ieiunij, &c. si datur ei licentia dispensandi cum suis, possit dicit data & dispensandi secum Ratio disparitatis inter vtrumque casum quoad potestatem ea est, quod quando supponitur crimen, ob quod incurritur irregularitas, permagni interest ad dispensationem concedendam cognitio eius delicti, ac iudicium de illo; id quod ad Superiorem spectat; ideòque æquum non fuit ut ipse sibi posset eam pœnam auferre: vnde nisi verba expressè id dicant, non potest præsumi à Pontifice concessa illi talis potestas, ut sibi ipse irregularitatem eam auferret: at quando dispensatio est in alia lege, quæ nullam supponit culpam, non est fundamentum vllum vrgens, cur non possit illi committi ius dispensandi secum, sicut committitur cum alijs. Hæc Arriaga.

Sed Vir sapientissimus, & amicissimus, in hoc scrupulosè videtur loqui; & idèd puto in tali casu posse Episcopum secum dispensare. Dico itaque absolute, Episcopos, cæterosque Prælatos posse secum dispensare in lege Superioris, & in votis, aut iuramentis à se factis sicut possunt cum suis subditis, nisi expressè prohibeatur. De censuris autem aliter dicendum existimo; si enim censura aliqua ligatus sit; v. g. Excommunicatione, suspensione, aut interdicto, non potest, nisi medio Sacerdote à se electo absolui; quia hæc tolli non possunt nisi absolutioe, & absolutio est quædam sententia, quam in se ipsum quis exercere non potest. De irregularitate, depositione, & qualibet alia inhabilitate maior est dubitatio, an possit secum dispensationem facere? Et quidem si per sententiam contraxerit, certum est non posse illam à se immediatè, & directè nec medio aliquo à se electo tollere; quia illam tollere non potest, nisi ex commissione imponentis, quam non est præsumendum concedere, aliàs frustranea esset eius conditio. Et in hoc sensu verissimum est, non esse soluere, cuius est ligare. cap. *Cum Inferior. de maior. & obedient.* & ita notauit Basilius de Leon; *lib. 8. cap. 6. num. 9. & cap. 7. num. 17.* & satis colligitur ex cap. *At si Clerici de Iudic. cap. 2. de Bigamis.* At si pœna, & inhabilitas non pet sententiam; sed ipso iure incurtatur, credèd posse Prælatum secum dispensare, sicut potest cum suis subditis; quia licet per iurisdictionem coactiuam ligatus fuerit, solui tamen potest ex iurisdictione voluntaria, & directiua. Item non tam ipse seipsum soluit, quam soluit Superior, qui pœnam imposuit, ipse enim potuit Prælato committere vices suas, ut dispenset in omnibus pœnis, & irregularitatibus tam secum, quam cum sibi subditis: ex qua commissione ipse secum dispensat. Et ita docet Castrus Palau; *tom. 1. tractat. 3. disputat. 6. punct. 7. §. 1. num. 4. & 5.* Et quidem Doctores absolute controuertunt, an Prælati secum possint dispensare in omnibus, in quibus possunt cum subditis, & specialiter nominant irregularitates, ut videre est apud Sanchez; *lib. 8. disput. 3. num. 4.* Quare solum in casu, quo lex tantum esset pro Prælati lata, & pœna tantum ipsis imposta, censetur esse restringendam esse potestatem, ut relatis alijs docet Sanchez *disp. 5.*

num. 3.

An Fratres Minores possint recipere Anniversaria perpetua, & Legata perpetua annuorum reddituum pro fabrica Ecclesie, vel alio vsu Diuini cultus.

RESOLVTIO LXV.

CIrca præsentem materiam alibi aliqua adduxi, & latè adducam in tractatione peculiari circa Nostram Religionem; hinc tantum adducam, quæ scribit, & docet Pater Magister Texeda Ordinis Prædicatorum in *Theol. Moral. tom. 1. lib. 2. tract. 2. dub. 4. contron. 17. num. 21.* vbi sic ait: Dico sexto: Nec etiam repugnat Fratrum Minorum paupertati recipere Anniversaria perpetua à Testatore relicta, vt pro sacris celebrandis, & aliis diuinis officiis pro Testatore faciendis singulis annis aliqua sumptu pecuniarum ab hærede elargiatur: Contrarium huius tenet Sanchez *Sum. 2. tom. lib. 7. cap. 26. num. 44. tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 17. num. 23.* existimantes Fratribus Minoribus minimè licere, repugnareque proinde de eorum laudabili paupertati: cæterum conclusio nostra asseritur à Siluestro, *verb. Legatum 1. quest. 3. dict. 2. Tabena verb. Legatum. Manuel quest. 9. regul. tom. 2. quest. 26. artic. 4. D. Antonino, 3. part. tract. 18. cap. 1. §. 12. Corduba in regul. D. Francisci, quest. 17. & 16.* & probatur, quia minimè repugnat Fratrum Minorum paupertati stipendium recipere pro Sacris, & aliis diuinis Officiis faciendis, vt experientia est testis: ergo Legatum in quo iubetur à Testatore, vt elargiatur singulis annis Fratribus Minoribus aliqua quantitas vt Sacra celebrentur, & alia Diuina Officia pro eo persoluantur, est validum: vnde asserit Diuus Bonaventura, quod quamuis Religiosi D. Francisci non possint petere in iudicio tales annuos redditus, nihilominus si hæres noluerit, posse licite denunciare Iudici, vt faciat adimplere voluntatem Defuncti: nam hoc non est actus dominij, vel proprie iuris, nec repugnat paupertati, præcipue cum id faciat ratione oneris, quo est grauatum Monasterium. Obiicitur, huiusmodi Legatum est annuorum reddituum, & perpetuum: ergo tollit omnino Fratrum Minorum mendicitatem, cum id in victu, & vestitu eorum expendendum sit. Respondetur cum Siluestro, *verb. Hereditas, quest. 7. distinct. 2. num. 10.* & immediatè citatis, negando Antecedens; quia illi annui redditus nec vt sic à Fratribus Minoribus acceptantur, & possidentur, sed vt stipendium, aut eleemosyna pro Sacris celebrandis, ac diuinis officiis persoluendis pro anima Testatoris, aut pro quibus iusserit. Secundo Respondetur, quia etiam si relinquuntur vt redditus perpetui, possunt tamen recipi pro emendo frumento, vino, & aliis necessariis ad cultum diuinum, pro quibus recipere redditus perpetuos non repugnat Fratrum Minorum paupertati, nec eorum Regulæ, vt dictum est. Hucusque Texeda, qui *antea num. 16.* hæc etiam asserit: Dico quinto: quoties annui redditus legantur Fratribus Minoribus etiam in perpetuum non pro eorum vestitu, & victu, sed ad quædam necessaria pro vsu diuini cultus validum est legatum, nec Minorum laudabilis paupertas quoquo modo violatur: Contrarium huius tenet Azorius. *1. Instit. moral. lib. 12. cap. 23. quest. 15.* asserens annuos redditus perpetuos aduersari Fratrum Minorum paupertati, atque adeo eiusmodi legatum esse inutile: sed nostram conclusionem tenet Baldus supra cum aliis, & prob. vera, quia annui redditus huiusmodi non legantur pro victu, & vestitu Fratrum Minorum, nec pro aliis ad corporea

pertinentibus, sed pro necessariis ad diuinum cultum, ex quo non tollitur, nec diminuitur mendicitas eorum. Sed obiicit Azorius: nam in *Clemen. adducta exiui §. cuiusque annui redditus.* interdicitur Fratribus Minoribus recipere quoscunque annuos redditus: ergo cum ius non distinguit, nec nos etiam debemus distinguere. Sed responderetur, Textum solum ibi loqui de annuis redditibus ad victum vestitum Minorum Fratrum pertinentibus, non vero de redditibus ad cultum diuinum necessariis, nimirum ad emendum panem, & vinum pro Sacris celebrandis, vel Calices, & Casulas, & alia huiusmodi. Quare dicendum puto, consuetudinem Religionis Minorum, & cæterarum aliarum, quæ similem in communi seruant paupertatem, hos reddituum modos admittere, ideo dicendum est posse non repugnare eorum paupertati habere huiusmodi redditus pro expensis fabricæ, & Sacristiæ, quia vt bene Angelus, & Siluester, Religiones non obstante earum paupertate, & mendicitate possunt acquirere ius ciuile ad huiusmodi redditus, & constat hoc ex *c. ult. de Testam. & cap. Nimis. 1. de Excessibus Pralat.* quatenus in illis huiusmodi legata Religiosis facta generaliter approbantur, peculiaria priuilegia in eorum fauorem conceduntur. Et probatur; quia tales redditus cum non dentur Fratribus Minoribus, vt ab illis possideantur, sed solum fabricæ Ecclesiæ, aut Sacristiæ, seu pro reparatione eorum, quæ ad diuinum cultum necessaria sunt, ipsi Fratres re vera solum sunt Administratores talium reddituum, qua ratione bene possunt dici habere ius ciuile ad exigendos solum quidem tanquam œconomi, qui operis pij curam gerunt. Porro obseruandum est non licere Fratribus Minoribus, nec aliis, quorum Religio similem proficitur paupertatem, conuertere huiusmodi annuos redditus, aut partem eorum in alios vsus Monasterij, vel Religiosorum, sed solum in illum diuinum cultum, aut Fabricam Monasterij, ad quem deputati sunt; nam aliter facientes, contrauenirent paupertati, quam in communi seruant, vel ex præcepto, vel ex Regula, & talis vsus esset contra voluntatem Testatoris, seu Donantis; vnde ipsi Religiosi nullum ius habent vt in alios vsus illos redditus expendant, præter illos ad quos à donante deputati sunt, & ideo non aliter licet eis illis vti, nam ideo illis redditus perpetuos possunt Fratres Minores recipere, & pro illis exigendis agere in iudicio; quia sunt illius operis Administratores, & œconomi. Hæc omnia Texeda; cuius sententiam, licet nouissimè non approbet Pater Dicastillus, *de Inst. lib. 2. tract. 18. disp. 1. dub. 18. n. 308.* tamen illam admittit Mantica *de Coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. Bonacina de Contract. disputat. 3. quest. vltim. punct. 3. num. 2.* & alij quibus ego adhæro.

Sed si aliquis hinc obiter querat, an si instituat hæres cum onere vt hæreditatem vendat, & pretium in Fratrum Minorum necessitates conuertat, Testamentum sit validum? Et affirmatiuè respondet Lessius, Layman, & alij, quos citat Dicastillus, *vbi supra n. 312.* Dico itaque validum esse Testamentum, in quo Fratres Minores non instituuntur hæredes principaliter, sed alius à Testatore signatus succedendi in hæreditatem capax, cum clausula, idest sub conditione vendendi hæreditatem, & quod pretium in Fratrum Minorum necessitates conuertatur: Et probatur, quia tunc Fratres Minores non succedunt in aliquod ius defuncti, nec in eos transit rei immobilis hæreditas: nec sunt verè hæredes, sed legatarij, quibus à defuncto per modum eleemosynæ, & causæ piz donatur pretium illius hæreditatis, cuius dominium non

non ad Minores spectat, sed ad eum, qui in Testamento à Testatore fuerat nominatus, & signatus, & vocatus cum onere tamen, & obligatione vendendi hæreditatem, quæ hæreditas vendi debet, & extimatio eius Minoribus donari iuxta Testatoris voluntatem; nam tunc Fratres Minores, non vt domini adeunt defuncti hæreditatem, sed solum vt pauperes recipiunt eleemosynam.

Sed plus addit, (nota Lector) doctus Dicastillus loco cit. num. 311. non tantum hoc modo relinqu posse vni tertio bona immobilia hæreditario iure, vt vendita hæreditate pretium Fratribus tribuat, sed etiam cum onere, quotannis in perpetuum det aliquid prædictis Fratribus siue in sustentationem, siue pro Ecclesia, domo, & similibus, ita tamen vt ipsi Fratres non censeantur adquisisse ius exigendi hos annuos redditus; sed solum ex parte hæredis sit obligatio tanquam onus impositum à Testatore. Ita Dicastill.

Et tandem nota, quod si Fratribus Minoribus res aliqua immobilis relinquatur à Testatore absolute, non explicando an vendi debeat, & conuerti in eorum vsus necessarios, adhuc nihilominus Legatum est validam, & pretium vendita hæreditate debet dari Fratribus Minoribus. Ita Texeda, *vbi supr. n. 14.* quicquid in contrarium asserat Azorius. *tom. 1. l. 21. cap. 23.* quia quories agitur de pia, & Religiosa causa, & verba simpliciter sunt prolata debent in casu dubij interpretari in fauorem eius, ne actus maneat suo valore destitutus: ergo cum verba huius Legati rei immobilis Fratribus Minoribus relicta, simpliciter sint prolata, quamuis eius (quatenus immobilis) sint incapaces, cum tamen sint ad recipiendum pretium habiles, & possint habere extimationem rei iam venditæ, legatum valet pro secundo, cuius sunt capaces, atque adeo hæres tenetur rem illam vendere, & pretium Fratribus Minoribus elargiri.

An Residentia Episcoporum sit de iure diuino; & quo pacto in illa possit Pontifex dispensare.

RESOLVTIO LXVI.

Residentiam non esse de iure diuino docent Ambrosius Catharinus Dominicanus, Archiepiscopus Compensis in Tractatione Quæstionis. quo iure Episcoporum residentia debeatur: Et Thomas Campegius Episcopus Feltrensis, in Tractatu de Residentia Pastorum: Idem docuit Alphonsus Salmeronius ex Societate Iesu. Et hanc opinionem nouissimè ex eadem Societate docet Pater Andreas Gerunda, *de Episcopatu, lib. 2. disp. 1. cap. 4. num. 12.* vbi sic ait: Dispensatio autem in Residentia Episcopi, licet proprium sibi vendicatura sit locum infra, nunc breuiter concedenda non est de iure Diuino, sed de humano; nam tamen indissolubilitas radicalis d iurisdictionem pariter aliquo pacto radicale sequens cum aliqua Ecclesia vagè, sit iuris diuini, vt *lib. 1. disp. 12. cap. 14.* demonstrauimus; actualis tamen connexio cum hac certa Ecclesia huius Episcopi, canonici, atque humani est iuris, ad instar Matrimonij rati vinculum, immò potest à Pontifice, faciliùs dispensari, vt *loco citato* diximus, *num. 11.* iuxta nostram tertiam præsentis capituli conclusionem, quod vberius infra suo loco Deo dante prosequemur. His addo ad vberiore doctrinam, tamen daremus iuris esse diuini Residentiam Episcoporum, in eo tamen negamus directè Papam dispen-

Anton. Diana, Pars X.

sare, sed solum indirectè, ac mediatè, mutando materiam, quatenus ex consensu, atque humana pendente voluntate, cuius mutatione facta naturale, diuinumque præceptum per se cessat: etenim residendi obligatio non resultat nisi ex fœdere, ac pacto inter Episcopum, & talem Ecclesiam, vt *lib. 1. disp. 1. cap. 4. num. 15.* docuimus, quod quidem cum humana voluntate contrahatur, ex hac parte mutabile censendum est per superiorem voluntatem Pontificis, vt citato loco, *num. 18.* probauimus, cui sanè subordinatur Episcopus, vt supremo Pastori, superiori, atque excellentiorem in illa eadem Ecclesia potestatem habenti, quippe qui quando in tali dispensat Residentia, decernit qua ratione pro tali tempore illi consulendum sit Ecclesie, cuius onus, vt probè Soarius *lib. 2. de legib. cap. 14. num. 22.* in se suscipit: à quo liberat Episcopum non per dispensationem in præcepto naturali diuino; sed quia non aliàs Episcopus pactum, ac fœdus cum sua Ecclesia, inquit, quam dependenter à Papa, neque aliam stabilitatem illud fœdus habet, quæ solui non possit à Summo Pontifice, vt à *num. 15.* ac deinceps loco citato sæpe diximus. Ita Gerunda.

Sed vt verum fatear, communis sententia Theologorum docet, Residentiam Episcoporum esse de iure diuino; & contra Catharinum scripserunt latè Franciscus Torrens, Bartholomæus Carranta, & Iacobus Naclante in *Opusc. de hac materia.* Itaque stando in hac sententia assero, dispensationem Papæ circa Residentiam Episcoporum non esse in iure naturali præceptiuo per se spectato, sed in materia eius, mutando illum quatenus etiam pender ex consensu, aut voluntate humana; qua mutatione facta, ipsum naturale præceptum per se cessat obligare. Declaratur hoc, quia illa obligatio residendi non insurgit, nisi mediante pacto, & vinculo inter Episcopum & Ecclesiam; hoc autem pactum, & vinculum humana voluntate contrahitur; & idè ex hac parte mutabile est, saltem per potestatem publicam: cap. *Inter corporalia de translat. Episcop.* & idè per eandem relaxari potest, & consequenter etiam potest naturalis obligatio, quæ ex illo nascitur, vel mutari, vel auferri. Et declaratur ampliùs; quia illud pactum inter proprium Episcopum; & suam Ecclesiam, ex natura rei subordinatur supremo Pastori, ita in illo pacto includatur conditio offerendi se ministerio talis Ecclesie, cum subordinatione ad supremum Pastorem, qui habet in illa Ecclesia excellentiorem potestatem, & immediatam etiam curam. Quando autem Pontifex dispensat in Residentia, ipse statuit quomodo pro tali tempore prouidendum sit tali Ecclesie, & quasi onus illius in se suscipit, & inde consequenter fit, vt proprius Episcopus liberetur personali obligatione, non per dispensationem in præcepto naturali, sed quia illo modo re vera implet pactum cum sua Ecclesia, ex quo illa obligatio præcepti oriebatur. Vel potiùs impletur illa obligatio alio modo inclusa etiam in ipso pacto, prouidendo Ecclesie modo præscripto à supremo Pastore ex rationabili causa; hoc enim supponi debet, quia hæc est iusta conditio, quam vinculum ipsum includit. Et hanc opinionem tenent Suarez, *lib. 2. de legibus, cap. 14. num. 22.* Basilius Pontius, *lib. 8. de matrim. cap. 2. num. 15.* Ferd. Castro in *opere morali, part. 1. tractat. 3. disput. 6. punct. 4. num. 6. ad finem* Merolla, *tom. 2. disp. 4. cap. 2. dub. 8. n. 91.*

& alij.

Bb

Ab

An Episcopi ultra tempus praescriptum à Concilio Tridentino, videlicet trium mensium, si absint à Diœcesi per octo v. g. vel decem dies peccent mortaliter.

RESOLVTIO LXVII.

Afirmatiuè respondet Pater Pasqualigus *decis. Moral. decis. 473. num. 4.* ex eo quia Concilium taxat tempus, in quo concedit Episcopis nō residere, & hoc per modum indulgentiæ, idè in dicto tempore includitur totum id, quod rationabiliter indulgeri potest, nec extra ipsum habere locum paruitatem materiæ, quia iam Concilium videtur habuisse rationem illius: Quamuis censeat non esse excessum per duos, aut tres dies supra dictum tempus concessum. Et hanc sententiam tenet etiam Paulus Squillante, *tract. de obligationibus, & Præilegiis Episcoporum, part. 1. cap. 2. num. 5.*

Sed opinionem negatiuam tuetur nouissimè noster Pater Vidal in *Arca Theologia Moralit, sit. de Residentia Inquisit. unica, num. 37.* vbi sic ait: Colligitur sextò, quod si Episcopus maneat absens à sua Diœcesi ultra tres menses permissos à Concilio Tridentino per alios paucos dies, vt per octo, vel decem dies in toto anno, non censetur tempus notabile per se sufficiens ad incurrendam mortalem culpam contra posituum præceptum de Residentia: nam tale tempus in comparatione totius anni est quid modicum, neque ista absentia secundum se desumpta, & considerata est magni momenti, sicuti neque tempus à Tridentino permissum pro absentia licita à loco residentiae accipi debet mathematicè, sed quidem bene moraliter, cum in moralibus sit etiam moraliter procedendum: Vnde excessus pro octo, vel decem diebus ultra tempus præfixum à Tridentino, non videtur excessus talis conditionis, vt excedat terminos temporis concessi, & moraliter computati: idè, &c. Addo hoc idem data paritate, & portione seruata affirmari posse de Parocho absente supra tempus concessum, nempe ultra duos menses, qui si à sua Parochia absit toto vnus anni tempore absque necessitate, & sine sui Prælati licentia per octo, aut decem dies, mortalem culpam non committit; dummodò neque Ecclesia, neque subditi in illo tempore absentiae detrimentum patiantur. Ita ille, & aliqui docti Neoterici hanc opinionem probabilem putant. Sed Tu iudica.

Notandum est etiam hîc obiter aliquos docere Episcopos absque iusta causa non posse ab Ecclesiis dictis tribus mensibus abesse: Vnde Ioannes Vviggers de *Iustit. tract. 7. cap. 3. dub. 20. num. 84.* sic ait, Dico Secundò, Episcopi possunt continuè, vel discontinuè quorannis abesse tribus mensibus non petita à Superiori licentia, neque causa absentiae apud eum explicata, absque eo quòd pœnam, aut multam temporalem incurrant, sed non ultra. Ita permittit hoc Episcopis Concilium Tridentinum, *sess. 23. cap. 1.* Quod tamen non sic intelligendum est, quasi etiam sine causa licitè tanto tempore quorannis absque peccato abesse possint, sed quia solent moraliter occurrere singulis pene annis aliquæ necessitates, quæ Episcopi absentiam ad tempus requirant, hinc ne Episcopis videretur imponi conditio durior, si omni occasione deberent causas illas Superiori explicare; & veniam absentiae accipere, idè illud committitur ipsorum iudicio, & conscientiae, quòd ex causis possint absque illo recursum ad Superiores abesse tanto tempore. Quare si absque iusta ratione, etiam tempore illo solum abfuerint,

erunt coram Deo peccati rei: quod Concilium ibidè manifesto significat, quando dicit in illis absentis debere rationem haberi, vt æqua ex causa fiant, & absque vllò gregis detrimento, quod an ita sit, absentantium conscientiae relinquit. Neque his obstat, quòd Concilium paulò ante præmiserit: quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt, non enim hoc allegat quasi absentia duorum vel trium mensium reputari possit quasi pro nulla, atque ita Episcopis liceret absque peccato, tanto tempore abesse circa iustam causam, vt ex iam allegatis satis patet: sed ad hoc adducit vt intelligatur talis absentia posse consistere cum retentione Episcopatus, nec idè debere ab Officio amoueri, vel ipse teneatur dimittere, possitque etiam discretioni eius, & conscientiae id committi; cum è contra quando absentia deberet esse quasi perpetua, tunc Secundum ius diuinum naturale videretur obligari ad Episcopalem curam dimittendam, aut si quoque notabiliter frequens, & longa sit futura, quod tum mereatur examen Superioris. Ita ille. Sed Vidal *vbi supra, num. 34.* tenet posse Episcopum absque vllò scrupulo, & culpa, per tres menses in anno, vel continue, vel interpellatè abesse à sua Diœcesi, & Ecclesia, etiam animi, & recreationis gratia, vel amicos, aut consanguineos visendi. Et hanc sententiam me citato tenet etiam Paulus Squillante, *de obligationibus, & Præilegiis Episcoporum, part. 1. cap. 2. num. 4.* vnde in hoc Episcopis non est scrupulum iniiciendum.

Norandum est etiam hîc aliquos Doctores tenere quod si Episcopus sine causa absit etiam spatio trium mensium, vel minori, eum fructus suos pro rata non facere, sed teneri restituere, vt supra. Ita Garzias *part. 3. cap. 2. num. 28.* quia si non laborat, non manducet, vt inquit Apostolus: Sed alij è contra dicunt non teneri restituere, quia non videtur moraliter abfuisse ob paruitatem materiæ, vt patet ex eodem Trident. *d. cap. 1.* quod est verum, dummodo officium suum per Vicarium idoneum præstiterit, quatenus fuerit necessarium; & hanc tenent multi, quos allegat, & sequitur Bonacina, *de oblig. Beneficiatorum, dispus. 5. punct. 4. num. 8. & 9.* cui adde doctum Patrem Thesaurum in *Praxi, part. 2. de Residentia, s. 1. num. 3.* quia etiam optimè *limit. 3.* subdit, quod Episcopus absens in foro conscientiae non teneatur restituere præcisè omnes fructus pro rara temporis absentiae, sed possit sibi retinere ob alia munera, vt recitationis horarum, & alia, quibus absens pro grege suo functus est, & quoad hanc partem decretum illud pœnale, de quo Trident. *sess. 6. cap. 1.* non obligat in conscientia ante sententiam. Bonacina *punct. 4. num. 5.* Barbosa, *allegat. 43. num. 1. ci.* Possuimus de *officio Parocho, cap. 1. num. 35.* Et tandem non incurrit pœnas residens propè Diœcesim in loco distanti ultra vnum miliare, vnde nullum præiudicium officio & animarum necessitatibus inferatur, quia parum distans moraliter est præsens, *leg. pro locis, leg. Mediterranea. Cod. de ann. & trib. lib. 10. Gonzalez, gloss. 43. num. 10. & n. 43. vsque ad 83. Beia 4. part. casu 21. col. pen. & vlt.* Bonacina de *resid. benefic. punct. 1. num. 2. & 4.* Garzias, *p. 3. cap. 2. n. 179.* vbi refert declarationes Sacrae Congregationis, quæ licet de Parocho loquantur, multo tamen magis procedunt in Episcopo, cum ipse seruitium non sit tam frequens, & immediatum. Ita Thesaurus, *vbi supra.*

An incidit in Casum referuatum blasphemie si quis in ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem prauidit.

RESOLVTIO LXVIII.

Aliqui affirmatiuè respondent. Ratio illorum est, quia talis blasphemia diceretur voluntaria in causa. Et sic putant quod iste incidere in Censuram, si ea esset lata contra blasphemantes. Ad quod facit regula, quam communiter tradunt Doctores ad dignoscendum quodnam voluntarium sufficiat ad incurrendam censuram: videlicet, si verba legis absolute prohibeant aliquod delictum sub censura, puta homicidium, censuram incurri voluntariè occidendo eo voluntario, quod sufficit ad culpam lethalem, & ad contumaciam contra Ecclesiam. Sed voluntarium in causa sufficit ad peccatum mortale: Ergo sufficit ad censuram: Ergo etiam ad reservationem. Secus verò quando culpa sua fuisset quidem factus ebrius, sed tamen non aduertisset ad periculum blasphemandi, quia in tali casu sola ebrietas esset illi imputanda, non blasphemia.

Sed Oliuerius Mazuchellus; in tract. de casibus referu. disp. 2. cap. 16. quest. 5. num. 55. contrariam sententiam docet, quia talis blasphemia in ebrietate prolata, non est peccatum: Ergo nec referuata. Pro quo aduerte blasphemiam, & alia peccata oris, puta hæresim, maledictionem, contumeliam essentialiter non esse talia, nisi cum vsu rationis proferrantur. Cæterum ita blasphemantem non incidere in casum expressè docet Grassius in Praxi, lib. 1. c. 10. num. 52. Addit etiam idem Mazuchellus id verum esse etiam si quis vinum vsque ad ebrietatem sumeret ad finem blasphemandi, iste non incidere in casum. Et ratio est, quia illi adhuc imputari non posset peccatum blasphemie, vt potè quod vsu rationis requiratur. Vide Sancium in Selectis disputat. 20. num. 5. ad medium, qui ad finem numeri infert, cum, qui se inebriauerit animo iactandi blasphemias, si tempore ebrietatis illas iactet non teneri in confessione dicere se illas iactasse, sed satis esse dicere quod se inebriauerit animo illas iactandi.

Notandum est tamen hîc obiter, casum referuatum blasphemie esse de blasphemia publica, & consuetudinaria. Difficultas est, quænam dicenda sit blasphemia publica: Dico igitur cum nostro Patre Vidal in Arca Theolog. Mor. tit. de blasphemia. Inquisit. vnica, num. 38. quod ad minùs coram sex personis audientibus pronunciarî blasphemiam, dicenda est blasphemia publica; quia penè occultum dicitur, quod sit coram quinque, cap. Quis aliquando. §. Hac ergo secreta de Panis. dist. prim. & Gloss. in cap. Manifesta 2. quest. 1. vbi habetur, occultum, dici, quod quinque sciunt. Obseruant etiam idem Vidal, n. 41. cui adde Finellium, de casibus referu. cas. 3. n. 26. non esse dicendam blasphemiam publicam, quando quis blasphemat coram filiis, vel famulis tantum, etiam si essent plures quàm decem: Nam ad dicendam blasphemiam publicam requiritur præsentia, & intelligentia Exterorum, qui non sint ex familia blasphemantis. Altera difficultas est, quænam blasphemia dicatur prolata ex consuetudine. Aliqui, vt Grassius in sua Praxi Casuum referu. lib. 1. cap. 10. num. 14. Lucas Flotonius de Casibus referu. part. 2. casu 3. num. 10. & alij ex tribus actibus volunt induci. Alij, vt Iason, in leg. At Prætor. 1. §. Iurari. ff. de Iurjurando, n. 4. cum eius Assedis, sentiunt non constitui per ternos actus, sed requiri multò plures, non tuxentes tamen numerum Alij volunt, nec decem Anton. Diana, Pars X.

sufficere actus in vno, aut altero die productos, vt Finellius cum eius Sectatoribus tract. de Casibus referu. cas. 3. n. 28. alij procedunt cum distinctione sic, vel consuetudo est circa peccata contra Iustitiam, vt peccatum furti, & homicidij; vel est circa peccata contra charitatem, velut est sodomia, incestus, blasphemia, &c. Supposita hac distinctione, dicunt in peccatis contra Iustitiam constitui consuetudinem ex geminato, aut triplicato peccato interpellatis temporibus patrato; & autumant sic debere intelligi Doctores statuentes consuetudinem constitui ex duplici, aut triplici actu; nam quis non affirmaret illum esse consuetudinarium furem, aut homicidam, qui in anno tria committeret furta grauia aut homicidia? Cæterum in peccatis solummodo contra charitatem existimant non esse improbabilem opinionem Finellij, & eius Sectatorum, dicentium neque decem sufficere actus in vno, aut altero die productos, Patet enim, quod si referuaretur mollities, quæ est peccatum contra charitatem, non sufficeret actus ternus, vel quaternus, aut etiam maior numerus ad constituendam consuetudinem. Quapropter leui negotio Doctores dissidentes de numero iterationis ad constituendam consuetudinem possent conciliari hanc admittendo distinctionem, quam vt longè attendendam, propono; quia distinguentes, vel attingunt veritatis finem, vel ei approximantur. Alij declinando ab extremis, tanquam periculosis, & viam sequentes mediam, quæ vulgo dicitur, Regia, aiunt quinque sufficere actus, & in proposito quinque blasphemias, ad constituendum hominem consuetudinariu in blasphemias. Istius sententia sunt præcipuè, quos viderint ipse Lazarus Canonizar. Q. Q. quest. 8. num. 5. Homobonus de Casibus referu. part. 2. casu. 1. Petrus Bellochius in Praxi Moralî Theolog. part. 2. quest. 1. num. 242. & ita etiam docet Vidal, num. 40. Ex his patet, quod rarè accidit, vt obseruat Finellius vbi supra num. 29. consuetudinariam, & publicam, in eodem concurrere; Multi enim sunt blasphematores consuetudinarij, qui tamen non sunt publici, & è contra; casus vero completitur vtrumque. Neque hoc dixisse volui ad laxandas Confessariorum manus, verum ad eosdem liberandos errore, ne, si fortè quempiam absoluant contra conscientiam erroneam sponte sua, si non excommunicationis, saltem mortalis peccati laqueo se implicent, & plurimi etiam se excommunicatos crederent, etsi non essent.

At si aliquis hîc quærat, an conculcantes, vel percutientes sacras imagines sint blasphemii, vel sacrilegi? Respondeo, hanc esse blasphemiam, docere Gyptium de casibus referu. cap. 9. casu. 3. num. 8. esse verò sacrilegium meliùs teneri tenet Pater Vidal. vbi supra, num. 33. Sed quicquid sit de hoc, certum est tale delictum pertinere ad Sanctum Officium tanquam merè Ecclesiasticum; & ita me citato tenet nouissimè Antonellus in Regim. Eccles. Episc. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 1.

An sit blasphemus consuetudinarius, qui post retractatam per actum oppositum prauam voluntatem iterum deliberatè per tres vices blasphemat.

RESOLVTIO LXIX.

Affirmatiuè responderet Carolus de Baucio de Casibus referu. Ecclesia Neapolitana, fol. 41. vbi sic ait: Dubium est, qui sic blasphemat coram quinque Deum ex peruersa consuetudine, sed accepta pœnitentia

Bb 2 tentia

2) tentia in foro pœnitentia decreuit apud se non ampli-
 3) plius blasphemare; verùm post aliquod temporis
 4) spatium, iterum re incidit bis, aut ter coram sex per-
 5) sonis, an iste dicatur peruersè blasphemare. Respon-
 6) detur quod sic; quia consuetudo facillè inducitur, sed
 7) difficulter repellitur, & res de facili redit ad pristi-
 8) nam naturam. Rursum illud dicitur nunquam fuisse,
 9) quod nunquam decreuit, vt patet ex cap. *Nam & ego*.
 10) in iuncta gloss. *de verb. significat.* sed qui post blas-
 11) phemiam pœnitentia peracta recidunt, non videntur
 12) perstitisse in pœnitentia: ergo perseverant in
 13) habitu peruerso blasphemiae, vt consuetudo reuolui-
 14) scat; vt patet ex Textu, in cap. *Eos, qui de sentent. Ex-*
 15) *communicat. in 6.* Hucusque Baucius; cui adde Graf-
 16) sium, *de Casib. reseru. lib. 1. cap. 10. num. 67.*

Sed negatiuam sententiam tenet noster Pater Vi-
 dal in *Arca Theolog. Mor. rit. de Blasphemia. Inquis.*
 17) *unica, n. 42.* sic asserens: Quæres an censetur blas-
 18) phemans ex peruersa consuetudine ille, qui dum
 19) confessus est peccata sua habuit firmum propositum
 20) se corrigendi, & non ampliùs blasphemandi: attra-
 21) men interjecto aliquo temporis spatio, iterum ad-
 22) uertenter blasphematur semel, aut bis coram tot per-
 23) sonis sufficientibus ad faciendam blasphemiam pu-
 24) blicam, & per consequens an illa blasphemia com-
 25) prehendatur sub casu reseruato. Respondetur negati-
 26) uè. Probatum primò, quia blasphemiae remissae
 27) non aggrauant, neque coincidunt cum subsequen-
 28) tibus, sed istae vltimae non sunt ex se sufficientes ad
 29) constituendum blasphemantem ex consuetudine: er-
 30) go non censetur blasphemans ex praua consuetudi-
 31) ne, qui post habitum efficacis propositum non ampliùs
 32) blasphemandi iterum semel, vel bis blasphematur, ac
 33) idcirco talis blasphemia non erit reseruata: Ante-
 34) cedens probatur, quia blasphemiae remissae per pœ-
 35) nitentiam sunt omninò extinctae, quoad omne suum
 36) esse, & virtutem: ergo nullo modo concurrunt ad
 37) constituendas subsequentes: Nam quod in se nullum
 38) esse habet, neque etiam potest concurrere ad esse
 39) alterius. Secundò probatur: illa consuetudo pecca-
 40) minosa blasphemandi videtur interrupta per efficacis
 41) propositum se abstinendi ab hoc blasphemiae pec-
 42) cato: ergo cessat status huius peccati; cum eius cau-
 43) sa sit interrupta, & ablata, & idè per actus subse-
 44) quentes denuò incipitur, non verò continuatur: er-
 45) go quis iterum blasphemando semel, vel bis, non
 46) censetur blasphemans ex consuetudine praua, & per
 47) consequens illa blasphemia non erit reseruata. Ad-
 48) uertendum etiam est, hanc nostram probabilissi-
 49) mam, & veram opinionem verificari semper, toties
 50) quoties quis per actum contritionis extra Sacra-
 51) mentum Pœnitentiae derestatur hanc peruersam con-
 52) suetudinem aduertenter blasphemandi. Vnde, si
 53) quis coram pluribus personis in diuersis temporibus
 54) proferret semel, aut bis, vel ter blasphemiam ad-
 55) uertenter, & postea per verum contritionis actum se
 56) pœniteret; & deinde interjecto temporis spatio ite-
 57) rum semel, bis, vel ter blasphemaret coram plu-
 58) ribus personis, ac præterea denuò se efficaciter pœ-
 59) niteret, & id per plures vices obseruaret tam labi-
 60) in peccatum blasphemiae, quam resurgere cum Dei
 61) gratia; dico, quod iste nunquam incidere blasphemie
 62) publicae, & ex consuetudine. Patet ex supra addu-
 63) ctis. Nota ergo piè Lector totum id diligenter, si vis
 64) immunis esse à multis scrupulis: Nam hic casus pas-
 65) sim solet occurrere. Et hæc omnia docet Pater Vi-
 66) dal vbi supra: in cuius fauorem obseruo hanc opi-
 67) nionem extare in tabella casuum conscientiae Epi-
 68) scopatus Bergomensis, in qua vt obseruat Lupo de

Casibus reseruatis, part. 2. casu 11. num. 9. declaratur
 vt tempus ac numeratio actuum blasphemiarum in-
 cipiat post habitam vltimam confessionem, vsque
 ad immediatè sequentem. Et hoc etiam docet Flo-
 ronius *de Casibus reseruatis, part. 2. cas. 3. num. 10.*

Et nota hîc superiùs dicta debere intelligi, non de
 blasphemias in eodem impetu iræ, eodemque tem-
 pore prolatis, sed de euomitibus in interpellatis tempo-
 ribus. Ratio est, tum quia actus plures vnico contex-
 tu facti, pro vnico iudicantur. Curtius, *consil. 54. su-
 per duob. col. 1. in fine.* Tum quia ex continuatione
 actus vnum crimen supponitur. Dices cum *leg. Nan-*
quam plura, ff. de Priuatis delictis, quòd plura de-
 licta pluribus pœnis plecti debent: ista autem sunt
 plura delicta, scilicet plures blasphemiae: ergo, vel
 pluribus pœnis, vel saltem pœna reseruationis pœ-
 niri debent. Respondetur, quod nec pluribus pœnis
 plecti debent, quia non sunt euomitibus cum interual-
 lo temporis: nec item plecti debent pœna reseruatio-
 nis, quia non sunt plura peccata blasphemiae forma-
 liter loquendo, vti requiritur ad incidendum in ca-
 sum, sed vnum. Obijcies, quod actus geminatus plus
 operatur, quàm simplex. *leg. Cum scimus. Cod. de*
Agric. & censuris, lib. 11. Respondetur, quod opera-
 tur aliquid plus quoad ostensionem maioris mali-
 tiae, sed non quoad multiplicatam actuum, seu blas-
 phemiarum formaliter distinctarum.

Nota etiam, quod dubium est de eo, qui in ludo
 eodem, cum eisdem personis ex interuallo, & in-
 terpellatis diuersis verbis pluries blasphemauerit
 Deum, vel Beatissimam Virginem, an incidat in ca-
 sum reseruatum, vt blasphemans ex peruersa consue-
 tudine. Respondetur non incurrere casum reseruatum,
 quia non sunt diuersae blasphemiae, si fuerint
 prolatae ex interuallo, & interpellatis diuersis vici-
 bus in eodem ludo, quia solius temporis interuallum
 non inducit diuersitatem, vel pluralitatem delicti,
 sed diuersi impetus. Quare si eodem impetu diuersis
 temporibus tantum continuatis cum temporis in-
 teruallo fuerint prolatae plures, & plures blasphemiae,
 vna tantum censetur: Ad hoc facit *Tex. in*
leg. Quod lex. §. fin. ff. de adult. Et hæc omnia do-
 cet Baucius, *vbi supra fol. 37.* & ante illum Grassius
loco citato, num. 61.

*An in foro conscientia sit licita, & possit reti-
 neri pensio obtenta à Pontifice absque iusta
 causa sine obreptione, aut surreptione.*

RESOLVTIO LXX.

SUppono causas iustas imponendi pensiones has
 esse; pro pensione temporali debet esse seruitium
 aliquod Ecclesiae faciendum ab ipso pensionario, in
 cuius stipendium illa fructuum Ecclesiasticorum
 portio à Beneficio se iungitur; vel potest esse serui-
 tium aliquod factum ab ipso pensionario, vel à suis
 consanguineis, in cuius obsequij gratitudinem illa
 pensio conceditur. Pro pensione spirituali duplex
 causa assignatur à Doctoribus, sub qua multiplex
 comprehenditur, lucratiua scilicet, & onerosa. Lu-
 cratiua, cum ob causam aliquam piam & honestam
 reseruatur tibi ex alieno Beneficio pensio, v. g. quia
 studiis vacas, hospitalitatem exerces, honestè viuis,
 aut alia via de Ecclesia es benemeritus. Onerosa
 causa; quia sub onere aliquo Pensio tibi conceditur,
 vt contingit, cum conceditur tibi Pensio, quia Bene-
 ficium possessum resignas, iuxta cap. *Super hoc de Re-*
nunciat. vel quia cedis liti, & iuri prætenso, iuxta cap.
Nisi de Prabendis. vel quia tuum Beneficium cum al-
 tero

minori permutas, cap. *Ad quaestiones, de rer. permut.*
& ita docet Palaeus, tom. 2. *resol.* 13. *disp.* 1. *punct.* 11.
num. 1.

Hoc supposito assero; quod ad quaestionem propositam negatiue respondent Theologi, vt Victoria, *relect. de simonia, num.* 50. & 51. Aragonius 2. 2. *quaest.* 63. *art.* 2. *vers.* De annuis autem Pensionibus. Gamba-
rus de officio Legati, l. 10. num. 386. Emanuel Rodri-
quez in *summa, tom.* 2. *cap.* 21. Vega in *summa, 2. part.*
cap. 65. *casu* 6. Petrus Lesdema, 2. *part. summ. traët.* 7.
cap. 1. & *traët.* 12. *conclus.* 21. Toletus, *summ. lib.* 5.
cap. 83. num. 1. *vers.* secunda est. Lessius de *Iustit. lib.* 2.
cap. 34. num. 204. Gabriel Valquez in *Opusc. de Bene-*
fic. cap. 2. §. 3. *dub.* 11. à num. 98. quibus adde Bossium
in *mor. tom.* 2. *tit.* 7. §. 3. num. 60. qui late quaestio-
nem pertractat. Et ratio est, quia Pontifex non est
Dominus Beneficiorum, neque illorum fructuum,
aliàs sine culpa posset in quemcumque usum de illis
disponere: sed est illorum Administrator, & Dispen-
sator, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 4. *Sic nos existi-*
met homo, vt Ministros Christi, & Dispensatores My-
steriorum Dei. At Dispensator, & Distributor ius nõ
habet dispensandi, & distribuendi, nisi quatenus vi-
sum fuerit ei, cuius est Dispensator, & Distributor.
Christus autem Dominus, cuius Pontifex est dispen-
sator, & distributor non consentit in distributione
Ecclesiasticorum bonorum, quæ Ecclesiæ nociua sit,
qualis est Pensio Beneficiis absque causa imposita;
Ergo inualidè Pontifex illam imposuit, & inualidè
accipit Pensionarius. Itaque non obstat quod Papa
habeat plenam potestatem, & administrationem Be-
neficiorum: nam non habet vt Dominus absolutus,
sed vt fidelis dispensator in ædificationem, non de-
structionem; ac proindè ex illa plena potestate, &
administratione solum sequitur, vt in foro externo
valeat pensio sine vlla causa obtenta à Papa scienter
sic dispensante; non vero vt illam obtinens sit tutus
in conscientia, & coram Deo, & vt Papa grauitè
non peccet irrationabiliter, & pro sola sua volunta-
te bona Ecclesiæ in usus non pios distribuendo, &
dispensando, ac dispergendo. Quare dato etiam
quod Papa sit dominus Beneficiorum, vt multi ten-
ent (licet minus probabiliter) non est tamen, nec
potest dici dominus, vt possit de illis disponere merè
pro libito, & voluntate sua, (sicut vnusquisque de
suis temporalibus, de quibus habet absolutum, & ex-
peditum dominium, potest disponere;) sed tantum
prudentè, & pro voluntate regulata à recta ratione,
atque ad eò sine vlla rationabili causa non potest al-
teri Pensionem conferre, & si faceret, (quod in du-
bio præsumi de Papa non debet,) peccaret grauitè,
vt rectè ait Azorius 2. *par. Institut. moral. lib.* 8. *cap.* 5.
quaest. 8. & etiam obtinens non esset tutus coram
Deo: vnde ex his inferunt Theologi, resignantem
Beneficium in manibus Papæ in fauorem alicuius
cum reservatione certæ Pensionis in foro conscientie
non esse tutum, si sine causa prædictam resigna-
tionem faciat, & Pensionem obtinuit, præsertim ad
solam cupiditatem, & ad luxum, & pompam vanam.
Ita in terminis Corduba, & Ioannes Valerus. Asser-
unt etiam Theologi, quod non erit tutus in foro
conscientie, & coram Deo resignans, si omnes fru-
ctus Beneficij (vt sæpè fit) assignentur in Pensionem
ipsi resignanti, vel tanta pars, vt resignatarius non
possit commode sustentari; vt etiam sentiunt Sotus,
lib. 9. de *Iustitia, quaest.* 7. *ar.* 2. *vers.* Præterea. & fructus
omnes pro pensione statuere. Vt Palacius in *Anno-*
rat. ad summ. Caietani, vers. *Simonia.* quos sequitur
Ioannes Valerus, *vers.* *Pensio, differ.* 2. Probat Sotus,
quia aduersatur Diuino iuri, & naturali, ac rectæ ra-

Anton. Diana, Paris X.

tionem, vt quis sit addictus seruitio absque vllò, vel
saltem ad congruam sustentationem stipendio, quod
totum, vel pro maiori detur non seruienti. Vt enim
habetur, cap. *fin. de rescriptis in* 6. Beneficium datur
propter Officium; quapropter rationi dissonat; vt
omnes fructus dentur non seruienti, nisi fortasse
seruienti sufficiant distributiones, quæ sint ita pin-
gues, vt satis sint ad honestam sustentationem.

Sed his non obstantibus, quod in Papa non re-
quiratur causa ad imponendas Pensiones tradunt
Canonistæ, vt Flinius in *cap. Ad audientiam 2. de Re-*
scriptis, n. 2. & 4. Decius *consil.* 436. Gigas de *Pensio.*
q. 6. à num. 6. & q. 10. Sarnensis in *compendio vtriusque*
que signatura, vers. *Et est aduertendum.* Rebuffus de
Pacificis Possessoribus, n. 129. aliàs 110. Corrausius, de
Benefic. 1. part. cap. 4. num. 13. Io. Nicolaus Delphinus
de *iure patron. lib.* 1. num. 67. & 70. Mandosius de *Si-*
gnatura gratia, tit. de *Pensionibus, vers.* *Papa,* absque
aliqua causa, Camillus Cautius in *traët. de pensione*
Episcopali, num. 10 qui habetur 15. *tom. part.* 2. *traët.*
Novorum, Granueius ad *Simon. de reseruat. q.* 62.
n. 4. Petrus Gregorius de *benefic. cap.* 29. *nu.* 2. Marches.
de *commissionibus, 2. par. cap.* 4. de *commissione appella-*
tionis, num. 42. & Flaminis Parisius de *Resignat. Bene-*
fic. lib. 6. *quaest.* 2. num. 131. & 155. qui docent, Papam
posse Pensionem imponere sine causa, & etiam sine
consensu Beneficiati, & Caputaquen. *decis.* 316. *p.* 2.
& Rota in *una Camerian. Pensionis 7. Iunij 1591. co-*
ram D. G. p. io, vbi resoluit, quod Reg. de non tollen-
do iure quaesito, non est necessaria derogatio in de-
claratoriis, Gabriel de *Reg. iur. concl.* 3. *num.* 65. nec
rursus est necessaria in impositione pensionis, &c.
quia Papa pro libito voluntatis potest pensiones
super beneficiis imponere, & transferte. Parisius
consil. 60. *numer.* 69. *lib.* 4. & in *Oxonen. Pensionis,* 20.
May, 1598. *coram D. Lita.* Et rationem afferunt
quod Papa liberam potestatem, & plenam admini-
strationem Beneficiorum, maximè dum vacat, habet,
cap. 2. de *Præbend. lib.* 6. *Gloss. in cap. Gratiose, de Re-*
scriptis, eod. tit. dicens, quod in beneficialibus est pro
ratione voluntas Papæ, quam Glossam commen-
dant ibidem Doctores, & Decius. *consil.* 346. *num.* 13.
& docent Doctores citati à Garzia, & copiose Selua,
de *beneficijs, q.* 1. *per totam.* Ex hac enim plenitudi-
ne potestatis sequitur, vt ipse possit pensionem in be-
neficiis imponere sine causa vlla. Id quod confirmat
Ioannes Nicolaus, quia vbi Papa disponit contra ea,
quæ sunt iuris positiuè, (vt est hoc, quod beneficia
conferantur absque diminutione) non fundatur in
ratione naturali, vel diuina, sed tunc sola voluntas
ipsius Papæ sufficit pro ratione, & pro causa, sicut
multa statuit, in quibus sola voluntas sufficit, vt late
per Felinum in *dicto cap. Ad audientiam.* Quare
cum Papa id possit, tutè etiam in vtroque foro poterit
pensio retineri.

Et hæc sunt pugnantæ sententiæ circa præsentem
difficultatem. Ego, vt verum fatear, opinioni Theo-
logorum tanquam probabiliori adhæreo; non au-
deo tamen opinionem Canonistarum tanquam im-
probabilem damnare. Nec displicet etiam mihi opi-
nio media Castri Palaei *tom.* 2. *traët.* 13. *disp.* 1. *punct.* 11.
num. 3. nempe, pensionem à Pontifice impositam si-
ne causa validam esse, & securè à pensionario acci-
pi, tamen si illicitè fuerit imposita, & à Pontifice de-
beat reuocari. Et quidem illicitam esse talis pensio-
nis impositionem est manifestum. Tum quia gene-
rale est quamlibet actionem sine legitimo sine fa-
ctam illicitam esse. Tum quia contra rationem est
bona Ecclesiæ dispensare extra finem, ad quem fue-
runt relicta, sed fuerunt relicta pro bono Ecclesiæ;

B b 3 &c.


& in augmentum fidei, & diuini cultus, vt de se constat. Ergo distributio, quæ in bonum Ecclesiæ non cedit, qualis est impositio pensionis sine causa, illicita est. Quod autem valida sit, Probo: quia negari non potest dominium Ecclesiasticorum bonorum penes Ecclesiam residere, & consequenter penes Pontificem, tanquam illius Caput, & superiorem. Ergo si Pontifex hæc bona alienet, validè alienat; tamen si alienationem ipse, & successor reuocare possint, & debeant. Deinde, esto Pontifex Beneficiorum, & Ecclesiasticorum fructuum dominus non sit, sed solum dispensator, & distributor, si tamen inter Clericos illa bona dispense, valida est talis dispensatio etiam sine causa; quia talis dispensatio non est in substantia contra voluntatem Ecclesiæ, & Christi, si quidem non est dispensatio extra Ecclesiam, sed solum in modo, & voluntate dispensationis, est contra voluntatem Christi, & Ecclesiæ. Quod exemplo prouisionis Beneficiorum confirmari potest: Beneficiorum enim collatio dignis facta, omnis dignioribus, illicita est; quia est contra bonum Ecclesiæ, & modum ab ipsa præscriptum: at talis collatio valida est, quia non contradicit substantiali eius intentioni, quæ est, vt ministris dignis collatio fiat. At si pensio non pro Clericis, sed pro Laicis imposita sit, & Pontifex solum sit Ecclesiasticorum bonorum ministrator, firma non erit ob rationem in prima sententia dictam; quia est contra voluntatem Ecclesiæ talis distributio, & alienatio.



TRACT. XV. & V. MISCELLANEVS.

*An in Religionē Clericorum Regularium
Minorum Generalis possit confirmari
ad aliud sexennium absque
ulla dispensatione.*

RESOLVTIO I.

 E hoc casu à Patribus dictæ Religionis interrogatus, testati sunt Mihi quendam virum dignitate & sapientia eminentissimum de hac re consultum in partem affirmatiuam inclinasse ex verbis Constitutionis p. 4. c. 18. n. 10. vbi sic habetur. *Generalis sex annos perduret quantum ab uno ad aliud Generale Capitulum interponitur, si tamen qui in defectu Generalis infra sexennij spacium ad hunc ipsum gradum assumptus perdurauerit solummodo ad sequens generale Capitulum, in quo tamen nullatenus confirmari posse volumus.* Quæ quidem vltima verba videntur tantum intelligenda de Capitulo generali faciendo post sexennium, in quo Generalis defectit, & in eius loco alius assumptus est, qui perdurauit vsque ad sequens Capitulum; quod probatur ex dictis verbis, in quo tamen nullatenus confirmari posse volumus, Nam dictio, *Tamen*, est limitatiua, & restrictiua, vt patet ex leg. *Ita tamen ff. ad Trebell. & in l. vbi adhu. §. itam tamen, C. de iure dotium.* notant Ruin. conf. 1. n. 12. lib. 4. Menoch. conf. 146. num. 8. Vulpell. de præpo. & aduorb. sig. if. sub hac dict. qui etiam notat dictam particulam esse di-

uersificatiuam, diuersificans vnum casum ab alio, & includens quod terminat, & omne aliud excludens. Sed his non obstantibus negatiuæ sententiæ ego adhæreo, quia clara sunt verba *Constitutionis*, nempe Generalem non debere perdurare nisi per sexennium ablata potestate eum confirmandi, & hoc vt necessario dicendum videtur propter inconuenientiam, quæ ex diuturna gubernatione, & ex dicta confirmatione sequi poterant, nam Generalis potius de eius confirmatione, quàm de bona Religionis administratione in primo sexennio sollicitus esset, sed suprascripta inconuenientia sequi possunt quoad omnes Generales siue intra sexennium electos, siue perdurantes per integrum sexennium vsque ad aliud Capitulum. Ergo absolute dicendum est Constitutionem comprehendere omnia Capitula generalia, & confirmationem omnium Generalium, nam vbi militat eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, vt patet ex leg. *Illud ff. ad l. Aquil. l. Si postulantur. §. 2. ad leg. lul. ff. de adu. l. quidem numularios. ff. de edendo. l. Nauta. §. finianta ca. p. l. a Tizio. ff. de furtis. l. Illud, C. de Sacros. Eccl. §. si iugur in sit. quod cum eo gloss. verbo Italia in cap. 1. de tempor. ord. l. 6. Abb. in cap. nihil. §. de elect. Dec. conf. 15. n. 2. & conf. 301. n. 6. & 8. Calderin. cor. sil. 147. Et ideo hic intrat aliud Axioma iuris, quod vbi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè ex leg. *bis solij vers. satis etiam caute putamus, C. de renouandis donat. d. l. g. illud, C. de Sacros. Eccl. leg. ite venium, §. air. Senatus ff. de petu. hered. Tiraq. in l. 1. unquam verbo libertis, num. 45. & 46. Rebuff. ad l. in lege censoria 203. vers. itemque de feruus, versic. colligunt. D. de verb. signific. pag. mih: 647. Surdus, decis. 276. num. 8. Guttier. practic. lib. 3. quest. 17. n. 84. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proam. n. 105. ibidem fol. 122. quibus adde duos Iuriconsultos Hispanos Castellum Sotomaior, tom. 5. contr. pari. 2. cap. 177. & Larream, in Allegationibus fiscal. tom. 2. A leg. 115. num. 51.**

Nec obstat argumentum in contrarium adductum, nam respondeo primò, quod mens legis magis est attendenda quàm verba. *leg. Scire leges, ff. de leg. bu. leg. non alter D. de legat. 1. leg. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signif. Surd. decis. 35. n. 34. Marc. Anton. Genven in practicab. Ecclesiast. q. 144. n. 3. Ferrer. in Constit. Catalonia, glo. 4. n. 66. ibidem, fol. 87.* Sed in nostro casu mens legis est tollere inconuenientiam, quæ in diuturna confirmatione Generalis oriri possunt; ergo magis hæc mens, quàm ipsa verba legis erit inspicienda, vnde rectè dixit Socinus, *conf. 35. l. 1. & Cardinalis Tuschus, littera R. cor. l. 31. num. 16* quod mens, & ratio statuentium præponderat verbis. Respondeo secundò, quod argumentum contrarium procederet quando in confirmatione Generalis facienda in omnibus Capitulis non adesset eadem ratio, sed ratio quæ militat in confirmatione Generalis electi infra sexennium, militat etiam in confirmatione Generalis, qui integrum sexennium expleuit; ergo confirmatio istius erit prohibita per Constitutiones, ac confirmatio alius, cum ipa utroque casu militet eadem ratio, vnde contruit doctrina adducta circa dictionem *Tamen*, appositam in constitutione, quod à fortiori probatur exemplo dictionis, *Tamen*, quæ includit expressum, & reliqua excludit, vt patet in leg. *qui aliena, §. libertus, ff. de negot. gestis, & in leg. qui sell. §. qui actum, ff. de seruitu. rustic. prediorum*, notant Bart. in leg. 1. num. 1. & ibi Iaf. num. 9. *D. si quis ius dicenti non obtemperauerit, Cod. in cap. cor. ringit, & ibi Felinum 3. de fide instrumentis, Panoim. per sex. ibi*

in cap. Cum Ecclesia Surrina, nam. 9. de causa possess. Petr. de Anchar. conf. 91. Abb. conf. 51. lib. 1. Alex. conf. 86. incip. *Visis & ponderatis*, num. 11. *vers. alius sequeretur* lib. 7. Dec. conf. 327. num. 1. Gozadin. conf. 31. num. 22. & alij, Attamen licet hæc dictio sit limitatiua, & restrictiua, non propterea excludit alios casus similes, vt notant gloss. in leg. ob as, C. de pradiis minorum, & in l. si mora verb. dumtaxat, ff. soluto matrimonio & in leg. ult. C. de renocand. donat. tal. in d. leg. 1. à num. 10. ff. si quis ius dicenti, & in d. leg. si constante num. 86. Bact. per text. ibi in l. seruum nomine, num. 2. ff. de usucap. Dec. in rubr. de constit. leg. num. 18. & in l. 1. numer. 3. C. de bonorum possess. ibidem Gutierrez Canonic. quest. lib. 1. cap. 14. n. 5. & pract. lib. 3. quest. 15. n. 23. Paul. Montan. de tutel. & curis cap. 37. n. 66. Sanch. de matrim. l. 7. d. 31. num. 6. Cenal. commun. contra comm. quest. 504. num. 4. Calder. Pereira de empr. & vendit. cap. 14. num. 23. & cap. 20. num. 15. & cap. 28. num. 4. Melch. Plebos Lusitan. decis. 54. num. 14. tom. 1. Sic, & in casu nostro dicendum est particulam, *Tamen*, licet sit limitatiua, & restrictiua non excludere casus similes; ergo verba constitutionis non solum comprehendunt Capitulum faciendum pro Generali electo infra sexennium, sed etiam omnia alia Capitula facienda post completum integrum sexennium ab vno Generali: Nam non solum similes, sed eadem ratio, vt dictum est, militat in confirmatione facienda in quibuscunque Capitulis; Ergo, &c. Et ita ego sentio saluo, &c.

An qui inuoluntariè sine attentione interna audiret Missam, teneatur postea aliam iterum audire.

RESOLVTIO II.

Secundùm sententiam probabilem, quam alibi cum Cardinali Lugo, & aliis docuimus hæc difficultas habet apud nos locum, nam putamus attentionem internam non esse præceptam ab Ecclesia in auditione Missæ, sed stando in opinione contraria ad casum propositum affirmatiuè respondendum esse docet Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 9. n. 120. vbi sic ait; Aduertendum etiam est id quod Coninch. supra, & alij nonnulli Auctores significant in fauorem nostræ sententiæ de non necessaria præcisè attentione interna, nimirum eam attentionem nullo modo esse materiam præceptam ab Ecclesia, quia si esset materia præcepta quantumuis inuoluntariè, sine aduertentia, attentio deesset, adhuc suppleri deberet per attentionem nouam in alia Missa audita. Quod tamen etiam illi, qui contra nos sentiunt, negant, esse necessarium. Probatur sequela, quia sic distractus verè non exhiberet actum præceptum, scilicet internam illam attentionem. Quod autem hæc omisso attentionis sit inuoluntaria, sufficit quidem ad excusandum à peccato eum qui tunc non attendit, non tamen sufficit vt præceptum censeatur impletum perinde atque qui inciperet audire Sacrum, & statim etiam per totum Sacrum perseveraret dormiendo, inuoluntariè tamen, & non ex malitia, excusaretur quidem à peccato, non tamen impleret præceptum, sed perinde teneretur aliud Sacrum audire atque si voluntariè dormiret: cuius non est alia ratio, nisi quia non exhibuit materiam præcepti. Ergo si eodem modo præcipitur attentio interna, atque assistentia externa, quamuis quis inuoluntariè distractus non adhibeat attentionem, & non peccet, simul tamen non exhibet materiam

præceptam eamque tenebitur in alia Missa exhibere, quia nondum impleuit præceptum. Quod etiam clarissimè patet in casu, quo quis (vt fieri potest) incipiat audire Sacrum, & inuoluntariè, seu non aduertens variis cogitationibus occupatus à loco Missæ discedat, tunc quidem non peccat discedendo, sed non implet præceptum. Ergo pari ratione si præceptum Missæ se extendat non solum ad assistentiam corporis, vbi dicitur Missa, sed etiam ad assistentiam animi per attentionem, quamuis qui inde animo discedat per distractionem inuoluntariam, non peccet sic discedendo, adhuc tamen non implebit præceptum. Non me latet aliquos respondere eum, qui cum legitima intentione attente, & deuotè audiendi Missam, eam incipit audire, & postea inuoluntariè distrahitur, quamuis non habeat actualem attentionem habere nihilominus virtualem, eamque sufficere ad implendum præceptum, quam tamen non habet qui voluntariè distrahitur.

Hoc tamen facile reiicitur, nam licet intentio audiendi Missam attente, & deuotè dici possit aliquo modo virtualiter permanere quatenus externa illa assistentia Missæ ex præcedenti voluntate preseruat, id tamen locum non habet in attentione interna, hæc enim per actum omninò contrarium, aut incompossibilem scilicet per totalem distractionem planè interrumpitur, & cessat, quando enim aliquis actus ita interrumpitur vt neque in se, neque in effectu aliquo censeatur preseruare, non amplius manet virtualiter, cumque nullus effectus attentionis maneat, nec virtualiter ipse censeatur manere sicut censeatur manere intentio. At his etiam modis prædictam solutionem impugnat Coninch (supra), sed dicta sufficiunt. Adde quod ea virtualis attentio (sicut & intentio) semper includit, aut est actus aliquis existens, licet tenuissimus iuxta dicta tract. 1. disp. 3. num. 84. & seqq. Idem alij, quibuscum iam olim in Complutensi nostro, & Toletano Collegiis disputabam, probabilius respondent quando attentio deficit omninò inuoluntariè tam in Missa, quam in recitatione Horarum, ex benigna interpretatione iuris Ecclesiastici intelligi posse, nolle piam matrem Ecclesiam obligare ad repetendum Officium, vel audiendam iterum Missam. Quod autem credi non debet, nec potest de eo, qui omninò voluntariè uolente vagatur. Hæc tamen solutio adhuc non omninò videtur satisfacere, nam si tota ratio talis benignè interpretationis iuris nititur eo quod ille defectus attentionis præceptæ sit inuoluntarius, cur non etiam idem dicemus de dormiente in Missa qui præoccupatur somno inuoluntariè? imò etiam de recitante Horas, sicut enim dormiens non exhibet materiam præceptam aut assistendi humano morali modo Missæ, aut proferendi verba officij Canonici, ita inuoluntariè distractus non exhibet attentionem quam præcipit Ecclesia; Ergo sicut idem benignam interpretationem iuris Ecclesiastici admittunt pro non exhibente attentionem inuoluntariè distracto, eadem ratione benignam interpretationem admittere debuissent pro dormiente inuoluntariè, aut pro inuoluntariè cessante à prolatione verborum in recitatione Officij, cum non minus in vno casu, atque in alio inuoluntariè contingat materiam præceptam non præstari. Signum ergo est propriè, & verè actionem externam esse materiam præceptam, quæ quoties non exhibetur, manet obligatio illam exhibendi, non tamen esse materiam præceptam actionem internam, cum saltem si inuoluntariè non exhibeatur etiam aduersariis concedentibus non maneat obligatio illam exhibendi in iterata auditione Missæ aut recitatione

recitatione Horarum. Hucusque dicastillus, quæ satis grata fuisse curiosis non dubito, vnde videant qui nostram sententiam impugnant in quibus tricis se misceant.

An quis satisfaciat præcepto, si simul audit Missam à duobus Sacerdotibus, ab vno ab initio usque ad Consecrationem, ab alio à Consecratione usque in finem.

RESOLVTIO III.

Negatiue respondet Eminentiss. Cardinalis Lugo de Sacram. Euchar. disp. 22. sect. 1. n. 10. vbi sic ait; Confirmatur tertio, quia si ille modus sufficit ad satisfaciendum præcepto, sufficit etiam, si eodem tempore quis audiat priorem partem Missæ ab vno, & posteriorem ab alio in alio Altari celebrante, suppono enim posse aliquem simul audire duas, & tres Missas, poterit ergo simul audire duas partes, quæ constituent integram Missam. Consequens autem Suarez reputauit valdè absurdum, & quod nemo concederet. Sed iam aliqui illud concesserunt Bonacina loco citato, cuius sententiam laudat Hurtado illa difficul. 4. & probabile dicit, Molfesius in Summa, tom. 1. tract. 3. cap. 17. num. 36. in fine. Contrarium tamen docent alij communiter, & meritò, quia si potest à duobus audire primam, & secundam partem Missæ, & ita conflare vnã Missam, poterit simul à tribus, vel à sex, vel à decem; ita vt intra duo minuta, vel tria totam Missam integram audierit, & satisfecerit præcepto, sicut enim possunt coniungi duæ partes, poterunt & decem diuersorum Sacerdotum, consequens autem videtur satis alienum à mente omnium fidelium. Adde quod posset aliquis eodem modo satisfacere, præcepto recitandi Horas, si simul audiret à tribus Sociis tres lectiones, vel à nouem Sociis omnes nouem lectiones, ab vno Capitulum, & ab alio Orationes, &c. quia non requiritur attendere ad sensum, sufficit attendere ad Deum, & audire. Consequens autem nemo concedet. Et quidem Luisius Turrianus in Selectis part. 2. disp. 16. dub. 7. dicit illam sententiam nec esse probabilem nec tutam circa duas partes Missæ simul audiendas. Hucusque Lugo, cui præter alios adde Castrum Palaum tom. 4. tract. 16. num. 9. & Ludovicum Caspensem in Cur. Theol. tom. 2. tract. 23. dispnt. 4. sect. 2. num. 19.

Verùm licet hæc opinio sit probabilior, affirmatiuam alij putant probabilem, & illam me citato reuert Garzias in Summa morali, tract. 4. difficul. 4. n. 7. & me citato Leandrus in Præceptis Ecclesiæ, tract. 2. disp. 1. q. 56. & me citato Baunius in Theol. mor. tom. 1. tract. 6. de Sacram. Missæ, q. 9. Probatum primo hæc opinio, quia probabile est (vt statim dicemus) quod possit quis simul, & eodem tempore audire tres Missas, & satisfacere præcepto Ecclesiæ, & voto, & pœnitentiæ iniunctæ de audiendis tribus Missis, ergo etiam est probabile, & satis quod satisfaciat præcepto Ecclesiæ, qui mediam Missam ab vno, & mediam ab altero eodem tempore audit, consequentia est euidens, quia sicut se habet totum ad totum, ita & pars ad partem. Secundò, quia etiam est probabile & satis (licet contrarium probabilius vt infra) quod satisfaciat præcepto Ecclesiæ, qui sine interna deuotione Missam audit; Ergo etiam erit probabile quod ad implendum hoc præceptum non requiratur illa attentio successim, quam circa partes Missæ Luyfius requirit, ergo, & quod adimpleat præceptum qui mediam Missam ab vno, & mediam

aliam ab alio eodem tempore audit. Tertio, quia valde probabile, imò fere certum est (vt infra) quod ille, qui tempore Missæ legit per librum, aut memoriter recitat Psalmos iniunctos pro pœnitentia aut Officium Diuinum facisfaciat præcepto audiendæ Missæ vt diximus, ergo improbabile, & valde erit asserere tanquam certum, & indubitatum: quod præceptum audiendi Missam requirit attentionem successiuam circa singulas successiuas Missæ actiones, pater, nam hæc attentio non compatitur bene cum lectione Psalmorum aut Officij Diuini, sine illa ergo adimplere potest præceptum audiendi Missam adhuc in sententia ipsiusmet Luyfij, ruit ergo fundamentum ipsius, ac consequenter fundata manet nostra sententia. Et ita hanc sententiam præter recentiores à me alibi citatos plusquam probabilem admittit etiam me citato Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 3. n. 4. cui adde ex eadem Societate Antonium Escobar, & Mendoza in Theol. mor. tract. 1. exam. 11 p. 1. cap. 4. n. 97. in fine, vbi sic asserit: satisfacitne præcepto, qui eodem tempore audit vnã medietatem ab vno, & alteram ab alio? ita planè ex Sanchez, quia Ecclesia præcepit, vt Missa audiat, duæ autem medietates vnã Missam constituunt. Colligo posse te breuissimo temporis interstitio Missam audire, si quatuor, v.g. Altaribus variæ Missæ proportionata temporis anterioritate sic celebrentur, vt dum vna inchoatur, secunda ab Euangelio tunc in consecratione procedat, tertia à consecratione in consumptionem, quarta denique à consumptione vsque ad terminum. Ita ille, & nouissimè Gesualdus, in Theol. Mor. tom. 1. tract. 17. cap. 2. n. 16. Vnde pater quàm parum modeste locuti sint Turrianus in Select. dispnt. 16. dub. 7. & Ledesma part. 1. c. 27. post 5. conclusionem, qui hanc affirmatiuam sententiam improbabilem vocant, est enim satis probabilis, licet negatiua, vt dixi, sit probabilior. Ad inconueniens vero adductum à Cardinale de Lugo responder Leandrus vbi supra, quest. 57. Vide etiam me citato Pellizzarium, in Man. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 4. sect. 2. n. 58. Posse autem aliquem contra Coninch. eodem tempore tres Missas e. g. quæ in eodem Ecclesia debita distantia eodem tempore celebrantur à tribus Sacerdotibus audire, & satisfacere pœnitentiæ iniunctæ Confessario audiendi tres Missas: & illo vnico actu vnus assistentiæ pœnitentiam adimplere tanquam si tres Missas distinctas audisset, docet me citato Gesualdus vbi supra, n. 17. & me citato Leandrus quest. 60. Sed plus addit etiam me citato Leandrus q. 59. quod qui vi præcepti, voti, & pœnitentiæ obligatur audire tres Missas satisfacit his omnibus audiendo eas simul, quod docet etiam amicissimus Dicastillus, de Sacram. 10. 1. tract. 5. dispnt. 4. dub. 8. num. 113. cum aliis penes ipsum; vnde Ego superius dicta his diebus firmaui contra quemdam Neotericum, qui illa immodestè damnabat.

Quis summo mane audiuit Missam, postea Episcopus fecit illum diem festiuum de præcepto, quaritur, an teneatur audire aliam Missam.

RESOLVTIO IV.

Casus est curiosus, & affirmatiuè videtur respondendum, quia iste talis quando audiuit Missam, non aderat obligatio præcepti. Ergo superueniente præcepto erit adimplenda eius obligatio. Confirmatur ex illa opinione à me sæpius repetita, quod si quis manè communicauit, postea in eadem die incidat in periculum mortis teneatur iterum sumere Eucha

Eucharistiam, quia quando manè communicavit non aderat articulus mortis, atque obligatio sumendi viaticum. Et ita præter Doctores à me alibi adductos tenet hanc sententiam, me citato Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 7. disputat. 2. quest. 6. & 7. & Quintanadueñas in Theol. Mor. tom. 1. tract. 4. singul. 9. num. 6. qui testatur ita sensisse Doctores Salmanticensis, & Complutenses, & hanc sententiam tanquam probabilem me citato admittit nouissimè sapientissimus Dicastillus, de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 4. num. 56. & alij.

Verùm his non obstantibus ad casum propositum indiuidualiter negatiuè respondet Pater Pallauicinus in Collegio Romano Sacræ Theologiæ professor, vir quidem doctissimus, & eruditissimus de Iustit. & Iure, lib. 4. cap. 11. num. 95. vbi sic asserit: Ex his colligitur Primò quod si quis die festo audiat Sacrum immemor præcepti non tenetur ad aliud Sacrum audiendum. Imò etiam in casu, in quo promulgetur præceptum audiendi Sacrum aliqua die, postquam Petrus ea die ex deuotione Sacrum audiuit, probabilius est Petrum non teneri ad secundam auditionem Sacri. Præceptum enim intendit tantum ne quis voluntariè omittat ea die Sacri auditionem; Quì verò Sacrum iam audiuit, non est amplius in statu Sacrum omittendi. Ita ille: vnde ego puto vtramque sententiã esse probabilem. Nota tamen id, quod ibidem docet idem Pater Pallauicinus n. 96. Quod etiam si aliquis audiret Sacrum cum positiua intentione non satisfaciendi præcepto per illam auditionem, adhuc negatiuè satisfaceret, nec teneretur ad aliud Sacrum audiendũ, cum tamen si haberet talem intentionem is, qui vouit audire Sacrum, vtiq; teneretur audire secundum Sacrum. Ratio disparitatis est, quia sicut possum mihi imponere obligationem voti, ita possum illam extendere ad casum, ad quem non extendebatur, hoc est ad auditionem secundi Sacri: At vetò sicut non possum imponere mihi obligationem præcepti (cum non possim exercere iurisdictionem supra me ipsum) ita non possum illam extendere ad auditionem secundi Sacri. Et ita etiam docet quoad votum Baldellus in Theol. Moral. lib. 5. d. 25. n. 21. in verb. Neque est simile, cum Suar. Ledesma, & aliis. Sed ego contrariæ sententiæ alibi adhæsi, nempe in tali casu audientem Missam animo non satisfaciendi voto, non teneri audire aliam vt voto satisfaciatur, quia verè, & integrè ille fecit satis per Missam à se auditam, cum verè præstiterit illud, quod venit, neque enim per intentionem illam non satisfaciendi voto per dictam Missam, quam audiens habuit, voluit prorogare suum votum, aut denuò vouere licet posset, sed solum voluit per aliam Missam voto satisfacere, ergo si ei iam satisfecit, nihil illi restat vt satisfaciatur. Et ita hanc sententiam me citato tenet Leandr. de Præceptis Ecclesiæ, tract. 2. d. 1. quest. 83. Trullenchez in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 16. num. 27. Sanchez, & Bonacina, & alij. Non nego tamen sententiam Patris Pallauicini, Baldelli, & aliorum suam habere probabilitatem.

An si quis pro beneficio obtinendo iniret pactum non rigorosum, sed ex gratitudine, committeret simoniam.

RESOLVTIO V.

Hanc questionem ego pluries alibi petraetaui, & quia est difficilis, & quotidiana, iterum nunc de illa erit sermo. Itaque ad quesitum negatiue respondet Rocafull in Prax. Theol. Mor. 10. 2. l. 3. de 7.

præcept. Decal. cap. 6. num. 980. vbi sic ait. Sed quæres an liceat volenti obtinere beneficium dicere vel patrono, vel collatori se futurum gratum, vel habiturum gratiam? Respondeo si per hæc verba non inducatur obligatio, sed solum sint verba urbanitatis, quæ vt vulgo dicuntur non obligant, licitè dici. Ita cum Nauarr. tenet Villalobos, tract. cum detur 37. distinct. 17. Cui addo si solum iis verbis declaratur quod licitè sperare potest collator, vel patronus nullum apparere inconueniens cur non possit declarari, & per ea verba spem ingenerari, quod enim sperari potest licitè verbis declarari etiam licitè potest, imò posset alicui videri neque iis verbis vllam incurri simoniæ labem, quamuis quis intendat per ea se obligare non obligatione ciuili, neque pacto riguroso, sed tantum ex pacto latè sumpto, seu ex gratitudine, vel ex pura fidelitate, seu ex decencia, quæ resultat ex eo, quod dixerit se gratum futurum. Ita tenet expressè Gaspar Hurtadus de Iustitia, & iure disput. 3. de usura, difficul. 7. & certe graui animi significatio, & exhibitio iure naturæ debetur benefactoribus, non est autem credibile voluisse Papam prohibere hæc, quæ sic debentur, sed solum, vt his vterius ex vi pacti rigurosi non addatur obligatio, sed & illud non parum iuuat: Quid quod expressio eius quod tacite inest, & tantum modo quo inest non facit rem illicitam rem alioquin licitam, cap. Significasti de elect. & leg. 3. ff. de lege, at hoc hic contigit, ergo, &c. Neque obstat quod in collatore non sit materia gratitudinis, quia ex officio tenetur id facere, quia sæpè multi concurrunt, & potest vel isti, vel illi conferre, & quod huic potius conferat quam illi beneficium est respectu eius cui confert, vnde debet iste in hoc casu grarias agere, sed si libenter, & celeriter facit quis quod debet, non tamen occasionem præbet, vt quis ei gratificetur, certè perfectè gradus hoc non omittet sicut perfectè obediens non solum præceptis, sed, & signis, & nutibus voluntati domini parat. Ita Rocafull.

Hinc Machadus de perfecto Confessario, tom. 1. l. 3. part. 3. tract. 5. docum. 2. num. 4. sic asserit. Queda pnes dudoso, y controuerso si casu que se deduxesõ à pacto, y promessa obligation antidoral de auerse da remunerat el agradecimiento, seria simonia. Santo Thomas, y los Autores sienten, que si, y principalmente en los beneficios Ecclesiasticos, en los quales (como hemos dicho) tan rigurosamente prohibe el Derecho qualquiera pacto, y conuention. Si bien algunos sienten lo contrario, fundandos, en que conforme al mismo Derecho no se comete simonia quando en el pacto, que en ella se pone no se contiene, ni declara mas de à quello, che de iure inest Yen el pacto de que el que recibe el beneficio, sea agradecido, no parace que se pone cosa alguna mas, que lo que en si naturalmente contiene, que es la obligation de agradecimiento. Et hanc sententiam docet ex Societate Iesu Pater Escobar, & Mendoza in Theol. Moral. tract. 5. exam. 2. cap. 6. n. 25. ita asserens. Estne simonia. Elige me in Prouincialem, eligam te in Priorem? Non esse affirmant Sanch. quia est permutatio rerum spiritualium inter se. De Petro pretium, vt intercedat apud Ioannem vt ipse Ioannes apud Antonium intercedat beneficij collatorem vt illud conferat: est ne simonia? Vasquez existimat probabile simoniam non esse. Est ne simonia aliquid dare pro labore suscepto eundo, & redeundo ad beneficij collationem, vel in compensationem alicuius damni, quod inde patitur, aut alicuius lucrari, quod amittit. Non esse, Suarez asserit, Num liceat de huiusmodi pretio pacisci. Existimo cum Valentia

lencia eodem modo, quo licet temporale accipere pro spirituali sine simonia, licere etiam, de hoc ipso pacisci. Hæc Pater Escobar, & nota quod ad secundum dubium ab ipso appositum cum Vasquez idem docere Rocafal *ubi supra num. 983*. Quæres ait, An si pecuniam det quis non patrono, sed intercessori apud patronum pro labore intercessionis committat simoniam; Respondeo, & dico Primò, si daret pro labore in eundo, & redeundo ad patronum, aut pro damno emergente, aut lucro cessante, non committit simoniam. Ita Villalob. citatur *tract. 17*. Dico secundò, si daret pro intercessione immediata committere simoniam; si pro intercessione mediata nempe pro intercessione apud intercessorem immediatum, non committit, quia hæc intercessio mediata, & remota est merè temporalis, neque vlllo iure humano prohibitum est pro illa dare aliquid, sicut assentior probabile dare pro immediata. Nota verò, quod si pro intercessione detur plus quam valet labor, aut pro beneficio collato aut præsentato plus detur patrono, quam ratio gratitudinis patitur, neque committi peccatum simoniæ ut est, neque iniustitiæ, ut volebat Rodriguez, modò illud plus detur liberaliter, & gratis. Ita Rocafull. Et tandem non deseram hinc apponere verba Fragosi *in Republica, tom. 2. lib. 5. disputat. 13. §. 11. num. 5.* sic asserentis. Non est intrinsecè malum per se loquendo petere animum gratum in recipiente donum, vel obsequium quando aliquid gratis donatur ante receptum donum spirituale, probatur ex D. Thoma 2. 2. *quest. 78. art. 2. ad 3. ibi*, si munus inquit ab obsequio, vel à lingua non quasi ex obligatione rei exhibetur, sed ex benevolentia, quæ sub æstimatione pecuniæ non cadit, licet hoc accipere, & exigere, & expetere, quo in loco agit de usura. Sicut ergo licet hoc debitum exigere quod persolvitur ex gratitudine, & ex benevolentia, ita in materia simoniæ hoc licebit peri sine aliquo vitio, cum teneatur ex naturali obligatione facere quod petitur, hoc est recognoscere naturalem obligationem gratitudinis. Non licebit tamen deducere in pactum antidoralem obligationem, nouamque addere promissionem ad illam implendam Felin. *in cap. ad audientiam, 2. de rescriptis, num. 10.* his verbis: Deducere in pactum obligatorium obligationem antidoralem est simonia, secus vbi sola obligatio naturalis deducitur in pactum eo modo quo debitor est obligatus, quia non videtur illicitum. Ita Felin. quia hoc secundum pactum non est aliud quam pactum ostendendi se gratum, quod licet, neque est pactum nouum, sed memoria, seu recordatio beneficij accepti, quæ inest accipienti beneficium. Primum autem pactum cum speciali promissione adimplendi antidoralem obligationem idè reprobatur, quod nouam obligationem inducat præter naturalem, & hæc pactio in spiritualibus non est licita, & cum sit pretio æstimabilis, & non in sit antidorali obligationi, est illicita, & simoniaca. Ita ille. At aliqua ex supradictis mihi non placent per ea, quæ alibi diximus, & per ea, quæ nouissimè docet Petrus Marchant *in Tribun. Sacrament. tom. 3. part. 1. tract. 10. tit. 6. q. 9. concl. 1.* omnino videndus cum Patre Vidali *in Arca Theolog. Moral. tit. de simonia, inquisit. 1. num. 34. cum seq. & circa superius vide alios Doctores penes me ipsum part. 2. tractat. 16. resolut. 37. part. 4. tractat. 4. resolut. 155. p. 6. tract. 7. resolut. 42. p. 7. tract. 4. resolut. 2. & part. 9. tract. resolut.*

* *

An consuetudo contra regulam, & constitutiones Religionis excuset ab eorum obseruantia.

RESOLVTIO VI.

DE hoc casu interrogatus fui ab admodum Reuerend. Monachis Monasterij Sanctæ Crucis Diocesis Cracouiensis in Regno Poloniae, videlicet, An possent comedere carnes diebus ab Ecclesia non prohibitis, licet regula Sancti Benedicti comestionem carniū prohibeat, & probabiliter respondi affirmatiuè, & idè distinguendum puto, vel enim Regula sumitur prout includit tria vota substantialia Religionis, sicque induci non potest consuetudo contra illam, vel sumitur prout alia dictis tribus votis annexa præscribit, & sic induci potest consuetudo contra illam, si concurrunt omnes conditiones requisitæ ad abrogationem legum Ecclesiasticarum, quod probatur, quia aliæ obseruantie annexæ votis continentur sub Regula non tanquam quid substantialia Religionis, sed quasi leges adiunctæ, ideòque solum obligant quamdiu habent vim legis, quam tamen vim amittunt statim ac inducta est consuetudo contraria sufficiens ad abrogandas leges Ecclesiasticas, quippe quæ non habent maiorem vim, quam reliquæ leges Ecclesiasticæ, ita Sanchez *lib. 6. moral. cap. 2. n. 26.* Lezana *in summa tom. 1. cap. 7. num. 17.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 3. disp. 4. quest. 5. num. 3.* Peyrinus *de subdito quest. 1. cap. 8. §. 4.* Reginaldus *tom. 2. lib. 18. num. 396.* Pellizzarius, *tom. 1. tract. 5. cap. 2. num. 54.* Vnde nouissimè doctus, & amicissimus Pater Garzias, *in Polit. Regul. tom. 1. tract. 5. difficult. 1. dub. 4. num. 1. & 2.* sic ait. si tratamos de las cosas sustanciales, y essenciales à la Religion contenidas en la Regla, quales son lo tocante à los tres votos solemnes, que en tal caso no obstante qualquier relaxacion por antigua chesea, estan obligados los Professos à guardarla en su pristino estado porque aquella relaxacion es corruptela pues es cierto que contra la obseruantia de los votos no puede costumbre algun prescriuir siendo como es su obseruancia de iure diuino. Però si habiamos de las cosas accidentales al Estado, y Regla, y que solo sirven de ajudar à la obseruancia Regular, y maior perfection, que en tal caso no solo la costumbre immemorial sino la omision, ò relaxacion de quarenta años aunque sea memorial, bastar à para escusar à los Religiosos de la obseruancia, porque como estas cosas son accidentales à la Religion, y pueden estat iuntas, y apartadas della, conseruandose lo essential de la Religion en tanto solo queden obligar, en quanto tienen fuerça de leyes, y constituciones: Estas se pueden abrogar, y perder su fuerça por costumbre contraria: luego si la hallan y à desta manera los professos no tendran que recurrir à su pristino estado. Ita ille. His suppositis respondi affirmatiuè ad dubium dictorum Patrum Monasterij Sanctæ Crucis in Polonia existentis. Nam ex iusta causa; nempe ob defectum piscium, & propter aërem insalubrem, penuriam vini, & olei nisi aliunde magnis expensis conducerentur. Erat in dicto Monasterio introducta consuetudo per annos 47. comedendi carnes, & Doctores probabiliter asserunt non solum consuetudinè 40. sed etiam 10. annorum sufficere ad abrogandam legem. Et ita tenet Pellizzarius *in man. Reg. tom. 2. tract. 4. cap. 2. n. 3.* qui citat Mascardum, & Bonacinam, quibus adde Castrum Palaum *tom. 2. disp. unica punct. 4. num. 2.* qui admittit tanquam

tanquam probabile, decem annos sufficere non solum ad legem civilem, sed etiam canonicam abolendam. Idem admittit Suarez *de legibus*, lib. 7. c. 8. num. 8. & Lessius *lib. 2. dub. 4. cap. 6.* circa finem. Et ratio est, quia iura quæ per privilegium fieri possunt induci etiam possunt per consuetudinem legitimè præscriptam, cum consuetudo vim habeat, & iuris noui condendi, & abolendi antiqui. Deinde ad consuetudinem derogantem legem Canonicam nullum tempus in iure Canonico est signatum. Censendum ergo est probabiliter ex iure civili esse sumendum. Et confirmo: Decem anni sufficientes iudicantur, ut Princeps secularis tacite consentire censeatur in consuetudine aduersus legem lata. Cur ergo non censebitur Pontifex toto eo tempore consentire; præcipue cum ad ipsum pertineat specialius de subditis curare, & modum eorum procedendi prospicere? Vnde non placet opinio doctissimi, & amicissimi Caramuelis in *Regul. disputat. 48. art. 2. num. 655.* quem video docere consuetudinem comedendi carnes contra Regulam D. Benedicti debere esse immemorabilem. Verum non obstante quod per multum tempus Regula fuerit relaxata, possunt postea superiores illam reducere, in pristinum statum, Vide Tamburinum *ubi supra. quest. 6. & num. cum seq.*

An Regula Cancellaria obligent in omnibus Prouinciis, & in foro conscientia, & quid de stylo Curia.

RESOLVTIO VII.

AD primum dubium sic respondet Lessius in *Auctorario casu conscientia post princ. 2. D. Thoma ver. beneficium cas. 3. num. 5.* Probabile est Regulas Cancellariæ Romanæ non obligare in externis Prouinciis, nisi sint ibidem promulgatæ & receptæ. Primum, quia id est probabile de aliis constitutionibus Pontificiis, & Conciliorum cur non etiam de Regulis Cancellariæ. Antecedens docet Angelus V. *lex. num. 13. Sotus l. 1. de Iustitia, quest. 1. art. 4. Caietanus, & Barth. Medina 1. 2. quest. 9.* alique recentiores non pauci. Secundò quia istæ Regulæ potius pertinent ad Iudices Cancellariæ & Rotæ, ut secundum eas Romæ causas beneficiarias decident, quàm ad totius orbis beneficiarios, ac proinde non obligant eos ante sententiam Romæ laram. Quod confirmatur, quia ante Ioannem XXI. nullæ erant Regulæ scriptæ secundum quas iudicaretur, sed solum consuetudo, & praxis, teste Ludouico Gomez in *Regula Cancellariæ in principio*, quod signum est eas non pertinuisse ad alias Prouincias. Quod ipsum etiam nomen Regulæ indicat; Dicuntur enim Regulæ Cancellariæ, quod secundum eas Cancellaria Romana dirigi debet. Quare non videntur alios Iudices Ecclesiasticos in conscientia obligare. Terriò si istæ Regulæ obligant in foro conscientia, deberent ubique extare, & curandum esset ut in omnium Ecclesiasticorum, & Capitulorum deuenirent notitiam, quod non fit. Item quando aliquæ vel reuocantur, vel per non usum obsolescunt, deberet id ipsum omnibus innotescere. Hucusque Lessius. Et non deferam hic apponere verba Iosephi Rocafull. in *praxi Theol. Moral. tom. 1. part. 3. lib. 7. sect. 1. cap. 6. num. 43.* ubi sic ait: Præter prædicta habent vim legis Regulæ Cancellariæ, quæ sunt quædam temporalia statuta durantia iuxta statuentis Pontificis vitam, & per illa disponuntur pleraque, quæ pertinent ad stylum, & iudiciorum ordinem, & nonnulla Pon-

tificis solius dispositioni referuantur. Ac de istis quidem Regulis quamuis plura Iurisperiti disputent, tamen in Theologo, vel solum, vel principaliter discutiendum est an obligent in foro conscientia, Cui dubitationi respondeo negatiuè, cum Valero in *differentiis utriusque fori verbo, Donatio, differ. 6. n. 2.* & Henriquez in *summa tit. de Indulgentiis cap. 30. §. 7. in Glossa littera R. & Diana 1. p. tract. 10. resol. 43.* Et ratio est, quia istæ Regulæ sunt pro foro exteriori traditæ, utpote iudiciales, ut notat Gomez de Regulis Cancellariæ in principio. Nota verò, quod casu, quo obligent Regulæ Cancellariæ, non obligare in vi legis scriptæ, sed in vi consuetudinis, & styli Curialis, qui quidem stylus, & usus ex consensu Principis est illarum promulgatio. Vnde non obligant antequam tempus currat consuetudini inducendæ necessarium. Ita Rocafull. Norat etiam Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 17. num. 154.* Regulas Cancellariæ non esse propriè leges, ut bene inquit Felin. in *cap. ex part. num. 49. de rescript.* quia expirant mortuo Pontifice, donec à successore confirmentur, ut patet ex earum præfatione verb. *Suo tempore & ideò Ordinarij possunt libere conferre Beneficia vacantia etiam in mensibus Pontifici reseruatis, donec eiusmodi Regulæ fuerint à Successore Pontifice confirmatæ, ut docent Gomez, in præfat. ipsarum Regularum Rebuff. in præf. benefic. addit. ad Regul. Cancell. in princ. & postea, in Glossa verbo, suo tempore. Aufredus decis. 445. ad Capell. Tholof. Addit. Rebuff. in Gloss. cit. verb. ex tunc, publicari in Cancellaria, & obligare scientes à die publicationis, igno-gantes verò post duos menses, nec esse necessariū alibi promulgari, quia solū sunt instructiones datæ à Pontifice pro Officialibus Cancellariæ. Et omnia superioris dicta de mente supradictorum Doctorum dicta esse volo. Et vide Tondutum in *qq. legalium cap. 109. num. 12.* qui sic ait. Regulæ Cancellariæ extra & extrarationibus iuris naturalis Ciuilibus vel Canonici habent vim legis, & ligant omnes (sicut ratio legis etiã si non sit regula) & sunt seruandæ, & omnes ligant.*

Sed quid dicendum de stylo Curia? Rocafull. *tom. 1. lib. 6. de lege humana capit. 7. dub. 4.* sic ait, An stylus Curia Romanæ obliget, & imponat necessitatem ut in aliis Curia, & Tribunalibus obseruetur; Respondeo non obligare extra Curiam Romanam. Ita Rebuffus, Baldus, Gomez citati à Fagundez *l. 8. in præcepta Decalogi cap. 10. num. 9.* nisi confirmatus sit speciali constitutione Papæ, ut docet Lopus *alleg. 52. col. 1.* cum enim stylus postea varietur variato Papa, potius iuri scripto adhærendum est extra Curiam, quàm stylo, qui ita facile variatur, nec facile in longinquis terris scitur, & nisi euidenter probetur, non præsumitur, quoniam res facta est. Ita ille, cui etiam adde Præpositum in *part. D. Thoma, quest. 8. de dispensat. dub. 6. n. 41.* docentem stylum Curia respicere forum externum, & non internum; Vide etiam Martinum Perez *de matrim. disputat. 47. sect. 6. n. 4.* asserentem stylum Curia non obligare extra Curiam, nisi confirmetur decreto aliquo Pontificio, Pellizzarius verò in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. capit. 5. num. 195.* tenet stylum Curia non tollere probabilitatem contrariae sententia, & variari pro varietate Pontificum. Vide Villalobos *to. 1. tract. 2. difficult. 123. n. 2. & tract. 14. difficult. 27. n. 7.* Vnde Pater Vidal in *Arca Theol. moral. tit. de duello inquis. 3. num. 22.* sic ait; quicquid sit de hac Pœnitentiæ praxi, & de stylo Curia Romanæ, de quo non nobis constat affirmo cum Hurtado *loco citato. §. 201.* quod Curia stylus ad summum tunc vim legis habet quando datur formale Pontificis præceptum, non autem quando

quando illud non extat, sed in presenti non constat nobis de hoc præcepto; Ergo nihil concludit argumentum. Adde primo, quo non omnia, quæ ex praxi vigent in Sacra Pœnitentiaria absolute affirmandum est ita esse, ita ut oppositum sentire, vel agere sit omnino falsum, ut patet maxime, quia stylus Curia quando est non scriptus, ex sua natura est varius, & mutabilis, Ideo &c. Adde secundo in Curia Romana teste experientia amplecti omnia etiam plura ad illam ex necessitate non atinentia. Adde tertio in opinionibus praxis pro vna parte non induci obligationem, ergo neque etiam Sacra Pœnitentiaria praxis, quæ est tantum doctrinalis, & non decisiva, ut alibi diximus; inducet obligationem in conscientia ad ita sentiendum. Ita ille, qui postea idem repetit *inquis. 4. num. 15. cum seqq.* & tãdem vide Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tractat. 9. disputat. 24. quest. 48.* qui aduersum me contrariæ sententiæ ad hærentem insurgit; Sed ego iterum non recedo à sententia affirmatiua cum Sanchez, *lib. 8. disputat. 21. num. 16.* & aliis Doctoribus, quos etiam me citato adducit Leandrus *vbi supra.*

An Superiores Regularium possint absoluere subditos ab excommunicatione incurfa ob simoniam contractam in ordine, vel beneficio.

RESOLVTIO VIII.

Negatiuam sententiam mordicus sustinet Magister Texeda *in Teolog. Moral. tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 18. num. 10.* vbi sic ait, Si roges, an regulares Prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione incurfa ob ordinum simoniacam susceptionem; & dico hodie non posse cum illis dispensare in suspensione, quæ incurritur ratione simoniæ in ordine suscepto, quia licet attentò quodam priuilegio à Clemente I V. concessio Congregationi S. Benedicti in Hispania, ut refert Collector priuilegiorum ordinum, & Abbatibus Cistercij, virtute cuius poterant Abbates, & eorum Vicarij absoluere suos subditos à pœnis, quas incurrunnt subditi propter ordines simoniacè susceptos, & propter beneficia simoniacè obrenta, & hoc quidem non semel in vita, sed totiesquoties illi visum fuerit expedire. Tamen Sixtus V. in quadam constitutione, quam edidit contra Clericos malè promotos, eam facultatem penitus reuocauit, & abstulit, dicens quod nemo prætextu cuiuscumque priuilegij etiam mare magnum nuncupati, &c. possit absoluere huiusmodi simoniacè promotos, & verba eius sunt, personæ sicut præfertur delinquentes tam scilicet Antistites, quàm Abbates promouentes, quàm clerici malè insigniti, seu ordinari à reatibus, & excessibus præfatis absolui præterquam in mortis articulo possint aut debeant, nec cum his super irregularitate præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit quouis modo valeat dispensare. Ex qua Sixti V. constitutione non obscure constat omnibus tam Episcopis, quàm Regularibus Prælatibus, ablatam esse facultatem absoluendi suos subditos ab excommunicatione, & aliis pœnis incurfis, eo quod simoniacè ordines susceperunt, vel beneficia obtinuerunt etiam prætextu priuilegiorum regularium, quia omnia illa quoad hanc partem derogat, & inualida esse ex nunc pro tunc declarat, ac proinde etiam abstulit facultatem dispensandi cum prædictis simoniacis in irregularitate ob illud crimen simoniacum

incurfa, quam etiam Sixti V. constitutionem ad terminos sacrorum Canonum, ac constitutionem Pij II. Sixti V. prædecessoris, & ad dispositionem decretorum Sacri Tridentini Concilij adiecit hæc verba, præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, has enim voluit in suo robore permanere. Ex quibus Pontificis verbis, quamuis prædictam Sixti V. constitutionem videtur moderare, & restringere, quantum ad aliquid, absolute tamen reliquit illam in suo robore quantum ad auferendam potestatem à Religionum Prælatibus, ut possint absoluere suos subditos, qui simoniacè ad ordines promoti sunt, nec in irregularitate ob talem simoniam contracta dispensare, & idèd si Religiosus simoniacè ordinatus est, aut simoniacè Prioratum aut quamcunque aliam dignitatem in Religione obtinuit (nam nomine beneficij officium dignitatis in Religione intelligitur) est ipso facto excommunicatus, & est ipso iure illis priuatus. A qua excommunicatione absolui nequit per Regulares Prælatos, nec in suspensione incurfa dispensari nisi per Romanum Pontificem, cui talis absolutio, & dispensatio reseruata sunt, quod debet intelligi etiam si sit simoniacus occultus. Hucusque Texeda.

Sed contrariam sententiam tenet Portel *in respons. Moral. tom. 2. cas. 41. num. 1.* vbi sic asserit Credo posse hodie Prælatum Regularem absoluere suum subditum à simonia commissa in ordine vel beneficio. Probo, quia licet Sixtus V. reuocauerit omnia priuilegia Religiosorum, per quæ id poterant absoluere, tamen postea Clemens VIII. in bullario Rodriques *fol. 1201.* confirmauit priuilegia Minorum ex certa scientia, quod idem fecit postea Paulus Quintus; & Clemens VIII. in prædicta Bulla confirmatoria addidit hoc verbum, confirmamus, & innouamus. Est autem communis Doctorum opinio, quod quando Papa in confirmatione priuilegiorum ponit verbum *ex certa scientia*, & verbum, *innouamus*, censetur confirmare etiam priuilegia talium Religiosorum, quæ antea per aliquem Summum Pontificem fuerant reuocata. Sic tradit Glossa *in cap. quia diuersitatis, & in c. 1. de transact.* Et confirmatur, quia talis confirmatio ex certa scientia habet vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de inualido validum, seu de priuilegio nullo facere validum. Sic Suarez *in lib. 8. de legib. c. 18. à num. 12.* idem tenet Collector priuilegiorum Mendicantium *verbo, Priuilegium*, ad §. 15. dicens multos famulos Doctores Vniuersitatis Salmantinae declarasse quod quandounque aliqua priuilegia conceduntur de nouo cum hac clausula, *Non obstantibus reuocationibus Apostolicis*, intelliguntur viuificata; & de nouo concessa etiam illa, quæ fuerant reuocata. At Clemens VIII. in citata Bulla dicit *innouamus*, & in præfatio Bullæ dans Iudices Conseruatores pro defensione dictorum priuilegiorum, præcipit illis, ut procurent, *Omnia semper in pristinum reponi*; Quæ omnia verba fati innuunt confirmare voluisse etiam priuilegia reuocata, maxime cum ibi Clemens VIII. non apposuerit clausulam, *Quatenus sunt in vsu.* At constat quod ante illam reuocationem factam à Sixto Prælati regulares poterant absoluere subditos ab omni simili excommunicatione maxime per concessionem Pij V. factam Prælatibus Patrum Dominicanorum, quibus concessit, ut per se possent absoluere subditos ab omnibus casibus occultis, quæ possunt Episcopi absoluere, & huius meæ opinionis est etiam nouiter Fr. Hieronymus Roderic. *in suis resolutionibus resolut. 3. num. 7.* Dixi posse Prælatum absoluere suum subditum

subditum simoniacum in ordine, nam quæstio non modica esse potest, an Confessores Regulares, possint hodie absoluerè Clericum simoniacum in ordine, vel beneficio ad se venientem, pro confessione Sacramentali audienda? Hunc casum non inueni expressum ad vllum recentiorum. Sed tamen (sub correctione Doctotum) credo illos talem Clericum posse absoluerè virtute suorum priuilegiorum. Probo, quia prædicti Religiosi id poterunt facere ante illam reuocationem Sixti V. maximè per priuilegium Sixti IV. apud Compendium Mendicantium *verbo, Absolutio quoad seculares* 2. §. 20. cum annotat. *Cordub. ad dictum* §. 20. per quod concessit Confessoribus Ordinis Minimorum, vt possint absoluerè pœnitentes ab omnibus casibus excommunicationis, suspensionis, &c. Episcopus à iure, vel ab homine reseruat, & simile priuilegium extat in eodem Compendio, & in eodem *verb. §. 19.* concessum Benedictinis, & clarius adhuc id poterunt Confessores Societatis Iesu per priuilegium illis concessum à Paulo III. & transcriptum à Rodriquez in *Addit. ad §. 9. n. 120.* Per quod Papa concedit illis Patribus (& proinde cum illis communicantibus) vt pœnitentes ad se venientes possint absoluerè ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis exceptis contentis in *Bella Cœnz.* Quapropter licet illa priuilegia sint reuocata per Sixtum Quintum, si tamen illi Religiosi, quibus illa concessa fuerunt habeant confirmata sua priuilegia ex certa scientia (vt suppono) poterunt eisdem vt ob rationes claras, quas adduxi in *num. 1. proxime præcedenti.*

Hanc etiam sententiam tenet Leandrus à Murcia in *cap. 14. super. 8. Regulis D. Francisci num. 37.* & Bordonus in *conf. Regul. tom. 2. resol. 67. num. 76.* Vecchius in *praxi disputat. 9. dub. 13. per totum.* Tamburinus de *iure Abbatum tom. 2. disputat. 14. quest. 13. num. 1.* Hieronymus Rodriquez in *compen. dd. Regularum resol. 3. num. 1.* Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit Pater Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. num. 47.* Sed an ita sit alij videant, dicit amicissimus Pater Lezana in *summa tom. 3. ver. Simonia num. 31.* & ego hanc sententiam absolutè alibi impugnaui contra Patrem Vidalem. Notandum est tamen hîc obiter probabilissimum esse Simoniacum occultum non incurrere in irregularitatem, & ita docet doctus, & amicissimus Bardi in *Bulla Cuciata part. 3. tractat. 2. cap. 1. sect. 4. §. num. 30.* vbi sic ait. Supponendum est quod quamuis secundum plures Authores recipiens ordinem simoniacè incurrat irregularitatem etiam si simonia sit occulta, vt notat Henriquez *lib. 7. cap. 13. numer. 6.* Suarez de *censuris disputat. 43. sect. 4. numer. 2.* nihilominus & ipsi, & alij existimant ob peccatum simoniæ occultæ nullam incurri irregularitatem, quia in iure non habetur hoc expressum, licet in alias pœnas, & censuras simoniacus incurrat, & ipso facto in triplici illa materia, dixi ob simoniam occultam, nam quando est publica ratione infamiæ, resultat irregularitas. His præhabitis dicimus non posse commissarium dispensare in irregularitate, quæ oritur ex simonia, quia Pontifex in hoc paragrapho talem irregularitatem expressè excipit, hoc tamen facit iuxta probabilem opinionem, quæ asserit ex simonia saltem circa ordines incurri irregularitatem; At quia oppositum est etiam probabile, immodò iuxta meam sententiam probabilius, idcirco simoniacus non indigebit dispensatione faciendâ à commissario in aliqua irregularitate, cum poterit practicè sibi suadere in nullam incurrisse irregularitatem. Ita Bardi.

Anton. Diana, Pars X.

An lra si appellatio, & citatio ad Iudicium Dei in valle Iosephat.

RESOLVTIO IX.

Plura exempla de hac re adducit Matthias Stephanus de *Iuris. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 1. membr. 2. numer. 109.* vbi sic ait: Sanè à iudicio maiorum magistratum, & Regum, à quibus aliàs lege humana prouocare prohibuit inuenimus appellatum, & prouocatum ad Tribunal, & iudicium Dei, qui est Rex regum, & Dominus dominantium. Possuntque recenteri exempla, quod eiusmodi appellatio visa sit à Deo recepta, vt veluti citati ad diem certum, ante eum iudicem comparuisse videantur. Vt quando Ferdinandus Quartus Hispaniæ Rex filius Sancti I V. duos Nobiles perduellionis reos ex altissima turri præcipites dari iussisset, iique constanter crimen negarent, nec aliquid proficerent, eò confugerant, vt dicerent, Se Diuinum Tribunal appellare: proinde meminisset ad dies triginta iudicio sistere, siquidem Ferdinandus postea trigesimo die cum dormire crederetur, in fata concessit, vt scribit Ritius *lib. 3. de Regibus Hispania,* & Fulgosius *lib. 1. cap. 6.* Apud Vvestrogothos etiam Ioannes Turson pater Tutonis Ienson equitis aurati, & supremi Iudicis quendam capite plecti iusserat, qui genibus innixus, En morior, inquit, iniuste, teque voco hac hora ante Tribunal Dei, vt respondeas cur me innocenter morti condemnes. Vix autem ille miser carnificis manu obruncatus fuerat, eum etiam Iudex, equo corruit exanimis, vt refert Olaus Magnus *lib. 14. cap. 20.* Cum tempore etiam Henrici I V. Regis, & imperatoris Romanorum Maghenarius Herueldensis Antistes, & Burchardus Halberthadiensis Episcopus ob Decimas decertarent, inuicem ad tribunal supremi Prætoris prouocantes ambo die dicto subita morte consumpti sunt, vt narrat Auentin. *lib. 4. annalium Boiorum Hucusque Stephanus,* & alia plura exempla adducit Camerarius, & Heringius vbi infra, Ventura de Valentia in *Parthen. Litigios. lib. 1. capit. 1. num. 38.* Beroldus in *Risuer de appellat. capit. 2. numer. 13.* Rumelinus ad *aurcam Bullam Caroli I V. part. 2. differ. 7. Thesi. 3.* & alij penes ipsos.

Sed difficultas est, an talis appellatio sit licita, & videtur negatiuè respondendum ex Bossio in *praxi Crim. tit. de extran. crim. num. 9.* Menochio de *arbitr. Iudicium cens. 4. cas. 388.* & Claro in *l. 5. §. finali q. 83. num. 7.* vbi sic ait: Puniuntur extra ordinem illi, qui superstitione numimis alios terrent provt faciunt illi, qui mittunt præcepta Vallis Iosephat, quorum vnus, qui appellabatur Carlesus, fuit positus ad catenam infamem 10 Aprilis anno 1553. Et alius quidam Thæmeus Mantellus, qui transmiserat quoddam præceptum sub nomine Domini nostri Iesu Christi; iussus fuit renunciare præcepto, & fustigari 10. Septembr. anno 1556. Ita ille.

Sed contraria opinio receptior est, vt obseruat Iosechimus Camerarius *horar. subsecussuar. cens. 3. q. 38.* Delrius in *Disquis. Mag. lib. 4. quest. 4. sect. 1.* & ex illo Carena de *officio Inquis. part. 2. tit. 1. §. 10.* & Schenardus *lib. 2. conf. 30.* Dico itaque cum supraddictis, quod si citatio, & appellatio hæc fiat non odio, & vindicta, sed bona fide vt innocentia appareat, & vt infamia à familia arceatur, tunc appellatio, & citatio ista erit licita. Vnde si constat Iudici se in condemnatione Hæretici negatiuè iuste processisse, tunc non debet appellationem, & citationem negatiuè pertimescere, quia iusto Iudici

Cc præmium

præmium à Deo debetur, non supplicium, Ita Del-
 rius *ubi supra vers. Quoad eos verò qui citantur. & c. P.*
 Cornel. à Lapid. *loco cit. vers. Caterū hoc solium.* Si ve-
 rò Iudex non esset certus de Iustitia suæ sententiæ,
 sed aliquam in ea ferenda sensit animi sui perturba-
 tionem, tunc malè facit Iudex, si appellationem, &
 citationem illam contemnat. Debet enim tunc om-
 nia maturiori iudicio rimari, vt prior sententia, vel
 retractetur, vel confirmetur. Ita Carena ex Delrio.
 Et ideo ad confirmationem supradictorum addu-
 cam hîc verba Ioannis Heringij *in discurs. de appel-
 lat. in citatione ad Iudicium Dei in Valle Iosaphat*
n. 167. vbi sic ait: Quoad talem citantem, & quiritan-
 tem dico primo, si citra odium, aut vindictæ cupiditatem,
 vel impatientiam, iram, desperationem, vana-
 nitatem, aut aliam vitiosam affectionem per iniu-
 stitiam oppressus quis hoc faciat bono fine (e. g. vt
 innocentia eius appareat, nec infamia grauetur fa-
 milia aut liberetur mundus tali tyranno, aut vt re-
 sipiscat, & terrore percussus pœniteat, desinatque ab
 oppressione, & concussionem miserorum) licita est ta-
 lis citatio, nec desunt exempla Sanctorum homi-
 num. Periculosum attamen est viris, sceminiisque
 non compertæ sanctitatis has citationes imitari.
 Nam facilè fallit amor proprius, & persuadet nos
 iniuriam perpeffos, cum non simus; facilè etiam la-
 tens aliqua gloriolæ, vel vindictæ, vel alterius per-
 turbationis animi nebula se immiscet, vt veritatem,
 ac iustitiam non videamus. Quoad eos verò, qui ci-
 tantur existimo duas Regulas posse statui. Prima est,
 si constet eos iustè iudicasse nec vllum esse dubium
 de sententiæ, aut facti propter quod citantur æqui-
 tate, tunc posse huiusmodi citationem ab illis con-
 temni. Ratio est, quia iusto Iudici præmium à Deo,
 cuius vicem fugitur, non supplicium est expectan-
 dum. Altera Regula sit, quando Iudex aliquam ani-
 mi perturbationem sensit, quæ ad damnandum vel
 mouit omninò, vel ad citius damnandum mouit, vel
 etiam non vsque adeo certa est sententiæ iustitia vt
 non supersit probabilis contrarij metus, tunc malè
 facit Iudex, si contemnit huiusmodi citationem, re-
 ctè facit si diligentius iterum omnia momenta, &
 quæcumque ad veri Indagationem pertinent, exami-
 net, ac perpendat, & ream iterum in custodia seruet
 vt vel retractetur prior sententia, vel maturiori con-
 silio confirmetur. Ita ille. Et ita hanc sententiam te-
 net etiam post hæc scripta visum doctus, & amicis-
 simus Pater Raynaudus *in Hoploheca sect. 3. cap. 1.*
q. 8. per totam.

*An Beneficiarij possint validè, & licitè testari
 ratione consuetudinis, vt est in Gallia,
 & Hispania.*

RESOLVTIO X.

PRIMA opinio docet tale testamentum esse nul-
 lum, & illicitum, & ita docet mordicus Henricus
 Canisius Professor Primarius in inelyta Academia
 Ingolstadiensi *in commen. ad lib. 3. Decretal. titul. 26.*
vbi fol. 112. sic habet. Quoad alteram quæstionem,
 an scilicet consuetudo valeat testandi de eiusmodi
 fructibus seu redditibus Ecclesiasticis, siue quæ ex
 iis sunt comparata, anceps disputatio est. Etenim
 Did. Couarr. 26. *ad cap. 7. num. 23.* existimat hanc
 consuetudinem valere. Primo propter tacitum con-
 sensum Summi Pontificis, & orbis Christiani, qui
 talem consuetudinem permittunt. Secundò, quia pri-
 uilegio Summi Pontificis eiusmodi testamenti fa-
 ctio obtineri, vel concedi potest (id enim est extra

omnem controuersiam) ergo & consuetudine, cuius
 non extat memoria, quippe hæc priuilegij instar est
*cap. 26. §. 2. infr. de verb. sign. & l. 3. §. 4. ff. de aqua
 quor. & assi.* Tertio quia valet consuetudo quod fru-
 ctus beneficij vacantis per aliquod tempus defun-
 cto, vel alteri cedant *cap. 2. §. 1. de elect. & elect. po-
 test. in extraua. Ioann. XXII.* Ergo idem consuetudine
 introduci poterit, vt ex testamento alijs deferantur.
 Quæ certè argumenta etsi momentum habere vi-
 deantur, magis tamen mihi probatur Mart. Nauarr.
 sententia *in tract. suo de spol. Clericorum §. 14.* quæ
 & Panor. placet *ad d. cap. 7. num. 5.* quod scilicet eius-
 modi consuetudo non valeat tanquam Ecclesiæ one-
 rosa per text. *in cap. 1. sup. de consuet. pulchre tamen
 Panorm. id restringit ad res immobiles, & mobiles
 magni pretij, nam in rebus mobilibus, quæ exigui
 sunt præiudicij putat testandi consuetudinem vale-
 re, sicut & consuetudinem donandi eas per text. in
 cap. 3. sup. de donat.* Non obstant argumenta contra-
 ria; nam quod ad primum attinet, contrarium docet
 Extraua. Pauli III. Iulij III. & aliorum Summorum
 Pontificum quibus Clericorum spolia idest bona
 ex redditibus Ecclesiasticis quæ sita post mortem
 Clericorum reseruantur Sedi Apostolicæ, & eius
 Cameræ, sicut videre est apud eundem Nauarr. *in
 tract. de spol. Cler. §. 5. cum seqq.* de quibus agam ex
 professo fauente Deo *ad c. 1. infr. de success. ab intest.*
 tantum dico ex iis constare hanc consuetudinem
 testandi non probari à Summo Pontifice, sed potius
 improbari. Deinde non sequitur: Summus Ponti-
 fex hanc consuetudinem tolerat; Ergo videtur tacitè
 assentire per text. *in cap. 10. §. fin. sup. de præbend.
 & dig.* Et quod addit de consensu orbis Christiani,
 miror eius libertatem loquendi, cum ego quando-
 que in Italia contrarium audierim. Secundum ar-
 gumentum defendi posset vbi talis est consuetudo,
 quæ ratione nititur, veluti si pauperibus, Religio-
 sis locis vel illis, qui viuenti Clerico inseruierunt
 iuxta seruitij merita testamento aliquid relinquatur,
 neque etiam Summus Pontifex præsumitur priuile-
 gium testandi nisi ex hac, vel simili causa conce-
 dere. Tertium argumentum rectè procederet, si eo
 probaretur fructus vacantis beneficij consuetudine
 ad laicos spectare posse. verum textus *in d. cap. 2. §.
 1.* exaudiendus est de personis Ecclesiasticis, quod
 videlicet hæc fructus eiusmodi consuetudine acqui-
 tere possint, sicut rectè interpretatur, & rationibus
 ante adductis comprobatur Glossa eiusdem capit. 2. §. 1.
in verbis, vel personis. Et hæc omnia docet Canisius,
vbi supra.

Secunda opinio affirmat tale testamentum esse
 validum, & licitum, ita Garcias *de Beneficijs tom. 1.*
par. 2. c. 1. num. 16. vbi sic asserit. Existimo stante dicta
 consuetudine posse beneficiatum licitè testari etiam
 ad vsus prophanos, & relinquere dicta bona consan-
 guineis diuitibus, eamque consuetudinem in con-
 scientia excusare, nam dicta consuetudo non est con-
 tra ius Diuinum, quo inducta est prædicta prohibi-
 tio testandi, nec est irrationabilis maximè cum ex ea
 non fiat præiudicium Ecclesiæ, sed successori, seu
 Canonicis ad quos pertinet *iux. d. c. relatum. & cap.
 presenti de officio ordin. in 6.* seu potius Cameræ, ad
 quam pertinent iam spolia, vbi vigent, maximè etiam
 cum sit immemoralis, & ab Ecclesia scita, & tolera-
 ta, & id possit priuilegio Papæ concedi, & facit ex-
 traugans *suscepti de electione.* Et accedit quod se-
 cundum dictam consuetudinem non solum potest
 Clericus relinquere dicta bona consanguineis, etiam
 diuitibus, sed etiam tenetur si sunt hæredes necessa-
 rij, vt filij, vel descendentes legitimi, aut parentes.

Ita

Ita ille, qui citat Couarr. Probum, Duchas. Perez, Roias, Simancham, & alios.

Tertia opinio est media, & affirmat tale testamentum esse validum, sed illicitum, ita docet Pater Dicastillus *de Inst. lib. 2. tract. 19. disp. 1. dub. 15. num. 256.* vbi sic ait. An valet testamentum factum à Beneficiario. Respondet spectato iure positio non esse validum cap. *Quia nos de testamentis.* Si vero spectemus consuetudinem receptam multis in locis, testamentum valet non tantum ad pias, sed etiam ad profanas causas, & potuit iuri positio per contrariam consuetudinem derogari, vt multis in locis derogatum est in communibus beneficiariis præter Episcopos, & in aliquibus etiam quoad Episcopos, nec enim repugnat introduci consuetudinem vt beneficiarij testentur ad vsus etiam profanos, cum sint domini Ecclesiasticorum prouentuum. (loquitur de beneficiariis non Religiosis) qua de re latè disputant Auctores. Ita Cardinalis Tuschus *tom. 1. conclus. 139. & tomo 8. concl. 1.* Less. infra referendus, Molin. *disp. 147. concl. 7.* Reginald. *lib. 30. num. 8. 9.* Sanchez *in Summa, lib. 2. cap. 20. num. 24.* cum pluribus quos refert, dicens hanc esse veriotem, & communiorem opiniorem contra Nauarrum *in Apologia, quaest. 1. n. 80.* & aliquos alios. Licet ergo dicamus illicitè testari ad causas profanas, potuit nihilominus consuetudine introduci, vt validè testentur. Nam inualiditas testamenti ex iure positio Ecclesiastico est, cui potest per consuetudinem derogari, vel priuilegium auferri iuxta principia generalia de legibus.

Ex dictis colligitur Primo non obligari ad restitutionem qui recipiunt prouentus beneficiorum sibi testamento legatos, aut relictos à beneficiario, accipiunt enim à vero domino. Colligitur secundò non peccare hæredes ab intestato, vel institutos à beneficiario accipiendo huiusmodi fructus, tum quia hæreditario iure succedunt ei, qui poterat de iis prouentibus disponere: tum quia obligatio, seu præceptum disponendi ad pios vsus cum sit personale, solum beneficiarium, & non hæredem recipientem respicit. Ergo licet peccet Beneficiarius testamentum conficiendo ex fructibus, qui supersunt congruè illius sustentationi, nec hæredes tenentur restituere, nec peccant, præterquam si illum ad tale testamentum induxerunt. Hucusque Dicastillus, qui pro hac sententia citat Tuschum, Lessium, Molinam, Reginaldum, & Sanchez.

Vidisti, amice Lector, pugnantès inter se sententias, ego quid de illis sentiam, dicam breuiter, tale testamentum esse nullum, vt asserit prima sententia, mihi non placet, sicuti neque placet secunda sententia quatenus dicit esse licitum, igitur magis adhæreo tertiaz sententiaz asserenti esse quidem validum, sed illicitum, & ita præter Doctores citatos tenet Aggidius Trullench *in Decalogum, tom. 2. lib. 7. cap. 18. dub. 5. num. 7.* vbi sic ait. Beneficiarij de iis, quæ ex fructibus beneficiorum congruè sustentationi superant, iure communi testari non possunt, nec ad pias quidem causas. Ita habetur cap. *quia nos, & cap. relatum 2. & cap. cum in officiis de testamen. & habet communis, ne scilicet Clerici studerent opibus accumulandis, hæc autem prohibitio non est de iure diuino, sed humano Ecclesiastico, vt latè probat Barbosa, lib. 3. de iure vniuerso, cap. 17. num. 43.* Ideò potuit consuetudine abrogari, vnde in Gallia, & Hispania, & in Regno Valentino, Aragoniz, & Cathaloniz, & aliis ex consuetudine approbata testari possunt, & si fortè decedat intestatus, succedunt in eius bonis illius propinqui, ac si esset Laicus.

Anton. Diana, Pars X.

Potest ergo testari Clericus in Hispania de fructibus beneficij ad pias causas, imò ad profanas, peccabit tamen, at dispositio valida est, nam vt diximus supra agentes de dominio, cap. 2. dub. 6. Clerici sunt domini fructuum suorum beneficiorum. Quare quamuis peccent bona beneficij prodigendo, vel ditando suos amicos vel cognatos, alienatio tamen valida est. Ac proinde hæres, qui hoc modo hæreditatem accipit, non peccat nisi fortè induxerit Clericum ad huiusmodi testamentum conficiendum, inducens enim ad peccandum, peccat. Nec tenetur hæreditatem restituere, quia obligatio Clerici erat personalis, & ex alia parte validè donat, donatio namque, vel dispositio quamuis illicita, non tamen iniusta est. Ita ille, cui adde nouissimè Patrem Martinum de San Ioseph, *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 11. de testam. num. 1. & 2.* & sic asserens. En resolucion püeden en España los Clerigos testar valida, y lícitamente de los bienes beneficiarios ad pias causas, y si disponen dellos ad prophanas causas valdrà el testamento, aunque peccaran mortalmente. Però es de advertir, que los parientes, y amigos à quien mandò el Clerigo ilícitamente su hacienda no pecan en recibirla, porque aunque pecò el Clerigo contra la caridad, no pecò contro iustitia, y su obligacion era personal, y pudo donar validamente, entendiéndose que no pecan los parientes, y amigos sino es que aconsejen, ò persuadan al Clerigo à que teste de su hacienda profanamente, porque en este caso claro es que pecan induziendole à que, per que es sententia comun. Vnde ego his diebus consului parentes cuiusdam Episcopi non peccate mortaliter recipiendo ab ipso in magna quantitate pecunias, & alia bona, quia nihil ipsi ab Episcopo poscebant.

Sed si aliquis hinc obiter inquirat, an testamentum supradictum sit saltem inualidum si careat solemnitatibus iuris, & affirmatiuè respondet Dicastillus *vbi supra, dub. 13. n. 240.* vbi sic ait: Vtrum autem ingressus Religionem possit testari non seruata iuris solemnitate ex dictis videtur affirmandum, & affirmat Sz, *verb. testam. num. 21.* qui idem sentit de Clerico, & quidem iste non tenetur legibus ciuilibus. Cumque iuxta dicta in superioribus de eius testamento iudicandum sit in foro Ecclesiastico, tantum videntur seruandæ solemnitates fori Ecclesiastici atque aded sine solemnitatibus iuris ciuilibus positui valebit. Ita ille. Sed de hac quaestione alibi à nobis plura dicta sunt.

An qui iurauit se non reuocaturum testamentum, adhuc licitè possit illud reuocare.

RESOLVTIO XI.

NEGatiuè respondeo, ratio est. Quia tale iuramentum seruati potest sine peccato, Nemo enim tenetur testamentum reuocare, ergo peccabit grauius reuocando. Imò qui iurauit se legata & alia in testamento contenta seruaturum, & perlas, aut nefas reuocat, adhuc tenetur ea ibi contenta adimplere; fuit enim iuramentum de relicta. Objiciet aliquis: iuramentum sequitur naturam actus, super quem cadit, est enim velut accessorium sequens naturam principalis. Sed testamentum talis est naturæ vt possit reuocari; Ergo etiam posito iuramento reuocari potest. Respondetur sequi naturam actus principalis quoad tacitas conditiones nisi hæc excludantur. In re autem de qua agimus, sic iurans excludit expressè tacitam conditionem testamenti, intendit enim non reuocare testa-

Cc 2 monum

mentum ex sua natura reuocabile, etiam si in primo testamento apposita sit clausula derogatoria vltioris testamenti, nempe si testator in primo testamento dicat. Si aliud testamentum confecerò, volo non valere; & ita nostram sententiam tenet Dicastillus *de iud. lib. 2. tract. 19. disp. 1. dub. 16. n. 263.* qui citat Couarruiam, Lessium, Vasquez, Molinam, & Ghorium.

His tamen non obstantibus contrariam sententiam probabilem esse puto, vnde rectè Pater Martinus de Sancto Ioseph in *Monica Confess. tom. 1. l. 2. tract. 47. de testamen. num. 9.* sic ait. Bien es verdad que es probable que no peca, ni queda periuro el que reqeçò el testamento iurado, porque es contra las buenas costumbres el iuramento de no reuocar el testamento *ex leg. stipulatio de verb. obligationibus*, y el iuramento sigue la naturaleza del contrato a donde se iurò, y siendo de suyo el testamento reuocabile no estorna el iuramento que se reuoque. Sic Bartolus, & alij multi, quos referunt, & sequuntur Anton. Gomez *ad lib. Tauri num. 95.* Molina *de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 4.* La razon de estos Autores procura impugnar Villalobos *2. tom. tract. 30. diff. 22. num. 8.* y dize fue grande enganno el de Anton. Gomez porque no es contro las buenas costumbres. Pareçeme que el Padre Villalobos prouò mal su opinion, pues ay gran diferencia de quitarse vno la libertad en la profession con accion santa, alabada, y permitida por derecho, lo qual no milita en quitarse la libertad, para restar cosa reprehendida, y reprobada por el mismo Derecho, & ex dissimilibus non sit bonum argumentum *l. inter stipulantem 82. §. Sacram. versic. sed hac dissimilia ff. de verb. obligation. & ex diuersis non fit illatio l. Papinius exuli. ff. de minoribus.* Ita Martinus.

Sed quicquid sit de hoc, certum est quod qui iuravit se non reuocaturum testamentum, si illud reuocet, reuocatio erit valida perinde atque ille qui iuravit se alteri non venditurum domum si postea vendat illicitè quidem, sed validè vendet, sicut & qui iuravit se aliquam ducturum in vxorem si postea ducat aliam, validè ducit, sed illicitè, est autem eadem ratio in nostro casu, Dicastillus *ibidem.* Vide Sanchez *de matr. lib. 6. disp. 1. 3. num. 5.* & alios penes ipsum, quibus adde Martinum de Sancto Ioseph *loco citato num. 7.* vbi hæc asserit; Quando alguno haziendo testamèto iurò de no reuocarlo, y despues le reuoca otorgando otro, dizen que este segundo no vale por hauer contrauenido el testator el iuramento. Los Autores, que rifieren Anton. Gabriel *l. 3. Tauri num. 96.* que son Hostiense, Speculador, Oldrado, Iacobo de Butrio, y otros, però lo cierto es que vale la reuocacion, porque como hemos dicho el testamento es de su naturaleza reuocabile, y el iuramento no quita la naturaleza del testamento. Es comunissima opinion. Burgo de Paz. *2. part. lib. 3. Tauri concl. 6. num. 1233.* Molin. *lib. 4. de primogen. capit. 2. num. 2.* Gutier. *de iuramento confirmatorio 2. part. cap. 1. num. 2.* Palacios Rubios, *cap. per vestras de donacion. §. 12. num. 23.* Anton. Gomez, *lib. 3. Tauri, num. 96.* Hæc ille.

Sed sententiam Hostiensis, Speculatoris, & aliorum asserentium reuocationem dicti testamenti esse nullam, non esse improbabilem putauit Vasquez, vobseruat Dicastillus, *vbi supra, num. 266.* Sed si aliquis quærat, An quando quis iuravit se non reuocaturum testamentum, & alter cui iuravit acceptauit, atque in eo hæres est institutus, si postea testator reuocet, secundus hæres postea institutus teneatur restituere hæreditatem priori? Respondeo affir-

matiue cum Dicastillo, *num.* quia qui prius fuerat institutus hæres per acceptationem iuramenti adquisiuit ius ad bona testatoris, testatorque contraxit obligationem realem, hæc autem obligatio realis ad hæredes transmittitur; ergo hic secundus hæres institutus tenetur implere promissionem realem à testatore factam, & à promissario acceptam.

An qui habuit penitentiam à Confessario per annum singulis diebus, v. g. recitare coronam, vel litanias B. Virginis, satisfaciatur si recitet simul intra paucos dies.

RESOLVTIO XII.

Respondet Pater Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. quæst. 79.* satisfacere, si dicta in penitentiam iniuncta recitanda sint pro animabus Purgatorij. Quia gratius erit Deo & expedientius animabus quo citius hæc penitentia finiatur. Si verò recitanda sint pro pœnis suis peccatis debitis, adhuc respondeo posse casu, quo finis confessoris iubentis recitare Psalmos, Coronam, &c. non sit vt pœnitens quotidie se in aliquo bono opere exerceat (in quo casu est vera sententia Sancij) sed illi laborem talem iniungere quod maior causetur ex recitatione viginti coronarum quam duarum, vel vnus, quia æqualis, & fortè maior labor oritur pœnitenti, si hæc omnia simul in vno die recitet ac si per vnum mensem, v. g. quotidie vnica coronam recitaret, ergo. Ita ille, sed mihi magis placet opinio negatiua Sanch. *in Summa, tom. 1. l. 4. cap. 11. num. 40.* quia satisfactio, quam imponitur Confessarius, est intelligenda secundum Ecclesiæ præcepta, ergo, &c.

Nota etiam hîc obiter dictum Patrem Leandrum *vbi supra, quæst. 78.* docere quod si penitentia sit iniuncta, verbi gratia de ieiunando diebus veneris, vel sabbathi vnus mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit ieiunare, non teneri alio die ieiunare, quia è contra existimo, quod communiter Confessarij respiciunt tempus, ac præfigant diem, & fortè in memoriam passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris, elapso illo die, non tenebitur pœnitens, cum sit onus eius, in alio ieiunare, licet Cardinalis Lugo *de penit. disp. 25. num. 88.* putat teneri, quia in hoc casu non respicit Confessarius principaliter diem, vel tempus, & ita qui aliquo dierum illius temporis non ieiunat, teneri in alio die postea ieiunare. Vtraque opinio est probabilis.

Nota hîc obiter cum Quintanaduena *de Iubileo duabus hebdomadis, cap. 6. num. 11.* aun quando se da la penitencia con estas circunstancias que sea de radillas de Sante, de tal imagen no es necessario se hagan de taxo de mortal. Sed de hoc ego alibi.

Quis concupiuerat sapius habere copulam cum matre, & filia, quæsiuit à me, an teneretur istam circumstantiam in confessione aperire.

RESOLVTIO XIII.

Respondi negatiue, & quod desiderans luxuriari cum duabus fœminis, quarum vna est mater, & altera eius filia non consanguinea, aut affines concupiscenti non addat circumstantiam specialem, quia si adderetur, maximè ex incestu, sed hoc verum non est, quia peccatum incestus contrahitur solum quando

quando quis concupiuit, vel copulam habet cum muliere iam ante sibi consanguinea, vel affine, suppon item parentelam inter peccantes, ex qua denominatur incestus desiderium, vel copula, cum debeat causa præcedere suum effectum, parentela enim est causa, cur peccatum dicatur incestus. Quare iste desiderat luxuriari cum illis duabus foeminis inter se sanguine coniunctis in primo gradu, non sit illis cognatus, nullatenus incestum mentale neque externum cum illis primo committere; ita in terminis docet Bordonus in *decisionibus Miscellaneis, decis. 109.*

Nota etiam obiter id, quod probabiliter olim docui gradus affinitatis, & consanguinitatis inter se non differre specie, quod præter Doctores alibi adductos tenet me nouissimè citato Martinus de San Ioseph in *Monita Confessariorum, to. 1. lib. 1. tract. 10. de pœnitentia, n. 10. & 11.* vbi sic ait. La consanguinidad, y afinidad, es muy probable que no son diuersas especies porque en ambas es vna la causa de la prohibicion y assi en el versiculo que declara quando dirimen si sit affinis por la afinidad entiendo tambien la consanguinidad.

Los grados de consanguinidad y afinidad ne differen en especie entre si, y assi no es necessario declarar en la confession el grado de parentesco que ay con la persona que se conocio carnalmente, porque todos los grados son de vna misma especie in genere molis: y assi aunque es mas graue el incesto con la madre que con la hermana, ò sobrina no muda especie sino solamente agraua, porque todos estos grados se oponen à la virtud de la piedad solamente, y complira el penitente con dezir. Cometto incestu tanta vezez. Sigo esta opinion por facilitar la dificultad que ay en confessor estas materias, y por mirar por la fama del proximo. Ita ille.

Et hanc sententiam esse probabilem, & in praxi tutam tradidit me citato Trullench. in *Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. § 1. num. 2.* & etiam me citato Leandrus de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 8. tit. 3. q. 76. num. 837.* licet ipsi contrariam sententiam tanquam probabilem sequantur, quod etiam nouissime sequitur Rocafull in *Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 4. part. 4. cap. 6. num. 70.* Sed nostram sententiam post hæc scripta inueni me citato tenere etiam Doctum Patrem Thomam Tamburinum agens de confessione *lib. 2. cap. 7. §. 7. num. 48.* vbi ait. Dico probabile esse nec consanguinitatem ab affinitate, nec vnum gradum ex his differre specie ab aliis. Vnde licet siue dubio grauius sit contra vnum gradum delinquere, v. g. contra primum cum matre, quam contra alium v. g. cum consobrina, tamen quia non mutatur species, puto non esse ea speciatim ex necessitate patefacienda. Ratio est, quia in omnibus his vna specie deformitas est (licet modo leuior, modo grauior) nempe contra reuerentiam debitam coniunctis, quod autem id oriatur interdum ex ipsa natura, vt in primo consanguinitatis gradu, & per alios etiam in secundo, interdum vero ex præcepto Ecclesiæ, vt in cæteris, & maximè in gradibus affinitatis, nihil specie diuersum ex hoc necessariò infertur: nam præceptum Superioris cum aliquid præcipit, ponit materiam præceptam in ea specie virtutis, ratione cuius illud præcipit, nunc autem Ecclesia abstineri ab illis congressibus præcipit propter eandem reuerentiam coniunctis debitam. Quod deinde gradus ipsi non murent speciem, inde probatur, quia hi nihil aliud inferunt nisi maiorem, vel minorem coniunctionem, magis autem, & minus non variant speciem etiam in hac re nostra morali, nisi aliunde

Anton. Diana, Pars X.

probetur esse contra particularem virtutem, vel particulariter contra diuersum recte rationis dictamen. Id quod hic quamuis multi probabiliter inuenire satagant, nihilominus alij probabiliter item non inueniri posse contendunt. Ita ille.

An absolutio Sacramentalis data ab excommunicato vitando sit valida.

RESOLVTIO XIV.

NOuissimè tanquam probabilem affirmatiuam sententiam tenet Petrus Marchant in *Tribu. Sacram. tom. 3. part. 1. tract. 4. tit. 1. sect. 1. quest. 10. d. 1.* vbi sic ait. Tenet Victoria de *excommunicatione, d. 313. alia. 313.* validam esse absolutionem datam à Sacerdote excommunicato maiori excommunicatione etiam denunciato, & notorio percussore Clerici. Cuius ratio est. Quia etsi multa iura verent ne Sacerdos excommunicatus absoluat, vel confessiones audiat, nullum tamen Ius expressè absolutionem irritat, & nullam ex parte absoluentis declarat. Vnde etsi denunciatus vitandus in omni exercitio iurisdictionis declaretur in *Constitut. Mart. V.* Nullum tamen est verbum, quod irritet absolutionem ab eo datam, etsi ex parte pœnitentis ratione peccati mortalis, quod incurrit hoc ipso, quo sciens, & volens à vitando Sacramenta suscipit, absolutio sit inuvalida. Vnde probabilem iudico etiam in praxi Victoriz opinionem; & si Petrus confiteretur Paulo suo pastori excommunicato, & notorio percussori Clerici, vel publice, & nominatim denunciato (quam tamen ignoraret publice, & nominatim denuntiatum, vel Clerici percussorem, eo quod fortè à Parochia tunc abisset) & ab eo absolueretur, non condemnarem cum ad iterandam confessionem, sed iudicarem absolutionem validam. Ratio mea est conformiter ad eam, quam adfert Victoria. Quia re vera non obstante excommunicatione talis pastor non est priuatus pastoralis beneficio, cui cum ex natura sua annexa sit iurisdicctio in oues proprias quadiu non priuatur beneficio pastoralis, tamdiu non priuatur iurisdictione, sed prohibetur tantum iurisdictionem exercere. Quod à plius demonstrat: excommunicatio enim est iuri contentiosa, sicque iurisdictione fori externi priuat, non autem iurisdictione fori interni, quod maximè ad Deum spectat vt postea dicitur. Quod verò excommunicatio prohibeat vsum iurisdictionis, & priuet excommunicatum licita executione iurisdictionis fori interni, & secreti pœnitentiæ, est: quia ista iurisdictione non exercetur nisi signis, & actionibus externis, quas quia externæ sunt, potest Ecclesia prohibere, & ita philosophandum erit de quocumque excommunicato iurisdictionem siue ordinariam, siue delegatam habente. Nec video quid possit opponi, quod contrariam coniuncat: Quod enim dicitur excommunicatum denunciatum ab Ecclesia non tolerari, dicendum, non tolerari quoad licitum vsum, & exercitium administrationis Sacramentorum, & idè peccare, imò aliam pœnam irregularitatis pro multa incurrere si faciat, non verò quoad iurisdictionem fundamentalem, à qua validatur actus.

Nec obstat, quod actus iurisdictionis externæ, vt sententiæ, & alia facta ab excommunicato in foro externo inuvalidentur; Id enim sit, quia tota iurisdictione illa, sicut & eius exercitium pertinet ad forum externum: iurisdictione autem fori Sacramentalis per se pertinet ad forum internum, etsi habeat externos

Actus

actus necessariò coniunctos. Et addo ad confirmationem huius, quia excommunicatio, & suspensio sunt diuersæ censuræ, quæ se inuicem non includunt: atqui suspensio ab officio, cui est annexa iurisdictio hoc singulariter habet, quod suspendat iurisditionem, ergo excommunicatio per se id non facit.

Dices, Denunciatio id facit.

Respond. Denunciationem pro certo suspendere à licito exercitio iurisditionis, hoc vltimum autem de ablatione iurisditionis aliquo claro textu probari deberet; pœnæ enim strictè sunt interpretandæ.

Petes, Hac sententia posita quæ erit distinctio inter vitandum excommunicatum, & non vitandum?

Respond. Hac distinctio erit, quod à vitando scienter nemo Sacramenta accipere possit, possit vero à non vitando: Neque enim Constitutio Martini V. data est in fauorem excommunicatorum, sed in fauorem Fidelium, ne anxietatibus multis intricarentur. Et vitatio, quæ per illam demandata est pro duobus generibus excommunicatorum, nimirum denunciatorum, & notiorum percussorum Clerici decreta est in excommunicatorum horrorem, & pœnam, & in Fidelium terrorem, supposita notitia, & scientia quæ ex denunciatione, & notioritate percussoris Clerici procedit: Posita tamen inculcata ignorantia alicuius Fidelis, non est verisimile quod ab ignorante sit ille quantumvis publicè denunciatus, vel notior percussor Clerici vitandus sub peccato mortali, & consequenter cum ex parte sua non peccet petendo absolutionem, probabiliter ex fundamentis adiunctis puto eiusmodi validè absolutum. Hæc deduxi latius ob casus occurrentes in animarum solatium: Hæc est enim huius sæculi miseranda conditio, vt excommunicatus etiam denunciatus nominatim Romæ (vt vidi ad valuas S. Petri) vel etiam ob percussorem Clerici, non obstante ista denunciatione, & notitia percussoris Clerici audeat confessiones ad se recurrentium audire, & cum accedentes idiotæ, & simplices sint, vel minus versati in istis confidenter accedunt, nec vitandos sciunt. Cum itaque (vt ex rationibus adductis patet) fundamentalis iurisdictio respectu absolutionis per excommunicationem simplicem (exclusis aliis pœnis) non videatur ablata, non video cur Absolutio annulletur. Hæc interim subiicio prudentum iudicio, & Ecclesiæ, alteram autem sententiam Doctorum communi vestigio magis tritam, tanquam securiorem sequor, alteram tanquam non improbabilem proposui. Hucusque Marchant.

Sed ego puto prorsus non esse recedendum à negatiua sententia, & contra Victoriam vide Hieronymum Llamas in Summa, part. 1. cap. ... quest. 15. qui falsam eius sententiam vocat; est enim contra communem Doctorum opinionem teste Coninch. de Sacrament. disput. 14. dnb. 10. num. 99. Sayro de Cens. lib. 2. cap. 6. num. 6. Castro Palao, tom. 6. d. 2. punct. 13. num. 9. Marco Serio conciu nostro viro quidem docto, tom. 2. de officio Parochi, disp. 1. dist. unica, quest. 11. num. 1. & aliis; dicendum est igitur cum Auila de Cens. part. 2. cap. 6. disp. 3. dnb. 1. concl. 3. Quod si Sacramentum pœnitentiæ administrètur ab excommunicato non tolerato extra articulum necessitatis, erit nullum.

Probatum; nam talis Sacerdos extra casum necessitatis vel nullam habet iurisditionem, vel vt proprius dicam habet eam impeditam, & ligatam; ergo. Et hanc conclusionem intelligo etiam de confessione venialium, nam ad absoluendum à venialibus etiam requiritur iurisdictio, & hæc datur ab Eccle-

sia, & per consequens, potest tolli, vel ligari ab ipsa Ecclesia, nam res per easdem causas dissoluitur, per quas nascitur. Hinc sequitur, quod licet aliquis cum ignorantia inuincibili confiteatur huiusmodi Sacerdoti, concessio erit nulla, & veritate comperita, erit necessariò iteranda, & loquor, de confessione mortalium. Hoc autem corollarium intelligitur quando ignorantia est particularis huius, vel illius pœnitentis, secus si sit ignorantia communis, & talis Sacerdos habeat aliqualem titulum, v. g. Sacerdos qui in Hispania est nominatim excommunicatus, & denunciatus, vel notior percussor Clerici venit in Sicilia vbi hoc ignoratur, & confertur sibi Beneficium Parochiale, confessiones quas audit validæ sunt. Quicquid in contrarium asserat Palatius in 4. distinct. 17. disputat. 7. col. 12. Probatum, nam titulus præsumptus, & communis error facti conferunt iurisditionem, vt ait Caietan. in Summ. verbo absolutionis impedimenta, & verbo confessionis iteratio. Nauarr. cap. 9. num. 4. & alij Auctores qui fundantur in l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris.

Secundò, nam in hoc casu potius præsumendum est quod Ecclesia vult prospicere communi saluti Fidelium dando iurisditionem huic Sacerdoti, quàm punire illum cum tanto detrimento Fidelium.

De Potestate Vicarij generalis Exercitus.

RESOLVTIO XV.

Forſitan apud nullum Auctorem hanc materiam inuenies pertractatam, & quia in manus meas peruenit quædam Allegario impressa Matrili die 20. Maij 1644. & composita ab octo doctissimis iuriconsultis, apponiam hic aliqua, quæ ab ipsa decerpsi, Sic itaque ibi asseritur. Ninguna cosa haze mas fuerça en la materia y reconocer quan assentada es la iurisdicion omnimoda del Vicario general de los Exercitos reales que non habla se mencion especifica ni controuersia iudicial en los Autores deste officio, y exercitio à el competente iuzgandolo todo por assentado, y sin dependencia de los Ordinarios, ni pudiera subsistir si fuera pendiente dellos: pues es constante que siguiendo el Exercito, cada dia hauia de entrar en nueva iurisdicion Episcopal, y no bastara ni el nombramiento deste Obispo, ni obrara en per iuzio del otro; y assi es preciso confessar que este officio de Vicario general del Exercito es iuez ordinario por Bulas Apostolicas de su Santidad inmediatamente de baxo de su iurisdicion, sin que otro pueda ser su iuez, ni imperditle la iurisdicion que exerce en los Capellanos del Exercitio ni en toda la iurisdicion spiritual concerniente à lo que es preciso que se obre mientras exerce este officio y ay Exercito, y guerra declarada, y que este officio es del Patronazgo real, y que toca, y petenece à su Magestad la proteccion, y amparo, y defensa desta iurisdicion, y que en se virtud pudo el Vicario general del Exercito de Badaioz fulminar las censuras en defensa de su iurisdicion, y de los Capellanes de Exercito subditos suyos, vt ex sequètibz plus quàm liquido constabit.

Lo segundo tenemos por constante, que su Magestad, che Dio guarde como los demas Principes de la Christianidad tiene Bula de su Santidad para eligir, y nombrar Vicarios generales de todos sus Exercitos con iurisdicion ordinaria sin dependencia de los Obispos, y Ordinarios, en orden à que sea iuez de los Capellanes, y Confessores de los Exercitos, administrador del Hospital dellos, que los visite, que

los den licencias para confessar, que affista à los matrimonios, que celebraren los soldados, que los administre los Sacramentos, sentencie los pleitos, castigue los excessos, cuyo officio es tan necessario en vn Exercito Catholico que sin el no es possible erigirse, mantenerse, marchar, ni subsistir, en cuya virtud hallamos, que esta obseruado esto en todos los Exercitos Ancianos, de que nos dan noticia las historias cuya costumbre immemorial assegura el intento porque de los dos derechos por donde se rige toda esta maquina vniuersal del mundo, y por donde los prudentes, y Magistrados, y iuezes de nuestros tiempos deciden las controuersias, pleitos, y contiendas que contenciosamente en sus tribunales ocurren que son la costumbre, y la ley escrita, no es menos poderosa à quella, que esta: antes si bien se artiene mucho mas eficaz, mas fuerte, y perpetua, siendo assi que la costumbre es ley aprouada por las Republicas vniuersales.

Y lo que mas es que assistiendo al Vicario general del Exercito, esta costumbre immemorial sola ella es bastante sin que sea necesario alegar ni prouar titulo alguno, porque alegandose, y verificandose possession de tiempo immemorial, virtualiter & implicitè, taciteque intelligitur allegatus, & probatus titulus resultans ex possessione tanti temporis iuxta doctrinam Glossæ communiter receptæ d. verb. Non stat memoria in dict. cap. super quibusdam §. præcepta de verborum significat. Couarr. in regula possessor. 2. par. §. 5. num. 7. Gutierrez d. quest. 17. num. 142. Garcia de nobilit. de gloss. 12. num. 56.

Y no es como quiera el titulo que se induze por dicha costumbre sino que es el mas eficaz, y el de mejor calidad que se puede imaginar, y constituir, vt eleganter Menchaca, lib. 2. contr. illustr. cap. 81. num. 17. dicens. Tempus cuius initij memoria non extat facere verum omne possibile, facereque vt videantur interuenisse omnia quæ oportuerent, quibusque opus esset ad perficiendam præscriptionem, vel tale ius inducendum in cap. 1. de præscriptionib. lib. 6. La qual opinion como cierta, llana, y infalible siguieron Gonzalez, ad reg. 8. Cancell. gloss. 18. num. 45. & gloss. 33. num. 4. Gratian. dict. discept. 800. num. 2. Garcia de nobilit. d. gloss. 12. num. 58. Rota decif. 4. de testib. num. 2. in antiquis, & in nouissimis Sacri Palatii, 1. par. decif. 717. num. 2. Hieronym. Gabriel. conf. 88. num. 17. cum seqq.

Y se equipara esta possession immemorial à la mesma verdad, pacto, titulo, y concession espressa, y obra lo mesmo que el titulo original, y el mas eficaz, que se puede imaginar contra quien no se puede alegar cosa en contrario, es vn titulo en blanco firmado de su Santidad, donde se puede segurar todo quanto es necesario para obtener en el caso presente, vt cum multis tonet Domin. Ioann. del Castill. lib. 7. de terris, cap. 28. num. 7. Hæc ibi. Et ad confirmationem supradictæ doctrinæ multa alia adducuntur. Qua consuetudine immemorabili supposita huic sententiæ se subscripserunt manu propria omnes professores legum, & canonum inclytæ Academiæ Salmaticensis & inter illos sapientissimus & amantissimus Dominus meus D. Franciscus Ramos nunc meritò in supremo Castellæ Senator dignissimus, cuius forma hæc continebat. La dificultad vnica desto punto en mi conoscimiento consiste en dar por asentado, y verificado en forma bastante el echo de la costumbre, y possession immemorial, en que se halla el Vicario general de los Exercitos el lo Ecclesiastico de exercer iurisdiccion quasi Episcopal inmediata à su Santidad en las materias espirituales

Ecclesiasticas quas se ofrecen en vn exercito. Pero supuesto el hecho desta costumbre, y possession immemorial tengo por muy llano corriente el derecho de la iurisdiccion quasi Episcopal del Vicario por el fundamento, de que la immemorial induce presumpcion legal de titulo suficiente, y equiual en este caso à priuilegio, y concession Apostolica, como docta, y dilatadamente en esta informacion se discurre, con que me conformo, y no dudo, de que supuesto el hecho de la costumbre, y possession riferida, los procedimientos del Vicario han sido iuridicos, assi lo siente, y lo firme saluo, &c. Salamanca y April 24. 1644. Il Dottor Franciscos Ramos del Mancanar.

Nota verò quod post hæc scripta inueni Franciscum Zipæum aliqua de Vicario Exercitus docere in Consul. can. tom. 1. lib. 4. tit. de spons. & matrim. consuls. 14. vbi citat Lanolum à Mansuet in exercitatio- ne de Parochia militari, quam quidem videre non potui; & in iure Pontificio nouo, lib. 1. tit. de officio Ordinarij, num. 4. idem Zipæus hæc asserit. Et ex eadem causa Pontifex Max. tam per Breue destinatum Archiepiscopo Cameracensi Barlemontio, quam postea aliud anno 1597. 20. Februarij destinatum Archiepiscopo Mecliniensi Matthiæ Houio (per quæ respectiue eisdem Archiepiscopos constituit delegatos Apostolicos in Belgio pro exercitu Regio) ita eam iurisdictionem delegatam temperat, vt & necessitati exercitus subueniat, quia, inquit, non facile ad locorum ordinarios, aut ad Sedem Apostolicam recursus haberi possit, & nihilominus Ordinariorum auctoritatem intactam seruet. Illud quidem peragat dando facultatem ad dictæ Sedis beneplacitum, & quoad bellum hoc durauerit per se, vel alios subdelegandos omnem, & quamcumque iurisdictionem Ecclesiasticam in vtroque foro exercendi: hoc verò dum eam restringit, vt non comprehendat eos, qui sint in propria Diocesi, sub qua illorum Ordinarij iurisdictionem suam in eos exercere possint, vnde ad vitandas difficultates anno 1595. die 23. Ian. inter deputatos d. Illustrissimi Domini Barlemontij, & Vicarios Archiepiscopatus Mecliniensis pacti, & conueniunt hi articuli.

Primum, quod persona Gubernatoris Generalis omnium domesticorum ipsius vtriusque sexus, & eorum, qui sunt de eiusdem Gubernatoris custodia tam tempore pacis, quam belli vulgariter hallabardiers, & archiers nuncupati sunt subiecti Ordinatio loci, vbi habent suum domicilium, sed simul atque egrediuntur dictum ordinarium domicilium, vt accedant Exercitum regium, censentur esse subditi Delegato Apostolico.

Similiter omnes nobiles, & alij inferiores qui celsante Exercitu habent suos Ordinarios in his partibus, quando subsistunt iis in locis, vbi est fixum ipsorum domicilium, censentur subditi eorumdem locorum Ordinariis, etsi alioquin habeant officia, & stipendia ratione dicti Exercitus. Qui verò non habent in hisce partibus suos Ordinarios, & castra sequuntur habentque officia, aut stipendia regia ratione eiusdem Exercitus, ij censentur quamdiu Exercitus consistit subditi dicto Delegato Apostolico.

Antiqua etiam præsidia, quæ erant ante Exercitum, ratione cuius emanauit istud Breue Apostolicum, quæque manere, & fouere solent sumptibus Regiis, etiam tempore pacis spectant ad Ordinarios locorum quoad alia præsidia, quamuis subdita maneant Delegato Apostolico, tamen fauore Ecclesiasticæ disciplinæ in animaduersione delinquentium erit præuentioni locus.

Personæ autem Sacra sectantes, & ad Exercitium spectantes si de Exercitu sese ad tempus negotiorum causa ad Vrbes, aut alia loca extra Exercitum recipiant, manent in omnibus subiecti Delegato Apostolico. Quæ tamen omnia suprascripta sic intelligenda sunt, vt Parochis liberum sit administrare Sacramenta, & sepulturas omnibus diuertentibus ad suas Parochias, & in eis morientibus saluis iuribus. Iudicialia verò exercebantur per Superiores respectiue eorum, de quibus præscriptum est in præcedentibus articulis.

An autem ob præsentis inducias bellum amplius durare non censeatur, & recursus ad Ordinarios locorum non esse difficiles vtpotè cum non in acie, sed in continuis præsiidiis milites versentur ac eapropter locus sit *cap. 20. sess. 14. Concil. Trident. nolim disputare, nec modo opus, cum Vrbanus VIII. renouarit; finitum non fuisse bellum, sed suspensum satis diximus in Indice lib. 4. cap. 21. difficultas recursus minuta erat desinente ambulare Exercitu, & ferè locus tantum erat his, quæ conuenta de præsiidiis, in quæ iam omnis miles erat remissus, & ferè permanenter. Minuta inquam non omninò sublata, iisque de causis nec delegato desierat, & reuiuifcente pridem bello antiquum obtinet. Hucusque Zypæus loco citato, & vide etiam ipsum in alio loco consultationum vbi supra, lib. 1. tit. de Officio ordin. consult. 1. per totam.*

Sed ego seclusa Pontificia delegatione in hac difficultate de meo nihil asserere volo per ea, quæ notat Layman, lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 5. & alij.

Obiter Doctores subscripti in allegatione Hispana superius adducta secundum eorum principium assererent Vicarium Generalem Exercitus esse Iudicem quando miles deberet gaudere immunitate si confugeret ad Tentorium in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castri, & ita in praxi obseruasse testatus est mihi his diebus Episcopus Gaète, dum erat Vicaris Generalis Exercitus.

Et tandem non desinam hic apponere casum curiosum, quem inuenies apud Quintanaduenam in *Theol. Mer. tom. 1. tract. 4. Singul. ult. num. 7. vbi sic habetur, Cum in Castris miles quidam scelus morte dignum perpetrasset, confugit ad Ecclesiam, seu Altare portatile pro Missa celebranda in Castro positum, Militum generalis Gubernator volens eum ab ista Ecclesia, seu Altari extrahere, vt debitum mortis supplicium inferret territus est excommunicationis poena lata à quodam viro docto Societatis nostræ Episcopi vices in Exercitu quoad spiritualia, gerenti, si reum ab Ecclesia, seu Altari illo extraheret. At Generalis Dux ne in excommunicationem incideret, & mortis poena reum plectere posset, Castra in alium locum diuertit iussit, vt diuulso Altari reum caperet, ac puniret. Sed Societatis Iesu doctissimus vir Ducis Generalis animum penetrans, tradit reo aram, vt quæ est Ecclesiæ præcipuum insigne, & immunitatis, qua Ecclesia gaudet ratio præcipua, admonens ne eam à se remoueri permitteret, donec in alio loco Altare poneretur. Sic factum est, & Dux Generalis non est ausus capere Reum, vtpotè Ecclesiæ immunitate gaudentem eo quod secum Aram deferret. Hac de re ipsemet ex nostra Societate, qui hunc nouum immunitatis modum inuenit, consuluit doctissimum Suarium, qui ei respondit rectè egisse, probabileque esse valde, Reum illum, eo quod Aram secum adportaret immunitate gaudere, & puniri non posse. Ita ille, & ego.*

An Iudex in ciuilibus conscius veritatis possit contra aliquem ferre sententiam iuxta allegata, & probata.

RESOLVTIO XVI.

IN causis criminalibus quid faciendum alibi diximus, nunc ad dubium propositum sic respondet Petrus Marchant in *Tribun. Sacram. tom. 3. part. 3. tractat. 5. tit. 2. quæst. 4. concl. 2. Non licet Iudici in ciuilibus ferre sententiam contra aliquem, à cuius parte certò, & indubitate, nouit iustitiam stare, et si allegata, & probata à parte aduersaria contrarium conuincant. Ratio mea est, quia Iudicium iniustum ex natura sui, & omnibus legibus illicitum est, tale autem iudicium et si ex allegatis, & probatis videatur iustum, à parte rei tamen iniustum est, nec aliqua lege iustificari potest.*

Respondet Lessius vbi supra, qui in ciuili causa nobis est contrarius: Rempublicam sententiam iustificare ex eo quod ad saluandas leges communes iudiciorum ciuilium possit disponere de bonis fortunæ suorum ciuium ob publicum bonum, hic autem interest publico bono, vt leges ciuiles iudiciorum, & tribunalium seruentur quantum fieri potest illibata, ne videantur cum publico scandalo iudicia peruerti.

Respondeo ego è contra: Nam sufficere quod magistratus habeat potestatem disponendi de rebus fortunæ suorum subditorum pro publico bono, sed oportet probare in casu, vel quæstione proposita, esse publicum bonum, & condemnationem iusti, aut innocentis in materia ciuili posse esse bonam, & in utilitatem publicam cedere, & posse rem per se iniustam iustificare. Quinimò è contra assero huiusmodi sententiam contra rei veritatem, & iustitiam prolatam omninò iniustam, & malam esse, quia, & leges Dei & leges ciuiles perturbat, ac legibus ciuilibus contradicit, pro quo.

Aduertendum est: prius, & principalius leges ciuiles intendere veritatem, & iustitiam causæ quam illius per ventilationes iudiciales probationem; Prius est enim esse iustum, quàm probari iustum, nec probatio requiritur nisi dubio aliquo superueniente. Itaque cum Iudici certò de iustitia constet, & consequenter de falsitate allegationum, & probationum ipsi nulla supersit dubitatio, Iudex non potest iustitiam sibi certo notam condemnare, & mendaciū (de quo sibi constat) per iudicalem sententiam approbare; Hoc enim est legem Dei, & legem ciuilem perturbare, & animam legis, quæ est veritas auferre. Vnde negandum planè est: iuris Ciuilis præceptum esse, simpliciter ex allegatis, & probatis iudicare, sed tantum ex supposito quod allegata, & probata sint vera, & pro veris à Iudice habeantur, hic verò nec à parte rei sunt vera, nec à Iudice pro veris habentur. Nec talis sententia publico loco legum deseruire potest, cum contra legis, & legislatorum mentem per illam falsitates, & fraudes, ac iniustitiæ in publica tribunalia viam sibi faciant, quæ publico magis bono repelli, & propulsari ab illis debent. Nec refert, quod fortè ex his aliqui scandalizabuntur, quia quamuis necessarium sit, vt aliquando veniant scandala, vè tamen homini illi solum per quem scandalum venit, hic verò non censeatur per Iudicem scandalum venire, sed per eos, qui iudicio (quod sanctum haberi debet) falsitates suas ingesserunt. Denique in materia legum, & iudiciis fundamenta nuper allata seruanda primariò sunt, nimirum veritas in re, iustitia in causæ decisione, hic autem, & falsitatem in re, & iustitiam in causæ decisione subesse manifestum est, quas

quas nullus iustificare potest, nisi fortè prætextu illius axiomatis. Quod ad maius malum vitandum interdum minora mala permittenda sint. Iudicet autem æquus arbiter an sit minus malum fraudes, & dolos contra iustitiam permittere, quàm illis quouis modo possibili se opponere vt propulsentur.

Petes. Quomodo ergo se Iudex geret?

Resp. Non deerunt industriæ à Domino, quæ Daniele puero insperare sunt per examina, diuersiones, dilatione, imò, & iustas suscitationes causarum, quæ viam facient ad discooperiendas fraudes, & nullo mediò occurrente, etsi non teneatur tanto suo damno Iudex deponere officium, potest tamen illum actum sententiæ ferendæ pro sua conscientia declinare. Hucusque Marchant.

Sed vt verum fatear puto non esse discedendum à sententia affirmatiua Lessij, quam communiter docent Doctores, & nouissimè illam tuetur Gaspar Hurtadus, de *Iudicio forensi, disput. 1. difficult. 8.* Quia ex vna parte maioris momenti est bono communi, quod forma publici iudicij seruetur, quàm quod ea spreta contra iudicam probationem non condemnentur quis aut ad spoliationem bonorum, aut exilium, aut ad aliam poenam corporalem leuem, aut ad infamiam, & ex altera parte Respublica, aut qui ei præest ob bonum commune potest de prædictis directe, & per se disponere sicut quilibet potest ex rationabili causa de suis bonis, & de sua fama disponere, & se ipsum corporaliter punire, ergo Iudex auctoritate à Republica, aut ab eo, qui ei præest etiam poterit eum quem iuxta iuridicam probationem inuenit in eis condemnabilem condemnare, & consequenter etiam tenebitur si officium retineat. Ea tamen sententia in foro interiori non obligat Reum, & idem est de ministro Iustitiæ, vt eam exequi possit, & consequenter ad id teneretur iuxta cap. *Pastoralis de officio, & potestate Iudicis delegati.*

Est ergo magnum discrimen inter causas ciuiles, & criminales leues ex vna parte, & inter criminales graues ex altera, ob quod non potest in his condemnare contra propriam scientiam, bene tamen in prioribus, quia scilicet ad directè auferendam vitam, aut membrum absque delicto non habet Respublica auctoritatem, bene autem ad auferenda bona fortunæ, & famæ, & ad aliquantulum cruciandum corporaliter absque delicto, quamuis non absque rationabili causa.

Ad rationem ergo aduersatorum respondemus, quod quamuis ex natura rei, seu iure naturali non minus requiratur veritas, quam Iurisdictio ad obligandum in foro interiori; Ex lege tamen humana, quæ extat pro veritate iuridicè probata, & non pro Iurisdictione probata, non ita requiritur veritas re ipsa in dictis causis ciuilibus, & leuioribus criminalibus, sicut requiritur Iurisdictio, quando contra veritatem est iuridica probatio, & iudex possit iudicare in foro exteriori, & exterius cogere.

An detractiones leues de aliquo possint peruenire ad damnum graue sicut furta.

RESOLVTIO XVII.

AD hanc difficultatem morosam, & practicabilem sic Respondet Emin. Cardinalis Lugo de *Iust. com. 1. disp. 16. sect. 3. num. 46.* Dubitati potest. An quod dictum est de furante parua sæpius eidem, habeant etiam locum in eo, qui sæpius detrahit eidem famam in rebus leuib. posse etiam per frequentationem, & repetitionem detractionum circa

leuia perueniri ad peccatum mortale cum obligatione graui restituendi. De hoc nihil apud auctores inuenio. Sed consequenter idem cum proportionem videretur mihi dicendum: Nam re vera per plures eiusmodi detractiones potest tandem proximus detrimentum graue in fama pati. Finge enim simul ea omnia de proximo dici quo casu certum videretur, quod possit aliquando grauitè lædi proximi fama apud auditores si de eo plures defectus vel falsos, vel occultos dicas, quorum singuli leuiter famam læderent, plures tamen non leuiter lædunt.

Si ergo apud eosdem auditores non simul; sed cum interpolatione eadem dicas, facile vniuntur in eorum mente ea omnia, vt non aliter opinentur de proximo, cui detrahitur, quàm si simul eadem audiissent, dixi si apud eosdem auditores dicas, si enim apud diuersos auditores, qui non ea facile communicabunt sibi inuicem dixisse, non videretur esse eadem ratio. Tunc enim apud singulos auditores proximus famam retineret vel integram, vel ferè integram, atque adeò non vniuntur leues illæ detractiones ad constandum aliquod graue detrimentum in famam. Vnde à fortiori nec esse graue nocumentum, si leues illæ detractiones apud diuersos de eodem defectu leui multiplicarentur, quia semper apud singulos, & apud omnes fama leuiter solum maculata retineretur. Ita Lugo, qui ibidem postea §. 1. n. 52. rectè obseruat quid dicendum in materia famæ quando aliquid per plures detractiones leues detrahit pluribus personis, sed singulis leuiter constat ex supradictis. Nam quoad hoc videretur esse differentia inter detractiones, & furta, quia licet quoad furta sint aliquando domini grauitè, & rationabiliter timere propter periculum, quod imminet, ne multitari velint illo modo furandi leuia à singulis, & hoc modo singulis grauitè lædi possint si ea furta absque graui peccato semper repeti possint, in detractionibus tamen non videretur subesse illud periculum moraliter loquendo. Cum enim ex iis detractionibus non capiatur lucrum quod alliciat homines ad eas procurandas; non timetur moraliter loquendo tale periculum ex eo quod illæ non prohibeantur sub peccato graui. Vnde quando poenitens eiusmodi detractiones leues confitetur, numquam Confessarius interrogat de frequentia detractionum ad iudicandum an peruenerint ad materiam grauem propter coniunctionem detrimenti pluribus illati, & inter illos diuisi.

Et tandem §. 2. num. 52. optimè obseruat quid dicendum sit quando detrahitur leuiter famæ Petri, qui plures etiam leues detractiones ab aliis passus est. Si enim omnes illæ detractiones sint circa eandem materiam leuem, certum est, te non peccare grauitè, cum per omnes illas non pariat Petrus detrimentum famæ nisi in materia leui. Si verò sint circa diuersas materias leues, sed apud diuersos auctores, qui eos defectus ad inuicem non comunicabunt vt possit ex illis resultare tandem vna grauior existimatio contra Petri probitatem nõ peccas etiam grauitè, quia adhuc Petrus apud omnes retinet suam famam ferè integram, & solum leuiter læsam. Denique si sint circa diuersas materias, apud eosdem auditores, aliquando poteris mortaliter peccare in illa detractione, v. g. si de eodem Petro apud Prælatum variè dixerunt varios defectus leues, poterit tandem multiplicatis delationibus circa res singulas leues Prælatus concipere aliquid graue de Petro, nempe esse negligentem, relaxatum, parum obseruantem, & curantem de disciplina regulari, que si falsa sint, grauitè læditur eius fama iniuste apud Prælatum.

Quare

Quare vltimus detractor in hoc casu non est similis ei, qui ponit vltimum furtum leue, sed potius ei qui ponit vltimum vulnus leue, quod propter alia leuia vulnera præcedentia affert mortem Petro, alioquin sine illo vltimo vulnere non morituro. Nam sicut excessus damni, quod vulneratus patitur accepto illo vltimo vulnere supra id, quod eo non accepto pareretur, est grauis, nempe ipsa mors; sic excessus damni in fama, quod patitur Petrus posita tua vltima detractio supra id, quod ea non posita non pateretur, est grauis, nempe existimatio Prælati de eius negligentia, & inobseruantia habituali, & frequenti, quam existimationem adhuc non habebat, quare in his circumstantiis detractio tua non est censenda leuis, sed grauis, quia ob debilitatem contractam ex aliis læsionibus præcedentibus fama Petri lethaliter vulneratur tali detractio, sicut ob alia priora vulnera leuia accepta homo lethaliter vulneratur vulnere vltimo, alioquin leui, vt supra explicuimus, in graui tamen raro id continget. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo, *vbi sup.* quæ passim inuenies apud alios Auctores; Et quia in praxi quotidiana sunt, illa in vtilitatem lectorū hîc adnotare volui.

An valeat legatum quando incertum est quis sit Legatarius.

RESOLVTIO XVIII.

DE incertitudine Legatarij statutum est iure ciuili non valere legatum quando incertum est quis sit is Legatarius, quia multi sunt eiusdem nominis æque testatori vel amicitia, vel consanguinitate coniuncti, nec sunt alia signa, vnde possit deprehendi quis eorū sit legatarius. Item cum duobus testator legauit, postea verò reuocauit legatum vnus illorum, neque constat cuius, atque hæc verum est etiam si legatum sit libertatis. Ita habetur *l. si fuerint* aut (vt alij Codices habent) *l. si ita fuerit, & l. si quis pluribus, ff. de rebus dubiis, & ex l. Titij, ff. quis duobus, ff. de alim legat. & l. duo sunt l. 3. §. si testam. tutela.* Sed vt me citato obseruat Cardinalis Lugo de *Iust. tom. 2. disp. 24. sect. 9. §. 2. num. 251.* rectè Molina dixit sententiam illam Iureconsultorum, quod legatum neutri dandum sit, sed ab hærede retinendum, non esse satis fundatam in iure naturæ, atque idè non esse sequendam, sed diuidendum legatum inter illos; Cùm Iureconsulti legem condere non potuerint, sed solum suam sententiam explicuerint, in quo decipi potuerunt, & in foro conscientiæ ita seruandum. Et quidem constat alios Iurisconsultos contrarium sensisse, nempe Paulum in *l. si quis seruus 8. §. si inter duos, ff. de legatis 2.* vbi dicit legatum quidem deberi, & hæredem eligere posse quem maluerit, si tamen parati sint eum ab altero defendere in quo Iureconsultus dixit bene legatum deberi, non tamen loquutus est satis consequenter dans electionem hæredi, sed melius diceret, diuidendum esse. Quamuis enim quando vtrūque est opinio æque probabilis posset hæres eligere quam vellet, quando tamen est merum dubium, quia neuter probat de se, & non de alio testatorem loquutum fuisse, non habet hæres fundamentum etiam probabile vt det totum legatum huic soli, sed debuisset diuidere.

Sed his non obstantibus contrariam sententiam puto probabilem esse, quam tenet Layman in *tract. mor. lib. 3. tract. 5. cap. 11. num. 7.* vbi sic ait, Quomodo relicta incerta executioni mandanda sunt? Respondeo, & dico, si incertitudo ex parte personæ v. g. legatarij, quia duo eodem nomine appellantur, neque

ex coniecturis colligi possit, de quo testator locutus fuerit, ciuili iure corrumpit legatum *l. si fuerit, l. si quis pluribus, ff. de reb. dubiis l. duo sunt Titij, ff. si testam. tutela.* Quamuis Molin *disp. 197.* existimer in conscientiæ foro legatum hoc casu inter vtrumque secundum proportionem dubij diuidendum fore, quia æquitas naturalis sic exigat. Responderi tamen potest etsi ita sentiendum sit spectato iure naturali præcisè, tamen ciuilibus legibus contrarium statutum fuisse boni publici causa, tum ad litium occasionem auferendam, tum ad excitandum studium restantium, vt voluntates suas clarè, & non ambigè exprimant si sciant, alioquin irritas, & inefficaces fore. Ita Layman & nouissimè Dicastillus de *Iust. l. 2. tract. 19. disp. 2. d. 9. n. 145.* Quamuis enim, ait, prædicti Iurisconsulti putauerunt id, quod decreuerunt esse magis conforme iuri naturæ, & in eo errauerint, tamen neque Imperatoribus eas sententias admittentibus, & approbantibus defuit potestas ita statuendi, nec defuerunt rationes, & congruentiæ ad statuendum quod quando legatarius est prædicto modo incertus, legatum sit nullum tum ad præcedendas lites, & controuersias, tum vt testatores clarè loquatur, nec dubia legata relinquunt, tum etiam ad impediendas occasiones inimicitiarum inter legatarios, & hæredem. Hic enim facile potest vtrique satisfacere, dicens, Ergo paratus sum soluere legatum ei, quem constiterit esse legatarium, vos probate coram Iudice, & cui ipse adiudicauerit, ego dabo. Dicastillus.

Accedit quòd sæpè legata nec in se, nec in pretio possunt facile diuidi, & vt omittam difficultates quæ esse possunt quando Legatum esset vel Capellania mere patrimonialis, quæ non sit beneficium Ecclesiasticum, aut etiam præsentatio ad Capellaniam propriè dictam, quæ beneficium Ecclesiasticum est, in quibus casibus sæpè dubium est quis potius sit institutus, præsentatus, aut vocatus, & tunc in dubio non facilis est locus diuisioni inter prædictos, vt (inquam) hæc omittam, quia hæc legata sunt pia, & ex aliis principiis in his philosophandum est. Sæpè sunt alia, quæ nec in se ipsis facile est diuidere. Qua ratione dominium alicuius oppidi, feudum, maioratus, iurisdictionem possunt legare testatores tanquam danda ab hæredibus legatario siue simpliciter, siue sub conditione, aut in tempus certum. Quæ tamen diuidere difficilimum esset, imò impossibile, nec etiam in pretio, sæpè enim esset contra expressam testatoris voluntatem, qui noluit eam rem diuidi, sed vni reseruari vt tota simul, & integra posset melius conseruari, & illius dominus auctoritatem, & splendorem domus, & familiæ, cæteraque pro dignitate sustinere, quæ non possent fieri si in partes diuideretur legatum, aut si vnus eorum acciperet totum legatum cum onere dandi æstimationem suæ partis alteri, id enim esset extenuare facultates, & opes illius sic soluentis, ne possit rem ipsam, & auctoritatem, splendoremque prædictum pro dignitate sustinere.

Imò non est omittendum id quod supponit Molina, eas leges non statutas esse quasi in pœnam. Est enim etiam hic locus pœnæ aliqua ratione, ne scilicet testatores negligentes sint in explicandis clarè vltimis suis voluntatibus sublatis dubiis, & occasionibus litium. Fient enim cautiore, si sciatur legata sic dubia fore nullius momenti. Sicuti lex præscriptionis bonorum (de qua suis locis satis diximus) introducta fuit tum ad præcedendas lites, tum vt domini cautiore fiant in suis rebus seruandis, & vendicandis. Qua ratione etiam, vt suo loco diximus præcipuè

cipuè in tract. 1. de Iustitia, & iure in vniuersum d. 10. dub. 16. §. 8. num. 421. & seqq. bona bello crepta ab hostibus iure Cæsareo capientium fiunt, quando hostes ea deportarunt ad præsidia, vel loca tuta, nec proprij domini hostes illos insequantur. Qua de re etiam diximus in tract. de restitutione disp. 5. dub. 2. quæ fieri possunt propter bonum publicum sicut olim apud Romanos constat fuisse legem, vt arma, & vestem, quæ miles amiserat in bello iusto contra hostes, recuperata ab alijs non restituantur illi militi, qui ea amisit (sicut ibidem probauimus citatis iuribus) ad puniendum scilicet militum qui spoliantur ignauiam, & ad accendendos animos aliorum qui recuperant. Propter prædictas ergo causas, & similes intelligi potest quod lex ciuilibis nolit legata dubis legatarijs relicta valere.

Hæc omnia, vt dixi satis probabiliter docet Dicastillus, qui tamen fatetur sententiam, quam ego olim docui cum Molina probabilissimam esse. Sed notandum est, quod superior difficultas non procedit circa legata ad pias causas, quæ ob incertitudinem loci, Ecclesiæ, &c. caduca nõ fiunt, sicut habetur in Auth. de Ecclesiasticis titulis cap. 6. Si quis in nomine Magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi hæreditatem, aut legatum reliquerit, iubemus Ecclesiam loci illius in quo testator domicilium habuerit accipere, &c. Si quis autem vnum Sanctorum hæredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, & non specialiter nominauerit locum, in quo est venerabilis domus, inueniantur autem in eodem loco, aut ciuitate plura oratoria eiusdem Sancti, illi magis domui, quæ pauperior est præbeatur. Si autem non est in Ciuitate Basilica nominati Sancti, inueniatur autem in territorio eius, illi detur; Si autem neque in Territorio eius reperitur eiusmodi, tunc Ecclesiæ ciuitatis (sive Parochiæ) in qua testator domicilium habuerit, præbeatur.

Simili modo si aliquis absolute, & sine expressione loci pauperibus, vel Ecclesiæ adificandæ legatum fuit, executionem fieri oportet in loco vbi testator domicilium habuit, l. si quis ad declinandum, C. de Episc. & Clericis. Nisi sit extraneus vt domicilium eius ignoretur, vel multum distet, tunc dabitur pauperibus loci, vbi mortuus est arbitrio Episcopi eiusdem loci, si defunctus aliū executorem non designauit, sicut habetur in l. nulli, C. de Episc. & Cleric. & in cit. §. Si quis autem pro redemptione captiuorum, & tradit Mol. tom. 1. tract. 2. disput. 157.

Deinde statuitur in cit. illo §. Si quis in nomine, & notat Gloss. Si in aliquo in cap. indicante de testam. Si aliquo testamento vel legato dubium sit ex duobus locis pijs vtri conferendum seu propter incertitudinem verborum, seu propter hæreditatis insufficientiam, tunc locum pauperiorem, & magis indigentem præferri oportere, quod etiam notauit Lud. Miranda in man. tom. 1. quest. 32 art. 8. vbi ait, Monasteria Monialium quippe quæ plerumque indigentiores sunt, præferenda esse monasterijs virorum.

Præterea si quippiam absolute ac generatim relictum pro pauperum alimentis videtur esse in arbitrio executorum, vel si nulli executores constituti sunt, in arbitrio Episcopi distribuere in eos, qui vere pauperes sunt, sicut colligitur ex cit. Auth. Si quis autem, & docet ibi l. marginalis ex Bartolo. Bene etiam admonent Palud. in 4. d. 15. q. 1. art. 7. concl. 4. Nomine pauperum tales intelligendos esse, qui victum incertum habent ex elemosynis fidelium, non autem ea Xenodochia, vel Religiosorum Monasteria, quæ ex fidelium elemosynis collectum annuum sufficientem victum obtineat. Hæc autem omnia,

quæ dicta sunt, intelligi debent, nisi coniectura adsint, ex quibus probabiliter cognosci possit, quænam fuerit determinatè voluntas testatoris: hæc enim in primis attendenda est sicuti notat Abb. cap. nos quidem de testam. n. 15. Vide Dicastill. vbi supra, num. 250. & seqq. & Cardinalem Lugo, num. 254.

An pater possit instituere in heredem aliquem, rogando illum, vt postea ipse restituat hæreditatem filio spurio.

RESOLVTIO XIX.

Suppono quod spurius, siue natus ex coitu danti nato, & punibili omnis successione in bonis tam maternis, quam paternis incapax est, Authentica licet in fine. C. de natural. liber. Authent. Quibus modis naturales, &c. §. ultimo Authent. ex complexu. C. de incestis nuptiis Institut ad 8. C. officiorum §. nouissime, vbi gloss. verbo admitti. Ita Couarruuias in epitome part. 2. cap. 8. §. 5. num. 3. & 4. Clarus, quest. 31. Molina disp. 167. atque etiam vice versa parentes in bonis spurij succedere prohibentur Auth. quibus modis, &c. §. de nepotibus. Itaque tali spurio nihil relinqui potest præter alimenta.

Hoc supposito respondeo quod Iulius Clarus supra versiculo, sed quid. Sotus in 4. distinctione 41. q. 1. art. 4. ex parte videntur affirmare, dum asserunt filium spurium posse tunc retinere hæreditatem sibi à patre relictam, modò non exeat filij legitimi. Nam spurius (ait Sotus) videtur capax paternæ hæreditatis, & leges, quæ ipsum videntur facere incapacem, consequenter non obligant ante sententiam Iudicis.

Oppositum tamen mihi placet. Nam iura reddunt spurium incapacem paternæ hæreditatis, qui autem incapax est acquirendi, non potest retinere acquisitum. Ex quo fit vt hæres institutus cum ea conditione tacita, vel expressa tradendi hæreditatem filio spurio, possit eam hæreditatem sibi retinere, ea enim siue promissio, siue conditio est turpis, vt potè contra legem hoc prohibentem ob detestationem criminis, promissio autem facta sub conditione turpi, inualida est. Si tamen talis hæres de facto restituat filio spurio, poterit spurius retinere, quia quamuis filius incapax sit acquirendi eam hæreditatem à parte donatam, seu transmissam, & relictam, non tamen incapax est accipiendi illam ab alio vero domino, qui non iam ex obligatione, sed quia sic vult illam hæreditatem illi defert, idque magis certum, & clarum est, quando sine vlla præiudiciali promissione, sed ex sua liberalitate relinquat hæreditatem spurio, sciens se ad id non teneri; Tunc enim non fit in fraudem legis. Legatur Molina disp. 169. conclus. 2. & 3.

Sed non desinam hic apponere verba Martini de S. Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 26. de testam. num. 4. vbi sic ait.

La mayor dificultad es que se deue hazer quando el padre dio al amigo alcuno bienes para que los entregasse à su hijo espurio incapaz, y el amigo le dio su palabra que lo haria assi. Si el amigo esta obligado à cumplirlo, ò per lo menos podra entregar los tales bienes al espurio, y è recibitlos. Algunos afirman que el amigo tiene obligacion à guardar el Derecho natural, y dar los bienes al espurio, el qual aunque sea hijo de Clerigo puede retenerlos mientras no le condenaren por sententia à boluerlos à cuyos son. Sic Victoria in summ. in materia de matrim. n. 228. Ledes. 2. 4. q. 57. art. 4. in fin. Medina 1. 2. quest. 96. ad 4. Otros dize que el fidecomissario no puede retener aquellos bienes, ni darlos al espurio; y si se los da, que

» no trasfiere domino; antes el dicho heredero fidei-
» commissario les deue restituit.

» La razon es, porque no huuo, ni interuino aqui
» titulo hereditario verdadero, sine tal que consti-
» tuye ladron al heredero, si detiene los bienes *l. pra-*
» *dones, ff. de petitio hereditat.* ni tiene titulo mas de
» la voluntad del padre, y este no dio los bienes al
» heredero para que se quedasse con ellos luego non
» transitio dominio. Sic Bart. *l. fin. ff. de his quibus,*
» *ut indignis, num. 9.* Grogor Lopez *leg. 3. tit. 7. part. 6.*
» *vers. Cum.* Y es opinion bien probable por razon, y
» autoridad de Doctores.

» La sentencia mas probable es, que el tal herede-
» ro puede retener para si los bienes del fideicommis-
» so, y no esta obligado a restituirlos: y si los quisie-
» re dar al espurio de su espontanea voluntad, los po-
» drà retener, y gozà el tal espurio. Mas aduertase
» que algunos Doctores probablemente sienten que el
» fideicommissario que dio la palabra de restituir le
» herencia tiene obligation de darla al espurio no so-
» lamente por la virtud de la fidelidad como dizen
» Lefio *lib. 2. de Iustitia, c. 19. d. 6. n. 5.* Couar. *in epi-*
» *tom. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 9.* sino tambien por vir-
» tud de la iusticia. Sic Ledesma *tom. 2. Summa tract. 8.*
» *fol. 502. & reputat probabile Villalobos 2. tom. tract.*
» *30. dif. 13. num. 17.* La razon, que dan es, porque
» siendo verdadero heredero recibio la herencia con
» la condition de que la restituyesse la qual obliga de
» iusticia. Ita ille, qui postea, *num. 6. addit vnum val-*
» *dè notabile his verbis.*

» Et fideicommissario dicho que prometio de en-
» tregat los bienes del testador a su hijo espurio, si le
» illama el Iuez, y le pregunta si hizo la promessa, pue-
» de sin peccado occultar la verda, respondiendole con
» equiuocation al Iuez, que le tomò iuramento si no
» precudio infamia de que hizo la promessa con las
» condiciones, que deue tener la infamia para causar
» semiplena probança ò si no interuiene vn testigo
» mayor que toda excepcion mostrandole que ay, por-
» que de otra manera no le pregunta iuridicamente, y
» el dar al Fisco la herencia es en pena de hauer dado
» la palabra, y no se deue condenar a si mismo sin el
» fundamento dicho. Quicquid sit, contrarium asse-
» runt Nauarrus, Bartolus, Felinus, & alij.

» Sed quæres hic Primò, An hæres, cui donata,
» vel testamento relicta fuerunt bona habentis filium
» spurium teneatur in defectum patris eundem filium
» alere, aut si femina sit, dotret? Affirmat Couarru-
» uias *capit. 8. §. 6. num. 14.* Probat, quia, vt putat tene-
» tur Pater ex iustitia alere filium. Iustitiæ autem obli-
» gatio transit ad hæredes, sed tamen non est vsque-
» quaque certum, multi enim putant ex pietate, non
» ex Iustitia teneri patrem alere filios, de quo alibi
» agendum est. Vide etiam Vasquez *opus. de testam.*
» *cap. 5. §. 6. dub. 16. & 17.* Adde etiam quod Pater
» non tenetur restituere filio transacta indigentia ali-
» menta, quæ illi negauerat quando indigebat. Nam
» vt omittam probabile esse patrem non teneri ex ius-
» titia alere filium, sed solum ex paterna pietate
» etiam si admittamus teneri ex iustitia, nihilominus
» ea iustitiæ obligatio non est absoluta; sed conditio-
» nalis, & subsidiaria, quatenus scilicet filius indi-
» ger, neque aliunde habet; qua necessitate transacta,
» cum non amplius egeat, sequitur patrem non tene-
» ri restituere.

» Et tandem vtrum parentes peccent dando alicui
» tertio bona cum spe quod ille institutus hæres ea
» dabit filio spurio, mihi placet doctrina Molinæ *disp.*
» *169. conclus. 2.* scilicet non peccare, sed omninò li-
» cere, etiam si significasset testator illi se ea spe atque

fiducia relinquere illum suum hæredem, aut lega-
» tarium, dummodo nullam obligationem imponat.

» Nota tamen hic obiter posse partem filiz spuriz
» institui hæredem maritum filiz: sicut è conuerso
» idem iudicium est de vxore filij spurij, quam potest
» pater spurij hæredem instituere, vt docet idem Mo-
» lin. Martinus de San Ioseph *vbi supra, num. 19.* sic
» asserit.

» El Clerigo, ò otro qualquiera que tiere hiiia espur-
» ia puede dexar por heredero ad marido de la tal
» espuria, hazerle donaciones, y de la misma manera
» si tiene hij espurio puede instituir por heredera a la
» muger del hiiio espurio, y hazerle donaciones, por-
» que las leyes prohiben hazer donaciones a los espur-
» ios, son penales, y no se han da estender al mari-
» do de la espuria vn ni a la muger de espurio. Quia
» legis dispositio deficit vbi verba legis deficiunt *l. dies*
» *4. §. toties, ff. de damno infecto,* que siendo el Asses-
» sor de Iuez recusado y trantadose matrimonio entre
» vn espurio hij de Clerigo, y cierta muger se concer-
» tò, que el dicho Clerigo diessè tanta cantidad de
» bienes al padre, ò madre de la muger, que se ha-
» uia da casar con el espurio y que dio por senten-
» tia que la donacion fue valida. Vide etiam Sanchez
» *in opus. lib. 4. cap. 3. dub. 42. num. 2.*

» Et tandem nota partem etiam Sacerdotem posse
» filiz spuriz tradere dotem, dos enim datur loco
» alimentorum. Ex naturali autem æquitate, & iure
» non solum Ciuili, sed Canonico a parentibus alen-
» di sunt filij spurij quando ipsi non habent vnde
» alantur, & parentes possunt. Et circa præsentem
» materiam quando casus occurrerit, ne deseras reco-
» gnoscere Cardinalem Lugo *de Iust. tom. 2. disput. 14.*
» *sect. 6. per totam.*

*An instrumenta ordinum debeant necessariò
ordinandis porrigi immediatè ab
Episcopo.*

RESOLVTIO XX.

» **A**D hunc casum sic respondet Emanuel Sà *ver.*
» *ordo numer. 5.* Presbyter fit, dum ei traditur
» materia consecranda; Diaconus dum liber; Subdia-
» conus dum calix cum patena (sufficit verò calix
» etiam non consecratus) Acolythus dum vrceolus,
» vel candelabrum; Exorcista, & lector dum liber;
» Ostiarius dum clauis. Sufficit verò in ceteris ordini-
» bus præter Sacerdotium tradere materiam per Ar-
» chidiaconum. Ita Ille.

» Sed aliqui obseruant ipsum asserere, immeritò
» quod sufficiat in ceteris ordinibus præter sacerdo-
» tium tradere materiam per Archidiaconum; Nam
» in omnibus ordinibus maioribus, materia debet por-
» rigi immediatè ab ipso met Episcopo, aliàs ordina-
» rio erit nulla, & sic haberur *in cap. Subdiaconus, d. 23.*
» Et ita docet cum Marchino, & aliis P. Leandrus *de*
» *Sacr. tom. 2. tract. 6. disp. 3. quest. 28.* quibus ego addo
» Garciam *in Summa Theol. Mor. tract. 1. difficul. 1. d. 8.*
» *n. 4. in fine,* Escobar *in Theol. Mor. tract. 7. exam. 8.*
» *c. 8. num. 69.* Gesualdum *in Theol. Mor. tom. 1. tract. 31.*
» *cap. 3. n. 8.* Suarez, Filliuc. Siluestrum, Bonac. & Co-
» ninch. penes ipsum. Bassæum *in Flor. Theol. ver. Or-*
» *do 2. num. 2.* cum docto Nicolao Isambert *in 3. part.*
» *D. Thoma de Sacram. ordinis art. 8. num. 4. cum seq. vbi*
» *fit ait.* Videtur etiam esse de essentia ordinationis, vt
» Episcopus ordinans porrigat per se ipsum instru-
» menta ei quem ordinat per illorum traditionem.

» Probat ex modo loquendi Concilij Carthag.
» I V. supra, nam agens de ordinatione, ita ferè semper

ait, accipiat scilicet ordinandus de manu Episcopi, vel tradat ei Episcopus, qua loquendi formula satis indicat requiri in ordinatione, vt hæc traditio instrumentorum fiat ab ipsomet Episcopo ordinante.

Addidit hanc particulam *Ferè*, quia id affirmat agendo de singulis ordinationibus, vt tamen dum agit de ordinatione Acolythi, dicat illum quidem esse ab Episcopo instruendum qualiter in officio suo gerere se debeat. At quantum spectat ad traditionem materiæ, ita loquatur de illa, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum Cereo, et sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari. Hoc tamen videtur correctum per Pontificale Rom. vbi semper habetur, vt ipsemet Episcopus porrigat quemadmodum animaduertit Caietan. *tom. 1. opusc. tract. 11.* sicque etiam ex ipso Pontificali Rom. probatur nostra propositio.

Probatum etiam ratione, in Sacramentis in vsu consistentibus applicatio materiæ ad subiectum, debet fieri à ministro talis Sacramenti, licet etiam in eius forma non semper exprimat, quod talis applicatio fiat à Ministro formam Sacramenti proferente, vt videre est in Sacramento extremæ vntionis, cuius vntio debet essentialiter perfici à Ministro formam eius proferente: Atqui Sacramentum ordinationis est in vsu, vt constat apud omnes Theologos, & per se patet, ordinarius eius minister est Episcopus ordinans, vt dicitur infra; materia verò ordinationis est traditio instrumentorum, vt supra docuimus; igitur debet hæc traditio instrumentorum fieri ab Episcopo ordinante ei, quem ordinat. Maior propositio probatur vniuersim de omnibus sacramentis formaliter consistentibus in vsu, siue eorum formæ importent materiæ applicationem fieri à ministro proferente formam sacramenti (cuiusmodi sunt formæ baptismi, & confirmationis,) siue non importent (vt in extrema vntione, & ordine.) Probatum inquam hoc modo: in Sacramentis consistentibus in vsu, idem sunt aliquem esse ministrum Sacramenti, & eundem actu per se ipsum applicari materiæ, & formam talis sacramenti suo subiecto, quia administratio sacramentorum eiusmodi consistit formaliter in tali applicatione, vnde dicuntur esse in vsu: atqui ordinatio, seu collatio ordinum Ecclesiasticorum est Sacramentum consistens in vsu (sicut, & baptismus, confirmatio, & extrema vntio ex communi consensu Theologorum) cuius proptius minister est Episcopus, & materia eius propria est traditio instrumentorum facta ei qui ordinatur tanquam subiecto, vt ostendimus supra, igitur debet tali instrumentorum traditio fieri ordinando per ipsummet Episcopum.

Probatum etiam nostra propositio ex citato decreto Clementis VIII. Vna enim ex causis propter quas statuit ordinatos ab Episcopo Sagiensi esse sub conditio reordinandos, est quod Episcopus non traderet per se ipsum instrumenta ordinandis. Ambæ tamen istæ propositiones non sunt de fide, quia Summus Pontifex in illo decreto ait se id statuere amplectendo tutiorem partem, nullumque verbum adhibet, quo videatur id definire. Et hæc omnia docet Ysambert *loco citato*, qui antea ex dicto decreto Clementis VIII. notauerat quod Summus Pontifex iusserat ordinari saltem sub conditione eos, qui à Sagiensi Episcopo ostensa tantum sibi materia fuerant ordinati, quod ego prorsus faciendum esse puto si casus accideret in ordinatione Presbyteratus. Et in aliis ordinibus idem dicendum videtur stante supradicto decreto, & opinione asserente (contra id,

Anton. Diana, Pars X.

quod ego cum D. Thoma, Vasquez, & aliis olim docui contactum physicum instrumenti esse de necessitate Sacramenti. Et idem Martinus de San Ioseph. in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 2. de Sacram. ordinis num. 13.* licet me citato asserat sufficere pro validitate ordinum contractum moralem, & non physicum, tamen postea sic addit. Esta opinion me parece mucho mas probable que la contraria, però por que son de contrario parecer Autores muy graves, con que se haze probable scilicet, que es necesario el contacto de la materia, y que sin el no ay verdadera acceptacion, me parece que el que no toco la materia se buelua à ordenar debaxo de condicion. Ita ille. Et quidem decretum Clem. VIII. adductum ab Ysambert magnam vim mihi affert. Vide etiam Dicastillum *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 14. num. 205.* licet secluso hoc decreto in aliis ordinibus præter Sacerdotium aliqui Doctores contractum asserant, vt ego alibi adnotaui.

Nota tamen quod post hæc scripta inueni Patrem Auersam *de Sacram. ordinis, quest. 2. sect. 2.* circa principale quæsitum huius Resolutionis sic asserere. Pariter de maioribus ordinibus fatendum erit, nec etiam de eorum necessitate, & validitate fuisse institutum ab ipso Christo, vt sacra instrumenta ab eodem Episcopo in ordinatione traderentur. Non solum, quia iam vniuersaliter de omnibus ordinibus diximus non fuisse à Christo ipso determinatam talem materiæ, scilicet traditione factorum instrumentorum. Sed quia etiam si fuisset hæc traditio determinata ab ipso Christo, non per hoc erat necessariò facienda immediatè propriis manibus ab eodem ministro ordinante, sed sufficienter fieri poterat iussione ipsius ministri moraliter æquivalentis.

Solum videri potest saltem ex ipsa determinatione Ecclesiæ requiri ad valorem ordinationis hanc traditionem instrumentorum per manum eiusdem ordinantis, supposito nempe quod absolute instrumentorum traditio saltem ex determinatione Ecclesiæ sit apud nos necessaria ad valorem, & sanè si Episcopus aliquis quempiam his ordinibus insignire tentaret non porrigendo sacra instrumenta propriis manibus, sed iubendo vt alius porrigeret, vel vt ipse Ordinandus per se de mensa sumeret, hæc ordinatio reputaretur satis dubia, & sub conditione iteranda. Ita ille. Vnde quicquid speculatinè dicendum sit, tamen omnes pro praxi concordant, aliquem si in ordinatione non acciperet instrumenta à manu Episcopi, esse denuò sub conditione ordinandum.

Ex his etiam dicendum est, Sacerdotem ordinatum cum Calice, & Patena non consecrata debere iterum reordinari cum conditione. Nam Calstrus Palaus, *tom. 4. tract. 27. punct. 5. num. 15.* & aliis docent: Necessitate Sacramenti Calicem, & Patenam consecratam esse debere, quia seclusa consecratione non sunt vasa Sacrificij, neque ad Sacrificium deputata. Ergo eorum traditio, & contactus ad Sacrificium referri non potest neque significare tangentem ea vasa, eo contactu in Sacrificij obsequium deputari, Quare, esto, nullibi caueatur, prædicta vasa consecrata esse debere, id ex natura rei sequitur ob significationem, quam habere debet materia ordinationis. Quod verò in materia non consecrata Eucharistia confici non possit, non probat materiæ ordinationis non debere esse consecratam. Et enim Eucharistiæ confectio solum ex materia panis, & vini pendet; At ordinatio in materia pendet ex significatione Sacrificij, quam si non obrinet, materia ordinationis esse non potest. Præterea si ex eo,

D d quod

quod Eucharistia confici possit in calice, & patena non consecratis; inferitur calicem, & patenam non consecratam deseruire posse pro materia ordinationis, cuiuslibet vasculi, pilei, & ligni traditio, materia ordinationis erit, cum in his omnibus Eucharistia de facto possit confici, quod dici nullatenus potest. Requiritur ergo necessitate Sacramenti vasa consecrata.

Itaque stante probabilitate huius opinionis, sequitur Sacerdotem, qui recipit presbyteratum cum calice, & patena non consecrata ad evitanda damna subsequenda, (si talis ordinatio esset inualida) debere iterum ordinari sub conditione, Quicquid dicendum esset de Subdiacono, & Diacono. Non desunt tamen, ut dixi, graues Auctores asserentes calicem, & patenam, quae exhibentur ad tangendum non debere esse consecrata, ut ex multis tenet Opatovius, *tract. de ordine disp. 1. quae. 4. num. 17.* Quia nullum habetur ius, quod hoc praescribat. Tum quia ut in calice non consecrato valide potest confici Sacramentum, ita & valide potest Character Ordinis Subdiconatus conferri per traditionem Calicis non consecrati: Et ideo hanc sententiam me citato tenet Leandrus de *Sacr. tom. 2. tract. 6. disp. 3. quae. 16.* & alij penes ipsum. Sed ego ut dixi si casus in praxi accideret, puto sacerdotium sub conditione reiterandum esse. Vnde non approbo id quod asserit Gesualdus in *Theol. Mor. tom. 1. tract. 21. cap. 3. num. 6. in fin.* quo ad Ordinem Praesbyteratus.

An si femina transeat ad secundas nuptias, debeat ei legatum relictum sub conditione, si caste, & honeste vixerit.

RESOLVTIO XXI.

Negatiue respondent Doctores, quos citat Sanchez de *matrim. tom. 2. lib. 7. disputat. 91. num. 16.* sustinentes hanc conditionem appositam a viro vxoris, excludere secundas nuptias, atque adeo per illas amitti legatum, secus si apponatur ab extraneo nullatenus coniuncto priori viro, aut a parentibus aliusque consanguineis ipsius viduae transeuntis ad secundas nuptias. Probat prior pars. Quia ex personis dicta pensanda sunt *l. fin. in fin. ff. de action. & obli.* Ergo cum vitis sint odiosae valde secundae nuptiae vxoris (ut ostendimus *disputat. 89. n. 2.*) merito, ac iure optimo ea verba ex mente personae proferentis accipienda sunt de omnimoda castitate, & non de sola illa, quae secundis nuptiis inest, ac grauius ipsi viro infesta est. Secundo quia voluntas testatoris tacita ex coniecturis quae deducuntur, habetur pro expressa, & attendenda est *l. in conditione primum loc. ff. de condit. & demon. l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. pen. ff. de legat. 1. fidei, §. item si quis, ff. de legat. 3. l. cum proponeretur in fin. & l. qui solidum, §. 1. ff. de legat. 2.* At ex odio viri ad secundas vxoris nuptias aperte conicitur tacitam eius mentem poscentis vitam castam, & honestam vxoris esse de castitate sibi gratissima, quae nuptias secundas excludit.

Et confirmatur, quia licet secundae nuptiae sint in se castae, & honestae, & ita vidua secundò nubens dicatur secundum se re hac considerata, castè, & honestè viuere. At non habent eam castitatem, quae decet virum relinquentem legatum, & quem ipsum velle praesumitur; quare ex tacita testatoris voluntate corrui legatum.

Verum his non obstantibus affirmatiuam sententiam probabilissimam etiam esse puto, quam praeter

Molinam de *Iust. tom. 1. disp. 207.* & alios citatos à Sanchez, *num. 14.* tuetur Valquez *opus. de testam. cap. 7. §. 1. num. 18. cum seqq.* & nouissime Dicastillus de *Iust. lib. 2. tract. 19. disput. 3. dub. 5. num. 39.* quia castitas, & honestas requisita ut conditio, non amittitur per secundas nuptias, secus autem dicendum esset si aliter constaret de mente testatoris.

Sed si queras, an legatum distribuendum foeminae honestae vitae, seu sub conditione castè, & honestè viuendi, possit tradi ei quae amplexus virorum, aut tactus impudicos semel, vel iterum permittit, aut semel vel iterum occultè fornicata est. Respondeo probabilissimum esse tradi posse. Ex communi enim modo loquendi non dicitur illa vitam inhonestam agere, quae tantum semel, aut iterum actum lasciuum, vel fornicationem admisit. Ita Sanchez, *lib. illo 7. disput. 91. num. 31. 36. & 40. Nald. verb. legatum, num. 30.* & alij, quicquid contrarium asserat Cardinalis Mantica de *coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. n. 35.* secus autem dicendum esset si legatum fuit sub conditione si non fuerit fornicata. Tunc enim per vnicam fornicationem occultam deficit conditio, & consequenter cessat legatum. Neque in hoc casu requiritur sententia Iudicis, Nec enim ea est lex poenalis, sed dispositio testatoris facta sub conditione. Ita ex Sanchez, Dicastillus, *vbi supra.*

Et tandem nota quod debetur legatum relictum vxori sub conditione non inuendi secundas nuptias si ipsa fuerit fornicata; Ratio est, quia legatum explicandum est iuxta verborum significationem. Hæc autem conditio non inuendi secundas nuptias, non significat amittendum esse legatum per fornicationem, sed per nuptias.

Verum quidem est viduam fornicantem intra annum luctus ex iuris dispositione amittere legata & alia ex prioris viri largitione siue inter viuos, siue in vltima voluntate obrenta. Hæc autem dispositio lex poenalis est, ac proinde non amittitur in praedicto casu legatum ante sententiam. Sed de his poenis non subeundis ante sententiam, ergo.

An verò legatum sub conditione non transeundi ad secundas nuptias amittatur per secundas nuptias inualidas (quicquid alij reclamant) respondeo in foro conscientiae non amitti, quia non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, ut habetur *Regula Non praestat. de regulis iuris, in 6.*

Sed quid dicendum quando secundum matrimonium nondum fuit consummatum, respondeo non amitti. Ratio est quia nomine nuptiarum seu matrimonij in materia odiosa seu poenali solum intelligitur matrimonium consummatum. Et hæc omnia docet Sanchez, *vbi supra disput. 90. cum Dicastillo.*

Ex his ego olim consului foeminam transeuntem ad secundas nuptias, si postea maritus non consummato matrimonio intaret in Religionem, posse consequi legatum a priori marito ei relictum cum conditione, si non transfret ad secundas nuptias ex ratione superius adducta.

An quando in Iubilæo Superior non vult aliquid dare pro eleemosyna, possit illam subditus clam à Monasterio accipere.

RESOLVTIO XXII.

Negatiue nominatim contra me respondet Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quae. 54.* Quia in tali casu vel dicendum est Religiosos etiam nouitios, qui non habent proprium, & non possunt aliquid

aliquid dare, absque eleemosyna lucrari indulgentias concessas sub onere eleemosynæ, vt nuper diximus de paupere, & tenet Graffius *lib. 2. append. cap. 5. num. 58.* vel quod faciliori, & tutiori via possint Indulgentias, & Iubileum lucrari commutationem eleemosynæ in aliud opus petendo. Ita ille.

Sed licet hæc omnia non reprobem, sententiam tamen, quam docui iterum admitto, & illam me citato nouissimè docet Pasqualigus *in Praxi de Iubilao decis. 129. n. 6.* Quia cum superior iniuste, & irrationabiliter procedat, poterit subditus aliquid de Monasterio accipere, vt det pro eleemosyna. Tunc enim illa voluntas non est voluntas Superioris, quia non est talis, qualis deberet esse, imo contraria voluntati rationabili, quam deberet habere, & idèd potest subditus operari ex præsumpta voluntate Superioris rationabiliter procedentis, & ex licentia ipsi debita. Rursus cum res, & bona Conuentus sint destinata in vsum Religiosorum, & sint in ipsorum commodum conuertenda secundum mensuram Regulæ, habet quisque ius ad talem vsum; Vnde si ei denegeretur, sit ipsi iniuria, quia Monasterium se illi obligauit ad ipsum alendum, & ipsi prouidendum de necessariis. Vnde si ipsi iniuste subrahantur necessaria, qualis est materia eleemosynæ, pro Iubileo, poterit propria auctoritate sumere. Oppositum tenet Gobat. *de Iubil. cap. 29. num. 217.* quia aut Religiosus non tenetur si non habeat, aut potest aliquid dare ex iis, quæ sibi permittuntur à Superioribus, vt icunculam, &c. Verum non excusari ab eleemosyna constat ex dictis *quæst. 127.* quia habet apud Monasterium vnde largiatur eleemosynam, & quamuis possit largiri icunculam, aut quid simile, adhuc potest capere de bonis monasterij, quia habet ius ad vsum ipsorum quo rationabiliter priuari non potest. Adde quod dare icunculam, aut quid simile, non est actus misericordix, cum non subleuet miseriam corporalem, atque aded nec eleemosyna, sed liberalitas. Hucusque Pasqualigus, cui adde me citato Lezanam *in Summa, tom. 4. ver. Iubilæum, num. 14.* Quintanaduenam *in casibus de Iub. duarum hebdom. cap. 9. num. 8.* sic asserentem. Si el Prelado no quiere dar esta limosna, puede el Religioso darla de los bienes de su uso, ò del Conuento, ò de lo que otro le dè como sea sin escandalo. Lo mesmo se entiende de las Monias, de las casadas, hijos, y esclauos respecto de su Superiores, Maridos, padres, y Señores. Ita ille, & iterum ego.

Nec in tali casu capere aliquid de Monasterio in eleemosynam pro Iubileo existimo contra regularem obseruantiam, vt probat Pasqualigus, *ubi supra.*

Notandum est hic obiter Pasqualigum, *ubi supra decis. 133.* docere eleemosynam dandam pro lucrando Iubilæo quando relinquitur vniuscuiusque arbitrio non sufficere minimam, sed ego olim contrarium docui cum communi Doctorum sententia, quam me citato nouissimè tenet Gobat. *de Iubilao, cap. 29. q. 79. num. 219.* & me citato Leandrus *de Sacram. tom. 1. tractat. 5. disputat. 14. quæst. 50.* Lezana, *ubi supra.* Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 27. sect. 7. num. 114.* *ubi sic ait.* Dubitari potest nono vtrum satisfiat dando illi, quem puto esse pauperem, cum re vera sit diues, & fingat se pauperem. Videtur enim non satisfieri, cum re vera nihil detur pauperi, sed sicut est pauper existimatus erit eleemosyna existimata, quæ non sufficit. Credo tamen satisfieri Iubilæo, alioquin cogeremur ad examinandum nimis necessitatem perentis, quod non satis consonat Sanctorum Patrum consiliis. Ratio autem est, quia non vide-

Anton. Diana, Pars X.

tur de substantia eleemosynæ, quod detur vero pauperi, sed quod detur ad subleuandam miseriam inopis, tunc autem datur verè ex tali fine: Ergo est verè eleemosyna. Bulla autem moderna non dicit quod eleemosynæ dentur pauperibus, sed solum quod fiant eleemosynæ.

Dices, non fit eleemosyna nisi transferatur dominium vt diximus. In hoc autem casu non transferrur, cum non sit animus donandi nisi verò pauperi. Respondetur regulariter in his eleemosynis minutis esse animum transferendi dominium, licet propter dolum possit reuocari donatio, vt cum aliis obseruat Lessius *lib. 2. de inst. cap. 18. dub. 17.* Quare eiusmodi pauperes ficti raro obligantur ad restituenda quæ ita acceperunt per eleemosynas minutas præsertim cum aliæ causæ fuerint petendi, vel retinendi de quo videri potest Molina, *tom. 1. de inst. disp. 210. §. Dubitatur decimo, &c.* Ita ille, cui adde Quintanaduenam *ubi supra, num. 3.*

An Vicarius Episcopi sine speciali mandato possit facere concursum ad Beneficium.

RESOLVTIO XXIII.

Affirmatiuam sententiam docet Garcias *de Beneficiis, tom. 2. part. 9. cap. 2. §. 1. n. 117.* vbi sic ait. Dubitatur an Vicarius Episcopi ex generali commissione absque speciali mandato possit facere concursum ad parochiales, & successiue ex approbatis digniorem eligere. In quo breuiter responderetur affirmatiue. Nam regulariter Vicarius ex generali commissione potest exercere, quæ sunt iurisdictionis, nisi in casibus exceptis. Nec obstat Concilium dicto *cap. 18. versic. transactio,* ibi, ab Episcopo siue eo impedito ab eius Vicario generali, vbi videtur velle Concilium, ita demum Vicarium posse facere examen per concursum si Episcopus sit impeditus, quia responderetur per illa verba non tolli, quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed posita esse ad denotandum conuenire quod ab ipso Episcopo cessante impedimento fiat examen, &c. sine causa admonitionis. Et ita etiam accipiuntur illa verba: *Vel eo impedito, &c. in cap. 12. vers. prouisi etiam, sess. 24. de refor.* Non tamen poterit Vicarius absque speciali mandato facere collationem ipsarum parochialium magis idoneo iudicato. Ita Garcias.

Sed hæc opinio mihi non placet, & fundatur in falso principio nempe Vicarium, &c. posse ex generali commissione facere omnia ea, quæ pertinent ad iurisdictionem ordinariam Episcopi exceptis casibus in iure expressis, sicut dicemus *cap. seq. de potestate Capituli Sede vacante* & ita dictus Auctor æquiparat seu adæquat potestatem Vicarij viuente Episcopo cum potestate Capituli Sede vacante. Hoc autem non est verum, quia in Capitulo transeunt simpliciter omnia, quæ pertinent ad ordinariam iurisdictionem Episcopi, etiam si aliàs requirerent speciale mandatum exceptis casibus in iure expressis. At verò in Vicarium Episcopi ex generali commissione multa non transeunt, quæ requirunt speciale mandatum, quamuis in iure non reperiantur expressa. Dicendum est itaque speciali mandato non posse facere concursum ad Beneficium parochiale, & magis idoneum repertum eligere, & multò minus inter plures æquè idoneos gratificare, hoc est eligere quem maluerit. Nam sic imponderet necessitatem Episcopo, vt nulli possit Beneficium ipsum parochiale conferre, nisi electo ab ipso Vicario: hoc tamen non videtur

Dd 2 credibile

credibile, quia valdè extollit auctoritatem Vicarij. Et confirmatur, quia multa non potest facere Vicarius sine speciali mandato, quæ tamen sunt minoris momenti, quàm facere huiusmodi concursum, vt colligi potest ex dicendis, *dub. 43*. Ergo neque poterit facere hoc. Quare Concilium Tridentinum in verbis suprâ relatis nihil aliud voluit statuere nisi quod concursus fiat ab Episcopo vel ipso impedito possit illum committere Vicario generali.

Quod si dicas, sequeretur, illa verba; ab eius Vicario generali, esse superflua, nam etiam si non fuissent apposita, potuisset Episcopus dictum concursum committere Vicario. Responderi potest non esse omninò superflua, quia si non fuissent apposita, potuisset Episcopus ad libitum id committere Vicario etiam absque aliqua causa, vel impedimento rationabili, modò verò id facere non potest sine rationabili causa, quamuis si absque vlla prorsus causa, Vicario id committeret, factum teneret, quia Concilium non addidit verba irritantia aliter factum. Et hæc omnia docet Merolla, *tom. 3. disp. 7. cap. 6. dub. 30. n. 178. cum seqq.*

Sed si quis hic obiter quærat, an Vicario in spiritualibus tantum constituto possit committi ab Episcopo potestas conferendi beneficia. Et negatiuè videtur respondendum, quia Vicarius constitutus ab Episcopo tantum in spiritualibus constituto possit committi ab Episcopo potestas conferendi beneficia. Et negatiuè videtur respondendum, quia Vicarius constitutus ab Episcopo tantum in spiritualibus non dicitur Vicarius generalis, vt docet Panuinus *de potest. Cap. Sede vacant. 2. part. princ. q. 10. n. 6. in fine*. Rebuff. *in praxi, tit. de Vicar. Episc. num. 18*. Iacob Mellil. *opusc. de preced. Vicar. cap. 1. num. 5. & Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 43. quest. 7. & cap. 46. quest. 1. & idem dicunt à fortiori Rebuff. & Mellil. de Vicario constituto tantum in temporalibus. Probant hanc sententiam ex cap. penult. de suppl. negl. prelat. l. 6. vbi Sede vacante Capitulum, vel eo negligente, Visitator ab Archiepiscopo creatus administrat duas species iurisdictionis Episcopalis, videlicet temporalem, & spiritualem.*

Sed ego affirmatiuè sententiæ adhæreo, & videtur apertè colligi ex cap. *cum nullus, §. Episc. de temp. ordin. lib. 6. & Concil. Trident. sess. 13. de refor. c. 1. 2. 3. & 4. vbi Vicarius Episcopi in spiritualibus appellatur generalis. Et confirmari potest; nam in Breuius Summi Pontificis ad Episcopos directis, Vicarij eorum in spiritualibus appellantur generales, his verbis, venerabili Fratri Episcopo Auerfano, siue suo dilecto filio eius Vicario in spiritualibus generali. Et hanc opinionem tenent Feder. de Sen. *cons. 302. num. 4. versic. his verbis. Marches. de commiss. part. 2. c. 6. de commiss. appell. num. 38. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 29. num. 11. Garz. de benef. part. 5. c. 8. num. 21. & seqq. Quibus adde Castrum Palaum tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 30. num. 6. & Barbosa de potestate Episc. p. 3. allegat. 54. num. 57.**

An Vicarius possit ad libitum reuocari ab Episcopo.

RESOLVTIO XXIV.

Affirmatiuè respondet Merolla, *tom. 3. disp. 7. c. 6. dub. 51. n. 448*. Quia hæc est natura Vicariatus vt possit ad libitum remoueri. ita Gloss. *in Clem. fin. de procur. & Clem. & si principalis verb. Per electionem, de rescript. vbi Card. num. 10. Anchar. col. 2. Panorm. num. 9. & alij communiter. Ampliatur hoc*

in quolibet Vicario cuiuscumque Superioris, vt docent Gemin. *c. 1. de offic. lib. 6. Bertrach. de Episc. lib. 4. part. 6. tit. de Vicar. Episc. n. 9. Sbroz. alios referens de Vicar. Episc. lib. 3. quest. 32. n. 3.*

Ampliatur secundò etiam si Episcopus iurasset non reuocare Vicarium. Sic Io. Andr. *c. tua, de offic. Vicar. vbi Panorm. n. 5. in fin. Paul. de Castr. cons. 361. num. 4. volum. 1. Boët. decis. 347. num. 1. Rebuff. in praxi, tit. forma Vicar. Archiepisc. n. 193. quibus accedit Gloss. in c. fin. de procurat. in fin. vbi ait Procuratorem reuocari posse etiam si Dominus iurauerit illum non reuocare. Vt autem reuocatio non solum validè, sed etiam licitè fiat, requiritur causa rationalis, vt quia Vicarius malè se gereret in administratione iustitiæ, nam aliàs Episcopus esset periurus reuocando Vicarium, ac proinde peccaret mortaliter, quamuis esset valida reuocatio, nisi absolucionem à iuramento obtinuerit, ita Rebuff. *loc. cit. Cucc. vbi suprâ, num. 138. Sbroz. alios referens, d. quest. 32. n. 8. & seqq. idem asserit gloss. in Clem. fin. de procurat. lib. 6. de Domino reuocante procuratorem, quem iurauerat non reuocare. Hinc infertur à fortiori, posse Episcopum causam eius Vicario pendentem ad se auocare, ac prohibere illi, ne iudicet in ea causa. Patet quia si Episcopus potest ex toto reuocare Vicarium ad libitum, vt diximus, ita etiam ex parte prohibendo illi, ne iudicet in aliqua causa l. *qua de toto, ff. de rei vindic. cap. Pastoralis, §. Item cum totum de offic. deleg.***

Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, quam præter Doctores citatos tenet Garcias *in Addit. ad tract. de benef. part. 3. c. 7. num. 22. & Valenzuela, cons. 101. n. 10. vol. 2. Attamen affirmatiuam sententiam etiam probabilem esse puto, quam præter alios tuetur Sapientissimus, & eruditissimus Ioannes Solorzano *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. c. 8. num. 48. & Iannes Baptista Larrea in decisionibus Granatensibus decis. 2. num. 1. cum seqq. quos nouissimè sequitur Machadus, tom. 2. lib. 4. part. 3. tract. 2. docum. 6. num. 4. vbi sic ait. El tercero modo con que cessa la iurisdiccion del Prouisor es por la reuocacion que el dicho officio le haga su Obispo, en lo qual todos los Dotores conuenen. Queda pues dudoso, y controuerso entre ellos, si el Obispo pueda remouer sin causa iusta à su Prouisor por sola su voluntad. El Presidente Valenzuela, y otros muchos antiquos, y modernos enseñan que si: y esto aunque al principio le huuiesse prometido con iuramento no reuocarle el officio. Però no obstante esto el Dotor Solorzano iuzga y defiende por mas recibida, y praticada opinion que el Obispo ne puede remouer à su Prouisor sin causa, y essa graue por la dignidad deste officio, y estimacion de las personas que se eligen para el. I desta misma opinion es don Iuan Bautista de Larrea meritissimo Fiscal del Consejo Real, y mercedos por sus grandes partes de la Presidencia. Ita ille, qui meritò de tali viro encomium facit, fuit enim omni laude dignissimus & plusquam ego mereor nomini meo additissimus.**

Sed an per consuetudinem secundi Vicarij censetur primus tacitè reuocatus affirmant Ioannes Andreas *in c. tua de offic. Vicar. Gemin. in c. licet, n. 14. vers. vltimo limita eod. tit. in 6. Alex. & Iaf. in rubric. ff. de offic. eiu. Bertrach. in tract. de Episc. lib. 4. part. 6. tit. de Vicar. Episc. num. 15. Panuin. de potest. c. 2. part. princ. q. 10. num. 10. Milis in repert. verb. Vicarius Episcopi, Marc. Ant. Cucc. *instit. maior. tit. de Vicar. Episc. num. 143. vbi hoc declarat vt procedat, quando Episcopus vnum tantum Vicarium habere consueuerat.**

Sed

Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ, quam sequuntur Glossa magna in cap. in Galliarum 13. q. 5. Alber. in dist. 1. si quis cum Procuratorio, §. fin. versic. Quid in legatis Sedis Apostolicæ, Mart. Leand. tract. de leg. §. 10. Card. in dist. cap. sua 45. de offic. Vicar. Pannorm. in cap. Volentes, num. 11. de offic. deleg. & ibi Barbar. col. 2. & seq. vers. Nota hic textus. Roman. sing. 57. in fine, Boer. decis. 347. num. 5. in fine, Rebuff. in praxi ubi de Vicar. Archiep. num. 204. Gambar. de pot. leg. lib. 9. num. 13. Vant. de nullis. tit. de nullis. ex def. mand. num. 166. Sbroz lib. 3. quæst. 33. num. 2. Ricc. collect. 1485. & hanc sententiam tanquam communem esse tenendam scribit latè Alphons. Carmon seu Hoieda in tract. de Benefic. incompat. p. 2. cap. 10. num. 9. Et ratio est, quia Episcopus potest sibi constituere duos Vicarios generales. Cum ergo reuocatio Vicarij sit res odiosa, constitutio secundi Vicarij interpretanda est in minorem, ac benigniorem partem, vt scilicet facta sit cumulatiuè ad primam, & non priuariuè.

Nec obstat argumentum in contrarium allatum de Procuratore, qui censetur reuocatus per constitutionem secundi. Nam responderi potest cum Pannorm. & Boer. ubi supra, quod idè ius præsumit Dominum dando secundum Procuratorem censere reuocare primum, quoniam plures Procuratores se impediunt per concursum, quandoque enim vnus affirmat, quod alter negat iuxta not. in cap. pen. de elect. lib. 6. Secus in pluribus Iudicibus ordinariis, quales sunt Vicarij generales Episcoporum. Nam cum hi habeant potestatem in solidum, plures deputari solent in eodem officio, vt facilius possit Reipublicæ consuli l. unica, ff. de offic. consul. ubi Bart.

At hæc nostra sententia certum est quod non procederet si ex verbis secundæ constitutionis Vicarij colligeretur primum Vicarium esse reuocatum ex cap. Si quem de procur. in 6. vide Baunium, in Theol. mor. tom. 1. tract. 9. quæst. 5. paulò ante finem.

An quis possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter.

RESOLVTIO XXV.

Affirmatiuè respondet Valentia tom. 2. disp. 6. quæst. 19. punct. 3. Salas in part. 2. disp. 13. sect. 8. num. 44. Tannerus, ubi infra, & alij. Asserunt enim quod possit aliquis habere vsum rationis sufficientem ad peccandum venialiter, qui tamen non habeat sufficientem ad peccandum mortaliter. Duplex est sententia, prior est affirmatiua & probabilis, quia vsum rationis acquiritur successiuè, ergo potest quis prius habere vsum rationis imperfectum, qualis ad peccatum veniale sufficit, & postea perfectum, qualis ad peccatum mortale requiritur, & vix negari potest id ad tempus saltem accidere in semidormientibus, semiebriis, semiamentibus, &c.

Sed alij negatiuam sententiam tuentur, ita D. Thomas, in part. 2. quæst. 89. art. & ibi Franciscus Siluius, & Ioannes Malderus. Probat, quia materia peccatorum mortalium notior est, quàm venialium, nam notius est quod homicidium, & periurium sint mala quàm mendacium, & verbum otiosum: Ergo non potest quis ita esse dispositus, vt possit cognoscere venialia peccata, & nullum mortale: Deinde qui potest honestum à turpi discernere, is consequenter potest mereri, & demereri, adeoque etiam peccare mortaliter, sed omnis venialiter peccans id potest: ergo, &c. Nihilominus fatetur Tannerus, Ant on. Diana, Pars X.

om. 2. disp. 4. quæst. 5. dub. 4. num. 75. illum, qui laborat inuincibili ignorantia diuinitatis posse peccare venialiter v. g. occidendo, adulterando, furando, &c. quia contra dictamen rectæ rationis, non tamen mortaliter, quia nec agnoscit amicitiam diuinam, nec supremum illum legislatorem, nec vltimum suum finem. Ita Tannerus, sed an probabilitet iudicent viri docti.

Et hanc sententiam tenent omnes, qui asserunt non posse veniale cum solo originali reperiri. Verùm post hæc scripta inueni primam sententiam affirmatiuam docere Ouiedum in p. 2. D. Thom. tract. 6. contr. 3. punct. 11. num. 181. quia (ait) licet verum sit magis requiri ad discernendam malitiam venialem bono honesto, quàm malitiam lethalem, & omnem hominem, qui valet malitiam venialem discernere, posse etiam mortalem separare, non infertur omnem qui potest peccare venialiter, posse mortaliter, quia homo ille, qui posset peccare venialiter, & non mortaliter, non idè posset malitiam venialem contrahere, & non mortalem, quia illam, & non istam discerneret, seu quia perfectam cognitionem haberet de malitia veniali, & non de mortali, sed quia sine desertione harum malitiarum, malitiam vt sic adè imperfectè cognoscebat, vt cognitio illa non sufficeret ad malitiam lethalem fundandam. Doctrinam hanc admittunt omnes, qui in homine semisopito concedunt libertatem ad venialem sufficientem, & non ad mortalem, id ergo quod contingit in semisopito ratione somni, & in semiebriis ratione ebrietatis, inquirimus an possit contingere in puero ratione ætatis imbecillæ Affirmat Salas, Valenzia, & Tannerus, apud quem absurdum non reputat Sotus aliquem vsum rationis sufficere ad promerendam vitam æternam, qui tamen non sufficiat ad promerendam æternam damnationem, quod longe difficilius est. In hac re probabilis mihi valdè apparet sententia Patris Salas ob insinuatam rationem, sicut enim somnus, & ebrietas, ita possunt organa disponere, vt non relinquunt hominem plenè liberum, qualem necesse est reperiri ad culpam lethalem contrahendam, sed tantum semiliberam, qualem inueniri sufficiens est vt malitiam contrahat venialem, sic ætatis imbecillitas potest eodem modo organa disponere, cum enim habeamus esse dispositionem organorum, ex vi cuius homo possit venialiter, & non lethaliter, & hanc posse procedere à somno, & ebrietate, facile est eandem procedere ab ætatis imbecillitate, seu ab humiditatis abundantia aliisque humoribus rationem perturbantibus, quæ ætatem teneram perturbant. Hæc omnia Pater Ouiedus, ubi supra. Verùm ego puto vtramque sententiam probabilem esse, negtiuæ verò, tanquam probabiliori adhæreo, quam nouissimè tenet Magister Serra, tom. 2. in part. 2. D. Thoma, quæst. 89. art. 6. qui responderet ad argumenta contraria.

An possit excusari consuetudo celebrandi Missam absque Ministro.

RESOLVTIO XXVI.

Suppono contra Glossam in cap. quoque de Consecrat. dist. 2. vers. ipse tertius, Emanuelem Sæ, vers. Missa, num. 17. Nauarrum, cons. 6. de corpore vitiatu, quem citat, & sequitur Zerol. in praxi Episc. part. 2. vers. Missa, §. tertio. Suppono inquam contra dictos Auctores iure Ecclesiastico necessarium esse Ministrum in celebratione Missæ præter Sacerdotem, & est communis sententia omnium Doctorum, quem

quem sequitur D. Thomas in 3. part. quest. 113. art. 9. ad 12. Suarez, tom. 3. disp. 87. sect. 2. conc. 2. Fagundez princ. 1. lib. 3. cap. 21. n. 4. & alij penes ipsos, sed difficultas est an in aliquo loco, vt in Germania possit excusari consuetudo in contrarium, & videretur negatiuè respondendum; Tum quia Parochi plerique leui sumptu possunt alere eiusmodi ministrum, & adhuc facilius Parochi omnes possunt vel per se, vel per ludimoderatorem vnum vel alterum puerum ad hoc instruere, vt etiam cum parentum solatio Missis ministrent, præterquam quod etiam suos ædituos quamuis rusticos, adhibito nonnullo studio ita informare possunt, vt experientia testatur. Denique etiam si prorsus impossibile esset habere ministrum respondentem, non possent tamen iure communitate sine Ministro celebrare nisi in necessitate, vt superius diximus. Quare communi iure excusari non potest hæc consuetudo à peccato mortali.

Verum hoc non obstante talem consuetudinem non audet damnare Layman, lib. 5. tract. 5. cap. 6. n. 13. vbi sic ait. Quod verò ad consuetudinem attinet, quæ in quibusdam Germaniæ locis viget, vt Sacerdotes sæculares maximè in pagis Missam sine Ministro respondentem celebrant, eam tanquam abhorrentem ab Ecclesiæ traditione etiam in Germania nostris Canonibus decretis (vti videre est in Basil. Concil. sess. 21. cap. de his, qui in Missa, &c. Concilio Moguntino Anni 1549. c. de Missa officio rectè peragendo) Episcopi emendare deberent. Interim verò dum viget, ac toleratur non potest Sacerdos damnari, si ita celebret. Ita ille, cui etiam adde Adamum Tannerum tom. 4. disp. 5. quest. 10. dub. 6. n. 91. sic asserentem. Nihilominus tamen quia in quibusdam Provincialibus Germaniæ Conciliis quiddam hac in re indultum est, vt dictum, eademque est ratio aliorum Episcopatum, in quibus passim nemine contradicente, saltem in pagis absque Ministro respondente celebratur, hinc meritò videri potest communi iuri per consuetudinem derogatum, præsertim si seruetur moderatio in Synodo Ratisponensi, & Brixienfi præscripta. Hæc Tannerus.

Sed hic obiter nota Primò licitum esse Sacerdoti celebrare sine Ministro ad dandum viaticum infirmo. Ita Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quest. 53. quibus adde Præp. in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. 7. n. 177. Lessium in 3. part. D. Thomæ, quest. 503. dub. 10. num. 67. Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 23. num. 3. & me citato Tamburinum, opusc. de Sacram. Missæ, lib. 1. cap. 7. §. 5. num. 4. cum Amico in Cur. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 12. num. 369. Serta in 3. part. quest. 83. art. 5. An vero, & Auerla vbi infra, Secundo licitum erit Sacerdoti sine Ministro celebrare, ne ea careat ipse, aut populus Missa in die festo. Ita me citato Auerla vbi infra, Leandrus vbi supra, q. 54. & me citato Auerla de Sacram. Euchar. quest. 11. sect. 9. §. quod si contingat. Præpositus, vbi supra, & me etiam citato Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 12. num. 234. qui num. 136. aduertit quod etiam poterit Sacerdos Missam iam inceptam cum Ministro prosequi sine illo, quando Minister abiit, & expectatus non venit. Defectus Ministri non est tantæ, & tam urgentis necessitatis, vt propterea incepta Missa, maximè si eam obtulit, debeat omitti.

Addit etiam ex Soto, & aliis in casu necessitatis in quo diximus licere sine Ministro celebrare, etiam si adsit fœmina, quæ possit ministrare potius esse sine Ministro celebrandum, quàm vtendum fœminæ ministerio, quia hoc expressius est iure prohibitum, & de se quid indecens, magisque vitandum. Imò

Vasquez contra quemdam suppresso nomine relatum contendit in casu, quo vir nesciat respondere, sciat autem ministrare, non posse fœminam respondere, & virum ministrare. Quam sententiam præsertim improbat Vasquez, & improbabilem iudicat si ex eo tantum capite fiat quod vir sciat ministrare, & non respondere: hanc enim necessitatem nullam iudicat Vasquez ad celebrandum Missam, sed potius esse omittendam, vt sæpè inculcat tam in materia de Eucharistia, quàm de Sacrific. Missæ, sed de hoc iam diximus, & aliquando potest occurrere necessitas celebrandi non seruatis omnibus, quæ expressè requiruntur, & communiter pro celebranda Missa: sola verò responsio fœminæ non est adedè indecora vt alibi.

Potest tamen, ait Dicastillus, & Cardinalis Lugo quod si sit vir, qui nesciat respondere, & fœmina sciat, illa non accedens ad Altare respondeat, & vir ministret. Vnde me citato Leandrus, q. 56. admittit posse Sacerdotem in casu necessitatis admittere fœminam ad ministerium mediatum, seu remotum vt sibi ex loco remoto respondeat non verò ad ministerium immediatum, seu proximum vt v. g. admistraret vtceolos, &c. Et ideò non est audiendus Luzzinus in Summa, tom. 1. vers. Missa, n. 4. vbi sic ait: Puto autem casu quod immineret necessitas celebrandi, puta dies festus, vel aliquid simile, & seruitor nullus adesset, illicitum est sine villo prorsus Ministro sacrificare. Hinc D. Laurentius vt refert Ambrosius, lib. 1. offic. cap. 41. Sixto Pontifici cum ad supplicium duceretur dixit. Tu nunquam Sacrificium sine Ministro offerre consueueras. Scio quendam Theologum tanti fœminas facere, vt etiam det eis facultatem respondendi Sacerdoti in Missa. Ille est Suarez, qui in Comment. 3. p. D. Thomæ, tom. 3. disp. 87. sect. 1. circa finem, sic ait. Quamuis remotè possint fœminæ interdum respondere Sacerdoti, vt ex choro facere solent in Missa solemnibus, tamen proximè ad Altare respondendo, ministrare aquam, & vinum præstando, & alia similia faciendo, nec possunt, nec debent. Quod inuentum, & distinctio de respondente proximè ac remotè ad Missam antiquioribus Magistris semper displicuit, de quorum numero Dominicus Soto, in 4. dist. 13. quest. 2. art. 5. ait. Citius auferem egomet mihi respondere, & ministrare, quam fœminam ad id muneris admittere. Ita Luzzinus.

Sed à nobis superius dicta satis probabilia sunt & non debebat dictus Auctor ita acriter contra Patrem Suarez insurgere, & de illo mirari, sed potius debebat insurgere contra Nugnum, qui vt alibi adnotauimus in 3. part. cap. 83. art. 6. dub. 1. apertè docet fœminam posse immediatè, & proximè Sacerdoti ministrare, quod omninò negandum esse puto, cum sit contra communem Doctorum sententiam, & contra Ecclesiæ consuetudinem, & contra Nugnum insurgit nouissimè Tamburinus opusc. de Sacrificio Missæ, lib. 1. cap. 7. §. 5. num. 3. & Trullench. de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 22. num. 2. & me citato Pater Auerla de Sacram. Euchar. quest. 11. sect. 9. §. si verò nullus.

An Regulares possint vigore Privilegiorum celebrare ex iusta causa vsque ad horam nonam inclusiue.

RESOLVTIO XXVII.

Affirmatiuè respondet Tamburinus, opusc. de Sacrificio Missæ, lib. 1. cap. 6. §. 4. n. 24. ex concessione Eugenij IV. facta Congregationi Sanctæ Iustitiæ, & postea n. 25. subdit. Iustam autem causam iudico

judicio quodlibet impedimentum quo quis propter rationem alicuius momenti non potest antea Missam incipere. Dico (alicuius momenti) si quidem non sufficit solum ut non commodius celebret, nec ex eo, quod tardius è lecto per signitiam exsurrexeris, nec ut stipem cum ea non indigeas lucrari valeas, &c. è contra sufficere, præter iter faciendum infirma valetudo quo tardius cogaris è lecto, vel è lecto exire, studium necessarium ad concionem vel simile, si post missam illi studio vacare non possis, negotium alicuius momenti, quod differri non potest, multitudo confessionum, si post Missam illis satisfacere non valeat, imò, & confessio incepta, quam ægre differre pœnitens ferat, & elemosyna, qua ad victum indigeas, & his non absimilia porius morali iudicio, quam certa regula definienda. Semper ergo præ oculis habendum erit debere intercedere aliquam necessitatem, nec quidem maximam cum sumus in privilegiis, quæ in nullius sunt præiudicio; nec verò modicam, cum sumus in re non leui. Ita ille.

Nota tamen, quod Pater Lezana in *Summa tom. 1. cap. 21. num. 2.* putat hodie non valere hoc privilegium, quod etiã docet Panvinus in *Privileg. maxim. tom. 1. Constit. unica, P. 4. V. 5. 7. num. 19.* & Naldus ver. *Missæ num. 30.* quia Pius reuocavit omnia privilegia Regularibus ad id concessa, quam Constitutionem, refert Naldus *ubi supra.*

Sed his non obstantibus ego sententiam Patris Tamburini ante ipsum docui, quam postea tenent me citato Cardinalis Lugo de *Sacram. Euchar. d. 20. sess. 1. n. 42.* & me citato Leandrus de *Sacram. Pan. 2. tract. 8. disp. 6. quest. 10.* & me citato Martinus de *S. Seph. in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 14. de Euchar. num. 14.* quam iterum nunc magis explico & declaro.

Dico itaque ex dicto Privilegio Eugenij IV. posse Regulares ratione itineris, & ex iusta causa differre Missam vsque ad tres horas post meridiem, quod etiam non est vniuersaliter verum, sed in æquinoctio, nam in solstitio hyemali nona hora attingit solum ad secundam post meridiem cum quadrante; in solstitio autem æstiuo vsque ad horam tertiam post meridiem cum tribus quadrantibus.

Non esse verò reuocatum dictum privilegium Eugenij IV. patet ex his, quæ docui alibi, & me citato docet Cardinalis Lugo, *ubi supra, num. 29.* qui loquens de quodam simili privilegio sic ait: Circa illud tamen dubitari potest. An sit reuocatum per Concilium Trident. *sess. 22. secreto de evitandis in celebratione Missæ.* Nam Fagundez *ubi supra, n. 3.* cum aliis dicit esse reuocata ibi omnia eiusmodi privilegia, quia nimirum Concilium inter alia prohibet ne Sacerdotes aliis, quam debitis horis celebrerent, & in fine addit, non obstantibus privilegiis, ac consuetudinibus quibuscunque. Ita Cardinalis Lugo, & tandem pro hac sententia alibi adduxi doctum Dicastillum de *Sacrament. tom. tract. 5. disput. 4. dub. 4. num. 68. qui num. 70.* explicat Bullam Pij V. & *num. 71.* hæc addit: mihi persuadeo nostrum Suarium grauioribus fortasse occupatum studiis non legisse, aut non satis attentè prædictum motum proprium

Pij V. quem si legisset, proculdubio non dixisset. Pius Quintus speciali quodam motu proprio vetuit omnes nocturnas, vel matutinas Missas.

* * *

An sufficiat in celebratione Missæ adesse Crux, vel imago Crucifixi depicta in tabula, vel pariete.

RESOLVTIO XXVIII.

Negatiuè respondet Gauantus in *Rubricis Missæ salis, part. 1. tract. 10. littera D.* sed nouissime affirmatiuam sententiam docuit Pater Tamburinus *opusc. de Sacram. Missæ, lib. 1. cap. 5. tit. 6. num. 2.* vbi sic ait: Olim inter curiosos Rubricarum contentio fuit an obsequetur Rubrica quæ Crucem in Altari dum sit Sacrum exoptulat, si adesse Crucis, vel Crucifixi effigies depicta in tabula vel pariete? Satis obseruari Rubricam affirmabant aliqui, quia iam adesse Crux; Negabant alij, quia præter illam Iconem depictam ad parietem, requirebant iuxta Rubricæ aliam crucem super Altare inter candelabra, & ob oculos Sacerdotis tum ad orandum, tum ad incensandum.

Dico utrosque sensisse probabiliter, sed à me contra Gauantum audiri libentius affirmantes. Neque enim eiusmodi requisita adhiberi debent, sed ritu Methaphysico, sed morali, & humano. Quis autem moraliter amplius Crucem requirat, si Crucem habeat in prospectu (licet non inter Candelabra) ad quam, & orare, & incensare, & quælibet circa illam officia exhibere possit? Ita Tamburinus, cui ego libenter adhaereo, & in eius fauorem adduco etiam Patrem Trimachi, & Agrosolium Ordinis Minimorum, quos citat, & sequitur Franciscus de Nigro ad *Cerem. Ruiz part. 1. præsup. 3. num. 2.* vbi sic asserit: Quæres, utrum in Altari, cuius Icon est ipsa met Crucifixi figura, collocanda etiam sit alia Crux inter ipsa Candelabra. Respondet affirmatiuè Gauantus *loc. cit. vers. Queritur præterea.* Negat autem Pater Trimachi, quia ad orandum, & Crucem incensandum satis est imago illa crucifixi in tabula depicta: Et in hoc Collegio Iesu Mariæ in Altari Crucifixi nunquam ad celebrandum ponitur alia Crux; & tamen adsunt viri doctissimi, & cæremoniarum vsus studiosissimi, & etiam tenet Pater Agrisoli. Hæc ille, vnde putò sententiam Tamburini esse probabilissimam.

Nota tamen hic obiter non esse peccatum mortale, sed ad summum veniale celebrare sine imagine Crucis, vel Crucifixi, si commode haberi possent, ita contra nonnullos, quos citat Fagundez *part. 1. lib. 3. cap. 21. num. 32.* docet me citato Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quest. 23.*

Nota etiam hic obiter me discedere ab opinione quam docui cum aliis in *p. 2. tract. 15. resol. d.* & quam non improbabilem putauit Tamburinus *opusc. de Sacram. Missæ, l. 1. c. 3. §. 3. n. 4.* Dico igitur quod si cingulum frangatur, ut neutra pars per se possit deferri etiam si nodo partes nectantur, eget noua benedictione, secus verò, si antequam omnino diuidatur reficiatur, vel adhibitio nodo firmetur, tunc enim adhuc est vnum cingulum. Idem iudicium est, quando altera pars sola est sufficiens. Illud autem mihi placeat, quod docet idem Sæ *verb. Missæ, n. 11.* ex dubitata Stola, vel Casula seu Planeta posse fieri duas, quia plures possunt simul vna benedictione benedici, & etiam si separentur, possunt retinere suam figuram.

Illud etiam mihi non displicet, quod obiter dicit Bonacina *disp. 4. quest. vltima punct. 9.* quando vestes tales sunt, ut funiculis connectantur etiam si dissoluantur, non amittere benedictionem, imò testatur Bonacina ita seruari. Vnde si pluuiale, vel casula habeat partes sic ex intentione diuisas, ut funiculis an-

necti & dissolui possint, vt ea ratione commodius offerrentur, plicentur, &c. non videntur amittere consecrationem sicut diximus de calice, & cuppa quando pes est amouibilis, cochleaque nectitur. Et his etiam adheret Dicastill. *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 10. num. 210. & 211.*

An licitum sit sequi vnum horologium quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum quoad ieiunium naturale.

RESOLVTIO XXIX.

VT verbi gratia. Si hodie sit dies ieiunij possit quis audita hora duodecima vnus horologii cenare, comedere carnes, quas die sequenti licite comedere potest, & postea audita hora duodecima alterius horologii possit sequi hoc secundum horologium, & iuxta illud incipere ex tunc ieiunium naturale, & die sequenti communicare? Et negatiuam sententiam firmat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Euchar. d. 15. sect. 2.* quem postea sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 5. quest. 6. ex rationibus adductis à Lugo.*

Dicendum est itaque non posse Sacerdotem amplecti vnum horologium ad soluendum ieiunium Ecclesiasticum præcedentis diei, & alterum postea ad inchoandum ieiunium naturale, quod requiritur ad celebrandum die sequente, sed debere sequi idem horologium pro vtroque præcepto. Nam licet præcepta sint diuersa, & singulis præceptis seorsum videatur satisfieri (in quo merito agnoscit Lugo differentiam aliquam ab exemplis adductis) non satisficit tamen toti legi, seu vtrique præcepto simul, vnde videntur illi sequi eadem inconuenientia. Nam stante (inquit) illo duplici præcepto, ego debeo ex complexione vtriusque præcepti abstinentiam à cibo post comestionem vnicam diei præcedentis seu post refectiunculam serotinam vsque ad Missam, vel Communionem diei sequentis, & Superior habetur ius ex vi vtriusque præcepti ad hoc totum, ergo habet ius ad prohibendam variationem horologiorum, ex qua impeditur obseruantia, & redditio totius illius debiti, ad quod certum habebat ius, quod enim id debeatur vnico, duplici præcepto parum refert. Pone enim te ex duplici titulo diuerso debere Petro ex iustitia duo aliqua etiam diuersa v. g. ex vno contractu debes non auferre ab ipso equum tuum toto hoc anno, rursus ex alio contractu, vel alio titulo debes centum nummos si anno sequenti abstuleris equum, tunc vltima die anni post mediam noctem iuxta vnum horologium exigis ab eo equum sciens te contrahere obligationem soluendi centum nummos in conditione positos, auferens equum post mediam noctem intra annum sequentem. Accepto equo sonat signum mediz noctis in secundo horologio, tunc mutato consilio vis secundum horologium, & contendis te nihil debere, quia non abstulisti equum intra secundum, sed intra primum annum. Nemo dicet te liberum esse, & potuisse in præiudicium Petri mutare sententiam, quia licet ex diuersis contractibus, verè tamen debebat Petro in conscientia non auferre equum nisi soluendo centum nummos; Debebas enim non auferre absolute anno præcedente ex primo contractu, debebas item ex secundo contractu non auferre anno sequenti nisi soluendo certum nummos, ergo Petrus habebat ius certum, ne auferretur ipsi equus nisi cum obligatione soluendi centum nummos, quo tamen iure fraudatur per illam variationem, & mutationem sententiæ

iuxta diuersa horologia. Farendum ergo est licet liberum sit homini accipere pro regula quodlibet horologium, non tamen esse liberum recedere ab illo in præiudicium Creditoris, quia eo ipso quod vnum horologium accipit, videtur renunciare omnibus aliis, & se habere perinde ac si non esset vllum aliud, alioquin Creditor habet ius non permittendi quod vtatur illo horologio, ne hoc modo perdat ius suum quod habet certum ad totum illud completerum. Sic ergo superior ex vi duplicis præcepti habet ius certum, vt post comestionem hodiernam homo nihil comedat ante communionem crastinam, quo iure fraudatur, si homo iuxta primum horologium accinet post mediam noctem, & iuxta secundum celebret cras, ergo non debet concedi talis libertas, sed dicendum, quod eo ipso quod vult homo accipere primum horologium pro regula ad cœnandum, obligat se implicite ad sustinendam illam regulam, quæ diu de eius errore constat, ne superior fundetur iure suo, quod habebat ex complexione vtriusque præcedenti, vt homo nihil comederet ante Communionem crastinam post prandium, vel refectiunculam hodiernam.

Sed licet hæc omnia acutè dicta à Cardinali Lugo fateatur Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 16. num. 321.* tamen in illis agnoscit multa difficultia, quæ apud ipsum videre poteris. Et tandem sic asserit: Regula igitur erit pro omni materia tam iustitiæ quàm alia quauis, vt tunc non liceat variare horologium quando sequatur alterutrum eluso si de duobus præceptis agatur. Quando verò vtrumque vigere, & seruari potest, licebit sententiam, seu horologiorum variatio sicut etiam in casu vnus præcepti si variatio non tollat quo minus præceptum vnicum integrè probabiliter seruetur, licebit variare. Si fieri potest licite, vt in inceptioe diei ieiunij sequatur quis tardius horologium, & in finiendo eodem die sequatur celerius v. g. pro fine diei præcedentis ieiunium, atque aded pro initio diei ieiunij sequor horologium tardius, & comedo carnes post auditam duodecimam, seu signum mediz noctis in celeriori horologio (si duret discrepantia tota die) & tempore finiendi diei sequor celerius horologium, hoc puto licere etiam si sit variatio sententiæ, quia præceptum impletur probabiliter, nempe quia iuxta sententiam probabilem, horologii tardioris non incipit dies nisi post mediam horam à tempore celerioris, in fine verò iuxta sententiam celerioris probabilem finitur dies media ante tempus, quod designatur à tardiore, atque aded probabile est quod per 24. horas seruaui leges ieiunij. Nec obstat, quod fortè inde fiet, vt reuera non intercedant nisi 23. cum dimidia; nam de hoc errore, vt supponimus non constat, & temporis designatio accipi debet iuxta regulas moraliter receptas, & vsuales, talis autem regula est, alterutrum horologium, & probabile est, quod horologium, quod manè fortè errauerat, vespere non erret, aut è contra, & vtraque sententia est in vtroque tempore probabilis.

Nihilominus, quamuis quæ hucusque diximus vera sint, & eo modo accepta, regula Lugonis mihi nondispliceat, adhuc in aliquo casu videtur probabilè, quod quis secutus vnum horologium ad soluendum ieiunium Ecclesiasticum vnus diei possit postea amplecti horologii tardioris sententiam, & cum illo incipere diem, & ieiunium pro communionem. Nam si quis vel ignorans hoc quod audiuit esse prius horologium, sed potius credens vltimum, imò putans esse vnicum, audito signo mediz noctis comedit putans iam certo moraliter finitam diem ieiunij, postea vero

to audiuit aliud horologium, ita vt probabile sit illud, quod comedit, comedis die præcedente, quamuis bona fide fecerit putans esse aliam diem atque aded sine peccato, non video, quid prohibeat illum se gerere pro ieiunio iuxta probabilem sententiam secundi horologii, & si placuerit communicare. In hoc enim casu mutat quidem sententiam, & variat horologia, sed non ex primaria electione variationis, sed ex accidenti, quatenus nesciens illam esse regulam præter vnicam primi horologii, illam cœpit sequi, postea verò se accommodat alteri regulæ, quam videt probabilem, in quo casu non sequuntur ea inconuenientia, quæ supra cum Lugone deducebamus. Et hæc omnia docet Dicastillus, *vbi supra*, cui libenter adhæreo.

An Regularis illegitimus absque alia dispensatione possit eligi in Vicarium Episcopi.

RESOLVTIO XXX.

Affirmatiuam sententiam tenet Augustinus Barbofa in *Collect. de cap. 1. de filiis presbyt. n. 8.* & illum adducens Ioannes Solorzanus de *Indiarum iure*, tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 29. asserentes, quod etiam si ad Vicarium requiratur qualitas legitimitatis, sufficit dispensatio, quæ in Monachus super hoc defectu inducitur per ingressum Religionis. Verum ego puto Solorzanum non asseruisse, sed recitatiuè hanc sententiam Barbofæ attulisse. Sit autem Pace viri doctissimi, & amicissimi illam non approbo, cum sit contra communem. Dico itaque, quod Religiosus eligendus Vicarius Episcopi, debet esse legitimus, non autem illegitimus, licet enim per professionem solemnem quis habilitetur ad suscipiendos ordines sacros, non tamen aptus sit ad officium Vicariatus propter eius præminentiam, & iurisdictionem, ita Campanil. in *diuersor. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. n. 118.* Maiol. de *irregul. lib. 1. c. 10. n. 3.* & Sayr. de *consuris lib. 6. cap. 1. n. 3.* quibus addunt Fr. Eman. de *irregularibus*, tom. 1. q. 13. n. 13. & Sanch. in *precepta Decalogi*, tom. 2. lib. 5. cap. 5. n. 16. post principium, vbi vult, illegitimos per Religionis professionem non reddi habiles ad dignitates, Prælationes, aut Beneficia curata quæcunque, & de Prælaturis satis constat ex *cap. 1. de filiis presbyterorum*, vbi fiunt habiles ad ordines etiam Sacros, & additur. Prælationes autem nullatenus habeant. Quare illegitimi professi non possunt esse Vicarij Episcopi, cum Vicariatus sit quædam dignitas. Maiol. post alios *d. cap. 10. num. 3.* Sayr. *d. l. 6. n. 3. c. 1.* & Fr. Emanuel *d. tom. 1. regul. quest. 13. art. 13.* vbi bene addit, nec posse per priuilegia Religionis dispensari vt sit Vicarius Episcopi, quia virtute illorum solum potest dispensari quoad Prælationes in Religione, non autem extenditur dispensatio ad dignitates extra, sequitur Azor. *d. lib. 2. cap. 43. quest. 10. vers. quaris itidem.* Fusc. de *visitat. lib. 2. cap. 15. num. 10.* & Abroz. de *Officio Vicarij*, lib. 1. quest. 40. Quibus adde Fragosum, tom. 2. lib. 8. disp. 19. §. 4. num. 11.

Sed hic obiter notanda sunt aliqua, & Primò, an Monachus possit eligi in Vicarium Episcopi, & negatiuè videtur respondendum, quia Monachus habetur pro mortuo, & est à cœctu secularium penitus segregatus l. *Deo nobis §. Hoc etiam congruum. C. de Episc. & Cler. iuncto cap. placuit il secundo.* & cap. *Monachi 16. quest. 1.* Et hanc sententiam tenet Guido *decis. manuscr. 114. vt referet. Sbroz. de Vicar. Episc. quest. 38.*

Communis verò sententia aliorum posse Monachum, seu Religiosum de licentia sui Superioris constitui Vicarium, ab Episcopo, quia nullo iure probari potest eum esse incapacem Vicariatus. Ita Gloss. in *cap. de presentium verb. Defensor*, & cap. *Monachi verb. Abbate 26. quest. 1.* vbi Monachus potest ab Episcopo constitui Iudex, Panorm. in *cap. cum causam de elect. & cap. fin. num. 4. de cler. egror.* Ioan. Andr. in *Clem. Et si principalis de rescript. vbi Card. num. 17. Imol. num. 26. Guid. Pap. de cis. 563. Rebuff. in praxi benefic. tit. de Vicar. Episc. num. 30. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 17. num. 100. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num. 81. Milis in repet. verb. Vicarius Episcopi, Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 1. quest. 38. n. 4. Sanch. tom. 2. sum. lib. 6. cap. 13. n. 88. idem dicit Sbroz. num. 11. aliis relatis de Vicario Capituli Sede vacante, quia est eadem ratio, ac de Vicario Episcopi. Excipit idem Sbroz. aliis relatis, quest. 40. Religiosos ordinum Mendicantium, dicens hos non posse esse Vicarios Episcopi. Quod etiam tenet Carolus Antonellus de *regimine Ecclesie Episcop. lib. 6. c. 10. num. 1.* Riccius in *decis. Archiepisc. tom. 2. decis. 351.* Franciscus Maria, tom. 1. decis. 999. §. 1285.*

Sed hæc opinio mihi non placet intellecta generaliter de omnibus Mendicantibus, sed tantum de fratribus Ordinum Minorum, quibus tantum hoc interdictum est vt colligitur ex Clem. *Exini, de verb. signif.* Aliis verò mendicantibus non prohibetur generaliter ne possint esse Vicarij Episcopi, sed tantum illis, qui ad Religionem non Mendicantem transferunt, vt habetur in Clem. 1. §. *Ad Prioratus de Regul.* sic tenet aliis relatis Pellizzarius in *man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 6. num. 247.* Sanchez in *Summa, tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 93.* & Merolla tom. 3. d. 7. c. 6. dub. 5. num. 36. & Castrus Palaus, tom. 3. tract. 16. d. 4. punct. 12. §. 1. n. 4. qui putant hanc sententiam limitatam non procedere in Religiosis Mendicantibus transeuntibus ad non Mendicantes, nam ij ab hoc officio excluduntur Argum. text. in Clem. 1. §. *ad prioratus ad Regular.* Sanch. de *dicto, cap. 13. num. 88.*

Concludendum est igitur quoslibet Religiosos (exceptis Franciscanis) esse posse Vicarios Episcopi ex licentia suorum Prælatorum, quia in eo officio sumendo vtilitas Monasterij cernitur non leuis, qualis est Episcopum habere proprium. Ita etiam omnes Religiosi præter Franciscanos.

Nota secundo contra Rodriguez in *97. regul. 20. 3. quest. 76. art. ult.* licentiam necessariam vt Regularis possit esse Vicarius Episcopi, non esse obrinendam à Generali, vel Proninciali, sed sufficere licentiam Prælati immediati, quia est verè Prælati. Præterea, quia vt Religiosus fungi possit officio Procuratoris, Aduocati, Arbitri, quæ ipsi à iure interduntur, sufficit licentiam immediati Prælati, vt bene probat Sanch. tom. 2. sum. l. 6. cap. 13. num. 8. & 56. Ergo idem dicendum est in casu nostro. Quid autem dicendum sit quando Religiosus non esset exemptus à iurisdictione Episcopi. Aliqui volunt in hoc casu requirere licentiam Abbatis, & Episcopi simul, & si discordent, dicunt præferendum esse Abbatem, ipsique potius obediendum. Ita Card. in *Clem. 2. n. 17. de rescript.* Sed melius dicit Sanch. *d. cap. 13. n. 91.* sufficere licentiam vel solius immediati Prælati, vel solius Episcopi, quia vterque est legitimus eius Superior. Item videtur aperte dicere Nau. in *com. 2. de reg. ad finem ver. addo decimoquinto.* Si verò discordant potius Episcopo obediendum esse tanquam Superiori vtriusque.

Excipitur tamen, nisi generalis Superior, vel Provincialis sibi eam facultatem reseruasset vti in *Societate Iesu 6. p. const. c. 3. §. 7. in declar. lit. D. Prepositi-*

to Generali referuata est, ac proindè nullus Superior, qui ab eo potestatem non acceperit, nec dare priuato Religioso facultatem iudicandi, nec sibi sumere potest.

Sed difficultas est, An si Monachus constituatur Vicarius Episcopi absque licentia Superioris teneant gesta, & acta per eum. Et quidem respondet Sanchez, *lib. 6. sum. cap. 13. num. 97.* tenet gesta per supradictum Monachum Vicarium non valere. Ratio eius est quia arbitrium præstitum à Monacho absque licentia sui Superioris est ipso iure nullum: Ergo à fortiori idem dicendum est de sententia ab eo lata tanquam à Vicario. Antecedens probat *num. 69.* ex eo, quia Monachus, seu Religiosus æquiparatur seruo, at arbitrium serui nullum est *l. Padius 7. §. In seruum, ff. de arbit. vbi Gloss. verb. Nullum, & hæc est communis opinio Doctorum, quos refert idem Sanch. d. num. 69.*

Hanc etiam sententiam tenet Fragosus *de Republica, tom. 2. lib. 8. disp. 19. §. 4. n. 14. in fine.* Verum ego sententiæ affirmatiuæ adhæreo, quia nullus reperitur textus irritans arbitrium datum à Religioso absque licentia superioris exceptis fratribus Minoribus, qui neque de licentia Superiorum possunt esse Iudices, vel Arbitri, vt colligitur ex Clem. *exini de verb. signif.* Quare meritò Doctores, qui dicunt arbitrium datum à Religioso absque licentia Superioris esse nullum, loquuntur de Religiosis ordinum Minorum. Et hanc sententiam tenet Fulu. Pacian. *conf. 162. num. 72.* vbi citat. Corn. *conf. 2. n. 7. vol. 2.* Alciat. *præsumpt. 18. reg. 3. n. 5. & 9.* Roman. *conf. 235. n. 4. col. 2.* Alex. de Neuo *in cap. Quintanallis, num. 105. differ. 12. vers. Sed an poterit de iure iur.*

Nec obstat argumentum Sanchez de æquiparatione serui, & monachi, nam argumentum ab æquiparatis validum est solum in iis, quæ sunt in omnibus à iure æquiparata per modum regulæ. At verò Monachus, & seruus non sunt in omnibus æquiparati, nam monachus non potest sibi eligere sepulturam vt habetur *in cap. fin. de sepult. lib. 6.* seruus verò sic, vt docet Panorm. *in cap. de uxore sepult.* Vide Merollam *vbi supra, n. 45.* Verum stando in opinione Sanchez, intelligenda est secluso communi errore; Nam si communis error adesset, ipse Sanchez cum Pellizzario, *vbi supra, num. 248.* putant licet electio sit nulla, gesta tamen talis Vicarij esse valida per *leg. Barbariem, ff. de officio Prætoris, & omnia supra dicta intelligenda sunt etiam de Vicario Sede vacante, aut locumtenente Vicarij, vt obseruat Pellizzarius.*

Nota tamen non obstantibus supradictis Peyrinum *in priuileg. Minim. tom. 1. Constit. VI. Sixti IV. §. 10 n. 48.* docere ex decretis Clem. VIII. & Pauli V. non posse hodie Superiorem Regularium licentiam præbere subditis pro munere Vicariatus exercendi. Et Nauar. *in Lucer. Reg. ver. 6. verius n. 1.* adducit declarationem Sac. Congregationis sub die 8. Maij 1615. afferentem quod Episcopus non debet per Regulares exercere officium Vicariatus; sic Lezana *in sum. tom. 4. vers. Vicarij Religionum, n. 10.* dicit, quod de hac declaratione non constat authenticè, & decreta Pauli V. & Clementis VIII. videntur loqui de licentiis particularibus, non verò de licentiis quas Superiores Regularium concedunt, & vi iuris communis, & quæ clauduntur in ipso corpore iuris, quare numquã derogatur nisi de illo expressa mentio efficiatur. Et ideo Auctores, qui post dicta decreta Clem. VIII. & Pauli V. scripserunt dempto Peyrino, absolute docent hodie posse de licentia Superioris, & cum vtilitate Religionis Monachos exercere munus Vicarij Episcoporum, vt satis supra probatum est.

Possunt esse Iudices Arbitri, Iudices Accessores, Iudices delegati Episcoporum accedente tamen licentia Prælati, & Monasterij vtilitate, quæ omnia satis probat Castrus Palaus, *vbi supra, num. 6. 7. & 8.*

An Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem.

RESOLVTIO XXXI.

Aliqui affirmatiuè respondent. Ita Baldus *in leg. aliquando, n. 1. opposit. 4. ff. de offic. Procons. Panorm. in cap. quoniam, n. 3. de offic. ord. Ruin. conf. 148. num. 42. vol. 2.* Boët. *decis. 347. num. 6.* Rebuff. *in praxi tit. de Vicar. Episc. num. 15. & 18.* Couar. *lib. 3. variar. resol. cap. 20. num. 4.* Foller. *in præct. crim. can. part. 1. mor. n. 74.* Mar. Ant. Cucc. *instit. maior. lib. 2. tit. 6. de Episc. num. 72.* Sbroz. alios referens *lib. 1. de Vicar. Episc. q. 46. & 48.* Azor. *instit. mor. som. 2. lib. 3. cap. 29. q. 3. vers. Quo loco.* Lancellot. *instit. Canon. lib. 1. tit. de offic. Vicar. in gloss. verb. Non potest, & alij.* Vndè nouissimè Gauantus, *in Man. Episc. ver. Vicar. n. 1.* sic ait: Non potest Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus Sbroz. *de Episcopi Vicario, lib. 1. quest. 46. num. 15.* Tenetur autem eum creare adepta possessione, & potest cogi, idem *ibid. n. 3.* nimirum à Metropolitanano dato certo termino. Statuto termino, & elapso potest creati ab Archiepiscopo, idem *quest. 57. ex Trid. sess. 24. cap. 16.* Ita Gauantus.

Sed ego puto per se loquendo non teneri Episcopum constituere Vicarium generalem, qui loco sui Iurisdictionem Episcopalem exerceat in eodem Tribunali, sed posse per se ipsum illam exercere si idoneus est; Dixi, per se loquendo, quia si necessitas hoc postularet vtique ad id teneretur vt dicitur in *cap. quondam de offic. Ordin. & can. petisti. 7. quest. 1. & docet Gloss. in cap. 2. ver. Statuantur ne Prælat. vices suas.* Et hanc opinionem amplexa est Rota Romana, vt videre est apud Puteum *decis. 43. lib. 2.* Mohed *dec. 4. de offic. Vicar. & fuit dictum in vna Viterbien. & Tuscan. Vicarij, Veneris 3. Martij 1617. coram D. Cauerio, & vna Calaguritana fructuum 18. Martij 1583. coram Bubalo, qua est inter decis. diuers. 222. num. 5. part. 2. vt refert. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1602. & in praxi fori Eccles. resol. 484. in 2. edit.*

Et quod Communitas loci non possit petere manutentionem contra Episcopum, vt retineat in illo loco Vicarium generalem, est *decis. Caputaqu. 306 n. 3. part. 1.* eandem opinionem tenent Io. Andr. *in cap. cum ab omni de virt. & honest. cler. Archid. in cap. statutum de rescript. in 6. Felin. in cap. Quoniam de off. Ord. Sanch. lib. 8. de matrim.* Flamin. alios referens *de resignat. benef. lib. 5. quest. 16. num. 54.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloss. 4. num. 66.* Steph. Grat. *tom. 1. dispensat. forens. capit. 92. num. 15.* Quarant. *in summ. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 21. prope finem.*

Probari potest hæc opinio. Primò ex d. cap. *quoniam*, vbi dicitur teneri Episcopum constituere sibi Vicarium quando vrgens necessitas postulat; Ergo arguendo à speciali, citra vrgentem necessitatem non tenetur. Secundò, quia nulla potest assignari sufficiens ratio, cur non possit Episcopus facere per se ipsum, si est idoneus id quod facit mediante Vicario.

Verùm insurgit hîc difficultas, An Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ordinariam. Et non habere potestatem ordinariam affirmat Alexander *in rubr. ff. de offic. eius, num. 17. Gofft. in summa ist. de*

de offic. Vicar. num. 2. Alciat. in rubr. de offic. ordin. n. 24. Sor. in 4. dist. 18. quest. 4. ars. 2. vers. Circa Concession- nes Anast. Getmon. lib. 1. animaduer. cap. 6. per to- rum, & de indulg. Cardin. §. Tibi quoad vixeris, n. 43. & 85. Ant. Gom. in Bull. Cruc. cap. 4. circa 4. q. n. 21. Ioseph. Gonz. var. qq. cap. 27. per totum.

Probatur hæc opinio eo quod iurisdictio Vicarij extincto Episcopo, qui eam concessit extinguitur; vt est probatum, At quæ est ordinaria, mortuo conce- dere adhuc remanet, in hoc enim à delegata distin- guitur, quod hæc cum res est adhuc integra, morte mandatoris expiret. Innoc. III. in cap. licet undique 3. de Iudice delegato. Lucius III. in decretali relatum 19. Urban. III. in cap. gratum 20. eiusdem tit. Ordina- ria autem perseverat sine diminutione vlla, proinde- que integra.

At ego sententiæ contrariæ adhaereo, quam tue- tur Glossa, l. fin. verb. Rectorum. C. de offic. eius, qui vic. & cap. 2. de offic. Vicar. in 6. verb. Officialem, & cap. Ro- mana, verb. Generaliter de appell. in 6. Specul. tit. de offic. ordin. num. 2. & ibi Io. Andr. verb. verius est, Do- minic. in cap. 2. de offic. Vicar. lib. 6. num. 6. ad fin. vbi Anchar. num. 2. quest. 1. & Franc. num. 4. Dec. rubr. de offic. deleg. num. 3. & ibi Bero. num. 2. & 8. Bart. l. 1. in fin. ff. quis, & à quo appelletur, Alex. in rubr. de offic. eius, num. 15. & 17. Felin. rubr. de off. deleg. num. 4. Panuin. de potest. Capit. Sede vacante. 2. part. princ. quest. 1. n. 7. Milis in reperi. verb. Vicarius, sine Officialis Episcopi. Afflict in Const. Regn. Neapolis. lib. 1. rubr. 59 num. 12. Rebuff. in praxi benef. tit. de Vicar. num. 6. Bolognet. rubr. de offic. eius, n. 58. Marant. in pract. part. 4. dist. 5. princ. An iudicium sit ordinarium, num. 13. Silu. verb. Vicarius, quest. 4. dist. 1. vbi Tabien. quest. 5. Armill. n. 5. Nauarr. lib. 4. consil. in 2. edit. tit. de clandest. de sp. consil. 14. num. 1. & in 1. tit. de sponsal. consil. 47. num. 1. Couarr. lib. 3. variar. cap. 20. num. 4. Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 2. quest. 55. num. 9. Flamin. de resign. benefic. lib. 3. quest. 11. num. 23. & lib. 7. quest. 24. n. 25. Gutier. qq. canon. lib. 1. cap. 19. n. 15. vers. Nihilominus, Steph. Grat. tom. 5. disceptat. forens. cap. 841. num. 15. & seq. & multi alij, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 29. num. 3.

Probatur hæc opinio, quia Vicarius in certo quo- piam loco forum agit, & ius dicit. At hæc duæ res Vi- cario negari nequeunt, ergo nec ordinarij nomen ac dignitas. Secundò ordinarius creatur cum iurisdic- tione aut à Principe 2. quest. 6. can. à iudicibus, aut canone, aut ab universitate. Innocent. in cap. vt anima- rum 2. de constit. in 6. in Vicarium cadunt hæ notæ primò de multis, vnus ab Episcopo seligitur præ cæ- teris, vt Diocæsi operam collocet quam ad rem à ca- none quoque iurisdictio ei conceditur ad ministerij sui rationem necessaria cap. 2. de offic. Vicarij in 6. ibi enim à Bonifacio dicitur quod ad eum per commis- sionem officij generalem sibi ab Episcopo factam causarum cognitio transfertur, ac pertinet; At inqui- sitio, notio, animaduersio iurisdictionem in inqui- rente, ac cognoscente præsupponunt, ac postulant, habet ergo iurisdictionem à Canone Vicarius, con- sequenter est Ordinarius.

Confirmatur, idem est Tribunal Episcopi, & Vi- carij, eadem iurisdictione, & potestas amborum Inno- cent. IV. teste in cap. Romana Ecclesia 3. de appell. in 6. §. cum suffraganeorum, ob quam causam ab vno ad alium appellare illicitum, Bonifac. VIII. cap. 2. de consuet. in 6. Ne ab eodem ad se ipsum (cum sit idem Auditorium vtriusque) appellatio interposita videat- ur, quæ est etiam Innocent. IV. ratio in decretali Ro- mana de appell. in 6. quare cum suffraganeorum in- quit Remensis Ecclesia suorumque Officialium, (qui

generaliter de causis ad ipsorum forum pertinenti- bus eorum vices supplendo cognoscunt) vnum, & idem consistorium siue auditorium sit censendum, ab ipsis Officialibus non ad dictos suffraganeos, (ne ab eisdem ad ipsos interponi appellatio videatur) sed de iure ad Remensem est Curiam appellandum. Ergo cum idem sit Tribunal. Episcopi, & Vicarij, nec ab isto ad illum licita sit, ac valida appellatio, in Vicarium cadet Ordinarij appellatio. Conseq. probatur, cum Vicarius sit Iudex. cap. licet, de offic. Vicar. in 6. & extra eod. tit. cap. sua nobis §. necesse est eum esse Ordinarium, aut delegatum, non postre- mum; Nam à delegato ad delegantem permessa est appellatio cap. super questionem 27. §. Porro de offi- cio Iudicis delegati, non autem à Vicario ad Episco- pum cap. Romana 3. de appell. in 6. & cap. 2. de consuet. Item in 6. Non est hic ergo inter delegatos, sed or- dinarios Iudices habendus.

Ex his inferitur quoties in aliquo decreto sit men- tio Ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat, in- telligi non tantum Episcopum, sed etiam omnes ha- bentes iurisdictionem ordinariam, quia omnes illi Ordinarij sunt. In Gloss. in cap. Ordinarij verbo loco- rum de offic. Ordin. lib. 6. vbi Franc. n. 3. Dominic. cap. 2. de constit. lib. 6. n. 3. Abb. cap. cum olim de præscrip. num. 2. Silu. excommunicatio 9. casu 47. num. 92. notab. 2. vers. Sed aduerto. Nauarr. lib. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsal. consil. 5. num. 2. Guttier. qq. canon. lib. 1. cap. 19. num. 15. vers. Nihilominus Flamin. de resign. benefic. lib. 3. quest. 11. num. 19. & seqq. Sanch. loc. cit. num. 5. Vnde nomine ordinarij comprehenditur Vicarius Episcopi, cum verè ordinariam iurisdictionem ha- beat, ac proinde ordinarius sit vt probauimus. Sic Nauarr. Guttier. Flamin. Grat. & Sanch. vbi supra, qui benè addunt quoties in Tridentino mentio fit ordinarij, comprehendit Vicarium Episcopi; Idem- que dicendum est de Vicario Capituli Sede vacante, & aliorum habentium iurisdictionem Episcopalem, cum verè ordinarius sit.

Quare non sunt audiendi Doctores quidam di- centes quod quamuis Vicarius habeat ordinariam iurisdictionem, non tamen dici propriè ordinarium, nec venire nomine ordinarij, sed esse medium inter Ordinarium, & delegatum. Hi sunt Bolognet. rubr. de offic. eius n. 55. in fin. Anton. Gomez in explic. Bulla Cruc. cap. 4. num. 21. & seq. Morla in empor. iur. tit. 2. quest. 27.

Cum autem dicimus Vicarium generalem Episco- pi esse ordinarium, intelligendum est quoad ea tan- tum, quæ ipso iure veniunt ex generali commissione Vicariatus, secus verò quoad ea, quæ sibi ab Episco- po specialiter committuntur, eo quod requirant spe- ciale mandatum, de quibus inferius, nam quoad hæc dicitur Delegatus, nisi simul cum generali commis- sione Vicariatus committerentur, vt diximus supra.

Hinc etiam fit, vt quamuis in Concilio Tridentino sess. 25. c. 3. de reformat. dicatur solos Episcopos posse concedere literas excommunicationis pro rebus de- perditis, & ablatis; Nihilominus id posse Vicarios generales, nomineque Episcoporum venire tradunt Sbroz. lib. 2. de Vicario Episcopi, quest. 171. n. 2. Gut- tier. lib. 1. Canon. capit. 11. num. 8. Henriquez, lib. 13. de excommunicatione, c. 17. & Emmanuel 1. tom. sum- ma, 2. edit. cap. 79. num. 1. contra Bannes 2. 2. quest. 66. art. 6. fol. 404. col. 2. id negantem, posse Vicarium abs- que speciali facultate, quod etiam negat Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 205. & constat ex Concilio Tridentino dict. cap. 3. vbi à nemine, præterquam ab Episcopo decernendas sta- tuit, Nihilominus affirmatiuam partem posse scilicet

has

has literas monitoriales ex generali commissione Vicarium decernere non obstante Concilio, vltra præcitos docent Frechil. *de excommunicatione p. 2. art. 2. num. 5. Sayr. de censuris, lib. 1. cap. 9. num. 33. vers. primum est. Auila eodem tractatu part. 2. cap. 5. disp. 2. dub. 3. Grassis, tom. 1. conf. 6. de sentent. excommunicat. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 270. in 1. edit. & resol. 255. num. 4. in 2. edit. Garcia de Benefic. p. 5. cap. 8. num. 94. Vbi pro hac parte triplicem refert declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium super d. cap. 3. Concilij Tridentini.*

Et tandem nota quod potest Episcopus ad expediendas causas constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen ij sint in loco vbi sedem habet. Ex quo fit, vt non possit creare duos Vicarios generales in principalibus locis duarum Diocesium æquè principaliter vnitatum. Vide Barbosam, p. 3. alleg. 54. num. 126. & 129. Gauantus, vbi supra, n. 15. & 16. & fusè Merollam, tom. 3.

An Regularis interrogatus à Visitatoribus de obseruantia regulari teneatur sub peccato mortali respondere.

RESOLVTIO XXXII.

Respondet affirmatiuè Texeda in *Theol. mor. tom. 1. lib. 1. tract. 3. contr. 9. dub. 1. num. 17. fol. 176.* vbi sic ait. Obiicitur secundo, quia sequitur ex hac doctrina Religiosum interrogatum à Prælato Conuentum visitante, & interrogante de obseruantia constitutionum non peccare mortaliter, si non respondeat veritatem. Probatür sequela, quia mentitur in re leui, qualis est cæremoniarum obseruantia, sed respondeo negando sequelam, quia quoties Prælatus, seu Iudex tenetur sub mortali culpa interrogare, etiam si res de qua interrogat, sit parui momenti, tenetur Reus sub mortali culpa respondere veritatem. Prælatus autem in visitationibus tenetur sub mortali culpa interrogare de obseruantia cæremoniarum, & constitutionum, vnde et si Religiosum omittit. Religionis cæremonias, non sit mortalis culpa, ablato contemptu vt diximus. Respondere autem Visitatori interroganti de cæremoniarum obseruatione, & non respondere veritatem mortalis culpa est, quia cæremoniarum, & constitutionum obseruatio maximè spectat ad promotionem boni communis, quare benè stat quod Religiosus non peccet mortaliter non seruando aliquas Religionis constitutiones, & cæremonias, si absit contemptus, & quod nihilominus Prælatus non faciens ea seruare peccet mortaliter, quia ad illum spectat boni cõmunis promotio, & ad bonum commune obseruantia cæremoniarum, & constitutionum Religionis necessaria est, & idè, quamuis Religionis cæremoniarum, & constitutiones, si secundum se spectentur videantur non esse materia adèd grauis, in ordine tamen ad bonum cõmune Religionis grauissima materia sunt. Quare diximus supra mortalem culpam non esse metiendam ex grauitate, vel nobilitate materiæ absolutè, sed ex grauitate, seu seueritate præcepti quoad illam materiam quatenus est magis aut minus ad bonum commune necessaria, quæ necessitas est finis legis, & præcepti. Ita Texeda, quod benè perpendant Religiosi.

Notandum est tamen hic obiter Caietanum in 2. 2. q. 69. art. 1. & in *Summa verb. Confessio cond. 4.* docet vniuersaliter absque aliqua limitatione mendacium in iudicio tam exteriori, quàm in foro conscientiæ esse peccatum mortale etiam circa illa, ad quæ reus non tenetur.

Verum dicendum est hoc mendacium scilicet in iudicio dictum à Reo legitimè interrogato (& idem est dicendum de mendacio pœnitentis in confessione dicto Confessario) non semper esse peccatum mortale, sed posse esse peccatum veniale ex leuitate materiæ, si non interueniat iuramentum. Probatür, quia mendacium in iudicio vel est contra iustitiam, vel contra Religionem, sed in vitiis contra has virtutes datur paruitas materiæ vt notum est in furto paruo, & in celebratione rei sacræ, cum quis præmittit illam particulam (enim) quæ est parui momenti; Ergo, &c.

Iraque falsificare iudicium diuinum in quacunque materia est grauissima deformitas, includens in se specialem malitiam, falsificare verò iudicium humanum siue id fiat in conscientiæ foro, siue in exteriori non habet specialem malitiam, nec ex se est grauissima deformitas, sed ratione materiæ circa quam versatur, quia est in se grauis, vel quia est ad bonum commune necessaria; nec etiam mortalis culpa quæ reperitur in omni periurio, est propria ipsa affirmatio falsi loquendo in rigore formalitatis, nec ipsum mendacium, sed est inuocatio diuini testimonij circa illam falsitatem, quam mendax profert, quæ inuocatio diuini testimonij est quid distinctum ab ipso mendacio saltem per intellectum. Et hæc omnia docet contra Caietanum Hurtadus de *Iudicio forensi disp. 4. difficult. 7.* qui citat Aragonium, Salonium, Bonacinam, & Couarruuiam.

An qui transgreditur legem ex contemptu, peccet mortaliter.

RESOLVTIO XXXIII.

Ad hoc dubium respondet Ioannes Præpositus in p. 2. *D. Thoma, quest. 95. disp. 3. d. b. 2. n. 7.* vbi sic ait. Suppono, si quis legem transgrediatur ex formali contemptu, eum mortaliter peccare. Vt verò censetur transgredi ex contemptu, requiritur, vt illa transgressio procedat ex affectu animi, quo potestas Superioris paruifiat, seu vt homo contemnat Superiorem, nolique subiici eius legibus. Vnde vt aliquis mortaliter peccet hac ratione non sufficit, vt Superiorem paruifaciat, sed etiam requiritur vt inde moueatur ad paruifaciendam eius legem, & violandam. Similiter non sufficit vt contemnat in materia leui, seu prout lex versatur in materia leui, sed requiritur quod nolit subiici potestati legislatiue secundum se, vel prout se extendit ad materias magni momenti, alioquin si quis nolit subiici legi Superioris in materia parui momenti, existimans parui momenti esse in similibus non subiici, paratùs parere, & subiici in rebus maioribus, non peccat mortaliter, quia talis non contemnit absolutè potestatem Superioris, sed legem parui momenti, vel in paruis materiis, vt notant plures Auctores. Ita ille.

Sed hic pro curiosis non deseram apponere sententiam Patris Arriaga, in *Cur. Theol. tom. 4. tract. de legibus, disp. 16. sect. 6. subsect. 2. num. 95.* vbi sic ait. Etiam contemptus legislatoris humani, quæ Legislator est, non videtur semper esse peccatum mortale ita expressè Caietanus in *Summa verbo contemptus*, & Bartholomæus Medina 1. 2. *quest. 88. art. 4. in fine.* est tamen contra Patrem Salas, num. 55. vbi contemptum in hoc constituit, quod quis afficiatur erga libertatem à lege, seu erga non subiectionem, quem appetitum valdè turpem dicit in eo, qui debet esse subiectus, indignum enim ducere se aliis subiicere, graue est semper. Est etiam hæc nostra conclusio

contra

» contra Patrem Suarez, num. 24. qui tamen faretur
» suam sententiam non esse omnimò certam: Vi lea-
» mus quid pro se afferat, vt ex solutione iteramus
» viam conclusioni huic nostræ tertiz.

» Quoad Patrem enim Salas supra reieci eam expli-
» cationem contemptus, quia etiam vbi non est lex
» vera, potest esse contemptus, vt circa consilia Euan-
» gèlica, deinde improbable est dicere omnem effe-
» ctum carendi hac, vel illa subiectione, hac vel illa
» lege, esse peccatum mortale, numquid dicere. O si
» non essem ad hoc obligatus, est peccatum mortale?
» Crediderim sæpè nec veniale.

» Sed ad Patrem Suarez: ait ergo: Prælatus, vt
» Prælatus gerit vices, Dei ergo qui illum contemnit,
» Prælatum, contemnit Deum, sed contemptus om-
» nis Dei est mortale, ergo etiam contemptus Prælati
» vt talis: Confirmatur ex illo Lucæ 10. *Qui vos vos*
» *audit me audit, & qui vos spernit.* Vnde D. Bernar-
» dus, lib. 10. *de preceptis, & dispensatione à cap. 11.*
» sæpè repetit, contemptum mandatorum in omni
» specie æquè grauem esse, & siue Deus, siue homo
» mandatum quodcumque tradiderit, pari ei obsequen-
» dum cura, pari reuerentia deferendum. Huic argu-
» mento responderi potest.

» Esto omnis Legislato humanus iurisdictionem
» acceperit à Deo, sitque eius Vicarius, non tamen
» idè sequi contemptum omnem Legislatoris esse
» mortale peccatum, etenim quantumuis Legatus
» Principis repræsentet personam illius, nunquam ta-
» men dignus est tanto honore, & æstimatione quan-
» to ipse Princeps etiam in eis ipsis actionibus, in qui-
» bus se vt Legatum gerit, quod principium est lu-
» mine naturæ notum: Vnde è contrario contemptus,
» aut minor æstimatio facta Legato non est tam gra-
» uis, quàm si immediatè Imperatori ipsi, cuius est Le-
» gatus, facta fuisset, vnde infero; Ergo ex eo quod
» omnis contemptus factus immediatè Deo sit mortale
» peccatum non inferitur bene omnem etiam factum
» immediatè Vicesgerenti ipsius debere esse peccatum
» mortale. Hucusque Pater Arriaga, qui postea tamen
» subdit. Quod si contemptus talis sit, vt vel iudicet ef-
» se indignum obedire Legislatori, vel illum non ha-
» bere ius ad imperandum, ideòque non esse ei obe-
» diendum, aut certè licet interius id non iudicet, ex-
» terius tamen coram aliis ita se gerit, vt id aliis insi-
» nuet, & quasi aliis quando occasionem, vt talem con-
» temptum forment de Legislatore, semper erit pecca-
» tum mortale, quia vel iudicium illud est hæreticum,
» vel saltem erroneum, vel certè exterius grauitèr iniu-
» riosum homini, & ex se natum ad ingenerandum in
» aliis animum vniuersalem non obediendi ei Legisla-
» tori, imò nec agnoscendi illum vt Legislatorem.

Itaque in hoc sensu intelligit Arriaga, Salas, &
Suarez, & communis sententia, quæ de hoc maximo
contemptu videtur locuta. Et hæc multum plausi-
bilia erunt præsertim scrupulosis.

*An Rex priuata scientia possit occidere
Reginam, & simul cum ipsa
Adulterum.*

RESOLVTIO XXXIV.

Negatiuè respondet Cardinalis Lugo de *Iustit.*
rom. 2. disp. 37. sect. 5. num. 52. vbi sic ait: Infero
Primò cum Caietano non excusari Principes quan-
do reum sibi notum scienter faciunt occidi, vt ipsius,
& posterorum consulatur salutem, magis enim debent
consulere famæ totius Reipublicæ, quàm illius de-
linquentis, & quidem si habent ius ad occidendum

Anon. Diana, Pars X.

habebunt etiam ad infamandum. Infero secundo
quando ex citatione delinquentis sequerentur gra-
uia scandala in Republica, timerenturque probabi-
liter seditiones, vt si delinquens esset Dux generalis
exercitus, & militibus chatissimus, liceret tunc eius
causam secretò tractare assignando conuenientem
patronum, qui ageret causam rei, & eum diligenter
defenderet, omniaque Christiano more diligentissi-
mè peragendo vt conseruaretur quantum posset ot-
do iudicialis, ac denique conuictum, ita vt certè
constaret de delicto inexcusabile per legitimam pro-
bationem, posset Princeps eum occidere, seruato ta-
men quantum fieri posset ordinè charitatis ad salu-
tem animæ occidendi. In hoc autem duo obseruan-
da necessariò sunt. Primò quod adsint testes suffice-
tes ad conuincendum reum, & omni exceptione
maiores, iam enim tunc adest quantum sat est ad
reddendam Rempublicam certam de illo delicto.
Secundum est, quod hoc non nisi rarissimè, & ex
grauissimis causis fiat, non enim præsumitur aliter
concessa hæc potestas Principi, nam frequentior vsus
illius esset in grauissimam Reipublicæ perturbatio-
nem, &c. Ita Lugo.

Sed nominatim aduersus illum insurgit Angelus
Bossius in *Mor. ver. tom. 1. tract. 1. tit. 1. §. 29. num. 910.*
vbi sic asserit. Potrò quod Princeps ex priuata scien-
tia, qua sibi certo constat aliquem esse criminofum
possit illum non citatum, neque auditum secretò
occidere si crimen sit atrox, & expediat valdè Rei-
publicæ Auctorem puniri, vt si quis vim Reginae,
aut filia Regis intulisset, aliud crimen læsæ Maie-
statis graue commisisset, & solus Rex id cognoscat,
præter Couarruuiam, & alios putant probabile etiam
Less. *dub. 11. Filiucius, cap. 4. num. 175. & Trullench.*
dub. 13. n. 7. (etsi improbabile putet Lugo *disco n. 51.*)
quia in tali casu videtur Respublica consentire, &
iuri suo cedere, & præsertim talis criminofus posset
occultè à Principe interfici si periculum foret vt si-
mile crimen esset perpetraturus, nec alio modo pos-
set occurri, quia tunc occisio haberetur vt iusta de-
fensio iuxta mox dicenda.

Igitur si soli Principi quoque priuata scientia no-
tum certò esset aliquem, vel aliquos in Principem
ipsum coniurasse, vel aliquod graue damnum in
Rempublicam, vel innocentem machinari, nec ali-
ter malum vitari posset, tunc iuxta omnes Doctores
(excepto Ioanne Lugo *dicta disp. 37. num. 72.*) posset
Princeps capita coniuratorum, & authorem crimi-
nis perpetrandi secretò, & absque citatione occide-
re, nempe veneno, aut alia via interficere, tum quia
etiam in hoc casu censetur Respublica ob vtilitatem
publicam consentire, tum quia hoc rationem potius
habet iustæ, & necessariæ defensionis quàm iudi-
ciariz potestatis.

Item potest Princeps omiffa citatione procedere;
reum condemnare quoties idem reus etiam si citare-
tur non posset se defendere, nec iustè contradicere,
aut actum contra se impedire, eum citatio vt supra
dictum est, requiratur solùm propter defensionem.
Quare si delictum occultum sit probabile in iudi-
cio, quia sit notum ipsi Principi, & aliis tribus, ita
vt iuridicè probari possit, tunc posset occultè à Prin-
cipe interfici reus sine citatione, & probationibus,
quia quando crimen ita est probabile, nullam habet
iustam defensionem, & præsertim, quia testimonium
Principis multis, & grauissimis testimoniis æqui-
polleret. Hucusque Bossius, qui me ipsum, & plures
alios citat.

Sed resolutio supradictorum casuum pendet ex il-
la celebri difficultate. An quando delictum est ita
E e occultum

occultum, ut non possit iuridicè probari saltem plenè, scitur tamen à Principe, an scilicet tunc possit Princeps rationabili causa existente condemnare delinquentem absque iuridica probatione per testes, & absque citatione rei; Mihi placet opinio affirmatiua, quia quod sententia proferatur secundum publicam, seu iuridicam probationem per testes tantum requiritur lege, seu dispositione humana Principis, in qua ipse dispensare potest, & non requiritur iure naturali, seu ex natura rei, quia ex natura rei sola notitia Iudicis sufficit, quia hæc sola sufficit ad iuste iudicandum, & notitia Iudicis ad id tantum est necessaria, ergo ex causa rationabili Princeps quando ipsi est nota veritas potest absque probatione, imò & contra eam condemnare, & multò melius absolvere.

Circa posteriorem solemnitatem, nempe circa citationem rei, ut audiatur, conueniunt Doctores, quod quando delictum est publice notorium, aut factum in conspectu Principis coram legitimis testibus possit Princeps rationabili causa existente absque citatione condemnare reum, quia in quouis casu ex dictis non requiritur ex natura rei citatio, sed tantum ex lege humana, in qua Princeps dispensare potest, quia tunc superest reo spes probabilis se defendendi, ad quod solum iure naturali, seu ex natura rei requiritur citatio. Et idem ab eandem rationem potest Princeps quando delictum est ita plane probatum, aut probabile, ut non appareat spes aliqua probabilis defensionis rei, quia quando apparet, est iure naturali necessaria, & fiet reo iniuria contra illud si non citetur. Et hæc omnia sentio cum Gasparo Huttado *tract. de Iustitia, & iure, disp. 1. de Iudicio forensi difficul. 9.*

An distantia vnius leuce sit sufficiens, ut quis ab audienda Missa excusetur.

RESOLVTIO XXXV.

Contra Bonacinam, Ledesnam, & alios affirmatiuè respondet Leandrus *de precept. Eccles. tract. 2. d. 2. quæst. 22.* quia cum hæc distantia duplicari debeat; eundo, scilicet, ad Ecclesiam, & redeundo ad locum, quo exiit, verè non breuis, sed longa satis existimanda est, & consequenter sufficiens ad excusandum quemlibet à Missa; Sic Suarez, *d. 88. sect. 6. vers. Tertium cap. est.* Villalob. *tract. 8. d. 36. n. 5.* sic dicens: Tambien se iuzga por impotentia moral, quando la Iglesia esta distante vna legua; y fuesse necessario ir à pie; y aunque disse menos, como sea bien lexos, y llueua, y ò aya tempestad. Fagundez etiam *de 1. precept. lib. 2. cap. 9. num. 10.* per hæc verba: Quinta causa excusationis est longa distantia Ecclesie, & ratione illius excusantur illi, quibus necessarium est longum iter pedibus conficere, v.g. vnius leucæ: idemque dicendum est, si non sit distantia vnius leucæ. Et ita etiam tenet Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 8. disp. 36. num. 5.* Fagundez, *de precept. Eccles. pract. 1. lib. 2. cap. 9. num. 10.* & alij penes Leandrum, qui etiam postea *quæst. 24.* tenet distantiam etiam vnius leucæ, seu trium milliariarum excusare ab audienda Missa etiam si iter cum equo faciendum esset, quia ait ille etiam respectu istorum, distantia duarum leucarum, quæ eundo ad Ecclesiam, & ab illa redeundo confici est necessum; non leuis, & facilis, sed longa & difficilis censeri debet; ergo sufficiens ad excusandum quemque ab auditione Missæ. Adde hoc mihi non solum probabile, sed certissimum esse, in casu quo tempus non sit serenum, aut

in via sint flumina, torrentes, & huiusmodi; aut denique equus, mula, aut asinus, in quo iter quis acturus est, sint tardi, &c. Sed ut verum fatear, huic posteriori sententiæ, non adhæreo: nam non videretur concedendum quod eadem distantia sufficiat pro itinere pedestri, ac equestri: nam in itinere equestri minùs laboratur: ergo maiorem distantiam requirit; unde ego puto, quod saltem distantia vnius leucæ, & mediæ sit necessaria ad excusandum auditionem Missæ.

Non desinam tamen hic adnotare Marchinum *de Sacram. Ordin. tract. 3. part. 3. cap. 17. n. 19.* docere milliariarum sufficere ad excusandum quemlibet à Missa: Ortiz *in Summa precept. Decalog. §. 7.* sic ait: Los que estan en azquerias no estan obligados à oir la Missa, si donde se dize esta mas de media legua. Sed hi auctores videntur loqui aliquantulum laxè; assentior tamen Patri Dicastillo *de Sacram. tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 184.* docenti, quod fœminæ delicatæ, & alicuius autoritatis non tenentur pedestres ire ad audiendam Missam ultra vnum milliare; sic potest limitari sententia requirens tria milliaria.

An mater, vel nutrix excusetur ab audienda Missa, si non potest infantulum domi relinquere, sed necesse sit secum in Ecclesiam deferre.

RESOLVTIO XXXVI.

AD hoc dubium quod est satis practicabile respondet Leandrus *de precept. Eccles. tr. 2. d. 2. quæst. 28.* quod supradictæ personæ excusantur eo tantum modo quod nequeant dictos infantulos suos alteri commendare: quia, ut experientia constat, nec mater, seu nutrix potest eos ad Ecclesiam absque molestia celebrantis, & adstantium perturbatione, ferre; nec domi, absque probabili, & prudenti timore alicuius magni damni, solos relinquere: ergo absolutè est dicendum quod, ut prædicta mater, & nutrix excusetur à Missa, sufficiat non habere, aut inuenire aliquam personam, cui infantes suos, dum Missam possit audire, commendet. Sic videntur sentire Laymam, *lib. 4. tract. 7. cap. 4. num. 3. vers. Causa verò:* quatenus docet absolutè, quod ab audienda Missa excusentur matres, & ancillæ, quæ infantibus assistere debent. Et Llamas *3. part. Metho. cap. 5. §. 11. pag. 493.* per hæc clariora verba: Excusantur, & omnes nutrices infantes teneros, à quorum cura discedere non licet, quia inquieti sunt, & nimis plorant, & tales in Ecclesia deferre potius vitio ascribendum est, cum perturbent diuina officia vagitibus. Fauet Nauarrus, *cap. 21. num. 3.* Vbi absolutè ait, excusari nutrices, quæ sine periculo non possunt relinquere eos quos lactant. Sic ille. Nunc ego, sed sic est, quod non possunt nutrices relinquere absque periculo quos lactant; nisi habeant aliquem, cui talem curam committant: ergo si hunc non habent, verè excusantur ab audienda Missa. Hactenus Leandrus. Sed communiter DD. asserunt, quod ab audienda Missa excusatur nutrix, aut illa cui credita est cura paruulorum, quæ uon potest ferre secum puerum adhuc lactantem, & quem non potest domi relinquere absque probabili alicuius damni periculo, vel non potest ferre ad Ecclesiam absque graui celebrantis, vel adstantium perturbatione, & molestia. Ita Trullench. *in Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 9. num. 5.* & alij. Et sententiam Leandri ego admitterem quando mulier sciret infantem, vel ex infirmitate, vel ex natura esse nimis prouum ad plorandum,

plotandum, & vociferandum. At, vt verum fatear Coninch. *de Sacram. quest. 83. art. 6. dub. unico, n. 286.* Palaus, *tom. 4. tract. 22. disputat. unica punct. ult. num. 6.* obseruant, quod satius est infantes domi retinere, quam secum ad Ecclesiam deferre ob eorum inquietationem, quæ adstantes molestat, & celebrantem perturbat.

An mulieres qua pretio conuento pannos sordidos lauant, vulgo dicta lauandere excusentur à ieiunio.

RESOLVTIO XXXVII.

Respondeo affirmatiuè, quia laborant per maximam partem diei cum magna defatigatione ex continuo, & violento motu scapularum, brachiorum, & capitis: Et præsertim illas à ieiunio excusarem in hyeme. Sed difficultas est in die in quo complicant supellestem, seu pannos mundatos. Et affirmatiuè respondet Pater Pasqualigus, *decis. 304. num. 2.* Sed eius opinioni non assentior, sicuti non assentitur Leandrus *de præcept. Eccles. tractat. 5. disputat. 8. quest. 82.* quia labor huius exercitij de se est leuis, vt constat. Deinde insumitur in illo breuissima pars diei, siquidem in mane insumi potest vna hora, & altera ad vesperam; ergo non est sufficiens ad tollendam obligationem ieiunij. Addo, quod si prædictum exercitium sufficeret ad deobligandas mulieres à ieiunio, à fortiori esset sufficiens quodcumque aliud domesticum exercitium, quale est nere, consuere, & huiusmodi exercitia in quibus multoties totam diem insumunt. At hæc non excusant à ieiunio: vt fateatur ipsemet Pasqualigus *decis. 307. num. 2.* & ante illum Sanchez *lib. 1. consil. cap. 1. dub. 7. num. 7.* ergo minus excusabit illud. Nota, quod ego non puto nostros Fratres laicos, quando lauant pannos sordidos, & faciunt lixiuium, vt vulgo dicitur, excusari à ieiunio, quia non laborant non solum per maiorem partem diei, sed neque per dimidiam. Ergo.

Nota hic obiter dictum Leandrum, *quest. 69.* excusare sartores ab obligatione ieiunandi si tota die laborent, vt solent, quia Eugenius I V, expressè declarauit omnes artifices, vel opifices, suas artes exercentes, ad ieiunia sub peccato mortali non teneri: at sic est quod sub nomine artificum, etiam comprehenduntur sartores: ergo.

Non valet responsio Pasqualigi dicentis Pontificem loqui de artificibus qui exercent artes laboriosas. Quia contra est, Primò, quia hoc non testatur Nauarrus, qui dictam declarationem refert *c. 21. num. 16.* cùm absolutè dicat Pontificem declarasse, solutos esse à ieiunio, opifices suas artes exercentes, &c. Secundò, quia de iis, qui exercent artes laboriosas, vt argentarij, ferrarij, agricolæ, fossores, & similes, non potuit esse dubium, an illi tenerentur ad ieiunium, cum de se constaret, ad id non teneri: de aliis ergo artificibus debuit dari declaratio. Et hanc sententiam probabilem ego puto; & idem dicendum videtur de pictoribus si per totum diem laborant, secus si solum per aliquam diei partem. Ita Leandrus, *quest. 82.* qui etiam *quest. 80.* idem dixerat de barbitonsoribus laborantibus per integrum diem, & non per aliquam diei partem.

* * *

Anton. Diana, Pars X.

An Collegium de propaganda Fide, & similia gaudeat Ecclesie immunitate.

RESOLVTIO XXXVIII.

Interrogatus de hoc casu affirmatiuè respondi quia si Seminaria gaudent hoc priuilegio: ergo & hoc Collegium Probo consequentiam, quia si Seminarium est erectum auctoritate Episcopi, hoc est erectum auctoritate Papæ. Si in Seminariis exercentur opera pietatis, similiter & in hoc, imò maiora: nam omnes in illo commorantes student ad propagandam catholicam Religionem in vniuerso orbe. Adde, quod in dicto Collegio adest Ecclesia cum ianua insplatea publica, in qua commorantes in diebus festis canunt Missam solemnem, & Vesperas. Quod autem seminaria gaudeant priuilegio Ecclesie tradit in terminis Guazzinus, *vbi infra, num. 70.* Sperellus, *tom. 1. decis. 63. num. 9.* Donacina, *tom. 2. d. 3. quest. 7. puncto 4. num. 20.* Riccius *in praxi, tom. 3. res. sol. 412.* Nouarius *in praxi Elect. fori. sect. 1. quest. 42. num. 13.* Leone *de Censuris Recollect. 4. verb. extrahentes, fol. 319. col. 1.* Pax Iordanus *in var. Elucubrat. tom. 2. l. 11. sit. 3. n. 212.* Trullench. *in Decal. tom. 1. l. 1. cap. 11. dub. 1. num. 7.* Peregrinus *de immunit. cap. 4. num. 67.* Genuensis *in praxi Archiep. cap. 17. num. 10.* vbi testatur, quod fuit anno 1601. restitutus domui furni Seminarij Neapolitani, quidam homicida qui confugerat ad eam, & propriè ad furnum se contulerat ingrediens per ianuam magnam dictæ domus, quæ est à parte viæ publicæ, non à parte Seminarij, quia negari non poterat quin dicta domus esset Seminarij; & sic loci pij. Sic ille.

Nota hic obiter me olim docuisse reos confugièntes ad Ecclesiam tangentes tantum eius parietes exteriores gaudere immunitate; & præter Doctores à me alibi adductos hanc sententiam me citato tenet Barbosa *in Votis, tom. 2. lib. 3. voto 117. n. 42.* Trullench. *in Decal. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 4.* Escobar Iesuita *in Theol. Mor. tract. 6. exam. 4. cap. 2. n. 34.* Tomasius *Decade 4. tract. 1. de Immunit. Eccl. n. 182.* Ciarlinus, *tom. 2. cap. 97. num. 2. & 23.* & me citato Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 5. sect. 1. n. 4.* Leone *de Cens. Recollect. 4. verb. extrahentes fol. 318. col. circa finem.* Franciscus Zipæus *de Iurisdict. Eccles. lib. 1. cap. 34. num. 3.* Iordanus *in Var. Elucubrat. tom. 2. lib. 11. sit. 3. num. 188.* & nouissimè me citato Paulus Guazzius *in tract. de defensione animarum, lib. 2. defens. 1. cap. 13. num. 71.* vbi sic ait; Quæres an muri extrinseci dd. domorum, hortorum, Seminariorum, &c. gaudeant immunitate, Vnde qui ad eos confugeret tangendo, & toto corpore adhærendo, sit immunis; & respondeo affirmatiuè: domus enim tota fabrica, tam extrinsecus, quam intrinsecus dicitur; vnde adhære dome dicitur qui muris eiusdem, licet extrinsecus adhæret, sicuti à simili dicitur de illo qui amplectitur muros extrinsecos Ecclesie. Ita ille. Et quidem id communiter asserunt Doctores, quod rectum Ecclesie Monasteriorum immunitate gaudet, quia vna, & eadem res censetur cum tota domo, ergo si rectum, etiam muros dicendum est gaudere d. immunitate: domus enim nedum ex solo, sed ex superficie etiam constat, vt dicit text. *in l. cum qui in princ. & ibi glossa. ff. de usurpat.* Nota hinc obiter, nouissimè Eminentissimum Cardinalem de Lugo, *in responsionibus mor. lib. 3. d. 16. per totum,* docere ad effectum gaudendi immunitate sub nomine Grangiæ intelligi Villam etiam illam cum Capella in qua Religiosi recreationis gratiã aduētes, vel ibi commorantes celebrant.

Et 2 Vnde

Vnde reus confugiens ad dictam Capellam gaude-
ret immunitate. Et sic testatur accidisse in praxi; Vi-
de etiam Quintanaduęnam in *Theol. Mor. tom. 1. in*
Reperi. tract. 1. dub. 7.

*An reseruatō casuum comprehendat peccata
commissa ante eorum reseruationem.*

RESOLVTIO XXXIX.

Negatiuè respondet Pasqualigus in *qq. cancen. 2.*
quest. 166. num. 2. lex enim non plus extenditur,
quam se extendat finis, & ratio ipsius ob quam pro-
ximè Legislator mouetur. Et proinde cessante ratio-
ne legis, & causa finali, cessat etiam lex, *l. in omni*
ff. de adoptionib. & l. quod dictum, ff. de pactis, & l.
adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. & c. Et si Chri-
stus, de Iureiur. Quod habere locum etiam in legi-
bus, & statutis, norant Petr. Anchar. *consil. 48. n. 4.*
Dynus *consil. 6. num. 2. vers. Præterea,* Angel. *consil. 86.*
Ludou. Rudolphin. *lib. 2. Variar. quest. 35. n. 10.* Et
ratio est, quia cum finis moueat Legislatorem ad con-
dendam legem, intentio ipsius, utpote directa ad
finem, non plus se extendit ad illam materiam, in
qua non reperitur finis: cum autem lex non obli-
get nisi secundum mensuram intentionis Legislato-
ris, non obligat circa eam materiam, in qua non re-
peritur finis. Cum ergo finis reseruationis absolu-
tionis non habeat locum in peccatis commissis ante
reseruationem, non obligabit quoad ipsa.

Rursus cum reseruatō quoad dispositionem imi-
tetur legem; & lex de nouo aliquid disponens non
trahatur ad præterita, sed solum ad futura, *l. leges.*
C. de legib. & cap. Cognoscent. & cap. fin. de constit. se-
quitur quod ea, quæ habent causam de præterito,
non debeant iudicari secundum legem nouam, sed
solum secundum ius antiquum. Et proinde Rota *de-*
cis. 818. n. 2. p. 3. diuers. dixit legem subsequenter non
extendi ad præsentia, quæ sunt connexa cum præte-
ritis: ergo nec etiam reseruatō extenditur ad abso-
lutionem de præsentia quoad peccata de præterito,
quæ commissæ sunt ante reseruationem.

Sed hæc opinio est contra praxim Confessario-
rum, & contra communem sententiam Doctorum;
& ita præter Floronum, Vgolinum, Naldum, & Bor-
donum quos citauit in *pari. 8. tract. 8. resol. 70.* Tenet
iterum hoc Bordonus in *Miscell. decis. 492.* quibus
adde me citato Pellizzarium in *Man. Regul. tom. 1.*
tract. 6. cap. 21. sect. 21. n. 126. nisi cum reseruatione
casuum superior imponat censuram, & cum censura
reseruationem. Ad rationes verò Pasqualigi respon-
det Bordonus *dicta decis. 492.* dicit enim verum esse
quod lex non plus se extendit, quàm faciat finis, à
quo Legislator mouetur ad legem condendam, con-
sequenter, quando condit legem reseruationis à præ-
dicto fine obuiandi peccatis mouetur: quoniam au-
tem obuiatio non specificatur ab hoc, vel illo pecca-
to in specie, sed in genere non spectatis commissis
vel committendis; idè sub eadem reseruatione com-
prehendit vtrumque genus peccati; licet enim ob-
uiatio habeat pro obiecto peccatum futurum, nihil-
ominus extenditur etiam ad præteritum; in quan-
tum pœnitens reddendo se difficilem & incommo-
dum ad inueniendum Pœnitentiarium, vel Superio-
rem pro absolutione à reseruatis, retrahitur à futuris
culpīs, consequenter peccatum iam commissum in-
uoluit motiuum quod inducit legislatorem ad reser-
uationem. Deinde finis reseruationis non tantum est
obuiare peccatis futuris, sed etiam ut per eorum ab-
solutionem faciendam tantum ab Episcopis, vel ab

eis specialiter deputatis, occurratur prudentius cum
meliori medicina atrocioribus peccatis: ut enim di-
citur *sess. 14. cap. 7.* reseruatō fit, ut atrociora quædam
& grauiora crimina, non à quibusuis, sed à sum-
mis duntaxat Sacerdotibus absoluerentur. Nam me-
lius consilium & aptior medicina conferri potest ab
Episcopis, & ab eisdem deputatis, quam à singulis
Confessariis indifferenter, sed consilium & medicina
omnibus peccatis indifferenter est applicabilis: ergo
reseruatō ad hunc finem facta comprehendit pecca-
ta, tam futura, quàm præterita. Præterea Legislator
potest peccata etiam commissæ ante promulgationem
nondum remissa per absolutionem sibi expres-
sè reseruare, ut omnes debent concedere: ergo in re-
seruatione non est necessarium ut Legislator mo-
ueatur à sola obuiatione, sed aliunde etiam moueri
potest, nempe ut melius agatur cum peccatore per
præfatum, aut Pœnitentiarium prudentiorem. Vide
etiam responsiones ad alia argumenta Pasqualigi
penes dictum Bordonum, qui affert multas limitatio-
nes ad illam regulam, quod lex respicit tantum futura.

Et quidem sicut ignorant reseruationes, adhuc
illi subiiciuntur ut docet Mazuchellus, *de casib. reser.*
disputat. 1. quest. 2. num. 16. Lupus, *part. 1. dist. 4. art. 2.*
diffic. 1. Floronus *part. 1. cap. 3. num. 14.* Auerfa, *q. 17.*
de pœnit. sect. 5. §. Satis tamen: ergo sicut non sunt
excusandi à reseruatione propter ignorantiam, ita
neque propter tempus antecedens promulgationem
reseruationis idè ignorantes. Quare peccata com-
missæ ante reseruationem iudicanda sunt, non secun-
dum legem quæ vigeat tempore delicti, sed per no-
uam legem, quæ est in obseruantia tempore absolu-
tionis: nam Confessarius debet inspicere, & obser-
nare legem quæ illi prohibet absolutionem à tali-
bus peccatis, ita quod omnia, & sola peccata, qua-
tenus commissæ, cadunt sub iudice absoluenda, pro ut
iam commissæ sunt, & non committenda.

*An Religiosus peccet mortaliter contra votum
paupertatis, si recipiat pecunias Secularium
in depositum absque Superioris
licentia.*

RESOLVTIO XI.

Affirmatiuam sententiam tenet ex Dominicana
familia deuotus Magister Io. Paulus Nazarius,
tom. 8. Opusc. sic ait: Dico Religiosum accipientem
pecuniam à quocumque in custodiam, seu deposi-
tum absque Superioris sui licentia peccare mortali-
ter contra votum paupertatis: quidquid dicat San-
chez, *lib. 6. de Matr. disputat. 4.* & Suarez loco paulò
ante citato, *cap. 11. num. 45.* Ratio est quia deposita-
rius habet ius in rem apud se depositam ad eam cu-
stodiendam aduersus quoscumq. volentes eam acci-
pere contra, vel præter voluntatem domini, cum
obligatione eam legitimo domino conseruandi: hoc
autem ius species quædam est, siue modus dominiij,
seu proprietatis in pecuniam illam, non simpliciter
(hoc enim soli conuenit domino, cui restituenda est)
sed secundum quid, idè secundum dictam ratio-
nem, quia nimirum ius habet in eam depositi lege
naturali, & humana constitutum eo ferè modo, quo
præfectus arcis regiæ ius habet eam custodiendi. Et
confirmatur: nam alioquin in iis Religionibus in
quibus non est facta specialis prohibitio tenendi
alienas pecunias apud se conseruandas, & ad peti-
tionem domini restituendas, liceret cuique Religioso
pecunias, & alias res Secularium pretiosas in magna
copia recipere conseruandas absque vlla Superioris
licentia

licentia, & quilibet etiam Monachus siue Religio-
sus eadem ratione posset, nulla præhabita præfati
sui facultate, cæterorum eiusdem conuentus Fra-
trum pecunias custodiendas tenere, saltem eorum
quibus à præfato concessum est, vt eas apud se deti-
neant, quæ satis aperte voto paupertatis videntur
aduersa, & ad proprietatem introducendam aptissi-
ma. Præterea facile potest euenire vt post magnam
ab extraneis receptam sub titulo depositi pecuniæ,
summam, Religiosus qui eam accipit custodiendam,
repentina morte migret è vita, nullo relicto scriptu-
ræ testimonio, & defuncto aut longissimè distante
pecuniæ domino, nullòque alio pecuniam illam ubi
dari postulante: in quo casu Religiosus ille de iu-
re canonico iudicandus esset verè proprietarius &
pœnæ proprietariis debitæ subiiciendus, priuationi
scilicet Ecclesiasticæ sepulturæ cum illo infamiæ ti-
tulo, Pecunia tua tecum sit in perditionem, Hucu-
sq; Nazarius. Sed ego olim sententiæ Suarez, &
Sanchez adhæsi, quibus etiam adhæret Pellizzarius
in *Man. Regul. tom. 1. tract. 4. sect. 4. num. 232.* Portel,
vbi infra *Laymam lib. 4. tract. 5. c. 7. quest. 1. vers. At
verò, & alij.* Et ratio est, quia tu in tali casu nec do-
minium, nec vsum, neque administrationem illius
pecuniæ acceptas, sed hæc omnia vis esse apud depo-
nentem, solo officio custodis admissio, quod voto
paupertatis non videtur prohibitum, vt satis iudica-
uit Nicol. III. in *cap. exiit, vers. Ad maiorem, de verb.
signific.* vbi loquem de fratribus Minoribus, in quo-
rum fauorem Sæculares, apud Syndicum pecunias
deponunt, inquit: Patet in præmissis in tali com-
mendatione pecuniæ ipsos Fratres non solum à re-
ceptione pecuniæ, proprietate, dominio, vsu ac con-
tractione qualibet ipsius, & ab ea pecunias, peni-
tus esse alienos. Idem autem est, bene notauit San-
chez, *suprà ex D.* Bonauentura, quod pecunia apud
te, vel apud tertiam personam deponatur, si nolis il-
lius dominium, vsum aut administrationem acceptare
Superiore inconulto. Ad id verò quod asserit Na-
zarius de Religioso inuento cum pecunia, respondet
Portel in *Dubiis Regularium, Verbo Sepultura n. 11.*
vbi sic asserit, Si Religiosus moriatur proprietarius,
priuatur Ecclesiastica sepultura. *cap. super quodam de
statu Monachorum.* Notat tamen Rodriguez, *tom. 3.
quest. 56. art. 1.* quòd si Religiosus dummodo non sit
Minorita inueniatur mortuus cum bursa denario-
rum, non statim priuandus est sepultura Ecclesiasti-
ca, quia iura non priuant officio Altari talem Mo-
nachum viuentem cum peculio, nisi quando prius
monitus noluit dimittere: ergo sic mortuum non
priuabunt sepultura Ecclesiastica. Adde quod talis
mortuus poterat se purgare, quod scilicet denarij es-
sent sui amici, consanguinei, vel sibi depositi vel
concrediti, vt alteri deferreret loco elemosynæ, vel
restitutionis. At dicit ibi in fine articuli quod in hoc
Minorita non excusabitur ob strictiorem Regulæ
prohibitionem erga pecuniam recipiendam. At si
etiam in Minorita circumstantiæ satis probabiles
occurrerent, vt crederetur pecuniam non esse suam,
sed amici, consanguinei, vel creditam ad erogan-
dam, vel restituendam: credo non esse priuandum
sepultura: tunc enim non peccauit in rigore, quia
pecunia non erat sua. Ita Portel.

Sed quia argumentum Patris Nazarij habet ma-
gnam vim, idè in casu contingenti, vt bene obser-
uat Castrus Palau, *tom. 3. tract. 16. d. 3. punct. 21. n. 6.*
Religiosus supradictam depositionem pecuniæ se-
cularium non admittat in vim depositi, sed solum
in vim cuiusdam familiaris custodiæ; & sic erit im-
munis à scrupulo: non cessat in isto casu vis argu-
Anton. Diana, Pars X.

menti Patris Nazarij: nam non celebrat verè con-
tractum depositi in suo Superiore.

Ex his optimè me citato obseruat nouissimè
Leandrus à Murcia in *Regulam B. Francisci, cap. 6.
quest. 23. num. 5.* Que si el Religioso recibe alguna
cosa considerable de vn Seglar, con intencion de
pedir licentia al Superior, y boluersela, sino se la
diere, no peca, alme no mortalmento, porque en
tal caso es visto querere el Religioso tenet en nom-
bre de dante la dicha cosa, y en deposito, & hasta
tenga licentia de su Prælado, lo qual en ninguna ma-
nera es contra la pobreza: porque aunque lo que ab-
solutamente se acepta, luego passe al vso del Monaste-
rio, y dominio del Papa, y assi es necessario tener licen-
tia del Prælado es administrador dello; pero no
quando se aceta condicionalmente: porque enton-
ces mientras no se acera la condicion de perdit la li-
cencia, se queda en el dominio del dante, y se re-
tiene en su nombre. Hæc ille, & iterum ego.

*An toto tempore Missæ debeant particula con-
secrata manere super aram.*

* RESOLVTIO XLI.

Casus est practicabilis, & idè sæpius in proscæ-
nium deducendus est, & illum pertractant sæ-
pè in isto P. Dicastillo, *tom. 1. de Sacram. tract. 5. d. 4.
dub. 8. num. 148.* vbi sic ait: Dubitabit aliquis an super
ara particule consecratæ debeant esse toto tempore
Sacri, vel sufficiat ibi esse tempore consecrationis,
vel ponere in alia parte Altaris super aliud corpora-
le? Respondet Lugo *disp. 20. num. 69.* debere esse su-
per ara, sicut illam hostiam quam Sacerdos sumit.
Nam licet Sacerdos intendat hanc hostiam maiorem
sibi sumere, & maiores aliis dare; hoc parum re-
fert (inquit Lugo) cum ex institutione huius Sacrifi-
cij nulla sit differentia; quare posset ex ipsa Hostia
maiori dare partem aliquam volenti communicare,
& ex minoribus sibi sumere, quia tota est vnica vi-
ctima, & per modum vnus offertur sine discrimine.
Vnde in Rubricis Missalis præcipitur vt particule
illæ ponantur super corporale, vel ante calicem, aut
in aliquo Calice, vel mundo consecrato retro post
Calicem; nec sufficit esse super aram, quando conse-
crantur, quia ara non tam requiritur ad sustentan-
dam hostiam tempore consecrationis, quàm tempo-
re præcedente, & sequente: quando enim consecratur,
est in manibus Sacerdotis, & non super aram. Hæc
omnia probabilia & decentissima sunt, sed non co-
gunt Lugonis rationes. Nam ad sacrificandum re-
quiritur ara, non postea præcisè ex vi Sacrificij, ita
vt quando sit Sacrificium, fiat super aram, & non ex-
tra illam: Supra aram verò censetur fieri, etiam si
Hostia sit in manibus Sacerdotis, dummodo Sacer-
dos manus habeat eleuatas, licet aliquantulum, re-
spondentes tamen spacio, in quo est ara. Vnde, si
tunc poneret se ad alterutrum cornu altaris, quando
non est fixum & totum consecratum, non diceretur
celebrare supra aram, sed extra; intra aram verò ce-
lebrare dicitur, non quia ipsi aræ, aut corporali, aut
mappis regentibus, aram, sed quia manus Sacerdo-
tis tenent Hostiam eleuatam supra aram. Cùmque
Hostiæ paruulæ, si multæ sint, non sint, nec moraliter
esse possint in manibus Sacerdotis, necesse est
vt tempore consecrationis sint in corporali regente
aram, ita vt subrys ara ipsa sit; alioquin consecratio,
illarumque transubstantiatio extra aram fieret. Fru-
stra ergo contendit Lugo aram non requiri, vt Ho-
stia sit super illam tempore consecrationis, & cum
Ec 3 Hostia

Hostia maior modo explicato ; & parua particula
 supra aram esse debeant : quod verò postea perse-
 uerent super aram, nullo iure probatur, quin possint
 statim in ipsa pixide, & in ipso quoque hierophylac-
 io condi, cuius oppositum nullo iure efficaciter
 probatur. Quod enim Lugo ait illas quoque parti-
 culas ibi esse per modum vnus victimæ, verissimum
 est ; hoc tamen non cogit vt dicamus non posse illa
 Hostia post consecrationem extra aram poni, aut
 etiam deferri ad aliud altare, & ibi ab alio Sacerdo-
 te distribui : quod negat Lugo. Sicut enim etiam si
 sint per modum vnus victimæ possunt non consumi
 à Sacerdote, dummodo aliam partem materiæ tunc
 consecratæ sumat ; ita poterit pro vsu fidelium ali-
 qua pars materiæ ad alium locum deferri, dummo-
 do remaneat quantum sufficit ad integritatem Sa-
 crificij. Quod autem tunc contingat vt in alio alta-
 ri, aut loco fortè aliqui prius participant de illo pa-
 ne, hoc per accidens est, & nihil refert : sicut ne-
 que quod omnes oratione, oblationes & benedictio-
 nes sequentes etiam spectent ad illas, sicut ad ho-
 stiam maiorem, eo quod sint vna victima ; imò pro-
 pterea possunt inde accipi relicta alia Hostia ; quia
 cum sint vna victima, & manente illa parte maneat
 eadem victima, & manente integra integritatem Sacri-
 ficij, & Sacrificium non erat confirmandum in illis
 per illarum sumptionem : consummatio etiam suffi-
 ciens sit per consumptionem alterius materiæ, non
 illius ; atque hoc sufficit. Itaque decentius sit, vt
 Lugo præscribit ; sed, si aliud pro commoditate po-
 puli aliter fiat, nihil video in hoc esse peccati. Hu-
 cusque Dicastillus.

Sed ego alibi sententiæ Cardinalis de Lugo ad-
 hæsi, & me citato adhæret etiam Pater Leandrus de
Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 7. quest. 9. vbi firmat parti-
 culas debere apponi, & esse supra aram non solum
 dum consecrantur, verum etiam post earum conse-
 crationem vsque ad communionem sacerdotis (nisi
 fortè grauis contingat alicuius infirmi communi-
 candi necessitas) Ratio est, primò, quia ara non tam
 requiritur ad sustentandam hostiam tempore con-
 secrationis, quam tempore præcedenti, & sequenti.
 Secundò, quia non solum hostia magna, sed etiam
 aliæ particule sunt victima illius sacrificij, cum non
 minùs offerantur, quam hostia maior : ergo omnes
 oblationes, & benedictiones sequentes æquè spe-
 ctant ad illas. Tertio, quia non congruit, nec docet
 vt alius participes prius de Sacrificio, quam ipse Sa-
 cerdos, qui est principaliter offerens. Sed vt visum
 est hæc non vrgent apud Dicastillum ; vnde ego pu-
 tō vtramque sententiam esse probabilem, sed affir-
 matiuam probabiliorē.

*An qui secluso scandalo, & contemptu in Missa
 relinqueret Epistolam vel Euangelium
 peccaret mortaliter.*

RESOLVTIO XLII.

Videtur prima facie negatiuè respondendum,
 quia si quis in Missa relinqueret *Credo*, & *Glo-
 ria* non peccaret mortaliter, vt me citato docet no-
 uissimè Leandrus de *Sacram. tom. 2. tract. 8. d. 7. q. 58.*
 & me citato Martin. de San Ioseph vbi supra, ta-
 men aliquando longius est *Credo*, & *Gloria*, quam
 epistola, & euangelium : Ergo.

Sed hoc argumentum nihil officit, & opinioni
 affirmatiuæ adhærendum esse, puto cum Martino
 de San Ioseph in *monit. Confess. tom. 1. l. 1. tract. 13. de
 Eucharist. n. 12.* Dicastillo de *Sacram. tom. 1. tract. 5. di-*

sp. 4. dub. 13. num. 256. vbi sic ait : Vnde si omittat-
 tur aliquid eiusmodi ex vrgenti aliqua necessitate
 (quæ vix potest contingere) sine reuerentia, nullum
 erit peccatum. Neque in hoc vim habet, vt probetur
 omittere euangelium, aut epistolam non esse mor-
 tale peccatum ; paruitas materiæ secundum se consi-
 deratæ, & quod sæpè euangelium pauciora verba
 habeat, quàm *Gloria*, & *Credo* : nam paruitas, vel
 grauitas materiæ in hac re non sumitur ad eum mo-
 dum, quo secundum probabiliorem opinionem su-
 mitur in orationibus, etiam in horis Canonicis ; ni-
 mirum pensata quantitate verborum orationis ; sed
 consideratur secundum quod Missa est quoddam
 ens artificiale morale constans certis quibusdam
 partibus, ex quibus certa ordinis dispositione con-
 fluentibus ens illud artificiale resultat. In quodam
 autem composito artificiali aliquæ partes esse pos-
 sunt magis principales, & necessariæ ad illius con-
 stitutionem, quam aliæ. Vide illarum defectus,
 etiam si ipsæ in quantitate sint minores quam aliæ,
 magis deformant, aut deturpant ens illud artifica-
 le, quam defectus aliarum partium maiorum.
 Sicut enim in statua v.g. alicuius Sancti, etiam si ex
 veste ipsa defluente, vel ex aliquo insigni, puta ex
 ense, quem habet in manu, quandoque maior pars
 abscindatur quam sit pars nasi, barbæ, oris, aut ocu-
 lorum, non ita illarum partium defectus deturpat,
 atque harum. Nam deficiente ense aut illo sinu,
 vel parte vestis sine qua ab initio potuit esse talis
 imago, non tantus est defectus, atque defectus nasi,
 & aliorum, etiam minorum in quantitate. Sic etiam
 in Missa defectus hymni Angelici, & Symboli Ni-
 cæni, sine quibus ens illud artificiale, quod dicitur
 Missa, potest consistere, non tanti momenti cense-
 tur, etiam si maior sit illorum verborum quantitas,
 quàm Epistolæ, aut Euangelij ; quia sine his detur-
 patur, & deformatur consuetum illud ens artifica-
 le quod est Missa ; cum tamen sine symbolo, aut
 Gloria sæpè consueta forma consistat. Facilius nihi-
 lominus posset excusari à mortali, si in Missa solem-
 ni Sacerdos non dicat priuatim Epistolam, vel Euan-
 gelium, sed solum cantentur à ministris : atque ea
 ratione excusat Diana *tract. illo 4. resol. 42.* cum Vega,
 Rodriquez Nauarro, qui Nauarrus, docet in Missa
 non præcipi, quod fortè ita erat tempore Nauarri,
 postea verò præceptum est expressè. Itaque non Dia-
 na (quem in hoc accusat Lugo) sed Nauarrus est,
 qui dixit non præcipi in Missa. Diana verò solum
 contendebat Nauarrum non esse contrariæ senten-
 tiæ, sed huius ; & ad id probandum protulit Nauar-
 ri doctrinam citatis duobus locis, & aliquas ratio-
 nes illius. Hucusque Dicastillus.

Notandum hîc obiter, me satis probabiliter di-
 xisse non esse peccatum mortale relinquere Com-
 municantes, vel Hanc igitur oblationem, quæ in-
 terponi solent in Festis Natiuitatis, Resurrectionis,
 & Pentecostes ; & ita me citato tenet Dicastillus vbi
 supra ; & me etiam citato Leandrus *quest. 61.* Vide
 etiam Ioannem Henriquez in *99. pract. sect. 22. q. 17.*

Sed quid dicendum si aliquis v.g. in die Penteco-
 stes ex inconsideratione omitteret *Communicantes*,
 & *Hanc igitur oblationem*, teneretur postea illa re-
 petere ? Et respondeo negatiuè ex doctrina genera-
 li quam contra Vasquez docet Dicastillus *loco cita-
 to, num. 266.* nempe in Missa nihil repetendum, quod
 non sit de substantia, etiam si sine scandalo, aut nota
 fieri possit, sed vterius pergendum : Nam in rubri-
 cis Missalis, vbi agitur de defectibus in celebratio-
 ne Missarum occurrentibus §. *5. cuius titulus est : De
 defectibus forma in fine*, dicitur : Si valde probabiliter
 dubitat

dubitat se aliquid essenziale omisisse, iteret formam, saltem sub tacita conditione : si autem non sunt de necessitate sacramenti, non resumatur; sed procedat ulterius.

Talia autem sunt verba, de quibus nunc agimus, quæ non sunt de necessitate Sacramenti : Ergo illa iam omissa, etiamsi quis secretò possit, non sunt repetenda; sed pergendum ulterius. Si verò quis probabiliter dubitet, aut credat omisisse aliquid pertinens ad essentialiam consecrationis, potest, & debet, ut advertit Missale, etiam post longam moram repetere sub conditione prædicta, saltem tacita; quia tunc nullum est periculum, licet prius protulerit.

Ad hoc autem ut talis repetitio fiat, non sufficit quodcunque dubium : sæpè enim verba proferimus ex usu; imò aliquando etiam attentè, quorum postea non recordamur, an fuerint prolata, quando reflectimur; quia, ut postea recordemur, & fiat memorabile, non tantum fuit necessarium attentè cogitare; sed etiam cogitare cum aliquali reflexione, quod dicamus. Vnde scrupulosi debent omnino quiescere in hoc, nec repetere, etiamsi non recordentur. Tantum ergo est facienda repetitio : quando certò vel probabiliter constat de omissione eorum, quæ sunt de necessitate formæ.

An si quis v.g. accepit stipendium pro vna Missa sufficiens ex iustitia, ad mortale, si Missam non dicat, teneatur illud restituere.

RESOLVTIO XLIII.

DE hoc casu nouissimè interrogatus, & pro negatiua sententia adducebant me ipsum, & Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 25. num. 25. asserens, omissionem vnius Missæ, pro qua receptum est stipendium, non esse peccatum mortale.

Sed ego affirmatiuè respondi, & addo Dicastillum de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 22. num. 422. ubi sic ait: Illud autem mihi omnino verum videtur, quando quis accepit stipendium satis magnum, ita ut tandumdem furto ablatum esset materia grauis furti, si non dicat sacrum, & retineat stipendium, peccate mortaliter: nam retineret sine titulo pecuniã considerabilem, eamque deberet restituere: titulus enim retinendi est ob causam dicendi Sacrum, atque ipsa oblatio sacri est, sub cuius conditione datur.

Respondebit tamen aliquis: Ille factus est dominus stipendij, & solum illi remansit obligatio offerendi Sacrum. Ea autem obligatio præcisè, ut est obligatio sacri dicendi, non censetur materia grauis: ergo nec est peccatum mortale, nec tenetur ad restitutionem: pecunia enim possidetur sub obligatione suscepta: obligatio autem non est de re graui. Torum ergo peccatum consistit non in retinenda ipsa pecunia, cuius iam factus est dominus sub eo onere, & obligatione dicendi missam: sed consistit in eo, quòd non impleat obligationem, quæ obligatio non est de re graui iuxta dictam opinionem.

Nihilominus ita fit dominus Sacerdos illius pecuniæ, ut semper remaneat obnoxia restitutioni sub conditione, si non impleatur; cumque conditio dicendi Missam non impleatur, retentio pecuniæ iam est retentio rei grauis in materia iustitiæ sine titulo; atque aded peccatum mortale est illam retinere: deficitque titulus retinendi, deficiente impletione illius muneris, & obligationis, sed qua conditione data fuit, & ob eam causam.

Respondebit quis secundo, talem Sacerdotem posse retinere pecuniam, si Missa dicatur etiam per

alium, dato illi stipendio communi, quòd exiguum est, & non materia grauis iustitiæ. Nemo autem grauius peccat, quàm sit grauitas obligationis, qua tenetur: Ergo si solum tenetur ad id, quòd in se leue est, non potest committere culpam grauem.

Respondeo posse contingere ut quis efficiendo rem, quæ in se non est materia grauis, excuset culpam grauem, quam non excusaret, si rem illam alioqui leuem non faceret, v.g. si quis dat Petro aliquid pretio graui æstimabile sub conditione leui eundi ad talem, aut talem locum, aut faciendi aliquid quòd leue est, & ille accipiat sub ea conditione, quamuis facere illud, leuis res sit: si tamen non faciat, & retineat quòd datum illi fuit, erit retentor rei grauis sub titulo, tenebiturque rem acceptam restituere sub mortali: grauitas enim non pensanda est ex parte conditionis non impleræ, sed ex parte rei acceptæ, & retentæ sine titulo: quia illi data non fuit, nisi dependenter à tali conditione quantumuis leui: qua deficiente, deficit etiam titulus donationis, per quam transferebatur dominium. Sic ergo in nostro casu, quamuis dicere sacrum in se non sit materia grauis, nihilominus grauis materia pecuniæ data Sacerdoti sub ea conditione dicendi Sacrum, retinetur sine titulo, eo ipso quòd Sacrum non dicatur; ac proinde grauitas materiæ non pensanda est ex parte conditionis, quæ non impletur; sed ex parte pecuniæ quæ retinetur, & data non fuit, nisi sub conditione illa, quantumuis leui, aut dependenter ab illa conditione; ita ut, si non impleatur conditio, resultet obligatio restituendi totam illam grauem pecuniam, quæ obligatio est iustitiæ, & sub mortali. Hucusque Dicastillus doctè, & solidè ut semper solet.

Vnde ex his patet responsio ad instantiam adductam pro negatiua sententia; nam in illo casu supponitur stipendium Missæ non esse sufficiens ex iustitia ad mortale.

Nota verò: Sacerdotem, qui liberaliter promittit alicui vnum Sacrum animo se obligandi, si promissum non impleat, non peccate mortaliter tenet me citato Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 16. qui etiam quæst. 14. docet me citato pluribus perentibus sine stipendio posse vna Missa satisfieri, quòd tenet etiam Martinus de San Ioseph, in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 17. de Eucharistia, n. 4. Escobar in Theolog. mor. tract. 1. examin. 11. cap. 4. n. 96 in fine, Lezana in Q. Q. Regul. tom. 4. verb. Missa, n. 22. Dicastillus, ubi supra, dub. 19. num. 364. quia cum Missæ Sacrificium sit infiniti valoris, æqualiterque profit omnibus secundum cuiuslibet deuotionem, nec vnus ex participatione alterius in re minima lædatur; hinc est, quòd qui dedit stipendium, ut pro illo offerretur, non debet esse rationabiliter inuitus, ut pro aliis idem Sacrificium ex charitate offeratur. Vnde ex his infertur, quòd Religiosi, qui ex vi suæ Regulæ, & Constitutionum, tenentur certis diebus offerre Sacrificium pro defunctis sui ordinis, pro Capitulis, & Benefactoribus, possunt licitè offerre idem Sacrificium pro aliis, à quibus stipem acceperunt; quia Sacerdoti solum prohibetur offerre idem Sacrificium pro multis, quibus ex iustitia, ratione stipendij accepti, tenetur, non verò prohibetur offerre pro vno ex iustitia, & simul offerre pro alio, ex sola liberalitate, vel charitate. Hoc enim ipsa Ecclesia aliquo modo præsupponit: siquidem idem Sacrificium, quòd in memento pro viuus, obtuli pro Petro, qui ad celebrandum pro eo me conduxit; simul etiam pro defunctis, in memento pro mortuis, præcepit offerre: ergo.

His tamen non obstantibus, non nego constantiam

sententiam esse probabilem: quam tueretur nouissimè Bossius de Conscient. tom. 1. pari. 1. tit. 1. §. 401. cum seqq. cum Tamburino, opus. 3. de Sacrif. Adisse, lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 9. & seqq.

An Principes Sæculares in suis legibus possint obligare transgressores ad peccatum mortale.

RESOLVTIO XLIV.

Negatiuè respondet Almaynus, de Potestate Eccles. q. 1. c. 10. Probari potest hæc opinio Primò quia potestas politica est merè temporalis: ergo nihil ei cum conscientia. Secundò, quia finis legum ciuillium est pax externa, non autem pax conscientiarum. Tertiò Princeps sæcularis non iudicat de internis, sed tantum de externis. Quartò, non potest infligere pœnam spiritualem: ergo nec ad illam obligare. Quintò, non potest absoluere in conscientia: ergo nec ligare. Sextò non intendit ligare sub peccato. Septimò, aliàs idem peccatum bis puniretur, semel hic à Principe sæculari, & semel à Deo post hanc vitam. Octauò, magis obligat minutissima lex diuina, quam grauiissima humana: sed minutissima diuina, qua prohibetur mendacium inofficiosum, solùm obligat conscientiam sub peccato veniali: ergo grauiissima humana sub nullo obligat.

Et hanc sententiam nouissimè videtur docere Philippus de la Cruz in Pract. de Decimis, §. 2. n. 5. ubi fol. 41. sic asserit: Tengo por cierto, que ninguna ley penal ò ciuil, y las Ecclesiasticas, su quebrantamiento no obligan à culpa, sino à sus penas. y esto quando se las aplican, en que vienen Castro, Cayetano, y Nauarro al proposito, que por ser singular la doctrina; pondrè sus palabras à la letra. Lo quinto, dezimos que deste quinto dicho se fige, que las leyes seculares no obligan à pecado mortal, por solo contener palabras de precepto y mando: porque ni la significacion, y fuerça original dellas, ni la accidental, del vso seclar inducen tal obligacion: pues es notorio que los Reyes y juezes Seulares, nunca comunmente an interpretado que las tales leyes contengan tal obligacion; porque sienpre, y comunmente tienen atencion, y es su mira à las penas temporales, &c. Y mas adelante; porque por esta misma razon tanpoco las leyes diuinas induzen obligacion à pecado mortal, por solo darse con palabras preceptiuas, como lo notò bien Castro: pues el vso del derecho Canonico, como no quita fuerças ad diuino, tanpoco se las dà para que (en quanto diuino) òre mas, que sin el antes octaua. Y en este Dotor se puede ver el caso mas dilatadamente. Y aunque es verdad que ay ombres doctos, que lleuan la opinion contraria, queriendo dar potencia al seclar, para que à si oblige: però yo no asiento à ello, ni aunque sean leyes mistas, que no solo son las que ponen pena, sino que prohiben que no se aga tal, ò tal cosa, no es visto que obligen, demodo que quebrantandola se peque mortalmente, como fuera de Nauarro tienen Gomez, Iuan, Andreas, Sebola, Decio, y otros que cita Viualobos, y dize que tiene esta sententia por prouable. y que se puede seguir en practica: Y añado que tambien especulatiuamente es prouable, y así la llama Filucio; però si bien se atendiera, es mas que prouable, y como à tal la abraça Gregorio de Valencia, y otros que no cito. Y el mismo, y Salon, añaden que la ley penal Ecclesiastica, como es de descomunion, suspension, y entredicho, è irregularidad, no obligan debazo de pecado mortal, no siendo lata

sententia, que no es la misma razon, quando se dize pena de suspension, ò entredicho, &c. Porque esto se puede incurrir por pecado venial: y es así, que aun la regularidad se incurte sin auer pecado, y en orden à la pena de suspension, lo tiene Azor, y à la de irregularidad Sayro, Luego maior se puede dezir, que las leyes de los Principes no obligan à culpa, y esta potestad asta aora no se la à dado la Iglesia: ni se à visto que quando acen las tales leyes, digan: mandamos esto, pena de obediencia, ò de pecado mortal, y de descomunion mayor lata sententia: y es muy cierto, que si lo pudieran azer, así lo executaràn, pues no ay senor que no quiera se guarden sus leyes rigurosamente, y para ello pusieran todas las fuerças à que su potencia se estiende, esto no azen, luego conocen no tener facultad para ello; y así se estienden à la que tienen, que es à la pena. Ita ille.

Sed displicet virum alioquin doctum hæc scripsisse. Et quidem poterat leges pœnales ex alio capite firmare, non obligare in conscientia. Nec intelligo illa verba *Tesa potestad asta aora no se la à dado la Iglesia*. Nam potestas quam habent Principes Laici ferendi leges cum onere peccati mortalis, non procedit ab Ecclesia, vt patet ex Arriaga in *Curs. Theolog. tom. 4. disp. 16. sect. 4. subsect. 1. num. 55*. vbi sic ait: Hoc aduertendum est, non esse necessarium, vt Deus specialiter homini conferat potestatem obligandi in conscientia, sed ex natura rei eam sequi, supposito quod à Republica eligatur in caput; ita eodem modo non esse necessum ad obligandum sub mortali, eam potestatem singulariter trahit à Deo, sed ex natura rei sequi, posito quod communitas elegerit aliquem pro suo capite: sicut, si ego transfero dominium pallij in Petrum, statim sequitur, quod grauer peccem, si illud comburo contra voluntatem Petri. Ita ille. Dicendum est itaque Principes laicos posse ferre leges obligantes in conscientia ad illas seruandas sub onere peccati lethalis: & aliquando hoc facere, & contrarium asserere nullo pacto ferendum est.

Probat hęc opinio; quia legitimus Magistratus vitur potestate à Deo tradita, tanquam Minister Dei: ergo non minus ipsi iusta præcipienti obediri debet, quàm si Deus per seipsum præcipiat, in xta illud Sap. 6. *Audite Reges, &c. quoniam data est à Domino potestas vobis*. Et 1. Regum 8. *Non re abiecerunt* (ait Dominus ad Samuëlem) *sed me*. Quam etiam rationem Apostolus indicauit scribens ad Rom. 13. *verf. 1 Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo. Qua autem sunt* (potestates siue dominia gubernationis) *à Deo ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt* (ordinationi, ac voluntati diuinæ) *ipsi sibi damnationem acquirunt*. Et *verf. 4. & 5 Dei enim minister est* (qui gladium portat) *vindex iram ei, qui malè agit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*: id est, non solum timore pœnæ humanæ, sed etiam peccati euitandi causa. Et S. Petrus epist. 1. cap. 2. *Subiecti igitur estote omni humana creatura* (supple quæ in auctoritate constituta est) *sive Regi, &c. quia sic est voluntas Dei*.

Confirmatur ex iis verbis D. Pauli; Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, sibi ipsis damnationem acquirunt. Ex quibus patet non solum faciendum quod Princeps præcipit ad vitandum scandalum, sed quia alioquin Dei ordinationi resistitur, & transgressor sibi acquirit damnationem: Vnde patet aliquos minus bene accipere illud

Iud, propter conscientiam, pro conscientia beneficiorum. Certè ex tota deductione patet Apostolum velle, vt inferiores pareant Superioribus, non solum propter iram, id est timorem poenæ, sed propter conscientiam, quæ videlicet testatur eos sibi æternam damnationem acquirere, qui resistunt Dei ordinationi. Videri potest Theodoretus in locum citatum Apostoli, vbi ait: Iubet propter vtrumque subditos esse, & propter poenæ metum, & vt ea impleat, quæ oportet fieri. Id enim appellauit conscientiam. Aduerte Apostolum prædicto loco loqui de potestate ciuili, & quidem cum Principes essent Ethnici, qui non tantum non beneficiebant Christianis, sed eos persequebantur, & tamen docet Christianos vt eis subiiciantur, non tantum propter timorem Principum, sed quod Deus id velit, & quod ij, qui contrarium faciunt ipsi sibi damnationem acquirant, vbi nomine damnationis intelligitur damnatio apud Deum. Confirmatur; quia Apostolus vult, vt non solum subiiciantur propter iram, sed propter conscientiam.

Probatur etiam hæc opinio rationabilis; quia hæc potestas videtur necessaria ab bonam gubernationem Reipublicæ humanæ: nam si non esset obligatio in conscientia, non posset sufficere per leges prouideri Reipublicæ; nemo enim eas curaret: vnde etiam in minoribus communitatibus est hæc obligatio in conscientia obediendi suo capiti. Parenti enim filius aded tenetur obedire, vt Deuter. 21. censeatur dignus morte filius non obediens Patri: item vxor in conscientia tenetur obedire marito, qui caput illius est, iuxta Paulum: *mulieres subdita estote viris, sicut oportet, in Domino: quoniam vir caput est lieris.* ergo à fortiori erit obligatio obediendi Regi, qui potiori titulo caput est Reipublicæ. Item in Religione est obligatio in conscientia obediendi Superioribus.

Aliqui verò asserunt, quod ius ipsum naturale non minus dicet obediendum esse legitimo Superiori iusta præcipienti, quàm dicet fornicationem esse fugiendam, & mendacium esse malum: ergo, sicut dicimus vi illius dictaminis naturalis nos in conscientia teneri ad fugiendum mendacium, fornicationem, &c. ita eodem modo dicere debebimus, nos teneri ad obediendum legitimis Superioribus iusta mandantibus. Confirmo id Primo à simili ex voto: sicut enim homo potest per votum ita actionem aliquam in Deum transferre, vt postea in conscientia obligetur eam efficere, sic potest se subiiciendo directioni, & gubernationi alterius ita se illi obligare, vt in conscientia malè agat, si non obediat. Confirmo Secundo: si quis alteri donet pallium, eo ipso iam in conscientia peccat illud vsurpando inuito donatario: ergo cum quis iam suas actiones quasi transtulerit in alterum, eo ipso in conscientia malè agit eis vtendo contra voluntatem alterius. Non enim est assignabilis ratio, cur posset quis à se abalienare ius vtendi licitè sua libertate: atqui, dando alteri ius imponendi sibi leges, & se dirigendi, abalienat illud ius vtendi licitè sua libertate, & transfert illud in Legislatorem: ergo postea non obediendo Legislatore in conscientia malè agit.

Ad arguenta verò superius in contrarium adducta, responderet Becanus, tract. 4. cap. 6. de lege humana, quest. 2. num. 9. Et ad primum negatur consequentia, quia potestas politica dicitur merè temporalis ratione obiecti, quia præcipit actiones rerum temporalium. Nihilominus ratione obligationis potest spiritualis, quia obligat conscientiam. Nam Deus

vult vt etiam in actionibus externis, & sæcularibus obediamus potestati politicæ, & ided iure diuino tenemur ei obedire. Ad secundum. Finis quidem legum ciuiliu est pax æterna: sed tamen in conscientia nos obligant, vt hanc pacem seruemus. Ad Tertium: non necesse est vt Princeps sæcularis iudicet de internis: sed satis est, quod imponat legem externam, quæ in conscientia coram Deo nos obliget: Ad Quartum, & Quintum negatur sequela, quia cum Princeps in condendis legibus vtatur autoritate Dei (Rom. 13. 4. & Proverb. 8. 15. potuit illi Deus permittere, vt obliget subditos in conscientia, non tamen, vt iudicet de internis, aut infligat poenam internam, & spiritualem. Ad Sextum: Non opus est, vt Princeps intendat eos obligare ad præstandum id, quod præcipitur: Nam si hoc intendit, iam veram, & propriè dictam legem instituit. Huiusmodi autem lex necessariò obligat in conscientia. Nec in potestate Principis, vt veram legem instituat, & subditos obliget ad præstandum, quod præcipitur, & tamen non obliget in conscientia. Sicut non est in mea potestate, vt voto castitatis obstringam me in conscientia. Ad Septimum: Non est nouum, aut absurdum, vt idem peccatum bis puniatur: Nam furta, & homicidia, non solum puniuntur à Deo, sed etiam à Magistratu. Ad Octauum: maior dupliciter intelligi potest. Primò, quod minutissima lex diuina magis obliget, id est, sub maiori peccato, quam grauissima humana. Sic falsa est: Secundo: quod magis, id est, firmius nos obliget. Sic vera est; quia Lex diuina est firma; humana mutari potest.

Vnde ex superius dictis patet, refellendam prorsus esse opinionem aliquorum asserentium non esse peccatum mortale non parere legibus ciuilibus, secluso contemptu, & ita docuit. Imola in cap. *Cum contingat. de iureiur. col. 17.* cuius doctrinam, in hac parte valdè commendat Felinus in cap. 1. de Sponsal. num. 19. & nouissimè sequuntur Io. Valerus de differ. vtriusque fori, verb. *Ignorantia, differ. 2.* Tapia in iure Regni Neapolitani, lib. 2. tit. de legib. §. *Obseruentur, num. 18.* aduersus quos insurgit Merolla, tom. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 24. num. 221. Secundo à fortiori refellenda venit altera sententia asserentium, peccatum contra legem Ecclesiasticam non esse mortale, per se loquendo, sed solum quando sit ex contemptu legis. Sic tenuit Collectarius, vt refert Angelus verb. *Inobedientia*, & idem sentiunt Felinus cap. de Sponsalib. n. 18. & 19 & Caietanus in Summa, verb. *Clericus. §. Verum, & verb. Ieiunium. §. Quoad quartum*, contra quos videbis eundem Merollam vbi supra, cap. 4. dub. 20. num. 289. & me citato Rocafull. in praxi Theolog. moral. tom. 1. part. 7. lib. 7. de lege Ecclesiastica & ciuili, cap. 5. num. 120. Arriaga in Cur. Theolog. tom. 4. tract. de legibus, disp. 20. sect. 5. num. 23. Præpositum in part. 2. D. Thoma, quest. 95. disp. 3. dub. 2. num. 6. & Amicum in Cur. Theolog. tom. 5. disp. 5. sect. 8. num. 208. Dicendum est itaque has duas sententias esse improbables, ne dicam amplius.

Nota tamen, quod post hæc scripta inueni Petrum Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 2. tract. 1. tit. 9. quest. 1. conclus. 3. circa præsentem questionem plura asserere, quæ tamen mihi non placent, vnde non approbo ea quæ asserit Machadus tom. 1. lib. 3. part. 4. tract. 3. document. 6. num. 1. §. *Non obstante*, & Valentia tom. 2. disp. 7. quest. 5. punct. 6.

Vnde

Vnde dignosci possit legem humanam obligare in conscientia, & ad mortale.

RESOLVTIO XLV.

Prima regula fundatur in intentione Legislatoris: nam leges vim habent ex voluntate illius volentis obligare: cum ergo ipse explicauit, se nolle tali statuto obligare aliquem ad culpam, tunc temporis constitutio non obligabit. Vbi autem de mente Legislatoris non constat, sed ex aliis verbis coniectura facienda est; sequenda est secunda Regula assignata à Clemente V. in Clementina. *Exini de Paradiso*, & quidquid per verbum præcepti statuitur, aut inhibitionis; aut alicuius æquipollentis præcepto, aut inhibitioni obligat ad culpam: nam Pontifex in ea Clementina, vt explicaret, an Constitutiones Fratrum Minorum obligarent ad culpam mortalem, hac regula vtitur: existimat ergo eandem esse obseruandam in reliquis legibus; non enim potuit sibi persuadere, esse peculiarem rationem in Constitutionibus Minorum, ob quam illa verba ad culpam obligarent, & non in aliis. Verba autem præcepta quæ obligant in conscientia, quando apponuntur in legibus, rectè assignantur à Vasquio *disp. 158. cap. 3. & 4.* & sunt, præcipio, mando, iubeo, prohibeo, inhibeo, veto, interdico, æquipollentia verò præcepto sunt, debeant, teneantur, necessarid, necesse est, non licet, & alia huiusmodi. Vide Præpositum *in p. 2. D. Thoma, quæst. 95. disp. 3. dub. 2. num. 15. & disp. 4. n. 26. Amicum in Curs. Theolog. tom. 5. disp. 5. sect. 8. n. 203. cum aliis.*

Sed circa hæc verba, distinguit Sapientissimus Arriaga *in Curs. Theolog. tom. 4. tract. de legib. disp. 16. sect. 5. subsect. 2. n. 64.* vbi sic ait: Crediderim in hoc puncto primùm satis probabiliter Medinam, Castum, & Nauarrum apud Salas, & Suarez supra distinguere inter leges Canonicas, & ciuiles; quia cum Canonicæ per se ex natura sua ad spirituales hominis gubernationem ordinentur, magis directè obligant in conscientia; & consequenter facilius illa verba, mando, præcipio, & similia, denotent grauitatem obligationis, cuius capax est materia grauis: certum enim videtur, terminos quoscumque determinari ad magis minùsve rigorosè significandum, iuxta materiam eorum qui illos vsurpant: ergo, quia Canones directè circa interiorem animæ obligationem solùm versantur, magis apud illos strictam animæ obligationem significant, cæteris paribus eadem verba, quàm in lege ciuili; quæ per se, & directè solam externam intuetur administrationem. Secundò crediderim valdè probabilè esse, in ciuilibus legibus ea verba sola etiam in materia graui, & de se alioquin capaci obligationis sub mortali, non tamen obligare sub mortali; nisi tanta sit materię grauitas, vt inde colligamus Legislatorem voluisse obligare quantum potest. Id, præter tres paulò antè citatos, tenet etiam Caietanus; qui in legibus adhuc Canonicis censet illa verba non sufficere ad mortale: cui resolutioni fauet Pater Salas *eo num. 29. circa medium*; vbi multa pro ea congerit. In hanc sententiam quoad primam partem inducor, quia verba legis non sunt in summo rigore explicanda, sed potius quàm suauiter possint, dummodo vera, & propria eorum significatio retineatur. Hoc principium videntur omnes supponere; & continetur in illo, Fauores sunt ampliandi, odia restringenda. Atqui illa verba, præcipio, mando, iubeo, &c. in materia graui possunt propriè, & rigorosè intelligi cum sola obligatione sub veniali; vt fusè, & bene

ostendit Salas supra: altera verò significatio sub mortali est rigidissima, quam possunt habere: ergo non debemus ea verba accipere in ea summa significatione, sed in altera etiam propria: quod verò ea significatio etiam in materia graui sit propria, ferè omnes admittunt; quia etiam ad materiam grauem potest Legislator solùm sub veniali obligare: quo casu verum esset, & proprium præceptum illius, sicut verum & proprium est præceptum non mentiendi, etiam si obliget solùm sub veniali. Idem dico, si lex sub his terminis proferretur, obligo sub peccato: non enim debeo dare summè odiosam significationem sub mortali; sed sufficit, si intelligam de proprio peccato, licèt veniali. Hanc rationem nostram pulchrè terigit Nauarrus, *in Manuali, c. 23. num. 49.* Et hæc omnia obseruat Arriaga, *vbi supra*, qui postea, *num. 68.* limitat suam doctrinam in casu quo materia præcepta esset maximi momenti; tunc enim prudenter præsumimus ob eius necessitatem voluisse Legislatorem obligare quantum potuit; nam alioquin non videretur sufficienter prouidisse rei tanti momenti; & in hoc puncto acquiescit sententiæ Patri Suarez.

Itaque sit tertia regula, vt dignoscatur quando leges humanæ obligant sub peccato mortali, vel veniali; nempe ex grauitate, vel leuitate materię, circa quam lex versatur: nam pro eius grauitate, vel leuitate, lex sub graui vel leui præcepto obligat. Grauis autem materia censetur hic non solùm illa, quæ per se, & absolutè spectata, semper, & in omni euentu talis est; sed etiam illa, quæ licèt secundùm se præcisè considerata sit leuis, tamen ratione circumstantiarum, temporis, aut loci, &c. grauis euadit; quia in his, aut illis circumstantiis, plurimùm confert ad bonum commune. Quod si inquiras, vnde possimus cognoscere, materiam esse grauem, aut leuem. Respondeo non posse assignari certam regulam, sed hoc arbitrio prudentis relinquendum esse; & pensandus est finis, quo motus fuit Legislator, ad legem condendam, an scilicet, res præcepto valdè conducatur ad talem finem consequendum; aut valdè repugnet: in quo casu censetur materia grauis: secus si non multum conducatur, aut non valdè repugnet. Spectandæ sunt etiam circumstantiæ quibus permotus est Superior ad ferendum præceptum; nam res quæ in se leuis est aliquandò sit grauis, ratione finis, & circumstantiarum. Vide Merollam, *tom. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 25. difficult. 2. per totam.*

Ex his Salas *de legibus, & disp. 10. sect. 10. num. 72. & seqq.* & alij deducunt materiam quandam posse esse grauem respectu finis vnius Legislatoris, & leuem respectu alterius, eo quod, potest fini vnius multum conferre, & sic respectu illius erit grauis, ac modicum fini alterius, & ob id respectu illius erit leuis, v.g. præcipit Ecclesia Missam die Festo, intendens in hoc spirituali profectui cuiuscumque confuere, mortale est, quocumque Festo omittatur; quia opus hoc consideratum, vt medium ad spirituales profectum cuiuscumque, est notabile, ac subinde grauis materia. Et idem contingeret; existente præcepto ad culpam obligante in Religione, vt omnes singulis diebus Sacro intersint; esset enim mortale, aliqua die non audire. Quia ad eundem finem id præceptum iniungi videtur. At verò, si in sæculari Collegio, vel vniuersitate litteraria præcipiatur idem, non erit grauis materia; quia comparata cum Legislatoris fine, qui non est, tam profectus spiritualis singulorum, quàm bona Collegij, & Vniuersitatis gubernatio, non videtur grauis materia. Secundò deducunt aliqui, paruitatem materię in legibus prohiben

prohibentibus aliquid, causa vitandi damni Reipublicæ, spectandam esse respectu solius huius damni: atque ita, hoc leui existente, esse leuem, & solum fore venialem transgressionem, quamvis quantitas in se sit notabilis. Ita me citato Merolla, *vbi supra*, n. 242.

Et tandem obserua hinc pro secunda Regula superius allata, quod adest dubium an verbum, oportet, positum inducat obligationem sub culpa. Nauarrus, *cap. 13. n. 53.* existimat, saltem quoad leges Ecclesiasticas tale verbum significare obligationem præcepti. Oppositum puto verius, cum Suarior, *lib. 3. cap. 15. num. 10.* Denique si verba communia sunt, vt ordinamus, volumus, statuímus, & sancimus. Constitutio, lex, vel statutum, non habet vim præcepti obligantis ad culpam. Ita Vasquez *loco citato.* Et idem dicendum est, quando præceptum fertur solum per verbum imperatiui, tam est præcepti, quam consilij. Ceterum vt rectè notauit Caietanus, consuetudo, & Religionis, & Regionis in modo loquendi attendenda, & obseruanda est. Quibus adde, leges latas per verbum imperatiui, interdum etiam obligare ad culpam; quando in volumine iuris continentur. Similiter etiam inter Canones, & decreta Conciliorum, aliquæ leges ponuntur huiusmodi, quæ obligant in conscientia; in his tamen materiæ utilitas, vel necessitas pensanda est.

Et circa præsentem quæstionem ne deseras videre Rocafull. *in praxi Theol. Mor. tom. 1. lib. 6. sect. 1. de lege humana in communi, cap. 6. per totum*, vbi circa alia dicit, quod verbum, *Præcipimus* inducit obligationem: sed statim postea, *cap. 8.* adhæret contrariæ sententiæ Caietani; quia verbum præcipio commune est omni materiæ, & in lege diuina, & in naturali vtimur, cum tamen non omnia præcepta legis diuinæ vel naturalis obligent sub mortali. Et confirmatur; quia D. Augustinus *in sua regula in fine* dicit: Hæc sunt quæ præcipimus, vt obseruetis in monasterio constituti, & tamen non omnia præcepta illius regulæ obligant sub mortali. Vide etiam Arriagam *disp. 21. sect. 3. n. 19.* & Magistrum Serram *in p. 2. D. Thoma, q. 96. art. 4. dub. 2. §. Denique ex verbis.*

Non desinam tamen hic adnotare ea quæ docet Præpositus *in p. 2. D. Thoma, q. 95. disp. 3. dub. 4. n. 28.* nempe quod multæ leges ciuiles videntur esse tales, in quibus neque ex verbis præceptiuis colligitur Legislatorem voluisse obligare in conscientia, neque ex grauitate pœnæ, neque ex conditione, & grauitate materiæ, quæ pertineat ad cohibenda vitia, & ad euitandum magnum incommodum, si, inquam, ex his indiciis non colligatur Legislatorem obligare in conscientia, præsumi potest legem esse merè pœnalem. Tales sunt multæ, quæ apponunt pœnam dupli, confiscationem rei, vel similem pecuniariam, vel corporalem non ita grauem, vt lex ne merces extrà Regnum, vel pecuniæ efferantur, ne ligna in Sylua communi scindantur, ne ab aliis quàm à certis mercatoribus merces compareantur, ne vinum in loco priuilegiato ematur ab iis, qui non habent priuilegium, ne quis venerit in tali loco, ne piscetur in flumine communi, & ita de multis aliis, quæ prudens iudicabit. Probat: Sufficit principi si Transgressores soluant multam, & prudens iudicio tales leges non recipiuntur sub alia obligatione. Ita Præpositus.

* * *

An lex lata sub pœna mortis inducat obligationem peccati mortalis.

RESOLVTIO XLVI

Communis sententia est, hanc obligationem indicare pœnam mortis, quia tam grauis pœna non potest imponi abique mortali transgressionis culpa. Ita D. Antoninus *2. part. tit. 4. cap. 2. §. 3.* Rosella *verb. Pedagogum. num. 9.* Siluester *verb. Præceptum q. 5. in fine.* Armilla, *verb. Constitutio. num. 4.* Sotus *lib. 1. de iust. q. 6. art. 5. ad finem corporis.* Couartuius *reg. peccatum 2. part. §. 5. n. 3.* Aragonius, *2. 2. quæst. 62. art. 3. paulò ante §. Restat nanc.* Medina, *1. 2. quæst. 96. art. 4. vers. Denique indubitatum est.* Azotius, *tom. 1. Instit. moral. lib. 5. cap. 6. q. 5. in fine.* Toletus, *in Summa, tract. de peccatis mort. cap. 20. dub. vlt. & alij, quos citat, & sequitur Merolla, tom. 2. disp. 4. c. 3. difficul. 4. num. 286.* Item dicendum est de pœna mutilationis alicuius membri, scilicet, esse indicium obligationis sub mortali propter eandem rationem. Idem de pœna infamiæ flagellationis, de pœna exilij perpetui, vel tanti temporis, vt ferè perpetuum reputaretur. Idem de pœna perpetui carceris, de amissione omnium bonorum, vel maximæ partis bonorum, & de similibus; quæ omnia probat Merolla, *loco citato;* cui adde Ioannem Præpositum *in part. 2. D. Thoma, q. 95. disp. 3. dub. 4. num. 25.*

Sed hæc omnia videntur corruiere ex his, quæ docet Arriaga *in Cur. Theolog. tom. 4. tract. de legibus, disp. 21. sect. 4. num. 25.* vbi sic ait: Ab hac tamen regula excipitur à nonnullis pœna, quæ est grauissima; v.g. pœna mortis, & mutilationis: nam lex esset imprudens, si propter rem, quæ culpa careret, pœnam mortis imponeret. Ita Suarez, Vasquez, & Salas *supra.* Ego tamen in hoc puncto, cenleo, licet satis probabiliter sustineri possit, eam pœnam esse signum obligationis in conscientia: tamen nullo modo, absolute loquendo, esse certum signum, quia sæpè potest esse pro coactione necessaria ea pœna, si res sit magni momenti, etiam si nulla sit obligatio in conscientia; vt P. Suarez admittit in pœna flagellationis publicæ, quæ in Hispania infligi solet his, qui è carcere fugiunt: cum tamen ea fuga non sit peccaminosa: quod enim responderet eam pœnam non esse grauem pro tali persona, aut esse necessariam ad defensionem publicæ iustitiæ; hoc, inquam, non satisfacit: non quidem primùm, quia sæpè sunt honestissimæ personæ, quibus ea pœna infligitur, & quæ fortè libentius tolerarent decollari quàm eam grauissimam infamiam: non secundum, quia licet veram doctrinam contineat, ex ea tamen pro conclusione nostra argumentabimur, dicemusque in aliis materiis posse à Republica eam pœnam grauem iudicari necessariam ad impediendum, ne homines talem rem faciant; esto alioquin in conscientia possent eam facere. Neque hinc sequitur legem futuram imprudentem, aut iniustam, vt cum Vasquez sæpè Salas obiicit: quod ego facile explico, nam illa lex non est censenda iniusta aut imprudens, quatenus grauat subditum, quæ libenter à subdito habetur, & fortè libentius quàm alia leges, quæ absolute censentur iustæ, iustissimæ, & prudentissimæ: atqui in præsentibus subditus esset, qui si interrogaretur, an casu quo sibi esset prohibendum exire à Regno sub pœna capitis, haberet libentius, quod simul id prohiberetur sub reatu æternæ pœnæ, seu sub peccato mortali, an verò vt præcisè sub pœna capitis: nullus, inquam, esset, qui non responderet, malo præcisè sub pœna capitis: Et ratio est manifesta, quia quod simul sub altera

altera pœna mortalis peccati res ea prohibeatur, non cessat debitum incurrendi pœnam capitis; neque hæc fiat illi melior, aut minus nociva, eo quod simul peccauerit mortaliter: ergo si prudenter potest subditus sub utroque malo cogi, potest etiam prudenter sub vno tantum; ergo ea grauitas pœnæ non est certum signum obligationis in conscientia. Hucusque Arriaga.

Imo tenet Castrus Palaus, *tract. 3. disp. 1. punct. 19. num. 12.* nullam pœnam temporalem esse sufficiens indicium obligationis ad mortale; quia ad impositionem pœnæ, quantumuis grauis sit, sufficit si committatur culpa politica, & ciuilis; quamuis non committatur mortalis: quod probat; Primò, exemplo custodum murorum in bello, quibus imponitur lex de vigilia sub pœna vitæ; & tamen ad vigilandum sub mortali non obligantur: Secundò, in pœna imposita effraCTORIBUS carceris, & tamen in violatione, culpa mortalis non committitur: non ergo impositio pœnæ, arguit culpam. Nec obstat, quod qui exponit se periculo mortis, vel mutilationis peccat, cui periculo exponitur, qui legem transgreditur, cui pœna hæc imposita est. Respondetur, harum obligationem non prouenire ex vi legis positivæ, sed ex vi legis naturalis, qua tenemur vitare periculum mortis. Et hanc sententiam probabilem esse putat Caspensis in *Curs. Theolog. tom. 1. tract. de Legibus, d. sp. 3. sect. 5. num. 43. cum seqq.* quia ubi non constat de mente Legislatoris, debemus in meliorem partem legem interpretari, ut solum obliget ad pœnam: ergo interim dum non intendit expressè obligare non obligat nisi ad pœnam. Et confirmatur: nam qui ex duobus propositis, alterum tantum affirmat, alterum negare videtur ex *leg. cum Prætor ff. de Iudic. cap. Nonne, de præsumpt.* ergo Legislator qui ad pœnam temporalem potest obligare, & etiam ad æternam; si tantum meminit solius temporalis, non videtur intendisse obligare ad æternam. Confirmatur, quia consuetudo communis, sic interpretatur omnes leges pœnales, ut fati sit, si homo pœnas luat pro transgressione, nec Principes vnquam expresserunt in suis legibus pœnalibus, intentionem suam esse obligare subditos ad culpam: ergo signum est consuetudine ipsa supradictas leges interpretante, homines tantum obligari ad pœnam in legibus appositam, non verò ad culpam. Denique, quia vsus stat in contrarium, nec hucusque vsu receptum est, leges pœnales ad culpam obligare.

Vnde ex his infert Caspensis, ex Nauarro, & aliis non peccare mortaliter eos, qui merces vetitas traducunt ex vno Regno in aliud, non soluto vectigali Regio. Item neque eos qui in fluminibus vetitis piscantur; neque eos qui contra prohibitionem in siluis ligna secant, vel pascunt oues suas in pratis, vel animalia prohibita venantur, & alia similia: nam licet de iure naturali Principibus tributa debeantur, at dicta vectigalia fraudantes, non intendunt contrauenire legi naturali, sed cum tractetur de lege purè pœnali, eorum arbitrio committitur, an velint soluere tributa, vel fraudare; & sic se exponunt periculo luendæ pœnæ, cum notabili Principis emolumento. Et idem dicendum est de eumentibus prædictas gabellas, quibus imputandum est si fraudentur, si non inuigilant; quia sub hac conditione illas emunt, & quia quod cum alio amittunt, cum alio lucrantur, propter contrauentionis pœnam. Sed de his ego alibi; & puto non esse recedendum à communi sententia Doctorum, quam suprâ ex Merolla attulimus; & tenet Amicus in *Curs. Theol. tom. 5. disp. 5. sect. 8. n. 297. cum seqq.* Præpositus in *p. 2. D. Thoma, q. 95. disp. 3.*

dub. 4. num. 24. qui contra Castrum Palaum, Nauarum, & alios inuehitur; quorum tamen sententiam, Ego non audeo tanquam improbabilem damnare, licet oppositum sentiam.

Quando quis vouit Virginitatem, dubitat verò quid intenderit, perpetuam videlicet castitatem, an saltem continentiam à primo actu venereo, ad quid teneatur.

RESOLVTIO XLVII.

NON obligari ad perpetuam castitatem, sed tantum à primo coitu docet Portel in *dubis Regular. verb. de voto simplici. in Addit. num. 50.* Et hanc sententiam tenet etiam Pater Vidal in *Arca Theol. Mor. tit. de Voto Inquis. 5. num. 31.* qui probat hanc sententiam, Primò; quia in dubio voti eligendum est quod est minus, non quod est tutius: Secundò, in dubio censendum est votum non esse reseruatum, ut docet etiam Sanchez in *Summa, cap. 44. num. 3. in fine*: ergo à pari in casu nostro potest cogitari, quod votum sit emissum pro prima tantum vice: idèd, &c. Tertio, ex eodem Sanchez, quando non meminit vouens verborum intelligitur voluntas ligata ad id quod minus est: Idèd, &c. Quarto; quia verba accipienda sunt in propria significatione, propriè verò significatur Virgo illa, quæ in primo coitu integritatem carnis non amisit. ergo, &c. Quintò; quia ex *cap. Ex parte, de Censib.* æquitas postulat, ut voluntariè oblata benigniùs exigantur.

Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ. Dico igitur, vouentem virginitatem perpetuò seruare obligatum esse à qualibet venerea delectatione abstinere, etiam si semel, vel iterum deliquerit, quia sub nomine virginitatis censendus est castitatem promississe. Qui enim virginitatem vouet, promittit nullam admitturum delectationem, qua integritatem sui corporis, & animæ amittere possit. Quod verò illam amiserit, per accidens est, & obligationem voti non minuit. Secus verò dicendum esset si expressè intenderet solum se obligare ad vitandum primum actum venereum, & alios ex consequenti: Sed in casu dubio hæc intentio non est præsumenda: Sic multis relatis docuit Sanchez, *lib. 9. de Matrim. disp. 33. n. 7. & lib. 4. de Voto, cap. 21. num. 22.* Suarez, *lib. 4. de Voto, cap. 7. n. 5. & 7.* Valent. 2. *disp. 6. q. 6. punct. 4. post medium, vers. Secundum quod notari debet.* quibus adde Castrum Palaum, *tom. 3. disp. 1. de Voto, punct. 12. num. 7.*

An qui à Damone obtinuit aliquas pecunias, teneatur illas restituere.

RESOLVTIO XLVIII.

OLim de hoc casu interrogatus fui, & quidam Theologus dixit esse restituendas pauperibus pro Dominis à quibus dæmon dictas pecunias sumpterat, & cum dicta bona sint incerta, eorum dominium transiit ad pauperes, ut docet Amicus in *Curs. Theol. tom. 5. disp. 41. dub. 12. num. 44.* & alij communiter. Sed ego negatiuè respondi, quia dæmon poterat illas pecunias sumere ex aliquo Thesaurò sub nullius dominio, vel in profundo maris; Et idèd modò inuenio huc casum indiuidualiter petrastrare Iosephum de Ianuario, *de Casib. refer. resol. 38. per totam*, ubi firmat hanc conclusionem: Hæc bona possunt acquiri iusto, & iniusto titulo à dæmone: sed in dubio debemus supponere quod iusto, & iniusto titulo quis

ea acquisiuit : ergo in dubio bona data à dæmone ,
 possumus retinere. Nec obstat quod dæmon semper
 præsupponitur malus , consequenter quod iniusto,
 & non iusto titulo acquisiuit : Nam actio dæmonis
 semper præsupponitur mala , quando est inductiua
 ad nouam culpam : At quando actio continet in se
 differentiam in ordine ad peccatum , tunc partem re-
 fert dæmoni , & consequenter possumus accipere se-
 cundum sensum non malum in ordine ad nos , &
 indifferentem in ordine ad dæmonem , v. g. Quod
 intendit dæmon est dare pecuniam Mago : at quod
 hæc pecunia sit aliena , vel à profundo maris extra-
 cta , partem refert dæmoni , quia non inducit nouam
 culpam , seu hominem ad nouam culpam , ad quam
 inducere intendit , & sic censendum est in hoc , dæ-
 monem non exercere partem peiorem in nostra cõ-
 sideratione , quia quod peior est in ordine ad no-
 stram considerationem , est differens in ordine ad in-
 tentum ipsius dæmonis , & sic non est necessariò
 præsumendus malus dæmon in tali casu. Vel dicen-
 dum cum Valquez *opus. de Restitut. cap. 10. d. 3. n. 10.*
 quod qui emit , vel dono accipit rem dubiè furtiuam
 cum animo restituendi verò domino , non peccat
 mortaliter ; Si verò recipit sine tali animo peccat
 mortaliter , sed non tenetur rem illam statim resti-
 tuere , sed præmittere diligentiam , & mutare ani-
 mum. Quod si inuenio domini veri sit moraliter im-
 possibilis ; tunc neque tenetur diligentiam præmitte-
 re , sed sufficit habere animum restituendi , quoties
 inuenerit dominum. Nec tenetur ad ratam dubij re-
 stituere si fur est potens restituere verò domino rem
 illam , vel in æquiualeuti , vel in precio : immò nec
 peccat mortaliter sic accipiendo cum tali dubio , quia
 tunc non reddit rem difficilis restitutionis , cum pos-
 sit fur ipse , vt dixi , quando reuera esset furtiua , in
 æquiualeuti restituere. Et quia in casu nostro dæmon
 potest commodè , & faciliè restituere proprio domi-
 no , accipiendo bona à thesauris absconditis , & à
 profundo maris : idèd vsque dum non est certus ,
 quod bona illa sint aliena , ad nullam tenetur resti-
 tutionem. Sed circa præsentem casum vide etiam
 Sanchez in *Summa, tom. 1. lib. 4. cap. 41. num. 1. & c. 41.*
num. 2. & Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 15. num. 34.
& cap. 17. num. 1. & 2.



TRACT. XVI. & VI.
 MISCELLANEVS.

*Adducuntur aliqua doctrina consolatoria pro
 Confessarijs scrupulosis , circa impositionem
 Penitentia in Sacramentali
 Confessione.*

RESOLVTIO I.



OCATVS fui his diebus à Confes-
 sario , qui in imponendis pœnitenti-
 tiis dum excipiebat Confessiones , &
 postea nimis angebatur scrupulis ; &
 ad eius consolationem , & quietem
 adduxi duas opiniones. Prima est ,
 quod possit Confessor dare leuem pœnitentiam pro
 Anton. Diana , Pars X.

magnis peccatis , si post eorum absolutionem , ap-
 ponat clausulam istam ; *Quidquid boni feceris , sit tibi
 in remissionem peccatorum.* Et ratio est ; quia quam-
 uis per huiusmodi clausulam ; non alliget pœnitentes
 ad bona opera (saltem in particulari) peragenda ;
 efficit tamen vt quæcumque peregerint , eis in pœ-
 nitentiam Sacramentalem cedant. Sic D. Thomas ,
Quodlibet. 3. art. 28. & ex illo P. Sozo, lect. 2. de Sa-
risfact. & alij , quos Ego alibi citauit ; quibus nunc
addo me citato Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 5.
disp. 9. quest. 109. Martinum de San Ioseph , in Moni-
ta Confess. to. 1. l. 1. tract. 26. de Pœnitentia , n. 12 & me
citato Basszum v. Satisfactio , n. 5. vbi sic ait : Præte-
rea non solum iniungi possunt opera in particulari ,
verum etiam in generali , vt si Confessarius absoluendo
dicat : Quidquid boni feceris , & mali sustinueris ,
sit tibi in remissionem peccatorum ; huiusmodi enim
opera sic iniuncta eleuantur ad satisfactionem , ex
opere operato pro peccatis in illa confessione ma-
nifestatis , quia per huiusmodi iniunctionem fiunt pars
Sacramenti ; vnde vsu receptum est , vt modicæ pœni-
tentiæ iniungantur , quia id in quo deficiunt pœ-
nitentiæ iniunctæ , suppleri potest per bona ope-
ra , quæ vt plurimum ab hominibus præstantur. Ita
ille. Vide etiam Baucium in Casibus Singularibus
Conscientia , cas. 111. & Trullench , de Sacram. lib. 4.
cap. 7. dub. 2. num. 9. & 14. Hanc etiam senten-
tiam me citato tenet Machadus , tom. 1. lib. 3. part. 1.
tract. 5. docum. 9. num. 5. vbi sic ait : Para assegurar
este peligro , e inconueniente , añadio la Iglesia
en especial cuydado à la forma de la absolution
aquellas vltimas palabras : Quicquid boni feceris ,
vel mali sustinueris , sit tibi in remissionem pec-
catorum , &c. las quales afirman graues Autores ,
que firuen de que el Confessor se libere de pecado
en auir impuesto penitencias leues por graues peca-
dos ; porque generalmente hablando , los hombres
por la mayor parte hazen algunas obras buenas ,
ipadecer muchos trabajos , que aplicados por el
Confessor , tienen razon , y ser de satisfacion Sacra-
mental. Et tom. 2. lib. 7. part. 2. tract. 5. docum. 5. num. 1.
sic etiam me citato ; asserit : Finalmente acerca de
las vltimas palabras : conuiene à faber ; Quidquid
boni feceris , vel mali sustinueris , &c. se ha de ad-
uertir , que aunque no tienen necessitad , y conne-
xion alguna con las de la forma : con todo esso , se-
gun enieñan grauissimos Auçtores , son tan impor-
tañtes , y tienen tanta fuerça para la satisfacion , y
penitencia para la remission de la pena : que aunque
el Confessor huuiera pecadò en auer impuesto cor-
ra penitencia al penitente , y desigual à la grauedad
de sus pecados , se escusaua dela culpa con aplicar se-
las , en la forma que la Iglesia las aplica , porque ver-
daderamente no se puede negar que los hombres
hazen muchas obras buenas , y demas de ellas pade-
cèt muchos trabajos ; y aplicado lo vno , y lo otro
por penitencia , tienen razon de satisfacion Sacra-
mental. Et licet hanc doctrinam non admittat Car-
dinalis de Lugo , vt ego alibi adnotauit , tamen præ-
ter Doctores citatos , illam admittit Reuerendissimus
Magister , tom. 1. disquisit. 24. art. 31. dub. 16. vbi sic
asserit : Tres sunt gradus bonorum operum pœna-
lium , quibus Deo satisfacimus. Primus , & præcipuus
ille est , quando illa bona , quæ agimus , sunt specia-
tim , & in particulari iniuncta à Confessore , hæc
enim opera sunt maximè satisfactoria. Secùdus gra-
duus est eorum operum , quæ Confessor iniungit ge-
neratim , & sub conditione , dicendo : Si quid boni fe-
ceris , & mali patienter sustinueris ; & hæc etiam
 ff sunt

„ sunt multum satisfactoria virtute clavis, & magis
 „ quam sint illa, quæ propria voluntate ex deuotione
 „ facimus, quia hæc nullò modo sunt sacramentalia,
 „ & ideo cæteris paribus minus habent de satisfactio-
 „ ne. Ita bene declarat Caietanus in *Opusculis*, tom. 1.
 „ tract. 6. quest. 1. de Satisfactione. Hinc fortè possunt
 „ excusari à peccato Confessores imponendo paruas
 „ pœnitentias in particulari; quia omnes hac clausura
 „ iam vtuntur: Quicquid boni feceris, mali patienter
 „ sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum
 „ tuorum; homines autem, vt plurimum, in hoc mun-
 „ do bona multa faciunt, & mala plurima sustinent,
 „ quæ sic applicata rationem habent satisfactionis sac-
 „ ramentalis, quo fit, vt fructuosa maximè sint hæc
 „ verba: *Quicquid boni feceris, &c.* & declaranda pœ-
 „ nitenti, vt sciat leuem pœnitentiam sibi ideo impo-
 „ ni, quia omnia bona opera totius suæ vitæ in satis-
 „ factionem pœnæ peccatis suis debitæ iniunguntur.
 „ Ita Candidus. Vnde ex autoritate tantorum vltor-
 „ rum satis remanet probabilis hæc opinio.

„ Alteram doctrinam suprascripto Confessario ad-
 „ duxi; nempe posse Confessarium in Sacramento Pœ-
 „ nitentiæ leues pœnitentias imponere, quia probabi-
 „ liter opinatur pœnitentem lucraturum esse aliquam
 „ Indulgentiam plenariam; & ita docet in terminis
 „ Pater Gobat in *Theol. Indulgent. part. 2. c. 39. num. 687.*
 „ vbi hæc ait: Confessarius potest in omittenda pœni-
 „ tentia vindicatiua, accommodate se opinioni, qui
 „ probabiliter credit suum pœnitentem, lucraturum
 „ mox, vel lucratum iam esse Indulgentiam plenariam
 „ ratione Congregationis, cui inscriptus est, ratione
 „ numismatis quinque Sanctorum, &c. Et vel maxi-
 „ mè hoc facere potest, quando pœnitens grauiter
 „ est antiquis pœnitentiis ieiuniorum, disciplinarum,
 „ rosariorum, confessionum octiduanarum, &c. Et
 „ hoc ipsum praticare potest etiam in casu, quo pœ-
 „ nitens non scit se lucratum esse, vel mox lucraturum
 „ Indulgentiam plenariam. Et quia tam multi Indul-
 „ gentias partiales adipiscuntur ratione Concionum,
 „ aut Temploꝝ Ordinum Mendicantium, quæ
 „ adeunt, & visitant. Item ratione Rosarij pronunciarum
 „ Nominis Iesu, &c. Item ratione Confraternitatum,
 „ quibus sunt adscripti: itemque ratione ternæ saluta-
 „ tionis Angelicæ, quam ad pulsum matutinum, & ve-
 „ spertinum recitant. Hæc omnia Gobat, quæ magis
 „ late probat in *tract. de Iubilæo, cap. 25. quest. 67. n. 170.*
 „ vbi me citato inter alia sic ait: Tenetur idem Con-
 „ fessarius imponere pœnitentiam vindicatiuam, seu
 „ satisfactiuam, quando non est ipsi satis proba-
 „ bile, obtinisse pœnitentem, vel mox obtenturum
 „ esse Indulgentiam, Argum. Concilij Tridentini,
 „ sess. 14. cap. 8. tenereturque pœnitens illam admitte-
 „ re quando similiter non habet probabilem conie-
 „ cturam se positum, aut positurum Indulgentia, pœ-
 „ nitentiam adæquante, Argum. eiusdem Concilij
 „ Tridentini, loco citato, potestatem ligandi Sacerdotibus
 „ concessam, extendentis etiam ad pœnitentiæ
 „ iniunctionem, & communiter Doctores contra
 „ nonnullos. Si tamen probabiliter credat Confessa-
 „ rius, pœnitentem iam consecutum aut mox con-
 „ secuturum Indulgentiam plenariam, aut aliam
 „ æqualem pœnæ ab ipso promeritæ, potest omnem
 „ pœnitentiam, in quantum est vindicatiua, seu puniti-
 „ uia, & satisfactiua, ommittere, sicut & ob eandem
 „ causam pœnitens etiam absque consensu Confessa-
 „ rij. Ita Gobat. Itaque in opinione Patris Gobat, po-
 „ test, v.g. Confessarius imponere mane leuem pœni-
 „ tentiam in confessione absque peccato, quia satis
 „ probabiliter existimat pœnitentem sero, vel altero
 „ die lucraturum Indulgentiam plenariam in recita-

„ tione Angelica vespertina, stante Indulgentia ple-
 „ naria concessa ab Adriano VI. omnibus Christi
 „ fidelibus, qui dictam salutationem Angelicam reci-
 „ tant: de qua Indulgentia vide etiam eundem Go-
 „ bat me citato *cap. 30. quest. 85. num. 690. cum seqq.* &
 „ me citato Lezanam in *Summa Q. Q. Regul. tom. 3. verb. Indulgentia*, num. 20. & me citato Leandrum
 „ de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 14. quest. 37.* & me ci-
 „ tato Mariam de Rhetia Cappuccinum in *Fasciculo Sacram. Indulgentiarum*, Escobar virum doctis-
 „ simum, & amicissimum, in *Theolog. moral. tractat. 7. exam. 5. cap. 8. num. 54.* & Layman penes ipsum.

„ Et hanc Indulgentiam lucrari omnes Christi fide-
 „ les, etiam illam ignorent, satis alibi probaui, ex
 „ Molina, Portel, & aliis; quibus nunc addo me cita-
 „ to Leandrum *vbi supra*; & me citato Gobat, *part. 1. cap. 14. quest. 48. n. 163.* & me citato Martinum de San-
 „ Ioseph in *monita Confessariorum, tom. 1. lib. 1. tract. 6. de Indulgentiis, num. 8.* Quintanaduenam in *Theolog. Mor. tom. 1. in Appendice, tract. 9. dub. 6. num. 1. & 6.* Escobar *vbi supra*, Thomam Leonardum Domini-
 „ canum in *Thesauro Sacratissimi Rosarij, cap. 9. fol. 59. 6. ult.* Pellizzarium in *Manuali Regular. 10. 2. tract. 8. cap. 5. num. 250.* & Eminentissimum Dominum
 „ meum Cardinalem Lugo de *Sacram. Pœnitentiæ, disput. 27. sect. 6. num. 81.* vbi firmat hanc sententiam,
 „ & respondet ad argumenta contraria: Ex quibus pa-
 „ tet vt diximus, omnes Christi fideles lucrari Indul-
 „ gentiam plenariam recitando post solis occasum tria
 „ *Aue Maria* cum versiculis solitis, etiam si nescirent,
 „ quod recitantibus illas salutationes Angelicas Sum-
 „ mus Pontifex concesserit Indulgentiam plenariam.
 „ Immo plus addo, secundum opinionem probabilem
 „ aliquorum; quod si quis recitauit sero in statu pec-
 „ cati mortalis dictas salutationes Angelicas, si postea
 „ mane v.g. redeat in gratiam, lucrabitur illam Indul-
 „ gentiam plenariam Adriani VI. Et ita docet ex Sil-
 „ uestro, Paludano, & Nauarro, Quintanaduenas
 „ in *Theol. Mor. tom. 1. in Appendice tract. 8. dub. ult. n. 5.* & me citato Martinum de San Ioseph in *monita Confessariorum tom. 1. lib. 2. tract. 4. de Indulgentiis, n. 5.* & me citato Bassæus in *Floribus Theolog. vers. Indulgentia 2. num. 4.* Pellizzarius in *manual. Regular. 10. 2. tractat. 8. cap. 5. sect. 5. num. 255.* cum Cardinali de
 „ Lugo & Filliucio penes ipsum, qui omnes hanc sen-
 „ tentiam tamquam probabilem admittunt. Vnde pro
 „ casu nostro Gobat de *Indulgentiis, part. 1. cap. 12. quest. 44. n. 256.* fatetur hanc sententiam esse practicè
 „ valde tutam, vt tam Confessarius circa pœnitentiæ
 „ iniunctionem, quam ipse pœnitens circa eius execu-
 „ tionem, possint in praxi huic opinioni se accommo-
 „ dare. Et hæc omnia satis confirmant opinionem di-
 „ cti Patris Gobat, quam supra adduximus, nempe,
 „ posse Confessarium in pœnitentiis vindicatiuis se
 „ leuiter gerere cum pœnitentibus, existimantem eos
 „ mox Indulgentiam aliquam lucraturos. Nec ob-
 „ stat quod difficile quis scite potest se verè lucratum
 „ esse Indulgentiam. Respondeo; licet raro, vel num-
 „ quam possit constare integrè aliquem satisfacisse
 „ pro peccatis, vel Indulgentiam fuisse lucratum, dico
 „ tamen ad nostram rem sufficere quod probabiliter
 „ quis videatur, satisfacisse; cum probabilitas suffi-
 „ ciat; vt quis prudenter operetur. Et ita ex Lugo, &
 „ Soto docet Tamburinus *opusc. de Confessione, lib. 4. cap. 1. §. 1. num. 6.*

„ Nota vero quod omnia superius dicta, à me tam
 „ diligenter obseruata sunt, non vt habenas laxarem
 „ Confessariis imponendi oscitanter, & ad libitum le-
 „ ues pœnitentias in Sacramentali Confessione: Ab-
 „ sit hoc. Sed postquam prudenter, & consideratis
 „ omnibus

omnibus circumstantiis ex parte Pœnitentis, satisfactionem imposuerunt, ne dent postea locum scrupulis, nec sinant ab ipsis vexari, sed quiescant ex doctrinis superius allatis. Itaque omnia superius dicta pro scrupulosis tantum admittenda esse puto, quibus aliqua conceduntur, & permittuntur, quæ aliis nec concedi, nec permitti possunt, ac debent.

An qui accipit facultatem ab alio quàm à Summo Pontifice, applicandi Indulgentias, possit eam in alium transferre.

RESOLVTIO II.

DE hoc casu sæpius interrogatus, negatiuè respondit; & ita postea docuit Pater Pasqualigus, *decis. 492. num. 3.* vbi quæres an Indulgentiæ quæ alicui conceduntur à Summo Pontifice applicandæ imaginibus, coronis, &c. possint in alterum transferri, à quo applicentur. Et affirmatiuè respondit; dummodo (ait ille) in concessione à Summo Pontifice non sit aliter cautum, sed stando in iure communi. Qui enim tales Indulgentias applicandas accipit, non solum accipit ipsas Indulgentias, sed etiam facultatem eas applicandi cuiuslibet materię voluerit; vnde censetur ad hoc munus delegatus. Quia autem delegatus à Summo Pontifice potest rursus delegare, *cap. fin. de Officio Iud. deleg. & cap. Cum causam, de appellat.* Ideò cum sit delegatus ad tales Indulgentias applicandas, potest alium subdelegare, qui eas nomine suo applicet cuiuslibet materię placuerit. Ex hoc autem sequitur, quod ille, qui ab alio, quàm à Pontifice accipit talem facultatem, non possit in alium transferre Indulgentias applicandas; quia ex vi subdelegationis terminatur in ipso facultas; & tunc valet regula, quod delegatus non potest delegare. Ita Pasqualigus.

Sed nouissimè Pater Gobat in *Thesaurò Indulgentiarum, part. 1. cap. 9. quæst. 33. n. 128.* contrarium docet; sic enim asserit: Qui ab alio, quàm à Summo Pontifice accipit facultatem applicandi intentiones, non potest secundum Pasqualigum, *loco citato*, in alterum transferre Indulgentias, ab hoc altero applicandas, eo quod delegatus non possit subdelegare. Verùm hæc doctrinà non videtur ita generaliter admittenda, quia repugnat praxi permultorum eruditorum Religiosorum, intra, & extra Romam degentium, qui partem intentionum, quas ab aliis vel Romæ degentibus, vel Roma venientibus magno numero acceperunt, largiuntur aliis. Et ratio huius praxis est, quia mens Summi Pontificis multa millia prædictarum intentionum concedentis, non videtur esse alia, quàm vt per rerum his intentionibus affectarum vsum, operaque præscripta homines ad pietatem excitentur, proque suis peccatis satisfaciunt, siue interim mediatè, siue immediatè applicet eas is, cui ipse Pontifex illas concessit. Ad non malam rationem Pasqualigi responderi potest, illam Iuristarum regulam; quod delegatus non possit subdelegare, intelligi potissimum de delegato ad actus iurisdictionis exercendos, aut de taliter delegato, vt in illo delegans spectet circumstantias doctrinæ, prudentiæ, atque adeo industriam personæ. At vero applicatio intentionum non est actus iurisdictionis, quandoquidem solet ipse Pontifex etiam Laicis personis concedere facultatem applicandi intentiones; & præterea in illo cui datur facultas applicandi, non spectatur circumstantia doctrinæ, prudentiæ, &c. Atque ita censent viri docti, quos hac super re consului. Hucusque in-

geniosè vt semper solet Pater Gobat. Sed Ego non recedo à sententia negatiua, quàm semper docui, nihius auctoritate Praxis huius Romanæ Curię; & ita etiã Mihi responderunt Magistri Cæremoniarum Sanctissimi D.N. in his materiis Indulgentiarum versatissimi.

Nota hîc, quod qui habet Indulgentias, seu benedictiones mortuo Pontifice concedente, adhuc potest illas applicare. Ita Pasqualigus, *decis. 493. & Gobat, num. 130.* Sed si quæras an Indulgentia concessa alicui medalliæ possit acquiri per medalliam mutuo ab illo acceptam? Respondeo affirmatiuè. Ratio est; simpliciter Indulgentia est assignata medalliæ, siue medalliam gerenti, vnde cumque eam habeat. Cauendus tamen abusus eorum, qui medalliam alicui Cruci publicæ, vel Imagini, siue Statuæ includunt vt orantes ad illam Indulgentiam lucrentur. Et ita docet Marchant in *Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 5. tit. 1. quæst. 7. in fine*, cum Gobat *vbi supra, p. 2. cap. 17. num. 440.* qui tamen hoc concedit posse fieri ad priuatam Oratoriolum, seu Capellam, eo quòd Leo XI. in formula Indulgentiarum, quas concessit Cardinalis à Dietrichstein, posuerit hæc verba: *quis in Capella, seu Oratorio, in quo fuerit una ex benedictis rebus*, &c. verba autem posteriorum Pontificum sunt intelligenda secundum sensum à prioribus expressum; nam Pontifex in dubio censetur Prædecessorum vestigia sequi, *Argum. c. Verum de Iureiur.* Sed de hoc valde dubito, nam, vt ait Marchant, *vbi supra*; est medallia de se, & ex instituto largientis Indulgentiam Symbolum personale, pro eo qui eam gestat, velut in ciuilibus, vel Ecclesiasticis distributionibus plumbum, ad cuius repræsentationem personæ repræsentanti panis, pecunia, vel aliud distribuitur.

Et tandem nota id quod obseruat dictus Marchant *loco citato, quæst. 6.* vbi sic ait: Arbitor externæ Diœcesis hominem orantem ante Imaginem B. Virginis, ad quam Episcopus 40. dies Indulgentiæ orantibus contulit, lucrati eadem ratione Indulgentiam. Non essem tamen istius opinionis, quod Imagine extra Diœcesim translata, illam Indulgentiæ collatio comitaretur; quia Episcopus extra Diœcesim Indulgentias dare non potest propria auctoritate. Me sane Romæ anno 1634. existente Eminentissimus Cardinalis Pamphilius, qui modo Apostolicam Sedem feciliter regit Innocentius X. grauissimè insectabatur Indulgentias illas Imaginibus nobilibus applicatas, quòd variorum abusu in sui translatione causa essent: Vnde cum eius fauore impetranda esset à Sanctissimo D. Urbano VIII. benedictio vnus præclaræ Imaginis Deiparæ, vt in Belgium transferretur, suasisse Pontifici, vt Indulgentias non Imagini, sed vni Altari stabili, in quo Imago immobiliter poneretur, assignaret. Ita ille.

An mensura certitudinis, & efficacitatis concessionis Indulgentiarum sit à causa finali.

RESOLVTIO III.

Affirmatiuè respondet P. Pasqualigus, *decis. 494. num. 5.* vbi sic ait: Aduertendum est, quod alia est causa impulsiva concedendi Indulgentias, & alia causa finalis, ob quam conceduntur. Causa enim impulsiva est illa, quæ facit vt Pontifex hîc & nunc intendat finem Indulgentiarum, atque ex tali intentione moueatur ad concedendas Indulgentias. Causa vero finalis est illa, ob quam conceduntur; quæ semper eadem est; quia semper Pontifex concedit

in eum finem, ut habeant homines unde satisfaciant pro poenis debitis sibi ob peccata. Causa vero impulsiva potest esse diuersa; quia modo vna occurrit modo alia; & non est finis Indulgentiarum, sed occasio concessionis: cum Pontifex sumat ab ipsa occasionem concedendi. Mensura autem certitudinis, & efficacitatis concessionis non sumitur ex causa impulsiva, sed ex causa finali; quia cum finalis sit principium agendi, debet actio mensurari per ipsum: cum enim exeat ab agente ex vi motionis finis, erit talis, qualis exigitur à fine, atque adeo secundum mensuram illius. Hinc cum finis Indulgentiarum, sit semper idem, & sit ille, pro quo sunt institutæ à Christo, nempe satisfactio pro poenis debitis peccato, semper concessio ipsarum exit à Pontifice secundum eandem efficacitatem: nec obstat, quod causa impulsiva sit leuis, vel grauis. Ita Pasqualigus.

Sed aduersus illum insurgit nouissimè Pater Gobat, in *Thesauro de Indulgentiis*, p. 1. cap. 7. quæst. 27. num. 87, sic asserens: Illa iusta causa, quæ requiritur ad valorem Indulgentiarum, debet esse distincta à generali causa finali Indulgentiarum, quæ est, ut in promptu habeamus, unde pro nostris peccatis satisfaciamus Deo. Ita docent omnes Theologi, teste Cardinale de Lugo num. 139. contra Zachariam Pasqualigum, qui in suis *Decisionibus moralibus*, decis. 494. contrarium tenet, nullo pro se citato Auctore. Probat hęc communis doctrina, quia si ad valorem Indulgentiarum non requiritur alia causa, quam ut per Indulgentiarum acquisitionem habeant Christiani, unde pro suis peccatis satisfaciant; sequitur, quod Pontifex possit singulis, ut ita dicam momentis, omnibus Christianis, in statu gratiæ constitutis, remittere omnem reatum poenæ debitæ, pro peccatis quibuscumque dimissis, & quod itidem possit singulis momentis vacuare totum Purgatorium; atqui hoc vtrumque est alienissimum ab opinione, & persuasione Fidelium, nominatim S. Thomæ d. 45. q. 2. art. 2. Accedit, quod licet causa finalis dispensationis in voto, sit esse liberum ab obligatione voti, ut tamen hęc dispensatio sit valida, requiritur alia causa; ita etiam licet causa finalis Indulgentiarum sit esse liberum ab obligatione ad subeundam poenam, necessaria est valorem Indulgentiarum alia causa, quam indicat Pasqualigus, qui quidem suam sententiam probat infirma ratione, hæc scilicet, quod tunc valeat Indulgentia, adeoque sufficiens illius impertiendæ causa habeatur, quando conceditur secundum institutionem Christi, atqui conceditur semper secundum institutionem Christi, quando conceditur eo fine, ut Christiani satisfaciant pro peccatis. Huius rationis, & ratiocinationis minor propositio tam parum est absolutè vera, quam parum verum est; tunc semper secundum institutionem Christi, & confici, conferrique Sacramenta, & vota dispensari, quando conficiuntur, conferuntur, dispensantur in eum finem, in quem Christus dominus iussit confici, conferri, dispensari. Hucusque Gobat.

Et quidem si opinio Pasqualigi esset vera, à multis scrupulis immunes essemus circa causam iustam concedendi Indulgentias; nam semper securi essemus de iusta causa Indulgentiarum: sed quia communis opinio Doctorum est in contrarium; nam supponunt posse Pontifices concedere Indulgentias ex causa improporcionata; idè non videtur descendendum à sententia Patris Gobat viri doctissimi, & amicissimi. Obserua tamen cum Gersono in *Opusculo de Indulgentiis*, confid. 9. in causa distributionis Indulgentiarum, non requiri certam, & euidentem causam notitiam, & idcirco, non esse disputandum,

aut altercandum de ea: Sufficit enim æstimatio (inquit) & probabilis coniectura; Quemadmodum in distributione thesauri materialis de Fisco Regio, & Ecclesiastico, Papa vel Rex, vel alius attenderet. Quare Indulgentiarum concessio (ut idem ait, *confid. 12.*) non est parvipendenda, seu contemnenda, sed amplectenda deuotè in fide, spe, & charitate Domini nostri Iesu Christi; qui potestatem talium Clauium Ecclesiasticarum dedit hominibus. Constat enim (ait) quod fructuosior, & acceptabilior est Deo & hominibus operatio talibus innitens Indulgentiis, quam altera cæteris paribus non innitens. Et subiungit: Consilium (ait) solum & sanum est, quod absque curiosa discussione de præcisa, vel euidenti, & certa qualificatione, seu mensuratione huiusmodi Indulgentiarum, studeat homo prius tales acquirere, secundum qualitatem suæ vocationis: Pondus autem valoris illi relinquere, qui omnia facit, & fecit in numero, pondere, & mensura. Ita Gerson.

Et non deseram hic apponere verba Marchant in *Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 5. tit. 2. quæst. 4.* vbi sic ait: Adde pro consolatione Fidelium ex D. Bonaventura in 4. d. 20. Quod licet homo non faciat in Indulgentia secundum quod eum decet, propterea tamen non debet dimittere, quin faciat illud secundum quod sibi placet; quia licet non habeat totum de Indulgentia illa, plus tamen habebit de remissione poenæ pro tali facto, quam haberet pro alio simili cæteris paribus, vbi non datur talis Indulgentia. Ratio huius dicti mea est; qui opera imposita à Vicario Christi vel Potestatem habente ad Indulgentias promerendas, iam potestate Clauium eleuata singulariter censentur ad poenarum in iudicio Dei debitarum remissionem: unde qui ex motiuo, & in fide Ecclesiæ ea facit, sine dubio poenarum aliquam remissionem operibus istis sic potestate Clauium eleuatis ratione eleuationis correspondentem, ultra ordinariam satisfactionem operi debitam, sibi lucratur. Et hæc est piissima sententia, & in doctrina Theologica fundata, per quam etiam exponi possunt verba similia Pontificum, si quæ in Bullis vel Doctoribus reperiantur: Quod qui amplius facit in operibus propositis plus vel efficacius Indulgentias consequatur, id est, si ad totam Indulgentiam non perueniat; partem tamen correspondentem operi consequetur, ob eleuationem eius singulari virtute Clauium Ecclesiæ factam. Quinimo indicat Angelus *verb. Indulgentia*, num. 5. quod si Dominus det Indulgentiam ultra suam auctoritatem, pono ego & ultra causam, etsi censetur, rescindi in iudicio Dei Indulgentia quoad excessum quantitatis, quo Indulgentia auctoritatem vel causam excedit, non tamen quoad id, quod intra limites potestatis & causæ continetur: Ita ut semper aliqua Indulgentia intra terminos discretæ dispensationis lucranda remaneat coram Deo. Nec hoc cum aliena pietate probabilitate caret. Quod iudicio prudentis Censoris relinquo. Hucusque Marchant.

Nota tamen hic primo, optimè docuisse Cardinalem Lugo de *Sacram. Pœnit. disput. ut. 27. sect. 6. n. 86.* non semper exigi opus pium ad lucrandam Indulgentiam pro viuis; nam causa iusta, quæ ad dispensationem requiritur, non alligatur ad solum opus pium faciendum, cum possit esse iusta causa ex titulo gratitudinis, remunerationis, solatiij, medicinæ. Idem dicendum est cum Coninch. de *Sacram. d. 12. dub. 6. num. 34.* non dissentire, à vera doctrina, quod videlicet possit Pontifex alicui de Ecclesiâ bene merito impertiri sine iniunctione vllius operis Indulgen

dulgentiam, eo fine, vt alios ad similia merita excitet.

Et tandem Gobat, *vbi supra*, num. 103. ex Lugo, Tannero, & Suarez, obseruat quod probabile est valere Indulgentiam, etsi causa, ob quam data fuit, non sit omnino sufficiens, modò Pontifex prudenter censeat esse sufficientem. Et ne deferas videre Reginaldum, *tom. 1. lib. 7. cap. 12. num. 132. vbi egregie*, & benignè pertractat de causa Indulgentiarum.

An quoad lucrandas Indulgentias detur paruitas materia, non solum in continuatione temporis, sed etiam post tempus elapsum

RESOLVTIO VI.

CAsus sunt practicabiles; & ad vtrumque affirmatiuè respondet Pater Gobat in *Thesauro Indulgentiarum*: vnde quoad primum loquens de Indulgentia tridui Bacchanalium inclytæ Societati Iesu concessæ, sic asserit in *part. 2. cap. 11. quest. 26. num. 360.* Postmodum à moderno Pontifice ab hinc quadriennium addita est hæc conditio, vt illa 40. horarum precatio, seu oratio, non sit interpolata, sed continua. Vnde licet illa oratio possit inchoari immediatè post mediam noctem diei sabatini exacti, & prorogari vsque ad mediam noctem ferie tertiæ (nam Bulla Sanctissimi D. N. Innocentij X. tres integros dies concedit) tamen si quis finita supplicatione, seu processione, quæ solet illa oratio claudi, primum oraret pro concordia Principum Christianorum, &c. non esset lucraturus Indulgentiam. Certum quoque est sufficere, ad illius orationis continuationem, modo sit quouis tempore vnus vnicus homo in Templo, qui oret; nam Pontifex vtitur voce, Orationis, non autem comprecationis; imò quamuis contingeret per breuiculum temporis spacium v. g. per sextam vnus horæ partem, neminem esse in templo, non tamen censeretur moraliter interpolata oratio; si enim ex tam multorum præstantiumque Theologorum opinione est vna moraliter continuata actio, qua vel plures homines, vnum post alterum confitentes, audis, aut qua pluribus hominibus in vno Sacro, Christi Corpus præbes, esto fortè ter, vel quater à mensa communicantium redeas ad altare; aut qua die vetito carnes comedis ad initium, & ad finem prandij, comedis in medio prandio piscibus; si, inquam, illæ actiones, quas enumerauit, sunt in circumstantiis, quas attuli, ita moraliter vna actio, vt in facta confessione non oporteat exprimere numerum personarum, quas peccati mortalis reus absoluiti, & communicasti in casu prædicto, vt egregie docet Cardinalis de Lugo, *disputat. 16. sect. 14. §. 2.* cum multis contra multos, nec oporteat dicere te comedisse bis carnes, imò mala foret confessio, si in casu posito diceres te comedisse bis carnes, clarum est orationem 40. horarum posse moraliter vocari continuam, & non interpolatam, licet ob somnolentiam omnium, qui sunt in templo, aut vnus, pluriùve tarditatem, vel inaduertentiam contingeret, aliquo breuiusculo tempore non orari, cum præsertim externa orationis signa, vt ardentis cerei, venerabilis sacramenti præsentia, &c. etiam iuuent ad moralitatem continuationis, sicut ad vnitatem, & continuationem prandij facit, quod mensa permaneat strata. Ita Gobat; qui etiam in *tract. de In-*
Anson, Diana, Pars X.

bilao; cap. 22. quest. 60. num. 150. addit, nè physice quidem interruptam videti eam 40. horarum orationem; etsi omnes, qui pro implenda hac; aut illa orationis hora sunt constituti, Rosarium; v. g. recitent cum perpetuis animi, voluntariisque distractionibus; aut fortè licet etiam penitus nil orent, modò flectant genua modeste; nam verba sunt intelligenda secundum vsum communem, vt docet vtrumque ius iam toties citatum; vsus autem penes quem est ius, & norma loquendi, habet, vt dicatur durare oratio 30. horarum, quamdiu aliquis est in templo per modum supplicis, & Religiosum cultum, qualis vtrique est genuflexio, exhibentis Deo.

Quoad secundum dubium idem Pater Gobat, etiam affirmatiuè respondet *vbi supra* in *Thesauro Indulgentiarum, part. 2. cap. 36. quest. 95.* vbi quærens Indulgentia pro aliquo festo concessa, qua diei parte incipiat & desinat; & respondet eam lucrificandi tempus incipere à primis vespersis, & finiri ad solis occasum ipsius festi, aut Dominicæ; Et postea *num. 635.* sic asserit: Per solis occasum intelligendum esse id tempus, quo sol iam planè sub horizontem est abditus, ita vt Indulgentiam pro S. Ioannis Baptistæ die, qui longissimus est, decretam adipiscatur is, qui reliquis iam perfectis designatam Ecclesiam visitat, in eaque orat, dum horizon planus (nam nulla hinc montium est habenda ratio) solem secat, aut statim postquam totus planè occubuit. Nam verba Bullarum de Indulgentiis loquentium esse latè interpretanda, dixi iam sæpè. Et quia nobis in superiore Germania solet circa solstitium æstiuum occumbere hora octaua post meridiem, ideo hora octaua, aut dimidio quadrante post potest vtiliter ad lucrandas Indulgentias visitari Ecclesia præscripta. Ita Gobat.

Sed circa præscriptam clausulam, videtur à primis vespersis vsque ad occasum solis; vide Quintaduenam in *Theol. Mor. tom. 1. in Append. tract. 3. dub. 4.* vbi tenet indulgentiam concessam vsque ad occasum solis, terminari finito completorio. Et *dub. 3.* docet, quod in tali casu vespersarum hora, non est mensuranda ex hora, qua in hac, vel illa Ecclesia vespere recitantur, sed ex hora, qua in Ecclesia matrice (sive Metropolitana sit, sive Cathedralis, aut Parochialis) in aliqua Ciuitate, aut Oppido, recitari, solent communiter iuxta vniuersalem Ecclesiam, vel rectum Prouinciæ, Ciuitatis, vel Oppidi illius vsus. Deinde quod hæc hora incipit non solum à tempore, in quo vespere in choro inchoantur, sed ab eo etiam, quo ad vespere campanæ pulsantur, aut pulsari loco solent, v. g. Hispali in hyeme à secunda hora post meridiem; & in vere à tertia; tunc enim verificatur iam vespersarum tempus adesse, seu accessisse. Hæc Quintaduenas: Et nouissimè Gobat *vbi supra num. 656.* putat per primas vespere intelligi illud tempus, quo ex probato vsu solent, aut possunt in illo loco, quo datur indulgentia, recitari vespere. Quod quidem tempus incipit à prima, aut saltem media secunda pomeridiana extra quadragesimam: in quadragesima vero hora nota, aut media decima antemeridiana. Ita Gobat; quæ omnia adnotare volui, quia quotidiana.

Nota hic obiter, quod etiam in opere inuncto ad lucrandas indulgentias datur paruitas materia. Et ita me citato docet dictus Pater Gobat, *part. 1. cap. 17. quest. 135. num. 195.* vbi obseruat, quod vt aliqua pars vocetur hic minima, debet esse minima; non tantum absolutè, sed etiam respectiue: Vnde quando præcipiuntur quinque Pater, & Aue; non censetur is minimam partem omisisse, qui tantum

quater Pater & Ave recitat. Addit tamen, *num. 193.* tria, aut quatuor Ave Maria esse reputanda pro parte minima Rosarii: Quod mordicus, sed non bene negat Pater Pasqualigus *de Iubilao quæst. 41. num. 6.* asserens, quod si pro consequenda Indulgentia sit iniuncta recitatio Coronæ, aut Rosarii, si quis omitteret recitationem vnius Ave Maria, non assequeretur Indulgentiam; quia licet sit pars minima, pertinet tamen ad formam, cum toties in numero determinato recitanda sit saluatio Angelica, ut habeatur Corona, vel Rosarium. Ita ille. Sed nostram sententiam tenet etiam Pellizzarius in *Manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 257.* qui recte illam non admittit in casu quo pars operis iniuncti omissa esset in se leuis, sed grauis respectiue ad alias (ut si in Rosario omittantur dena Ave Maria, aut semel Pater, & Ave in quinque denis recitandis: tunc quippe nihil obtineretur indulgentiæ.

Verum in his materiis magis scrupulosè quam laxè procedendum esse puto; nam Martinus Roa vir quidem doctus, *de Purgatorio. c. 14.* negat quidquam indulgentiæ ab illo acquiri, qui vel minimam partem præscriptæ preceationis, aut operis omittit. Et idè Eugenijs I V. in Bulla 23. apud Bullarium Roderiquez, omissionem quantumuis inuoluntariam vnicui ieiunij ex quinquaginta duobus, quæ à Monachis Vallisoletanis ad Indulgentiam pro articulo mortis exigebat, voluit suppleri alio proximo anno, alioqui nolebat illos ea Indulgentia gaudere.

An concessio Indulgentiarum per modum Iubilæi, habeat annexam facultatem eligendi Confessarium.

RESOLVTIO V.

Affirmatiue responderet Pater Pasqualigus *de Iubilao, quæst. 178. n. 7.* ubi sic ait: Ex dictis colligitur contra Suarez *disp. 7. de Censur. sect. 5. num. 9.* Duardum in Bullam Cœna, *lib. 3. §. 1. quæst. 1. num. 14.* Lauorium, *part. 2. de Iubilao, cap. 7. num. 78.* In concessione Indulgentiarum per modum Iubilæi concedi etiam facultatem eligendi Confessarium cum facultate absoluendi à referuatis, ut docent communiter & in specie citati *num. 2. Bossius sect. 1. de Iubilao, casu, 16. num. 2. Henriquez lib. 2. Summ. cap. 9. num. 4.* Homobonus, *part. 2. Examin. Eccles. tract. 11. q. 3. supposito 4.* Communiter enim assignant hanc differentiam inter Iubilæum, & plenariam Indulgentiam, quod illud habeat annexam hanc facultatem. Et desumitur etiam ex Bullis suspensionis Indulgentiarum pro Anno Sancto, nam suspenduntur facultates deputandi confessarios, qui possint absolute à referuatis concessæ occasione Indulgentiarum; ut Extrauag. *Quemadmodum de pœnit. & remiss.* quæ sunt concessæ Ecclesijs, Ordinibus, Hospitalibus, &c. quæ non sunt aliæ, nisi illæ, quæ sunt annexæ Indulgentiis per modum Iubilæi, quæ aliquando ob maiorem declarationem solent in specie explicari. Hucusque Pasqualigus.

Sed ego prorsus puto non esse recedendum à sententia negatiua Suarez, & aliorum, quam nouissimè validissimis argumentis firmat Pater Gobat in *Thes. Indulg. part. 2. cap. 5. quæst. 10. num. 199.* qui asserit contrariam opinionem non esse tutam in praxi; Et præter alias rationes dico, quod optima legum interpretatio est praxis, & vsus communis, vsus autem communis planè repugnat doctrinæ, quam impugno. Nam in primis non puto vllum repertum, qui putaret esse sibi licitum in die Circumcisionis

Domini eligere quemlibet approbatum Sacerdotem sæcularem, aut Religiosum, à quo acciperet absolutionem quorumcumque peccatorum, censurarumque; itemque commutationem omnium votorum, etiam triplicis peregrinationis, ac postremò compositionem super male ablatis incertis. Et tamen in die Circumcisionis possunt omnes Christi fideles, qui eo die à primis vesperis ad occasum solis confessi, & sacra Communionem refecei Templum aliquod Societatis visitarunt, in eoque quinquies Pater, & Ave recitarunt ad consuetas intentiones, potiri Indulgentia in formis Iubilæi. Nemo etiam id sibi iuris vendicat, etsi instructus Indulgentiis in gratiam Ducis Bauariæ Guilielmi, vel Ducis Oscalenæ ad Paulum V. Oratoris Hispanici, vel Societatis Assistentiam, & Procuratorum impertit, ieiunet singulis per annum sextis feriis, aut sabbatis; nemo itidem illorum, qui vel alicui Congregationi adscripti, vel Indulgentiis quinque Sanctorum, S. Caroli, Urbani VII. præditi adeunt probabile mortis particulum, è quo postea præter spem emergunt. Et tamen his omnibus obtingit tunc Indulgentia in forma Iubilæi. Imò non dubito, quin in Italia, & Hispania Episcopi, Fidei Inquisitores, Commissarij Cruciatæ essent grauius animauerunt in illum Sacerdotem, qui extra mortis articulum à Casibus bullæ Cœna, & Episcopalibus absolueret quempiam non munitum alio priuilegio, quam Indulgentiæ in forma Iubilæi. Et hoc vltimum concedit ipsemet Pater Pasqualigus. Deinde si Indulgentia in forma Iubilæi nihil aliud significat, quam quod quis possit absolui, & dispensari ab & super omnibus, super quibus potest in Iubilæo, cur Summi Pontifices in Bullis Iubilæorum extraordinariorum toties, nunc quidem expressè, nunc autem implicite profitentur, se præter Indulgentiam in forma Iubilæi impertiri potestatem eligendi Confessarium, qui à referuatis absoluat, & vota commutat? cum domus, arbor, equus, & vniuersum quilibet totum nil aliud significet, quam suas partes vnitas, quis ferat dicentem: Vendo tibi meam domum, & præter illam tectum ornamque eius hypocauista; commodo tibi meum Bucephalum, & præter eum, seu insuper eiusdem caput, & pedes; dono tibi hunc meum seruum Carmenidem, & insuper eius manus, ac viscera. Adde, quod Sanctissimus D. N. Innoentius X. die 22. Decembris, anno 1646. omnes Societatis Religiosos donauit Indulgentia in forma Iubilæi, apponens expressè, limitationem contrariam opinioni Peyrini, videlicet clausulam: Circa tamen facultatem eligendi Confessarium, qui eos à Casibus Sedi Apostolicæ quomodo libet referuatis absoluat. Ex qua limitatione deduco aliud argumentum, nam si Indulgentia in forma Iubilæi nil aliud significat, quam facultatem obtinendi absolutionem, & commutationem votorum, sequitur homines Societatis potuisse ex vi illius Indulgentiæ Pontificij petere à quolibet Confessario commutationem votorum non referuatorum; itemque absolutionem omnium Casuum Episcopis, & Societatis Superioribus referuatorum; nam qui de duobus propositis alterum negat, alterum concedere videtur. cap. *Nonne de presump.* Quod tamen est falsum. Non est igitur talis sententia admittenda.

Nec obstat dicere, quod hæc vocabula in forma Iubilæi per modum Iubilæi significant dari Indulgentiam, ea forma, & eo modo, quo datur Iubilæum; atqui Iubilæum datur ea forma, ut includat fauores circa casus referuatos, & vota: Nam respondeo constare ex praxi, illam maiorem proportionem ita esse distinguendam: Indulgentia in forma Iubilæi est ea, quæ

quæ datur, in illa forma, qua expressa datur Iubilæum, concedo maiorem: qua implicita datur Iubilæum, nego maiorem: atqui Iubilæum datur in ea forma, ut illos fauores includat tanquam formam implicitam, esto minor; tanquam expressam, nego minorem, & consequentiam. Concludendum est igitur, quod quando dicitur dari Indulgentiam plenariam, seu plenissimam in forma Iubilæi, esse perinde ac si dicatur, dati eo modo remissionem omnium peccatorum, quo modo in Anno Sancto solet concedi. Et quamvis ex hac explicatione sequatur, omnem Indulgentiam plenariam esse à parte rei Indulgentiam in forma Iubilæi, & consequenter ita posse vocari; nam ad esse sequitur dici; attamen Pontifices idè nonnullos peculiariter hoc nomine decorant, ut in hominibus maius eorum studium, maioremque ex eis consolationem excitent. Qua de causa etiam nonnullas plenarias vocant singulariter, & quasi per antonomasiam plenissimas. Porro allatam explicationem esse legitimam probo clara auctoritate ipsiusmet Sixti I V. qui in bulla incipiente: Sacrosanctæ Religionis vestræ. Cistercienses alloquens, eisque Indulgentiam pro articulo mortis largiens, utitur hisce verbis: Remissionem omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, plenariam remissionem, necnon Sanctissimum Iubilæum siue omnes, & singulas Indulgentias, & plenariam omnium peccatorum remissionem, Fidelibus anno Iubilæo Romam venientibus, & Ecclesias ad hoc statutas, verè contriti, & confessi visitantibus quomodocumque concessas, &c. concedimus. Ita Pontifex. Et hæc omnia docet Gobat *ubi supra*. Vnde ex his Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, & Ego in quodam Examine Episcoporum. coram Sanctissimo D.N. reatè diximus, malè quosdam Confessarios anno Iubilæi 1651. absque alio priuilegio absoluisse peccatores à Casibus Papalibus, dispensasse in votis, &c. non enim habebant auctoritatem hoc faciendi, ex vi dicti Iubilæi Anni Sancti.

Et tandem non deseram apponere pulchrum dubium, an Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam morientibus cum hoc tamen, ut interdiu id faciat per seipsum, aliàs potens talem facultatem subdelegare pro tempore noctis; possit sic subdelegare, si interdiu vocetur ad morientem, & tunc nolit, aut non possit per se id facere, facta tamen subdelegatione pro tempore noctis. Ad hunc casum, Pellizzarius *in manuali Regul. tom. 2. tract. 8. c. 5. n. 190.* respondet affirmatiuè, dummodò Indulgentia per subdelegatum conferatur de nocte. Moueor, tum quia in hoc casu saluatur mens delegantis, nè delegatus conferat Indulgentiam per alium interdiu, cum is delegeret quidem de die, sed collatio Indulgentiæ fiat de nocte; nec referat, quo tempore facta sit delegatio, sed quo tempore fiat collatio Indulgentiæ, & solùm attendi debet tempus collationis Indulgentiæ: tum quia hinc non committitur fraus; cum vtens iure suo nemni faciat fraudem, & Episcopus in casu isto verè habeat ius delegandi suam facultatem pro tempore noctis, siue subdelegatio fiat de nocte, siue de die: tum, quia Bonacina *disp. 2. de hor. canon. quest. 5. p. 3. num. 16.* Aliique docent lucrari distributiones illum, qui in utilitatem suæ Ecclesiæ abest à Choro, etsi extra tempus Chori posset expedire negotia Ecclesiæ (quod idem concedit in simili Diana *p. 4. tract. 4. resol. 10.* aliis citatis) ergo, & in nostro casu poterit Episcopus delegare pro tempore noctis hanc suam facultatem, etsi eam ipse per se diu commodè posset exercere. Ita in facti contingentia iherrogatus ab Eminentissimo Domi-

no meo Cardinali Machiavello respondi, responsio fuit approbata, tum ab ipso, tum ab aliis viris doctissimis. Ita Pellizzarius *loco citato*.

An quando Religiosus moritur nondum applicatis Indulgentiis à Pontifice obtentis, possit eius Superior de illis disponere.

RESOLVTIO VI.

Casus est curiosus, & practicabilis; & ad illum negatiuè respondet doctus, & amicissimus P. Pellizz. *in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 233.* vbi sic ait: Quod si quæras, an casu, quo alicui Religioso concedantur Indulgentiæ applicandæ Imaginibus, Coronis, &c. si is moriatur, illis nondum applicatis, & hoc certò constet eius Superiori, is possit eas applicare absque eo quod Religiosus ante mortem, talem facultatem ipsi subdelegauerit. Respondetur non posse. Ita Baldellus, Bordonus, & alij docti Viri à me consulti; probantque ex eo quod in tali concessione eligitur industria personæ, & ipsa concessio est priuilegium quoddam personale, quod definit in persona: quod tamen non facit quin dictus Religiosus viuens potuerit subdelegare præfatam potestatem, cum Delegatus Papæ possit subdelegare; ut bene notarunt relatione Doctores, qua de re consulatur Pasqualigus, *decis. 491.* Hucusque Pellizzarius.

Sed nouissimè affirmatiuam sententiam inuenio docere Patrem Gobat *in Theaur. Indulg. part. 1. c. 11. quest. 35. num. 131.* vbi sic ait: An quando Religiosus moritur nondum applicatis, vel distributis intentionibus Indulgentiarum, quas habuit, possit eius Superior libere de iis disponere. Respondetur posse nam ex vtriusque parte militat bona ratio ad hoc asserendum. Ex parte quidem Subditi, quia nullus Religiosus est, qui ante mortem interrogatus non pronunciarer, se ita velle; & qui non saltem semel in vita apud se dixerit cupere se ut omnia sua cedant, quoad fieri potest, in manus Dei, & proximi obsequium. Atqui cedent hæ intentiones in maius proximi emolumentum, si eas vsurper Superior. Ex parte autem Superioris adest hæc ratio, quod is vtiq; habeat generalem voluntatem omnibus suis suorumque bonis vtendi ad Dei gloriam, & proximi commodum, quoad potest. Qua voluntate posita, sibi iam virtualiter, & implicitè illas intentiones, saltem sub conditione secuturæ mortis, vendicauit, quando subditus agebat animam. Confirmatur inde, quod satisfactiones Religiosorum, eis superflue cedant in emolumentum, habentium cum illis participationem bonorum operum; item quod Superior Regularis possit suorum Subditorum etiam ignorantium satisfactiones, & preces, applicare Benefactoribus, propter interpretatiuum consensum Subditorum. Loquor autem de illo Superiore, qui toti Conuentui, seu Collegio præest, non de Priore Claustri, aut Ministro. Ita Pater Gobat. Ego verò vtramque sententiam probabilem esse puto: sed magis adhæreo sententiæ negatiuæ.

An Episcopus possit transferre Festum alicuius Sancti.

RESOLVTIO VII.

Affirmatiuè respondet Pater Gobat *in Theaur. Indulg. part. 2. cap. 7. quest. 17. num. 331.* vbi sic ait: licet Barbosa testetur à Congregatione esse

vetitum, ne festa aliter transferantur, quam permittant Rubricæ, & Gauantus *part. 4. tit. 9. num. 24.* mirretur aliquem Italiæ Episcopum ausum fuisse anno 1622. Festum Annunciationis Deiparæ, quod tunc in diem Parasceues ceciderat, etiam quoad forum transferre, cum, & hæc mutatio Festi vniuersalis excedat (eius opinione) facultatem Episcopi, & eo anno Romæ, Laureti, aliisque locis ea mutatio non fuerit facta; scio nihilominus multarum Germaniæ, Galliæ, & Belgij Dioceseon vsu receptum, vt quando id Festum occurrit in hebdomada Sancta, integrè transferatur, vel in Sabbatum Palmarum, vel in feriam secundam post Dominicam in Albis. Similiter quando festum S. Michaelis Archangeli cadit extra Dominicam solet in locis lacui Acroniano vicinis transferri in vnam alteramue septimanam, ne eius obseruatio impediatur, seu interrumpat cœptam iam vindemiam. Quin noui Vicarium Generalem, qui anno 1636. festum SS. Philippi, & Iacobi, quod tunc occurrebat cum festo Ascensionis, suo decreto distulit in feriam secundam proxime sequentem, sed ei decreto se opposuit Magistratus ciuilis, coëgitque reuocare. Postremò in quibusdam Germaniæ Episcopatibus, solent Episcopi, quando vigilia S. Matthæi occurrit in feriam tertiam post quinquagesimam, eam transferre in Sabbatū præcedens, quia alioquin plurima peccata per esum carniū committuntur illa feria tertia. Has omnes praxes (excepta penultima) quidquid dicat Gauantus ego approbo; tum quia nituntur, & longo vsu, & graui causa, nec ignorantur à Legatis Pontificiis; tum quia potest Episcopus circa suos subditos; quidquid potest Papa in vniuersa Ecclesia, nisi ipsi sit specialiter prohibitum, vt ex communi Canonistarum docet Sanch. *l. 1. de matrim. disp. 61.* Multos referens. Nec obstant difficultates, & limitationes, quas contra hoc axioma adfert Suarez, *lib. 6. de leg. cap. 14. num. 6. & seqq.* Hucusque Gobat.

Sed Ego puto non esse discedendum à sententia negatiua, quam docet Gauantus; nam cum dicta festa fuerint à Pontifice instituta, non potest Episcopus circa illa aliquid disponere; nam inferior nullam habet potestatem circa id quod Superior determinauit, vt patet ex leg. *Formam. Cod. de Officio Præfetti Prætor. cap. Cum inferior, de maioris. & obed. Clem. ne Romani, de Elect.* Gloss. verb. *Figura.* in cap. *Finalis de hereticis, lib. 6.* Gloss. verb. *mandamus,* in Clem. *Sepè, de verbor. significat.* Vnde non licet inferiori contra factum Superioris dispensando venire leg. *pen. §. pen. ff. de aqua pluuiæ arc. leg. Ille à quo. §. Tempestiuum. ff. ad Tribellian. leg. nam & Magistratus. ff. de arbit. cap. Litteras de restit. spoliar. cap. Super eo, de vsuris, cap. vt nostrum. de appellationibus, Surdus consil. 538. num. 2.*

Verùm aliquis in fauorem Amicissimi Gobat posset dicere, iura allegata, & rationem adductam procedere quando inferior tollit factum Superioris: secus autem quando distinguit, seu qualificat; vt rectè obseruat Alexander *consil. 106. num. 15. & 16. lib. 2.* Sed in nostro casu Episcopus non tollit factum Superioris, quia non auferit festum, sed tantum qualificat, vt loquitur Alexander *ubi supra*, id est festum transfert. Ergo, &c. At hoc non obstante, puto, vt dixi non esse recedendum à sententia Sacræ Congregationis, communi præxi Episcoporum. Ad id verò quod asserit Pater Gobat de vigilia Sancti Matthæi, quando incidit in feriam tertiam post quinquagesimam, licet Pasqualigus, *decis. 180. n. 2.* & Homobon. *vel. 1. Consil. Mor. part. 5. par. 2. Resp. 67.* docent quod possit ab Episcopo transferri in alium diem, tamen nouissimè Leandrus de præcept. *Eccles. tractat. 5. disp. 10.*

quest. 42. contrarium tenet; quia ratio, quæ ad transferendum ieiunium dictæ vigiliæ, assignatur, non videtur rationalis, nec sufficienter iusta. Nam aliàs, etiam possent in aliam diem transferre quodlibet ieiunium incidens in diem quemcumque festum; cum etiam multa committantur peccata in ieiuniis incidentibus in festa; ergo, Secundò: quia à sæculo non est auditum; præfatum vigiliæ ieiunium translatum fuisse in alium diem ab aliquo Episcopo, esto, quod causa vitandi peccata in violatione dicti ieiunij, semper stereret eadem. Tertio: quia prædicta translatio ieiunij, non esset ita conformis dispositioni iuris; siquidem hoc solum, propter occurrenceam alius cuius festiuitatis ab Ecclesia institutæ, permittit, aut præcipit, quod ieiunium in illam incidens, transferatur: vt constat ex cap. *Consilium de obseru. ieiun.* Tandem: quia causa, quam contrarij ad defendendam suam opinionem assignant, præuisa est à Summis Pontificibus: & tamen non instituerunt translationem dicti ieiunij: non ergo alia ratione, nisi quia ad id non inuenere sufficientem causam, aliàs illam instituerent, sicut instituerunt translationem vigiliæ S. Ioannis Baptistæ incidentis in festum Corporis Christi, anticipando illam in Feria quarta antecedentis, Leo X. & Urbanus VIII. Hucusque Leandrus, qui obseruat Pasqualigus non debuisse me, & Laymam absolutè pro sua sententia adducere: Vnde Ego nunc sententiæ Leandri clare adhæreo. Et Eminentiſſimus meus Cardinalis de Lugo annis præteritis fuit in voto Sanctissim. D. N. Innocentium X. non debere dictam vigiliam transferre in aliam diem.

An indulgentia applicari possit Medalis, & Imaginibus Beati Caietani, Beati Andrea, Beati Francisci Borgie, &c:

RESOLVTIO VIII.

Aſſertiuè respondet Pater Gobat in *Theſauro Indulgentiarum; part. 2. cap. 12. quest. 28. n. 367.* vbi sic ait: Dico mihi non improbabile videri, quod per Imagines Sanctorum intelligantur Imagines illorum etiam, qui sunt dumtaxat Beatificati. Ratio est, quia isti sunt propriè Sancti, etiam testimonio Ecclesiæ; nam & Martyres Iapones, quos Urbanus VIII. in numerum Beatorum retulit, vocat ipsemet Urbanus Sanctos Martyres; & Beatificatio à Canonizatione tantum in hoc differt, quod per Canonizationem præcipiatur omnibus fidelibus, vt illum, qui canonizatur, habeant pro vere Sancto; per Beatificationem verò declaratur, illum, qui beatificatur, meritò ab omnibus Fidelibus, pro vere Sancto haberi, & coli posse, vt reliquos inter docet Ferdinandus de Castro Palao, *tract. 4. disp. 1. p. 5. §. 5.* vbi insuper addit, posse quemlibet Beatificatum coli à quouis vbiuis locorum, recitatione Horatum, Processionibus, & Missæ Sacrificio. At Ego pace huius eruditissimi viri, inspectis Bullis diuersarum Beatificationum, vt ita loquar, iudico hanc additionem non esse veram, testaturque Gauantus *part. 3. tit. 10.* à Congregatione Rituum esse contrarium definitum. Hucusque Gobat, qui nullum Auctorem pro sua sententia adducit. Ego verò in eius gratiam vt pote viri amicissimi adducam alium Doctorem ex eadem Societate, & is est Pater Amicus in *Cursu Theologico, tom. 8. disp. 29. sect. 5. num. 92.* sic asserens: Alio modo potest talis Indulgentia concedi, vt applicanda ab ipsomet, cui Indulgentia conceditur. Et tunc cauendum est ne talis Indulgentia applicetur Imaginibus, vel numismatis, quæ Sanctos, vel saltem Beatos

Beatos non expriment. Ratio, quia mens concedentis est, ut per huiusmodi Indulgentiam colantur Sancti, vel Beati in huiusmodi Imaginibus, & numismatis expressi. Dixi vel saltem Beatos; quia nisi hi expressè in ipsa confessione prohibeantur, intelliguntur comprehendi sub imaginibus, & numismatis; quibus applicari solet Indulgentia: præsertim si illi sint Apostolico Breui declarati: secus si nondum sint ab Apostolica sede declarati, sed tantum fama, & voce populi; quia nunc sicut Sancti, ita & Beati non declarantur, nisi iuridica Sedis Apostolicæ sententia. Ita Amicus.

Sed ut verum fatear, non video Praxim Romanæ Curiz applicare Indulgentias, nisi Medalliarum Sanctorum Canonizatorum; & si aliquando applicat Medallias Beatorum, in altera parte Medalliarum extat Imago alicuius Sancti, vel Christi Cruci, aut B. Virginis: & idè Summus Pontifex non solet concedere Indulgentias his, qui non sunt Sancti Canonizati. Ex his autem apparet à fortiori me rectè olim respondisse Patri D. Francisco Boluio, aliquem non posse applicare Indulgentiam Medalliarum, seu Imagini nostri Cardinalis D. Pauli Arezj, D. Francisci Olympij, D. Iosephi Caraccioli, & aliorum: vnde dixit Gobat *ubi supr.* n. 368. non valiturus Indulgentias quæ applicarentur Imaginibus Sanctissimæ memoriæ virorum Ludouici Granatenlis, Petri Canisij, &c.

An destructa Medalia, Rosario, Imagine, pereat Indulgentia: Et quid si non sit penitus destructa.

RESOLVTIO IX.

AD hoc dubium nimis practicabile sic respondet Amicus *in Curs. Theolog. tom. 8. d. 10. sect. 2. num. 91.* Dubium esse potest, an destructa, vel perdita Imago, Rosario, vel numismate, cui applicata fuit Indulgentia à Pontifice; posset in aliam Imaginem, Rosarium, vel numisma Indulgentia transferri, uti de Templo diruto supra dictum est, cum videatur esse eadem ratio. Nam causa propter quam Indulgentia huiusmodi rebus conceditur, est ad excitandam deuotionem erga Sanctos, qui in huiusmodi Imaginibus, & Numismatis coluntur. Nihilominus, nisi id in ipsa concessione exprimat, non arbitror sola autoritate eius, cui in talibus rebus Indulgentia conceditur, id fieri posse. Alioquin non foret maior ratio de vna Imagine, vel numismate, ac de pluribus: atque adèd semel in vna Imagine, vel Numismate Indulgentia obtenta, posset, illa destructa, vel perdita, in aliam, & in aliam eadem Indulgentia transferri: quod non videtur iuxta mentem concedentis. Nec est par ratio de Templo diruto: tum quia illud supponitur transferri aliud cum autoritate superiori: tum maximè, quoniam Templum natura sua est perpetuum, nec facile destrui, vel amitti potest, sicut grana, Imagines, & Numismata. Vnde voluntas concedentis præsumitur accommodata rebus, quibus Indulgentiam applicat: ut sicut Templum ex natura sua perpetuum est amitti que non potest; contra verò Imagines, Grana, & Numismata, natura sua amissibilia sunt; ita Indulgentia his rebus concedi præsumitur amissibiliter, contra verò Templo inamissibiliter. Aduertendum autem est, ut res illa, cui applicata est Indulgentia, Indulgentiam amittat, ita debere destrui, ut moraliter amittat esse eadem quæ antea: alioquin si vel refici possit, vel maior pars ipsius integra maneat, manebit cum ipsa Indulgentia. Hucusque Amicus.

Sed quoad hoc vltimum magis difficile, minutius distinguit, & rem pertractat Pater Gobat *in Thef. Indulg. part. 2. cap. 14. quest. 37. num. 390.* vbi sic ait: Quanta debet esse ruptura, aut fractio, ut censetur periisse Indulgentia. Responderet Primò: Indulgentiæ applicatæ Rosario, nil officit fractio chordulæ, seu funiculi, quia mutatio, & variatio chordulæ non facit, ut Rosarium sit vlllo modo mutatum moraliter. Secundò: similiter nil obesse videtur, etsi penitus frangatur crucula Rosarij, aut etiam sexta circiter pars granorum, saltem si alia substituuntur, nam censetur nihilominus esse idem moraliter Rosarium. Terriò: & si frangatur superior pars, & fibula medalij, ita ut non possit amplius suspendi ex Rosario, non tamen perit Indulgentia medalio concessa, quia saltem ratione Imaginis illi insculptæ, potest adhuc inferuire ad vsum Religiosum. Quartò; quamuis laceretur, aut exuratur tota illa charta, aut tela, quæ est continua cum parte, cui immediate inhærent coldres Sanctum ipsum repræsentantes, non perit Indulgentia illa Imagini concessa, nam remanet nihilominus vera Imago, seu effigies Sancti. Quintò; si cruculæ Carabatenlis pars recta, aut transuersa ita frangatur, ut quod infractum manet, repræsentet adhuc crucem Hispanicam, aut etiam qualemcumque crucem, non videtur intercidisse Indulgentia, quia nihilominus id quod restat, potest secundum morem Ecclesiæ interuenire ad vsum verè, & propriè dictæ crucis; si verò ita frangatur, ut non referat amplius speciem crucis, perit Indulgentia, quæ tamen reditura videtur, si partes fractæ denuò copulentur. Quod etiam dicendum censeo, de Imagine per medium fissa, aut scissa, iterumque compacta. Ratio petitur ex dictis de interitu, & reditu Indulgentiæ alicui Templo, quod destruitur, & restauratur; concessæ, nec enim video, cur forma Templi pereunte, peteat Indulgentia, redeunte, seu restituta redeat; & non item destructa forma substantiali crucis & Imaginis non pereat Indulgentia, & non redeat, quando Imago, & crux dicto modo reficiuntur, cum præsertim crux refecta sit physicè, & moraliter eadem. Sextò: Si Rosarij dimidia pars confringatur, censeo Indulgentiam non remanere in parte integra. Ducor, quia si manet in parte integra, tum posito, quod dimidia pars non esset confracta, sed tantum amissa, sequeretur in dimidia parte amissa residere etiam Indulgentiam, cur enim potius resideat in non amissa, quam in amissa? Noc autem non debet admitti; quia si admittatur, sequeretur me posse ex vno Rosario habente Indulgentias quinque Sanctorum facere duo, quorum singula sint verè affecta Indulgentiis. Hoc autem est vtique falsum, quia neque Ego, neque vllus priuatus potest multiplicare intentiones Indulgentiarum faciendo 10. aut plures ex vna. Hæc omnia Gobat *loco citato.*

Sed quia casus est practicabilis, non deseram hîc apponere verba Patris Pellizzarij *in Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 5. subsect. 2. num. 232.* sic asserentis: Addo, quod si Crux Caruaccæ habens Indulgentias frangatur quoad hastam superiorem transuersam, hoc ipso amittit Indulgentias: cum sic non sit amplius Crux Caruaccæ, quæ formaliter consistit in hoc quod habeat duplicem hastam transuersalem, sed Crux ordinaria, & alias Indulgentiæ applicatæ alicui rei durent, nisi quandiu res illa sic subsistit, ut iuxta prudentem æstimationem sit, & dici possit eadem; quod potissimum haberet locum, si dictæ Indulgentiæ concessæ fuissent Cruci Caruaccæ, quatenus tali; sic senserunt mecum viri docti

» docti consulti. Secus dicendum videtur in casu quo
 » globuli alicuius Rosarii habentis Indulgentias v. g.
 » Sancti Caroli fracto filo eos colligante inuicem se-
 » gregentur: tunc enim probabile est adhuc in eo du-
 » rare Indulgentias; cum re vera adhuc sit Rosarium
 » substantialiter, adeoque non appareat, vnde dicatur
 » amisisse Indulgentias. Quod idem pnto probabiliter
 » dici posse in casu, quo Crucis Caruaccæ hasta lon-
 » gior notabiliter (ersi non totaliter frangatur in ea
 » parte, quæ est sub duabus hastis transversalibus: sic
 » enim adhuc videtur manere eadē numero Crux, &
 » alioqui Indulgentias durat quamdiu res, cui ap-
 » plicata est, manet eadem numero. Ita ille, & Ego.

Nota etiam hinc obiter in applicatione Indulgentiarum opus esse, ut quis coram se presentes habeat Medalias, Rosaria, Imagines, &c. ut ex Urbano VIII. notauit Pater Lezana in *Summa Q. Q. Regul. tom. 5. verb. Indulgentia, quoad Regul. num. 19.* & semel Medalias Indulgentia applicata, postea non potest amplius tolli, & aliis similibus applicari; ut notat Quintanaduenas in *Theolog. Mor. tom. 1. in Append. tractat. 9. dub. 6. num. 9.* ratione valde notanda, quam ex Cardinali Lugo affert Gobat *vbi supra, num. 405.* quia iste talis quando designauit priores Medalias, &c. non ille proprie, sed Pontifex illis Medalias gratiam fecit: vnde apparet te nihil effecturum, si dicas, istam Indulgentiam pro hoc anno applico huic Rosario, pro sequente alteri: Itaque applicatio Indulgentiarum, rectius designationem, & substitutionem dixeris, non est concessio Indulgentiæ; non enim tu, sed pontifex, aut potius Deus immediate concedit illam Indulgentiam habentibus tale Numisma à te deputandum; quia facultas concedendi Indulgentias, nunquam delegatur Laicis, & sceminis, & tamen ij possunt determinate grana, aut Imagines. Igitur applicatio illa, seu designatio Indulgentiarum est tantum conditio, non autem causa Indulgentiæ. Ita ex Cardinali Lugo Gobat, *num. 384.* Sed ego inuenio hæc omnia, præter Gobat, & Lugum, docuisse Patrem Amicum in *Cursu Theologico, tom. 8. disp. 20. sect. 6. num. 144.* vbi sic ait: Dices, sæpè Laicus Indulgentiam sibi à Pontifice concessam alteri communicat: non possit autem illam alteri communicare, nisi cum illa simul à Pontifice acciperet potestatem eam communicandi: ergo de facto hæc potestas delegatur Laico. Respondetur distinguendo maiorem: communicat illam authoritatiuè, nego, per modum cuiusdam conditionis, qua posita, Pontifex ipse Indulgentiam applicat, concedo. Quando igitur Laicus Indulgentias à Pontifice obtinet, ut eas possit aliis etiam communicare, non accipit à Pontifice authoritatem Indulgentias concedendi; sed solum se habet ut conditio, qua posita Pontifex easdem Indulgentias ad alios etiam extendit. Quo pacto noui Prouinciales Procuratores cum à Pontifice Indulgentias accipiunt, aliis communicant. Ita Amicus.

Nota hinc obiter, quod vni eidemque Imagini, Grano, &c. plures, & diuersæ benedictiones applicare possunt. Ita Quintanaduenas *vbi supra.*

An Indulgentia pro tempore mortis, si non adsit Confessarius, vel saltem Clericus: possit applicari moribundo à quolibet Laico.

RESOLVTIO X.

Nominatim contra me negatiuè respondet Pater Gobat in *Thesauro Indulgentiarum, part. 2. cap. 34. quest. 92. num. 626.* vbi sic ait: Quando in for-

mula Indulgentiæ ponitur, Indulgentiam plenariam esse pro articulo mortis impertiendam à Confessore, existimat Suarez *disp. 55. sect. 6. num. 4.* intelligi Confessorem actu, seu illum, qui moribundi confessionem audit. Addit tamen, esse etiam probabile, quod quiuis, qui in tali articulo absolueret potest, possit etiam impertiri prædictam Indulgentiam, esto ei non confiteatur æger. Quæ postrema doctrina est probabilissima, præsertim cum Nauarr. *not. 30. num. 9.* testatur omnes Doctores secum docere, quod in prædicto casu possit deficiente Sacerdote quiuis Clericus impertiri Indulgentiam, sicut & absolutionem ab excommunicatione. Quod etiam sentit Diana *resol. 46.* citans Valer. & Trullench. & addens: Hanc sententiã me consulente, & impellente, ne timeant in praxim deducere non solum Clerici tonsurati, sed etiam Laici, si Sacerdos tamen non adsit. Verum hanc sententiã non sine ratione reiciunt Suarez *cit. sect. 6. num. 4.* Lugo *num. 137.* tum quia nomine Confessoris, seu Confessarij, non potest vilo modo intelligi Laicus, tum quia est contra ius commune, nam ius commune non permittit Laico iurisdictionem spiritualem; quæ tamen à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentia sunt trahenda *reg. 28. in 6.* Ita Gobat.

Sed Ego iterum non discedo à sententiã affirmatiua contra Gobat, quam nouissimè tenet Thomas Leandrus in *Thesauro Sanctissimi Rosarii, cap. 12. §. 1.* Martinus de San Ioseph in *Mon. Confessor. tom. 1. lib. 1. tract. 7. de Indulgentiæ, num. 1.* sic asserens: Para ganar la Indulgentia en el articulo de la muerte, dize la Bula, que el ha de conceder el Confessor, y que deue ser assi, tienen Ludouicus à Cruce, *disp. 1. c. 8. dub. 14. num. 2.* Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 9. num. 6. lit. A.* y se ha de practicar assi, porque parece le requisito que pide la misma Bula: aunque tengo por bien probable le sententiã contraria de Trullench, in *Cruciat. lib. 5. §. 7. cap. 2. dub. 19. num. 6.* porque el perdon de la pena, que haze por la Indulgentia, no es absolucion de pecados, ni dependiente forçosamente de Confession: y assi como en el articulo de la muerte puede qualquiera ser absuelto de las censuras por qualquier Clerigo de prima corona, tambien este le podrá conceder la Indulgentia. Sic Io. Valerus, in *different. versusque fori, verb. Absolutio, different. 3. num. 3.* Nauarrus, *not. ab. 32. n. 8. 9.* & Io. iudicat probabile Diana *part. 5. tract. 12. resol. 40.* y aut sino huuiere Clerigo, podrá qualquiera lego conceder esta Indulgentia vt tradit ex Nauarro, Io. Valerus, *loco citato*, Diana, *1. p. tract. 11. resol. 106.* Hinculque Martinus, cui adde Quintanaduenam in *Theol. Mor. tom. 1. Append. tract. 9. dub. 5. num. 5.* Patrem Reginaldum in *Praxi, tom. 1. lib. 7. cap. 13. sect. 5. num. 157.* & me citato Leandrum de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quest. 176.* & Machadum de *Perfect. Confess. tom. 1. lib. 3. part. 2. tract. 4. docum. 4. num. 3.* vbi me citato sic ait: Acerca de la Indulgentia plenaria, que por la Bula concede su Santidad à los Fieles en el articulo de la muerte, se ha de aduertir, que aunque en ella dize el Pontifex, que el Confessor aya ad aplicarla al que esta en el articulo de la muerte. Ifundados en esto algunos Autores ensenan, que solo el Confessor puede aplicar esta Indulgentia, y no otro inferior à el. Con todo esso Nauarro, y otros son de parecer, que en ausencia del Confessor no solo el Sacerdote, sino tambien qualquiera Clerigo, y en defero destos, el Seglar puede aplicar esta Indulgentia. La qual opinion iuzga Diana por piadosa, y probable: y tal que si no aprouechare, ne puede danar; fundanse, en que la

la absolucion, y remission de la pena, que se concede por las Indulgencias, no es absolucion de peccados, ni cosa dependiente delle. I assi no se requirere que el que huuiere de aplicar la Indulgencia, sea Sacerdote. Ita ille: Vnde remanet satis probabilis nostra opinio contra Amicissimum Gobat.

Imò pro consolatione morientium, non deseram hic adducere opinionem P. Quintanaduenas, in *Theol. Mor. tom. 1. tract. 9. dub. 3. n. 1.* asserentis; ad Indulgentiam concessam moribundis; virtute Cruciatæ non requiri applicationem per Confessarium faciendam; quod probat ex verbis Bullæ; sic asserentis: Que pueden elegir Confessor, que los pueda absolver vna vez en la vida, y otra en el articulo de la muerte de qualquiera peccados, &c. que configan, y ayân plenaria Indulgencia dellos. Vbi nota non dici, *Que les pueda conceder, ò aplicar la Indulgencia*; sed quod ij eam consequantur, & in latina eundem sensum efficit verbum, *Obtinere, & ly, Ab eo*, cadit super absolucionem tantum, non super lucrationem Indulgentiæ. Præterea probatur, quia si absque applicatione non prodesset Indulgencia hæc, sepè frustraretur, cum deficiat, vel qui applicet, vel memoria petendæ, aut faciendæ applicationis. Et durum sanè est, lucrationem huius Iubilæi ita utilis, immò, & necessarij, vtpotè vltimi, quod in hac vita lucrari poterit Moribundus, pendere à memoria, voluntate, vel malitia, aut ignorantia alicuius Ergo ad valorem Indulgentiæ de qua loquimur, non requiritur applicatio. Ita ille; qui etiam me citato obseruat posse Indulgentiam moribundo absenti impertiri: quod etiam me citato docet Gobat, *num. 627.* & me citato Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 14. q. 173.* addens non solum in articulo mortis, sed etiam extra posse absolutè, & per se Indulgentiam applicari absentibus.

An clausula apponi solita in Indulgentiis Papalibus, Dummodò aliàs non concesserimus, &c. intelligenda sit de alia simili expressa in eadem concessione

RESOLVTIO XI.

Afirmatiuè olim probabiliter respondi; & ita etiam docet Gauantus in *Man. Epis. verb. Indulgentia, num. 17.* Lezana in *Summa Q. Q. Regul. tom. 3. verb. Clausula, num. 25.* Quintanaduenas, in *Theol. Mor. tom. 1. in Append. tract. 2. dub. 4. n. 4.* Martinus de San Ioseph in *Monita Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 10. de Indulgentiis, num. 10.* nouissimè me citato Pater Gobat, in *Theatro Indulg. part. 2. cap. 6. quest. 14. num. 317.* vbi sic asserit: Diana & alij negant hanc doctrinam, ita generaliter sumptam; dicunt enim etiam quando Pontifex, in concessione alicuius Indulgentiæ, apponit illam clausulam (volumus autem, quod si aliàs Christi Fidelibus, dictam Ecclesiam visitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus; præsertes nullæ sint) solummodò excludi similem Indulgentiam pro eodem Sancto, &c. propter dictionem, aliam, quæ est repetitiua eiusdem qualitatis, quæ intermediarè fuerat expressa non autem alias, quæ eidem Ecclesiæ in honorem alterius Sancti v. g. concessæ fuissent. Quarè propter horum Doctorum auctoritatem, & propter rescriptum quoddam Illustrissimi Domini Nuntij Apostolici referendum, *num. 519.* respondi per litteras consultus, Indulgentiam plenariam, quam, Sanctissimus D. N. anno 1649. impertit visitaturis

in festo S. Sebastiani Ecclesiam Parochialem Landspargensem, valere, esto illi Ecclesiæ sit iam antea pro Confratribus Congregationis Rosarij data alia Indulgencia plenaria, & in Breui Sanctissimi D. N. ponatur expressè illa clausula, quam ex Diana retulit. Aliam commodam explicationem post Bonacinam, *part. 7. adfert Palaus, part. 4. num. 13* quod scilicet illud verbum, concesserimus, sit intelligendum de concessione facta ad eodem Pontifice, tunc enim exprimi nomen personæ, non dignitatis, secus si dicatur, ab hac Sede concessa sit. Hucusque Gobat.

Et non deseram hîc apponere ad confirmationem supradictorum ea quæ etiam docet Pax Iordanus, in *Elucubrat. var. tom. 1. lib. 5. tit. 16. num. 71.* vbi sic ait: Quoniam in Papalibus Indulgentiis particularibus locis, vel personis concessis, clausula solet appon: *Dummodo aliam non concesserimus*, &c. interpretanda erit de alia simili Indulgencia, expressa in concessione, non autem de dissimili, siue ex alia causa, v. g. si alicui Ecclesiæ concessa fuerit Statio septem Altarium Basilicæ S. Petri de Vrbe, prout Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VII. inter alias Ecclesias, concessit Cathedrali meæ Traguriensi anno Domini 1635. ac deinde visitantibus eandem Ecclesiam, in festo sui Patroni Titularis, siue dedicationis concesserit alias Indulgentias cum præfata clausula, censentur hæ diuersæ à priori, & vtræque valebunt. Gauantus in *Manu. verb. Indulgentia, num. 17.* Sed in hac materia cautè procedendum erit, & concessionis verba exactè trutinanda: nam habemus regulam Cancellariæ Innoc. VIII. 57. & Pauli V. 52. ita cauentem. Volumus, quod in literis Indulgentiarum ponatur clausula, quod si Ecclesia, vel Capella, vel alia aliqua Indulgencia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, huiusmodi literæ sint nullæ, &c. Quapropter, Indulgentiæ quidem aliorum Pontificum remanent in suo vigore, quia Pontificis concedentis intentio ad illas non extenditur, nec ipsa verba, vt de se patet, ac eruditè docet Bonacina de *Sacram. disput. 6. quest. 1. punct. 7. num. 4. vers. Præfata limitata.* Sed respectu Indulgentiarum eiusdem Pontificis, concludit idem Bonacina, quod vigore prædictæ clausulæ Indulgentiæ de nouo concessæ non valerent, vt plenius per ipsum *ead. num. 4. vers. Queritur*; eius tamen doctrina intelligenda, & restringenda erit ad Indulgentias similes, & conformes, non autem ad dissimiles. Vnde in facto habui, quod Indulgencia plenaria ad septennium Confraternitati. B. V. M. de monte Carmelo, in castro Staphilæorum huius Traguriensis Diocesis, non impediât consimilem Indulgentiam eidem Ecclesiæ generaliter pro omnibus Christi fidelibus concessam eadem die Conceptionis eiusdem B. V. Ita Iordanus, *vbi supra.*

Vidisti igitur Amice Lector sententiam, quam olim docui à viris doctis postea fuisse approbatam: sed modò Ego ab illa discedo, stante declaratione fel. me. Sanctissimi D. N. Urbani VIII. & clausula alia quæ de nouo in Indulgentiis Papalibus nunc à Pontificibus apponitur. Et idèd Franciscus Syluius in *Varis resolutionibus p. 1. verb. Indulgentia* sic asserit: An Breue Apostolicum, quo Indulgentiæ Plenariæ certæ Ecclesiæ conceduntur cum clausula ordinaria, volumus autem, quod si in dicta Ecclesia aliæ Indulgentiæ perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturæ concessæ sint, &c. præsertes nullæ sint, ita sit intelligendum, vt concessæ Indulgentiæ nullæ sint, si eodem die aliæ Indulgentiæ concurrant: an verò, alio quocumque die per annum. Respondetur.

tur, aliquando mihi, vt & quibusdam aliis visum
 fuisse; quod illa clausula esset accipienda de Indul-
 gentiis pro eodem die concessis, Ecclesiam eandem
 visitantibus; quia praxis satis communis habebat
 quod in festis diuersis diuersæ essent Indulgentiæ,
 etiam plenariæ eandem Ecclesiam visitantibus,
 quamuis non essent simul concessæ; & postero-
 ribus adiecta esset ista clausula; Volumus autem
 quod si in dicta Ecclesia, aliæ Indulgentiæ, &c. non
 minus quam prioribus: at postea nobis innotuit
 mentem Pontificis esse vt Indulgentiæ quas cum
 eiusmodi clausula concedit, nullæ sint si pro eodem,
 vel pro quocumque alio die anni, concessæ sint aliæ
 Indulgentiæ perpetuè, vel ad tempus nondum elap-
 sum duraturæ eandem Ecclesiam visitantibus: at-
 que in hanc sententiam scripsit Bonacina *disput. 6.*
de Indulgentiis, quest. 1. punct. 7. Urbanus autem VIII.
 Pontifex Maximus, anno 1641. iussit in breuibus
 Indulgentiarum deinceps clausulam istam; Volu-
 mus autem, non nihil differenter exprimi. Reue-
 rendissimus namque D. Stravius Suffraganeus Leo-
 di. Reuerendo D. Van. Lauretem Præposito Atreb.
 & Sedis Vacantis Vicario generali, Leodio scripsit
 2. Maij 1642. in hunc modum: Sua Eminentia Do-
 minus Cardin. Barbarinus per Epistolam de data
 5. Mensis Aprilis Mihi mandat quod sua Sanctitas
 ad intentionem suam melius explicandam contra
 interpretationem dictæ clausuræ per aliquos Reli-
 giosos datam, statuit vt deinceps in iisdem Indul-
 gentiis inferatur sequens clausula: Volumus autem
 si aliàs pro Christi Fidelibus in quocumque anni die
 dictam Ecclesiam, sine Capellam, aut Altare in ea
 situm visitantibus, aliquam aliam Indulgentiam
 etiam dissimilem perpetuè vel ad tempus nondum
 elapsam duraturam concesserimus, præsentibus nullæ
 sint. His conformiter idem Urbanus VIII. conce-
 dens 1. Aprilis eiusdem anni Indulgentiam plena-
 riam visitantibus Duaci Ecclesiam Monialium S. Ca-
 tharinæ Senensis, die octaua Assumptionis B. Vir-
 ginis istam clausulam sic exprimit: Volumus autem
 vt si aliàs dictam Ecclesiam visitantibus tam præfa-
 to quam alio die aliquam Indulgentiam perpetuè,
 vel ad tempus nondum elapsam duraturam conce-
 serimus, &c. ipsæ præsentibus nullæ sint. Concedens
 quoque 15. Iunij eiusdem anni plenariam Indul-
 gentiam visitantibus Ecclesiam S. Birgittæ Duaci, die
 Festo eiusdem sic ait: Volumus autem, vt si aliàs
 dictam Ecclesiam in quocumque alio anni die visi-
 tantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuè vel
 ad tempus nondum elapsam duraturam concesser-
 imus, &c. ipsæ præsentibus nullæ sint. Quapropter
 illi qui querunt Indulgentias pro visitantibus ali-
 quam Ecclesiam; si pro visitantibus illam aliqua
 alia Pontificia Indulgentia, quæ nondum expirauit,
 sit eis concessa; curare debent vt eiusmodi clausula
 impetrent, alioquin nullius roboris erit id quod im-
 petrabunt. Hucusque Syluius, & Ego. Vide etiam
 Zypzum *de Iure Canon. tom. 2. lib. 5. tit. de Pœnitent*
& Remission. respons. 5. num. 5. qui etiam mentionem
 facit de supradicta declaratione, & clausula Urbani
 VIII. emanata anno 1642.

*An quis priuata auctoritate possit suam Indul-
 gentiam Deo pro defunctis offerre, vt potest
 ieiunia, disciplinas, &c.*

RESOLVTIO XII.

DVbium est nouum; & ad illud affirmatiuè re-
 spondet Pater Gobat in *Thesauo Indulgent. 2.*

cap. 21. quest. 61. num. 466. Tum quia nullum ius di-
 uinum, aut Ecclesiasticum vetat eam in praxim re-
 digi, atque intelliguntur concessa, quæ non sunt ex-
 pressè prohibita, inquit Glossa in *cap. 2. de translat.*
Episc. vers. Non inueniunt. communiter recepta: tum
 quia vtiliter practicatur, nam *Ioan. 16.* generatim
 promittitur: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo,*
dabit vobis: tum denique, quia nullum planè incon-
 ueniens apparet in hac precatione: Clementissime
 Deus, rogo te, vt illam Indulgentiam plenariam
 quam cras in die Portiunculæ comparare studebo,
 digneris admittere potius pro expiandis mei Patris
 defuncti peccatis, quam pro meis. Nec obest
 primo, quod nullus Auctor Classicus hanc do-
 ctrinam tradat: nam etsi materia de Iubilæo, &
 Indulgentiis à permultis ita accuratè sit tractata,
 fatebitur tamen æquus Lector, se tam in hoc, quam
 in altero tractatu de Iubilæo reperisse permulta
 dubia practica, non parui momenti, quæ nemo
 alius proposuit, sicut mihi ipsi per literas testatus
 est doctissimus quidam, & libris scriptis notissimus
 Theologus. Sufficit, modo hæc doctrina sit utilis,
 & non contraria sensui Ecclesiæ, vel Doctorum.
 Nec obest secundo, quod ex omnium sententiis
 negarim, validè in defunctos transferri Indulgentias,
 etsi Pontifex Romanus eas transferendi po-
 testatem verbis admodum clatis largiatur, Etenim
 illa doctrina intelligitur, & intelligenda est de ap-
 plicatione infallibili (ex ordinaria Dei lege) ef-
 fectum habente, ac fundata in potestate Pastoralis,
 seu Clauium, non autem de applicatione funda-
 ta in sola Dei liberali acceptione, & quæ pen-
 deat etiam ab iis conditionibus, à quibus effica-
 ciam orationis pendere tradunt Doctores post S.
 Thomam 2. 2. *quest. 83.* Nec obstat Tertio, quod
 hinc sequatur posse eodem modo ab vno viuo alteri
 viuo donari suam Indulgentiam. Respondeo
 enim, id non videri absurdum, quamuis longè vti-
 que difficilius, & rariùs Deus admittat pro viuis,
 quam pro defunctis, quia illi possunt se iuuare, hi
 nequeunt. Vnde respectu viuorum habet aliquo
 modo locum illud pronunciatum iuridicum: Indul-
 gentis est aliena opè, qui sibi non vult opitulati, cum
 possit. Hinc patet laudandum esse Caium, cum di-
 cit: Domine Deus peto, vt omnes omninò Indul-
 gentias, quas toto hoc mense possem in meum
 vsum conuertere, permittas potius cedere in sub-
 sidium miserabilium animarum, in flammis purgato-
 riis detentarum. Equidem hoc loco aptissimè di-
 citur, quod de illis Indulgentiis dubiis, quarum oc-
 casione nullum damnum emergit, pronunciant Do-
 ctiores: Tantum valeant, quantum possunt: Dices:
 Quid si Deus non admittat, sicut sæpissimè non ad-
 mittit, talem donationem; aut applicationem? Re-
 spondetur; Tunc Indulgentiarum fructus remanet
 pones illum qui donare volebat: etenim ob eius in-
 terpretatiuam voluntatem imitatur in eo illud Psal-
 mistæ: *Oratio mea in sinu meo conuertetur;* & illud
 Christi Domini: *Pax vestra reuertetur ad vos.* Mar-
 thæi 10. Hucusque Pater Gobat.

Sed laudo viri amicissimi in animas purgantes
 pietatem; at eius opinioni adherere non possum,
 quia est contra communem, vt obseruat Quinta-
 nadenas, in *Theol. mor. tom. 1. in Appendice, tract. 1.*
dub. 14. num. 1. Concessio enim Indulgentiarum
 dependet ex voluntate concedentis, atque adeo se
 extendit tantum ad eos, pro quibus fit. Ergo nisi con-
 cessio se extendit ad defunctos, non poterit pro
 ipsis applicari. Confirmatur: nam forma concessio-
 nis Indulgentiarum pro viuis excludit defunctos,
 nam

nam fit per modum remissionis, atque aded absolutio- nis, quæ non habet locum quoad defunctos, cum tantum sint capaces Indulgentiæ per modum suffragij. Dices: Possunt viuentes applicare suas satisfactio- nes pro defunctis: Ergo postquam Ponti- fex iis concessit, Iubilæum poterunt, postquam acce- perunt illud applicare defunctis. Respondetur ne- gando consequentiam: Nam non possunt applicare, nisi prius illud faciant suum: hoc ipse autem, quod suum faciunt, non est ampliùs applicabile; nam consistit in remissione pœnæ per modum absolutio- nis. Remissio autem pœnæ, postquam est facta, non est applicabilis alteri, quia est ita personalis, vt sit ab ipsa persona inseparabilis. Adde quod Indulgen- tia non est aliquod opus satisfactorium, quod possit alteri applicari. Dices Secundò: Saltem Regulares poterunt applicare defunctis, stante priuilegio Leo- nis X. concessio Minoribus, vt in illorum Compen- dio, sit. *Indulgentia non plenaria, §. 7. & in Compend. Fuliensi, sit, Indulgentia pro defunctis, §. 4.* Quo priuilegio fruuntur omnes habentes communica- tionem. Respondetur. Neque in virtute dicti pri- uilegij posse applicare, quia non fuit concessum quoad Indulgentias concedendas, sed tantum quo- ad concessas vsque ad illud tempus, vt constat ex tenore priuilegij. Vnde ex his sæpiùs interrogatus hoc anno Iubilæi 1651. an illud animabus purgato- rij potuerunt applicare, respondi negatiuè: quod etiam dicendum est de Iubilæo extraordinario cum regulariter talis facultas non concedatur: imò Ponti- fex intendit, quod pro fit suscipienti, nam ad hunc effectum concedit facultatem absoluendi à reserua- tis, vt tollantur impedimenta peccatorum in ordine ad illud consequendum.

Dicendum est itaque nullam Indulgentiam ap- plicari posse pro defunctis, nisi quæ à Pontifice pro illis expressè conceditur, Quia cum nullus præter Pontificem, auctoritatem habeat dispensandi the- saurum meritorium Christi, & Sanctorum; cumque omnis Indulgentia fiat per dispensationem thesauri meritorium Christi, & Sanctorum, nullus pro defun- ctis Indulgentiam applicare poterit, nisi quam pro iis Pontifex expressè concedit. Possunt quidem, vi- uentes pro defunctis seu opera, quæ pro lucrands Indulgentiis faciunt applicare, ipsas tamen Indul- gentias applicare non possunt, nisi id expressè à Pon- tifice sit concessum; quia nullus priuatus homo ha- bet auctoritatem offerendi merita Christi, & San- ctorum per modum digni pretij Deo pro libe- randis animabus purgantibus, nisi illam expressè ha- beat à Pontifice, qui solus, posito opere viuentis, sub cuius conditione Indulgentia conceditur defunctis, pretium satisfactionis Christi Deo offert. Et hæc omnia docet Pasqualigus in *Praxide Iubilæo*, q. 20. n. 2. cum seqq. & Amicus in *Curs. Theol. tom. 8. disp. 20. sect. 7. num. 190.* Nolo enim de crimine plagiaro ab aliquo accusari, sicut Ego de tali crimine quen- dam Auctorem modernum recentissimè impressum meritò accusare possem, qui passim cum plures Au- ctores à se nec lectos, nec visos, & integras quæstio- nes ex meis operibus desumat, rarò tamen de me mentionem facit. Recte itaque vt obseruat Christo- phorus Vvaltherus in *tract. Iuridico - Politico - Hi- storico, de Statu, & priuileg. Doctor. c. 18. §. 132.* Barto- lus Iuriconsultorum Coriphæus sic dixit: ergo de omnibus mentionem facio, vt quod eorum est furari non arguat, & in eo quod meum est, agnoscat.

Anton. Diana, Pars X.

An Sacerdos in statu peccati mortalis celebrans in Altari Priuilegiato, liberet animam è Purgatorio.

RESOLVTIO XIII.

NEGatiuè esset respondendum, stando in doctri- na, & sententia Eminentiissimi Cardinalis Lu- go, de *Sacram. pœnit. disp. 27. sect. 5. num. 75.* vbi sic ait: Infertur secundò; quid dicendum sit de statu gratiæ, an requiratur in eo, qui lucratur Indulgentiam pro defuncto. Pater Suarez, *sect. 4.* negat; quia, cum Pontifex in eius sententia sit, quia immédia- tè & directè concedit defuncto Indulgentiam, & solùm requiratur opus pium ex parte viuentis, vt conditio: non est, cur in eo exigatur status gratiæ. Non autem consequenter ad supradicta debemus dicere, requiri; quod est magis còmune, & iuxta fide- lium sensum. Ratio autem est; quia Indulgentia de- functo acquiritur solùm indirectè, quatenus opera alicuius viuentis eleuantur ad maiorem valorem sa- tisfactionis ex opere operato; ad hoc autem necesse est, quod ipse oprans sit capax illius valoris, & fructus, diximus enim hanc eleuationem procedere à potestate Pontificis, quæ per se ordinatur ad vtili- tatem subditi: ergo potestas illa est ad eleuanda opera Subditi capax, & potentis frui illo benefi- cio, quo frui non potest, dum est sine gratia propter incapacitatem subiecti. Ita Lugo.

Sed licet esset tenenda opinio asserens obtinen- tem Indulgentiam pro defunctis debere esse in statu gratiæ, tempore quo perficitur opus & Indulgentia, tamen hoc non procedere in Sacrificio Missæ, pu- tat Emanuel Sà, *verb. Indulgentia. num. 2.* vbi sic ait: Ego puto eum etiam qui pro defuncto acci- pit Indulgentiam, debere esse in gratia, nisi opus faciat ex persona Ecclesiæ, vt Missam. Hinc P. Go- bat in *Theaur. de Indulgent. part. 2. cap. 25. quæst. 72. num. 515.* existimauit statum gratiæ non requiri in Sacerdote, quatenus præcisè, aut sacrificat in Altari Priuilegiato.

Verùm ego puto absolutè in consequendis In- dulgentiis pro animabus Purgatorij nihil officere, vtrum sis in statu peccati mortalis, aut in statu gra- tiæ. Et hanc sententiam, me citato, valde probabi- lem esse tenet Gobat *loco citato, cap. 23. quæst. 64. num. 490.* & absolutè nominatim contra Cardina- lem Lugo tenet Quintana *in Theol. Mor. to. 1. in Append. tractat. 1. dub. 15. num. 4.* qui pro hac sententia citat 13. Doctores, quibus adde Amicum in *Cnr. Theolog. tom. 8. disputat. 20. sect. 8. num. 209. & 236.* & nominatim contra Lugum, me citato, Pellizzarium in *Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 8. num. 196.* Martiaum de San Ioseph in *Mon. Confessa- rior. tom. 1. lib. 2. tract. 9. de Indulgent. num. 13.* Philip- pum de la Crux in *Thesauro Ecclesia, tract. 2. de Pur- gat. num. 5.* Dicendum autem est ad consequendam Indulgentiam, non esse necessum, vt opus, sub cuius conditione Indulgentia conceditur, in gratia implea- tur, sed sufficere, vt homo existat in gratia, quando Indulgentiã accipit. Igitur poterit peccator in statu peccati adimplens opus, sub cuius conditione Indul- gentia conceditur, fructuosè illam lucrari pro de- functis. Nam ita se habet peccator adimplens opus, sub cuius conditione concessa est Indulgentia, ad il- lam lucrandam sibi; sicut se habet idem peccator adimplens opus, sub cuius conditione, concessa est Indulgentia pro defunctis; ad lucrandam illam pro defunctis. Igitur in casu nostro causa mouens non es- set opus à peccatore factum, sed satisfactio Christi

Gg &

& Sanctorum. Et ita nostram sententiam, præter Doctores citatos, tenet etiam Machadus *tom. 1. l. 3. part. 2. tract. 5. duces. 3. num. 5.*

Sed non deseram hinc apponere dubium satis difficile: An communicans in peccato mortali obtineat liberationem vnius Animæ à Purgatorio, si talis liberatio concedatur sub onere Communionis; vt interdum conceditur. Et respondet Pellizzarius *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 252.* Videri satis probabile, quod obtineat; ita viri sanè docti à se consulti; & probatur ex doctrina non dissimili, quam tradit Ioan. de Lugo, *disp. 27. de Pœnit. num. 103.* nimirum communionem sacrilegam sufficere ad consequendum Iubilæum, cum ea sit vera, & valida communio, quamuis sine fructu ob peccati obicem: quæ doctrina vtique potest applicari ad præsentem casum; præsertim attendente communiore Doctorem sententia, quod existens in peccato mortali obtinere potest Indulgentia pro defunctis: cum sic non dicatur malus satisfacere pro alio, sed solum facere opus, ob quod Papa alteri applicat satisfactionem Christi, & Sanctorum; vt aduertit Naldus, *verb. Indulgentia, num. 7.* ex Nauarro: patet ergo responsio ex eo quod nulla adest ratio, cur dicatur obtineri Iubilæum per communionem sacrilegam, & non obtineatur liberatio Animæ à Purgatorio per eandem communionem sacrilegam, ideoque vel id in vtroque casu admittendum est, vel in vtroque negandum. Ita Pellizzarius: Sed tu cogita.

An possit quis per diuersos actus adipisci eodem tempore diuersas Indulgentias.

RESOLVTIO XIV.

Affirmatiuè respondet Bonacina dicens à nemine ante ipsum propositam fuisse hanc questionem: cum securus est Sanctarellus, *cap. 10. dub. 2.* Ratio est, quia Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant. Hinc qui habet Indulgentias quinque Sanctorum, obtinet bis remissionem tertiæ partis peccatorum suorum, si dum audit Sacrum, eliciat actum derestationis suorum peccatorum, inuocando vnum aut plures ex illis Sanctis. Vnde ex his sequitur, quod si quis sodalis Beatissimæ Virginis, habens Indulgentias eorundem quinque Sanctorum tempore Sacri, in Templo Societatis, aut Patrum Carmelitanorum coram Altari in quo sit Imago S. Ignatii, aut S. Teresie, &c. scilicet Virgineum precando percurrat, ad imitationem S. Ignatii, S. Teresie, S. Francisci Xauerij, &c. lucrabitur vno eodemque tempore Indulgentias promissas, tum recitantibus coronam B. Virginis, tum septies Pater & Aue (nam hæc in corona vtique continentur) orantibus, tum precantibus in templis Ordinum Mendicantium pro obtinendis Stationum Indulgentiis, tum orantibus ante Imaginem vnius à quinque Sanctis, tum audientibus sacrum, tum facientibus bonum opus ad imitationem vnius ex istis quinque gloriosis Sanctis. Et hæc omnia docet Gobat *in Theaur. Indulgent. p. 1. c. 18. q. 67. n. 218. & 219.* Dubitat tamen de Indulgentia precantium septem Pater, & Aue: Et hanc sententiam, præter Bonacinam, & Gobat, docet etiam Castrus Palus, *tom. 4. tract. 24. punct. 9. num. 14.* vbi sic ait: An vno eodemque tempore diuersis actibus, quorum singulis diuersæ sunt Indulgentiæ concessæ, possit eas lucrari. Vt, si recitanti horas Canonicas, & audientium missam variæ essent concessæ Indulgentiæ, lucrari eas possit, simul audiendo Sacrum, & horas recitando? Cui difficultati affirmatiuè est re-

spondendum; quia vnunquodque opus æquè eodem tempore ac in diuersis perfici potest, æquèque valet suæ concessionis causam finalem complere; ac si se iunctum ab alio peractum esset. Ita ille; cui addit nouissimè nostrum Patrem Pasqualigum *in Praxis de Iubilæo, quest. 45.*

Sed quid dicendum de alia difficultate, an eodem opere, plures Indulgentiæ diuersis viis concessæ lucrari possint. Hanc difficultatem alibi pertractaui, & nouissimè Amicus *in Cur. Theol. tom. 8. disput. 20. sect. 8. num. 238.* distinguendum putat: nam si idem opus erit porportionata causa pro omnibus Indulgentiis, poterimus eodem opere omnes simul lucrari: secus si idem opus non erit porportionata causa pro omnibus. Ratio est; quoniam vt Indulgentia sit valida requirit porportionatam causam, quam deficiente, Indulgentia suum effectum non fortitur. Sed ad propositam difficultatem negatiuè respondent 10. Doctores, quos citat, & sequitur Pasqualigus *in Praxis de Iubilæo, quest. 44. n. 3.* Hanc tamen opinionem limitat Suarez *tom. 4. in 3. part. disp. 52. sect. 8. num. 10.* Coninch. *disp. 12. de Indulgent. dub. 9. num. 42.* Granadus *3. par. controuers. 12. tract. 6. disp. 12. num. 8.* Faustus *lib. 2. de Indulgent. quest. 140. vers.* Et quidem Pasqualigus *vbi supra, num. 1.* Layman. *lib. 3. tractat. 7. cap. 6. num. 6.* & me citato Gobat *in Theaur. Indulgent. part. 1. cap. 18. quest. 67. num. 210.* ne procedat, cum opus iniunctum iterabile non est: v. g. si communicanti in festo Conceptionis, vel in eius Vigilia ieiunanti concedatur digressis viis annus Indulgentiæ, credendum est, ieiunantem, vel communicantem plures annos consequi. Sed hanc limitationem non admittit nouissimè Castrus Palus *tom. 4. tract. 24. disp. unica. punct. 9. num. 13.* nam esse opus iniunctum iterabile, vel non iterabile, impertinens est ad complendam causæ sufficientiam, si alioquin ex se non complet. Quapropter, si ponamus, ieiunium complere sufficientiam causæ, quæ requisita est pro concessione vnius anni Indulgentiæ, nequit certè iuuare sufficientiam causæ pro alterius Indulgentiæ concessione.

Adde, non deesse Doctores asserentes, siue opus iniunctum sit iterabile, vel non iterabile, posse aliquem eodem opere plures indulgentias consequi. Et idè Pater Lezana *in Summa Q. Q. Regul. tom. 2. verb. Indulgentia, quoad Regulares, num. 19.* sic ait: Nota secundum probabilissimam opinionem quorundam, quod habens diuersas medallas diuersas benedictiones à diuersis Pontificibus habentes, potest eodem actu, seu oratione iniuncta diuersas illas Indulgentias consequi. Ratio est, quia priuilegium priuilegio non aufertur, & quia non est maior ratio cur Indulgentia vnius medallie, potius quàm alterius obtineatur, eò actu, vel oratione. Ergo vel omnium vel nullius, quod esset absurdum. Ita ille; cui adde Martinum de San Ioseph, *in Mon. Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 6. de Indulg. num. 9.* vbi sic ait: Tambien es opinon muy probable, que con vna misma obra se pueden ganar diferentes Indulgentias concedidas por ella, v. g. si teniendo vna cuenta bendita se grana Indulgencia rezando vn Pater noster, y Aue Maria, y por otra concession se concede la misma Indulgencia alque lo reza, y visita la Iglesia, se ganan ambas Indulgentias con rezar el Pater noster, y Aue Maria, visitando la Iglesia, porque con vna misma obra se puede satisfacer à diuersas obligaciones. Sic ille, & alij à me adducti. Et hanc sententiam probabilem esse docet etiam Gobat, *vbi supra, num. 113.* ex qua probabiliter infert, quod qui habet numismata, quorum alterum Indulgentiis quinque

quinque Sanctorum, alterum S. Caroli Borromæi, sit prædictum, quoties communicat, oratque pro fidelibus defunctis, potest duas animas liberare è Purgatorio, iuxta opinionem Henriquez, & aliorum. Et si ille dies, quo communicat sit Dominica Communionis Generalis, liberabit tertiam animam. Deinde, Sacerdos habens numisma affectum tam Indulgentiis quinque Sanctorum, quàm extraordinariis ab Urbano VIII. concessis liberat iuxta eandem opinionem Henriquez tres animas è Purgatorio, quando sacrum facit in solemnibus festiuitatibus recentis in breui. Postremum; qui in festo gloriosi Patriarchæ Ignatij pro Indulgentia tunc lucranda communicat, potest statim biduo post, idest secundo Augusti, obtinere Indulgentiam plenariam in festo Portiunculæ ab ipso Christo Domino. Seraphico Patri Francisco concessam, esto non iterum communicet, aut confiteatur, si non sit sibi conscius peccati mortalis.

Nec deseram hic etiam apponere id, quod obseruat Gobat. *part. 2. cap. 28. q. 72. n. 513.* quod quoties Sacerdos habens secum Imaginem, medalium, &c. affectum Indulgentiis quinque Sanctorum, sacrificat in Altari Priuilegiato; primam ratione Altaris Priuilegiati; secundam ratione concessionis, quæ sit expressè in §. 1. Indulgentiarum quinque Sanctorum, tertiam ratione concessionis, quæ sit §. 13. earundem Indulgentiarum; nam illic dicitur, omnes Indulgentias, ea formula, seu breui concessas, posse applicari per modum suffragij animabus Purgatorij: ergo Indulgentiam plenariam, quam sibi ipsi potest sacrificans acquirere iuxta *cit. §. 1.* poterit per modum suffragij applicare tertiæ animæ. Quod si habeat insuper Indulgentias extraordinarias ab Urbano VIII. concessas, faciatque sacrum aliquo ex diebus in formula harum Indulgentiarum nominatis, poterit secundum sententiam superius allatam ex Lezana, & aliis contra Pasqualigum & alios; poterit inquam quartam animam illis pœnis eximere, & quintam, si præterea adhuc habeat Indulgentias S. Caroli iuxta §. 17. illarum Indulgentiarum. Et idcirco hæc aded particularia commemoro, quia non dubito, quin multi has doctrinas in usum redigerent, si nosset esse probabiles. Ita Gobat. Vide etiam Quintanaduenam, in *Theol. Mor. tom. 1. in Append. tract. 9. dub. 6. num. 8.* vbi me citato vtramque sententiam ex dictis tanquam probabilem adducit.

Quis obtinuit beneficium cum promissione dandi magnam pecuniarum quantitatem, quasuit à me, an incurreret in pœnas latas à iure contra simoniacos, cum postea pretium non fuerit solutum.

RESOLVTIO XV.

PRIMA sententia affirmat docens, collationem, prouisionem, seu aliam dispositionem beneficij per simoniam conuentionalem factam, esse nullam, etiam si promissio temporalis, seu conuentio, & pacta non sint executi. Itaque ad effectum nullitatis tituli, seu prouisionis non est necessarium implementum ex parte promittentis temporale. Quæ sententia expressè probatur per text. in *d. c. ea qua, l. q. 3.* vbi Urban. II. in Concilio Placen. sic ait: Ea quæ à sanctis patribus de simoniacis statuta sunt, nos quoque, & iudicio S. Spiritus, & Apostolica autoritate firmamus. Quidquid ergo vel in Sacris Ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus, vel data, vel promissa pecunia, acquisitum est, nos irritum esse, & nullas vnquam

Anon. Diana, Pars X.

vires habere censemus. Vide etiam cap. *cum Clerici de pactis* & cap. *nobis. De simonia*, & constitutionem Pij V. incipientem. *Cum primum.* Ex quibus omnibus apparet ad effectum prouisionis ipso iure beneficij, & nullitatem prouisionis beneficium simoniacè fuisse acquisitum, quod satis verificatur, etiam si promissio rei temporalis, seu conuentio, non sit exequuta, & completa, vt patet, quia non datur gratis, & liberè. Et simonia inducitur, & causatur ex sola promissione, Abbas in *d. cap. nobis. num. 3.* & ibi Felinus *num. 2.* Lambertus, *de iure patronatus. 1. part. 2. lib. quest. 9. art. 11. & 2. part. 2. lib. quest. 9. art. 3. num. 8.* & Flamin. *Parif. d. lib. 14. quest. 7. à num. 31.* Adde quia emptio & venditio videtur perfecta si res tradatur etiam si pretium nondum sit solutum. Et ita hanc sententiam tenent plures Auctores; quos citat, & sequitur Garzias *de beneficiis. tom. 2. part. 8. cap. 16. num. 28.* Sed idem Garzias *ibid. num. 19.* pro negatiua sententia adducit 28. Doctores magni nominis, inter quos adsunt Nauarrus, Couarruias, Gutierrez, Lessius, Auila, Bouius, Suar. Ledesma, & alij, asserentes, quod nulla simonia conuentionalis, excepta ea, quæ confidentialis dicitur, inducat ipso facto vllas pœnas iuris positivi. Probatur hæc opinio, quia etsi fortè ex rigore iuris videantur hæc pœnæ contrahi per simoniam conuentionalem, etiam neutra ex parte completam; (eo quod ad substantiam contractus emptionis, & venditionis, sufficiat conuentio, seu pactum; quia consensu perficitur) tamen iuxta stylum Curie Romanæ non censentur incurse, nisi per simoniam realem vtrinque completam, vt testatur Nauarrus, non obstante Bulla Pij V. hac de re edita, quæ non videtur fuisse recepta. Cuius ratio esse videtur, quod pœnæ (præsertim graues, & quæ ipso facto incurruntur) quantum fieri potest, sunt restringendæ, ac proinde pœnæ constitutæ iis, qui spiritualia emunt, aut vendunt, restringendæ sunt ad emptionem, & venditionem completam, nisi expressè contrarium significetur, lex enim puniens aliquem actum, censenda est punire actum completum. Confirmatur Extrauag. *Cum deestabulo, de simonia*, vbi hæc pœnæ non statuuntur, nisi in eos, qui conuentio facta quomodolibet dando, vel accipiendo, simoniam commiserunt.

Quid ego sentiam dicam breuius. Opinio affirmatiua videtur mihi probabilior, & illi ego adhæreo; negatiuam tamen existimo probabilem, & tutam in praxi, vt illam æstimat Castrus Palaus *tom. 3. tract. 17. disp. 3. p. n. 22. num. 6.* & illam præter Doctores citatos tenet etiam Villalobos, in *Summa tom. 1. tract. 37. diff. 37. n. 3.* vide etiam Machad. *tom. 1. lib. 3. part. 3. tract. 3. diff. 5. num. 8.* Petrum Navarra, *de Res. lib. 2. cap. 2. num. 428.* Sed his positis, difficultas est, an consequens beneficium sub promissione pecuniæ, & illam post multum temporis soluens incidat taliter in pœnas simoniacorum, vt ipsæ pœnæ censeantur incurse quoad omnes suos effectus, ac si à principio pactio fuisset incurse, quæ vocatur retroractio? Affirmat Lessius *cap. 35. d. 27. num. 151.* vbi sic ait, Si simoniaca pactio vtrinque in totum, vel in partem completa fuerit, incurruntur pœnæ, & retroractio huntur ad tempus pactiois. v. g. collator conuenit cum Petro 100. aureis de dando illi beneficio, & statim illud contulit; sed Petrus nondum soluit pecuniam promissam; nondum incurrerunt pœnas iuris, ned collatione est irrita. Si tamen postea, etiam post menses, vel annos Petrus soluerit, iam incurse censebitur excommunicatio ab vtroque, & inhabilitas à Petro ab initio contractus, & contractus censebitur ab initio nullus, & collatio inualida. Ita ille, qui & Nau.

Gg 2 testante

testante de stylo Curia. Sed hoc non obstante in foro conscientia hanc sententiam non habere locum putat idem Lessius num. 155. sic asserens: Aduerte, videri quibusdam hanc retrotractionem non habere locum in foro conscientia, quia Canones id non statuerunt, sed solum in foro externo; nemo enim verè, & coram Deo est excommunicatus ante contumaciam; verè autem non est contumax, nisi cum fecerit illud, quod sub pœna excommunicationis ei erat prohibitum. Deinde contumacia non retrahitur, ergo nec excommunicatio, nec pœna illam sequentes. Denique hæc retrotractio solum fit per quamdam fictionem iuris, vt sic magis puniatur is, qui deliquit, & solum per stylum Curia Romanæ in quibusdam causis est introducta, quod est signum pertinere dumtaxat ad forum externum. Vnde in foro conscientia pœna simonia non censentur incurse nisi à tempore completæ simonia, nec retrorsum trahentur; quare non tenebitur talis beneficiarius ad restitutionem fructuum interim perceptorum, nec censentur fuisse inhabilis ad alia beneficia. Hæc Lessius, & post illum Castrus Palaus, *vbi supra, num. 7.* Dicendum est igitur in foro conscientia nullam pœnam, neque censuram contrahi, quæ retrahatur ad tempus pactionis. Et primò de excommunicatione est evidens, cum excommunicatio non incuratur, nisi ob contumaciam, quæ (hac opinione supposita) non committitur quousque soltas pretium, illo verò soluto retrahi non potest, sicut irregularitas ex homicidio tunc consummatur, quando mors consummatur, neque potest retrahi ad tempus inflicti vulneris, quia pro toto illo tempore neque fuit excommunicatus, neque irregularis. Ergo per nullam potentiam fieri potest, vt fuerit excommunicatus, aut irregularis, vt bene probat Suarez *lib. 4. de simonia cap. 56. num. 37. & 38.* Idem probat de suspensione in ordine, & in *cap. 57. n. 53.* probat, collationem beneficii recepti validam esse, & non teneri dimittere beneficium, nisi pretium solueris, & in *num. 56.* inclinatur in foro conscientia, te non teneri fructus perceptos illo medio tempore restituere, neque obligatum te esse dimittere beneficia acquisita illo intermedio tempore, quo non soluisti pretium, quia hæc omnia iam suum effectum sortita sunt. Quocirca solum in foro exteriori, & post condemnationem sentit fructus illo intermedio tempore perceptos debere restitui. Et idèd hanc sententiam puto satis probabilem esse.

*An si quis cum Pontifice sciente committeret simoniam, incidere in pœnas, si Papa ex-
preste cum ipso non dispensaret.*

RESOLVTIO XV.

Affirmatiuam sententiam docet Paludanus *in 4. d. 25. q. 4.* Siluest. *in verb. simonia quest. 4.* Aurea Armilla *in eodem verb. in fin.* Dominicus à Soto *lib. 9. de iust. & iure quest. 5. art. 2.* Petrus de Aragon. *in 2. 2. S. Thoma q. 100. art. 1. versus fin.* Greg. de Valent. *in eadem q. punct. ult.* Angelus *in verbo, simonia 5. §. 7. 8. & infra in verb. illo 7. §. 5.* S. Antonin. *2. part. tit. 1. cap. 5. §. 2.* Felinus *in hoc cap. & in cap. De cetero col. fin. de re iudic. Turrectem. in d. cap. latorem. num. 4.* Martinus Nauarr. *loco cit.* & eius Discipulis Didac. Couarr. *in relect. cap. Peccatum de reg. iur. in 6. part. 2. §. 8. num. 9.* Cosinus Philiaricus Theologus Florent. *rom. 1. de offic. Sacerdotis lib. 6. c. 3. concl. 5.* Atque hæc est communior, receptiorque opinio. In partem ne-

gantem iuerunt Adrian. *quodl. 9. art. ult. ad 4. principale* Ioannes Maior *in 4. d. 25. quest. 3.* In banc partem allegatur à Panormit. etiam Ioannes Andreas *in regul. cui licet de reg. iur. in 6. Mercurialib.* Vbi ad propositum facit, quod ait in simili. Si Episcopi statuto caueatur, quod ludens ad azardum sit excommunicatus, ludens cum Episcopo, qui talem statutum edidit, excommunicatus est, etiam si Episcopus non incidat in pœnam statuti. Cardinalis Caietanus *2. 2. q. 110. art. ultimo* anceps est in hac dubitatione. Vtriusque sententia argumenta ponit, & soluit. Et quidem dispensatio est actus potestatis legislatiua, atqui Pontifex admittens simoniam, si aliud non dicat, non vitur huiusmodi vlla potestate; sine dispensatione autem manent in suo vigore leges pœnales respectu subditi; ergo in proposito eiusmodi pœnas incurrit. Deinde, etiam si Papa saluter excommunicatum verbo, osculo, literis, aut alio quouis modo cum ipso communicet, non propterea eum censentur absolueret, vt aperte definitum est Clementina; si summus Pontifex; De sententia excommunicationis.

Sed, vt verum fatear, ego negatiua sententia adhaereo, dico igitur, quod Pontifex scienter committens cum alio tertio simoniam, ipso facto dispensat cum eodem, vt non incidat pœnas à Canonibus latas contra simoniacos, secundum affirmantem, communiorem, & veriore opinionem. Ratio est, quia scientia Principis purgat hoc crimen, quantum ad eas pœnas, quæ sunt iuris positiui. Quandoquidem Princeps sciens aliquem inhabilem ad dignitatem, quam ei conferre intendit, ipso facto, quo ei confert, tacite impliciteque videtur eum pacem reddere, & cum eo dispensare, iuxta dicta à Bartolo *in l. Barbarius num. 12. ff. de offic. Praef. Felinus in cap. praeerea num. 9. de testibus cogendis.* Panormitanus *in cap. in cunctis. §. Infer. & in cap. Innocentis. colum. 4. de elect. Roman. in cons. 327. & alios alibi.* Atque causa eius reddi potest: Quia alias actus Principis esset illusorius, nullumque effectum sortiretur, quod est absurdum, ideoque non dicendum. Ex hac conclus. infero cum Paludan. & post eum S. Anton. & aliis, quod si quis acciperet beneficium in Curia Romana, & conscientiam haberet de scientia Papæ confirmantis, pœnitendo de peccato, non teneretur resignare, sed posset retinere. Ad illud allatum à Ioanne Andrea de ludente cum Episcopo, qui tulit excommunicationem in sic ludentem, Respondet Siluest. & alij quidam, in primis de Episcopo, quod ipse non potest secundum aliquos facere, vt stante statuto suo contraveniens non ligetur: quod tamen Pontifex potest: Vel aliter, quod Episcopus ludendo cum aliquo etiam praesumptiue dispensat, & ille impunè cum eo ludat. sicut etiam Pontifex secundum praedicta implicite, & praesumptiue dispensat in simonia eius, qui eandem secum committit. Et idèd hanc sententiam praeter Doctores citatos sustinet Lessius *lib. 2. cap. 35. dub. 5. n. 32.* Couarruuias *ad regul. peccatum part. 2. §. 9. num. 9.* & Ioannes V Vigers *de iust. tract. 7. cap. 4. dub. 5. n. 23.* Malderus *tract. 9. cap. 3. dub. 4.* Nauarra *de Rest. lib. 2. cap. 2. num. 434.*

Sed si aliquis inquiret, an Pontifex incurrat crimen simoniae iuris positiui. Aliqui existimare videntur peccatum simoniae iuris humani non posse in Pontificem cadere. Suarez *rom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia cap. 52. n. 4.* dicit, quod Pontifex summus possit facile vitare simoniae vitium, etiam si venditiones, vel contractus faciat circa res spirituales, qui iure tantum Ecclesiastico simoniaci effecti sunt,

Bonacina

Bonacina autem *quest. 5. n. 5.* dicit, quod possit Pontifex culpam simonię iure Canonico prohibito contrahere, si rei naturam præcisè spectemus; vltius vero significat, quod tamen de facto numquam contrahatur, in quod etiam inclinari videtur Suarez, fundamentum horum est duplex, puta quod Pontifex præsumatur secum dispensare, quando facit tales contractus. Sed Suarez magis placet aliud fundamentum, quod materię illæ istorum canonum non æquè concernant Pontificem, & inferiores Prælatos, ac fideles: quod certè vniuersaliter non videtur verum; non enim apparet, quare materia, quæ cadit sub prohibitionem de non vendendis beneficiis, & spiritualibus officiis non æquè concernat summum Pontificem, quando necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ id non requirit, ac inferiores Prælatos: imò videretur multo magis ipsum concernere, quando quidem habeat longè plura, & quæ maioris sunt momenti conferenda, & ex quorum sana distributione magis pendet commune bonum Ecclesiæ. Neque ad rem facit quod habet Bonacina, quod nullus supremus Reipublicæ, Princeps prohibeatur vendere officia vendibilia suæ Reipublicæ, quia etsi id verum esset, seposita omni prohibitionem positua, si tamen ipse cum Senatu Regni iudicasset, esse contra bonum Regni talia vendere, & sic vniuersalem prohibitionem fecisset, teneretur ipse quoque lege illa vt directiua, & delinqueret, si absque rationabili causa contrarium faceret; quemadmodum in aliis legibus æquè Principem, & subditos concernentibus. Et hæc omnia docent Lessius, & Vigiers *ubi supra.* Sed cum Suarez, & Bonacina concurrat Malderus *loco cit.*: Verum quidquid sit de hoc, certum est, quod numquam Pontifex incurrit pœnas iure Ecclesiastico constitutas contra simoniacos, vt excommunicationem, suspensionem, inhabilitates, &c. Ita docent communiter Doctores: Vide etiam præter alios supra adductos Petrum Binsfeldium *in cap. 1. de simonia. quest. 2. per totum.*

An permutantes beneficia sine superiorum permissu incidant in censuras, & alias pœnas.

RESOLVTIO XVI.

Negatiuam sententiam tenet Petrus Navarra *lib. 2. de Resist. cap. 2. num. 4. § 6.* vbi sic ait: Tandem colligo, an prædicta de excommunicatione, & restitutione, tam beneficij, quam fructum accipienda sint de simoniaco, contra ius positium, ita vt si duo perueniant beneficia traditione sequuta, sine licentia superioris, sint excommunicati & vtroque beneficio ipso pacto, priuari, fructusque perceptos, & consumptos restituere teneantur? Et sanè videri posset alicui quod dictæ pœnæ talibus simoniacis incurrantur. Primum, quia in cap. *cum olim de rerum permutatione*, prohibetur pactum inter beneficia sub priuatione beneficiorum. Secundò, quia in *Extrau. 1.* fulminantur illæ pœnæ contra simoniacos. Constat autem in iure, esse verè simoniacos, qui sine licentia superioris dant vnum spirituale pro alio, vt supra late probaui. Vnde *in cap. quasi de rerum permutatione* dicitur labem continere simoniæ. Si igitur in iure tales simoniaci dicuntur, sequitur sub illa Constitutione Pauli I. comprehendendi, maximè quia ibi dicitur quomodolibet dando, vel recipiendo, quasi dicat, etiam si non detur spirituale pro temporali, sed vnum spirituale pro altero, ex pacto, secuta traditione. Atque hæc quidem y. Anton. Diana, Pars X.

detur communis sententia. Ergo, si audiendus sum, numquam credidi, sic agentes esse excommunicatos, aut priuatos beneficiis ipso iure: atque idem est de reseruatis sibi pensionem; sine Papæ auctoritate. Moueor ea ratione, quia nullum est ius, quod de hoc genere simoniæ loquatur, scilicet de beneficiorum permutatione vel vnus rei spiritualis pro alia, quod habet aliquam pœnam ipso facto annexam. Nam in cap. *cum olim de rerum permutatione*, quod loquitur de permutantibus beneficia, solum habet pœnam priuationis beneficiorum ferendam tamen, excommunicationem vero nullam, cap. *autem rem, cum pridem de pactis* & cap. *Institutionum, de simonia*, omnia loquuntur de pœna ferenda neque in vilo eorum de excommunicatione aliquid. Imò si rectè consideret: Nec ad hanc pœnam ferendam agunt ad propositum: cum ibi sit sermo de simonia proprie & strictè, quando accipitur temporale pro spirituali, Vnde solum potest probari contraria sententia per d. *Extrauag. 1. de simonia*, & Concil. Constant quod interea relatum est. At ne ex hoc probatur prædicta opinio: cum enim prædicta Constitutio nihil aliud dicat, quam quod simoniaci illas pœna ipso facta incurrant, non debet extendi ad eos, qui permutant beneficia: est enim materia pœnarum, & earum grauium, atque aded restringi debet vocabulum, & in propria accipi significatione: constat autem propriam significationem, & strictam verbi simonia, esse emptionem, & venditionem rei spiritualis pro temporali, quod est iure naturali, & diuino prohibitum. Licet enim verum est, vt supra diximus, iure vocari simoniam dationem vnus spiritualis pro alio non gratuito, seu ex pacto, tamen reuera hoc est in lata significatione, & extensa vocabuli, non in propria, & stricta, in qua mea sententia comperio Couarruiam *lib. 1. Varia. resol. cap. 5. num. 3. in fine, & num. 5. vers. item, quod vidimus non displicet*, imò Nauarr. clariùs loquentem, *cap. 23. num. 105. in fine.* Per hæc patet, ad rationes à me pro hac ratione factas, cap. enim olim priuationem habet beneficiorum, ferendam tamen, vt patet legenti. Ad secundum etiam solutio patet: licet etiam tales permutantes, vel pensionem reseruantes, aut quouis alio modo conuentionem exequentes in rebus spiritualibus, in iure verè simoniaci appellantur, tamen in materia pœnarum, non oportet eos intelligi, cum non strictè, sed extensione quadam vocabuli, dicti sint simoniaci. Ad illud, quod *Extrauag.* dicit: *Quomodolibet dando, vel recipiendo.* Respond. solum prohiberi modum non obiectum. Non enim dixit, quodcumque dando, vel recipiendo: nam eo ipso quod datur spirituale pro temporali, quomodolibet fiat siue pecunia, siue seruitio, siue munere à manu, vel lingua, incurrantur prædictæ pœnæ ipso facto, in beneficiis. Hucusque Nau. cui etiam adde Petrum Aragon. *in 2. 1. quest. 100.* & ita hanc sententiam de rigore iuris disputatiuè posse defendi putauit Binsfeldius *de simonia in rubrica fol. 67.*

Sed ego prorsus existimo, contatiam sententiam tenendam esse tam practicè, quam speculatiuè. Dico itaque, quod permutatio beneficiorum, & cuiusuis iuris spiritualis beneficia concernentis, si fiat auctoritate priuata est illicita, & simoniaca contra prohibitionem Ecclesiæ; habetur cap. *cum olim cap. quasi de rerum permutatione, cap. maioribus de Præbendis, cap. vlt. de pactis.* Ita est communis Doctorum sententia, vt videre est in *Rebuff. in punct. 3. p. tit. de permur. num. 52. Vgolin. tab. 1. cap. 27. Redoano tit. de simonia part. 3. cap. 3. & 23. Suar. lib. 4. cap. 31. num. 8.*

Valen. *diff. 6. quest. 16. part. 3. vers. ac videtur c. 1659.* esto contra teneat glossa, & Innocent. *in cap. questum. de rerum permutatione*, dicentes prebendas eiusdem Ecclesie, & eiusdem rationis posse permutari priuatim, sed Hostiens. Panormit. & alibi ibi, & Doctores supra relati non admittunt exceptionem, & merito, quia ius non admittit, cum prohibitio sit generalis. Quod à fortiori procedit in casu, si permutatio fieret in manibus Superioris, & permittentes inter se conueniant de danda pensione ei, qui pinguius beneficium in alium resignauit, aut permutauit, ut bene dicit Valen. *q. 16. p. 3. versic. tertio modo pag. 1659. & Man. Rodriq. 2. tit. Sum. cap. 65. n. 6. cum Arag. quest. 100. art. 4. vers. est aliud dubium in 3. conclus. p. 1121.* Ex hac conclusione infero cum Lessip *lib. 2. cap. 35. dub. 17. num. 110.* & multis aliis, quos refert, & sequitur Nicolaus Garcia *de benefec. 1. p. c. 4. n. 6.* permittentes propria auctoritate beneficia, aut eius ad illa effecisse actum irritum, & nullum; ac proinde non posse propria auctoritate beneficium tinere. Superiorem tamen posse in pœnam commissi criminis eos per sententiam beneficii priuare, ut patet ex *cap. olim 7. De rerum permutat.* non tamen amittere ea ipso facto, imò neque incurrere censuras secundum probabilem sententiam. Et hæc omnia docet Castrus Palaus *tom. 3. tract. 17. disp. 3. punct. 15. n. 3.* cui adde Ioannem Vvigers *de Inst. tract. 7. cap. 4. d. 14. n. 583.* qui etiam obseruat quod Angelus *verb. permutatio. n. 5.* & Siluest. *eodem 2. q. 2.* existimant Superiorem sufficientem ad permutationem non esse Episcopum solum, vel qui Episcopalem iurisdictionem habet, sed quando ad illos non spectat talium beneficiorum collatio, tunc sufficere posse etiam Prælatum inferiorem, ad quem collatio, aut institutio spectat, quod & D. Soto *lib. 9. q. 5. art. 2. & q. 7. art. 2.* videtur supponere, vbi sub desunctione loquitur de Episcopo, vel eo, ad quem collatio spectat, quamuis ex professo hoc non disputet: & videtur posse colligi ex *c. unico de rerum permutatione in 6.* in quo dicitur, illos tamen, qui secundum formam iuris sua beneficia in eadem Diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, &c. vbi vrgeri potest illud, ad tuam collationem spectantia, quia videtur indicare permutationem beneficiorum, quæ non spectant ad collationem Episcopi, ad eam non pertinere. Est quidem ista opinio contra communem: vbi tamen est in longa praxi, & quasi præscripta poterit seruari, quamuis non foret satis tutum vbi non est in vsu, eam introducere. Sed licet hæc omnia optimè à Vvigers dicta sint, tamen sententia Angeli, & aliorum est satis probabilis, & ut talem defendit Suarez *de simonia lib. 4. cap. 32. num. 18.* & videtur probari ex *cap. unica de rerum permut. in 6.* vbi approbatio, & consensus Episcopi requiritur in permutatione beneficium, quæ ipse conferre potest, non in aliis, dicitur enim ibi, qui secundum formam iuris sua beneficia in eadem Diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, libere, & sine fraude in manibus tuis ipsa resignent. Ergo quæ ad collationem Episcopi, non pertinent, non tenentur in manibus Episcopi resignare. Ratio verò est, quia consensus Episcopi in permutationibus idèd spectatur, quia sine illo nec renunciatio beneficii, nec alterius obrentio fieri potest; cum ergo possit absolute beneficium resignari, aliudque de nouo obrineri sine Episcopi consensu, quando ad illum collatio, seu institutio non spectat, non est cur dicamus, esse necessarium eius consensum: & tandem quia ille Prælati, ad quem collatio beneficiorum spectat habet in hac parte iurisdictionem Episcopalem; si quidem

beneficiorum collatio propria est Episcopi, *cap. omnes Baslica 19. quest. 7.* Ergo quoad tales actus rectè comprehendi potest sub nomine Episcopi. Et ita ex his rationibus Palaus *vbi supra num. 5.* hanc sententiam tamquam probabilem tuetur.

Sed hic quero primo, an inter se beneficiati possent tractare de permutatione, accedente auctoritate superioris futura. Aliqui negant; ita enim sentit Hostiens. *in d. cap. questum*, quem sequitur Ioannes Andreas, ut citat Panormitanus. fauet illud ipsum *cap. & cap. Cum olim.* supra citatum; vbi videtur damnari omnis pæctio, & consensus partium in permutationem præueniens prolationem Superioris. Fauet etiam *cap. cum uniuersorum*, & ibi glossa eodem; vbi damnari videtur factum eorum, qui incipiunt tractare in se de permutatione suarum Præbendarum, antequam Superiorem consulant. Sed omninò dicendum est licere partibus inter se tractare de futura permutatione, si superior consentiat: est communis, Siluestri *supra*, Panormitani *in d. cap. questum*, qui citat Innocentium; Rebuff. *de permutat. num. 52.* Glossæ *in Clementinam unicam*, eodem, & aliorum. Confirmatur ex praxi totius orbis Christiani, & quia huiusmodi contractus planè resoluntur in conditionem, adeoque in consensum Superioris. Neque debet hæc conditio haberi pro impossibili, ut iura solent habere conditionem illam, quæ pender à sola Principis voluntate, ut patet *leg. continuus. 5. cum quis. ff. de verb. oblig.* hic enim consensus non fertur in præsens, sed in futurum, & non expectatur dispensatio Superioris, sed ordinaria quædam validatio, & auctoritatis impertitio.

Quarto. Secundò, An sit necessaria aliqua causa in permutatione beneficiorum. Respondeo, *cap. questum*, De rerum permutatione, indicari debere in permutatione interuenire necessariam aliquam causam. Quod non ita accipiendum, quasi pro Ecclesie, vel beneficii, vel communi utilitate citra aliam necessitatem non liceat permutatio. Si enim qui utilis est Ecclesie in hoc suo beneficio, utilior sit futurus in alio, iam satis iusta est causa permutandi, ut docet in illud *cap. Panormitanus*, & hoc ipsum indicat Pontifex *in fine cap. iustum finem personæ exercere.* Erit etiam iusta causa, si permutans vno loco commodius propriæ saluti sit consulturus. Indicat D. Thomas *in 4. distinct. 25. quest. 3. art. 3. ad 8.* Si verò fiat permutatio solum pro aliquo commodo temporali alterius, vel vtriusque partis, est simoniaca secundum eundem D. Thomam. Non tamen damnandus eris Simonie, qui in hoc beneficio non inconueniens congruam sustentationem, cum alio, qui tanta sustentatione non indiget, sine fraude sentiente permutat, quia beneficium eius pinguius est, & ad necessariam sustentationem sibi utilius: hoc ipsum enim etiam ad decorem Domus Dei cedit, quòd in ea non indigeant ministri: secundum illud Malachie *3. sit cibis in domo mea, & probate me super hoc*, &c. Similis ratio erit, si Clericus permutet, quia in loco sui beneficii perpetuas, & assiduas habet inimicitias, vel incommodum patitur propter aeris intemperiem. Vide Mald. de Simon.

tract. 9. cap. 3. dub. 10. & alios vbi supra.

* *

An in Vigilia Pentecostes sit saltem ex consuetudine sub precepto ieiunandum, & alij casus circa ieiunium refelluntur.

RESOLVTIO XVII.

NEGatiuam sententiam tenet Grana in 2. lib. decret. de ferijs, tit. 9. num. 13. Per hæc verba: sic similiter ieiunium non est de necessitate post Pascha Resurrectionis vsque ad Pentecostem, sed si de facto deuotione, & voluntate poenitentiz causa in Vigilia Pentecostes fiat, admittitur, quamuis ex necessitate fieri non debeat, iuxta rex. in cap. ieiunium. §. non autem 76. dist. cap. prerogationu. de conso. dist. 3. ka ille. Cui addit P. Pasqualigum in Praxi de ieiunio. decis. 171. n. 3.

Sed prorsus talem sententiam esse reiiciendam ego existimo, cum sit contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim, & consuetudinem totius Ecclesie; Vnde acriter contra Patrem Pasqualigum insurgit Pater Bordonus; omnino videndus in Miscellaneis dec. 65. per totam, vbi respondet ad omnia eius argumenta, & idem hanc sententiam etiam nominatim contra Pasqualigum firmat nouissimè Leander de Precept. Eccles. tract. 5. disp. 7. q. 11. qui etiam quest. 12. idem dicendum putat contra eundem Pasqualigum decis. 172. de ieiunio in peruiugio S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentij & omnium Sanctorum & qui 6. & 7. contra eundem decis. 169. idem merito firmat de omnibus ieiunijs quatuor temporum, etiam de illis, quæ celebrantur in hebdomoda pentecostes; est igitur in his opinionibus doctus, & amicissimus Pasqualigus deferendus; qui decis. 176. num. 6. querit, An quando in Sabbato incidit aliquod festum ex solemnioribus, licitum sit vesci carnibus, & respondet, licet ex cap. quin. dies de consecrat. dist. 5. Nam ibi dicitur, Sabbato abstinendum à carnibus, nisi eo die maior festiuitas interueniat. Sed praxis hoc ad Natalem Domini coarctauit. Sic ille ibi, & bene. Sed Leandrus vbi supra q. 18. alloquens Pasqualigo sic asserit: Vnde scis, mi Pasqualige, quod hæc praxis, & hæc consuetudo obliget ad mortale? Vnde, cum nescias, an introducta fuerit cum animo se obligandi? Vnde, cum sit contra expressum ius, semper dicens: posse in Sabbato interueniente maiori festiuitate, carnibus vesci, Si dicas, quod hoc scis ex praxi omnium fidelium, & ex communi Doctorum sententia id docente, & sentiente, id ipsum dic de consuetudine ieiunandi in Quatuor temporibus anni, in Vigilijs Pentecostes, & in Vigilia S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentij, & omnium Sanctorum: non enim est maior ratio vnus, quam alterius, vt constat. Hæc Leandrus Dicendum est igitur in suprascriptis ieiunijs esse ratione consuetudinis sub peccato mortali ieiunandum, vt ieiunatum fuit vsque adhuc in Ecclesia Dei ab omnibus Pontificibus, Episcopis, Religiosis, & à toto populo Christiano.

Nota verò, quod dum hæc scriberem interrogatus fui per literas, an in diebus, in quibus prohibentur oia licitum sit comedere panem biscottum, in quacumque magna quantitate, seclusa etiam consuetudine. Et adducebant pro parte affirmatiua Patrem Pasqualigum decis. 85. num. 3. Sed ego respondi negatiuam sententiam prorsus sustinendam esse, & solidissimis rationibus adductis à Leandro vbi supra tract. disp. 3. q. 18. in quibus pater responsio ad argumenti, quæ pro se adducit Pasqualigus, & in primis putat Leandrus, falsum esse, quod in pane biscotto nullum vestigium ouorum remaneat, aut appareat;

remanet namque, vt pars constitutiua talis panis; & apparet, non solum gustui, vt experimur, verum & visui, vt omnes, qui vident, vident. Ex quo clarè sequitur oppositum, quod intendit Pasqualigus nempe, quod non solum in magna quantitate, vt ille volebat, verum nec in parua, liceat vti pane biscotto, in diebus, in quibus prohibita sunt oua, nisi alias alicubi consuetudo vigeat. Deinde falsum est quod prædictus auctor adiecit, videlicet, quod licet quantitas ouorum sit notabilis seorsim sumpta tamen immixta pani ita exigua, & absorpta in illo reddatur, vt nunquam censeatur quis vesci ouis. Hoc enim falsissimum esse, ipsa etiam experientia testatur; icum maiori quantitate ouorum, manente eadem quantitate farina; maior in quantitate panis biscottus fiat, quod non contingeret, si quantitas ouorum absorberetur in substantia panis. Tandem etiam est falsissimum, quod non prohibeantur oua, nisi prout sunt moraliter oua, hoc est non mixta, & imbibita in substantia panis, aut aliorum ciborum. Tum, quia oua prohibentur absolute, & simpliciter, sine limitatione, Tum etiam, quia oua mixta, cum substantia panis, sunt, & remanent in illo, moraliter oua, non integra, sicuti erant, antequam contererentur, & ex ipsis fieret, quasi vna massa, & miscerentur cum farina, sed quasi abscondita propter admixtionem cum substantia panis. Ita Leandrus, vbi supra, qui plures alios Doctores, me etiam citato, adducit, nec aliter sentiendum esse puto. Et tandem notandum est hic obiter, non esse admittendas aliquas alias sententias Pasqualigi Nam primò asserit decis. 155. quod in comedendo post mediam noctem quando subsequitur ieiunium, aut ante mediam noctem in die ieiunii datur paruitas materi excusans à ieiunio, videlicet infra spatium vnus horæ. Secundò asserit decis. 160. quod si quis dum cœnat audiret pulsus designates mediam noctem, non teneretur cessare à cœna, si die sequenti ieiunare teneatur, potest complere cœnam iam ceptam. Tertio asserit decis. 161. quod in vltima nocte Bacchanalium licitum sit differre cœnam vsque ad tertiam horam post mediam noctem, qui tamen addit, quod licet hoc videatur sibi probabile, non vult tamen aliquid determinare, sed alijs ponderandum relinquit. Verùm has opiniones prorsus refellendas esse puto, sunt enim contra omnes Doctores, & contra praxim & communem sensum omnium fidelium: & idem merito aduersus illas insurgit nouissimè P. Leandrus tra. 5. d. 6. q. 28. 29. & 30. in quibus solide respondet ad omnia argumenta Patris Pasqualigi, qui miror, quomodo tū facile dilaret, & protrahat vltimum diem Bacchanalium pro ludis, saltationibus, & porationibus; & postea tam acriter insurgat contra Eminentissimum Card. de Lugo, eo quod anticipauit diem Natiuitatis in Cappella Papali pro missa in illa noctu celebranda ante Pontificè.

An Baptismus collatus in extrema parte comæ, vel in secundina, sit validus.

RESOLVTIO XVIII.

SUPpono baptismum collatum in capillis, & super secundinam esse validum, sic ego cum pluribus alibi docui, & Castrus Palaus tom. 4. tract. 19. punct. 4. num. 7. & 8. sed difficultas est, si aqua solum effunderetur super extremam partem capillorum pendentium ab vtroque capitis latere, & extra ipsum caput, quæ pars ab aliquibus ligari solet in cinem serica vitta, vel aliter. Casus est curiosus, & non passim obuius, & videtur prima facie affirmatiuè res-

pondendum, quia sicut est pars corporis, & sicut viuit, & vegetat capillus breuis, ita & capillus longus, sed baptismus collatus in capillo breui est validus, vt diximus, ita & baptismus collatus in vltima parte comæ pendentis. Sed ego negatiuæ sententiæ ad hæreo, quam tuetur Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 11. disp. 1. dub. 3. num. 52. & 53.* vbi sic ait: Capilli etiam si non viuunt vita hominis, sunt tamen partes homini naturaliter coniunctæ, sicut etiam vngues, atque hoc satis esse, vt homo dicatur ablui, & aspergi per abluitionem, & asperisionem illarum partium; quod ego maximè verum puto, quando capilli breues, & detonsi ipsi capiti mstant; tunc enim magis mihi clarum videtur, quod homo illis ablutis, & aspersis dicatur lauari, aut aspergi, non tamen ita mihi certum apparet, quando capillamentum defluit vsque ad talos, vel vsque ad genua, aut furas, extréma tantum capillorum madefiant. Eodem modo notat Vasquez ex Rosella, & Siluestro, valere Sacramentum quando infans recens natus baptizaretur in secundina, id est pellicula illa, in qua nasci solet, quamuis enim alioquin inclusus corio, si supra corium infunderetur aqua non valeret baptismus, nisi penetraret aqua vsque ad carnes, iuxta nuper dicta; tamen, quia secundina est velutis pars infantis, etiam si illa non penetraret, valebit baptismus. Verùm ex hoc ipso confirmarem ego quod nuper dicebam de capillis, si enim pars quædam secundinæ non præcisa à reliquis non circumdaret partem corpusculi, sed iam deflueret, & quasi penderet, durum mihi videtur, baptismum in illa parte defluente factum dicere esse validum, quamuis validum sit in parte inexistente, aut circumdante corpusculum: ergo pari ratione in extremo defluentis comæ, seu capillitij baptismus non erit validus; certè mihi valde dubium est, & multò mihi minus videtur Baptismus validus collatus in solis capillis, quàm in manu, aut pede, & tamen plerique de illo valdè dubitant, vt paulò post videbimus. Hucusque Dicastillus, cuius sententiam inuenio nouissimè firmatam ab Eminentiss. Card. Lugo in *Respons. moralibus lib. 1. dub. 1. num. 9.* quia ait, ille si ablutio vnus digiti pedis non sufficit ad baptismum, iuxta communem sententiam, multò minus sufficit ablutio extremæ partis comæ pendentis, quæ minus videtur pertinere ad hominis complementum, quàm digitus. Est autem magna differentia inter capillos illos, qui caput ipsum tegunt, & illos, qui ex capite pendent per humeros, qui certè non sunt capitis pars, nec qui illos tangit dicitur caput tetigisse; quare nec qui illos abluit dicitur caput abluere. Secus dicendum est de illis, qui in capite sunt, & illud tegunt; sunt enim quasi pellis, & cutis externa ipsius capitis: quare sicut tangens cutem capitis, vel illam abluens; dicitur tangere, vel abluere caput, ita & qui capillos tangit, vel abluit. Quod à posteriori constare potest, quia si aliquis videret extremitatem solam comæ Petri ex humeris pendentis, & nihil aliud, non diceretur vidisse Petri caput: si tamen vidisset caput ipsum ita capillis coopertum, vt cutem, aut carnem non videret, adhuc diceretur caput vidisse: Vnde apparet cæsariem pendentem ad humeros non esse partem capitis, sicut sunt capilli in ipso capite positi, & illud regentes. Nota verò, quod baptismus, collatus in capillis, debet postea reiterari sub conditione, vt, me citato probat Lugo, *vbi supr. num. 10. cum seq.* Magister Serra in *3. par. D. Thoma quest. 66. art. 7.* Sed quid dicendum, si aqua baptismi solùm contingeret vngues; Ochagauiam, quem citat, & sequitur Leandro *de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 2. quest. 24.* putant dicendum id, quod dictum est de capillis, sed negat

Martinus de Sancto Ioseph *tom. 1. lib. 1. tract. 1. de Baptism. num. 12.* sicut negat de capillis, fatetur tamen in vtroque casu, Baptismum sic collatum in necessitate, esse, vt diximus, postea reiterandum sub conditione.

An si quis probabiliter putat, se non fuisse baptizatum, possit adhuc suscipere alia Sacramenta.

RESOLVTIO XIX.

Suppono cum communi Theologorum sententia, esse iterandos sub conditione omnes Baptismos, in quibus Baptizans vsus est opinione probabili circa essentialia, v.g. circa formam; vt si baptizaret in nomine Christi, vel Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque, & sic de aliis formis dubiis: idem est circa materiam; si baptizet cum gutta aquæ, cum lixiuio, glacie, rore, vel niue nondum resolutis; aut si baptizatur Infans non in capite, pectore, aut scapulis; sed in manu, pede, brachio, vel alia sui corporis parte. Similiter si datur solum probabilis applicatio materiæ, vel formæ, etiam in casu necessitatis, aut aliorum essentialium, inter quæ intentio ministri est, iterandum est Sacramentum. Hoc supposito, ad propositum dubium sic respondet Dicastillus *tom. 1. de Sacram. tract. 2. disp. 1. dub. 9. num. 216.* qui habet baptismum tantum probabile, eo quòd sint probabiles opiniones ex vtraque parte, interim circa periculum mortis, eadem probabilitate potest aliqua Sacramenta recipere, maximè illa, quæ non sunt, aut possunt esse in damnum aliorum, v.g. Matrimonium, Pœnitentiam, Confirmationem, Eucharistiam; hæc enim omnia, interim dum non est periculum mortis, qua probabilitate potest se gerere pro baptizato, potest recipere, sicut enim probabile est, illum esse baptizatum, & præcisè quantum attinet ad reuerentiam Sacramenti, non est peccatum, in eo baptismo permanere; eadem ratione non erit peccatum illa facere, ad quæ faciendæ ius habet baptizatus; qualis est vsus prædictorum Sacramentorum; non tamen licet recipere Sacramentum ordinis. Ratio disparitatis est, quia Sacramentum ordinis, maximè Sacerdotij (de hoc enim loquor) ex se est ordinatum ad exercenda munera Ecclesiæ, quæ pertinent ad salutem animarum; qualia sunt, non solum Sacrificia; sed administratio Sacramenti pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ vnctionis, & multò potiori ratione, si fiat Episcopus, à quo plures alij Sacerdos ordinentur; in quibus omnibus erit idem periculum cum eo ipso, quod ille non sit certo, sed tantum probabiliter baptizatus, eadem ratione cæteri ab illo ordinati tantum erunt probabiliter ordinati, solumque erit probabile Sacramentum quòdcumque ab illis conferatur, quod in damnum multarum animarum vergere potest; atque aded, licet præcisè propter reuerentiam Sacramenti esset eadem ratio huius, & aliorum Sacramentorum, tamen propter damnum, quod inde oriri potest, non videtur licitum. Hæc refert, si dicas, posse prædictum iniciandum abstinere ab iis omnibus muneribus præstandis, quæ vergunt in damnum aliorum: contra hoc enim est, in eo ipso apparere, non leuem deordinationem, stultitiam, aut imprudentiam: quòd cum facillè possit baptizari sub conditione baptismi certo, & indubitato, vdit in has tricas se implicare. Præterea, valdè absolum videtur, Sacerdotij Sacramentum suscipere, cuius nulla munera possit exercere sine aliquo detrimento sui, & proximorum, si enim absoluat alium, maximè in

in articulo mortis, & quando est alius, qui sine illo dubio sit Sacerdos, satis constat ex principiis traditis, illum peccare contra Charitatem proximi, quam tanto periculo exponit conferendo absolutionem non certam. Si verò tantum sacrificet, in hoc ipso etiam apparet non leue nocumentum exhibendo Sacrificia dubia in Ecclesia Dei, & quasi decipiendo fideles, qui sæpè alium potius Sacerdotem, & aliud Sacrificium, cui interessent, eligerent. Accedit, quod prædicto Sacerdoti non videtur licitum, quantumvis aliàs apto, admittere munus Parochi, aut alterius habentis curam animarum, cui incumbit officio ministrare Sacramenta; id enim esset in damnum ouium, quas exponeret periculo suscipiendi Sacramenta, quæ forte non sint vera: ergo nec cum animo abstinenti à maneribus, in quibus periculum proximorum esse possit, licebit prædictum Sacramentum ordinis admistere; cum vix imò ne vix quidem possit aliquod munus exercere proprium ordinis, in quo non sit periculum alicuius damni. Hucusque Dicastillus.

Notandum est hic obiter, Quintanaduen. in Theol. mor. tom. 1. tractat. 1. singul. 3. num. 3. docere, quod omnes infantes, & adulti à Paganis, Iudæis, Sarracenis, aut Hæreticis baptizari, iterum baptizandi sunt sub conditione. Deinde in singul. 9. num. 2. patet, idem dicendum esse de omnibus Infantibus à parentibus, cognatis, obstetricibus, vel ab aliis Laicis, viris, aut fœminis ob mortis periculum, aut aliam causam domi, vel alibi baptizatis, & tandem singul. 9. n. 3. docet, Infantem inter Catholicos expositum ad Ecclesiæ, vel alicuius domus valvas, scriptum habentem collo appensum, baptizatum esse testificans, esse adhuc sub conditione rebaptizandû; Sed aliqua ex his nimis scrupulosè dicta videntur.

Verùm, quid dicendum de Episcopo, Sacerdote, aut Confessore ita dubiis de suo baptismo, ut iterari sub conditione necessarium sit; Quintan. ubi supra singul. 10. n. 2. tenet, & bene, quod quicumque Episcopus, vel Sacerdos, qui probabiliter, aut prudenter dubius est de sui baptisimi valore, omnes ordines susceptos, vel saltem Sacerdotem, & Episcopalem, potest, imò & sub graui culpa tenetur sub conditione, iterum suscipere. At si autem aliquis curiosus inquirat, quid præstare debeant ij, qui ordines ab Episcopo, & absolutionem Sacramentalem perceperunt à Confessore, de suo baptismo dubiis; Patet Quintana. loco citato singul. 1. 1. respondet, quod iterari debens sub conditione, tam Sacerdotium, quam Diaconatus, aut saltem in omnium sententia Sacerdotium est repetendum, Qui verò Sacramentalem absolutionem mortaliū receperunt à Confessore, de cuius baptismo dubitatur, repetere debent omnes huiusmodi confessiones: sicut enim ille, de cuius baptismo dubitatur, sub eodem dubij gradu caret potestate ordinis, & iurisdictionis sine qua validè pœnitentiæ Sacramentum administrare non valet, sic etiam sub eodem dubio inualidæ omninò sunt absolutiones ab ipso datæ, & ita debent hæ confessiones repeti, sicut iterum confitenda sunt peccata mortalia, de quibus dubitatur, an absolute, vel ritè propalata sint legitimo Confessario; aliter enim periculo se exponit pœnitens non accipiendi verum Sacramentum, & permanendi in mortali. Nec obstat dicere, quod pœnitens potuerit per contritionem iustificari; vel confessionem postea factam alteri legitimo Confessario (si forsitan prior non fuisset verè baptizatus) quia de priori iustificatione quis erit sine metu, cum certus esse nequeat, an ad veram contritionem peruenerit. Nec posterior confessio

tollet, quod cum cognouerit defectum primi Confessoris, teneatur repetere confessiones illi factas; sicut tenetur confiteri peccata mortalia, quorum oblitus est in aliqua confessione valida, etiam si indirectè ab illis sit absolutus, imò, & illa de quibus dubitat, an confessus fuerit, nec ne, vel quæ confessus fuerit coram Sacerdote, de quo prudenter dubitat, an legitimam habeat iurisdictionem, nisi adesset opinio probabilis, aut cum errore communi titulus coloratus iurisdictionem supplens.

An si quis baptizaret Infantem statim moriturum proiciendo eum in puteum, quando aliter baptizari non possit, peccaret mortaliter peccato homicidij, & irregularitatem incurreret.

RESOLVTIO XX.

Syppono, tale Baptismum esse validum, ita Amicus, in Cur. Theol. tom. 7. disput. 11. vol. 2. n. 28. & alij. Difficultas est, an si puer statim sit moriturus, ita vt acceleratio mortis non sit notabilis, si aliquis ministraret tale Baptismum, incurreret Irregularitatem, & peccaret moraliter, & affirmatiuè videtur respondendum; vnde Castrus Palaus, tom. 4. tract. 19. punct. 4. num. 12. sic ait: Omninò certum est, hanc Baptismi ministrationem proiciendo baptizandum in flumen, vel puteum, esse illicitam, & graue peccatum homicidij, tamen si alia via infanti ministrari Baptismus non possit, & timeatur statim moriturus: quia ea immeritò æquè per se, & directè tendit ad occisionem, ac ad infantis ablutionem, imò potius ad ablutionem per accidens dirigitur ex sola intentione mergentis, ad occisionem autem, per se, & directè. Vnde hic casus est longè diuersus ab eo, qui oppugnans Ciuitatem Bellicum tormentum proicit, quo cognoscit ibi astantem innocentem esse occidendum, & ab eo, qui fugiens mortem sibi imminentem puerum in via positum pedibus equi cõculeat, & à muliere prægnante, quæ potionem sumit, ex qua præuidet infantem in utero moriturum: quia mors ex his euentibus contingens contingit per accidens, cum per accidens sit, eo loci esse innocentem, quo bellicum tormentum proicit, & qua mortem tibi ab inimico imminentem fugis. Neque enim ex bellici tormenti proiectione, neque ex fuga, neque ex sumptione potionis ad salutem cõuenientis mors alicuius per se inferitur, sed solum per accidens. Secus est ex immersione infantis in flumen, vel puteum, ex hac enim per se directè, & necessariò mors infantis succedit. Non igitur esse potest licita. Ira Palaus, & magis indiuidualiter Gaspar Hurtadus de Sacram. Baptism. disp. 1. difficul. 5. sic asserens: Obseruandum tamen est, vt optimè Vasquez, & Agidius, Baptismum factum proiectione, seu submersione baptizandi in puteum, aut in flumen, in quo moriturus est, quamuis validum, esse illicitum, quamuis baptizandus nequeat aliter baptizari, & si eo modo non baptizetur, sit absque baptismo moriturus; quia proiectio hæc per se, & seclusis circumstantiis, est directè occisio innocentis, imò inhumana, quæ adhuc ob salutem illius nequit à militia excusari (quod ob rationem dictam contra Ochagauiam quæst. 7. verum existimamus, quamuis baptizandus iam iam animam agat) ac proinde baptizans in casu dicto erit irregularis. Ita ille: cui adde Auerfam de Sacramento Baptism. quæst. 66. sect. 4. qui etiam nominatim Ochagauiam impugnat. Vide etiam Dicastillum de Sacram. tom. 1. tractat. 2. disp. 1. sub. 9.

dub. 3. num. 66. & Basszum in flor. Theol. ver. Baptif. 2. num. 7.

Sed contra Hurtadum, & Auerfam in fauorem sententiæ Ochagauiz, assero illam etiam tenere Sotum, in 4. sent. dist. 3. quest. unica art. 7. Serram in 3. part. D. Thom. quest. 66. art. 7. & Mercetum de Sacrament. quest. 66. art. princ. quest. 3. vbi sic ait. Notandum tamen est nullo modo ita esse baptizandum, vt scilicet baptismus mortem corporalem causet, vel notabiliter acceleret; quia sic baptizando committitur homicidium, & incurritur irregularitas; non sunt autem facienda mala, vt eueniant bona. Addit tamen Sotus non censerit homicidium, quando minima esset mortis acceleratio per talem immersionem, propter certò imminentem mortem, quia minimum reputatur pro nihilo. Ita ille: & tandem nouissimè inuenio, hanc sententiam docuisse sapientissimum Lessium in 3. part. D. Thomæ quest. 66. art. 7. *dub. 3. num. 33. & 34.* vbi hæc asserit: Hinc omninò consequi videtur, verè fuisse baptizatum infantem illum, de quo narrat Panormitanus, in cap. non vt apponeres, de Baptismo, & eius effectu. qui instante morte cum portaretur ad baptismum, aqua haberi non posset in via, proiectus est in puteum, adhibita legitima verborum forma. Ita enim sentit Panormitanus *ibidem*, & Gabriel *suprà*, & Summa Rosella *verb. Baptismus. 4. num. 1.* quamuis plerique alij in contraria sint sententia. Probat, in priori casu infans est verè baptizatus: cur non etiam in hoc? Vtrobique enim aquis mergitur, sed non emergitur: utrobique mors sequitur: utrobique adest legitima necessaria forma, & intentio ministri. Nec refert, quod minister non immergat illum immediate, sed ex loco remoto proiciant: quia si fune eum demitteret in calatho, esset verè baptizatus, etiam illorum iudicio: Item si eminus eum aqua perfunderet. Neque etiam requiritur intentio eleuandi ex aqua, nam in sola merfione, seu contactu aquæ perficitur ablutio. Denique non refert, quod ex tali proiectione mors sequatur, & baptismus ordinetur ad salutem infantis. Nam etiam si fontem baptismalem veneno inficeret, vel aqua feruente ad occidendum infantem vtereris; nihilominus si verè intendas baptizare, erit ratus baptismus: nam ablutio antecedit mortem. Auertere tamen contrahi peccatum homicidij, si infans futurus erat superstes. Quod si mors omninò instabat, & aliter baptizari non poterat, non videtur homicidij crimen. Hucusque Lessius.

Sed vt verum fatear, difficilis hæc opinio mihi videtur, nam vt rectè obseruat Ioannes Vvigers in 3. part. D. Thomæ, quest. 66. art. 8. num. 43. Id in praxi minimè tutum esset, quia incertum est de periculo tam instantis mortis. Deinde difficile esset apud Indicem hoc probare; & quamuis probaretur, forsitan nec sic satisfaceret. Non audeo tamen sententiam adductam Lessij, & aliorum tamquam improbabilem damnare; Sed quæro, an saltem tibi liceat baptismum infanti proximè morituro ministrare, ex cuius ministratione cognoscis mortem accelerandam esse? Respondeo primò cum Doctoribus statim referendis, casum moraliter esse impossibilem: nam cum Baptismus minima aquæ tepesactæ effusione confici possit, vix credi potest, ex ea mortem accelerandam esse. Sed gratis admissio accelerari, respondeo baptismum administrandum esse. Tum quia non per se, sed per accidens ex illa actione mors succedit, cum per accidens sit prædictæ baptismi administrationi baptizandum in ea esse dispositione, vt actio ista humana, & temperata illi nocere possit.

Tum quia nocendum illud ita leue contemnendum est, ne baptizandus in æternum pereat. Et ita ex Valquez, Coninch, & Laymam, docet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. punct. 4. num. 14.* quibus adde Hurtadum, & Auerfam, *vbi supra*, & Calpensem in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 27. disput. 1. sect. 2. num. 16.* dicendum est itaque, quod quamuis baptizandus aded infirmus sit, vt exigua aquæ asperfusionem, qua baptizetur, ferre non possit, absque periculo vitæ (quod moraliter accidere nequit) baptizandus est, ne moriatur absque Baptismo, quia acceleratio illa mortis hominis aliàs morituri, cui ratione dictæ asperfusionis exponitur, aded exigua, & insensibilis est, & fit modo ita humano, vt ob salutem æternam non sit contra rationem, ac proinde sic baptizans non manet irregularis quamuis re ipsa sequatur dicta acceleratio.

Nota verò hîc obiter, non valere Baptismus si quis videat, puerum ab alio proici; & proferat verba formæ; neque enim ille puer potest dici baptizatus, seu ablutus ab eo, qui illa verba potulit. Ita Dicastillus, *vbi supra*, Sed contrariam sententiam non minùs probabilem existimat Leandrus de Sacrament. *tom. 1. tract. 2. disputat. 2. quest. 30.* Primò, quia si puer è manibus baptizantis fortè elapsus esset, & tunc ipse baptizans proferret verba Baptismi, verè efficeret validum Baptismus: ergo & baptizans in nostro casu. Secundò, quia formaliter tunc verificarentur verba Baptismi, licet materialiter ab ipso baptizante non esset puer absolutus. Sed ego non recedo à sententia Dicastilli: Puto tamen quod valeat Baptismus quando quis aquæ defluentis è recto, submittit puerum abluendum, & verba Baptismi profert: quia in hoc casu, verè formaliter, & materialiter, infans denominatur ablutus à submittente, & proferente verba Baptismi; sicut denominatur à proiciente in flumen. Ita Leandrus, *vbi supra, quest. 30. & ante illum Bonacinus de Sacram. disputat. 2. quest. 2. punct. 4. num. 25.* Nota verè hîc obiter quod ex Coninch, & Suarez, docet amicissimus, & doctissimus Pater Antonius Escobar, & Mendoza in *Theol. mor. tract. 7. exam. 2. cap. 4. num. 19.* mulierem, quæ damnatur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo vna cù prole moriatur, posse seruato iuris ordine prius secari, si spes sit, vt foetus baptizari valeat.

An ex commissione Summi Pontificis possit simplex Sacerdos ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus conferre.

RESOLVTIO XXI.

NEGant plures Doctores, quos nouissimè citat, & sequitur Martinus de Sancto Ioseph in *Monica Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de Ordine. n. 2.* sed affirmatiuam sententiam non esse minus probabilem ego ostendi in *part. 8. tract. 1. resolut. 38. & 39.* cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Leandrum de Sacram. *tom. 2. tract. 6. disp. 4. quest. 18. & 19.* Baunium in *Theol. Mor. tom. 5. tract. 3. quest. 9. asser. 3.* Palaum, *tom. 3. tractat. 27. punct. 14. num. 10. & Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. 6. disputat. 5. dub. 17. num. 243. & seqq.* Sed sapientissimus, & amicissimus Pater Martinus de Esparra S. Theologiæ Professor in Collegio Romano Societatis Iesu testatus est Mihi Patrem Gallum dixisse, nouissimè in Vniuersitate Burdigalensi ab aliquibus Doctoribus, hanc opinionem censura inustam fuisse; risis, dum hæc audiui, & ided iterum dictam sententiam tanquam probabilem

bileta admitto; & censuram dictorum remitto censurandam sapientissimæ Parisiensi Sorbonæ ad defensionem præclarissimi eius filij Magistri, & Socij, vt vocant Ioannis Ylambert, qui nostram sententiam tenet *in 3. part. D. Tronæ, disp. 6. de Sacram. ordinum, art. 1. num. 5.* vbi sic asserit: altera pars proportionis de Subdiaconatu, & Diaconatu, patet ex priuilegio per Innocentium Octauum anno Domini 1488. concessio Abbatibus Cistercij, & quatuor eiusdem ordinis Monasteriorum, quæ vulgò dicitur, quatuor filias, quo Abbas Cistercij potest quibuscumque Monachis sui Ordinis & reliqui Abbates dictarum filiarum Religiosis Suorum Monasteriorum conferre valide, & licet ordines Diaconatus, & Subdiaconatus: quòque priuilegio dicti Abbates non tantum ante Tridentinum Concilium vsi sunt, sed etiam, & hoc ipso tempore adhuc vtuntur, videntibus, nec repugnantibus, imò consentientibus, & probantibus Episcopis in quorum Diocesi prædictæ Abbatiz sunt constitutz: nam dictos Religiosos à suis prædictis Abbatibus in Subdiaconos, & Diaconos ordinatos, & ad se pro suscipiendo ordine Presbyteratus missos, visis eorum Diaconatus, & Subdiaconatus litteris, cum obedientia suorum Abbatum, sine vlla difficultate, vel scrupulo conscientiz ordinant Sacerdotes: Igitur cum à facto ad posse valeat consequentia, & hæc praxis numquam fuerit reprehensa, vel à Summo Pontifice, aut Episcopis: sed potius ipso vsu confirmata sit, vt rectè dicamus, simplices Sacerdotes, de quorum duntaxat conditione (quantum spectat ad Ordinum Ecclesiasticorum collationem) sunt prædicti Abbates, posse per dispensationem Summi Pontificis etiam conferre Subdiaconatus, & Diaconatus ordines. Hucusque Ylambertus. Et de ordine Subdiaconatus idem sentit aliter Socius Sorbonicus non minus doctus, & eruditus Franciscus Haller *de Sacris electionibus, & ordinat. sect. 5. cap. 1. §. 3. per totum; licet §. 5. de Diaconatu* probabiliter hoc negat; sed Petrus de San Ioseph doctor Gallus in Theol. Sacram. approbata à Doctoribus Sorbonicis Hobier, & Bollè, *cap. 36. resol. 1.* sic ait: Satis certum videretur ex commissione Summi Pontificis posse Sacerdotem non Episcopum Diaconatum, & Subdiaconatum conferre. Ita ille. Ratio verò potissima pro hac firmanda sententia, sumenda est ex eo quod Pontifices aliquando id fecerint, vt credamus ita Christum iustituisse hoc Sacramentum, vt etiam tamquam à Ministro extraordinario, & ex commissione conferri possit à Præbytero; ideo merito Auctores huius sententiz ad facta prædicta, & similia inuestiganda recurrunt; neque enim credendum est, in re tanti momenti permisisse Deum Summos Ecclesiæ Pastores à recto tramite deflexisse: Imò ex illo à simili possumus etiam rationem deducere non omnino contemnendam, quia non minus est proprius, & ordinarius Minister Confirmationis Episcopus, quam Ordinis, & tamen ex commissione potest eius administratio Presbyteris concedi, vt ibidem probauimus: ergo pari ratione id possumus colligere pro administratione Ordinis. Fundamentum verò pro vtroque Sacramento contemnendum non est: quamuis enim Sacerdos non habeat proximam, ordinariamque potestatem, habet tamen radicalem; tota enim radix potestatis in Corpus Christi mysticum est in potestate; quam habet Sacerdos in Corpus Christi verum. Vnde fit, esse capacem, vt possit eligi; eique committi, saltem extraordinariè prædicta potestas; tamen neque hæc, neque alia quæuis ratio efficacitatem habere potest; sed omnino recurren-

dam est in omni materia Sacramentorum ad institutionem Christi, & hæc debet nobis innotescere ex aliqua traditione, vel auctoritate Ecclesiæ, nobisque probabiliter innotescit ex priuilegijs adductis, & præsertim Innocentij VII. concessum Abbatibus Ordinis Cisterciensis; nec est cur Coninch, *tom. 2. disp. 20. dub. 9. conclus. 4.* priuilegium hoc in dubium reuocet; nam ipsemet Vasquez *disp. 243. cap. 4. num. 39.* testatur, se in quodam vestito Codice Collegij Complutensis, qui inscribitur, Collecta Bullarum Ordinis Cisterciensis, legisse Bullam, qua concessum fuit ab Innocentio Octauo anno 1489. eiusdem Ordinis Abbatibus, vt sui Ordinis Monachis Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines conferre liberè possint; & continetur in citata Compilatione Priuilegiorum, priuilegio 178. & quoad Subdiaconatum, Minoresque Ordines testatur Victoria *in Summa, num. 235.* Se vidisse Bullam Pontificis, in qua concedebatur eisdem Abbatibus facultas eos Ordines conferendi, suis Subditis, & quoad Minores Ordines, constat etiam, quia modo ea facultas concessa est Cardinalibus etiam non Episcopis, & Abbatibus exemptis Quatuor in Trident. *sess. 25. cap. 10. de reformatione.* Abbatibus, & aliis quibuscumque exemptis prohibitum sit, quando existunt intra aliquam diocesim, id facere; nec vlli, nisi subdito regulari primam tonsuram, nec Minores Ordines conferre possint. Accedit, quod potestatem ordinandi testantur viri fide digni (vt ait Tannerus *disputat. 7. quest. 3. dub. 1. num. 30.*) re ipsa concessisse Pontifices Prælati Franciscanis in India. Prædictaque priuilegia etiam concessa fuisse testatur Rodriq. *tom. Regularium quest. 18. art. 3.* Et hæc omnia docet Dicastillus. *vbi supra.* Valeant igitur Doctores Burdigalenses cum sua censura, sed ego firmiter existimo, totum corpus illius celeberrimæ Academicæ in talem censuram non iui ssesed solum paucos professores ex priuata æmulatione cum quibusdam Viris Doctis.

An quando Parochus potest celebrare duas Missas, possit etiam hoc facere non solum in diebus festiuis, sed etiam in diebus ferialibus.

RESOLVTIO XXII.

Afirmatiuè respondet Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 8. sect. 3. §. sextus autem casus.* Sed aduersus illum insurgit Nugnus rectè, vt obseruat Cardinalis de Lugo *resp. mor. lib. 1. dub. 14.* dicens, hanc sententiam esse omnino improbabilem, & non esse veram dicit Marcus de los Huertos *de Sacrificio Missæ q. 13.* & non adhæret huic sententiz Trullench *de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 1. num. 4.* vbi si asserit: Dico terriò, quando Sacerdos habet duas, vel tres Parochias, potest duas, vel tres Missas in die celebrare, ita communis DD. hoc autem intellige, modo Parochus non possit commodè habere coadiutorem: In quo tamen standum erit consuetudini: vt bene Villalobos *part. 1. tract. 8. diff. 21. num.* Intellige etiam, id procedere in diebus festis, non verò in feriatis; vnde non placet, quod dicit Suarez, nimirum, etiam id licere in diebus feriatis, si populus sit sufficiens, nam tunc nec ex parte Sacerdotis, nec populi reperitur magna necessitas, quod requirit dictum *cap. Consulisti*, & sufficit, vt alternatiuè Missam in vna Parochia vna die, & alteram in alia Parochia: admitterem tamen ego sententiam Suarez in aliquo die feriato, in quo populus abstinet se ab opere ser-

nili

nili in honorem alicuius Sancti, illiusque festum celebrant, & ex alio capite occurrit necessitas celebrandi in altera Parochia. Ita Trullench. Sed ego puto absolute, sententiam Patris Suarez esse probabilissimam, & turam in praxi, & illam sustinet Leandrus de Sacram. tom. 2. tractat. 8. disputat. 5. quest. 38, Cardinalis de Lugo ubi supra num. 2. qui citat etiam Ioannem de la Cruz Dominicanum, & Gasparum Hurtadam. Hanc etiam sententiam Suarez, docet, nouissimè Pater Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disputat. 4. dub. 3. num. 39. Caltrus Palau tom. 4. tractat. 22. punct. 7. num. 9. & Amicus in Cur. Theolog. tom. 7. disputat. 33. Scol. 11. num. 316. Et ut aduersus Nugnum, & alios hæc opinio remaneat satis probabilis, non grauabor hic apponere verba Martini de San Ioseph in Adon. Confessor. 10. 1. lib. 1. tract. 13. de Euchar. num. 7. & 8. ubi sic ait: Al Sacerdote le esta prohibido celebrar mas de vna vez al dia, por Derecho Ecclesiastico, cap. Sufficit de Consecratione dist. 1. cap. Consulisti, cap. Referente, de celebrat. Missar. Saluo el dia de Nauidad en que se pueden dezir tres Missas, soluo tambien los casos de necesidad, como lo dize Inocentio III. dist. cap. Consulisti, y contrauenir a este precepto, es peccado mortal, en que conuienen los Doctores. El caso de necesidad, en que puede el Sacerdote celebrar mas de vna Missa, es quando tiene dos Parroquias en diuersos pueblos, que el vno por su pobreza non tiene cura, podra dezir dos Missas, para que cada pueblo pueda oir Missas las fiestas, d. cap. Consulisti. Es cosa esta recibida en la practica, y comunemente admitida de los Doctores, y tengo por probable la opinion de Suarez que dize, que no solamente en las fiestas, sino en otro qualquiera dia podra dezir Missa en ambas Iglesias, si en ambas ay suficiente numero de Fieles, que quieran oir Missa cada dia, y puede fundar en el mismo capitulo Consulisti. Pero como aduertte Villalobos tract. 8. de Miss. diff. 11. no ha de tomar el Sacerdote lauatorio en la primera Missa, que si le tomasse, no seria licito dezir a segunda, ni en el dia de Nauidad. Ita ille. Vnde Dicastillus, & alij penes ipsum ubi supra purat, quod quando Parochus alterius oppidi est ægrotus, aut absens, poterit secundò alius Sacerdos ibi celebrare, qui iam in sua Ecclesia celebravit; Aduerte, quod quando dicimus posse bis celebrari, intelligimus etiam ter, aut sæpius, si toties necessitas occurrat eodem die, vt Suarius, & alij notarunt. Quidquid dicat Fagundez in primo precepto Ecclesia, lib. 3. cap. 17. & ante illum Henriquez, lib. 9. cap. 30. num. 7. ex textu, cap. Consulisti, citato, in quo textu non est sermo magis de duplici, quam de multiplici, vt legenti constabit. Sed ad hoc, vt Sacerdos possit bis, aut ter celebrare in casibus, in quibus id licet, iuxta superius dicta, requiri, quod sit ieiunus; vnde in priori Missa non debet sumere abluiones, aliter dicere non poterit secundam. Ita DD. communiter. Notandum est hæc obiter cum Trullench. de Sacrament. lib. 3. c. 8. dub. 2. num. 6. quod in hoc casu Sacerdotem duas Parochias habentem, in Feria quinta Coenæ Domini solum posse reseruare Sanctissimum Sacramentum in vna Parochia, nam Feria sexta sequenti sumitur vna particula vino mixta, & cum iam non sit ieiunus, non poterit idem facere in alia Parochia. Quod si inaduertenter in duabus Parochiis Sanctissimum Sacramentum reseruauit, ait Suarez supra, & bene, vt in priori Ecclesia sumat Sacram Eucharistiam sine vino, vt maneat ieiunus, & sic poterit in altera Parochia Sacram Eucharistiam seruatis seruandis sumere.

At si in priori sumpsit particulam cum vino, in secunda non sumat Sacramentum, sed illud referuet in Sacrario. Hoc tamen intellige, casu quo commode Missa extra Ecclesiam in altari portatili celebrari non possit, aliter enim non posset pluries celebrari, quia cessat necessitas, vt bene Ledesm. in Summ. tom. 1. c. 19. de Eucharist. post. 7. conclus. & cum eo Villalobos supra, num. 8. Ad hanc casum reduci potest, si Sacerdos, antequam sumat abluiones, scit gentium multitudinem tunc ex itinere aduertasse: sitque dies Festus, & non alius Sacerdos, posse iterum celebrare, vt probabiliter docet Villalobos, supra, n. 9. cum Suarez loco citato. Sed hæc mihi non placeant, & quoad primum, quia id non potest semper fieri, nec decet; maximè si cœli inclementia non permittat, vt quando pluit, ningit, ventusque tantus est, vt vix possit locus aptus, decensque parari pro Sacto; imò & pro populo, qui non videtur tunc iis inclementiis exponendus, & cogendus ad Sacrum audiendum. Alij verò eam necessitatem insufficientem indicant; putant enim satisfieri præcepto audiendi Missam, si Fideles assistant, etiam extra templum, quamuis non videntes, nec audientes: quod satis probabile est; sæpè tamen non permittet inclementia cœli. Vide Dicastillum, num. 49. Secundum verò casum Ego difficulter admitterem, quia nulla est necessitas; nam vel illa multitudo peregrinantium inculpabiliter tardè venit, & tunc non peccauit; Si autem culpabiliter, non tollitur peccatum audiendo Missam, sed per poenitentiam. Ita ex Lugo Dicastillus, num. 47. qui tamen non probabilem contrariam sententiam tenet. Et idè Amicus in Cur. Theolog. tom. 7. disput. 33. sect. 11. num. 318. hæc omnia sustinet; primò licitum esse Sacerdoti secundam Missam celebrare, præsertim in die Festo, si post primam superuenerit magna multitudo peregrinorum; qui Missam eo die non audierunt. Nam quod censetur debitum respectu Parochi ad satisfaciendum deuotioni, & obligationi suorum Parochianorum, censetur saltem licitum cuilibet Sacerdoti ad satisfaciendum obligationi, & deuotioni populi. Secundò licitum esse, ubi est raritas Sacerdotum, & magna frequentia populi, vt est in India, eadem die plures Missas celebrare, quando Sacerdos non potest vna satisfacere toti populo: qua de causa Paulus III. peculiari bulla edita anno 1549. quæ incipit, Paulus Episcopus, concessit, vt possint Presbyteri Societatis in locis Infidelium bis de die Missam celebrare. Quod fecit cum ad scrupulos tollendos ubi, & quando non esset tanta necessitas: tum ad hoc ipsum tutius practicandum. Tertio licitum etiam esse Sacerdoti ad communicandum infirmum morti propinquum, secundam Missam celebrare. Ratio est, quia maxima illa utilitas, quam percepturus est infirmus ex hoc Sacramento in articulo mortis præualere videtur huic legi, de vnâ tantum in die Missa celebranda, præsertim cum Pontifices concedant, suadente necessitate, facultatem secundam Missam celebrandi, quia autem negauerit in hoc casu suadere necessitatem? Et tandem Quarto, ubi viget consuetudo, vt defunctus sine Sacrificio non sepeliatur, posse Sacerdotem post primam Missam celebrare secundam pro defunctis: præsertim cum in hoc casu specialiter ius permittat Sacerdoti secundam Missam celebrare. Hæc omnia, vt dixi,

Amicus ubi supra.

An sumere tabachum in Ecclesia sit peccatum mortale; & An si dentibus conteratur, frangat ieiunium Eucharisticum.

RESOLVTIO XXIII.

Quoad primum respondeo affirmatiue, si sumatur Romæ in Ecclesia D. Petri, & eius portico, & Hispaniæ si sumatur in Ciuitate, & Diocesi Hispalensi, stantibus prohibitionibus Sanctissimi D. N. Innocentij X. & Urbani VIII. sed difficultas est, quid dicendum in alijs Ecclesijs, & affirmatiue responder Pater Pasqualigus in *qq. Canonis. cent. 2. q. 175.* quia sumptio tabachi in Ecclesia, & eiusdem arrijs non est mala, quia prohibito, & proinde malitia ipsius non coarctatur intra terminos Diocesis Hispalensis, intra quos coarctatur prohibitio; sed ideo est prohibita, quia mala; vnde vbique retinet suam malitiam. Itaque putat sumere tabachum in Ecclesia, ex genere suo esse peccatum mortale, nec fieri veniale, nisi ex leuitate materiæ. Ratio est, quia huiusmodi peccatum est dignum, quod puniatur pœna excommunicationis, vnde constat ex præfata constitutione Urbani VIII. in qua ponit excommunicationem ipso facto incurrendam pro tali peccato; ergo cum excommunicatio non possit imponi nisi pro peccato mortali. cap. *Romana* & cap. *dilecto.* de sententia excommunicationis, & docent communiter, huiusmodi peccatum erit mortale. Præsertim quia punitur tali pœna, tamquam de se peccatum, & non quia prohibitum. Vnde non potest dici, quod sit mortale, quia sub mortali prohibeatur à Pontifice, non autem quia de se non sit mortale. Nam Pontifex mouetur ad prohibendum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ ex indecentia, & irreuerentia, quam continet, & quia vult extirpare abusum tam scandalosum. Vnde supponit, quod contineat talem malitiam, quæ excommunicatione puniri possit.

Verum consultus hinc casus à me cum viris doctis senserunt contra Patrem Pasqualigum, non esse peccatum mortale, quod nouissime docuit Eminentiss. Cardinalis de Lugo in *respons. moral. lib. 1. dub. 9. num. 7.* vbi loquens de sumptione tabachi, sic ait: Monuerim tamen, ne id in Ecclesia, vel eius ambitu fiat, cum propter reuerentiam illorum locorum Sanctissim. D. N. Urbanus VIII. id in Diocesi Hispalensi prohibuerit, vt vidimus: quæ prohibitio licet ad alias Prouincias non extendatur, supponit tamen sine irreuerentia aliqua loci Sacri id fieri non posse. Ergo, dum asserit prohibitionem illam non extendi ad alias prouincias, sumptio tabachi in Ecclesia non est mala, quia mala; & ideo Cardinalis vbi supra tantum monet, ne in Ecclesia sumatur, ergo talis sumptio non erit peccatum mortale, licet sine aliqua irreuerentia loci fieri non possit. Itaque sumptio tabachi in Bulla Urbani VIII. fuit materia excommunicationis, non quia sit mala ex genere suo, sed propter nimiam irreuerentiam & graue scandalum cum quo sumebant in Diocesi Hispalensi

Quoad secundum dubium, videlicet, an sumptio tabachi frangat ieiunium Eucharisticum, latè de hac questione actum est nobis alibi, & quando sumptio tabachi fit per nates, certum est, quod non frangit ieiunium, & ita me citato, tenet Leandrus de *gram. tom. 2. tract. 7. disput. 5. quest. 10.* & alij communiter. Difficultas est, quando folium tabachi ore sumitur, & dentibus conteritur ad sputa, & flegmata ex ore proicienda. Aliqui Theologi à Cardinali Lu-

Anton. Diana, Pars X.

go consulti prorsus responderunt, talem sumptionem tabachi non impedire communionem: quia non est necesse, quod aliqua substantiæ pars traiciatur in stomachum, vt ij effectus fiant, imò summa cura adhibetur, ne aliquid transeat, quia propter summam eius morâcitatem, & acrimoniam, vehementer læderet stomachum, vt constat experientia, si aliqua ex succo guttula casu deglutiatur, reluctante statim stomacho ad nauseam, & vomitum prouocato; quare continuo spuitur quidquid saluæ in ore cum herba illa commiscetur. Potest tamen sufficere applicatio ad linguam, & os, vt virtutem transmittat in stomachum; videmus enim sufficere aliquando quod applicetur ad nases, vt similes ferè effectus causet, licet tunc nihil per fauces traiciatur; quanto magis sufficiet quod in ore, & lingua habeatur: Secundo, quia licet non possint qualitates eadem, quæ sunt ipsa herba traici sine subiecto, & per consequens sine aliqua particula substantiæ, possunt tamen producere similes qualitates in medio, & in lingua, quæ porosa est, & participat eandem tunicam cum ore stomachi, quæ qualitates productæ in medio deferunt secum virtutem ad eos effectus producendos. Sic enim videmus etiam, si vino generoso os abluatur, & si nihil traiciatur per fauces, apparere effectus confortato capite, atque etiam stomacho per consensum partium, & per communicationem qualitarum similium, quod non minus poterit in tabacho contingere. Plures alias probationes pro hac sententia adducit Lugo vbi supra n. 6, & 7. vbi sic ait: Hæc & alia magistri illi pro praxi sua, & aliorum tuenda afferebant, quæ mihi ad minus eam licitam probant, quando aliquis ea solum intentione herbam illam ori applicat, vt sine traiectione substantiæ operetur effectus, quos sine illa traiectione per attractionem, vel per productionem solum similium qualitarum operari potest, quicumque illi sint, & curando, prout omnes curare solent, ne succus, vel quidquam aliud in stomachum traiciatur. Si enim tunc aliquid ex succo mixtum cum saliuâ transferit, hoc erit præter intentionem, & casu, sicut de guttula aquæ, vel vini, qua os abluatur, dici solet, atque adeo non violabitur ieiunium naturale. Hæc ille; quæ nimis plausibilia erunt tabachistis.

An beneficiarius incidens in irregularitatem, possit beneficium renunciare in fauorem tertij.

RESOLVTIO XXIV.

Suppono, quod beneficiatus incidens in irregularitatem ex delicto, etsi possit retinere beneficium, dum per sententiam non priuatur, debet tamen procurare dispensationem, & interim beneficii muneri vel per alium satisfacere in iis actionibus, quæ ratione irregularitatis illi sunt prohibitæ. Assumere enim coadiutorem pro aliquo tempore ex causa adeo graui, neque est contra iustitiam, neque illicitum, vt notat Suar. *dict. disp. 44. sect. 4. n. 19.* consentit Nauarr. *lib. 5. cons. 17. de homicidio.* Cordub. in *sum. quest. 41. & lib. 1. qq. quest. 36.* Auila 7. *part. disputat. 2. dub. 6. vers. hinc sequitur,* vbi explicat Felinum dicentem, tuta conscientia non posse retinere beneficium, cui est ordo sacer annexus, si ipse propter crimen illud exercere ordinem non potest, vt intelligitur, si est in mora petendi dispensationem, vel desperatus est à dispensatione breui tempore obrinenda. Bonac. *disp. 7. part. 4. num. 10.* Coninch. *disp. 17. dub. 1. num. 5.* Paul. Laymann *lib. 1. tract. 5. part. 5. c. 1. corol. 3.*

H h Galpac

Gaspar Hurtado de irregular. diffic. 5. num. 21. & alij. Vnde ex his inferitur, irregularitatem superuenientem Clerico Beneficiato, non priuare ipsum fructibus beneficii, neque priuandum esse per sententiam, si munera, quæ ratione beneficii tenebatur exercere, per se, vel per actum exercuit, siquidem beneficii titulum retinet, & ius habet percipiendi illius fructus, posito muneris exercitio, sicuti aliis relatis docuit Suarez, Layman, & Coninch. *vbi supra*.

His suppositis de hoc casu interrogatus respondi affirmatiuè: Dico igitur, quod ligatum irregularitate ex delicto, si nolit, vel non possit imperare dispensationem, posse renunciare beneficium in fauorem tertij, ac si nullam irregularitatem contraxisset, etiam pendente lite, & accusatione facta de irregularitate; quia vsquequo accedat sententia, & condemnatur, retinet ius in beneficium, vti docuerunt Panormit. in cap. nisi cum pridem. num. 3. de renunciat. Felin. in cap. inquisitionis. col. 3. de accusationibus. Ludouic. Com. in regula de annali possess. quest. 42. n. 3. Sayrus lib. 6. cap. 2. num. 14. Suarez disputat. 40. sect. 2. num. 19. & alij apud ipsos. Nec supradictis obstat decretum Tridentini sess. 14. cap. 7. de reformat. vbi loquens specialiter de Irregularitate homicidij voluntarij, inquit: Qui sua voluntate homicidium perpetraverit omni ordine, beneficio, officio Ecclesiastico perpetuo careat, sed caret ordine ipso iure, & absque sententia condemnatoria, ergo etiam curare debet beneficio, & officio. Propter hanc objectionem Maiol. lib. 5. de Irregularit. cap. 48. §. 4. num. 1. asserit post Conc. Trident: irregularitatem homicidij voluntarij priuare beneficiis obtentis. Verum vt rectè Suar. disp. 44. sect. 4. num. 32. affirmat per Concilium nihil est in hac parte innouatum, sed illius verba intelligi debent iuxta ipsarum rerum naturam, quæ est, vt carentia ordinis, quam induit irregularitas, ipso iure incuratur. Secus vero priuatio beneficiorum acquiritorum, quia plerumque expostulat Iudicis sententiam, nisi aliud exprimitur, sicuti in præsentis non exprimitur, vt aduertit Salcedo, pluribus relatis in sua pract. cap. 94. Couarrum in Clement. si furiosus. de homicidio 2. p. 5. 3. n. 6.

An pœnitentia imposita à Confessario quando adimpletur debeat referri ad Confessionem.

RESOLVTIO XXV.

POnamus exemplum, Petrus v. g. habuit pœnitentiam audiendi Sacrum quotidie per spatium vnus mensis, aliquando audiuit Missam immemor pœnitentiæ à confessario impositæ, quæratur, an satisfecerit præcepto pœnitentiæ iniunctæ, & satisfactio illa fuerit pars sacramenti, vt possit prodesse ex opere operato; Quoad primum affirmatiuè responderet Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 32. num. 360. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 13. n. 9. & 10. & alij. Quoad secundum negatiuè responderet nouissimè doctissimus Pater Sfortia Pallauicinus in *Affer. Theol. lib. 7. cap. 27. n. 280.* vbi sic ait: Putamus etiam, satisfactionem impositam à confessario ita explendam esse à pœnitente, vt ad Sacramentum referatur, alioquin neque erit pars sacramenti, nec proinde implementum sufficiens. Quamuis enim implementum præcepti in genere non possit referri ad ipsum præceptum, ideò hoc euenit, quia præcipiens, nihil aliud dicit, nisi; mihi displicebis, nisi hoc feceris: Quare ad vitandam displicentiam præcipientis, sufficit, id fecisse quomodocumque: Imò in aliquibus materiis

sufficit, id fecisse ante præceptum, & per actum malum (quæ tamen non conceduntur ab aduersariis in implemento pœnitentiæ Sacramentalis) de qua re late in libell. de iust. à num. 91. vsque ad 97. At in præsentis materia præter præceptum confessarij iniungentis opus, habemus præceptum Dei, referendi illud opus ad Sacramentum, vt possit nobis prodesse ex opere operato. Hoc autem præceptum dari suaderetur, quia alioquin satisfactio non esset pars sensibilis Sacramenti: posset enim iniungi, præsertim ægrotò, satisfactio merè interna (vt v. g. quod Deum corde inuocet) quæ proinde neque erit sensibilis in se, neque in alio, quandoquidem nullam habet connexionem de facto cum illa sensibili iustione Sacerdotis, sed ad eam se habet omnino concomitanter. Rursus fac, alicui impositam esse auditionem fari; is vero audiat Sacrum die festo nullo modo referens illud ad præceptum, vel confessarij, vel Ecclesiæ: Eritne tunc auditio pars Sacramenti, nec ne? Haud enim videtur ratio altertutius dicendi si quemadmodum potest satisfieri præcepto Ecclesiæ sine intentione, ita & pœnitentiæ Sacramentali. Denique id asserere videtur magis congruum; Cum enim effectus Sacramentali conferatur secundum dispositionem ipsius pœnitentis, vt docet Sanctus Thomas 3. part. quest. 84. art. 1. expedit, vt non sit pars Sacramenti opus à confessario iniunctum, si casu, & sine memoria talis obligationis quomodocumque fiat, sed tantum si fiat cum ea intentione, ad hoc vt pœnitens tunc melius se disponat ac recipiendum nouum effectum Sacramentalem. Hucusque Pallauicinus.

Sed ego puro in tali casu satisfactionem referri ad confessionem cum intentione virtuali, vel habituali, & ideò non solum pœnitentem non actualiter referentem illam satisfactionem ad confessionem, præceptum pœnitentiæ adimplere, sed illam satisfactionem relata ad confessionem, virtualiter esse partem Sacramenti, & conferre gratiam ex opere operato. In vno tamen casu admitterem libenter opinionem Patris Pallauicini, quando v. g. pœnitens opus iniunctum executioni mandaret cum expressa intentione illius non adimplendæ: nam in tali casu existimo, per executionem pœnitentiæ iniunctæ cum intentione non satisfaciendi illi satisfieri quidem præcepto confessarij vt docet Sanchez *vbi supra*. n. 17. cum Bonacina de legib. d. 1. q. 1. pun. 10. num. 21. non tamen illam habere rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittere pœnam ex opere operato. Sicut dicunt aliqui de executione pœnitentiæ, per actum, ex aliqua circumstantia malum. Ratio autem esse potest, quia sicut confessio, quæ est pars Sacramenti pœnitentiæ, debet fieri cum intentione confitendi, & absolutio dari debet à confessario, cum intentione absoluendi, saltem virtuali: Ita pœnitentia in satisfactionem iniuncta, vt possit dici pars Sacramenti, & vim habeat remittendi pœnam ex opere operato, debet executioni mandari à pœnitente, cum intentione satisfaciendi, saltem virtuali, vel habituali, per consequens, si executioni mandatur, cum expressa intentione non adimplendi pœnitentiam, non erit satisfactio Sacramentalis seu pars Sacramenti.

Sed obiter hic notandum Patri Pallauicino, *vbi supra* c. ult. n. 337. non videri probabile, posse quempiam sibi commutare pœnitentiam propria auctoritate in opus euidenter melius, sicut votum; nam pœnitentia consideratur tamquam opus præceptum, & ideò includit exercitium obedientiæ: non est autem obediens qui operatur pro suo iudicio, & pro sua voluntate,

voluntate, non pro iudicio, & voluntate superioris. Et hæc est disparitas vniuersè inter præceptum, & votum. Ita ille. Sed licet ego huic sententiæ adhaeream, non audeo tamen contrariam nota improbabilitatis inurere, & idcirco illam præter Portel, Villalobos Celestinum, & Leandrum, tamquam probabilem etiam admittunt Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 23. de Pœnitent. n. 14.* & Eligius Bassæus in *florib. Theol. pract. ver. satisfactio num. 10.* vbi sic ait: Pœnitens non potest propria auctoritate pœnitentiam in æquale, aut in melius commutare, quia commutatio pœnitentiæ est actio Sacramentalis, & actus Iurisdictionis, qui fit à confessario, tamquam à superiore; pœnitens autem non potest in se actionem iurisdictionis Sacramentalis exercere, cum nullus sit sibi superior. Et hæc sententia est probabilior. Quamuis non sit improbabilis contraria sententia. Ratio illorum est, quia quoties quia abundantiosem solutionem offert pro debito, ad quam est ex lege adstrictus, legem non soluit; sed abundantius implet, nec censendum erit, nouam legem, pœnitentem sibi auctoritate propria imponere, mutando pœnitentiam, nec actum Iudicij exercere, & iurisdictionis, sed vberius implere legem à confessario impositam. Ita Bassæus.

An Illustrissimus Episcopus Laudensis possit examinare, & visitare Parochum Regulare Ecclesie Oppidi, seu loci Hospitalitatis Ordinis sancti Hieronymi de Lombardia ad ornatu Concilij Triad. sess. 25. c. 11. de reformat.

RESOLVTIO XXVI.

Videtur prima facie affirmatiuè respondendum; nam vt refert Aldanus in *Compen. Canon. resol. lib. 2. tit. 5. num. 7.* fuit decisum à sacra Congregatione in *una Capusquen. 23. Januarij. 1629.* Parochum in Ecclesia exempta deputatum, non posse exercere curam animarum, nisi prius fuit examinatus ab Episcopo, & approbatus. Est igitur in potestate, & arbitrio Prælati regularis deputare, & designare aliquem suum Religiosum, vel alterum Sacerdotem ad curam animarum suæ Ecclesie adnexam; non autem id munus est Episcopis, ad quem præcisè spectat examinare, & approbare à superiore deputatum, & non alium. Et ita docet Merolla *tom. 3. disputat. 7. cap. 5. dub. 13. num. 217.* & Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. Glossa 5. §. 3. num. 34.* Vnde sacra Congregatio Concilij in Augustana 26. Iunij. 1627. censuit, Rectores in Ecclesiis Sancti Ioannis Hierosolymitani curam animarum secularium exercentes subesse in omnibus visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi, in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem, qui ratione visitationis, procurationem exigere possunt, nisi contraria adesset consuetudo, addensque non licere Episcopo eisdem Rectores corrigere, aut punire, nisi in actu visitationis. Vide Cochier *de Iuris. part. 2. 9. 45. n. 11.* & alios. Et idè Regulares exemptos, non solum Episcopi visitationi, & correctioni subesse, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent, sed etiam in dependentibus ab illa; puta, si inquireretur, quomodo conseruatur Sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta. Seraphin *decis. 1067.* & vt calices, & decencia paramenta ad decorem administrationis Sacramenti provideantur. Et ita obseruat Mauratensis *var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 5.* Barbosa *de potest Episcopi part. 2. allegat. 74. num. 20.* cum aliis. Vide etiam *Anon. Diana, Pars X.*

supradicta confirmantem Guilenzonium *conf. 31. per totum.* Et de hoc non videtur dubitandum post constitutionem Gregorij X V. quæ est in ordine. 18. in qua sic habetur: Statuimus, & declaramus, vt deinceps tam regulares, quam seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium Monasterijs, seu domibus regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesijs, vel beneficijs, siue regularibus, siue secularibus incumbentem exercent, siue alijs Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrant, præuia Episcopi licentia, & approbatione, sine quoquo modo in dictæ curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel in alicuius ex illis ipsis administratione de facto absque vlla auctoritate se ingerant, in his, quæ huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni diocæsani Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ delegati plene in omnibus subiiciantur. Hæc in dicta constitutione. Sed his non obstantibus, licet vera sint, tamen puto, non obstare, nec procedere in casu, de quo loquimur, nam in dicto Monasterio, vt non supponitur in facto, Reuerendissimus Pater Generalis habet sedem ordinariam, & principalem, & habet ibidem iurisdictionem quasi Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercet: Ergo non potest Episcopus vilo pacto dictum Parochum examinare, nec dictam Parochiam visitare. Probatur consequens apertè ex claro decreto Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 11. de reformat. regul.* vbi sic habet: *In Monasterijs,* &c. Sed ad eius ornatum, & confirmationem nostræ sententiæ, quoad primam limitationem, nempe, quod Episcopis non competat vlla iurisdictione, quoad Parochos, & Parochias existentes in Monasterijs, in quibus Generalis principalem sedem habeat, vt est in casu nostro, adducam per extensum verba Doctorum, & in primis.

Novarius in *summ. Bullarum tom. 2. tit. de exemptorum privilegij num. 21.* sic ait. Declaratur secundo, vt in Monasterijs, in quibus Generales, vel Abbates alicuius Regionis regularium sedem ordinariam, & principalem habeant, licet personæ seculares sint in eodem Monasterio, cuiam animarum exercentes, quantum ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem spectat, nulli visitationi, seu iurisdictioni Episcopi Ordinarij diocæsani, in qua ipsa Monasteria sita sunt, sint subiecta. Et ita declarauit sacra Congregatio sub his verbis: In Monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium sedem ordinariam principalem habet, licet personæ seculares sint in eodem Monasterio curam animarum exercentes, quantum ad curam ipsam, & administrationem Sacramentorum spectat, nullam visitationis suæ iurisdictionis habent Episcopi Ordinarij diocæsani illius, in qua Monasterium est fundatum.

Pellizzarius in *man. regul. tom. 2. tract. 8. c. 4. sect. 4. num. 117.* Aduerte, Episcopum non posse visitare regulares Parochias annexas Monasterio, in quibus degunt Generales: & probat tum ex Trident. *sess. 25. cap. 11. de regular.* dicente, Excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam his Monasterijs, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita sedem ordinariam principalem habent, &c. idque etsi cura administretur per Clericos seculares: tum quia non obstat, quod alijs fuerit decisum, posse ab Episcopis visitari Parochiales Ecclesias vnitas Monasterijs, quæ sunt capita Ordinum: Nam Concilium supra, eximit

à visitatione Episcopi Parochias regulares, in quibus degunt principaliter capita Ordinum, non autem Monasteria, quæ sunt capita Ordinum, cum aliqua Monasteria possint esse capita Ordinum, absque eo quod in iis degant Generales: à diuersis vero non fit illatio in materia odiosa.

Cespedes tract. de exemptione regularium cap. 8. dub. 165. num. 6. Quæres hic, an Episcopus possit visitare Parochias regulares, quæ sunt annexæ, Monasteriis, in quibus Ordinum Generales degunt. Affirmatiuè primo aspectu videtur respondendum ex declaratione, quam testatur adesse Armendariz apud Barbosam in Concilium sess. 7. citata cap. 7. de reformat. vbi dicit, posse visitari ab Episcopo Parochias vnitas Monasteriis Canonicorum regularium, vbi degit Generalis. Negatiuè tamen est respondendum, & colligitur clare ex Concilij Tridentini sess. 5. cap. 11. in quo talia verba expressè habentur: Excepto Monasterio Cluuiacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam his Monasteriis, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum sedem Ordinariam principalem habent, atque aliis Monasteriis, seu domibus, &c. & hoc licet cura administraretur per Clericos sæculares, Nec est contra hoc id, quod testatur decisum Armendariz loco supra, apud Barbosam, & eandem sess. cap. 9. num. 17. scilicet, posse ab Episcopis visitari Parochiales Ecclesias vnitas Monasteriis, quæ sunt capita Ordinum; nam sunt res diuersæ, sess. enim 25. cap. 11. citato. Eximuntur à visitatione Episcopi illæ Parochiæ regulares, in quibus degunt capita Ordinum principaliter, non autem Monasteria, quæ sunt capita Ordinum eximuntur: possunt enim aliqua Monasteria esse capita Ordinum absque eo quod in eis degant Generales, vt patet multas Religiones consideranti.

Marcellus Vulpè in praxi iudiciali fori, Ecclesiastici cap. 42. num. 6. Regulares si habent Ecclesiæ cum cura animarum sæcularium, habito respectu ad ipsam curam, sub iurisdictione Episcopi sunt, & visitatione; quia Episcopus quoad ipsam curam, eandem iurisdictionem habet in eos, quam in sæculares Clericos, capit. vnico de Capell. Monach. l. 6. & Concilij Tridentini sess. 25. cap. 11. de regul. idcirco visitare eos, & corrigere potest qui præferuntur huiusmodi curæ ab Ordinario, vel eius Vicario examinati, & probati esse debent; ita enim disponitur in dicto cap. 11. Concilij; & idem iuxta dispositionem Concilij Tridentini sess. 5. cap. 2. per se, vel per alios exempti diebus Dominicis saltem, & festis diebus solemnibus prædicare debent; alioquin ad id per Episcopum cogi possunt, & de prædictis vide infra constitutionem Gregorij XV. Exceptis Monasteriis, seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut capita Ordinum sedem Ordinariam principalem habent, vt in dicto cap. 11. Concilij, etiam si ibi personæ sæculares exercent curam animarum, vt declaratit Sacra Congregatio Concilij, his verbis. In Monasterio, in quo Generalis alienius Religionis regularium sedem Ordinariam principalem habet, licet personæ sæculares sint in eodem Monasterio, curam animarum exercentes: quantum ad curam ipsam, & administrationem Sacramentorum spectat, nullam visitationis suæ iurisdictionem habeant Episcopi Ordinarij Diocesis illius, in qua Monasterium est fundatum.

Squillante de obligat. & priuileg. Episcop. part. 1. cap. 3. num. 13. Tertio dubitatur, an possit Episcopus visitare Ecclesias Parochiales suæ Diocesis, subiectas regularibus siue etiam regularium, si in eis sint

Sacerdotes sæculares, vel si in Ecclesia Regularium habent annexam curam animarum. Affirmat Leyna lib. 4. cap. 26. num. 25. & censuit sacra Congregatio, vt refert Armendariz dicto lib. 1. tit. 6. leg. 6. de visitat. num. 88. Si cura exercetur per Sacerdotes sæculares. Sic etiam posset visitare Ecclesias Regularium annexam habentes curam animarum, quoad ipsam curam. Item, & personas huiusmodi curam exercentes, siue sint sæculares, siue regulares, in iis, quæ ad dictam curam, & administrationem Sacramentorum pertinent, quia subsunt immediatè iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sita sunt Monasteria, siue Ecclesiæ iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de Reg. cap. 11. Et hoc casu Episcopus dum visitat Ecclesias Parochiales Regulares, posset sequestrare partem fructuum, ad reparanda ea quæ ad curam animarum spectant, vt administranda Sacramenta, puta, Calices, & decentia paramenta, secus ad reparandam Sacristiam, vel Ecclesiam, vt censuit S. Congregatio. Excipiuntur tamen loca, in quibus Generales, & capita Ordinum Sedem ordinariam principalem habent, saluo semper eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædictis locis, & personis iurisdictionem exercent, iuxta Concilium dicto c. 11. vt declarauit sacra Congregatio: Secus autem si Monasteria prædicta essent capita Ordinum: absque eo quod in eis degant Generales, quia possunt visitari, dum adest cura animarum. Et hæc omnia tom. 2. disput. 11. quest. 7. num. 41.

Sed audiamus verba Doctorum, quoad secundam limitationem appositam à Concilio nempe, Non posse Episcopos visitare Parochos, vel Parochias existentes in Monasteriis, in quibus Abbates iurisdictionem Episcopalem in Parochos, & Parochianos exercent, vt etiam est in casu nostro.

Hieronymus Venerus, seu Leyua in exam. Episc. lib. 4. cap. 11. num. 8. sic ait: Quis debet visitare, & corrigere clericos sæculares qui sunt in Ecclesiis Regularium exemptorum ad administranda Sacramenta? Episcopus, excepto Monasterio Cluuiacensi, & aliis Monasteriis, in quibus Abbates, vel Priores habent iurisdictionem, quasi Episcopalem in subditos sæculares, & Ecclesiasticos. Trident. syn. sess. 25. c. 11. & l. 6. c. 11. n. 8. In Ecclesiis Regularium exemptis, vbi sunt clerici sæculares administrantes Sacramenta, tales à quo? Ab Episcopo, quia sunt eius subditi, & administrant Sacramenta suis ouibus, excepto Monasterio Cluuiacensi, & aliis, videlicet Ordinum militarium, in quibus Abbates, & Superiores habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & subditos in spiritalibus sibi subditos. Trid. Syn. sess. 25. cap. 11. de reg. & mon. & non desinam hic apponere verba Cardinalis Seraphini tom. 2. decis. 1067. num. 1. & 2. vbi sic habetur: fuit resolutum, moderandam esse inhibitionem ex pluribus; Primo, quia alias coram R. P. D. meo Gipsio probatum fuit in Diocesi Ciuitatensi omnem curam residere penes Episcopum, & consequenter Monasterium, quod aliàs resolutum fuit non habere Parochiam, exercere curam nomine Episcopi, qui pro illius exercitio deputat vnum ex Monachis: Vnde non potest Episcopus impediri in visitatione Ecclesiæ, & personarum exercentium curam, quantum ad ea, quæ hanc curam, & Sacramentorum administrationem respiciunt: Verum quia super hoc adhuc pendet causa in Rota indecisa, & res adhuc est dubia, saltem respectu Diocesis, fuit deuentum ad alias rationes; nam etiam, quod cura resideret penes Monasterium, stante Consilio Tridentino Episcopus,

» Episcopus, non obstante quacumque exemptione,
 » potest visitare Ecclesiam illi unitam, iuxta formam
 » capit. 7. seq. sess. 7. & idem si Ecclesia sit intra locum
 » monasterij, eique imminet cura, iuxta formam ca-
 » pit. 11. de Regular. sess. 25. in quo datur facultas
 » Episcopo visitandi personas tam Regulares, quam
 » seculares curam animarum exercentes in iis, quæ
 » ad curam, & administrationem Sacramento-
 » rum pertinent, nisi versentur in locis, in quibus
 » Abbates, & alij superiores Regularium iurisdic-
 » tionem etiam temporalem in Parochianos habent.
 » Ita ille.

Et idèd hoc decretum Concilij non habere locum in Monasteriis, in quibus Abbates habent utramque iurisdictionem, Episcopalem, & temporalem in Parochos, tenuit sæpius Sacra Rota, & præcipue in vna Legionensi Sancti Fancundi 19. Martij 1590. coram Cardinali Pamphilio dignissimo Patruo Sanctissimi D. N. & in vna Nullius 11. Februarij 1594. coram eodem, vt testatur Barbosa in dict. locum Concilij num. 17.

Itaque ex his omnibus apparet, Illustrissimum Episcopum non posse visitare Parochiam, de qua est questio, quia non subiacet eius iurisdictioni, stante Concilio Tridentino in sess. 25. capit. 11. Cum sit Parochia existens in Monasterio, vbi Reuerendissimus Pater Generalis habet principalem sedem, & in quo exercet iurisdictionem quasi Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos. Vnde pater responsio ad argumenta superius in contrarium adducta, non enim loquatur in casu nostro, stantibus limitationibus appositis in dicto loco Concilij. Vel respondeo opinionem affirmatiuam procedere, si Parochia esset vnita monasterio, & etiam si in illo Generalis haberet principalem sedem, vt ex Sacra Congregatione obseruat Lezana in summa to. 1. cap. 3. num. 29. & Squillante de obligat. & privileg. Episcop. part. 1. capit. 3. num. 13. Merolla tom. 3. disp. 7. capit. 5. dub. 13. num. 114. Gauantus in Manuel. Episcop. vers. visitatio Episcopi, num. 14. & alij. Quod suppono non adesse in casu nostro, vt mihi asserunt, ergo, &c.

Nec obstat Constitutio Gregorij XV. nam ipsa non derogat Concilium Tridentinum, & nouissimè Hieronimus Garcias in politica Regulari tom. 1. tractat. 8. diff. 2. dub. 4. punct. 1. num. 11. firmat, dictam Constitutionem non inducere nonum ius.

Nec obstat dicere, supradicta admittenda esse quoad visitationem, & correctionem, non autem quoad examen Parochi in ordine ad excipiendas confessiones; nam nullus potest exercere munus Confessarij, nisi sit approbatus ab Episcopo, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. de reform. & ex S. Congregatione firmavit Rota in vna Calagurritana iurisdictionis de Negera 6. Iunij 1611. coram Ortembergio, & in eadem causa die 22. Maij 1613. coram Valdo. quas decisiones inuenies apud Tamburinum de iure Abbatum, decisione 49. Respondeo cap. 11. Concilij loqui non solum de visitatione, & correctione, sed etiam de examine, vt legentibus patet: ergo, quando postea addit illas limitationes, necessariò sequitur appositae fuisse non solum quoad visitationem, & correctionem, sed etiam quoad examen, & contrarium asserere, esset vim inferre verbis Concilij. Quod confirmatur; nam obseruantia subsequens interpretatur legem, & statutum, vt patet ex lege minime, ff. de legibus. l. si de interpretatione ff. eodem tit. cap. Cum dilectus. de Consuetud. Sylvanus. consil. 88. num. 27. Tiraquellus. de cap. 10. num. 7. Afflictus Neapol. decis. 166. num. 9. Anson. Diana, Pars X.

& decis. 173. num. 3. Menochius consil. 32. num. 44. & consil. 390. num. 21. & consil. 577. num. 2. & 3. volum. 3. Mascardus de probat. concl. 1415. num. 10. Brunor. à Sole in locis Communibus, verb. Consuetudo 6. Cardol. in praxi Iudicum, & Aduocat. eodem verb. num. 3. Cald. Pereira in l. si curatorem. C. de in integr. restit. minor. verbo Contractum, num. 29. Bellet. disquisit. Cler. part. 1. titul. de Clerico debito re. §. 12. num. 27. Mendoz. a Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 1. num. 12. Camill. Borrell. in Summa omnium decis. titul. 14. num. 88. Cened. pract. & Canon. quest. lib. 1. quest. 3. num. 11. & nouissimè docet Pater Gobat in Thes. Indulgent. part. 2. cap. 5. quest. 10. num. 304. Sed, vt mihi asserunt, numquam Illustrissimus Episcopus examinavit Parochum dictæ Ecclesiæ Oppidi Hospitaletti: ergo, &c. Et ita ego sentio, saluo aliorum meliori iudicio.

Nota, quod post hæc scripta sapientissimus, & amicissimus Pater Lezana edidit sua eruditas Consultationes Morales, & in Consul. 45. num. 148. & sequent. late omnia à nobis superius dicta confirmat in terminis terminantibus.

An sit opinio probabilis aliquorum asserentium, Ministrum ex officio ad id deputatum, conficientem Sacramenta in peccato mortali, non peccare mortaliter.

RESOLVTIO XXVII.

Affirmatiuè respondet nouissimè Pater Marcus Vidal in Arca Theolog. mor. tit. de ministro Sacramenti, Inquisitione vnica, num. 69. & 75. & sic ait: Minister specialiter consecratus, & deputatus conficiendo, & ministrando Sacramenta est causa ministerialis gratiæ iustificantis, quæ per Sacramentum confertur: & id est omnibus Sacramentis commune, ergo semper in dicto Ministro, dum conficit, & ministrat Sacramenta, requiritur bonitas, ne Sacrosanctæ actioni, quàm exercet, iniuria, & magna irrogetur irreuerentia, idèd, &c. Confirmatur primo. In re graui maximam irreuerentiam facit Deo, & Sacramentum, qui in peccato mortali delibere ea tractat, cum non discernit inter res Sacras, & prophanas, contra id quod dicitur Isa 52. Mundamini, qui fertis vasa Domini. Ergo, &c. Confirmatur secundò; Minister, dum est causa infusionis gratiæ iustificantis, per quam in suscipiente deletur peccatum, debet propter grauitatem, & Sanctitatem huius actionis, se reddere dignum, & bene dispositum ad hoc munus dignè, & laudabiliter exercendum, ergo aliter faciendo, mortifere peccat: idèd hæc nostra opinio quamuis sit probabilior, tum propter Doctorum auctoritatem, tum etiam propter rationes, attamen opposita etiam mihi probabilis videtur, quam aperte docet Croulers apud Dianam part. 6. tract. 6. resolut. 13. legit illum, qui ad obiecta in contrarium doctè respondet. Haculque Vidal.

Sed ego omninò puto, affirmatiuam sententiam nota improbabilitatis inurendam esse; & idèd illam deleuit ex operibus Hieronymi Llamas nostrum Sacrum Tribunal Inquisitionis Hispaniæ, quæ cum tanta maturitate, & circumspectione procedit in prohibendis libris, & consecrandis opinionibus. Vnde Leandrus de Sacrament. tom. 1. tractat. 1. disp. 4. 9. 9. postquam multa argumenta adduxisset in fauorem prababilitatis dictæ opinionis, tandem sic asserit; His non obstantibus, nunc absolutè, certissime, & absque vlla hæsitacione respondeo, prefatam

Hh 3 senten

sententiam esse omninò improbabilem. Quia, ut talem, (ad minus) delere mandarunt, ex Summa Hieronymi Llamas, 1. part. capit. 1. §. 5. Censores fidei, per iudicem librorum expurgat. editum in Hispania, pro tota illa, anno Domini 1640. Sic etiam antea, dictam sententiam improbabilem dixerunt Petrus de Ledesma *dub. 3. cit.* & Luysius Turrianus *loco cit. vbi sic ait*: Hactenus communis opinio fuit, peccare mortaliter Sacerdotem, qui ministrat Sacramentum Pœnitentiæ in statu peccati mortalis. Referuntur tamen hoc tempore aliqui recentiores asserentes; non esse peccatum mortale, talem administrationem in peccato mortali. Mibi autem doctrina hæc non solum improbabilem videretur, sed etiam temeraria contra communem sensum Doctorum, sine idoneo fundamento; & multis etiam apparet scandalosa, & quæ parum fauet Sanctitati Ministrorum. Sic Luysius, & nunc ego. Hæc argumenta contraria nunc vrgent, quia omnia (ferè) auctoritate nituntur, quæ post decretum Sanctæ Inquisitionis, omninò ruit; Ita Leandro, & ego. Nota verò hic obiter contra Cardinalem de Lugo, & alios, esse tamen probabile, neque Laicum habentem conscientiam peccati mortalis, peccare mortaliter baptizantem (in casu, quo licet alioquin Laico baptizare) nec Sacerdotem in simili casu ministrantem baptismum, sine solemnitate, etiamsi existant in peccato mortali. Et ita, me citato, tenet Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tractat. 1. disputat. 3. dub. 10. num. 220.* & me citato Leandro *vbi supra quest. 5. & 6.* & alij. Notat etiam me citato Vidal *num. 88.* Dicastillus *num. 243.* Confessarium audientem Confessionem in peccato mortali, si ante absolutionem conteratur, non peccare mortaliter; quia tunc Sacerdos non administrat Sacramentum, sed quando absoluit. Nam licet tunc apponatur materia, at non apponitur ab illo, sed à pœnitente, & Sacerdos se habet passivè; Idè obligatio solum est pro puncto, in quo sit Sacramentum; non fit autem, nisi quando datur absolutio; ita putat Dicastillus, pœnitentem non tene si habere dolorem, nisi pro puncto, quo absoluitur.

Et tandem nota etiam hic obiter, quod licet Sacerdos dum celebrat tria præstet; primo quidem consecrat, secundo ministrat sibi ipsi; tertio suscipit Sacramentum, tamen hoc non obstante, non committit nisi vnicum peccatum. Ita probabiliter, me citato, tenet Vidal *num. 102.* Et, citato, Pater Dicastillus, *vbi supra, num. 235.* Ex eo quod illa tria adæquent vnum opus, quod est integrum Sacrificium, ad cuius perfectam integritatem omnia illa concurrunt; nempe consecrare, & sumere, ac proinde sibi ipsi conseruare consecrata. Quidquid in contrarium asserat Cardinalis Lugo, contra quem etiam puto, contrahentes matrimonium in peccato mortali non peccare mortaliter, quatenus conficiunt Sacramentum; sed tantum quatenus suscipiunt. Ita, me citato, tenet Leandro *vbi supra, quest. 7. & alij.*

An sit probabilis opinio aliquorum asserentium, in recitatione officij Diuini relinquente vnam Horam integram ex minoribus peccare tantum venialiter ratione paruitatis materia.

RESOLVTIO XXVIII.

Afirmatiuam sententiam nouissimè admittit Martinus de San Ioseph *in man. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 9. de Oratione, num. 5.* vbi sic ait. Es comun opinion, que todas las horas Canonicas hazen vn

Oficio entero, que la materia parua se ha de iuzgar en orden à todo el officio entero, y que lo sera lo que fuere menos, que vna hora entera de las menores. Y aun algunos Autores graues tiener, que vna horas entera menores es materia parua, comparada con todo el Oficio diuino. Sic Martinus *tract. 2. de ordine, part. 6. cap. 12. diff. 13. n. 4.* Caramuel, citatus à Diana *7. part. tract. 11. resol. 2.* qui citat alios viros doctissimos, porque les parece pequenna materia vna hora de las menores, respecto de todo el officio. Larga es la opinion, però su apariencia tiene, porque como dizen graues Autores, al que trabaia en la fiessa menor parte, que tres horas, no pecca mortalmente, porque no llega à la octaua parte del dia, de que trataba abazo, ya otros parece, que oie Missa el que llega à oir desde el ofertorio, porque iuzan, que tode el principio non el Euangelio inclusiuè, no es materia graue, en todas las morales es razon aliuar las consciencias, auiedo razon para ello, & sententia humanior est tenenda, *l. pro herede 20. §. si quis & ibi gloss. humanior. ff. de acquirep. heredit. Et æquitas scripta præfertur rigori scripto, tam in ciuilibus, quam in Criminalibus, Tam in publicis, quam in priuatis, placuit. & ibi gloss. 2. C. de iudic. Gloss. humanius in l. Barbarius. ff. de offi. Pretor. gloss. fin. in l. si sibi dederim. 25. de donationib. gloss. fin. in l. qui seruum. §. fin. ff. de actionib. & obligat. & Glossa. rationem, legis 1. C. si seruus ex terno: Et æquitas in omnibus expectanda est, l. in omnibus. 90. ff. de regul. iur.* Quia iudices debent esse æquitaris amatores, Gloss. fideiussorum. in §. si quis igitur. in Authen. de fideiussoribus collat. y lo mismo deue iuzgar los que escriben materias morales si pueden saluar, non han de condenar, porque los hombres deuen ser de la condicion de Dios inclinados à compassion, y equidad; que aunque esta es iusticia, disñese, que est iustitia dulcorata, pietate, & misericordia: & hanc semper debemus habere præ oculis, *l. quod si ephe si, ff. quod certo loco, & c. sp. disciplina. distinct. 45. & cap. ponderes, distinct. 50.* Ne dico esto, porque ay Auctores, que se escandalizan por ver, que otros hombres doctos aliuian las consciencias con sus opiniones; la mia en el presente caso es, la que dixè al principio, y referi la de Caramuel, y Marchino (que como dixè) tiene su apariencia para que los hombres doctos iuzguen mejor, que yo, lo que les parece della. Hucusque Martinus. Sed ego hanc sententiam olim reprobauì, & caueant in posterum Auctores illam tamquam probabilem in suis operibus admittere, nam malè olerent apud Sacram Congregationem Indicis; Vnde non deseram hic apponere verba nostri Patris Magistri Lezana *consul. 48. n. 85.* sic asserentis: In materia officij Diuini, seu Horarum Canonicarum, sententia Philiberti Marchini *de Sacram. ord. tract. 2. part. 6. diff. 3. num. 5.* dicentis, omissionem vnus Horæ Canonicæ (paruz scilicet, nempe Tertix, Sextæ, aut Nonæ) non esse peccatum mortale, est falsa, & improbabilis; ratio est, quia leui nititur fundamento, scilicet, quod sit parua materia respectu totius officij Diuini; non enim est, nisi notabilis deformatio, & mutilatio Diuini officij: & quia est contra torrentem Doctorum, nempe D. Antoninum, Syluestrum, Tabienam, Sorum, Nicolaum de Ploue, Nauarrum, Azorium, Lessium, Suarez, Sanchez, & Reginoldum, quos refert, & sequitur Petrus Anellus *de Hor. Can. cap. 8. d. 2. num. 5.* Item Molanum, Vvigers, Fabrum, Vegam, Fernandez, Ledesmam, Bellochium, Bonacinam, Naldum, Molfesum, Oliuetium, Bonarcium, Madcignum, Squillantem, Merollam, Faustum, & alios, quos

quos etiam refert, & sequitur Diana *part. 6. tract. 6. ref. 6.* Adde, quod ratione huius, & quarundam aliarum propositionum, quæ in hoc libro continentur, delatus est ad S. Congregationem Indicis. Excusabilis tamen Author est, quia dicit, se ita arbitrari, saluo meliori iudicio. Hanc porò sententiam idè inter probabiles, & falsas recensere volui, timens de malitia temporum, ne plus æquo serperet, aut plausibilis fieret, cum bonarum conscientiarum dispendio. Ita Lezana, cui etiam adde Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 13. quest. 30.*

Possintne in Baptismo assumi in Patrinos duo viri, unus ut interueniat nomine proprio, alter procuratorio nomine mulieris.

RESOLVTIO XXIX.

Suppono, quod de numero susceptorum in Baptismo extat decisio Higinij Papæ, *c. in Cathedismo, & Leonis primis cap. non plures, de consec. dist. 4.* ne plures quam vnus susceptor sit. Id ipsum confirmauit Metense Concilium sub Stephano VI. *can. 3.* dicens; Infantem nequaquam duo, vel plures, sed vnus à fonte baptismatis suscipiat, quia in huiusmodi secta diabolo datur locus, & tanti ministerij reuerentia vilescit. Nam vnus Deus, vnus Baptisma, vnus qui à fonte suscipit debet esse pater, vel mater infantis. Postea successu temporis plures adhibiti fuerunt, vt colligitur ex cap. *quamuis, de cognat. spirituali in 6.* Sed Concilium Moguntinum sub Paulo III. & nouissimè Tridentinum, *sess. 24. cap. 2.* iuxta pristina instituta statuerunt, vt vnus tantum siue vir, siue fœmina designetur, & ad summum duo, vir, & fœmina, qui baptizatum de baptismo suscipiant. Hoc supposito, ab dubium propositum affirmatiuè respondet Farinacius *in decis. part. 4. in declaratione sess. 24. Concilij* per hæc verba: Procurator non contrahit cognationem spiritualem sibi, sed mandanti. Hinc est, quod vnus qui sit vir, & alter qui sit procurator mulieris baptizatum de Sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, vel duæ mulieres, vnusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. Sic ille. Idem docet Naldus *in Summa, verb. Cognatio, num. 6.* vbi sic asserit: Cognatio spiritualis contrahitur, quamuis vnus vir nomine alterius viri, & alter vir nomine mulieris teneant baptizatum vel confirmatum: non tamen duo viri nomine suo, vel duæ mulieres nomine itidem suo tenere possunt. Sic Naldus.

Sed fallitur noster bonus senex, nam contrarium firmatur in Rituali Romano edito iussu, & approbatione Pauli V. *tit. de Patriniis, §. pen.* Et ita in terminis docet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, quest. 68. art. 3. dub. 1. n. 3.* & Antonius Fernandez de Moure *in exam. Theol. mor. par. 3. art. 2. §. 9. num. 2.* vbi sic ait: Possunt ne assumi duo viri, vt vnus vicem suppleat mulieris? Resp. minimè. Notat Tolet. *lib. 2. cap. 23. num. 4.* Explicuit Congregatio Cardin. *num. 490.* Suadet ratio. Quoniam Baptismus est generatio quædam spiritualis, & idè debet cõformari generationi naturali; atqui ad generationem naturalem requiritur mas, & fœmina; ergo ad generationem spirituales, vir & mulier. Neque in hoc Episcopus dispensare potest. Quia non est supra Concilium, oppositum decernens. Ita ille.

Notandum est hic obiter contra Abbatem, Ancharanum, Lopez, Possuinum, & alios, quod quilibet puer in quacumque ætate, dummodo sit capax rationis ad peccatum mortale committendum, possit

obire munus Patrini. Primò, quia nullo iure determinatur ætas ad huiusmodi munus exequendum. Secundò, quia licet puer, vsque ad 14. annum nequeat esse pater naturalis, bene tamen potest esse Pater spiritualis, ante dictam ætatem, dummodo habeat vsum rationis sufficientem ad exercendam illam susceptionem cum legitima intentione faciendi quod alij Patrini faciunt. Vide Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 61. num. 3. & 4.* Basilium Pontium *lib. 3. cap. 37. num. 5.* Ochagauiam *tract. 3. de matr. quest. 57. num. 2.* & alios.

Nota etiam, me olim docuisse tanquam probabile, quod quando quis suscipit aliquem in Baptismo per procuratorem, quod neque ipse, neque procurator contrahunt cognationem spiritualem; hæc sententia visa est cuidam ministro huius Curie Romanæ nimis laxa, sed si est probabilis, nihil officit, quod sit laxa. Et idè illam, præter Sanchez, Filliucium Reginaldum, Villalobos, la Vegam, quos, me etiam citato adducit, & sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 7. quest. 22.* tenet nouissimè, me citato, præstantissimus Theologus Societatis Iesu Pater Dicastillo *de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 2. dub. 5. num. 56.* Et hanc sententiam latè, & solidè probat etiam Corneio Carmelita Professor inelytæ Salmanticensis *Academix in 3. part. D. Thomæ, tract. 6. de impedim. matr. disp. 7. dub. 16. quest. 1.* qui responder ad omnia argumenta, quæ in contrarium adducit nouissimè Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. punct. 11. §. 2. num. 15. cum seq.* Et ratio est, quia iura quibus huiusmodi cognatio inducitur exigere videntur actionem personalem ipsius patrini, ergo non sufficit actio ipsius procuratoris præsertim cum ea, quæ odiosa sunt in impedimenta dirimentia induci non debeant, nisi vbi ius expressum. Confirmatur, quia ad cognationem naturalem requiritur actio personalis parentum, ergo etiam ad spiritualem; patet consequentia, quia istæ duæ cognationes, & paternitates parificantur, *cap. debitum, de baptismo.* Confirmatur secundò, quia cognatio legalis non acquiritur adoptando per procuratorem, *l. post mortem, licet nec adoptare ff. de adoptionibus.* Ergo nec spiritualis; patet consequentia quia cognitio spiritualis imitatur naturalem, & legalem. Confirmatur tertio, quia qui mittit nuncium, aut procuratorem, vt nomine suo alium baptizet, vel confirmet, non contrahit cum eo cognationem spiritualem, vt omnes admittunt, ergo nec qui mittit nuncium vt procuratorem, aut nomine suo officium patrini exercet; patet consequentia ex paritate rationis. Nec obstat dicere, quod verè censetur faciens qui per nuncium, aut epistolam facit, *l. licet, ff. de constitutenda pecunia, & ex reg. 68.* potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum, *de regulis iuris in 6.* Ergo hæc actio patrini potest per nuncium exerceri, & idem dicendum videtur de procuratore, cum ad omnia negotia procurator constitui possit, *l. i. ff. de procurat.* Respondetur, nego consequentiam, neque illæ leges probant oppositum, quia procedunt in actionibus, quæ solum consensu perficiuntur, & non sunt personales, ad cognationem autem spiritualem contrahendam actio personalis necessaria est, & hæc est ratio propter quam posset etiam contrahi matrimonium per procuratorem, & non spiritualis cognatio. Cæteras rationes, & responsiones ad argumenta contraria videbis apud Cornejum *vbi supra.* His tamen non obstantibus, sententiam aduersariorum puto probabilissimam esse, id quod contendit, nostram sententiam sua non carere probabilitate.

Notandum est hinc obiter, quod munus Patrini, &

impedimentum ex eo proueniens, solum in baptismo solemniter locum habet, quod verum est, ut notat Hurtadus, *de matrim. disp. 18. diff. 6.* & alij, tamen si susceptor in baptismo priuato vellet munus Patrini exercere, quia adhuc non exercebit illud, qualiter ab Ecclesia præscribitur; ad cognationem spiritua-lem contrahendam. Nec obstat dicere, quod iura statu-entia impedimentum cognationis spiritualis, æquè de baptismo solemniter, ac priuato loquuntur, ut constat ex *cap. 1. & fin. de cognat. spirituali in 6.*

Etenim Baptizatus priuatim æquè indiget instructore, ac baptizatus solemniter. Deinde baptizans priuatim spiritualem cognationem contrahit cum baptizato, eiusque patre, & matre: ergo similiter contrahere poterit susceptor in eo baptismo. Ob has rationes hanc sententiam defendunt Nauarrus *Sum. cap. 23. num. 40.* Ægid. de Coninch *disp. 32. de matrim. num. 59.* Basil. Ponce *lib. 7. cap. 40. num. 5.* Sed hæc non vrgent, ut recedamus à communi sententia. Nam esto iura æquè de baptizante ac de suscipiente loquantur, quoad impedimentum cognationis, intelligi debet singula singulis tribuendo, de baptizante, quoties fuerit baptismus, quia baptismus solemniter, & priuatus formaliter, & in se ipsis non differunt, sed in cæremoniis extrinsecis, & accidentalibus, ideòque baptizans, siue baptizet solemniter, siue priuatim, cognationem spiritua-lem contrahit. At susceptor solemniter, & priuatus formaliter differunt, quia esse susceptorem habetur ex Ecclesiæ institutione, quæ de susceptore priuato vix vnquam contingente, mentionem non fecit, sed solum de susceptore solemniter, seu pro baptismo solemniter facto.

Sed si aliquis hic inquirat, an Laicus in necessitate baptizans contrahat cognationem. Respondeo affirmatiuè, quia verum Sacramentum confert, nec refert, quod ratione necessitatis teneatur ministrare, quia etiam Parochus tenetur ratione officij ministrare solemniter, & nihilominus cognationem contrahit. Sed obiciens parentes, qui in casu necessitatis proprios filios baptizant, non contrahunt cognationem, quæ vsum matrimonij contracti impediatur, *cap. ad limina. 33. quest. 1.* ergo nec Laicus in necessitate baptizans contrahat cognationem, quæ futurum matrimonium impediatur,

Respondeo negando consequentiam, & ratio discriminis est, quod in parente proprium filium, & vxoris in casu necessitatis baptizante, cognatio spiritualis, quæ vsum matrimonij iam contracti impedit, haberet rationem pœnæ, siquidem priuaret illum potestate petendi debitum, ad quod habet ius in re ratione matrimonij, ideò speciali iure in d. *cap. ad limina*, excipitur ille casus, & meritò, quia consentaneum est rationi, ut propter obseruantiam præcepti non incurratur pœna aliqua, qualis esset expoliari proprio iure petendi debitum; at verò cognatio spiritualis ante matrimonium contracta, non habet rationem pœnæ, sed potius pertinet ad quoddam concordiam, & vnitatis vinculum inter homines ratione cuius Ecclesia prohibuit matrimonium inter illos, ut charitas inter alios dilaretur, & ita potest optimè contrahi hæc cognatio, propter exercitium actus præcepti, sicut & contrahitur irregularitas à Iudice, qui latronem suspendit, quamuis ad id ex officio teneatur, quia huiusmodi irregularitas, non inducitur in pœnam delicti, sed propter alias causas.

An dolor de peccatis semper exigatur presens tempore absolutionis.

RESOLVTIO XXX.

Affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissimè doctus, clarus, & acutus Auctor Pater Bernal Societatis I B S V, *de Sacram. disp. 6. sect. 4. num. 74.* vbi sic ait. Hinc obiter elicio inconsequenter dixisse Petrum Ledesma, & Ioannem à Cruce, quos approbat Antoninus Diana *Resol. moral. part. 3. resol. 116.* eum qui solum affert ad confessionem peccata, de quibus iam ritè confessus, & absolutus fuit, etiam si doloris actum non continuauerit, non teneri nouum elicere. Inconsequenter, inquam, loquuntur, quoniam ipsi censent, dolorem esse verum, & propriam Sacramenti partem, & materiam proximam: ergo debet adesse moraliter, dum ponitur forma. Dicunt iam adesse, virtualiter primum illum dolorem, hoc ipso quo adest confessio de solis iis peccatis, de quibus ille conceptus fuit. Sed contra, quia materia Sacramenti non est dolor existens moraliter, virtualiter, sed moraliter verè. Contra rursus, quoniam identitas peccati, & eius confessio repetita sunt actus entitatiuè naturales, dolorque entitatiuè supernaturalis: Ergo non istum continent virtualiter. Tertio quia alioquin idem omninò dicendum esset de illo, qui ante mensum elicit dolorem de peccato mortali, quod solum hodie ad confessionem adducit, nempe quamuis eum dolorem non continuauerit, non teneri nunc nouum concipere. Ita Bernal, cui adde Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 92. vers. 3. dub. 5. in fine.* Sancium *in Selectis, disp. 1. num. 22.* Bonacina *de Sacram. Pœnit. disp. 5. punct. 4. num. 1.* & alios.

Sed licet Ego hanc sententiam, vbi supra docuerim, non ausus sum tamen sententiam Ledesma, & Io. de la Cruz tanquam improbabilem damnare, ut etiam mecum sentit Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 14. sect. 3. num. 34.* vbi post multas rationes pro confirmatione huius sententiæ adducens, sic tandem asserit: Pater Ioannes de Salas *in manuscriptis de pœnitentia, quest. 84. art. 10.* relata sententia aliquorum recentiorum, qui dicebant, requiri nouum dolorem, sicut nouam confessionem ad valorem secundi Sacramenti; ipse dicit, contrarium verius esse, & sufficere, quod partes sensibiles sint nouæ, & addit, satisfactionem, licet sit pars sensibilis, posse fortasse eandem esse partem duplicis Sacramenti. Eandem sententiam indicauit obiter quidam alius Magister Salmaticensis in hac eadem materia, dicens, illam non videri improbabilem: clarius autem, & expressè eam docuit Petrus de Ledesma *in Summa, cap. 4. Sacrament. Pœnitentia*, & Ioannes de la Cruz *in Director. part. 1. de Sacram. pœnit. q. 1. dub. 6. concl. 2.* Apud alios nihil inuenio pro hac parte, nec etiam contra illam, quam quidem Ego non auderem reprobare. Ita Cardinalis Lugo, cui etiam adde, me citato Thomam Tamburinum, *in opusc. de Confess. lib. 1. cap. 2. §. 5. num. 7.* & hanc sententiam post hæc scripta inuenio docere etiam, me citato, doctum Patrem Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 7. quest. 4.* vbi sic ait: An quando qui iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directè fuerat absolutus, teneatur habere nouum dolorem eorundem peccatorum. Probabiliter respondeo, non teneri ad habendum nouum dolorem formalem. Quia repetita confessione vocali, repetitur, saltem virtualiter, dolor præcedentis confessionis, perferentis adhuc moraliter, & virtualiter. Sic Petrus

Pertus de Ledesma in *Summa*, cap. 4. de pœn. vers. *La segunda duda es*, pag. mihi 322. Vbi hanc sententiam esse probabiliorē, & communiorem inter Theologos, Io. de Cruce in *suo direct. part. 2. de pœnit. quæst. 1. dñb. 6. concl. 2. fol. mihi 174. Salas in manuscriptis, de pœnit. quæst. 84. art. 10. Quos nouissimè refert, nec audeat reprobare P. Lugo disp. 14. à num. 31. & seqq. Imò potius illorum sententiam validis argumentis confirmat: & merito. Quia, (vt Diana dicit) ex ea possunt Confessores multos scrupulos sedare, præsertim illorum qui confitentur de peccatis venialibus ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali, alias confessio, & absolute: nam in tali casu, & in tali confessione non tenentur elicere nouum actum doloris, & contritionis. Hucusque Laandrus. Poterat igitur magis blandè Pater Bernal, *vbi supra*, circa præsentem difficultatem se gerere.*

An, si quis in omnibus tribus Missis dici solitis in die Natiuitatis, relinqueret particulam, Enim, in consecratione Corporis, vel Sanguinis, peccaret mortaliter.

RESOLVTIO XXXI.

Suppono contra Reuerendissimum Candidum, *tom. 3. disp. 2. art. 4. dñb. 4. & alios, omittentem in consecratione particulam, Enim, non peccare mortaliter, secluso scandalo, & contèptu, quia illa omisso videtur materia leuis, & ita tenent Doctores, quos etiam me citato, adducit Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 9. quæst. 9. & me citato Dicastillus, de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 3. dub. 5. num. 63. & me citato, Auersa de Sacram. Eucharist. quæst. 6. sect. 2. & me citato, Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 3. de Euchar. num. 4. & me citato, Garzias, in Summ. Theolog. moral. tract. 3. difficult. 9. dub. 2. punct. 2. num. 12. Sed difficultas est, an Sacerdos dicendo tres Missas in die Natiuitatis, si omitteret particulam, Enim, peccaret mortaliter. Hunc casum à nemine pertractatum inuenio, nisi nouissimè à Patre Bernal de Sacram. disp. 39. sect. 2. §. 1. num. 42. vbi sic asserit: Mediam viam, & me iudice, rectissimam tenent Marfil. & Ledesma, quos sequitur Suarez disp. 59. sect. 1. §. sed quæres. Nempè, omissionem voculæ, Enim, non esse mortalem, quia materia leuis est; cum hæc vox non solam non pertineat ad essentiam formæ, sed nec ad ipsius substantiam, & simul sit vna dumtaxat vocula; nam tria hæc simul sumpta proculdubio materiam leuē efficiunt. Si tamen ex contemp̄tu nascatur omisso, addunt iidem Doctores, non excusandum à mortali: quia grauitatis actionis, & Christi exemplum, & totius Ecclesiæ præceptum, & consuetudo, contemp̄tu illo attinguntur; ac proinde grauem illum efficiunt: multo quo certius grauis, seu multo grauior esset, si non solam in consecratione vnius speciei, sed vtriusque, vel non tantum in vno Sacro, sed in pluribus omitteretur, præsertim in vno die, v.g. in die Natãli Domini: nam in omnibus tribus Missis vocem, enim, omittere, fortassis, etiam contemp̄tu secluso, Doctores mortalis damnarent. Hucusque Bernal.**

Et quidem ex eius doctrina sequeretur etiam, quod licet Sacerdos omittens nomen, v.g. duo, vel tria alicuius sancti in Canone Missæ, ratione paruitatis materiæ, non peccaret nisi venialiter; tamen si omitteret ex Canone tria nomina alicuius Sancti in omnibus tribus Missis dici solitis in die Natiuitatis, non venialiter, sed fortasse mortaliter peccaret, vt docet Bernal de particula, enim, cuius opinio an procedere

debeat in Missis dici solitis illo die à Superioribus, v.g. Religionum, qui dicunt vnã Missam post mediam noctem, alteram in aurora, & tertiam tempore solito, cogitandum relinquo, nam in dictis Missis non videntur illæ paræ materiæ mortaliter coalescere in vnum: & efficere materiam grauem; nam non dicuntur successiue, & immediatè, vna post aliam, vt dicuntur tres Missæ privatæ si simul recitarentur, & idèd, vt dixi, tu cogita. At aliquis posset dicere, quod paræ illæ materiæ nõ videntur coalescere in vnum, si Missæ dicerentur in diuersis diebus, secus autem si dicerentur vnico die, vt in casu nostro.

An Hæretici teneantur præcepto communicandi singulis annis contento in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.

RESOLVTIO XXXII.

Negatiuam sententiam tenet Pater Bernal de Sacram. disp. 44. sect. 3. §. 1. num. 70. vbi sic ait: Nomen Fidelis in præsentem proprie est accipiendum, nam regula, quæ docet, verba *omnès*, qualia sunt omnia præceptiua, propriè, & strictè capi debere, cum adèd generalis sit, sine urgente ratione non debet exceptionem pati: Sed nulla est ratio, quæ exceptionem adhibere cogat: Ergo nomen, Fidelis proprie capiendum est. Maior, & consequentia probatione non indigent. Minorem astruo destructione rationum in contrarium. Prima est: Si Fidelis proprie sumeretur, comprehenderet Catechumenum. Contra, quia non potest comprehendere non subditum Ecclesiæ; sed Catechumenus est Ecclesiæ non subditus: ergo nomen Fidelis in hac lege, licet proprie capiatur, Catechumenum non comprehendit: Sic Ecclesiæ iubet, adultum 21. annorum ieiunare: non tamen comprehendit Mahometanum id ætatis apud Christianos degentem.

Alterâ contrariorū ratio erat. Si nomen Fidelis, proprie sumeretur, ab hac lege liber esset baptizatus, hoc ipso quod in hæresim occultam incideret. Contra verò, tum quia sicut dum quis non probatur malus præsumitur bonus: hic dum baptizatus non probatur infidelis, præsumitur, & censetur fidelis, ac proinde per legem hoc nomine comprehenditur. Tum etiam quia qui semel aliqua lege, vel præcepto constringitur, ab eius obligatione non liberatur, nisi per voluntatem superioris, qui in ea lege dispensare potest: At baptizatus, qui in hæresim siue occultam, siue manifestam incurrit, cum iam communionis lege conuentus fuerit, non liberatur ab eius obligatione; quia non est vnde colligamur, Ecclesiæ velle, vt obligationem illam exuat: ergo, &c.

Postrema fuit ratio, quia iuxta Tridentinum sess. 14. cap. 5. Sacerdotes à Christo fuerunt constituti Indices, ad quos deferrentur crimina omnia, in quæ fideles incidissent: Si autem nomen, fidelis, strictè caperetur, non teneretur quis ea confiteri crimina, quæ post baptismum in hæresi commisisset. Sed contra: Nam ipsummet Concilium in eodem cap. paulò antea statuit, integram peccatorum confessionem omnibus post baptismum lapsis iure Diuino necessariam existere: Ergo licet fidelis apud Tridentinum pro omni baptizato capi debeat, non tamen in capite *omnis vtriusque*. Primò, quia Trident. iam præmittit, quid significare velit nomine, fidelis, nempè baptizatum lapsum: quod non præstat cap. *Omnis*, &c. Secundò, quia Tridentinum non potuit eo nomine comprehendere solam fidelem proprie sumptum: Caput

» Caput autem, *Omnia utriusque*, potuit; Cum liberum
» Ecclesie sit legem suam ac hæreticos extendere, vel
» non extendere.

» Deinde compellor: quia solos illos comprehendit
» lex, quorum respectu, pœna, quam transgressoribus
» minatur, & imponit, vera pœna est, & grauis, siue
» acerba, & ipsos à legis violatione detertere potest:
» Atqui pœna, quam lex ista minatur, est, vt transgres-
» sor viuens careat ingressu Ecclesie, & mortuus Ec-
» clesiastica sepultura: quæ quidem respectu hæretici
» non est pœna, nec acerba, nec mala, proinde nec il-
» los legis violatione deterrens: Ergo, credibile non
» est, hanc legem ad illos dirigi, ipsosque compren-
» dere.

» Postremò, quia non parum videretur dedecere
» Ecclesiam, quod hac lege Communionis annuæ vel-
» let hæreticos astringere. Primò, quia eam faceret su-
» peruacaneam. Nam hoc ipso, quod velit astringere
» Catholicos, iam declarat, præcepto Diuino teneri
» ipsos etiam Gentiles ad annuam Communionem, vt
» supra docuimus: ac proinde iam hac posita declara-
» tione, tenentur hæretici præcepto Diuino ad Com-
» munionem annuam: Ergo non est cur Ecclesia illos
» suo præcepto comprehendat, tamquam præcepto,
» sed solum tamquam explicatione, sicut comprehen-
» dit Gentiles. Nam neque suo præcepto magis illos
» astringet, quam astringentur Diuino; nec magis nos
» adducet ad Communionem annuam. Quorsum igitur
» eos præcepto isto liget? Secundò, quia pœna, quam
» Ecclesia transgressoribus minatur, est, vt viuentes ar-
» ceantur ab ingressu Ecclesie, & morientes careant
» Ecclesiastica sepultura. At eiusmodi pœnam ride-
» bunt hæretici: adeò non adducentur ad legis obser-
» uationem. Hucusque Bernal.

Sed licet hæc omnia ingeniosè excogitati sint, vt
» verum fatear, opinio cõtraria est communis, vt ipse
» Bernal fatetur; nam vt optimè obseruat Amicus
» in *Cur. Theol. tom. 7. disp. 29. sect. 6. num. 59.* cum aliis,
» sub nomine fidelium omnes Adulti baptizati intel-
» liguntur; sed hæretici sunt adulti baptizati, ergo li-
» gantur hoc præcepto. Et Pontifex in cap. *Omnia*
» *utriusque sexus*, tulit legem generalem pro suis sub-
» ditis in Ecclesie gremio existentibus. Sed hæretici
» sunt eius subditi, neque sunt extra Ecclesiam, ergo
» comprehenduntur in illo præcepto generaliter, &
» absolutè prolato, & lex generaliter loquens genera-
» liter intelligenda est, & vbi absolutè loquitur, ab-
» solutè, & sine vlla distinctione sumi debet, ex iuribus
» vulgatis.

Vnde rectè Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 3. c. 5.*
» *dub. 2. num. 2.* docuit absolutè omnes fideles bap-
» tizatos comprehendentes esse in præcepto dicti cap. *Om-*
» *nia*. Et idèò exclusit ab ipso tantum infideles: Ergo,
» &c. Vide etiam Rocaful. in *Praxi Theol. Mor. tom. 2.*
» *lib. 5. de præcept. Eccles. cap. 3. num. 19.* Tamburinum
» *opus. de Euchar. cap. 4. §. 1. num. 2.*

*An sit culpa venialis, eodem die Communionis,
ad uxorem accedere, voluptatis causa.*

RESOLVTIO XXXIII.

Negatiuam sententiam, & bene docet ex San-
» chez Pater Tamburinus *opus. de Euchar. cap. 3.*
» *§. 6. num. 8.* Nec obstat dicere, esse regulariter veniale
» accedere ad Eucharistiam post copulam exactam ob-
» scurationem: ergo per ipsum debet esse etiam veni-
» nale accedere ex voluptate ad uxorem, post acces-
» sum ad Eucharistiam: par enim irreuerentia apparet
» vtrobiusque, vel certè vtrobiusque nulla. Respondeo ne-

gando adesse parem rationem: nam copula habita
» ex declaratione solet asserere, vt ibidem diximus ex
» eodem Sanchez, mentis hebetudinem, magnamque
» distractionem, quæ voluntaria distractio in bona
» sententia superius allata, ab eo qui communicat pro-
» pter reuerentiam fugienda est: at, peracta iam com-
» munionem, mentem ad alia negotia sponte distrahere
» non prohibemur. Ita Tamburinus.

Sed nouissimè Bernal *de Sacram. disput. 43. sect. 1.*
» *num. 1.* plus docet, nempe nullam esse culpam etiam
» venialem accedere ad Eucharistiam post pollutio-
» nem, vel copulam carnalem, quam aliquis absque
» peccato mortali passus fuerit, vel habuerit. Quamuis
» enim aliqui cum Suarez *disp. 68. sect. 2.* censeant re-
» gulariter, esse culpam venialem post actum coniug-
» galem ex nimia concupiscentia habitum, eadem die
» communicare. Rectius tamen alij, cum Vasquez
» *quest. 77. art. 7.* in commentario, id negant, propter
» adductam rationem, & addere possumus, quia alio-
» quin etiam peccati venialis damnandus esset, qui
» post cibum, aut potum per nimiam venialem concu-
» piscentiam nocte præcedente sumptum Eucharis-
» tiam sumeret. Hucusque Bernal; quæ etiam addit,
» quod nec est grauis obligatio abstinendi à commu-
» nione post maculam corporalem peccato mortali
» contractam, v.g. pollutionem voluntariam, aut for-
» nicationem, nisi Confessarius communionis dilatio-
» nem iniungat. Ratio prioris partis est, quia simplici-
» ter accedit ad Eucharistiam dignè, seu non indignè,
» qui accedit in gratia. Ratio alterius partis est, quia
» iustæ possunt subesse causæ, propter quas Confessa-
» rius eam dilationem prudenter præcipiat, vt in pœ-
» nam præteritæ culpæ, vel in præseruationem ab im-
» minenti, &c. Cui etiam addo Angelum Possentium
» in *Summula de sacrament. Eucharist. tit. Eucharistia*
» *sumptio à coniugatis, & fornicariis, n. 2.* & Leandrum,
» *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disput. 6. quest. 3. 4. & 5.*
» vbi quærit. An saltem sit peccatum veniale accipere
» Eucharistiam absque aliqua iusta causa, post polluo-
» tionem mortalem, etiam confessione præmissa. Et
» respondet negatiuè cum Coninch, Hurtado, & aliis,
» addens non bene dixisse Lugum, hanc sententiam
» grauissimis Doctoribus fulcitam esse, singularem, &
» falsam. Deinde quærit, an sit peccatum veniale ac-
» cedere ad Eucharistiam ipso die habitæ coniugalis copu-
» læ, causa voluptatis exercitæ: & respondet negati-
» uè. Et tandem quærit, an saltem sit consulendum
» coniugatis vt ipso die habitæ copula Eucharistiam
» non recipiant. Et respondet: quòd licet consulendum
» sit coniugatis, vt nocte præcedente communionem
» à copula abstineant, (vt in hoc bene omnes DD.) da-
» to tamen, quòd non abstinerint, non est consulend-
» um illis, quòd non communicent, si alia non ad sit
» causa. Quia suscipere Eucharistiam eo die, quo habita
» est copula, nullum est peccatum, vt *quest. 4.* est ha-
» bitum: ergo. Sic Sancius *disp. 23. per totam*, Medina,
» & Marcilla apud ipsum. Sic etiam ex parte D. Gre-
» gor. *respons. 10. ad interrog. D. Augustini*, & refertur
» in cap. *vir cum propria 33. quest. 4.* vbi sic dicitur: Si
» quis sua coniuge, non cupidine voluptatis captus,
» sed solum liberorum creandorum gratia vtitur de
» sumendo Corporis Dominici Sanguinisque myste-
» rio, suo est relinquendus iudicio: Quia à nobis non
» debet prohiberi accipere. Vbi Gloss. *vers. prohiberi*,
» ait, id est, *dissuaderi*: & cum hac limitatione hanc
» nostram sententiam docet Sanchez cum aliis, plus-
» quam viginti Doctoribus pro opposita sententia à
» Diana citatis. Et in hanc sententiam inclinat Eg-
» dius *loco cit.* Hæc Leandrus.

Sed de his omnibus quæstionibus remitto me ad

ea, quæ alicubi docui : non deseram tamen hîc apponere. quæ post hæc scripta inueni apud Dicaſtil- lum *de Sacram. tom. 1. tract. 8. disp. 9. dub. 14. n. 245.* vbi me citato, sic ait : Non me laet, Auctores non pau- cos sentire, eum, qui peccatum carnale commisit, vt fornicationis, aut pollutionis, debere per aliquod temporis spatium, vt per diem abstinere sub veniali à communionem, etiam præmissa confessione, nisi ad- iusta causa communicandi. Probant, tum quia, qui per aliquod temporis spatium non abstinere, vi- detur aliquam irreuerentiam Christo, puritatis, & castitatis auctori, facere ; tum, quia, sicut indecens est, vt pollutus accedat ad conuiuium Principis, ita indecens est, vt carnali peccato pollutus ad tantum Sacramentum accedat ; tum, quia huiusmodi non- mediocriter solent abstrahere mentem à Diuinis, at- que aded impedire deuotionem, cum qua sumi debet hoc Sacramentum : hæc tamen omnes rationes ad summum probant, congruum quiddam esse ; non verò obligatorium : nam qui iam confessus, & puri- ficatus accedit, iustus, & amicus Dei, nullam facit irreuerentiam accedendo, nec censetur ad mensam tanti Principis venire pollutus. Idque multo potiori ratione locum habet in pollutione, quæ contingit absque vlla culpa, vt si contingit ex dæmonis sug- gessione contra voluntatem patientis, vt auertatur à communionem : & in omnibus prædictis locum etiam habet hæc doctrina, quando adest iusta causa eodem die communicandi. Quod etiam, vt dixi, seruandum est pro coniugatis. Aliquos refert Vaz- quez expressè docens, nullum esse peccatum, etiam veniale, qui post nocturnam pollutionem cum pec- cato, vel sine peccato, vel post quodcumque aliud peccatum accedit ad celebrandum, delero peccato per confessionem. Eamque sententiam probabilem putat Bonacina *disput. 4. quest. 6.* quamuis absolutè docent, esse peccatum veniale celebrare, quoties non adest iusta causa cum Suario, Valenza, Reginaldo, & aliis, quos refert, asserentes vnica die saltem ab- stinendum esse ex decencia, nisi adsit iusta causa iu- dicio prudentis Confessarij. Quod sanè optimum consilium est : non tamen (vt dicebam cum aliis Au- ctoribus) video præcisam obligationem sub pec- cato adhuc veniali, siue quando adest menstruum, aut lepra, secluso horrore, quem causaret leprosus cele- brans in publico, siue post pollutionem etiam mor- talem, siue post actum coniugalem redditum mortalem ex fine, aut aliter, dummodo præcedat ritè Con- fessio. Ita Dicaſtillus.

An in forma consecrationis Eucharistia, si de- seratur verbum, est, dicendo, Hoc Corpus meum, valida est consecratio.

RESOLVTIO XXXIV.

AD hoc dubium sic responder Augustinus Ber- nal *de Sacram. disput. 39. sect. 2. num. 26.* vbi sic ait : Non requiritur ad validam panis, aut vini con- secrationem, vt verbum, *est*, exprimat, seu vocali- ter pronuncietur. Hæc assertio, quamuis à nemine, quod sciam, affirmetur, à nemine tamen, quod no- uerim, negatur, nec existimo, negabitur. Nam vir- tualiter ab omnibus traditur. Nam etsi Doctores omnes ad validam consecrationem exigunt verba ista : *Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus*, exi- gunt tamen, vt apponantur eo modo, quo in tractatu de Sacramentis in genere exigunt, vt adhibeantur verba, quæ Christus instituit. Vnde sic argumentor: Verba sacramentalia tunc sufficienter proferuntur;

quando iuxta receptum loquendi morem, & vsum eam habent significacionem, quem Christus exigit: atqui memorata verba, licet ore non exprimat ver- bum, *est*, tamen iuxta receptum loquendi morem, vsus, & stylus, habent significacionem illam, quam Christus exigit : ergo ad validam consecrationem non requiritur, vt verbum, *est*, ore proferatur. Maior in confesso est apud omnes, & late cõfirmata manet in *disp. 6. sect. 1.* Minor claret; quia iuxta receptum lo- quendi morem, quamuis in oratione verbum sub- stantium non exprimat, subintelligitur, redditur- que idem sensus, qui verbo illo expresso redderetur; idque non solum apud cultiores: & Laconismi Affe- ctatores, sed etiam apud alios, nec solum apud Latæ nos, quorum nobis vsus ad probationem sufficeret, sed etiam apud cæteros, non tantum prophanos, sed etiam sacros. Ex. gr. *Psalm. 1. v. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* *Psalm. 45. v. 1. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus,* & v. 8. *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob.* *Psalm. 211. v. 1. O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancilla tua :* & alia plura in Psalmis occurrentia, quæ propterea libentius affero, quia notissima, & quia morem istum probant in tribus linguis Hebræa, qua primum Psalmi conscripti, Græca, in quam ex 72. conuersi, & Latina, in quam ex 72. versione translati. Quapropter verba ista, *Hoc Corpus meum, Hic Sanguis meus*, eundem ha- bent significatum, & sensum, quem habent, dum ex- presso verbo illo dicimus: *Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis meus.*

Hinc patet, longè distare thesim ab assertionem no- uatorum asserentium, satis esse ad Consecrationem verba ista, *Accipite, & manducate hoc Corpus meum. Accipite, & bibite hunc Sanguinem meum.* Qui enim hoc dicunt, omnino negant necessarium esse ver- bum, *est*, siue expressum, siue subintellectum, imò à consecrationis forma illud penitus amandant, cum Corpus, & Sanguinem in quarto casu constituent. Nos autem cum omnibus Catholicis in recto dici- mus, *Corpus, & Sanguis;* & verbum, *est*, saltem subin- tellectum essentialiter ad consecrationem exigi pro- nunciamus.

Interrogat tamen aliquis, an voluntariè, & citra contemptum omittere expressam prolationem vo- calem verbi, *est*, ipsum subintelligendo, esset pecca- tum mortale.

Respondeo, affirmando ; quia citra substantiam actionis grauissimæ omnium, quæ in Ecclesia exer- centur, & quæ à Sacerdote, vt Ecclesiæ Ministro, & in Christi nomine exercetur, discedere ab eo ritu, quem Christus tenuit, & Ecclesiæ commendauit, & ipsa Ecclesia perpetuo sequitur ; grauis deordinatio est: proinde graui culpa carere non potest, saltem per se, & nudè spectatam; nam per incogitantiam aliquo modo vincibilem ab illo exprimendo abstinere graui Dei offensione vacaret ; graui autem, & leui, si verbum, *est*, reticeres ad euadendam necem, quam ali- quis tibi, si verbum illud exprimeres minaretur, non quidem in odium fidei, vel Ecclesiæ contemptum, sed ob aliquem alium finem neutri contrarium. Huc vsque P. Bernal *vbi supra.*

Sed hæc opinio, pace viri docti, mihi displicet, & illam refellit Præpositus in *3. part. q. 78. art. 2. dub. 1. num. 10.* vbi sic ait : Verbum, *est*, significat, Corpus esse sub speciebus, non potest validè fieri Consecra- tio, si dicatur : *Hoc fit Corpus meum*, quia per illam formam non tam designatur esse, quam fieri. Vide D. Thom. in corpore, & alios. Nec etiam hæc forma est legitima : *Hoc fiat Corpus meum, hic panis con-*

NETAINE

versatur in Corpus meum, hic ponatur Corpus meum; Immo neque hæc: hoc sit Corpus meum: quia non designantur, quod corpus sit sub speciebus, sed dicitur, ut sit. Item apud Latinos non est legitima forma; hoc Corpus meum, quia apud illos non videtur in simili forma loquendi usitate subaudiri, est, & proinde prædicta forma non æquivaleret communi.

Dixi, apud Latinos, quia apud Græcos forma est legitima, cum apud illos, sicut apud Hebræos, facile subaudiatur, est. Confirm. ex forma Consecrationis Calicis apud Lucam, in qua in Græco deest verbum. Ita Præpositus; cui adde Coninch. in Sacram. quest. 78. art. 2. dub. 2. n. 3. ita asserentem. Nota, etsi certum sit, esse de essentia utriusque formæ, ut saltém implicite ponatur in iis verbum, est, aliqui tamen putant, non esse de essentia, ut expresse ponatur, sed sufficere, ut subintelligatur. Primò, quia cum Hebræi semper non soleant illud exprimere, Christus non videtur id expressisse. Secundò, quia non habetur in Syriaco, nec etiam in forma Galicis apud Lucam, ut habetur in Græco. Quidquid autem de hæc re sit, gravissimè peccaret, qui ipsum non exprimeret: & ut minimum esset dubia Consecratio. Quia Communiter Doctores volunt, essentiale esse, ut exprimat. Nec argumenta in contrarium allata quidquam continent. Nam in illis linguis secundum consuetudinem loquendi facilius verbum, est, intelligitur; In lingua autem Latina, secundum communem loquendi modum, nullus esset sensus, si quis diceret: hoc Corpus meum. Nec solemus ita loqui, quare videtur inualida fore talis Consecratio. Ita Coninch. Vide etiam Hurtadum de Sacram. Eucharist. disp. 3. difficut. 5. Amicum in Cur. Theol. 10. 7. d. 24. sect. 1. n. 7. Dicastillum de Sacram. som. 1. tract. 4. d. 3. dub. 5. num. 61. Palaum tom. 4. tract. 21. punct. 7. num. 1. Vigiers in 3. part. quest. 78. art. 3. num. 3. Tannerum tom. 4. disp. 5. quest. 3. dub. 1. num. 11. Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 7. difficut. 9. quest. 2. Layman. lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 1. & 2. asserentes, verba formæ Corporis, & Sanguinis Christi: Hæc est enim Corpus meum. Hic est enim Calix Sanguinis, esse omnia de substantia, ac de necessitate Sacramenti, dempta tantam particula, enim.

Verùm in favorem sententiæ Patris Bernal ego adducam alium celebrem Auctorem, & is est sapientissimus Pater Lessius, qui in 3. part. D. Thoma q. 78. art. 2. num. 9. vbi sic ait: Verbum, est, non videtur necessario exprimendum; nam apud Lucam non exprimitur in forma Sanguinis: & Hebræi numquã solent exprimere; unde nec Dominus expressisse credendus est. Necessario tamen subintelligitur iuxta phrasim Hebræam. Neque sine gravi peccato potest omitti. Ita ille. Tenent itaque hanc sententiam duo viri doctissimi, Lessius, & Bernal. Sed ego prorsus puto, non esse recedendum à sententia, quam docui, communi calculo Doctorum approbata.

Dico igitur, verbum, est, in forma Consecrationis Corporis, & Sanguinis Christi esse de substantia ipsius formæ, ac de necessitate Sacramenti, nec posse substitui aliud verbum loco illius; nam, ut optime obseruat Caspensis in Cur. Theol. 10. 2. tract. 22. disp. 7. sect. 8. num. 68. Verbum est, cum sit substantivum significat substantialem, & realem præsentiam Corporis Christi; id quod per verbum, est, est in aliis rebus significare solemus; sic namque dicimus: hic iapis est substantia; hoc Corpus est vivens: Unde per verbum, est, affirmamus absolute Corpus Christi esse contentum sub speciebus; atque ita si quis efficeret orationem imperfectam, & non modi indicatiui, verè non significaret realem præsentiam Cor-

poris Christi, nec consecrare: ut si diceret: *Præsent hoc esset Corpus meum*: vel alias similes orationes, quia oratio consecrationis debet esse absoluta, & efficax, quæ expresse significet id quod efficit, & quæ efficiat id quod significat. Vide etiam Araujo in 3. p. D. Thoma, quest. 78. art. 6. dub. 1. num. 2. Gesualdum in Theol. Mor. tom. 1. tract. 9. cap. 1. num. 6. & 18. Mercetum de Sacram. Euchar. q. 6. sect. 2. Unde ex dictis patet etiam, non bene dixisse Patrem Bernal suam sententiam à nemine affirmari, nec à nemine negari; nam, ut visum est, individualiter, & in terminis affirmatur à Lessio, & negatur à Præposito, & Coninch; quibus post hæc scripta addo Iacobum Grano in 3. p. D. Thoma contr. 6. tract. 9. d. 5. n. 3. vbi firmat, quod forma Consecrationis debet constare ex verbo, est, & si illud subiceatur, nulla erit Cõsecratio.

An Sacrum Viaticum possit pueris præberi, si Confessarius dubitet, an sint doli capaces.

RESOLVTIO XXXV.]

DE hoc casu mihi magna altercatio fuit cum quodam viro docto per litteras, & negatiuam sententiam, quam ipse defendebat, tenet nouissimè Pernal de Sacram. disp. 44. sect. 6. §. 2. num. 91. vbi sic ait: An puer, cum rationis, & discretiõnis gradum attingat? Respondet Lugus vbi supra, non esse obligationem ei tribuendi Eucharistiam; quia dubium est, num lege comprehendatur: posse tamen ei tribui, quia prohibitio dandi Eucharistiam pueris fundatur fere in consuetudine fundata in Ritualis Romani rubricis: Sed in illis non aliter explicatur ea prohibitio circa Eucharistiam, ac circa Extremam Vnctionem: Ergo sicut ista potest eiusmodi puero dari, ita & Eucharistia; cum hæc non minoris, sed potius maioris necessitatis sit, quam Extrema Vnctio.

Hæc tamen duo capita non mihi videntur inter se supposita illius authoris sententia, coherere. Docet enim Eucharistiam iure Diuino obligare in articulo mortis: Ergo quando in articulo mortis licitè exhiberi potest, puero prorsus exhiberi debet: Consequentia pater: nam præceptum Diuinum eos omnes obligat, qui possunt debita cum dispositione tunc Eucharistiam accipere: sed puer hoc ipso quod rationis usum habeat, potest: Ergo ad sumendam præcepto diuino astringitur: Atqui in dubio circa sufficientem discretionem potest sumere Eucharistiam, ut ille affirmat: Ergo prorsus debet, quod idem negat.

Ego verò cenleo, non posse licitè Eucharistiam in mortis articulo præberi puero, de cuius sufficiente rationis usu, & discretione dubitatur. Moueor, quia non potest licitè dari Eucharistia puero in mortis articulo, nisi debeat eidem dari: Sed in eiusmodi dubio non debet dari, seu non est obligatio illam ei tribuendi: ergo nec licitè potest ei tribui. Minorem ipse Lugus tradit: & ratio conuincit, quia stante dubio, num hac lege comprehendatur, possessio non stat pro legis obseruatione, sed pro mea libertate, prior est legis obseruatione, utpote ipsius subiectum. Maior autem probatur, quia Eucharistiam in articulo mortis recipere, est res grauissima, & summi momenti: si prorsus, ut communiter censetur esse iure, Diuino, ut supra vidimus: Ergo dum Ecclesia præcipit Eucharistiam tunc exhiberi, iubet exhiberi omnibus, qui eius ritè recipienda iudicantur idonei. Talis autem non indicatur is, de cuius ducretionem dubitatur: ergo non ei debet, atque adeo nec licitè potest ei Viaticum exhiberi.

Confirmo

„Confirmo idipsum vniuersali consuetudine, quæ
„optimum legis interpretem semper agit.

„Nec est simile de Extrema Vnctione: Tum quia
„hæc est, quasi complementum pœnitentiæ, vt ex
„Concil. Trident. *sess. 14. cap. 2. de Extrema Vnctione*,
„constat: ac proinde sicuti eiusmodi puero non so-
„lùm potest, sed etiam debet, & hoc ipso quod po-
„test, debet conferri Sacramentum Pœnitentiæ, ita &
„Extremæ Vnctionis. Tum etiam quia tali puero tam
„pœnitentiæ, quàm vnctio præbenda est sub condi-
„tione, si ille capax est; vnde si re ipsa capax non est,
„non ei tribuitur verum Sacramentum. Hoc autem
„in Eucharistia locum non habet, vt per se constat.
„Hucusque Bernal.

„Sed licet argumenta Cardinalis de Lugo pro af-
„firmatiua sententia, magnam pariantur difficul-
„tatem, non solùm ex supradictis à Bernal, sed etiam
„ex his, quæ contra dictum Cardinalem Lugo addu-
„cit Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tractat. 4. disput. 10.*
„*dub. 6. num. 121.* Tamen, his non obstantibus, non re-
„cedo à sententia affirmatiua dicti Cardinalis, quem
„etiam tueretur Dicastillus *vbi supra, num. 122.* motus
„hac ratione; quia si puer ille, de quo dubitatur, an
„habeat sufficientem rationis vsum, re vera illum ha-
„ber, dari debet, & non debet priuari; si verò non-
„dum sit capax doli, & illi detur Sacramentum,
„suum effectum habebit. Nam pueris baptizatis si
„detur, gratiam confert, vt probatum est *suprà, di-*
„*sp. 9. num. 200. & seqq.* iam ergo iuxta generale prin-
„cipium, vel omnino verum, vel saltem probabile,
„quod quando ex duobus periculis, damnis, aut in-
„conuenientibus, alterutrum subeundum est, eligi
„debeat quod est minus; argumentari licet. Minus
„est inconueniens, & minus periculum, conferre illi
„puero Eucharistiam, quam negare: Ergo conferen-
„da potius erit, quàm neganda. Antecedens probò:
„si negetur illi, & re vera sit capax, priuatur tanto
„bono, & non fit quod Christus fieri voluit: si ve-
„rò detur puero nondum doli capaci, ex vno capite,
„nulla irreuerentia grauis fit Sacramento in eo quod
„manducetur à puero, ex alio capite, non frustra
„datur, & sine effecto. Confert enim gratiam illi, &
„per æternitatem gloriam habebit illi gratiæ respon-
„dentem: ergo minus inconueniens (si tamen incon-
„ueniens) est illi conferre, quàm negare. Præterea,
„(vt citato loco probauimus) constat etiam admini-
„culante Tridentino *sess. 21. cap. 4.* fuisse in multis lo-
„cis in Ecclesia Dei vsum conferendi infantibus Eu-
„charistiam, & habuisse Patres sic facientes, sui facti
„probabilem causam: quamuis autem nunc siue ex-
„pressa lege, siue consuetudine recepta non detur il-
„lis; hæc tamen lex, seu consuetudo non credi debet
„habere locum in nostro casu articuli mortis; sed,
„sicut Extrema Vnctio confertur, non obstante pro-
„hibitione; ita potest conferri Eucharistia ob specia-
„lem hanc, quam dixi, rationem, Omitto alia, quæ
„vel facilia sunt, vel non habet locum in nostris prin-
„cipiis; quale est illud, quod obiecit sibi Lugo à simi-
„li de ieiunio, cuius dubium si quis habeat, non potest
„illi dari Communio: Ergo eodem modo de eo, de
„quo non satis constat, an habeat vsum rationis, non
„poterit illi dari; de hoc tamen exemplo dubij ieiu-
„nij satis multa dixi *disput. 9. num. 284. & seqq.* vbi
„contra Lugonem, & alios in dubio tam de come-
„stione, quàm de tempore ante, vel post mediam vo-
„ctem diximus posse communicare post adhibitam
„diligentiam manente dubio; atque adeo in nostra
„doctrina non habet locum ea obiectio. Hæc omnia
„Dicastillus *vbi supra.*

„Itaque, vt dixi, ad casum propositum in titulo
„*Anon. Diana, Pars X.*

huius resolutionis, affirmatiuè respondeo: Et ita
hanc sententiam præter Dicastillum, & Lugo tenet
Tamburinus *opusc. de Communione, cap. 5. §. 8. n. 13.*
& Amicissimus, ac Doctus Auersa *de Sacrament.*
Euchar. quest. 8. sect. 2. qui tamen addit, quod in ta-
licasu facilius esse videtur, interrogationibus ali-
quibus excitate capacitatem pueri, vt saltem proba-
bile iudicium de illa formari possit, & ita determi-
netur, an ei concedenda sit Eucharistia.

*An Sacerdos, qui omitteret in Canone Missæ,
v.g. sex, aut octo nomina Sæctorum excusa-
retur à peccato mortali, ratione paruitatis
materia.*

RESOLVTIO XXXVI.

Affirmatiuè respondet Bernal *de Sacrament. di-*
sp. 6. sect. 4. num. 93. vbi sic ait: Mutatio-
nem facere interdum erit contra Religionem mor-
tale. Vt si omittatur in Baptismo magna pars cære-
moniarum, quas Ecclesia præscribit; aut in Con-
secratione Calicis ea pars: Noui, & æterni testa-
menti: vel si quis inter Latinos Latine celebrans,
formam Consecrationis Græco, vel Hispano ser-
mone conciperet. Interdum erit peccatum contra
Religionem veniale. Nempe si mutatio ratione le-
uitatis materiæ non afferat grauem irreuerentiam,
aut indecentiam: vt si ex ceremoniis baptismi scien-
ter omittat Parochus vnam aut alteram; & Sacerdos
in Missa partem aliquam exiguam Canonis, vt octo,
vel decem nomina Sæctorum: cur enim hæc non
sit materia leuis? Ita ille.

Sed hæc opinio, pace viri docti, videtur mihi
aliquantulum laxa; non enim in Canone reputanda
est materia leuis talis omissio; sed potius grauis, &
idedè Pater Suarez *in 3. part. Dini Thoma, tom. 3.*
disp. 83. sect. 3. explicauit materiam leuem in omissio-
ne vnus nominis; vel alterius alicuius Sæcti; vnde
ex illo sic asserit Iacobus Granado *in 3. p. centron. 6.*
tract. 14. disputat. 14. num. 3. si pars notabilis ea-
rum, quæ in Missa semper dicunt, v.g. Euange-
lium, Epistola, Offertorium, scienter omittatur,
erit peccatum mortale, vt rectè Henriquez *lib. 9.*
cap. 30. §. 3. & Suarez proximè relatus, qui bene ad-
dit, quando pars, quæ omittitur, non esset neces-
saria ad ordinariam Missæ integritatem, quia solet
non dici, vt Symbolum, vel Gloria, vel tres ora-
tiones, facilius posse à culpa mortali excusari eius
omissionem. Similiter bene docet, non esse morta-
le omittere minimam partem Canonis, v.g. vnum,
aut alterum nomen alicuius Sæcti. Ira ille. Cui ad-
de, & me citato, Leandrum *de Sacrament. tom. 2.*
tract. 8. disp. 7. quest. 61. & me citato Dicastillum, *de*
Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 13. num. 257. Et
idedè apponam hic verba Patris Tamburini, *opusc. de*
Sacrament. Missæ, lib. 2. cap. 5. §. 2. num. 4. vbi sic
ait: Omittere vnum Verbum in Canone, esse mor-
tale, aliqui affirmant: Sed certè licet minor omissio
sufficiat ad constituendum mortale in Canone pro-
pter eius reuerentiam, quam in aliis Missæ partibus,
tamen omittere vnum, aut alterum verbum, non
excedere lineam leuitatis, merito communiter cen-
sent Doctores. Ita ille.

Itaque ego puto contra Bernal, quod relinquere
octo nomina Sæctorum in Canone Missæ sit pec-
catum mortale; non audeat tamen de hoc dam-
nare, si aliquis tria tantum nomina relinqueret
ex auctoritate Patris Garziæ *in Summa Theol. mor.*
tractat. 3. difficul. 8. dub. 6. punct. 2. num. 20. vbi sic ait:
La comun opinion y cierta es que dexar dos, ni tres

li palabras

» palabra (ego adderem & quartam) en el Canone
» no es materia sufficiente para pecado mortal. Ita ille.

*An mutare aliquam circumstantiam leuem in
Historia Sacra Scriptura, sit peccatum
mortale.*

RESOLVTIO XXXVII.

NEgatiuam sententiam nouissimè docet Arriaga
in *Cur. Theolog. tom. 5. disput. 21. sect. 5. n. 35.*
» vbi sic ait: Tertio dico, etiam non obstante hoc
» periculo, licet res dicta sit falsa, non videri per se
» peccatum mortale immutare aliquam circumstan-
» tiam falsam, dicendo illam esse à Deo reuelatam:
» esto homo expresse interius contrarium noscat. Hæc
» pars videtur defendi à Patre Salas *tom. 5. in 12. disp. 4.*
» *num. 5.* vbi licet loquatur expresse de eo qui non
» scienter hoc facit, sed ex ignorantia crassa, videtur
» tamen inde inferri, etiam si fiat scienter, non esse
» mortale; nam si res hæc esset grauis, certe ignoran-
» tia crassa tunc esset grauis. Expresse vero eundem
» tradidisse hanc conclusionem in manuscryptis te-
» stantur nonnulli recentiores.

» Probatum autem ratione, Primò; nam videtur
» Communis praxis etiam eorum, qui in hac materia
» delicatæ conscientie sunt idipsum probare. Constat
» enim, Religiosissimos Viros, & Concionatores, sine
» peccati mortalis scrupulo narrare historias Sacras,
» licet aliquando se in vno, aut altero verbo; aut cir-
» cumstantia parui momenti errare putent; neque vl-
» lus coëgit sub mortali non affirmare, vt dicta vllò
» modo in scriptura, nisi ea præcisè, quorum certif-
» simè quis recordatur: tenetur autem id facere, si
» ea mutatio esset gravis.

» Secundò ratione à priori idem ostenditur, quia
» iuxta communem acceptionem audientium, talis
» narratio eam historiam non intendit vllò modo
» Deum facere auctorem mendacij, sed supponitur
» narrans ea tamquam dicta à Deo: quia ita ipse putat:
» vnde si deprehendatur non contineri res illa in scri-
» ptura, non Deo iniuriam facit, sed se ostendit non
» valdè in scriptura versatum, aut male illam legisse,
» aut denique debilis memoriæ: indirectè autem idèd
» videtur aliquam in Deum iniuriam committere:
» quod Dei scripta petant, vt homo diligentius ea le-
» gat, nec ita statim proferat vt dictum à Deo id quod
» reuera dictum non est: hæc autem negligentia non
» videtur in circumstantia aliqua leui esse materia
» mortalis: vt patet in humanis: quod enim quis in lit-
» teta Imperatoris vnicum, vel alterum verbum mutet,
» non censetur grauis Imperatoris iniuria. Hæc Arriaga.

Sed scio ab hac opinione viros doctos dissentire,
& de hac quæstione alibi à nobis actum est.

Notandum est tamen hîc obiter, me olim docuis-
se, posse aliquem interrogatoria examinandis mani-
festare, si certo sciret, illos esse sufficientes, & doctos,
sed præ timore, & verecundia, non bene responsu-
ros; & dixi hæc etiam procedere quoad Episcopos
examinandos, ex rationibus ibi adductis, sed quando
hæc scripsi nesciebam examinatores Episcoporum
præbere iuramentum non manifestandi examinan-
dis neque in genere, neque in specie ea de quibus
interrogari debent; Idèd nunc ratione dicti iura-
menti illam opinionem prorsus refello, & assero, exa-
minatores Episcoporum non posse aliquid Episco-
pis examinandis manifestare, etiam si sint doctissimi;
& præ verecundia timeatur, non bene responsuros;
Et ego factus examinatus Episcoporum à fel. mem.
Vrbani VIII. ratione dicti iuramenti hoc semper in

praxi rigidissimè obseruauit, nec aliter obseruandum
esse puto; & sicut alibi dixi, doctrinam à me supe-
rius positam non esse intelligendam, quando aliqui
examinarentur in concursu, propter damnum tertij;
sic etiam tunc assero, non procedere in examine
Episcoporum, ratione præstiti iuramenti.

Nota etiam, me olim cum multis Doctoribus do-
cuisse, habentem priuilegium comedendi lactinia
in diebus ieiuniorum, posse comedere saginam: Sed
modo, re melius considerata, prorsus negatiuam
sententiam sustinendam esse puto.

*An panis ex Amylo, siue Amydo sit materia
apta Sacramenti Eucharistia.*

RESOLVTIO XXXVIII.

PRima sententia affirmat, ita Paludanus in 4
disput. 11. dist. 1. art. 4. conclus. 5. quia id fit ex sub-
stantia, & medulla tritici, Henriquez etiam lib. 8
cap. 9. putat amylo esse aptum, si ex illo tosto, &
in farinam redacto nouus conficiatur panis; pro
qua sententia citat Caietanum, & Sotum; quod
Adamo Tannero disput. 5. de Eucharist. quest. 2. dub. 3.
non videtur improbabile. Quod idem putat Palaus,
tom. 4. tract. 2. punct. 4. qui suam sententiam vocat
tantum probabiliorum.

Secunda sententia negat, ita tenent Doctores,
quos citat, & sequitur Leandrus de Sacrament. tom. 2.
tract. 7. disput. 8. quest. 9. quibus ego addo Palaum
vbi supra, Martinum de San Ioseph in Mon. Confess.
tom. 1. lib. 1. tract. 2. de Eucharist. num. 1. Dicastillum
de Sacrament. tom. 1. tract. disputat. 2. dub. 2. num. 25.
qui cum aliis putat, hoc esse verum, etiam si admic-
tamus, non differre specie physica à pane. Ratio ve-
ro est, quia non censetur panis communis, & vsualis,
nec simpliciter panis; & sane cum ex tritico ma-
defacto exprimat aqua non modica, corruptio vi-
detur inde resultare; cuius iudicium est terribissimum
odor aquæ, qua madefit, & ipsius etiam tritici, hæc
autem corruptio videtur alterius rationis, quam
ea, quæ fit cum conteritur inter molas molen-
dini, quæ contritio per se requiritur ad panem; & sa-
ne corruptio illa, quæ fit amylo, non tendit ad pa-
nem, quæ fit in molendino; facta autem ea corru-
ptione, (proinde atque cum fit ex vino acerum,) non
manet simpliciter forma, nec panis simpliciter,
& idèd neque idonea materia consecrationis. Cuius
etiam corruptionis signum est non leue, quod pa-
nis confectus ex amylo diuersæ virtutis est, quam si
fieret ex ipso tritico mola contrito. Adde, quod non
sufficeret esse eiusdem speciei cum pane vsuali, nisi sic
simpliciter panis, qualem diximus non esse confe-
ctum ex amylo.

Tertia opinio distinguit, quam nouissimè tuetur
Augustinus Bernal de Sacrament. disputat. 27. sect. 2.
num. 17. Vel enim amylo est perfectum; & abso-
lute amylo, & ex hoc non videtur posse fieri mate-
ria consecrabilis, quia non videtur posse fieri verus,
& vsualis panis, Nam ad perfectum conficiendum
amylo ponitur tritico in aqua per plures dies, &
tunc plane videtur substantialiter corrumpi: tum
quia continua illa madefactio, & humefactio valde
contraria est siccitati gravis inclusæ, eamque peni-
tus destruit, tum deinde quia tritico ipsum acescit,
& pessimum odorem emittit, tum demum quia mas-
sa ex amylo confecta valde insipida est & minimè
panem sapit, aut redolet. Quæ omnia simul sumpta
indicant tantam corruptionem quantam subit vi-
num, dum in acetum abiit.

Vel

Vel amyllum est imperfectum solummodo, & inchoatum, ita scilicet ut ex tritico per aliquod breue tempus madefacto, & emollito, & minime foetido, vel acido exprimaturs lacteus humor, & ex illo amyllum. Ex hoc enim amylo naturali aqua subiecto, & ad calorem ignis allato fiet panis consecrationi aptus. Nam & retinebit substantiam, & modum essentialem panis triticeum, & vsualis, etsi supra communem delicatioris, & pretiosioris. Hæc enim circumstantia non officit, sed potius in Sacramenti reuerentiam cedit. Sicut non desinit Rex, aut Princeps alius panem triticeum comedere, propterea quod ex arte flore, qui pollen dici solet subtilissime, & artificiosissime collecto panis ei conficiatur. Adde cum eisdem, materiam istam, non solum posse esse validam, sed etiam licitam, ubi eius vsus existat. Similem enim alium in Sardinia vigere viri graues, & fide digni referunt, nempe conficiendi hostias ex massa confecta & humore lacteo ex similia madefacta expresso, post exsiccationem aqua naturali in massam redacto, & iuxta communem hostias faciendi modum ad ignis calorem cocto. Hucusque Bernal. Sed ego non recedo à sententia negatiua superius posita, & certum puto ex omnium sententia esse peccatum mortale in pane ex amylo confecto Eucharistiam consecrare; nam saltem est materia dubia, sicut ex hac ratione esset peccatum grauissimum consecrare in Tiphâ, seu fecala, quia valde dubium est Tipham esse veram speciem tritici; alij negant, alij affirmant, & sic de similibus.

An Sacerdos Latinus possit in Ecclesia Latina consecrare in fermentato ad Communicandum infirmum moribundum, si non habeat alium panem.

RESOLVTIO XXXIX.

Suppono, quod Ecclesie Latinæ non est necessarium necessitate præcepti consecrare in pane fermentato, sed in azymo. Et è contra Ecclesie Græcæ necessarium præcepti necessitate non est consecrare in azymo, sed in fermentato. Et assertio totius Ecclesie Latinæ, atque adeò verè Catholicæ, & proinde ad finem pertinens. Vtraque pars quatenus negat, liquet. Quoniam Ecclesie Latinæ licitum est consecrare in azymo, & Græcæ in fermentato; proinde nec illi necessarium est necessitate præcepti celebrare in fermentato, nec huic in azymo. Pars etiam vtraque quatenus affirmat etiam claret, nam Ecclesie Latinæ nefas est celebrare in fermentato, & Græcæ in azymo: Ergo illi necessarium est necessitate præcepti consecrare in azymo, & huic in fermentato. Hoc supposito, queritur, quid dicendum in casu necessitatis, ut supra, & pro parte affirmatiua plura argumenta adducit amicissimus, & doctissimus Pater Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 4. disput. 2. dub. 4. num. 67. Primò, quia non facile, & absque vrgenti ratione videtur asserendum legis diuinæ obligationem cessare ob fortuitum humanæ obstaculum. Secundò, quia materia huius legis humanæ consecrandi in azymo, aut fermentato secundum se valde indifferens est, & si rectè expendatur, multò magis, quam vsus vestium Sacrarum in Missa, cum in azymo, aut fermentato celebrare soleat Ecclesia pro diuersitate Nationum, nec iudicet irrogari irreuerentiam Sacramento, quamuis in alterutro pane fiat; nunquam tamen celebrare sine vestibus Sacris non censetur esse irreuerentia Sacramenti, ne-

Anton. Diana, Pars X.

que vlla est, aut fuit (quod sciam) Regio, aut Natio, quibus permissum sit sine vestibus Sacris celebrare. Tertio, lex hæc non est vniversalis totius Ecclesie, sed partis: ita ut oppositum liceat in alia Ecclesia, nec iudicetur incongruum: ergo in casu necessitatis, & articuli mortis, censeret posset non incongruum id permittere in gratiam, & beneficium moribundi. Quarto, non desuerunt Pontificibus rationes, quibus non consecratur indecens, sed maximè congruum, ut Græci figentes domicilium apud Latinos, adhuc in fermentato celebrent: ergo non desunt rationes, quibus id permittatur Latino Sacerdoti in gratiam moribundi. Neque apparere videtur, maiorem esse rationem, aut vrgentior causam, ut Græcus in fermentato celebret inter Latinos permanentes degens, quam ut id ipsum faciat Latinus in casu prædictæ necessitatis, cum ibi simpliciter non cogat necessitas, hic verò maxima. Quinto, non minus est præceptum negatiuum Ecclesie vniversalis non communicandi non ieiunè, quam sit præceptum Ecclesie Latinæ non celebrandi in fermentato, & tamen propter vrgentem necessitatem moribundi, & propter seruandum præceptum Diuinum communicandi permittitur ægrotis non ieiunè, saltem semel in ægitudine periculosa, communicare, imo sæpius, iuxta multorum sententiam, ut cum illis dicemus *disputat. 9. dub. 17.* Ergo cum non celebrare in fermentato tantum sit præceptum quoddam humanum, non videtur obstare quominus, ut hoc seruetur, censeatur, præceptum Diuinum non habere locum. Confirmatur, quia magis communis sententia docet (ut videbimus suo loco) licitum esse non ieiunè celebrare, aut communicare ob grane scandalum vitandum. Cur ergo non licebit propter vrgentem maximè causam, secluso scandalo, in fermentato celebrare? Propter aliquas rationes ex his aliqui recentiores, quamuis merito propter auctoritatem Doctorum, & supradictam rationem, negatiuam partem tutiorem putent; affirmatiuam, secluso scandalo, & perturbatione non audent damnare. Ita Tannerus de Eucharistia disput. 5. dub. 4. in quam sententiam ne eam, sola multitudo in contrarium me retardat. Hucusque Dicastillus, cuius vltima verba rerundunt audaciam aliquorum recentiorum, qui facile, & sine vlla formidine solent à recentissimis Doctorum sententiis recedere.

Itaque circa præsentem difficultatem negatiuæ sententiæ adhærendum est, & præter Doctores à Dicastillo citatos, hanc sententiam tenet etiam notissimè Augustinus Bernal de Sacram. disp. 27. sect. 4. §. 2. n. 37. & Castrus Palau, tom. 4. tract. 21. punct. 5. n. 5. Opatavius, de Sacrament. tractat. de Eucharistia disputat. 2. quest. 2. num. 26. Dico igitur, Sacerdoti Latino in Ecclesia Latina licitum non esse uti fermentato, neque Sacerdoti Græco in Ecclesia Græca, etiam si populus diu debeat Sacrificio priuari, & proximus absque Viatico decedere, quia vtilitas communis priuatis commodis præferri debet. At ad vtilitatem communem Ecclesie pertinet ritus præscriptos in Sacramentis conficiendis obseruare. Ergo hæc vtilitas cuiuslibet alteri vtilitati præferenda est. Adde præceptum communicandi in articulo mortis, & audiendi Sacrum diebus festiuis neminem obligare, nisi quando Sacrificium fieri potest seruatis legibus, & ritu ab Ecclesia præscripto: ergo, &c. Concedo tamen quod posset licitè Sacerdos Græcus in Ecclesia sua panem azymum adhibere, & Latinus in sua fermentatum ad euadendum mortis periculum, dum tamen istud in Ecclesie, vel Religionis

li 2 ligionis

ligionis contemptum non ei inferretur, siue intenderetur. Prior pars est clara: quia lex humana cum tanto periculo non obligat; consecrare autem in azymo determinatè, & in fermentato determinatè lex humana dumtaxat est. Posterior pars æquè est certa; quia tunc ei periculo succumbere, esset infidelibus, quatenus infidelibus cedere, atque adeo in gravem Religionis iniuriam, quorum utrumque in trisecè malum est, & per consequens legi naturali & Divinæ prohibitum.

Nota etiam hic obiter primò, quod Græci per Latinam Ecclesiam, & Latini per Græcam peregrinantes, si ubi propriam Ecclesiam propriis institutis, viventes non habeant, in qua sint, possunt Græci in azymo, & Latini in fermentato celebrare, conformando se Ecclesiæ, in qua existunt. Fundamentum est, quod iam significavimus: in legibus scilicet merito positivis posse unumquemque se accommodare consuetudini loci, per quem transit. Non puto tamen improbabilem sententiam Aueræ de Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 4. Valquez disp. 274. cap. 3. & aliorum, Sacrodotem peregrinantem extra propriam Ecclesiam teneri ad consecrandum iuxta morem suæ Ecclesiæ, Latinum scilicet in azymo, & Græcum in fermentato; quia quamvis admittamus, peregrinos teneri aliis legibus, & consuetudinibus loci, in quibus existunt, non tamen lege consecrandi in fermentato, aut in azymo, quia lex hæc sic est peculiariter recepta à subditis, ut unusquisque morem suæ Ecclesiæ, in qua habet domicilium, seruet; idque putant constare ex praxi approbata à Sede Apostolica, iuxta Leonem IX. Epistola illa citata: & Eugenium I X. supra.

Nihilominus probabilius est quod prius dicebamus, posse scilicet, se accommodare Ecclesiæ; non tamen ad id teneri, sed utrumlibet posse facere, vel in azymo, vel in fermentato celebrare. Itaque si Latinus Sacerdos inter Græcos, aut Græcus inter Latinos peregrinetur, aut negotij causa brevi tempore commoretur, pro libito licitè poterit, siue azymo, siue fermentato ad consecrationem uti.

Nota secundò, quod Latini Sacerdotes in Græcia commorantes, si permittantur ibi propriam Ecclesiam habere, tenentur consecrare in azymo, & similiter Græci in terris Latinorum propriam habentes Ecclesiam consecrare tenentur in fermentato: est etiam assertum communissimum, & omnino certum, utpote traditum à Leone IX. in Epist. 1. cap. 29. & persuadet usus, ut Græcorum Romæ, & Latinorum Constantinopoli, vel etiam in Æthiopia. Ratio verò est. Quoniam hoc ipso, quod permittantur propriam habere Ecclesiam, perinde se habent Latini ac si inter Latinos, & Græci ac si inter Græcos essent. Porro in Ecclesiâ Græcis inter Latinos permessa nefas est Latinis consecrare in fermentato. Sicut etiam in Ecclesiâ Latinis inter Græcos permessa nefas est Græcis consecrare in azymo. Quia privilegium iis solis conceditur, quibus Ecclesia. Quocirca Romæ in Ecclesiâ Græcorum non permetteretur Latinorum quispiam fermentatum adhibere. Sicut neque in reliquis Missæ ceremoniis Græcorum ritum imitari, nisi fortè Sacerdos Latinus in Ecclesiâ Græcâ, vel Græcus in Latinâ Parochum, Capellanum, Vicarium, aut Beneficiarium eligeretur: tunc enim non solum posset, verum etiam deberet eius rei morem in omnibus sequi, quod ex proxima conclusione clarius constabit. Hæc omnia docent Bernal, & Dicastillus ubi supra, cum aliis communiter.

Non deseram tamen hic adnotare Leandrum de Sacrament. tom. 5. tractat. 7. disput. 8. quest. 22. docere

quod casu quo Græcus esset incola apud Latinos, ubi sunt templa deputata ad servandos ritus Græcorum, sicuti sunt Romæ, Panormi, & alibi, non teneatur servare ritum propriæ Ecclesiæ. Nam non est credibile, displicere Ecclesiæ Latinæ, ut Græci in ipsa commorantes non sequantur ritum suum, imò & ipsius Christi Domini. Ita Leandrus supra, qui pro hac sententia adducit Granadum, Petrum Ledesma, & Nugnam.

At ego contrariam teneo sententiam, quam supra, & olim docui cum Vasquez, Suarez, & aliis, quos, me etiam citato, adducit Leandrus, ubi supra, qui notat Montesium in manuscriptis, docuisse, quod si Sacerdos Latinus existens in sua Latina Ecclesiâ (v.g. Romæ) veller consecrare in Templo illo Græcorum, non posset consecrare in fermentato; & si Græcus veller Romæ consecrare, non in suo Templo, sed in alio, non posset licite consecrare in azymo.

Ex supradictis non mihi placet opinio Ledesma, qui existimat Græcos peregrinos teneri Latinæ Ecclesiæ se conformare, si quando in ea versentur; non autem è contra Latinos, quia hæc differentia absque fundamento est. Deinde observa, non obstantibus dictis, non licere Latinis in Græcorum templis, quæ habent in Ecclesiâ Latina, consecrare in fermentato. Vide Dicastillum, ubi supra, & alios.

An Sacerdos possit Consecrare Hostiam post tergum, vel parietem existentem.

RESOLVTIO XL.

NON posse consecrari Hostiam existentem post murum, seu parietem, nec hostiam existentem à tergo, si à Sacerdote manibus non tangeretur, ex Suarez, Valentia, & aliis tradit Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tractat. 4. disputat. 2. dub. 11. numer. 192. & 203. Sed novissimè has quæstiones pertractans Pater Bernal de Sacrament. disputat. 29. sect. 2. numer. 11. sic ait: Asserto tertio. Si materia sit propè, nec tamen queat in se, vel in alio, cum quo moraliter faciat unum, sensu aliquo à Sacerdote percipi, necesse est, ut vel aliquo alio signo ab ipso designetur, vel per aliquod artificium actu, & se ipsa ab eo sentiat; Declaro partes ambas in pane qui esse trans parietem. Non enim esset sufficienter sensibilis, ut valide consecrari posset, quidquid reclaimer Maior: quia nec possit sentiri in se ipso, ut supponimus, nec in pariete, quia cum isto non faceret unum per se. Caterum validè consecraretur, si Sacerdos extenso intra parietem brachio, & intento in eum panem digito consecrationis formam proferret: vel si disposito vno, vel altero speculo panem illum actu conspiceret. Similiter non posset panem à tergo positum validè consecrare nuda verborum prolatione: quia non est aptè præsens, ut designetur pronomine *Hæc*, aut *Hic*: si tamen digito in eum conuerteret, vel ipsum in speculo conspiceret, validè consecraret. Nam & nihil communius, & humano consortio accommodatius, quam rem à tergo existentem intento in eam digito eiusmodi pronominibus afficere. Et rursus id quod per speculum cernitur non est intentionalis species, ut ex Philologia suppono, sed obiectum ipsum, quod sui speciem emittit: proinde dum per speculum modo dicto conspicitur, optimè hoc nuncupatur. Imò quamvis species in speculo cerneretur, sufficeret ad validam materiæ consecrationem; quoniam independentè ab ea, vel opposita opinione, quoties speculo utimur ad rem à tergo, vel trans parietem conspicien

spiciendam, intento in speculum digito, dicimus: Hunc esse Petrum, & ipsissimum Petrum indicare censemur. Vnde à fortiori colligo, si panis post parietem positus odoratu Sacerdotis perciperetur, verè consecrandum. Quia rem, quam odore percipimus, pronomine *Hoc, & Hic*, aptissimè, & communissimè donamus. Hucusque Bernal.

Qui etiam *num. 10.* quærit, an panis in Sacrario contentus validè consecraretur, & putat distinguendum. Vel enim in Sacrario solum esse panis in tanta quantitate, vt Sacrarium, non iam Sacrarium, sed panis arca videretur, & tunc validè consecrari potest, quoniam aptè diceretur: *Hoc est panis.* Si tamen in Sacrario panis esset modicus, & simul esset alius iam consecratus, inualidè consecraretur, quoniam ineptè diceretur: *Hoc est naturalis panis.* Sicut incluso in supremo Sacrarij annulo, perperam diceremus ostenso pomo, iste est mundus. Rursus si solus esset panis non consecratus in ea quantitate, qua solet consecratus referuari, non consecraretur validè, quia de illo dici non posset: iste est panis; sicut nunc dicere non possumus, ostenso Sacrario clauso: Hæ sunt hostiæ consecratæ: At possumus dicere: Iste est Christus, velut ostenso Regis tentorio, iste est Rex: Ergo quia Christus in Sacrario non est modo naturali, ac proinde nec sicut Rex in tentorio, sed modo supernaturali factus cibus viatorum; proinde in appellationibus admittendis cibum imitatur. Hæc Bernal. Verum quoad hoc vltimum ego alibi satis probavi, quod pyxis plena particulis in Tabernaculo clauso non consecraretur validè à Sacerdote habente intentionem consecrandi; quam sententiam postea me tamen non citato tenuit Pater Pasqualigus in *99. Can. tom. 1. cens. 1. quest. 30. per totam.* Verum nouissimè affirmatiuam sententiam, tanquam probabilem admittit Leandrus *Eucharist. tom. 2. tractat. 7. disput. 8. quest. 63.* vbi sic ait: An Hostia existens in Sacrario, aut Tabernaculo clauso possit validè consecrari. Probabiliter respondeo, posse validè, (quamuis non licitè) si alias id sciret non ex relatione alterius, sed ex semetipso. Quia (vt nuper est habitum) sufficienter demonstratur contentum per proximum continens: ac in hoc casu Sacrarium, seu Tabernaculum est proximum continens: ergo illo demonstrato, demonstratur & contentum.

Nec contra hanc doctrinam potest desumi argumentum ex à nobis dictis *2. part. tractat. 5. disput. 2. quest. 3.* nempe quod absolutio data moribundo in domo incluso, non sit valida: ergo nec in casu præsentis erit valida consecratio. Quia profecto, est dispar ratio, cum ibi, & absit præsentia sufficiens, cum tantum sit ex relatione alterius, & obstat prohibitio Clementis VII. Hic vero & adest præsentia sufficiens, vt constat ex dictis, & non obstat prohibitio aliqua. Ita Leandrus. Sed ego non recedo à sententia, quam docui.

Sed si aliquis hic incidenter quærat, an hostia sub linteo sit materia consecrabilis. Negat Coninch *de Sacram. quest. 74. art. 2. dub. 1. num. 12.* Sed mihi placet distinctio Leandri *vbi supra, quest. 62.* Dico igitur, quod si hostia sit post linteum, ita vt linteum non se habeat, vt continens, tunc etiamsi alias cognoscat, nequit consecrari. Si verò sit cooperta, vel inuoluta linteo, aut corporali, & alias notum sit Sacerdoti, optimè potest consecrari. Quia tunc cum corporale illud se habeat tamquam continens, demonstrato continente, demonstratur & contentum. Nam per figuram metonymiam continens pro contento sumitur. Ita ille, qui citat Valquez, quibus

Anson. Diana, Pars X.

ego addo doctissimum Episcopum Arauio Dominicanum in *3. part. D. Thoma, quest. 74. art. 2. dub. 2. num. 34.* vbi sic ait: De materia à tergo existente, si Sacerdos vertat faciem, vel manu illam teneat, tunc enim existimo consecrabilem esse cum doctissimis Theologis, quia videtur sic constitui coram Sacerdote: peccaret tamen grauitè, qui ita consecraret, propter irreuerentiam, & propter periculum non conficiendi hoc Sacramentum, cui nemo se exponere potest, saltem sine vrgenti necessitate, in qua, vt infra referam, licet vt materia non omnino certa, iuxta aliquos Doctores, nec materia inter quam, & consecrantem interponatur aliquod corpus opacum, quod non se habeat per modum continentis, vel cooperuli, tunc illis relinquitur talis materia incapax, vt designetur pronomine, *hoc.* Dixi quod si tale corpus non habeat se vt continens, vel cooperculum; nam si hoc munus gerat, non obstat, continens namque, & coopertum non tollunt quin contentum, & coopertum designentur pronomine, *hoc,* propriissimè enim, & vltatè pronomen, *hoc,* prolatum super continens, & cooperculum, designat rem contentam, & coopertam. Itè Arauio.

An admodum RR. PP. Oliuetani commorantes in Abbatia Viboldona, teneantur singulis ad diurnam Missarum celebrationem.

RESOLVTIO XLII.

Respondeo negatiuè: Et licet prima facie videantur ob stare verba apposita in Rescripto Clem. VIII. die 22. Maij 1592. tamen ego contrarium puto. Vnde illa per extensum apponam; sic enim ibi Pontifex asserit: *Octo ad minus Monachorum, & qui omnes ibidem Conuentum constituunt, ac iuxta ipsius Congregationis regularia Instituta viuere, & eadem Ecclesia in Diuinis, horas Canonicas statutis temporibus decantando, ac Missas singulis diebus celebrando deseruire, &c.* Puto igitur ex dictis verbis adesse quidem obligationem quotidie celebrandi, sed non à singulis Monachis.

Moueor ad id tenendum, quia non est incredibile S. Pontificem, dum ad seruiendum dictæ Abbatie introduxerit ad administrationem RR. Monachos Oliuetanos, velle eos ibi viuere contra morem, & vsum suæ Religionis, & imponere illis onus, ad quod, vigore suarum Constitutionum non tenerentur. Sed in eorum Constitutionibus *part. 1. cap. 62.* sic habetur: *Singuli Sacerdotes, singulis diebus Dominici, & Solemnibus infra hebdomadam occurrentibus Missam celebrare teneantur; vno Monachi, qui stant ex ea parte Chori, in qua stat hebdomadarius, quousque die per illam hebdomadam Altaris Sacrificium offerant.* ita ibi. Ergo dicendum est in verbis Bullæ adesse obligationem, vt in dicta Abbatia quotidie Missæ celebrentur, sed non à singulis Monachis, sed eo modo, quo in aliis Monasteriis, secundum morem, & vsum Religionis, & secundum præceptum Constitutionis, solitum est ab ipsis celebrari. Alioquin sequeretur magna difficultas. An etiam Generalis possit eis præcipere hanc diurnam celebrationem. Etenim certum est, neque Generalem posse præcipere Religiosis subditis quæ sunt absolutè extra regulam, sed quæ expressè, vel tacitè in illa continentur, vt docet D. Thomas in *2. 2. quest. 104. art. 5. ad 3. Vasquez in part. 2. disput. 194. cap. 4. num. 21. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 76. Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 11. quest. 9. Sanchez in Summa, tom. 2. lib. 6.*

cap. 2. num. 15. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 10. cap. 8. num. 6. Valentia tom. 3. disp. 7. quest. 3. punct. 2. Castus Palau tom. 3. tract. 16. disp. 4. punct. 2. num. 7. & alij. Sed Regula PP. Oliuetanorum, vt supra visum est, neque expressè, neque tacitè onus dierum celebrandi continet, sed expressè firmat contrarium. Ergo videtur, quod Superior diurnam hanc celebrationem Monachis in dicta Abbatia commorantibus imponere minimè possit. Dicendum est igitur Pontificem in dicta Bulla voluisse, vt singulis diebus in Monasterio dictæ Abbatiae Missæ celebrentur, sed non à singulis iuxta morem, & Constitutiones Religionis.

Confirmatur primò hæc opinio, quia verba dispositionis debent declarari, & restringi, ad qualitatem adiectam, vt tradit Surdus lib. 2. conf. 179. n. 40. & 41. Calanate conf. 44. num. 29. & alij, quos adducunt Castillo, Soro, Maior, Contr. tom. 5. cap. 9. à n. 1. cum Salgado de Retentione Bullarum, part. 1. cap. 15. num. 53. Sed in Bulla Pontificis sic habetur: *Ac iuxta ipsius Congregationis regularia Instituta viuere, & eidem Ecclesie singulis diebus Missam celebrando deservire*, sic ibi. Si itaque Monachi ex mente Pontificis tenentur viuere, & singulis diebus celebrare, iuxta ipsius Religionis mores, & Instituta; nam particula, *Et*, æqualiter copulat præcedentia cum sequentibus, vt idem fit de vno, quàm de alio, vt docet Menochius conf. 56. n. 95. Parisius vol. 1. conf. 95. num. 6. Natta tom. 4. conf. 573. num. 14. Sequitur onus celebrandi Missas assignatas à Pontifice, explicandum esse secundum Religionis mores, vsum, & Instituta, quæ, vt supra visum est ex verbis Constitutionum, obligant, vt singulis diebus à Monachis in Ecclesia celebretur, sed non à singulis.

Confirmatur secundò, quia Rescripta recipiunt interpretationem ex narratis precum, siue supplicationis, ita vt exinde, vel extendenda, vel restringenda, vel supplenda, vel declaranda veniant, vt obseruat Ripol. tract. de Regularib. cap. 22. num. 56. Chacheranus decis. 23. num. 44. & decis. 88. num. 9. Grammaticus decis. 203. n. 202. & 203. Surdus decis. 268. num. 15. & decis. 219. n. 15. Riccius conf. 55. num. 60. vol. 2. & alij. Sed Bullam Clem. VIII. certum est fuisse fundatam super capitula iam stabilita inter Commendatarium, & Religionem Oliuetanam, & secundum præscriptum dictorum capitulorum, postea fuisse factam petitionem. Verum inter alia Capitula, adest illud, tenoris sequentis. Quarto, che li PP. Religiosi accertino il carico di mantenere à detta Chiesa per li ditini Officij continuamente, & à perpetui tempi, otto Sacerdoti da fare la residenza, messe, hore canoniche, nell' hore solite alla loro Religione, & conuenienti: & ogni giorno celebrare li Diuini officij. In quibus verbis clarè apparet & Religionem non se obligasse, vt octo Missæ dierum à singulis Monachis celebrentur, sed, vt singulis diebus celebrentur Diuina Officia. Quæ quidem verba, verificantur, quoad celebrationem Missarum, si non octo, sed aliquæ Missæ celebrentur, secundum morem dictæ Religionis, Ergo, &c.

Et tandem confirmatur tertid, quia vsus, obseruantia & consuetudo, leges interpretantur; vnde in l. 19. ff. de legib. sic habetur: *Si de interpretatione legis queratur, in primis inspiciendum esse, quo iure Civitas retrò in eiusmodi Casibus vsa fuerit, cum optima legum interpretatio sit consuetudo*, ita ibi; quod etiam probatur ex cap. cum dilectum, de consuet. vt obseruat Erenkelius de Priuil. iuris Ciuilis, lib. 2. cap. 3. num. 2. Vvamehus de iure Pontific. 1. conf. 12. num. 7. Reincking tract. de Regimine Seculari & Ecclesiastico,

lib. 2. Class. 2. cap. 9. n. 29. & cap. 11. n. 6. Harprechtus in Insti. tom. 1. §. 15. tit. de Excusat. Tutorum, num. 50. & tom. 3. §. 3. tit. de locat. & conduct. num. 71. Menochius conf. 32. num. 44. Sylvanus conf. 88. num. 27. & alij; quinimmo omnium actuum, & dispositionum interpretis est Consuetudo, vt docet Ripol. tract. de Regul. cap. 47. num. 39. Solorzanus de Indiarum iure, tom. 2. lib. 2. cap. 21. num. 24. & seq. Surdus de Alimen. tit. 2. quest. 66. num. 4. Mollerus lib. 1. Semestrium, cap. 13. n. 4. Natta conf. 406. n. 25. & 28. tom. 2. Vvesembecius conf. 166. num. 84. part. 6. & ideo quamlibet dispositionem, regulam recipere à consuetudine, dixerunt Cagnolus in Reper. ad leg. Si quis maior. C. de transact. Vvesembecius ubi supr. num. 85. Surdus decis. 223. à num. 11. quæ omnia approbat etiam Hulricus Hunnius in sua Encyclopedia iuris, part. 1. tit. 4. cap. 4. num. 18. & seqq. & adeo vera sunt, vt docuerit Amicus conf. 42. num. 16. & 17. Ernestus Cothmannus vol. 4. conf. 48. num. 14. Alderanus Mascardus de Interpret. status. concl. 2. num. 156. & Hunnius ubi supra, tit. 3. cap. 7. num. 73. quod interpretatio Statutorum, ex consuetudine, praxi, & obseruantia subsequuta, desumi debeat, etiam si proprietates verborum ipsius Statuti repugnet, quod etiam docet de priuilegiis Solorzanus ubi supra, vir sapientissimus, & eruditissimus.

Sed post Bullam Clem. VIII. vsus, obseruantia, & consuetudo, ipsi Abbatibus Commendatariis scientibus, videntibus, & consententibus, etiam tempore sancti Caroli Archiepiscopi, semper fuit, vt in dicta Abbatia, singulis quidem diebus celebrentur Missæ, sed non à singulis Monachis. Ergo ita intelligenda, & explicanda sunt verba Rescripti Pontificij de quibus est difficultas. Et quidem, si ex decennij lapsu, ratione consuetudinis scripturæ interpretantur, vt tradit vterque Molina, Theologus & Iurisconsultus, hic, de Primog. lib. 2. cap. 6. num. 57. ille de Insti. tom. 3. tract. 4. disp. 590. concl. 9. Gutierrez Pract. qq. lib. 3. quest. 62. num. 26. & alij; quanto magis dicendum est, secundum consuetudinem subsequutam, interpretandam esse scripturam, de qua loquimur, cum non solum tempus decennij sit elapsam, sed tempus 40. annorum, & plus. Itaque ex omnibus supradictis, existimo, dictos Monachos, cum non obligentur expressè ad præcisum numerum Missarum, posse adiuuari vacationibus, quibus mos, & constitutio Religionis illis largitur, vel saltem tantum teneri ad celebrandum, secundum vsum, & consuetudinem obseruatam post dictam Bullam Clem. VIII. Ita ego sentio, saluo aliorum meliori iudicio, & ideo rogò dictos RR. PP. Oliuetanos, vt circa præsens dubium non acquiescant solo meo voto; sed quærant talem votum vnus, vel alterius viri docti, quibus superius dicta libenter corrigenda submitto.

An Confessarium Monasterij Regularium, vt ingrediatur, in casibus necessarijs, intra eius septa, egeat non solum licentia sui Prælati, sed etiam Episcopi.

RESOLVTIO XLII.

Communitè Doctores asserunt, facultatem ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum ad earum Prælatos superiores spectare, non autem ad Episcopum, vel eius Vicarium.

Probat hęc opinio, quia illorum est, hanc licentiam, & facultatem concedere, quorum est clausuram Monialibus indicere, & quorum est Moniales ad clausuram cogere; sed indicere clausuram Monialibus,

nialibus, & cogere illas ad eam est eorum, qui præ-
sunt, vt colligitur apertè ex cap. *Periculoso*. §. *ulti-*
mo, de *statu regular.* in 6. ibi, Patriarchis, Primatibus,
Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus
eorum quilibet in Ciuitate, ac Diocesi propria in
Monasteriis Monialium, sibi ordinario iure subie-
ctis, sua, in his verò, quæ ad Romanam immedia-
tè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ authorita-
te: Abbates verò, & alij tam exempti, quam non
exempti Prælati Ecclesiarum, Monasteriorum, &
Ordinum quorumcumque in Monasteriis huiusmodi
sibi subiectis, de Monialibus includendis, quam
commodè poterunt, prouidere procurent; ergo fa-
cultatem ingrediendi Monasteria Monialium in ca-
sibus necessitatis concedere valent, & debent Ge-
nerales, Prouinciales, & Prælati Conuentuum in
Monasteriis, quæ Regularibus subiecta sunt.

Probatum secundò, hæc opinio ex verbis Conci-
lij Tridentini, *sess. 25. cap. 5.* requirentis disjuncti-
uè Episcopi, vel Superioris licentiam, ibi, sine Epi-
scopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta: Et
infra, dare autem Episcopus, vel Superior licentiam
debet in casibus necessariis, non quasi vellet Episco-
pum, vel Regularem Prælatum in quælibet Mona-
steria potestate gaudere concedendi has licentias,
sed Episcopum in Monasteria sibi, vel Sedi Aposto-
licæ subiecta, Regularem verò Prælatum in Mona-
steria suæ iurisdictionis. Alioqui eodem modo dici
posset, Regularis Prælati licentiam sufficere in Mo-
nasterio, & Episcopi, quia etiam ibi posset applicari
disiunctiua lectio. Sicut ergo ibi nihil potest Præla-
tis, quia non est ibi Superior, &c. debet intelligi re-
spectiue; ita Episcopus ex vi Concilij nihil potest in
hac parte circa illa Monasteria sibi non subiecta,
quia disiunctiua illa debet intelligi cum partitione
accommoda, aliàs posset Episcopus concedere hanc
licentiam, renuente Prælato Religionis, quod est
contra debitum ordinem, supposita exemptione, quam
Concilium in hac parte tollere noluit, nam idè ad-
didit, illam particulam, vel Superioris. Per quam
etiam significauit, non esse satis esse Episcopum, nisi
sit Superior Monasterij ad hanc licentiam dandam,
è contrario verò, Superiorem sufficere, vt declaratum
est. Confirmatur, nam consilij mentem declarauit
apertissime Pius in sua Constitutione; Etsi Mendicantium
Ordines ann. 1567. 17. Kalend. Iunias Pon-
tif. ann. 2. Cùmque, inquit §. 7. inhonestum sit,
quemlibet in alienam messem falcem iniicere, cùm-
que Monialium Monasteria, non nisi de Episcopi,
vel Superioris licentia, & in casibus necessariis ali-
quis ingredi præsumat in *sess. 25. cap. 5.* prohibetur;
hoc tantum in illis Monasteriis locum habere volumus,
quæ Ordinariis ipsis pleno iure subsunt: in
quibus casibus necessariis ipsi dare licentiam pos-
sint, non tamen in aliis Monasteriis. Pergit deinde
prohibere Episcopis omnem omninò superiorita-
tem, & iurisdictionem in eiusmodi Monasteria, eo-
rumque Moniales. Quæ verba adèd clara sunt, vt
nullo indigeant interprete: quare mirum non est si
deinde sacra Congregatio Cardinalium Tridentini
Interpretum ita definiert, vt infra videbimus. Vn-
de hanc sententiam ex Suarez, Sanchez, Nauarro,
Barbosa, Bonacina, Azorio, Llamas, Rodriquez,
Pepuino, & aliis docet Tamburinus de *Iure Abba-*
tiarum *disp. 23. quest. 1. num. 4.* quibus ego ad-
dam plures alios, & in primis agmen ducant duo
viri doctissimi, & amicissimi Reuerendissimus Can-
didus Magister Sacri Palatii *tom. 2. disp. 5. art. 3. d. 1.*
& Pater Lezana in *Summa, tom. 3. verb. clausura, n. 24.*
Idem docet Gibalinus de *Clausura Sanctimonialium,*

disp. 1. cap. 4. §. 3. num. 6. Peltizzarius de *Mo-*
nialibus, cap. 5. sect. 3. quest. 32. num. 146. Antonellus
tract. de Regim. Eccles. Episc. tom. 2. lib. 7. cap. 5. n. 10.
Ventriglia in *praxi, tit. de clausura Monialium, an-*
not. §. 2. n. 17. Campanili in *diuers. l. w. can. Rubr. 12.*
cap. 16. num. 31. Eligius Bassæus in *floribus Theolog.*
ver. clausura, n. 9. Hieronymus Rodriguez in *Com-*
pend. resol. 26. num. 8. Villalobos in *Summa, tom. 2.*
tract. 35. difficul. 46. n. 3. Cæstus Palauis *to. 3. tract. 16.*
disp. 4. num. 10. §. 2. num. 1. Et ita supradicti Doctores
testantur declarasse sacram Congregationem sub
his verbis: sacra Congregatio Cardinalium Con-
cilij Tridentini Interpretum censuit, licentias in-
grediendi intra septa Monialium ex vera tantum
necessitate concedendas, quoad Monasteria Regu-
laribus subiecta, pertinere tantum ad ipsos Supe-
riores Regulares. Et ego testor, hanc declarationem
typis impressam vidisse Romæ in Typographia Ca-
merali sub anno 1610. & dicitur emanasse à sacra
Congregatione Episcoporum sub die 29. Iunij 1597.
vt patet apud Bellarminum in *sess. 25. cap. 5. Concil.*
Trident.

His tamen non obstantibus, dicendum videtur,
licentiam ingrediendi Monasteria Monialium Re-
gularibus subiectarum, dandam esse ab Episcopo,
& à Superiore Monasterij, & ita tradit nouissimè
Pax Iordanus in *var. Elucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 12.*
num. 43. & Gauantus *ver. Monialium claustra, in ad-*
dit. n. 1. stante alia declaratione eiusdè Congregatio-
nis Cardinalium sub die 13. Nouembris 1610. facto
verbo cum Sanctissimo, tenoris sequentis. sacra
Congregatio facultate sibi à Sanctissimo attributa,
statuit, & decreuit, vt deinceps intra huiusmodi se-
pta nemo ingredi audeat; nisi licentiæ in casibus
necessariis concedendæ, nedum à Superioribus Re-
gularibus dictorum Monasteriorum, sed etiam à lo-
corum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus
quibuscumque contrariis legibus, statutis, consue-
tudinibus, etiam immemorabilibus.

Quid ego sentiam dicam breuiter. Prima decla-
ratio sacre Congregationis videtur mihi magis
conformis verbis Concilij, & Bullæ Pij V. ac vali-
dissimis rationibus, & communi calculo Doctorum
firmata. Verum quia secunda declaratio emanauit ex
facultate Pontificis, non audeo ab illa discedere, li-
cet Regulares asserant, vltimam hanc declarationem
non fuisse vsu receptam: Sed hæc responsio Romæ
non admittitur per ea, quæ alibi adnotauimus. Nota ve-
rò, quod dicta vltima declaratio de 1610. non com-
prehendit Superiores Regulares, quia tantum lo-
quitur de Confessariis, seu aliis Ministris; & idèd
isti in casibus necessariis ingrediuntur intra septa
Monasterij, & officio, & auctoritate propria, sine
vlla Episcopi licentia, & ita hinc Romæ practica-
tur, vt testati sunt mihi Patres Dominicani, & de
obseruantia. Et hoc latè probauit suis diebus in quo-
dam Responso noster doctus, & amicissimus Pater
Verricelli.

*Ad pars accusatrix teneatur remittere reo
penam mortis à Iudice inflictam, si Iudex
ex parte sua illam remittat.*

RESOLVTIO XLIIII.

Interrogatus his diebus de pena perpetui exilij;
negatiuè respondi, quod confirmatur à fortiori ex
casu proposito, ad quem etiam negatiuè respondet
Pater Armataga in *Curs. Theolog. tom. 5. disp. 39. sect. 3.*
num. 16. vbi sic ait: Rogabis: Sed quid si Iudices causa
li 4 cognita

„ cognita censerent posse pœnam capitis, v.g. condo-
 „ nati reo, si tamen actor consentiat, potest tunc
 „ actor licitè dicere, se velle vt executioni manda-
 „ tur sententia: Videtur enim sanè eo casu illicitum
 „ esse non condonare, quia iam cessat finis ille, ob
 „ quem mihi licuit talem accusare, scilicet ne deli-
 „ cta relinquerentur à Republica impunita: eo autem
 „ ipso, quod Respublica talem damnat, & declarat
 „ dignum tali pœna, iam satisfecit suo muneri, ideò
 „ que etiam si condonet deinde quantum est ex se,
 „ non propterea censetur relinquere impunita deli-
 „ cta: ergo si actor vrgeat tunc executionem, non
 „ iam id facit amore iustitiæ, sed potius ex odio, &
 „ affectu vindictæ. Respondeo tamen, omninò posse,
 „ id cogere sine peccato: etenim eo ipso quod Iudex
 „ Reipublicæ executionem remittat voluntati acto-
 „ ris, constituit actorem, ac si Iudex esset in ea causa
 „ Vti autem Iudex, etiam quando licitè potest condo-
 „ nare reo veniam, non tamen ad id tenetur, sed meri-
 „ to vrgeri potest executionem: ita actor constitus
 „ eq. casu quasi Iudex, quantum ad voluntatem remit-
 „ tendi, aut non remittendi, poterit licitè vllam pœ-
 „ nam remittere ex eodem plane affectu iustitiæ, ex
 „ quo Iudex etiam rogatus non vult vllò modo eam
 „ remittere. Neque verum est quod in ratione dubi-
 „ tandi dicitur, non posse ex affectu iustitiæ vrgeri
 „ executionem pœnæ, cum potius in ea executione
 „ ne exerceatur maximè iustitia, & non in sola pro-
 „ latione sententiæ. Illud tamen addendum, multò
 „ difficilius in tali occasione posse vitari odium, quam
 „ in delatione, cum maximum morium cohonestans
 „ delationem iam cessauerit lata sententia. Ita Atria-
 „ ga; qui etiam optinè obseruat, posse aliquem accu-
 „ sare alium qui occidit fratrem, patrem, & dolet ea
 „ de re, ac sufficientem offert pœnitentiarum satisfac-
 „ tionem pro damnis, si quæ sunt inde illata. Negant
 „ aliqui, quia Christus Dominus iussit, vt antequam
 „ accusaremus aliquem, seu apud Ecclesiam seu apud
 „ Iudicem, moneamus illum priuatim: hic tamen lo-
 „ cus non est ad rem quia Christus Dominus ibi so-
 „ lum agit de delictis, quæ non sunt in præiudicium
 „ tertij, vt v.g. Luxuria: At de criminibus, quæ Reipub-
 „ licæ sunt nociua, & quæ valdè expedit vt punian-
 „ tur, non agit: vnde Ecclesia etiam in materia hæresis
 „ non solum dat licentiã aliis, vt ante monitã priuatim
 „ personam delinquentem eandem deferant, sed etiam
 „ obligat ad deferendũ immediatè sine præiua moni-
 „ tione. Resp. ergo quæstioni cum communi sententia,
 „ eam delationem omninò esse licitam, secluso animo
 „ vindictæ: & probatur, quia licitũ est etiã illi, quem
 „ res non concernit deferre ad Iudicem talem delin-
 „ quentem homicidam: cur ergo non licebit illi, qui
 „ quodãmodo læsus est in consanguineo, aut amico?
 „ Vbi tamen merito omnes obseruant, valdè peticulo-
 „ sam esse in eis talem delationem: quia & vindictæ affe-
 „ ctus, & odiũ facillè possunt ibi admisceri: verum quia
 „ sine his potest simpliciter ea delatio fieri, simpliciter
 „ etiam dicitur licita, omni alio iniquo odio deposito.

Vide ea quæ alibi circa præsentem materiam per-
 tractaui, & me citato pertractat Trullench, in *Decal.*
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 7. cum seqq.

*An detur præceptum, vt memoria teneamus
 Orationem Dominicam, & quid de Salve
 Regina, & Salutatione Angelica.*

RESOLVTIO XLIV.

Quoad Orationem Dominicam affirmatiuè re-
 spondet Ioseph Rocafull in *praxi Theolog. mor*

tom. 1. part. 2. lib. 4. de Oratione in speciali disp. 1. cap. 1. num. 5. vbi sic ait: Nota quosdam tenere, oportere memoria tenere, alios non oportere memoriter tenere orationem Dominicam ordine, quo proposita est. In hac quæstione dico primò, non esse iuris naturalis memoria tenere orationem Dominicam: licet enim iure naturali debeamus precari Deum, non tamen est de iure naturali certa, & præscripta formula vti ad Deum obsecrandum. Dico secundò, neque esse de iure Diuino memoria tenere. Pater, quia non constat de isto iure. Dico tertio, esse præceptum Ecclesiasticum memoria tenendi orationem Dominicam: Constat (quidquid dixerit Azor) ex *cap. Vos ante omnia de consecrat. dist. 4.* ex Concilio Moguntino *cap. 45.* ex Concilio Foroliuensi sub Carolo, & Pepino, *Toletan. 4. cap. 9.* & hanc sententiam tenent Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla *verb. Fides.* Hucusque Rocafull.

Sed mihi placet opinio Azorij, & aduersus Rocafull, Theologum Valentinum, alium Theologum Valentinum non minus doctum oppono, & is est Ægidius Trullench in *Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 10. num. 4.* vbi ita asserit: nullum datur præceptum, nec naturale, nec Diuinum, nec Ecclesiasticum de oratione vocali priuata. Suarez *lib. 3. de Orat. c. 7. à n. 3.* & alij: non naturale, quia præceptum naturale orandi satis impletur per orationem mentalem; nec Diuinum, quia tale non reperitur, nec in veteri, nec in noua lege: & *Matth. 6.* Cum Christus docuit nos orare: non habetur præceptum vllum quoad singulos fideles præsertim, & si sola mente dicatur, satisficit præcepto Diuino de oratione priuata. Quod autem nec detur præceptum Ecclesiasticum probabilis esse existimat Suarez *infra*; non enim est, ait Suarez, præceptum vt memoria teneamus orationem Dominicam, sed tantum, vt sciamus substantiam & materiam illius. Nec vllibi habetur præceptum recitandi orationem Dominicam: si enim Ecclesia id præcepisset, etiam determinasset tempus illius recitandæ, quod non fecit; vnde alij quotidie, alij vno tempore, alij verò alio ex deuotione recitant. Item à fortiori dicendum est de Salutatione Angelica, vel *Salve Regina*, nec tenemur recitare Salutationem Angelicam, etiam tempore, quo publicum signum datur in principio noctis, & omissio nullum esset peccatum, nisi interueniret scandalum, vel contemptus. Ita Trullench, cui ego libenter ad hæreo. Vide etiam Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 3. de Oratione vocali, cap. 6. num. 6.* qui responder ad loca Conciliorum adducta à Rocafull pro sua sententia. Dicendum est itaque, non extare præceptum Ecclesiasticum recitandi Dominicam Orationem, & signum optimum est, quia præceptum Ecclesiasticum affirmatiuum non solet imponi sine certa temporis determinatione: nullum autem est ab Ecclesia determinatum tempus, pro quo sit necessarium fidelibus omnibus priuatim dicere, *Pater noster*, sub reatu culpæ, si illud amittant, ergo. Vnde Clemens in citato loco monet quidem fideles, vt ter in die hanc precem fundant, nullus autem dicit, hoc cadere sub præceptum, tantum ergo est illa optima monitio, & consilium. Quare nec dici potest, hoc præceptum esse consuetudine introductum: tum quia vt consuetudo inducat obligationem, necessaria est aliqua vniformitas, vt materia obligationis sit certa: hic autem nulla est vniformitas; vnus enim orat hoc tempore, alius alio, vnus rarius, alius frequentius, vnde constare non potest, quando obligat talis consuetudo; tum maximè quia in particulari, & in indiuiduo nullus dicit illam Orationem,

ut obligatus, nisi qui tenentur eam dicere ex præcepto Ecclesiæ, ut Ministri eius, vel si dicat ex voto, vel speciali præcepto sui Confessoris, vel Superioris; ergo reliqua consuetudo est ex sola deuotione voluntaria, ac propterea non potuit inducere præceptum.

Vnde à fortiori constat, quid de Oratione ad Virginem per Salutationem Angelicam, vel per Antiphonam, *Salue Regina*, dicendum sit. Nauarrus enim supra saltem de *Aue Maria*, idem sentit, sed nullum speciale adducit fundamentum, neq; oportet imponere obligationes non satis fundatas. Est ergo consulendam omnibus, ut has orationes discant, & sæpius recitent, non verò est peccati scrupulus iniiciendus per solam huiusmodi omissionem. Si quis autem sit aded negligens animæ suæ, ut hæc rudimenta Christianæ vitæ ignoret, vel numquam recitet, magnum indicium est, ipsum non rectè viuere, etiam si omisso illa speciale peccatum non sit. Secus verò esset, si quis aliis Orationibus assuetus, has non diceret: nam in illo talis omisso nec esset peccatum, nec signum periculosæ negligentia, vel obliuionis salutis suæ.

Solum posset quis dubitare de consuetudine saluandi Virginem, quando publicum signum datur in principio noctis, an tunc dicere cadat sub obligationem peccati, saltem venialis, videtur enim hæc consuetudo tam generalis esse, ut hanc saltem obligationem indicat. Sed in primis non credo tunc esse obligationem orandi vocaliter, nam priuata est oratio, & potest quis satisfacere orando mente. Item etiam si quis oret voce, non cogitur ad certam formam orandi, v.g. per *Aue Maria*, vel *Salue Regina*, &c. Sed potest dicto aliquo Hymno, vel pro sua vnusquisque deuotione orare. Deinde absolute, & per se non credo esse obligationem orandi tunc ad Virginem: nam illa consuetudo generaliter recepta est sub ratione deuotionis, non obligationis. Dico autem, per se, quia ex accidenti, & ex concomitantia vix potest omitti sine aliqua culpa, nisi ex rationabili causa. Nam si quis publicè illam omittat, aliquod scandalum præbet, & alios perturbat, periculumque est; ne videatur illam contemnere. Si autem omittat priuata, & sine causa, non fiet sine aliqua otiositate, vel ex nimio affectu ad aliquam commoditatem humanam, vel quid simile. Et hæc omnia docet Suarez, *vbi supra*. Et de Salutatione idem sentit Rocafull, *vbi supra, disput. 2. cap. ultimo, n. 83*, vbi contra Nauarrum firmat cum Suarez, ignorantem Salutationem Angelicam non peccare quia non est obligati eam sciendi.

An Regularis cæcus sit eligibilis ut interueniat alicui Capitulo Generali, & an cæcus teneatur recitare Horas Canonicas cum Socio.

RESOLVTIO XLV.

HÆc quæstio quoad primum, annis præteritis fuit ardentè agitata hinc Romæ inter viros doctos, nam calus in facti contingentia acciderat, & ego tunc affirmatiuæ sententiæ ad hæsi, quam in terminis docet Stephanus Inardus, *conf. 16. post Codicem Minimus Sancti Francisci de Paula*, vbi sic ait: *Colloquio, cæcum non posse eligi in Scribam. nec in Scrutatorem, ut pater. Nec in Superiorem, cum Superioris munus rectè non possit exequi: ided, ut dixi v. cæcus, declaratur priuatus voce passiuæ. cap. 5. Valent. 19. Nec etiam potest esse Visitator, ob ean-*

dem rationem. Tùm quia Visitatorem, oportet esse oculatum: de quo *v. Visitator*. Non potest denique eligi in Collegam; tùm ob rationem præallatam; tùm quia, ut ostendimus *v. Penitentia*, Collegæ sunt participes officij Prælati: Cùm ergo cæcus non possit eligi in Prælatum, ex *cap. 5. Valent. 19.* ineligibilis est etiam in Collegam. Idem ob prædicta censeo de surdo, respectu officij, quod exequi rectè non potest, v.g. Prælaturæ, Collegatus, Scribæ, & similibus, *arg. cap. Cum apud, de Spon.* Certè conceipere non possum, quomodo ponderatis omnibus surdus, vel cæcus dignior sit cæteris Religiosis alicuius Prouinciæ florentissimi Ordinis, qualis est noster, Tenemur autem eligere digniorem.

Potest tamen cæcus eligi in Commissum. Quidquid enim Commissi officium respicit, reducitur ad electiones, negotiorum discussiones, seu conclusiones, & litterarum fratrum ad Capitulum delationes; quibus non obstat cæcitas. Ita Inardus, cuius sententia potest deseruire pro nostro Vocali, & pro Electo Societatis Iesu ad Capitulum Generale; Sed, ut verum fatear, certum est, quod digniores ad id minus eligi debent, ac difficile videtur, quod in vna Prouincia cæcus sit dignior aliis, vel etiam in aliqua domo: verùm hoc spectat ad conscientiam Electorum, nam in foro exteriori electio esset valida.

Quoad secundum dubium, an cæcus sit adstrictus ad recitandas Horas Canonicas, si possit illas recitare cum Socio; de hac quæstione his diebus fuit mihi magna altercatio cum quodam Ministro huius Curia, & præter Doctores alibi à me adductus, afferam nouissimè Martinum de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 11. de Oratione, num. 4.* vbi sic ait. *De que se consigne, que el ciego no esta obligado à rezar Maytines, aunque sepa de memoria los Psalmos, no pudiendo leer las lecciones. Sic Sanctius, vbi proxime.* Y desta opinion deuen se los Doctores citados à lo vltimo del numero precedente; pues donde milita vna misma razon, deue militar vna misma disposicion de Derecho, *leg. illud, ff. ad l. Aquilianam. cap. transacto, de Constitutionibus.* Hi tampoco esta obligado à buscar compañero, que lea Lecciones, porque el præcepto no obliga à esso, y el rezar con compañero: es priuilegio, y este cada qual puede renunciarle, *leg. si index. 41. ff. de minoribus, l. si quis 39. C. de Episcopo, l. si quis in conscribendo 24. C. de pactis gloss. 1. in l. pacisci. ff. de pactis, gloss. 1. in lib. 4. C. pactis conuentis.* Y por estos Derechos me parece probable la opinion de Sanchez *vbi supra*. que defiende, que aunque al ciego, ò ac entermo se le ofrezca alguno, que quietamente ayudes à rezar, no tienen obligacion à admitirle, y estan desobligados del rezo, pues no pueden rezar solos. Contra Nauarr. *cap. 11. de Oratione, num. 13.* Suarez, *lib. 4. de Horis Canonic. cap. 28. à num. 3.* Reginaldus in *praxi, lib. 18. num. 183.* que probablemente enseñan, que estan obligados al precepto, pudiendo complirle con facilidad, con la ayuda del compañero teniendole. Ita ille.

Puto igitur cum ipso vtramque sententiam probabilem esse. Quidquid dictus Prælatum asserbat contra cæcos; & ad eorum consolationem, non deseram hinc apponere verba doctissimi, & amicissimi Patris Antonij Escobati, & Mendoza in *Theol. Mon. tract. 5. exam. 6. cap. 2. num. 62.* vbi sic asserit, Cæcus non tenetur Horam integram, quam memoria tenet recitare, imò nec integram commune, aut speciale officium; quia Ecclesiæ præscribit variationem per Festas, ac Sanctorum solemnitates. Possam cæcus psalmos recitare, & à Socio exorare,

vti legat, me audiente Lektionen. Potes quidem, sed non teneris. Adest dies, cuius integrum officium memoria teneo. Istud solummodo teneris recitare. Ita ille.

Nota etiam. quod post hæc scripta inueni ea, quæ dicta sunt, me citato, docet etiam Rocafull. in *praxi Theol. Mor. tom. 1. part. 2. lib. 3. de Oratione cap. 4. num. 313.* sic itaque asserit. An cæcus excusetur, eo quod legere non potest. Communis sententia tenet, excusari. Sed sunt aliquæ difficultates. Prima, an teneatur adhibere Socium. Dico primò, si cæcus scit memoriter Psalmos, tenetur dicere cum Socio, si habeat præbendam pinguem, & solitus erat cum socio recitare, quando non erit cæcus. Ita Nauarr. *cap. 11. cit. num. 11.* Suarez *lib. 4. cap. 28. num. 13.* & Filliucius *cap. 9. num. 289.* Dico secundò, si non erat solitus recitare cum socio, probabile est, non teneti socium adhibere. Ita Garcias *de benefic. part. 3. cap. 1. num. 215.* Laymann *lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 2.* Diana *1. part. tract. 12. de Hor. Canon. res. 43. § 4. part. tract. 4. resolut. 11.* Dico tertio, non tenetur cæcus, si se offerat socius ad recitandum, recitare. Ita Ioan. Sanchez *in select. disp. 15. num. 2.* & ratio est; quia recitare cum socio priuilegium est, & fauor, quo potest liberè non vti. Hucusque Rocafull. Et idè probabiliter ego elapsis diebus dicebam bonæ memoriæ Patri Antonino Sanctarello Societatis IESV, ratione suæ cæcitatatis, ipsum non esse astrictum Horas Canonicas persolvere cum socio, licet in promptu haberet; sed doctus, & bonus senex contra me arguebat.

An verò superius dicta procedant in cæco beneficiario, & præbendario, vide Doctores vbi suprà.

Sed quid dicendum de surdo? Respondeo, surdum, qui potest legere, teneri recitare, siue se audiat, siue non: Satis etiam est, quod mente attendat, & cognoscat quod dicat. Nota quod si surdus solus dicere non potest, non tenetur cum socio, quia surdus est. Idem dicendum est de surdastro, qui non tenetur dicere cum socio, quia esset magnum grauiamen socij, & propterea humana non obligant cum tanto onere. Ita ex Suarez, & Filliucio docet Rocafull *vbi suprà num. 316.* quibus adde Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. num. 9.*

An sit culpa venialis recitare Matutinum, & Laudes absque iusta causa, hora tertia, vel quarta post meridiem.

RESOLVTIO XLVI.

Affirmatiuam sententiam tenet Suarez, Philiacus & Filliucius, quos citat, & sequitur Bonacina *tract. de Horis Can. disp. 1. quest. 3. punct. 3. num. 10.* Cui adde Gauantum *tom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 6. num. 6.*

Sed si hæc opinio esset vera, multa peccata venialia committerentur, idè ego puto ad recitandum Matutinum non requiri aliam iustam causam, præter consuetudinem; & ita tenet sapientissimus, & amicissimus Caramuel *in Theol. Regular. disp. 114. n. 1419.* quia consuetudo præualuit, & eius vi hodie potest fieri quod olim non poterat; atqui consuetudo legendi matutinas hora secunda, aut tertia vespertina non est introducta ab habentibus rationalem causam, & à plurimis, vt certum est, sine causa aliqua in præsentiarum contineatur: ergo possumus sine causa Vesperti Matutinas, & laudes recitare. Minor ostenditur bifariam. Primò, quia consuetudines contra leges morales introducantur ab hominibus.

malæ conscientie, qui non sunt censendi semper habuisse causam rationabilem. Secundò: quia si hæc coniectura non sufficiat, dubium est qualiter hæc consuetudo sit introducta, & multi non imprudenter dubia interpretantur in fauorem, & benigniorem partem. Et idè hanc sententiam tenet etiam Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. num. 8.* vbi sic ait: Consuetudine ab Ecclesia approbata, & permessa introductum est, vt Matutinum cum laudibus recitari possit in Vespere præcedentis diei: qui vsus introductus est ob difficultatem recitandi illud in media nocte, quod erat proprium illius tempus: tunc etiam, quia anticipare melius est, ex suo genere, quam postponere. Potest igitur Matutinum simul cum laudibus quis recitare absque villo peccato, circa tertiam, vel quartam horam post meridiem, &c. Sic ille. Et post illum Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 13. quest. 24.* quibus ego adde Escobar à Corro *tract. de Horis Can. quest. 4. n. 122.* vbi fitimat, quod recitare Matutinum hora tertia, vel quarta quocumque euentu, ab omni culpa vacare; & plus addit, nempe, Matutinum cum laudibus posse recitari hora secunda post meridiem, quod etiam, me citato, tenet Leandrus *vbi suprà q. 23.* & me citato probabilem Garcias *in Summa tract. 2. difficul. 6. dub. 1. num. 2.* & Machadus *tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 2. docum. 6.* & Caramuel *vbi suprà cum Quintanaduena in Instrucl. ordin. part. 5. §. 2. num. 15.* Imò in tali casu, Escobar tenet, si interuenerit aliqua iusta causa, neque peccatum veniale extare: At plus addit Martinus de San Ioseph *in Monit. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 11. de Oratione, num. 1.* vbi me citato sic ait: La costumbre ha introduzido, que se pueden dezir los maytines, laudes la tarde antes del dia, en que se duzen: todos conuenien en esto; pero discordan en la hora; y nos afirman, que despues de las quatro de la tarde. Azor. *loco cit. cap. 9. quest. 5.* Palaus *tract. 7. disp. 2. part. 4. num. 3.* Otros lo adelantan a las tres de la tarde. Barbof. *in collect. ad c. 1. de celebrat. Missar. Henriquez lib. 9. cap. 24. num. 7.* A mi me parece, que se puede rezar despues de las dos de la tarde, despues de hauer cumplido con todo el Officio del dia presente, porque a quella hora, que es la de Vísperas pertenece, al dia siguiente. Sic Diana *part. 4. tract. 4. resol. 9.* citant Fabrum, & Molfesium. Sanchez *in cons. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 37. num. 4.* (que anade, que con causa, se puede hazer licitamente, y sin causa sera pecado venial) Trullench *lib. 1. in Decalog. cap. 7. dub. 8. num. 8.* A mi me parece, que no serà pecado venial rezar los maytines despues de las dos, porque la costumbre aya introduzido, que sea licito, & lege permittente quod sit, dicitur iuste, & bene fieri, l. *quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, vbi, quia id fecit, quod publice facere licite arbitratur. ff. de adilitio edito, cap. quid dicam. 14. quest. 4.* Et consuetudo parcm vim habet cum lege. *cap. consuetudo. 1. distinct. cap. fin. de consuetud. l. de quibus. ff. de legibus.* Hucusq; Martinus.

Dices, pontifices concedunt priuilegia, vt matutinum possit recitari duas horas post meridiem, ergo Respondeo, qui petunt hoc priuilegium, signum est, quod tenent contrariam sententiam, & multa petuntur à Pontifice ad maiorem cautelam, & propter scrupulum; sed non ex his sequitur, citatam Doctorum sententiam non esse probabilem, nec sequi posse; Vide Martinum de San Ioseph *vbi suprà num. 2.* qui etiam hæc subdit. Es bien probable, que no e pecado venial rezar el officio Diuino, en particular fuera de las horas senaldas, porque la ley obliga solamente en el Officio Diuino publico, y para este se promulgò,

promulgó; y quando se huiera hecho en fauor del Oficio Diuino particular, la ha abrogato la contraria, y antigua costumbre: & consuetudo superueniens vincit legem, gloss. *sepeliri in l. 3. §. Diuus. de Sepulchr. viol. glos. municipalis, & ibi glos. margin. in l. 3. §. plane. ff. quod vi, aut clam*, sic Caramuel, quem refert Diana 7. part. tract. 11. resol. 12. y veese ser esto assi, porque aun los temerosos de Dios, no hazen escrupulo de rezar el Oficio Diuino particular fuera de su hora, y los Pontifices muchas vezes hizieron concessiones, para assegurar las conciencias en materias, que no son contra derecho comun. Ita ille. Sed circa presentem questionem vide Escobar *ubi supra num. 129.* & Faustum *de Horis Canonicis lib. 2. quest. 193.* contrarias sententias foedere distinctionis concordantes.

An Clericus qui habet Diurnum, & caret Breuiario, teneatur saltem recitare Psalmos absque Lectionibus, & Responsoris.

RESOLVTIO XLVII.

Afirmatiuam sententiam nominatim contra me docent duo docti Theologi Valentini Egidius Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. num. 6.* & Ioseph Rocafull *in praxi Theolog. moral. tom. 1. part. 2. lib. 3. de Oratione vocali cap. 4. num. 309.* vbi sic ait: Dubium tertium, an teneatur recitare Matutinum, qui impotens est ad recitandas Lectiones, v.g. quia habet Diurnum, & caret aut Breuiario, aut visu, vel alia de causa. Respondent Castrus Palauis *tom. 2. dispnt. 2. punct. 6. num. 7.* & Diana *part. 2. tract. 12. resol. 30. & 4. part. tract. 4. resol. 25.* non teneri. Ratio istorum est; quia exclusis Lectionibus Psalmi non constituunt substantialiter Matutinum. Respondeo, quod licet non constituent totum Matutinum, constituunt tamen partem, & quando homo non potest adimplere totum, teneretur adimplere partem, quam potest. Ita ille.

Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, probabilè etiam existimo negatiuam, & docet nouissimè etiam doctus, & amicissimus Pater Hieronymus Garcias *in Summa tract. 2. difficul. 7. dub. 2. num. 7.* vbi sic asserit: Iuan Sanchez *in Select. disp. 15. num. 2.* dize, que si sabe los Salmos, y no las Lecciones, y Resposos, que no esta obligado; porque las Lecciones, y Resposos son parte esencial del Oficio, y quien no puede todo lo esencial queda desobligado in totum, cuya opinio tengo por prouable, y no se haze poca fuerça en fauor della la instancia del ayuno, en el dispensado en comer carne, que por ser la abstinencia della vna de las partes mas esenciales del ayuno, en opinion muy prouable queda libre totalmente del. Hæc Garcias: Et ideò hanc sententiam, me citato, tenet etiam Inquisitor Escobar à *Castro tract. de Horis Can. q. 6. n. 27.* sic asserens: Subamplia secundo, vt quamuis Diurnum habeat, non Breuiariam, quo potest recitare omnes horas præter Lectiones, & Responsorias in Matutinis, tamen nihil recitare teneatur, non Matutinum, quia deficientibus Lectionibus, & Responsoris, formaliter tale dici non potest, & Psalmi, & cætera præter Responsorias, & Lectiones, Matutinum non constituunt, sed quid diuersum, & sic obligatio ad illud non obligat ad hoc quia res est diuersa: non cæteras horas, quia cum non tenetur ad Matutinum, immunis est à cæteris horis, quia impotens ad totum ex probabili opinione (quam inferius ex *num. 34.* referemus, licet in to-

tum non sequamur (nec ad partem tenetur. Ita Escobar nominatim contra Trullench, & Sanchez. Idem etiam docet Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. de Oratione num. 3.* vbi sic ait: Desobligado esta el que no tiene Breuiario en que rezar, y aunque Suarez *l. 4. de Horis Can. cap. 28. num. 6.* y otros afirman, que deue rezar el officio de nuestra Senora, o otros Psalmos, y preces, que igualem al rezo, es para mi cosa cierta, que no deue substituit cosa alguna en lugar del rezo, porque este solamente estaua obligado a rezar, y no puede, por carecer de Breuiario, y el precepto no manda subrogar cosa equiualente: Et vbi non est casus legis, dispositio nihil est, *lib. 4. §. toties, vbi Paulus. ff. de damn. infect. lib. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusationibus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure part. cap. indemnitatibus. §. sed cum cas. de elect. lib. 6.* assi no esta obligado à rezar los Psalmos: aunque los sepa de memoria, porque sin las Lecciones, Responsorios, capitulos, y Orationes, no son Oficio Diuino. Hæc ille.

Et tandem non deseram hic apponere verba Leandri à Murcia, qui me citato, super 3. *Regul. D. Francisci cap. 1. §. 2. num. 26.* El ciego (asserit) o el que carece de Breuiario, aunque sepa de memoria los Salmos, no sabiendo las lecciones de los Maytines, o la Oration, y Capitulos, no esta obligado à rezar solo los Salmos. Y se prueua, porque solos los Salmos no hazen las Horas Canonicas, ni el Oficio Diuino; el Clerigo, o Religioso no esta obligado sino solo à rezar el Diuino Oficio; luego no pudiendo rezar no estara obligado à dezir los Salmos solos; y lo mismo se ha de entader; aunque el tal sepiera de memoria las Lecciones, y Capitulos del Oficio de otro dia: porque ninguno esta obligado à dezir otro Oficio, sino el de el dia corriente. Los Capitulos, y Lecciones de otro dia, no hazen Oficio del dia corriente; luego no ay obligacion à rezar, aunque se sepan de memoria.

Igitur auctoritate doctorum Vitorum remanet satis probabilis nostra opinio. Quidquid asserat Trullench, & Rocafull. Vide etiam Quintanaduenam vbi infra.

Sed obiter hic nota doctum Patrem Lezanam *in Summa qq. regul. tom. 1. cap. 12. num. 27.* docere, quod qui propter aliquam causam, infirmitatem scilicet, magnam occupationem, &c. excusantur à dicendo toto Officio Diuino, non tamen excusantur à dicendis illa, vel illis Horis Canonicis, quas commode dicere possunt. Sicut qui debet centum, & non potest soluere nisi decem, tenetur decem soluere, & sicut qui non potest ieiunare totam Quadragesimam, tenetur ieiunare illis diebus, quibus potest. Ita ille; qui citat Suarez, sed nimis quidem scrupulosè, vt patet ex his, quæ à nobis alibi dicta sunt; Vnde nouissimè rectè. Quintanaduenas *Instruct. ordin. p. 5. §. 2. num. 21. firmat*, Que el enfermo que no puede rezar la maior parte del Oficio, no deue hora alguna. Et ratio est, quia maior pars trahit ad se mentem: tum quia ita videtur esse consuetudine receptum, ne infirmi, & debiles, vel aliàs impediti scrupulis, & perplexitatibus vexentur. Quod sine dubio contingeret si potens sine notabili damno recitare quamlibet horam, ad illam teneretur. Quis enim determinare posset quot horæ tibi nocuerunt graue afferrent? aut quis affirmare vnâ solam horam ex minimis graue nocuerunt allaturam? Ne igitur perplexus sis, ab omni hora videris excusatus, cum maiorem officij partem recitare non potes, vbi gratia, cum non potes recitare Matutinum

num cum Laudibus, quia hæc est pars maior, prima & præcipua officij. Et ita hanc sententiam præter Nauarrum, Lessium, Palaum, & alios, tenet me citato Bassus in *Flor. Theol. ver. hora Can. 6. num. 5.* & me citato Pellizzanias in *Man. Reg. vl. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 3. n. 110.* & me citato Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 27. num. 5.* Et me citato Martinus de San Ioseph *ubi supra tract. 6. n. 6.* Et me citato Garcias *ubi supra n. 14.* qui respondet ad argumentum Patris Lezana: Sic enim asserit: Aunque las horas no tengan connexion, entre si, poro escusando de lo mas, es visto querer escusar de lo menos, por la incertidumbre de la posibilidad que non se nociua, la instancia de la restitucion no es a proposito, porque son diferentes generos de preceptos. Ita ille, cui etiam adde Leandrum *ubi supra num. 31.*

Sed quia hic sermo incidit de Horis Canonicis, olim fatim probabiliter docui interruptionem notabilem in persoluendo Diuino Officio, non constituere peccatum mortale, nec obligationem iterum recitandi. Et ita tenent Doctores, me etiam citato, quos adducit, & sequitur Martinus de San Ioseph *ubi infra n. 5.* Et me citato Leandrus in *Sacram. 10. 1. tract. 6. disp. 13. q. 90.* quia continuatio non est de substantia singularum precum, & quia de illo qui cum interruptione etiam maxima dixit officium, verè verificatur intra eandem diem recitasse, & opus ab Ecclesia præceptum fecisse, ergo & satisfecisse. Et hæc opinio procedit quamuis incepta hora interrumpatur animo reperendi, nam nec tunc adest obligatio reperendi iam recitatum, cum verè faciat actum perfectum ab Ecclesia præceptum, quo casu illi animo non attenditur. Et ita me citato tenet Escobar de *Horis Can. q. 4. num. 48.* Verùm difficultas est, an hæc opinio sicut est probabilis in ordine ad recitationem priuatam, sit etiam probabilis in ordine ad recitationem publicam, quæ efficitur in Choro: Ad hoc dubium nouissimè sic respondet Martinus de San Ioseph *ubi supra in Min. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 8. de Oratione, num. 8.* Algunos Autores graues afirman, que la interrupcion notable del Oficio Diuino, que se celebra en el Coro, contra la costumbre de la Iglesia, es peccado mortal de su genero, aunque muchas vezes escusa del la buena fe, o ignorancia, o el no se dar escandalo. Pareceme rigor condenar al infierno sin grauissima causa: y que sino se da escandalo, no llegará a peccado mortal la interrupcion en el Coro. Ita ille; qui citat Bonacinam hanc sententiam tenentem.

Et tandem nota, quod dum hæc scribo interrogatus fui per litteras, An Beneficiarius, qui tantum perciperet ducatos, 25. ex fructibus beneficij teneretur ad recitationem Horarum Canonicarum; & respondi probabiliter negatiuè, ex his, quæ nouissimè docet Martinus de San Ioseph *ubi supra tract. 7. num. 13.* ubi sic asserit: A mi me parece, que en estos tiempos calamitosos, donde todas las cosas necessarias a la vida humana valen tan caras, es necessario, que valga el beneficio por lo menos quarenta ducados, para obligar al rezo: fundolo en que los frutos del beneficio son para alimentos del Clerigo; y de baxo del nombre de alimentos, se entiendo comida, y bebida, casa en que viuir, vestidos, cama, medicinas, y todo lo necessario para la vida, Coligese con claridad de lei legatis cum l. *fin. ff. de aliment. & cibarij. legat.* & tenet Iason post alios in l. *cum hi. §. qui transigit. ff. de transactionibus.* Bolognetius in *additionibus ad consil. Ioan. de Armania 37. num. 7. y es comu.* Y que particularmente se entiendo cauallo en que andar, si lo pide la digui-

dad, del qual ha desir alimentado. Bertran. *conf. 52. in fine*, Corduba de Lara citati & Barbosa *tom. 4. tract. varior verb. alimenta, num. 10.* y tambien citados, si los pide la dignidad, y claridad, los salarios, que se les dan, ex l. *cum plures. §. si tutor. ff. de administrac. tutor. l. habitatio. ff. de ventre in possess. mist. l. uxori. ff. de auro, & argent. legato.* Pues veale si conforme a esto me alargo mucho en senalar quarenta ducados para buena parte del sustento? Y aduierto, que para cóputar la caridad con que se queda el Capellan, no se ha de entender a todo lo que vale la Capellania, sino a lo que resta, pagadas las Missas, y orras, vt Sanchez *lib. 2. consil. cap. 2. dub. 68. num. 2.* Hucusque Martinus. Sed in casu contingenti vide Doctores, quos etiam me citato adducit, & sequitur Escobar à Corro *ubi supra quest. 3. num. 23.* quibus duos amicissimos, & doctos viros ex societate, Patrem Franciscum Lugo de *conscientia part. 1. cap. 2. quest. 32. num. 183.* & Patrem Antonium Escobar, & Mendoza in *Theol. Mor. tract. 5. Exam. 6. cap. 3. num. 56. in fine.*

Nota hic Lector, me olim docuisse in *part. 4. tract. 4. resol. 149.* præbendam non obligatum ad recitandum Choro posse recipere, ac retinere distributiones, etiam si neque ibi, neque extra Chorum reciter Diuinum Officium; Sed licet hanc opinionem doceat Sanchez, tamen, stante Bulla Pij V. modo existimo, non esse sustinendam; sic enim ait Pontifex in Bulla 135. *tom. 2.* Tametsi aliquis Choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi iurificasse prætendat; is præter fructum, & distributionum missionem, item ille qui primis sex mensibus Officium non dixerit, &c. graue peccatum intelligat admisisse. Ita ibi. Nota postera illa verba, Præter fructum, & distributionum amissionem, licet Sanchez asserat Bullam illam non fuisse receptam cum tanto rigore.

An detur paruitas materia respectu temporis excusans à mortali, si quis comedat post mediam noctem, & postea sumat Eucharistiam.

RESOLVTIO XLVIII.

Affirmatiuam sententiam tenet Patet Pasqualigus in *praxi de ieiunio, decis. 158. & 443. ubi num. 10.* sic asserit: Cum igitur non possit tempus mediæ noctis exactè obseruari, nec etiam quaterius bene, vel malè indicatur ab horologiis, vt constat ex dictis: remanet, quod præceptum non obliget ad exactè obseruandam mediam noctem, quocumque modo nobis innotescat: sed quod sufficiat, quod moraliter ieiunium incipiat à media nocte, seu ab illo tempore, quod moraliter habetur pro media nocte, atque aded quod exigua pars temporis post medium noctis mathematicum computetur pro ipsa media nocte, ita vt, etiam si post medium noctis mathematicum, aut vt indicatum per horologia, comedatur, aut bibatur, dummodo per exiguum tempus id fiat, possit adhuc censerì ieiunium incipere à media nocte.

Præterea: si continuetur comestio post exiguum tempus post mediam noctem etiam indicatam per horologia, sicut comestio est diei præcedentis, ita etiam parum illud tempus, quo continuatur tradi-

tur ab ipsa comestione, vt ab operatione diei præcedentis, vt moraliter censeatur tempus diei præcedentis; quia cum non sit dies præcedens separandus mathematicè à die subsequenti, sed tantum moraliter, potest operatio diei præcedentis trahere ad se aliquid modicum de die subsequenti; & facere quod fiat separatio completa operatione.

Denique hinc habet locum etiam paruitas materiæ: ratione cuius censeari potest non solui ieiunium naturale illius diei, quia ad modicum initium ipsius protrahitur comestio præcedentis diei. Tunc enim datur paruitas materiæ excusans saltem à mortali, quando materia quæ est obiectum præcepti est diuisibilis; quia tunc exigua portio huius materiæ non fundat grauem dissonantiam ad rectam rationem, & præceptum: nec tollitur substantia rei præceptæ, sed ad summum secundum quid. Sic exigua comestio carni in die ieiunij, exercitium operis seruilis per exiguum tempus in die festo, anticipatio comestionis in exiguo tempore ante meridiem in die ieiunij, & alia huiusmodi, ratione paruitatis materiæ excusant à mortali, & etiam à veniali, si adsit aliqua causa. Vnde cum præcipiatur ieiunium naturale pro toto tempore illius diei, quod antecedit Eucharistiam, si aliquod exiguum de hoc tempore detrahatur, ita vt non incipiat statim à media nocte, erit paruitas materiæ detracta de tempore illius diei: quæ non erit computanda. Ita ille: & postea *num. 14.* hæc subdit: Dubitari tamen potest, quantum temporis in tali casu possit haberi pro minimo. Resp. debere esse solum tantum, quantum detrahi potest à subsequenti die, ita tamen, vt adhuc dies censeatur moraliter integer; alioquin si non censeretur integer, neque etiam censeari posset, quod esset seruatum ieiunium pro illa die. Hoc autem non debet esse aliqua integra hora, quia cum quælibet hora sit pars integrabilis diei, si vna deficiat, non erit dies integer. Hucusque Pasqualigus.

Sed hæc omnia licet ingeniosè excogitata sint; sunt tamen contra communem praxim Ecclesiæ: vnde proxus videntur reicienda, & idè rectè Pater Bossius contra Pasqualigum inuehitur in *Moral. tom. 1. p. 2. tit. 1. §. 46. n. 1732.* sic asserit: Ad hanc autem moralitatem explicandam plures congerit Pasqualigus, vbi etiam asserit dari posse paruitatem materiæ respectu temporis excusans à mortali; ita vt etiam si quis post exiguum tempus post mediam noctem etiam indicatam per omnia horologia, quæ dederint omnes pulsus horæ duodecimæ, seu designantes, mediam noctem esse completam, comedat, ista comestio non soluat ieiunium naturale illius diei sequentis; nec fundat grauem dissonantiam ad rectam rationem, & præceptum, nec tollatur substantia rei præceptæ, sed ad summum secundum quid. Quæ tamen quoad ieiunium naturale pro communionem faciendam videntur contra communem praxim Ecclesiæ, & vsum fidelium, qui semper putarunt violari ieiunium naturale, & impediri sumptionem Eucharistiæ, si post designatam mediam noctem per omnia horologia non errantia datis omnibus pulsibus vltimæ horæ diei antecedentis cibus vel potus de nouo sumatur: & sicut non datur paruitas materiæ quoad cibum, vel potum (vt supra ostensum est) ita iuxta consuetudinem Ecclesiæ, & fidelium vsum non datur paruitas materiæ, quoad tempus (licet in cæteris, de quibus Pasqualigus, detur iuxta eiusdem Ecclesiæ consuetudinem, & communem Doctorum sententiam) & si post vltimum pulsus omnium horologiorum, quæ assumuntur ad indicandam mediam noctem, licores

comedere, & bibere post exiguum tempus sequens, non haberemus certam regulam mediæ noctis, & seruandi ieiunium naturale pro communionem, cum diuersimodè à diuersis posset tempus exiguum intelligi. Supposito igitur, quod moraliter loquendo, & iuxta communiorum existimationem, & loci consuetudinem media nox censeatur completa, vltra non poterit de nouo sumi cibus, vel potus absque ieiunij naturalis sequentis diei violatione; & moralitas illa, iuxta quam attendendum est mediæ noctis complementum, in eo consistere videtur, vt excludatur punctum, & indiuisibile mathematicum, sed admittatur aliqua parua latitudo, & extensio, saltem iuxta extensionem pulsuum indicantium vltimam horam diei antecedentis, & vt non teneatur quis buccellam panis, vel alterius cibi præsumptam exponere statim ac percipitur signum mediam noctem indicans. Ita Bossius; & DD. communiter. Nota tamen quod cum media nox tunc sit, & completus antecedens dies quando Sol incipit ascendere ad nostrum hemisphærium; si quis noctu ex aspectu stellarum, vel aliunde sciter agnoscere eandem mediam noctem, & tempus paruum illud, in quo Sol nostrum hemisphærio accedere incipit, licet ante illud tempus sonuissent omnia horologia loci posset absque fractione ieiunij naturalis sequentis diei comedere, & bibere vsque ad illud tempus, in quo nouit Solis ascensum incepisse; nam Ecclesia obligat nos, vt nos conformemus horologiis solum in supplementum, scilicet, quia ordinariè, & communiter aliter mediæ noctis cognitio non potest haberi.

Quod autem non detur paruitas materiæ quoad cibum, & potum in ordine ad sumptionem Eucharistiæ contra eundem Pasqualigum, ego satis alibi probaui, & probant communiter Doctores, & nouissimè Bernal de *Sacramentis, disp. 44. sect. 1. num. 8.* vbi docet, non esse mirum, si in hoc præcepto non detur materia leuis; nam licet modicissimus esus, aut potus in se ipso spectatus, leuis sit: in ordine tamen ad finem intentum, qui est euerentia tanto Sacramento debita, & forsitan etiam significatio Christi, vt nostri præcipui cibi non est leuis sed grauis. Sicut etiam appositio modicissimæ aquæ in vino consecrando in se quidem leuis est; in ordine tamen ad significationem, grauis, ideòque grauiter obligat; & ita me citato hanc sententiam tenet Bossius in *Moral. tom. 3. tit. 2. §. 1. num. 13.* asserens opinionem Pasqualigi esse improbabilem.

Dicendum est itaque, materiam huius præcepti, non esse comestionem, aut potationem leuem, sed esse ipsam sumptionem Eucharistiæ, quæ sumptio prohibetur, si præcessit comestio; neque enim peccat tunc quis, quia comedit, sed quia communicat postquam comedit; quæ materia magni momenti est. Et ita docet Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 17. quest. 2. num. 68.* & idè me citato, hanc sententiam nominatim contra Pasqualigum tenet Leandrus de *Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 5. quest. 3.* & me citato nouissimè Bossius *tom. 3. tit. 2. tract. 10. §. 1. num. 15.* asserentes contrariam sententiam esse improbabilem. Vide etiam Matrinum de San Ioseph in *man. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Eucharist. n. 5.* Caspensem in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 4. num. 44.*

Notandum est hinc obiter, quod Bossius vbi supra *num. 19.* querit, vtrum si quis cadens in flumen, & demersus casu, violenter deglutiat, & traiciat ad stomachum aquam siue in parua, siue in magna quantitate, & sus statim totaliter eiiciat, siue non,

cenferi debeat ieiunus, vt possit recipere Eucharistiam. Et affirmatiuè contra Pasqualigum *decif. 320.* responder. Probat hęc opinio auctoritate Tabienę Magistri sacri Palatij *ver. communicare, num. 51.* vbi inter alias conditiones, quas ait requiri ad fractionem ieiunij prærequisiti ad sumptionem Eucharistię, ponit hanc, nempe, vt deglutatur quid per modum cibi, id est, ex intentione, si enim aliquid descenderet ab extra etiam alicuius quantitatis; ita quod homo non perciperet, vel non intenderet, illud deglutire, sed sicut saliuę descenderet, non impediret. Ita Tabiena. Ad Doctores autem quos Pasqualigus adducit, responder Bossius, solum asserere frangi hoc ieiunium, quando aliquid sumitur per modum cibi, vel potus, quod in hoc casu non contingit, quia per modum respirationis aqua violenter traicitur, seu potius attrahitur ad stomachum violenter, & præter intentionem attrahentis, qui non solum non vult comedere, aut bibere, sed nec velle aquam intrare in os, Neque ex magna quantitate aquę traictę inferitur, aut inferri potest, actionem traiciendi fuisse potationem, quia fuerit motus, quo per se primo aqua traicta sit ad stomachum; nam aqua in hoc casu per respirationem solum attrahitur ad stomachum consequutiue, dum respirando attrahitur aër, sicut cum aqua attrahitur ad os per fistulam in aqua immersam, & licet in progressu; durante submersione post attractum aërem continuatione respirationis attrahatur successiue multum aquę immediatè in stomachum, nihilominus semper sola respiratione, seu per modum respirationis traicitur, non verò per veram potationem. Vnde non magis frangitur hoc ieiunium ad Communionem requisitum, quam si per vim media fistula violenter alicui in os immissa, & penetrante guttur aqua, aut alius liquor transmittetur ab extrinseco in illius stomachum præter illius intentionem, & voluntatem, seu quocumque alio modo per vim in stomachum Sacerdotis, vel Laici infunderetur aqua, vel vinum, aut alius liquor; hoc enim casu non censebitur vlllo modo solum ieiunium, & impediri celebrationem, aut S. Communionem; nec præsumi debet, aut potest, Ecclesiam velle excludere à celebratione, vel Eucharistię sumptione cum, qui talem passus est vim. Itaque non videtur credibile, Ecclesiam ob talem deglutitionem aquę casualem, & respectu deglutientis merè materialem actionem, & inuoluntariam, & violentam velle addere afflictionem afflicto, & priuare Sacerdotem iure celebrandi, aut communicandi; & etiam in hoc casu nulla possit cogitari irreuerentia erga Sacramentum, cum talis deglutitio non fuerit actus moralis, nec vlllo modo volita in se, vel in aliquo actu antecedente, & fuerit traictio merè materialis, & deglutiens ad summum tantum dici possit non ieiunus materialiter, & physicè, non verò moraliter, & humano modo. Vnde ex his infert Bossius *num. 21.* deglutientem casu, & violenter, & præter intentionem globulum ex saccharo, vel alium cibum, aut potum sibi dormienti, vel non aduertenti in os apertum, & guttur ab altero immisum cenferi ieiunium, vt possit celebrare, vel communicare eo die: quia in his casibus traictio illius cibi, vel potus ad stomachum, non est per modum cibi, & potus, scilicet non est vera comestio, vel potatio, seu potius est per modum respirationis, scilicet respirando, & attrahendo aërem, & consequenter, seu consequutiue illum cibum, vel potum aëri annexum, & coniunctum, seu immixtum, sicut quando attrahitur ad stomachum musca, aut aliud

animal ex improviso intrans in os apertum; ipsemet enim traiciens, seu deglutiens, & natura ipsa intendit tantum refrigerium per respirationem, ipsūque respirationis motum elicere, & aërem attrahere, cui attractioni postea per accidens, & consequitur propter intimam illius coniunctionem cum aëre, & organo ipso respirationis sequitur attractio illius cibi, vel potus non soluitur hoc ieiunium, nec impeditur receptio Eucharistię.

Sed hęc omnia ex mente Bossij dicta esse volo; nam Cardinalis Lugo, & Pasqualigus ab eius doctrina recedunt, licet Bossius ad argumenta, & instantias Cardinalis de Lugo, & Pasqualigi conetur respondere; sed ego propter reuerentiam debitam tanto Sacramento, quidquid sit de probabilitate speculatiua horum dubiorum, si in facti contingentia acciderent, puto in tali casu abstinendum esse à sumptione sacre Eucharistię.

Noto hęc obiter cum Bernal *vbi supr. n. 11.* quodd si credens iam esse mediam noctem communicet; & postea deprehendat, se communicasse ante mediam noctem, poterit post mediam noctem iterum communicare, etiam si post priorem communionem cibum sumpserit, dummodo sit ante mediam noctem, quia suo iure vtetur.

An senex sexagenarius robustus teneatur ieiunare post annum sexagesimum, si vouit ieiunare pro toto tempore vitę suę.

RESOLVTIO L.

PRO negatiua sententia P. Pasqualigus in *praxi de ieiunio, decif. 260.* me ipsum adducit, sed pro affirmatiua etiam me adducit P. Bossius in *Mor. tom. 3. titul. 21. §. 7. num. 372.* Vterque tamen non debet, quia ego tantum retuli sententias contrarias Sanchez, & Layman, vt obseruat Leandro *de præcept. Eccles. tractat. 5. dispnt. 8. quest. 21.* Sed modo clarè respondeo distinguendo. Dico itaque cum Leandro, non teneri ieiunare post annum sexagesimum, nisi alijs vouens expressè voluerit se obligare etiam in senectute: quia in hoc euentu ex se, & natura sua votum obligaret; licet se obligare adhuc posset, ex alio capite; nimirum si subiectum esset nimis debile, &c. Prima pars responsionis probatur. Quia vota particularia, & singularia, & præcipue solum bonum particulare vouentis respicientia, obligant; iuxta mensuram præceptorum Ecclesiasticorum: at præceptum ieiunij Ecclesiastici non obligat quem, post annum sexagesimum; ergo nec votum ieiunij. Sic Authores primę sententię debent sentire. Secunda verò pars responsionis, constat ex dictis. Quia votum ex natura sua obligat secundum intentionem vouentis; ergo si intentio vouentis se extendit expressè ad ieiunandum etiam post annum sexagesimum; etiam post hunc se extendet obligatio voti ex natura sua; licet per accidens, vt diximus, cessare possit obligatio ratione incapacitatis subiecti ad sustinendam talem obligationem. Itaque puto cum Basilio, sententiam Sanchez esse tenendam, vbi non constat vouentis intentionem fuisse, velle se obligare ad ieiunium etiam in ea ætate sexagenaria; quę intentio, vt ibidem notat idem Sanchez non colligitur ex eo, quod quis promittat, se ieiunaturum in perpetuum, vel toto vitę suę tempore: nam non ideo posset dici, vouentem non excusari ratione morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis; & ita etiam non potest dici non excusari ratione dictę ætatis sexagenarię

xagenariæ. Si enim votum illud ieiunandi certo die hebdomadæ, vel Vigiliæ, absque addito illo, in perpetuum, vel, toto vitæ tempore, sed absolute esset emissum, adhuc obligaret in perpetuum, nec tamen obligaret in prædictis casibus morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis, eo quod intelligatur, seu intelligi debeat instar præcepti Ecclesiastici, & non in hoc casu superuenientis ætatis sexagenariæ, in omnibus enim casibus non modus, & forma ieiunij, sed personæ considerantur; ergo illa expressio, in perpetuum, vel, toto vitæ tempore, nihil operatur, nec efficit, vt vouens ænseri debeat, voluisse, se obligare alio modo, & plusquam obligat præceptum Ecclesiasticum, nisi aliunde constet de intentione vouentis. Quod autem dicit Layman nempe, regulam illam, quod votum ieiunij obliget ad instar præcepti Ecclesiastici de ieiunio, procedat solum quoad formam; & modum ieiunij, non quoad personas, gratis dicitur: nam Doctores asserunt absolute, in dubio intentionis vouentis ieiunium, qualiter voluerit se obligare, votum obligare eo modo, quo obligat præceptum ieiunij Ecclesiastici ob rationem ibi assignatam; quod procedat illa regula, etiam quoad personas; probatur ex *Aymilla ver. totum, num. 10. Nauarro in manual. cap. 12. num. 39.* absolute dicentibus, à voto ieiunij excusare morbum superuenientem, non alia certe de causa, quia etiam excusat à ieiunio præcepti Ecclesiastici. Neque obstat illud de iuvene ante vigesimum primum annum vouente ieiunium, vel professore in Religione, cuius Regula omnes professos obligat ad ieiunium certo die hebdomadæ, vel aduentu. Nam cum iste voueat, aut profiteatur eo tempore, quo actu non obligatur, & scit, se non obligari præcepto Ecclesiastico ieiunij, censetur renunciare iuri suo, & velle se obligare ad ieiunium absolute, tamen tunc præceptum Ecclesiastici ieiunij illum non obliget. Pro confirmatione eiusdem sententiæ Sanchez addo etiam aliam regulam, quod in dubio benignior interpretatio accipienda est voto.

Notandum est hinc obiter, quod qui vouit ieiunium quotidie, v.g. per mensem, non tenetur ieiunare die Dominico, quidquid asserat Layman *lib. 4. tractat. 8. cap. 2. num. 9. in fine*, qui citat Bellarminum. Sed ego puto, si vouens expressè diem Dominicum non comprehendit, ad ieiunium non teneri. Ratio est, quia votum illud regulandum est iuxta modum, & consuetudinem Ecclesiæ quæ non solet ieiunare in diebus Dominicis; nec enim censendus est vouens se velle obligare contra consuetudinem Ecclesiæ receptam. Si verò aliquis vouisset omnibus diebus totius anni abstinere à carnibus, sunt cum eodem Layman, & Bellarmino locis citatis, asserendum, eum fore obligatum ab illa abstinere etiam diebus Dominicis; cum enim Ecclesia præcipiat abstinere à carnibus in Dominicis Quadragesimæ, abstinere à carnibus etiam in aliis Dominicis non potest dici esse contra ritum, aut consuetudinem Ecclesiæ (cum in illis carnes permissantur) sicut ieiunium, quod numquam in Dominicis seruatur, iuxta Ecclesiæ morem. Et idem dicendum, si

voluisset abstinere ab ouis, & lactiniis, aut aliquo alio cibo, v.g. piscibus ob eandem rationem, Et ita docet ex Sanchez,

Azor, & aliis, Bossius *vbi supra, num. 366.*

* * *

Anton. Diana, Pars X.

An Beneficiarius possit licitè absque assensu Apostolico locare fructus, & redditus beneficij ultra triennium.

RESOLVTIO LI.

NEGatiuè respondet Pyrrus Corradus. *de dispens. lib. 9. cap. 1. num. 3.* & Doctores, quos citat, & sequitur Angelus Bossius *in Mar. var. tom. 3. tit. 18. §. 6. num. 354.* Et ratio est, quia omnium rerum, & bonorum locatio prohibetur in d. Extrauaganti, ibi, omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum: fructus autem, & redditus beneficij, seu Ecclesiæ sunt res, & bona Ecclesiastica, cum ab Ecclesia proueniant, sintque eius Ministris assignata propter diuinum ministerium. Secundò probatur ex illa exceptione, ac de fructibus quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia; ex hac enim exceptione videtur manifestè probari, quod si fructus, & bona ultra triennium seruari possunt post triennium, locari non possunt. Et ita exceptio firmat regulam in contrarium. *l. nam quod liquidè, ff. de pen. leg.* Quare cum fructus beneficiorum percipiendi, & nascituri post triennium seruando seruari possint, & tunc etiam nulla detur exigentia vt alienentur, cum adhuc nati non sint, videtur rectè concludi ex prædicta Extrauaganti fructus beneficiorum ultra triennium nec alienari, nec locari posse. Tertio accedit ratio, qua motus fuit Summus Pontifex ad prohibendum locationem rerum, & bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium, quæ fuit, vt occurreret facilitati Clericorum, qui præsentem pecuniam pro pluribus annis recipientes, fraudarentur futuris alimentis, ad quæ sunt deputati redditus Ecclesiarum, & beneficiorum, & Ecclesiæ seruitia, ex quo conductores totum acquirunt, & ipsi nihil percipiunt, negligenter, iuxta *cap. si quis obiecerit 1. quest. 2.*

Sed licet hæc opinio sit satis probabilis. contrariam, quam ego sequor non minus probabilem esse puto, & illam tuentur Doctores, quos citat, & sequitur Castrus Palas *tom. 2. tractat. 11. dispur. unica, punct. 14. num. 12.* quibus ego addo Sopranum ad Filliucium *tract. 44. cap. 4. quest. 1.* & Scortiam *in Bull. Pontif. Theor. 115.* Probatur nostra opinio, quia Extrauag. *Ambitiosa*, ex proœmio illius desumenda est: cum generale sit legi ex Rubrica, sub qua collocatur, accipere interpretationem. Glossa Ord. *in l. 1. ver. pratorio, C. ne liceat tertio promouere*, vbi Bald. & scribentes, & pluribus exornant Alexander *l. 1. ff. si certum peratur, num. 3.* At in proœmio manifestum est de solis bonis Ecclesiæ Extrauag. loqui; inquit enim immobilia, & mobilia pretiosa Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ reguntur, & ministri alimonium vendicant. Ecce qualiter de bonis Ecclesiarum loquatur, non de redditibus proprij beneficij, & dignitatis. Neque obstat subinagi generalem prohibitionem omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum: quia per antonomasiam solum bona Ecclesiæ, bona Ecclesiastica nuncupantur. Tum quia illa generalis prohibitio debet intelligi iuxta Constitutionis proœmium, quæ est rebus Deo dicatis. Et ex his soluitur prima, & secunda ratio contraria. Ad tertiam concedo illam congruentiam sufficere, vt statuatur lex prohibens alienationes, & locationes fructuum beneficiorum pro tempore diuturno anticipatis solutionibus; at dum hæc lex non promulgatur, poterit beneficiatus eos pro libito durante vita locare. Vnde ex his apparet, quam satis probabiliter ego his diebus consultus respon-

K k 2 di,

di, etiam hodie non obstante præfata Extrauagante, *Ambitiosa, de reb. Eccles. non alien.* quæ omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum locationem ultra triennium prohibet fieri absque solemnitate, & inconsulto Romano Pontifice, Prælatum, aut Beneficiarium posse absque præfata solemnitate locare, cedere, & dare alteri ultra triennium commoditatem fructus, & redditus, ac prouentus ad ipsum ratione propriæ dignitatis, & beneficij attinentes, quos ex rebus, & prædijs beneficio annexis percipit. Et Clericum, qui habet pensionem, posse commoditatem pensionis, licet non ipsum ius pensionis ultra triennium cedere, vel locare absque beneplacito Apostolico.

Non desinam tamen adnotare cum Barbosa *de iure Eccles. lib. 3. cap. 30. num. 33.* quod attenda dispositione Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 11. de reformar.* redditus Cancellariæ Episcopalis, locari non posse, sed debere per proprios Episcopi Ministros exerceri censuit sacra Congregatio sub die 26. Augusti 1592. Quemadmodum etiam emolumenta tempore vacationis sedis Episcopalis prouenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut alijs vndequaque, nec ad Vicarium, nec ad Capitulum spectare, sed debere futuro successoris referuari, si ad Episcopum Ecclesia non vacante peruenissent, respondet eadem sacra Congregatio in Agrigentina 17. Aprilis 1627. Similiter quartam funeralem locari non posse resoluit eadem facta Congregatio in Cusentina 14. Decembris 1592. vt testatur idem Barbosa *locis cit.* & refert etiam Tamburinus *de iure Abbat. tom. 3. Diss. 14. quæst. 3. num. 3.*

Sed obiter ponam hîc dubium, de quo ego nuper per litteras interrogatus fui ex Belgio, nempe, An bona donata, seu relicta Ecclesiæ, seu Monasterio, aut loco pio bonorum immobilium capaci, ea conditione, vt possint alienari absque solemnitatibus, & assensu Apostolico, an inquam talis conditio sit adimplenda. Et negatiuam sententiam tenet noster amicus, & doctus Pater Bordonus *tom. 1. resolut. 29. num. 44.* qui citat Quarantam, & Bonacinam. Et ratio est, quia illa conditio, seu voluntas testatoris tamquam illicita, & turpis (vt pote contra iura, & constitutiones Pontificias, quæ prohibent res Ecclesiæ alienari absque solemnitate) non est seruanda, vt latè Couarruias *in cap. tua, num. 6. de testamento, & facit textus in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & haberi debet pro non adiecta, cum nemo possit facere, vt in dispositione sua leges locum non habeant. Glossa, & Panorm. in cap. verum, de condit. apposit.* Innocentius *in cap. verò, de foro comper.* Postquam autem Ecclesia acceptauit bona tali conditione donata, vel relicta, illarum dominium acquisitum est Ecclesiæ, & effecta sunt Ecclesiastica, & consequenter in eorum alienatione requiritur solemnitas à iure in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisita.

Sed affirmatiuam sententiam probabilem esse existimo, quam tuiur Marius Antoninus *var. lib. 1. resol. fin. casu 44.* dicens sic in puncto tenuisse Socium seniore *conf. 48. num. 4. & conf. 53. num. 16. vol. 1.* & Pyrrhus Corradus *de dispens. lib. 9. cap. 7. num. 14.* eam afferentes rationem, quod in traditione rei potest adiacere quæcumque pacta, & quæcumque conditiones, & leges, etiam cum tradit rem Ecclesiæ, *cap. verum, de condit. apposit.* cum quilibet rei suæ sit optimus moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati.* Ac proinde dispositio hominis facit cessare dispositionem legis, *l. fin. C. de pactis, & l. maritu, C. de procuratorib.* Et hanc senten-

tiam ait Pyrrhus se vidisse seruari in praxi, nempe actu petendi beneplaciti Apostolici super similibus alienationibus, bis se obseruasse supplicationes desuper non fuisse receptas, tamquam super re non necessaria porrectas.

Nota hîc obiter, quod P. Lezana *in Summ. tom. 3. cap. 19. num. 37.* cum Bonacina docet, quod pecunia data pro dote Monialis, quamuis non possit alienari, aut distrahi in alios vsus, quam vt de fructibus illius sustentari possit, potest tamen, absque licentia sacre Congregationis, insumi in emendo agro, vel vinea, vt de fructibus ipsius Monialis sustentetur. Sed optimè obseruat P. Bossius *ubi supra, §. 7. n. 413.* quod nisi verè vsus, & consuetudo ita habeat, omnino requireretur assensus Apostolicus, supposito, quod talis pecunia habeatur pro bono immobili, vt re vera habetur, & quia Ecclesia potest decipi, & damnificari in pretio, ergo.

An si conuentus, vel particularis Religiosus consignauerit in banco pecunia quantitatem cum fauore, possit inde extracta, illam distrahere, non obstante Paulina, & decreto sacra Congregationis.

RESOLVTIO LII.

Affirmatiuè respondet P. Bordonus *in Conf. regul. tom. 1. resolut. 27. num. 52.* Tum quia pecunia exposita negotiationi per contractum societatis, & finito negotio, seu tempore præfixo restituta potest distrahi, cum huiusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem in fructificando, vnde vna ex conditionibus est, vt non possit fieri pactum, Saluo Capitali, ex Sixto V. *Constit. 45. Detestabilis*, quam extendit Naldus *ver. Societas.* Sed bancum dictum sic negotiatur per contractum societatis; ergo huiusmodi pecunia distrahi potest, sicut si daretur particulari personæ, & eo magis cum possit repeti ad arbitrium reponentis, & sic pater, multum discrepare à censu, cuius pecunia repeti non potest, sed tantum accipi, quando offertur ab eo qui censum vendidit, & in censu adest perpetuitas quæ non in banco. Tum quia sicuti voluntariè exposita fuit lucro, ita illo expoliari potest per repetitionem, quod bancum negare non potest, ac proinde tunc amittit rationem rei pretiosæ, cum non amplius dicatur frugifera ex conditione ipsius contractus, & sic nulla est secunda ratio in contrarium adducta. Nec dicas, pecunia, censu extincto, non amplius dicitur frugifera, ac proinde neque pretiosa; ergo alienari poterit; quia respondeo, pecuniam exponi per contractum Censu, vt perpetuo sit frugifera; cum non possit repeti ab exponente, vtrique vera pecunia Banci, quod signum est perpetuo non exponi lucro; deinde per pecuniam censu emptor emit tale ius, quod computatur inter immobilia, cum fundetur in re stabili, & frugifera. Clem. *exiui, de verborum significat. & ibi Gloss. ver. Cumque annui*, ius autem, quod competit danti pecuniam ad Bancum non est quid immobile, sed mobile, & reuocabile ad nutum dantis. Ita Bordonus, cui ego addo Castrum Palaum *tom. 2. tractat. 11. disput. vnic. punct. 15. §. 1. num. 6.* Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. num. 2.* & alios. Itaque hanc sententiam probant Palaus, & Bordonus, quia non est obligatio in bancis Camporum conseruandi, cum solum ibi ponatur interim, dum se offert necessitas illam consumendi, sicut enim voluntariè fuit exposita lucro, ita potest repeti, nec bancum potest negare, sicut non negatur,

negatur, ut patet in banco S. Ambrosij Mediolani; restituta autem est res mobilis ut Boërius *suprà*, nec habet rationem rei pretiosæ, cum non amplius dicitur frugifera ex conditione ipsius contractus. Cum igitur huiusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem fructificandi, quantum est ex vi contractus, ut contingit in pecunia exposita in emptione census, debet computari inter mobilia, quæ servando servari non possunt. At si hæc ratio valeret, etiam pecunia Ecclesiæ collocata in montibus, seu loca montium, dicerentur bonum mobile, ac alienabile absque solemnitate; cum talis pecunia voluntariè collocetur in prædictis montibus, & possit repeti, & non sit perpetuo frugifera, quantum est ex conditione contractus, & ut redditus dicatur res immobilis sufficit ut duret ad longum tempus, nempe ad decennium, vel ad beneplacitum, ut pariter supra ostensum est. Et idè ex hac ratione novissimè Pater Angelus Bossius in *Mor. Var. tom. 3. tit. 18. §. 6. num. 417.* putat non esse recedendum in casu proposito à negatiua sententia; nam pecunia notabilis, quantitatis posita in banco camporum (cuiusmodi Lugduni, Genæv, Venetiis, & etiam Mediolani Bancum S. Ambrosij) seu Cambiis, fœnori apud campores, vel argentarios, seu mercatores, seu actuali negotiationi cum lueto exposita. Hanc enim non nomine mobilium, sed immobilium venire, & comprehendere, tradunt Baldus in *cap. cum causa, de re iudic.* Bossius, & alij: quod probatur, quia repositum ad honestum lucrum dicitur in redditu annuo, ut loco citato Simoncellus, dicens esse clarum; annui autem redditus inter immobilia computantur. Clem. *Exiit de paradiso, de verb. sign.* & latè supra ostensum est; quare si huiusmodi pecunia sit minoris, non potest alienari sine iudicis decreto, ut loco citato Simoncellus: Si Ecclesiæ, non poterit alienari sine solemnitate iuxta sacros Canones, & Extravagantem, *Ambitiosa*: In alienatione rerum Ecclesiæ requisita. Quod magis confirmat Simoncellus, quia bona minoris, & Ecclesiæ, quæ servando servari possunt, non possunt alienari non servatis debitis solemnitatibus, ut de bonis minoris, *leg. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum, & de rebus Ecclesiæ. d. Extravag. Ambitiosa.* Sed huiusmodi pecunia dicitur posse servando servari, cum illa res dicatur posse servari, ex qua fructus percipitur, & nihilominus servetur. Videtur autem citra dubium, quod huiusmodi pecunia conservatur, ex eaque fructus percipitur, non minus quam ex possessionibus, & prædiis. Vide etiam Quarantam *versu alienatio, num. 25.* vbi etiam dicit, pecuniam Ecclesiæ, quæ conservatur, ut deseruiat, pro locatione ad pompam, iuxta *l. 3. §. fin. cum seq. ff. commodat.* non posse alienari sine solemnitate, & causa; eo quod, cum talis pecunia sit in fructu, connumeretur inter immobilia, vel saltem mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt.

Itaque ex omnibus dictis ego puto utramque sententiam circa propositam questionem in titulo resolutionis suam habere probabilitatem; sed an census computetur inter bona mobilia, & pecunia retracta ex redemptione census Ecclesiæ possit distrahi absque facultate Apostolica, vide nostrum Pasqualigum in *qq. Canon. Centur. 2. q. 173. per tot.*

* * *

Anon. Diana, Pars X.

An Superiores possint in contractu licito absque solemnitate obligare bona Ecclesiæ sub hypotheca generali, non obstante Paulina, & decreto Urbani VIII.

RESOLUTIO LIII.

Afirmatiuam sententiam tenet Bordonus in *Consil. regul. tom. 1. resolut. 27. num. 13.* Pyrrhus Corradus de *Dispens. lib. 9. cap. 9. num. 3. in fine*, & Doctores, quos citat, & sequitur Ciardinus *tom. 2. cap. 183. num. 107.* vbi sic ait: Certum est, Prælatum Ecclesiæ, vel Capitulum Cleri tam Regularis, quam Sæcularis, non posse speciali hypotheca obligare bona stabilia, vel pretiosa pro quocumque contractu, siue mutui, siue empti, vel alterius generis sine licentia Pontificia, & iuris solemnitate, quia specialis hypotheca est à iure prohibita, ut habetur in *cap. nulli.* vbi Bero. *num. 9. de reb. Eccles. non alien.* & in *§. nos igitur, in fin. & §. quia verò, in auth. de non alien. & permut.* Verùm si loquimur de contractu celebrato ab Ecclesiæ, eiusve Prælato ex aliqua iusta causa, & non prohibito per d. Extravag. *Ambitiosa*, neque per *d. cap. nulli*; aut alias iure, ut est emptio, venditio, locatio, mutuum, commodatum, & similia, quæ permittuntur etiam Prælati Ecclesiasticis ob Societatem humanam conservandam; nimis enim incommodum esset Ecclesiæ Prælati, & Ecclesiasticis, si nullo modo contrahere possent, tunc, si huiusmodi contractui licito, & permisso per se, accedat hypotheca generalis omnium bonorum Ecclesiæ, vel Monasterij, utique talis obligatio tenet sine aliqua solemnitate assensus Apostolici: quia leges hypothecam prohibentes loquuntur de hypotheca nullum supponente contractum licitum ex parte hypothecantis, non autem quando contrahens Ecclesiasticus suo contractui licito, & ex causa iusta adiungit huiusmodi hypothecam, quia tunc illa sequitur naturam contractus, cui apponitur, sicut accessorium suum principale, & idè sicut permittitur ille contractus licitus emptionis, vel mutui, aut similitium, sine beneplacito Apostolico, ita generalis hypotheca ei accessoria, & sic communiter tradunt omnes, quod obligatio generalis bonorum Ecclesiæ contracta occasione emptionis, vel contractus permitti sit valida absque assensu Apostolico, ut latè probat Bero. in *d. cap. Nulli, num. 11. 12. 13. 14. 15. de reb. Eccles. non alien.* Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 7.* Redoan. *d. tract. quest. num. cap. 16. num. 12. & quest. 51. cap. 29. num. 12.* vbi habetur, quod Prælati contrahendo potest generaliter pro observantia contractus obligare bona Ecclesiæ sine licentia Episcopi, prout in praxi servatur; sic etiam tenet Molin. de *iust. & iur. tract. 2. disp. 466. in princ.* Bonac. *disp. 3. de contract. feud. quest. 8. part. 4. num. 31. in fine.* Ferdin. à Castro Palao *moral. part. 2. tract. 12. disp. unic. punct. 15. §. 2. num. 12.* Plures refert Barbosa in *collect. ad d. cap. Nulli, num. 5. de reb. Eccles. non alien.* Latè etiam Bordon. *d. resol. 27. num. 4. 13. 58.* vbi rationes adducit. Lezan. in *Summ. quest. regular. verb. alienare, num. 5. post medium, verb. An autem possint, tom. 3.* vbi ponit rationes; & ita censuit Rota in *Amerina bonorum coram Eminentissimo Verospio, 19. April. 1645. Et coram Roia 21. Februarij 1642. & 2. Junij 1645. §. Nam licet*, vbi ponit rationes. Et ita fuit decisum per sacram Congregationem Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, sub die 14. Julij 1638. vbi censuit in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis, non esse comprehensam hypothecam generalem; & ratio est,

Kk 3 quia

quia, cum Ecclesia ex huiusmodi contractibus, acquirat, & penes se recipiat pecunias, vel bona secum contrahentis, potest sub hypotheca generali obligare sua bona, quia talis obligatio generalis non est comprehensa sub prohibitione alienandi bona Ecclesiastica, ut per Doctores in d. cap. Nulli. ubi Berous num. 12. 13. & seq. & Barbof. num. 5. de rebus Eccles. non alien. Redoan. d. lib. Nam hypotheca generalis per se ipsam nihil sapit alienationis, cum per eam non transferatur ius in re. §. item Seuciana, Instit. de act. l. si rem, §. proprie, ff. de pignorat. action. Et ideo licet in Extrauag. Ambitiosa, ubi interdicitur alienatio bonorum Ecclesie prohibeatur etiam hypotheca simpliciter sub forma generis; tamen cum sub se non contineat nisi ea, quae sunt eiusdem naturae, secundum Bald. l. 1. n. 1. C. commendat. sequitur quod non possit comprehendere hypothecam generalem tamquam diuersae naturae ab alienatione, ad quam hypotheca generalis non est directe, & principaliter ordinata; sed ut magis creditori cautum sit, ad eam ut per eam non possit sequi alienatio, nisi in consequentiam, & secundario, ut in l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. Concludendum est, generalem hypothecam non esse à iure prohibitam, ut per Bordon. d. resol. 27. n. 13. ubi docuit etiam iura ex aduerso allegata procedere in casu, ubi hypotheca sit sine vilo contractu, quod vix dari potest. Et ideo sic ut supra dictum est bene, & melius fuit dictum in hac parte per Rot. in d. Amerina bonorum 2. Junij 1645. §. nam licet Dominici. Hucusque Ciarlinius.

Itaque secundum hos Doctores, & praesertim Ciarlinium, quando Ecclesia, seu Praelatus, & Capitulum ex iusta causa celebrat sine assensu Apostolico aliquem contractum, ex iusta causa non prohibetur in d. Extrauag. Ambitiosa, nec in d. cap. nulli, puta venditionem, emptionem, locationem, mutuum, commodatum, & similia, quae permittuntur etiam Praelatis Ecclesiasticis ob Societatem humanam conseruandam, pro eius obseruatione possant licite, & valide omnia bona obligare absque assensu Apostolico. Quod etiam confirmat, quamuis incommodum, inquit, esset Ecclesiarum Praelatis, & Ecclesiasticis, si huiusmodi contractui licito, & permisso per se, & ex quo Ecclesia acquirit, & penes se recipit pecunias, vel bona secum contrahentis, non posset absque alia solemnitate assensus Apostolici addere hypothecam generalem omnium bonorum, & Ecclesie, & Monasterij, leges enim hypothecas prohibentes loquuntur de hypotheca nullum supponente contractum licitum ex parte hypothecantis, non autem quando contrahens Ecclesiasticus suo contractui licito, & ex causa iusta adiungit huiusmodi hypothecam, quia tunc illa sequitur naturam contractus, cui apponitur, sicut accessorium suum principali; & ideo sicut permittitur ille contractus licitus emptionis, vel mutui, aut similibus sine beneplacito Apostolico; Ita generalis hypotheca ei accessoria. Subdit tamen Ciarlinius, quod si Praelatus Ecclesie vellet ex se vendere bona stabilia generaliter hypothecata pro satisfaciendo creditoribus, non posset id facere sine assensu Apostolico, quia tunc venditio est potius voluntaria, quam necessaria per tradita à Quaranta, verb. alienatio, num. 58.

Sed his non obstantibus huic sententiae non adhaeret nouissime Angelus Bossius in Mor. var. tom. 1. tit. 18. num. 6. cum quia stante hac opinione facile fieri posset fraus legi; Tum quia verba d. Extrauag. Ambitiosa, & d. Decreti sacrae Congregationis sunt ita generalia, ut nulla ratione admittant interpretationem à Molina, Ciarlinio, & aliis datam, ut de-

bant intelligi de sola hypotheca speciali; & dum tam in Paulina Ambitiosa, quam in d. Decreto excipiuntur casus à iure permitti, intelliguntur casus permitti à iure, scilicet, necessitas Ecclesie, vel alendorum pauperum, vel Ecclesie utilitas; intelliguntur etiam casus, qui expressè non sunt in iisdem Paulina, & Decreto vetiti, cuiusmodi est hypotheca omnis, cum sub nomine hypothecae comprehendatur tam generalis, quam specialis, & colligitur etiam ex fine Summorum Pontificum in d. Paulina, & in d. Decreto, qui fuit excludere omnem viam, per quam Ecclesiis, & Monasteriis sequi posset detrimentum ex bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium facili alienatione, & distractione inconsulto Romano Pontifice, ut constat ex proemio dicti Decreti. Hinc pecuniae ad cambium, vel mutuo acceptae cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis comprehenduntur sub Decreto Sacrae Congregationis, quod prohibet Regularibus quaecumque alienationem bonorum Monasteriorum immobilium, & pretiosorum mobilium. Ad ea verò, quae tradit Ciarlinius, & Bordonius responderet non posse dici legitimum contractum, per quem Ecclesia contrahit debitum, pro cuius satisfactione, seu solutione debeant alienari, vel deueniri possit ad alienationem bonorum immobilium, vel pretiosorum mobilium, si celebratus fuit sine assensu Apostolico, vel licentia expressa Sacrae Congregationis, supposita d. Extrauag. Ambitiosa, & d. Decreto Sacrae Congregationis, in quibus prohibetur, bona praedicta Ecclesie, vel Monasteriorum obligari, ac subiici hypothecae cuiuscumque absque assensu Apostolico, aut licentia eiusdem Congregationis; & ita prorsus sentit Additior ad Quaranta loco, num. 4. citato, ubi aduertit quod tunc dicitur debitum legitime contractum ab Ecclesia, quando fuit cum assensu Apostolico, alioquin non possunt bona Ecclesie obligari, ut fuit dictum supra ampliatione tertia, scilicet, ut tradit Quaranta allegato, num. 17. Quo autem ad illam declarationem Sacrae Congregationis à Ciarlinio citatam, si extat, videtur illa repugnare alteri declarationi mox adductae. Vnde ex his optatem resolutionem huius dubij, re maturius iterum considerata à S. Congregatione declarari.

Notandum est tamen hic, quod etiam stando in opinione Bossij supra dicta procedere obligando in genere bona immobilia, vel pretiosa mobilia, nam obligando solum fructus bonorum immobilium, & mobilia non pretiosa Praelatus, & Capitulum Ecclesie, seu Monasterium poterit absque solemnitate, quam iura ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum requirunt, pecuniam mutuo accipere; cum Praelatus, & Capitulum, & Monasterium habeant liberam administrationem fructuum, & aliorum bonorum mobilium non pretiosorum, ut etiam tradunt Panormitanus in d. cap. penult. n. 5. de fideiussoribus, & Molina, tom. 2. de Instit. d. disp. 300. num. 2. vers. Quando vero. Qui proinde dicunt, quando Praelatus, & Capitulum accipiunt mutuum, ad cuius solutionem non est necesse deuenire ad alienationem bonorum immobilium, vel pretiosorum mobilium, sed posse satisfieri de fructibus, & aliis bonis, cum Praelato, & Capitulo competat libera administratio horum bonorum, ad illarum alienationem non esse necesse, quod ni constet in Ecclesie utilitatem euidenter fieri; atque ad eam etiam qui mutuo dedit pecuniam Praelato, Capitulo consentiente illam repetentem, non teneri probare pecuniam fuisse in utilitatem Ecclesie versante.

Declaro tamen, id procedere si mutuum sit accipitum

ptum absque vlla obligatione aliquid pro eo soluendi: nam si à Regularibus accipitur, petitur cum obligatione soluendi lucrum cessans, vel damnum emergens, id non posset fieri, etiam si tantum fructus, & alia bona mobilia, & non immobilia, nec pretiosa mobilia obligarentur pro restitutione pecuniaz mutuo acceptæ, & solutione lucri, & damni: hoc enim Regularibus prohibere intendit, & citra dubium prohibet sacra Congregatio in d. Decreto, quod datum fuit Romæ die. 21. Maij 1626. & per extensum refert Barbosa de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 30. num. 16.

An, si extra tempus Diuinorum officiorum posset Canonicus, seu Prabendarius expedire negotia propria Ecclesia, in cuius utilitatem abest, licite accipiat distributiones.

RESOLVTIO LIV.

Negatiuam sententiam docent plures, quos citat, & sequitur Moneta de distribut. part. 2. quest. 5. num. 43. Sed ego contrariæ sententiæ adhaereo; tum quia Beneficiarius re vera tempore Diuinorum officiorum est occupatus in euidenti utilitate Ecclesiæ, ac proinde ei debentur distributiones iuxta priuilegium contentum in cap. Vnico: quod priuilegium esse sine dubio nullum, aut minimum, si occupati in euidenti utilitate Ecclesiæ tenerentur præuenire, aut postponere, vt possent se seruare indenes: quin potius præ cæteris grauantur, vt pote, qui, aliis vacantibus, tenerentur laborare in utilitatem Ecclesiæ, & præterea Choro assistere, æque ac alij. Et ita docet Bonacina de Hor. Can. disp. 2. quest. 5. punct. 1. num. 16. cum aliis.

Notandum est hîc obiter primò quod Canonicus dispensatus in ætate etiam lucrabitur distributiones, nam dispensatus circa principale, est etiam dispensatus in accessoriis; Ita Moneta 2. de distribut. q. 19. num. 44. Bonacina, 2. de Horis Can. quest. 3. punct. 5. & 4. & nouissimè ita declaratum per Congregationem Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini. Et idem procedit, si Canonicus ordine Sacro initiatus non sit, nam quoad distributiones sufficit assistentia in choro, nisi aliter consuetudine, aut statuto fuerit introductum, & obseruatum, ex Clement. 2. de atar. & qualitat. obseruant. Moneta 2. de distribut. q. 19. n. 3. Bonacina, d. quest. 2. punct. 2. n. 1. & 2. Quidquid de non initiato ordine suo Canonicatui annexo, videndi Moneta ibid. quest. 20. n. 31. At hoc procedit quoad capiendas distributiones, aliud quidem est quoad vocem in Capitulo, quæ requirit saltem Ordinem Subdiaconatus; vt in d. atar. & qualitat. Moneta, 2. de distribut. quest. 20. num. 5. Bonacina, punct. 3. ex num. 5. citato loco, ubi n. 7. aliud admittit in conuocando Capitulo, si ille, cui hoc incumbit, ordinem Sacrum non habebat, quia non est actus iurisdictionis.

Nota Secundò, quod distributiones percipit Canonicus assistens Choro, & Diuinis officiis, licet non sedeat proprio stallò, nec sit indutus vestibus solitis, nisi aliud statuto, aut consuetudine seruetur; ita Moneta 2. distribut. quest. 19. ad fin. Bonacina, de Horis Can. quest. 4. punct. 2. n. 14. Castro Palao, 2. tom. tract. 7. disp. 3. punct. 5. num. 3.

Nota Tertio, quod Canonicus lucrabitur distributiones, si desinat horis Canonicis assistere propter aliquam iustam causam, vt si se excuset propter recipiendum hospitem, vel quod radat barbam, & ex aliis causis, de quibus in sequentibus; ita specia-

tim loquendo, docent Nazarr. cap. quando, sine tract. de Orat. & Horis Canonicis, cap. 5. num. 21. in Latino (licet in Hispano num. 19. contrarium voluerit) quem sequitur Sanchez 2. consil. moral. cap. 2. d. 97. num. 2. qui loquuntur, non solum dum verè tempore horarum deoccupatur illis in causis; verum dum differt occupationem illam, nempe radere barbam, & recipere hospitem, &c. ad tempus extra horas, vt si ad noctem, nam, & tunc putant non teneri ad restitutionem distributionum, quia causa in se vera fuit, & si translata ad aliud tempus, nihil tamen detrahit cultui Diuino, quæ opinio probabilis est, valde æqua, & notabilis. Ita Escobar tract. de Hor. Can. quest. 5. num. 80. qui etiam notat, infirmitatem esse iustam causam, vt distributiones lucrarentur, & ideo Canonicus illas lucrabitur, si ad Ecclesiam se conferre non potest ob debilitatem crurium, seu tibiaram, ex Moneta 2. part. quest. 6. num. 16. Menoch. de arbit. casu 60. num. 14. & seq. Bonacina 2. de Horis Can. q. 3. punct. 1. num. 13. Qui ex consilio medici dorso non egreditur ob timorem grauis damni, Moneta d. q. 6. num. 8. Qui causa recuperandi vires, vel mutandi aërem aliò se transfer, maximè ex consilio Medici, Bonacina num. 4. & 5. Qui podagram patitur. Bonacina sub d. num. 13. Barbosa de Canonic. cap. 24. num. 31. & de iure Ecclesiasti. 3. part. q. 12. num. 58. Moneta 2. de distribut. quest. 6. n. 18. Qui causa salutis ad balnea proficiscitur. Trullench 1. Decalogi, cap. 8. dub. 8. num. 3. Qui causa celeberrimi Medici, vel salubrioris aëris illuc se confert ex Physiici consilio. S. Faust. lib. 3. de Horis Canonic. Qui causa purgandi corpus aut minuendi sanguinem, domi se continet, Trullench 1. Decalogi, cap. 8. d. 9. num. 2. ubi num. 3. & eo qui cantu defatigatus à choro discedit, vt paululum respiret, ex Moneta, & Bonacina, quos citat. Qui cæcus est, ex Menoch. d. casu 60. num. 14. & seq. Cened. d. q. 1. num. 13. Moneta 16. & à Rota pluries resolutum tradit Barbof. d. cap. 24. num. 29. & duobus seqq. & ad Trident. num. 107. Quamuis in rei veritate mihi non displiceat opinio Sanchez 2. consil. moral. cap. 2. d. 90. num. 7. dicentis, cæcitatem, vel surditatem non præstare causam sufficientem lucrandi in absentia distributiones, quia choro adesse non nocet huic morbo, & chorus sua præsentia autorizatur, ex Nauarr. cap. quando 19. num. 81. & 82. & tenet nouissimè Ioan. Ægid. Trullench. 1. Decalogi cap. 7. dub. 28. sub. num. 8. Quæ omnia procedunt etiam si Canonicus infirmittatis nactus fuerit ex propria culpa, nam adhuc consequeretur distributiones; Ita Sanchez 2. consil. moral. cap. 2. dub. 91. plures nouissimè cumulat Velasco: 1. de priuileg. pauper. quest. 4. num. 15. Bonacina supra num. 7. Barbosa de Can. cap. 34. num. 35. Et hoc etiam procedit: quamuis ita sua culpa obuenerit infirmitas, quod data opera eam procurauerit animo se excusandi ab assistentia chori; adhuc enim in conscientia poterit lucrari distributiones, quia ius infirmitatem respicit, non animum. Ita Bonacina 2. de Horis Canonic. d. quest. 5. punct. 1. num. 7. quem sequitur S. Faust. l. 3. de Horis Canonic. quest. 29. contra Couarr. 3. var. cap. 14. n. 8. Moneta 2. de distribut. q. 7. n. 11. fin. Existimantes, non posse lucrari distributiones, quia in hoc casu culpa fuit præordinata ad casum, & prodesse non debet; Quorum opinio indubia, & certissima est, quoad peccatum, ex illo prauo animo seddendi se impotentem ad non assistendum Choro; ac postea, supposita infirmitate, & assistendi impotentia, nullum, non assistendo aderit peccatum, & vt probabile est, nec obligatio restituendi, probabilius tamen contrarium iudico, quia ex suo dolo animo non debet commodum reportare ex iuribus constantibus

stantibus, & notis. Vide circa idem Garciam de Benefic. 3. part. cap. 2. num. 363. Sanchez, 2. consil. Moral. cap. 2. dub. 91. Castro Pal. 2. tom. disput. 3. punct. 9. §. 1. num. 3. Barbol. 3. de Iure Ecclesiast. cap. 17. num. 61. & de Canon. & dignis. cap. 24. num. 35.

An verò hæc opinio admittenda sit, etsi obuenerit infirmitas tempore quo erat absens sine iusta causa, & sic dum non poterat percipere distributiones, nam supposita infirmitate, si habeat animum redeundi, & assistendi inuenitur verè impeditus sua infirmitate; ita satis probabiliter docet Bonacina 2. de Hor. Canon. quest. 5. punct. 1. num. 6. probabilius tamen censeo contrarium, dum absentia iniusta erat, vt loquimur, secus si iusta; sic Sanchez 2. consil. moral. cap. 2. dub. 90. num. 6 & aliis relatis Castro Palao, 2. tom. tract. 7. disp. 3. punct. 9. §. 1. num. 6.

An dispensatio à Pontifice concessa, & signata valeat in foro conscientie.

RESOLVTIO LV.

AD hunc casum satis practicabilem respondeo, quod Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 29. n. 12. agens de intellectu regulæ Cancellariæ 50. Gregorij XII. in qua dicitur, quod nulla dispensatio, licet aliàs viua voce Summi Pontificis concessa, vel iam per manum eiusdem Summi Pontificis signata cuiquam in iudicio, vel extra iudicium suffragetur, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint expeditæ, seu confectæ, quæ regula hodie est 52. dicit mentem Pontificis in illis verbis, extra iudicium, non esse, vt dispensatio iam à Summo Pontifice concessa, & signata, non valeat, aut profit in foro conscientie (sicut antea, quando in dicta Regula tantum dicebatur, quod dispensatio non suffragaretur nisi litteris expeditis, talis dispensatio ex sola signatura censebatur quoad substantiam valida, & prodesse in foro conscientie, vt est communis Doctorum sententia, quos referunt, & sequuntur Sanchez, d. disput. 19. & Gazias de Benefic. part. 4. cap. 2. num. 28. & 30.) sed solum vt extra forum conscientie ad nullum alium effectum proferat, siue verè, & propriè iudiciū sit, quale est contentiosū inter partes, siue ad alios effectus, vt quis velit ratione huiusmodi dispensationis nondum litteris expeditis admitti ad aliqua officia, siue ad alios actus in iudicio, vel extra, quorum seclusa dispensatione est incapax. Confirmat Sanchez, quia Regula, non dicit, vt dispensationes non valeant, sed vt non suffragentur in iudicio, vel extra; ita vt si aliquis, etiam extra iudicium se opponat, non suffragetur talis dispensatio, & hanc doctrinam, seu intelligentiam præfatæ Regulæ approbat etiam Ioannes Lugo, de Iust. tom. 2. d. sp. 22. n. 263. Ex hæc omnia docet etiam Bossius, in Mor. tom. 3. tit. 14. §. 1. num. 164.

Confirmatur opinio suprascripta ex doctrina Molinæ de Iust. tract. 2. disp. 81. & Basilij Pontij de Matrim. lib. 5. cap. 5. num. 14. quærentium, an si lex, vel statutum decernat, vt testamentum sine solemnitate factum nullam faciat fidem in iudicio, & extra iudicium, an censeatur ipso facto etiam quoad forum conscientie irritate testamentum sine tali solemnitate conditum. Et respondent, per huiusmodi legem seu statutum nullam auferri vim à testamento sine tali solemnitate facto, si alias valeat iure gentium, & naturali inspecto, sed, solum decerni, vt tale testamentum non faciat fidem, sitque insufficiente, vt ex illo quicquam vel in iudicio, vel extra iudicium probetur, & ita per tale testamentum non

posse impediri hæres ab intestato, quin hæreditatem obtineat per iudicis sententiam, vel etiam absque iudicis sententia, & hoc idem probabile putat Ioannes de Lugo, tom. 2. de Iust. dicta disp. 22. n. 263. si enim lex vellet ipso facto reddere testamentum huiusmodi nullum omninò, etiam in foro conscientie, dixisset, vt testamentum aliter factum non valeat. Verùm, his non obstantibus, Salonijs in 2. 2. D. Thoma, quest. 5. de dominio, art. 3. & Vasquez opuscul. de testam. cap. 3. dub. 1. num. 1. putant in hoc casu, legem, seu statutum reddere nullum, & irritum testamentum ipso facto etiam in foro conscientie; quia eo ipso quod lex statuit, vt nullam faciat fidem etiam extra iudicium, vult nullam habere vim etiam quoad forum conscientie, alioqui illa verba, etiam extra iudicium, nihil operarentur. Vnde Ego puto, vtramque sententiam probabilem esse; sententiæ tamen Pontij, & Molinæ tamquam probabiliori magis adhæreo.

Sed quia casus propositus in titulo resolutionis est satis, vt dixi, practicabilis, nota quod affirmatiuam sententiam, quam superius docui post hæc scripta inueni docere nostrum amicissimum, & doctum Pasqualigum in Decisionibus variis, decis. 411. vbi probat, ad perfectionem gratiæ sufficere, quod signetur supplicatio, quia gratia non habet aliam causam efficientem, nisi voluntatem Pontificis, seu Principis; vnde hac posita, & manifestata per scripturam, qualis est signata supplicationis, habetur completa ipsa gratia; nam posita completa, & perfecta causa habetur completus, & perfectus effectus. Expeditio autem litterarum non continet aliquod complementum gratiæ, sed tantum authenticationem in foro fori, & inseruiunt, vt auctoritatiuè constet de concessionibus. Clausuræ autem illæ, quæ apponuntur in litteris non pertinent ad concessionem gratiæ, quasi sine ipsis non habeatur concessio, sed sicuti formulæ visitate litterarum; sunt enim formulæ explicationis concessionis, non autem formæ concessionis: sed supponunt concessionem factam iuxta formam supplicationis petitoris: quia signatio supplicationis facit, quod intelligitur concessum quidquid in ipsa petitum fuit: & pertinent tantum ad stylum Curie, quo concessio facta expediri, & explicari solent. Ex quibus patet, quod potest quis vti sibi gratia facta à Pontifice ante expeditionem litterarum, quantum spectat ad forum conscientie, quia ante expeditionem habetur perfecta concessio; quæ licet non admittatur in foro fori, in foro tamen conscientie valet: quia iam de ipsa constat apud tale forum. Hæc Pasqualigus, quæ etiam superius firmat Sanchez, & Bossius, quibus profus adhæreo.

An si Emphyteuta iuret, se singulis annis pensionem soluturum sub pœna incidendi in Commissum, si non soluat in pœnam incidat.

RESOLVTIO LVI.

SVppono ex Eminentissimo Cardinali Lugo de Iust. tom. 2. disp. 30. sect. 1. num. 87. & aliis communiter quod in contractu emphyteutico, si pensio debita per triennium non soluitur, res emphyteutica redeat ad dominum proprietatis, cum omnibus meliorationibus, & operibus ab emphyteuta factis, nisi ignorantia, vel legitimum impedimentum excusauerit. Si verò dominium proprietatis spectabat ad Ecclesiam, sufficit si per biennium pensio non sit soluta, nisi celebri satisfactione emphyteuta sibi consular,

consulat, cap. *potuit*, de loco. Praxis tamen est, vt semel admoneatur, ac si statim soluat, purgatur mora; si non soluit, cadit, in commissum. Hoc supposito, difficultas est, an idem dicendū sit si emphyteuta iurauit, se singulis annis Canonem soluturum; Quæstio est curiosa, ad illam affirmatiuè respondet Baldus in cap. *quærelam*, vers. *nota*, quod propter duas, extr. de iniur. & ita in facti contingentia consuluit. Alex. conf. 81. lib. 1. seque ita vidisse obseruari, scribit Francisc. Curt. in l. *si quis maior*. C. de transact. Catell. Cor. in memorab. in verb. *emphyt.* Eaque sententia est communiter recepta Rol. à Valle conf. 6. num. 42. & conf. 77. num. 18. vol. 1. & conf. 25. num. 23. vol. 2. Bertazol. in d. l. *si quis maior*. num. 276. quæst. 18. Bolognet. conf. 31. col. 3. Bouer. in tract. de virib. iur. num. 22. Gozadin. conf. 69. num. 9. vol. 1. Marsil. in sing. 226. Natta conf. 426. n. 21. Ripa in c. ex parte n. 20. de rescript. Gabriel l. 3. tit. de transact. conclus. 1. n. 41. Nisi paupertatis impedimentum fuerit excusatus.

Verum hæc sententia Baldi, & sequacium Clar. in §. *emphyt. quæst.* 8. non probatur, cum ea sit natura contractus emphyteutici, vt emphyteuta ob cessationem dumtaxat triennij iure suo cadat, iuramentum contractui emphyteutico simpliciter appositum, hanc contractus naturam non immutauit, traditum nempe est, quod iuramentum sequitur naturam contractus super quo interponitur, l. *fin.* & ibi Bartol. Baldus, & Salicetus, & alij, C. de non num. pecun. Et iuramentum appositum in contractu recipit omnes condiciones, & subauditiones, & limitationes, quos contractus ipse habet, cap. *quomadmodum*. & ibi Panorm. in 7. notab. extr. de Iureiuran. Et nulla lege cautum repetitur, quod emphyteuta sit priuandus ob periurium, & hanc posteriorem sententiam Curt. lun. in d. l. *si quis maior*. C. de transact. eamque tamquam veriorem defendunt Couar. in c. *quamuis*, de part. in 6. & in 4. §. *prima partis relect.* num. 5. Borcholt. de feud. cap. 3. num. 21. Becc. in conf. 104. num. 9. & in conf. 109. num. 15. Quibus omnibus adde ex Theologis Patrem Molinam de Iust. tom. 2. tract. 2. disp. 453.

Probat hęc opinio, quia iuramentum assumit naturam actus, cui apponitur, & secundum eam intelligendum est. Nam etsi necesse non est, iuramentum sequi condiciones accidentales, necesse tamen est, illud sequi condiciones naturales, ac primordiales actus, quem assumit quod principium probari potest exemplis, vt quia natura matrimonij exigit consensum perfectè liberum, consensus metu extortus, etiamsi iuratus sit, non obligat. Quia professio Religionis requirit consensum perfectè deliberatum, professio ante annum decimum sextum expletum edita, etiam iuramento confirmata, valida non est. Quia natura venditionis completur traditione, per quam rei venditæ diuinum transfertur, etiam si quis sub iuramento rem vendat vni, quam postea tradat alteri, prima venditio, etiam si iurata sit, non tenet contra secundum emptorem, cui cum venditione tradita est res. Quia donatio ex primæua sua origine postulat vt reuocari possit, quotiescumque post illam donator liberos susceperit, nulla donatio, etiam iuramento confirmata post susceptos liberos, donatorem obligat ad illam non reuocandam. Quia igitur primordialis natura contractus emphyteutici est, vt res emphyteutica non amittatur, nisi ob non solutam pensionem, vel per triennium, si secularis sit, vel per biennium, si Ecclesiastica, esto quis iuramento promiserit se amitturum emphyteusim, si ante elapsum triennium, vel biennium pensionem non soluerit, haud tamen emphyteusim amittet.

Vidisti, Amice Lector, circa præsentem quæstionem pugnantes inter se Doctorum sententias; quas ego tamen omnes probabiles existimo; Sed illa fœdere distinctionis conatur conciliare Pater Amicus in Cur. Theolog. tom. 5. disp. 25. sect. 2. num. 50. asserit itaque, quod si prædictum iuramentum sit à proprietario acceptatum, obligare emphyteutam ad iuramentum non sit à proprietario acceptatum. Ratio prioris est, quia per iuramentum acceptatum proprietarius acquirit ius ad incursum pœnam exigendam, non minus quam illud acquirit per expressum pactum contractui appositum; igitur tenetur emphyteuta in tali casu illam soluere. Antec. constat, nam si simplex pactum contractui appositum tribuit proprietario ius ad pœnam exigendam, multo magis illud tribuet iuramentum acceptatum, quod præter vim pacti, addit Religionis vinculum. vnde non solum in foro interno tenebitur in tali euentu emphyteuta pœnam incursum proprietario soluere, sed etiam in foro externo, si iuramentum probari possit scriptura.

Ratio posterioris est, quia iuramentum à proprietario non acceptatum nullum tribuit proprietario ius ad pœnam exigendam: sicut nulla promissio non acceptata tribuit promissario ius ad illam exigendam, vt ex disput. de donatione constat. Quare in hoc casu emphyteuta solum erit periurus, & reus eorum Deo, incursum pœnam non soluendo, non autem iniustus, & restitutioni obnoxius. Iuxta priorem sensum intelligenda est posterior sententia Iurisconsultorum communis; iuxta posteriorem vero prior Couar. & Molina. Ex his dicit Amicus, quod iuxta priorem sensum intelligenda est prima sententia affirmatiua Baldi, & aliorum; iuxta posteriorem verò sententia negatiua Clari, Couarruuzas, & Molinæ. Hęc Amicus, qui respondet ad argumenta, & exempla superius allata in fauorem sententiæ Molinæ, & aliorum.

An emphyteuta moram purgare possit, ita vt per non solum Canonem in suum non amittat.

RESOLVTIO LVII.

Respondeo, quod distinguendum est inter emphyteutam laicorum, & inter emphyteutam Ecclesiarum: In emphyteusi ciuili moræ purgatio omnino non admittitur, l. *al.* in lib. 2. num. 73. 74. vsque ad num. 83. C. de iur. emphyt. Angel. & Imol. in l. *si insulam*. ff. de verb. oblig. Baldus in l. *etsi post tres*. in repetit. col. 13. ff. *si quis caution.* Paris. de Puteo de reintegrat. feud. cap. 93. num. 6. & 11. Ripa in l. *si insulam*. num. 83. ff. de V. O. Fachin. lib. 1. *controuers.* cap. 89. Borch. de feud. cap. 3. num. 32. vbi communem dicit Cœdd. ad l. *vt si cui*. 12. §. 1. num. 13. ff. de V. S. Alex. in l. *si insulam*, 84. num. 13. ff. de V. O. Dominie, Cardin. Talsch. tom. 3. *pract. concl. lit. E. conclus.* 192. num. 41. & *conclus.* 193. num. 30. Couar. lib. 1. *variar. resolut.* cap. 17. num. 4. Rolan à Valle conf. 87. num. 7. col. 1. Trentacinquius lib. 3. *resol. tit. de iure emphyt. resolut.* 3. num. 7. & 8. & num. 26. Berlinch. *part. 2. conclus.* 46. & 47.

Sed non desunt Doctores affirmatiuæ sententiæ ad hærentes, vt Baldus in l. *acceptum*. 19. num. 5. C. de usur. Ioan. Ronchegal. ad l. 2. num. 33. ff. de duobus reis. Iacob. de Nigr. ad l. *si insulam*. 84. num. 286. ff. de V. O. Francisc. Sarmient. lib. 3. *select. interpret. cap. 5.* Guid. Pap. *quæst.* 123. num. 1. Capoll. *cautel.* 155. Ruin. *conf.* 50.

conf. 50. col. 4. num. 100. & conf. 143. num. 14. & conf. 133. in princip. lib. 1. Syluan. de recognis. feud. quest. 29. col. 3. & hanc æquillimam, & seruari in Senatu Mediolanensi dicit Clar. §. *emphyteusis*, quest. 8. in fine.

In emphyteusi vero Ecclesiæ, & in foro Canonico res expedita est, quod mora celeri satisfactione potest purgari, per text. expressum in cap. *potuit*, ubi Panorm. & Canonistæ communiter extr. de Locat. Dom. Cardin. Tusch. tom. 3. pract. concl. lit. E. concl. 193. num. 28. Matth. de Afflictis decis. 174. n. 1. Iaf. in lib. 2. quest. 29. num. 73. C. de iure emphyt. Berlinch. d. conclus. 46. num. 46. etiam si dominus iam declarauit velle esse locum caducitati, Couar. lib. 3. ver. resol. cap. 17. sub. num. 4. quia id beneficium competit emphyteutæ ex dispositione iuris, & idem per Domini declarationem ei auferri non potest, Corbul. d. cap. 15. limit. 41. num. 9.

Sed limitatur hæc opinio, vt emphyteuta Ecclesiæ non posse moram purgare: Primò si in specie in instrumento inuestitutæ renutiavit beneficio purgationis moræ, Corb. post alios in d. cap. 1. limit. 41. num. 12.

Secundò declarant, vt non procedat dispositio d. cap. *potuit*, quando promisit soluere Canonem, & iurauit. Nam iuramentum auferit beneficium purgandi moram, ita est communis opinio, Corbul. d. limit. 41. num. 1. 13. vbi tamen subiicit id esse intelligendum vt procedat in iuramento de non contraueniendo, l. *si quis maior*. C. de transact. secus autem esse in iuramento assertorio, quia promissor iurauit, omnia, & singula promissa fuisse & esse vera.

Tertiò declarant, vt non possit moram purgare quando cautum fuit, quod non soluto canone emphyteusis libere ad dominum reuertatur Oldi. conf. 125. Tiraquell. in l. *si unquam*, in verb. reuertatur. num. 136. Corbul. d. limit. 41. num. 13. & seqq. Verùm per hoc pactum non esse sublatam moræ purgationem censuit Dec. conf. 138. num. 7. quia hoc pactum sit intelligendum secundum iuris intellectum, nimirum nisi celeri satisfactione moram purgauerit.

Quartò declarant, vt mora purgari non possit, si clausula interuenerit rato manente pacto, Baldus in l. *et si post tres*, sub. n. 5. ff. *si quis caut.* Afflict. decis. 174. num. 4. Petr. de Bellapert. in d. l. *si insulam* & ibidem Iaf. Verùm Bartolus ibidem tenet, quòd, clausula rato manente pacto, non impediatur purgationem moræ, & Bartoli opinio communiter est recepta, vt in d. l. *si insulam*. testantur Iacob. de Nigr. num. 242. in 2. quest. & Ioan. Hannibal.

Quintò declarant, vt non possit mora purgari, si emphyteuta se negauit emphyteutam, Specul. in §. *nunc aliqua* num. 106. quest. 83. tit. de locat. Corbul. d. limit. 41. num. 18.

Vbi notandum, Iudicis arbitrio relinqui, quando celeri satisfactione emphyteuta moram purgasse, dicatur Menoch. l. 2. arbit. indic. quest. cent. 1. conf. 7. Clar. §. *emphyt.* quest. 8. verb. *item quero*. Borcholt. de feud. cap. 3. num. 33. Corbul. d. limit. 41. num. 45. vbi subiicit, quod Iudex perpensa qualitate Canonis, & inspecto, an pauper, vel diues sit emphyteuta plus, vel minus temporis tribuer.

Verùm vt Iurisconsultis Theologos consociemus ad propositam difficultatem, Trullench. in Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 23. dub. 8. num. 8. sic ait: Si emphyteusis sit Ecclesiæ; idest si res data in emphyteusim sit Ecclesiæ, vel pij loci, secundum ius commune, ex cap. *potuit*, de locato, & conducto; Si per duos annos non soluerit pensionem constitutam, amittit

rem, nisi celeri satisfactione moram purgauerit, esto es pagando luego. Si verò sit emphyteusis communis, seu sæcularis, requiritur, vt triennio non soluerit, secundum ius commune, sed non conceditur purgatio moræ per celerem satisfactionem, sicut in emphyteusi Ecclesiæ. Vt autem res censetur commissa, non requiritur, vt creditor exegerit pensionem; quia dies ipsa interpellat pro creditore: Nec requiritur sententia Iudicis; quia ipso iure cadit in commissum, vt docet Syl. num. 7. Requiritur tamen declaratio Domini directi (antequam non teneatur, se re illa spoliare) qua declaret se velle pœnam commissi mandare executioni, vt docet Syl. citatus, post quam declarationem tenetur emphyteuta cedere, sicut diximus de pœna conuentionali: nam ad hoc tacite se obligauit ex vi contractus, nisi possit iure excipere, & se defendere, opponendo aliquid, cui in commissum non videatur cecidisse. Hæc Trullench. qui citat Lessium, & alios.

Sed hic incidenter quæro, si emphyteuta cessauit triennio soluere Canonem, & Dominus aliquandiu tacuit, & suam voluntatem non declarauit, nec contra eam processum priuationis instituit, postea vero ad priuationem emphyteuseos agit; an fructus interim à triennio perceptos emphyteuta faciat suos, an verò teneatur eos domino restituere?

Quod emphyteuta faciat suos, & non teneatur restituere volunt Fachin. l. 1. *controvers.* cap. 94. Dom. Cardin. Tusch. tom. 3. pract. conclus. lit. E. conclus. 199. num. 7. & conclus. 192. num. 10. Petr. Benintend. decis. 37. n. 1. vbi ita Rotam Bononiensem iudicasse testatur Myns. cent. 6. obs. 83. num. 3. vbi ait, ita in Camera Imperiali iudicatum. Trintacinius lib. 3. var. resolut. tit. de iure emphyt. resolut. 4. num. 6. quòd fructus spectant ad eum, qui est rei dominus, quod Corbulus de iur. emphyt. cap. 15. ampliat. 38. amplectitur, si dominus sciuit, cessatum esse in solutione, & non declarauit, secus autem esse ait, vbi dominus ideo non declarauit, se velle esse locum caducitati, quia ignorabat, Canonem non esse solutum, quia non videtur remittere ius; quod ignorat.

Contra, quòd emphyteuta fructus interim perceptos, non faciat suos, sed debeat restituere, volunt Specul. lib. 3. part. 3. tit. de emphyt. §. *nunc aliqua* n. 19. Felinus in cap. de quarta 4. extr. de prescript. num. 32. Tiraquell. in l. *si unquam*. 8. C. de reuocandis donat. verb. reuertere, num. 27. Ripa in l. 1. §. *si heret.* ff. ad S. Trebell. num. 26. Baldus in l. *si pater*. n. 3. ff. de vsur. Iaf. in l. 2. num. 17. C. de iur. emphyt. Casten. in l. 1. n. 1. C. de his quibus vt indign. Ego vtramque sententiam probabilem esse puto.

An Dominus post incursum caducitatem possit propria auctoritate possessionem rei emphyteutica apprehendere.

RESOLVTIO LVIII.

Varie sunt circa præsentem quæstionem Doctornm opiniones, Glossa, Buttigar. Olf. Rayn. de fol. & Iaf. in l. 2. C. de iure emphyt. Cæpol. consil. civil. 25. num. 3. Aretim. in l. *clam possidere*. §. *quid ad nundinas*. ff. de acquir. post. Imol. in cap. *potuit*. num. 30. de location. Ioan. Crot. in l. 1. n. 8. ff. de acquir. poss. Cæsar Ursilius in addit. ad Afflict. decis. 79. Abb. conf. 67. n. 2. vol. 2. Dec. conf. 146. num. 7. Bartol. Soccin. conf. 167. num. 4. vol. 7. Alez. conf. 117. num. 11. vol. 5. Corn. con. 271. num. vol. 3. Bero. conf. 125. volunt quod in casu non soluti canonis possit Dominus propria auctoritate, bona ingredi, & emphyteutam expellere, &

Et est magis communis opinio Iul. Clar. in emphyteutis quest. 11. Sigismund. Lostred. *conf. feud. conf. 37. post. num.* Corbul. *de iur. emphyt. cap. 15. quest. 12. num. 1. in fin. per l. 2. verb. repellere. C. hoc sit*, quam opinionem nonnulli admittunt, si emphyteuta non resistit, vel resistit verbis tantum, non vero, si factis resistat, Barr. Salicet Cya. *in l. 2. C. de iur. emphyt. Cæpoll. consil. civil. 25. num. 3. Bero in cap. potuit. num. 155. de Locat Apostillat. ad Dec. conf. 196. num. 7. Clar. §. emphyt. quest. 11. per l. non est singulis. ff. de regul. Iur.*

Secunda opinio est, quod Dominus nullatenus propria autoritate possit emphyteutam expellere, & hanc opinionem tenent Petr. Cyn. Salicet. *in l. 2. C. de iur. emphyt. Anchar. conf. 247. num. 2. Bero. conf. 49. num. 24. vol. 3. Castren. in l. colonus. ff. locati: Card. Alex. in cap. potuit de locato*, & hanc opinionem dicit communem, & æquiore, & tutionem sententiam ait Alber. *in d. l. 2. col. 1. vers. ex hoc oritur. C. de iur. emphyt. & dicit Molina ad conf. Alex. 105. num. 18. vol. 3.* quod hæc opinio iustior est, & prædicatur, & ait Guido Papa *decis. 107.* quod etiam servatur in Parlamento Delphinali.

Tertia opinio est Specul. *in §. nunc aliqua q. 48. num. 61. tit. de locat. Corn. conf. 193. sub. num. 3. vol. 3. Bero. in cap. potuit. num. 153. in 1. limit. Corbul. de iur. emphyt. cap. 15. quest. 12.* qui distinguunt, quod aut certum est, emphyteutam ius suum amisisse, & domino possessionem interuertisse, & tunc dominus auctoritate propria possit eum expellere; Aut emphyteuta negat, rem cecidisse in commissum, & dicit, sibi ius in emphyteusi competere, & tunc non possit, quia per eius negationem res efficitur dubia, nemo autem sibi ipsi ius dicere potest, præsertim si copiam Iudicis habeat, *argum. lib. 3. §. ibidem. D. unde vi. l. non abs re ibi sine causa legibus cognita. C. de Decurion. lib. 10.* Et subiungunt illud certum esse, quod si emphyteuta alteri rei possessionem tradit, vel ipse ab alio sit inde expulsus, tunc Dominus auctoritate propria non possit deicere talem possessorem, *argum. l. si colonus. ff. de vi, & vi armat.*

Quid ego sentiam. dicam breuiter, omnes istæ tres sententiæ videntur mihi probabiles, sed si quis stare vellet in prima, & tertia opinione, tunc admitenda erit, si scandalum non seruetur, & ided Gaspar Hurtadus *de contract. disp. 6. difficult. 13.* sic asserit; Ita tamen emphyteuta amittit rem emphyteuticam Ecclesiasticam, transacto biennio, in quo culpabiliter omittit soluere, vt possit moram purgare celeritate solutionis factæ intra decem dies; emphyteuta verò, habenti rem emphyteuticam laicam omittendi post triennium culpabiliter solutionem, non conceditur ex rigore iuris purgatio moræ, etiamsi ex æquitate iuris concedenda sit. Et ita emphyteuta ob culpam omissionis solutionis pensionis, amittit rem emphyteuticam, vt eam non amittat ab eo tempore, à quo post biennium, aut triennium omittit soluere pensionem debitam, sed ab eo in quo post dictum tempus proprietarius declarauit, se velle emphyteutam in eam amissionem incidere. Et ita in eam amissionem incidit post dictam declarationem, vt probabilitas sit emphyteutam ante sententiam iudicis teneri eam rem ab se abdicare, & domino tradere: imo si absit scandalum, proprietarium posse propria auctoritate illum spoliare, & expellere, etiam, si oppositum non careat probabilitate. Ita Hurtadus, & ego.

An si emphyteuta alienet partem irrequisito Domino, amittat totum, an vero solummodo partem.

RESOLVTIO LIX.

Plures Doctores, vt Cumanus *in conf. 41. in fin. Bero. conf. 122. num. 6. vol. 1. Crot. in l. 4. §. Cato. num. 61. de V. O.* volunt emphyteutam totam emphyteusim amittere, quod magnum videatur delictum: dominium contemnere.

Sed in contrarium, quod nimirum, si totum prædium alienauit toto iure excidat, si partem, pro parte dumtaxat alienata, est communis opinio, *Grammat. decis. Neapolit. 49. Roland. à Valle in conf. 17. vol. 2. Borcholt. de feud. cap. 3. num. Clar. §. emphyteus. quest. 13. num. 10. Alex. conf. 99. num. 28. vol. 5. Iul. in l. fin. num. 25. quest. 14. C. de iur. emphyt. Alciat. in d. l. 4. §. Cato num. 107. Hermonat. Dec. num. 300. & ibid. Ripa num. 45. Socin. sub. num. 10. Paris. conf. 6. num. 19. vol. 4. Cur. sen. conf. 70. num. 9. Tiraquell. de restr. lignag. §. 13. gl. 2. Coru. conf. 67. vol. 2. Natra conf. 479. num. 2. vol. 3. Corbul. d. cap. 13. ampliat. 42. num. 6.* Quia nemo est puniendus ultra quam delinquit.

Hanc tamen communem conclusionem limitant hoc modo, quando emphyteuta vendit istam partem, vt allodiam, quia hoc modo alienando videtur delinquere non in rem, sed in personam Domini, & ratione istius offensionis in personam, quæ non potest pro parte fieri, & pro parte non tota re priuatur, *Iul. in l. fin. num. 125. C. de iur. emphyt. Roland. à Valle conf. 17. in fine vol. 2. Natra conf. 479. num. 4. Alex. conf. 187. num. 10. vol. 2. Bero conf. 102. num. 71. vol. 1.* & in dubio emphyteuta vendens non facta mentione, quod res sit emphyteutica præsumitur rem vti allodiam vendidisse animo præiudicandi domino, *Corbul. d. cap. 14. ampliat. 41. num. 8.*

Verùm ex Theologis Pater Amicus *in Curs. Theolog. tom. 5. disp. 25. sect. 2. num. 69.* ex Molina secundæ sententiæ ex superius appositis adhæret, sic itaque asserit: Quæro, an si emphyteuta vnam tantum partem rei emphyteuticæ, irrequisito domino vendat, in commissum incidat totius rei emphyteuticæ? Negat Iulius Clarus apud Molinam *disp. 459.* asseritque, esse sententiam communem, iuxta quam iudicasse fertur Magistratus Neapolitanus. Affirmat verò Syluester *verb. emphyteusis, quest. 5.* cum aliis, quos sequitur Medina *disp. cit.* Quæ sententia conformior est iis, quæ supra asseruimus, nempe in commissum totius rei emphyteuticæ incidi partem pensionis per triennium non soluta: ergo pariter in commissum totius rei emphyteuticæ inciditur parte tantum emphyteuticæ irrequisito Domino, vendita. Ratio: quoniam emphyteusis ex natura sua est indiuidua. Ita Amicus, cui ego etiam adhæreo.

Sed ex his oritur alia pulchra quæstio, an quando duo sunt eiusdem rei emphyteuticæ proprietarij vterque sit requirendus? & an vno dumtaxat non requisito, incidatur in pœnam commissi totius rei, an partis tantum spectantis ad dominum, cuius consensus non fuit requisitus? Negat Sylu. *loco cit.* quæ sequitur Molina *disp. 459.* incidi in commissum totius, sed partis tantum iuris, quæ respondet proprietario non requisito. Ratio, quia nemo debet plus puniri, quam deliquerit. Affirmant alij incurri pœnam commissi totius rei emphyteuticæ. Verùm Pater Amicus *ubi supra num. 71.* distinguendum censet;

Nam vel res emphyteutica est sub dominio directo vtriusque proprietarij pro indiuiso, vt tota respondeat singulis; vel pro diuiso, vt secundum vnam partem respondeat vni, secundum aliam alteri proprietario. Si posteriori modo, vera est opinio Syluestri; si priori, vera est opinio aliorum. Ratio; quia tunc res emphyteutica quoad totum, & singulas partes subiicitur dominio directo vtriusque: ergo quoad totum, & singulas partes requirit cōsensum vtriusque, vt legitimè alienetur. Sicut quia eadem res quoad totum, & singulas partes subiicitur dominio directo vnius eiusdemque proprietarij, si pars tantum sine consensu proprietarij vendatur, tota res amittitur dominio directo. Confirm. Si plures succedant hæredes in idem dominium directum rei emphyteuticæ, omnes sunt prærequiritendi, alioqui vno durata non requisito, tota res amittitur hæredibus.

Nota tamen, quod sententiam Syluestri, & Molina tenet Rolandus *conf. 27. num. 5. vol. 1.* & Thoma Maulius *tract. de emphyt. tit. 9. num. 24.* asserentes, quòd quando sunt plures domini directi, omnes requiritendi sunt, & de omnium dominorum consensu res debet alienari, & si hoc non fiat, res cadit in commissum, pro parte illius domini, cuius consensus non fuit requisitus.

An, quis iurauit soluere, possit, hoc non obstante, compensare.

RESOLVTIO LX.

CAsus est quotidianus, & tres circa illum inuenio sententias. Prima negat, quia compensatio non est ficta solutio, *l. Iulianus. ff. de condit. & demonstr. l. si peculium §. 1. ff. de statu liber.* At iuramentum impleri debet in forma specifica, vt aperte colligitur ex *cap. ad nostram de iureiur.* vbi deciditur: iurantem restituere mutuum sub pignoribus, non posse obicere compensationem fructuum, à mutuantem perceptorum ex pignore, Sic tenent Host. Innoc. Imola, & communiter Canonistæ, excepto Panorm. *in d. cap. ad nostram.* Roland. à Valle dicens esse communem opinionem *conf. 6. num. 31. & conf. 17. n. 14. vol. 1.* Euerard. *in suis Topicis, loco à vi, & energ. iuram. effectu 8.* Negulant. *de pignor. part. 5. memb. 5. num. 14. & seq. Med. C. de restit. q. 3. causa 12.* Angles Flor. *2. part. tract. de restit. q. Quis teneatur restituere, art. 2. dub. 13. diff. 20. concl. 3.* Gutier. *de iuram. part. 3. cap. 6. vers. ego profecto.* Et hanc sententiam approbavit Sacrum Concilium Neapolitanum, vt refert. Afflict. *decis. 381. num.*

Secunda sententia affirmat, & ideo asserit iurantem soluere pecuniam, posse compensare sine metu perinrij. Hanc opinionem sequuntur Bartol. *in l. amplius non peti. num. 8. ff. rem rat. hab. & ibi Ang. Cuman. & alij Iuristæ, Panorm. in cap. ad nostram, de iureiuran.* Couarr. *in cap. quamuis pactum, 1. part. §. 4. num. 9.* Syluest. *verb. Iuramentum, 3. n. 6. & verb. Iuramentum, 4. num. 27.* Octau. Cacher. *decis. Pedem. 92. num. 26. & 33.* Angel. *verb. Iuramentum, 4. num. 4.* Petr. Nauarr. *de restit. lib. 3. cap. 1. in 2. edit. part. 4. dub. 9. num. 341.* Azor. *lib. 11. instit. moral. c. 8. ques. 10.* Sanchez *lib. 3. sam. cap. 17. num. 15.* Salazar *de usu, & consuetud. ac stylo Cur. cap. 1. num. 69. & seqq.*

Probat hęc opinio, quia compensans dicitur soluere, vt habetur *in lib. §. soluisse. ff. de re iud. ibi, soluisse accipere debemus, non tantum eum, qui soluit, verum omnem omnino qui ea obligatione liberatus est. Sed qui compensat liberatur, vt in l. si ambo. ff. de compens. ergo.*

Secundò probat Bart. quia conditio soluendi, vel dandi, potest adimpleri compensando, vt *in l. si peculium. §. de illo, vers. quid sit heredi. ff. de statu l. & tamen ea debet impleri in forma specifica, sicut iuramentum: ergo qui promisit cum iuramento soluere, adimpleret compensando.*

Tertia opinio distinguit, dicit enim, sententiam primam Canonistarum procedere quotiescumque eo tempore, quo quis iurauit soluere creditori suo, ipse erat creditor in alia manu sui creditoris, & debita erant hinc inde compensabilia, & tamen iurauit soluere; quia in hoc casu videtur se obligare ad non compensandum, *argum. d. cap. ad nostram.* Secus verò si post promissionem iuramam cœpisset ex aliquo titulo esse creditor sui creditoris, vt, v. g. ex aliquo contractu, vel quia suus creditor aliquod damnum iniuste sibi intulit in propriis bonis. Quia iuramentum debet intelligi, rebus sic stantibus, *cap. quemadmodum, de iureiur.* Sic supraddictus duas opiniones contrarias conciliant Panorm. *in d. cap. ad nostram, num. 3. vers. quid dicendum.* Socin. *in re-collect. sua in l. Iulianus 1. in fine. ff. de condit. & demonstrat.* Tyndar. *in tract. de compens. art. 7. num. 14.* Afflict. *decis. 381. num. 3.* Capyc. *decis. 167.* Octau. Cacher. *decis. Pedem. 92. num. 34.* Sebast. Medic. *in tract. de compensat. 1. part. quest. 25. num. 21. & seqq.* Gutier. *de iuram. part. 3. cap. 6. vers. reuenta igitur, vbi alios refert Io. Camil. Bilotta in tract. de absol. à iuram. lib. 2. cap. 16. num. 9.* dicens, sic sæpius Sacrum Concilium Neapolitanum declarasse, & alij.

Quid ego sentiam dicam breuiter, omnes istas tres opiniones existimo satis probabiles; secundæ verò tanquam probabiliori adhæreo, dummodò iurans soluere, non intendisset contrarium dum iurauit, vt optimè obseruat Emanuel Sa *verb. Iuramentum, num. 21.* & alij, nam in tali casu certum est non posse compensare.

Nota tamen hęc obiter, quando ex occulta compensatione, neque scandalizas quemquam, neque turbas Rempublicam, libere clam auferre, etsi absque peculiari incommodo per Magistratum possis; neque enim tunc inuadis munus Iudicis, qui ad publicam pacem tuendam constitutus est: & in tali casu agitur tantum de retinendo, & non de acquirendo de nouo. Item asserendum est in foro conscientie, priuatam compensationem fieri posse ex re deposita apud tuum debitorem; quia de iure nature, & gentium est, vt possit quis sibi satisfacere, quando alia via sibi debitum habere non potest: opinio enim contraria (quæ est etiam probabilis autoritate *lege si quis vel pecunias, iuncta authentica, ibi subiecta C. de depositis.* habet locum pro foro externo, & quando aliter obtineri potest compensatio: secus autem in foro conscientie: quia in hoc casu nulla iniuria, nec iniustitia fit deponenti, sed vis vi repellitur, nam aliter quis debitum suum recuperare non potest. Et ita me citato in his duobus casibus tenet Eligius Bassæus *in floribus Theologia, verb. compensatio, num. 2.* Et in primo casu, me etiam citato, Trullench. *in Decalogum, tom. 2. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 4.*

An suscipientes primam Tonsuram, & Ordines Minores, solum causa euadendi iudicium saculare, peccent mortaliter.

RESOLVTIO LXI.

Affirmatiuè nominatim contra me respondet P. M. Gherius *in suo Thesaurò Anima, to. 1. verb. Clericus. quest. 10.* vbi sic ait: Peccat mortaliter, qui recipit

recipit Minores Ordines, vel primam Tonsuram cum intentione euitandi forum sæculare. Hoc expressè habemus ex Concil. Trid. *sess. 23. cap. 4. de reform. & sic docet Bañez 2. 2. quest. 22. art. 1. Quidquid in contrarium dicat Diana tract. 16. Miscell. 2. resol. 22. qui respondet ad auctoritatem Concilij, dicens ipsum solum attendere quid ipsa decencia, & illius status reuerentia postulet, & idè nullis vitur verbis præceptiuis ad peccati mortalis obligationem sufficientibus. Sed iste hallucinatur; sicut enim non confirmatus peccat mortaliter, si prima initiatur Tonsura, sic qui Tonsura initiatur, vt euitet forum sæculare. Itaq; Ghetius.*

Sed ego, his non obstantibus, iterum docerem, Clericum non peccare mortaliter, si Minores Ordines suscipiat, habens propositum recedendi, & interim à iudicio sæculari immunem esse: nam verba Concilij Tridentini, vt patet, rigorosum præceptum non indicant; & ad id quod asserit Ghetius, suscipientem Ordines Minores sine Confirmatione, vt vult Concilium, peccare mortaliter, ergo etiam peccabit mortaliter, si quis suscipiat Ordines ad fugiendum forum Laicale. Respondeo negando antecedens; nam vt ego docui in 2. p. tract. 2. Miscell. resol. 4. Ordines suscipientes nondum confirmari, citra tamen contemptum, non peccant mortaliter, quia verba Concilij strictum non continent præceptum. Et ita pro hac sententia alibi adduxi Magistrum Serra Dominicanum, cui nunc addo Reuerendiss. Candidum tom. 3. disp. 1. art. 8. dub. 20. Idem etiam docent Sotus, Victoria, Ledesma, Viuald. Suarez, Coninch, Ochaguaia, Granatus, Layman, Hurtadus; Henriq. Rodriguez, Moure, Nauarrus, Torreblanca, Marchinus, Molfesius, Reginaldus; quos omnes, me etiam citato, adducit, & sequitur Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 3. disp. 1. quest. 8. quibus ego addo, me citato Barbosam in Concilium Trident. *sess. 23. cap. 4. n. 2.* Et me citato Stephanum de S. Gregorio de Sacram. lib. 3. cap. 18. num. 10. & me citato Trullench de Sacram. lib. 2. cap. unico, de Confirmat. num. 13. Raguicium in Lucerna Parochorum, de Sacram. Confirm. quest. 25. Ioan. Franc. Suarez in Enchir. Casuum Conscientia, tract. de Contractib. lib. 5. verb. Confirmatis, Bizozarum de Sacram. part. 3. cap. 4. num. 2. Tiberium in instruct. Ordinandor. cap. 8. quest. 58. Gesualdum in Theol. mor. tom. 1. tract. 5. cap. 2. num. 8. Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. 3. disput. vnic. dub. 10. num. 100. Eligium Basszum in floribus Theolog. verb. Confirmationis Sacrament. num. 12. Petrum à Sancto Ioseph in Theologia Sacramentali, cap. 14. resol. 4. Zambellum in repert. moral. verb. consecratio, num. 1. Lessium in 2. part. D. Thoma. quest. 72. art. 8. dub. 12. num. 32. Possentium in Summula de Sacram. Confirm. verb. Susceptor, num. 3. Martinum de San Ioseph *ubi infra, tract. 2. de Confirm. num. 16.* Præpositum in 3. part. quest. 72. art. 8. num. 49. Quinradueñam in Theolog. moral. tom. 1. tract. 2. sing. 4. num. 3. & Ioannem Vvigers de Sacram. quest. 72. art. 8. num. 32. cum aliis. Quid respondebit Magister Ghetius ad tantam nubem testium? qui omnes asserunt, verba Concilij Tridentini non imponere præceptum, ita vt sumentes Ordines ante Confirmationem, peccent mortaliter, & hoc plures ex supradiçtis Doctoribus extendunt etiam ad Episcopum illos ordinantem, qui volunt, neque ipsum in hoc casu peccare mortaliter.

Itaque ex his contra Ghetium assero, suscipientes primam Tonsuram, solum ad declinandum forum iudicis Laici, lethalis culpæ reos minimè esse, & ita præter Sanchez, & Coninch à mé citatos hanc nostram sententiam tenent Nauarrus, & Rodriguez,

Anton. Diana, Pars X.

quos citat & sequitur Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 7. num. 2. Idem tenet Naldus in Summa, ver. Ordo, n. 15. Bonacina de Sacram. Ordinis, disp. 8. quest. vnic. punct. vlt. Ioan. Baptista de Fabris in man. Ordin. de Sacram. Ordinis, cap. 4. quest. 7. Hurtadus de Sacram. Ordinis, diff. 22. Escobar in Theolog. moral. tract. 7. exam. 8. cap. 4. num. 73. Homobonus de Bonis in Exam. Eccles. part. 1. tract. 3. quest. 2. Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 11. diff. 14. num. 2. & nouissimè me citato Raphaël Auerfa de Sacram. Ord. quest. 4. sect. 2. & me citato Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de Ord. num. 5. vbi sic ait: El que se ordena de prima tonsura, y de los quattos menores Ordenes con sola intencion de gozar del fuero Ecclesiastico, y huir del seglar, y de no pagar tributos, ni ir à la guerra, por mandado del Principe, ò de obtener algun Beneficio, iuzgan greues Autores, que pecan mortalmente, que iuzgan se va contra precepto del Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 4. de reform.* quando dize, que el que se ordenare de prima tonsura, sit de illo probabilis coniectura, quod eligat hoc genus, vt Deo fideliter seruiat, & non vt declinet iudicium sæculare. Iuzgo por mucho mas probable, que estas palabras no inducen precepto, sino amonestacion, y que los arriba dichos nunca pecaran mortalmente, porque no van contra precepto alguno, y toman buen estado, aunque el fin no sea perfetto. Y es cosa dura condenar à pecado mortal pudiendo librar del, & sententia dura non est tenenda, neque admittenda, l. filio pater 89. ff. de leg. 1. & sententia humanior est tenenda, l. pro herede 20. §. si quid, & ibi Gloss. humanior, ff. de acquir. hered. Ita Martinus. Et tandem hanc sententiam docet Castrus Palaus tom. 4. tractat. 27. punct. 8. num. 7. Et ratio est quia, ait ille, rationi consonum est, Ordinem suscipere sub intentione omnium, quæ Ordini annexa sunt: at Ordini annexa est exemptio à sæculari iudicio; ergo suscipere Ordinem sub hac intentione non est dissonum rationi. Neque huic intentioni obstat Concilium: quia in hac intentione nullam fraudem ordinandus committit: quippe vitur iure sibi concessio. Illud ergo excludit Concilium ab ordine suscipiendo, qui non, vt fidelem oculum Deo præster, ordinatur; sed sæcularis iudicij fugiendi fraude: fraus autem non est censenda committi, nisi graui aliqua causa apud sæculare iudicium incepta initiaretur: tunc enim censeretur ordinandus fraude vti in sæculari iudicio fugiendo.

Nota etiam, quod post hæc scripta inueni Machadum de perfecto Confess. tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 1. docum. 2. num. 5. me citato nostram sententiam tamquam probabilem docere. Et ideo me citato Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 7. q. 11. & me citato Garzias in Summa, tract. 1. diff. 1. dub. 14. num. 3. sententiam affirmatiuam, quam ipsi cum Ghetio tenent vocant tantum probabiliorem. Poterat igitur Magister Ghetius nostram sententiam, si non probabiliorem, vt puto, saltem tamquam probabilem admittere, & non asserere tam petulantè, me illam tenendo hallucinatum fuisse. O lepidum caput!

An si Sacerdos habeat intentionem consecrandi tantum panem, & non vinum, remaneat adhuc panis consecratus.

RESOLVTIO LXII.

Resolutio hæc composita à me fuit occasione quarundam Conclusionum, de quibus statim, & fore nimis gratam Lectoribus spero. Dico igitur, quod

quod in tali casu, Hostiam non remanere consecratam, senserunt aliqui, quos tacito nomine citat Innocentius, & D. Thomas *ubi infra*: & hanc sententiam tamquam probabilem nouissimè defensam fuisse in Sorbona Parisiensi die 10. Julij 1646. patet in quibusdam Thesibus Theologicis propugnatis ab Armando Borbonio, Principe de Conry, & impressis in principio Disputationis Antonij Ricardi, de libero Arbitrio editæ Parisiis anno 1646. Sic enim in dictis Conclusionibus habetur: Tota essentia sacrificij Missæ consistit in consecratione vtriusque speciei: licet earum sumptio ad illius integritatem pertinere dicenda, nequaquam tamen verbalis oblatio, fractio, aut distributio Sacramenti. Ne cum dispensatione quidam Ecclesiæ potest vna species sine alia consecrari; imo probabilitate non caret, eum inualidè tentaturum conficere Corpus Christi, qui id tentaret animo non conficiendi sanguinis; sicut & probabile est non potuisse Apostolos in triduo mortis Christi consecrare. Sic ibi.

Probari potest hæc opinio; Primò, quia nulla pars præcipuè essentialis alicuius totius, potest habere rationem partis, nisi quando actualiter est in toto, constituens illum simul cum altera parte; ergo cum utraque species panis, & vini sint partes essentielles huius Sacramenti, vt dictum est, neutra potest sine altera consecrari: Antecedens patet, quia pars abscissa, separata à toto, iam non est pars, sed totum quoddam per se. Et consequentia probatur, quia per consecrationem fit pars essentialis Eucharistiæ.

Secundò, in sacramento Extremæ Vnctionis sunt etiam diuersæ formæ partiales, sicut in Eucharistia, nihilominus nulla eorum seorsum habet effectum, vsquequò ponatur vltima, & tunc omnes simultate morali causant; ergo similiter in Eucharistia forma consecrationis panis non causat vsque dum ponatur forma vini.

Et licet Cardinalis Lugo hanc sententiam ita absolute prolatam non admittat, tamen debito modo explicatam, vt ipse putat, docet non esse absurdam: sic itaque asserit de *Eucharist. disput. 19. sect. 18. num. 103.* Contraria sententia hæc, si debito modo explicetur, prout ab eius Auctoribus fortasse intelligebatur, non est absurda, sed vera. Suppono enim id quod communiter nostri Theologi supponunt, & docent, Christum scilicet ita instituisse hoc Sacramentum, vt simul instituerit illud in ratione Sacrificij, nec voluerit fieri Sacramentum sine Sacrificio; nec Sacrificium sine Sacramento; nec Sacerdotibus dederit duas potestates disparatas, sed vnicam, ad sacrificiandum, & conseruandum; ita vt neque extra Sacrificium consecrare possent, neque absque consecratione possent Sacrificium offerre, vt probat cum aliis Suarez *disput. 43. sect. 3. §. dico primò.* Hinc autem fit, vt si Sacerdos vellet consecrare, non tamen offerre Sacrificium, ita vt voluntas non offerendi Sacrificium præualeret, & esset magis efficax, tunc nihil profus efficeret: sicuti dici solet iuxta communem sententiam multorum de homine baptizato, qui vellet matrimonium contrahere, non tamen recipere Sacramentum; aut de eo qui vellet emittere professionem Religiosam, non tamen obligare se in perpetuum, & aliis casibus similibus, in quibus dantur intentiones contrariæ, & idè actio fit irrita, nisi secunda intentio sit minus efficax, vt explicuimus *supr. in tractat. de Sacrament. in comm. disput. 8. sect. 8.* Si ergo Christus voluit, hæc duo esse connexa, nec posse separari consecrationem Sacramenti ab oblatione sacrificij, con-

sequens est, vt qui vellet consecrare Eucharistiam, nullo tamen modo offerre Sacrificium, nihil faceret, quia vellet aliquid, ad quod non accepit potestatem à Christo. Vnde si consecratio vtriusque speciei sit de essentia huius Sacrificij, vt mox dicemus, & admittunt recentiores Theologi communiter, consequens est, vt qui vult consecrare hostiam solam, & non offerre Sacrificium, sed excludendo oblationem Sacrificij, nihil faceret, quia non habet potestatem ad consecrandum, nisi per modum Sacrificij. De facto tamen omnes Sacerdotes consecrantes, siue per errorem, siue ex industria, vnam speciem sine alia, validè consecrant; quia non excludunt omnino efficaciter intentionem sacrificandi, sed volunt consecrare meliori modo, quo possunt, atque idè volunt, saltem implicite per consecrationem hostiæ, v. gr. inchoare Sacrificium taliter, vt quantum est ex se, possit impleri per consecrationem Calicis, si apponatur: vnde iam habent tunc aliquam intentionem offerendi partialiter in consecratione Hostiæ. Cæterum si Sacerdos aduertens, non posse offerri Sacrificium absque consecratione vtriusque speciei, & præuidens non posse consecrari vtramque, vellet consecrare vnam, excludens omnino intentionem offerendi etiam partialiter: vel inchoandi Sacrificium per illam consecrationem, per voluntatem omnino efficacem, modo explicato; tunc dicimus, quod non consecraret, quia voluntas consecrandi debet esse ad minus voluntas implicita offerendi partialiter, seu inchoandi oblationem Sacrificij: & in hoc sensu prædicta sententia vera esset. Hucusque Cardinalis Lugo.

Sed ego circa præsentem quæstionem affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto, nec aliter sentiendum existimo. Et ita docet D. Thom. in 3. p. *quest. 78. art. 6.* & ibi Araujo, Vigiers, Nugns, Durandus in 4. dub. 8. *quest. 3.* D. Bernardus *Epist. 69. ad Guidonem.* Innocentius *lib. 4. de officio Missæ, cap. 23.* & ex neotericis Raphaël Auersa *de Sacrament. Eucharist. quest. 11. sect. 5. §. hinc factum est*, quibus addelatè, & doctè, vt semper solet Magistrum Cornejo Carmelitam Professore S. Theologiæ celeberrimæ Academiæ Salmaticensis in 3. part. *D. Thomæ tract. 4. quest. 74. art. 2. disp. 1. dub. 1. per totum*, vbi assert rationem, quia Christus prius consecrauit panem, quam Calicem; ergo toto illo tempore fuit consecrata vna species sine altera: patet consequentia, quia prius dixit, *Hoc est Corpus meum*, & verum dixit; ergo factum tenuit.

Et confirmatur, quia ex communi vsu Ecclesiæ, statim vt Hostia consecratur, proponitur populo adoranda ante consecrationem Calicis; ergo vna species validè consecratur, altera non consecrata. Dices, hoc ideo esse, quia altera species, scilicet vini, est statim immediate consecranda. Sed contra, quia forma consecrationis panis, nec quantum ad significationem, neque quantum ad efficaciam, pender à forma consecrationis vini; ergo si quis eam proferat supra panem, cum intentione consecrandi, manebit consecratus, quamuis siue per ignorantiam, siue per obliuionem, siue per malitiam, siue quia morte præuentus, non consecret deinde vinum. Consequentia patet, & antecedens probatur, & quidem de significatione certior res est, quam probatione indigeat, quia significatio formæ panis totaliter, & adæquatè completur his verbis, *Hoc est Corpus meum*, quæ independentem significationem habent à forma vini, & è conuerso de efficacia vobis probatur, tunc quia causalitas istarum formarum

commen

Commenfuratur significationi: cum igitur significatio earum fit mutuo independens, ita & efficacia. Tum etiam, quia præsentia Corporis Christi, sub speciebus panis, non pendet ex futura præsentia sanguinis, sub speciebus vini, quia statim ac proferuntur verba, illicò Christus est præsens sub speciebus, ergo efficacia formæ Corporis, independens est à forma sanguinis: probatur antecedens, quia ad veritatem locutionis de præsentia, requiritur, quod res significata sit simul tempore, cum ipsa significatione locutionis. Vnde ex his puto, quod si Sacerdos prius consecraverit Calicem, quàm Hostiam, factum teneret, neque ex facto Christi colligitur dependentia essentialis vnius consecrationis ab altera, sed tantum, quod ille ordo consecrandi sit in præcepto.

Et ita hanc nostram sententiam veram esse existimant aliqui, vt negativam superius positam plusquam falsam esse putent; neque admittendam esse interpretationem Cardinalis de Lugo docet novissimè nominatim contra ipsum P. Dicastillus de Sacram. tom. 1. traët. 5. disp. 1. dnb. 12. num. 236. vbi sic asserit: Statuendum in primis est, tamquam certum, consecrationem vtriusque materiæ Eucharistiæ non esse de necessitate Sacramenti, esse tamen de necessitate præcepti, non consecrare vnam sine altera. Primum patet ratione, quia panis consecratur ante vinum, & à populo adoratur tamquam sacramentum Eucharistiæ prius tempore, quam vinum consecratur; & verba ipsa consecrationis satis indicant, debent enim esse vera, saltem cum primum finiuntur, & eorum significatio completur. Illa autem verba, *Hoc est Corpus meum*, completam iam habent suam significationem, antequam vinum consecratur: Ergo tunc habebunt suum effectum. Non me latet Innocentium retulisse quorundam sententiam, qui dixerunt, consecrationem vnius tantum speciei fore invalidam: quos tamen in aliquem bonum sensum conatur explicare, vbi latè contendit, quod qui vellet consecrare, & non offerre Sacrificium, nihil faceret, si ea voluntas non sacrificandi prævaleret supposito, quod Christus voluerit hoc Sacramentum non fieri sine Sacrificio, vt latè ibi probat, & rectè, si loquamur de vtriusque speciei consecratione; implicat enim esse vtriusque consecrationem, & non esse Sacrificium (saltem id satis est probabile) sed non video quorsum id afferatur, & latè declaratur. Nam, licet id totum concedatur, non est ad rem præsentem: hic enim agimus de consecratione vnius speciei; hæc autem non est Sacrificium. Vnde si quis per ignorantiam, aut malitiam vellet non sacrificare, sed alterutram speciem solam consecrare, id validè efficeret, quia verè consecraret, & non sacrificaret. Quidquid sit de alia quæstione, an possit, si quis vellet non sacrificare, sed vtramque consecrare, quamvis enim hoc non validè possit, casu, quo voluntas non sacrificandi prævaleat; non est cur non possit illud prius; cum vtraque voluntas possit impleri, nempe, & consecrare vnam partem, & non sacrificare, reiicienda est, nec admittit explicationem Lugonis, imo ab omnibus exploditur, vt ipse quoque Lugo prius concesserat num. 102. nec video quo fundamento possit dicere hic auctor, quod qui vult consecrare hostiam solam, & non offerre Sacrificium, nihil faceret, neque enim hæc pugnant; quia consecrare hostiam solam non est institutum à Christo, vt sit Sacrificium; quod adèd verum est, vt seclusa ignorantia, quæ vellet consecrare solam hostiam, non possit velle sacrificare, quia sola hostiæ consecratio non sacrificatio. Vel ergo concedat hic auctor, quod non possit validè consecrare hostiam, volendo il-

Anon. Digna, Pars X.

lam tantum consecrare (quod non puto concederet) vel concedat, quod licet velle vtramque speciem consecrare, fieri non possit validè cum voluntate prævalente non sacrificandi; consecrare tamen vnam speciem non sit impossibile, etiam cum voluntate non sacrificandi. Quod enim addit debere tunc habere voluntatem inchoandi sacrificium, & offerendi Sacrificium partialiter, non video quid iuuar. Nam illa consecratio non potest esse partialis Sacrificij intenti, quia non intenditur. Si verò dicat habere debere intentionem faciendi id, quod re vera est aptum esse partem Sacrificij, verum est, sed id non est habere voluntatem inchoandi Sacrificium, quod non intendit, sed faciendi id, per quod si vellet, posset inchoare Sacrificium. Sed quis quæso crederet illòs Auctores voluisse in hoc sensu loqui? Et hæc omnia docet Dicastillus in fauorem nostræ sententiæ, qui plura alia adducit contro Cardinalem Lugo.

Restat modo respondere ad argumenta contraria superius adducta: & ad primum respondeo cum Cornicio loc. cit. negando eius consequentiam, quia eodem argumento probaretur, species panis consecratas, conservari non posse, in facto esse, non manentibus speciebus vini consecratis; quod hæreticum est, & contra communem vsum Ecclesiæ reseruantis in sacrario species corporis, non servatis speciebus vini: ad probationem autem responderetur, quod quando vna species consecratur sine alia, quamvis non fiat pars actualis Eucharistiæ; hoc est, quæ simul cum altera parte constituat actualiter Eucharistiam satis est, fiat pars in potentia proxima, ad quod sufficit quod per talem consecrationem fiat verus cibus, aut verus porus spiritualis; nam sicut in corporalibus, solus cibus seorsum à potu, & independentem ab illo, & è conuerso habet virtutem reficiendi distinctam à virtute, quam habet potus, ratione cuius est in potentia proxima pars vnius integri conuiuij, ita in hoc Sacramento solæ species panis seorsum habent virtutem reficiendi animam, & ita sunt in potentia partes conuiuij spiritualis, quod est Eucharistia, quam constituet de facto, & in exercitio, eo ipso, quod altera pars existat sine aliquo alio superaddito, quia vt species panis consecratæ sint actu pars huius Sacramenti, & in exercitio componant, & integrent Eucharistiam, nihil eis deficit in se ipsis, sed solum deficit coexistentia alterius partis.

Ad secundum argumentum responderetur admitendo minorem, & negando consequentiam: cuius disparitatis ratio esse potest, quod in Sacramento Extremæ Vnctionis singulæ formæ partiales, non præstant singulis vnctionibus hunc effectum, quando realiter existunt; sed postea, quando fit vltima Vnctio; nam tunc moraliter vniantur, & omnes simul tribuunt suos effectus propriis materiis partialibus, & solum pro tunc fiunt partes integrales illius Sacramenti, & non antea; secus verò in Sacramento Eucharistiæ: cuius discriminis ratio desumitur ex diuersitate formæ vtriusque Sacramenti, adducenda in solutione sequenti. Cæteras responsiones videbis penes Corneium vbi supra.

An Missa, in qua Sacerdos consecrauit panem absque vino, sit verè, & propriè sacrificium, & an ex dicta Missa possit Sacerdos accipere stipendium consuetum.

RESOLVTIO LXIII.

Diximus in superiori resolutione, Sacerdotem consecrantem Hostiam sine Calice verè consecrare,

Ll 2

secrare,

secrare; sed difficultas est, an Missa ita celebrata posset dici verè sacrificium. Et affirmatiuè responderet D. Antoninus, Turrecremata, Adriánus, Maior, Gabriel, & alij, quos refert & sequitur Fagundez in *quinque præcepta Ecclesia*, præcept. 2. lib. 3. cap. 5. n. 2. & nouissimè in *Decalogum*, præcept. 2. lib. 2. cap. 40. num. 11. Bonacina' *disput. 4. de Eucharist. quest. vlt. punct. 2. num. 5.* Sanchez *de matrèni. lib. 8. disput. 6. num. 6.* Castro Palao *tom. 2. tract. 3. disput. 6. punct. 3. in fine*, Marchinum *tract. 5. part. 2. cap. 2. n. 16. & 17.* quibus addè Cassalium *de Sacrificio*, lib. 2. cap. 25. Pitigianum in *4. dist. 13. q. 2. art. 3.* Ruatdum *art. 16. contra Lutherum*, Nugnum in *3. part. quest. 3. art. 1. concl. 4. & alios.*

Ratio est; tum, quia Sacrificium Christi cruentum essentialitèr repræsentatur per consecrationè vnus speciei, nam eo ipso, quod ex vi verborum sub speciebus vini constituitur solus Sanguis, & sub speciebus panis solum Corpus eo ipso repræsentatur Christi corpus exangue, & consequenter mortuum. Tum, quia sicut ratio Sacramenti permanet essentialitèr in vnica sola specie Eucharistia: ita similiter ratio Sacrificij. Tum, quia Sacrificium dicitur ex hoc, quod homo facit aliquid sacrum in Dei honorem, ex D. Thoma 2. 2. *quest. 85. art. 3. ad 3.* At per actionem solam consecrandi panem in corpus Christi, fit aliquid sacrum in Diuinum cultum, nec consecratio vnus speciei pendet ex consecratione alterius: ergo. Tum, quia, si de essentia huius Sacrificij esset expressa repræsentatio mortis Christi, vt aduersarij dicunt; etiam fractio Hostia, quæ significat fractionem ossium Christi; & sumptio quæ significat sepulturam, essent de essentia huius Sacrificij; at consequens negant aduersarij, cum quibus disputamus: ergo. Tum, quia graues Theologi probabile censent, posse Papam dispensare: & de facto dispensasse, vt sacrificium Missæ in sola specie panis absque vino fieret. Tum, quia dantur multi casus, in quibus licet sacrificare absque consecratione vini, quod post Maiorem in *4. dist. 9. quest. 3.* Adrianum *eadem dist. quest. 6.* enumerant, Azorius *Moral. instit. tom. 1. lib. 10. cap. 19. quest. 2.* & Stephanus Fagundez *de 5. Ecclesia præceptis*, part. 1. lib. 3. cap. 5. a num. 10. ad 15. Primus, ab omnibus concessus est, vbi Sacerdos per inaduertentiam, aut errorem, panem solummodo consecrasset; nec posset absque scandalo, & offensione adstantium mone- re, vt deferretur vinum consecrandum; nam tunc præceptum de sacrificando sub vtraque specie non obligaret cum tanto periculo Sacerdotis, qui facile de incuria accusari posset, & deponi; necnon cum tanto adstantium scandalo, quod iure naturali euitandum est: fortius enim est præceptum iuris naturalis præcepto diuino sacrificandi sub vtraque specie. Secundus, si post consecrationem sub specie panis appareret vinum, aut in specie vini consecrati appareret caro: tunc licebit Sacerdoti sacrificium perficere in vna specie, ex S. Thoma 3. *part. quest. 8. artic. 4. ad 3.* Tertius casus est, vbi consecrato pane ob subitum hostium incursum, Sacrificium perfici non posset imminente mortis periculo. In his ergo, & similibus casibus Sacrificium in sola specie panis peractum, & consummatum, esset verum Sacrificium quoad substantiam; & tamen consecratio sub specie vini deficeret: ergo ad essentiam huius Sacrificij, vtriusque speciei consecratio non prærequiritur.

Verum his non obstantibus ego negatiuè sententiæ adhæreo asserenti consecrationem vtriusque speciei esse de essentia sacrificij, & hanc sententiata

rietur D. Thomas in *3. part. quest. 76. art. 2. ad 1.* *quest. 80. artic. 12. ad 3.* & ex neotericis Vasquez, & Suárez, Hurtadus, Cardinalis de Lugo; Granadus, Filliucius, Azorius, & alij, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tractat. 8. disput. 1. quest. 27.* quibus ego addo Garciam in *summ. tractat. 3. difficult. 1. dub. 4. punct. 3. num. 11.* Arauium in *3. part. D. Thoma, quest. 74. artic. 1. dub. vltimo*, Corneium *ibidem tractat. 4. de Eucharist. disput. 1. dub. 2.* Baunium in *Theolog. Moral. tom. 1. tractat. 5. quest. 9. dub. 6.* Trullench *de Sacrament. lib. 3. cap. 7. dub. 5. num. 9.*

Probat hęc opinio, quia sacrificium Missæ institutum est, vt ad viuam exprimeret sacrificium cruentum Cruentis: sed ad hoc maximè necessaria est consecratio vtriusque speciei; ergo ea absolute pertinet ad essentiam sacrificij Missæ. Minor probatur, quia in eo maximè elucet repræsentatio sacrificij cruenti, quod ex vi verborum solum Corpus constituitur sub speciebus panis, & solus Sanguis sub speciebus vini, ac proinde mysticè loquendo tractatur ea victima pretiosa, & Sanguinis effusio in memoriam reuocatur: & quamuis in sola consecratione vnus speciei exprimeretur aliquo modo passio Christi Domini, quatenus solum Corpus, aut solus Sanguis constitueretur ex vi verborum, & propterea quæuis species sufficeret ad Sacrificium; adhuc tamen illa repræsentatio non esset perfecta, & adæquata. Ex quo consequenter infertur, multò magis propriè dici, ad sacramentum Eucharistia sufficere quamlibet speciem sine altera, quam ad rationem sacrificij. Etenim Eucharistia, vt sacramentum est, consistit in speciebus continentibus Christum Dominum ad sanctificandam animam suscipientis, & id absolute continetur in sola specie panis, aut vini: & propterea Sacerdos cum primum sumit speciem panis, percipit gratiam, quæ ex hoc sacramento prouenit, vt *tractat. 11. disput. 2. in fine dictum est*: at verò Eucharistia prout est sacrificium; consistit in viuâ quadam expressione Sacrificij cruenti, ac proinde non censetur omnino absolute peractum, donec ad viuam exprimat Passio Christi Domini, & effusio Sanguinis eius: vnde non obrinetur fructus Sacrificij, aut saltem non totus, licet hostia mysticè mactata sit per consecrationem panis, & vini, modo explicato, & propterea quoties consecratur panis, obligat strictè præceptum consecrandi Calicem.

Sed licet ego ex dictis huic sententiæ negatiuæ, vt dixi, adhæream, existimo tamen opinionem affirmatiuam probabilem esse; sicut etiam existimo probabilem esse sententiam asserentium, præceptum consecrandi in vtraque specie esse Ecclesiasticum, licet sententia asserens esse diuinum sit probabilior, & cui ego adhæreo, & cui adhæret nouissimè Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 1. dub. 13. n. 238.* & recentiores communiter.

His suppositis, ad secundum dubium propositum in titulo resolutionis respondeo negatiuè, nempe Sacerdotem in Missa consecrantem Hostiam sine Calice non posse accipere stipendium pro illa Missa; & ratio est, quia, vt alibi firmauimus, dantes stipendium, volunt applicationem, & fructum sacrificij Missæ certum, & non positum sub opinione: ergo Sacerdos non potest licitè accipere stipendium certum pro fructu incerto; nam si dantes stipendium hoc scirent, vti que illud non probarent.

In Ecclesiis Cathedralibus, & Regularibus solent extare sedilia, & scamna Laicorum secularium pro audiendis concionibus; quaritur, an Episcopi, vel Superiores Regularium possint amplius illa admittere, & ideò remouere, vel alia eorum loco apponere, Laicis inuitis.

RESOLVTIO LXIV.

CAsus est curiosus, & practicabilis; & ad illum Cnegatiuè respondet Giouagnonius celebris Iuriconsultus *lib.2. Respons.8.* Gratianus *in Discept. tom.2. cap.210.* Ciarlinius *in Contro. tom.2. cap.119. & 120.* quibus ex Theologis adde P.Bordonum *decis.344.* & P.Pellizzarium *in Man.Regul.tom.2. tradat.9. cap.3. sect.6. à num.265.* citatur etiam pro hac sententia Genuensis *in Praxi mihi, cap.41. num.22.* Probat hęc opinio; quia sicut Iuspatronatus semper dicitur ex gratia, adeòque etiam post fundationem est ius gratiosum: vbi tamen est fundatum in vna familia, non potest amplius reuocari per Episcopum, sed transit ad hæredes, *cap.1. de Iurepat. cum vulgatis, imo Papa, qui est supra ius, vix solet Iuspatronatus in totum derogare pro vna vice, sed pro dimidia, & numquam perpetuò.* Sic ius sedilis, licet sit ex gratia: si tamen alicui semel concessum sit, est irreuocabile: cum dicatur acquisitum ius illud gratiosum, non quoad dominium, sed quoad vsum, ita vt ei non possit derogari; & de Iurepatronatus ad sedilium ius in specie arguat Gratianus *discept.210. num.46.* Confirmatur à pari de iure sepulchri, quod quamuis sit ius gratiosum, si tamen vni concedatur, transit ad hæredes, nec potest reuocari, iuxta communem sententiam Canonistarum *in cap. pen. de sepult.* & de habente insignia in Ecclesia etiam Mendicantium, in quam non cadit Iuspatronatus, quæ vtique nequeunt amoueri per Rectores Ecclesiæ, & si amouerentur, amouentes punirentur; teste Lambert. *de Iurepat. lib.3. q. princ.5. art.4.* Anania *cons.86.* Menoch. *de recup. remed.15. num.47. & 48.* Gratiano *suprà num.32. & seqq. maximè num.49.* cum alioqui dicta insignia solum ex gratia in Ecclesia possint retineri. Nec obstat, quod nemo possit acquirere ius tenendi sedile in Ecclesia absque licentia, vel tolerantia Episcopi, quia hoc verum est, si à principio Laicus vellet inuito Episcopo ius sedilium sibi vindicare, & acquirere, vt pulchrè tradit Giouag. *d. conf.8. num.23. lib.2.* secus est, si ab initio Episcopus, vel Rector Ecclesiæ passus est, Laicum habere sedile in Ecclesia, non quidem, quod habeat dominium in Ecclesia, vel proprietatem, sed tantum vsum, & per hoc seruitium Ecclesiæ non incommodatur, tunc nequaquam potest Rector Ecclesiæ sedile huiusmodi amouere, sed Laicus est manutenendus in sua quasi possessione, & declarat Paris. *conf.149. num.12. vers. etiam si, & sub num.16.24.25. lib.4.* Franc. Marc. *decis.275. part.2.* Gratian. *discept.110. num.13. & discept.210. num.32. ad fin. & num.51.* pulchrè Giouag. *d. conf.8. n.22.23. lib.2.* qui satisfacit in terminis, & loquitur contra Curatum, qui amouerat stallum à suo loco, vt id facere non possit, quod enim semel placuit, amplius displicere non potest, *cap. quod semel, de reg. iur. in 6.* etenim si hoc ius esset amouibile ad nutum Rectoris, non competeret ius mantenentionis pro sedilibus habendis in Ecclesia, provt tamen competit Giouag. *d. conf.8. num.12. in fin. lib.2.*

Et hęc opinio procedit etiam in casu, quo habens ius sedilis raro accedat ad illam Ecclesiam, & alio-

Anton. Diana, Pars X.

qui ius illud petatur ab aliis, qui eam frequentarent: quia ex collocatione sedilis non contrahitur obligatio frequentandi Ecclesiam, sed solum acquiritur ius genuflectendi, ac sedendi in Ecclesia; sitque ex eo, quod quis non frequentat Ecclesiam, dicere nequit amittere dictum ius, cum ius acquisitum alteri non sit auferendum, ac possidens sit manutenendus; tum quia præiudicium, quod ex præfata non frequentatione Ecclesiæ oritur, prouenit, est modicum, & compensetur, aliis extraneis sedentibus, aur genuflectentibus in sedili domini non frequentantis Ecclesiam.

Secundò procedit dicta sententia, quòd ius sedilis non amittitur per refectionem Ecclesiæ, siue in eodem loco, siue in alio; à fortiori conseruabitur in eadem Ecclesia solum ampliata; cum remanet idem solum eiusdem Ecclesiæ. Et idem procedere dicendum est, dabo quod Ecclesia, in qua quis habet ius sedilis destruat, & alia in eodem solo construatur, dictum ius retineretur in Ecclesia de nouo constructa. Et etiam si Ecclesia, in qua habetur ius sedilis, in dominium alterius Ordinis transeat, v.g. per vendicationem, non ideò amittitur tale ius: & probatur, tum quia sic non mutatur Ecclesia, sed patronus; adeòque Ecclesia debet retinere omnia sua iura, tam actiua, quàm passiua inuariabilia: tum quia ius sedendi nan fundatur in patrono, sed in solo Ecclesiæ.

Sed quid dicendum, an durante iure sedilis in Ecclesia ampliata, illud ita duret, vt, si sedile in Ecclesia non ampliata erat, v. g. è regione suggestus, item in Ecclesia ampliata, facta sedilium mutatione, debeat esse è regione suggestus, aut relinqui possit in loco priori, quo modo erit in loco remotiori à suggestu ostium Ecclesiæ versus. Aliqui putant in tali casu, aut omnia sedilia esse ordinatim mutanda, si necessarius situs id perat, aut si stent immobilia, quemlibet ius suum antiquum conseruare, neque enim videntur posse mutari aliqua sedilia, & non omnia, cum per talem mutationem omnibus perturbetur ius suum; quod cum sit relatiuum, non est mutandum respectu aliquorum in præiudicium aliorum. Quòd si mutetur locus sedilium, mutari debent sedilia proportionaliter, ac ordinatim; cum dispositio sedilium in ordine ad Concionem respiciat non solum Ecclesiæ pauimentum, sed etiam locum suggestus, sicque ratio dicitur, mutationem faciendam esse habito respectu ad vtrumque, siquidem mutatione extremorum mutatur relatio. Ita Bordonus: sed Pellizzarius ex P. Zaneto putat in casu proposito, eum qui in Ecclesia non ampliata ius sedilis habebat è regione suggestus in Ecclesia ampliata, si in hac sedilis mutatio fiat, & hoc inde probat, quod alioqui sequeretur magna ordinis peruersio; nimirum quòd nobiliores familiarum, quæ suum sedile habebant in locis nobilioribus, & commodioribus Ecclesiæ non ampliata, in Ecclesia ampliata remanerent in locis ignobilioribus, & ferè infimis, parùmque commodis; quod est magnum inconueniens; ad quod vitandum debet vitari delectus dispositionis scamnorum, ad quem sequitur, & seruandus ordo dignitatis, vt qui in eo erat antea primus, nunc quoque in Ecclesia ampliata sit primus, & sic deinceps; hoc enim dicitur recta ratio.

Verum his non obstantibus, ad quæstionem principalem propositam ego affirmatiuè respondeo. Et ita nostram sententiam tenet Vgolinus *de potestate Episc. cap.17. n.7.* & nouissimè doctus Iuriconsultus Collegij Bononiensis Dominicus Odofredus, vir quidem doctus, & professor sacrorum Canonum in

L I

celebris

celebri studio Bononiensi in responso de hac quaestione impresso Bononiae, anno 1631. in quo nominatim contra Giouagnonium sententiam affirmatiuam tuetur; & probatur, quia Laici in Ecclesiam nullum ius habent, & non solum sunt incapaces spiritualium, sed etiam annexorum spiritualibus, ut patet ex *cap. 2. de iud. cap. contingit, de arbit. cap. causam qua, de prescrip. cap. quamvis*. ubi plenè Doctores, de *decimis*. Rebuffus in *cap. postulastis*, num. 179. de *Cleric. excom. ministr.* Barbat. *cons. 16. num. 3. lib. 3.* Ideo in Ecclesia, tanquam in re sacra, & spirituali, nullum ius habere possunt, *cap. nouerint 10. quest. 1. cap. non placuit, & cap. Laicis 16. q. 7. cap. cum Laicis, de reb. Eccles. non alien.* Praesertim cum loca sacra sub nullius hominis possint esse iure, aut dominio, §. *nul-lius, & §. sacra, Instit. de rer. diuis. l. in tantum*, §. *Sacra, ff. eod.* sed solummodo subiaceant curæ, & regimini Ecclesiasticorum, qui illorum habent administrationem, *cap. exped. & cap. fin. 12. quest. 1. cap. quod autem 23. quest. 7. cap. 2. de donat.* Quod aded verum est, ut neque etiam ex cursu cuiusuis longissimi temporis, licet immemorabilis, iura huiusmodi praescribere possint Laici, quia praescriptio non currit sine possessione, & possessio in his non datur propter subiecti incapacitatem, ut patet per Abb. & alios in *cap. cum Apostolica, de his que fiunt à Prelatis sine consensu capituli*.

Nec obstat dicere cum Giouagnonio, in casu nostro Laicis non assignari dominium, sed tantum usum; nam iste usus, vel potest esse usus iuris, vel usus facti; si dicatur, quod sit usus iuris, erit species seruitutis, sicut & ususfructus, *Instit. de reb. corporal. & incorp. l. in princ. l. 1. ff. de seruitur.* Cepol. *d. tractat. cap. 3. & cap. 5. Rota decis. 199. num. 2. part. 1. recent.* Seruitus autem in Ecclesia, tanquam in loco sacro, praescribi non potest, *l. seruitutes, §. sacer, ff. de seruit. l. si prius, §. sed loco sacro, ff. de ag. plu. ars.* Gloss. in *cap. 1. de obseru. ieiun.* Cepol. in *d. tractat. cap. 18. num. 1.* Et quatenus praescribi potest solus usus cuiusuis longissimi temporis, etiam immemorabilis, non sufficit, sed oportet simul ad inducendum seruitutem, quod usus processerit iure seruitutis, scilicet tanquam ex propria facultate, & inuito domino, non autem sponte permittente, *l. fin. quemadmodum seruit. amit.* ubi not. Florian. in *d. l. seruitutes, n. 29. ff. de seruit.* Abb. Ripa, & alij in *cap. cum Ecclesia Surina, de caus. possess.* & *prop. Guid. Pap. sing. 107. late Cepol. d. tractat. cap. 20. num. 1. & per tot.* Spontanea etiam concessio Rectorum, aut etiam Episcopi talis usus, qui sit seruitus in Ecclesia, nihil valeret, quia est species alienationis omnibus interdicta, inconsulto Romano Pontifice, Summa Bullar. *verb. alienatio*, post Abb. Rebuffum, & Redoan. *num. 21.* Si verò responderetur, esse usum facti, qui aliter simplex facultas appellatur, resultans ex spontanea permissione domini, quemadmodum in dubio semper talis praesumitur, ubi lex resistit acquisitioni usus iuris, Socin. *sen. cons. 13. num. 17. lib. 4. Curt. iun. cons. 68. num. 33. & 34. Neuizan. cons. 80. num. 2. Menoch. de arbit. iud. casu 160. num. 19. & 20. Barb. de prescrip. in 4. part. 5. partis princ. num. 3. & 4.* Tunc talis usus, etiam si per mille annos habitus fuisset, ut cum quis per agrum alienum ex tacita licentia domini transiit, vel ad vicini puteum, vel furnum accessit ad hauriendam aquam, vel coquendum panem, vel rem aliquam retinuit in aliena domo, semper reuocabilis est ad libitum domini, nec aliquam praescriptionem inducit, *l. qui iure familiaris, ff. de acquir. poss. l. viam publicam.* ubi Gloss. Bart. & alij *ff. de via publica.* Abb. in *cap. ex parte. Astenus num. 7. de concess. prebend.* Cepoll.

d. cap. 20. num. 1. Bald. de prescrip. late in d. 4. part. 5. partis princ. quest. 1.

Itaque, si in casu nostro, ut vult Giouagnonius ubi *supr. num. 4.* & alij permixtum esset Laicis retinere sedilia in Ecclesia, solummodo ratione usus, non autem ratione dominij, necesse est, ut sic excludant usum iuris, quia illum habens non caret dominio, cum illius pars sit, unde pro eo competit rei vindicatio, *l. 4. ff. de usufruct. l. rectè dicimus, ff. de verb. signif.* Gloss. notab. in *l. proprietatis dominium*, C. de *probat.* Cepoll. *d. tract. cap. 4. num. 3.* Si igitur intelligi debet solummodo competere usus facti, ille est semper reuocabilis, ut supra; ergo per Rectores Ecclesiae poterit quodcumque auferri.

Restat modo respondere ad argumenta superius adducta ex Pellizzario, Giouagnonio, & aliis pro negatiua sententia. Et ad primum, quod Iuspatronatus competens similiter ex gratia, & tolerantia, quod nihilominus Laicis auferri non potest, responderetur, Iuspatronatus dici gratiam solummodo respectu initij, quia ob quamcumque foundationem, donationem, aut constructionem Ecclesiae Laicis non fuisset debitum, tanquam quid spirituali annexum, cuius sunt incapaces, *cap. Pia mentis, & cap. Frigentius 16. quest. 7.* sed ex generali gratia omnibus concessa; qui praedicta fecerint, facti sunt illius capaces, *d. cap. 3. de Iurepatr. cum supra allegatis.* postquam verò aliquid praestitum fuit ex his, quae sunt causa Iuspatronatus consequendi, illud est debitum ex iustitia, & habetur etiam inuito Episcopo, cuius ided alius consensus non est necessarius praeter requisitum, ut noua Ecclesia construi possit, nec opus est, ut fundans Ecclesiam sibi illud referuet. Stafil. *de lit. grat. fol. 54.* Abb. & Felin. in *cap. significans, de test. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 2. ar. 4. Prax. Archiep. Neapol. cap. 63. num. 13.* & cum sit gratia obtenta ex causa onerosa, sortitur naturam contractus, ided ex postfacto est necessitatis, & auferri non potest. Bald. in *l. qui se patris, sub num. 9. vers. hoc scias, C. unde liber.* Decius *cons. 284. sub num. 4. vers. unde succedit, & cons. 292. num. 7. Mandel. cons. 185. per tot. & cons. 227. num. 3. Natta cons. 511. num. 9. & cons. 512. num. 15.* Estque vera seruitus, quam Ecclesia post huiusmodi gratiam generaliter concessam cogitur sustinere. Lambert. *lib. 1. part. 1. quest. 6. art. 1. num. 4.* Ista vero sedilium est semper gratia, & quando ponuntur in Ecclesia, & quando ibi detinentur, quia non reperitur hoc in iure cautum, ut quicumque posuerint sedile in Ecclesia, ubi illud suo iure retinere possint, sicut de Iurepatronatus gratia dicitur à iure canonizata, & in corpore eius clausa, ut inquit post Archidiaconum. Praepos. in *cap. hortamur, in princ.* & est unicum tantum ius, quod reperitur à iure reseruatum Laicis in Ecclesia, ut notat Anchar. in *d. cons. 113. num. 2. vers. cum igitur Laicis.* Unde est, quod omnes fatentur, in istis sedilibus non haberi Iuspatronatus, scilicet Roch. in *d. vers. Ecclesia, num. 16.* Lambert. *d. q. 11. art. 15.* Gratian. *d. discept. 210. num. 50.* & alij, quos allegat, & sequitur ipsemet Giouagnon Propterea non valet istud argumentum à simili, nisi sicut tolerati fuerunt Laici ex gratia, ut acquirere possint Iuspatronatus; ita etiam ex gratia tolerantur, ut ponant, & retineant scamna in Ecclesia, sed cum sola prima gratia sit à iure canonizata, secunda non, ius procedens à prima sit verum patronatus, non procedens à secunda, & illud importet seruitutem, secundum verè non, ex tanta disparitate rationis; patet, argumentum à simili nihil concludere, quoad durationem, & perpetuitatem ipsius iuris retinendi sedilia in Ecclesia.

Ad

Ad confirmationem de sepulchris adductam à Pellizzario, & Giouagnonio varias responsiones adducit Odofredus, *vbi supra num. 48.* Sed mihi placet asserere, quod qualecumque sit istud ius sepulchri, non propterea tolli illud, quod dicunt Doctores, non licere Rectoribus Ecclesiarum, & Regularibus auferre Laicis sua sepulchra, de quo latè per Lamb. *part. 3. quest. 5. art. 4.* Respondetur id procedere ex aliis rationibus, & præsertim secundum ipsum *num. 18.* quia sepulchrum conceditur tamquam hospitium defuncti, *c. ebron. 13. quest. 2. l. qui sepulchra. & ibi Glos. in vers. domos, C. de sepul. viol.* quod hospitium debet esse perpetuum, præpterea consuetudine inductum est, vt in ipsa concessione sepulchri soluantur pecuniæ, non quidem pro eo quod spirituale est, sed ratione situs commodioris, aut dignioris, qua ratione nulla committitur Simonia. *Sor. de iur. l. 9. q. 7. art. 1. Aragon. eod. tract. q. 110. ar. 4. Grat. dec. March. 26. n. 14. & d. discept. 110. num. 10. & 11. Beltran. add. decis. 145. num. 10.* Idèd esset contra æquitatem, quam profiteretur Ecclesia priuare Laicum concessio sepulchro, & retinere pecunias ob eam causam acceptas, quæ rationes cessant cum illis, qui posuerunt sedilia in Ecclesia, quia nulla adest necessitas, vt ibi debeant semper permanere, nec pecuniæ pro illis recipi solent, idèd non est par ratio sepulchrorum, & sedilium retinendorum.

Et tandem, ad aliud argumentum, quod pro iure sedilium competit mandatum de manutenendo, Respondeo, negando consequentiam istam, Laici pro retentione loci, & sedis obtentæ in Ecclesia, habent iuris remedia, præsertim possessoria, ergo iisdem vti possunt contra Rectores Ecclesiæ, si velent euacuare Ecclesiã à locis, & sedilibus Laicorum, nam hoc regulate est, vt qui vtuntur iure facultatis, possint se ab aliis defendere, qui velent eos turbare, non tamen contra dominium id facere possunt, si facultatem, reuocaret quod probat text. singularis à contrario sensu, *in §. ferè, §. planè, qui alium. Inst. de rer. diuis. vbi not. Aret. num. 3. Sebast. Medic. de Venæ. piscat. & aucup. part. 1. quest. 25.* & hoc vulgatum est in possidente precario, cui competunt interdita possessoria contra tertios, non autem contra Dominum reuocantem precarium, *l. precario, ff. de precario. Euerard. in loco à commodato ad precar. n. 5. vers. ex quo sequitur. Rot. decis. 1. n. 2. de restit. spol. in antiq. Menoch. de recup. possess. d. remedi. 1. num. 58.* sic etiam in iis, quæ sunt publici iuris, quorum acquiri non potest, sed sola præoccupatione vsus, *l. quod in lictore, & l. quamuis, ff. de acquir. rer. dom. l. fin. ff. de vsucap. pro manutentione præoccupati vsus competit interdictum, vti possidenti. leg. si quisdam, ff. de diuers. & temp. præscript. l. iniuriam. §. si quis me prohibuerit. vbi Bartol. hoc not. ff. de iniur. l. 1. in l. quominus, n. 110 ff. de flumin. Bald. de præscript. in d. 4. par. 5. partis, priu. quest. 6.* in fine, ex eo igitur, quod dicunt Doctores concedi Laicis interdita possessoria pro defensione vsus sedilium in Ecclesia, non est inferendum, ea sic etiam competere contra ipsammet Ecclesiam, & eius Rectores: Imò si considerentur Doctores ipsi, in quo proposito id dicant, constabit, eos loqui, quando de præeminentia loci, & sedilis est contentio inter ipsos Laicos, vt in themate *Parif. conf. 149.* qui ad hoc principaliter allegatur, & in eo etiam ipsiusmet Giouagnon. quo casu non tractatur de iure spirituali, vt si ageretur cum Rectore Ecclesiæ; sed de iure temporali, scilicet præeminentia inter Laicos, & causã est merè prophana, ergo, &c. Et hæc omnia docet Odofredus in citato Responso, & multa alia, quæ hic, ne longior sum, transcribere

nolui; ex quibus labefactara remanet opinio Giouagnoni, Pellizzarij, Gratiani, Ciarlinij, & Bordoni: Vnde Iudices in facti contingentia, circa præsentem difficultatem perpendant quidem rationes; non numerum Auctorum & ex his consequenter corruunt omnia corollaria adducta, vbi supra, quæ ex sua opinione deducebat Pellizzarius. Dicendum est itaque Laicos propter sedilia & scamina in Ecclesiis apposita, aliud non acquirere, nisi vsum facti, quod quidem potest semper sine iniuria à Domino prohiberi vt pote à quo semper dependet. Et ita præter Doctores citatos tenet ex Theologis Malderus de *Iustit. tract. 1. cap. 3. dub. 4.* Dicastillus de *Iustit. lib. 2. tract. 1. disp. 1. dub. 5. num. 48.* Trullench in *Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 6. num. 2.* & alij.

An Sacerdos peculiaris, vel superior Regularis, non obstantibus Decretis sel. mem. Urbani VII. possit in aliquo casu reducere Missas ad numerum minorem, vt si, v. g. deficerent notabiliter redditus relictæ pro Missis dicendis.

RESOLVTIO LXV.

HVnc casum pertractat nouissimè Pater Lugo de *Sacram. lib. 5. cap. 12. quest. 9. num. 97.* vbi pro negatiua sententia adducit Azorium *tom. 2. l. 6. cap. 24. quest. 6. & tom. 3. lib. 12. cap. 6. quest. 4.* quia reductio Missarum non pertinet ad auctoritatem priuatam, sed ad Papam, vel Principem, cuius est ex iusta causa posse commutare voluntatem testatoris, aut fundatoris; cum talis vtique commutatio claudatur in reductione Missarum.

Sed affirmatiuam sententiam tenet Bordonus in *consil. Regul. 10. 1. resol. 25. q. 26.* & Auerfa de *Sacram. Euchar. quest. 11. sect. 18. §. quod si.* Et hanc sententiam tamquam probabilem amplectitur Pater Lugo *vbi supra.* Probatur primò, quia talis esse videtur mens fundatoris, seu testatoris, vt scilicet celebranti detur congruum stipendium, ne grauetur Sacerdos ad celebrandũ sine debita compensatione. Quare si totum capitale Capellaniz perisset sine culpa Sacerdotis, vel Conuentus, cui Missarum onus incumbit, posse profusũ à celebratione cessare, dicunt Auerfa *suprà,* & Bordonus *quest. 21.* cum aliis, quia pariter talis præsumitur intentio fundatoris; & cum beneficium detur propter Officium, destructo beneficio, cessare debet Officium, id est onus, seu debitum eidem annexum. Probatur secundò, nam in humano contractu locationis non tenetur conductor soluere pensionem integram, quando propter grandinem vel alluionem, vel simili causa depereunt agri fructus. Ergo similiter Sacerdos non tenetur dicere Missas omnes impositas, quando notabiliter decrescunt redditus. Ad fundamentum oppositum responderetur, reductionem Missarum considerari posse dupliciter; primo modo, quatenus numerus Missarum minuitur auctoritate, seu per dispensationem, in quo sensu procedit illud argumentum, & loquuntur iura, siue decreta tam Tridentini, quam Urbani VII. & sic solus Pontifex, & qui habent ab illo facultatem, reducere possunt. Secundo modo, quatenus numerus Missarum minuitur ex æquitate, seu iustitia, quæ non patitur, vt Sacerdos faciat gratis, aut minori pretio quod faciendum suscepit sub stipendio iusto; & in hoc non requiritur potestas Pontificis, aut Principis, sed quisque potest in suo contractu iustitiz mediũ à contrahentibus iustum seruare; nec hoc est cõmutare testatoris voluntatem,

sed operari iuxta mentem ipsius, qui noluit, aut gratis, aut stipe minori cogere Sacerdotem ad celebrandum, cum ab initio congruam stipem designauerit, alioquin eius voluntas esset iniusta, quæ feruari non debet, iuxta Gloss. in cap. sua nobis verbum voluntatem de testam. Hucusque Pater Lugo.

Sed ego, ut verum fatear, habeo magnam difficultatem quoad hanc opinionem post decreta Urbani VIII. satis clara, quæ affert, & sequitur doctus, & accuratus Auctor Pater Tamburinus, opus de Sacram. Missa. lib. 3. cap. 1. §. 2. num. 1. ubi sic ait: Casus est huiusmodi. In Ecclesia, v.g. Sancti Petri adest obligatio singulis diebus celebrandi unam, vel plures Missas, sed deficientibus propter varios casus redditibus ad hunc finem assignatis, facto computo, tunc non sufficit pecunia, nisi ad duas Missas in hebdomada, Quæritur, An Episcopi, & Generales Religionum, respectiue pro suis, hodie (nam olim poterant ex Tridentino) possint statuere, ut omissis cæteris, duæ prædictæ Missæ dumtaxat celebrentur? Sacra Congregatio respondet, supra num. 7. Non posse, sed esse ad Pontificem recurrendum. Et quia quæsitum fuit, an quando ita tenue est, vel euasit legatum, seu redditus, ut non inueniatur Sacerdos, qui velit tantum onus cum tam parua elemosyna subire: & si recuratur ad Pontificem, totum, vel magna pars redditus, in necessariis expensis, consumenda sit, an, inquam, tunc possit Episcopus? Respondit eadem Congregatio, adhuc esse recurrendum ad Pontificem, & tunc solum posse Episcopum, quando in ipsa beneficii erectione fuit fortè expressè concessum, ut id Episcopus posset. Ita Tamburinus. Vide etiam ipsum §. 3. num. 90. 91. 95. qui semper in casibus reducendi Missas ad minorem numerum exposcit auctoritatem Pontificis. Quod etiam notauit Gauantus in mon. Epis. verb. Missa, num. 55. & 56. Idem docet Marchinus de Sacram. Ordinis tract. 3. part. 2. cap. 19. num. 26. iuncto num. 30. & Pellizzarius tom. 2. tract. 6. cap. 3. num. 47.

Et quidem cum dicta Decreta absolutè loquantur, absolutè intelligenda veniunt, & cum non distinguant, nec nos distinguere debemus, prout faciunt Doctores citati; Sacra enim Congregatio iudicium circa reductionem Missarum videtur simpliciter priuatiuè quoad alios voluisse sibi reseruare; ergo, &c. Et ita nostram sententiam magis clarè, & generice docet Pater Lezana in Summa tom. 4. verb. Missa, num. 37. ubi sic ait: Si verò prædicti fructus vsu temporis etiam sine culpa Conuentus valdè diminutus fuerit, & expensæ quoad victum, & vestitum maiores, non propterea licet Religiosis propria auctoritate numerum Missarum diminuere, sed recurrendum est ad Sacram Congregationem, vel ad Generales Religionum pro illarum reductione respectiue, & iuxta ipsarum qualitatem, & dicta supra num. 30. & 31. Tum quia propter hanc causam in impositione huiusmodi perpetuarum Missarum assignatur maius stipendium, quam pro Missis quotidianis. Tum quia Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 4. pro huiusmodi casu concessit Episcopis, & Generalibus dictam facultatem reducendi Missas ad minorem numerum. Tum denique ex declaratione Sacræ Congregationis in Responsione ad primum dubium circa prædicta decreta de celebratione Missarum. Ita Lezana: Vnde difficulter admitto multa, quæ circa, præsentem difficultatem adducit noster Pater Vidal post hæc scripta visus in Arca Theol. Mor. ris. de Inq. 2. per totam: nam plura argumenta, quæ adducit probant, Missas quidem ex iustitia reducendas esse ad minorem numerum; sed

non ex hoc sequitur, posse fieri sine Sacræ Congregationis licentia: Nam hoc iudicium ipsa potuit, & voluit sibi reseruare ex dignis motiuis, & rationibus. Ergo stante eius prohibitione, non est metaphysicandum circa verba decreti; quod patet ex stylo Curiz, & Praxi Romana.

Nora tamen, quod per hoc decretum non censetur priuilegium reuocatum moderandi Missas, & annuaria à Testatoribus ante Tridentinum relicta, quorum maximus est numerus; nam decretum Urbani prohibet solam eam Missarum reductionem, quæ post Tridentinum acceptatæ fuerunt, ut optimè notatur in Florentina Synodo sub die 18. Maij 1627. §. de Missar. celebrat. & satis declarant illa verba: Aut post Concilium imposito. Secundo non videtur per hoc decretum derogatum Episcopis, quin possint moderari Missas alicui Ecclesiæ relictas; nondum tamen ob tenuitatem elemosynæ ab eadem Ecclesia acceptatas: nam decretum hoc loquitur manifestè de oneribus Missarum impositis. Non est autem onus impositum, nisi post acceptationem: & intentio eiusdem sola est, ut numerus Missarum relictus, & acceptatus adimpleatur, Quare ante acceptationem, non abstulit Episcopis facultatem, quæ illis de iure communi competebat, alterandi, & moderandi eas Missas. Et ita ex Marchino, me etiam citato tenet Pater Lugo ubi supra num. 94. & 96.

Sed ego hanc sententiam olim docui sub censura, & nunc prorsus puto, resolutionem præsentis dubij expectandam ab Oraculo Sacræ Congregationis; licet Pellizzarius tom. 2. tract. 6. cap. 3. num. 16. & Pater Tamburinus loco citato num. 9. putet, non esse improbabile, quod Episcopis liceat moderari Missas alicui Ecclesiæ, siue ante, siue post Tridentinum relictas, nondum tamen siue ob tenuitatem elemosynæ, siue ob aliam causam ab eadem Ecclesia acceptatas.

An quis possit diminuere Missas in compensationem damni dati non obstantibus Decretis Urbani VIII.

RESOLVTIO LXVI.

Ingamus, quod aliquis sæcularis commendasset alicui Monasterio, v.g. centum Missas, exque celebratæ essent, nihilominus pro recuperando stipendio ipsarum, aliquas expensas fecerit Monasterium, eo quod qui ipsas commendauerat nolebat illud soluere, si postea idem sæcularis alias Missas eidem Monasterio commendasset, posset Monasterium compensare damnum sibi allatum, diminuendo in his centum Missis id quod consumpserat in stipendio aliarum recuperando. Ratio est, quia sicut Sacerdos accepto stipendio tenetur ratione iustitiæ Missas celebrare, ita etiam commendans Missas tenetur ratione iustitiæ in vtroque foro stipendium tribuere. Cum autem in obligationibus iustitiæ detur compensatio, ita & in præsentem. Ita docet Lezana in Summa quæst. regul. tom. 4. verb. Missa, num. 34. cui adde Pellizzarium in Man. regul. tom. 2. tract. 6. cap. 3. num. 8. & ante illos Peyrinus in Priuileg. Minim. tom. 3. cap. 1. num. 37. Nec obstat huic responsioni decretum Sacræ Congregationis præcipiens, ut absolutè celebrentur tot Missæ, quot ad rationem attributæ elemosynæ præscriptæ fuerint; si quidem Sacra Congregatio loquitur de Missis debitis, ex stipendio; cum tamen in præsentem casu Missæ, quæ modo dicto omittuntur ad faciendam iustam compensationem,

rationem, non possint dici debita ex stipendio, quantum solum fuerit stipendium ipsis respectuè correspondens, quippe quod, dato iure compensationis, fictione, ut ita dicam, iuris, non censetur solutum pro Missis, sed in compensationem damni alias iniuste illati, & consequenter, quoad inducendam obligationem, celebrandi dictas Missas, perinde se habet, ac si re vera non fuisset solutum.

Sed hæc opinio numquam mihi placuit, & postea inueni, non placuisse docto Patri Tamburino de Sacram. Missa lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 103. Nam, ait ipse, fac Missas celebrandas esse pro anima purgante, vel pro impetranda sanitate alicuius, non erit æquum, ut hi patientur damnum in re tam graui ob delictum debitoris illius, etiam si anima, & iustus ad eundem debitorem pertineant. In illo igitur solum casu prædictam recompensationem admittentem, quod constaret, totum damnum esse solius debitoris, & nullo modo tertij.

An post decreta Urbani VIII. Regulares habuerint aliquod priuilegium, cuius vigore possint hodie, ut olim, reducere Missas ad minorem numerum.

RESOLVTIO LXVII.

EX Marchino, & Peyrino ego olim docui, Urbanum VIII. post euulgatum illud decretum concessisse, die 13. Iulij 1626. Fratribus Minimis Cœnobij lanuensis, ut legata perpetua Missarum, & oneribus imparia reducere possint ad rationem quinquaginta scutorum monetæ Romanæ pro qualibet Missa quotidiana. Quo priuilegio per communicationem pariter fruuntur & aliæ domus eiusdem Ordinis, & aliæ Religiones, quæ communicant in priuilegijs. Et ita hanc sententiam præter Caspensem à me alibi adductam docuerunt etiam Petrus Marchant in Trib. Sacr. tom. 2. tract. 2. part. 2. tit. 4. quest. 2. resol. 5. Garcias in Summa Theol. Mor. tract. 3. diffinit. 10. dub. 4. num. 22. Pellizzarius in Man. tom. 2. tract. 6. cap. 3. num. 8. & me citato Pater Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 12. quest. 9. num. 96.

Verùm hanc opinionem acriter Impugnat Pater Magister Lezana in Summ. Q. Q. Regul. tom. 4. verb. Missa num. 31. quia secundum Praxim Religionum, gratiæ concessæ per Breuia particularia à Summo Pontifice, vel Sede Apostolica alicui domui, vel Conuentui non solent communicari alijs, neque eiusdem, neque diuersæ Religionis domibus, alias magna confusio, & absurda inde sequerentur; sed etiam quia Pontifex indictis litteris non concedit facultatem reducendi talia onera Missarum, sed ipse ea reducit de consilio Dominorū Cardinalium. Congregationis Concilij. Si autem hoc factum Pontificis communicaretur alijs Religionibus habentibus communicationem cum Minimis, procul dubio non esset ipsis necessarium recurrere pro talium onerum reductione ad Sedem Apostolicam, sed uti hac reductione, & innumeris alijs, quæ quotidie fiunt ab eadem Sede, quod est absurdum, & contra quotidianam experientiam, qua constat, omnes Religiones solitas esse recurrere ad sacram Congregationem singulis vicibus pro similibus reductionibus. Similiter, si talis gratia suffragari posset alijs Religionibus, etiã dici posset, quod cum sacra Congregatio concedit facultatem alicui Religioni faciendi, v. g. aliquam alienationem, vendendi scilicet aliquam vineam, vel domum, possent aliæ Religiones propter communicationem priuilegiorum uti ipsa, quod est absurdum.

Vndè ex his, non obstante auctoritate Peyrini, Marchini, Caspensis, Marchantij, Garciaz, Pellizzarij & Lugo ubi supra, ego nunc sententiæ Patris Lezanae adhaereo, & quidem nimis me vrget stylus Curia Romanæ contra sententiam adductam, & contra Doctores citatos.

Nec obstat aliud priuilegium Urbani VIII. concessum Fratribus Minoribus; nam ad summum, ut obseruat Tamburinus de Sacram. Missa lib. 3. cap. 1. §. 4. num. 17. esto propter reductionem Missarum quotidianarum illi non obligarentur ad Pontificem confugere: obligarentur tamen propter alias reductiones non quotidianas, & quando reductio instat, ut fiat extra Capitulum. Adde concessionem dictam solum loqui de reductione facienda in primo Capitulo, & non amplius; quare si occurrat faciendâ alia reductio post illud Capitulum, certè ad sanctam Sedem erit recurrendum.

Caveant igitur Regulares à sententia Marchini, & aliorum; nam Praxis Romanæ Curia demonstrat, illos debent pro reductione Missarum ad sanctam Sedem recurrere, ut re vera in casu contingenti recurrant omnes Regulares.

An detur casus, post decreta Urbani VIII. in quo quis possit sibi retinere aliquid de stipendijs datis pro Missis dicendis.

RESOLVTIO LXVIII.

Affirmatiuè respondent aliqui, ut Pellizzarius in Man. tom. 1. tract. 6. cap. 3. num. 23. vbi sic ait: Addo quod si Religiosus electus in executorem testamenti curaret minori stipendio celebrari alibi Missas præscriptas à testatore, quam celebrentur in loco ipso testatoris, ideoque minorem pecuniæ summam iusumeret in celebratione dictarum Missarum, tuta conscientia retinere posset residuum illud pecuniæ, quod item expendisset, si Missæ in loco testatoris celebratæ fuissent. Et hoc titulo industriæ ab eo adhibita in Missarum procuracionem, ad quam industriam non tenebatur; proportionaliter, ut dicunt Doctores communiter eum, qui rem alienam vendit ex commissione illius, qui est dominus ipsius rei, si sua sponte illam transferat in aliam locum, vbi carius venditur, acquirere excessum illum pretij, tamquam fructum suæ industriæ specialis, ad quam non tenebatur. Nec obstat declaratio sacre Congregationis posita post decreta de celebrat. Miss. §. ad nouum. vbi habetur, Sacerdotem, cui offertur elemosyna maior solita pro celebratione Missæ; teneri integram illam elemosynam tribuere Sacerdoti, cui Missam celebrandam committit, nec posset retinere vllam partem illius; si quidem declaratio expressè loquitur de Sacerdote suscipiente Missam à se celebrandam; non autem de Sacerdote, qui tanquam executor testamenti curat, ut Missæ præscriptæ in testamento ab alijs celebrentur; Religiosus autem in præsentî casu se habet hoc posteriori modo. Hæc omnia Pellizzarius, quem sequitur etiam Pater Tamburinus opus. de Sacram. Missa lib. 3. cap. 1. §. 5. n. 16.

Sed profus contrariam sententiam iustinendam esse puto, & audiui his diebus à fide dignissimo, hanc opinionem inter aliquas fuisse damnatam à sacra Congregatione Iudicis in Manuele Patris Pellizzarij: Vndè meritò nostram sententiam docuit nouissimè Pater Franciscus Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 12. quest. 5. n. 70. vbi ita asserit: Nota pariter illos qui petunt Missas, teneri communiter ex iustitia dare iustū stipendium, nisi Sacerdotes spontè contenti sint mi-

n ori. Verum, etsi reperiant Sacerdotem, qui minus
 acceptare velit, tenentur adhuc iustum, & integrum
 stipendium dare qui vel ex testamento, vel ex alia
 commissione grauantur curare certum Missarum
 numerum, intelligendo iuxta morem, & praxim
 loci, Quia defunctus, & quiuis alius, qui commisit
 Missas pro se dici, percipiet maiorem fructum ex
 quantitate simul eleemosynarum. Ita ille: cui adde Fa-
 gundez *part. 2. lib. 3. c. 10. num. 10.* & amicissimum, &
 doctissimum Patrem Auerfam *de Sac. Euchar. q. 11. sect. 7. §. tenentur etiam.* Non est igitur audiendus
 magis Pellizzarius, & Tamburinus.

Verum quid dicendum in alio dubio, quando Sa-
 cerdos recipit stipendium pingue pro Missis à se di-
 cendis, & reperit alium Sacerdotem, qui velit spontè
 dicere Missas illas pro multo minori stipe, an possit
 excessus retinere. Affirmatiuam sententiam ego olim
 docui, & docet nouissimè, me citato, Martinus de
 San Ioseph *in Mon. Confessarior tom. 1. lib. 1. tract. 17. de Eucharistia, num. 8.* vbi sic ait: Pero si los Sacer-
 dotes, à quien repartio las Missas el Sacerdote, que
 se quiso exonerar de la carga dellas, voluntariamen-
 te; y por modo de donacion graciosa perdonassen
 al Sacerdote algun parte del estipendio gruesso, que
 auia recebido, o toda la demasia, me parece que se
 podra quedar iustamente con ello el que repartio las
 Missas, porque aqui no ay negociacion, ni ganancia,
 que es lo que quiso quitar la sacra Congregacion,
 solamente interueniente el titulo de mera, y pura
 donacion: porque assi como la prohibicion Aposto-
 lica no se estiende à los Sacerdotes, que quieren ce-
 lebrar graciosamente, assi tampoco à los, que libre, y
 graciosamente perdonad la parte del estipendio que
 les pareciere. Ita ille; Cui adde, præter Auerfam, Fra-
 xinellum, me citato Lezanam, *verb. Missa num. 35.* &
 me citato Pellizzarium *vbi supra num. 14.*

Itaque sicut potest Sacerdos gratis celebrare pro
 alio, condonans illi totum stipendium Missarum, sic utri-
 que potest condonare partem nec hoc prohiberi su-
 pradictis decretis, quæ non tollunt exercitium mi-
 sericordiarum, vel liberalitatis, vt neque tolluntur per
 taxam Missarum.

Verum licet hæc opinio speculatiuè loquendo
 probabilis sit, tamen in praxi vel nunquam, vel ni-
 mis circumspectè reducendam esse puto, nam vt re-
 ctè obseruant vterque Lugo Ioannes, & Franciscus,
 ille *de Sacram. Euchar. disp. 21. num. 32. hic lib. 3. r. 12. quest. 7. num. 74.* prudenter timeri potest, ne cele-
 brans non omninò liberè, seu liberaliter acceptet
 onus dicendi Missas, & remittat stipendij partem,
 præsertim si sit pauper, & egenus, & non amicissimus
 commendanti, sed potius ex aliquo metu cedat iuri
 suo. Quia forsitan alioqui non darentur sibi tales Mis-
 sarum, vel in futurum aliarum non dabuntur, vel quid simi-
 le veretur. Et idè Martinus de San Ioseph, *vbi supra*,
 asserit: Es necessario mirar, como se haze esto, que
 fino es pura donacion, fino por que engano, ò mie-
 do, ò por otro respecto perdonan, aura iniusticia
 de parte del Sacerdote, que repartio las Missas con
 obligacion de restituir, y crece la dificultad, con
 que disponer el Derecho, que, donare suum nemo
 præsumitur, *l. cum de indebito, 25. vers. si vero. ff. de probacionibus. l. Campana. ff. de oper. libertor. l. fin. C. de nouar.* Y assi para la seguridad de la conciencia, es
 necessario, que sea clara, y pura donacion. Adde, quod
 aliquando petens Missas à Regularibus offerat sti-
 pendium auctius positiuè intendens eas ab ipsis Re-
 gularibus, & non ab aliis: idque ad effectum acqui-
 rendi maius illud meritum, quod in Missarum Sacrificio
 pondet ex opere operantis, & potest sperari auctius

ex Missis per Sacerdotes Religiosos celebratis, quam
 ex Missis per Laicos Sacerdos dictis; tunc enim non
 cenfeo, quod Regulares possent modo dicto retine-
 re illum excessum stipendij, cum talis retentio ratio-
 nabiliter præsumi possit fieri, inuito domino offe-
 rente; qui stipendium ita pingue non dedisset, si cre-
 didisset Missas celebrandas esse ab aliis, quam à Re-
 gularibus.

*An Sacerdos, post decreta Urbani VIII. præ-
 bens aliis minus stipendium, quam accepit,
 pro Missis dicendis, peccet
 mortaliter.*

RESOLVTIO LXIX.

NEGatiuè respondet doctus, & amicissimus Pa-
 ter Bordonus *in Conf. Regul. tom. 1. resol. 15. num. 28.* putat enim in decretis Urbani VIII. non
 contineri, nisi simplicem prohibitionem, quæ non
 potest obligare, nisi ad peccatum veniale; vt pote
 non continentia vllam penam grauem, quoad hanc
 partem, nec vllam clausulam, ex qua colligatur
 grauitas obligationis; cuiusmodi sunt illæ aliarum, sub
 obestatione Diuini iudicij: Et suæ obligatione non
 satisfaciunt, quinimo grauitur, &c. quæ in iisdem
 Decretis apponuntur, quoad alias partes: Constat
 autem, quod si sacra Congregatio sub eadem graui-
 tate obligationis voluisset adstringere etiam in isto
 casu, id expressisset, iuxta *l. vnic. §. fin. autem C. de caduc. tollen.* Præterea non vrget obligatio resti-
 tuendi ex damnificatione, nisi quando infertur gra-
 ue damnum: ac in nostro casu nulli infertur graue
 damnum, non ei, pro quo dicitur Missa; cum Missa
 reuera dicatur: non Sacerdoti celebranti, cum vo-
 luntariè recipiat stipendium taxatum; non danti
 stipendium, cum ipse hoc vnum intendat, vt dica-
 tur Missa. Et hanc opinionem Bordoni tamquam
 probabilem admittit Pater Tamburinus *de Sac. Missa l. 3. cap. 1. §. 5. num. 6.* & illum non audeo dam-
 nare Pellizzarius *in Man. tom. 2. tract. 6. c. 3. num. 23.*
 Sed aliorum iudicio iudicandam relinquit.

Verum ego hanc sententiam olim reprobaui, &
 præter Auerfam, & Peyrinum refellit nouissimè, me
 citato Pater Lugo *de Sac. lib. 5. cap. 12. quest. 7. num. 77.* Probatur ex verbis Decreti, §. 4. ibi: *Volens omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere, prohibet, &c.* Quippe quamlibet speciem, aut occasionem
 lucri turpis ab Ecclesia remouere, materia sufficiens
 est, vt grauitur præcipiatur, & seria voluntas obli-
 gandi grauitur indicatur ex tali motiuo proposito.
 Nec hic attendendum est damnum iniuste illarum
 alicui, sed indecentia tam sordidarum negotiationis, quæ
 satis capax est præcepti grauitur obligantis secun-
 dum se, quamuis in aliquo casu particulari possit esse
 veniale peccatum ex paruitate pecuniarum retentæ,
 vel etiam indecentiarum secutarum; vnde soluitur funda-
 mentum contrariarum sententiarum. Et idè ex his me cita-
 to infert Pater Lugo, Sacerdotem, qui vel ignoran-
 ter, vel cum opinione sibi probabilis violauit prædi-
 cta decreta, teneri, vel rescire Missas, vel stipendia
 restituere, sicut ille, qui bona fide rem accepit, quam
 putauit se acquirere iusto titulo, teneri di-
 citur ad restitutionem, quando
 comperit, se deceptum
 fuisse.

* *

An

An Sacerdos possit accipere duplex stipendium pro vna Missa: alterum pro applicatione fructus, qui tradenti elemosynam obuenire solet; alterum pro applicatione Indulgentiæ, v.g. Altaris privilegiati, cui concessa sit libertas animæ à Purgatorio?

RESOLVTIO LXX.

Hanc resolutionem pono in gratiam amicissimi P.M. Antonij Concilij, viri huius, omniſque litteraturæ refertissimi, cui propter Summam Dianã ram belle & ingeniosè concinnatam sub nomine Antonij Noctimor, plurimùm debeo eo magis quod nunc variis licet scientiis legendis scribendis & occupatus, eamdem Summã nouis partibus auget, & multa addit de suo. Quã proinde, sicut & alia quæ molitur: gratissimã, & litterariæ Reipub. vtilissimã fore spero. Ipse ergo P. Cotonijs litteris ad me datis quæ sunt à me, quid circa supradictã quæstionem sentirem. Se enim non approbare opinionem affirmatiuã P. Bordoni ex suo Ordine, quam tradit *tom. 1. cons. req. ref. 25. n. 17.* propter multas rationes, quas pro ingenij, & doctrinæ suæ præstãtia in illius confutationem adducebat.

Ad quem ego etiã negatiuè respondi. Addidi quæ P. Lezana in *Summa tom. 4. verb. Missa, n. 18.* vocare dictam sententiam non solum singularem, cum nullũ alium pro se patronum habeat, sed, & contra communem sensum fidelium, qui quando petunt pro aliquo defuncto dici aliquam Missam cum Indulgentia Altaris, v.g. privilegiati, petunt applicationem tum Indulgentiæ, tum fructus, qui communiter in alijs Missis applicantur, imò & contra intentionem Pontificum concedentium tales indulgentias, qui hoc sine dubio intendunt. Quare non video quomodo sustineri possit, maximè post Decreta Sac. Congregationis adducta, generaliter prohibentia recipi plura stipendia pro vna Missa. Et idem meritò aduersus hanc sententiam insurgit etiam Pater Tamburinus *vbi supra, lib. 3. c. 1. §. 3. n. 48.* quia vel offerens tantam stipem, perit talem Indulgentiam, vel non; si primum, iam ex conuentione debet, & indulgentiam: si secundum, non potes accipere mercedem de re non conuenta. Adde, id certè esse contra intentionem Pontificum, tales Indulgentias concedentiũ, qui multum abhorrent ab huiusmodi sordidis negotiationibus.

An Sacerdos, recipiens exiguum stipendium ab aliquo pro Missa dicenda, teneatur totum fructum ei applicare, stantibus decretis Urbani VIII.

RESOLVTIO LXXI.

Negatiuam sententiam nominatim contra me docet Pater Tamburinus *opus. de Sacram. Miss. l. 3. num. 53.* & idem asserit, Sacerdotem, recipientem exiguum stipem pro Missa, non teneri totum fructum offerenti applicare, nec, si id faciat, teneri ad restitutionem quia non est credibile, voluisse Sacram Congregationem fraudare Sacerdotes iusta mercede: Quando verò præcipit, vt stipendia, quantumuis incongrua, & exigua etiam data ab vna persona Missæ præscriptæ celebrentur, præcipit quidem, vt celebrentur Missæ ad elemosynam præscriptam, sed iuxta tamen, seu rationem dictæ elemosynæ, non verò ad merum arbitrium dantis.

Verum ego non recedo à sententiã, quam docui, quidquid asserat Pater Tamburinus, & præter Car-

dinalem de Lugo, Auerſam, & alios, illam noniſſimè, me citato tenet Trullench. *de Sacram. lib. 3. c. 8. dub. 11. n. 2.* & me citato Bassæus in *Flor. v. Missa, 3. num. 10.* & me citato Pater Franciscus Lugo *de Sacram. l. 5. c. 12. q. 5. n. 44. 46. & 57.* in quibus asserit, stantibus apertis verbis decretis Pontificij, hæc omninò sententiam in praxi tenendam, & præter alias rationes, quas penes ipsum videbis, sic argumentatur, Vel Sacerdos reperit alium, qui maius stipendium afferat pro Missa, vel nullum. Si reperit, cur nõ maius recipit, dimitens stipendia tenuiora? si non reperit, non debet iniustum reputare, quod ob raritatem offerentium stipes, & copiam Sacerdotum acceptantium, vel etiam quæritantium ita decreuit, vt debeat hic & nunc iustum existimari. Quod, si quando stipendia præsertim antiqua mutatione temporum reddita sint iniusta simpliciter, recurrendum erit ad legitimum superiorem, vt Missæ reducatur ad numerum minorem. In aliquibus tamen casibus puto, admitti posse opinionem, quam contra me tenet P. Tamburinus, quando v. g. Sacerdos id dantis stipendia significat, vel illos monet de taxa iustæ mercedis, & sic ex ipsorum consensu Missas ad rationem talis taxæ reducit. Vel quando multi simul stipes alicui tribuunt, vel pro cunctis iuxta quantitatem ipsarum sacra faciat, vel in similibus casibus, nulla sit iniuria dantis stipendia, si Sacerdos pro singulis Missis taxatam stipem recipiat. Ita Coninc. *q. 82. n. 194.* nec alij dissentient. Similiter, si Sacerdos rogatus dicere decem missas, v.g. recepit inuolutam carta pecuniam, putans esse iustum stipendium, & postea reperit esse dimidiatum, iuste posse ad ratam minuere numerum Missarum, illo monito, qui petiit Missas, vel etiam non monito, quoties ex iusta causa non potest. Vnde hæc omnia non esse contra decreta Cardinalium, quæ planè non loquuntur in his casibus, docet & meritò Pater Lugo *vbi supra, num. 51.*

Sed hic obiter quæro, An pecunia relicta Monasterio cum onere perpetuo celebrandi Missam, implicari possit super bona ipsius Monasterij exempta à simili onere, assignando talem fundum Monasterij, quod subſter illi oneri, aut faciendo fabricam necessariam. Et affirmatiuam sententiam tenet Laurentius de Peyrinis in *formul. littera A. c. 1. n. 2.* Sed ego prorsus contrariæ sententiæ adhæreo, tum ex natura implicationis, quæ importat acquisitionem nouorum fructuum ex re frugifera ab alio empta, quæ aliàs nõ erit propria emptoris, aut saltem fiat propria ratione fructuum, siquidem implicatio auget nouos fructus implicanti, quos antea non percipiebat: alioqui gigneret effectum contrarium, nempe onus absque nouo commodo; Tum ex ipsis decretis *de celebrat. Missar. §. præerea*: vbi discernitur, pecuniam datam pro oneribus Missarum, inuestiendam esse in bonis mobilibus frugiferis; quod non euenit nisi ex implicatione acquiratur ius lucrandi notios fructus. Et ita hanc sententiam ex Bordono tenet Pellizzarius in *Man. to. 2. tract. 6. c. 3. n. 60.* cui ego addo Lezanam in *Summa Quæst. Regul. to. 4. ver. Missa, n. 3.* & Tamburinus *opus. de Sacram. Missa, lib. 3. cap. 1. §. 6. num. 9.*

An in aliquo casu, non obstantibus decretis Urb. VIII. possit pecunia relicta pro Missis non inuestiri in bonis fructiferis.

RESOLVTIO LXXII.

De hoc interrogatus à quibusdam Regularibus adducebant mihi Peyrinũ in *Formulario litteræ A. c. 1. n. 2.* vbi ait, posse ex dicta pecunia ædificari domum

domum aliquam in vsum, & commodum ipsius Ecclesie, posset restaurari ipsam Ecclesiam, seu eius domum & habitationem, quando minatur ruinam, posse extinguere censum aliquem, solum debitum, ac solum singulis annis ab ipsa Ecclesia. Idem docet Bord. in *Curs. Reg. tom. 1. ref. 25. n. 44. penes Tambur. ubi inf.*

Sed ego tunc negatiue sententiae adhaesi, & quidem contra Peyrinum in specie, si domus aedificanda, seu restauranda deseruiat ad percipiendos annuos fructus, nempe vel per locationem ipsius domus, vel ob culturam alicuius agri, vbi debeant habitare coloni ad percipiendos agri fructus; licitum erit in hoc implicare eam pecuniam; quia sic verè reddet annuos fructus ad sustinendū onus Missarum celebrandarū. Si autem domus non ad hoc deseruiat, sed tantum ad habitationem, vel commoditatem eorundem Clericorum, seu Religiosorum inseruientium Ecclesiae, id non erit licitum, quia hic non est fundus fructifer, nec similiter ad reparandam ipsam Ecclesiam. Nec demum potest talis pecunia implicari ad extinguendum censum: quia id esset potius extinguere debitum quam acquirere nouum fundum fructiferum. Haec, inquam, non licent absque concessione Sedis Apostolicae. Et haec omnia docet Auerſa de *Sacr. Euchar. q. 11. sect. 18.* cui ego addo *Tābur. opus. de Sacr. Missa, l. 3. c. 1. §. 6. n. 14. Pelliz. in Man. Reg. to. 2. tr. 6. c. 3. n. 24.*

Et quidem probatur haec opinio ex natura implicationis, quae importat acquisitionem nouorum fructuum ex re frugifera ab alio empta, quae alias non erat propria emptoris, aut saltem fiat propria ratione fructuum: siquidem implicatio auget novos fructus implicanti, quos antea non percipiebat: alioqui gigneret effectum contrarium, nempe onus absque nouo commodo, tum ex ipsis Decretis de *celebrat. m. ff. §. praeterea*: vbi decernitur, pecuniam datam pro oneribus Missarum inuestiendam esse in bonis immobilibus frugiferis; quod non euenit, nisi ex implicatione acquiratur ius lucrandi novos fructus. Ergo, &c.

Verum Pellizzarius ex his *num. 54.* quaerit, an regulares faciant contra praesentem prohibitionem, si recipiant onus celebrandi Missam quotidianam per centum annos, absque implicatione pecuniae ad talem effectum soluta. Et respondet negatiue cum sub praesentem prohibitionem cadant solum onera Missarum perpetua, quale non est onus celebrandi per centum annos, quamuis alias in fauorabilibus perpetuum dicatur tempus infra centum annos, & multo magis spaciū centum annorum: quod item procedit in odiosis, in quibus perpetuum proprie significat tempus non habens certum finem, iuxta *l. suriſperitos. ff. de excus. tutor.* Et hanc sententiam praeter Pelliz. tenet etiam Bord. *n. 27. Tamb. n. 26. Lez. in Sum. tom. 4. ver. Missa. n. 27.*

Verum ego puto cum Auerſa *loco citato*, quod quamuis ita sit ex vi decretorum: tamen ex debito ipsius rei, non esset integrum Clericis, aut Religiosis tunc residentibus in ea Ecclesia, vel Monasterio, expendere tunc, & insumere pecuniam suo commodo, & arbitrio, ac relinquere successoribus onus Missarum celebrandarum: sed oporteret ex hac parte ita implicare pecuniam, ut saltem pro toto tempore, quo durabit onus, annuos fructus reddat. Quod etiam notabit Tamburinus, *vbi supra.*

An liceat exponere Sacras Reliquias videndas, vel tangendas, ut magis Eleemosyna accrescant.

RESOLVTIO LXXIII.

Non desunt Doctores, qui censent, si ex praecipua intentione quaestus id facias, te mortaliter

peccare: sic Nauarrus *c. 17. num. 169. vers. 62. Armilla verb. Reliquia, n. 1. & Tabien. ibi: Philiarch d. c. 9. ad finem Azorius. lib. 9. c. 8. quaest. 7. Grassi 2. p. decis. lib. 2. cap. 14. num. 17. Moueatur ex cap. fin. de Reliq. & venerat. Sanct. vbi mandatur, ne Reliquiae exponantur venales. Clarius Trident. sess. 25. cap. 2. vbi dicit in Reliquiarum veneratione omnis turpis quaestus eliminetur. Ergo prohibet huiusmodi quaestum tamquam turpem. Et hanc sententiam praeter Doctores citatos tenet nouissime Pater Ferrandus in *Disquis. Relig. l. 1. cap. 10. art. 2.* vbi, me citato, sic asserit. Absque simonia SS. Reliquias distrahi pecuniis non posse docent vulgo Theologi ad vnum omnes, nullo enim pretio sunt aestimabiles, utpote suo modo spirituales (ut loquitur Suarez acutè, & doctè) quia partes sunt hominis Sancti, qui fuit templum viuum Spiritus Sancti. At in hoc argumento pluribus tractando sunt Theologi, & Iureconsulti doctissimi, quos, dum tibi per otium licebit, ac lubebit, non erit instructuosum consulere, vnum tamen placet hic te monere: videlicet, reliquias etiam aliquo modo dici vendi, ut ex Abbate iam pridem obseruauerunt laudati scriptores, quando exponuntur publicè adorandae propter bonum quaestum, & ut inde copiosiores eleemosynae colligantur potius, quam ut ad pietatem populus magis magisque accendatur, nam quando spectatur luctum, tamquam finis principalis, & pretium rei spiritualis, non velut stipendium laboris pro reliquiarum exhibitione suscepti: vel tamquam eleemosyna gratis à fidelibus oblata, tum in simoniae crimen incurritur: Secus autem si aliorum, verbi gratia, ad Gloriam Dei, Sanctorum venerationem, Christianae plebis solatium; deinde ad aliquam corporis sustentationem, ea SS. Reliquiarum exhibitio referatur. Hinc tamen xui nostri Apostatae (Huguenotos intelligo Ecclesiae desertores) siue per fas, siue per nefas sumserunt occasionem venerabilium reliquiarum cultum Vigilantij animo, ac stylo traducendi. In quibus non vltimus fuit excucullatus Lutherus, cuius haec pura, putaque mendacia, & meræ nugae sunt. Vndecima Antichristi facies est, reliquiarum veneratione: bella planè, & lucri feracissima facies. Hucusque Ferrand.*

At Ego puto magis probabiliter in tali ostensione reliquiarum grauem culpam non committi, ratio est, quia ostensione reliquiarum solum intendis excitare videntes ad eleemosynas largiores concedendas, non tamen illos ad eas obligare. Ergo reliqui as non venaliter ostendis; quia ad venalem ostensionem intercedere debebat mutua ostendentis, & viuientium obligatio, At in supradictis textibus solum venalis quaestus prohibetur. Ergo illa ostensio, quae venalis non est, non est prohibita. Dices, in Trident. non solum venalem quaestum, sed quemlibet turpem prohiberi. At velle ostensione Reliquiarum largiores eleemosynas recipere est turpis quaestus. Ergo hic prohibetur. Respondeo, in re non esse turpem quaestum, cum nulla largienti eleemosynam obligatio imponatur, sed fieri turpem ex intentione. Concilium autem prohibet quaestum in se turpem, qualis erat venalis, non illum qui solum ex antecedenti, & extrinsecè sit turpis. Quod inde constat; quia Concilium non intendit nouam prohibitionem inducere, sed antiquam reuocare. Inquit enim: Omnis turpis quaestus eliminetur, id est omnis, qui in se turpis sit, & prohibitus, eliminetur. Antiquitus autem solum venalis quaestus prohibitus erat, ex dicto *cap. fin.* Ergo à Tridentino hic est solum prohibitus. Adde, solum esse prohibitum turpem

per quæstum, qui grauitur turpis sit; ac acquirere eleemosynas gratis oblatas, media Reliquiarum ostensione, non est quæstus turpis saltem grauitur: quia non videretur grauitur offendi Religio, ex eo quod ostensione Reliquiarum temporale lucrum consequi intendas. Sat est si leuiter offendatur: imò si talis temporalis acquisitio non esset per ostensionem Reliquiarum principaliter intenta, sed secundariò, nulla ibi adesset turpitudine. Et ita nostram sententiam tenet Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 22. & post illum Castrus Palaus tom. 2. tract. 8. disp. 1. punct. 6. n. 17. quibus addè etiam P. Baldellum in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 17. num. 22.

An Reliquia in bello iusto possint abstrahi ab Ecclesia, sine onere restitutionis.

RESOLVTIO LXXIV.

Causus est curiosus, & forsitan à nemine pertractatus, nisi ab eruditissimo P. Ioanne Ferrando in disquisit. Reliquiar. lib. 1. cap. 8. art. 3. qui ad illum affirmatiuè respondet, motus his rationibus, eo quod inter Christianos omnia bona in bello iusto capta ad capientes iure pertinent: quandoquidem ea lex, & ius belli apud omnes Gentes receptum est, vti ex historiis, Philosophia, Theologia, iurisque vtriusque scientia testatissimum esse concedit non nemo: hæc enim inter Principes, Respublicas, nationes, & populos vniuersos, quà infideles, quà Christianos, communis consensio tacitè per consuetudinem inducta est, vt bona, quæ in bello iusto capiuntur, capientis sint, neque is profligato bello ad restitutionem obligetur, nisi, si inter præliantes exercitus, pacis inuentionis aliter cautum fuerit: tunc enim pacis inuentionis conditionibus religiosè standum est, bonaque expilata legitimis dominis, vtrinque repouenda sunt, ex regula iuris, qua res aliena restituenda est domino. Consequens igitur est, vt veneranda Cœlituum ipsa, quæ in bello iusto inter Christianos gesto, ab hoste victore capta, exportatæque sunt; ad ipsum iure attineant, vtpote legitimum eorum possessorem, ac dominum, nisi aliter inter Imperatores fuerit conuentum (vt hoc nostro æuo factatum legere est inter Hispanos, & nostrates Gallos) ac proinde ad eorum restitutionem minimè tenerentur. Dominium rerum habitatarum pro derelictis, (vt fert communis, & vna, eademque Theologorum & vtriusque iuris Doctorem sententia) acquiritur capienti, quod eas Dominus abiecerit vsque vlla spe, ac voluntate recuperandi; quanto citius earum rerum dominium, quæ pro deperditis habentur, ad capientes pertinere censendum erit? At in harum numerum venerabiles Diuorum exuuias, quæ ab hostibus Christianis bello iusto inter se decertantibus sublatae atque exportatae sunt, hoc iustius referas; quo certius est ipsos ita in prælium descendisse, vt crederent victorem, exercitum à Sacris minimè sibi temperaturum, atque in primis in Sanctorum inuolaturum pignora (quæ auto contra pretiosa à fidelibus aueruntur) absque vlla penitus spe illa recuperandi, si maximè velint. Quid enim æquè Principes Christiani iusto bello superiores ambiunt, quam Sanctorum reliquias ex deuictis hostibus reportatas in suas transuehere regiones, tamquam tutissima suorum regnorum præsidia futuras? ne fortè in hac parte, vel ipsismet Ethnicis de religione, ac pietate concedere videantur. Etenim hi plerumque in vrbium expugnatione, atque excidio, tam victi, quam victores secum Deos Penates efferre conuenerant.

Annon. Diana, Paris X.

Deinde occupatis iusto bello Prouinciis, vrbibus, oppidis; villisque, ab alterutra decertantium acie, templa, ædificaque Sacrae omnes, in victoris dominium, potestatemque concedunt, nec tenentur ea victo hosti restituere, vt in confesso est apud omnes, constatque Gentium vniuersarum, etiam Christianorum quotidiano vsu. Quin, & venerabiles Sanctorum exuuias, in quarum gratiam, & venerationem Basilicæ, & Sacella plerumque fuerant exædificata, quæ saltem in illis compositæ, depositæque religioso ante cultu colebantur: non enim potior est ratio, cur templis victorum potius victor exercitus; Sacris reliquiis non item? seu directè, seu indirectè vtraque iure capi potuisse, ac possideri velis. Neque vel hilum interest, quod templa, ædificaque sacrae sint immobilia; Reliquiæ verò bona mobilia censentur, si iam neutra sint bona aliena, sed propria legitime capientum, eaque iure belli iusti, & fortè voluti, sine religione facta sunt possidentium. Quanam ergo Reliquias restituendi obligatio ipsis incumbit? Hæc omnia Ferrandus.

Sed ego negatiuè sententiæ adhaereo. Nam licet fatear posse à Principe indicente bellum occupari omnia bona hostium, quæ necessaria sunt tum ad reparationem iniuriæ acceptæ, illamque vindicandam, tum ad securitatem impostero futuram: quæ de causa licet arceri, & ciuitatem occupare, pecuniæ summam exigere, & tributa imponere soluenda in futurum, & vt hæc impleantur, exigere obsides, sic latius Molin. d. 117. Suar. d. 13. sect. 7. de Charit. n. 20. Quod non solum verum habet in bonis hostium nocentum, sed etiam innocentum, si necessaria sunt ad supradictos fines vindictæ, & securitatis, quia tunc non puniuntur innocentes, sed punitur Respublica in ipsis, cuius sunt partes. Valent. 2. 2. disp. 3. q. 16. punct. 3. vers. quarto infero. Victor. de iure belli, n. 40. Couarr. reg. peccatum, 2. §. 9. n. 4. Molin. disp. 121. concl. 4. Suar. disp. 13. de bello, sect. 7. num. 12. Coninch disp. 31. dub. 7. à num. 113. Ab hac tamen regula excipiuntur bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum innocentum, quæ ob delictum ciuitatis occupari non possunt. Tum quia sunt specialiter dedicata, & à iurisdictione seculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum grauari. Tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Republica civili: ergo propter eius culpam puniri non debent, sic ex communi sententia docent Valent. 2. 2. disput. 3. quest. 16. punct. 3. vers. hic autem. Suar. disput. 13. de Charit. sect. 7. num. 11. Coninch disp. 31. dub. 7. n. 118. Bonacina disp. 2. de restit. quest. vlt. sect. 1. punct. 12. §. 3. num. 18. Molin. disp. 121. concl. 3. Quæ omnia patent ex cap. Innocentius, de treuga & pace, & cap. conuenerunt, de sentent. excomm. Quod etiam præter alios obseruat Trullench in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 12. num. 1.

In vno tamen casu per accidens Ecclesia, eiusque bona diripi, comburi, & deuastari possunt, si hoc necessarium fuerit ad finem belli consequendum, pacemve firmandam. Item possunt hostes ex Ecclesia extrahi, & in illa occidi, si prius ipsi Ecclesia abusi sunt tamquam arce & castro ad repugnandum, quia eo ipso amittunt priuilegium immunitatis, vt colligitur ex cap. Sanctorum Patrum, 10. q. 1. quod tamen non amittunt, si illam munierint ad præcisam Ecclesiasticorum, innocentumque defensionem. Sic Syluest. ver. bellum 3. quest. 6. & 8. Suarez disput. 13. sect. 7. num. 14. Bonacina d. num. 18. & 19. Valent. p. 3. vers. hic autem. Coninch disp. 31. dub. 7. num. 118.

Vnde ex his omnibus patet à fortiori, non posse à

Mm Principi

Principibus, etiam in bello iusto, Reliquias Sanctorum ex Ecclesiis abstrahi. Et ideo negandum est Patris Ferrando, hoc licitum esse per accidens; nam tunc licitum est per accidens bona Ecclesie abstrahi, quando hoc necessarium esset ad finem belli consequendum, vel pacem firmandam, ut ex multis probat Dicastillus *de iust. & iur. lib. 2. tract. 1. disput. 10. dub. 16. n. 40.* & Doctores citati, & citandi. Sed hoc non video euenire posse ex abstractione Reliquiarum, ut ex se patet: ergo, & per se, & per accidens hoc fieri illicitum esse contra Ferrandum, omnino dicendum videtur. Vide etiam præter Doctores citatos Theophylum Alarium in *Comm. consc. lib. 7. ver. Bellum, n. 8.* Turrimum *tom. 1. disp. 90. dub. 3.* Villalobos in *Summa, tom. 2. tract. 5. diff. 12. num. 19.* Tannerum *tom. 3. cap. 2. quest. 6. dub. 5. n. 70.* & Granadum in *2. 2. D. Thoma, controu. 3. tract. 13. disput. 4. sect. 9. num. 76.* Quibus etiam adde Arriagam in *Cur. Theolog. tom. 5. disp. 48. sect. 3. num. 50.* ubi docet, bona Ecclesiasticorum non posse auferri in bello, quia illi nullo modo censentur pars Reipublicæ in ordine ad illud bellum: neque eorum bona faciunt vnum quid cum bonis Reipublicæ, sed sunt omnium exempta. Ergo si, v.g. vasa argentea, & candelabra, ac alia bona Ecclesiarum non possunt ab ipsis abstrahi in iusto bello, quanto magis hoc asserendum est de Reliquiis Sanctorum, quæ à Prælatiis ipsis neque propter necessitatem Ecclesiarum, possunt alienari inconsulto Pontifice, ut firmiter stylus Curie Romanæ.

Confirmantur supradicta à fortiori ex doctrina, quam ex Syluestro sustinet Suarez *disput. 13. sect. 7. n. 14.* & Bañez in *2. 2. D. Thom. q. 40. art. 2. dub. ult.* nempe, non solùm bona Ecclesiastica, ut dictum est, sed etiam bona Laicorum, si tempore belli reponantur in Ecclesia, non posse ex illa ab hostibus extrahi: & licet hæc opinio in rigore non videatur admittenda, existimandam esse satis piam, tradit Dicastillus *num. 403.* & Castrus Palauus *tom. 1. tractat. 6. disp. 5. punct. 4. num. 18.*

Itaque sententia Patris Ferrandi non est admittenda, & praxis omnium principum est in contrarium, quia ut apparet, nullus ex ipsis audet apponere manus in sacras Reliquias, etiam si caperent iusto bello aliquam ciuitatem; nec aliter fieri posse existimo.

An sit opinio probabilis aliquorum Doctorum asserentium, posse Parochum, simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad confessiones suorum subditorum.

RESOLVTIO LXXV.

Non posse hoc facere ego alibi probaui contra Ledesma, & alios; nunc quæro, an saltem opinio affirmatiua sit probabilis; & præter Ioan. de la Cruz illam tamquam probabilem nouissimè admittit Leandrus *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 11. q. 56.* Et ratio, quia hoc ius Parochorum non videtur esse à Concilio sublatum, in quo solum dicitur, non obstantibus priuilegiis, & quacumque consuetudine: hoc autem ius non competeat Parochis ex priuilegio, aut mera consuetudine, sed ex officio, & potestate sua.

Verum ego puto dictam sententiam esse improbabilem, & ita illam vocant Suarez *disp. 28. sect. 4. num. 12. & 13.* Fagundez *p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 43.* Sanciùs in *selektis, disp. 48. num. 11.* & me citato Caspen-

sis in Cur. Theol. tom. 2. tract. 24. disp. 5. sect. 7. num. 64. & Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. n. 5.* ubi sic ait: Despues del decreto referido, num. 2. del Concilio Trident. no pueden los Parocos aprobar à los simples Sacerdotes para confessar sus subditos, porque forçosamente han da tener la vna de las dos aprobaciones del Concilio ò del Obispo, ò la del Beneficio Paroquial. Es opinion comun, y la contraria tiene mas poco de probabilidad. Quod etiam obseruat Nungus *ex addit. ad 3. p. q. 8. art. 5. dub. 5.* & idem nostram sententiam, me citato Cardinalis Lugo *de Pœnit. disput. 21. sect. 1. n. 6.* vocat omnino veram. Dicendum est itaque, quod post decretum Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 25. de reform.* non licet Parochis delegare iurisdictionem suam Sacerdotibus non approbatis ab Episcopo, quia sine vlla exceptione requirit in omnibus Confessariis sæcularium approbationem Episcopi. Nec obstat Parochos ratione sui muneris habere potestatem ordinariam delegandi vices suas alteri Sacerdoti, & non constare hanc potestatem sublatam illis esse à Concilio; tum quia satis intelligi potest sublata, cum in re tanti momenti in generali requirat approbationem: tum præcipue, quia Tridentinum non tollit à Parocho hanc potestatem, sed in Confessariis requirit approbationem, ut conditionem requisitam ad exercendum hoc munus: unde cum Parochus non possit delegare vices suas, nec vnquam delegare potuerit, nisi Sacerdoti idoneo ad confessiones, nec modo poterit delegare, nisi approbato ab Episcopo, cum sine hac approbatione non sit idoneus, sicut nec sunt Doctores, Magistri, aut Licentiati idonei Ministri confessionis sine approbatione. Imò Parochus non potest sibi Confessarium eligere, nisi ab Episcopo deputatum, sicut & alij Fideles, quia facultas sibi eligendi Confessarium est propria Prælatorum, vel eorum qui de consuetudine eam habent. Confirmo magis clarè, & euidenter nostram sententiam; quia in Tridentino vniuersaliter dicitur, nullum esse aptum, vel posse confessiones sæcularium audire de cætero, nisi vel Parochum, vel approbatum ab Episcopo. Et hoc potissimum fuit inductum ad tollendum Parochorum abusum, qui ineptis suas oues committebant. Ergo non debuit manere eadem facultas, sicut antea, in Parochia: ad quid enim Concilij decretum deserueret? Certum quippe est, neque etiam antea potuisse Sacerdotem simplicem audire confessiones Sæcularium, nisi ex commissione Parochi, vel Episcopi, vel Pontificis; si ergo nunc etiam possunt ex commissione Parochi eas audire, poterunt à fortiori ex commissione Episcopi, ac Papæ, qui est magis vnus Pastor earum ouium: & per consequens nihil innovatum erit per Tridentinum. Unde ex his ego puto posse Episcopum punire Parochum, & Confessarium, si Ledesma, & aliorum opinionem ad praxim deducerent. Sed miraberis fortasse Lector, me hanc questionem pestractasse, qui tamen in aliis operibus difficilè Doctorum opiniones nota improbabilitatis inuro. At hoc feci coactus ex scriptura parum modesta cuiusdam Parochi: effrontis.

Verum ex his oritur dubium, an saltem Parochus possit deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, ut si v.g. nimium fatigatus sit in hebdomada sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ab Episcopo longè distantem. Et affirmatiuè docet Henriquez *lib. 6. c. 6. n. 2. in Glossa, littera F. & G.* cum Ludouico à Cruce in *Bulla Cruciatæ, disp. 1. c. 3. d. 16. 3.*

dub. 3. n. 2. quod probat, quia ut communiter omnes concedunt in materia de matrimonio, & de voto, quando difficilis est recursus ad Summum Pontificem propter inopiam personæ, aut alio iusto titulo, Episcopus potest dispensare in votis, & aliis reservatis Summo Pontifici; ergo similiter in proposito, quando non est facilis recursus ad Episcopum, & vrget necessitas ob multitudinem confessionum, poterit Parochus idoneum Sacerdotem approbare. Deinde potest dici, quod in tali casu talis approbatio Parochi valet propter ratihabitionem, & epikeiam, quia rationabiliter credi potest, quod Episcopus, si adesset, approbaret illum, & quod ratam habiturus sit talem approbationem: unde rectè Henriquez loco *supr. cit.* ait, hanc sententiam esse probabilem, ex ratihabitione.

Verùm, his non obstantibus ego etiam in tali casu non concederem Parochis hanc auctoritatem; unde Trullench in *Bullam Cruciatam*, lib. 1. §. 7. cap. 1. *dub. 2. num. 2.* sic ait: Averte tamen Henriquez tenere posse Parochum defatigatum tempore Paschæ, aut Iubilæi in quo concurrunt plures confessiones, approbare confessorem doctum, si non est facilis recursus ad Episcopum, quod in casu necessitatis, & non aliàs satis probabile existimat Ludovic, à Cruce, hoc autem ego in praxi admittere non audeam, videtur enim apertè repugnare dispositioni Tridentini. Ita ille, & ego.

Et tandem hic quæro, an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo. Et affirmatiuè nominatim contra me respondet Leandrus de *Sacram. vbi supr. q. 59.* qui citat Henric. Coninch, Ioan. de la Cruz, Candidum, & alios, quibus ego addo Amicum in *Cur. Theol. tom. 8. disp. 15. sect. 3. n. 19.* vbi docet, approbatum ab vno Episcopo censi approbatum pro tota Ecclesia, licet fateatur posse Episcopum vnus Diocesis examinare Sacerdotem approbatum ab Episcopo alterius Diocesis, ut illi suas oves committat. Ergo dum Episcopus non prohibet Sacerdotes ab aliis Episcopis approbatos, non posse absque suo nouo examine in sua Diocesi excipere confessiones, dum hoc inquam, non prohibetur, sequitur posse Parocham dictum Sacerdotem in sua Parochia ad confessiones exponere.

Verùm contra Leandrum, & alios non discedo à sententia negatiua, quam olim docui, & hodie puto ab illa sine temeritate non posse discedi, stante Bulla Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. in causa Angelopolitana Iurisdictionis, sub die 9. Maij 1648. in qua responsione ad nonum dubium sic habetur; *Nond, vtrum Regularis quicumque, etiam Societatis Iesu possit administrare sacramentum Pœnitentiæ Sæcularibus absque licentia Episcopi Diocesanij, etiamsi in aliena Diocesi approbatus sit: Respondetur, Regulares etiam Societatis Iesu in vna Diocesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum læcularium audiendas nequaquam posse in alia Diocesi huiusmodi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diocesanij. Ita ibi.* Unde cessat hodie quæstio superius appositæ, & de qua dissensio aliqua erat inter Doctores, vtrum approbatus ab vno Episcopo, esset approbatus pro omnibus Diocesis; nam, ut apertè patet ex supra citatis verbis Pontificis, negatiuè omnino respondendum est, & opinio affirmatiua hodie nullam speciem probabilitatis habere potest. Imò ego puto etiam, ante Bullam Innocentij X. dictam sententiam non fuisse probabilem, stante alio decreto Urbani VIII. anno 1628. ut bene obseruat Cardinalis Lugo *vbi supr. num. 29.*

Anton. Diana, Pars X.

Sed de his ego etiam alibi. Vnde caueant in posterum Confessarij, sententiam Henriquez, Coninch, Amici, & aliorum ad praxim deducere.

An aliqui Prælati Curia Romana possint eligere Confessarium virtute cap. fin. de pœnit. & remiss. & quid de Equitibus D. Ioannis, D. Iacobi Alcantara, & Calatraua, an possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario.

RESOLVTIO LXXVI.

Suppono, Prælatos exemptos vigore *d. cap. fin.* posse eligere Confessarium; sed quinam sint dicti Prælati exempti, tradunt Doctores, quos citat, & sequitur noster doctissimus P. Pasqualigus in *decisi. Mor. decis. 92. & seq.* qui putat, Auditorem Cameræ, Thesaurarium, Clericos Cameræ, Præsides Cameræ, Auditores Rotæ, Magistrum sacri Palatii, Protonotarios Apostolicos, & Referendarios, posse virtute *d. cap. fin.* eligere Confessarium, & cum hoc Priuilegium non sit reuocatum per decretum Tridentini *sess. 23. cap. 15. de reform.* quia est insertum in corpore iuris sit, ut non solum possint eligere quemcumque approbatum à quocumque Ordinario, etiamsi non sit in illa Diocesi, pro qua est approbatus, sed etiam non approbatum; quia Priuilegium dat facultatem eligendi prouidum, & discretum, & quando Tridentinum declarat, quod non sit habendus pro idoneo, qui non est approbatus: loquitur tantum de idoneitate publica, non de idoneitate necessaria pro exercendo munere Confessarij; quæ sola sufficit, ut possit eligi Confessarius in virtute huius Priuilegij. Ita Pasqualigus; sed scias, huius sententiæ circa Prælatos Romanæ Curia non esse primum Auctorem P. Pasqualigum, sed P. Suarez in *3. p. tom. 4. disp. 27. sect. 2. n. 8.* P. Filiucium *tom. 1. tract. 7. cap. 9. n. 23. 1.* & P. Angelum Bossium *de Iubilæo, sect. 3. cap. 2. §. 4. n. 123.* vbi sic ait: De Auditore autem Cameræ, & quibusdam aliis Prælatibus existentibus in Curia Romana, qui habent iurisdictionem proprio iure, saltem quoad forum exterius, quique quoad forum interius, & etiam exterius sunt immediatè subiecti Papæ, indubitatè tenendum est, eos comprehendere, & gaudere priuilegio eligendi sibi Confessarium, quia sunt Prælati exempti, & in his habet locum ratio concessionis, scilicet, ne pro distantia imminet periculum animarum. Ita Bossius, & nouissimè idem docet Serius *tom. 2. in Bull. Cruc. disp. 1. diff. 10. §. 8. q. 1. n. 9.*

Sed ego huic sententiæ non adhæreo, quia ut alibi probaui ex auctoritate sacrae Congregationis, priuilegium, *cap. fin. de Pœnit.* fuit reuocatum à Concilio Tridentino: & dato, quod non esset reuocatum, consuetudo videtur in contrarium, ut dicti Prælati Romanæ Curia eligant Confessarium virtute *d. cap. fin.* nam nemo ex ipsis, ut intelligo, ausus est tali priuilegio vti, Idè resolutionem huius difficultatis ad Oraculum sacrae Congregationis Concilij remitto.

Quoad secundum dubium, docet Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. q. 47.* sententiam affirmatiuam esse probabilem, nempe posse dictos Equites confiteri cum simplici Sacerdote ab Ordinario non approbato. Idem tenet Marcus Vidal in *Arca Theolog. Mor. 1. de Indice, inspect. 4. num. 39.* Riccius in *praxi. part. 4. resol. 172. num. 2.* Notarius de *electio- ne fori, quest. 69. sect. 2. num. 23. in vltima editione, &*

M m

Marcinus

Martinus de San Ioseph in *Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. num. 3. & 4.* vbi sic ait: Y lo mismo se deve dezir de los Caualleros de los Ordenes de San Iuan, Santiago, Calatrava, y Alcántara, que se podran confessar con qualquier simple Sacerdote idoneo, Regular, ò Secular, aunque no este expuesto, porque segun la mas verdadera opinion, son verdaderos Religiosos. Ita ille.

Sed Pater amicissimus Bardi in *Bullam Cruciatam, p. 2. tract. 5. cap. 2. sect. 2. num. 24. & 25.* mediam tenet sententiam; tenet enim Equites Hierosolymitanos posse confiteri cum Sacerdote non approbato ab Episcopo, manet tamen dubius de Equitibus D Iacobi, Alcántaræ, & Calatravæ, quia non constat, hos Equites habere qualitatem illam, per quam eximuntur à lege; qualitas autem est vera, & stricta professio religiosa; idcirco dum de hoc non constat, videntur includi in illo decreto.

Verùm has sententias refellit P. Lezana in *Summa, tom. 2. cap. 15. num. 45.* sic asserens: Licet aliqui credant hos milites gaudere priuilegio aliorum Regularium, quod scilicet possint confiteri peccata sua Confessario etiam non approbato ab Ordinario. Nihilominus, quia in hoc attendenda est consuetudo, tam ea quæ fuit inter hos Milites ante Concilium Tridentinum, quam post illud, & hæc si in contrarium, vt ipse Diana testatur, nullatenus assentiendum est huic sententiæ, sed vt falsa reiicienda. Ita ille. Sed an hæc opinio sit falsa, vt vult Lezana, remitto me iudicio Doctorum vitorum, & contra Lezanam inuehitur nominatim Marcus Vidal, *vbi supra*, & P. Bardi *num. 26.* dicit, Sancium has sententias probabiliter docuisse: Ego tamen clarè negatiuæ sententiæ adhæsi in *part. 8. tract. 7. resolut. 96.* Vnde poterat P. Lezana me pro hac sententia adducere, vt fecit Leandrus & Vidal *vbi supra*, cum Pellizzario in *Mannual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. n. 26.* Nam vt ex consuetudine apparet, dictos Equites, quoad administrationem Sacramentorum subduntur Episcopis.

An qui ex priuilegio, vel licentia Medici, potest in diebus ieiuniorum comedere oua, & lacticia, possit comedere sanguinem, & quod vulgò dicitur, sanguinazzi, seu bioldo, Hispanicè, mondongo.

RESOLVTIO LXXVII.

EX Doctoribus neotericis inuenio affirmatiuam sententiam docere ex Religione S. Francisci de Paula Stephanum Isnardum Gallum in *consilijs impressis post suum Codicem Minimum, conf. 10. fol. 72.* vbi sic ait: Tertio dico, illum qui potest de consilio Medici oua manducare, vesci posse caseo, lacte, butyro, & sanguine, non autem carne. Ita ille. Et hanc sententiam ex veteribus clarè tenet Hostiensis in *Summ. de Obseruat. ieiuniorum, §. quando, num. 8.* per hæc verba: Hoc etiam scias, quod cuicumque conceditur vsus ouorum, & casei intelligitur concessus, quod etiam sanguine non sagimine, vt malè transcripsit Azorius *lib. 7. cap. 10. quas. 8.* vti possit, *argum. 82. dist. Presbyter.* & sic vtuntur Cluniacenses. Sed Cistercienses, & quidam alij Religiosi, contrarium seruant. Sic ille. Probari potest hæc opinio; nam aliqui asserunt, supposita licentia, aut priuilegio edendi lacticia, sagimen in talibus diebus potest concedi; ergo & sanguis ex paritate, quæ reperitur inter sagimen, & sanguinem, ex eo quod vtrumque trahit originem carnis, & neutrum est ca-

ro; ergo videtur esse par vtriusque ratio, & vterquæ esus esse licitus.

Verùm, his non obstantibus, puto in tali casu, nullo pacto sanguinem posse comedi, & ita firmiter probari doctissimus & amicissimus P. Bardi in *Bull. Cruciatæ, p. 2. tract. 3. cap. 3. sect. 3. num. 31.* Pasqualigus in *praxi de ieiun. decis. 170.* & Leandrus de *præcept. Ecclæs. tract. 5. disp. 2. q. 34.* nam licet nullus locus in sacris Canonibus assignari poterit, in quo sanguis prohibeatur; ergo in iure non habetur lex, quæ prohibeat sanguinem, attamen inspiciendo vniuersalem consuetudinem, comestio sanguinis, etiam in diebus, in quibus possumus vesci lacticiiniis, non est licita. Ita etiam Ludouicus à Cruce in *Bull. Cruciatæ, cap. 5. dub. 16. n. 4.* qui malè confundit sanguinem cum lacte, & sagimine, ex quo sequuntur eius falsæ citationes; nam loquens de his tribus, ac si eadem essent, refert plures pro sua conclusione, qui tamen, vt diximus non de sanguine, sed de sagimine sermonem habet. Stante igitur tali consuetudine, quamuis sanguis nou sit caro, sed proximum alimentum carnis, nullo pacto est licitum vesci sanguine feria sexta, aut sabbato, & multo minus in diebus ieiuniorum, etiam cum Bulla. Leandrus tamen *vbi supra*, putat, etiam de iure prohibitum esse esum sanguinis, quia, ait ipse, certum est, quod sanguis censetur esse in eodem genere cum carne: sic est, quod illi, cui concessum est comedere oua, aut lacticia, non idèd est concessum comedere carnes, vt omnes concedunt, & praxis probat: ergo, cui concessum est comedere oua, aut lacticia, nõ propterea concessum est comedere sanguinem animalium. Maior, in qua est difficultas, probatur, tum quia sanguis est præcipuè pars constitutiua animalis; sed quando prohibetur caro, censentur prohiberi omnes partes constitutiue animalis, aliàs dicendum esset, quod prohibita carne, nõ prohiberentur nerui, medulla, &c. quia hæc non sunt propria caro. Tum etiam, quia sanguis est in proximo statu, vt conuertatur in carnem: ergo est proximè caro, & sic caro in praxi censetur. Ex quibus patet responsio ad argumentum superius adductum de paritate sanguinis cum sagimine; respondeo enim cum Bardi negando paritatem primò, quia maior connexio est inter carnem, & sanguinem, quam sit inter pinguedinem, seu sagimen, & carnem; nam sanguis est in proxima dispositione ad hoc vt in carnem conuertatur, & aliquo modo est pars animalis viuæ, quatenus sine sanguine vita consistere nequeat, cum sit eius alimentum; at pinguedo est merum excrementum, & non necessaria ad vitam sustentandam, proinde magis videtur accedere ad carnem sanguis, quam adeps, seu pinguedo: secundò, etiam si demus esse eandem vtriusque rationem physicè loquendo, nihilominus moraliter non ita, quia consuetudo vescendi sagimine in multis locis est legitime præscripta, nõ autem inuenitur talis consuetudo circa esum sanguinis, & si in aliqua regione introducta sit similis consuetudo, quæ non constat, ibi esset permittendus esus sanguinis, diebus, quibus lacticiiniis vescimur. Nota tamen, quod non obstante dicta disparitate inter sagimen, & sanguinem; vnde ego olim docui cum multis Doctoribus, quod qui haberent priuilegium comedendi oua & lacticia, possunt comedere sanguinem, tamen, re melius considerata, existimo, hanc sententiam non esse in praxi reducendam, & idèd nunc sententiæ contrariæ adhæreo, quam tuetur Leandrus *vbi supra, quas. 15. & alij.*

Obseruandum est hic obiter primò, quod qui vult pro qualibet die non comedere carnes, aut oua, toties peccat, quoties comedit. Ita, vt alibi annotaui, tenendum

tenendum est, contra amicissimum & doctum Pasqualigum *decis. 66.* qui malè citat me pro sua sententia. Vnde præter Leandrum, alibi à me adductum, tenet hanc sententiam nouissimè nominatim contra Pasqualigum Angelus Bossius *in Moral. tom. 3. tit. 21. §. ult. n. 357.* Votum enim abstinendi in aliquo die à carnibus, vel lacticiis, & ouis secundùm omnes obligat ad instar præcepti Ecclesiastici de abstinendo in die ieiunij, & Veneris, ac Sabbati à carnibus, & de abstinendo in Quadragesima ab ouis, & lacticiis; & ita vouens eo die peccaret, quoties carnes, aut oua comederet: obligatio enim præcepti Ecclesiastici abstinendi ab illis cibis obliget semper, & pro tempore. Ergo.

Nota etiam, me alibi docuisse contra Pasqualigum *decis. 299. & decis. 276.* excusari à ieiunio textores vittæ sericæ, & sartores, etiam conficientes calceos ex materia molli; & ita nostram sententiam nominatim contra Pasqualigum tenet etiam nouissimè P. Bossius *in Moral. tom. 3. tit. 21. §. 2. num. 63. in princ. & in fine.*

Item ego alibi docui contra Pasqualigum *decis. 275.* quod defectus vini nullo modo mihi videtur excusare à ieiunio, seu tribuere causam sufficientem faciendi plures comestiones; quia licet deficiat vinum, aut ceruisia, aliave potio, quæ loco vini adhibetur, possunt esse cibi, & tales, qui abundè sufficiant ad vnicam sufficientem comestionem, seu refectiorem. Et ita nominatim contra Pasqualigum docet etiam Bossius *ubi supr. num. 56.* Et tandem quidquid contra me asserat Pasqualigus *decis. 354.* idem Bossius *n. 30.* aduersus illum firmat, iuuenes ante ætatem 21. anni completi esse obligatos ieiunare, quando regula Religionis præcipit aliquod ieiunium. Et hanc opinionem tenet nouissimè Martinus de San Joseph *in Manual. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 8. num. 4.* Et nominatim contra Pasqualigum, me citato Leandrus *de præcept. Ecclesie, tract. 5. disp. 6. quest. 9.* Idem etiam docet Azorius *tom. 1. lib. 7. cap. 17. quest. 3.* & Alarius *in Can. conscient. lib. 7. ver. ieiunium, num. 17.* asserentes esse falsam contrariam sententiam, sed ego libenter abstineo à censuris opinionum.

Et tandem nota, dictum Patrem Pasqualigum *decis. 382.* nominatim contra me docere, Pontificem dispensando cum aliquo in ieiunio absque causa non peccare neque venialiter. Sed nostram sententiam nominatim contra ipsum tenet, me citato Angelus Bossius *ubi supr. num. 108.* & etiam nominatim contra ipsum me citato Leandrus *de præcept. Ecclesie, tract. 5. disp. 10. quest. 4.* qui respondet ad omnia argumenta Pasqualigi. Dicendum est itaque Pontificem dispensando sine causa in ieiunio, peccare saltem venialiter.

An Sacerdos qui ex malitia, & culpabiliter celebrat absque confessione, teneatur præcepto Concilij Tridentini sess. 13. cap. 7. quamprimum confitendi.

RESOLVTIO LXXVIII.

Negatiuè respondet Cardinalis Lugo *de Sacrament. Euchar. disp. 14. sect. 7. n. 150.* quia Concilium apertè loquitur de illo, qui necessitate urgente, celebrat; & quidem in his præceptis posituiis non debemus arguere ab vno ad alium casum: præsertim cum sit maior ratio in præsentem; tum quia hoc præceptum ordinatur ad iniiciendum metum iis, qui prætextu necessitatis celebrandi differre possunt diu confessionem;posito autem hoc nouo præcepto, dicitur.

Anton. Diana, Pars X.

ligerentius quærent Confessarium: illis autem, qui ex malitia id faciunt, non erat necesse iniicere talè metum, cum iam sciant, se obligati sub peccato ad præmittendam confessionem: tum etiam, quia præceptum hoc in ordine ad illos, non esset vtile, sed occasio certa noui peccati absque vlla spe fructus. Quomodo enim sperabitur confessurus statim post Missam propter hoc nouum præceptum Ecclesiæ, quod contempto præcepto Diuino, celebrat nunc absque confessione. Ita Lugo: Sed aduersus illum nouissimè insurgit Martinon *in Theol. Schol. tom. 5. disp. 49. sect. 8. num. 87.* putat enim, Sacerdotem sic celebrantem à fortiori contineri sub præcepto Conellij, eo quod Concilium Tridentinum ait: Si necessitate urgente, &c. putat non esse dictum, vt excluderet casum extra necessitatem: sed vt disertè exprimeret illum, de quo magis dubitari poterat, & in quo necessitas videri poterat excusare. Nec obest, quod præceptum hoc non aded prodest malitiosis. Neque enim propterea non debent vrgeri præceptis, & oneribus, vt resipiscant. Hæc Martinon, qui poterat in fauorem sue sententiæ adducere etiam Syluium *in 3. p. quest. 80. art. 4. dub. 2.* Verùm his non obstantibus ego puto non esse recedendum à sententia Cardin. de Lugo, quam nouissimè cum aliis tenet eius Frater P. Franciscus Lugo *de Sacram. lib. 4. cap. 6. quest. 8. n. 70.* nam in præceptis posituiis non valet argumentum à minori ad maius; nec arguere valeamus ab vno casu ad alium. Præsertim cum in celebrante sacrilegè deficiat finis humani præcepti; quod certè non cogeret ad confessionem postmodum quamprimum faciendam illum, qui scienter violat præceptum Diuinum præmittendi confessionem ante communionem: vnde potius esset occasio noui peccati: & ided, vt dixi, opinio Martinon, mihi non placet.

Notat verò dictum Martinon *ubi supr.* contra eundem Cardinalem Lugo docere idem dicendum esse de eo, qui non præmissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante communionem, se esse in statu peccati mortalis. Talis enim, si tunc non potest confiteri, tenetur conteri, & data prima contritione moderata confiteri, quia celebravit absque confessione præuia, vt ait Tridentinum, præuia, inquam, ad communionem, de qua loquitur idem Concilium verbis proximè antecedentibus illud præceptum, cõsequenter ad illud Apost. 1. Cor. 11. *Probet autem seipsum homo (per confessionem) & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Debet autem hoc nouum præceptum intelligi latum esse Sacerdotibus, iuxta subiectam materiam, & consequenter ad verba præcedentia.

Sed his non obstantibus, licet probabiliter dicta sint, ego puto, sententiam Card. de Lugo, esse probabiliorè; & illam, tenet P. de Lugo *ubi supr. n. 69.* Vnde Rubrica Missalis Sacerdoti, qui conscientiam habuit peccati mortalis ante Missam inchoatam, præscribit, vt habeat contritionem, & posteaquam primùm confiteatur; illi verò qui talem conscientiam in ipsa solùm celebratione recognoscit, dumtaxat præscribit, vt habeat contritionem cum proposito confitendi, & satisfaciendi, videlicet suo tempore.

An peccata dubia, confessã ut dubia, si efficiantur certa, sint iterum confitenda.

RESOLVTIO LXXIX.

De hoc casu his diebus interrogatus fui per litteras ex Germania à quodam Theologo, qui pro negativa sententia adducebat Card. de Lugo, & Ioannem Caramuelem, & poterat etiam adducere

M m j. Lean

Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 5. quest. 27. & Martinum de San. Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Pœnit. num. 9. vbi me citato, sic ait :
 ➤ Añado que despues que el penitente confesò en-
 ➤ dudu el peccado, que dudò auia cometido, aunque
 ➤ despues se acuerde con certidumbre que le come-
 ➤ cio, es muy probable sentenciam, que no tiene obliga-
 ➤ cion, à boluerle à confessar. Deuen assentir à esta
 ➤ opinion los Doctores, que lleuan, que auiendo se
 ➤ confessado de doze peccados, añadiendo la particula,
 ➤ poco mas ò menos, si despues se acordò el peniten-
 ➤ te de dos peccados mas, no tiene obligacion à con-
 ➤ fessarlos, pues corre la misma razon en el vn caso,
 ➤ que en el otro, vease el num. 4. deste mismo tratado.
 ➤ La razon de lo dicho es, que aunque confesò el pe-
 ➤ nitente el peccado en duda, se absoluieron directa-
 ➤ mente del. He comunicado esto con hombres do-
 ➤ ctos, que sienten lo mismo. Ita ille. Cui adde no-
 ➤ uissimè nominatim contra me Marcum Vidalem, in
 ➤ Arca Theolog. Moral. tit. de pœnit. Sacram. Inquis. 5.
 ➤ num. 33. & seqq.

Sed his non obstantibus communiter contrarium
 asserunt Doctores, vt nouissimè nominatim contra
 Lugum Ioannes Martinon in Theol. Scholast. tom. 5.
 disp. 50. sect. 8. num. 95. quia, ait ille, peccatum illud
 incertum, quando postea scitur vt certum, notabili-
 ter variat iudicium Confessarij, & transfert illud de
 materia non necessaria Sacramenti in materiam ne-
 cessariam. Et quemadmodum si dubitasset, esset ne
 mortale, an veniale, posteaque deprehenderet esse
 mortale, teneretur de illo, tamquam de mortali, rur-
 sus confiteri: sic, &c. Par enim est ratio vtriusque.
 Sicut enim differentia mortalis & venialis, est mo-
 raliter specifica, ita & differentia mortalis certi, &
 dubij. Alias rationes videbis apud Doctores à me
 alibi adductos; & nota, quod Cardinalis Lugo co-
 natur firmare multis argumentis negatiuam senten-
 tiam, sed non audet ei adherere.

Restat modo respondere ad eius argumenta, quæ
 etiam adducit Vidali, & Martinus de San Ioseph, &
 primò, quia qui confessus est, v.g. decies circiter, seu
 plus, minusve peierasse, si postea meminit certo, se
 peierasse duodecies, non tenetur de duobus illis per-
 iuriis confiteri: sed censetur illa in præcedenti con-
 fessione sufficienter explicasse, quamuis sub dubio
 tantum ea proposuerit. Respondeo, maiorem requi-
 ri exactiorem in explicanda substantia peccati, quàm
 in numero: sufficeretque numerum circiter declara-
 ri, quantus occurrit post sufficientem diligentiam,
 vt communi vsu receptum est, ex quo magis, quam
 ex principiis metaphysicis de confessionis integri-
 tate iudicandum est. Quòd pertinet id quod ait idem
 Cardinalis num. 88. differentiam esse inter speciem
 peccati, & numerum, quoad necessitatem explican-
 di, & determinandi in confessione. Nam ferè omnes
 dicunt eum, qui confitetur, se ter, vel quater fornicat-
 um esse, non teneri postea ad confitendam quat-
 tam fornicationem, quamuis certo illius recorderetur.
 At verò si pœnitens dicat, se certum esse de consen-
 su mortali contra castitatem, non tamen recordari,
 an circa solutam, vel coniugatam: omnes dicunt de-
 bere postea explicare determinatè speciem, si postea
 recorderetur fuisse coniugatam, seque id aduertisse.
 Nimirum quia species peccati debet explicari de-
 terminatè, multo magis, quàm numerus peccato-
 rum. Atqui, differentia inter peccatum mortale du-
 bium, & certum, est moraliter specifica in ordine ad
 confessionem, & ad iudicium ferendum, in foro pœ-
 nitentiæ. Ergo debet magis determinatè explicari,
 quàm numerus peccatorum.

Ad secundum, quod qui obtinet dispensationem
 à censura, vel à voto proposito vt dubio; non tene-
 tur iterum petere, licet postea certo de illis confite-
 retur. Respondeo, negando paritatem: nam institutio Sa-
 cramenti Pœnitentiæ obligat ad deferenda Sacerdo-
 tibus omnia mortalia eo modo, quo possunt rectè
 censere de eorum grauitate: quod non facit, qui
 peccatum mortale certum confitetur vt dubium. At
 potestas tollendi censuras, quæ tota pendet ab in-
 stitutione Ecclesiæ, non hoc postulat: neque pote-
 stas dispensandi in voto ex causa rationabili, suffi-
 ciente ad relaxandum votum, siue dubium, siue
 etiam certum sit. Quod addo, quia alioqui non pu-
 to fore validam dispensationem voti certi.

Ad tertium, quia talis fuit directè absolutus à suo
 peccato, quamuis proposito tantum vt dubio. Ergo
 non tenetur illud iterum confiteri, accedente cog-
 nitione certa: quæ cognitio tantum purificat, aut no-
 tificat conditionem, sub qua fuit remissum per ab-
 solutionem. Respondeo, peccatum illud, fuisse qui-
 dem directè remissum: sed quia non fuit satis expli-
 catum in præcedenti confessione, manet obligatio
 explicandi illud vt certum.

Et hæc omnia docet Martinon vbi supr. contra
 Lugum, & alios; qui tamen n. 91. sine vlla formidine
 sustinet, peccata dubia non esse in confessione ape-
 rienda. Verùm hanc sententiam Martinon, tam-
 quam aduersantem communi opinioni Doctorum,
 & communi Praxi totius Ecclesiæ, alibi omnino re-
 iiciendam esse probaui. Et præcipuè in hac part. 10.
 tract. 12. resol. 2. Vnde male nouissimè probabilem
 illam putat Bossius in Moral. tom. 1. part. 2. tit. 1. §. 48.
 num. 1754. si loquutus est de probabilitate practica,
 si autem de probabilitate speculatiua, transeat.

*An Sacerdos chiragra impeditus possit mini-
 strare Eucharistiam non pollice, & indice,
 sed alijs digitis: & de alijs dubijs circa mi-
 nistrationem Eucharistia.*

RESOLVTIO LXXX.

Affirmatiuè respondet P. Leandrus de Sacram.
 tom. 2. tract. 7. disp. 4. q. 19. Et ratio est, quia tota
 manus Sacerdotis est consecrata; imò & in casu
 necessitatis putat, talem Sacerdotem ita debere Eu-
 charistiam ministrare.

Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam
 præter Possuinum, & Bonacinam à Leandro addu-
 ctos tenet etiam P. Franciscus Lugo de Sacram. lib. 4.
 cap. 12. quest. 4. num. 18. Dico igitur Sacerdotem, qui
 propter chiragram, vel aliam infirmitatem non po-
 test Eucharistiam indice, ac pollice ministrare, non
 posse licitè illam alijs digitis conferre; licet enim
 tota manus sit consecrata; consuetudo fert vt Sacra-
 menta, quæ non sunt absolutè necessaria, quoad rea-
 lem receptionem, conferantur indice, ac pollice, nec
 ab vsu communi recedendum est. Concedo tamen
 in extrema, vel grauissima necessitate posse quibus-
 libet digitis Eucharistiam ministrare.

Nota hic etiam obiter Leandrum vbi supr. q. 28.
 docere, Sacerdotem administrantem Eucharistiam
 extra Missam, omittendo cæremonias, vt luminis ac-
 censi, confessionis generalis, absolutionis venia-
 lium, &c. peccare mortaliter, si absque causa vlla ra-
 tionabili, eas cæremonias omittat. Quia quod ac-
 cendatur lumen, quando extra Missam sacra Eu-
 charistia dispensatur, expressè habetur in cap. sanè,
 de celebratione Missarum. Ergo omissio huius, tal-
 tem, cæremonia, non est censenda leuis irreuerentia.

Verùm

Verum ego puto, quod quamuis solet lumen accendi, & confessio generalis præmitti cum quibusdam precibus, quæ non possunt omitti sine rationabili causa, nam aliqualem irreuerentiam contineret omisso voluntaria talium rituum, quos Ecclesia præscribit: hæc non ita rigorosè præcipi, ut ipsorum omisso, secluso tum scandalo, tum contemptu, sit mortale peccatum, sed solum veniale. Et ita præter Suarez, & alios à Leandro adductos tenet nouissimè Pater Lugo loco citato num. 23. ad cap. verò, sanè, respondeo, quod loquitur quando Eucharistia deferretur ad infirmos, & tunc quia grauius puniuntur transgressores, grauis culpa supponi videtur, & rituale quoque Romanum, præcipit Eucharistiam deferri cum lumine.

An verò Sacerdos possit deferre Eucharistiam moribundo valdè festinanter currendo, discrepant Doctores: Bonacina ubi supra num. 9. & Barbosa de Potest. Parochi cap. 10. num. 46. negant propter irreuerentiam Sacramenti, indecentiam, & irrisionem Ministrum, quæ ex illa festinatione oritur; cum quibus Ecclesiasticum, & Diuinum præceptum sumendi Eucharistiam in mortis articulo obligare non videtur. Et idè Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Euchur. num. 17. sic ait: Ni està obligado à lleuar el Sanctissimo Sacramento al enfermo, si ha de ir cortiendo; porque repugnat a la uerencia deuida a tan alto Sacramento, ni el precepto de lleuarle à los enfermos, obliga con peligro de que tongan al Parroco por necio; puede, y deve darle priessa: pero no ha de perder la deuida modestia, ni decencia que se perderia con ir corriendo. Ita ille. Affirmatiuam sententiam sustinet Quintanaduenas in Theol. Mor. tom. 1. tract. 4. singul. 8. n. 2. nisi eam magnam irreuerentiam festinatio afferat, quæ periculum gignat decidendi in terram Sacramentum, aut Parochum cum illo, vel verum aliquod (non puerile, aut pharisaicum) sequatur populi scandalum. Hæc autem rarissimè euenient; nam qui veloci cursu Eucharistiam deferri videat, existimare debet, periculum esse in mora. Et si Parochus propterea ab insipientibus irrideatur, non idè ab administrationis obligatione excusabitur. Si enim iuxta Theologos in 2. 2. quest. 185. quilibet tenetur honorem, famam, & vitam prodigere, ut proximo in extrema necessitate spiritali succurrat, cur Parochus illam leuem irrisionem sustinere non tenebitur, cum ex charitate, & iustitia obligatus sit oui suæ in mortis articulo subuenire Sacramentorum administratione? Nec irreuerentia ex festinatione orta ea est, ut excuset ab hoc præcepto, eique vtilitas suscipientis, ob quam iustituta est Eucharistia, præponderat, & ob eam cedit quasi iuri suo Sacramentum. Quemadmodum aliquid irreuerentiæ est, quod à Sacerdote non ieiuno Missa celebretur, & tamen potest, ad communicandum alium, vel se ipsum in mortis articulo, ut docent Zambranus de Euch. c. 3. dub. 6. num. 1. Laymann. lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 20. & alij. Sicut & si quid irreuerentiæ sit, ut Laicus propriis manibus Hostiam consecratam tangat; potest tamen & eam sibi in mortis naturalis, vel violentæ discrimine ministrare, si absit aliquis Sacerdos, vel Diaconus, ut sentiunt Filliucius, Suarius, Coninch, Chapeauille, Reginaldus, Granadus, & alij apud Dianam 3. part. tract. 4. resol. 47. & 5. p. tr. 3. resol. 47. contra Harradum, Præpositum, Faustum, Tannetum, Fagundez, & Ochaguiam. Hinc patet ad rationem Barbosa. Hucusque Quintanaduenas.

Vnde ex his rectè circa præsentem difficultatem discutit Pater Lugo ubi supra num. 16. & idè cum

ipso assero, quod in hac re prudenter conferendæ sunt irreuerentia Sacramenti, & irrisio Sacerdotis cum necessitate, vel vtilitate recipientis, ut appareat quid rationabilius sit. Certe quoties Parochus ministraturus Baptismum, vel Pœnitentiam, vel Extremam Vnctionem, probabiliter timet, proximum in peccato mortali decessurum, nisi festinet, & curram fatentur Doctores, illum debere currere festinanter, etsi nondum integrè sit induus, aut ingruat pluuia, vel pruina, vel æstus, aut Sacerdos sit irridendus, ut fatuus; Teneatur enim non solum honorem, & famam, sed etiam vitam exponere pro solute suarum ouium, quando versantur in extrema necessitate spiritali. Vnde colligo 1. quoties infirmus nequit aliud Sacramentum præter Eucharistiam recipere, prudenterque timeretur eius damnatio, nisi recipiat Viaticum; hoc esse ministrandum, etsi Sacerdos debeatur currere festinanter, & omittere ritus accidentales Communionis; quia tunc necessitas morientis præponderat reuerentiæ Sacramenti. Secus verò si non urgeat talis necessitas; quippe sola Communionis vtilitas non præponderat Eucharistiæ venerationi.

Sed si aliquis curiosus inquirat, an Sacerdos possit vehi equo ad præbendum Viaticum moribundo longè distanti, Possuinus, & Barbosa ubi supra asserunt non posse, nisi loci consuetudo id permetteret, & equus esset mansuetus, addentes, quod quantumuis sit defatigatus debet non tradere Eucharistiæ pixidem ferendam Laico, sed hinc inde à Laicis ipse humeris sustentetur, vel bursa collo appensa portet Eucharistiam. Verum Quintanaduenas loco citato singul. 8. num. 2. ad hoc dubium sic respondet: nisi prudenter timeatur, pixidè Eucharistiæ, vel Sacerdotem cum ea in terram casurum, potest ille equitans eam deferre. Quod periculum non aderit, cum in mansuetu equo, vel in mula, aut asino iter ageret. Quod si contingat, quod nimis distet ægroti domus, & equus non inueniatur, Parochusque ob debilitatem non possit totius itineris cursu solus deferre, adhibeat sibi alium Sacerdotem, vel Diaconum in Sacerdotis absentia, socium, qui eam etiam deferat, vel, quod facilius est, collo appendat in bursa. Si verò contingeret, quod nec Sacerdos, nec Diaconus adsint qui possint in hoc casu iuuare deferentem; nec hic queat absque iuuamine: Laicus iuuet, ac deferat, iuxta sententiam Laymann lib. 5. tract. 4. c. 7. num. 4. Coninch. quest. 2. art. 3. num. 23. & Dianæ 3. part. 4. sect. 4. resol. 47. docentium, posse Laicum Eucharistiam ministrare moribundo, si absint Sacerdos, & Diaconus. Quod probabile reputat Valentia tom. 4. d. 6. quest. 10. part. 1. licet intolerabilis opinio vocetur, à Soto: Sed immeritò: nam id nec naturali, nec diuino præcepto repugnat: immò nec Ecclesiastico; quia cap. perueniat. dist. 2. de consecr. loquitur extra casum necessitatis. Nec consuetudo obstat; nam hæc adesse in præsentem nequit: quia cum illa sit actuum reptitio, & hic casus rarissimè, aut nunquam enenerit, non potest circa eum esse propriè consuetudo. Per quod patet ad secundam dubij partem. Et hæc omnia docet Quintanaduenas ubi supra; Et quidem contra Cardinalem de Lugo nominatim contra me asserentem, non posse Laicum ministrare Eucharistiam moribundo; oppono eius Fratrem Germanum Patrem Franciscum de Lugo, qui nouissimè, me citato de Sacram. lib. 4. cap. 11. q. 1. num. 11. & alios penes ipsum nostram sententiam tenentes, nempe Laicum in articulo mortis, si non adsit alius minister posse non solum ipsum cum suis manibus sumere acru in Viaticum, sed etiam illud aliis ministrare.

Nota hinc obiter, Marcum Serium *tom. 1. de officio & potestate Paroichi disp. 5. d. difficul. unica, quest. 21. num. 15.* obseruare Patrem Iosephum de Augustino, virum quidē doctissimum ex Societate Iesu, & Concium nostrum amantissimum, cum infirmus particulam deglutire non posset, illam posuisse in cochleari argenteo cum paruo iure, vt in stomachum facilius transmitteret, sed, vt verum fatear, hæc praxis mibi non placet, reuerentia debita tanto Sacramento: non enim decet ponere illud iu iure, propter carnis pinguedinem in ipso admixtam: sed potius intra parum aquæ, vel vini; quæ quidem ordiantur, & sunt instituta ad confessionem huius Sacramenti. Sed si forsan Medici existimarent hæc infirmo detrimentum allatura; tunc particulam iu iure calido apponi concederem; & forsan in hoc casu ita practicauit Pater Augustinus, *ubi supra.*

An in casu extrema necessitatis, si non adsit oleum benedictum ab Episcopo, possit Sacerdos illud benedicere, vel uti oleo non benedicto ad inungendum moribundum.

RESOLVTIO LXXXI.

Afirmatiuam sententiam docet nouissimè Ioan. Martinon *de Sacram. tom. 5. disput. 65. sect. 3. num. 16.* vbi sic asserit: Dico secundò sufficere, vt oleum sit aliquo modo benedictum ab Episcopo, idest, vel per ipsum, vel per Sacerdotem ex ipsius commissione: qui enim per alium facit, per se facit moraliter. Probat, quia rectè Arcudio *lib. 5. de Sacram. cap. 2.* Græci sic faciunt ex antiquissima consuetudine, quam Clemens VIII. approbauit, monens in quadam instructione, de ritibus Græcorum, non esse cogendos eorum Presbyteros accipere oleum ab Episcopo benedictum, quia ex antiquissima consuetudine Orientalis Ecclesiæ, possunt Presbyteri de licentia, & commissione Episcopi benedicere oleum infirmorū. Multoque magis id possunt ex commissione ipsius Summi Pontificis, vt docent etiam Victorius *de Sacram. num. 216. in fine,* & Valent. *quest. 1. de Extrem. Vnct. punct. 2. post Palud. Sotum, & Caiet.* quos citant. Imò quia opinio Glossæ initio relata videtur nonnullis esse probabilis in praxi posset Sacerdos in casu extremæ necessitatis oleum ipse benedicere, eoque moribundum inungere: aut si neque benedicere liceret, posset uti etiam oleo non benedicto. Sed si si ægrotus superuieret, vngendus esset iterum sub conditione, propter securitatem. Hucusque Martinon. Sed ego non auderem hanc sententiam in praxim deducere, quidquid ipse dicat: Nam vt rectè obseruauit Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 2. q. 2.* quibus adde Lessium *in 3. p. D. Thoma cap. 1. de Extrem. Vnct. dub. 4. n. 3.* vbi est materia extincta Sacramentorum, qua Christus non est vsus requiritur benedictio. Dicendum est itaque, quod materia externa, quæ ad Sacramenta adhibetur, huiusmodi Sacra benedictione debeat veluti disponi, aptari, & eleuari ad formam Sacramentalem; & vt sit idoneum instrumentum, per quod gratia conferatur. Materiam quidem Baptismi, & Eucharistiæ ipso Christi vsu, & contactu sanctificatæ, & aptatæ ad formam Sacramentalem fuerunt, vnde non indigent alia benedictione, vt sint idoneæ materiam. Sed Sacramenti Vnctionis, & Confirmationis materia Christus numquam est vsus, vnde oportebat, vt aliqua benedictione consecrarentur. Deinde de necessitate Sacramenti est, vt oleum sit ab Episcopo benedictum, quia licet Diuus Iacobus

huius benedictionis mentionem non fecerit ex communi Ecclesiæ traditione à Concilio Florent. in decreto Eugenij, de litteris vnionis, & à Trid. *sess. 14. c. 1.* declarata, & approbata necessariò requiritur, vt comprobatur D. Thomas *in 4. d. 23. quest. 1. art. 2. q. 2.* Pater Lugo *de Sacram. lib. 3. cap. 1. q. 2. num. 19.* Bonauent. *art. 1. q. 2.* Paludan. *q. 1. art. 2.* Valen. *disp. 8. q. 1. p. 2. in principio.* Suar. *disp. 40. sect. 1. num. 3.* Egid. de Coninch. *disp. 19. dub. 2. concl. Bonac. de Sacram. Extrem. Vnctionis, disp. 7. q. unica part. 2. num. 3.* Layman *lib. 5. Sum. tract. 8. c. 2. n. 2.* & alij. Vnde audiendus non est Victorius *in Sum. de Sacram. q. 2. 17.* cui sub dubio fauet Caiet. *3. p. q. 72. art. 3.* asserens, solum ex præcepto benedictionem requiri, non ex Sacramenti necessitate. Et idem meritò Reuerendiss. Magister Sacri Palatii, deleuit hanc opinionem ex Aphorismis Emanuelis Sa, vt patet in Editione ab ipso correctæ. Et quidem, vt infra videbimus, aliqui hanc opinionem tamquam temerariam damnarunt. Quæ omnia sunt valde vera; nam esto, graues Doctores, Caiet. *2. 2. quest. 72. art. 3.* Victor, *de Extrem. Vnct. n. 116.* Henriquez *lib. 3. c. 8. num. 2.* Zembran. *de Extrem. Vnct. c. p. 5. num. 3.* non improbabiler censent, ex commissione Pontificis oleum à simplici Sacerdote benedictum sufficere. At verius, & securius est necessariò ab Episcopo esse benedicendum: quia Florentin. & Trident. Concilia æquè dicunt, materiam huius Sacramenti esse oleum, ac esse ab Episcopo benedictum. At ex commissione Pontificis oleum mutari non potest: ergo neque mutari potest Episcopalis benedictio, sicuti aliis relatis, tradunt Barbof. *alleg. 10. num. 6.* & *alleg. 31. num. 14.* Valen. *disp. 8. quest. 1. p. 2. in princ.* Suar. *disp. 40. sect. 1. num. 8.* Coninch *disp. 19. dub. 2. concl. 2.* Bellarm. *de Extrem. Vnct. cap. 7.* Laym. *lib. 4. Sum. tract. 8. c. 2. n. 1.* Bonac. *disp. 7. quest. un. num. 2.* Trullench *de Sacram. lib. 5. cap. vn. dub. 2. num. 2.* Illud verò est omnino certum, seclusa Pontificis commissione, oleum à simplici Sacerdote benedictum materiam insufficientem esse, vt bene notauit Coninch. *dicta disp. 19. dub. 2. n. 6.* Et hæc omnia, præter Doctores citatos docet Dicastillo *de Sacram. tom. 1. tract. 7. d. 1. dub. 3. num. 32.* Lessius *in 3. part. D. Thoma cap. 1. de Sacram. Extr. Vnct. dub. 4. & 5. n. 10.* qui tamem asserit, posse ex commissione Pontificis probabiliter simplicem Sacerdotem oleum benedicere. Sed negandum est omnino id quod asserit Martinon posse videlicet simplicem Sacerdotem hoc efficere ex commissione Episcopi, & si hoc efficitur in Ecclesia Græca dicendum est procedere ex commissione vel licentia Summi Pontificis, si non expressa saltem tacita, vt ipsemet Arcudius à Martinon citatus obseruat, & optime docet Pater Auersa *de Sacram. Extr. Vnct. sect. 2.* Id quod asserit etiam Martinon de oleo non benedicto puto à fortiori reprobandum, & idem sententiam asserentem benedictionem olei, non esse de essentia huius Sacramenti, fortè temerariam vocauit Nugnus *in 3. part. tom. 2. quest. 29. art. 6. concl. 1.* & temerariam sine metu vocauit Suar. *disp. 49. sect. 1. num. 6.* & idem rectè Amicus *in Cur. Theolog. tom. 8. disp. 19. sect. 3. num. 50.* docuit in nullo casu extremam vñtionem esse ministrandum absque oleo benedicto ab Episcopo.

Et idem, vt dixi, sententiam Martinon minimè in praxi admittendā esse existimo, nec credo huc vsque in Ecclesia practicātam à nemine fuisse. Concedo tamen cum Dicastillo *ubi supra,* saluo meliori iudicio, quod si fortè non esset aliud oleum, quam Chrisma Confirmationis non esse peccatum de facto illo inungere, quia si præceptum solum est positium Ecclesiæ, credi potest illam non velle in eo casu ita strictè prohibere, vt non liceat inungere ægrotum

eo Chrismate; cum ex alio capite nulla secundum se appareat irreuerentia facta Sacramento in ea Vnctione facta ex Chrismate. Vnde Laymann *lib. 5. tract. 8. c. 2. num. 3.* notat, quod si Sacerdos per errorem contulit hoc Sacramentum cum Sacro Chrismate, nihil si repetendum, quia putat valere; & hæc omnia docet etiam doctus & amicissimus Pater Lugo *de Sac. lib. 3. cap. 1. quest. 3. n. 37.* vide etiam Baucium *in Theol. Mor. tom. 1. tract. ult. quest. 3.*

Sed Castus Palus *tom. 3. tract. 26. punct. 2. n. 11.* putat nullo modo licitum esse, deficiente oleo infirmorum, oleo catechumenorum, vel confirmatorum vti: tum, quia est aduersus Ecclesie consuetudinem; tum, quia est satis probabile, ex eis non posse Sacramentum Vnctionis perfici, utpote quæ in ordine ad hoc Sacramentum consecrata non sunt. Atque ita tradit Layman *lib. 5. Sum. tract. 8. cap. 2. num. 3.* Vide etiam Leandrum *vbi supra quest. 6.*

Puto etiam probabile id quod alibi docui, non peccare mortaliter eum, qui oleo veteri, & non eo anno ab Episcopo benedictum vngere infirmos. Ita Leandrus *vbi supra quest. 11.* & Martinus de San Ioseph. *tom. 1. lib. 1. tract. 1. de extrem. Vnctione, num. 14.*

Sed hic pro curiosis inquirendum, an infirmi qui omnino à natiuitate visu, vel auditu carent, sint in periculo mortis inungendi, & affirmatiue aliqui respondent etiam cum forma absoluta, quidquid peccasti, &c. tum quia sensus absolutus non est, tum quia potuit, secundum illum sensum per internum desiderium peccare, Sic Valentia *tom. 4. disp. 8. quest. 2. punct. 2.* Cui malè aliqui obiiciunt, non posse nisi ineptè dubitari, num per visum peccauerit is, quem certò scimus numquam vidisse. Respondeo enim, non propterea dubitari, sed formam consuetam hypotheticè semper veram, non mutari in iis casibus particularibus, & rarè contingentibus: sicut in Sacro faciendo, quamuis solus Minister adsit Sacrificanti, non propterea mutat ordinariū dicendi modum in plurali, *Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, &c. Dominus vobiscum: Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, &c. Benedicat vos omnipotens Deus: &c.* Et ita docet Martinon *vbi sup. sect. 5. n. 37.*

Sed hæc non admittit Dicastillus *vbi supra n. 51.* vbi sic ait: Accedit quod qui cæcus est, & surdus à natiuitate, & qui numquam olfecit, vt sunt aliqui, non idè videntur incapaces Vnctionis: adde (si placet) mutum simul, & sapotum gustu carentem, qualem hominem non esse impossibilem aliqui non improbabiler putant, solo vigente sensu tactus; huiusmodi autem hominibus non videntur omnino necessariæ illorum sensuum Vnctiones, quibus constat numquam peccasse, nec esse in eo peccata, quæ originem habuerint ab speciebus eorum sensuum quos numquam habuit. Quod enim aliqui dicunt, inter quos Tannerus, eum, qui caret membris vngendis vngendum esse in parte proxima, quæ saltem potuit peccare per concupiscentiam talis sensus, v.g. videndi; gratis dicitur, & sine fundamento in veritate verborum formæ; qui enim nunquam habuit oculos, numquam peccauit per oculos, nec illa concupiscentia videndi, si peccatum fuit, fuit peccatum oculorum. Addit, quod Vnctio in alia parte omnino distincta non significat remissionem peccati commissi, per eam partem, quæ non existit, nec vnquam extitit, nec commissi per concupiscentiam operandi, per talem, partem aut sensum, qui nunquam fuit. Ita ille; qui tamen postea n. 19. hæc subdit: Non videtur tamen omni probabilitate des-

stitutum, quod, qui caret sensu illo, aut organo etiam tali sensui deseruienti, possit inungi in aliis; & constare Sacramentum essentialiter sine illa Vnctione; probabiliter enim satis credi potest, quod Deus, qui hanc Vnctionem ad hominem ea indigentem vngendum instituit; ita illam instituerit, vt seruiret, & valeret pro homine, qualis homo ipse hinc, & nunc vngendus in se est: adeoque valeret pro vngendo homine in his sensibus, aut organis, quæ habet, etiam si careat sensu; & organo aliquo, ita vt, qui habet omnia organa, sit vngendus necessitate Sacramenti in omnibus; qui verò non omnia habet, in omnibus saltem illis, quæ habet, vngendus sit. Hæc Dicastillus. Sed sententiam Valentiz, & Martinon puto satis probabilem esse; Nam ad argumentum Tanneri, & Dicastilli respondet, vt visum est, Martinon.

Quos peccata committat qui sciens contraheret Matrimonium cum impedimento dirimente.

RESOLVTIO LXXXII.

CAsus est practicabilis, & duo committere peccata docet Coninch *de Sacram. disp. 30. dub. 2. num. 19.* & nominatim contra me Pater Auerfa *de Sacram. matrimony, q. 9. sect. 5.* quia in tali casu præter peccatum inobedientiæ contra ius naturale, aut Ecclesiasticum, quo impedimentum fuerit introductum, etiam reperitur peccatum Sacrilegij irritationis Sacramenti contra Religionem. Itaque fideles qui sciunt, matrimonium apud nos eleuatum esse ad statum Sacramenti, & sciunt, se cum impedimento dirimente reddere nullum, & irritum Sacramentum, videntur ex hac etiã parte delinquere. Et hæc irritatio reuera cadit, non solum super rationem contractus, sed concomitanter etiam super rationem Sacramenti. Et lex quidem irritans lata est ab Ecclesia sed vt in facto ita contrahatur matrimonium, quod sit nullum, & irritum, prouenit, & fit ab ipsis contrahentibus, qui cum tali impedimento, & contra talem legem contrahere tentant.

Verum plus addit doctissimus Pater Martinon *de Sacrament. tom. 5. disp. 63. sect. 5. num. 69.* vbi sic ait: Dico secundò, peccatum eorum, qui scienter, & sponte contrahunt cum talibus impedimentis, habere communiter triplicem malitiam. Vnam inobedientiæ contra legitimum præceptum Dei, vel Ecclesie prohibentis grauius contrahere cum illis, alteram Sacrilegi; contra Religionem & reuerentiam debitam Sacramento, quod sua culpa irritum reddunt: tertiam contra castitatem, ordinando (vt faciunt communiter) talem contractum ad habendam copulam prætextu veri matrimonij. Dixi autem, communiter; quia postrema intentio potest aliquando deesse. Secundo quoque deest matrimonio infidelium contrahentium, cum aliquo impedimento naturali, aut positiuo, & inducto per statuta Principum, quibus subsunt. Neque enim infideles attentant contrahere Sacramentaliter; neque, si velint, possunt, quandiu non sunt baptizati. Fideles, autem qui iuxta probabiliorem Doctorum sententiam sibi persuadent posse valide contrahi matrimonium, etiam à Christianis, purè ciuilitè; non peccant contra reuerentiam Sacramenti, si attentant solum contrahere ciuilitè; sed peccant contra præceptum Dei, & Ecclesie volentis generaliter, vt non contrahant, nisi Sacramentali modo. Hucusque Martinus; qui postea conatur respondere ad argumenta Patris Sanchez;

Ego

Ego verò licet sententiam Martinon, Coninch, Auerlæ tamquam probabilem admitto; sententiam tamen Sanchez, quam olim docui, minus probabilem iterum esse existimo: & illam præter Filiucium tuetur ex Theologis Hispanis Caspensis *in Cur. Theolg. tom. 2. tractat. 26. disputat. 9. sect. 1. num. 9.* Gaspar. Hurtadus *de matrimonio. disput. 12. difficult. 3. num. 11.* & vir doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez *de matrim. disput. 21. sect. 3. num. 7.* Et ad argumenta Coninch, & Auerlæ respondeo negando sic; Irritè contrahentes profanare ritus, acnomen Sacramenti, nec irritare Sacramentum ipsarum, quia neque intendunt matrimonium inire, nec Sacramentum suscipere, cum sciant vtrumque esse impossibile; solum ergo intendunt contrahere contractum quemdam inualidum, & nullum. Vnde in hoc per se loquendo, nulla apparet irreuerentia Sacramenti. Obseruandum est tamen, etiam stando in nostra opinione, tale peccatum non semper esse idem secundum speciem, sed esse distinctum specie pro diuersitate specifica virtutis, intuitu cuius impedimentum dirimens prohibet matrimonium. Nam præcisè inter contrahentes, qui non ordinat contractum ad copulam, quando est cognatio, aut affinitas, aut iustitia publicæ honestatis, est vnum simplex peccatum incestus absque malitia fornicationis; quia tunc impedimentum prohibet intuitu pietatis, & reuerentiæ matrimonium. Et quando impedimentum est disparitas cultus, est peccatum Sacrilegij, quia tunc prohibet intuitu decoris, & honoris nostræ Religionis. Et etiam est peccatum Sacrilegij, quando impedimentum est vorum castitatis, vel ordo, vt patet. Et verò peccatum malitiæ contra naturam, quando impedimentum est impotentia, quia hæc prohibet intuitu castitatis, vt reprimendis motus contra naturam. Est autem peccatum iniustitiæ, quando impedimentum est conditio seruitutis ignorata, aut vis, seu metus, aut raptus, aut error personæ, & quando sunt hæc impedimenta, contra quæ peccatur peccato iniustitiæ, peccatum est in altero, nempe in contrahente cum ignorante seruitutem, aut cum persona coacta, aut rapta, aut cum errante circa personam. Præterea est etiam peccatum contra Iustitiam, quando impedimentum est ligamen, seu prius matrimonium perseverans, quia tunc corpus, quod est prioris coniugis viuentis, traditur alteri, aut intenditur tradi. Est item peccatum contra iustitiam vindicatiuam, quando impedimentum est, crimen, quia crimen prohibet matrimonium in pœnam, seu punitionem ipsius. Denique quando impedimentum est defectus præsentis Parochi, & testium, est peccatum iniustitiæ contra coniugem qui esset, quia prohibet intuitu periculi deserendi coniugem, si esset, & contrahendi cum altero. Et hæc omnia iisdem verbis docet Hurtadus, & Perez *locis citatis.*

Sed ex his oritur alia difficultas, An impedimenta matrimonij addant nouam malitiam etiam in copula fornicaria distinctè explicanda in confessione; vide Auerlæ, Martinon *vbi supra.* Ego cum Sanchez, & Hurtado, *vbi supra,* existimo, copulam inter eos, inter quos est aliquod impedimentum dirimens, non semper habere peculiarem malitiam distinctam à malitia fornicationis contra castitatem, nisi quando impedimento prohibetur matrimonium intuitu peculiaris motiui, quod in ipsa copula reperitur, vt quando copula est inter habentes impedimentum, aut cognationis, aut affinitatis, aut iustitiæ publicæ honestatis, aut dispa-

ritatis cultus. Quia his personis magis est indecens copula, quam contractus, & intuitu dictæ indecentiæ eis prohibetur contractus, aut nisi quando ipsa copula ex se, supposito impedimento, habet peculiarem oppositionem ad aliam virtutem, vt contingit in copula coniugati, seu legati vinculo matrimonij, & etiam Religiosi, & Sacris initiati, & etiam impotentis, & consanguinei in primo gradu lineæ rectæ. Quando verò copula inter impeditos non habet ex se peculiarem oppositionem ad aliam virtutem, neque impedimento prohibetur matrimonium intuitu motiui, quod in ipsa copula repetiatur, nunc non habet, nisi malitiam fornicationis contra castitatem, vt copula inter eos, inter quos est impedimentum erroris personæ, aut impedimentum conditionis, aut criminis, aut coactionis. Vide etiam circa præsentem difficultatem Perez *loco citato, sect. 4. per totam.*

An raptus, quo femina rapit virum, dirimat Matrimonium.

RESOLVTIO LXXXIII.

DE hac quæstione olim mihi magna altercatio fuit cum quodam Theologo natione Gallo, qui mordicus affirmatiuæ sententiæ adharebat, quam præter alios tuentur tres ætatis nostræ inclytæ Theologi, Pater Mactatius *disput. 10. de matrim. sect. 2.* Pater Auerlæ *de matrim. quæst. 12. sect. 3.* Pater Martinon *de Sacram. tom. 5. disput. 76. sect. 5. num. 64.* quia Concilium voluit suo isto decreto consulere libertati matrimonij, efficereque, vt non nisi libere contrahatur: qua de causa dicit idem Auctor sufficere consensum puellæ, licet parentes dissentiant, & repugnent eius abductioni: quia Concilium non habuit rationem consensus eorum, sed ipsius puellæ abductæ propter matrimonium. Atqui libertas matrimonij non minus violatur, si mulier rapiat virum, quam si vir rapiat mulierem: & de vero sensu legis iudicandum est ex ratione verbis illius satis expressa, quæ est velut ipsius anima: ergo, &c. Nec quæstio quod Concilium loquitur semper in genere masculino. Hoc enim facit, quia communiter raptus à viris contingit, & vix vnquam à fœminis. In odiosis autem, & pœnalibus, fœmininum clauditur sub masculino, quando ratio per legem expressa est vtrique communis: ac generaliter lex pœnalis extenditur ad alium casum similem in lege non expressum, propter similitudinem rationis lege satis expressæ, vt docet Panormit. *capit. Translato, de constitutionibus.* Et communiter iuris vtriusque Interpretes. Confirmatur ex *leg. unica. C. de raptu Virginum;* quæ licet in masculino loquatur; tamen aperte significat fœminas sub eo intelligi, & comprehendi pœnis contra raptores ibi statutis *§. & si quidem vers. pœnas,* his verbis *Sed & si quis inter hac ministeria seruilis conditionis fuerit comprehensus, circa sexus discretionem, &c.* Neque obstat, quod ibi loquatur de ferentibus opera raptoti. Nam si fœmina raptui cooperans comprehenditur pœnis illis, vt verba relata clarè significant: quanto magis fœmina raptrix debet illis comprehendi, iuxta intentionem legislatoris, & verum sensum legis? Quippe quæ grauius delinquit in eadem materia, & in eadem actione sub his pœnis prohibita. Non obstat etiam, quod iniuria, viro rapto facta, minor sit: quia non propterea desinit esse valde grauis, & iniuriola, illisque pœnis satis proportionata.

Verùm

Verum, his non obstantibus, negatiuam sententiam tenent Sanchez *lib. 7. disput. 12. num. 25. & disp. 13. num. 16. & in Summa tom. 1. lib. 4. cap. 4. n. 3.* Gaspar Hurtadus *disp. 23. difficul. 3. num. 12.* Rebellius *part. 2. q. 3. quest. 11. num. 6.* Reginaldus *tom. 2. lib. 3. num. 165.* Præpositus *in 3. part. quest. de imped. matrim. dub. 16. num. 147.* Pontius *lib. 7. cap. 69. n. 6.* Petrus à S. Ioseph *in Theol. Sacrament. cap. 39. resol. 2. in fine,* & alij penes ipsos asserentes, quod si mulier iuuenem, vel alium rapiat per suos matrimonij in eundi causa, isque in matrimonium libere consentiat, antequam separetur, omninò subsistet Matrimonium, ratio est, quod Trident. non videatur agere de fœmina, utpote quæ vix vnquam raptum soleat committere, sed solum de raptu, qui in ordine ad Matrimonium à viris frequenter committi solet. Confirmat. 1. nisi lex sufficienter exprimat, non solet comprehendere casus omninò raro contingentes, sed est de communiter contingentibus. Confir. 2. lex Ecclesiastica de raptu, & proinde lex Trident. videtur respicere ad legem ciuilem, & secundum illam intelligenda; atqui *lex unica. C. de raptu.* Non videtur intelligi de raptu per fœminam facto.

Quid ego sentiam dicam breuiter: Prima opinio videtur mihi satis probabilis, sed quia secunda est magis communis inter Doctores, videtur mihi probabilior, & illi adhæreo.

Sed hinc obiter quæro, An raptus irritet etiam sponsalia; & affirmatiuè respondet Cornejo *in 3. p. D. Thoma, tractat. 6. de impedim. Matrim. dub. 38. quest. 4.* Nec obstat dicere, quod decretum irritans matrimonia clandestina, non extenditur ad sponsalia, ut dictum est, ergo nec decretum irritans Matrimonium cum raptu. Respondeo, nego consequentiam, quia respectu raptus militat eadem ratio in Matrimonio, & sponsalibus, scilicet defectus talis libertatis, secus verò in contractu clandestino, ut diximus agendo de sponsalibus.

Nota hinc etiam, quod raptus, puella consentiente, parentibus tamen inuitis, non dirimit Matrimonium. Ita probabiliter docet Cornejo *ubi supra, quest. 3.* & alij, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 2. tractat. 9. disp. 2. quest. 3.* quia quamuis iste sit verus raptus ratione iniuriæ, quæ parentibus itrogatur, quam puella remittere non potest; tamen, quia finis Concilij est cauere, ne puella metu consentiat, qui in hoc casu cessat, ideò Matrimonium erit validum, quamuis contrahatur tempore, quo est in potestate raptoris. Et confirmatur; quia consensus Parentum non requiritur ad valorem Matrimonij, nec Concilium petit, quod parentibus restituatur, aut eorum cõsensu expectetur, sed solum, quod in loco tuto ponatur, ut planè libera maneat. Et ita hanc sententiam tenet etiam Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de Matrim. n. 6.* & Caspensis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 26. disput. 9. sect. 14. num. 95.*

An ordinatus Ordinibus Sacris ante pubertatem, teneatur continere.

RESOLVTIO LXXXIV.

Negatiuam sententiam tenet Sanchez *de Matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 30. num. 8.* nisi adeptus pubertatem votum ratificet. Et ratio est, quoniam votum solemnè expressum in Religione aprobata, ante pubertatem emissum, nisi post pubertatem ratificetur, non obligat, *cap. 1. & cap. illud 20. quest. 1. & cap. ad nostram, de regular.* Ergo nec votum so-

lemne tacitum emissum in Sacri Ordinis susceptione. Dices, hoc votum solemnè non tantæ esse efficacitæ: cum non sit per se, & ex natura rei solemnè. Id fateor, at vere constituit in statu iure Ecclesiastico incomparabili cum matrimonio; & quamuis Pontifex possit dispensare, at summa cum difficultate dispensabit, & propter causâ valde publicam, quare non est credendum velle Ecclesiam voto tanti momenti alligari puerum impuberem. Quamuis enim votis simplicibus ligari possit, & facillimo negotio isti ætati consulitur: cum possint omnia illa impuberum vota à parentibus vel tutoribus absque causâ aliqua irritati. Imò hodie cum votum expressum solemnè professionis non valeat vsque ad decimum sextum annum completum, iuxta Trident. *sess. 25. de regular. cap. 15.* idem dicendum erit iuxta hanc sententiam de initiato Ordinibus Sacris ante decimum sextum annum, nempe, cum non teneri continere. Quia ratio tradita ab hac sententia profus militat in hoc casu.

Sed hanc opinionem refellit Pontius *de Matrim. lib. 7. cap. 29. num. 15.* & post illum Martinon *de Sacram. tom. 5. disp. 75. sect. 2. num. 23.* Quia votum emissum cum sufficienti vsu rationis, obligat quantum est ex se, & ex natura rei, nisi Ecclesia reddiderit hoc votum irritum. Vfus autem rationis sufficiens ad vouendum, est idem qui sufficit ad peccandum mortaliter: & Ecclesia nusquam irritauit votum ordinati ante pubertatem, sicut irritauit professionem factam ante annum 16. ætatis. Quare talem obligatum iri meritò censet. Vnde patet responsio ad argumentum, quod adducit Sanchez: Ego verò vtramque sententiam probabilem esse puto.

Verum, si aliquis hic obiter quærat, An sit validum votum, & inualidum Matrimonium contractum ab eo, qui Ordinem Sacrum suscepit ignorans, annexum esse votum Castitatis. Negatiuè respondet Valquez, & Caietanus, quos citat, & sequitur Pontius *loco citato, num. 14.* Sed ego puto esse validum votum, & consequitur inualidum Matrimonium. Quia eo ipso quod sciens, & volens Ordines Sacros suscipit, licet ignorauerit, votum annecti, emisit tacitè votum. Quia qui vnum sciens, & prudens efficit, & vult; facit, & vult subinde ei annexa. Ita Sanchez *ubi supra, disp. 27. num. 11.* & Candidus *tom. 1. disquis. 28. art. 4. dub. 6. cum aliis;* & Martinus de San Ioseph.

Sed quid dicendum, si suscipiens Sacros Ordines cum intentione expressa, non vouendi Castitatem, teneatur Castitatem seruare? Negant Valquez *in 3. part. tom. 3. disp. 247. cap. 7. num. 99.* & Basilius Pontius *ubi supra, num. 14.* Sed affirmatiuè sententiæ adhæret cum Sanchez, & Candido Pater Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 9. disputat. 17. quest. 7.* vel ex sola constitutione Ecclesiæ, vel etiam ex voto, eo quod id sit annexum ex constitutione Ecclesiæ Ordini Sacro independenter ab Ordinantis voluntate. Et ideò ad hæc duo posteriora dubia consentit nobiscum etiam P. Martinus de San Ioseph, *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 31. de Matrim. num. 4.*

An bona Ecclesiastica legata, vel donata ut possint alienari absque assensu Apostolico, & in proprios vsus conuerti possint, stante hoc, absque dicta solemnitate alienari.

RESOLVTIO LXXXV.

Negatiuam sententiam tenet Glossa, & Abb. *in cap. votum, de condit. apposit. Couas. in cap. sua, num. 6.*

num. 6. de testam. Quaranta in Sum. Bullar. num. 31. Bonacina tom. de alen. bonor. Ecclesiasticor. disp. 2. quest. unica, punct. 6. num. 11. Marcellus Vulpe in praxi fori Eccles. c. 6. num. 35. Antonellus de regim. Eccles. Episc. lib. 1. c. 4. §. 3. n. 5. Barbosa de potest. Episc. part. 3. allegat. 95. num. 70. Et ratio est, quia illa conditio reiicienda est tamquam turpis, & habenda pro non appositae; siquidem est iuri contraria. Item relictum Ecclesiae incapaci retinendi sub conditione, ut retineatur, non est obligata retinere, sed potest illud alienare. Ergo similiter relictum sub conditione, ut possit alienare, non seruata solemnitate, debet illicd retinere, si solemnitatem in alienatione non seruat.

Verum, his non obstantibus, affirmatiuae sententiae adheret Castrus Palaus, inter praestantissimos Societatis Iusv Theologos non infima subsellia obrinet, tom. 2. dispnt. unica punct. 15. num. 14. Quia tum Ecclesia ex potestate accepta à testatore legatum alienat: testator autem poterat suam rem absque solemnitate alienare. Ergo transferens rem Ecclesiae, potuit cum ea potestate conferre. Secundò testator potuit relinquere Ecclesiae hereditatem, ea clausula appositae, ut post aliquos annos teneatur illam transferre in aliquem ex consanguineis, quem Ecclesia elegerit: sed hanc translationem nullus consensu Pontificius, nullusque tractatus requisitus est, argum. lib. 1. §. 3. C. quando decreto opus non est. & tradit Quaranta verb. alienatio rerum Ecclesiae, num. 45. limitat. 16. Vgolin. de potest. Episc. allegat. 95. num. 62. Ergo neque etiam requiritur in nostro casu, cum in eo etiam sit quoddam fideicommissum, & ex voluntate testatoris alienatio non procedit. Neque obstant contrariae rationes. Ad primam nego reiiciendam esse illam conditionem, tamquam turpem, & iuri contrariam, cum ius solum prohibeat alienare res Ecclesiae, quae illius sunt absolute; secus illas, quae non sunt absolute, & perpetuo Ecclesiae, sed quoad Ecclesiae placuerit illas retinere. Ad secundam respondeo esse disparem rationem. Qui enim legat Ecclesiae incapaci retinendi ea conditione, ut retineat, manifestè constat obstare Ecclesiae dispositioni, ac proinde turpem esse illam conditionem, & reiiciendam. Atqui legat ea conditione, ut Legatum alienet, quando voluerit, non opponitur dispositioni, & iuri Ecclesiae: haec enim Ecclesia impedita non est alienate sine solemnitate in omnibus casibus, sed solum in illis, in quibus res Ecclesiae sibi absolute relinquuntur, non in illis, in quibus pro limitato tempore conceduntur, ut sit in praesenti, siquidem conceditur legatum pro tempore, quo ipsa Ecclesia illud retinere voluerit. Hucusque Palaus.

Quid ego sentiam, dicam breuiter: Eius opinio, speculatiue loquendo, videretur mihi probabilis; Ego tamen non auderem in Praxi tecedere à sententia negatiua; quia est communis inter Doctores, & magis secundum stylum Curiae, & praesertim pro casu, de quo interrogatus fui; quia consulens erat Vicarius Dioecesis in Statu Ecclesiastico, & erat Vicarius Episcopi Cardinalis.

Sed quia hic incidit sermo de alienatione bonorum Ecclesiasticorum, apponam casum discussum à Patre Vvandengo in tract. de contract. disp. 2. dub. 8. §. 3. num. 4. ubi sic asserit: Quamuis permutatio bonorum Ecclesiasticorum, maxime cum Laicis sit iure prohibita, tamen permutatio cum Principe patriae est permissa. In athen. de alienandis. Imperator perimit libere, ut fiat permutatio secum, & l. hoc ius porrectum. C. de Sacros. Eccles. & relata est illa lex in decretum, cap. hoc ius 10. quest. 1. §. in cap. 1. de re-

rum permut. absolute conceditur, ut quando est rationabilis causa, possit Ecclesia cum Principe permutare possessiones, v.g. quando Princeps vellet dilare suum palatium, aut viuarium facere ex aliquo praedio Ecclesiae, aut habet aliam causam rationabilem utendi pro suis communibus vsibus aliqua possessione Ecclesiastica, tunc potest, & debet Ecclesia consentire in permutationem, etiam si Principes non compensaret dando possessionem maioris valoris, modo det aequalis. Vide in cap. 1. de rerum permutatione. An autem hic casus ita sit à iure priuilegiatus, ut non requirantur solemnitates ad alias alienationes necessariae, disputatur, plurimi enim secuti Innocentius, Zabarella, Imola, Henricus, & alij asserunt, vere ita esse priuilegiatum, ut non requirantur solemnitates, Hostiensis in cap. sit. Archidiaconus cap. hoc ius 10. §. 1. Neuzanus consil. 100. & alij recentiores, ut Tuschus Alienatio conclus. 273. alios citant, quae opinio videtur rationabilis, quia ut bene argumentatur Hostiensis, Ecclesia voluit aliquod singulare priuilegium concedere Imperatori, vel supremo Principi tamquam Patrono, & Fundatori; parum autem concessisset, si voluisset requiri in illa permutatione eadem solemnitates, quae requiruntur in priuato, nec satisfacit Ioan. Andr. quem communiter alij sequuntur, dicentes, in hoc aliquid peculiare statui in Principe, quod Ecclesia sit contenta permutatione pro re aequali, quod tamen in priuatorum permutationibus non sufficeret, in quibus debet fieri permutatio pro magis utili. Ad hoc enim posset responderi negando vnumquam in tali casu inaequalem fieri permutationem, sed semper illum contractum fieri pro maiori Ecclesiae utilitate: quia fatentur omnes, Ecclesiam, & posse, & debere facere donationes remuneratorias, de quibus infra, & dicunt, donationem factam ex gratitudine benefactoribus eximii esse ad maiorem Ecclesiae, vel Monasterij utilitatem, quia animantur alij ad benefaciendum, quando vident Ecclesiasticos esse gratos. Vnde existimo, si priuatus aliquis fundator peretet communicationem aequalem, fore illam causam licitam permutationis, seruatis tamen solemnitatibus: quia aequum est, & valde expedit Ecclesiae sic permutare: ergo cum secudum omnes in hoc cap. fiat Imperatori, vel Regi singulare priuilegium, debemus fateri, in hoc consistere, quod sine solemnitatibus possit fieri. Reliqua enim omnia sunt, ut dixi Imperatori communia cum quocumque fundatore priuato. Deinde ad hoc adhuc amplius inducor, quod videam in dicto capite primo statui, ut Imperator de hac permutatione pragmaticam edat sanctionem, quasi tacite, ius in gratiam Principis optime meriti commutare solemnitates tractatum, & instrumentorum, quae solent requiri ex parte Ecclesiae, in illam solam, ut ipse Princeps faciat instrumentum permutationis. Hucusque Pater Vvadingus. Sed eius opinionem in Praxi non video obseruaram.

De aetate quadraginta annorum, quos debet habere Canonicus Pœnitentiarius ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 8. de reform. an sufficiat esse inchoatos.

RESOLVTIO LXXXVI.

Negatiuam sententiam tenet Pater Angelus Boslius in Mor. tom. 2. part. 3. tit. 2. §. 13. num. 86. qui citat Garciam, & Barbosam, quibus adde doctum Iurisconsultum Narbonum in Annal. ann. 40. quest. 1. n. 2. & Viuanum de Iur. Patr. lib. 1. c. 1. n. 190. & ratio est

est, quando ætas, seu annus profertur in Genitiuo, requiritur complementum, vt præter Surdum *decif. 178. num. 7.* tradunt Bart. in *l. si cui legetur, ff. de legatis 1.* Angelus *verb. ætas, num. 8.* Syluester *verb. eodem, num. 4.* Valquez *de Benef. d. cap. 3. §. 2. dub. 4. num. 24.* Layman *lib. 5. tract. 9. cap. 7. num. 1.* Confirmatur, quia ætas 40. annorum videtur à Concilio exigi in Canonico Pœnitentiario ob morum grauitatem, & iudicij, seu consilij prudentioris maturitatem; quo casu requiri tempus completum.

Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tueretur Azorius *tom. 2. lib. 6. cap. 3. quas. 6.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 3. disp. 4. punct. 3. num. 17.* vbi sic ait:
 » Supradicta regula excipitur Canonicus Pœnitentiarius, qui in ætate 40. annorum debet esse ex Trident. *sess. 24. cap. 8. de reform.* Quod si in illa Diœcesi non reperiatur, vel licentiatus sit in iure Canonico, vel Theologia, & ætatem 40. annorum habeat, poterit eligi, qui alias pro loci qualitate aptior reperiatur; quia sic cauetur à Concilio: & tradit Ioan. Gu-tier. *lib. 1. Canon. quas. cap. 26. num. 40.* Verùm si intra Diœcesim non reperiatur aptus ad illud munus obeundum, poterit extra Diœcesim quæri, sed necessario habere debet qualitates à Concilio requisitas, scilicet gradum scientiæ, maturam ætatem, & morum probitatem. Sed an huiusmodi anni debeant esse completi, vel sufficiant incepti? Variant Doctores, Garzias *7. part. 3. de benef. cap. 4. num. 35.* censet, debere esse completos: sed verius videtur sufficere inceptos. Quia nullum est verbum, ex quo debere esse completos colligatur, & sine firmo fundamento non est facienda restrictio. Ita ille; cui ego addo nouissimè eruditissimum, & amicissimum Didacum Antonium Frances *in Pastoral. part. 3. vot. 10. per totum,* in quo latè, & doctè hanc sententiam variis rationibus confirmat, & ad argumenta contraria respondet, & testatur obseruari in multis Ecclesiis Hispaniæ.

Sed cum pro Episcopis trigessimus annus requiratur, in *cap. cum in cunctis, de Decimis*, quæritur, an debeat esse completus. Negat Gloss. in *cap. unico, de atate, & qualitate, in 6. verb. complenerit.* Sed absque fundamento. Nam textus in *cap. cum in cunctis*, clarè indicat debere esse completum, cum dicat: Nul-lus ad Episcopatum eligatur, qui iam trigessimum ætatis annum non exegerit; & sic ad omnem excludendam dubitationem definitum est à Gregorio XIV. in sua Bulla, quæ incipit; *Onus Apostolica seruitutis*, edita 15. Martij 1591. & tradit expressè Rebuffus *in praxi Beneficiar. rubr. requisita ad collationem bonam, num. 37.* & tractat de pacificis possessoribus, *num. 184.* Gutier. *lib. 1. Canon. quas. cap. 26. num. 39.* Garzias *7. part. de benef. cap. 4. num. 76.* In regno verò Galliæ ex concordatis inter Leonem X. & Regem Galliæ affirmat Rebuffus *dicto tractat. de pacific. possessorib. num. 184.* & ex illo Barbosa *num. 27.* sufficere esse in 27. anno constitutum, vt ritè eligi possit.

Norandum est etiam hîc, quod pro Abbatibus, Decimis, Præpositis, Archipresbyteris, aliisque dignitatibus curam animarum habentibus 25. annus ineptus requiritur: habetur expressè *cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect.* & in Trident. *sess. 24. cap. 22. de reformat.* ibi: nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoueat, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit, & tradunt omnes Doctores. Quod procedit non solum in dignitatibus sæcularibus, sed etiam in regularibus, tametsi beneficia manualia sint, vt deciditur expressè in Clement. *ne in agro Domini, §. ca-*

Anyon. Diana, Pars X.

terum, de statu Regularium, & tradit Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 20. conclus. 2. Manuel Rodriguez *tom. 1. quas. regular. quas. 25. art. 2.* Garzias aliis relatis *dicta 7. part. de benef. cap. 4. num. 42.* & constat ex *dicto cap. cum in cunctis*, & in Trident. exigentibus 25. annorum pro qualibet dignitate curam animarum habente absque vlla restrictione. Sed ad cæteras dignitates, vel personatus (inquit Concilium *sess. 24. cap. 12.*) quibus animarum cura nulla subest, Clerici alioquin idonei, & 22. annis non minores adsciscantur. Ex quibus verbis oritur dubium, an hic 22. annus pro dignitatibus requisitus debeat esse completus, vel sufficiat inceptus? sufficere inceptum, docet Henriquez *in Summa, lib. 14. cap. 8. §. 10. in fin.* Emanuel Sà *verb. beneficium, num. 31.* Zecrola *in praxi Episcop. 1. part. verb. beneficia, §. 1. vers. ad dignitates.* Azorius *2. part. inst. moral. lib. 6. cap. 5. quas. 3. in fin.* Augustinus Barbosa *3. part. de potest. Episc. allegat. 60. num. 66.* Mquentur, quia vigesimus secundus annus non videtur completus requiri, vt dicaris esse non minor 21. annorum: ex eo namque quod in vigesimum secundum annum intres, iam non es minor, sicuti non es maior 22. quousque illum compleas, & 23. incipias, ita non es minor 22. si 21. compleuisti, & 22. incepisti. Maior enim & minor videntur esse termini exclusiui: & confirmo, si 22. annus completus requiritur, vt quid Concilium dixit, ne eligantur minores 22. annis. Clarius procederet, si diceret, non eligantur, nisi qui maiores 22. annis fuerint, siquidem ij, qui completum habent 22. annum, & 23. incipiunt, maiores sunt 22. annis? Et hanc sententiam docet etiam Homobonus *de exam. Eccles. part. 2. tract. 12. cap. 3. quas. 15.* & Seraphinus *decif. 500.* Et quidem in fauorabilibus vltimus annus cœptus habetur pro completo. Deinde, quando tempus designatur per ablatiuum, importatur tempus incompletum, & sic sufficit vltimus annus cœptus.

Sed his non obstantibus, alij asserunt 22. annum debere esse completum, vt capax sis cuiuslibet dignitatis; quia sæpe sic est decisum à sacra Congregatione, vt constat ex decisionibus relatis à Garzia *7. part. de benef. cap. 4. num. 70.* quibus in casu dubio standum est. Deinde, quia id iudicauit Concilium diuersimodè loquens de ætate requisita ad dignitates curatas, ac sine cura. Nam loquens de dignitatibus curatis dixit; nemo promoueat, nisi qui 25. suæ ætatis annum attigerit: at loquens de aliis dignitatibus sine cura, inquit, non minores 22. annis adsciscantur, quasi indicans, eos, qui 22. annum non compleuerint, eligi non posse; qui enim 22. non compleuit, absolute minor est illis, qui 22. annum completum habent, & consequenter minor est 22. anno; & ita tenet Valquez *de benef. cap. 3. §. 2. dub. 2. num. 18. & dub. 4. num. 24.* Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 108.* Mandosius *tract. de atate minorum, cap. 5. num. 10.* Garzias *d. cap. 4. num. 67.* quibus ego addo Castrum Palaum *tom. 2. tractat. 13. disp. 4. punct. 3. num. 10.* Layman *lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 1.* Molinam *tract. 2. disp. 173.* & Reginaldum *tom. 2. lib. 30. num. 165.* Filiucium *tom. 3. tract. 41. cap. 6. n. 30.* & Angelum Bossium *in Moral. tom. 2. tit. 2. §. 11. num. 65.*

Quid ego sentiam, dicam breuiter. Prima opinio videtur probabilis, & præter Doctores citatos in eius fauorem, illam tenet nouissimè nominatim contra Palaum eruditus Antonius Frances *in Pastoral. part. 3. vot. 10. num. 27.* Sed ego secundæ sententiæ adhæreo, stantibus decisionibus sacre Congregationis à Garzia relata.

Na

Verum

Verùm ex his oritur dubium, an hæc ætas 12. annorum requisita sit non solum pro dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam pro dignitatibus Ecclesiæ Collegiatae; negat Zerola *Prax. Episc. 3. part. verb. beneficia. §. 1. ver. ad dignitates, & verb. Canonica. §. 9.* Altera Praxis noua 1. part. cap. 15. n. 21. Aloys. Ricc. in *Praxi fori Eccles. decis. 731. in 1. edit. & resolut. §. 12. num. 3. in fine, in 2. edit.* August. Barbosa *allegat. 60. num. 67.* Eman. Rodrig. in *addit. ad Bullam compos. n. 4.* Vbi testatur, Christophorum Vellam Archiepiscopum Burgensem contulisse cuidam scholastico ætatis 17. annorum dignitatem scholasticæ Ecclesiæ Collegiatae de Aguilar de Campo, & hinc mora, iudicatum esse collationem fuisse canonicam, & iuridicam.

Sed Castrus Palaus *tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 5. num. 7.* & alij penes ipsum contrarium docent. Probat ex proœmio supradicti decreti, ibi: *cum dignitates in Ecclesiis præsertim in Cathedralibus.* Dicitio autem *præsertim*, exprimit clariora, & supponit quæ minus claritatis habent. Si ergo de solis dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium vellet disponere, vt quid addidit, præsertim. Sed illo verbo excluso debet dicere: Cum dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, &c. Sed licet hæc opinio sit satis probabilis; ego primæ sententiæ magis adhæreo. Primò, quia Rodriguez in *addit. ad Bullam Compos. num. 4.* testatur, ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem; & ego Purpuratorum Patrum Oracula veneror. Secundò, quia hæc opinio est communis, vt testatur Bossius *tom. 2. tit. 2. §. 10. num. 63.* Tertio, quia argumentum Castri Palai, & aliorum non nimis vrget: nam dicitio, *præsertim*, aliquando stat pro tantum, & aliquando abundat, vt tradit cum aliis August. Barbosa *diction. 277. num. 8.* ibi etiam quæcumque, & cæteras, refertur ad omnes dignitates, & beneficia in Cathedrali eminentiam habentia sine cura animarum, quocumque nomine appellentur; & ita Concilium non videtur loqui de dignitatibus aliarum Collegiatarum.

Et tandem notandum est hic, quod ad obtinenda quæcumque beneficia, etiam curata, vel dignitates adhuc primas post Pontificalem, vel Canonice etiam qualificatos, maior ætas requisita, sit 25. annorum, & hos esse inceptos sufficiat, & quod magis est, ad obtinendum Episcopatum fat sit habere 30. annos completos, & in Cardinalibus eam ætatem, vt intra annum possint promoueri ad eum ordinem, ad quem destinatur, probat Marchin. de *sacram. Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 2. num. 23.* Et quod maximum est, in Pontifice supremo solum requirantur ad summum eisdem 30. anni, ex latè deductis per Barbof. de *uniuers. iur. Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 83.* quidquid dixerit Marchinus *vbi proxime, num. 24.* quod nulla ætas certa ad Pontificatum in iure sit præscripta, quia optimè probat Barbosa sufficere dictos triginta. Et hæc omnia etiam docet Frances in *Pastor. part. 3. vol. 10. num. 38.* Sed, pace viri amicissimi, vt verum fatear, magis mihi placet opinio Marchini, quam etiam tuetur Azorius *tom. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 15. in fine.* Bossius *tom. 2. tit. 2. §. 4. num. 43.* Castrus Palaus *tom. 2. tractat. 13. disp. 4. punct. 3. num. 1.* Dico igitur, quod nulla pro Summo Pontifice à iure determinata ætas requisita est; sed eo ipso, quo à duabus partibus Cardinalium fuerit electus; qui aliàs iure naturali, & diuino spectato aptus fuerit ad Ecclesiam Dei gubernandam, electio valida persistit. Neque credendum est, Cardinales electuros, qui idoneus non sit tanto muneri.

An Parochus, qui rebaptizauit sub conditione infantem expositum cum scheda de collato Baptismo, sit tanquam irregularis repellendus à collatione eiusdem Beneficij.

RESOLVTIO LXXXVII.

Resolutio huius casus pendet ex illa difficultate, an illicitè baptizetur infans expositus cum scheda testificante, illum fuisse baptizatum: & in affirmatiuam sententiam ego olim inclinavi. Præter Doctores à me citatos, hanc sententiam docet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. punct. 13. num. 6.* & Dicastillus de *Sacram. tract. 2. disp. 1. dub. 7. num. 176.* vbi sic ait: De infantibus verò expositis rectè notat Vasquez ex Soto, & Paludanus *num. 26.* nisi aliunde constet, esse baptizatos, sub conditione baptizari debere; id quod meritò cum eodem Soto intelligit Vasquez, quando exponeretur sine alio testimonio; si tamen in carta etiam à nemine subscripta secum haberet testimonium Baptismi, nec sub conditione esset baptizandus; certissimò enim intelligitur, parentes esse Christianos, & voluisse cauere iterationem Baptismi. Si verò id non contingat inter Christianos, sed expositus crederetur à Saracenis, aut Iudæis, qui execrantur Baptismum Christianorum, tunc meritò putat Vasquez esse baptizandum sub conditione, etiam si haberet tale testimonium; expositum verò absque illo testimonio sub conditione baptizandum esse, in quo alij etiam Auctores citati conueniunt. Ita Dicastillus.

Sed contrariam sententiam docent non pauci nostræ ætatis præstantissimi Theologi, & in primis agmen ducant duo amicissimi viri Quintanadueñas in *Theol. mor. tom. 1. tract. 1. singul. 9.* & Antonius Frances in *Pastorali, part. 2. tract. unico, quæst. 4. & 5.* qui validissimis rationibus hanc sententiam firmant, & respondent ad argumenta contraria. Idem etiam, præter Marchant. in *pract. 5. tract. 13. resol. 85.* à me adductum tenet Ioanes Henriquez in *Pract. quæst. sect. 19. q. 10.* vbi sic ait: De aqui se infiere, ser necessario baptizar los niños, puestas à las puertas de las Iglesias, & en las causas particulares, sin que se pueda saber quien son sus padres, para poderles preguntar, si estan baptizados. Y aduerto, que aunque se hallen estos niños con algun papel, que diga, que estan baptizados, no siendo el papel autentico, es dudo so el baptisto, &c. Hiuc sententiæ adhæret Pater Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 3. quæst. 44.* firmans, non solum debere baptizari sub conditione, in casu, quo tales infantes non ferant schedulam, in qua scriptum habeatur, eos fuisse baptizatos, (vt omnes Doctores testantur) Verùm etiam in casu, quo inscriptum fuerat, fuisse baptizatos; si nomen testis ad minus non probatur: & testatur, quod hanc sententiam approbat vsus, & praxis hospitalis Expositorum Toletanæ Ciuitatis, vbi omnes sub conditione baptizantur, quamuis secum ferant de baptismo schedulas.

Hanc etiam sententiam docet Torreblanca in *Pract. spir. l. 2. c. 4.* Vnde (ait) expositus baptizandus est in quacumque ætate, saltem sub conditione, quando de eius baptismo non constat. Constare autem non dicitur per schedulam simplicem, etiam subscriptam, quam talis expositus portare solent, aut per assertionem valis vetulæ, vt arbitrantur Paludanus, Sotus, & Henriquez. Sed per sufficientem probationem, vel ipsius baptizati assertionem, si solum agitur de baptismo iterando, vt decisum est in Conc. Carthag. 5. cap. 6. relatum in cap. *placuit de consecrat.* Sic ille.

Et

Et tandem Adamus Opatouius à nemine obseruatus de Sacram. tract. de Baptismo, disp. 1. q. 7. n. 47. sic ait: De pueris verò expositis, siue habeant in collo scriptum appensum, siue non, quod fuerint baptizati, dico, sub conditione esse baptizandos, ne manifestè pereant.

Vidisti, amice Lector, quot viri docti hanc sententiam docuerint, & rationes per extensum ad illam firmandam inuenies apud Quintanam & Frances ubi supra, qui quæst. 3. n. 38. restatur, hanc sententiam practicari in Diocesisbus Cæsaraugustana, Hispalensi, ac Cordubensi; vnde licet ego olim in contrariam sententiam visus sum inclinare, quam nouissimè me citato mordicus tener amicissimus Pater Lugo de Sacram. lib. 2. cap. 4. q. 8. num. 19. tamen nunc existimo, sententiam asserentem, hos infantes esse rebaptizandos sub conditione, satis probabilem esse; & idè ad casum propositum respondeo, satis probabiliter Parochum, qui rebaptizauit sub conditione infantem expositum, cum scheda, nullam incurrisse irregularitatem, & per consequens, minimè esse repellendum à consecutione beneficij: nam, stante magna probabilitate dictæ opinionis, immunis fuit ab incurfu dictæ irregularitatis lætæ contra rebaptizantes: nam rebaptizauit in casu licito. Sed ego interrogatus de hoc casu plus addidi videlicet stando in opinione dictum Parochum non potuisse rebaptizare illum infantem expositum cum scheda, attamen eo ipso quod illum rebaptizauit sub conditione, nullam incurrisse irregularitatem: & præter DD. à me alibi pro hac opinione adductos, adduxi nouissimè Martinum de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 3. de Baptismo, num. 9. vbi sic ait: El que rebautiza à sabiendas viendo que haze mal, pero absolutamente, sino de baxo de condicion dizen, que incurte la irregularidad puesta en el Derecho al que rebautiza, Sayr. de Censur. lib. 7. cap. 8. num. 32. Fernandez de Heredia de Sacram. Baptism. part. 4. dub. 2. num. 5. Y otros pero tengo per muchos mas probable, que no la incurte, porque la irregularidad se puto al que rebautiza simpliciter, y no al que vsò de condicion; ò la irregularidad, ni otras censuras no se incurren, sino estan puestas en Derecho, cap. is qui, de sentent. excommu. Ita ille, qui citat Valerium, Suarez, & Auilam. Itaque in vtraque sententia superius adducta, dicendum est, supradictum Parochum, fuisse ex tali rebaptizatione immunem ab irregularitate, & posse sine vllò scrupulo beneficium obtinere, nec ex hoc capite ab ipso repellendum esse existimari.

An Sacerdos, qui in Ordinatione tetigit Calicem, & non Patenam, possit pro Missis dicendis accipere stipendium.

RESOLVTIO LXXXVIII.

Aliquis posset affirmatiuè respondere: nam qui tetigit Calicem, dicitur moraliter tangere Patenam, & talis ordinatio esset valida. Et idè Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 2. de Ordine, n. 14. sic asserit: En caso, que no se toque la Patena, ni la Hostia, si no solamente el Caliz, siento es mucho mas probable, que es valido el Sacramento: porque en tocando el Caliz se tocan la Patena, y Hostia, que estan en cima, arg. l. vulgaris 2. ff. de furr. Gloss. earum in l. restituta 47. ff. ad Treb. & sufficit tangere modicum, quod non habet discontinuationem ad totum, arg. cap. vnic. de consecrat. Eccles. lib. 6. Ita ille; qui citat Sotum, Valentiam, Anton. Diana, Pars X.

Vasquez, Hurtadum, & Granadum; quibus adde Castrum Palaum tom. 4. disp. 27. punct. 5. num. 20. & alios, quos citat. Et hoc à fortiori tenent Doctores, asserentes, contactum physicum non esse necessarium pro validitate Sacramenti in ordinatione Sacerdotij, & aliorum ordinum, vt nouissimè, me citato tenet Martinon de Sacram. tom. 2. disp. 66. sect. 5. num. 61. qui postea pro causa nostro num. 68. sic ait: Cæterum, plerique illorum, qui volunt, contactum materiæ necessariò requiri ad valorem Sacramenti ordinis, dicunt, non esse necessarium tangere proximè singula, quæ pro materia offeruntur: sed sufficere, quod in Sacerdotis ordinatione, v. g. tangatur Calix suppositus Patenæ: neque magis necessarium esse tangi Hostiam ipsam Patenæ superpositam, quam vinum in Calice contentum, quod certè nullus ordinandorum tangit. Sic ille, & alij, quos citat Quintenadueña in Instrucl. ordin. part. 3. §. 2. num. 14. vbi sic ait: No es necesario tocar todas las cosas, como son en el Sacerdotio el Caliz, Patena, y Hostia, sino qualquiera que toquen basta, estando junta con las otras, y qualquiera parte de qualquiera destas cosas: y este tacto solo requerir por bastante los Doctores, que afirman ser necesario con tacto fisico, sienten otros.

Sed, his non obstantibus, quia non desunt Doctores, quos citat Coninch de Sacram. disp. 20. dub. 7. num. 71. & Opatouius de Sacrament. tract. de Ordine, disp. 1. q. 4. num. 66. asserentes contactum physicum Patenæ requiri de necessitate Sacramenti; idè respondeo ad casum propositum negatiuè, quod idem dicendum est in casu aliarum opinionum probabilium, nempe non posse secundum illas ordinatum celebrare, nec stipendium pro Missis sumere, nisi denuo ordinetur sub conditione. Et ita me citato tenet nouissimè Cardinalis de Lugo in Const. mor. lib. 1. dub. 1. num. 11. Tannerus tom. 4. disp. 7. q. 2. dub. 1. num. 14. & alij. Vnde hanc sententiam in terminis docet amicissimus P. Dicastillo de Sacrament. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 14. num. 205. Qui tamen, me citato, rectè obseruat, hoc non esse dicendum si tangeret Calicem, & Patenam, non tamen Hostiam; nam in tali casu moraliter certum est, ordinationem esse validam.

Sed nouissimè duo viri docti contrarium asserunt, videlicet Bernal ex Societate Iesv de Sacram. disp. 47. sect. 7. num. 16. asserens, quod videtur esse æqualis ratio de contactu Hostiæ, ac de contactu Calicis, & Patenæ: & Philippus Faber Ordinis Minorum Professor publicus in Academia Patauina de Sacrament. Ordinis, in 4. sent. dist. 24. quæst. 1. cap. 3. n. 122. mordicus sustinet hanc sententiam, & idè sic ait: Ego puto, simpliciter esse necessarium tactum Calicis, & Hostiæ. Ratio est, quia licet in Concilio Florentino hoc non præscribatur, tamen in Pontificali Romano, ad quod se remittit Concilium in ritu seruando in his Sacramentis, præcipit disertis verbis, vt ordinandus tangat materiam porrectam, & præscribit modum. Et sic cessat ratio Caietani in Summa. Quod autem inquit in Pontificali non præcipi contactum tanquam necessarium, nullum habet fundamentum. Cum enim præcipiat tactum illum, potius dicendum est, præcipere tanquam rem necessariam, alioquin frustra præciperetur, ita disertè præscribendo modum acceptionis, & tactus. Accedit quod in consecratione Apostolorum in vltima Cœna à Christo Domino facta, non solum fuit tactus Calix, & panis, sed etiam acceperunt Calicem, & panem in suis manibus, siquidem manducaverunt, & biberunt, ergo cum tunc præscripserit materiam

» huius Sacramenti, sequitur, quod actus sit de neces-
 » sitate huius Sacramenti. Quod autem, ait, quod non
 » tangitur vinum, cum sit in Calice; ergo nec Hostia
 » necessario est tangenda. Responderetur, non valere
 » consequentiam; quia neque Apostoli tetigerunt
 » vinum, cum datum fuerit in Calice, & regulariter
 » accipiens vinum non soleat tangere vinum, sed il-
 » lud recipere in aliquo vase; at Hostia, & panis cum
 » datur, accipitur in manibus, & tangitur; ergo dicen-
 » dum est esse de necessitate Sacramenti. Ita Faber.
 » Vnde stante hac opinione, qui non tangeret Ho-
 » stiam ex doctrina superius adducta, ex Lugo, & aliis
 » communiter, esset denuò ordinandus sub conditio-
 » ne. Sed ego puto, quod in tali casu, vt dixit Dica-
 » stillus *ubi supra*, moraliter certum est, ordinationem
 » esse validam, ac proinde non reiterandam: quod
 » etiam docuit indiuidualiter Castrus Palaus *tom. 4.*
 » *tract. 27. punct. 5. num. 20.* & Doctores, quos etiam me-
 » citato, adducit & sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 2.*
 » *tract. 6. disp. 3. quest. 24. & 26.*

» Vnde optimè dixit Præpositus *in 3. p. quest. uni-*
 » *ca, de Sacram. Ord. dub. 10. num. 92.* hanc sententiam
 » esse omnino certam, & in praxi securam. Probat
 » primò, non potest ostendi, quod potius requiratur
 » contactus Hostiæ in se, quàm vini, qui extra contro-
 » uersiam non requiritur, vt patet ex praxi totius or-
 » bis. Secundò, in Romano Pontificali dicitur, quòd
 » ordinandi tangant simul cuppam Calicis, & Pate-
 » nam, nulla facta Hostiæ mentione. Tertio, vt quis
 » accipiat potestatem per contactum rei, quæ in alio
 » ponitur, sufficit tangi id quod continet aliud, & in
 » præfenti ex nullo solido fundamento contrarium
 » colligi potest, & proinde nulla probabilitatis specie
 » potest afferri contactum Hostiæ in se requiri. Quar-
 » to, nullus Episcopus etiam doctus, & timoratus re-
 » perit etiam sub conditione ordinationem eius, qui
 » scit, se Hostiam non tetigisse, vel de eo rationabili-
 » ter dubitat; nullus etiam Doctor consultus vrget or-
 » dinationem eo casu etiam sub conditione repeti: er-
 » go à posteriori omnino certum est contactum Ho-
 » stiæ in se non requiri, quia aliàs Ecclesia in grauissi-
 » mo errore versaretur, ex quo graua sacrilegia saltem
 » materialia sequerentur, & maxima animarum dama-
 » na. Vnde pertinet ad Diuinam prouidentiam eam-
 » dem Ecclesiam docere, quod physicus contactus
 » Hostiæ esset necessarius; alioquin illi deesset in præ-
 » cipuo puncto practico pertinente ad Sacramenta.
 » Et per hunc discursum animus potest, & debet om-
 » nino conuiescere, cum eam certitudinem pariat,
 » quam in his rebus circa fidei definitionem habere
 » possumus; quamuis enim aliqui existiment specula-
 » tiuè requiri Hostiæ contactum, cum tamen & com-
 » muniò sententia contrarium teneat, & eorum ra-
 » tiones sint parui ponderis, accedente vsu non vnus,
 » vel alterius Prælati, sed communi, hæc sententia dici
 » potest ex tacito consensu Ecclesiæ comprobari. Et
 » hæc omnia docet Præpositus *ubi supra*.

» Sed hic pro curiosis non deseram apponere du-
 » bium, quod suscitatur Præpositus *ubi supra, num. 89.*
 » Vtrum sit futura valida consecratio, si Episcopus
 » porrigat panem extra Patenam? Respondeo, quam-
 » uis id etiam videatur illicitum propter contrariam
 » consuetudinem, speculatiuè tamen videri omnino
 » verius subsistere consecrationem: primò, quia ve-
 » rius est Christi Corpus in vltima Cæna ita Aposto-
 » lis traditum. Secundò, quia illa ratione verè traditur
 » materia, circa quam versatur potestas Sacerdotalis;
 » itaque Patena carere solum requiritur, quatenus in
 » ea traditur materia apta ad designandam poteste-
 » tem Sacerdotalem. Idem censendum de Calice,

quod scilicet eatenus solum debeat porrigi, quate-
 nus necesse est, vt porrigatur vinum, quod cum sit
 res fluida, non potest aprè in se præberi. Si tamen
 tangeretur extra vas sufficienrer inueniretur mate-
 ria. Hucusque Præpositus; quæ quidem non inue-
 nies apud illos.

*An non baptizatus possit esse Patrinus in Ba-
 ptismo, & cognationem contrahat.*

RESOLVTIO LXXXIX.

Affirmatiuè respondet P. Auerfa *in 3. p. D. Theo-*
ma, quest. 67. sect. 1. concl. 5. qui adducit Archi-
 diaconum, Tolerum, Paludanum, & alios; ita vt re-
 cipiens postea Fidem & Baptismum, non possit va-
 lidè coniugari cum persona baptizata, aut cum pa-
 rentibus eius. Et ratio est, quia optimè poterat Ec-
 clesia statuere tale vinculum, seu matrimonij impe-
 dimentum inter vnã personam fidelem, & alteram
 infidelem, si & quando veniat ad fidem: & in hoc
 genere ita videtur statuisse hoc impedimentum co-
 gnationis absque distinctione & exceptione. Quare
 si potuit statuere, ac de facto statuit, quando Mini-
 ster in baptismo est fidelis, in ordine ad alias perso-
 nas infideles: ita pariter dici potest, quando Mini-
 ster ipse est infidelis in ordine ad personas fideles.
 Et sanè in hoc etiam apparet talis decentia, vt vit
 infidelis, qui baptizauit puellam, si postea conuertatur,
 non posset eam ducere in vxorem, & ita nec ma-
 trem eius, & sic in quocumque huiusmodi casu. In
 qua re habemus exemplum in aliis quoque impedi-
 mentis matrimonij. Vbi crimen adulterij, & machi-
 nationis cum promissione futuri matrimonij inter
 vnã personam infidelem, & alteram fidelem, pari-
 ter inducit impedimentum matrimonij, sicut inter
 duas personas fideles, ex *cap. 1. de Conuers. Infidel.* Et
 consanguinitas, atque affinitas non solum ex copula
 licita, sed etiam illicita, & publica honestas, siue ex
 matrimonio rato, siue ex sponsalibus, non solum in-
 ter vnã personam infidelem, & alteram fidelem,
 sed etiam inter ambas infideles, valet adhuc inducere
 tale impedimentum ex iure ipso Ecclesiastico, vt
 si conuertantur ad fidem, non possint inter se coniu-
 gari, sicut non possunt aliæ personæ fideles cum his
 impedimentis. Et crimen etiam machinationis, vel
 adulterij inter ipsas personas infideles, videntur impe-
 dire in matrimonium, si conuertantur ad fidem.
 Quare sic tandem, etiam si vnus infidelis sit Mini-
 ster in baptismo filij aliorum pariter infidelium; si
 postea omnes conuertantur, adhuc dici potest inter
 eos adesse impedimentum, ne ad inuicem coniugari
 valeant.

Verum his non obstantibus sententiæ docti, &
 amicissimi viri non adhæreo, sed negatiuam teneo
 cum Porcio, Filliucio, Henriquez, Candido, Liedes-
 ma, Nauarro, & aliis, quos citat & sequitur Leandrus
de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 7. quest. 13. & 14. quibus
 ego addo Coninch *in 3. part. quest. 72. art. 10.* Regi-
 naldum *tom. 2. lib. 32. num. 157.* Sanchez *de matrim.*
lib. 7. disp. 60. num. 7. Rebellum *part. 2. lib. 3. quest. 6.*
num. 6. Martinum Perez *de matrim. disput. 29. sect. 2.*
num. ... Castrum Palaum *tom. 4. tract. 19. punct. 11. §. 1.*
num. 4. Estium *in 4. sent. dist. 6. §. 3.* Ledesmam *de ma-*
trim. quest. 56. art. 1. Emanuelem Sæ *verb. matrimo-*
nium, ubi de impediment. diriment. num. 5. Valentiam
tom. 4. disp. 4. quest. 2. punct. 3. Palacium *in 4. dist. 7. di-*
sp. 3. & alios penes ipsos.

Probat hęc opinio; nam cognatio spiritualis
 non est de iure diuino naturali, neq; de iure naturali
 positiuo,

postino, sed tantum de iure Ecclesiastico, unde eius obligatio eos tantum constringit, qui Ecclesie legibus subiiciuntur; sed infideles legibus Ecclesie minime sunt subiecti: ergo cognationem spirituales contrahere non possunt. Secundò ex cognatione carnali, ad cognationem spirituales possumus similitudinem trahere; sicut enim ex vita carnali, cognatio carnalis; ita ex vita spiritali cognatio spiritalis exoritur; & quemadmodum non habens vitam carnalem, alteri eam dare non potest; sic non habens vitam spirituales, eam alteri tribuere nequit. Manifestum est autem, infidelem non habere vitam spirituales, per quam in gratia Christi vivit; ergo eam dare non potest, & per consequens spirituales non generat; ex quo cognatio spiritalis oriri potest. Ergo, &c. Quod si coningat, infidelem aliquando filium fidelis baptizare, equidem baptismum ab ipso collatum, esse validum, & ratum minime negamus; sed non per hoc habendus est tamquam Pater spiritalis baptizati: sed tamquam instrumentum necessitatis, quo sancta, & pia Mater Ecclesia vitur in casu extremæ necessitatis; quando dignior minister haberi non potest; quod non sine magno pietatis affectu consuluit; ne videlicet infantes filij Christianorum absque Baptismi sacramento decederent, ac proinde Regni cælestis hæreditatem amitterent. Tertio ex cognatione spiritali obligatio exoritur, per quam Patrinus baptizatum instruere tenetur: quemadmodum colligitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. conf. 2. de reformat. & ex cap. in Catechismo, & seqq. de consecr. dist. 4. & nos in cap. 1. lib. 3. ver. precipuum autem munus*, sufficienter probauimus. Sed quomodo infidelis poterit baptizatum opportuno tempore de rebus fidei Christianæ institueræ, cum hæc ipse penitus ignoret? Dicendum est ergo, quemlibet infidelem huius cognationis spiritalis esse omnino incapax.

Et post hæc scripta, præter Doctores citatos, inueni, nominatim contra P. Auersam, nostram sententiam docere etiam P. Lugo *de Sacram. lib. 2. cap. 7. quest. 7. num. 52*. Unde ex his colligo primò, Infidelem, siue baptizet, siue susceptor sit in Baptismo, aut confirmatione, nullo modo hanc cognationem contrahere, quia, ut dixi, illius incapax est. Colligo secundò, Hæreticum baptizatem, vel personam in baptismo, aut confirmatione suscipientem, contrahere hanc cognationem; quia caractere baptismi insignitus est, atque idè capax est cognationis spiritalis, & legibus Ecclesie subiicitur. Colligo tertio, Catechumenum esse incapax prædictæ cognationis, sicut nec Sacramentorum esse capax; quia non procedit ab eodem stipite, nempe Christo, per spirituales regenerationem, mediante visibili Sacramento Baptismi. Colligo quartò, si Christianus vna cum infideli suscipiat puerum, vel alter suscipiat, altero baptizante, non contrahi cognationem cum infideli, utpote qui illius expertus est: bene tamen cum Christiano; quia vtile non vitatur per inutile, quando commodè separari possunt, *reg. vile, de regul. iur. in 6*. Colligo quintò, Infidelem baptizantem, vel suscipientem, non contracturum cognationem ex eo actu tempore infidelitatis, quamuis postea baptizetur dictus infidelis. Ratio est, quia quod à principio nullum fuit, conualescere nequit. Quare ille infidelis postea baptizatus, poterit matrimonia contrahere cum persona à se baptizata, vel suscepta, & cum eius matre; quia cum neutra contraxit cognationem spirituales, tamquam illius incapax. Colligo vltimò, esse capax spiritalis cognationis adultum, qui baptismum re suscepit, tam-

Anton. Diana, Pars X.

etsi ob indispositionem suam sanctificantis gratiæ spirituales vitam non acceperit; quia vtrum eam acceperit, necne, certò Ecclesie constare non posset, constat autem certò, quod baptismum re suscepit; sicque proinde regeneratus à Christo spiritaliter: Et etiam ex dictis colligi potest, cognationem spirituales compaternitatis non conualescere, nec oriri eum parentibus illis infidelibus, licet postea illi baptizentur. Quia quod à principio irritum fuit, conualescere nequit, *reg. non firmatur, de regul. iur. in 6. & reg. quod ab initio, ff. de regul. iur.* Deinde potest etiam colligi inter infidelem sic baptizantem, vel suscipientem, & parentes illos infideles, etiamsi postea baptizentur, posse consistere matrimonium. Quia nulla inter eos spiritalis cognatio est suborta. Non verò poterit iste fidelis matrimonium inire cum persona à se baptizata, vel suscepta. Quia cum illa verò contraxit cognationem spirituales. In quo differt ab illo alio casu, in quo baptizans, vel suscipiens est infidelis, iste enim nequit contrahere vltam cognationem spirituales, cum sit illius incapax, quia est infidelis; at in hoc casu baptizans, vel suscipiens est infidelis.

An in Confirmatione vnus solus possit adhiberi Patrinus.

RESOLVTIO XC.

Affirmatiuè respondet Gaspar Hurtadus *de Sacram. matrim. disp. 18. diff. 4. n. 13*. vbi sic asserit: Quamuis iure antiquo, *can. plures, de consecratione, dist. 4. & cap. fin. de cognitione spiritali, in 6.* prohibitum fuerit, plures Patrinos in Baptismo, & confirmatione adhiberi, & fuerit decretum, quod si ea prohibitione non obstante, plures essent Patrini, omnes dictam cognationem spirituales contraherent. Iam tamen iure nouo Tridentini *sess. 24. cap. 2.* permittitur, quòd in Baptismo possint duo, vnus, & vna tenere, aut suscipere in Baptismo; vbi additur eos designandos esse ab eis, ad quos designatio spectet, & quod ab aliis vltra designatur, quamuis efficiant actus Patrini, non contrahatur cognatio spiritalis. Quod verò docet Sancius *lib. 7. disput. 56. num. 9.* nempe id quod addidit Tridentinum, & restrinxit circa Patrinos in Baptismo, etiam extendi ad Patrinos in confirmatione, absque fundamento dicitur; ac proinde ius antiquum quoad Patrinos in confirmatione in suo robore manet. Hucusque Hurtadus.

Sed sententiam Sanchez tueretur P. Martinus Perez *de matrim. disput. 29. sect. 5. num. 21*. vbi docet; in sacramento Confirmationis posse adhiberi duos Patrinos diuersi sexus, & nullum alium suscipientem, vel tangentem, præter Patrinos designatos, spirituales cognationem contrahere. Quia fuit manifesta mens Tridentini eodem modo vtramque cognationem restringere, ut constat ex præmio dicti capituli secundi, vbi declarat, velle se impedimentum cognationis restringere. Constat etiam ex fine, vbi cognationem ortam ex confirmatione ad easdem personas restringit, ad quas restrinxerat cognationem ortam ex Baptismo. Quod sanè non fieret, si omnes confirmatum tangentes contraherent, cum non omnes tangentes baptizatum, sed solum designati contrahant. Sed licet hæc opinio sit probabilis, ut notat Franciscus Lugo *de Sacram. lib. 3. cap. 5. quest. 3. num. 12.* & illam præter Sanchez, & Perez teneat Vallensis *in decret. lib. 1. tit. 15. §. 2. n. 7. Regim. tom. 2. lib. 3. num. 152.* Tolerus *lib. 2. cap. 24. num. 6.*

N n 3

Nauarri

Nauarrus in *Man. cap. 22. num. 40.* Ego tamen non recedo à sententia negatiua Hurtadi, quam tuentur Baunius in *Theol. moral. tom. 1. tract. 3. q. 9.* Præpositus in 3. part. quest. 72. art. 10. n. 40. Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 5. quest. 2.* Auersa in 3. p. quest. 72. sect. 5. Rebellius part. 2. lib. 3. q. 6. num. 6. Barbosa de *Potest. Parochi. part. 2. alleg. 30. n. 43.* Castrus Palauz tom. 4. tractat. 20. disp. 1. punct. 10. num. 2. Bassæus in *Flor. Theol. ver. Confirmatio, num. 11. & alij.*

Dito itaque Patrini confirmationis vnicum futurum esse, virum, aut foeminam, vt habetur *cap. non plures, de consecr. dist. 5.* dum in confirmatione posuit tenentem in singulari dumtaxat, cum de Patrini baptismi locutum fuerit in plurali. Quare decretum Tridentini quatenus concedit duos Patrinos in Baptismo, non videtur extendi ad confirmationem, cuius quoad hoc mentionem non facit; nec iuris correctio sine graui fundamento debet admitti. Non ergo derogat Tridentinum illi capiti, non plures. Et ideo si plures de facto teneant confirmatum, omnes contrahere cognationem. Cum enim ex hoc Patrini munere nascatur spiritualis cognatio, *cap. si quis filiastrum, cap. de his 30. quest. 1. cap. 1. de cognitione spirituali, in 6.* subdit textus in *cap. fin. eod. tit.* Quamuis non plures, quam vnus vir, aut vna mulier accedere debent ad suscipiendum de Baptismo, vel confirmatione; si tamen plures accesserint, spiritualem cognationem omnes inde contrahere. Nota etiam, quod Pontificale Romanum vult, vt in confirmatione, masculi foeminis Patrini esse non possint, neque foeminæ masculis, & quod vnus non possit esse Patrini plurium.

Nota tamen hic obiter nouissimè doctum Patrem Martinon de *Sacram. tom. 4. disp. 27. sect. 5. n. 39.* docere, adesse præceptum sub mortali, sumendi Sacramentum confirmationis: sed ego non recedo à sententia, quam docui, tale præceptum non esse datum, & ideo, secluso scandalo, & contemptu, non peccare mortaliter, qui hoc Sacramentum omittet. Et ita me citato, tenet Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 1. q. 6.* & me citato Stephanus à San Gregorio de *Sacram. lib. 3. cap. 18. n. 4.* & me citato Machadus tom. 1. lib. 3. cap. 1. tract. 3. docum. 5. num. 4. & me citato Bassæus *ver. confirmatio, num. 3.* & me citato Trullench de *Sacram. lib. 2. cap. vnic. de Confirmatione, num. 5.* & me citato P. Lugo de *Sacram. lib. 3. cap. 2. quest. 1. num. 5. & 8.* & me citato Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tract. 3. disput. unica; dub. 10. num. 99.* Idem etiam docet Estius tom. 2. 4. sentent. dist. 7. §. 18. Martinus de San Ioseph. in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 1. de Confirmatione, num. 4.* Calpenlis in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 23. disput. 2. sect. 2. num. 13.* Gesualdus in *Theol. Mor. tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 7.* & doctus, ac amicissimus P. Antonius Escobar, & Mendonza in *Theolog. Mor. tract. 7. exam. 3. cap. 3. num. 18.* Imò plus addunt aliqui per se loquendo, nec veniale peccatum esse confirmationem omittere; quia cum nullum sit præceptum, nulla committitur omissionis culpa per se; sic asserit Petrus de Ledesma tom. 1. tract. de *Confirm. cap. 8. concl. 3.* Sed hæc opinio mihi non placet; quia vix continget, omitti Confirmationem sine veniali culpa, quando commodè recipi potest. Quippe talis omisso sine causa priuat nos magnis bonis spiritualibus, ac subinde continet prodigalitatē quandam spiritualem, quæ culpabilis sit. Ita Lessius in 3. p. *D. Thom. q. 72. art. 8. dub. 2. num. 31.* vbi sic ait: Vix vnquam potest hoc Sacramentum omitti sine aliquo peccato, quia vix potest adesse iusta causa tanti boni negligendi, quod tam facilè potest haberi. Ita ille, & ego.

An Clerici Regulares, vulgò dicti Theatini, gaudeant Priuilegijs concessis alijs Religionibus.

RESOLVTIO XCI.

Respondeo affirmatiuè ex priuilegijs nobis concessis à Gregor. XIV. die 5. Aprilis, & die 28. Iunij anno 1591. quæ referuntur à Pellegrino in introductione ad compendium priuilegiorum, quorum anthographum extat in Archiuo nostræ domus S. Syluestri; & in specie gaudent priuilegijs Societati Iesu concessis ex Bulla Pauli IV. die 7. Octobris anno 1555. Pontificatus sui anno primo, vt etiam notauit Barbosa in *Apost. decis. Collect. 166. num. 4.* in quibus aliqua de nostra Religione asserit, quæ sustineri non posse ex inserta epistola nostri Patris Andree Sottani ad præsentem D. Urbanum Puluerinū apparebit: dabunt igitur viri amicissimi manes mihi veniā vt illam per extensum apponam, & nobis condonabunt, si ab eius sententia in aliquibus recedemus.

Reuerendo in Christo Patri Domino Urbano Puluerino Clerico Regulari.

Andreas Sottani.

EA semper mihi mens fuit, vt omnes vires intendere, quo pax inter nostram Congregationem, & cæteros religiosos ordines seruaretur, quare admodum displicuit quod Paternitas Tua de Augustino Barbosa Scriptore in Summa Apostolicarum Decisionum admonet; videtur enim ex eo semen aliquod discordiarum iactum inter eos ordines, qui singulari animorum vnitatem colligari deberent, nempe inter Nos & Fratres Solsmarchenses. Cui malo vt occurratur, statim ea de re dedi litteras ad P. D. Ioseph Sylos, vt rem ordine explicaret in nostræ Congregationis historia, quam iussus à Præposito Generali totius Congregationis nomine contexit; in eaque diplomata, quæ apud nos asseruantur insereret, vt in posterum vterque Ordo quid gestum sit agnoscat, nec relinquatur dubitationi locus, sicque inter eos mutuus perseueret amor. Sed vt quæsitis Paternitatis Tux interim breuiter satisfaciam,

Dico me perquisisse, ac reperisse in nostris antiquarum tabularum Thecis originalia Diplomata Cardinalis Theatini, de quibus meminit Barbosa in *Summa Apostolicarum Decisionum, Collect. 166. n. 4.* tum tempore Cardinalatus, tum etiam Pontificatus tempore, in quibus apparet oppositum quod à Barbosa asseritur, & vt ad singula, de quibus Paternitas Tua erudiri cupit, deueniam.

Collect. 166. num. 4. hæc habet verba: *Clericis Regularibus Somaſche suos Theatinos vniuit Io. Petr. Carafa Cardinalis Theatinus.*

Si intelligatur propria auctoritate Cardinalem vnisse Congregationes, non vniuit; quæ enim potestas in Cardinali, licet antea ordinis fundatore Regulares ordines vniendi?

Si verò Apostolica auctoritate, res è contra se habuit. E Diplomate enim Cardinalis Theatini sub datum Romæ 8. Nouembr. 1546. rem sic processisse colligitur.

Patres Somaſchenſes apud Cardinalem egerunt, ac magna instatia eum requisierunt, vt ordinum coniunctionem procuraret. Cardinalis proposita re nostris tum Venetiis, tum Neapoli degentibus, eorumque expectato iudicio, ipse postea accepto viuæ vocis oraculo à Paulo III. nostris Apostolica auctoritate

ritate præcepit vt Somachensium curam, & administrationem suscipere. At nè aliquis hæc in dubitatione vertat, do verba Diplomatis ipsius Cardinalis.

Scripterunt ad nos nuper dilecti nobis in Christo Presbyteri Augustinus & alij Clerici ac deuoti Laici, qui in plerisque istius Prouinciæ locis, operibus pietatis intenti curam præcipue educandorum in Dei timore & in bonis artibus puerorum orphanorum sollicitè susceperant: *Nos cum magna instantia requirentes.* (Ecce petitio Patrum Somaschensium) & notet Paternitas Tua illa verba: *Nos cum instantia requirentes.* Ex his enim conuincuntur falsitatis, qui contra scribere ausi sunt) vt eos in nos agnoscere, & suscipere vellemus: neque enim, quam ab exordio inceptiois suæ in nostro præsidio collocassent, frustrari pateremur, quandoquidem illorum operum fundamenta nostris auspiciis iacta sunt; Nosque ad eos tùm cum Venetiis essemus boni mem. Hieronymum Æmilianum nostrum in Christo dilectum Fratrem destinasse, quo Duce eadem opera & cepta, & ita Deo fauente vncta sint, vt non absque multorum animorum profectu domum Dei grato odore repleuerit: quin etiam nonnulli ex eis de virtute in virtutem ambulantes eoulsque Domino inspiraute progressi sint vt ad nostrum Regularem institutum conuolare desiderent, seque penitus sub iugo eiusdem regulæ diuinis obsequiis mancipari.

Accessit ad hæc venerabilis Frater nostri Presbyteri Bernardini Sabinensis de illorum vita & moribus, de quo studio deuotionis & feruore charitatis, necnon de vestro iudicio fida relatio, quæ apud nos merito plurimum valuit; & vt magis ex animo huic negotio incumberemus effecit.

Quare in primis nobis visum fuit, vt idem Presbyter Bernardinus Frater noster iuxta præscriptum vestrum Neapolim pergeret, & Fratrum nostrorum qui ibi Domino famulantur super hac re sententiam exploraret; sed cum iuxta paucos dies inde rediens de vnanimis eorundem fratrum consensu ad nos litteras attulisset: (ecce iudicium Patrum Theatinorum à Cardinali expectatum) Nos omnipotenti Deo gratias agentes & de eius benignitate spectantes de his rebus omnibus Sanctissimum Dominum nostrum consulendum duximus, vt qui Dei vices gerit in terris, eiusdem Dei & Domini nostri super hac re voluntatem, suo nobis oraculo aperiret: (viuæ vocis oraculum à Cardinali acceptum, hoc etiam in sequentibus verbis explicatur.)

Quamobrem idem Sanctissimus in Christo Patet & Dominus noster Dominus Paulus diuina prouidentia Papa III. viuæ vocis oraculo nobis hoc negotium demandauit, & vt illud in nostram finem reciperemus iniunxit; atque vt vos hortaremur in Domino, & nihilominus nomine & auctoritate Sanctitatis Suae vobis in virtute sancta obedientia precipiendo, mandarem, vt eorundem operum priorem curam pro amore, & reuerentia Sedis Apostolicæ vos suscipere deberetis; & illis ita diligenter intendere, vt ex vestro regimine: (aduertat Paternitas tua verba illa ex vestro regimine pro his quæ dicemus infra) eadem opera de bono in melius cum salute animarum, & cum Diuini nominis honore procedant: & cum vos de his omnibus, quæ circa eadem opera experimèto didiceritis, nos certiores reddere curabitis.

Idem Sanctissimus Dominus noster ex nostra fidei relatione intelligat quid sit super hoc toto negotio per Sanctitatem suam, & per eandem Sanctam Sedem Apostolicam statuendum.

Nos igitur cupientes in omnibus, vt debemus; eiusdem Sanctiss. Domini nostri parere mandatis;

hoc onus in nos, consili de Diuini auxilij largitate, suscipimus: & vos omnes (Fratres charissimi) hortamur in Domino, sed & vobis auctoritate nobis tradita in virtute sancta obedientia precipiendo mandamus, vt supradictorum priorum operum & personarum eius quomodolibet pro tempore seruientium curam & administrationem suscipere debeatis; & ex eisdem personis si qui Clerici vel Laici ad vestram professionem Domino vocante aspirauerit, qui tamen vobis secundum Deum videbuntur idonei, illos ad probationem, & professionem recipere possitis, & valeatis, &c.

Ex verbis igitur Diplomatis ab ipso Barbosa allatis apparet rem processisse vt narrata est. Id verò quod asseritur à Barbosa, ex Diplomate neque Ego colligo, neque alius qui legerit colligat: quomodo enim intelligi potest Theatinos accessisse ad Somaschenses vt innuit Barbosa, si illibato, ac firmo remanente Theatinorum instituto, Clerici Regulares de Somascha transiit ad Theatinos, eorumque moderationi sese suaque omnia subiicere (hoc enim sonant verba Cardinalis ad Theatinos loquentis videlicet *ex regimine vestro eadè opera de bono in melius cum salute animarum, & cum Diuini nominis honore procedant, & curam ac administrationem suscipere debeatis.* Item ex iisdem personis, si qui Clerici vel Laici ad vestram professionem Domino vocante aspirauerint, qui tamen vobis secundum Deum videbuntur idonei ad probationem, & professionem recipere possitis & valeatis) desiderauerint, ac concupiscenti animo exoptauerint? Quomodo spectaret ad Theatinos ad professionem Somaschenses admittere, si Theatini ad ipsos transissent? potius, ad Somaschenses pertineret ad probationem professionemque Theatinos admittere. Et ad quam professionem potuissent Somaschenses admittere Theatinos Patres, si ipsi, vt mox dicam, professionem non emittebant?

Præterea eadem Collectan. num. 5. ait Barbosa Congregationem Patrum Somaschorum in Religionum numerum cooptatam fuisse à pio V. facultate concessa emittendi tria vota substantialia vt patet ex eius Bulla incip. Iniunctum 8. Idus Decemb. 1568. Sed vnio facta est tempore Pauli III. ergo ex eius sententia dicendum esset Religionem Theatinorum transiisse ad statum non Religiosum dum ad Somaschensium Congregationem transiuit, quæ tunc non erat Religio, quod inauditum apud omnes, pluraque continet absurda, vt considerantur patet.

Collect. 166. num. 4. profecit Barboza, *Vt piorum operum curam suscipere (nempe Theatini) eaque omnia pietatis numera peragerent, quæ Somaschensibus in virtute sancta Obedientia precipitur.*

Si ly precipitur cadat supra verba, vt piorum operum curam suscipere, verum dicit Barboza; quandoquidem cura & administratio, vt visum est, tunc nostris à Pontifice imposita, ac demandata est.

Confirmantur etiam magis magisque superius dicta ex Bulla Pij V. incipiente, *Ad immarcescibilem*, cuius hæc sunt verba: videlicet, *Curam, & administrationem Congregationis de Somascha eidem Congregationi Clericorum Regularium per predictum Pium III. prædecessorem commissam.*

At ex hoc non sequitur nostros transiisse ad Somaschenses: potest enim quis moderari Religiosum aliquem ordinem absque eo quod Religiosus fiat illius ordinis, sic Mattheus Baucius Theatinus, Marcellus II. Pontificis Nepos vir prudentia in rebus gerendis, & virtutum Religiosarum laudè valde celebris Congregationem Fuliensem Monachorum D. Bernardi Romæ moderatus est; quis tamen ex hoc infertur, ergo Baucius Monachus effectus est: Vincentius

Riccardus non minus Sacratum litterarum, ac linguarum eruditione, quam virtutibus illustris, Congregationis Beati Ioannis Columbini regimen obtinuit, in eaque obseruantia rigorem ac plurima beneficia contulit, quis tamen diceret nostrum Riccardum Iesuitorum Congregationis Religiosum fuisse?

Carafa noster vnus ex quatuor Ordinis Fundatoribus antequam ad purpuram & Pontificatum eueheretur, aliquibus Religiosis Ordinibus præfuit, ergo nostram reliquit, & ad alienos transiit? hoc certe prudens quis non affirmabit.

Plures ex nostris litteris ac Sanctitate præstantes locis piis præpositi sunt, eosque vsque ad vitæ finem curauere, quis tamen audeat affirmare eos ad alienigenarum vitam transiisse? non ergo ex administratione cura, & regimen probati potest, quod affirmat Barbosa.

Quod si ly præcipitur cadat, vt nostris scilicet imponatur munus agendi exercitia Somaſchenſium ex Instituto, hoc gratis dicitur: neque enim ex Diplomate colligi potest; imò falsum assero, quia cœpta à nostris Clericalia instituta nullo vnquam tempore deserta sunt, vt videri potest ex historiis & Pontificum Bullis quæ apud nos asseruantur.

At si quis obstinatè contendat vnionis tempore Theatinos obseruasse Somaſchenſium institutum: Sciat apud Sanctum Syluestrum Montis Quirinalis repositum esse Breue Iulij I I Lincipiens *Dudum pro parte vener.* &c. datum Romæ die 10. Iunii anno 1551. (quo tempore perseuerabat vnio cum Somaſchenſi Congregatione) in quo confirmatur nostrum Clericale institutum, Constitutiones, Decreta, priuilegiaque omnia prædecessorum Pontificum nulla facta mentione Somaſchenſis Congregationis. Si autem tunc nostra Congregatio obseruasset Somaſchenſium institutum, ad quid confirmatio prioris instituti, constitutionis, priuilegiorum, &c. potius confirmari debuisset Somaſchenſium institutum, constitutiones, &c. quod tamen minimè factum est non alia ratione, nisi quia Theatini ad aliorum institutum etiam, & exercitia minimè transire; ex quibus etiam palam fit, Somaſchenſes, vt dictum est, transiisse ad Theatinos, non autem è contra Theatinos ad Somaſchenſes.

Firmat sua dicta Barbosa Diplomatis allegatione his verbis, vt in suis litteris (nempe Cardinalis Theatini) sub datum Romæ in propriis ædibus 8. Nouembris 1546.

Verùm suo se gladio interimit, hæ enim litteræ non aliæ sunt, quam quæ suprâ à nobis sunt allatæ, ex quibus nedum non elicitur quod asserit, sed omninò oppositum: & vt Paternitas Tua harum litterarum firmitatem agnoscat, nec alias esse quam à nobis allatas, eadem referuntur in Breui solutionis vnionis incip. *Aliquot ab hinc annis die xxiiij. Nouembris 1554.* in quo Pontifex eadem litteras pro expressis, ac de verbo ad verbū inferis haberi mandat.

Collect. & numero eodem subdit hæc verba is: *sed Ipse (Cardinalis scilicet Theatinus) ad Summum Pontificatum euectus, & Paulus IV. dictus Theatinorum Congregationē à Somaſchenſi separauit, & pristinum solū institutū seruare coëgit, vt in eius Constitutione incip. Aliquot ab hinc annis die xxiiij. Nou. 1555.*

Verùm est quodd separauerit, at dicendum potius esset Somaſchenſes à Theatinis separasse, cum illi ad Theatinos accesserint, vt visum est & liquidò constat, non verò Theatini ad illos.

Sed etsi facta est sparatio, volentibus & petentibus Theatinis facta est vt colligitur ex verbis citatæ constitutionis Pauli IV. in qua habentur hæc verba

Mosque ex iis qua deinceps ex vobis, qui per tot annos qua supradicta sunt experti estis quid super hoc negotio statuendum sit cognouimus, &c.

Cum ergo cognouerit Pontifex à Theatinis, vnionem esse soluendam, iam Theatinorum petitione soluta est vnio, id præterea indicant verba ipsa solutionis in citata Constitutione: *Vos (loquitur Pontifex ad Theatinos) & vestrum quemlibet ab hortatione, præcepto, mandato, obedientia dictorum Presbyterorum, Clericorum, Laicorum, pauperumque, orphanorum personarum, & operum predictorum cura & administratione à vobis tam ante hac suscepta, quam in posterum forsitan suscipienda, omnibusque, & singulis aliis quæ ad eas predicta sunt, ac denique ab omni huiusmodi obligatione ac necessitate vobis, vt præfertur quomodolibet composita, auctoritate Apostolica tenore presentium absoluiimus, & liberamus, liberosque, & absolutos fore decernimus.*

Hæc eadem habentur in Bulla Pij V. *Ad immarcescibilem:* iisdem ferè verbis nimirum ab omni obligatione, & necessitate ipsis desuper quomodolibet imposita in perpetuum absoluit & liberauit (scilicet Paulus IV.) liberosque, & absolutos fore decreuit.

Si ergo absoluti, & liberati sunt Theatini à cura, & administratione Somaſchenſium, iam non coacti. Quo ex eo etiam confirmatur, quia à nostris Antiquioribus accepi, etiam post solutam vnionem aliquos ex nostris præfuisse aliquando Somaſchenſium operibus, quod fieri non potuisset si coactio intercessisset. Non erat ergo cur Barbosa scriberet Theatinos coactos fuisse.

Sed dicit P. T. Barbosa asserit Theatinos coactos ad pristinum institutum, non verò ad vnionis solutionem.

Verùm respondetur, vnum ex alio necessariò sequitur. Deinde qua ratione potest dicere Theatinos coactos ad pristinum institutum solùm seruandum, si semper prius institutum retinere, neque ad Somaſchenſium institutum aliquando transire, vt probatur ex Diplomate Cardinalis Theatini Iulij I I L. & Pauli I V. non ergo, rectè dicit Barbosa Theatinos coactos ad pristinum institutum solum seruandum, cum nulla huius coactionis causa intercesserit.

Ex diæctis ergo clarum est, Theatinos ad Somaſchenſium institutum nec transiisse, sed tantum Somaſchenſes se suæque curæ & administrationi Theatinorum subiecisse, integro semper Theatinorum Instituto remanente.

Neque Theatinos coactos ad prius institutum nulla existente causa, neque ad solutionem vnionis, quia hanc ipsi perierant. Causam verò cur Theatini separationem amauerint non est huius loci referre: dico tamen eas non fuisse, vt mutuam inter Congregationes amorem aliquando deleuerint.

Ex his tamen quæ scripsit Barbosa neque ego vellem vt tua in doctissimum virum minuatur beneuolentia, ipse enim, vt accepit à nostro Diana, impensè amat nos & excusandus est optimus vir, putauit enim rem ita se habere innixus alienæ fidei, cum enim addictissimus sit Theologiæ moralis, ac sacrorum Canonum studiis, mirum non est si in re, quæ ad historiam pertinet, & quæ in Tabularij terebris diu permansit, aliis referentibus, quorum erat rem fideliter scribenti referre inuoluntariè deceptus est.

Alia etiam affert in eadem Summa de nostro ordine, quæ non rectè apponuntur, & fortasse P. T. illa non legit, de quibus tamen pari modo excusandus est: neque enim cogitandum est amantiſſimum in ordine virum voluntariè in illa incidisse; atamen ne te Legentem fugiant, ea hic apponem.

Collect.

Collect. 161. 162. 163. antequam agat de nostro instituto explicat aliquorum aliorum Clericorum Religiosorum institutum, tacite indicans nos Theatinos non esse illis institutione priores: sed si attentè considerentur Ordines ante nostrum allati, perspicue patebit alios deficere à vera ratione Regularis clericatus, quia non sunt instituti ad clericalia munia exercenda sicuti noster.

Alios verò, post nostræ Congregationis fundationem, vota essentialia emittendi priuilegium à Sede Apostolica obtinuisse, quod si tali pacto Clericorum Regulariū ordines enumerare liceret, plures ego recensere possem quā ipse Barbosa, sed quia cōditiones requisitas nō habent, ante nostrum, illos non agnouit.

Collect. 164. n. 2. Ioannem Petrum Carasam, postea Paulum IV. fuisse ordinis institutorem, nulla facta memoria de B. Caietano aliisque duobus insignibus Viris Bonafacio à Colle, & Paulo Consiliario, asserit quod quidē valde displicuit, præsertim cum opus post solemnem Thienæi Beatificationem sit impressum.

Agnoscit quidem nostra Congregatio Carasam Institutorem, & gloriatur eum se habere patrem, at tamen non ipse fuit à quo primus spiritus reformationis Cleri in cæteros emanauit, sed B. Caietanus Thienæus, qui re cum Bonafacio à Colle communicata, eoque rem probante, ac se socium afferente, Tertius deinde adiunctus est Carasa Archiepiscopus Theatinus, qui ad noui instituti nuntium incallescens, statim Thienæum conuenerat auidè cupiens ab eo in socium admitti, quod & factum est. Quartus deinde adiunctus est Paulus Consiliarius indiuiduus Carasæ Comes, sicque quatuor fuere nostri ordinis conditores, licet autem Carasæ nomen in Apostolicis litteris cæterorum nominibus præferatur, hoc idē agitur, quia ipse alios dignitate præcelleret, cum & Episcopalia munia etiam cum in ordine esset, exerceret; hinc de illo Scardéonius dixit: Episcopi opes non opus reliquisse.

Hoc autem, Thienæo primatum non aufert in fundatione, præterea Auctorum multitudo primum locum tribuit Thienæo, & ex iis qui Carasam præponunt plures, rem processisse fatentur vt narrauit.

Tertio ex processu canonizationis Thienæi clarè patet eum cæteris præferendum. Hinc in Apostolico Diplomate Beatificationis, & in Romano Martyrologio absolute ponitur B. Caietanus Thienæus Clericorum Regularium fundator nulla facta mentione reliquorum, non ergo erat reticendum à pio viro Beati Caietani nomen, imò Carasæ præferendum.

Cum verò, vt dixi, aliqui Auctores primatum Carasæ tribuant, excusandus erit Barbosa si illorum Innixus auctoritati Carasam tantum nominauit. Cæterum non ambigo qui si denuo scripturus esset, laudem Thienæo debitam minimè denegaret.

Collect. & num. eodem dicit Theatinos primum cepisse in Ecclesia S. Syluestri in Monte Quirinali Urbis, hoc est contra nostri ordinis Chronologos & præcipue Caracciolum, qui asserit primam nostræ Congregationis domum fuisse ad Campum Martium via Leonina; quam inhabitauerunt Patres per biennium; deinde à Martiniana domo ad altam sub monte Pincio positam se contulere vsque ad cladem Borbonicam, ob quam Roma excedere coacti sunt; hisque concordant nostra Diaria, ac antiquæ tabulæ, quæ apud nos asseruantur.

Collect. & num. eodem addit; Ob Urbis iniusticiam Duce Borbonio Patres Venetias fugisse anno 1532. non fugerunt nostri, quia in Urbis direptione carceris, vincula, & ludibria plurima ob Christum perpassi sunt; sed vt ait Caracciolum, Vrbe excedere

coacti sunt; causa verò discessus apud nostros scriptores P.T. inueniet.

Quod verò eorum discessio fuerit anno 1532. manifesti erroris conuincitur Barbosa ex Tuso. cap. 111. & Caraciolo in Thien. fol. 212. & aliis nedum nostri ordinis Scriptoribus, sed etiam exteris. Cum enim nostrorum Patrum discessus fuerit anno Borbonicæ Cladis, Clades verò Borbonica fuerit anno 1527. non est cur transferatur ad annum 1532. vt vult Barbosa.

Concludit numero citato Collect. his verbis: Redierunt Romam anno 1560. qui etiam est contra veritatem: Patres enim nostri Romam redire anno Primo Pontificatus Pauli IV. qui eis donò dedit domicilium S. Syluestri montis Quirinalis, cuius possessionem iniere B. Iohannes Marinonius, qui etiam Archiepiscopatum Neapolitanum recusauit, Bernardinus Scotus postea S. R. E. Cardinalis, & Paulus Consiliarius præfectus Pontificij cubiculi, Vaticanæ ædis Canonicus, vnus ex quatuor ordinis conditoribus, & Frater germanus Cardinalis Consiliarij; Romam ergo sunt reuersi anno 1555. non autem anno 1560. vt notat Barbosa: videatur Tusus cap. 4. Castaldus in Paul. IV. Caracciolum in Paul. IV. vita manuscripta, cum quibus etiam concordant antiquæ tabulæ S. Syluestri.

Dicer hic Paternitas Tua, quomodo ergo excusari poterit noster Barbosa.

Respondeo hic etiam excusari, sequutus est enim Scriptores, qui ante ipsum in his decepti sunt, inter quos Flavius Cherubinus in Compen. Bullarum anno 1533. Bulla incip. *Dudum pro parte vestra, schol. 2.* vbi aperte eadem habet quæ Barbosa, vnde videtur ea Barbosa accepisse; quare excusatione dignus est, neque enim existimare potuit, Flauium apertissimo errore deceptum, cum in Vrbe Flavius degeret, & faciliter veritatem assequi potuisset. Ergo Barbosa bono animo scripsit, vera se scribere existimans, eique gratias referre debemus; aliis enim in locis honorifice de nostro loquitur ordine. Hæc sunt quæ Epistolæ Paternitatis tuæ de Barbosa inquiringentis, respondere visum est, interim Paternitati Tuæ Benignissimum nomen precor. Vale.

An Baptismus sit validus, si conferatur hæc forma, Baptizata est, Baptizatus est, in Nominis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

RESOLVTIO XCII.

Hæc forma in baptizando vtuntur Chaldæi, & hæc illa dubitatum fuit Romæ anni 1630. vt patet apud Nazarium *vbi infra*. Et inualidum baptismum sic collatum esse patet ex rationibus. Primum, quia alioqui actus baptizandi nō significabitur, quatenus hic, & nunc sit in particulari; quod tamen est necessarium: nā Sacramentum consistit in actu particulari, qui hic, & nunc sit circa certum subiectum, vt homo intelligat, se hic, & nunc sanctificari. Secundò, quia effectus baptismi hōi est remissio peccatorum in communi, sed hinc collata: ergo vt Sacramentum significet huc conferri gratiam, & remissionem, debet exprimi persona; cui confertur. Quam ob causam etiam in Sacramento Confirmationis, Pœnitentiæ, Ordinis, & extremæ Vnctionis exprimitur persona suscipiens. Tertio, quia baptismus est spiritualis quædam regeneratio: generatio autem requirit distinctionem inter generantem, & genitum; quæ distinctionem oportebat exprimi. Et ita docet Diuus Thomas in 3. par. quæst. 66. art. 5. ad 4. Vasquez tom. 2. disp. 124

disp. 142. Trullench. de Sacram. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 6. Præpositus in 3. part. quest. 66. art. 5. d. 3. n. 43. Leandrus de Sacram. 10. 1. tract. 2. disp. 3. q. 7. Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 1. de baptismo, n. 3. Reginaldus tom. 2. lib. 27. n. 35. Toletus lib. 2. cap. 19. n. 5. Sayrus de Sacra. lib. 1. cap. 4. art. 4. Sotus in 4. dist. 3. quest. unica, art. 5. Auerla de Sacram. Baptismi quest. 66. sect. 5. Bonacina de Sacram. disp. 2. quest. 2. punct. 4. n. 2. Gesualdus in Theolog. Mor. tom. 1. tract. 3. c. 5. Surianus de Sacram. tom. 1. lib. 2. cap. 3. Hentiquez lib. 2. cap. 8. §. 4. in Glossa littera K. Bellarminus de Baptismo l. 1. cap. 3. Filliucius tom. 1. tract. 2. cap. 3. num. 53. Stephanus à San Gregorio de Sacram. lib. 3. cap. 12. num. 7. Petrus à Sancto Ioseph in Idea Sacram. cap. 9. resol. 4. Opatavius de Sacram. tract. de Baptismo disp. 1. quest. 4. num. 28. Bizozerus de Sacram. par. 2. c. 3. n. 5. Ochagauius de Sacram. tract. de Baptismo q. 8. num. 7. Syluius in 3. part. D. Thoma quest. 66. art. 5. c. 3. B. Alexus in Flor. Theol. ver. Baptismus 11. n. 13. Laymanus in Theol. lib. 5. tract. 2. cap. 4. num. 2. Nugnus in 3. part. tom. 1. quest. 66. art. 5. Barbola de Potest. Parochi, part. 2. cap. 18. num. 50. Calpensius in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 17. disp. 1. sect. 3. num. 23. Escobar in Theol. Mor. tract. 7. exam. 2. cap. 2. n. 10. Fernandez in Medulla Cas. part. 2. c. 2. §. 4. n. 3. Martinus Ledesma in prima 4. que. 7. art. 6. dub. 5. Petrus Ledesma de Sacram. tom. 1. cap. 4. consil. dub. 3. Machadus tom. 1. lib. 3. par. 1. tract. 2. docum. 3. n. 3. Ludouicus à San Iuan. in Summa q. 1. art. 3. de Sacram. Baptism. dub. 1. diff. 1. Candidus tom. 1. disquisit. 16. art. 3. dub. 4. Io. de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Sacram. Baptismi. quest. 1. conclus. 3. Tanagerus to. 4. disp. 4. quest. 1. dub. 3. num. 86. Valentia tom. 4. disp. 2. quest. 1. punct. 4. Cabrera in 3. part. q. 66. art. 5. Baunius in Theol. Mor. tom. 1. tract. 2. q. 6. assert. 2. Marcus Senius tom. 1. de officio Parochi disp. 3. diff. unica, quest. 2. num. 5. Raguccius in Lucerna Parochorum de Sacram. Baptism. quest. 29. Estius in 4. sent. disp. 3. §. 3. Martinon de Sacram. tom. 4. disp. 23. sect. 3. n. 17. Castrus Palaus tom. 4. tract. 19. disp. unio. punct. 5. num. 5. Lessius in 3. part. D. Thoma quest. 66. art. 5. d. 2. num. 18. Vvigers de Sacram. quest. 66. art. 6. conclus. 4. num. 26. Senna in 3. part. quest. 66. art. 5. Merceria de Sacram. quest. 66. art. 5. Araujo in 3. p. quest. 66. disp. 5. art. 1. de Baptismo diff. 7.

Dicendum est itaque, quod ad essentiam, & valorem formæ Baptismi necessarium est exprimere personam baptizati, quod constat ex traditione Ecclesiæ, quæ ita intellexit verba illa Matthæi ultimo, baptizantes eos, ut Christus non solum voluerit, quod non baptizati, significati particula, eos, re ipsa baptizentur, sed quod etiam verbis exprimentur: & satis congruenter; & alias si persona baptizati non exprimat, actus baptizandi non significabitur, neque denotabitur determinatus in indiuiduo, quia determinatur per personam, quæ baptizatur: sed significabitur, & denotabitur, indeterminatus, & indifferens ad hanc, & ad illam personam, & ad personam ipsius baptizati, & ad personam alterius. Quia quamuis persona baptizati sit quæ baptizatur, ea tamen non expressa, nihil in forma profertur, quo actus baptizandi denotetur determinatus: quamuis forma proferatur, personam illam baptizando. Concedo quod tamen necessarium est ad essentiam formæ Baptismi, personam baptizati exprimere, ut sufficiat eam quouis modo exprimere, siue pronomine, te, siue pronomine, vos, auctoritatis baptizati causa, siue proprio nomine demonstratiuo, hunc, siue nomine proprio, siue uomine appellatiuo: in quo Doctores conueniunt.

Verum Io. Paulus Nazarius ex Ordine Prædica-

torum præstantissimus Theologus interrogatus de hoc casu licet nostræ sententiæ superius adductæ adhererit tom. 8. opusc. 3. cas. 2. fol. 338. tamen postea casu 3. conatur talem formam baptismi defendere; sic itaque asserit fol. 342. Dico primò, formas illas, licet verbo præteriti temporis sint expressæ, posse tamen vt veras defendi in eo, aut consilimi sensu, quo veritas defenditur formæ Sacramenti Eucharistiæ sub specie panis, quia dicitur: *Hoc est Corpus meum*. Vt enim ait Sanctus Thomas in 3. part. quest. 78. art. 5. Verba illa virtutem habens factiuam conuersionis panis in Corpus Christi, & idèd comparantur ad alii locutiones, quæ habent solum vim significatiuam, & non factiuam, sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiua rei, conceptioni intellectus nostri speculatiui; quæ est accepta à rebus; & idèd, sicut conceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam, sed facit eam; ita veritas huius locutionis non præsupponit rem significatam; sic enim se habet Verbum Dei ad res factas per verbum. Hæc autem conuersio non fit successiue sed in instanti; & idèd oportet intelligere prædictam locutionem, secundum vltimum instans prolationis verborum. Quam doctrinam explicat egregiè Caietanus in suo Commentario ad dictum articulum, quem alij sequuntur discipuli D. Thomæ. Similiter ergo dicendum est, verba illa: quibus in baptizandis mulieribus, aut viris vtuntur Chaldæi, vt formis intelligenda esse secundum vltimum instans, in quo terminantur, & in quo baptizato confertur effectus Sacramenti; sunt enim verba practica non minus, quam illa: *Hoc est Corpus meum*. Igitur secundum illud instans suam habent veritatem.

Secundò dico, ex solo textu scripturæ Diuinæ Matthæi vltimo clarè non haberi necessarium esse istam formam Sacramenti baptismi, exprimere personam baptizati per eius proprium nomen, aut per pronomen, & multo minus personam ministri. Sed ex illis Christi Domini verbis, Baptizantes eos, Catholica Ecclesia Diuinitus edocta, intellexit in forma Sacramenti baptismi actionem ministri, & personam baptizati exprimentam esse, vt habetur in Catechismo ad Parochos iussu Pij V. edito ex decreto Concilij Trident. Quam doctrinam Angelicus Noster Doctor Sanctus Thomas diuine, vt solet, ante Concilium expresserat in sua 3. part. quest. 66. art. 5. & alij Concilio Antiquiores.

Tertiò dico, nullam me hætenus inuenire potuisse alicuius Summi Pontificis definitionem, asserentem, baptismum nullum esse, si in eius forma non exprimat persona baptizati. Nam licet in titulo de baptismo, & eius effectibus cap. 1. sic definiat Alexander I. I. si quis puerum in aqua merferit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen, & non dixerit; Ego te Baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen, non est puer baptizatus; Non tamen affirmat, hæc singula verba esse de necessitate Sacramenti (Certum est enim pronomen illud, *Ego* & dictionem illam, *Amen*, non esse de necessitate Sacramenti) sed intendit excludere modum illum baptizandi absque expressione actus baptizandi: Vnde etiam in Romano Catechismo non reprobat, sed magis approbat forma in Ecclesia Græcorum consueta, videlicet, Baptizetur Seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in qua nec persona baptizantis, nec persona baptizati exprimitur per nomen, aut pronomen aliquod singularem personam à cæteris distinctam significans. Nec obstat, quod in forma Græcis ab Eugenio præscripta, ponatur dictio illa, *salis*, qua significatur determinandam esse

esse personam baptizati per nomen proprium, aut pronomen: Nam dici potest, expressionem illam non fuisse appositam, ut omninò necessariam, sed ad maiorem expressionem, & professionem accidentalem; secundum quam similior esset formæ Ecclesiæ Latinorum, quæ est omnium perfectissima.

Quartò dico, in forma, siue formis Chaldæorum satis bene intelligi posse personam tam baptizantis, quam baptizati, ut implicite significat: Cum enim, ut ante dictum est, verba, quibus formæ Sacramentorum integrantur, non sint speculatiua, sed practica, & ut talis formaliter à ministro proferantur (alioquin nihil efficerent) æquipollere videntur verbis imperatiuis; quibus imperium agentis particularis, & determinati defertur ad passum particulare, & determinatum, non solùm ea ratione, quod actiones omnes sint alicuius agentis particularis, & determinati circa passum singulare, & determinatum, sed etiam ex ipso modo significandi, quod verbo imperatiuo denotatur, seu importatur; ut patet in formâ Græcorum utente verbo, *Baptizetur*. Cum igitur verba formæ Chaldæorum practice, seu ut practica formaliter prolata æquiualearint verbis imperatiuis, videtur in eis vtraque persona tam baptizantis, quam baptizati, saltem virtualiter, & implicite significari.

Postremò dico, mihi ob dictas rationes satis probabile esse prædictas Chaldæorum formas, ut in substantialibus sufficientes posse Summi Pontificis auctoritate, ad euitanda scandala tolerari, quod posset ex aliis formis Sacramenti Baptismi consimiles, aut etiam maiores habentes defectus significationis confirmari, quas tamen nonnulli ex præcipuis Doctõribus validas esse iudicarunt.

Nam, ut definit Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum, & habetur de consecratione *distinct. 5. can. 4.* baptismus ab Apostolicis datus in nomine Christi validus fuit eo quod implicite continebat inuocationem Sanctissimæ Trinitatis; & *Glof. in primum c. de Baptismo, & eius effectu*, dicit validum etiam nunc futurum esse baptismum, si in eadem forma conferretur, quæ fuit sententia Ambrosij in *lib. de Spiritu Sancto cap. 3.* Bedæ in *Actis Apostolorum cap. 10.* Bernardi *Epist. 430.* Hugonis de Sancto Victore *lib. 2. de Sacramentis, part. 6. cap. 2.* Magistri in *4. sent. dist. 3.* Adriani *quest. 2. de baptismo*; quam etiam videtur approbare Caietanus in *3. p. q. 66. art. 5.* licet omnes alij Patres, & scholastici cum D. Thoma in *alleg. q. art. 6.* oppositum teneant; quorum loca, & dicta diligenter adnotauit Suarez in *d. art. 6. d. 21. sect. 3.* & Valquez *d. 143.* Præterea Sanctus Ambrosius *loco notato*, censuit, baptismum datum in nomine vnus Personæ Diuinæ; quæcumque illa sit, validum esse; dummodò vera fides omnium trium retineatur; quia in vna persona tres omnes virtute continentur; quod tamen D. Thomas in *d. art. 6.* reprobat, Insuper S. Bernardus *loco citato* affirmat baptismum datum sub hac forma: *Baptizo te in nomine Dei, & Sanctæ Crucis validum esse, quia nimirum in nomine Dei, tres omnes Diuina Persona implicite significantur.* Ex quibus probabilis aliquo modo reddi videtur eorum sententia, qui dicunt ad validum baptismi Sacramentum non esse necessariam explicitam, sed sufficere implicitam Sanctissimæ Trinitatis inuocationem. Ex quo sequitur, multo magis esse probabile valere baptismum, in quo solum implicite significatur persona baptizata. Hæc dixi, ut iterata vestra petitioni satisfaciam, sub censure Sanctæ Sedis Apostolicæ, cuius iudicio hæc, & omnia mea subficio.

Hæc omnia docet Nazarius, acutè quidem exco- gitata, & quæ satis curiosa Lectoribus visa non du-

bito: Et in eorum gratiam conabor hanc sententiam ita confirmare. Hæc forma baptismi Chaldæorum esset inualida vel quia non exprimit personam baptizantis; vel quia non exprimit personam baptizati, vel quia actionem baptizandi significat præteritam, sed hæc omnia non obstant, ergo baptismus cum tali forma collatus erit validus. Probatur prima pars, nempe non esse inualidam talem formam, quia non exprimit personam baptizatam; Nam alioquin esset inualida forma Græcorum approbata ab Eugenio IV. in Concilio Florentino, videlicet, baptizetur seruus Christi; in qua licet persona baptizati significetur in generali, seu vagè, satis determinatur ablutio practice, prout hic, & nunc exercetur circa talem personam. Nec amplius significat in rigore forma Græcorum, quam refert Florentinum, nam vox, *talib*, significat solum indiuiduum vagum: & alij Doctores ponunt illam formam per hæc verba dumtaxat *baptizetur seruus Christi, &c.* Vbi solum in generali significatur persona baptizata. Sic docent Laymam *supra*, & Palas *tom. 3. tract. 19. punct. 5. n. 5.* quibus adde Franciscum Lugo *de Sacram. lib. 2. c. 7. quest. 2. num. 14.* Sed in nostro casu idem accidit, quia mulier baptizata, licet vagè determinetur, satis in particulari practice per abluionem designatur. Ergo talis forma erit licita.

Quod autem sit licita quoad secundam partem; non obstante quod actionem baptizandi significet ut præteritam. Probatur ex auctoritate D. Thomæ *ubi supra*, quia hæc verba: baptizata est, non præsupponunt rem conceptam, sed illam faciunt, & veritas dictorum verborum non supponunt rem significatam, sed intelligenda sunt secundum vltimum instans in quo terminantur, ut in Sacramento Eucharistiæ illa verba: *Hoc est Corpus meum*: ut obseruat Serra in *3. part. D. Thomæ quest. 71. art. 5.* & ibi Lessius *num. 14.* Sed hæc omnia possunt applicari in casu nostro; nam verba illa, *Baptizata est*, vel *Baptizatus est* intelligenda sunt secundum vltimum instans, in quo à Ministro proferuntur, & in quo gratia Sacramentalis profertur. Ergo baptismus cum tali forma collatus erit validus. Confirmatur. Nam in formâ Græcorum dicitur, Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; & tamen, ut rectè obseruat sapientissimus Lessius in *3. part. D. Thomæ quest. 66. art. 5. dub. 2. num. 18.* is qui baptizatur nondum est seruus Christi, ergo illa verba (ait Lessius) non videntur verè prolata; Sed ego respondeo, quod ille talis efficitur seruus Christi per baptismum in vltimo illo instanti, quo profertur forma, idèd pro illo instanti intelligenda sunt dicta verba, licet antea prolata, & idèd optimè vocatur Seruus Christi. Sic & in casu nostro dicendum est, verba illa, *Baptizatus est*, vel *Baptizata est*, nõ esse falsa, nec tempus præteritum respicere, sed vltimum instans, in quo terminantur verba formæ, & in quo verè dicitur, *Baptizata est*, vel *Baptizatus est*. Itaque in casu nostro dicendum est, quod Ministri Chaldæi vtuntur verbo illo actum abluionis significante; prout modum habet imperantis, cum significet actum abluionis, ut exeuntem à baptizante; & ut directum ad singularem illam personam; quæ actu abluitur à Ministro; & cum inuocatione Sanctissimæ Trinitatis videtur legitima.

Sed his minimè suffragantibus, ego puto non esse admittendam sententiam Nazarij, ex rationibus superius adductis, & stante Praxi; Declaratione, seu Traditione Ecclesiæ, quæ ita interpretauit verba illa Matth. vlt. *Baptizantes eos, &c.* vbi profecto personæ, quæ erant baptizandæ fuerunt expressæ. Vide Dicendum illud cuius verba adducæ in sequenti Resolutione.

Deinde

Deinde Nazarius pro firmanda sua sententia admittit tanquam probabiles aliquas opiniones, quas communiter Doctores tanquam improbables refellunt; & idem vide Tannerum *tom. 4. disp. 4. quest. 1. dub. 3. num. 91.* & alios *vbi supra*. Ergo, &c.

Nota hic obiter Eminentissimum Cardinalem de Lugo in *Respon. Moral. lib. 1. dub. 3.* per totam late disputare; An sit valida forma baptismi, qua vtuntur in Dalmatia, Ego te Christizo, seu Christianum facio, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & eius doctrinæ ego adhæreo.

An forma Baptismi in Ecclesia Græca sit ista, Baptizetur, vel Baptizatur seruus Christi, &c.

RESOLVTIO XCIII.

ESSE hanc vltimam obseruat ex Filiucio, Pater Gesualdus in *Theol. Mor. tom. 1. tract. 1. cap. 5.* vbi sic ait: Notandum, quod Græci non dicunt, (vt aliqui putant *Βαπτίζω*), id est, Baptizetur per subiunctiuum (vt quidam Latinorum existimarunt) sed dicunt *Βαπτίζω*. id est, Baptizatur, per modum Indictiuum temporis præsentis; ita enim habetur in Rituali Græco, quod bene admittit Fillicius *tom. 1. tract. 2. de Bapt. cap. 3. & alij.*

Et hæc forma sufficiens est ad perficiendum verum Sacramentum; secundum omnes, vt patet per Concilium Florentinum, in decreto Eugenij, & ex vsu antiquissimo Ecclesiæ Græcæ; Vnde credibile est, eam accepisse à Sanctis Patribus Episcopis Catholicis, qui consueuerunt ita baptizare, ne ministri viderentur sibi irrogare efficaciam Sacramenti; & illius schismatis occasionem fugerent, cuius fit mentio *Epist. 1. ad Corinth. cap. 3.* Quando vnusquisque de suo ministro Baptismi gloriabatur dicens: *Ego sum Pauli, ego Cephe.* Quapropter incepauit eos Paulus dicens; *Numquid in Nomine Pauli baptizati estis?* Et sic introducta fuit huiusmodi forma, quæ in essentialibus non differt à forma Ecclesiæ Latinæ; nisi tantum materialiter. Ita Gesualdus: cui adde Eminentissimum Dominum meum Cardinalem Lugo de *Sacram. in genere disp. 2. sect. 6. n. 42.* & Petrum à Sancto Ioseph in *Theol. Sacram. c. 9. resol. 4.*

Verum alij asserunt, formam Baptismi Græcorum esse, Baptizetur Seruus Christi. Et ita docet nouissimè Franciscus Lugo *vbi supra*, Nazarius *tom. 8. opus. 3. cas. 1.* Trullench. de *Sacramen. lib. 2. c. 1. dub. 4. num. 2.* Martinon de *Sacramen. tom. 4. disp. 1. sect. 2. num. 17.* & alij communiter. Difficultas est, An valide in vtraque forma baptizetur, & negatiuè respondet Hurtadus de *Sacramen. Bapt. disp. 1. diff. 8.* vbi sic ait: Vnde in forma Græcorum, Baptizetur talis seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nequit subintelligi, à Christo, vel à Deo, sed à me, quia baptizans loquitur secum, quasi cum altero, vt non rarè fit. Et id denotatur verbo illo Imperatiui, baptizetur, quia eo ipso quod imperatiuè baptizat, dicendo, baptizetur, denotat se habere potestatem ad baptizandum, & esse qui baptizat: quia si eam potestatem non haberet, ineptè diceret, baptizetur, quia imperare proprium est habentis potestatem. Dirigitur autem dictum imperium non ad effectum ipsum, quia effectus non significatur à verbo, baptizetur, quia in primis non significatione verbali, quam habet ex hominum impositione, vt patet; nec significatione Sacramentali, quia hæc significatio conuenit toti formæ, & toti materiæ proximæ indiuisibiliter; sed dirigitur

ad ipsummet ministrum actu exercentem actum baptizandi, non imperium strictè, & propriè, sed late, & impropiè, quod solum potest eo verbo significari, ad quemcumque dirigatur. Qui autem baptizaret absque imperio, dicendo, baptizatur talis seruus Christi, vel baptizaris, non denotaret eum baptismum ab ipso procedere, quia non baptizat imperatiuè nec proferendo aliquid, quo id denotetur, ac proinde inualidè baptizaret. Ita Ille.

Sed ego contra illum teneo sententiam Vasquez, quam etiam tenet Cardinalis Lugo, *vbi supra*, Guilielmus Estius, *vbi infra*, & nouissimè doctus Pater Leandrus de *Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 3. quest. 48.* vbi sic ait: Dicendum, quod vtraque forma sit vera: & quouis modo pronuncietur, validus fiat Baptismus: Quia in decreto Eugenij citato sic habetur: Non tamen negamus, quin & per illa verba, baptizetur (vel vt habetur in margine) baptizatur, talis seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, verum perficiatur Baptisma, &c. Ex Eugenio ergo, vtroque modo ex dictis, pronuncietur forma; ergo quouis modo pronuncietur, validè efficitur Baptisma. Ita Ille.

Sed circa dictam formam Græcorum adest alia difficultas, An in ipsa exprimentum sit nomen suscipientis baptismum in particulari, & affirmatiuè respondet Estius in *4. sent. disp. 3. §. 3.* vbi sic ait. Forma baptismi perpetuè, & constanter in Ecclesia seruata hæc est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; tamen pro eo quod in Latina Ecclesia, dicitur, Ego te baptizo, in Græca, baptizetur, vel baptizatur N. seruus Christi, addito etiam eius, qui baptizatur nomine, dici solet. Ita ille: Cui adde Cabreram in *3. part. D. Thoma quest. 66. art. 5. asserentem*, ex Concilio Florentino, in forma baptismi apud Græcos non satis esse, si persona baptizata explicetur in communi, sed esse in particulari designandam, etiam in forma Græcorum dicendo: baptizetur hic seruus Christi, forma namque Græcis ibi præscripta non est: *Baptizetur seruus Christi*, sed hæc, *Baptizetur talis seruus Christi*. Ex quo deducit, baptismum apud Græcos factum sine expressione personæ baptizatæ per nomen, aut pronomen esse sub conditione iterandum. Et idem Petrus de Ledesma de *Sacram. tom. 1. cap. 4. concl. 1. dub. 3.* sic ait: Digo lo segundo, quæ me parece casu necessaria, declarat la persona del que se baptiza, diziendo no solo en comun, baptizatur seruus Christi: sea baptizado el seruo de Christo, sino tambien en particular. Esto prueuan los argumentos, y razones hechas por la conclusion passada. Esto se conuenice, porque en la forma que usan los Griegos se dize, sea baptizado el seruo de Christo, Pedro, ò Pablo. A cerca de sto se ha aduertir, que si alguno fuesse baptizado, no declarando en la forma la persona del que se baptiza en particular, peca mortalmente el, que lo baptiza, y ha de boluer à baptizarse de baxo de condicion: porque por lo menos es dudoso el Sacramento.

At non desunt adhærentes negatiuæ sententiæ, & ita nouissimè docet Pater Franciscus Lugo de *Sacramen. lib. 2. cap. 3. quest. 2. num. 14.* vbi sic ait: Licet persona baptizati significetur in generali, seu vagè, satis determinatur ablutio practicè, proptè hic, & nunc exercetur circa talem personam. Nec amplius significatur in rigore forma Græcorum, quam refert Florentinum 3. Nam vox, *talis*, significat solum indiuiduum vagum: & alij Doctores ponunt illam formam per hæc verba dumtaxat, *Baptizetur Seruus Christi*, &c. Vbi solum in generali significatur persona

persona baptizata. Hæc Franciscus Lugo, adde Nazarium in 1. tom. 8. *Summum operum, opusc. 3. cas. 3.* vbi docet, quod in Romano Catechismo non reprobat, sed magis approbat, forma in Ecclesia Græcorum consueta: videlicet: Baptizetur Seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in qua nec persona baptizantis, nec persona baptizati exprimitur per nomen, aut pronomen aliquod singularem personam à cæteris distinctam significans. Nec obstat, quod, in forma Græcis ab Eugenio præscripta ponatur dictio illa, talis, qua significatur, determinandam esse personam baptizati per nomen proprium, aut pronomen; Nam dici potest expressionem non fuisse appositam, vt omnino necessariam, sed ad maiorem expressionem, & perfectionem accidentalem; secundum quam similior esset formæ Ecclesiæ Latinorum, quæ est omnium perfectissima. Vnde Trullench. de *Sacram. lib. 2. cap. 1. dub. 4. num. 6.* & alij asserunt formam sufficientem Baptismi Græcorum esse, Baptizetur seruus Christi. Et idem non deseram hic apponere verba Castri Palai *tom. 4. tract. 19. punct. 5. num. 5.* sic asserentis: Ad Baptismum enim necessario requiritur ea expressio, & determinatio personæ baptizandæ, vt ex ea expressione satis constet, neminem se ipsum, sed alium à se distinctum baptizare. Quod fieri non potest, nisi speciatim, seu generatim; licet tamen persona baptizanda exprimat. Exprimitur autem speciatim, si dicas, Ego te baptizo. Ego baptizo Caium generatim, si sub forma Græcorum baptismum conficias, vt si dicas; baptizo seruunt Christi; seruus Christi baptizetur. Ita ille.

Sed Ego, vt consequenter loquar ad ea, quæ dixi in Superiori Resolutione, puto in forma Græcorum exprimentam esse personam baptizandam; vnde Pater Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 1. dub. 5. num. 83.* sic ait: Circa secundum de persona, quæ baptizatur, conueniunt Doctores, ad essentiam, & valorem baptismi, necessario esse exprimentam, siue dicatur, baptizo te, siue, baptizo hunc, siue; baptizo Petrum, siue, tu baptizaris à me; &c. siue baptizetur seruus Christi Petrus, &c. iuxta Græcos. Constat hoc ex traditione, & vsu Ecclesiæ, quæ ita intellexit verba illa Matthæi ultimo, baptizantes eos, &c. vt Christus non solum voluerit, vt re ipsa baptizentur non baptizati, sed etiam quod exprimentantur in ipsa forma baptismi quod satis congruens videtur; nam, si persona baptizati non exprimat, nec actus ipse baptizandi sufficienter significabitur, nec denotabitur actus determinatus in indiuiduo, qui determinatur per personam quæ baptizatur; sed solum significabitur indeterminatus, & indifferens ad hanc, vel illam personam, & ad personam ipsius baptizati, & alterius; quamuis enim persona baptizati sit determinata hæc, & nunc, si tamen ea non exprimat, nihil in forma proferatur, quo actus baptizandi denotetur determinatus, etiam si proferatur, personam illam baptizando. Hæc Dicastillus, & ego.

An pensionarius teneatur sub obligatione peccati mortalis dicere officium partium Beatæ Virginis.

RESOLVTIO XCIV.

Noter Pater Marcus Vidal Auctor quidem, vt sæpius dixi, ingeniosus, & doctus negatiuam sententia docet in *Arca Theol. Mor. sit. de Iud. Inquis. 5. num. 45.* vbi sic ait: Responderetur primò, hanc Pij Anton. Diana, Pars X.

V. Constitutionem obligantem Clericos pensionarios ad Officium B. Virginis pluribus in locis non esse receptam, quia à plurimis ignoratur, vel, etsi sciat, non est in praxim vquam deducta. ita sentit, & affirmat Lessius *lib. 2. cap. 35. dub. 22. num. 129.* Insuper videtur non obligare ad sui obseruantiam sub mortali, tum quia nullum verbum præcipuum continere: tum quia odia sunt restringenda & non amplianda, c. odia, de *reg. iur. in 6.* tum quia in pœnis semper benignior interpretatio est facienda, tum quia, vt Doctores ferè communiter docent, non omnia, quæ continentur in iure Canonico obligare sub mortali, tum etiam quia legis Ecclesiasticæ intentio est, non iniicere laqueos animabus, sed ad ædificationem corporis mystici Christi Domini promouere: ac idem, vt plurimum non obligat sub mortali; Ergo cum hæc Pij Quinti Constitutio non sit vbique recepta, neque obliget sub mortali culpa, clare deducitur, quod pensiones, quæ Clericis conferuntur, hic, & nunc per dictam Constitutionem per se non habeant ritulum spirituale, neque ordinentur ad spirituale ministerium, sed maneant, sicuti in anteriori tempore prophanæ, & temporales; quod equidem dici non valet de beneficio, nam illud datur per se primò principaliter, ac immediate propter officium, capit. *fi. de rescript. in 6.* Vnde decreta Pontificia, & Canonica, quæ obligant beneficia ad Horas Canonicas vbique sunt recepta, & ab omnibus affirmatur, & tenetur, quod obligent sub mortali, vt colligitur ex capit. *fi. dist. 92.* ac etiam ex Concilio Lateranen. sub Leone V. *sess. 6. §. statuumus;* ergo, &c. Hucusque Vidal.

Sed hæc opinio pugnat cum sententia omnium Doctorum, & est contra Praxim communiter receptam contra stylum Curie Romanæ, & contra verba apertissima constitutionis Pij V. & idem profusus reiciendam esse puto: Vnde Persicus Auctor è Societate Iesu, qui diligenter de Horis Canonicis scripsit, sic asserit in *cap. 5. dub. 6. num. 6.* Quæres, an prædicta Constitutio Pij V. obliget sub peccato mortali pensionarios ad prædictum officium Beatæ Virginis recitandum? Respondeo, nonnullos, quos sine nomine refert Petrus de Aragonia *2. 2. quæst. 63. art. 2.* propriè finem, in dubio de pensionibus, *ver. an autem,* dixisse prædictam Constitutionem non obligare, tum quia non fuit vbique solemniter promulgata, præsertim in Hispania, tum etiam, quia non videtur vsu recepta, nec eius verba sunt adeò rigorosa, vt censeantur nouam inducere obligationem sub mortali, sed hæc sententia est omnino falsa. Ita Persicus. Videt etiam Baldellum in *Theol. Mor. to. 2. lib. 3. disp. 18. n. 7.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 1. §. 2. n. 6.* Ballzum in *Flor. Theol. verb. Pensio, num. 6.* Silium in *2. 2. D. Thoma quæst. 100. art. 4. conc. 3.* Vigers de *Iust. tract. 7. cap. 4. dub. 14. num. 93.* Ceuallos de *cognis. per viam Violentia part. 2. quæst. 62. num. 7.* Malderum de *Iust. tract. 9. cap. 3. dub. 13.* Fabrum in *4. dist. 24. quæst. 1. disp. 1. cap. 5. num. 144.* Marcum Serium *tom. 3. tract. 5. disp. 1. diff. 4. quæst. 2. num. 22.* Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 12. §. 3. num. 6.* Nauarrum in *Man. cap. 25. num. 108.* Grassium *part. 1. decisum;* *lib. 2. cap. 50. num. 8. & 9.* Petrum de Aragonia *2. 2. quæst. 83. art. 12. dub. 3. conclus. 2.* Cardin. Toletum *lib. 2. capit. 12. num. 2.* P. Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst. 2. punct. 10. §. Quinam tenentur conclus. 2. fin.* P. Suatium *tom. 2. de Religione, lib. 4. de Hæres. Can. cap. 22. num. 5. & 6.* P. Reginaldum *lib. 3. tract. 4. capit. 4. sect. 3. num. 41.* P. Sanchez *tom. 1. Consiliorum Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 63. n. 4. conclus. 2.* P. Filiucium *tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæst. 9. dicto 1. num. 173.*

Oliuerium Bonartium de Hor. Can. lib. 2. c. 9. num. 6. Benium tom. 1. lib. 50. cap. 4. q. 4. Garciam in Summa Theol. Mor. tract. 2. diff. 2. dub. 2. num. 7. Candidum tom. 1. disq. 18. art. 23. dub. 2. Villalobos to. 1. tract. 24. diff. 8. num. 15. Martinum de San Ioseph, in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 6. de orat. num. 7. Rocaful in Praxi Theol. Mor. tom. 1. part. 2. lib. 3. de orat. vocali capit. 4. numer. 212. & alios penes ipsos asserentes, Constitutionem Pij V. vbique esse vsu receptam, & obligare pensionarios sub mortali ad dicendum Officium B. Virginis eo modo, quo obligantur beneficiarij persolvere Horas Canonicas, & cum iisdem penis.

Quod patet etiam ex communi obseruantia, & consuetudine post dictam Constitutionem: & quidem obseruantia subsequens legem, & statuta declarare tradunt Doctores, vt Guido Papa decis. Gratianop. 30. num. 1. & 3. Petrus Heigius quest. 17. num. 44. lib. 2. Carolus de Grassis de except. ad mater. statutor. except. 3. num. 13. Aymo Grauetta conf. 735. num. 14. part. 4. Tiberius Decianus respons. 32. num. 17. vol. 2. Hartmanus Pistoris quest. 16. n. 11. & num. 18. lib. 1. Sic ut enim de Legibus in l. 37. ff. de legibus, pro regula traditur. Ioannes de Amicis consil. 42. num. 16. & 17. Ernest Cothmann. respons. 48. num. 24. vol. 4. Alderan. Maschard. de general. statutor. interpret. concl. 2. num. 156. quibus adde omnino videndum doctum, & amicissimum Antonium Frances in suo Pastoralis edito hoc anno 1651. & ad me ex Hispania ab ipso Auctore misso, part. 3. vota. 10. num. 52. cum seqq. Vnde ex his rectè dicitur, consuetudinem esse optimam legis interpretem, ex l. minime. ff. de legibus, l. si de interpretatione. ff. eodem tit. cap. cum dilectus de consuetud. Sylvanus conf. 88. numer. 27. Tiraquellus de nobilit. capit. 10. num. 9. Afflictus Neapol. decis. 166. numer. 9. & decis. 173. numer. 3. Menochius conf. 32. numer. 44. & conf. 390. num. 21. & conf. 577. num. 2. & 3. vol. 3. Mascardus de probationibus concl. 1415. num. 10. Brunorus à Solè in locis communibus, verbo consuetudo 6. Cardosius in Praxi Iudicum, & Aduocat. eodem verb. numer. 3. Cald. Pereira in l. si Curatorem. C. de in integr. restit. minor. verbor. contractum, numer. 29. Bellef. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico. debitore, §. 12. num. 27. Mendez à Castro in Praxi Lusit. lib. 2. cap. 1. n. 12. Camill. Borell. in Summa omnium decis. tit. 14. num. 88. Cened. practic. & canon. quest. lib. 1. quest. 3. num. 11. & alij.

Sed nullus pensionarius, stante Constitutione Pij V. audeat omittere recitare officium B. Virginis absque scrupulo peccati mortalis, & nullus Confessarius, vt credo, illum absolueret, si tale officium noller dicere: Ergo clarè patet, Constitutionem Pianam sub mortali obligare, nec aliter sentiendum esse puto. Et hæc omnia confirmantur ex stylo huius Romanæ Curie; nam pensionarij omitrentes recitare Officium B. Virginis, fructuum compensationem à Pontifice postulare solent, quæ non facile, nec sine competenti satisfactione conceditur. Ergo, &c.

Et idè post hæc scripta inuenio nostram sententiam contra Patrem Vidalem, præter Doctores citatos tenere etiam Raphael de la Torre to. 1. in. 2. 2. D. Thoma controu. 6. num. 3. vbi sic ait: Rogas; Nonne pensionarij ad aliquid recitandum tenentur? Respondeo, ante tempora Pij V. non tenebantur, modo vero idem Pontifex Constitutionem edidit 138. quam refert Nauarrus in Manuali capit. 25. numer. 122. vbi præcipit omnibus pensionariis Clericis, quando vt Clerici percipiunt pensiones, paruum

officium Deiparæ recitare, & aliter non faciant fructus suos iuxta proportionem inferius declarandam. Quod præceptum sine dubio obligat sub mortali: nec potest aliquis excusari dicens, constitutionem illam non esse vsu receptam. Nam Constitutio ipsa Pontificia citra dubium obligat, vt recipiatur, & solemniter promulgata est Romæ, & inter cæteras Constitutiones obligantes inserta, & per contrariam consuetudinem, sciente, & annuente Pontifice, non est abrogata: quin potius à viris doctis, & timoratis seruata; & qui illam sunt transgressi, fructuum compensationem à Pontifice postulare solent, nec sine competenti satisfactione conceditur: ergo manifestum signum est, legem illam ex tacito consensu Pontificis non esse abrogatam, Aduertendum tamen circa illam, primò non omnes pensionarios sub illa lege comprehendi, sed solum eos qui vt Clerici pensionem accipiunt, vt in ea Bulla videre licet: dicuntur autem vt Clerici accipere, non illi, qui Clericale officium exercent, alias ad officium Diuinum tenderentur, sed illi, in quibus status Clericalis requiritur, vt sint talis pensionis capaces, quare si pensio detur sine hac conditione, non inducit obligationem recitandi officium Virginis, etiam si detur personæ regulari Laicæ, vt militi Sancti Ioannis: etiam si aliquo modo ratione perfectionis persona sit Ecclesiastica, & licet illi, vt regulari detur, quia nihilominus non datur illi, vt Clerico. Ita ille, & iterum Ego.

Sed qui dicendum de illa doctrina Partis Vidal apposta in n. 27. art. 60. videlicet in conscientia omnes pensiones posse vendi pro libito absque licentia Summi Pontificis? Respondeo, quidquid sit de iure antiquo, de iure tamen nouo, stante Constitutione Pij V. contrarium tenendum est; & idè Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thoma, quest. 100. art. 4. disp. 5. sic ait Pensiones, quas esse vendibiles asseruimus, potest prohibere ius humanum ne vendantur: & tunc eæ venditiones erunt simoniacæ, quia prohibentur. Non autem memini, me inuenisse talem expressam prohibitionem. Quare standum est stylo Romanæ Curie, sciscitandusque est à Curialibus doctis, & prohibis: Stylus namque iste vel declarat naturalem malitiam, vel Ecclesie prohibitionem in pensionibus emendis, vel redimendis: habet enim vim ad obligandum, vt seruetur, vt ait Nauarrus, conf. 63. de Simonia, ex c. ex litteris, de constit. & ibi notatis. Sed ex aduerso prodit morus proprius Pij V. citatus, qui obligat omnes pensionarios habentes pensiones, vt Clerici sunt, quacumque de causa pensiones illis consignentur, ad recitandum Officium paruum B. Virginis, vt in tractatu de Horis Canonicis vidimus. Ergo omnes tales pensiones, licet beneficia non sint, sunt tamen annexæ spirituali muneri: ac proinde inuendibiles sunt, sicut beneficia. Nec satisfacet qui dixerit, hoc esse de institutione Iuris humani: ac proinde ad summum probari esse simoniacum tantum contra ius humanum omnes pensiones Clericales vendere: Quia licet hæc obligatio recitandi Officium quotidianum B. Virginis, & annexio pensionum ad illud sit tantum de iure humano: tamen ea institutione supposita, res sit sua natura inuendibilis, sicut diximus de beneficiis. Ita illa. Sed audiamus Gabrielem Pereiram de Manu Regia, tom. 2. cap. 64. num. 4. licet (ait) verum sit, quod pensio non sit beneficium illud, quando titulo sæculari conceditur pro labore temporali, vel alio seruitio quæ in Laicum cadere potest. At verò pensiones nostri temporis loco beneficij assignantur, & stante Constitutione Pij V. quam adducit Garzia 2. part. cap. 1. n. 5. quæ

quæ obligat pensionarios ad Horas, & officium paruum Beatæ Mariæ, iam pensio proponitur annexa officio spirituali, ex Nauarra *de restitutionibus lib. 2. cap. 2. num. 200.* & datur titulo Ecclesiastico Henriquez *in Summa, lib. 13. cap. 13. §. 2.* ac per consequens ad instar beneficij regularatur. Hæc Pereira, cui adde Castrum Palaom, *tom. 3. tract. 13. disp. 3. punct. 13. num. 7.* Malderum *de Iust. tract. 9. cap. 3. dub. 13.* Syluium, *in 2. 2. D. Thom. quest. 100. art. 4. concl. 3.* Vvigers *de Iust. tract. 7. cap. 4. dub. 15. n. 93.* Suarium, Bonacinam, Valentiam, & Filliucium, quos citat, & sequitur doctus, & amicissimus noster Pater Tancredi, *de Religione, tract. 2. lib. 4. disp. 19. q. 4. n. 4.* vbi nominatim contra Patrem Vidalem nostræ sententiæ adhæret, licet *num. 9. in fin. puter,* opinionem Vidalis non esse improbabilem: sed ego in Praxi puto à sententia nostra non esse recedendum.

Proponuntur aliqui casus circa obligationem Pensionarij ad recitandum Officium B. Virginis.

RESOLVTIO XCV.

Casus primus erit, & frequenter accidit; Nam Pontifex confert pensionem Clericalem alicui, qui consentit pensionem redimi, accepta nonnullorum annorum anticipata solutione, quæritur, an iste talis teneatur persolvere Officium B. Virginis: & Bonacina *de Hor. Canon. disp. 1. q. 2. punct. 4. num. 11.* pro parte affirmatiua adducit Azotium, & Patrem Bellium *in Manuscriptis*: Quia recipiens anticipatas solutiones videtur recipere stipendium, quod Clerico fuit constitutum pro onere diuini Officij: ergo tenetur adhuc ad diuinum Officium.

Sed meritò Bonacina, *vbi supra,* negatiuæ sententiæ adhæret, vbi sic ait: Aduertendum secundò, eum, qui cessit pensioni, solum in partem, non remanere immunem, & exemptum ab obligatione diuini Officij, quia dicitur adhuc pensionem titulo Clericali possidere. Secus si liberaliter cessit pensioni in totum, cum enim non dicatur pensionem habere, neque dicendus est onere pensionarij grauari, iuxta Pij V. Constit. Idem mihi valdè, probabiliter dicendum videtur de pensionario, qui consentit, pensionem redimi, accepta nonnullorum, vt quinque, aut trium annorum anticipata solutione; militat enim eadem ratio, nec magis ob gratuitam, quam ob onerosam pensionis alienationem ab onere diuini Officij eximi debet, nisi aliud in Bullis exprimat.

Nec obstat argumentum in contrarium adductum, negando consequentiam: hic enim non habet amplius pensionis titulum, nec dicitur pensionarius, consequenter non tenetur ad onera quæ pensionem consequuntur, & ad quæ tenetur Clericus, qui pensionem titulo Clericali percipit. Et hanc sententiam præter Bonacina tenet etiam Escobar à Corro, *tract. de Horis Can. quest. 3. §. 5. num. 18.* Garcias *de Summ. Theol. Mor. tract. 2. difficul. 2. dub. 2. num. 7.* & Trullench, *vbi infra, n. 8.*

Quæro Secundò, ad quem pertinet obligatio Horarum B. Virginis, quando pensio reseruatur in capite, seu vita vnus; sed ad commodum, & vtilitatem alterius: Respondeo, de hoc modo reseruandi pensionem super duobus, videri posse Garziam *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 261. & seqq.* Nam propter pragmaticas, & leges Regni Hispaniarum, ex quibus beneficia, & pensiones non possunt conferri, nisi Hispanis, inductum est, vt pensio imponatur in capite, aut persona alicuius Hispani, & penes illum verè resideat ius

Anton. Diana, Pars X.

pensionis; sed tota vtilitas, totumque commodum pertineat ad aliquem Italem, cui Papa specialiter, & directè intendit facere gratiam: & qui ea de causa constituitur tamquam procurator irreuocabilis ad illam exigendam: & quoniam hic vterque suo modo est pensionarius, idest Hispanus ratione iuris, & Italus ratione commodi, & vtilitatis; & pensio complete accepta non subsistit, nisi in vtroque simul; hinc est quod tam expiret, & extinguatur per mortem vnus, quam per mortem alterius, vt ex pluribus Rotæ Decisionibus videri potest apud Garziam, *cap. 5. cit. num. 262. & seqq.* In hoc igitur casu quæro, ad quem pertinet ex duobus dicere Officium B. Virginis Respondeo cum Bonacina *de Hor. Canon. disp. 1. quest. 2. punct. 4. n. 8.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 12. §. 3. num. 6.* & Baldellus *in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 29. num. 9.* pertinere ad illum in cuius commodum assignata est pensio, non autem ad illum in cuius capite est assignata. Ratio est; quia hic propriè percipit pensionem, vt Clericus, & illius emolumento fruitur, non verò ille, in cuius capite posita fuit pensio. Ergo is, cuius intuitu pensio imposita est, tenetur onere officij, iuxta regulam iuris; qui sentit commodum, par est vt sentiat incommodum.

Verùm, his non obstantibus non desunt aliqui opinionem negatiuam tenentes; nempe, onus, dicendi officium B. Virginis pertinere ad illum, qui verè est pensionarius, nempe qui habet ius pensionis, & non commodum, quod ius immediatè est annexum speciali statui, & officio, non commoditas, quæ ex illo iure nascitur. Propterea obseruatur, vt huiusmodi pensiones constituentur in capite, & persona iam in vita Clericali constituta, & minus grauetur aliunde ad officium obligatus, & vitam Clericalem. Et ita hanc sententiam tenet Filliucius *tom. 3. tract. 42. cap. 9. quest. 13. num. 19.* qui citat Garziam & Suarez; quibus adde Escobar à Corro *de Hor. Can. quest. 3. §. 5. num. 15.*

Nota verò hic obiter cum Filliucio *num. 20.* Pensionarium purè vlufructuarium, idest, qui tantum capit commodum pensionis, cuius titulus, & totum ius constitutum est in alterius parte, & persona, posse liberè omnino contrahere, & totum quod habet commoditatis ex pensione vendere, aut aliter distrahere pro libito suo.

Norandum est etiam hic pro Praxi, quòd si quis titulo Clericali pensione fruatur, recitare tenebitur, quamuis ex dispensatione Pontificis nubat, vel cum sit Miles Lauretanus, vulgò habet, *Canallero,* similiter nubat, retenta pensione, cuius natura non mutatur per initum matrimonium; atque idem est, si matrimonio iam inito obtineat pensionem titulo Clericali.

Quæro tertio. An si Clericus pensionarius efficitur ordinis militaris cum facultate retinendi pensionem, teneatur ad Horas Beatissimæ Virginis. Et affirmatiuam sententiam contra Bonacinam tenet doctus, & amicissimus P. Baldellus *in Theol. Moral. tom. 2. lib. 3. disp. 29. num. 7.* Quia dispensatio retinendi pensionem iam collatam titulo Clericali, & cum obligatione recitandi Officium Beatiss. Virginis sub peccato mortali, & fructus restituendi, si illud omittatur sine legitimo impedimento, non est mutatio eiusdem pensionis in purè laicalem, vel dispensatio ab aliis obligationibus, quæ comitantur pensionem Clericalem, & possunt bene impleri etiam in Ordine militari. Et quemadmodum si Clericus beneficiatus admitteretur in Ordinem militarem cum facultate retinendi beneficium, non propterea

O o 2 esse

effet liber à persoluendis Horis Canonicis, neque beneficium Ecclesiasticum mutaretur in purum stipendium militate: ita & Clericus pensionarius non propterea, quod fiat miles, & pensionem Clericalem retineat, est liber ab officio Beatiss. Virginis; neque illam transmutat in militarem.

Verùm licet hæc ingeniosè excogitata sint, ego adhæreo opinioni negatiuæ Bonacinæ; cui adde Rocafull. *in praxi Theol. Mor. tom. 1. part. 2. lib. 3. de orat. vocali, cap. 4. n. 215.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 12. §. 3. num. 7.* Persium *de Hor. Can. cap. 5. dub. 6. num. 8.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 17. disp. 2. punct. 1. §. 2. num. 6.* Pellizzarium *in Man. Regul. tom. 1. cap. 8. tract. 5. num. 200.* Garziam *in Summ. Theolog. Moral. tract. 2. diff. 2. d. 2. num. 7. & doctum P. Tancredum de Relig. tract. 3. lib. 4. disp. 10. quest. 6. num. 29.* vbi sic inquit: Si Pensionarius fiat miles, S. Ioannis cum indulto retinendi pensionem, satisfaciat præcepto recitandi officium paruum, si recitet Dominicas Orationes, & Angelicas præceptas à sua Religione; quia Pius V. obligauit ad officium eos, qui ad aliam Orationem non erant adstricti. Idem dico si fiat Religiosus Conuersus alterius Religionis. Nam sufficit, recitet orationes, quæ loco officij alijs præscribuntur. Vtrum autem idem sit dicendum de Religiosis Societatis IESV, dubium est. Nam hi habent quasdam orationes statutas, & sic sunt sicuti Equites, & militat eadem ratio: ex altera parte, hæ orationes non assignantur loco Chori; & probabile tamen mihi est, eos satisfacere, recitantes orationes solitas in Societate. Hæc Tancredi.

Ex his infertur, quod si Coadiutor pensionem habeat super beneficium principalis, tenebitur ad officium paruum B. Mariæ; secus verò si per modum stipendij aliquid capiat. Faustus *de Horis Can. lib. 2. quest. 20.* Escobar *num. 21.*

Sed si quis haber beneficium, & simul pensionem in alio beneficio, quia recitando Diuinum officium utriusque oneri satisfacit; & sic non tenebitur recitare officium paruum ratione pensionis. Faustus *quest. 31.* Villalobos *tom. 1. tract. 24. difficult. 8. num. 15.* & alij. Nec tenebitur recitare dum pensionarius fruitur pensione, non velut Clericus, sed titulo seculari. ut est causa belli, aperiendi fores Ecclesiæ, pulsandi cimbala, &c. nam tunc nec tenebitur ad officium paruum. Sic præcitati, & alij apud Trullench *num. 7. supra,* & Martinus de San Ioseph *in Monit. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 6. de orat. num. 7.*

Quæro quartò. An pensionarius teneatur persolvere officium B. Virginis, si pensio sit tenuis: Respondeo, quod Valerius Reginaldus *in praxi foripænis. lib. 30. tract. 3. cap. 4. sect. 3.* colligit ex Nauarr. *de Horis, cap. 7. n. 25.* teneri Clericos ad preces D. Virginis pensionem habent ad vitam sustentandam sufficientem. Cæterum Nauarra hoc non dicit, sed solum dicere, ut Ecclesia pensionarios, qui recipiunt pensionem ad vitæ sustentationem sufficientem noua lege lata obligaret ad recitationem Horarum Canonicarum. Et Pius V. Pontifex in sua sanctione nusquam insinuat quod vult Valerius. Vnde eadem ratio de illis erit, atque de beneficiariis, dicendumque, eos qui tenues admodum fructus, vel pensionem possident, eo pacto ad minores Horas D. Virginis teneri, quo beneficiarij exiguos proventus ex suis beneficiis colligentes, ad Horas Canonicas: & ita in terminis tenet Oliuerius Bonartius *de Horis Can. lib. 2. cap. 9. num. 10.*

Quæro quintò. An pensionarius relinquens recitare officium B. Virginis teneatur restituere omnes

fructus. Teneri tantum restituere tertiam partem fructuum docet Henriquez *lib. 13. cap. 13. §. 2.* Sed aduersus illam acriter insurgit Castrum Palaus *tom. 1. tract. 7. disp. 7. punct. 7. num. 9.* vbi sic ait: Illud verò quod dicit Henriquez, pensionarium, & beneficium simplicem, cui nullum onus est annexum, præter recitationem, posse aliquos fructus retinere, quia obligatur ad deferendum habitum, & tonsuram; mihi verò non probatur, sicut nec Bonacinæ. Quia delatio habitus, & tonsuræ abundè compensatur immunitate Ecclesiastica, & aliis honoribus Clerico concinnis. Quapropter existimo, Clericum beneficiatum, cuius beneficium nullum onus habet annexum, præter recitationem, si recitare omittat, omnes fructus obligatum esse restituere. Neque contrarium in iis beneficiatis, & pensionariis reputo probabile. Ita Palaus.

Verùm, his non obstantibus, sententiam Henriquez non puto improbabilem esse, ut ipse putat; nam illa tenet sapientissimus Sanchez *in Opuscul. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 84. num. 9.* Pellizzarius *tom. 1. tractat. 5. cap. 8. num. 208.* & nouissimè amicissimus P. Tancredi *de Religione, tract. 3. lib. 4. disp. 56. quest. 3. num. 10. & quest. 4. num. 14.* Et idem dicendum est de habentibus Præstimoniam. Ratio huius sententiæ est, quia pensionarius quoad obligationem, & modum recitandi officium B. Virginis, æquiparatur beneficiario; sed beneficiarij secundum communem opinionem probabilem, non tenentur ex omissione Horarum Canonicarum persolvere, nisi tertiam partem. Ergo & pensionarij. Vnde ex his ego olim probabiliter consului, pensionarium potuisse compensare restitutionem debitam pro omissione Officij B. Virginis cum eleemosynis, quas dedit medio illo tempore, quo non recitauit Officium paruum; sicut dicitur de beneficiario, qui non recitauit Officium magnum. Et ita me citato docet Persicus *de Horis Can. cap. 5. dub. 22. num. 4. & alij.*

An in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus ad sunt statuta de puritate sanguinis, expositi sint admittendi, etiamsi statuta de puritate iuramentum, & sufficientem informationem exposcant.

RESOLVTIO XCVI.

Negatiuam sententiam mordicus sustinet Escobar à Corro *tract. de purit. & nobilit. proband. p. 1. quest. 8. §. 3. num. 27. cum seqq.* Probat primò, quia in dictis statutis exigitur nominatio parentum, & auorum, & sufficiens probatio puritatis; sed ut patet ex multis iuribus incertum (ut est in casu expositorum) probari non potest, ergo. Secundò, quia sequeretur, quod in Capitulis admitterentur aliqui à parte rei sanguine maculati cum dedecore, & damno Ecclesiarum. Tertio, quia plures Doctores asserunt, quod expositi non præsumuntur nati ex legitimo matrimonio, & idè sunt irregulares ad ordines, & beneficia obtinenda. Vnde sæpe expediuntur Romæ dispensationes cum expositis ad ordines, & beneficia.

Alij verò circa præsentem difficultatem distinguunt, ut est Larra *de anniuers. lib. 2. cap. 4. num. 37.* Gratian. *tom. 2. discept. 267. num. 24.* Ricciol. *de Neophyt. cap. 7. num. 33.* Sanctarell. *var. resol. quest. 44. ver. tertio in fine.* Girond. *de priuileg. num. 1444.* Barbosa *de Canon. cap. 13. num. 47.* & Velasc. *de priuileg. pauper. part. 2. quest. 63. §. 2. num. 199. cum seqq.* Asserunt itaque, quod si per statutum solum requiratur, quod admitten

admittendi non descendant ex Iudæis, vel Mauris, nec sunt alia infecti macula, ut si dicant, non admittantur Neophiti, vel macula infecti, in tali casu concedunt admittendos esse expositos ex variis iuribus ab ipsis adductis. Sed in statutis adiciatur qualitas, quod sint ex notis parentibus, & puri sanguinis, cum hæc in expositis non possunt probari, admitti non poterunt.

Verum licet ego has sententias satis probabiles existimem, puto tamen absolute in supradictis Cathedralibus expositos admittendos esse, quia ex præsumptione iuris habent puritatem sanguinis, quod sæpius firmavit sacra Rota, ut patet apud Lodouisium *decis. 498.* & apud Coccinum *decis. 68.* & idem expositos reputandos esse defæcati, & puri sanguinis tradunt magni nominis Doctores, ut Martinon de *Sacram. tom. 5. disp. 80. sect. 3. num. 32.* Henriquez *lib. 11. cap. 20. §. 1. in gloss. litter. K.* Auila de *cenfuris, part. 7. disp. 3. dub. 59. in fine.* Bresserus de *conscient. lib. 3. cap. 14. n. 127.* Salas in *part. 2. D. Thom. tract. 8. disp. unic. sect. 24. num. 146.* Geronda de *Episcop. lib. 2. disp. 2. cap. 3. num. 27.* Arriaga in *Cur. Theolog. tom. 3. disp. 26. sect. 4. num. 20.* Basilius Pontius de *matrim. lib. 21. cap. 9. num. 4.* Cornejo in *3. p. tract. 3. de irreg. disp. 13. dub. 1. num. 4.* Baldellus in *Theol. mor. tom. 1. lib. 4. disp. 8. num. 24. & disp. 9. num. 15* & hanc opinionem ex Iuriconsultis Hispanis tradit Valenzuela *tom. 1. conf. 90. num. 70.*

Probatum hæc opinio: primò, quia in dubio nemo præsumi debet infecti sanguinis; nam vnusquisque semper præsumitur bonus, & idoneus, donec probetur malus, & non idoneus. Et licet à parte rei aliquis esset infecti sanguinis, fauore eorum, qui tales non sunt, reputantur puri, & defæcati. Confirmatur ex iure ciuili, in *l. memini, C. de Episcop. audient. & l. Sancimus nemini, C. de infant. exposit.* vbi statuitur, quod huiusmodi expositi in dubio sunt habendi pro liberis, non autem pro seruis: & ex iure Canonico; facit *cap. cum deputari, de indic.* vbi de iis, quorum origo, aut generatio ignoratur, dicitur, quod expositi hoc ipso sunt liberi à patria potestate; quæ tamen liberatio propriè non cadit, nisi in filios legitimos, ut notat Suarez de *cenfur. disp. 50. sect. 4. cit. num. 2. & §. fin. instit. de nupr. & §. fin. iunct. gloss. de patr. potest.* vbi dicitur, quod patria potestas est ius patrum in liberos suos; & sui dicuntur; qui vel sunt editi ex iustis nuptiis, vel aliàs legitimati. Deinde dixit Bald, in *l. filium, num. 11. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, quod in dubio præsumi debet quod honestus est. Vnde pro casu nostro firmat Quiedo in *part. 2. D. Thom. tract. 5. controu. 4. punct. 5. num. 28.* quod qui intendit promoueri ad aliquem gradum in litteris, vel ad Prælaturam, non debere probare legitimationem requisitam, si de illegitimatione non sit infamatus.

Probatum secundò, quia legitimitatio pendet à matrimonio; matrimonium autem non præsumitur, nisi probetur; est enim quid facti, & factum non præsumitur, nisi probetur ex *cap. cum homines, §. verum, de fide instrument.* & firmiter docent Matienzo *lib. 9. tit. 8. lib. 5. recopil. gloss. 3. num. 6.* Menchac. *controuers. illustr. cap. 81. num. 14. & 15.* Mascard. de *probat. ver. illegitimus, conclus. 782. & tom. 2. conclus. 1090.* cum aliis. Et tamen, hoc non obstante, Doctores numero vsque ad satietatem tenent, quod expositi habendi sunt tanquam legitimi; ergo à fortiori dicendum est habendos esse tanquam puros. Vnde omnes Doctores, qui adducuntur pro eorum legitimitate, posse adduci pro eorum puritate necessariò faciendum erit.

Anton. Diana, Pars X.

Probatum tertio, quia hæc sententiã confirmauit Gregor. XIV. in quadam Bulla pro Confraternitate expositorum sancti Spiritus in Saxia anno 1591. in qua habetur expositos esse reputandos tanquam legitimos, & puri sanguinis ad omnes præbendas obtinendas. Et licet Escobar *vbi supra, num. 43.* dicat se non habere notitiam talis Bullæ, & forrè esse Bullam particularem in gratiam, & fauorem expositorum alicuius Confraternitatis particularis. Verum ego puto contra ipsam, quod si Summus Pontifex censuisset, ut plurimum exponi solùm illegitimos, & spurios, & expositos habendos pro illegitimis; credo, quod tam amplam gratiam nulli etiam particulari confraternitati concessisset; quare si ita decreuit, idem fuit, quia existimauit iuxta nostram sententiã esse censendos legitimos. Et ita nominatim contra Escobar tenet Bossius *vbi infra, num. 156.* Vnde hanc Bullam Doctores videntur illam adducere tanquam declaratiuum iuris; ita P. Baldellus *locis citatis*, cum Geronda, Henriquez, Auila, Cornejo, Pontio, & aliis *vbi supra*, ex quo Pellizzarius in *man. regul. tom. 2. tract. 7. cap. 5. num. 70.* sic ait: Gregorius XIV. in quadam Bulla edita in gratiam Confraternitatis pro expositis, statuit, ut hi haberentur pro legitimis. Vnde iure nouo hæc sententiã omnino amplectenda est: ita ille, & ante illum etiam in terminis ex Doctores Hispanis Turrianus de *cenfur. lib. 9. disp. 71. dub. 2.* vbi sic ait: Mihi placet secundum ius antiquum expositos non posse suscipere factos Ordines: dixi, secundum ius antiquum; nam Gregorius XIV. in Bulla quadam edita anno 91. decernit, ut habeantur pro legitimis. Hæc Turrianus, cui adde alium Hispanum Ludouicum Caspensem in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 29. disp. 6. sect. 15. num. 104.* De hac etiam constitutione faciunt mentionem Sayrus de *cenfur. lib. 6. cap. 10. num. 30.* Coninch de *Sacram. disp. 18. dub. 12. num. 105.* & Machadus *tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 1. num. 6.* & Campanili, *vbi infra.*

Probatum quarto, quia hæc statuta vulnerant ius commune, & sunt ei contraria, ut patet in *cap. eamte, de rescript.* & probauit sæpius sacra Rota penes Ricciullum *tract. de Neophyt. cap. 7. num. 1.* ergo strictissimè sunt interpretanda, ut obseruat Nugnus in *Encyclopedia iuris, part. 1. tit. 2. cap. 7. num. 2.* Afflictus *decis. 21. num. 12.* Martha de *iurisdict. part. 4. centur. 1. casu 55. num. 53.* Vvesembecius *conf. 286. n. 26. vol. 6.* Gaillius *lib. 2. obseru. 33. num. 9.* Surdus *decis. 167. n. 17.* Roman. *conf. 197. num. 2.* Alexand. *conf. 106. num. 9.* & patet ex *cap. Statutum, de heret. in 6. & cap. cum dilectus, de consuetud.* Itaque cum non repetatur in expositis macula impuritatis, quam statuta excludunt, sunt omnino admittendi, quia statutum tantum disponit, quantum loquitur, ut rectè obseruat Iaf. *conf. 50. num. 2.* Aymoth *conf. 25.* Beccius *conf. 1. num. 6.* & alij.

Itaque ex his omnibus apparet nostram sententiã contra Escobar esse satis probabilem, & illam in terminis docere existimo etiam P. Angelum Bossium in *moral. var. tom. 2. part. 2. tit. 1. §. 43. num. 176.* vbi refert opinionem Henriquez, & aliorum, & postea subdit: Quamuis contrariam teneat Barra; Escobar, & alij. Puto enim ex his Bossium nostram sententiã tenere ex doctrina, quam ipsemet adducit in *part. 1. tit. 1. §. 27. num. 643.* nempe quod quando aliquis Doctor refert duas opiniones, vnã simpliciter, alteram per dictionem aduersariã, tunc intelligitur approbare primam opinionem, ut patet ex *l. 1. in princ. in ver. dolum autem*, & ibi Gloss. *per. quamuis, ff. de eo, per quẽ fact. erit*, & docet etiam

Carocius *lib. 1. tit. 6. inspelt. 6. num. 102.* Farinac. *in vepert. ind. quest. 14. num. 43.* & alij. Sed P. Bossius adduxit primò sententiam Henriquez, & postea cum particula aduersatiua sententiam Escobar, & aliorum: ergo ex eius doctrina primam sententiam approbare dicendum est; nempe vt ipsemet Bossius ait: Expositos censerì ex defæcato, & puro sanguine & legitimos quoad omnes præbendas, & collegia, non obstante statuto, quod non admittantur nisi Christiani antiqui, & ex puro sanguine. Ita ille.

Verùm aduersus superius dicta, & ni fallor, validè firmata, posset quis asserere cum Ricciul. *tract. de neophyt. cap. 7. num. 8.* & aliis nostram sententiam admittendam esse, si statuta non requirerent sufficientem informationem de puritate sanguinis. Sed statutum, de quo est questio, imponit prouiso necessitatem probandi suam puritatem: ergo. Respondeo, quod quando quis cum scripturis authenticis demonstrat, se esse expositum, adducit sufficientem probationem de puritate sui sanguinis; nam eo ipso, quod probat, se esse expositum, probat sufficienter, se esse defæcati sanguinis ex præsumptione iuris, teste Henriquez, Auila, Baldello, & aliis Doctoribus superius adductis.

Sed instabis asserendo, quod statutum requirens aliquam qualitatem, non admittit probationem præsumptiuam, vt est in casu nostro. Probat, quia statutum requirens aliquam qualitatem exposcit de illa plenam probationem, vt patet; sed præsumptio iuris non inducit plenam probationem: ergo. Et ita tenaciter hanc sententiam tenet Escobar *ubi supra, quest. 8. §. 2. ar. 34.* & Doctores, quos adducit Menochius *de præsumpt. lib. 1. quest. 36. num. 9.* & Hulticus Hunnius *in encyclopedia iuris, part. 2. tit. 20. cap. 2. num. 7.* & in specie de statuto requirente puritatem sanguinis docet Lottherius *de benef. tom. 1. lib. 2. quest. 43. num. 60.* Respondeo negando minorem argumenti; nam verior, & magis recepta sententia affirmat præsumptionem iuris inducere plenam, & veram probationem. Probat ex *l. cum indebito, §. vlt. de probationib. ex l. licet Imperator, & ibi Bartol. & Iaf. ff. de legat. 1. ex l. si quis locuples, §. fin. ff. de manumiss. test. ex l. 1. & ibi Angel. & Iaf. C. de testament. milit. & ex cap. cum dilecti, & ibi Abb. de censib. & ex Gloss. l. si tutor petitus, C. de pericul. tutor. & hoc etiam confirmant Doctores, vt Matthias Berlichius *in conclus. practicab. part. 1. concl. 36. num. 14.* Ludolphus Schraderus *de feud. tom. 1. part. 2. noua partis principalis, sect. 12. num. 30.* Minsinger. *centur. 5. obseruat. 68.* Gailius *lib. 2. obseruat. 128. num. 12.* Ciarlinius *in controu. forens. tom. 1. cap. 97. num. 3.* Garzia *de nobilit. gloss. 35. num. 8. & gloss. 4. num. 9.* Martin. Bourus *in disput. de vniuerso iure, tom. 2. class. 6. disput. 25. num. 2.* Merend. *lib. 5. controuers. 39.* Reufnerus *vol. 3. conf. 15.* Hunnius *in Treutlerum, vol. 2. disp. 4. thesi 10. quest. 34.* Marcus Antoninus *var. resol. lib. 2. resol. 52. num. 4.* & alij penes ipsos: vnde Alexand. *in l. licet Imperator, de legat. 1. num. 5.* Individualiter pro casu nostro asserit, quod si statutum liquidissimas exposcebat probationes, sufficientes præsumptiones iuris. Constatantur hæc omnia auctoritate sacræ Rotæ, quia clausula, *Constito*, apposta in Breuibus Pontificis, requirit plenam & concludentem probationem, vt ex pluribus decisionibus sacræ Rotæ obseruat Garcia *de benef. tom. 1. part. 6. cap. 3. num. 64.* & tamen eadem Rota *in Eluen. benef. 1. Iulij 1615.* coram Dunozetto *tom. 1. part. 2. decis. 736. num. 4.* firmavit dictam clausulam, *constitit*, sufficienter probati cum sola iuris præsumptione, & asserit rationem,*

quia iuris præsumptio inducit concludentem, & liquidissimam probationem, & citat Decium, & Socinum. Et tandem in terminis terminantibus, vt dici solet, præter Alexandrum *ubi supra*, pro casu nostro extant alij Doctores, quos citat & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quest. 36. num. 9.* quibus etiam adde Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 12. num. 10.* & Sperellum *tom. 1. decis. 27. n. 65. & tom. 2. decis. 174. num. 56.* asserentes præsumptionem iuris sufficere etiam, vbi manifesta probatio de aliqua re ab aliquo statuto requiritur. Vnde ex his rectè Menoch. inuehitur in Doctores contrarium sentientes; & idè non bene dixit Lottherus *ubi supra. num. 61.* præsumptionem iuris esse probationem impropiam, nam sacra Rota, & Doctores citati cum aliis vocant illam probationem veram, & plenam, & liquidam. Adde, quod aliquis in casu nostro posset dicere, doctrinam in contrarium adductam non obstare, quia non procedit quoad expositos; qui cum omni alia probatione destituti sint, dicendum est pro illis sufficere probationem præsumptiuam iuris; nam statutum non potest præcipere, nisi rationabilia, & possibilis; nam alioquin contineret absurdum, & irrationabile contraria, quod docet Nugnius *in Encycloped. part. 1. tit. 3. cap. 3. num. 6.* qui Gail. Pictorium, Crauetam, & alios adducit asserentes statuta interpretanda esse, vt rationabilem sensum habeatur, & hoc licet extaret statutum, quod statuta ciuitatis, v. g. secundam literam, & prout sonat intelligi debeant, vt obseruat Parisius *conf. 2. 78. num. 6. volum. 4.* Nauarr. *conf. 52. num. 208.* Mascard. *de interpr. statum. concl. 4. num. 110.* cum aliis: sed quidem omnes Doctores ac iura clamant, quod quando veritas aliter haberi non potest, recurrendum est ad præsumptiones, quæ tunc inducunt plenam, & legitimam probationem, vt ex multis probat (heu) quondam noster amicissimus, & doctissimus Ioan. Baptista Larrea *in legat. fiscal. tom. 1. alleg. 66. num. 5.* cui adde nouissimè eruditum Antonium Frances *in suo Pastoralis, part. 2. tract. vnic. quest. 3. num. 13.* qui notat esse communem Doctorum sententiam; ergo, &c. Dices, ex hoc sequeretur, expositos esse melioris conditionis, quàm non expositos. Respondeo, hoc non esse absurdum, quia hoc non prouenit ex eorum malitia, vel negligentia. Nec supradictis officit, quod ex interrogatoriis necesse sit prouiso exprimere nomina parentum, & auorum, & alia, quæ quidem ab expositis ignorantur, nec sciri possunt, & idè obseruat Alphonsus Narbona *in recopil. lib. 4. tit. 1. l. 20. gloss. 2. num. 15.* quod expositus dicitur filius populi, iuxta illud vulgatum dictum: Cui pater est populus; pater est sibi nullus, & omnis. Respondeo dicta interrogatoria effici, vt patet in ordine, ad melius interrogandam puritatem sanguinis per statuta Ecclesiarum requisitam: sed in casu nostro, eo ipso, vt diximus, quod expositus probat authenticè se esse expositum, asserit liquidissimam approbationem de sua sanguinis puritate, vt supra satis firmatum est: ergo dum finis consequitur, nihil est curandum de mediis; nam media ordinantur ad finem, vt notat Bald. *in l. 3. C. de inst. & subst. Vvelembec. conf. 5. num. 21.* Richuer *in auth. habita, C. ne filij pro patre, disput. 2.* & quidem iura asserunt, quod ratio, & mens statutorum magis attendenda est, quàm verba, ex *l. non aliter, ff. de legat. ex l. fin. C. de usur. & ex cap. requiris, de appell. quod probant Surdus decis. 35. n. 14* & alij. Vnde dixit Cacheranus *decis. 49. n. 7.* Paris. *conf. 16. n. 30. vol. 3.* Nugnius *in Encycloped. iuris, part. 3. tit. 3. cap. 7. num. 34.* quod ratio in statutis consideratur, vt anima, verba autem vt corpus, & superficies. Adde,

de, quod dicta interrogatoria; afferunt mihi, non contineri in statuto, de quo est quæstio, confirmato à Papa: in quocumque tamen casu posset prouisus Apostolicus interrogatus ad illa respondere se non cognoscere alios parentes, & auos, quàm Ecclesiam, quæ tamquam exposito ei alimenta præbuit, & nutriuit, & esse se promptum hoc authenticè probare cum scripturis; & sic cum hac responsione se esse puri sanguinis demonstrabit, vt patet ex superius dictis.

Restat modo respondere ad argumenta superius adducta pro sententia Escobar. Et ad primùm nego esse incertam puritatem sanguinis expositi, & quod probare non possit, vt iam suprâ explicatum est. Ad secundum argumentum, quod si admitterentur expositi, forsan admitteretur aliqui sanguine maculati cum Ecclesiæ damno, & dedecore. Respondeo, quod cum expositi habeantur ex sanguine defæcato, vt probauimus, nulla macula infertur Ecclesiis. Deinde assero, retorquendo argumentum, quod si non admittentur expositi, forsitan excluderentur aliqui ex sanguine puro viri docti, & pij cum ingenti Ecclesiarum iniuria: & iura clamant; quod melius est ad non damnandum innocentem liberare nocentes, vt patet in l. absente, ff. de pen. & firmat loquendo de expositis Martinon, ubi infra. Ad tertium argumentum Escobar, quod expositi censentur illegitimi, & inhabiles ad ordines, & beneficia. Respondeo, contrariam sententiam esse probabiliorem, & communiorem, vt notauit Cardinalis Paleotus de nob. & spiriis, cap. 63. num. 3. & præter Doctores superius citatos plures alios ego adduxi in part. 1. & 2. mearum Resolutionum moralium, quibus nunc addo, citato, Mortinon de Sacram. tom. 5. disp. 80. sect. 3. num. 32. & me citato Merollam tom. 1. disp. 3. cap. 3. num. 275. & me citato Bossium in moral. var. tom. 1. p. 2. tit. 1. §. 43. n. 1569. & me citato Bassæum in Florib. Theolog. verb. expositiis num. 2. & me citato Lezannam in Summ. Q. Q. regul. tom. 3. verb. illegitimi regulares, num. 15. & me citato Antonellum de regim. Eccles. Episcop. lib. 6. cap. 38. num. 4. & me citato Zipzura, de iur. Pontific. lib. 5. tit. de infantib. exposit. & me citato Barbosam, part. 3. allegat. 55. num. 150. & me citato Pelizzarium, in man. regul. tom. 2. tract. 7. cap. 5. num. 70. & me citato Bordonum in caus. reg. tom. 1. resol. 12. num. 55. & alios plena manu apud ipsos asserentes, expositos nouissimè pro legitimis esse habendos ad omnes ordines & beneficia, neque vlla dispensatione Pontificis, aut Episcopi indigere: Et hanc sententiam præter Doctores adductos tenet nouissimè Lessius in 3 part. D. Thom. cap. 9. de irregul. dub. 1. num. 62. Castus Palaus, tom. 6. disp. 6. punct. 9. num. 3. & Marchandus, tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 1. num. 6. obseruat esta opinion ser mas recibida, y aduada. Vide etiam Campanil. in diuers. iur. Can. rubr. 12. cap. 13. num. 157. Nec obstat, quod nonnulli expositi dispensationem, vt possent ad ordines & beneficia promoueri, petierint; nam id potuit fieri non ex necessitate, sed ad tollendos scrupulos; & quod aliqui fecerunt absque necessitate, aliis offiteri non potest, sic obseruat optimè Bassius, ubi suprâ, num. 1578. cum aliis.

Concludendum est itaque satis probabiliter expositos esse admittendos in illis Ecclesiis, in quibus extaret statutum de puritate sanguinis confirmatum à Papa etiam si in statuto, vt est in Ecclesia Cathedrali N. decernatur, quod prouisus debeat iurare se ex Iudæorum, seu conuersorum genere non esse, & quod de hoc sufficientem probationem date teneatur: nam expositus, stante præsumptione iuris, quam

pro se habet; verè potest iurare, se non esse ex genere Iudæorum, seu conuersorum, & hoc sufficienter, & liquidissimè probare etiam potest, vt patet ex superius dictis; ergo in dicta Ecclesia admittendum esse, non obstante dicto statuto, omnino dicendum erit. Nota, quod omnia superius dicta, approbarunt & manu propria signarunt sapientissimi viri Pater M. Ioannes Baptista Lezana Carmelitanus, Pater Magister Clemens Aluarez Dominicanus, Pater Rafael Auersa, ex Clericis Minoribus, Petrus D. Zacharias Pasqualigus ex Clericis Regularibus, P. Martinus Esparça, Societatis Iesu. Verum his non obstantibus sententiam quam suprâ firmare conati sumus; libenter censurandam submitto Reuerendissimis Capitulis Ecclesiarum Cathedralium Hispaniæ, in quibus tot viros doctissimos extare & scio, & veneror. Necnon Illustrissimis Dominis meis Inquisitoribus, si in eorum Sacris Tribunalibus simile statutum inueniretur.

Quis emisit votum mittendi ad Domum Lauretanam Calicem aureum, quem postea misit cum persona fideli, sed per viam à latronibus furata fuit; queritur, an vouens teneatur adhuc adimplere dictum votum.

RESOLVTIO XCVII.

ET affirmatiuè responderunt aliqui; quia Calix aureus cum furatus fuit erat sub dominio vouentis: Et ideo ad confirmationem huius sententiæ adducam doctrinam, quam tenent Doctores, quando debitor mittit per nuncium pecuniam, v. g. alicui debiram: Sic itaque asserit Gasparus Hurtadus in iust. & iure, disp. 7. diff. 8. Si verò res debita non sit sub dominio creditoris, sed debitoris, qualiter est res debita ex mutuo, aut ratione damnificationis, tunc debitor non manet liber ab obligatione restitutionis; si res illa per tertiam personam missa (quamuis per Confessarium) non electam à creditore non perueniat ad ipsum creditorem, siue quia tertia illa persona nam sibi retinet, siue quia ipsi surripitur, siue quia aliter perit; quia ex vna parte res domino petit, & ex altera petit absque culpa creditoris, vt supponimus. Et idem est, quando res quæ mittitur creditori est sub dominio ipsius creditoris, si fuit iniuste ablata, vel retenta (nisi aliàs res illa erat absque iniustitia alterius apud dominum peritura) quia tunc debitor non satisfacit, nisi res illa perueniat ad dominum, quia aliter inæqualitatem iniusta ablatione, vel retentione factam non reducit ad æqualitatem nisi aliàs res illa erat absque iniustitia alterius apud dominum peritura. Ex his posset quis dicere, quod vouens in casu nostro extaret debitor Calicis aurei Domui Lauretanæ; ergo cum dum furatus fuit erat in suo dominio, tenetur adhuc adimplere dictum debitum ex superius dictis.

Sed his non obstantibus, tunc ego probabiliter negatiuæ sententiæ adhæsi, nec vllum pro me habebam Auctorem; nunc verò inuenio Patrem Tancredi qui in simili casu, de Religione, tract. 3. lib. 2. d. 13. quæst. 1. num. 32. asserit. Denique placet hic obiter notare casum curiosum, de quo interrogatus fui à viro docto, & amicissimo nostræ Societ. nimirum, an Caius qui accipit quandam pecuniæ summam à Titio, vt satisfaceret eius obligationi iurata de faciendâ elemosyna cuidam Ecclesiæ, teneatur vi iuramenti pecuniam illam dare, si inculpabiliter amisit; v. g. decidit crumena. Respondi negat. quia obligatio iuramenti est personalis, vt dictum est, nec

Caius teneretur alia ratione ad satisfaciendum Ecclesie de propria pecunia, cum non teneatur nec ratione rei acceptæ, vt patet; nec iniustæ acceptionis (suppono enim hunc Caium non habere ex officio pretio accepto hanc pecuniam transferendi.) Nec etiam Titius teneretur iterum dare aliam summam pecunie, Ecclesie, quia per primam solutionem iam satisfecit suæ obligationi, non enim censendus est (nisi expressè constet de eius voluntate) quod voluerit omnino verum illa Ecclesia talem pecuniam haberet, quod verum puto, quamuis Tirus iurans aliquam commiserit negligentiam in tradendo pecuniam Caio, quem sciebat non esse adeò cautum, quia hæc non sunt amare tractanda, cum à libera voluntate pendeant, *arg. d. cap. licet deuoto*. Hæc Tancredi; quæ omnia procedunt in casu nostro; nam eadem obligatio oritur ex iuramento, & ex voto.

Ad doctrinam superius allatam ex Hurtado, & aliis Respondeo. Primò, non posse applicari in casu nostro, est enim dispar ratio inter obligationem voti, & obligationem debitoris ex iustitia. Respondeo secundò contra Hurtadum, & alios, non esse improbabile, vt tenet Lessius *de iust. lib. 2. cap. 16. dub. 6. in fin.* Trullench *in Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 14. d. 11, num. 11.* & alij, quòd debitor satisfaciatur tradendo solutionem personæ fideli, vt Confessario; vel alteri, vt eam domino restituat; qui tamen de facto non restituit, vel quia eam consumpsit, vel quia casu perijt apud ipsum. Et ita tenet Scotus *in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4.* Gabriel *ibidem, quæst. 1. art. 4. cum aliis.*

Probatur Primò, quia nec fur, nec debitor per se ipsos immediate tenentur restitutionem facere, sed sufficit, quòd faciant per alios prudentes, & fideles viros, sed in hoc casu fecit quantum potuit, & prudenter egit, eam personæ fideli tradendo; ergo deobligatus manet. Secundò, quia is, qui illam tradendam, & restituendam accipit: implicite se obligauit ad aliam domino tradendam, & consequenter alterum deobligauit; & non restituit, manet obligatus ad restitutionem; quare, si fur, aut debitor, qui illam restituendam tradidit, non deobligaretur, & ad restitutionem tenerentur, sequeretur, quod dominus redderetur melioris conditionis propter furtum, cum in hoc casu duæ restitutiones eis essent faciendæ: at hoc nemo dicit; ergo intentum. Tertiò, quia si debitor, & fur ex consensu domini, creditoris expressò rem alicui dandam traderent, satisfacerent, quamuis internuntius ille non restituat, sed,

in nostro casu interuenit consensus tacitus; ergo id sufficit ad illos deobligandos. Maior est certa. Minor probatur ex duplici fundamento. Primò, quia taciti; & expressi eadem est vis, eadem potestas. Secundò, quia quando fur non potest restituere sine propria infamia rem furtiuam, eandem numero, satisfacit restituendo pretium, & dominus rationabiliter teneretur consentire; sed in præsentibus supponimus, non posse sine periculo infamie, vel alterius similis restituere per se immediate; ergo tenebatur credito consentire, vt per alium restitueret. Et pro hac opinione facit etiam, quod in Iubilæis præcipitur certa eleemosyna ad comparandas indulgentias, & si quis illam mittat per famulum, & hic eam furetur, quin det pauperibus, lucratur Iubilæum, positus alijs requisitis, & non videtur obligandus ad nouam aliam eleemosynam faciendam, maxime si putabatur, seruum esse fidelissimum, & experientia id compertum habebat: ergo similiter non erit obligandus ad nouam restitutionem ille, qui restitutionem tradidit Confessario, aut viro pio, & fideli tradendam creditori, si ipse postea malitia sua eam illi non tradat, sed furetur. Antecedens patet, quia persona, quæ ratione necessitatis grauis, vel externæ proximi teneretur dare eleemosynam, satisfacit præcepto Charitatis, mittendo illam pauperi per internuntium fidelem, quamuis ex malitia, & iniquitate internuntij illi non detur; de consequentia nemo dubitabit; nam malitia internuntij non debet nocere domino innocenti, qui facit quantum potuit, & debuit, vt præcepto Charitatis satisfaceret, & indulgentiam lucraretur. Adde, quod ipse internuntius teneretur eam postea pauperi restituere, & idem dicendum videtur quando aliquis tulit excommunicationem pro furto, aut retentione debiti, & latro, vel debitor furtum, & debitum tradidit fideli internuntio, & res non peruenit ad creditorem, fecit enim vnusquisque quantum potuit, & sua diligentia, & voluntas bona exonerandi se ea obligatione, non debet ei nocere; nocet autem profecto, si ad nouam restitutionem obligandus esset.

Sed omnia superius dicta à fortiori procedunt in casu nostro, de vouente, qui misit aureum Calicem debitum ex voto Domini Lauretanæ cum persona fideli, qui postea casu furatus est à latronibus: ergo dicendum est ad nihil amplius teneri; Quæ omnia etiam confirmant resolutionem datam ab amicissimo Patre Tancredi in casu ab ipso superius posito.

ADDITIONES

Ad superiores Tractatus in editionibus subsequentibus suo loco inferendæ.

In Tract. 2. De Prohibitione, Ne Clerici præsentibus exercitibus, in fine Resolutionis secunda, hæc apponantur.



NOTA, quod post hæc scripta circa præsentem difficultatem inueni nostram sententiam docere ex Doctoribus Gallis Petrum à Sancto Ioseph *in Idea Theol. mor. lib. 3. cap. 11. resol. 5. q. 2. art. 2.* cui adde sapientissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo *in Respons. Moral. lib. 5. dub. 14.* vbi sic asserit: Concedunt Doctores, posse Clericos, ac proinde etiam Episcopos, de quibus non appareat

specialis difficultas, pugnare suis manibus immediate, occidere, mutilare, & ducere exercitum, ac præesse iis, qui machinas, vel tormenta bellica dirigunt, nec incurrere vllam irregularitatem, quoties bellum necessarium est ad defensionem propriæ vitæ, & personæ, vel patriæ & boni communis. Addunt aliqui idem procedere posse aliquando in bello iusto aggressiuo, quando id necessarium esset ad obtinendam victoriam, à qua pax, salus innocentium, & bonum Ecclesie dependet; tunc enim Clericus, qui aliàs iusto titulo aderat bello non pugnaturus, nec exercitum ducturus, cum videat ad eum statum esse reductum, videtur iam non aggredi, sed defendere se,

sed vel causam publicam. Extra hos verò casus Clericus in Sacris non potest propria manu pugnare, vel exercitum ducere, aut machinis præesse. Quod idem dicunt de habente, & retinente beneficium Ecclesiasticum, etiam si non sit in Sacris. Cum ergo Episcopus etiam si non sit consecratus, nec in Sacris, habeat tamen beneficium Ecclesiasticum, & quidem præstantissimum, non videretur posse ducere exercitum, etiam in bello iusto, sicut nec potest pugnare propria manu, nisi id faciat de licentia Summi Pontificis, vel in casibus supra assignatis. Itaque si id ad bonum publicum expedire iudicetur, petatur licentia, & dispensatio specialis à Summo Pontifice, qui in primis faciliè concedat quòd aliquando in functione aliqua publica, & solemnè possit procedere armatus, sicut de facto id habent Episcopi aliqui ob annexum Principatum, vel statum temporalem in aliquibus locis, in quibus ex antiqua consuetudine, & concessione ita fieri solet. Difficilius concedetur, quòd ducat exercitum, vel pugnet per se ipsum. Si tamen bonum Religionis, & Ecclesiæ utilitas id poscat, credebam concedi posse, vt in bello contra infideles, vel hæreticos, id sine peccato, vel meru irregularitatis facere possit. Hoc enim Pontifices antiqui, & moderni concesserunt sæpius multis Cardinalibus, quos Legatos, & Vicarios suos destinarunt ad gerenda bella contra rebelles Ecclesiæ, quorum exempla passim in Annalibus Ecclesiasticis inveniunt. Hucusque Cardinalis Lugo. Sed dato, & non concesso, quòd sub ista prohibitione Sacrorum Canonum non comprehenderentur Episcopi, & Cardinales, quia non intelliguntur sub nomine Clericorum, iuxta Tiraquellum *de Nobilit. cap. 7. num. 52.* Ambrosinum *de Immun. cap. 2. num. 3.* Pellizzarium, in *Man. Prælat. tom. 2. tract. 6. cap. 9. sect. 2. num. 55.* & alios: Tamen ipsimet auctores, qui tenent, nullos Canones extare, qui prohibeant Episcopis militare, hoc tamen asserunt, esse nimis alienum ab eorum dignitate, & officio; & idèd P. Arriaga in *Cursu Theolog. tom. 5. disputat. 48. sect. 5. num. 68.* sic ait: Difficultas est, an Episcopis non constitutis in Sacris, id etiam sit prohibitum. Respondeo, in Canonibus non esse aliquam aliam specialem prohibitionem illis: nam *cap. reprehensibile, cap. quo casu 23. quest. 8.* quæ possint afferri ad eam prohibitionem suadendam, non dicunt, nisi primò quidem reprehensione dignum esse, quòd Episcopi ad Concilium non venerint, eo quòd fuerint occupati cum Rege deferendo portum contra Piratas: vbi magis inobedientia reprehenditur, quam fuerint in eo bello defensuso. In altero verò *cap. dicitur*, Episcopum sine licentia Pontificis non debere ad aulam Principum ire, vt resideat ibi. Vbi obiter noto multò minus ea capita facere ad probandum, Episcopos non posse manere in Castris, attendendo tantum salutem spirituali militum, hæc enim potius est dignissima occupatio. Sed ad rem dicimus, etsi Canones nulli sint, qui prohibeant Episcopis militare, non dubium, quia id sit valde alienum ab eorum dignitate, & officio Pastorum animarum. Quia autem id nostris temporibus multè faciant, non disputo, quia credo, eos consultò Romano Pontifice facere. Hucusque Pater Arriaga. Sed ego non recedo à sententia, quam cum Lugo, & aliis paulò superiùs doctui; nempe Episcopos, & Cardinales inclusos esse in prohibitionem Sacrorum Canonum, vbi supra.

Adde quòd Arriaga loquitur de Episcopis non constitutis in Sacris.

* * *

Ibidem in fine Resolutionis tertiæ, hæc apponantur.

Nota etiam quòd post hæc scripta inveni Bannes 2.2. *D. Thoma, quest. 40. art. 2. dub. ult.* Ledesmam, in *Summa, tom. 2. tract. 3. cap. 13. conclus. 58.* Reuerendiss. Candidum, *tom. 1. disputat. 17. art. 8. dub. 2.* & alios docere cum Bordonò, *vbi supra*, Clericos in conflictu belli posse expoliari, & occidi absque peccato. Verùm ego quoad Episcopos, & Cardinales ratione supremi status, & gradus, non concederem, illos etiam actu pregnantes occidi posse, nisi in casu, quòd magna victoria, pro quiete totius Reipublicæ aliter haberi non possit, vel nisi quis ab ipsis aggressus aliter propriam vitam defendere non possit. Sed plures viri docti de hac re à me consulti, nostram sententiam non admittunt; quia in tali casu Episcopi, & Cardinales habentur tamquam hostes, & tamquam personæ privatae iniuste alios aggredientes, ergo, &c. Sed ego propter reuerentiam debitam statui Episcopali, & Cardinalitio, non discedo à sententia, quam docui, cum supradictis tamen limitationibus.

Ibidem in fine Resolutionis quintæ, addantur hæc verba.

Ita Doctores communiter: Vnde non deseram hic apponere verba Emanuelis Rodriguez in *Summa tom. 1. cap. 207. num. 14.* vbi sic ait: Esendo la Republica en vna extrema, ò grauißima necesidad licito es al Clerigo pelear en guerra defensiva, aun sin licentia del Sumo Pontifice: y assi pueden los Clerigos licitamente pelear contra enemigos que tienen cercada vna ciudad, hauiendo probabilidad que peleando ellos no se tomara, como lo tiene Cayetano, tanto que estan en este caso obligados à ello, como lo prueua Bañez, empero no es licito pelear en la guerra ofensiva, hablando regularmente, solo para efecto de alcançar victoria. Verdad es que si su ayuda es precisamente necessaria para la alcançar, y no se alcançando peligrará la salud de muchos, y la hora, y fama del Principe, el qual quendando vencido pierde su honor, podran an este caso pelear con la licencia presumpta. Ita ille.

In tract. 5. De Potestate Papæ eligendi sibi successorem, in fine Rosol. quarta, hæc apponantur.

Verùm post hæc iam impressa inveni circa præsentem difficultatem nouissimè Patrem Arriagam in *Cur. Theol. tom. 5. disp. 7. sect. 7. num. 47.* hæc asserere. Dicò secundò, validè probabile esse, posse Papam designare sibi Successorem; nam id Petrus fecisse designando Clementem est ferè communis sensus: esto multi dicant, Clementem renunciaße, & non nisi post Linum, & Clerum, successisse. Pater tamen Suarez probabilius putat, hos duos non veros Papas, sed Coadiutores Petri fuisse. Quidquid verò de eo facto sit, certè cum Papa possit designare Electores. Imò id vni personæ committere, nec aliunde constet, negatam ei esse potestatem designandi Successorem, non est cur ei non concedatur: quia quodammodo plus est committere vni alteri eam designationem, quàm immediatè per se præstare: nam ipse censetur melius personas noscere, & magis prouisus Ecclesiæ habiturus etiam præsumitur maiorem considerationem in designanda persona, quàm haberet

beret alter Elector ab ipso designatus. Dico primò:
 Fieret inde quasi hæreditarius Papatu. Respondeo:
 eodem modo fieri posse, si designet vnum tantum
 Electorem, quia ille potest esse Nepos, aut sanguineus,
 & potest se ipsum nominare, vel alium consanguineum,
 & tamen certum est posse, si velit, vni tantum dare eam vim electiuam. Respondeo secundo,
 Deum, qui curam habet suæ Ecclesiæ suauiter posse id impedire mille modis. Ob hanc tamen objectionem putat P. Suarez, vniuersaliter Papam non habere eam potestatem, sed solum in aliquibus casibus. Ego tamen censeo, vel vniuersaliter ei negandum, vel vniuersaliter concedendum. Quod etiam docet P. Torres *suprà*; nam si semel licitè, & validè potest, quando datur aliqua vrgens ratio, certè validè etiam faciet, esto illicitè, licet non detur talis ratio: quia similes potestates non solent à Deo concedi cum ea restrictione, vt solum quando est iusta causa valeant: vt patet in potestate Sacerdotis ad consecrandum validè, in potestate ipsius Papæ ad constituendos Episcopos: potest enim etiam indignissimos validè eligere, ordinare, &c. Et denique si ex natura rei, eo quod ipsa tota Ecclesia sit tradita, sequatur ea vis eligendi, semper eam habebit; si verò inde non sequitur, non est fundamentum, vt dicamus in hoc, vel illo casu, non verò in omnibus, eam habere. Hæc omnia Patet Arriaga.

In tract. 2. in fine, Resolutione sexagesima quinta, hæc apponantur,

Verum post hæc scripta etiam inuenio Martinon de Sacram. tom. 5. disp. 66. sect. 4. & 5. omnia superius dicta confirmare, & postquam notauit plures differentias, quoad Conferendos Ordines inter Ecclesiam Latinam, & Græcam, tandem firmat, Christum, non determinasse in specie materiam & formam huius Sacramenti: Sed genericè tantum instituisse, vt loco materiæ adhiberetur signum aliquod sensibile, significatiuum potestatis, quæ traditur: & loco formæ adhiberentur verba eandem potestatem sufficienter exprimentia. Hoc autem requiritur in vtraque Ecclesia. Quare vtraque seruat omnia essentialia à Christo instituta. Determinatio verò istius signi sensibilis, & materialis ad manus impositionem, facta est ab Apostolis: vt indicat Gregorius IX. cap. *Presbyter supra relato*; patetque, eos sic ordinasse Diaconos, *Actor. 6* Presbyteros, *Actor. 14. vers. 12.* iuxta vim textus Græci; Episcopos, 1. *Timoth. 4. & 2. Timoth. 1.* quem ritum Græca Ecclesia hucusque seruauit, atque etiam Latina in iis Ordinibus, qui certò Sacramentales sunt, nempe in Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu: de aliis enim incertum est, aut potius falsum, quod sint Sacramentales, & à Christo ipso instituti. Sed impositioni manuum adiunxit porrectionem instrumentorum, ad maiorem expressionem potestatis per ordinem collatæ: ita tamen, vt in rigore alterutra sufficiat ad valorem Sacramenti. Nam, quod sufficiat impositio manuum sine porrectione instrumentorum, patet ex ritu Græcorum. Quod item sufficiat porrectio instrumentorum sine manuum impositione, significare videtur Gregorius IX. cap. *Presbyter, sapius citato.* Et probatur efficaciter eos, qui tenent Subdiaconatum, & quatuor Minores esse Sacramenta. Nam conferuntur per porrectionem instrumentorum sine manuum impositione. Ex parte verò formæ liquet, vtramque Ecclesiam adhibere vebra sufficienter exprimentia potestatem, quæ confertur

per ordinem. Quare vtraque Ecclesia seruat essentialia Sacramenti, & tantum differt penes accidentalem determinationem signi sensibilis, & verborum. Item Christus non determinauit in vnica cæremonia, vel multiplici, Episcopatus conferri debere, vel Presbyteratus, aut Diaconatus, vt in Ecclesia Latina confertur duplici, vnica verò in Ecclesia Græca; sed liberum Ecclesiæ reliquit, vel vna cæremonia, vel diuersis significare omnem potestatem, quæ ab vnoquoque illorum Ordinum confertur. Obiicies, Concilium Florentinum, ex vtraque Ecclesia, Græca, & Latina coactum, damnasse tacite ritum ordinandi Græcorum, cum definiuit, materiam Ordinis esse id, per cuius traditionem confertur Ordo: Sicut Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & Patenæ cum pane porrectionem, &c. formam verò Sacerdotij talem esse, *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Vbi nota Græcos huic definitioni non reclamasse, atque ita, tacitè saltem, consentisse. Respondeo cum Arcudio, *lib. 6. cap. 5. initio*, Græcos non interfuisse, quando in fine Concilij factum est illud Decretum Eugenij pro institutione, & vnione Armenorum, qui per suos Legatos se Romanæ Ecclesiæ tunc adiunxerunt. Quare Eugenius Pontifex, & Concilium per illud Decretum nihil definiuit contra Græcos, nempe illos corrigere, aut docere intendit: sed tantum instituire Armenos de modo celebrandi Sacramenta, iuxta ritum Ecclesiæ Romana vtitatum, quem ibi describit. Hoc patet ex ipsiusmet Decreti verbis, præsertim initio, & ex actis Concilij, quæ habentur, *tom. 4.* Conciliorum veteris editionis: Non potuerunt ergo, neque debuerunt Græci reclamare huic Decreto, cum neque illi conficiendo adessent, neque per illud pererentur; sed tantum docerentur Armeni ritum, quo vtitur Ecclesia Romana in Sacramentorum administratione.

Notandum autem contra eos, qui putant contactum Instrumentorum, quæ porriguntur ab Episcopo, esse essentialiam Sacramento, Concilium Florentinum non dicere, materiam esse contactum instrumentorum, sed porrectionem, vel traditionem, quæ potest fieri sine contactu ex parte ordinandi. Cùmque Episcopi Græci validè ordinent sine illa, imò & sine porrectione instrumentorum, certum esse debet, non esse de essentia Sacramenti. In praxi tamen non debet omitti à Latinis, quia præscribitur in Pontificali Romano illis, qui ritu Latino ordinantur. Et hæc omnia docet Martinon, *loco citato.*

Nec etiam deferam hic apponere ea, quæ asserit, *tom. 4. disp. 27. sect. 3. num. 15.* Concilium Florentinum (ait) non omnia, quorum mentionem facit in assignandis Sacramentorum materiis sunt essentialia; vt patet inductione. Pro materia enim Calicis Eucharistici assignat vnum cum aqua modicissima, quæ tamen de essentia non est. In Sacramento Pœnitentiæ satisfactionem numerat inter actus pœnitentis, qui sunt materia, & tamen satisfactio est tantum pars integralis. In Sacramento Ordinis ait, materiam esse illud per cuius traditionem confertur Ordo: Sicut, inquit, Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & Patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem, &c. Et tamen Græci sola manuum impositione ordinant, & vt ex eorum praxi, & libris refert Arcudius, *lib. 6. de Sacrament. cap. 2. & sequentibus.* Simulque atque vna, & eadem manus impositione, & forma verborum dant vtramque potestatem Sacerdotalem, consecrandi

consecrandi scilicet, & absoluedi à peccatis, non diuisum, vt sit in Latina Ecclesia. Neque vsurpant eadem verba, quæ Florentinum tradit, alioqui Presbyteri Græci non essent veri Sacerdotes. Quos tamen, vt tales agnouit Ecclesia Romana, & vniuersa Ecclesia in eodem Concilio, quotidie permittit, eos celebrare inter Latinos, nullumque eorum reordinat, quando à Schismate ad vniouem cum Ecclesia Catholica accedit. Ita Martinon; cui etiam adde, præter alios Doctores à me citatos in *part. 8. tract. 1. resolut. 32. omninò videndum eruditissimum Franciscum Halier de Sacris Ordin. cap. 2. art. 1. §. 11. per totum. Gamachium in Summ. Theolog. tom. 2. de Sacrament. Ordin. cap. 5. propè finem. Estium in 4. distinct. 7. §. 10. & 11. Bernal de Sacrament. disput. 17. sect. 1. num. 1. Coninch de Sacrament. disp. 20. dub. 7. num. 65. & Auerfam de Sacram. Ordin. quest. 1. sect. 1. & 2. Vnde apparet, vt dixi, nostram sententiam inter Doctores recentiores esse communem.*

Et hæc omnia in vnum congerere volui, vt, si in facti contingentia aliqua Congregatio particularis circa præsentem difficultatem à Summo Pontifice institueretur, vt factum fuit à sel. mem. Urbano VIII. statim Eminentissimi Cardinales, Prælati, ac Theologi in illa designati, Auctores omnes, qui de hac quæstione pertractant, præ manibus haberent.

In Tract. 12. post Resolutionem trigesimam in fine, hæc addantur.

NOta, quod post hæc scripta inueni sententiam Patris Alberti docere etiam Petrum Marchant in *Tribunali Sacrament. tom. 3. tract. 2. tit. 2. quest. incident. resolut. 3. §. 1. regul. 1. fol. 30.* vnde in gratiam viri amicissimi verba Patris Marchant hic apponam; sic itaque asserit: **Q**uandocumque forma, vel figura vestimenti, siue ornatus obiectione, iuxta ordinariam hominum infirmitatem, est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis, illis vestibus, vel ornamentis vti, est ex natura sua peccatum mortale. Ratio est, quia qui similibus vtitur, censetur dare causam peccati natura sua mortalis. Dixi (quando est excitatiua in alio libidinis, & concupiscentiæ carnis) in hoc enim consistit ratio pompæ Satanæ: tentat enim per illa Satanæ, & ad libidinem inducit. Tunc autem censetur excitatiua libidinis, quando nuditas aliqua magna apparet, vt est videre in illis, quæ pectus apertum gerunt, etiam mammillis ex parte discoopertis. Item quando, etsi non sit plena nuditas, apparentior tamen caro redditur delicatulo, & transparente lino: Vnde & in Isaia Theristra cum aliis vestibus damnantur; Theristra autem sunt transparentes, & perlucidæ vestes, quæ non tam nuditatem regunt, quàm curiosius parere membra corporis faciunt. Denique huc referenda sunt, quæ siue ex positione, siue ex modo, libidinis alicuius speciem immittunt, vt de viris, qui ita strictas vestes gerunt; vt partes etiam verecundæ, si non discoopertæ, secundum tamen aliquam apparentiam pandantur, vt explicat Angelus *vers. Ornatus, &c. num. 2.* Dixi (iuxta ordinariam hominum infirmitatem, id est, iuxta communem hominum sensum, communemque naturæ fragilis inclinationem, id est, vt excludamus singularem personam tentatæ, vel afflictæ miseriam, quæ omnia sibi mala fingit, omnia interpretatur in malum, & propria tantum phantasia

ruit: neque enim hominem tenentur ab ordinariis abstinere propter extraordinarias aliquorum phantasias. 2. Vt euincamus communes mundaniorum excusationes, quibus dicunt, se malum non intendere, se libertate sua vti: culpam autem eorum esse, qui turpibus se illaqueant imaginationibus, aut moribus prauis. Hæ sanè excusationes in peccatis sunt: Quicumque enim libidinoso, & ad libidinem excitante vestimento, vel ornatu vtentes, se oculis videntium velut prostituunt, offendiculum, quantum est ex se, ponunt; quod non tantum communi Charitate auferrè tenentur, sed etiam Christiana professione, & obligatione, qua pompis Satanæ se abtenuntiate professi sunt. Vna fortè excusatio magis solida est: Qua dicunt, mulieres maritatas debere, vel posse vti ornatu quocumque, vt maritis suis placeant. Sed esto placere debeant aliquo ornatu modestiam Christianam siue sobrietatem excedente: an libidinoso? An ad libidinem excitante? Respondeo, igitur primò licere de facto mulieri Christianæ aliquo ornatu vti, qui amorem mariti, aut conseruet, aut etiam alliciat, & hoc coram marito. Respondeo secundò, Non licere mulieri, aut viro in publico vti vestitu, vel ornamento libidinoso, vt sibi inuicem placeant. Ratio est. Quia indulgentia illa, qua permittitur aliquis leuis excessus, vt sibi inuicem placeant domestica est; & ad mutuas personas tantum refertur, illisque duobus, velut terminis clauditur: Neque enim illis permissum est, vt alienis oculis obiecta impudicitæ exponant, & suam libidinosam inclinationem mundo prostituant. Addo, nec iustè, nec rationabiliter vitum posse velle, vt vxor alienis oculis placeat, vel alienos affectus ad se alliciat; nec vxor id viro suo permittere potest: Honorabile (inquit Apostolus) connubium in omnibus, & thoribus immaculatus. Quomodo honorabile, si ei omnis honesti limites excedere permittitur? Quomodo thoribus immaculatus, cui non sufficit domestica libido, nisi etiam alios inficiat? Dixi in Regula notantur (est ex natura sua peccatum mortale.) Potest enim fieri veniale ex paruitate materiæ, ignorantia, indeliberatione, vel aliqua circumstantia excusante, v. g. coactione mariti, de qua S. Augustinus ad Ecditiam supra: Vbi excusat Ecditiam, si maritus ad indecentem illum compulisset ornatum: Quod si (inquit) aliqua dura conditione cogereris, posses habere in superbo cultu cor humile. Et adfert exemplum de Hester. Aduerte tamen semper, etsi mulier teneretur obedire marito ad gestandum habitu ornatum aliquem excessuum vanitatis, & superbiæ, non posse amen obedire ad gestandum habitum in publico ad lasciuiam prouocantem, quia siue ex se, siue ex obiecto, & circumstantia malum est; alterum autem tantum ex accidenti, vt statim dicemus. Et sententia hæc modo explicata est omnium Auctorum: pertinet enim habitus libidinosus ad impudicitiam, quæ ad *Galat. 5.* excludit à regno Dei. Vnde etiam innumerantur aliqui Doctores cum S. Thoma 2. 2. *quest. 169. art. 2.* excusantes inrer dum fucos, & vanitates muliebri ornatu à peccato mortali, quatenus ob aliquam circumstantiam non videntur ita periculosa esse: nihilominus nullus libidinosi habitus vsum vnquam excusauit à peccato mortali. De ratione autem libidinosi, & inhonesti habitus penes Doctores iudicium sit. Malo ego stare iudicio scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum, quam speculatiuis quibusdam considerationibus parietem linire absque temperamento. Vnum mihi certum est,

» & omnes concedunt: Quod quidquid incontinentium
 » est ad libidinem, illo non licet uti, & iuxta ratio-
 » nem incontinenti grauioris peccatum esse mortale. Iu-
 » dicet æquus rerum arbiter quid de vestimentis, qui-
 » bus & nuditates præter rationem honesti apparent,
 » vel quibus nescio quæ energica libidinis species in-
 » geritur oculis spectantium, dicendum sit; etiam si
 » enim ex intentione non fierent, cum ex obiecto rei,
 » & infirmitate humana soleat istis libido moueri, iu-
 » dicet, inquam, quomodo isti ornatu ab impudico
 » possit separari, aut in iudicio Dei, & conscientiæ ex-
 » cusari. Et hæc omnia docet Marchant *ubi supra*, quæ
 » nimis, ut reor, plausibilia erunt nostro carissimo, &
 » pio Patri Alberto.

Verùm in Compendio Patris Laymam edito Mo-
 » gantia 1637. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 11. Ita habe-
 » tur: Mulier peccat mortaliter, si sciat aliquem lap-
 » surum in mortale ob aspectum eius: & pulchritudi-
 » nem luxu vestium; item si habitus eius sit turpis, &
 » per se, ac directe ad libidinem prouocans; item si
 » inducat morem nudo pectore incedendi, secus si sit
 » moris. Ita ibi, quod mihi placet.

*In Tract. 1. in fine, Resolutione Quadragesi-
 manona, hæc imprimantur.*

Confirmatur hæc opinio ex Bulla Pij V. data
 Romæ die vltima Iunij anno 1570. quæ in-
 cipit *Ad perpetuam rei memoriam*, &c. in qua ap-
 pareret aperte, Summum Pontificem tam bene affe-
 ctum erga Regulares declarare, Priuilegia commu-
 nicatiua Regularium pro exemptione à solutione
 Decimarum, Primitiarum, quartæ medietatis, vel
 quæ funerum, & oblationum partem, aliâque
 temporalitatem concernunt, reuocata, cassata, ir-
 rita, euacuata, annullatâque existere, ac nullatenus
 suffragari, & solum proficere quod spirituali-
 tatem. Bullam hanc inuenies per extensum in Pa-
 norali interno doctissimi, & amiceissimi viri Didaci

Antonij Frances *part. 3. vol. 2. num. 55.* vbi firmat.
 Regulares per communicationem non posse gau-
 dere priuilegio ab exemptione Decimarum, & post-
 adductum Breue Pontificium sic asserit: Pater ex-
 mente Pij V. Priuilegia communicatiua Religio-
 num, intelligenda fore, & valere respectu spiri-
 tualium rerum, non verò temporalium; in quo
 sensu intelligo, quæ diximus aliquoties in prima
 parte huius libri de communicatione Priuilegio-
 rum vnius Religionis in alteram, quod tempora-
 litatem, secundum subiectam materiam, ibi scilicet
 quoad facultatem absoluendi in voto interno,
 ut in *tract. 2. quest. 3. num. 8.* & in aliis locis quapro-
 pter non sunt admittendi Doctores, qui absolutè,
 & indistinctè tradunt, omnia Priuilegia concessa
 vni Religionis, influere in aliâ; cum quibus com-
 municat, quia hoc intelligi debet non absolutè,
 sed cum grano salis, scilicet, quoad spiritualitatem,
 non verò quoad temporalitatem; prout est solutio
 Decimarum, Primitiarum, quartæ medietatis, &
 his similia, ut palam, & manifestè (exploratio
 suam mentem) decreuit Pius V. in supradicta Con-
 stitutione, quæ videtur declarare omnes illas, quas
 tradit Barbosa *de communicatione Mendicantium*
aliarum Religionum, in tract. de uniuers. iure Eccles.
lib. 1. cap. 41. ferè per totum, præcipue *nom. 218.*
 cum pluribus sequentibus, & ita priuilegia com-
 municatiua inibi ab eo relata intelligenda veniunt
 respectu spiritualitatum, & non vltra. Huusque
 Frances.

Nota verò hic obiter, quod nouissimè Pater Vin-
 centius Tancredi *de Relig. tract. 1. lib. 2. disp. 7. quest. 1.*
num. 7. adducit plures Resolutiones Rotaes, &
 Regni Siciliae in fauorem inclytæ Societatis I E S V,
 non obstantibus Bullis fel. mem. Leonis XI. & Vr-
 bani VIII. modificantibus eius priuilegia circa De-
 cimas. Vnde ego optarem, Sacram Rotam in facti
 contingencia maturiùs rem totam discutere, ut in
 posterum amplius non remaneret difficultas circa
 præsentem materiam.

DECISIO

DECISIONES NOVISSIMÆ SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

In quibus plurima ab Authore superius pertractata confirmantur.

DECISIO SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. Bichio.

In Cauſa Pampilonenſi Alienationis.

Veneris 15. Ianuarij 1649.



ALIENATIO Molendini, alio-
rumque bonorum ſpectan-
tium ad Archidiaconatum de
Tabla facta de anno 1613. in
Sanctium de Morreal inuali-
da hodie dicta fuit ex defectu
cauſæ, & ſolemnitatis copu-
latiue requiſitæ in alienatio-
nibus bonorum Eccleſiæ *cap. 1. de rebus Eccleſ. non
alienan. in 6. Clem. 1. eodem. tit. & utrobique Doctores
Covarrou. variar. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rot.
decif. 223. num. 2. part. 6. recent.*

Fuit ſiquidem ad alienationem deuentum vt ſol-
ueretur æs alienum contractum ab Archidiacono
illius temporis pro extinguenda penſione, quæ ſu-
per Archidiaconatu reſeruata fuerat ad fauorem
clar. mem. Cardinalis Antonij Facheneſi; cuius
æris alieni ſolutio cum ad ipſum Archidiaconum
ſpectaret non ſecus, ac penſionis extinctio, & ſolu-
tio ex fructibus beneficij Cæſ. de Graſſ. *decif. 12. n. 1.
de preben. Seraphin. decif. 66. num. 3. Rot. inter imprefſ.
poſt Pacif. de Saluian. decif. 189. num. 4 & decif. 5. ſub
num. 3. verſ. maximè part. 7. recent.* præbere non potuit
iuſtam cauſam alienandi proprietatem bonorum
Eccleſiæ, vt in puncto Rot. *decif. 94. n. 64. verſ. ac de
ſolutione part. 7. recent.* oportet enim quod cauſa, ſiue
neceſſitatis, ſiue vtilitatis reſpiciat ipſam Eccleſiam
non autem titularem, §. *nos igitur auſb. de non alien.
Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. quaſt. 20. num. 101.
& 2. ſeqq. Rot. decif. 318. n. 16. & ſeqq. part. 5. recent.*
vbi dicitur quod alienatio reperitur prohibita fa-
uore Eccleſiæ non autem Clericorum vt ſunt verba
gloſſ. in l. *inuenimus 14. verb. conſentiant. C. de Sacroſ.
Eccleſ. ſicut in ſimili dicimus, quod neceſſitas ob
quam fieri poteſt vnio quæ eſt ſpecies alienationis,
cap. tua, in ſn. de hiſ qua ſunt à Prelat. ſn. conſ. Cap.
conſideranda eſt non reſpectu Clericorum, ſeu Ca-
nonicorum Eccleſiæ, ſed ipſuſmet Eccleſiæ, vt in
cap. expoſuiſti, de preben. bene aduertit Butr. num. 2.
Abb. num. 4. in ſn. verſ. & conſidera Imol. num. 1. quos
ſequuta eſt Rota in Mediol. Cimilarcasus 10. Martij
1645. §. *pro neceſſitate, verſ. quia licet, coram R. P. D.
meo Peutingero.**

Anton. Diana, Pars X.

Præter quod vt ex cauſa æris alieni bona alienari
poſſint requiritur, quod creditores vrgeant apud
Iudicem, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quaſt. 19.
num. 1. & 87. Quatant. in Summ. Bullar. verb. aliena-
tio, num. 36. Gabr. conſil. 118. n. 5. lib. 1. Giouagnon
conſ. 22. num. 5. & num. 15. lib. 2. cum aliis allegat. à
Modern. Carpenſi contr. forenſ. cap. 105. num. 58. nec
pro debito ſcutorum 1100. alienari debuiffent plu-
ra corpora valoris ſcutorum 2600. cum ea quæ
propter neceſſitatem conceduntur eatenus valeant,
quatenus neceſſitas vrgeat, & non vltra, vt in ter-
minis Giouagnon *d. conſ. 22. num. 6. & num. 16. lib. 2.
Gabr. dicto conſ. 118. num. 5. verſ. ſecundo quia, Narr.
Menoch. & alij quos refert Moder. Carpen. d. c. 105.
num. 65. & ſeq.**

Neque alienatio ſuſtineri poteſt ex eo, quod
niſi penſio fuiſſet extincta redditus Archidiaconatus
non fuiſſent ſatis pro congrua ſuſtentione
Archidiaconi, & pro oneribus eidem Archidiaconato
annexis distribuendi dietim Portionariis, cæ-
terisque Miniſtris Eccleſiæ portionem quamdam
panis, & vini; tum quia id non probatur niſi ex aſ-
ſertione alienantium cui non creditur. Ancharan.
*in Clem. 1. ſub num. 5. de rebus Eccleſ. non alien. Ol-
drad. conſ. 261. per tot. Pariſ. conſil. 36. num. 11. lib. 4.
Ægid. decif. 617. in princip. Rot. decif. 716. num. 1.
decif. 752. numer. 3. part. 1. diuerſ. provt nec credi-
tur aſſertioni ipſius executoris, quando iudicialiter
procedere tenebatur Rota *d. decif. 752. num. 3.
par. 1. diuerſ. decif. 261. num. 6. part. 4. tom. 2. decif. 94.
num. 44. & 45. part. 7. recent. decif. 36. numer. 3. & 9.
decif. 37. num. 6. apud Genc. de cenſ. & debuiffent iu-
dicialiter procedere in cauſa noſtra dicam infra.*
Imò contrarium conuincitur ex locationibus plu-
rium annorum datis in Summ. Archidiaconi num. 6.
ex quibus patet, quod ſoluta penſione, & ſupra-
dictis aliis oneribus adhuc ſupererant pro Archi-
diacono ſcut. annua vltra 500. monetæ, & licet
locationes non probent verum valorem, ſufficiunt
tamen ad probandum quid, & quantum fuerit.
tempore locationis perceptum Rota *coram Reueren-
diſſ. Vrgellen. decif. 307. num. 4. & 5. & in aliis re-
latis in Romana fideicom. de Maximis 20. Nouem-
bris 1647. §. viſa etiam coram R. P. D. meo Oithobono,*
ita vt exinde reſultet probatio, quod contractus
poſtea celebratus non fuit vtilis ſed damnofus Ec-
cleſiæ, vt ponderauit Rota *decif. 65. num. 24. part. 2.
diuerſ. decif. 275. num. 2. part. 4. relas. ab addend. ad
Buratt. decif. 253. num. 21. & decif. 94. nam. 63. part. 7.
recent.**

Tum etiam quia quatenus redditus Archidiaconatus
ſupradictis oneribus, & congruæ ſuſtenta-
P p tioni

tionem Archidiaconi non sufficerent, poterat Archidiaconus intentare iudicium super nullitate pensionis, seu illius reductionem petere iuxta notata per Garzias de benefic. part. 1. cap. 5. sub num. 424. Locher. de re benefic. lib. 1. quest. 42. numer. 57. vnde excluditur necessitas alienandi, lason. in l. commodus, num. 4. ff. de re iudic. Cuman. in l. peso, §. pradium num. 3. ff. de leg. 2. Gabr. consil. 118. sub num. 6. vers. tertio quia lib. 2. Mascard. de probation. concl. 75. num. 13. Redoan. de rebus Eccles. non alien. quest. 19. num. 83. & seqq. seu utilitas quae esse debet indubitata, & evidens, Giouagnon consil. 22. num. 14. lib. 2. Redoan. de rebus Eccles. non alien. quest. 20. num. 83. Rot. decis. 65. numer. 17. part. 2. diuersor. & in Romana Censur. 24. Maij 1591. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio.

Non obstat, quod praefatae causae alienationis fuerint narratae Papae in litteris confirmationis de super obtentae, ideoque videantur ab ipso approbatae, ac ulteriori probatione opus non sit Redoan. de rebus Eccles. non alien. quest. 19. num. 109. & seqq. quia hoc forte procedit, quando Papa in litteris confirmationis asseruit adesse causam necessitatis, sed in casu nostro cum in eisdem litteris Papa rescripserit conditionaliter, dummodo videlicet alienatio pro euidenti necessitate, & minori damno facta fuerit, ac in euidenter dicti Archidiaconatus cesserit, & cedat utilitatem, constat quod noluit causas expressas approbare, sed illarum approbationem executoribus sub dicta conditione remittere Rota inter recent. decis. 612. num. 7. part. 2. & in Neriton. Pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 531. n. 4. in Monopolitana Pensionis 2. Iunij 1645. §. non reuel. coram me, & in his terminis Caualer. decis. 288. n. 6. Rota diuers. decis. 160. num. 6. vers. tertio non obstat, & num. 7. part. 2.

Deest pariter solemnitas, nempe beneplacitum Apostolicum, quod enim obtentum fuit de anno 1622. non suffragatur. Primo quia subreptitium, cum non fuerit Papae narratum, quod vsque de anno 1613. secuta fuerit alienatio, & bonorum possessio tradita emptori, vt narrari debuisset, quia per huiusmodi traditionem alienantes inciderant in poenam extrauagantis *ambrosiose*, licet in alienationis instrumento reseruauerint simpliciter beneplacitum Apostolicum Nauart. consil. 1. vers. si non procedat de reb. Eccles. non alienan. Garzias de ben. part. 1. cap. 4. num. 37. Gonzal. super regul. 8. Cancell. gloss. 12. num. 97. Marc. Anton. Genuensis in prax. Archiepisc. Neapolit. cap. 61. per tot. 106. aliique relati à Modern. Carpeni contr. forens. cap. 106. num. 21. quicquid dicendum esset si beneplacitum reseruatum fuisset cum clausula, non alias aliter, nec alio modo iuxta distinctionem traditam à Chald. de emphyt. lib. 4. cap. 6. num. 32. & 33.

Secundò quia non fuit seruata forma Breuis, vt debuit, cap. cum delicta, ibique Abb. num. 5. de rescript. Marefc. variar. resolut. lib. 1. cap. 68. num. 5. Caualer. decis. 288. num. 2. 3. Reuerendiss. Vtgellen. decis. 230. num. 14. Rota inter recent. decis. 624. num. 1. part. 1. Illud enim mandat per executores procedi ad alienationis confirmationem, si & postquam constituerit de euidenti necessitate, & utilitate Ecclesiae vocatis vocandis, quae clausula imponebat executori onus assumendi partes Iudicis, & per legitimas probationes praevia citatione interesse habentium, non autem per extrajudicialem informationem cognoscendi de causis narrati cap. exhibita, & ibi Abb. num. 6. in vltima. notab. de Iud. Felin. in cap. fin. num. 23.

de presump. Gratian. discept. 596. num. 30. & seq. & in puncto Rot. decis. 624. num. 4. part. 2. decis. 94. num. 49. part. 7. recent.

At neque citati fuerunt Procurator Fiscalis, & Portionarij interesse habentes propter portiones panis, & vini, sibi ex fructibus Archidiaconatus debitas, quorum aliqui se opposuerunt alienationi; cumque esset certi, citandi erant nominatim, non autem per edictum Abb. in cap. ex tua, numer. 3. de cleric. non residen. Surd. consil. 181. num. 6. Seraphin. decis. 1276. num. 4. Rot. inter recentior. decis. 624. num. 8. part. 1. decis. 516. num. 11. part. 5. neque coram executore factae fuerunt firmiter probationes, sed tantum exhibiti testes, alias informiter examinati qui non probant l. si quando, Cod. test. cap. 2. eodem tit. vbi Abb. num. 7. Felin. num. 6. Dec. num. 17. adeo quod ex ipsa lectura processus elidatur praesumptio, quae regulariter stat pro executore eiusque sententia & vti non iustificata ex actis nullius momenti sit vt in his terminis Caualer. decis. 215. num. 4. Rot. decis. 94. num. 43. part. 7. recent.

Et ita decisum vtraque parte informa nte.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE
coram R. P. D. Cerro.

Romana hereditatis de Gratianis.

Veneris 28. Iunij 1649.

Laelius de Gratianis Francisci patris non reuocauit in dubium validitatem sententiae Rotalis latae ad fauorem ipsius Francisci, sed illius iustitiam, & iterum repetebat, quod ille nunquam probauerit se esse filium Horatij. Quod tamen etiam hodie DD. reiecerunt, & pro confirmatione sententiae responderunt, ea moti ratione, quia cum probatio filiationis respectu Progenitoris, vel sit impossibilis, vel difficillima, solae praesumptiones, & coniecturae admittuntur cum ista simul coaceruatae in hac materia faciant plenam & concludentem probationem contra quoscumque, cap. per tuas, de probation. l. si vicinis. C. de nupt. Alexand. consil. 88. sub num. 9. vers. tamen illis non obstantibus lib. 7. Nat. consil. 235. num. 1. & seqq. Rot. decis. 430. num. 13. & 14. part. 5. decis. 314. num. 19. vers. quoniam quoad qualitatem, & num. 20. part. 6. ac admissum fuit in Farfen. bonorum 23. Ianuary 1647. coram R. P. D. meo Corrado, §. quia licet, & firmatur in Bononiens. spolijs 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Ottobono, §. quod verò.

Coniecturae enim, & praesumptiones, quae pro Francisco deducuntur in decisione emissa 7. Februario 1642. coram R. P. D. meo Royau, efficaces omnino, & concludentes adhuc Dominis visae fuerunt.

Prima namque ex eo desumpta, quod ille in lucem proditus anno 1613. ex Olympia de Mercadantibus sacro baptismatis fonte ablatus fuit tanquam filius eiusdem Horatij, & vti talis descriptus in libro Baptismali, vt ex partita exinde extracta, Summario Francisci num. 2. vehemens ostendit argumentum filiationis, vt praeter deductos in dicta decisione considerauit Rota in Romana filiationis 10. Iunij 1611. subsequitur, coram ben. mem. Pirouano in Romana de Iauellis 13. Nouemb. 1613. coram bon. mem. Vbaldo & in Romana de Catalanis 27. Nouemb. 1630. coram ben. mem. Merlino in recent. decis. 409. n. 5. & 6. part. 5.

part. 5. Etque magis cum ex dispositione secundi testis iuxta 8. Interrogatorium probetur in dicto actu personaliter interuenisse eundemmet Horatium Patrem, ipsumque instituisse; ut Franciscus tanquam eius proprius filius baptizaretur dicto Summario n. 3. quod proinde plurimum confert ad probationem filiationis, ut in fortioribus terminis tradit Surd. conf. 1. num. 45. & dixit Rota in recent. decis. 199. n. 2. vers. Baptizatio part. 3. & in dicta Romana filiationis dict. 5. Secundo subsequitur, circa finem, ac admisit in Romana de Bonellis 28. Novembris 1614. coram bon. mem. Vbaldo §. 1. versic. nam coniectura.

Secunda ex nominatione, tractatu, præstatione alimentorum, educatione, ac communi reputatione, & fama apud omnes, & signanter apud vicinos, quod Franciscus esset filius Horatij, & tanquam talis ab eo educaretur, alimentaretur, ac denominaretur, ut deponunt testes, summario dicto num. 3. efficax pariter, & valida non solum contra Parentes, ita tractantes, & denominantes, sed etiam contra tertium, præsertim aliis concurrentibus deducta fuit per Rota decis. 472. num. 8. vers. verum etiam 1. part. dicta decis. 409. num. 10. & plenius dicta decis. 430. num. 67. & 68. part. 5. & dicta decis. 314. num. 3. part. 6. res. ac in dicta Romana Filiationis, §. Tertia conuincitur.

Tertia ex formæ similitudine probata per testes; summario num. 4. licet ut plurimum fallax de se sola non reuelat, iuncta tamen cum aliis illas corroborat, & adminiculata, ut dicit Rota dicta decis. 314. num. 10. part. 6. recent.

Quarta deprompta ex aliis pluribus testibus concludentibus Olympiam è statu meretricio transitum fecisse ad concubinatum cum solo Horatio, quodque tempore conceptionis, & natiuitatis Francisci ad illam nemo habebat accessum præter ipsum Horatium, qui eam domi ab eodem conductæ, & sitæ è conspectu propriæ habitationis ad meliorem illius custodiam amore maritali retinebat, ibique alimenta, & alia necessaria dietim subministrabat sub spe illam ducendi in uxorem, prout tandem in articulo mortis eam duxit, eodem Summ. num. 9. & 10. Ex quo propterea necessaria resultat iuris præsumptio, quod Franciscus verè sit filius Horatij illam pro concubina retinentis secundum gloss. Magistr. in cap. Michael, de fil. presbyr. quam sequitur Alexand. consil. 157. num. 2. vers. tamen non ita præsumitur, lib. 5. aliique relati in dicta dec. R. P. D. mei Royas §. quinta glicista, idèmq; tenuit Rota dicta decis. 314. num. 14. part. 6. ac admissum fuit in dicta Farfen. Bonorum, §. nam testes. Et licet nonnulli ex præfatis testibus patiantur aliquas exceptiones personales, quia tamen agitur de re, in qua non est ita facile reperire testes omni exceptione maiores, & veritas aliter haberi non potest ad eam probandam admittuntur, testes etiam inhabiles ad text. in cap. veniens il 2. in fin. de testib. & præter adductos in dicta decis. §. nec obstant exceptiones in puncto responsum fuit in supra allegata Romana filiationis coram bon. mem. Pirouano §. fin. & in d. decis. 314. num. 27. part. 6. recent.

Quinta denique resultans ex propriis confessionibus eorumdemmet Lælij, & Octauij Patruorum tam extraiudicialibus, ex quo post mortem Horatij ipsi sollicitè affectarunt Francisci curam, Summar. num. 5. & passi fuerunt ipsum possidere hæreditatem paternam, quæ alias ad eos spectasset: quàm iudicialibus agendo contra eundem Franciscum ut filium, & hæredem Horatij, & contra ipsum obtinendo mandatum executiuum pro debito hæreditario illius, quod deinde exequi curarunt super

Anton. Diana, Pars X.

quadam Domo pariter illius hæreditaria, eiusque pretium consequuti fuerunt, eodem Summ. num. 6. 7. & 8. tanquam omnibus aliis validior, & de se solà sufficiens illum constituit in quasi possessione filiationis contra ipsos Lælium, & Octauium Patruos ita contentes, & illum pro tali denominantes ad text. in l. cum precum, C. de liberal. caus. ut ad propositum tradunt Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. num. 23. Gratian. discept. forens. cap. 653. num. 71. & cap. 734. num. 32. cæterique adducti in dicta decisione §. Quarta, & quæ omnes, & præter ipsos faciunt deducta per Alex. conf. 181. num. 8. lib. 7. Paris. conf. 10. num. 89. cum seqq. lib. 2. Natr. consil. 59. num. 15. lib. 11. Petr. de fideicom. quest. 11. num. 299.

Nec releuat, quod huiusmodi confessiones factæ fuerint in alio iudicio ad alium finem, & effectum quodque fuerint reuocata, & non præiudicent in non dependentibus à voluntate consentientium.

Quia ultra alias responiones datas in dicta decisione R. P. D. mei Royas confessio facta in diuerso iudicio, & ad diuersum effectum, quando proptè hic est adminiculata probat contra consententem in quocunque alio iudicio, & ad quemcumque alium effectum, ut respondit Rota in Romana Fideicom. de Guidis 28. Iunii 1630. coram Eminentissimo D. Cardinali Hieronymo Verospiò in recent. decis. 338. num. 7. part. 6. Et cum confessiones de quibus agitur emanauerint circa actus filiationi proportionabiles, & proprios, ac circa statum personæ Francisci; sintque plures, & geminata variari non potuerunt; l. ingenium cum ibi nosat, ff. de stat. homin. Alexand. consil. 35. num. 13. lib. 7. cum alis per Gratian. discept. forens. cap. 869. num. 16. Minusve reuocari in præiudicium iuris ipsi Francisco acquisiti, gloss. final. in d. cap. per tuas ibique, Felin. num. 14. vers. quia sicut, de probat. Surdus consil. 169. num. 9. Gratian. ubi supra cap. 116. n. 5. cum concordantibus congestis in Auenionen. Alimentorum 28. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Corrado, §. nam assertio, vers. Nec deinde, & §. quoniam assertiones, prout nec reuocata fuerunt, & præsertim ab Octauio, de cuius hæreditate agitur, immò ab utroque effectuatæ per suprascriptam crediti exactorem. Nec dicuntur emissæ circa non dependentia à voluntate consentientium, quia exinde non prætenditur, quod Franciscus efficiatur filius Horatij, sed deducuntur ad effectum probandi veritatem eius filiationis, quod omninò dependet à voluntate consentientis, ipsique præiudicari, ut bene respondetur in altera decis. §. nec obstat quod confessio.

Cæterum iterum DD. dixerunt non obstat depositiones testium pro Lælio examinatorum. Tum quia detecti fuerunt non informati, inuerrisimilia deponunt, conuincuntur de mendacio, & non percutiunt tempus conceptionis, & natiuitatis Francisci; tum etiam quia in concursu cum illis aliis pro Francisco examinatis numero pluribus, melius informati, verisimilia deponentibus, & concludentibus de loco, & tempore, non sunt attendendi, cum magis sit credendum præfatis testibus Francisci tot meliores qualitates habentibus; ut singulas ponderando responsum fuit in dicta decisione §. minus obstat, quod probatio cum quatuor seqq. Ideoque præsertim iunctis supra ponderatis confessionibus, quæ regulariter præualent mille testibus in contrarium examinatis; per ea quæ tradunt Aym. consil. 61. num. 3. vers. Confessio enim, Gabr. de testibus concl. 4. n. 45. bon. mem. Buratt. decis. 117. num. 8.

Pp z Firmata

Firmata igitur filiatione Francisci per subsequens matrimonium inter dictos Horatium, & Olimpiam eius progenitores contractum anno 1621. effectus fuit verè, & propriè legitimus, §. primo Auth. quib. mod. natur. eff. legit. Ial. in l. generaliter, §. cum antem, num. 9. C. de instit. & subst. Rip. in l. si unquam, num. 86. C. de reuoc. donat. Honded. conf. 72. num. 26. lib. 2. Lup. de illegit. comment. 4. §. 3. num. 1. cum seqq. Mant. de coniectur. lib. 11. tit. 12. sub num. 4. Gabr. de legitimat. conclus. 1. num. 18. & seqq. aliique adducti in dicta decis. §. quod verò. Ac habilitatus ad succedendum proinde ac si vsque ab initio ex legitimo matrimonio progenitus fuisset dum nulla causa impedimenti inter ipsos coniuges intercessit, l. nemo quis, vers. Neque enim, C. de natur. lib. Hond. d. consil. 72. num. 27. lib. 2. Itavt proinde ipsi ritè, & rectè concessa fuerit immissio pro medietate hæreditatis dicti Octavij Patru in concursu cum Lælio altero Patruo succedendo in stirpes iure repræsentationis eiusdem Horatij Patris, & respectuè germani fratris præfatorum Octavij, & Lælij iuxta claram dispositionem text. in §. si igitur, Auth. de hæred. ab intest. vt probatur in eadem decis. §. Totâ difficultas.

Ad ea verò, quæ longa serie in contrarium deducta fuerunt, vel plenissimè satisfatum fuit tam in prædicta decisione R. P. D. mei Royas, quam in aliis decisionibus contra Attavantem emanatis coram eodem 29. Maij 1643. & coram R. P. D. meo Meltio 11. Decembris 1648. vel non indigent responsione.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Meltio.

Cusentina Canonicatus.

5. Iunij 1649.

Iosepho de Fera Prouiso Apostolici de Canonicatu, seu Præbenda Metropolitanæ Ecclesiæ Cusentinæ mandatum de manutenendo esse concedendum in illius possessione dixerunt Domini, qui ex publico instrumento celebrato sub die 26. Octobris 1642. apertè constat eum possessionem accepisse de dicto Canonicatu, quod quidem instrumentum possessionis probat quoad omnes iuris effectus, & per consequens etiam sufficit ad effectum manutentionis, dum non demonstratur, quod tunc tempore alius possideret ex doctrina Bart. in l. Prædia, ff. de acquirend. possess. l. non idcirco, vbi Bald. C. de fid. instrum. quam indistinctè Rota sequitur, vt millies dictum fuit, & signanter in decis. 203. num. 3. part. 1. divers. decis. 192. n. 1. part. 1. recent. & fuit resolutum in Elnen. Cameraria 13. Martij 1617. coram bon. mem. Buratto, nec non in Lunen. Sarzanen. beneficij Iunij 1625. coram Durano.

Non obstat, quod postea sub die 30. Ianuarij 1644. Ioannes Dominicus Iannoccarus dicti Canonicatus possessionem acquisierit. Quia stante anteriori possessione Iosephi recentior præsumitur clandestina, & iniusta, & consequenter non manutenibilis ad text. in cap. licet causa, de prob. Bart. in l. 1. §. quod ait, num. 1. & in l. si duo, sub num. 4. ff. vti possid. Seraph. decis. 1106. num. 2. Rota decis. 130. num. 5. part. 7. recent.

Et licet possessio dicti Ioannis Dominici iusta

prætendatur ex quo capta fuit in vin Gratia Apostolicæ certo modo obtentæ, & vigore decreti Iudicis Executoris, quæ propterea videtur dici non posse spoliatiua, iuxta gloss. in cap. præsertim verb. in aliam in fin. 7. quest. 1. cap. intra quatuor de maior. & obed. Gemin. consil. 112. Grauert. conf. 5. n. 8. cum aliis quos congerunt Gabr. conclus. 1. num. 123. de restit. spoliat. & Menoch. de recuper. poss. rem. 8. num. 3. Tamen quia Exequutor nulliter, & iniuste processit, nequaquam dici potest quod priuauerit Iosephum sua possessione, adeo vt ipse non obstante dicti Io. Dominici immissione, sit manutenendus, vt per DD. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. possess. Rot. decis. 539. num. 5. part. 3. recent. & decis. 233. num. 20. decis. 366. num. 1. & seq. & decis. 417. num. 2. coram bon. mem. Coccino Gregor. XV. decis. 9. num. 4.

Nullitas autem ex eo resultat, quia dum ab Exequutore Apostolico tradita fuit possessio d. Canonici ipsi Io. Dominico, citatus non fuit Ioseph, provt requirebatur, cum in illius possessione reperiretur, certum est enim nullam possessionis auocationem fieri posse, nisi possessore citato ad text. in l. fin. C. si per vim, vel alio modo, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Roman. conf. 69. num. 12. Alex. consil. 5. num. 1. vers. non constat lib. 2. & præsertim de Exequutore litterarum Apostolicarum, vt partes Iudicis assumere teneatur alio existente in possessione, declarat Felin. in cap. fin. num. 24. & ibi communiter DD. de præsumpt. Rota in nou. decis. 30. de resc. & decis. 202. in princ. part. 1. divers. Ita vt aliquid facere non possit, nisi parte citata text. est satis clarus in l. de vnoquoque, ff. de iudic. Rota in causa Tirason. elemosynaria 28. Ianuarij 1602. coram Card. Lancelloto Iuniore, Ripana beneficij 12. Februarij 1599. coram Iusto, & in Mediolan. beneficij 16. Nouembris 1611. coram Vbaldo, quod fortius procedit in hac facti contingentia, quia Exequutor fuit mixtus stante clausula in litteris Apostolicis apposita, vocatis vocandis, quæ facit semper executorem mixtum, & propterea tenebatur tanto magis partes Iudicis assumere, & citare Iosephum iam possidentem ad text. in cap. licet. Episcop. & ibi gloss. verb. se non vocato, de prob. in 6. cap. exhibita. de iudic. Oldrad. consil. 22. num. 2. Calderin. conf. 4. de dilat. Felin. in cap. fin. num. 23. & seq. de præsumpt. cum aliis relatis per Rot. decis. 538. num. 6. part. 5. recent. tom. 2.

Non sufficit quod Iannoccarus prætendat dictum Iosephum fuisse citatum, quia hoc non probatur, præterquam ex sola asserriua emanata in Iudicis sententia, & tamen Iudici de hoc asserenti, & quod adhibita fuerit causæ cognitio, ac seruata fuerint solemnitates, quæ solent, & debent obseruari, fides non est adhibenda, cum super his conscribi soleant separatæ scripturæ, vt bene explicat Menoch. consil. 339. sub num. 28. Præterea constare etiam deberet de modo quo ista citatio facta fuit, videlicet, an fuerit personalis, vel per edictum, & si per edictum an seruata fuerint requisita de quibus per Vestr. in prax. lib. 4. cap. 3. num. 4. Pal. in prax. tom. 2. fol. 15. col. 3. num. 11. Rot. decis. 104. num. 10. part. 6. recent. & præcesserit citatio personalis, quæ omninò requiritur, ex text. in Clem. 2. de re iudicata. Seraphin. decis. 1276. num. 4. aded vt ille, qui nunquam fuit personaliter citatus, citari neque possit per contradicta Put. decis. 109. lib. 2. cum aliis per Cardinal. Caualer. decis. 410. num. 2. Nec refert quod dici possit Iosephum fuisse absentem, quia nihilominus citari personaliter debuit eo in loco, in quo reperiebatur, vt post Imol. consil. 105. col. 1. Rota apud Caputaq. decis. 11. num. 3. part. 1. Dec. consil. 460. num. 29. vel

vel saltem in Domo suae solitae habitationis, & ad valuas Ecclesiae Cathedralis in qua est Canonicatus controuersus, iuxta dispositionem *tex. in Clem. causa 3. de election.* cuius formam esse praecise seruandam ad effectum ut absens sua possessione priuatur, firmavit Rota in *Rossanen. Parochialis 14. Iunij 1645. sub §. nullitas coram, R.P.D. meo Orhobono.* Vltra quod etiam si constaret de citatione per Edictum in loco Beneficij, in hoc casu non officeret, quia dictus Iannocarus impetrauit Canonicatum sub narratiua quod Ioseph in Vrbe reperiebatur, à qua discedere noluerat, vnde optimè sciebat vbi ille morabatur, & propterea in eadem Vrbe citari debebat, prout fuerat demandatum in ipsis litteris Apostolicis eiusdem Iannocari ibi citato dicto Iosepho.

Atque ita cum de legitima citatione non constet, & paria sint aliquid non fuisse legitime factum, & non fuisse factum, *l. nihil interest, ff. de reg. iur. ex huius citationis defectu non fuit priuatus Ioseph sua possessione, qua stante non est ei deneganda manutentio ex vulgato §. retinenda insti. de interd. cum concord.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

DECISIO.

SACRAE ROTAE ROMANAE
Coram R. P. D. Corro.

In Causa Caesaraugustana Distributionum.

Luna 7. Iunij 1649.

Reditus Ecclesiae Caesaraugustanae, dum olim ipsa existeret in statu Regulari Ordinis Sancti Augustini, in vnicam dumtaxat bursam, seu massam communem reponebantur, & de ipsis participabant tam Canonici, quam Portionarij, caeterique Beneficiati, ea tamen forma, ut Canonici integram, Portionarij verò dimidiam portionem pro distributionibus quotidianis, diurnis, ac nocturnis reciperent. Verum Clemens Octauus san. mem. anno 1604. ad preces Philippi Secundi, tunc temporis Hispaniarum Regis eandem Ecclesiam secularizauit, ac numerum Canonicorum ad vnum dumtaxat redactum ad viginti quatuor auxit, quorum contemplatione, & vtilitate novos redditus antiquae massae applicauit, nouamque massam ex illis pro ipsorum tantummodo commoditate fieri mandauit, addito, quod deductis prius oneribus omnes praefati Canonici de fructibus dictae nouae massae aequis portionibus, & indifferenter participare deberent, sine tamen prauiudicio Portionariorum, aliorumque participantium de distributionibus, & aliis fructibus ad antiquam massam haecenus spectantibus; Et insuper pro prospero, & felici statu, ac regimine ipsius Ecclesiae, & pacifica perceptione, diuisione, & repartitione distributionum, Annuariorum, Eleemosynarum, aliorumque emolumentorum concessit Capitulo plenam, & totalem facultatem condendi Statuta, licita tamen, & honesta, nec Sacris Canonibus, decretis Concilij Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis non contraria per Nuncium Apostolicum, vel Archiepiscopum Caesaraugustanum examinanda, & approbanda. Cuius quidem facultatis vigore, ad tollendas omnes differentias super huiusmodi diuisione, & repartitione oriundas, conditum fuit anno 1607.

Anton. Diana, Pars X.

à Procuratoribus Capituli solemniter constitutis, quoddam statutum mandans, quod ex nouis redditibus Capitulo applicatis in dicta Bulla secularizationis, tantum adderetur Bursae communi, ut Decanus, & Dignitates, ac singuli Canonici regalia sex, Portionarij verò, & beneficiati participantes regalia tria pro distributionibus quotidianis, horis diurnis consequerentur. Et huiusmodi Statutum successiue à bo. me. Cardinale Mellino, tunc temporis Hispaniarum Nuncio auctoritate Apostolica examinatum, & confirmatum fuit, atque Capitulariter à Canonicis acceptatum, & obseruatum vsque ad annum 1611. quoad huiusmodi praestationem se se amplius non teneri dixerunt. Vnde introducta desuper lite, & terminato Iudicio possessorio ad fauorem Portionariorum ceptum fuit petitorium, in quo editis tribus decisionibus, 3. Decembris 1640. 22. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Cardin. Panzirolo, & 21. Maij. 1642. coram Reuerendiss. D. Salamantino, latae fuerunt duae sententiae conformes declarantes Capitulum teneri praedictum Statutum seruare, & iuxta illius formam, singulis annis supplere in bursa communi tantam quantitatem, quae sufficiat pro dictis tribus regalibus vnicuique Portionario singulis diebus praestandis; sed causa per appellationem mihi delata, proposui discutendum, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & confirmandum esse post quartam disputationem Domini responderunt; Quia non reuocata in dubium illius validitate, Iustitia conuincitur ex lectura ipsius Statuti ad litteram disponentis circa distributionum repartitionem iuxta modum in eadem sententia expressum; Praefatum enim Statutum, cum clarè, & specificè loquatur, ad vnguem seruari debet, nec ab illius expressa dispositione recedere licet, ad *tex. in l. Ancilla, ibique Gloss. ff. de ferr. & in l. Constitutionibus, ff. de municipal. Bald. in l. Gallus §. si eius, in secundo notab. ff. de liber. & postum.* alique relati in prima decisione Eminent. D. Card. Panziroli, §. Cum autem circa finem, & in decisione coram Reuerend. D. Salamantino, §. sed quia. Praesertim cum emanauerit de patrum consensu, à Nuncio Apostolico in amplissima forma fuerit confirmatum, & à Capitulo per plures annos executioni demandatum, ex quibus proinde transiit in contractum, & effectum fuit Papale, ita ut per consequens in perpetuum veniat obseruandum, ex plene probatis in omnibus supra dictis Decisionibus.

Nec subsistit, quod in pluribus aduersetur dictae Bullae secularizationis Clementis Octauae.

Prima enim contrarietas ex eo desumpta, quod redditus Beneficiorum suppressorum ex forma ipsius Bullae ponendi essent in massa noua ad commodum dumtaxat, & vtilitatem Canonicorum nouiter erectorum, & nihilominus Statutum illos poni mandauerit in massa veteri, ac ad illorum participationem admiserit etiam Portionarios. Tollitur penitus animaduertendo, quod cum summus ille Pontifex in dicta Bulla num. 58. admiserit Canonicos nouiter erectos ad participationem fructuum mensae Capitularis, seu massae antiquae sine prauiudicio Portionariorum de fructibus ad eandem mensam haecenus spectantibus Participantium, ibi, *omnes Canonici praefati de fructibus dictae mensae Capitularis aequis portionibus, & indifferenter, sine tamen dicti Gabrielis, ac Portionariorum, & aliorum de portionibus mensatis nuncupatis praedictis, nec non aliis fructibus ad eandem mensam haecenus*

R p 3 haecenus

hactenus spectantibus, & pertinentibus participantium &c. præiudicio participant, &c. Ex huiusmodi verò Canonorum admissione Portionarij maximum damnum, & præiudicium passi fuerint, cum exinde antiqua ipsorum portio summo tempore diminueretur. Vtique ad consulendum eorum indemnitati omnis æquitas suadebat, quod ipsi admitti deberent ad aliquam participationem massæ nouæ, ne contra mentem Pontificis ex dicta clausula, *sine præiudicio*, satis apertè declaratam, ipsi remanerent in damno, & euidentis præiudicium sentirent, vt optimè ponderatur in prima decisione Eminentiissimi D. Cardinalis Panziroli, §. *Ex hoc etiam*, & in decisione Reuerendiss. D. Salmantini, §. *Participatio verò cum seqq.*

Maximè cum in eadem Bulla *sub num. 107.* expressè tribuatur Capitulo facultas condendi quæcumque statuta super perceptione, diuisione, & repartitione omnium fructuum, & distributionum etiam quotidianarum à Nuncio vel Archiepiscopo examinanda, & approbanda pro scælici, & prospero huius Ecclesiæ gubernio; vnde cum statuta admissio Portionariorum ad participationem Massæ nouæ dicatur repartitio fructuum facta pro bono gubernio, & regimine iuxta Bullæ permissionem, nullatenus dici valet Statutum huiusmodi esse illi contrarium, & consequenter clausulæ generales, quibus eadem Bulla munita reperitur, multò minus obstare videntur, vt benè responderetur in dicta decisione D. Cardinalis Panziroli *dictos. & ex hoc vers. Præsertim cum per eam*, & in dicta decisione D. Salmantini §. *Ad eo quod statutum.*

Nec obstat, quod per dictum argumentum Canonorum numerum viginti quatuor non excedens nullum illatum fuerit Portionariis præiudicium considerabile, cum in statu irregularitatis Ecclesiæ, de qua agitur, esset receptitia, & aliquando in ipsa quinquaginta Canonici extiterint.

Quia cum inter partes non controuertatur tempore Bullæ sæcularizationis in dicta Ecclesia vnicum tantummodo extitisse Canonicum, maximum proinde præiudicium Portionariis illatum fuit, dum ad participationem Massæ antiquæ, de qua vnicus dumtaxat Canonicus tunc temporis existens participabat, viginti quatuor nouiter in eadem Bulla iustituti admittebantur, & consequenter, cum regulariter in Gratiis Apostolicis tempus datæ attendi debeat *cap. eam te, ibique Gloss. vebr. datam, & Felin. num. 18. de resc. cap. si eo tempore eodem sit. in 6. Rot. in recent. decis. 387. n. 16. part. 5. & decis. 99. num. 2. & 3. part. 7. & coram Card. Causal. decis. 196. n. 1. versic. Quia ad hunc effectum, præsertim vbi agitur, prout hic, de præiudicio tertij, vt ad propositum dictum fuit coram eodem Card. Causal. decis. 46. num. 4.* Præiudicium Portionariorum ob huiusmodi augmentum fuisse euidentissimum inficiari non potest, & propterea per dictam clausulam præseruatum censetur, vt ratiocinatur dicta decisio D. Salmantini, §. *Absque quod valeat.* Licet enim huiusmodi clausula, *sine præiudicio*, nihil de nouo tribuat, Ius tamen prius inhærens (quod in casu nostro verificatur in perceptione fructuum Massæ antiquæ cum participatione vnici dumtaxat Canonici) totaliter præseruat *Caput. decis. 119. part. 1. Put. decis. 113. lib. 2. in correct. Card. Seraph. decis. 144. n. 6.* cum aliis in dicta prima decisione D. Cardinalis Panziroli, §. *Et ex hoc etiam tollitur*, ac dictum fuit in Ariminen. Castrorum 14. February 1742. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Ponderando insuper, quod numerus Canonico-

rum de tempore præfatæ sæcularizationis ad vnicam dumtaxat reductus fuerat, quia facultates, & redditus mensæ Capitularis, seu Massæ antiquæ pro maiori quantitate nullatenus suppetebant, vt euidenter demonstrat additio dictorum viginti quatuor nouiter erectorum facta in dicta Bulla præuia assignatione, & distinctione nouarum facultatum; Stante enim huiusmodi reddituum insufficientia Portionarij, & Beneficiarij compelli non poterant ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonorum demortuorum, & illi validè se se opponere poterant, vt probant Abb. in *cap. ex part. num. 4. ibique Imol. num. 10. vers. in eadem gloss. de concess. præbend. Modern. Roman. de re benefic. lib. 1. quest. 14. sub num. 19. vers. tamen intelligitur, & num. 21. cum sequent.* Cardin. Mantic. *decis. 229. num. 3.* Vnde multò minùs refragari potest, quod retroactis temporibus huiusmodi Ecclesiæ fuerit receptitia quinquaginta Canonorum, dum de tempore dictæ sæcularizationis ob præfatam reddituum insufficientiam vltior Canonorum electio fieri non poterat in præiudicium Portionariorum, aliorumque Beneficiatorum, & consequenter eo magis clausula præseruatiua operari debet effectum suum supra ductum.

Secunda contrarietas ex eo, quod statutum faciat æquales Dignitates cum Canonicis, quæ tamen per dictam Bullam erant exclusæ tam in statu regulari, quàm sæculari; non spectat ad præsentem quæstionem cum Portionariis agitaram, idèd Domini dixerunt fore examinandum cum ipsismet Dignitatibus.

Tertia denique deprompta ex quo idem Statutum confectum fuit à Capitulo absque interuentu Archiepiscopi contra formam tam Sacri Concilij Tridentini *sess. 21. cap. 3. & sess. 22. pariter cap. 3. de reformat.* quàm ipsiusmet Bullæ *sub num. 78.* remouetur ponderando, quod erectio nouæ bursæ, & repartitio fructuum ac distributionum sunt duo actus penitus inter se distincti, & separati. Quorum primus per Sacrum Concilium locis allegatis, & Bullam *dicto num. 78.* ipsi Archiepiscopo demandatur; Secundus verò concernens repartitionem fructuum, & distributionum non comprehenditur sub Concilio, sed ex forma dictæ Bullæ *sub num. 107.* Capitulo commissus fuit, cum examine tamen, & approbatione Nuncij Apostolici, vel Archiepiscopi Cæsarugustani. Vnde cum statutum, de quo agitur, non loquatur, nec versetur super primo actu, scilicet erectionis nouæ bursæ, sed super secundo repartitionis fructuum, & solemniter per Nuncium fuerit examinatum, & approbatum, (vt toties dictum est) Vtique tantum abest, quod videatur dictæ Bullæ contrarium, quinimò totaliter est ipsi conforme tamquam præcisè confectum, iuxta formam ab ipsa præscriptam, vt responderetur in omnibus prædictis decisionibus.

Nec subsistit, quod præfatum Statutum reuocari potuerit, prout de facto fuerit reuocatum.

Quia cum Capitulum non habeat facultatem statuendi, vel statuta immutandi, nisi accedente Auctoritate Apostolica mediantibus prædictis examine, & approbatione Nuncij, vel Archiepiscopi; Statutum verò, de quo agitur (vt sæpiùs dictum fuit) per Nuncium tunc temporis Hispaniarum auctoritate Apostolica examinatum, & confirmatum fuerit. Vtique tolli non potuit, nec aliter statuendo reuocari eadem Apostolica solemnè confirmatione non intercedente ex theoric. Barr. in *Lomues populi num. 33.*

num. 33. vers. *Aut non poterat facere ff. de instis. & iur.* quem sequutus fuit Abb. *conf. 25. num. 25. part. 2. & comprobavit Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 538. num. 1. vers. tamen non habet, in recent. decis. 104. sub num. 2. vers. maxime cum ab huiusmodi part. 3. & decis. 87. num. 3. part. 7. & dictum fuit in dicta decisione Eminentissimi D. Cardinalis Panzioli, §. Nec videtur. Ultra quod asserta reuocatio tanquam notorie nulla, & attentata præuiis duabus decisionibus coram me editis 17. Februarij, & 26. Iunij 1645. reuocata fuit, & pro illius reuocatione præuia altera decisione sub die 25. Maij 1646. ad Censuram, & declaratoriam relaxationem processam ob duritiam Capituli mandatis Rotalibus parere recusantis.*

Cæterum repetita fructuum diminutio penitus sublata fuit in omnibus aliis præcedentibus decisionibus, & signanter ex quo non solum vnquam iustificata non fuit, sed plenè elisa ex libris eiusdem Capituli, & relationibus Peritorum, ex quibus apparuit redditus huius Ecclesiæ à dicto anno 1607. potius fuisse auctos, quàm diminutos. Quinimò suffragari non potest, dum ex forma dicti Statuti Capitulum supplere tenetur in bursa communi, quidquid necesse erit pro solutione dictorum trium regalium, vbi responderetur in decisione D. Salmantini §. finali.

Atque ita resolutum fuit vtraque parte trina vice informante, hodie verò Portionarij tantum, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Arguelles.

In Causa Pampilonen Decimarum de Verastegui.

Mercurij xij. Iunij 1649.

Integras Decimas loci de Verastegui spectare ad Rectorem, & Beneficiatos Patrochialis eiusdem loci per tres sententias conformes fuit decisum contra D. Graziam de Verastegui, & vigore trium conformium, reique iudicatæ etiam Executoriales fuerunt expeditæ, exequutæ, reproductæ, atque seruati contra eundem quatuor termini, iuxta stylum Rotæ ad docen. se paruissè, de quibus Felin. *in cap. Rodolphus num. 41. de rescript. Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 19. vers. Termini autem &c. Rot. decis. 254. num. 3. part. 6. rec.* Cumque pro parte Garziæ non fuerit doctum de partitione, visum fuit Dominis contra eum relaxan. declaratoriam, Marian. Soccin. *in cap. Nulli num. 7. de sent. excomm. Abb. in cap. 1. n. 10. de indic. Cassad. dec. 5. num. 7. de constit. Mohedan decis. 1. alias 147. de sent. excom. Achill. dec. 5. num. 2. eodem tit. Mantie. decis. 74. num. 1. Seraph decis. 1113. num. 3. Buratt. decis. 17. num. 1. & decis. 725. n. eod. & vtrobiq. Adde. Rota decis. 445. num. 4. part. 2. rec. 478. per tot. ead. part. 2. Toletana Canonatus 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono, & Trullen. Prioratus 28. Iunij, ac Bonen. Abb. 10. Nouembris. 1645. coram me.*

Quia seruatis supradietis terminis probata dicitur negatiua non partitionis eo ipso quod per alteram Partem non probatur affirmatiua, yt bene Serach d. decis. 1113. num. 3. vers. satis dicitur constare &c. dicta Tolerata Canonatus 18. Iunij 1646. & in Asten. Pensionis 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Otthobono, vbi aliz cumulantur.

Non attento quod Executoriales D. Garziæ intimatæ non fuerint personaliter, provt debuissè di-

cunt Innoc. *in cap. final. num. 5. vers. Alias autem &c. de eo qui mitti in poss. Felin. in cap. Cum sit Romana, num. de appell. Roman. conf. 482. num. 2. Rot. decis. 208. num. 15. part. recent.*

Quia cum dolosè latitauerit ad effectum impediendæ intimationis personalis, sufficiens visa fuit intimatio facta Matri, aliisque Garziæ affinibus, ac insuper domi, atque per Edictum ad valuas Ecclesiarum, Felin. *vbi proxime num. 20. vers. Decimo nota, &c. Vitalin. in clementina 1. in fine, de foro competen. Cauarr. in cap. Alma. Mater part. 1. §. Nota &c. Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 9. Glossa 2. num. 4. Speculat. in tit. de contum. §. 1. in princ. cum pluribus per Modern. Casanaten. de citat. tom. 2. cap. 11. sub n. 259. vers. Declara tertio quando quis excommunicandus dolo latitat, &c. & per Crescen. decis. 8. alias 151. n. 1. & 2. de sent. & re iudic. quæ solis exceptis nominibus tota loquitur in nostris terminis.*

Quod autem D. Garziæ, & dolosè latitauerit, & malitiosè se absentauerit ad hunc effectum impediendæ intimationis personalis constat ex pluribus diligentibus per Nuncium sæpè factis de eo reperiendo in locis Verastegui, Amezqueta, Lecunza, & Villareal, ac in Domibus propria, & affinium, cui Nuncio vti attestanti de re suum officium concernent standum esse nequit Put. decis. 187. lib. 3. Seraph decis. 1223. num. 3. vers. Cursori vero, seu Nuncio de diligentibus, &c. Caputaq. decis. 254. alias 3. part. 2. recent. 212. num. 2. part. 2. Buratt. decis. 789. num. 1. & 2. ibique Adde. littera A. vers. Nuncio attestanti, &c. vbi plures refert ad effectum declaratoriam.

Procliuiores etiam in hanc sententiam iuerunt Domini ob recusum habitos ab Curiam Regiam pro impediendâ executione dd. Executorialium qui recursus præsumuntur facti ad instantiam D. Garziæ, cuius intererat impedimentum cap. Constitutio il. 1. de testib. Seraph. decis. 1094. num. 1. & 2. recent. decis. 404. num. 3. part. 5. & decis. 309. num. eodem part. 7. qui propterea ob recursus illaqueauit se etiam in censuris Bullæ Cœnæ Domini, cap. Exceptionem 12. de exempt. Clement. 1. eod. tit. Buratt. decis. 536. num. 1. recent. 291. num. 6. part. 2. vbi quod recursus præsumuntur facti ab habente interesse Toletana augmenti seruicij 26. Aprilis 1638. coram Reuerendiss. D. meo Dunozet Decano, & Barbastren. Decimarum 25. Iunij 1604. coram Reuerendissimo D. meo Carillo Episcopo. Salamantino.

Et ita, &c. vnica, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Cerro.

Romana Dotis.

Veneris 18. Iunij 1649.

Nupsit prius Clarix Castaccia Lucæ de Baronibus, ipsoque defuncto superstite Lucretiæ communi filia iterum, & secundo nupsit Ioan. Baptistæ Balestræ constituta dote scutorum bismille, ac deinde condidit testamentum, in quo suos hæredes instituit eius Ventrem, omnesque alios filios, tam masculos, quàm fœminas nascituros ex ipsa, & d. Ioan. Baptista secundo viro, illisque non extantibus in vniuersa hæreditate vulgariter, & pupillariter, & per fidei commissum eundem secundum virum substituit.

Obiicit postmodum ipsa Clarix, & vigore præfari testamenti

testamenti Ioan. Baptista Viêtricus omnia sua bona occupavit : Nuperrimè verò decessit etiam Lucretia, instituta sibi vniuersali hærede Camilla Pellegrina eius filia, quæ productis coram A. C. instrumentis promissionis, & solutionis dictæ dotis, iudicium introduxit contra ipsum Ioan. Baptistam, seruatisque seruandis; ac legitimatis personis duo mandata executiua obtinuit, alterum scilicet pro tertia parte dd. scutor 2000. ratione legitimæ sibi de iure debitæ, alterum verò pro alia tertia parte iure coequalis successionis cum ipso Viêtrino, à quibus interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula *si quid exequendum*, dubitauit an mandata A. C. essent exequenda, & omnia illorum validitate, quæ non controuertitur, tota difficultas restricta fuit ad iustitiam, quia Ioann. Baptista principaliter opponebat, quod Camilla nullam haberet actionem petendi restitutionem dictæ dotis uti hæres ab intestato Claricis, ex quo ipsa decessit cum testamento, cuius causa facit cessare causam intestati *l. antequam, C. comm. de success. l. quando potest ex testamento. ff. de acquir. hered. l. 1. C. de secund. tabul.*

Sed te bene perpensa Domini hoc minimè obstante resolverunt mandata A. C. fore exequenda ex aperta dispositione text. *in l. hac adictal. C. de secund. nupt.* ubi cauetur mulierem secundo, vel vltiori viro nullo libertatis titulo, siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem in testamento, vel codicillis posse plus relinquere, quam vni ex filiis primi matrimonij, & si secur fuerit, prius deducendam esse integram legitimam pro filiis dicti prioris matrimonij, deinde verò residuum inter eosdem filios, & Viêtricum æqualiter diuidendum: Ideoque dum Clarix in omnibus suis bonis Viêtricum substituit, utique illud plus, quod in fraudem dictæ legis relictum fuit, pro non scripto habetur & Camillæ eius nepti competit primo loco detractio integræ legitimæ, deinde verò coequalis portio remanentis hæreditatis, vt etiam non minus clarè disponitur in Auth. *de nupt. §. optimè collat. 4.* & hanc sententiam tanquam veriorem, & æquioram sequuntur Bald. *in d. l. hac adictali num. 20. & in l. unica num. 10. ibique Bart. num. 2. & Castr. num. 4. C. de inoff. dot. Ripa in l. quartam num. 219. ff. ad leg. falcid. idem Bald. conf. 22. num. 1. lib. 5. Castr. conf. 250. sub num. 1. vers. vtrum saltem part. 2. Dec. conf. 245. num. 2. & 3. Roland. vers. 29. num. 11. lib. 4. Rim. iun. conf. 311. num. 15. & conf. 333. num. 3. Aym. conf. 142. n. 4. & conf. 194. num. 1. Ruin. conf. 94. num. 5. vers. quod autem lib. 5. Cephal. conf. 421. num. 6. & 20. vsque ad fin. Surd. conf. 237. n. 11. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. tom. 4. num. 59. Fachin. contr. iur. lib. 3. cap. 70. vers. fundamentum est dum seqq. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 5. sub. num. 34. ver. secunda pæna. Gratian. discept. for. cap. 463. num. 1. & amplexa fuit Rot. coram Crescent. decis. 4. ad fin. de testam. aliisque antiquioribus omnis in Romana legati 27. Martij 1634. §. alterum fundamentum, & Romana quarti dotalis 15. Decemb. eiusdem anni, & 15. Maij 1635. coram Eminentiss. Dom. Card. Gieronymo Verospio, in Fauentina dotis, seu successionis 21. Febr. 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Vrbenesana restitutionis dotis 6. Febr. 14. Decemb. 1640. coram bon. me Merlino, 30. Ianuar. 1642. coram R. P. D. meo Royas, & 4. Febr. 1643. coram R. P. D. meo Pentingerio in Romana successionis 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Conrado, & in Bonon. successionis 15. Martij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Itaque etiam si Ioan. Baptista Viêtricus non fuerit institutus, sed tantummodo propriis filiis substitu-

tus, quia nihilominus locum habet dispositio *d. legis*, cum totalis ordinatio præfati testamenti facta censetur eius contemplatione animo illam fraudandi, per text. *in l. Sulpitium vers. si color. ff. de donat. int. vir. & uxor. Eugen. conf. 1. num. 31. lib. 2. & alij ad propositum relati in dict. Romana successione 14. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Conrado, §. quia contraria, vers. deinde fuit. Eoque magis in casu nostro, quo Viêtricus solus superstes tempore mortis vxoris in vim vulgaris vniuersam apprehendit hæreditatem, quo fit, vt perinde habeatur, ac si fuisset hæres institutus, cum substitutus per vulgarem testatori directè succedere dicatur per ea, quæ tradit Fufar. *de sustit. quest. 22. num. 1.**

Nec refert, quod Lucretia de præfata materna dispositione nunquam conquesta fuerit, & proinde ius dicendi de illius nullitate, vt potè introductum ob iniuriam, ipsius morte extinctum remanserit, nec transmissum fuerit ad Camillam eius hæredem, vt in simili dixit Rota *decis. 223. num. 7. 8. & 9. part. 5. recent.*

Quia huiusmodi conclusio nonnullas patitur limitationes, quarum duæ applicantur casui nostro; altera scilicet quod non procedat, quando filius decedit, prout hic, condito testamento, cum in hoc casu dictum ius ad eius hæredes omninò transmittat, vt distinguendo firmat Bolognin. *in addit. ad Mattheslan. de success. ab intest. art. 2. num. 23. inter tract. magn. to. 8. p. 1. fol. mihi 326. Gabr. de secund. nupt. concl. 3. num. 31. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quest. 2. num. 13. cum dub. seqq.* Altera verò quod procedat tantummodo in hæredibus extraneis, non autem, prout hic, in filiis, & descendantibus, in quibus transmissionem dicti iuris fieri ipso iure etiam ab intestato, defendunt in terminis *d. l. hac adictali Aym. d. conf. 142. num. 2. Cancr. var. resol. lib. 3. tit. de inuent. cap. 4. num. 195. cum seqq. Gabr. ubi supra concl. 4. n. 49. Trentacinq. d. resol. 5. sub n. 34. vers. septimo iud. compet. l. 3. modern. Venet. de transmiss. c. 13. n. 2. cū seqq.*

Et cessat difficultas quia *textus in d. l. hac adictali, & in d. §. optimè*, non loquitur solum de filiis, sed etiam de nepotibus, & neptibus, pronepotibus, & proneptibus ex utroque sexu progenitis, vt *in d. l. vers. quam obseruationem, & in d. §. vers. hoc idem obseruando.* Ac proinde dum Camilla est filia Lucretiæ, & sic neptis Claricis testatricis, vt falsus fuit ipsemet Balestra in positionibus per eum productis *summ. num. 4.* quæ contra ipsum faciunt plenam probationem, vt dictum fuit *in Arboren. pensionis 1. Iulij 1647. coram Reuerendiss. D. Terracin. §. hac autem.* Utique nulla indiget transmissione, sed etiam ex persona propria iuuatur dispositione dicti textus, & consequenter dictas duas portiones Auitæ hæreditatis consequi debet, nedum tanquam hæres Lucretiæ, sed etiam tanquam neptis testatricis in dicta legali dispositione explicitè comprehensa, & primum gradum successionis obtinens, vt bene adimaduertunt Bertran. *in receptione d. l. hac adictali in d. vers. quam obseruationem num. 4. Ruin. conf. 8. num. 4. vers. & primo lib. 5. Fontanell. ubi supra d. clausul. 5. gloss. 8. part. 4. num. 53. Molfes. ad consuetud. Neap. part. 3. quest. 18. num. 1. & per tot. Cancr. ver. resol. d. cap. 2. num. 197. de rit. nupt. lib. 3. quest. 35. num. 12. Surd. decis. 73. num. 10. cum aliis in puncto allegatis in d. Bononien. successionis 15. Martij 1647. coram R. P. D. meo Bichio: §. pro cuius dubij resolutione cum seqq.*

Ideoque non releuat, quod ex longi temporis cursu cum subsequuta taciturnitate eiusdem Lucretiæ, vel huiusmodi actio præscripta fuerit, vel saltem inducta videatur tacita præfate iniuriæ remissio
Præscriptio

Præscripto enim allegari non potest, quia à die obitus Claricis sequuti *mensè Februarij 1621. vsque ad mortem Lucretiæ defunctæ mensè Maij 1647. summ. num. 2. non intercessit cursus 300. annorum ad præscribendum huiusmodi actiones necessarius l. licet C. de iur. deliber. l. sicut, & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annor. Rolan. cons. 21. num. 45. lib. 2.*

Tacita verò remissio multò minus deduci valet, tum quia non constat illam habuisse explicatam notitiam dictæ nullitatis, quæ non probatur ex sola intimatione testamenti, vt latè dixit Rota in Romana de Marescottis 20. Martij 1615. coram bon. mem. Card. Sacrato in recent. decis. 662. num. 3. part. 2. Tum quia taciturnitas etiam cum sententia non sufficit vt exinde dicta iniuria censeatur remissa per ea quæ tradit modern. Venet. ubi supra d. cap. 13. sub num. 11. vers. quibus tamen non obstantibus vsque in fin. cum aliis per Add. ad bon. mem. Burrat. decis. 82. littera E. Eoque minus cum Lucretia tanquam mulier illam nec expressè remittere potuerit absque solemnitatibus statutariis, vt dixit Rot. coram bo. me Burrat. d. decis. 82. num. 13. Tum deinde quia ipsa dicta intimatione expressè opposuit generalia contra, quæ sanè oppositio non solum excludit eius consensum, sed apertum dissensum, & contradictionem ostendit, ac præseruat ius excipiendi quodcumque Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 81. num. 10. Caputaq. decis. 323. part. 1. Rota in recent. decis. 91. num. 15. part. 6. Quæ tantò magis procedunt ad fauorem Camillæ, cum ipsa non prius obtinuerit gradum primæ successio- nis, nec prius agere potuerit, quam post obitum dictæ Lucretiæ sequutum d. anno 1647. & sic ab inde circa contra ipsam nullum tempus præscriptionis, nec aliqua taciturnitas allegari potest, cum ferè in continenti iudicium coram A. C. introduxerit.

Decisiones denique emanatas in causa Romana domus 4. Maij 1647. coram. R. P. D. meo Melsio, in quibus deducitur validitas testamenti, de quo agitur, Dixerunt Domini non applicari casuj nostro, quia emanarunt inter diuersas personas, ad diuersum effectum, & super diuerso articulo.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Orthobono.

Toletana Decimarum.

Lunæ xxxij. Iunij 1649.

PRO Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardi- nali Archiepiscopo Toletano fuit resolutum esse illi dandum mandatum de manutenendo exigendi Decimas super bonis Patrimonialibus Gundifalui Muñiz, seu Muñoz Loaysa, y Treuiño Equitis de Calatraua; quia possessio D. Archiepiscopi exigendi Decimas ex fructibus Prædiorum, ac bonorum Patrimonialium dicti Gundifalui; probatur ex pluribus Testibus deponentibus Auum, & Patrem Gundifalui, de eisdem bonis soluisse Decimas Arrendatariis D. Archiepiscopi, atque aliis ministris, & vterius concludunt solutionem continuatam vsque ad annum 1634. & 1635. vt in Summ. num. 1. Hac igitur possessione attenda iure merito D. Archiepiscopus possessor in ea est manutenendus §. retinenda insit. de interd. l. 1. ff. vbi possid. Rota in Hispanem Decimarum 27. Iunij 1644. in princip. coram R. P. D. meo Corrado, & in Toletana decimarum 15.

Iunij anni præteriti §. etenim possessio coram R. P. D. meo Celso.

Neque obstat, quod Gundifaluis, & alij Equites de Calatraua cor fuerint non persoluere Decimas de eorum bonis Patrimonialibus; vt conantur probare Testes pro Equite examinati, & relati in Summario D. Archiepiscopi num. 2. quia Testes non concludunt negatiuam, provt deberent videlicet, quod solutio fieri non potuisset, quin ipsi vidissent, & sciuisent, Barr. in l. 1. hoc interdicto num. 8. ff. de itinere, actuque priuato. Rota coram Canal. decis. 417. num. 3. Seraph. deci. 110. num. 8. pluribus adductis in Hispanem. decimarum 15. Februarij 1647. §. quia natura, coram R. P. D. Melsio, & in dicta Toletana sub §. non obstat coram D. meo Celso,

Nec minus prædicti Testes probant scientiam, & patientiam Archiepiscopi, sine qua Equitibus Calatrauz nulla potuit acquiri quasi possessio exemptiua non soluendi Decimas, l. quousies 15. §. seruitutum, ff. de seruitus l. 2. & ibi Gloss. in verb. scientie C. de seruit. & aq. Rota coram Burrat. decis. 572. num. 12. & in recent. decis. 23. num. 5. part. 6. præsertim in damnum Ecclesiæ; cui ex negligentia Prælati, aut aliorum nullum inferri potest præiudicium, vt culoratis decisionibus fuit luculenter firmatum in Hispanem. Decimarum 27. Iunij 1644. in §. secundo quia, coram R. P. D. meo Corrado, & sequuta fuit Rota in dicta Toletana decimarum, §. præsertim coram R. P. D. meo Celso.

Et vterius possessio particularis concludenter probata D. Archiepiscopi exigendi Decimas super bonis Patrimonialibus Equitis Gundifalui præfertur possessioni generali exemptiuz, quam ipse, aut alij Equites prætere possent, Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 28. Rota coram Seraph. decis. 1080. num. 2. & in dicta Hispanem. decimarum 15. Februarij 1647. §. unde coram R. P. D. meo Melsio.

Minus obstat Priuilegium Pij IV. emanatum ad fauorem Equitum de Calatraua Dat. Tuderti anno 1462. Idus Nouemb. Pontificatus Anno 5. quia exceptio Priuilegij exemptiui reiicitur ad petitorium, nam manuentio dependet à possessione, non autem à Priuilegiis, Rota decis. 562. num. 3. part. 1. recent. & in dicta Hispanem. coram R. P. D. meo Corrado, sub §. Quia fuit responsum, & in dicta Toletana decimarum coram D. meo Celso sub §. Non obstant priuilegia.

Seu exceptio Priuilegij exemptiui admitti potest quando Priuilegium esset adeo clarum, & indubitatum, vt nullus superesset hæsitandi locus, Rota decis. 508. num. 13. part. 3. recent. & firmatum fuit in dicta Hispanem. coram D. meo Corrado, sub §. Nec aduersantur. Priuilegium verò Militum, quod fuit datum in Summario D. Archiepiscopi num. 12. plures continet difficultates; nam non loquitur de exemptione bonorum Patrimonialium, sed tantum de exemptione bonorum Religionis, vt in specie similis exemptionis firmavit Rota contra Milites de Alcantara apud Seraphin. decis. 605. per tot.

Imò Priuilegium expressè loquitur de decimis extraordinariis debitis iure humano, non autem, de Ordinariis debitis iure Diuino, vt ex lectura apparet. Et ita etiam in dubio interpretandum esset; provt eodem modo Rota fuit interpretata aliud Priuilegium eximens simpliciter à solutione Decimarum à Pio IV. Summo Pontifice concessum Religioni Hierosolymitanæ in Hispanem. decimarum de Baraona 16. Martij 1647. sub §. Non obstant Priuilegia coram R. P. D. meo Cerro, & prius de simili priuilegio concessa à Benedictino XI. Monialibus Ordinis S. Domini dicit Rota in Verellen. decimarum

25. Nouembris 1645. in §. Hinc etiam eodem R. P. D. meo Cerro.

Et tollit omnem difficultatem ipsum Priuilegium, quia non continet derogationem cap. nuper de Decim. quod tamquam conciliare indiuiduam, & specificam derogationem requirit Archidiacon in cap. 1. num. 2. vers. vel dic planius de constitut. in 6. Mohedan. decis. 7. num. 2. locat. Rotat diuers. decis. 123. part. 1. coram bon. mem. Cocino decis. 279. n. 6. in dicta Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. in §. Non obstat præsensum priuilegium, & 15. Ianuarij 1646. in §. Nec obstat visa fuerunt coram R. P. D. meo Cerro, & in alia Vercellen. decimarum 31. Maij 1647. in §. final. coram R. P. D. meo Royas, & in sapè citata Toletana decimarum coram R. P. D. meo Celso in §. pen. & alibi sapè. Et ita fuit resolutum Eminentiſſ. D. Archiepisc. tantum informantè.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Bichio.

In causa Hispalenſi Decimarum.

Veneris 25. Iunij 1649.

Verum Capitulo & Canonicis Cathedralis Ecclesie Hispalensis in quasi possessione exigendi decimas ex fructibus bonorum, quæ partes Dominicanæ Monasterij S. Pauli eiusdem Ciuitatis hæreditario, vel alio titulo à Laicis acquisuerunt, & propriis sumptibus colunt, vel è conuerso ipsis Dominicanis in quasi possessione non soluendi dictas decimas danda sit manutentio, fuit hodiernæ disputationi expositum, & ad fauorem Capituli resolutum prout alias in secunda instantia coram R. P. D. meo Meltio, quia illis intentio fundatur ne dum in assistentia iuris quam habet vti generalis, & perpetuus administrator reddituum, & decimarum Vice Archiepiscopi vniuersalis Parochi in Diocesi Hispalensi, sed etiam in particulari quasi possessione exigendi decimas ex ipso prædio nuncupato di buena speranza olim possesso à Didaco Henriquez, & per eum vendito Dominicanis, de quo deponunt plures Testes de facto proprio summ. Capit. num. 4. & propterea bene d. quasi possessionem probant Bald. in l. num. 21. C. de fructib. & lit. expen. Coccin. decis. 439. num. 2.

Eademque quasi possessio acquisita in tempore quò possidebat Henriquez ad obtinendam manutentionem aduersus Dominicanos illius successores Capitulo suffragatur, quia ius metimur ex parte actoris, cumque sit reale mutata persona possessorij non immutatur, vt in terminis decimarum Rota decis. 341. num. 1. part. 1. recent. decis. 189. num. 3. part. 2. decis. 455. num. 2. penes modern. de manu. & magis in puncto ad fauorem huius Capituli contra successores prætendentes habere priuilegium exemptionis à solutione decimarum fuit decisum in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. §. quia fuit responsum coram R. P. D. meo Corrado, & in alia Hispalen. decimarum de Baroana 12. Ianuarij 1646. §. quia per mutationem coram R. P. D. meo Cerro, nisi fortè successoris priuilegium sit clarum, & indubitatum in quibus terminis loquitur decisio 215. coram Reuevendiss. Vrgellen. & decis. 44. num. 4. part. 7. recent. vt declarauit Rota in Toletana decimarum 15. Iunij 1648 §. fin. coram R. P. D. meo Celso quale (vt infra dicam) non est priuilegium Dominicanorum.

Dici verò non potest Capitulum à possessione ce-

cidisse ex quo per decennium, & amplius decimas non exegerit, quia ciuilis possessio animo retenta etiam vltra decennium continuata præsumitur in his incorporalibus, quando non fuit contradicta seu interuersa per denegationem solutionis semel factam à debitore, vel alter eiusdem iuris quasi possessionem non acquisiuit, cum tunc non intret præsumptio obliuionis, ac admissionis animi possidendi quam lapsus decennij inducere solet interuersa, vel occupata per alterum possessione, Lotther. de re benef. lib. 1. quest. 38. n. 216. & seqq. Gratian. discept. 3. 10. n. 48. & seq. & post Bertazzol. loquentem de taciturnitate per 30. annos Buratt. decis. 347. n. 10. & 11. Mantica. dec. 272. n. 5. Rota inter recent. decis. 287. n. 5. part. 2. dec. 143. num. 2. & decis. 577. n. 13. inter impress. apud modern. de manu. cum aliis alleg. in d. tract. obseru. 58. num. 13.

At in casu nostro Dominicani non probant denegasse aliquando solutionem horam decimarum Capitulo ipso acquiescente ad quem effectum non releuant Testes dati in illorum summ. num. 4. deponentes quod in Archiepiscopatu Hispalensi adest quidam redditus nuncupatus Fratrum, & Monialium qui componitur ex hæreditatibus, & bonis per Fratres & Moniales acquisitis, cuius decima percipiunt Arrendatores Archiepiscopatus, quia exinde resultat quidem probatio affirmatiua, nempe quod bonorum ibi descriptorum decimæ ad Capitulum spectant, & ab Arrendatoribus exactæ fuerunt non tamen negatiua non pertinentiæ, aut denegationis decimarum ibi non descriptorum, vt ex Peregrin. & aliis respondit Rota in Bonon. fideicommissi de Glauariniis 5. Iunij 1637. §. nec excusant, coram R. P. D. meo Royas, facit decis. 497. num. 2. & 3. part. 4. recent. Ed minus, quia nulla adest necessitas, aut obligatio has decimas arrendandi, & quod plus est in arrendamentis factis excipiuntur nominatim decimæ illorum qui soluere recusant, earumque exactio reseruatur Capitulo, vnde prorsus excluditur acquiescentia Capituli ne decima hæc exigeretur, vt bene ponderatum fuit in prima decisione huius causæ coram R. P. D. meo Meltio sub die 15. Februarij 1647. §. & dum, & in omnem euentum negligentia Capituli in exigendo quia præiudicare non valet Ecclesie penes quam possessio radicaliter manet, non efficeret quin eiusdem Ecclesie nomine hodie peti posset manutentio, Seraphin. decis. 1417 sub n. 3. cum aliis allegatis in Hispalen. decimarum. 27. Iunij 1644. §. secundo quia, coram R. P. D. meo Corrado.

Ex his corollarie sequitur quod à Patribus Dominicanis nusquam acquisita fuerit quasi possessio non soluendi, ac exemptionis à solutione decimæ, quia cum actus negatiui possessio pendeat ab ipsa denegatione, & per hæc affirmatiua possessio prioris possessorij absque illius consensu, & animo non euacuetur, requiritur proinde ad acquirendam quasi possessionem non soluendi denegatio ex parte acquirentis, & copulatiue scientia, & patientia creditoris in quasi possessione exigendi existentis iuxta notata per DD. in l. 1. C. de seruit. & acqu. l. quamuis 46. ff. de acquir. poss. Buratt. decis. 912. num. 6. & in terminis decimarum vltra allegatos in decisionibus D. mei Meltij Seraphin. decis. 1463. num. 5. Mantica. decis. 40. num. 9. & decis. 207. sub num. 6. Rota d. decis. 165. sub num. 5. & 6. part. 4. & in Toletana decimarum 15. Iunij 1648. §. vltimus, coram R. P. D. meo Celso, & gratis dicitur scientiam, & patientiam huiusmodi non requiri quando constat de titulo, Rebuff. in consuet. Gall. tom. 3. tit. de mater. poss. in præfat. num. 145. & seqq. Gratian. discept. 870. num. 33. Rota decis. 333. num. 3. part. 1. recent. quia

quia ex infra dicendis tituli exemptionis releuans probatio non adest.

Nullo modo igitur Dominicanis debeat manutentio in quasi possessione exemptionis, esto quod simul ipsis assisteret immemorabilis, & priuilegia Apostolica, vt per Marefcor. *var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 5. & 18.* Reuerendiss. Vrgellen. *decis. 215. num. 6.* quia assertam quasi possessionem non probant eaque cessante praeualet antiqua Capituli possessio tam vniuersalis quam particularis in praedio, de quo agitur, Seraph. *decis. 18. num. 3. & decis. 1380. num. 2.* Rota in *supracitata Toletana decimarum §. possessio vero coram R. P. D. meo Celfo.* Estque manutenibilis non obstantibus dicta immemorabile, & priuilegiis, quia respiciunt petitorium, nec retardant manutentionem docet plenius discutiantur, vt comprobatur prima decisio *coram D. meo Meltio §. vnde, & secunda edita 19. Iunii 1648. §. non obstat ubi allegantur concordantes.*

Et licet hoc limitetur quando priuilegia sunt clara, & indubitata, vt declarauit Rota in *sape citata Hispalen. decimarum 27. Iunii 1644. §. quia decisio coram R. P. D. meo Corrado, vel reus conuentus habens pro se immemorabilem est in quasi possessione, Rota apud moder. de manut. decis. 197. num. 4. vel is qui manutentionem petit nititur immemorabili qui est casus *decis. 44. num. 9. & 10. part. 7. recen. neutra ex his limitationibus applicatur casui nostro, quia Capitulum vt dicebatur innititur vniuersali, ac particulari possessori quam ex abundanti iuris assistentia confouet, Dominici rei conuenti vt mox probaui non possident, & ex aduerso allegata priuilegia non sunt clara pro Dominicanis, quin potius contra ipsos reiecta fuerunt in Vercellen. decimarum 13 Nouemb. 1645. & 15. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, vbi singulorum defectus enumerantur, & prius in Dertusen. decimarum Card. Sacrato impress. apud modern. de manut. decis. 157. num. 4. & 5.**

Clara pariter & indubitata non est immemorabilis, circa quam animaduertendum est primo multum illam differre ad effectum, de quo agitur ab instrumento priuilegij, quamuis priuilegij vim habeat Becc. *conf. 180. num. 12. & seqq. aliiq. relati à Larrea allegat. 119. num. 15. part. 2. & differentia cadit non quoad substantiam, sed quoad probationem, siquidem testes per quos immemorabilis probatur non faciunt incontinenti probationem probatam, ac rem notoriam Bald. in l. generali sub num. 5. in ult. notab. C. sacros. Eccl. Menoch. de adipisc. remed. 4. sub num. 108. Argel. de acquir. poss. quest. 6. num. 76. Buratt. *decis. 211. num. 3. prout facit publicum instrumentum, Dec. conf. 36. num. 2. Ruin. conf. 128. num. 1. lib. 4. cum probatio per testes non excludat quin alia pars admitatur ad probandum contrariu, vt bene ad propositum ponderat Rolan. conf. 98. num. 38. vers. nam certissimi lib. 3. Castren. conf. 91. sub num. 8. vers. quod cum lib. 1. Argel. de acquir. poss. quest. 2. num. 215. & 2. seqq. & melius quest. 14. num. 31. ob quam rationem Rota in Balneoregien. confirmum 4. Aprilis 1504. coram bon. mem. Cardin. Sacrato, impress. apud modernum de manut. decis. 422. num. 10. dixit in hoc summariissimo iudicio non satis esse testes ad probandum non ius possessoris.**

Cum itaque vt exceptio tituli respiciens petitorium retardet manutentionem debeat nedum esse releuans in substantiam, sed etiam incontinenti indubitanter probata, ita vt de titulo constet per confessionem partis, aut rem iudicatam, aut publicum instrumentum, Seraph. *decis. 876. num. 2. Rota decis. 5. sub num. 1. vers. quando hac notorietas de restit.*

*spol. in non decis. 81. num. 5. penes Martin. Andr. & in Iuuenacen. & Melphicen. bonorum. 8. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Corrado in Calaguritano beneficij de Cornago 1647. coram me. Limitatio supra deducta, quod priuilegium clarum impedit, ne possessor manuteneatur intelligenda est de priuilegio probato per publicum instrumentum, vel altero ex praedictis tribus modis, in quibus terminis loquuntur quotquot in id aduerso allegantur, non autem de eo quod praesumi facit immemorabilis probata per Testes, nisi vltro eadem immemorabilis fuerit canonizata per tres sententias in iudicatum transactas, nam probationes tituli desumptae ex testibus iudicium possessorium non retardant Rota *decis. 172. num. 9. & 10. & decis. 284. num. 8. apud modern. Petus. de manut. & ideo in hoc Sacro Tribunali perpetuo decisum fuit, quod tunc demum immemorabilis impedit ne possessor manuteneatur, cum canonizata fuerit per tres conformes, vt in pluribus decisionibus allegatis à d. Moderno de manut. obser. 45. num. 19. & in 1. decis. R. P. D. mei Meltij, §. vnde cum. & nuper in Benenentana decimarum 8. Martij anni currentis §. tum etiam coram R. P. D. meo Royas.**

Secundo animaduertendum est, quod in casu nostro dubitari vltius contingit, an Testes probent immemorabilem, cum deponunt Dominicanos interpellatos, vt decimam soluerent eam denegasse Capitulo Hispalensi sciente, & acquiescente, vt etiam pro inducenda immemorabili requiri voluerunt infra allegandi, eo quod tempus non est modus inducendae, vel tollendae obligationis; libertas non praescribitur sine facto praescribentis, quod in denegatione petita solutionis consistit; & petitione, ac denegatione cessantibus esset potius quaedam abstinentia à solutione, quam consuetudo, seu vsus non soluendi, cuius opinionis auctor est Alex. *conf. 136. num. 19. vers. 1. quod fuerint lib. 2. eumque sequitur Bursat. conf. 142. num. 22. & seqq. vbi signanter sub num. 25. ait opinionem Alex. esse communiorem & veriolem, Cephal. conf. 40. num. 32. & 33. Becc. conf. 128. num. 18. Rimin. iun. conf. 589. num. 47. & seqq. vbi respondet omnibus contrariis, aliique plena manu congesti à Castell. de tert. reg. cap. 17. num. 7. quibus additur Rouit. *decis. 97. num. 5. & seqq. Rota decis. 655. num. 3. vers. & quatenus part. 3. recent. decis. 13. num. 1. iuncto num. 5. part. 6. Neque contrarium firmatum fuit in Hispalen. decimarum 26. Iunii 1647. coram R. P. D. meo Corrado, quia etiam in §. quoniam allegati fuerint Doctores contrarium sentientes, tamen in §. finali declaratur id ponderatum fuisse ad effectum dumtaxat demonstrandi quod articulus est disputabilis, & propterea intererim deneganda non erat petita remissoria super qua principaliter illa decisio emanauit restituendo suis loco, & tempore eiusdem articuli quatenus opus sit plenioris discussionem.**

Et quamuis contrariam opinionem, videlicet quod requisitum petitionis, & denegationis procedat quidem in praescriptione longi, seu longissimi temporis non autem in immemorabili amplexus fuerit, Aym. *conf. 111. praesertim sub num. 2. & sub num. & conf. 775. col. penult. Natta conf. 446. num. 15. Menoch. conf. 887. num. 54. Auend. de exequen. mand. cap. 6. sub num. 8. & pluribus allegatis Castell. d. tract. de tert. reg. cap. 29. num. 8. & seqq. ex ratione, quia immemorabilis includit praesumptam concessionem priuilegij, quae petitione, ac denegatione solutionis non eget, & in omnem euentum utrumque per temporis immemorabilis*

rabilis lapsum intercessisse præsumitur. Quicquid sit de utriusque opinionis veritate hæc ipsa Doctorum discrepantia efficit, ut exceptio immemorabilis requirere dicatur altiore indaginem, propterea non secus; ac exceptio facti dubij à summarissimo possessorio reiiciatur *Capic. decis. 10. num. 19. & 20. Seraph. decis. 271. sub num. 6. vers. nam etiam, Rota decis. 64. num. 6. inter impress. apud Pacific. de Salu. idem Pacif. tract. in sp. 2. cap. 2. num. 85. & seqq. & fuit dictum in Bonon. fideicommissi de Sanctis 17. May 1647. § finali coram me.*

Insuper quia prædium hoc di buona speranza solum ab anno 1615. effectum est Ecclesiasticum, & à Dominicanis possessum, post quod tempus certum est immemorabilem non fuisse inductam, remanet discutiendum. An immemorabilis super aliis bonis Dominicanorum suffragetur in bonis futuris, ac nuper acquisitis, quam quæstionem tangit supracitata *decis. Hispanen. decimarum anni 1647. §... quia si sola dubieras sufficit, sed pleniori cognitioni, ut cætera in fine referuat, pariterque affirmatiuam sententiam in terminis priuilegij exemptionis à decimis distinguendo inter priuilegium, & præscriptionem sequitur Suar. de rel. g. tom. 1. lib. 1. cap. 19. sub. num. 7. Castr. Palao moral. tom. 2. tract. 10. de decimis & primit. disp. vnica punct. 12. num. 6. Sed negatiuam in ipsis his terminis immemorabilis videtur amplexa. Rota penes Pur. *decis. 150. num. 2. lib. 1. ca. ratione quia præscripto non operatur in postea quæsitis, sed antea, & immemorabilis non operatur quoad ea quæ de nouo superueniunt, sic etiam Gabr. de præscript. concl. 2. num. 23. Zal. conf. 16. num. 54 & seqq. lib. 2. Et insuper hac quæstione maturius deliberandum esse dixit in puncto priuilegij exemptionis à decimis Ferdinand. Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 22. in fine. Quapropter cum tot concurrant altioris indaginis argumenta ac testes ad probandam immemorabilem inducti non coarctent negatiuam solutionis per 40. annos, ut latius ponderatur in *decis. R. D. P. mei Melij nullatenus interim prætextu asseretæ immemorabilis suspendenda est manutentio Capituli in quasi possessione plenè probata decimam, de qua agitur percipiendi, ut ferè in puncto Marefc. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 18. circa fin. Rota in alia Hispanen. decimarum 27. Iunij 1644. §. alia verò coram R. P. D. meo Corrado.***

Minus releuat communicatio priuilegiorum aliorum Mendicantium inter quæ adest illud Patrum Iesuitarum canonizatum in *decis. 44. part. 7. recent. & in aliis, quia sub ea non venit exemptio à decimis diuinis, nisi fuerit expressa, & ulterius adsit indiuidua derogatio Concilij generalis sub Innocentio III. relatæ in cap. nuper. de decim. ut in terminis communicationis fuit decisum inter recent. *decis. 214. num. 5. part. 2. decis. 40. num. 1. & part. 4. & in Urbinate. decimarum coram S. D. N. Innocentio X. impress. post tract. modern. de iur. Abbat. decis. 95. num. 4. vbi allegantur concordantes, & in Mediolanen. decimarum coram bo. mem. Coccino inter eius impress. *decis. 279. num. 2. & seqq. cum aliis relatis ad Add. ad Burrat. decis. 704. num. 13.***

Tandem non obstat, quod hoc prædium Dominici emerint ex pretio alterius prædij per ipsos venditi laicis, cuius proinde loco subrogandum prætendunt, tum quia, ut vi subrogationis hoc prædium esset exemptum, dandum esset de exemptione prædij in cuius locum dicitur facta subrogatio, ut ex Text. in l. nemo plus iuris. ff. reg. iur. respondit Rota *decis. 151. num. 9. apud. modern. de manus. tum etiam quia subrogatio expressa nõ adest, & quæ sit ab homine nõ*

transfert in subrogatum priuilegia principalis R. min. iun. *conf. 18. num. 88. Valenz. conf. 19. num. 52. lib. 2. Girond. de priuileg. num. 313. Rota decis. 95. num. 5. part. 3. recent. decis. 402. num. 1. part. 4.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Arguelles :

In Causa Calaguritana Benef. de Ocon.

Mercurij 15. Nouembris 1649

Iustissima visa fuit [si vlla vnquam alia Calaguritana] Francisci Gomez appellatio [cui locum esse in istis Beneficiis constanter semper tenuit Rota ex doctè, & eleganter deductis in Calaguritana Beneficiorum 17. Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio,] qui cum die 8. Martij 1648. fuisset ab Ordinario approbatus ad curam animarum, & obtinisset licentiam generalem inferuendi Parochialibus loco Rectorum, audiendæ confessiones, & absouendi à casibus reservatis excepta excommunicatione maiori, sacrilegij [ut ipsa cantat facultas] per spacium vnus anni sum. *num. 3. In concursu postea [tribus tantum mensibus interiectis nempe 8. Iunij eiusdem anni] de more habito ad Beneficium simplex de Ocon. fuit ad curata reprobatus habili, & digno ad ea declarato Garzia Clerico primæ tonsuræ, & qui non ita pridem in alio examine fuerat reiectus, Immo (quod plus est) cum eadem ipsa die reprobationis fuerit ei reualidata, & confirmata supradicta facultas ab ipso Episcopo vsque ad futuram visitationem, & per se paratum instrumentum specialis commissa potestas ut in Beneficio Parochiali de Ocon, & eius annexis munere fungeretur curari per biennium cum clausula, & pariter mandamus Beneficiatis, & ceteris personis Ecclesiasticis, & secularibus oppidi prædicti, & illi annexorum quod habeant, & teneant pro Curato deferendo ei honores, & præminentias, & respondendo ei de fructibus, & emolumentis ipsi debitis occasione dicti muneris, &c. A quo si non manifesto, saltem plusquam probabili grauamine appellante Francisco, & ut subdelegaretur Iudex in partibus coram quo iterum ad examen reuocaret petente, fuit affirmatiuè responsum.*

Quid enim aliud fecisse videntur examinatores, quàm Episcopum suum ipsum, cuius famæ prospicere, cuius decreta reuereri maximè tenebantur, redarguere, & insimulare summæ negligentia, dum, quem in Curatum ipse deputat, eadem die incapacem iudicant ad beneficium simplex in eadem Ecclesia, licet in vanum cum præsumptio iuris stet pro iudicio Episcopi cap. in presentia 6. & ibi Doct. de renunciat. Sacros. Concil. Trident. sess. 24. de referuat. cap. 18. vbi multis de more congestis Barbosa. *num. 15. & de offic. Episc. alleg. 60. num. fin. in fine to. 3. & de offic. Paroch. part. 1. cap. 2. num. 141. Rota cum aliis in Maioricens. parochialis 13. Iunij 1646. §. si quidem pro iudicio Ordinarij semper præsumendū est, & 18. Iunij 1647. §. nam quamuis coram R. P. D. meo Celso, & magna suspicio irrationabilis iudicij examinerum, & tam ad id quàm ad subdelegationem concessam optimè quadrant verba Pontif. in c. ap. accepimus 13. de etat. & qualitat. ordinandorum ibi. Unde grauiter sustinere non debet, sed nobis potius deuotè inclinare teneris si illos examinare per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, & Rota quasi adamussim pro*

pro nostro casu rescata in una Legionen. beneficio de Capillas 15. Februarij 1588. coram clar. mem. Card. Pamphilio. §. 1. ibi, & maxime quia ex circumstantiis facti non modicam conceperant suspicionem quod huic repulsiōni causam debent nimia gratia erga Garziam, & apud Seraph. decis. 968. num. 1. ad fin. ibi, Præterea cum & ante præsentationem, & post habitus fueris probabili ad Curata, valde inuerisimile est, quod medio tempore fueris inhabilis, unde valde suspecta videtur relatio priorum examinerum. Et agitur ibi de reprobato, qui & ante, & post examen (licet non ipso die, ut iste noster,) sed multis interiectis habuerat licentiam inseruiendi in Curatis, & sic in fortioribus, & mirè coram Comitulo in causa Calaguriana, & subdelegationis examinis decis. 38. n. 3. ibi, Præterquam quod qui per ipsum Ordinarium ad curam animarum deputatus fuerat in ascensu ad simplex beneficium citra iniuriam non præsumitur reprobatus, &c. & paulò inferius. Maxime cum paucos post dies idem Petrus ab examineribus approbatus fuerit, & ex provisione datus in Coadiutorem cura.

Conducit etiam regula vulgaris, quod approbatus semel non debet reprobari l. Pomponius. ff. de negot. gest. & multis DD. Valasc. axiom. 19. l. 1. vbi in fine respondet contrariis, & addo Oldt. conf. 18. cum primum in princ. Innoc. in c. cum venerabilis n. 7. vers. item si admisso de except. & in d. c. accepimus n. 1. Felin. in c. ex litteris de constit. n. 6. & in d. c. cum venerabilis n. 48. qui loquitur in puncto approbatorum ad beneficia, & est optimus text. in d. c. accepimus, vbi loquitur non solum de approbato ab ipso Episcopo, sed etiam de approbato ab antecessore cap. horrendum 17. 37. q. 5. cap. satis peruersum 7. 56. distinet. & aliis per Amayam in l. 3. in fin. C. de canon. largit. tit. lib. 10. & Larream dec. Granat. 2. n. 5. & 12. vbi n. 20. respondet contrariis. Et in terminis quod debeat subdelegari examen in partibus, Rota d. decis. 38. coram Comitulo, & pro constanti supponitur coram Penia, decis. 106. n. 2. vbi fuit negatum ex eo quod post quadriennium à die reprobationis fuerat petitum, & in fortioribus eorum san. me. Greg. XV. in alia Calaguriana decis. 581. n. 2. quia ibi appellans venerat ad Curiam, & ibi fuerat approbatus ad Curata, & appellatus qui remanserat in partibus, obtinuit ut subdelegaretur examen in partibus, quia prætendebat esse etiam habilis ad Curatum, cum fuissent antea à Synodalibus vterque tantum ad simplicia approbati: & quod magis est quia nec in dictis decisionibus fuit dubitatum dandam esse subdelegationem, sed ex aliis causis prætendebatur, esse denegandum examen, non vero subdelegationem, in casu quo examen esset concedendum.

Ex multò minus posset dubitari in presenti ex supra deductis circumstantiis. Accedit ratio æquitatis, & iuris quod valde onerosum, & damnosum videretur, propter magna pericula quibus (ipsis maxime temporibus) terræ scatent, & maria, & si quis à longissimis Hispaniæ Occidentis Regionibus per varios casus per tot discrimina rerum in Latium tendere cogeretur, & tot dispendia ferre viarum, & malitiis indulgeretur quippe sæpè etiam cum magna captione à rebus nostris auocamur, ut in non dissimili prorsus text. in l. sed si quis 7. ff. de testam. quem ad. aperiantur, & bene faciunt in fortioribus tradita per Cast. conf. 195. n. 2. ad fin. vers. respondet Ioannes Andreas ad Speculat. addit. ult. in tit. de offic. omn. iud. pag. mibi 154. col. 1. post principium vers. sufficit enim seqq. nam extra larem ad iudicium vocari (ipse ait) mæsti solent esse, & mæstos penates componere item constat, (sunt etiam verba ipsius,) longe pluris Anton. Diana, Pars X.

posse esse grauenen itineris quam causa principalis, & sic ratiocinantur Imperatores in l. Mediterranea. C. de annon. & trib. lib. 10. tit. 16. ibi ut plus haberet dispendii; trāslatio quam deuotionis illatio, & in l. apparitores 5. C. de exact. tribus. eod. lib. tit. 19. ibi ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, & curia sua desit (penè dixit curæ, ut in nostro casu) & rei familiaris detrimēta sustineat, & quæ iunxit Amayam in l. pro locis. C. dicto tit. de annon. n. 2. ad 7. & verba text. in l. nemo 8. eod. tit. ibi, sed omnis itineris ac necessitatis habita ratione delegetur, & sanctè Pontifices multa permittunt Episcopis dispensare propter difficultatem adeundi Sanctam Sedem quæ sunt ipsi Sedi Apostolicæ reseruata, de quibus Sanchez lib. 4. Decalog. cap. 40. Barbosa de offic. Episcop. alleg. 37. num. 11. & 13. cum aliis.

Non obstant, modo quæ in contrarium trahuntur, non Rota in allegatis Maioriten. parochialis, vbi quod appellatus, & prouocatus ad nouum examen in Curia debeat accedere, nam magna est differentia, quia ibi agitur de parochiali ob grauitatem materiæ, quæ animarum curam concernit, ut ait Lotter de re benef. lib. 2. quæst. 31. in fin. Præterquam quod ibi appellans venerat in Curiam, & ibi prouocabatur ad nouum examen, & videbatur magis necessarium, quia non posset cognosci quis esset doctior, nisi facta comparatione, & collatione in concursu, & dabatur fumus grauenen (licet fortè non sic necessarius ad istam prouocationem, Gonz. reg. 8. gloss. 4. n. 144. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. n. 151. post med. vers. unde Gonz.) quæ omnia potuerunt mouere ad denegandam subdelegationem, nos vero sumus in simplici, & Garzia non prouocat ad nouum concursum, & examen, nec agunt de probanda maiori literatura, sed Franciscus tantum nititur se fuisse grauarum in reprobatione ad Curata, quo casu esse concedendam petitam subdelegationem pro constanti supponit d. decis. 106. coram Penia num. 3. cum seqq. & ambo sunt in partibus, & grauenen ostenditur iuris maxima præsumptione (ut iam dictum est) & tandem quia non ita longe sunt positæ Insulæ Balcares à Roma quam locus de Ocon Occidentis vsque ad vltimum sinum ablegatus, & Sacra Congregatio cuius oraculum sequitur Rota in dictis Maioriten. & semper reueretur ex ibi congestis non hoc practicauerit nisi in Parochialibus, & intra Italiam non extra, & nouum & singulare esse notat Barb. de offic. Paroch. d. par. 1. cap. 2. nu. 158. & sic non est interpretatione extendendum l. 2. C. de noxal. l. si quando 35. C. de inoff. testam. D. Martinus de Larreati qui lib. 8. selectar. cap. 10. num. 3. in fin. & Bulla Pij V. in conferendis in ord. 33. mibi qui vror Bull. impress. anno 1617. pag. 219. §. ut autem 7. ex qua sumitur fundamentum loquitur etiam in Parochialibus tantum.

Nec refragatur decis. 505. par. 2. recent. num. 3. vbi quod Bulla Clementis VIII. super beneficiis Calaguritanis recipit interpretationem passiuam à Concilio vbi supra, & d. Bulla Piana, quia decisio non loquitur generaliter, sed eo casu quo agebatur de numero examinerum Synodalium necessario, in quo par est vtriusque ratio, non verò in aliis prout in nostro casu expressè in allegatis decisionibus prout nec in executione sententiæ, ut toties dixit, & dicit Rota (vtrinam, non tantoties, & daretur, & arriperetur occasio, ab examineribus & litigantibus,) & luculenter in d. Calaguriana beneficiorum 17. Febr. 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

Parum facit quod examen est faciendum coram Examineribus Synodalibus, quia sunt etiam Synodales

nodales apud Metropolitanum, & Viciniores ex S. Concilij decreto, quibus committi poterit, & ad quos (nempe Metropolitanum & Viciniores) recitari posse in casu grauaminis vt ibi examen nouum fiat dicunt expressè verba Piaia supra relata.

Nec obloquitur Oldrad. d. conf. 18. num. 2. & seqq. (quem refert & sequitur Felin. vbi supra in d. cap. ex literis n. 7.) quia in specie bene respondet Rot. d. decis. 968. n. 9. vers. sibi, & idè non obstat quod allegatur ex conf. Oldr. 18. quia praterquam quod loquitur in Curato ibi non concurrerat probatio extremorum vt in casu isto, & si quis per nouum examen reprobari potest, quod non negamus, admittere quoque est per nouum examen. & per urgentiores probationes approbari posse, quæ tota est in per simili casu vt supra notauimus, & Oldrad. solum dicit quod promptus ad duo Curata potest repelli à tertio ex defectu sufficientiæ deest (sic sunt verba) hic nec sumus in Curatis, nec in casu insufficientiæ, cum potius constet de contrario ex approbationibus Episcopi, maxime ipso eodem die examinis, cum regula sit quod nemo repente fit bonus nec doctus, quia scientia est habitus acquisitus, & indiget tempore ex allegat. à Lotter. vbi supra, & esse dandum nouum examen bene docet Greg. X. in cap. si forte 11. de elect. in 6. illis adiectis verbis notandis, Caterum si præmissi examinis exitu huiusmodi oppositiones docuerit veritate destitui opponentes omnino à propositione causa in qua talia obiecerunt excludimus, & perinde puriori decernimus ac si penitus in probatione omnium qua obiecerant, defecissent, vbi obiciens illiteraturam, & alios defectus falsus inuentus per examen quoad illam; factus est omnium reus.

Non vrget denique quod ex longo temporis lapsu potuerit Franciscus fieri doctior, & sic examinis probatio non sit concedenda, cum non possit inuare ad l. ad probationem la. 2. in ordine 22. C. de prob. san. mem. Greg. XV. decis. 184. n. 3. Causal. decis. 87. n. 4. (Lotter. d. lib. 2. q. 31. nu. 155. vers. primo. qui extollit Rotæ ratiocinationem d. decis. 505. n. 4. par. 2. recent. Penia d. decis. 106. n. 4.) cumabilitas debeat inspicere de tempore primi examinis ex allegatis à Lotter. & Rota vbi proximè, & in d. Legionem. Primo, quia in dictis decisionibus erat transactum quadrienniū à die primi examinis. Secundo & melius, quia hoc intelligitur quando per appellatorem stetit quominus statim subiceretur examini. At Franciscus cum primum potuit appellauit, misit ad Curiam pro inhibitione, & compulsoria, & subdelegatione examinis, ex qua ratione nihil interesse temporis intercaedinem dixit Rota coram Seraph. d. dec. 968. n. 8. & coram. clar. me. Card. Pamphilio in d. Legionem. de Cappillas 15. Febr. 1588. §. nec etiam obstat, vbi cum fuisset lapsus annus cum dimidio Domini dixerunt (sunt verba Rotæ) non tantum temporis intercessisse vt potuerit fieri doctior. Quinimo magno conatu obstitere Agentes pro Garcia non solum huic subdelegationi, sed etiam dubij disputationi per multos menses ante ferias allegando defectum transportationis actorum sine qua in causis Ecclesiasticis nulla est Iudici iurisdictio, ex latè discussis in Romana Societatis affictus 27. Martij 1647. coram me, in quo nihil potuit Franciscus imputari, quia Norarij Hispaniarum, nec solent, nec volunt dare copiam actorum sine compulsoria (licet si vellent posse tenuit Scacc. de appell. lib. 2. c. 11. nu. 125. cum seqq. & lib. 3. q. 20. n. 34. qui refragantes memorat numeris antecedentibus Pareja de edision. inst. tit. 3. n. 25.) immò multoties expectant secundam iussionem, & idè appellantes se præsentant cum testimonio suæ ap-

pellationis coram superiore, & petunt mandatum inhibitionis contra inferiorem, & citationis contra appellatū, & compulsionis contra Notarium, & hæc duo vltima conceduntur tam in Tribunalibus Ecclesiasticis Paz. in prax. 2. part. 2. tom. 6. vno. n. 12. quam in Secularibus ibi 6. part. 1. tom. 6. n. 10. & sic non licuit misero gradato firmare Rotæ iurisdictionem cum transportatione actorum. Et satis exclamabat Dominus causa Patronus Abbas Bertuccius, quod erat partis cavillationis vt tempus interim laberetur vti posset postea dictam exceptionem temporis transacti obicere, & protestabatur ne hoc sibi inferretur præiudicium, vel non officeret si opponeretur vel de aliquo remedio protideri, nec malitiis indulgeretur contra licum hi 8. §. si cum lit. ff. de transact. cum vulg. quando per hoc nullum præiudicium inferretur negotio principali, (quod esse obseruandum, & notandum dixit Ioan. Andreas vbi supra,) & tandem transportatis actis Agentes Garciae variis vsi subterfugijs, fecerunt ne causa vsque ad supra in Epigraphe notatum diem proponeretur, (& ego postea aduersa valetudine detentus non potui ita oppido decisionem extendere,) Et ita visum Dominis nihil obstat temporis decursum prædicti, cum non sit culpa Francisci vt in allegatis decisionibus Pamphili, & Seraphini, maxime stante dicta magna suspicione contra Examinatores, & dictis approbationibus ad Curata, vt in ipsis decisionibus & in dicta decis. 38. coram Comitolo.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Arguelles.

In Causa Pampilonen Beneficij de
Esparza.

Martij 15. Decembris 1649.

IN Ecclesia Parochiali Oppidi de Esparza Pampilonen Diocesis; per obitum Marci de Calle in mense reseruato, simplex Beneficium seruitorium vacauit; Istudque Domini Ioannes Diaz de Isla, & Andreas Chauari impetrarunt, ille à Reuerendissimo Hispaniarum Nuncio per non excessum 24. ducat. auri de Camera, & professionem etiam obriuit. Iste verò à Sanctissimo Domino nostro cum narratiua valoris non excessus ducat. 24. certorum, & cum incertis 50. At ipse Andreas dum coram Iudicibus deputatis suarum litterarum executionem petebat, propter recursum per Ioannem ad Iudices Laicos habitum, iura sua coram Ordinario Pampilonen experiri fuit coactus, qui sententiam ad fauorem Ioannis protulit, eo quia Andreas excessum 24. ducat. non iustificauit: Ab huiusmodi sententia prædictus Andreas appellauit, & causa mihi commissa, Dubitavi, An gratia Apostolica sit iustificata, itaut Andreae danda sit iudicatio, & per Dominos meos affirmatiuè fuit responsum; quia omnia narrata in litteris prouisionis ad eius fauorem emanate remanent iustificata.

Vacatio si quidem beneficij per obitum Marci vltimi possessoris controuerti non potest, cum dictus Ioannes Diaz ex eadem vacatione veniat. decis. 544. num. 4. part. 4. decis. 302 n. 2. part. 7. recent. cum aliis adductis in Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. §. vacatione beneficij coram me.

Clericatus iustificatio clara resultat ex testibus in Curia examinatis de publica voce, fama, & visu deponen-

deponentibus, scientiaque suae causam reddentibus, quia viderunt illum clericali habitu indutum, & pro tali communiter reputatum, *Grass. de effect. cleric. in pral. num. 204.* cum multis ibi citatis iunctis aliis adminiculis *num. 205.* Rota coram sanct. mem. Greg. *decis. 137. num. 10. & 11. penes Buratt. decis. 31. n. 2. in recent. decis. 613. n. 4. p. 1. decis. 550. n. 3. coram Penia.*

Adminicula in praesenti sunt. Primo, quod Andreas alia beneficia possidet, & sic oritur argumentum quod de tempore provisionis Apostolicae esset Clericus. Indiciis autem, & argumentis clericatum probari est text. in cap. inter quatuor & ibi Gloss. in verb. per argumenta de Cleric. Pereg. Boer. *decis. 171. n. 25. Grass. ubi supra n. 203.* Secundo quia in titulis dictorum beneficiorum Clericus à Papa enunciat, *Grass. cum ibi congestis ubi proxime num. 200. & seq. cum ex aduerso non negetur.*

Insuper praedicti Testes *summ. num. 6.* attestantur, quod praenominatus Andreas est Pampilonen. Diocesis (vt ipse in gratia narrauit) Rota *decis. 266. n. 5. p. 4. recent. in Calaguriana praestimonij 10. Maij 1649. §. vocatio coram R. P. D. meo Ottobono.*

Narratiua, & suae praesentiae in Curia de tempore gratiae, & suae familiaritatis cum clar. mem. Cardinali Albernoz iustificata redditur ex iisdem testibus *sum. nu. 7.* quorum dispositiones respectu quidem praesentiae sufficiunt, cum illius narratiua non dicatur causa gratiae. Rota coram Duran. *decis. 237. n. 4.* Prout etiam respectu familiaritatis, quae melius quam per familiares (quales sunt isti testes, probari non potest. *Gabr. de test. concl. 10. n. 34.* quem sequitur Rota *decis. 125. n. 12. coram Comitolo.*

Obtentorum valor ex praedictis testibus *sum. n. 8.* datis iustificatur. Hac autem iustificatio sufficiens reputatur, cum hoc Sacrum Tribunal in probando obtentorum valorem vnico teste, & qualicumque probatione sit contentum Rota coram Card. Cauall. *decis. 33. n. 3. in Bonon. Abbacia 3. Iulij 1645. §. qualitates quoque, & in Placentina beneficij 11. Decembris 1647. §. quo vero. vers. & valor obtentorum coram me, confirmata 15. Iunij 1648. §. quod beneficium, vers. cum tamen coram R. P. D. meo Celfo,* quod indubie procedit, quando ex aduerso non controuertitur.

Iustificatio valoris non excessus ducat. 24. pro certis, & vna cum incertis 50. ex Testibus in partibus examinatis desumitur, qui sunt eiusdem Ecclesiae Beneficiati *summ. n. 11.* & vbi tales fructus perceperunt, iunctis libris publicis Ciuitatis *summ. nu. 13.* idem bene fructuum valorem probant Rota *dec. 603. n. 2. part. 1. recent. & in Placentina beneficij 27. Martij 1647. coram Reuerendiss. Domino meo Terracinen. in Osen. Archidiaconatus 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Peuringero, & in dicta Bouen. Abbacia 3. Iulij 1645. coram me.* Circa quam iustificationem cessat omnis scrupulus, stante Aduersarij confessione, qui huiusmodi beneficium per non excessum ducat. 24. impetrauit Rota coram Buratt. *decis. 931. n. 1. vers. ex qua etiam, & decis. 595. n. 2. part. 3. recent. in Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. valor autem coram R. P. D. meo Corrado.* Praecipue cum ad probationem non excessus leuior. probationes sufficiant. *Garz. de benef. 5. part. c. 3. num. 98.* Rota coram Card. Cauall. *decis. 533. num. 6. in dicta Placentina beneficij 11. Decembris 1647. in fine coram me.*

Non releuat si dicatur, quod dictis testibus fides non sit praestanda, cum deponent deductis oneribus. Nam respondetur, quod cum dictorum testium depositio simpliciter fuerit facta est interpretanda de-

Anton. Diana, Pars X.

ductis oneribus Rota coram san. mem Greg. XV. *decis. 263. n. 3. decis. 277. n. 7. in allegata Placentina beneficij, §. nec facit coram me.* Maxime cum deponent circa valorem negatiue narratum Rota coram Mant. *decis. 138. n. 2. & in citatis Placentin. §. non obstat, vers. & quod coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. & d. §. nec facit in fine coram me.* Et qui contrarium probare intendit, magis valorem per non excessum narratum iustificat. Nam si non deductis oneribus non excedit summam de qua agitur, multo minus deductis ita in mox allegatis decisionibus.

Denique ad probandum, quod beneficium sit simplex, vltia iuris praesumptionem, quae in dubio facit, vt simplex praesumatur Rota *decis. 266. n. 6. p. 4. recent. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 89. nu. 1. & apud Peniam decis. 517. n. 1. & decis. 683. n. 8.* Concurrit dicti Ioannis confessio, qui (prout in *summ. num. 1.*) hoc beneficium tanquam simplex à Reuerendissimo Hispaniarum Nuncio impetrauit Rota *dd. decisionibus 256. n. 6. p. 4. recent. & 517. n. 2. coram Penia.*

Cum igitur ex his omnibus litterae provisionis Andreae appareant iustificatae veniunt exequendae, *tex. in cap. si capitulo. §. ibique gloss. in verbo exaquantur de concess. praeb. in 9. Rota in d. Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. fin. coram R. P. D. meo Corrado in d. Bouen. Abbacia in princ. coram me.* Et ipsi danda immissio, sicuti ex testamento non abilito, nec cancellato per l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Rota in Volaterrana prioratus 27. Iunij in pr. coram bo. me. Pirouano cum superius allegatis, & alibi passim.

Quam quidem immissionem impedire nequit Ioannes à Reuerendissimo Nuncio prouisus, quia cum suae provisionis titulus nullus, & inualidus detegatur, non fit legitimus contraditor ad hunc effectum, Rota in Bonon. fideicom. de Rubeis 30. Martij 1646. in fi. coram R. P. D. meo Corrado in Compostellana parochialis 1. Iulij 1648. sub §. verum eo magis, & in dicta Calaguriana praestimonij 10. Maij an. praeteriti §. neque ad immisionem coram R. P. D. meo Ottobono.

Nullus autem, & inualidus detegitur titulus ex quo Andreas verificauit beneficium excedere summam 24. ducat. non solum per testes datos *summ. n. 9.* Rota apud Casar. de Grass. *decis. 3. de probat. Verrall. decis. 277. n. 7. part. 1. in Aretina Cappellania 11. Martij 1633. §. valor autem, & in dicta Volaterrana prioratus 3. Iunij 1634. §. de valore coram Pirouano.* Et per testes productos ab ipso Ioanne in partibus *sum. n. 10.* qui sunt Beneficiati eiusdem Ecclesiae, & fructus perceperunt vt supra dictum est; Verum etiam tam per libros Ciuitatis, & Ecclesiae quibus standum est, cum per partes variari non possint, Rota cum ibi citatis *decis. 287. n. 4. & 5. coram Penia.* Quam per partitas formiter extractas, quas hodie impugnare non potest Ioannes cum fuerint ab illo productae, & sic approbatae, *cap. cum venerabilis 9. de except. cum vulgaris, Rota coram Buratt. decis. 160. n. 3.* Et propterea Reuerendissimus Nuncius illud conferre non poterat, cum restrictam habeat facultatem ad beneficia ducat. 24. non excedentia, *Garz. de benef. 5. part. cap. 3. n. 182. in dicta Calaguriana praestimonij. §. tituli vero coram R. P. D. meo Ottobono.* Et huiusmodi non excessus erat probandus ab ipso Ioanne tanquam suae gratiae pars, & fundamentum, Rota coram Crescent. *decis. 4. n. 1. de probat. Mohed. decis. 20. nu. etiam 1. eod. tit. in Calaguriana Archipresbyteratus 20. Maij 1587. coram Gypso impress. apud Garz. de benef. d. 5. p. cap. 3. fol. mihi 447. n. 188.* Et qui habet regulam qualificatae debet probare qualitatem, vt ex Rota, & multis aliis late probat

Fontanell. *de pact. nupt. claus. §. gloss. 1. p. 2. num. 19. & seqq.* quia tueretur se exceptione à regula, & sic debet eam probare late *n. 24. & seqq.*

Nec præterea dictus Ioannes opponere potest subsequitam possessionem, quia in mandato Reuerendiss. Hispaniarum Nuncij de non conferendo beneficio ultra 24. ducat. de Camera adest decretum irritans, quod possessionem, & titulum inficit, *Rota decis. 679. num. 7. coram Penia decis. 440. num. 13. p. 4. tom. 2. & decis. 108. n. 8. p. 5. recent.*

Accedit ulterius pro maiori tituli nullitate, & inualiditate quod huiusmodi beneficium non à Nuncio, sed à Papa semper fuit collatum, qui vltimo loco prouidit Marcum de la Calle, per cuius obitum nouissimè vacauit, idè non Nuncio sed Pontifici est reseruatum, cum in reseruationibus vltimis status potissimè attendatur, *Rota coram Penia decis. 659. n. 25. decis. 71. num. 5. in fine p. 2. decis. 257. n. 12. p. 4. tom. 2. recent. Durand. decis. 340. n. 3.*

Nihil facit, quod via executiua litterarum Apostolicarum vulnerata fuerit per sententiam Ordinarij denegantem eisdem litteris executionem, quia cum sententia non simpliciter executionem denegat, sed ob non iustificationem valoris in dictis litteris ab impetranti, narrati, ibi, *Non probarunt quod dictum beneficium excedat in omnibus suis fructibus ducat. 24. aureos de Camera summ. n. 4.* non vulnerauit viam executiuam, quominus facta iustificatione in secunda instantia valeat Iudex appellationis executiuè procedere, vt respondit Rota in *Astoricen. Archidiaconatu 6. Nouembris 1602. coram Card. Lan. cell. impress. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 374. & coram Card. Canal. decis. 11. sub n. 5. & 6. & in Meleuitana beneficio 25. Iunij prox. prat. §. fin. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vnica, &c.

D E C I S I O

S A C R A E R O T A E R O M A N A E
Coram R. P. D. Othobono.

Leodien Præposituræ Tongren.

Mercurij xix. Ianuarij 1650.

Svb die 8. Februarij superioris anni fuit coram Sme resolutum Arnoldo ab Hoensbrouch dandum esse mandatum de manutenendo, & de illius bono iure constare ad effectum mantentionis, sed reassumpta disputatione, an esset recedendum à Decisis, DD. sub die 25. Iunij præteriti mandarunt, vt videretur de bono iure, & hodie proposito dubio, ac re maturè discussa, responderunt constare de bono iure Arnoldi. Nam vltra paritatem votorum, habet etiam prærogatiuas Nobilitatis, potentia, & aliarum qualitarum, quæ deficiunt in Laurentio competitore, qui propterea stante decreto gratificationis appposito in litteris Apostolicis, est postponendus Arnoldo, qui maioribus inuatur studiis, & meritis *in x. se. xi. express. in cap. si forte dist. 63. Gloss. in c. obeuntibus, §. nunc primò queritur post med. vers. sed quid eadem dist. 63. Fr. Sigismund. à Bononia de elect. dub. 47. n. 9. vers. si verò vota*, cum aliis relatis in decisione huius causæ *sub §. stante paritate.*

Votorum paritas est incontrouertibilis, quia cum Capitulares Ecclesiæ Tongren. ad eligendum Præpositum congregati essent numero decem, & octo, nouem dederunt suffragium Arnoldo, & alij nouem Laurentio.

Nec dicta paritas excluditur ex eo, quod inter nouem Votantes ad fauorem Arnoldi adesset Canonicus Elderen. qui vti minor viginti duobus annis non videbatur posse ex particulari statuto huius Ecclesiæ Tongren. habere vocem, & vorum tradere in electione Præpositi. Quia præterquam quod prædictum statutum non fuit à Capitulo acceptatum, nisi sub conditione; quatenus accederet confirmatio Sanctæ Sedis Apostolicæ, quæ numquam accessit, vt in Summario Arnoldi *n. 14.* illud præterea est contrarium, & omninò repugnans dispositioni, tam Sac. Concilij Tridentini *sess. 21. cap. 4. de reform.* quàm Concilij Viennensis ibidem innouati, ac relati in *Clem. 2. de atas. & qualis. vbi dicitur, quod nullus de cetero vocem habeat, nisi in Subdiaconatu ordine fuerit constitutus; quæ dicitio, Nisi, cum præcedat negatiua, ponit, & determinat affirmatiuam in casu nominato l. actione 4. vbi Bart. *n. 1. & Bald. num. 2. Cod. de transact. Mantie. de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 17. num. 8. & seqq. Rot. coram Seraphin. decis. 1244. n. 1. coram Coccino decis. 244. num. 1. inter diuers. 222. n. 4. p. 1. & in recent. decis. 639. n. 2. p. 1. quæ est Buratt. in ord. 84. ac proinde tale statutum auferens vocem iis, qui sunt in sacris, vti nullum non esse attendendum, tradit Calder. *conf. 14. vers. sed prima pars de Constit. Henr. Bosteus in tract. de Synodo p. 3. art. 1. n. 69. inter tract. magn. to. 13. p. 2. fol. 91. Ioan. Andr. Massobr. cod. tract. cap. 4. dub. 53. num. 14. & declarauit Sacra Congregatio Concilij Interpretum relata per Cardinalem Bellarminum ad d. cap. 4. sub n. 1.***

Neque releuat, quod huiusmodi statutum fuerit confirmatum à Nuncio Apostolico, quia ex oculati lectura facultatum Nuncij datarum in summ. Arnoldi *n. 13.* apparet facultates eiusdem Nuncij fuisse restrictas ad confirmanda statuta Sac. Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non repugnantia, idè cum statutum præfarum Sac. Concilij repugnet, vt visum est, confirmatio prædicta ex defectu potestatis, nullius potest esse roboris, vel momenti, Gratian. *discept. 699. n. 27. Rot. in recent. decis. 515. n. 5. & 6. p. 4. tom. 3. & decis. 25. nu. 9. p. 7. & in Bononien. fidei commissi de Rubeis 5. Aprilis 1647. sub §. venditio autem coram R. P. D. meo Corrado.*

Stante autem inualiditate statuti ob resistantiam Conciliorum, non obstat, quod omnes Capitulares statutorum obseruantiam iurauerint, quia iuramentum seruandi statuta generaliter præstitum, non trahitur ad statutum contra Concilium, vt declarasse sanct. mem. Gregor. XIII. testatur Card. Mantie. *decis. 52. n. 8. & iurans seruare statuta censetur sensisse de validis, non de inualidis, Bald. in l. vnic. nn. 9. Cod. de his, quæ pæn. nomin. Surd. *conf. 58. n. 15. in fin. & plures refert Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 3. cap. 14. num. 8.**

Ideo cum Canonicus Elderen. legitimè votauerit, ad fauorem Arnoldi, non est dubitandum de votorum paritate cum Laurentio, & stante gratificationis decreto in litteris Apostolicis vtriusque appposito, expeditis sub eadem forma, & data, Domini censuerunt Arnoldum omninò esse præferendum; tum ob incorruptam morum, & vitæ integritatem, scientiã, prudentiam, Nobilitatem, potentiam ex adductis in princ. decis. Tum etiam quia vltra proprias qualitates valdè præponderantes habuit etiam sanioiorem partem Capituli, cum eidem Arnoldo fuerint suffragati Decanus Scholasticus, Cantor, & Vice Præpositus, cap. quia propter itique Gloss. *in verb. saniori, & in cap. in Genesi verb. ad zelum de elect. Burr. in cap. Ecclesia vestra lib. 2. n. 25. eod. tit. Alexand. *conf. 102. num. 6. lib. 6. cum aliis relatis in Tolerana Canonis**

nicatus Penitentiarij 22. Aprilis 1641. in §. minus, & secundo tollitur, coram R. P. D. meo Cerro, & in alia decisione huius causa in fin.

Præterea Domini considerabant, quod Laurentius fuit de quibusdam delictis inquisitus, & diffamatus, vt in summ. Arnoldi num. 10. & seqq. vnde ne generentur scandala in Populo, esset ex hoc solum cæteris paribus repellendus; neque eligendus est is, qui causam scandali in populo præbiturus est, etiam quod nullum defectum pateretur, ad trad. per Abb. in cap. 1. num. 6. & seqq. de elect. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 45. num. 7. & 8. Rot. coram Seraph. decis. 516. n. 4. & ad hunc effectum non requiruntur probationes concludentes, sed satis sunt leuiiores, & quales afferuntur pro parte Arnoldi, cum non agatur de priuando Laurentium Beneficio obrento, sed de eo repellendo ab obtinendo, Paris. de confid. 9. 64. num. 15. Add. ad sanct. mem. Gregor. decis. 238. num. 13. Rot. coram Seraph. decis. 1029. num. 1. in Beneuentana parochialis impress. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 297. num. 3. & in Sabinen. concursus impress. ibidem fol. 291. pariter num. 3.

Denique Laurentius coelectus dum tradidit ante factam electionem mandatum ad consentiendam electioni de se faciendæ, & ad protestandum vt in summ. Arnoldi num. 1. incidit in ambitionis culpam, quæ sufficit, vt ipsius electio attendi non debeat. cap. in scripturis 8. quæst. 1. cap. cum post, vbi Gloss. verb. requisitum de elect. Fr. Sigismund. à Bonon. dub. 41. num. 1. & seqq. alique relati à Barbof. de iur. Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 19. n. 237. Castellin. de elect. Canon. cap. 11. num. 39.

Fuit itaque resolutum constare de bono iure Arnoldi vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Bichio.

Militen. Parochialis.

Lunæ 31. Ianuarij 1650.

Citationis defectum obstare vltiori executioni sententiæ latæ ab Executore Apostolico: Necnon eiusdem sententiæ iniustitiam, apparet in alia decisione sub die 28. Iunij proximi præteriti coram me edita, quæ hodie reuisa & confirmata fuit.

Erat enim necessaria citatio Iosephi, quem ex capite homicidij incapacem esse huius Parochialis Cerauolus Aduersarius narravit Papæ in litteris suæ prouisionis; tam inspectis verbis litterarum Apostolicarum, ibi, *vocato dicto Iosepho*, quæ vti concepta per ablatium absolutum inducunt conditionem, & formam, eaque non adimpleta, processus est nullus, Rot. decis. 707. n. 2. fin. part. 3. recent. quàm attenda dispositione iuris, cum regulariter, quoties gratia tendit in præiudicium intrinsecum alterius, illius citato coram Executore requiratur, vt præter allegatos in alia decisione, fuit dictum in Gallien. Prioratus 5. Iunij 1649. §. penultimo coram me.

Citatio autem facta per affixionem ad valuas nullius momenti est, non præcedente citatione personali Clem. 2. de re iudicat. Seraphin. decis. 1276. n. 4. Et gratis ex aduerso dicitur adhibitas prius fuisse diligentias, in loco soliti domicilij Iosephi; quo casu, subsequuta præsertim comparitione citati sustineri citationem dixit Rot. penes Comitulum decis. 125. num. 2. & 3.

Anton Diana Pars X.

Iniustitia pariter euidens est, quia coram Executore iustificata non fuit narratiua homicidij plene, & concludenter, vt debuit; cum sit fundamentum gratiæ: sed solum exhibita sententia condemnatoria Iosephi ad trirèmes, quæ vti lata in contumaciam delictum non probat, ex allegatis in prima decis. 5. ar. in casu, quibus adduntur aliæ duæ relata à Farinac. in prax. q. 11. post. n. 92.

Et minus quia eadem sententia, ex capite nullitatis, & iniustitiæ reuocata nouissime fuit ab A. C. & insuper condemnatus accusator ad perpetuas trirèmes ob calumpniam accusationis, & falsitates commissas: Etiam simulando quod contra Iosephum fuisset executum monitorium ad comparandum coram Iudice; qui ipsum, vt supra, in contumaciam ad trirèmes condemnauit: Vnde conuincitur, quod processus ille criminalis compilatus fuit calumniosè contra Iosephum sine eius citatione; sine qua Iudex criminalis, ne dum ad sententiam, sed nec ad inquisitionem potuit procedere quando, vt hic, ad instantiam partis procedebatur; quicquid dicendum esset; si fuisset processus ex officio; vt distinguendo ex sententia Aretin. tradit Boss. in prax. tit. de inquisi. n. 72. facit Farin. conf. 111. n. 11. lib. 2.

Nec obstat, quod licet sententia lata in contumaciam non probet delictum, reo tamen non comparente intra annum probet priuationem, quæ sufficit vt declarauit Rota in Romana Beneficiat. S. Petro 16. Iunij 1561. coram Oradin impress. post. 2. volumen, conf. Farinac. decis. 3. num. 5. & tradit Lothar. de re benef. lib. 3. q. 18. n. 168. inuncto n. 166. Vnde dixerat hoc procedere quamuis post annum, reus ex Principis rescripto admissus fuisset ad purgandam contumaciam, quia rescriptum non tollit ius quæsitum ex annali mora in comparendo, quam nocere etiam, quando ex ipsa lectura inquisitionis, & processus constat euidenter de eius nullitate, tradit Farinac. conf. 111. n. 13. in fine, & n. 14. lib. 2.

In casu namque nostro hæc non applicantur, quia nec versamur in terminis sententiæ latæ in contumaciam, cum in rei veritate nuper probata, nusquam contra Iosephum transmissum fuerit; & executum monitorium, & alioquin contumacia non contrahatur, l. contumacia 57. ff. de rei iud. Seraphin. decis. 972. n. 12. Rot. decis. 254. n. 5. p. 6. recent. neque solum Iosephus post annum comparuit, sed etiam obtinuit sententiam reuocatoriam primæ sententiæ, cum omnibus inde secutis, quæ proinde habetur, ac si facta non fuisset, vt in terminis Rot. in Romana Canonica tus S. Angeli 17. Maij 1567. coram Cotta impress. post Farinac. in prax. q. 11. sub n. 92. col. 3. in fine, ibi, & non constat de reuocatione illius.

Tandem non obstat, quod sola pendentia iudicij criminalis, propter infamiam saltem facti, quam Iosepho irrogabat, efficeret ne ei Ordinarius posset hanc Parochialem conferre c. omnip. de accusat. cum aliis allegat à Garzia de benefic. part. 7. cap. 8. num. 6. Nam respondetur primò, quod ad hunc effectum iudicium criminale per calumpniam vt in casu nostro, motum, ac instructum non reuelat, Felin. in d. cap. omnipotens num. 3. vers. limita. Ne alias aperiatut via cui libet maleuolo impediendi personis honestis consecutionem beneficiorum, vt bene in d. cap. omnipotens, aduertit August. Barbof. sub num. 2. vers. & limitatur. Et conferunt tradita à Nauarro conf. 22. sub num. 6. de heretic. vbi quod ad impediendum, nec criminaliter denunciatus de aliquo delicto eligi possit ad dignitatem, seu officium, requiritur semiplena probatio delicti. Sic etiam Mirand. & alij relati à Modern. Parmens. in conf. regul. resolut. 26. num. 22.

462 Decisiones Sacrae Rotae Romanae.

& à Modern. Clufino de canon. elect. diff. 1. contr. 1. num. 5. & 8.

Secundo, quod dici non poterat pēdere iudicium aliquod criminale contra Iosephum, qui, vt supra dicebam, nunquam fuerat monitus, aut citatus, l. *libert. la. 2. ff. in ius vocan.* Boss. in rit. de foro compet. n. 203. Farinac. conf. crim. 298. sub n. 3. vers. nec facit lib. 3. Nihilque refert, quod inter aliquas personas calumniae participes, aut saltem non graues, & honestas, Iosephi accusatio, aut praetensum crimen vociferaretur, Felin. in cap. testimonium num. 14. de testibus. Garz. de benefic. d. cap. 8. num. 9. & 12. & duob. seqq. Barbof. de potest. Episc. alleg. 43. n. 17. & in d. cap. omnip. sub n. 2. vers. quae incurritur. P. Layman. Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. sub n. 4. vers. secundo vt aliquis, cum aliis allegat. à Modern. Matrit. quest. reg. tom. 3. verbo infamia, num. 9. Vt enim incurritur infamia facti, oportet opinionem criminis, illam quatenus commissum esset irrogantis manere apud personas graue, & plures; itaut non sufficiat minoris partis, vt ex text. in cap. inquisitionis, §. *quesiisti de accusat.* docet ibi gloss. vers. *ult.* Innoc. num. 5. Abb. num. 6. in cap. per vestras num. 12. de cohab. clericorum Sanchez respons. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dnb. 4. num. 2. & 4. vbi allegantur concordantes.

Quae vero infamia iuris, ex sententia condemnatoria resultare solet l. *infamem. ff. public. iudic.* non resultat, quando vt hic in contumacia, seu verius reo non legitime vocato sententia lata fuit Clar. in prax. crimin. lib. 5. §. *fn. quest. 72. colum. 1. in fine.* P. Layman d. tract. 5. part. 5. cap. 4. sub n. 2. vers. *requiritur autem.* Giurba conf. crimin. 65. n. 69. aliisque relatis à Modern. Maceraten. de diff. inter iudici. ciuil. & crim. differt. 16. n. 3. vbi pluribus id comprobat. Et quatenus opus esset delata fuisset per sententiam renocatoriā nouissimè latam Sanchez respons. moral. tom. 2. lib. 7. c. 3. dnb. 6. n. 27. Barbof. de potest. Episc. alleg. 43. num. 20. Et ita decifum informante Iosepho, diu tamen aduersario expectato, ac citato.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE
Coram R. P. D. Verospio.

In causa Fusginateni hereditatis,

Luna xiv. Februarij 1650.

Mortuo Petro Roncallo inter Equites obedientiae Magistralis dum degeret in humanis praeuia votorum castitatis obedientiae, ac paupertatis emissionem adscripto; cum sacra Hierosolymitana Religio successionem in bonis ipsius sibi apertam esse contenderet, dubitavi: An eidem, vel Eminentissimo D. Magno Magistro exinde fuerit delata successio, & negatiua prodiit hodie resolutio ex valida professionis, nōdum iustificatae defectu, in gradu praesertim Religionis, assensu Pontificis, nec erecto, nec approbato, contra Sacri Lateranensis Concilij decretum relatum in cap. *ultimo de relig. domi.* sine cuius professionis validae concursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non fuit, nec sacra proinde Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare, iuxta gloss. in *authentica ingressi in verbo dedicat. C. de sacr. sanct. Eccles.* ibique Ojof. num. 11. Bart. num. 32. Bald. num. 27. circa finem, Salicet. num. 7. Cast. num. 20. Alberic. num. 13. caeterique communiter Gemin. conf. 66. num. 9. Cald. conf. 123. col. 2. post med. vers. *vera tamen ratio, & naturalis, usque ad fin.*

de regul. Rot. in Bonon. bonorum 17. Nouembrii 1615. coram bona mem. Piouano inter impressas part. 4. so. 3. recent. decif. 623. n. 3.

Contraria verò professionis validae probatio, nec valet ex testibus resultare, contestantibus nimirum, eundem Petrum tria Religionum vota nuncupasse, ac professionem successiue in manibus Equitis, ad id specialiter deputati, emisisse, provt alias hinc eam Rota deduxit coram Mohedano decif. 10. de causa poss. & proprietatis, & in vna Meten profess. 2. Iunij 1636. coram Reuerend. Salamantino penes Tambur. de Iure Abb. decif. 3. u. 2.

Cum enim haec sacra Religio in tres tantummodo species Equitum ipso institutionis initio, distincta fuerit; Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam, vt ipsi forent Christi fidelium ensis, ac miserabilium clypeus personarum; Alteram fratrum Cappellanorum Conventualium, ac obedientiae; Alteram denique fratrum seruientium armorum, ac officiorum, sicuti eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina registrata tit. 2. cap. 2. sub rubr. *della diuis. de gradi, de fratelli dell' ordine nostro*: Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis confirmationem ab Apostolica Sede obtineat, vt ex Sixtina Constitutione dignoscitur initio statutorum voluminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gradus proprio Magni Magistri Sacramento, ipsa suscepti muneris die, tantummodo approbetur, vt elicitur ex altero Statuto sub tit. 13. cap. 3. in fine de elect. Ipse proinde non potuit, nouum Equitum gradum superaddere Religionis, eadem incon-sulta, de cuius obligatione, ac praedudicio per noui gradus, ac successiuam Equitis incorporationem agebatur secund. gloss. in cap. *portetum in verbo non facit habitus de Regul.* & in cap. *ult. in verbo pertineat eodem tit. lib. 6. vbi etiam Ancar. in 2. notab. Franc. num. 2. Gemin. num. 3. Ioannes Monac. num. 1. ibique Probus ad eum num. 1. & 3. Roderic. q. Regul. tom. 3. quest. 17. art. 7. & alij plures relati per Sanchez ad praecept. decal. lib. 5. cap. 4. n. 65. Irrequesito praesertim Apostolicae Sedis assensu, in triplicati gradus erectione antecedenter adhibito, ac in noui propterea institutione per necesse adhibendo, ad text. in cap. *ult. ibique gloss. in verbo nouam de Relig. dom. & in c. unico in princ. ibique Gloss. in verbo habitum eodem tit. lib. 6. & in Extrauag. Ioannis XXII. unica eodem tit. notat Siluest. in summa in verbo Religio il primo num. 6. Armil. n. 4. Nauarr. in comm. 1. de reg. sub n. 28. in 23. §. Roderic. quest. reg. tom. 3. q. 48. art. 3. Less. de iustitia & iur. lib. 2. cap. 41. n. 62. vers. 9. circa medium, & late prosequitur Azor. instit. moral. lib. 11. cap. 24. quest. 5. & p. 2. lib. 5. cap. 7. Sanchez ad praecepta decal. lib. 5. cap. 1. sub n. 19.**

Cum maximè particulares Religionis constitutiones (quae vt potè auctoritate Apostolica, ac Magni Magistri Sacramento firmatae ab eo debuerant in viridi obseruantia retineri, vt respondit Rot. in vna Meliten. praeminentiarum 13. Nouembrii 1638. coram bona mem. Piouano impress. part. 5. recent. decif. 209. sub num. 1. cum seqq. & in Melenitana antianit. 30. Maij 1639. in §. nam *ult. quod talis receptio coram Reuerend. diff. D. meo Decano.* Petro obstarent, quin inter Equites recipi posset, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordi Commissariorum relatione, ac Venerabilis consilij linguæ Italicæ decreto reiectæ, quae tamen pro gradu praefati affectione aliàs necessaria decern. in Statuto tit. 2. cap. 17. 20. & 41. rubr. *Chi haueffe essercit. mercantia*: Vel ob praestitam professionem non expleto anno probationis,

nis, tum per alterum statutum essentialiter requisito in cap. 28. eod. tit. tum ex disposit. Sac. Concil. Trident. sess. 25. de Regul. in hac etiam Religione seruanda, vt respondit S. Congregatio de mense Iunij 1599. & alias de mense Iunij anno 1582. vt testatur Paris. de resignat. benef. lib. 6. quest. 2. num. 120. & tradit Genuen. in praxi cap. 20. in fine. Barbosa. de officio, & potest. Episcopi allegat. 101. num. 8. & pluribus comprobatur Gratianus discept. forens. cap. 361. num. 27. cum seqq. Vel ratione denique loci professionis emissæ, videlicet extra Conuentum contra alterius sanctionem Statuti eodem tit. cap. 2. Quæ proinde ipsi Religiosi obligare non voluit, non solum ob defectum prohibitionis legitimæ, vnius anni continui tempore non expletæ prout sanxit S. Trid. Synod. sess. 25. de Regul. adducto cap. 15. & tradit Ioannes Andr. in cap. 1. de elect. lib. 6. Syluest. in summa in verbo Religio §. quest. 4. Nauarr. lib. 3. tit. de Regul. conf. 34. & 37. & in comment. 1. eodem tit. num. 19. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 5. num. 1. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 59. Siue etiam ob resistantiam potestatis ipso Magno Magistro, eundem cooprandi in alio Equitum gradu, præter expressos, ac incorporandi Religioni; ita quod nec obligatio reciproca induci validè potuerit, prout ad effectum prædictum, potestas incorporandi legitima necessaria foret secundum Innoc. in cap. porrextum sub num. 4. Antonius de Butrio num. 9. Abb. num. 10. de Regul. Syluest. in summa in verbo Religio il primo num. 5. & 14. Nauarr. in comment. 4. de Regul. num. 74. Less. de iustitia & iur. lib. 2. d. cap. 41. num. 10. & 61. Roderic. quest. Regul. tom. 1. quest. 1. art. 2. Sanchez ad præcepta decalogi lib. 5. cap. 4. num. 62. Rot. decis. 195. num. 14. part. 4. tom. 2. recent.

Obesse præterea non poterit, quod essentialis perfectio professionis in tribus votis à Petro, vt præfertur emissis, Regulariter soleat contineri, ad text. in c. cum ad monasterium in fine de statu Monachorum, & in cap. ad Apostolicam de Regul. Diuus Thomas secunda secunda quest. vlt. art. 3. 4. & 5. cuiusque probatio, inde sat elici videatur.

Quoniam (præterquam vota illa emissæ fuerat in ordine ab Apostolica Sede nondum approbato sub titulo Religionis) licet eadem vouentis obligationem erga Deum præ se ferant efficacem, non tamen ipsum vt certæ Religioni professum obstrinxere, dum præstita solummodo fuerant in manibus superioris legitima facultate carentis ipsum in Religione cooprandi, nec vicissim obligandi autoritate pollentis, vt bene explicant Innoc. in d. cap. porrextum sub num. 5. Butrius num. 9. Abb. n. 10. cum seqq. de Regul. Nauarr. in comment. 1. eodem tit. num. 18. & comment. 4. num. 74. vbi pro ratione considerat, quod professio nullatenus subsistere possit absque legitimo duarum interuentu personarum, quarum altera suam erga Religionem fidem astringat, altera Religionis erga ipsum obligationem inducant, quam quippe reciprocam professio ipsa contineat, Less. de iust. & iur. d. lib. 2. cap. 41. sub num. 11. & 61. Roderic. quest. Regul. tom. 1. quest. 1. art.

Nec etiam præfato gradui, ac professioni licet inuaidæ robur addit consuetudo efficacibus, vt ex aduerso supponitur probationibus iustificata; Quamuis enim alias legitime constaret, quod Eminentissimus Magnus Magister pro tempore, huiusmodi obedientiæ Magistralis habitum, seu denotionis, vel aliter nuncupatum, remissio aliquantulum nobilitatis rigore, ac probationis enno, personis sibi bene visis deferre consueuerit, non tamen inde concluditur personis illas, eo decoratas, etiam si vota prædicta protulerint, de corpore Religionis euasisse, quamuis pium

ac laudabile viuendi institutum elegerint, atque honoratio habitu præfato coonestati, Equitis nomen assumpserint, vt notat Abb. in rubr. de Regul. num. 1. Nauarr. in comment. 1. eod. tit. sub num. 18. in fine, & conf. 33. num. 3. eod. tit. de Regul. Less. de iustitia, & iur. Adducto cap. 41. sub num. 62. §. 6. in fine vers. aduerse tamen, Syluest. in summa in §. Religio primo q. 1. §. secundum fratres, & bene declarat Rodriq. d. quest. 1. art. 2. vers. hinc est, quod votum eorum cum seqq. & tom. 3. quest. 48. art. 4. & quest. 71. art. 1. §. prima conclusio, & in similibus fere terminis Monialium scilicet sub instituto S. Franciscæ in Vrbe militantium, tradit idem Nauarr. in conf. 6. de statu Monachorum lib. 3. ipsas, licet cum habitus mutatione, ac trium sub emissionè votorum collegialiter viuentes, non tamen Religiosas inde professas esse censendas; dum ipsarum Regulam sub titulo veræ Religionis non approbauerat Eugenius Pontifex, sed sub laudabili solummodo institutione viuendi; Adeoque allegata consuetudo ad effectum de quo agitur suffragari non poterit, dum in eisdem terminis vertentis controuersia non ostenditur præcisè seruata, & tamen esset perneceesse probanda, secundum Oldrad. conf. 237. Ayman. conf. 96. num. 4. Anch. conf. 339. n. 8. Cæsar. de Grass. decis. 6. num. 3. de prob. & coram Seraph. 326. num. 2. coram Greg. 45. num. 6. 162. num. 2. & part. 3. recent. decis. 662. n. 3. & part. 4. tom. 2. dec. 323. num. 24.

Hinc minus ad probationem consuetudinis præassertæ deseruiunt, siue Breue sanct. mem. Clem. VIII. hortantis Magnum Magistrum, qui Siculum quemdam ad habitum obedientiæ Magistralis admitteret, eoque titulo Equitem renunciaret; siue litteræ commendatiuæ Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem fauore transmissæ. Siquidem illa tantummodo supponunt in Magno Magistro facultatem, eam tamen nullatenus attribuunt neque iustificanc, nisi aliunde constet tunc verè, ac realiter extitisse cum ad hunc effectum Breue, ac litteræ prædictæ non emanauerint, vt deciditur in Clem. vlt. §. similiter, ibique post gloss. per DD. communiter de sententia excommunicat. Oldrad. conf. 258. sub num. 1. vers. de contra autem conseqq. Rom. conf. 180. num. 4. Rot. decis. 23. de in fine de procurat antiq. & decis. 108. num. 3. part. 1. & decis. 54. num. 4. part. 2. decis. Neque ex iis valet inferri personas eodem habitu insignitas, in ipsa Religione tunc fuisse, ac esse incorporatas, vnde pendet solutio dubitationis propositis.

Hinc quoque S. Religioni opitulari non potuit lapsus temporis spatio annorum 30. & ultra, à die per Petrum editæ possessionis, quasi beneplacitum Apostolicum valeat inde præsumi. Etenim procedere forsitan posset obiectio, si cum temporis cursu obseruantia quoque conpareretur, nimirum, quod Petrus semper inter Equites habitus fuerit, ac Religiosus vt vtrumque requisitum ad hunc effectum copulatiuè necessarium tradit Abb. in cap. Albericus sub num. 3. de testibus, Alex. conf. 2. num. 70. & conf. 17. num. 4. lib. 4. & pluries respondit Rot. videlicet in vna Mediolanen. rescissionis permutatione 10. Iamar. 1587. coram recol. mem. Card. Pamphilio & decis. 176. n. 45. part. 5. recent. & post Pacif. Salu. decis. 170. n. 8. & in Perusina bonorum 4. Iunij 1608. coram Peris. Dum itaque obseruantia in casu proposito excluditur ex testibus, deponentibus, Petrum per annos viginti-quinque, & ultra, nec in Pallio, nec in pectore Crucem detulisse, ab eoque tempore citra inter Equites amplius agnitum non fuisse, nec recensitum, cursus ille temporis, licet longæuus; præsumptionem Pontificis assensus inducere non valet, vt notat Soc-

cia, in *conf. 29. num. 20. cum seqq. lib. 1. Iason. in l. sciendam in 4. limit. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. sicut num. 33. vers. 7. & ult. de re ind. Add. ad dec. Put. 355. num. 7. lib. 2. Rot. coram bo. mem. Cocc. decis. 301. num. 3.*

Prædicta verò certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Conc. Trid. in una *Meliten. sub die 10. Maij 1608.* qua Eminentissimi Patres responderunt, Professionem ab huiusmodi Equitibus obedientiae nuncupatis emissam, nullius esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio per Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus M. Magister legitimum ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersis vim obtinent, sed iustam quoque præ se ferunt interpretationem, in præcedentibus casibus hactenus non decisus, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, iuxta gloss. in *proem. Clem. in verb. de casero, Salas de leg. quest. 97. tract. 14. sect. 12. vers. 4. colligo,* vbi loquitur in specie de resolut. S. Congregationis præfata, *Rot. coram Greg. dec. 310. num. 7. & dec. 17. num. 32. part. 4. tom. 2. rec. & in Meluitana anriunitatis 26. Maij 1640 in §. non obstat, quod prædicta ordinatio coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Et ab hoc Tribunali semper magna cum reuerentia suscipi solent, vt dictum fuit in *Auerfa beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. dec. 479. num. 2. & in Meten. Abbatia 19. Iulij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Maioricen. parochialis 13. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Celfo, & in aliis relatis in Calaguriana clauis 12. Ianu. 1648. in ult. §. coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. in §. Et hac iuris dispositio coram me Et ita vtraque, &c.*

D E C I S I O.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Bichio.

Concheñ Pensionis.

Luna 14. Februarij 1650.

Rationes ipsæ quæ iuxta decisiones in priori instantia coram R. P. D. meo Corrado editas sub die 13. Ianuarij 1648. & 21. Maij 1649. Sententiæ Rotalis ab eodem D. meo Corrado super nullitate pensionis latæ iustitiam demonstrant, mouerunt hodie Dominos vt eandem sententiam confirmandam esse responderent; nempe defectus iustificationis valoris à Manzilla pensionario narrati, & simulatio in fraudem decreti Sacri Concil. Trid. sess. 25. de reformat cap. 15.

Debuit namque pensionarius in hoc iudicio petitorio iustificare valorem, ducatorum 500. auri de Camera à se narratum Papæ per ascensum, cum huiusmodi narratiua dicatur causa, & fundamentum gratiæ, vt in puncto præter allegatos in decisionibus R. P. D. mei Corradi tradit Lotther. *de re benef. lib. 1. quest. 43. num. 1. & seqq.* vbi hoc ampliat quando, vt in casu nostro agitur de pensione reseruata beneficio pleno, *Rot. decis. 526. num. 1. part. 3. decis. 287. num. 9. part. 5. recent. & in Placentina pensionis 25. Iun. 1646. coram R. P. D. meo Cerro,* vbi sequendo distinctionem semper in hoc Sacro Tribunali receptam dicitur quod aut agitur in iudicio possessorio, & onus probandi falsitatem valoris narrati incumbit titulari, quia est de eius exceptione, cum pensionario sufficiat docere de quali possessione exigendi, aut igitur peti-

toria & valor probandus est à pensionario, quia cum titularis habeat intentionem fundatam in dispositione iuris quod beneficia sine diminutione conferantur, innitatur opus est pensionarius litteris Apostolicis reseruationis pensionis, & quidem validis, quales non sunt nisi iustificentur in valore narrato, vbi vt hic agitur contra successorem in beneficio qui reseruationi pensionis non consensit.

At pensionarius non iustificauit, solumque apparet de valore in ducat. 500. monetæ Castellæ, nec excusatur siue quia falsa narratiua, quæ non mouit concedentem, & dolosa non est, gratiam non vitiat *cap. super litteris de rescript. cuius dispositionem ad rescripta gratiosa extendit Innoc. in cap. postulasti num. 1. eod. sit. Lap. alleg. 89. num. 6. alitque relati in decis. 288. num. 1. post conf. Farin. decis. 536. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.* concedentem vero non magis mouit narratiua valoris in 500. ducatis Cameræ, quam mouisset in totidem monetæ Castellæ cum semper remaneant pro titulari duæ tertiæ parte fructuum quibus saluis Papa solet beneficia grauare pensione, vt per Gigan. *de pens. quest. 9. sub num. 1. & 2. & sub num. 5. in fin. Rot. in Romana pensionis 25. Maij 1646. §. unde huiusmodi coram me,* & magis in terminis ad effectum excusandi malam expressionem valoris fuit ponderatum in *d. decis. 536. num. 5. vers. alia enim, & num. 6. part. 4. tom. 3. recent.*

Siue quia mala expressio prouenit ab errore procuratoris, ac expeditoris, vt constat, quia in mandato procuræ dato à principali valor expositus; fuit in 500. ducatis monetæ Castellæ quod excludit dolum principalis & licet Rota non facile admittat istam excusationem propter fraudes quæ alias fieri possent impetrando per medium procuratoris, vt refert Crescen. *decis. 10. de praben.* hoc procedere quando error versatur circa ea, quæ Papam ad concedendum difficiliorem reddere potuissent, nec non conuincitur ex publicis instrumentis mandati procuræ dati à principali declarauit Rot. inter impress. post conf. Farin. *decis. 270. sub num. 4. vers. censuerunt Domini, & d. decis. 268. sub num. 11. vers. fuit responsum,* quas refert & sequitur *d. decis. 536. num. 5. & num. 18. part. 4. tom. 3. recent.*

Primum enim cessat, quia non constat remanere pro titulari duas tertiæ partes fructuum deductis oneribus, quod est in specie probandum ab impetrante, *Seraphin. decis. 1030. num. 1. Rot. decis. 444. n. 4. part. 2. recent. decis. 237. n. 6. cit. coram bon. mem. Card. Mellino, & in Monopolitana pensionis 7. Februarij 1648. coram me;* præsumique potest dolo narratus valor in ducatis cameræ, vt Papa libentius tantam pensionem beneficio pleno reseruaret: quicquid enim sit, quando pensionarius erat puer teneræ ætatis, & agitur pro reductione pensionis contra titularem qui illi consensit in quibus terminis loquitur ex aduerso allegata *decis. 536. p. 4. tom. 3. recent. vt patet n. 4. & sub num. 7.* vel quando falsa narratiua non tendit in alicuius præiudicium, puta quia impetrans beneficium non curatum se Presbyterum narrauerit, cum tamen simplex Clericus esset, qui est casus supra citat. *decis. 270. & 288. apud Farinac. post conf. Sanè in maiore qui bene sciebat valorem beneficij, & in gratia præiudiciali tertio prout est reseruatio pensionis, quia Papa procedit cum maiori circumspectione oritur suspicio quod nisi fuisset facta illa narratiua Papa non concessisset vt respondendo contrariis bene distinxit Rot. in *d. decis. 270. sub n. 3. vers. & quantum ex doctor. Gemin. in c. gratia num. 4. in fin. de rescript. in 6. quam sequitur Cresc. decis. 10. n. 2. de praben. Callad. decis. 10. n. 3. vers. scilicet quod expressio eod.**

cod. tit. & generaliter quod Papa gratiam quæ alieni præiudicium infert præsumatur non concessurus, vel difficilius si narratæ sint falsa fuit dictum in Notarien. Canonicius 12. Februarij 1593. coram clar. mem. Card. Hieron. Pamphilio impress. apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 451. sub n. 1. vers. & præsertim in decis. 150. n. 5. coram san. mem. Greg. XV. & in Calaguritanæ beneficij de Cornago 27. Maij 1647. coram me.

Alterum pariter penitus remouetur, quia pensionarius receptis litteris Apostolicis narratiuam valoris in ducatis 500. Cameræ continentibus, non solum non contradixit, aut pro illarum correctione insterit, quam forsitan nec obtinere potuisset cum litteræ non discordent à supplicatione, sed à mandato iuxta alteram ex opinionibus relatam Mandos. *super reg. 27. Cancell. n. 7.* sed eas in iudicio produxit pro obtinenda earum executione; hinc enim illas ratificasse censetur cum omnibus qualitatibus; & narratiuis ibi expressis ex alleg. in 2. dec. R. P. D. mei Corradi §. quia præter quod: parumque refert quod productio facta fuerit à procuratore absque speciali mandato, quia ipse pensionarius tum litteris, tum earum productione vsus fuit obtinendo illarum executionem, & obtentam in variis Tribunalibus defendendo, qui vsus inducit ratificationem æquipollentem speciali mandato l. si filiusfamilias, vbi notant omnes, ff. ad Maced. cum aliis adductis in Casenaten. fructuum 28. Iunij 1647. §. fin. coram R. P. D. meo Roya, & in specie supplicationis potrectæ à procuratore, Caputaq. dec. 193. n. 1. & 2. & num. 4. part. 1. Caua. decis. 26. n. 5. Put. in punct. pensionis expedita à procuratore decis. 100. sub num. 1. vers. tamen, & n. 2. lib. 2. incurr. itaut falsa narratiua procuratoris apta vitare gratiam noceat principali propter illius vsus, esto quod non noceret si nullatenus mouere potuisset Principem ad concedendum, ac tertio non præiudicaret. in quibus terminis gratiæ vsus non nocere dixit Rota in sapè citata dec. 288. n. 12. post cons. Farin.

Simulatio quoque in fraudem Concilij Tridentini prohibentis reseruari filio pensionem super beneficio possesso à patre visa est vrgere, nam Manzilla quia prohibeatur obtinere pensionem super fructibus Ecclesiæ Parrochialis Loci Vallæ de Colmenas, quam tunc Iacobus eius pater naturalis possidebat, curauit quod idem Iacobus consentiret pensioni ad fauorem Petri Ordoneo nepotis Sanctij Ordoneo vt vice versa idem Sanctius super fructibus alterius Parrochialis loci Carafenellæ à se possessæ consentiret simili pensioni ad fauorem ipsius Manzillæ prout factum fuit, expeditæque hinc inde litteræ expensis solius Manzillæ. Vnde apparet tum causa simulandi ad euitandam scilicet, seu veriùs eludendam prohibitionem Concilij, vt ferè in punct. Paris. de confid. q. 51. num. 8. Aymon conf. 153. num. 8. tum animus & coniecturæ simulationis quibus, illa conuincitur ex quo occultè committitur cap. per tuas o. ficus. vbi Innoc. n. 1. de simon. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 36. num. 105. Rot. decis. 238. n. 14. coram san. mem. Greg. XV. & in Balneoregien. simonia 17. Maij 1624. coram bon. mem. Coccino.

Et inter coniecturas potissima est quæ resultat ex Contextualitate mandatorum procuræ ab vtroque Rectore eodem tempore; & coram eodem Notario; & testibus ad consentiendum pensionibus vt supra datorum Paris. de resign. lib. 14. q. 9. n. 10. & seqq. vsque ad 15. & de confid. d. q. 51. n. 5. & 9. & 17. in fin. Rot. decis. 134. n. 3. vers. & ex breuitate p. 2. diuers. aliique relati in 2. decis. coram D. meo Carrado. §. penult. neque correspondentiæ euitati potest eo quod testes

deponunt mandatum Iacobi patris Manzillæ emanasse in remunerationem eorum, quæ Sanctius Ordoneo fecerat ad fauorem ipsius Manzillæ, ex quo infertur quod ob diuersitatem causæ vtriusque mandati Contextualitas non inducit correspondentiæ ex alleg. in decis. 392. n. 13. coram san. mem. Greg. XV. & in Romano seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Septembris 1646. coram me. Quia titulus iste remunerationis cum sit relatiuus ad beneficium acceptum, hoc est ad consensum à Sanctio præstitum ad fauorem Manzilla magis conuincit identitatem causæ, & correspondentiæ consensuum, quod scilicet vnus consenserit contemplatione consensus alterius, itaut ex vtriusque simultaneo, & effectuaro consensu probetur mutua inter ipsos permutatio, vt in terminis consensus remuneratorij est text. in l. sed & si lege 28. §. consuluit. in fin. ibi genus quoddam hoc est permutationis, ff. de per. hered. & ibi notat Ant. Faber. col. 3. circa fin. vers. remunerationem fol. 307. facit. text. in l. si pignora 56. vers. species enim. ff. de furt. Accedente præsertim quod Manzilla fecit expensas expeditionis vtriusque pensionis, quod pro coniectura fraudis adducit Paris. de confident. q. 27. num. 1. & seqq. Rota in Romana domus ad Transtiberim. 18. Iunij 1638. §. 3. insurgit coram Eminenti. D. Card. Panziolo, & vtrinque resultabat utilitas ad fauorem consanguineorum ipsorum consentientium, nempe ex vna parte nepotis, ex altera filij quod pariter fraudis argumentum præbere tradit Paris. de confid. d. quasi. 27. n. 6. & 7. vnde quicquid dicendum esset si aliqua ex prædictis coniecturis concurreret, sanè omnibus simul iunctis apparet præcessisse inter partes expressam, aut præsumptam conuentionem de ad inuicem consentiendo, Anchar. conf. 434. sub num. 3. vers. ex præambula. Aim. conf. 153. num. 9. & pensionem cadere sub prohibitione Concilij Tridentini, vt in hīs terminis declaratum fuisse à S. Congregatione refert Garz. de benef. part. 7. cap. 3. num. 87. vbi in fine dicitur quod consensus pensioni dicitur præstitus per fraudem & in proximis terminis Aufred. ad Capell. Thol. qu. 439. num. 5.

Et ita decifum vtraque, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Cerro.

Vicē Jurisdictionis.

Luna 2. Maij 1650.

Litteras Apostolicas tam S. memoriæ Clementis LVIII. sub data 14. Kal. Septembris 1592. in quibus Ecclesiæ S. Ioannis de Abbatissis in Collegiatam erecta cum suis Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, Capitulo, Beneficiis, & quibuscumque ministris submittitur Iurisdictioni Ordinarij, quam etiam fel. record. Urbani VIII. sub data 18. Ianuarij 1624. illarum confirmatorias, exequendas esse definitiuè pronunciatum fuit per sententiam Rotalem, à qua interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula, Parisi litteris arbitrio, dubitavi, An intret arbitrium; & illud non intrare, pro illarum retardatione Domini responderunt, quia litteræ Apostolicæ de iurè paratam habent executionem cap. si Capitulo, vbi gloss. in verb. exequatur de concess. præbend. in 6. Mohed. decis. 13. vi lit. pendent Card. Caua. decis. 230. num. 1. & seq. Buratt. decis.

435. num. 1. *Vrgellen. dec. 60. n. 2.* Præsertim in proposito, quo ex præfata sententia Rotali, quæ est valida, & iusta (vt inferius probabitur) apparent iustificatæ, vt responsum fuit in Nazarena, seu Montis viridis beneficij 15. *Decemb. 1645. coram R. P. D. meo Verospio, in Gerunden. Parochialis 26. Nouemb. 1646. & in Bencuentana Canonicius 8. Febr. 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Validitas est clara, nec obstat nullitas ex eo deducta quod sententia Rotalis fuerit prolata contra sententiam de partibus latam ad fauorem Archipresbyteri, à qua fuit per Episcopum appellatum, ea non reuocata contra l. 1. *C. quand. prouoc. non est necess.*

Quia cum Rota pronunciauerit prout in prima, sicut validè pronuciare potuit vigore clausulæ, quam, & quas appositæ in Commissione Card. Seraph. *dec. 1241. n. 2. & dec. 1327. n. 3. Buratt. dec. 241. n. 6 & dec. 405. n. 1. Rot. in recent. dec. 305. n. 3. cum seqq. p. 6. & dec. 303. n. 2. part. 7.* Non fuit opus dictam præcedentem sententiam reuocare, ex deductis coram Card. Casal. *dec. 31. n. 3. in recent. dec. 161. sub n. 2. vers. Præterea part. 1. dec. 264. n. 1. & 2. part. 6. & decif. 26. num. 3. part. 7.* cum cæteris allegatis in Romana fideicommissi de Spiritibus 14. *Iunij 1645. coram me §. Altera verò.* Nec ipsa vulnerauerat viam executiuam dum coram illo Iudice non fuit actum pro executione dictarum litterarum, nec super ea pronunciatum, vt respondit Rota *dec. 132. n. 1. p. 2. diuers. coram Buratt. dec. 329. n. 6. in Romana dotis 17. Decembris 1607. coram Penia, & in Romana, seu Mutinen dotis 30. Aprilis 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panziolo, penes Zacch. de oblig. Camer. dec. 65. n. 9. & dec. 200. n. 13. secundum ult. impress.*

Deinde non obstat altera ob non integram transportationem actorum, quia sufficit quod transportatus fuerit integer processus fabricatus coram Decano Tarraconen. à quo fuërat appellatum, *Pen. dec. 644. n. 2. & 4. Buratt. dec. 213. n. 2. & 3. Card. Casal. dec. 43. n. 1.*

Iustitia conuincitur ex lectura earumdem litterarum S. M. Clementis VIII. ibi, *Dictaque Ecclesia, ac eius Dignitates, Canonicius, & Præbenda, aliæque beneficia Capitulum, & Ministri huiusmodi suo Ordinario subiecti sint, &c.* Quibus sanè verbis aperte dignoscitur, illos subiectos fuisse Iurisdictioni eiusdem Episcopi, qui propriè in præfatis litteris Ordinarij nomine fuerat designatus iuxta Gloss. *in c. 2. verb. loci ordinario de usur. in 6. & in cap. Ordinarij verb. locorum de offic. ordin. in 6. Mandos. conf. 37. n. 8. Chockier. de Iurisdic. ordin. lib. 1. q. 1. n. 9. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 24. sub n. 102. cum pluribus seqq.*

Nec turbat quod appellatione Ordinarij veniat Archipresbyter, cum in materia de sua natura adaptabili sub huiusmodi denominatione comprehendatur quicumque alius inferior, dummodo ordinariam habeat iurisdictionem, vt tradit Card. Zabarell. *in clem. quia regulares sub n. 11. vers. octauo quarto, de supplen. neglig. Prælat. cum aliis quos refert, & sequitur Chockier d. qu. 1. d. num. 9. vers. sed etiam, Rota in recent. dec. 493. n. 5. p. 2. & coram bo. me. Coccin. dec. 346. n. 1.*

Quia in casu, de quo agitur de Episcopo tantum, non autem de Archipresbytero Ordinarij nomine Pontificem intellexisse, Dominis suadebant contextus litterarum, & subiecta materia. Tum quia, submitiendo Dignitates, Canonicos, & Capitulum suo Ordinario, Archipresbyterum ipsum (in quo vnica, & principalis residet Dignitas) illius iurisdictioni per necesse submittere censetur, ac proinde nomen illud ad ipsum congruè referri non potest ne eo-

dem tempore dentur actio, & passio in eodem subiecto contra regulam text. *in l. si quis pro eo §. 1. ff. de fideiuss. l. frater à fratre ff. de condic. indebit.* Tum quia pluries de Ordinario, & Archipresbytero ibidem discretiue loquutus fuit, ideoque illos pro distinctis, & omnino separatis inter sese habuisse præsumitur, nec vnum voluisse sub alterius denominatione comprehendere *ex allegat. per Surd. conf. 426. n. 1. & conf. 554. n. 7. 8. & 9. Menoch. conf. 215. n. 69. & 70. Cardin. Seraph. decif. 1486. num. 12. Rota in recent. decif. 667. num. 5. cum aliis per Add. ad Greg. decif. 301. num. 18.* Tum denique, (& hoc tollit omnem difficultatem.) Quia ita declarauit Sacra Congregatio Eminentissimorum DD. Sacri Concilij Tridentini interpretum, ne dum sub die 2. *Decembris 1623.* quæ deinde confirmata fuit per speciale Breue felic. record. Urbani VIII. sed etiam 1. *Decembris 1640. 21. Septembris 1641. & 15. Martij 1642.* Quibus proinde declarationibus omnino est deferendum cum Rota soleat illas absque alia discussione reueteri, vt responsum fuit coram Card. Casal. *dec. 627. num. 9. in Vicen. Portionum 18. Martij 1639 coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Oppiden. ProceSSIONum 18. May 1646. coram R. P. D. meo Verospio §. Et hac iuris dispositio, & prius in Romana pensionis 19. Nouembris 1640. coram me §. final.*

Nec refert quod dictum Breue san. mem. Urbani vti impetratum lite pendente, nulla facta de ea mentione videatur subreptitium: Quia cum Archipresbyter, & Canonici deinde eundem Pontificem adiuerint pro illius moderatione, & nihilominus ipse huiusmodi declarationis articulum eidem Sacræ Congregationi denuo remisit, quæ successiue pluries auditis partibus, ac re maturè discussa præcedentem resolutionem re confirmauit, vtique obiecta subreptionis exceptio omnino sublata remansit *ex notat. in cap. 1. vt lite. non contest. in 6. & faciunt tradita per Cardin. Zabarell. conf. 92. num. 2. & 3.*

Provt minus obstat asserta antiqua concordia celebrata de anno 1262. inter tunc temporis Episcopum ac Abbatem, & Monachos Ecclesiæ de qua agitur super ipsorum exemptione ab illius iurisdictione.

Quia, vltra alias responsiones ab informantibus deductas, dum Monasterium, Abbas, & Monachi illorumque ordo, & iura extincta penitus, & suppressa fuerunt à prædicto sa. mem. Clemente VIII. terminarunt profus, & cum eis pariter extincta remanserunt omnia ipsorum priuilegia, & concordia, quæ propterea in Archipresbyterum, & Canonicos, aliosque deinde principaliter institutos, ac sub diuersa natura, & qualitate subrogatos transire non poruerunt, ad tradita per Natt. *conf. 638. n. 44. vers. eadem quod. Baldus Rimin. iun. conf. 112. n. 121. & 129. cum aliis per Gabr. de regul. iur. concl. 1. n. 48. 66. & 88. sed in ipsis seruari debet expressa, & præcisa forma in dictis litteris eiusdem Pontificis super huiusmodi suppressione, ac noua erectione editis contenta iuxta prædictas subsequentes, & reiteratas declarationes dictæ Sacræ Congregationis, vt responsum fuit in decif. huius causæ emanata coram bon mem. Merlino 21. *Iunij 1638 §. fin.**

Nec releuat quod in suppressionibus, & nouis erectionibus aliarum similium Ecclesiarum tam ab eodem san. memoriæ Clemente VIII. quam à felic. record. Paulo V. appositæ fuerint declarationes de non præiudicando antiquæ iurisdictioni, & priuilegiis earum. Quia cum huiusmodi declarationes restrictæ, & limitatæ fuerint ad prædictas alias Ecclesias, extendi non debent ad istam, de qua agitur, cuius

cuius suppressio, & noua erectio diuerso modo facta fuit, vt respondit Rota coram bon. mem. Burast. decis. 599. sub n. 4. in Vicen. Canon. 29. Nouembris 1624. coram bon. mem. Merlini §. prout nec etiam, & in Vicen. Camera 1. Februarij 1639. coram R. P. D. meo Royas §. Non obstant Breuia.

Denique non obstat quod huiusmodi Ecclesia sit de iure patronatus Regio, quia hoc non praedicit iurisdictioni ordinarij iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini sess. 25. c. 6. de reformat.

Et ita resolutum fuit, &c.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram R. P. D. Bichio.

In Caussa Cathacen praetensa Obedientiae.

Luna xxij. Maij 1650.

Possidet Venerabile Collegium Societatis IESV in Ciuitate Cathacensi sub inuocatione S. Leonardi Abbatiam nūcupatam à fel. record Greg. XIII. de anno 1579. illi perpetuo vnitam, & incorporatam cuius ratione praetendente Reuerendissimo Episcopo Cathacensi sibi ab eiusdem Collegij Rectore praestandam esse obedientiam, quam caeteri Ecclesiarum Rectores praestare solent in festiuitatibus Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae, & consecrationis Ecclesiae Cathedralis. Emanarunt in partibus duarum sententiarum, à quibus deuoluto per appellationem toto negotio ad Romam, mihi que commisso, proposui dubium, An Rector Collegij teneatur ad praestationem obedientiae praetensa per Ordinarium Cathacensem, quod fuit negatiue resolutum.

Habet enim Societas IESV à Summis Pontificibus Paulo III. & Gregor. XII. amplissima priuilegia exemptionis tam respectu personarum, quam bonorum quorumcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione Ordinariorum, vt legitur in Constit. 48. Pauli III. Bullar. tom. 1. §. 13. fol. 564. ibi, ipsamque Societatem, & vniuersos illius socios, & personarum, illorumque bona quacumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eximimus, & liberamus: ac sub nostra, & praefata Sedis protectione suscipimus, quae priuilegia Pontificia, ac verbis adeo amplis concepta important exemptionem etiam ab ipso iure reuerentiali aliis praestando Episcopis, licet secus sit in exemptione non plena, vel data ab Episcopo, iuxta veriorum Doctorum opinionem, quam amplexi fuerunt Iason in l. in ius vocari §. patronorum il. 2. in 4. notab. n. 5. in fin. vers. limita quando. ff. in ius vocan. Felin. in c. delectus 18. n. 7. post med. vers. sed de exemptis per Papam de offic. ordin. & in cap. cum inter 13. sub n. 4. circa med. de sentent. & re iudic. Abb. in c. cum venerabilis 21. n. 4. in fin. de censibus. Mandos. in tract. de signat. grat. verb. exemptiones ab Episcopis. §. an autem exemptio fol. 121. à tergo. Rodriq. canon. quest. tom. 2. q. 64. art. 9. per sos. Erasmus à Chokier de iurisd. ordin. in exemp. par. 4. q. 34. n. 3. vers. utramque. Lorther. de re benef. lib. 1. q. 23. n. 31. Put. decis. 114. vers. sicut lib. 3. in corr. Seraph. decis. 1025. n. 19.

Eademque exemptio suffragatur etiam respectu huius Ecclesiae Societatis Collegio accessorie vnita, esto quod illa ante vnionem praestitisset Episcopo praetensam obedientiam (quod tamen negatur,) quia vnio accessorie facta extinxit prorsus titulum, ac nomen Ecclesiae vnita, eamque effecit partem, &

praedium ipsius Collegij Oldr. consil. 257. num. 15. al. fin. & n. 16. & 17. Ferrer. consil. 242. sub. n. 5. vbi quod de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluionem contingente Ludou. Bell. consil. 59. n. 17. & consil. 195. n. 3. Mant. decis. 214. n. 3. Caualer. dec. 330. n. 5. Rot. inter recens. decis. 170. n. 2. part. 2. decis. 140. num. 4. & num. 15. in fin. seqq. part. 7. vnde quemadmodum Episcopus obedientiae huiusmodi praestationem non praetendit, nec praetendere potest à Rectore Collegij respectu Collegij, ita pariter nec respectu huius Ecclesiae, quae est eiusdem Collegij membrum, vt ex text. in cap. recolentes §. caeterum de stat. Monach. tradit in terminis exemptionis Barbof. de potest. Episcop. allegat. 105. num. 17. in fin. Fuisse verò Ecclesiam accessorie vnitam denotant verba vnionis, ibi, perpetuo vnius, annectimus, & incorporamus, iuxta theoricam, quam originaliter tradit Ang. consil. 247. infra med. vers. sed vbi fit vnio, vbi ponderat quod si fit vnio per incorporationem, quia res vnita incorporatur principali efficitur eius membrum, & sequitur Ferrer. d. consil. 242. sub num. 5. vers. & quando. Castro Pal. oper. moral. tom. 2. tr. 10. disp. 6. punct. 2. §. 1. sub n. 11. vers. si autem post Mandos. super reg. 12. Cancel. quest. 1. n. 6. Hoied. de incompatibilitate benefic. part. 2. c. 3. sub n. 3. vers. nam si fit vnio, & vers. tamen incorporatio. Gratian. discipulat. 291. n. 2. & 3.

Neque Episcopus aduersus huiusmodi priuilegia allegare potest se praescripisse hoc ius obedientiale, quia actus in id electi ex libris Cathedralis, quibus dubitari potest, an sit praestanda fides in praedictum Collegij Episcopo non subiecti, prout praestanda non est fidei extraiudiciali ex aduerso producta, non concludunt possessionem triennariam à tempore factae vnionis, cum tamen quadragenaria requiratur Butr. cap. peruenit n. 18. de censib. quem refert & sequitur Bald. de praescript. part. 5. princ. qu. 12. n. 8. inter tract. magnos tom. 17. fol. mihi 91. à tergo. Bertach. de Episcop. lib. 4. part. 2. princ. q. 20. n. 54. inter eosdem tract. tom. 13. part. 2. fol. 528. Imò cum adsint fides contrariae de obedientia nusquam praestita, & ex ipsis libris Cathedralis nullus actus obdientialis eliciatur ab anno 1603. citra, Collegium contra Episcopum quatenus opus esset libertatem tanto tempore praescripisset Ruin. consil. 217. sub n. 13. vers. non obstat. lib. 1. Iacob. de Leonard. inter consil. feudat. Brun. consil. 117. n. 138. Aym. consil. 111. n. 21. & seq. Syluan. consil. 59. n. 11. & 12. aliique relati à Moder. Carpeni controuers. foren. c. 110. n. 12. maxime accedente titulo supra memorata exemptionis, & quia ex aduerso causa aliqua, ob quam praetensa obedientia praestari debet, non probatur, vt de iure requiritur, ex traditis per Bald. in l. cum aliquis 21. n. 9. Cod. iur. deliber. quem refert & sequitur Mascard. consil. 1117. num. 17.

Et ita decisum informante solum Collegio post plurimas citationes contra Episcopum executas.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram R. P. D. Orthobono.

Acernen Vicarij.

Luna xxx. Maij 1650.

Resolutum fuit constare de bono iure Capiruli Cathedralis Ecclesiae Acerni deputandi Vicarium Generalem Sede Episcopali vacante etiam in Oppido

Oppido montis Cornini liberè absque vlla nominatione Cleri, seu asserti Capituli Collegiatæ eiusdem Oppidi, certum est enim quod ex dispositione iuris communis Sede Episcopali vacante Capitulum Ecclesiæ Cathedralis succedit Episcopo in iurisdictione, vt sunt text. in cap. cum olim de maior. & obed. & in c. 1. eodem tit. in 6. Rota dec. 296. n. 1. part. 1. recent. & in specie quoad deputacionem Vicarij disponit Sacr. Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 16. & probat Pauia, de potest. capituli sed. Vacant. part. 1. q. 2. & dixit Rota in Ampuriens. seu Ciuitaten. Deputacionis Vicarij 19. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Melio, adeo vt nec ipsi Portionarij Ecclesiæ Cathedralis, neque Clerus hanc potestatem habeant etiam conjunctim cum Capitulo iuxta declaracionem Sanct. Congregationis Concilij relata per Ioannem Gallemart. ad d. c. 16. n. 1. Ibi enim Sacr. Conc. Trident. decernit hanc potestatem deputandi Vicarium Sede vacante competere Capitulo Cathedralis, quod intelligendum venit priuatè quoad Capitulum Collegiatæ, tum quia iurisdictioni alicui concessa censetur priuatè ad eum, qui de iure (quale est Capitulum Collegiatæ) eandem iurisdictionem non habet, vt respondit Rota dec. 122. sub n. 4. part. 1. recent. Tum quia Sac. Concilium abhorruit, deputacionem duorum vicariorum in eadem Diocesi sede vacante, quam propterea nec ab ipso Capitulo Cathedralis fieri posse nisi ex maxima causa, vel nisi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium declarauit S. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Sacr. Concil. Interpretum in vna Panormitana 31. Maij 1592. relata per Barb. de Canon. & Dignit. c. 42. num. 33. & 34. vbi subdit permitti electionem vnus Vicarij Generalis, & alterius foranei si est tanta Diocesis, vt distantia locorum id suaderi videatur, idem Barbof. in collect. ad Concil. d. sess. 24. c. 16. n. 2. Garz in addit. ad tract. de Benef. part. 5. c. 7. n. 37. vbi pluribus id comprobat.

Et tollit omnem dubitationem in præfenti casu nuperrima declaratio Sacr. Congregationis super negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ emanata 13. Septemb. an. 1647. qua auditis partibus, & Eminentissimo Franciotto referente fuit resolutum nullum ius competere Clero, seu assertis Canonis Montis Coruini eligendi proprium Vicarium tempore Sedis Episcopalis Acerni Vacantis, sed eisdem subesse debere ordinariæ iurisdictioni Capituli Acerni, ipsiusque Vicario Capitulari ad præscriptum Sacrorum Canonum, & Sac. Concil. Trid. vt patet ex verbis decreti relati in Summ. Capituli Cathedralis n. 5. huiusmodi enim declarationes Rota semper suscipit, & amplectitur reuerenter, vt videre est apud Buratt. dsc. 479. n. 3. & 10 in Mauricen. Parochialis 13. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Celso, & in Fauen. Præcedentia 1. Iulij 1648. coram bon. mem. Arguelles.

Neque obstat quod à sententia A. C. lata super executione dictæ declarationis fuerit commissa appellatio; quia non ideo elisa fuit Sacræ Congregationis auctoritas, vel denegatum obsequium eidem debitum ob eximiam Eminentissimorum Patrum, quibus ipsa Congregatio constat, sapientiam, vt in puncto similis Decreti Sacræ Congregationis, respondit Rota decif. 214. num. 6 & duobus seqq. part. 4. tom. 2. recent.

Minus obstat transactio inter Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Acerni & Clerum Montis Coruini iniga de anno 1613. die 28. mensis Martij, in qua inter alia firmatum fuit, *Che nelle vacanze, che occorranno ogni futuro tempo nella Sede Vescouale di*

detta Città di Acerno circa la deputacione del Vicario Capitolare in d. Terra di Monte Cornino Diocesi di detta Cathedrale, si debba dal Capitolo di S. Pietro di Monte Cornino nominare tre persone idonee à detto officio, e che il Capitolo di detta Chiesa Cathedrale d' Acerno debbia vno delli detti tre nominare, eleggere, e deputare per Vicario Generale in detta Terra di Monte Cornino tantum.

Quia DD. pro responsione huius obiecti, in quo Clerus Montis Coruini omne fundamentum faciebat in alia propositione huius causæ super mantenitione, censuerunt præfatam transactionem esse omnino nullam ex defectu Beneplaciti Apostolici, quod est semper necessarium in alienationibus, & transactionibus super rebus Ecclesiæ, vt in terminis transactionum Caputaq. dec. 106. per tot. part. 1. Rota coram recent. mem. Coccino decif. 201. num. 1. in recentior. decif. 753. num. 2. part. 2. & decif. 241. num. 10. part. 4. tom. 2. & in Marsicen. iurisdictionis 18. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, etiam si fuerit transactum inter duas Ecclesias Rota dec. 227. n. 9. & seq. part. 4. tom. 2. & dec. 561. num. 7. part. 5. recent. & in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. in §. quoniam alienatio coram R. P. D. meo Corrado, & in puncto transactionis super iurisdictionibus inter Ecclesiam Cathedralis, & Collegiatam alterius Oppidi fuit decifum in d. Marsicen. iurisdictionis in §. nam per iury coram D. meo Bichio.

Et vterius cum in hac transactione adsit explicita reseruatio Beneplaciti Apostolici cum protestatione, quod eo non obrento transactio sit nulla, & habeatur pro non facta, vt patet ex lectura transactionis, sequitur quod Beneplacito non obrento transactio sit nulla non solum ex defectu solemnitarum, sed etiam consensus transigentium, qui deficit eo ipso quod deficit Beneplacitum, sub cuius conditione, & non aliàs præstitus fuit, vt bene ponderauit Rota dec. 277. n. 12. part. 4. tom. 2. & dec. 561. n. 2. 6. & 11. part. 5. & dec. 94. num. 1. part. 6. recent. & in Melenitana Pensionis 29. Maij 1648. in §. sed nec estiam coram me.

Neque Beneplacitum Apostolicum præsumi potest ex lapsu 30. annorum decursorum ab ann. 1613. initæ transactionis, vsque ad præfens, quia certum est, quod non sufficit solus lapsus 30. annorum, sed copulatiuè requiritur obseruatia eiusdem temporis Rota coram recent. mem. Coccino decif. 301. num. 3. cum aliis allegat. per Add. ad Buratt. dec. 45. num. 8. & decif. 444. sub num. 14. litt. B. in Placentina Beneficij 11. Decembris 1647. in §. nec ex cursu temporis coram bon. mem. Arguelles, & in Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram me. Obseruatia verò non probatur nisi ab anno 1637. & antecedentis temporis excluditur per Testes Cathedralis Summ. n. 1. deponentes de deputacionibus liberè factis à Capitulo Cathedralis in Oppido Montis Coruini, & tamen requiritur obseruatia successiua, & continuata ad huiusmodi Beneplacitum præsumendum Rot. decif. 202. num. 8. & 9. part. 7. recent. & in Valentina Baronia 14. Iunij 1603. coram Ortembergio, in Compostell. Parochialis 10. Februarij 1645. §. pen. in fin. coram R. P. D. meo Verospio, & in d. Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. in §. Beneplacitum. coram me.

Et ita fuit resolutum informante tantum Capitulo Cathedralis Acerni, &c.

DECISIO

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Bichio.

Pisana Sepulturæ.

Veneris j. Iulij 1650.

Vbi sepeliri debet cadaver Lælij Talentonij Auditoris Sereniss. D. mei Magni Ducis Etruriæ in ciuitate Liburni orta controuersia inter Præpositum Ecclesiæ Parochialis SS. Mariæ, & Iuliz, ac Fratres Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatos, fuit illud lignea capsula clausum depositatum per modum prouisionis penes Ecclesiam Sancti Homoboni, & lata deinde ab A. C. desuper sententiâ ad fauorem Fratrum, translaturum ab ipsis solemnè pompa ad eorum Ecclesiam, vt constat ex publico Instrumento dato in Summario Præpositi num. 3. & attestationibus plurium personarum tunc præsentium Summario *ibid.* num. 4.

Quam translationem in gradu appellationis à dicta sententiâ ad me interiectâ attentatam esse hodie Rota censuit, quia præcesserat nedum appellatio, sed etiam inhibitiō Rotalis per quatuor, & amplius menses ante præsentata in Curia Procuratori Fratrum, quæ attentatum reddit quicquid postea ex aduerso innouatum fuit *cap. non solum de appellat. in 6. Caputaq. decis. 93. part. 2. Rota dec. 75. num. 2. & seqq. part. 6. recent. decis. 394. & 504. in princ. inter impress. apud modern. Perusin. de manut. etiam si non principali in partibus, sed solum eius Procuratori in Curia præsentata fuerit, quia cum intercesserit tantum temporis quo ille principalem certiorare potuerit certiorasse præsumitur, & alioquin imputari sibi debet principalis si negligentem Procuratorem constituit; vt in his terminis Cæsar. de Grass. *dec. 6. n. 3. de caus. possess. & propr. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 434. num. 2. coram bon. mem. Buratt. decis. 134. sub num. 5. coram Card. Cauat. decis. 223. sub num. 3. & in aliis allegatis ab Adden. ad Buratt. dec. 177. sub. n. 9. ampliat. 6. & à Modern. Perusin. de manut. obseru. 48. num. 29. & seqq.**

Tenentur idem Fratres idem attentatum purgare in primis & ante omnia Burat. *decis. 74. num. 1. Rot. inter recent. decis. 225. num. 1. part. 1. & alia sapissimè.* Nec obstat, quod agatur de exhumatione cadaueris, quo casu, quia corpora mortuorum non sunt sic tractanda, seu transmigranda locus non est attentatum reuocationis, vt notat Gemin. *in cap. non solum §. illa verò num. 14. de appellat. in 6. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 13. num. 8. Rot. dec. 8. in fine ut lit. pendens. in antiq. decis. 276. num. 5. coram sanct. mem. Greg. XV. Grammat. decis. 82. sub. num. 3.*

Nam quotquot in id allegati mox fuerunt, & possunt allegari loquuntur de exhumatione attentata in spretum dumtaxat litis pendentiæ, & admittunt attentati reuocationem denegari non de rigore iuris, sed ex æquitate, quæ tamen æquitas retorqueri videtur, quando fuit attentatum in spretum inhibitionis Rotalis, vt notat Ioan. Monac. *in dict. cap. non solum num. 8. in fin. de appell. in 6. vbi ait æquum esse retractari, quæ fiunt post inhibitionem, ne imperium Præsentis fiat elusorium, atque hinc Rota licet sequendo, æquitatem reicere soleat attentatorum reuocationem, quando id eius arbitrio commissum fuit, hac tamen æquitatem non seruat, si attentata sint notoria in spretum inhibitionis Rotalis sic penes Buratt. *decis. 17. n. 1. & 2. penes Gregor. XV.**

Anton. Diana, Pars X.

*decis. 465. num. 3. & 11. & inter recentior dec. 235. n. 1. & 7. part. 1. multumque differre gesta in spretum litis pendentiæ, vel inhibitionis, & appellationis tradit Dec. in cap. consuluit il 2. num. 15. de appell. Menoch. de recuperat. remed. ult. n. 43. & magis in terminis quod attentata etiam in casibus, quibus in primis, & ante omnia via attentati reuocanda non essent, sed expectato euentu causæ principalis, & beneficio iniustitiæ, si tamen inhibitiō præcessisset veniant reuocanda, tradit Vestr. *in prax. lib. 8. c. 4. n. 9. ante fin. vers. admoneo tamen.**

Eoque magis retorquetur æquitas, quia Parochius habet intentionem fundatam de iure, cadauer cum sit in capsula lignea reconditum ex restitutione præiudicium non patitur, & ex aduerso nulla incontinenti affertur probatio boni iuris, quæ vbi vt hic appellatio est interposita in casu à lege non prohibito, requiritur vt appellatus attentati à se commissi reuocationem retardare velet, vt benè distinguendo declarauit Gemin. *in dicto cap. non solum sub num. 10. vers. in solue. de appell. in 6. & in proximis terminis Sanchez de matrim. lib. 10. disputat. 12. numer. 21. & seq. ex text. in l. fin. Cod. quorum bonorum, & aliis ibi allegat.* Nec enim sub prætextu æquitatis deneganda est perpetuo Cadaueris restitutio, vt notat Lancellott. *de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 13. num. 6. Rota decis. 1. in fin. de caus. possess. & propriet. in antiquit.*

Vel in omnem euentum esto, quod locus non esset reuocationi attentatorum, quoad restitutionem ipsius Cadaueris locus esset respectu expensarum, & aliorum quæ funeri Cadaueris consecutiuæ sunt, vt ex text. in cap. literis de restit. spoliat. tradit in proximis terminis Sanchez de matrim. *dict. lib. 10. disp. 12. sub num. 22. vers. tunc enim, & vers. est enim.*

Non obstat defectus Iurisdictionis ob non transportationem actorum primæ instantiæ, quia pro reuocatione attentati sufficit transportasse, & produxisse acta ex quibus illud probatur, vt respondit Rota *decis. 311. n. 7. part. 5. som. 2. recent. & in Maioricens. Beneficij 27. Nouembris 1641. & 17. Maij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Dunogetto Decano.*

Et ita decifum informantem solum Præposito Ecclesiæ Parochialis, Aduersariis tamen sæpissimè citatis.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Corrado.

In Causa Romana Legati

Mercurij xxij. Iulij 1650.

Immissionem pro parte Ecclesiæ, ac Hospitalis Immaculatæ Virginis de Horto nuncupatæ petitam pro satisfactione legati scutorum ducentorum à q. Leonello de Leonellis eidem facti cum onere perpetuo celebrari faciendi Diuina sacrificia. Censuerunt Domini concedendam.

Nam illud probatur ex testamento Antonij eiusdem Leonelli filij ac hæredis condito die 7. Februarij 1627. in quo id ore tenens à parte dispositum fuisse fatetur, atque ipse confirmat, quod sufficit ad illius probationem, & executionem, non aliter ac si testium dispositiones, vel Scriptura exhiberetur *leg. cum te. C. de transf. & specialiter deciditur in l. si. C. de fideicom. vbi Bartol. num. 3. vers. nota multum istant legem, &c. Balduin. num. 26. vers. adde huic legi, &c. Castr. sub. num. 5. vers. & secundum hanc lecturam, &c.*

R. & Albertic.

Alberic. sub num. 3. in fin. vers. alij moderni, &c. & n. 4. Jason num. 14. vers. secundo nota, &c. & in cap. indic. Ibiq. Gloss. & DD. in verb. nudis verbis, &c. de test. Rip. in l. nemo potest n. 30. vers. nota hanc solutionem. ff. d. leg. 1. Surd. decis. 10. n. 12. vers. secundo responde- tur, &c. cum seq. Rota pene Mantiv. decis. 57. sub n. 3. vers. & ita vim habet Scriptura, &c. ac sanct. mem. Greg. dec. 434. n. 14. vers. & clarum est. &c. & in rec. dec. 157. sub n. 4. vers. ac omnem denique suppl. &c. p. 4.

Eoque magis cum huiusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata, Quia præfert non solum suf- fragium animæ Leonelli, qui legavit Ecclesiæ, ac loco pio, ea etiam addita lege vt sacrificia Diuina perpetuè celebrentur iux. text. in c. anima Defuncto- rum 13. q. 2. Abb. consil. 93. §. Videtur primo sub n. 6. vers. nam animabus Defunctorum, &c. & seqq. per tot. lib. 2. Alex. consil. 38. Viso Themate sub n. 3. vers. potest tamen ad hoc. responderi lib. 1. Nauarr. in tract. de redditib. Ecclesiastic. 1. quest. 1. monit. 26. sub num. 2. vers. ve- rum consideratis omnibus, & seqq. Verum etiam exo- nationem conscientie ipsius Antonij, qui diutius defecerat, atque distulerat illud soluere, ac adim- plere vt tenebatur l. nulli. Cod. de Episc. & Cler. l. 2. ibi, cum non ex sola Scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videat- ur, &c. ac d. leg. fin. in fin. Cod. de fideicommiss. & in Authent. de heredib. & falcid. in §. his igitur a nobis præordinatis, & in d. cap. indicante, & cap. nos quidem & cap. si heredes, de test. Bald. in d. leg. fin. sub num. 26. dicens quod plus peccat ille, de quo plus confidit testator. Cod. de fideicommiss. Franc. Aretin. consil. 93. Viso legato, sub num. 1. vers. ita quando aliquis scite se ex lege conscientia, &c. & comprobat ex traditis per modern. Roman. discept. 831. num. 1. vers. idè salis recognitio est facienda, &c.

Neque in alterius præiudicium tendit, quàm ei- usdem Antonij, ac eius successorum, & causam ha- bentium ab illo, qui huiusmodi confessionem im- pugnat non possunt Bec. consil. 21. sub num. 19. vers. nam respondetur lib. 2. Rota penes Buratt. decis. 243. num. 3. vers. confessio autem, &c. Coccin. decis. 152. n. 1. vers. & ha confessiones, ac decis. 184. n. 1. vers. qua assertiones, &c. & in recent. dec. 119. sub n. 1. vers. sed etiam part. 2. & dec. 578. sub num. 2. vers. quod au- tem, &c. part. 4.

Nec obstat, quod confessio extraiudicialis ad fa- uorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, legi- timam non inducat probationem.

Quoniam hoc non procedit secundum æquitatem canonicam, quæ in causis piis seruari debet in vtro- que foro Batt. in recept. l. 1. in fin. num. 83. vers. ex quibus concludo. C. de sacr. sanct. Eccles. & alij DD. re- lati per Tiraquel. de priuil. pia caus. priuil. 163. Bec. consil. 130. sub num. 28. vers. & aquitas, &c. Alex. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 20. sub num. 150. vers. in quibus, &c. Nam illa attentata, huiusmodi etiam confessio plenam facit probationem, Gabr. consil. 71. n. 18. vers. hac etiam confessio lib. 1. & consil. 40. n. 57. vers. verum in Terris Eccles. &c. lib. 2. Put. decis. 12. dicens sub num. 2. quod Rota semper sequuta fuit hanc opinionem, & decis. 53. numer. 1. vers. quia confessio, &c. lib. 2. in correct. & sanct. mem. Gregor. decis. 408. num. 2. vers. qua etiam si emanasset, &c. ac in recent. decis. 158. sub n. 11. vers. quod saltem procedis, &c. p. 1. & decis. 404. num. 2. vers. que iuuantur, &c. part. 2. & decis. 113. n. 9. vers. unde licet ista confessio, &c. & decis. 136. num. 4. vers. satis est. &c. ac dec. 256. num. 2. vers. qua confessio, &c. part. 5. & in terminis nostris probant Balduin. in Authent. similiter sub nu- mer. 1. vers. responde, &c. Cod. ad leg. falcid. Felin. in

cap. si cautio sub num. 27. vers. fallit. secundo de fideic. instr. Corn. consil. 215. sub num. 5. vers. quinimo, &c. lib. 1. Marfil. sing. 202. tu scis regulam, &c. sub num. 2. post med. vers. est & alius casus, &c. Afflict. decis. 164. sub num. 5. vers. & inter specialitates, &c. Tiraq. in d. tract. priuil. 116. Gabr. comm. concl. lib. 1. titul. de confess. concl. 1. num. 8. vers. decimo octauo limita. Mascard. de probat. conclus. 347. num. 99. vers. decimo tertio limita, &c. & concl. 1171. num. 62. vers. decimo favore pia causa, cum seq. Franc. Viu. decis. 486. num. 1. ac seqq. & Caroc. decis. 90. num. 4. vers. contrarium vi- detur verius, &c. & seq.

Minus obstat quod confessio in testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti, sed magis conferat ad petitionem legati, quando confi- tentis dispositio concurret iux. text. in l. Lucius Titius, §. quisquis. ff. de leg. 2. l. Lucius Titius, §. Semp. mulieri mea, ff. de leg. 3. l. Aurelius, §. fin. ff. de lib. leg. Bart. in l. cum quis decedens, §. codicill. sub n. 3. vers. hac faciunt, cum. seqq. ff. de leg. 3. Ac proinde reuocari possit, vt factum fuit in alio posteriori testamento ab eodem Antonio condito die 29. Iunij eiusdem anni.

Quia non procedit obiectio in confessione facta ob exonerationem conscientie, quæ attentata eadem æquitate canonica bene probat. Ideoque reuocari non potest, (nisi erronea probetur) perinde ac si fuisset iurata, vel ex tunc ab ipsis quorum interest acce- ptata, sic namque magis consulitur salutis animæ, cuius fauore facta censetur, & sustineri debet omni me- liori, ac efficaci modo. Hoc enim quod Bart. in d. §. codicillis sub num. 5. vers. prædicta vera, &c. & nu- mer. 8. vers. fallit si interuenit iuramentum, &c. con- cedit fauori Religionis in sitæ iuramento; Ac præ- sentie, & acceptationi partis, vel alterius pro ea; Pariter concedi debet fauori animæ, pro cuius sa- lute, conscientie quæ exoneratione iuramentum ipsum relaxari, & moderari solet cap. 1. & cap. de- bitores, in vlt. resp. de iur. iurand. Ac pia dispositioni, quæ finaliter ordinatur in Deum, ac illius accepta- tionem præfert, vt inquit Bald. in d. authent. similiter, sub d. numer. 1. Cod. ad leg. falcid. Atque in specie probant idem Bald. in leg. generaliter num. 32. vers. tamen de æquitate canonic. &c. Cod. de non num. pecun. Angel. in d. leg. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. quem sequitur Barbat. in reper. leg. cum acutissi- mi, num. 283. vers. & idè singulariter dixit Angel. &c. Cod. de fideicom. Felin. in d. cap. si cautio, sub nu- mer. 27. in 2. fallent. ad fin. vers. & indubitanter, &c. de fid. instrum. Soccin. Iun. consil. 90. sub num. 4. vers. cui confessioni, &c. lib. 2. Paris. consil. 10. sub num. 134. vers. & verè sine aliquo dubio, &c. lib. 2. Gugliel. Benedic. in cap. Raynutius, in verb. si absque filiis, il primo sub num. 26. vers. ad hoc faciat, &c. cum seq. & sub num. 28. vers. ad prædicta facit, &c. & seq. de testament. Cartel. Cotta in memorab. in verb. absentis potest acquiri, &c. vers. confirmo etiam, &c. & in verb. apices iuris, vers. ex his inferebat, &c. Franc. Marc. decis. Delphin. 461. sub num. 2. vers. tamen istud fallit, &c. part. 1. Hercul. de prob. negat. sub num. 197. vers. & ibi fit pro exonera- tione conscientie, &c. Afflict. d. decis. 164. sub num. 5. vers. item dicta confessio, &c. Sebast. Med. in eius Opus- cul. 4. sub n. 10. vers. tertio confessio facta, &c. Durant. de art. testand. titul. de legat. cautel. 6. sub num. 4. vers. & ignorandum non est, &c. Tiraq. de priuil. pia caus. priuil. 117. vbi idem comprobant Modern. in ad- dit. Mascard. de probat. d. conclus. 347. sub num. 101. vers. & ratio potest esse, cum seqq. ac numer. 25. vers. quarto limitare poteris, &c. & seq. & d. concl. 1171. num. 68. vers. ad hac, &c. Matant. in prax. part. 6. art. 5. de confession. sub numer. 16. vers. quarto limita, &c.

Anton.

Anton. Fab. in eius Cod. lib. 4. tit. 24. de usur. de fin. 36. vers. nec voluntatis secunda, &c. dicens nihil esse indecentius, quam propriis auribus audire hæredes, qui ne defuncti conscientiam exonerent propriam onerare non timent; & sequuntur plures ex DD. Recentioribus scribentibus.

Leges autè, & auctoritates pro contraria opinione relatæ, vel non loquuntur in his terminis, vel procedunt quando Testator cõfessus fuit debirum, quod verè non erat tale, vt in d. l. Lucius Titius §. quisquis, ff. de leg. 2. & in l. Lucius Titius §. Sempronia, ac ibi explicat Cuiac. ff. de leg. 3. ac in d. l. Aurelius, §. si in fin. ff. de liber. legat. vel in alijs casibus, in quibus siue incidenter, ac inconsulto absque vlla causâ expressione, siue in fraudem legis, aut hominis emissâ præsumi potest, aut re ipsa redundat vt in l. qui testamentum, ff. de Probat. l. cum quis decedens. §. pen. ff. de leg. 3. l. rationes cum Auth. quod obtinet. C. de Probat. & in Auth. de iur. iuran. à mor. præst. vbi gloss. & considerat Bart. in d. §. Codicillis n. 4. vers. Præterea, &c. & ibid. Alberic. sub num. 9. vers. Adducunt etiam cum seq. & comprobant Ioan. Crõt. consil. 194. lib. 2. Quæ omnia cessant in hac facti specie, in qua de solo ipsius confitentis, ac eius successorum agebatur præiudicio, & ex proposito, ac matura deliberatione emanauit cum expressione causæ, & qualitatis facti, ac oneris inuncti, & cum specifica declaratione summæ, quam ipsemet Antonius legare voluit, vltra legatam à patre; Ex quibus omnibus redditur adeo verisimilis huiusmodi confessionis veritas, vt non videatur in dubium reuocanda, esto quod in Instrumento, vel testamento nullo seu reuotato emanauerit. Id enim operatur verisimilitudo, vt confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus alias non probaret, Surd. decis. 315. à num. 5. vers. quia verisimilitudo, &c. cum seq. Rot. penes Buratt. decis. 100. sub num. 17. vers. tanto magis ac in recent. decis. 209. n. 7. quæ omnia, &c. part. 6. & fuit in specie consideratum in Romana fideic. de Capite ferreo 19. Februarij 1646. coram mem. in, §. hac autem vrsa fuerunt Dominis, vers. cam præsertim, &c.

Et hæc quidem sententia tanquam tutior, atque animæ fauorabilior visa fuit Dominis in proposito casu amplectenda reiectis iuris apicibus ad l. sunt persona in fin. ff. de Relig. & sumpt. funer. Archidiacon. in cap. scriptum n. 1. vers. secundum alios 6. quæst. 3. & plures adducti per Tiraq. de priuileg. pia caus. priuileg. 164. & Cott. in memorab. de verb. apices iuris, Viu. d. decis. 486. num. 9. & seqq. & alij supra relati in vers. quoniam hoc non procedit, &c.

Postremo non obstat quod in prædicto testamento Antonius iusserit dictum legatum solui ex pretio; seu pensionibus cuiusdam domus, vt in eo legitur, vers. li quali scudi seicento lascio che si paghino, &c.

Quoniam verba illa non respiciunt substantiam legati prius simpliciter facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis, vel taxationis l. quidam testamento. Vbi explicat Bart. sub princ. vers. aliud enim est dicere, &c. ff. de leg. 1. Lucius Titius, ff. de alim. & cib. legat. & Caltr. cons. 338. quia exceptiones sub n. 3. vers. pro intell. huius dubij, &c. lib. 1. Bero. consil. 17. n. 13. vers. & ad sic concludendum lib. 1. Lad. cons. 159. per tot. Mantie. de comest. lib. 9. tit. 3. sub n. 20. vers. sciendum est etiam, &c. Men. consil. 1162. sub num. 15. vers. respondetur, &c. cum seq. & cum alijs relatis per modern. Rom. disceptat. 256. sub num. 1. & sub num. 59. vers. decimoquinto, &c. & in specie legati ad pias causas facti probat Tiraquel. de priuileg. pia caus. priuileg. 63. vers. & hoc expressè &c. & sequuta fuit Rota decis. 662. sub n. 2. vers. ibi

Anton. Diana, Pars X.

accedit, & prius à num. 1. & seq. part. 1. diuers. Quod certius firmandum est quoad summam à Leonello legatam Hospitali, cum non posset Antonius præiudicare iuribus illi competentibus tam à bonis legantis iuxta l. 1. C. comm. de legat. Rot. penes Card. Seraph. decis. 1394. n. 3. vers. unde cum pro huiusmodi legato, &c. Durand. dec. 185. n. 4. vers. hypothecariam autem, &c. cum seqq. Buratt. decis. 286. num. 14. vers. cum ipsa, &c. & in recent. decis. 559. num. 1. & seq. p. 1. Quam etiam ipsius hæredis iuxta terminos l. Is cui, §. si hæres, vers. Imperator Antoninus, ff. de possess. legat. & fid. & l. certa est forma. C. eod. gloss. in d. l. 1. in verb. ipse hæredis, & Bart. sub num. 4. vers. oppone ultimo, &c. Cod. commun. de legat. & alij.

Et ita fuit conclusus vtraque parte informante, &c.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Bichio.

Cracouien. Præposituræ S. Floriani.

Veneris xxvij. Maij 1650.

Capta quæ fuit possessio huius Præposituræ à Sigismundo Grigieronic infra decendum à die sententiæ latæ à Reuerendiss. Episcopo Cracouien. vti Cracouien. Academia Cancellario ipsum Sigismundum quamuis à minori parte patronorum nominatum instituendum esse pronunciantis reiecto Stanislao Iurkouuski à maiori parte præsentante; attenda, ac proinde sub sequestro ponenda an sit; discutiendum hodie proposui, & affirmatiuè Rota respondit.

Quidquid enim intra decem dies vigore sententiæ geritur attentatum est quando sententiæ appellationem suspensiuam recipit cap. non solum de appell. in 6. gloss. in c. dilectis 55. verb. exequendam de appell. cum alijs alleg. in Cracouien. Præpositura 30. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo Verosio & in Meleuitana Commende Vasurs 13. currentis coram R. P. D. meo Cerro.

Recipit verò appellationem dicta sententia Domini Episcopi Cracouien. quia etiam ab institutione appellare permittitur quando ad eam processum fuit iudicialiter, licet secus sit si extraiudicialiter vt post Gemin. Franc. Cald. & alios ibi allegatos decisum fuit in d. Cracou. Præpositura coram R. P. D. meo Verosio. éstque ratio diuersitatis, quia institutio de sui natura non comparète contradictorie est merè interloquutoria, nec sortitur naturam diffinitiuæ, nisi inter institutum, & instituentem, quia videlicet institutionem reuocare non valet, vt in cap. fin. de elect. in 6. notat Lopus Abb. num. 6. Franc. num. 7. Anchar. sub num. 5. in 5. quæst. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 13. num. 81. at comparète contradictorie iudicialique formato processu cum causæ cognitione habet absolutè vim diffinitiuæ, & grauat competitorem, vt reprobata contraria sententia Ceuall. q. 693. num. 31. tradit Garz. de benef. part. 9. cap. 4. num. 16. & seqq. & præsertim num. 16. Lotth. d. q. 13. 80. & q. 42. num. 14. Rot. decis. 6. num. 2. p. 1. decis. 227. ex num. 4. lib. 2. p. 3. diuers. decis. 197. n. 1. & 2. p. 5. recent. Fuisse autem iudicialiter in casu nostro processum demonstrat ne dum tenor ipsius sententiæ, sed etiam decreta, contradictiones, & citationes præcedentes, quæ iudicalem processum efformant cap. forus de verb. signif. Lambert. de iure patr. lib. 2. part. 2. q. 11. art. 4. num. 1. & 4. Cassad. decis. 18. in fin. de præbend. Rota decis. 266. numer. 1. seqq. lib. 3. part. 3. diuers.

Rt z

& in Calaguritana Beneficij 27. Maij 1641. coram R. P. D. med Peusingero.

Non obstat Statutum, seu Ordinatio Academiæ mandans seruari sine omni contradictione, quicquid Episcopus Gracouienſis gratificando censuerit; tum quia cum non loquatur nominatim de gratificatione iudicialiter concessa, intelligenda est de extraiudiciali, provt regulariter concedi solet *cap. concersationi, ibique Gemin. num. 3. de appellat. in. 6. & in puncto similis Constitutionis Rot. in Calagurit. de Ollanarij 22. Martij 1604 coram bon. mem. Penia, in Lunen. Sarzanen. iurispatr. 22. Junij 1615. coram bon. mem. Remboldo, impress. part. 3. recent. decis. 691. sub num. 2. in Calaguritana beneficij 23. Junij 1645. coram bon. mem. Arguelles, Gonz. super reg. 8. Canc. post gl. 9. in annot. contr. nullit. num. 27. & 216. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 13. num. 84. & 2. seqq.*

Tum etiam, quia vt dictæ Constitutioni locus fieret, probandum ex aduerso esset illius formam fuisse seruata, vt notant Doct. in *cap. pastoralis de appellat. & in cap. super quæst. 27. §. porro de offic. deleg. tradit Butr. num. 6. Bald. num. 5. Felin. num. 7. in fin. Rot. in puncto clausulæ prohibentis appellationem decis. 91. n. 10. coram S. M. Greg. XV. Quod non probatur, imò constat de contrario cum D. Episcopus non gratificauerit cum parte maiori, vel duabus quo casu eadem ordinatio gratificationem sine contradictione seruari præcipit, sed solus vt apparet ex ipsa lectura sententiæ, in qua licet asseruerit se pronunciat in præsentia, & personali assidentia Rectoris, ac trium Decanorum Academiæ ibi nominatorum illi de hoc non adhibetur fides quicquid dicendum esset, si ea verba non essent Iudicis, sed Notarij *cap. prudentiam de offic. deleg. Franc. in c. cum plures n. 1. eod. tit. in 6. Felin. in cap. quoniam contra n. 34. de probat. Socc. consil. 47. num. 15. lib. 4. Menoch. consil. 439. n. 28. Rota decis. 450. num. 12. in fin. part. 2. recent.**

Eo minus quia ex publico Instrumento dato in *Summ. Stanislai num. 10.* apparet Rectorem vnà cum duobus Decanis maiorem partem constituentibus votum protulisse pro Stanislao eadem die latæ sententiæ ab Episcopo, & de eiusdem sententiæ nullitate dixisse, vnde vltro colligitur quod eorum præsentia, & assidentia tempore sententiæ esto quod vera esset, non idè induxisset consensum qui exinde præsumi non potest, quando aliæ circumstantiæ facti contrarium suadent, vt post alios quos allegat tradit Felin. in *cap. nonne, num. 6. de præsumpt. quem sequitur Seraph. decis. 708. num. 4. & 5. relatus à Moder. Capuccino Bononiensi de elect. part. 1. cap. 3. dub. 23. num. 5. Rot. decis. 377. num. 42. part. 5. recent. cumque verba illa ordinationis cum part. maiori vel duab. directæ ad Rectorem, & Decanos ad quod omnimodum regimen huius & aliorum negociorum ex eadem ordinatione principaliter spectat, importent quod maior vel duæ partes æquè principaliter, ac Episcopus votum proferre debeant in gratificatione iuxta theoreticam, quam ex text. in l. Tucia textores §. nihil differt, ff. leg. 1. tradit in terminis collationis Feder. de Sen. consil. 1. num. 8. Abb. consil. 57. sub num. 3. vers. & si in creatione part. 1. Prob. ad Monach. in rubr. de iurepatr. in 6. num. 10. & 11. Rota in *Montis Alti beneficij 28. Junij 1645. §. maior coram me, vt etiam declarauit obseruantia inter ipsas partes, quia Episcopus decretum super quodam emergenti tulit nedum in personali assidentia Rectoris, & Decanorum, sed etiam de eorum voto vt legitur in *sum. Stanislai sub n. 15. lit. A,* non sufficeret maioris vel duarum partium præsentia, & assidentia, quia aliud est assidere, vel actui alterius præbere præsentiam, aliud facere, & votum**

proferre l. 1. ff. off. assess. Bald. in l. omnium n. 9. vers. & hoc est verum. C. testam ibiq. Barr. Alex. & alij quos in proximis terminis refert, & sequitur Moder. Capuccinus Bononiensis de elect. p. 1. cap. 2. dub. 22. num. 4.

Versamur præterea extra terminos ordinationis propter notoriam sententiæ Episcopi iniusticiam *cap. pastoralis § 3. de appellat. ibiq. Abb. num. 17. Put. decis. 414. num. 3. lib. 3. in corr. Rot. decis. 56. num. 4. part. 4. diuers. decis. 461. sub num. 2. part. 1. recent. quia reiciere non debuit Stanislau habentem vota maioris partis non solum Rectoris, & Decanorum, sed etiam omnium professorum Academiæ ad quos ex donationibus Regiis Apostolica autoritate suffultis ius patronatus spectat, quique idè instituendus erat non attento quis ex præsentatis maioribus qualitatibus polleret *cap. 3. iuncta gloss. verb. cum maiorib. de iurepatr. Couart. in reg. peccatum part. 2. §. 7. n. 3. Gutier. canon. quæst. lib. 2. cap. 11. n. 20. Garz. de benef. part. 9. cap. 2. n. 257. Seraph. dec. 875. n. 2. Rot. dec. 202. numer. 1. part. 2. recent. decis. 202. numer. 1. coram bon. mem. Buratt.**

Neque enim ordinatio quæ dumtaxat concedit gratificationem Episcopo in casu discordiæ Rectoris, & Decanorum extendenda est ad exclusionem præsentati à maiori parte aliorum patronorum, & sic habentis ius ad rem ex huiusmodi præsentatione quæsitum Hostiens. in *cap. cum Bertoldus sub num. 5. vers. soluitur de re iudic. Seraph. decis. 1238. num. 4. & decis. 1274. num. 1. Burat. decis. 481. num. 5. Cui neque per facultatem gratificandi concessam Episcopo in casu dumtaxat discordiæ Rectoris, & Decanorum; neque per regimen, & ordinationem omnimodam Vniuersitatis eisdem Rectori, & Decanis tributam derogatum censetur, Sarnien. super reg. de iur. q. non tollen. quæst. 1. n. 8. & seqq. Garz. de benef. p. 4. c. 3. n. 20. Rota decis. 17. infra med. vers. verum est prob. in noni decis. 52. numer. 3. part. 2. recent. sed tam gratificatio; quam regimen intelligitur concessum seruata semper iuris communis dispositione præsentatum à maiori parte patronorum præferentis, & sic arbitrio boni viri quod solum tributum censetur, *Cast. consil. 335. num. 3. lib. 1. Alex. consil. 129. n. 53. lib. 1. Dec. consil. 493. n. 16. in fin. Socc. iun. consil. 129. n. 54. lib. 1. Fab. de Anna consil. 75. n. 29. & seqq. lib. 1. & in proximis terminis Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. sub n. 69. vers. si verò electio, Rot. in Calaguritana beneficij 27. Nouemb. 1648. §. & hinc coram me.**

Tandem non obstat quod Reuerendiss. Nuncius Apostolicus ad quem à sententia Episcopi appellatio deuoluta erat, suam inhibitionem moderatus fuerit vigote sæpè memoratæ ordinationis, quia Iudex appellationis non potest appellationem in causis appellabilibus reiciendo, appellanti præiudicare *leg. eos 6. Cod. appellat. & stante appellatione postea ad Papam interposita, & per Signaturam simpliciter admissa adhuc eadem lis durare dicitur Feder. de Sen. consil. 98. num. 5. in fin. quæque intra decem dies innouata fuerunt ante inhibitionis moderationem; possunt adhuc à secundo Iudice appellationis reuocari saltem per viam nullitatis, Rot. decis. 425. sub num. 8. & 9. apud Peniam, maximè attenda facultate reuocandi contenta in commissione Rotali, Rot. decis. 75. num. 8. part. 7. recent.*

His consequens est vt possessio Sigismundi quæ attentata est, ponatur sub sequestro iuxta rationabilem stylum Rotæ, ne videlicet in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & attentans fruatur commodo vitiosæ possessionis *Cæsar, de Grass. decis. 1. n. 2. de appell. Rot. decis. 616. n. 3. part. 1. diuers. decis. 691. n. 3. p. 3. recent. & in aliis relatis in supracitata Meleuitana*

Commenda

Commenda de Vaours coram R. P. D. meo Cerro, & in Cracouien. prapostura coram R. P. D. meo Verospio. Et ita decifum vtraque parte informante.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Bichio.

Cracouien. Decimarum.

Mercurij xvi. Nouembris 1650.

Pertinere Decimas Villæ de Vvyglenec ad Monasterium Andreouienfe probant Liber beneficiorum Diœcesis Cracouienfis vbi habetur, quod dicta Villa est sub Parochia Ecclesiæ de Andreou sub inuocatione S. Catherinæ cuius proprietas totalis ad Monasterium Androuienfe pertinet omnesque agri Villæ soluunt, & conducunt pro Monasterio Androuienfi decimam manipulearem, & Canapalem, vt in Summ. Monasterij n. 3. Item Liber Relaxationum Ecclesiæ Cathedralis, & Diœcesis Cracouienfis ibi in Vvyglenec decima manipularis pro Monasterio Androuienfi Summ. n. 4. Item liber Visitationum in qua dicta Parochialis Ecclesia S. Catherinæ enunciatur Iurispatronatus Abb. Androuien. & numerando corpora Doctis Presbytero Rectori eiusdem Ecclesiæ assignatæ recensetur dumtaxat in hac Villa decimas valoris decem marcarum. Item testes deponentes, quod Monachi decimas exegerunt. Item inuentarium rerum temporalium dictæ Ecclesiæ S. Catherinæ vbi asseritur ipsius Ecclesiæ proprietas ad Monasterium Androuienfe pertinere, & Monasterium percipere decimam manipulearem huius Villæ Summ. num. 6.

Quod inuentarium cum fuerit à Rectore aduersario productum plenè contra ipsum probat Dec. in cap. cum venerabilis n. 90. de except. Valenz. cons. 40. n. 59. & 60. lib. 1. Gabr. de confess. concl. 4 n. 14. Rot. de vision. 2. num. 1. in fin. p. 2. recent. dec. 238. num. 5. coram sanct. mem. Greg. XV. pro vt etiam probant dicti libri maximè simul iuncti in his quæ concernunt statum Ecclesiarum Ciuitatis, & Diœcesis c. ad audientiam. §. nos igitur. Vbi Innoc. n. 1. Abb. n. 4. de prescr. Paris. consil. 7. n. 19. lib. 4. Burfat. consil. 253. n. 43. & seq. Boër. dec. 105. num. 13. Rot. penes Mart. Andr. dec. 12. sub num. 5. vers. que omnia.

Eo magis, quia Monasterium exhibuit vterius confirmationem Apostolicam sub Adriano Quarto Summo Pontifice donationis huius Villæ, eiusque decimarum sibi à Ioanne Polonorum Archiepiscopo factæ, quæ satis probata dicitur ex ipsis litteris confirmationis illius tenorem referentibus, gloss. in cap. 1. verb. desunt 29. distinct. Felin. in cap. inter dilectos n. 7. de fid. instr. Ruin. consil. 31. n. 7. consil. 231. n. 5. & 6. lib. 1. Paris. consil. 33. n. 9. lib. 1. Boër. decif. 247. num. 3. Rota decif. 36. num. 1. & seq. part. 2. diuers.

Et tam donationis, quam confirmationis effectus apparet ex supracitatis libris, & inuentariis exaratis longè post obitum Adriani IV. secutum anno 1159. continentibus vt supra pertinentibus decimarum ad Monasterium, necnon ex venditione huius Villæ cum expressa reseruatione decimarum manipularium per Abbatem, & Monasterium quibusdam laicis facta vsque de anno 1365. cum successiua illarum exactioe donec quidam Plebanus nomine Bartholomæus à Rescio tunc Abbate electus ex eius concessione incepit decimas exigere, vt deponit septimus testis ex aduerso examinatus super interro-

Anon. Diana, Pars X.

gatoriis Parochi, & super interrogatoriis conuentus ad sextum Summ. primæ positionis sub num. 6. lit. A. sufficitque probare effectuationem etiam remotam, quando non constat, quod alius medio tempore possederit Buratt. dec. 647. num. 18. dec. 67. n. 14. Rota in Barchinonen. Vicaria 2. Martij 1640. coram clar. mem. Coccino.

Vnde nec Rectori Ecclesiæ S. Catherinæ suffragari potest assistentia iuris communis, quæ militare solet pro Parocho, quia cessat quando vt in casu nostro constat decimas fuisse à Monasterio antiquissimo tempore possessas, ac ei cum Beneplacito Apostolico donatas, Vitalin. in clem. 1. sub n. 71. vers. vnde oportet de iurep. Rebuff. in tract. de congr. port. benefic. num. 108. Præsertim quia ipse Rector aduersarius de anno 1648. vt in Summ. primæ positionis n. 2. allegauit pro fundamento suæ intentionis donationem decimarum dictæ Ecclesiæ factam ab Abbate Monasterij Androuienfis, & sic decimas antea ad Monasterium non ad se pertinuisse agnoui. Buratt. decif. 551. n. 1. Seraphin. dec. 1102. n. 8. Put. dec. 426. n. 2. lib. 2. cum aliis allegatis in Hispanen. decimarum 15. Februarij 1647. §. quia natura, coram R. P. D. meo Meltio, & in Toletana Decimarum 16. Maij 1648. §. nec contradicit, coram R. P. D. meo Celso.

Quæ tamen donatio ius aliquod super his decimis in Ecclesiam S. Catherinæ, eiusque Rectorem non transtulit cum facta fuerit ab Abbate Monasterij facultarem huiusmodi non habente cap. non licet Papa 12. quest. 2. cap. 1. cap. tna nuper de his qua fiunt à Prelat. fin. consen. cap. 1. cap. Episcopi, cap. nulli de reb. Eccles. non alien. nec iusta causa vtilitatis nempe vel necessitatis Monasterij interuenierit, vt requirebatur copulatiuè cum Beneplacito Apostolico tam ex dispositione sacrorum Canonum cap. 1. de reb. Eccles. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6. clem. 1. eod. tit. extranag. ambrosiosè eod. tit. cap. sine exceptione 12. q. 2. quam particularis Constitutionis felic. record. Benedicti XII. relat. in Summ. Monasterij sub num. 14. quamuis alienatio emanauerit ad fauorem alterius Ecclesiæ, quia spoliari non debet vnum Altare, vt aliud vestiatur Quarant. in compend. Bulla verb. alienatio rerum Eccles. cum. 15. Rota decif. 1. de reb. Eccles. non alien. in non decif. 561. numer. 7. & seq. part. 5. recent. decif. 3. num. 3. part. 7.

Neque beneplaciti, aut iustæ causæ præsumptio educi potest ex lapsu temporis, quia cum donare sit perdere l. filius familias, vbi Bald. n. 2. Castr. n. 2. ff. donat. facies ipsa donationis omnem vtilitatis præsumptionem euertit, etiam si aliæ solemnitates interuenissent, vt in puncto Socc. consil. 52. n. 10. lib. 4. Castr. consil. 432. n. 2. lib. 1. Alex. consil. 1. n. 21. lib. 4. Gabr. de presump. concl. 1. num. 57. Picus ad stat. Urb. gloss. 21. num. 27. Rota dec. 430. sub num. 4. vers. in casu isto p. 2. recent. Et ad præsumendum Beneplacitum Apostolicum non sufficit lapsus temporis nisi simul probetur inconcussa obseruantia contractus saltem per triginta annos Gabr. consil. 36. num. 52. lib. 1. Put. decif. 7. de presump. Add. ad Greg. XV. decif. 354. num. 18. Rot. decif. 694. sub num. 5. part. 1. recent.

Gratis etiam allegatur præscriptio cententaria cum testes ad id inducti, vel patiantur exceptiones in personis, vel careant legitima ætate quinquaginta quatuor saltem annorum; nec deponant cum requisitis gloss. in c. 1. de prescrip. in 6. quam perpetuo sequuta est Rot. apud Caputaq. dec. 71. n. 1. p. 2. apud Seraph. decif. 1197. num. 1. decif. 557. in fin. part. 4. diuers. Et præterea subducendum esset tempus vitæ Abbatis, qui malè alienauit cap. si Sacerdotes 16. questione 3. Rebuff. in compend. alienation. rer. Eccles. sub num. 36.

Rc 3 vers.

vers. sed intelligend. est. Rota dec. 445, n. 8. coram bon. mem. Coccino decis. 94. num. 13. decis. 294. n. 28. & seqq. part. 4. recent. & Lodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. §. nam ab anno, coram R. P. D. meo Corrado, necnon absentiz successorum iustificante in hodierno Summario sub num. 18. & 19. à quibus iura Monasterij defendi non potuerunt Authen. quo si quis, C. præscript. long. tempor. gloss. in cap. auditis, verb. subducto in fin. de præscript. Nec suffragatur ordinaria præscriptio triginta annorum attentis priuilegiis per Summos Pontifices concessis Monachis Benedictinis relatis à Rodriq. quest. regul. tom. 1. quest. 36. art. 3. col. penult. post. princip. versic. supradicta & tom. 3. quest. 35. art. 2. communicatis etiam Ordini Cisterciensi, vt notat Pater Ioannes de la Cruz de statu Religionis lib. 2. c. 3. dub. 2. versic. secunda concl. fol. 110. & seqq.

Tandem prætere hanc decimas Parochus non valet ratione congruæ sibi debitæ iuxta textum in clem. 1. de iure parro. in cap. 1. de præb. in 6. quia cum illa ex datis in hodierno Summario sub n. 24. in aliis bonis abundè assignata probetur petenda ulterius non est Vital. in d. Clem. 1. sub n. 71. versic. concl. il. 1. ibi qui contenti esse debeant de iure parro. Rebuff. in tract. de congrua num. 92. Mantica. dec. 22. num. 1. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 429. num. 3. & seqq.

Et ita informantibus solum Monasterio, & Monachis Andeuuij, aduersatio tamen pluries citato decisum hodie fuit, postquam Monasterium probationes alias adductas coadiunauit vt Rota mandauerat sub 13. Iunij proximi præteriti.

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D. Cerrò.

In Causa Viceñ Iurisdictionis.

Veneris ix. Decembris 1650

Placuerunt DD. fundamenta decisionis 2. *May præteriti coram me*, in qua resolutum fuerat non intrare arbitrium, pro retardanda executione litterarum Apostolicarum sa. me. Clementis VIII. & Urbani VIII. cum ex sententia Rotali valida, & iusta appareant in omnibus iustificacæ.

Non enim obstat respectu validitatis repetita vulneratio viæ executiæ desumpta ex sententia Decani Tarraconensis quia, vt responderetur in dicta dec. §. quia cum Rota circa finem, cum ipsa expressè non denegat executionem dictarum litterarum, neque earum validitatem, aut efficiaciam infringat, sed irritet tantum quædam acta gesta per D. Episcopum Viceñ, vtique illam non vulnerauit, quamuis præfatæ litteræ ibidem enuncientur, vt præter authoritates ibi allegatas comprobatur decisio in *Toletana pensiois 2. May 1631. coram bon. mem. Motmanno, §. præterea fuit*.

Nec minus obstat quod dicta executio demandata fuerit post lapsum 30. annorum quo tempore litteræ Apostolicæ regulariter amittunt viam executiuam, vt dixit Rota coram Buratt. dec. 195. num. 5. ibique *Add. littera C.* Quia hoc cessat ex facto cum non potuerint exequi propter litem in partibus ab anno 1598. & per viam appellationis in Rota introductam de anno 1609. Præter quod obiecta conclusio procederet, si ageretur de litteris concessis ad fauorem alicuius personæ particularis, cui obesse debet propria negligentia in petendo illarum executionem, secus autem, vbi agitur prout hic, de litteris concessis ad fauorem Ecclesiæ, & Dignitatis,

hoc enim casu negligentia vnus, successoribus nocere non potest, vt optimè distinguendo responsum fuit coram recent. mem. Coccino decisio. 144. num. 5.

Iustitia autem non offuscatur ex antiqua Concordia continente exemptionem Abbatis, & Monachorum Ecclesiæ, de qua agitur ab Episcopali Iurisdictione. Tum quia non ligat successores, & nullius est momenti in præiudicium ipsorum iuxta textum in cap. veniens de transact. & Decreta Sacri Concilij Tridentini sess. 6. cap. 4. sess. 24. cap. 20. in fin. & sess. 25. cap. 6. pariter in fin. de reform. Idque etiam si munita fuerit confirmatione Apostolica, quia cum Sacrum Concilium eas dumtaxat confirmationes præseruaerit, quæ emanarunt ex certa scientia & cum causæ cognitione, vt declarauit S. Congregatio Eminentiss. DD. Cardin. eiusdem S. C. T. interpretum in *Abulens. Iurisdictionis 13. Nouembris 1487. relas per Gonz. de benef. part. 3. cap. 2. num. 120. & seqq.* Vtique confirmatio, de qua agitur, non cadit sub præseruatione, sed sub præfatis decretis, cum emanauerit ad instantiam Monachorum tantummodo, neque inserto toto tenore Concordiæ, sed expressa solum parte ipsis Monachis fauorabili, quæ propterea neque ex certa scientia, nec cum causæ cognitione concessa dici valet, vt optimè animaduertit Garz. vbi supra d. cap. 2. num. 229. & firmavit Rota in *Abulens. iurisdictionis 20. Ianuarij 1588. coram Orano penes Marches. de comm. part. 3. fol. mibi 124. sub. n. 3. vers. quantum ad confirmationem, & in Veronen. emphyteusis 27. May 1494. coram Card. Hieronymo Pamphilio, quæ est decis. 715. num. 3. part. 4. diuers.*

Tum etiam quia extincta penitus remansit per suppressionem Monasterij Abbatis, & Monachorum, vt responderetur in præcedenti decisione §. quia ultra alias; Non obstantibus subsequens declarationibus Summorum Pontificum de non præiudicando antiquæ Iurisdictioni, & Priuilegiis Ecclesiarum suppressarum, quia restringi debet ad illas Ecclesias, quarum fauore emanarunt, & licet generales extendi non possunt ad Ecclesiam, de qua agitur, in cuius suppressione, & noua erectione per illa verba ibi, *Dictaque Ecclesia ac eius Dignitates, canonic. & præbenda aliæque beneficia Capitulum, & ministri suo Ordini subiecti sint*, &c. aperte dignoscitur Pontificem suppressorem implicite dictam Concordiam, quoad Iurisdictionem reuocasse, & abstulisse, eandemque Iurisdictionem Episcopo demandasse, qui solus sub dicta Ordinarij appellatione ibidem comprehenditur vt latè probatur in dicta decisio. §. quia in casu & §. finali. Ad effectum enim euitandi contrarietatem, & repugnantiam, quæ aliàs exinde resullaret generales illæ declarationes intelligi debent de Iurisdictionibus, & priuilegiis compatilibus cum subiectione ab eodem Pontifice ibidem ordinata; Ponderando præsertim quod ipsemet Clemens Octauus incidentè hoc individuali articulo hodie controuerso inter Priorem, & Canonicos S. Annæ de tempore magis proximo erectioni Collegiatarum explicitè declarauit suæ intentionis fuisse eosdem Priorem, & Canonicos Episcopo Barchinonensè tanquam eorundem Ordinarij subiectos esse debere sum. præterita propositionis n. 17. signum euidentis quod respectu expressorum omnia priuilegia illis incompatibilia penitus tollere voluit.

Cæterum in hanc sententiam eò faciliùs Domini deuenerunt quia dicta S. Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium S. C. Interpretum auditis partibus super iisdem in Rota toties deductis, & causa exactissimè discussa ita ter declarauit quæ

quæ Rota solet, vt par est, reuerenter amplecti, vt
in decis. d. §. quia in casu, vers. sum denique.
Et ita vtraque, &c.

DE C I S I O

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D. Othobono.

In causa Bononiensium Gabellæ.

Luna xxij. Iunij 1650.

Agentes Communitatis, & Hominum Sancti
Ioannis in Persiceto summis precibus efflagi-
tarunt denuo audiri super decisione coram me ema-
nata in hac causa sub die 17. Maij anni præteriti, ob-
tenta vero ex benignitate noua audientia cum fue-
rint pluribus monitionibus, & citationibus prouo-
cati ad informandum, nunquam loco se mouerunt,
ideo solo Regimine Bononiæ informante propo-
sui super resolutis denuo causam, & DD. præstite-
runt in decisis.

Nam quoad Datia nuncupata Imposte, Tasse, &
Vniti visa sunt firma subsistere decisionis funda-
menta, quia stante solutione datorum hucusq; con-
tinuata spacio quadraginta annorum, & vltra appa-
ret exemptionem non comprehendere huiusmodi
datia, vt Communitatem Sancti Ioannis in Persi-
ceto pernon vsum, immo per contrarium vsum
exemptionem amisisse, non obstante decreto irri-
tanti in litteris Summi Pontificis Eugenij quarti
apposito, vt firmatum fuit in alia decisione sub §. ve-
rum, & seq. Priuilegia enim præscripta suffragari mi-
nimè possunt cap. si de terra, & cap. accedentibus de
priuileg. Ruin. conf. 125. num. 7. lib. 1. Gozad. consil. 23.
num. 7. Rota in Messanen. Decanatus 23. Maij 1644.
coram Reuerendissimo Terracinen. & in alijs relatis
in alia decisione in d. §. verum cum ex partitis. Decre-
tum verò irritatis nihil operatur stante defectu in-
tentionis Summi Pontificis concedentis Rota decis.
32. num. 11. & seqq. part. 6. recent. nec operari potest,
quando illi in quorum fauorè appositum est eo non
vtuntur Decis. in c. cum accessissent n. 17. de const. Gon-
zal. ad reg. gloss. 67. num. 52. Gratian. discept. 515. n. 8.

Verum Regimen Bononiæ vltimam partem de-
cisionis impugnabat ponderando, quod priuilegia
Eugenij Quarti, & Pauli Tertij non videntur Com-
munitati posse suffragari, siue quia Eugeniæ
vtri continens clausulam resolutiuam in euentum
recessus Communitatis ab obedientia, & deuotio-
ne Sanctæ Sedis Apostolicæ, per huiusmodi euen-
tum postea sequutum, fuerit resolutum, ac reuo-
catum, siue quia tam Eugeniæ, quàm Paulino
derogauerit postea priuilegium Regimini concessum
à Iulio Tertio munitum amplissimis clausulis dero-
gatorijs, etiam quoad contraria priuilegia concessa
ex causa onerosa.

Sed primum obiectum facili negotio remouetur,
quia ex conuentionibus initis inter Commissarios
Summi Pontificis Eugenij IV. & Communitatem, &
Homines Sancti Ioannis in Persiceto de anno
1455. datis in Summario Regiminis num. 2. in qui-
bus narratur prædictæ Communitatis recessus ab
obedientia Sanctæ Sedis Apostolicæ, apparet etiam
quod idem Summus Pontifex Eugeniæ ipsam
Communitatem, & Homines ad gratiam Sanctita-
tis Sux, & Sanctæ Sedis penitus recepit, & admisit,
& per consequens ad priuilegium, de quo agitur an-
tea concessum reintegrauit remittendo quamcum-

que caducitatem ob delictum incursum, cum hic
sit effectum tam amplæ restitutionis ad gratiam
Principis l. fin. §. fin. & ibi Bart. & DD. de sent. pass.
Roland. conf. 45. num. 19. & 20. lib. 4. Rot. decis. 107.
num. 8. & dec. 4459. pariter num. 8. part. 1. & decis. 83.
num. 8. & 2. seqq. part. 7. recent. & in Romana confisca-
tionis 14. Iunij 1624. & 18. Aprilis 1625. coram bon.
mem. Merlino.

Omniemque prorsus tollit dubitationem subse-
quens confirmatio Eugeniæ priuilegij facta à Pau-
lo Tertio sub die 27. Aprilis anni 1542. vt in Sum-
mario Communitatis præteritæ positionis num. 5.
Nam post huiusmodi confirmationem non apparet,
quod Communitas Sancti Ioannis aliquando in Se-
dem Apostolicam, eique debitam obedientiam pec-
cauerit, quare hæc Pauli Tertij confirmatio inser-
uire potest ad declarandum, quod ipsemet Eugeniæ
I V. in conuentionibus de anno 1445. initis voluit
Communitatem ad prædictum priuilegium redinte-
grare, vel saltem eidem priuilegio spiritum tribuit,
ac robur adiecit, iuxta theoric. Bart. in l. more §. n. 5.
ff. de iur. omn. Iudic. Angel. Arerin. conf. 123. num. 18.
Paris. conf. 3. num. 40. & 41. lib. 4. Rot. decis. 207.
num. 8. coram san. mem. Gregor. & in Melenitana Pen-
sionis 29. Maij 1648. in §. sed nec etiam, coram me.

Facilius tollitur secundum obiectum, nam Iulius
Tertius non sustulit exemptionem exemptis compe-
tentem, sed declarauit, quod datia sine fraude sol-
ui debeant prout firmat alijs Dec. final. idque bene
deducitur ex proœmio ipsius Constitutionis Iulij in
Summario Regiminis num. 3. ibi expientes fraudibus
prædictis occurrere, & infra, ibi, nobis humiliter sup-
plicari fecistis, vt ad succurrendum fraudibus prædi-
ctis, &c. proœmium verò causam finalem totius con-
cessionis explicat Bart. in l. fin. num. 3. ff. de hered.
insti. Decian. conf. 72. num. 49. lib. 2. Buratt. decis. 543.
num. 11. totaque dispositio ad limites rationis in pro-
œmio expressæ restringi debet Abb. conf. 114. lib. 2.
Peregrin. conf. 36. num. 12. lib. 2. Gratian. discept. 292.
num. 15. Rota in Montisalti Beneficij 15. Decembris
1645. in §. sed verè, coram R. P. D. meo Bichio.

Quare cum litteræ Iulij Tertij restringantur so-
lummodo contra eos qui fraudes committebant
non autem contra eos qui absque fraude priuilegijs
vtuntur, nulla ratio patitur vt priuilegium tollatur,
etiamsi adsint amplissimæ clausulæ in litteris Iulij,
quia clausulæ tanquam accessoriæ dispositionem
non ampliant ad casus non comprehensos, vt ex
Bart. & Felin. tradit Gonzal. supra reg. 8. Cancell. gloss.
50. num. 10. Rot. coram Seraph. decis. 1291. num. 7. in
recent. decis. 367. num. 5. part. 1. coram sanct. mem. Gre-
gor. decis. 159. num. 7. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.
48. num. 22. & seqq. & in Tirafonen. Vnionis 26. Fe-
bruarij 1649. in §. derogatio autem contrariis, coram me.

Nec animaduersionem effugit, quod cum resti-
tutio Communitatis ad Summi Pontificis gratiam
emanauerit per viam conuentionis, vt in Summario
Regiminis num. 2. recuperauit proinde Communi-
tas Sancti Ioannis Eugeniæ priuilegium eodem
conuentionis iure, cui proinde per quascumque
clausulas derogatorias Iulij Tertij non censetur de-
rogatum, vt in terminis exemptionis fuit resolutum
in Valentia subsidij 4. Maij 1611. §. vltimus, coram Pe-
nia facit Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. num. 14. Grat. di-
scept. 212. num. 37. Acchill. decis. 3. num. 2. de pact. Rota
in Barchinonen. Iurisdictionis 4. Iulij 1646. adeo quod,
coram R. P. D. meo Bichio.

Et ita fuit resolutum Regimine tantum infor-
mante, &c.

R. 4 DECISIO

DECISIO

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

coram R. P. D. Meltio.

Cæsaraugustana Decimarum.

Veneris 28. Iunii 1650.

Commissa mihi hac causa in gradu appellationis cum clausula, Non retardata solutione arbitrio Rotæ, proposui dubium, An instaret arbitrium ad effectum superfedendi in solutione Decimarum, de quibus agitur, & Domini illud non intrare censuerunt Nam arbitrium à iure regulandum est iuxta doctrinam Bart. in extrauag. ad reprimen. vers. indubit. num. 8. Cæf. de Grass. decis. 7. num. 6. in fin. & num. seq. & decis. 8. num. 2. de re iuridic. Rot. in recent. dec. 550. num. 1. & decis. 264. num. 1. part. 7. & sapissime in aliis, & licet arbitrium soleat aliquid remittere de rigore iuris Cresc. dec. 4. num. 3. de test. Seraph. dec. 1114. num. 1. non tamen tribuit facultatem recedendi ab illius dispositione Rot. dec. 312. num. 1. part. 4. recent. vnde cum agatur de decimis pro quibus via executiua, atque à decretis ad earum solutionem condemnantibus non admittatur appellatione suspensiuua, ad text. in cap. ex multiplici, & cap. tua nobis de decimis. Pafet. in prax. Episc. part. 2. cap. 4. tit. de decim. num. 59. Io. Franc. Leo. in Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 27. num. 42. Scac. de appell. q. 17. limit. 18. num. 1. cum plur. aliis relatis per modern. Mediolan. de decim. c. 8. n. 58. qui declarat etiam commissionem appellationis in causa decimarum dari cum clausula sine retardatione solutionis, nam pendente etiam lite illæ sunt soluendæ, vt testatur Marchef. de commiss. appellat. à conf. decimarum §. 1. num. 43. & seq. & num. 62. Ideo arbitrium intrare non potest pro retardanda executione solutionis, maxime stante possessione Archiepiscopi illas exigendi, qui in ea est manutendus ex vulg. §. resinenda insit. de interd. & in terminis decimarum Rota dec. 402. num. 2. part. 1. rec. & fuit resolutum in Carpentoraten. decimarum 4. Iulij 1618. coram. bo. me. Manzanedo, & in Hispalen. de 27. Iunii 1644. coram R. P. D. meo Corrado, & in alia Hispalen. decim. de Baraona 12. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro nec non in alia simili 15. Febr. 1647. coram me, & coram R. P. D. meo Bichio die 25. Iunii 1649. Tolet. decim. 21. Iunii 1649. coram R. P. D. meo Ostoboro, & in alia Toletana decim. 28. Ian. præteriti coram R. P. D. meo Roy. & præsertim quod non datur appellatio sine retardatione solutionis decimarum quando illas petens est in possessione exigendi, tradit Gomez in prax. vtriusq. Signat. n. 86. prout in puncto quod in his terminis non intret arbitrium. firmavit Rot. decis. 211. num. 1. & seq. inter impress. apud modern. de manuten. vbi assignatur ratio, quæ est, vt neque de iure, neque de æquitate possessor priuari debeat iure ei competente pendente lite Gloss. in cap. 1. in verbo deferre, vbi Abb. num. 4. vt lit. pend. Dec. consil. 92. num. 1. Put. dec. 497. num. 1. lib. 2.

Non obstant priuilegia Sacræ Relig. Hierosolymitanæ circa exemptionem à solutione decimarum, quia illa impedire nequeunt, vt Archiepiscopus possessor in suam possessionem continuando exigere possit à Debitoribus, dum non sunt clara, sed aliquam requirunt discussionem, quæ proinde remittenda sunt ad petitorium, Rota apud Modern. de manuten. decis. 157. num. 5. & d. decis. 211. num. 5. & seqq. ac in aliis omnib. decisionib. supra relatis, & signanter in Hispalen. decim. coram R. P. D. meo Corrado sub §.

Quia fuit cum seq. & Hispalen. decim. de Baraona coram R. P. D. meo Cerro, §. Nec reuelat cum seq. quæ loquitur in terminis priuilegiorum Sacræ Relig. Hierosolymitanæ, & interim vt retardari non possit manutentio possessorij, donec, & quousque illa plenius fuerint discussa firmavit Rota in d. Hispalen. decim. 15. Febr. 1647. sub §. vnde, & in eadem 19. Iunii 1648. §. Non obstat coram me. possessio enim releuat, ac suum parit effectum quotiescumque est temporis considerabilis, vt in isto casu etiam si esset nedum contra præsumptionem Iuris, sed etiam contra ius, quæ quidem Archiepiscopi possessio per longum tempus probatur ex depositionibus duorum testium, quæ dantur in eius Summ. num. 22. Imò ad istum effectum declarat Marefcott. var. ref. lib. 4. cap. 11. num. 55. sufficere possessionem decennalem Cancr. var. resol. tom. 3. cap. 14. num. 45. Rota in causa Mediolanen. nominis Capiculi 10. Martij 1649. §. Quia respondetur coram me, & in Beneuentana emphyteusis 1. Iulij præteriti §. Adeo, quòd, coram R. P. D. meo Bichio.

Quod autem d. Priuilegia sint valdè dubia patet, Nam illud Sixti V. continet quidem communicationem Priuilegiorum in genere, quod propterea non recipit extensionem, vt comprehendere valeat exemptionem à solutione decimarum spiritualium, quæ tanquam exorbitans à iure communi, ac Tertio præiudicialis sub generalitate verborum comprehendere non poterat, sed speciali nota digna erat Tamburin. de iur. Abba. tit. 1. disputat. 15. quest. 18. num. 34. & seqq. Card. Cauat. decis. 247. num. 10. versic. Tandem Rota in rec. decis. 214. num. 5. part. 2. dec. 48. num. 8. part. 4. & dec. 39. num. 9. ead. part. 4. rec. tom. 2. & coram Coccino dec. 279. num. 3. vbi in his præcis terminis dicitur, quod in communicatione Priuilegiorum ea non veniunt, quæ de facili concedi non solent nisi de eis fiat specialis mentio.

Minus applicatur Constit. 9. Pij IV. sub §. 63. per quam conceditur omnibus dependentibus ab Hospitali Hierosolymitano exemptio decimarum, ac aliorum onerum, collectarum, atque contributionum; Quia illa loquitur tantum de Fratibus d. Hospitalis, de Donatis, ac Seruitoribus illius, nec non de Vassallis, atque Colonis inseruientibus, in Prioratibus, Baiuliatibus, Commendis, Domibus, membris, aut aliis Prædiis, siue Grangiis, non autem de istis Donatis Confratribus Hierosolymitanis, qui Confraternitatem erexerunt sub inuocatione SS. Ioannis, & Georgij in Ecclesia B. Mariæ del Temple Ciuitatis Cæsaraugustanæ, qui in nihilo Religioni inseruiunt, sed vxorati continuo remanent in propriis Domibus; Vnde ad illos extendi non potest Priuilegium exemptionis decimarum, quod strictè intelligendum venit, vt per Coccin. d. dec. 279. num. 5. nec vltra in eo expressum quidquam operari potest cap. per exempt. de priuileg. in 6. Rot. decis. 30. num. 4. part. 6. recent.

Et quod Donati vxorati in propriis domibus commorantes tali priuilegio, seu exemptione gaudere non possint, sed teneantur ad iura Episcopalia persoluenda tradit Card. Zabarell. consil. 21. in fi. ac declarauit Sacra Congregat. Concilij in terminis Oblatorum d. Religionis Hierosolymitanæ quæ declarationes recensentur à Barbof. de iur. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44. & seq. & firmavit etiam Rota in deci. in hac causa emanata sub die 10. Iunii 1643. §. Quia non solum in fin. coram me, vbi habetur quòd alias esset aperire viam fraudandi decimas.

Valdè etiam dubitarunt Domini de validitate huiusmodi priuilegij, eo quia in dicta Constitutione Pij

Pij V. non legitur expressa derogatio ad cap. *quod de decim.* quod uti conciliare specificam illam requirebat Archidiaconus in cap. 1. num. 2. de constit. Coccini. decis. 279. num. 6. & decis. 341. num. 2. vers. tamen quia part. 1. recent. Card. Caualer. decis. 247. num. 19. Rota apud Modern. de manuten. decis. 157. num. 4. & fuit dictum in Vercellen. decimarum 13. Nouemb. 1645. §. Non obstat, ac 15. Ian. 1646. §. Nec obstante coram R. P. D. meo Cerro, cum aliis copiose relatis in d. Hispalen. decimar. 27. Iunij 1644. coram R. P. D. Corrado, & in Casaraugust. decimarum 17. Iunij 1611. coram Sanctiss. D. N. & cessante hac specifica derogatione, ut dari possit de defectu voluntatis respectu Papae concedentis, est text. in cap. ex parte de Capell. Monach. Felin. in cap. nouissimi num. 2. de rescript. Oldr. cons. 326. in princ. Verall. dec. 167. part. 1.

At supposito etiam quod de dictae Pianae Constitutionis validitate dubitanti non contingeret, nihilominus illa neque suffragari posset Donatis Confratribus Hierosolymitanis, nam concedit tantum Equitibus Hierosolymitanis exemptionem, quoad solutionem decimarum extraordinariarum temporalium, atque aliorum onerum ab homine impositionum, nempe Datorum, Pedagogorum, Taxarum, & similium, quae in pluribus locis ratione taxae, vel recognitionis solui solent Dominis locorum, non autem quoad decimas ordinarias spirituales, & quae iure diuino debentur, ut pluries firmavit Rota, & signanter coram Seraph. decis. 1293. num. 6. vers. Ideo illa verba. Card. Caualer. d. decis. 247. num. 11. Put. decis. 65. lib. 3. & fuit dictum in d. Hispalen. decimarum coram R. P. D. meo Corrado, §. Tum quia, & in allegatis Vercellen. decimarum 13. Nouemb. 1645. §. Hinc enim, & 19. Ian. 1646. §. Quae responsio coram R. P. D. meo Cerro, & in dicta Tol. dec. 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono sub §. Ius priuilegium, ex quo enim versatur in exemptione à decimis, quae non solet concedi, nisi cum maxima difficultate, ut fuit dictum in Valentina decimarum 28. Nouem. 1603. coram Card. Lancelotto iuniore, Imo habetur materia valde odiosa; propterea quantum fieri potest strictè ea debet interpretari Rota dec. 271. num. 6. part. 4. recent.

Demum non obstat decisio Casaraugustana decimarum coram Penia, dum in ea firmatur sufficiens productionem priuilegij absque eo, quod in iudicio executio agatur de illius validitate: Quia in illo casu Actor non reperiebatur in longa quasi possessione exigendi decimas à Reis conuentis, proinde hic clara est quasi possessio Archiepiscopi ultra spatium decem annorum exigendi à Confratribus Donatis, ut supra fuit ostensum. Et ulterius dicta decisio fuit postea etiam declarata per aliam editam 17. Iunij 1611. coram Sanctiss. D. Nostro, scilicet, ut non procedat quando iam fuit detectum Priuilegia non suffragari, quae ut non suffragantur, in hoc casu Donatis Confratribus Hierosolymitanis optimè colligitur; Tum quia ipsi non sunt comprehensi in priuilegiis concessis Equitibus Hierosolymitanis, ex iam deductis; Vnde dicere non possunt se priuilegiatos, nec viam executiuam impedire valeant, etiam non obstante clausula sublata, & decreto irritanti, quae alioquin claudunt os Iudici, & parti; De reliquo autem nihil operantur in casu non comprehenso à Priuilegio, Rota decis. 109. num. 18. & seq. part. 6. recent. Tum quia Priuilegia huiusmodi nec ipsis Equitibus Hierosolymitanis prodesse possunt, nam agitur de decimis spiritualibus, quae soluantur ratione bonorum patrimonialium, ut habetur in Hispalen. decimarum de Baraona 16.

Martij 1646. coram R. P. D. meo Cerro §. Et in hanc sententiam, & in alia saepius allegata Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.

Et ita conclusum fuit informante tantum Reuerendissimo D. Archiepiscopo Casaraugustano, ac eius Promotore fiscali, &c.

DECISIO

SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram R. P. D. Corrado.

Neapolitana Matrimonij.

Luna 14. Februarij 1651.

Sententiam Rotalem pro validitate matrimonij inter D. Ioannem Mariam de Xarr, & D. Michaelen Vaex Ducem de Casamassima contracti à R. P. D. meo Royas prolatam Censuerunt hodie Domini in appellationis instantia mihi commissa esse confirmandam. Nam illius validitas iustificatur ex ipso processu, in quo fuerunt seruata seruanda iuxta decis. Verall. 262. part. 2. & penes sa. me. Greg. decis. 218. num. 1. vers. quia de validitate, &c. Buratt. dec. 812. num. 1. vers. de validitate namq. &c. ac in recent. decis. 708. num. 1. vers. constabat enim, &c. part. 1. & in Vlixbonen. Matrimonij 19. Nouemb. 1625. coram bo. me Pironauo. decis. 625. num. 2. vers. illa namque valida est, &c. part. 4. tom. 1. Iustitia vero probatur ex deductis in praecedenti decisione coram eodem R. P. D. meo Royas sub die 1. Iulij 1650. quae visa fuerunt haecenus inconcussa.

Constat enim ex depositionibus duorum testium legitime examinatorum praefatos Coniuges die 10. Februarij 1638. in Ecclesia Parochiali conuenisse, ibique coram Parocho illis bene audiente, atque intelligente mutuo consensu per verba de praesenti vnanimiter expresso matrimonium contraxisse (quod nullo interueniente canonico impedimento) validum utique fuit, c. sufficit 27. quest. 2. cum apud e tua de spons. & mat. Card. in clem. unic. sub n. 16. vers. sed si dico, &c. de cons. & affinis. Didac super tit. de spons. p. 2. c. 4. §. 1. sub n. 4. vers. si autem, &c. in puncto respondit Nauarr. cons. 20. sub ead. tit. de sponsal secundum impress. Lugdun. late Rebell. de obligat iustit. p. 2. de contr. in gener. l. 2. q. 4. sect. 2. per tot. Rot. penes Buratt. decis. 713. per tot. & decis. 891. per tot. ac in recent. decis. 74. n. 2. vers. quibus non obstantibus, & seqq. per tot. p. 4. & decis. 127. n. 6. vers. quia cum ad hunc effectum, &c. & seqq. p. 7. & in Vlixbonen. Matrimonij 2. Maj 1616. coram bo. mem. Pironauo in §. ideo cum verba, &c.

Et concordibus praedictorum testimoniis rite receptis recte probatur ad l. ubi numerus. ff. de testib. c. in omni negotio eod. tit. Rot. penes Card. Seraph. dec. 1099. n. vers. de matr. autem non potest dubitari, &c. Card. Mant. dec. 372. n. 1. vers. & quidem, &c. cum seqq. Buratt. dec. 192. n. 1. vers. qui etiam, &c. & dec. 530. n. 1. vers. certum est autem, &c. & d. dec. 713. n. 7. vers. & ideo sufficiunt testes, &c. & in recent. dec. 374. sub n. 6. vers. nam fuit responsum, &c. p. 3. Licet ad eum actum specialiter vocati, atque rogati non fuissent, P. Ledesm. de matrim. q. 45. art. 5. in 4. dubio, vers. ex dictis sequitur, &c. fol. mihi 203. Sanchez de matrim. l. 3. disp. 39. sub n. 7. vers. & quidem, &c. ac n. 10. vers. hinc inferitur, &c. cum seqq. & alios refert Gutierrez de matr. c. 69. sub n. 1. vers. ubi secum est dicit, &c. Neque concordarent in formalitate verborum, sed tantum in substantia Rot. decis. 430. sub n. 2. vers. difficultas, &c. cum seqq. p. 1. dec. 273. n. 15. vers. non obstat quod testes, &c. p. 4. di-

vers. & penes Card. Mant. d. decis. 372. sub num. 15. vers. fuit responsum, &c. Buratt. d. decis. 713. num. 9. vers. non obstat quod testes, &c. Eoque magis cum ex precedentibus inter eos sponsabilis, & cohabitatione post contractum matrimonium nonnullos menses subsecuta illorum matura, & deliberata voluntas comprobetur iux. not. per Card. in d. clem. unic. sub d. num. 16. in fin. vers. ubi concludit, &c. de consang. & affn. Did. in d. cap. 4. §. sub num. 4. vers. vel quando praecefferit tract. &c. Nat. conf. 249. sub num. 2. vers. praeterea dicitur, &c. & seqq. Rot. penes Card. Mant. decis. 372. sub num. 19. vers. qua probatio, &c. cum seq. & Buratt. d. decis. 530. num. 8. vers. tertio fuit, &c. cum seq. & decis. 713. num. 2. vers. tamen praedicta opinio, &c. cum seq. & d. decis. 74. sub num. 2. vers. idque efficaciter probatur, &c. cum seq. part. 4. & decis. 264. num. 12. vers. quinimo, &c. part. 5. recent. & in Toletana Matrimonij 24. Nouembris 1608. coram bon. mem. Card. Sacrato vers. quod praecefferit tract. &c.

Neque obstat, quod illi proprium consensum, ac voluntatem vltro explicauerint nulla praenissa Parochi interrogatione.

Quia necessaria non erat ad validitatem d. matrimonij huiusmodi Parochi interrogatio, sed fuit sufficiens praedicta illius praesentia, non solum physica, sed moralis pro solemnitate praescripta ad evitandum clandestinitatis vitium, ut respondit ex sententia S. Congregationis Rot. penes Card. Seraph. d. decis. 1099. sub num. 5. vers. nec obstat quod non fuerint prolata verba matrimonialia a Parochi, &c. ac Buratt. d. decis. 713. num. 10. vers. & S. Concilium, &c. vbi Add. referunt concordantes, & late probat Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 38. num. 4. vers. prima conclusio, &c. cum seq. vbi rationes adducit, & contrariis bene respondet Gutier. de matrim. d. cap. 69. sub num. 2. vers. neque obstat, &c. vbi refert resolutionem ipsius S. Congregationis, & Pont. in simul. tract. lib. 5. cap. 20. sub num. 2. vers. circa quam decreti, &c. & num. 3. vers. secundo, &c. cum aliis relatis per Bonacin. de Sacram. Matrimon. quest. 2. punct. 8. sub num. 39. vers. quaro secundo, &c.

Nec proinde refert quod idem Parochus non praebuerint assensum suum d. contractui, sed intermisso S. Missae Officio ab Altari recesserit.

Quia non requiritur eius consensus, sed illorum tantum, de quorum agitur coniunctione d. cap. cum apud de sponsat. & matrim. Praesentia autem illius solemnitas adhibetur, ut praestitus ab ipsis contrahentibus innoscatur Ecclesiae iux. text. in l. coram Tissio, ibi, Coram Tissio aliquid facere in sus non videtur praesente eo fecisse nisi is intelligat, &c. scire autem non etiam velle is debet, nam & invito eo recte fit, quod in sum est, &c. ff. de verb. signific. & ita fuisse responsum a Congregatione refert bo. me. Card. Bellarm. ad Concil. sess. 24. de refor. matrim. cap. 1. in declarationibus col. 5. in fin. vers. item non est de substantia matrimonij, &c. fol. mihi 342. quam secuta fuit Rot. penes Card. Seraph. d. decis. 1099. sub d. num. 5. vers.


non obstat quod non fuerint prolata verba, &c. ad fin. vers. que voluit, &c. ac Buratt. decis. d. decis. 839. n. 6. vers. quia fuit responsum, &c. & in alia Vlixbonen. Matrimonij 16. Nouembris 1622. coram bo. me. Manzanedo in recent. decis. 431. num. 3. vers. quod procedit, &c. vbi Add. d. num. 13. & seqq. referunt concordantes, & sub die 19. Nouembris 1625. coram bo. me. Piruana decis. 725. sub num. 14. vers. quin data etiam voluntate Parochi, &c. part. 4. tom. 2. & 3. ac in Granaten. Matrimonij 48. Aprilis 1636. coram Eminentissimo D. meo Card. Verospio decis. 124. sub num. 16. vers. demum, &c. cum seqq. part. 7. earundem. Idemque probavit in his terminis Nauarr. d. conf. 20. sub titul. de sponsal. P. Ledelm. de matrim. d. quest. 45. not. 7. in 2. dub. vers. maior autem difficultas est, &c. vers. in qua re, &c. fol. mihi 200. & in 4. dub. fol. 202. vers. ex his declarationibus, &c. Sanchez de matrim. lib. 3. d. disp. 39. num. 9. vers. ceterum dicendum est, &c. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 21. sub num. 12. vers. sed quid dicendum, &c. aliis relatis Guttier. d. cap. 69. sub num. 3. in fin. vbi refert resolutiones d. S. Congregationis, & num. 10. vers. tertio obseruandum est, &c. cum seqq. Germon. de indul. in §. Tibi quod vixeris sub num. 73. vers. & licet matrimonium, &c. Rebell. lib. 2. quest. 7. sect. 2. vers. sic verum non videtur, &c. & quest. 8. sub num. 3. vers. porro qualiter Parochus, cum seq. & alios refert Ricc. in prax. for. Eccles. tom. 1. resol. 224. num. 3. vers. & suffi-

ciunt, &c. Minus obstat defectus denunciationum ad praescriptum S. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. matr. c. 1.

Quoniam illae quidem seruari debent, sed non sunt aded substantiales ad validitatem matrimonij, ut ob earum omissionem irritum sit iudicandum, licet eas absque Ordinarij licentia omittentes grauius peccent Nauarr. in manual. cap. 22. sub num. 7. vers. tertio aduertendum, &c. Didac. super titul. de spons. d. part. 2. cap. 6. sub num. 6. ad fin. vers. contrahit, &c. quam sententiam per S. Congregationem approbatam, refert idem Card. Bellarm. in loco supracitato. in princip. vers. si omittantur denunciations, &c. fol. mihi 340. & Guttier. c. 69. n. 4. vers. de Parocho autem, &c. eamque secuta fuit Rot. apud Card. Seraph. d. decis. 1099. num. 4. vers. non obstat quod non fuerint factae denunciations, &c. Buratt. d. decis. 530. num. 15. vers. respectu denunciationum, &c. & d. decis. 803. num. 7. vers. cuius contrarium, &c. ac in recent. decis. 71. sub num. 11. vers. quia fuit responsum, &c. part. 1. & decis. 390. sub num. 5. vers. quibus non obstat, &c. ac decis. 431. num. 11. vers. minus obstat defectus, cum seqq. part. 4. tom. 2. decis. 493. num. 16. vers. ultra quod, &c. part. 5. & in Bonon. fideicom. Bartholomaei de Bolognini 12. Maij 1945. coram Reuerendiss. D. meo Terracin. in §. Nec quidquam, &c. Honded. conf. 72. num. 22. vers. imo quia, &c. cum seqq. lib. 2. Rebell. d. quest. 7. sect. 2. sub princ. vers. si tamen secundo, &c. cum aliis relatis per Bonacin. de Sacram. Matrim. d. quest. 2. punct. 6. sub n. 6. vers. Matrimonium clandestinum, &c.

Atque ita, &c. Altera tantum, &c.





INDEX RERVM NOTABILIVM.

*Primus numerus Tractatum indicat, secundus Resolutionem,
tertius Paginam.*

A

Absolutio, Absolvere.



ABSOLVTIO an dari possit septen-
in, si dubium sit de vsu rationis,
sine conditione. 11. 54. 107. Et an
sufficiat conditio mente retenta. 11.
55. *ibid.*

Absolvere an possit simplex Sacerdos peccatum du-
bium, an contineatur in Bulla Cœnz. 14. 8. 238.
& 63. §. *Nota* 286

Absolui non debet à suspensione Clericus primæ
tonsuræ. 14. 14. 264

Absolvens à reseruatis tollit reseruationem ab obli-
tis. Ita etiam à censuris si dicat: *In quantum possum,
& tu indiges.* 13. 56. 230

Absolutus ab excommunicatione reseruata in arti-
culo mortis per inferiorem, tenetur se præsentare
Superiori, si conualescit. 14. 63. §. *Et tandem.* 286

Absolutio data ad excommunicato vitando extra
necessitatem nulla est. 15. 14. 305

Accessus ad Moniales.

Pœnz latæ contra accedentes ad colloquendum cum
Monialibus, ligant loquentes etiam cum Con-
uersis. Item loquentes per nutus, & signa. 14. 51.
275

Seculares accedentes & alloquentes Moniales
exemptas, incurrunt censuram Episcopalem, vbi
est. 14. 49. 273

Licentia alloquendi Moniales; indefinita, durat pro-
babiliter vsquequo reuocetur. 14. 54. 278

Aliqui dicunt, non teneri Episcopum concedere li-
centiam Regulari alloquendi Monialem consan-
guineam quater in anno. Vide *Episcopus.*

Accusare.

An læsus in vita fratris patris, &c. licitè interfecto-
rem accuset, si is dolens satisfactionem exhibeat?
Et an si Iudex condonate velit pœnam parte re-
mittente; hæc remittere teneatur. 16. 43. 379

Adulterium.

An sit adulterium mentale, si vir delectetur non sua?
11. 61. *in fine.* 114.

Aduocatus.

Aduocatus incurrit irregularitatem, secundum ali-
quos, si ex eius negligentia reus damnatur ad
mortem. 11. 22. 75

Ætas.

Vt Canonicus sit Pœnitentiarius, requiruntur anni
40. incepti. 16. 86. 410. Ad Abbatiam, Decanatum,

Præposituram, aliasque dignitates inferiores cum
cura, requiruntur 25. incepti. *Ibid.* §. *Notandum.*
421

Ad Episcopatum requiruntur 30. completi. In Gal-
lia sufficiunt 27. *Ibid.* §. *Sed cum.* 421. Pro digni-
tatibus, vel personatibus sine cura 22. completi.
Ibid. §. *Quid ego.* 421. Et requiruntur solum pro
dignitatibus Cathedralis. *Ibid.* §. *sed Castrus.* 422.

Ad Cardinalatum sufficit, posse ordinari infra an-
num ad eum ordinem, ad quem destinatur. *Ibid.*
§. *Et tandem.* 422

Ad Papatum nulla determinata ætas requiritur. *Ibid.*
Alienare.

An vi Bullæ Pauli XI. prohibentis alienari bona Ec-
clesiæ, absque certis solemnitatibus, prohibitum
sit obligare bona mobilia in contractu licito? 16.
52. 388. Certè obligari possunt fructus, dummodo
non sit soluendum lucrum cessans, vel damnum
emergens. *Ibid.*

An dos Monialis, data in pecunia, inuestiri possit in
agro, aut vinea pro sustentatione Monialis. 16. 51.
§. *Sed obiter.* 388.

An inter bona immobilia computari debeat pecu-
nia in banco deposita, sicut ex censu redempto.
16. 52. 388

An alienari possint immobilia relicta Ecclesiæ vel
Monasterio capaci, cum conditione, vt alienari
possint absque solemnitatibus? 16. 51. *Sed obiter.*
388. & *iterum ref.* 85. 420.

An supradicta Bulla prohibeat alienare reliquias? 14.
21. 248

An prohibeat alienare in vtilitatem Principis Pa-
trix. 16. 85. §. *Sed quia.* 420

Antonius Coronius auctor *Summa Diana* laudatur.
16. 70. 407

Appellatio.

Appellatio, & citatio ad diuinum iudicium in valle
Iosaphat, an licita. 15. 9. 301

Appellans à Papa ad Concilium, quando incurrat
censuram. Vide *Bulla Cœne.*

Conritio, & Attritio.

Probabiliter non requiritur in confessione peccato-
rum, aliàs absolutorum. 16. 30. 368.

B

Baptismus.

Baptismus collatus in secunda & capillis pen-
dentibus super collum & humeros, an sit va-
lidus. 16. 18. 359

Index Rerum notabilium.

An valeat per immersionem in puteum. Præsertim alio proferente formam. 16.20.357

An liceat baptizare iam moriturum, si timor sit leui illa ablutione accelerandam ei fore mortem. 16.20 à §. *Sed ut verum.* 358.

Forma Chaldæorum, *Baptizatus est in nomine Patris,* &c. non est valida. 16.92.429. **Quid** de Dalmatina, *Ego te Christizo in nomine,* &c. *Ibid. in fin.* 432. **Forma** Græcorum verè quæ sit. 16.93.432. Et an in ea exprimi debeat persona baptizanda. *Ibid. à §. Sed circa.*

Baptizatus cum validitate probabili, an possit recipere reliqua Sacramenta. 16.19.356. **Quid** efficere debeat Episcopus dubius de suo baptismo. Et quid ab illo ordinati, vel absoluti. 16.19. §. *Verum.* 357

An rebaptizandi sub conditione baptizati à Paganis, Iudæis, &c. Item à parentibus, cognatis, obstetricibus, expositi cum scheda, &c. 16.19. *Notandum.* 357. Et illud de exposito cum scheda, *iterum ref.* 87.422

Barones.

Barones Romani an licitè, & in quem finem præferuntur ad ianuas palatiorum insignia Principum externorum. 7.5.32

Bellare, Bellum.

Bellare prohibitum Clericis. 2.1.9. **Qui** tamen in bello iusto interuenire possunt ad ministeria spiritualia, & animandum ad pugnam in generali. Vbi etiam participare possunt de spoliis. Nec sunt irregulares. 2.7.13. Vide etiam *Beneficiarius.*

Beneficiarius.

Beneficiarius tenetur bona Ecclesiastica, etiam fructus, expendere in vsus pios. Idque ex natura rei. 21.35. *Sed* quo ordine. *Vide res.* 36.92

Potest alere filios spurios. 11.36. §. *Notandum.* 92. Et ex consuetudine testari validè, non tamen licitè. 15.10.302

Potest probabiliter locare fundos beneficij ultra triennium. 16.51.387

Si sit in minoribus, & procedat ad bellum, venialiter tantum peccat. 2.2.10.

Beneficium.

Beneficium 25. ducatorum an ferat onus diuini Officij 16.47. §. *Et tandem.* 384.

Beneficia plura curata vel simplicia possidere, an liceat etiam cum licentia Summi Pontificis. 13.1.178

Beneficium resignans cum pensione, non potest apponere pactum de redimenda. Nec petere expensas factas in acquisitione beneficij. 14.1.230

Expositi admitti debent ad beneficia in Cathedralibus, & habendi puri sanguinis. 16.96.436

Blasphemia.

Blasphemia inaduertenter prolata ex consuetudine, videtur peccatum tantum in causa. 14.13.243

Prolata in ebrietate, etiam præuisa, secundum aliquos non est peccatum, adeoque nec reseruata. Idemque de maledictione, contumelia, hæresi, & aliis peccatis oris. 14.68.291

Blasphemia reseruata censenda est raprum publica. *Ibid. §. Notandum.* 291. **Quid** si dicatur ex consuetudine. 14.69. *ibid.*

Blasphemia an sit sacras Imagines conculcare? *Resol.* 68. *cit. in fine.* *ibid.*

Bona Ecclesia. Vide Alienare.

Bulla Cœna.

Bullæ Cœnæ censuram non incurrit appellans à Papa ad Concilium generale actu congregatum. 11.60.114. Secus, si ad futurum, etiam si Papa existi-

meretur ex ira iniustitiam commisisse. *Ibid. §. Nota.* 16

Incurrit legens epistolam hæreticalem, & librum è quo hæreses expunctæ sunt. Secus, si legat solum titulum. 12.47.170

Habens libros hæreticorum non potest illos comburere, sed deferre tenetur ad Inquisitores. 12.48. *ibid.*

Bulla Cruciatæ.

Vi Bullæ Cruciatæ tolli potest irregularitas ex iteratione Baptismi, ex violatione censuræ, ex illegitima Ordinum susceptione & vsu, secundum aliquos. 11.22.71

Item commutari votum religionis in minus strictum. 14.27.254. Et vota probabiliter commutari possunt à Confessario post tempus Bullæ, si fecit generalem commutationem intra tempus. 14.28.255

C

Cambium.

Cambium *collaricorsa*, est dubiæ honestatis. 12.28. *in fine.* 155.

Canonicus. Vide *Distributiones.*

Cardinales.

Cardinales, vel Episcopi an esse possint duces exercituum. Vide *Episcopus.*

An licitè exponant arma alicuius Regis; & an hoc significat cliemelum, & protectionem requisitam ab illo. 7.5.32

Census.

Census irredimibilis licitus est, si seruetur iustitia in pretio 12.3.127.

Circumstantia.

An explicanda sit in confessione circumstantia factarum vestium, si quis cum illis coeat. 12.54.174

An in incestu explicanda sit linea, vel gradus. 15.13.304. & quid si commissum sit cum fratre, vel sorore. Vt etiam si facta esset illi iniuria. 14.16.245. Et quid, si quis cupisset coire cum matre, & filia. 15.13.304

An explicanda in copula circumstantia impedimenti dirimentis inter coeuntes. 16.82. §. *Sed ex bis.* 417

An explicanda sit circumstantia recidui in eodem peccato. 13.40.217

Clericus.

Clericus non potest ire ad bellum, vel præesse exercitui, sine licentia Papæ. 2.1.9. **Sed** id procedit si Clericus talis sit, qui gaudeat priuilegio fori. Si enim sit in minoribus, & priuilegio non gaudeat, non peccat. Si autem gaudet, peccat tantum venialiter, sicut beneficiatus in minoribus. 2.2.10. Et omnes possunt in necessitate, etiam Episcopi, & Cardinales. Vide *Episcopus.*

Clericus an licitè exerceat medicinam, vel chirurgiam. 11.49.103. **An** possit aduocare coram iudice seculari. 11.69.120

Clericus incedens personatus, aut exercens venationem clamorosam, peccat mortaliter. 13.29.207.

Clericum percutiens duobus pugnis, vel ictibus, incurrit excommunicationem. 14.36.262

Clerici Regulares.

Clerici Regulares, Theatini nuncupati, gaudent priuilegiis aliarum religionum. 16.91.426

Cæcus.

Religiosus cæcus eligi & deputari potest ad inseruendum in capitulo. 16.45.381

Cæcus in sacris nõ tenetur recitare Horas cū Socio. Secus si sit beneficiarius. *Ibid. §. Quoad secundum.* *Communi*

Index Rerum notabilium.

Communicare, Communio.

Communicare quis potest non ieiunus ad vitandam irreuerentiam Sacramenti. 13.53.5. *Nota hic.* 226. Item in dubio, quod ederet post mediam noctem. 12. 17. 144. & 13.54.227.5. *Et tandem.* An si sint diuersa horologia, possit quis adhærere vni quoad ieiunium naturale, & alteri quoad Ecclesiasticum. 15.29.320. Et an si vnicum sit horologium, possit quis edere post vltimum pulsus. 13.54.227.5. *Et tandem.* Saltem ad breue tempus. 16.48.

384

Communicare post copulam licitam, vel eam habere post communionem voluptatis causa, an sit veniale. 16.33.370

Præceptum communionis annuæ obligat etiam hæreticos. 16.32.369

Viaticum potest dari pueris in dubio, an sint doli capaces. 16.35.372. An infanti communio conferat gratiam. 11.18.72

An vnica communione satisfacere quis possit præcepto paschali, & pro articulo mortis. *ibid.* 39.85.

An verò ei, qui eodem die communicauit, danda sit iterum communio ob periculum superueniens. *ibid.* 40.5. *Sed quia.* 96. Et an qui aduertit se communicasse ante mediam noctem, communicare iterum possit post illam. 16.48. *In fine.* 385

Particulæ consecratæ non debent tolli de altari ante communionem Sacerdotis. 15.41.329. In aliquo casu possit quis communicari particula excisa de hostia Sacerdotis. 11.70.120. Et probabile est; dari posse infirmis reliquias Sacramenti post ablutionem inuentas. 13.53.226

Communione ministrare sine lumine, & ceremoniis præscriptis, per se non est mortale. 16. 80. 5. *Nota etiam.* 415

In periculo ne ægrotus decedat in mortali, Parochus potest illi ferre communionem etiam currens semi indutus, & quouismodo; An etiam equitando; Et ministrare in cocleari cum iure; Et an per Laicum. *Ibid.* à §. *An verò.* Et *antea* 11.40.96

Si particula caderet super manum communicantis, hæc abluui deberet, & aqua in sacrarium immitti. 13.49.213. si tangat barbam. 12.10.139

Nonnulla circa ritum communicandi referuntur. 13.34.5. *Quero hic.* 211

Compensare, Compensatio.

Compensare sibi potest pro credito etiam ille, qui iurauit soluere, sine metu periurij. Nisi iurando contrarium intendisset. 16.60.396

Compensatio secreta in conscientia licita est, etiam si possis adire commode magistratum, secluso scandalo & turbis. Item ex deposito, si alia via debitum recuperare non possis. *Ibid.* §. *Nota.* 396

Compensare sibi quis an possit damnum acceptum in elemosynis Missarum, minuendo numerum 16.66.404

Concionator.

Concionator an excusetur ab Horis Canonicis, & ieiunio præcedentis diei. 11.32.87

Confessarius.

Confessarius non potest eligi virtute Indulgentiæ concessæ ad modum Iubilæi. 16.5.342

Approbatus ab Episcopo Neapolitano potest absolueri Neapolitanos in alia dæcesi. 14.39.265

Regularis approbatus in vna dæcesi non potest audire confessiones extra illam ab incolis & non suis sine approbatione Episcopi loci. 14. 23. 249. & 16.75. *in fine* 410

Confessarius non tenetur ad examen pœnitentis, nisi humano modo & citra tædium: nam ad hoc

Anton Diana Pars X.

tenetur ipse pœnitens. 14.31.258

Confessarius regularis potest dispensare cum coniuge incestuoso ad debitum. 14.20.248

Confessio.

Confessionis præceptum an obliget statim post vsu rationis, etiam ante septennium? 12. 37. 162. An pueros sub pœnis, & meretricibus. 12.36.161

Peccatum dubium est materia necessaria confessionis, 12. 2. 125. Et si postea comperiat certum, iterum vt certum submittendum clauibus. 16. 79.

413

Dubius an omiserit aliquid peccatum ex verecundia, tenetur confessionem reperere. 14. 12. 242. Sicuti si omisisset ex ignorantia crassa & temere. Secus si inuincibiliter putabat, actus infer nos, v. g. non esse peccata. Sed sufficit illa confiteri. 14. 19.247

Confirmatio.

Confirmatio non potest omitti voluntariè sine culpa. 16.90.5. *Nota tamen.* 425

Sufficit miscere oleo modicum balsami, etiam si eius qualitates non communicentur toti oleo. Confirmatus verò oleo solo, deberet iterum confirmari sub conditione. 11. 13. 68

Confirmare potest Episcopus non confirmatus. 11. 14. *in fine* 68. Et confirmare potest in sua dæcesi alienum subditum. *Ibid.* §. *Adde.*

Vngere alio digito, quàm pollice, non esset mortale 11.13.68

Coniugatus, Copula coniugalis.

Coniugati licitè incipiunt copulam & intermittunt de communi consensu, & secluso periculo. 13.42. 218. & 14.55.278

Aliter coniux potest semen emittere non expectato alio. Nec potest postea vir tangere verenda femina, vt ipsa perficiat. 13.42.218. Fœmina nunquam potest semen foras emittere, ne concipiat. 14.55.278

Coniugatus an possit excitare se ad copulam per cogitationem picturæ, vel mulieris alienæ? 21.61. 114

Non potest reddere debitum vxori amenti, nisi sit sterilis. 13.41.217

Coniugatus an incurrat impedimentum ad debitum, si ignoret incestui hanc pœnam adiunctam esse?

Contrahens matrimonium cum voto Religionis, habet duos menses ad non reddendum, etiam si Religionem ingredi non intendat. 14.22.249. Alter verò coniux expectare debet illius professionem quantumuis tardam. *Ibid.* *in fine.*

Consuetudo.

Consuetudo 40. annorum derogat regulæ Religiosorum citra vota. 15.6.298

Consuetudo iurandi & blasphemandi. Vide *Blasphemia, & Iuramentum.*

D

Denunciare.

Denunciari non debet tertia persona sollicitans fœminam per confessarium. 14.42.267

Denunciari debet confessarius sollicitationi consentiens etiam ex metu. 14.40.266 Item si ipse sollicitus ad actum venereum etiam venialem. 14. 44. 269. Et probabiliter etiam si turpiter tangeret pœnitentem somno aut paralyfi correptam inter confitendum. Et omninò, si id ipse procurauit. 14.43.268

Denunciare debet mulier Confessarium sollicitantem, etiam si ab illo quæuis beneficia suscepisset. 13.46.220

S s

Denun

Index Rerum notabilium.

Denunciandus an sit legens aut retinens *Adonidem*
Marini 12. 48. 170

Dispensare, Dispensatio

Dispensare potest Prælati cum semetipso, sicuti
cum subditis. 14. 25. 253. & 64. 287

Dispensatio in conscientia valere incipit à subscrip-
tione Pontificis. 16. 55. 392

Dispensatio an sit subreptitia, si pro duobus impe-
dimentis duplex distinctè petatur? 11. 44. *in fine*. 98.

Vel pro vna causa iusta proponatur alia? 11. 42.
96. Et quid si causæ adæquatæ veræ addatur alia
similis falsa? 11. 43. 97

Dispensationis clausula, *Dummodo copulam non ha-*
buerint, vel non spe facilioris dispensationis, quo
pacto intelligenda? 11. 44. 97

Distributiones.

Distributiones accipere potest beneficiarius, dum
abest pro negotiis Ecclesiæ, etiamsi illa expedire
posset extra tempora diuinorum. 16. 54. 391. Item
lucratur Canonicus dispensatus in ætate. *Ibid.* §.
Notandum.

Distributiones lucratur Canonicus assistens diui-
nis officiis in choro, etiam si non in stalli cum
vestibus solitis, nisi aliud statutum sit. Item si
abest ex iuxta causa, & quænam illa sit. *Ibid.* à §.
Nota secundo.

Vide etiam *Beneficium.*

Dubium, Dubium.

Dubius de impedimento dirimente, an possit con-
trahere matrimonium. Et quid si dubium oriatur
post contractum & nondum consummatum? 13. 7.
184

Dubius an vouerit virginitatem perpetuam, an so-
lum non frangere virginitatem, ad quid teneatur?
15. 47. 336

Dubia peccata submitri debent clauibus. 16. 76. §. *Et*
hæc omnia 413. Et dubiæ reservationis absolui pos-
sunt à quolibet. 14. 63. §. *Nota etiam*. 286

In dubio an iudicandum in fauorem matrimonij? 13.
19. §. *Nota tamen*. 198

Duellum.

Duellum an in aliquo casu acceptari possit? 12. 53.
174

E

Ecclesia.

IN Ecclesia D. Petri tabachum sumere, mortale est.
In aliis Ecclesiis non item? 16. 23. 361
Ius sediliæ in Ecclesia est tantum ius facti, non iu-
ris, & potest à rectore mutari, & auferrî pro libito.
16. 64. 402

Electio, Eligere.

Minor electorum pars non potest concurrere cum
maiori ad electionem indigni. 13. 31. 209

An expellendus à concursu ad dignitates accusatus
& diffamatus? 13. 32. 209

Electio si maneat apud duos, probabilius est, alterum
ab altero eligi posse. 13. 33. 210

Eligere confessorium non approbatum an possint
Religiosi equites, & quidam prælati? 16. 76. 411
Vide etiam *Episcopus.*

Elemosyna.

In elemosyna distribuenda an moniales pauperes
Religiosis viris præferri debeant? 13. 5. 183

Emerere Reliquias Sacras non licet. Nisi ab Infideli-
bus. 14. 18. *in fine*. 247

Emphyteuta.

Emphyteuta iurans soluere pensionem sub pœna ca-
ducitatis, si non soluat, an incidat? 16. 56. 392. Et
secluso iuramento an moram purgare possit. 16.

57. 393. Et an tacente domino, faciat fructus suos?
Ibid. §. *Sed hic* 393. Incurta caducitate an domi-
nus propria auctoritate possessionem capere pos-
sit? 16. 58. 394

Emphyteuta alienans partem fundi, domino irre-
quisito, perdit totum. 16. 59. 395. Sed quid si domi-
ni duo sint, & vnus illum requisitus fuerit? *Ibid.* §.
Sed ex his.

Episcopus.

Episcopus de iure diuino eligi debet à Papa 1. 1. 1.
& 7. 7. Qui mos eligendi fuerit antiquitus? 1. 2. 2.
Aliqui putant in eorum electione plebem habuisse
votum decisiuum 1. 3. 2. Sed verius habuisse
tantum ius postulandi testimonium ferendi. 1. 4. 3.
Ius verò suffragandi penes tantum Episcopos, &
clerum fuisse. *Ibid.* §. *Dicendum* 4. Aliquando verò
sibi vsurpauit, vel à Papa obtinuit populus. *Ibid.* §.
Verum 5. Et Principes. 1. 5. 5. Sed vsurpantibus
Principibus, Papa reclamauit, & Concilia. 1. 6. 6.
Hodie ex indulto Pontificis in Germania eligunt
Canonici, in Hispania & aliis Regnis, Principes; &
Pontifex confirmat. 1. 7. 7

Episcopus vel Cardinalis non potest præesse exerci-
tui sine licentia Papæ. 2. 3. 10. Contrarius abusus
ortum habuit in Gallia. 2. 4. 11. Hispani verò anti-
qui sanctè id fecerunt. 2. 5. 12. Possunt tamen mi-
litate ex iusta causa. 2. 7. 12. sine qua peccant mor-
taliter. Et in bello iniusto fiunt præterea irregula-
res. *Ibid.* *in fine*. An verò impune occidi possint?
Ibid.

Episcopus potest imponere pœnas pecuniarias. 8. 1.
44. Non tamen applicare sibi 8. 3. 35. Et contraria
argumenta euertuntur. 8. 3. 34. Et adducuntur de-
clarationes Cardinalium, quod applicare debeant
locis piis. 8. 7. 38

Episcopus potest punire in pecunia piis locis appli-
canda concubinos. 8. 4. 36. Et facere composi-
tionem in quibusdam delictis. 8. 5. 37. Aliqui di-
cunt posse sumere pecuniam pro dispensatione in
lege pontificia. 8. 8. 39. Sed oppositum verius.
8. 9. 39. Quæ etiam procedunt in Vicario & Capi-
tulo sede Vacante. 8. 10. 40

Episcopus non potest dispensare, vt edantur carnes
in Quadragesima tempore pestis. Nec abrogare
legem ieiunij latam in concilio prouinciali. Potest
tamè latâ in diocesano. 14. 3. *qua deberet esse* 5. 231

Episcopus potest dispensare in iuramentis castitatis,
religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ.
14. 17. 246. Et in casu necessitatis etiam in votis.
11. 47. 101. §. *Nota etiam.*

An possit dispensare in irregularitate homicidij ex
ritæ? 11. 19. 73. Et negligentia? 11. 22. 80. Et hære-
sis occulta? 11. *in fine*. 77

An possit cum illegitimo occulto ad ordines & be-
neficia. 11. 24. 78. Cum bigamo interpretatiuo,
qui commisit per ignorantiam aut metum? 11. 25.
79. Et cum infami? 11. 26. §. *Quoad tertium*. 80

Potest dispensare cum eunucho, faciente se castare
occulte, ad ordines sacros. 13. 28. 207

Potest degradare reum per alium Episcopum conse-
cratum. 11. 50. 103. Sed in casibus non expressis
in iure degradare non debet Papa inconsulto.
Ibid.

Episcopi iurisdictio dependet à Papa. 12. 18. 146

Episcopus non potest condere leges irritantes. 13.
23. 202. Non potest cogere parochum ad mini-
strandam necessaria volentibus celebrare in sua
Ecclesia. 13. 54. *in fine* 228. Nec parochianos
ad audiendam Missam in propria parochia. 13.
25. 204. Non potest transferre festa. 16. 7. 388.

Et

Index Rerum notabilium.

Et ieiunia, *Ibid.* §. *Verum.*
 Episcopus per se loquendo non tenetur instituere Vicarium 15.31.322. Et potest instituere duos in loco residentiae suae, non tamen in duobus praecipuis locis dioecesis. 15.31. *in fine* 323
 Episcopus potens concedere Indulgentiam in articulo mortis interdium per se, noctu per substitutum, an vocatus interdium possit non ire, & mittere substitutum de nocte? 16.5. *in fine* 342
 An possit negare Regularibus licentiam alloquendi moniales consanguineas in anno? 14.50.274
 Episcopus Laudensis non potest visitare parochiam, vel parochum clericum Ecclesiae oppidi, seu loci Hospitaletti, Ordinis S. Hieronymi. Et ubicunque residet Generalis Religionis, vel vbi praelatus Regularis habet iurisdictionem Episcopalem in habitantes. 16.26.363.364
 Episcopi residentia. Vide *residencia.*
Equites.
 Equites Hierosolymitani non profitentur valide, nisi accepto prius cingulo militari 10. *à pag.* 46. *ad* 48
 Possunt transire ad alias Religiones militares cum causa, de licentia Papae. 12.1.121. An possit conferri simplici Sacerdoti? 16.76.411
 Eques factus ex pensionario eximitur ab onere Officij B. Virg. 16.95. *quas.* 5.435
Eucharistia.
 Eucharistia valide consecratur in musto; sed citra necessitatem illicitè. Et contraria consuetudo non laudatur. An succus ex vva passa sit materia sufficiens? 11.37. *à p.* 93. Vinum congelatum est materia dubia, & mortale est illud nondum eliquatum consecrare. 12.8.138
 An valide consecratur panis ex amido? 16.38.374.
 Latinus in Ecclesia Latina non potest consecrare fermentatum, etiam ob communicandum moribundum. 16.39.375. Nec in Ecclesia apud suos Graecis permessa, vel è contra 16.39. §. *Nota secundo* 375. Peregrini non inuenientes Ecclesiam proprii ritus, possunt celebrare in aliena iuxta ritum loci. *Ibid.* §. *Nota etiam.* Secus si inueniant. *Ibid.* §. *Non desinam.*
 Valide consecratur solus panis. 16.62.398. Sed hoc ex probabiliori non esset verum sacrificium. 16.62.399. Praeceptum consecrandi in utraque specie probabilius est esse diuinum. *Ibid.* §. *Sed licet.* 400
 An valide consecratur hostia post tergum sacerdotis? Item particula in pyxide clausa, & condita in tabernaculo clauso? Vel sub linteo? 16.40.376
 Eucharistia si contingat alicuius barbam, quid agendum? 12.10.139. An transferri possit à Regulari sine cotta & stola cum solo veniali? 13.34. §. *Nota etiam.* 212
Eunuchus.
 Eunuchus an occultè, sed sponte, castrari se faciens, dispensari ab Episcopo possit ad sacros Ordines? 13.28.207
Examinator.
 Examinator non potest praemonere examinandum de punctis, si fiat per concursum, vel detur iuramentum de non praemonendo. 16.30. §. *Notandum* 374
Excommunicatio.
 Excommunicatio an incurri possit ab existente in gratia? Et hic ante absolutionem aliquando communicare? 12.16. §. *Et tandem* 143
 Excommunicatio à iure non potest declarari incurta, non praemissa citatione. 12.4.129.130
Antoniana, Paris X

Excommunicatio irritat actus iurisdictionis Ecclesiasticae. 15.14.305
 Excommunicatio papalis adiecta extractioni librorum ab aliqua bibliotheca regularium, an admittat paruitatem materiae. Et quanta illa sit? 11.29.85
 Excommunicationem incurrit percutiens Religiosum equitem. Et post declarationem vitari debet 14.9.238. Non incurritur à furante sacras Reliquias. 14.18.247
Extrema unctio.
 Extremae Vnctionis oleum debet omnino esse benedictum. 16.81.416. Non potest benedici à simplici sacerdote, de licentia solius Episcopi. *Ibid.* Potest de licentia Papae. 12.32.158. Sed contrarium verius. *ref.* 81. *cit.* An possit administrari cum chrismate? Et multa alia circa rem hanc. 11.15.69. & 16.81. *à §.* *Et ideo.* 416
 Extrema unctio an dari possit paturienti, quae in partu deficit? 12.9.139. An caeco & surdo à nariuitate? 16.81. §. *Sed hic* 416
 Vnctio an vna sufficiat. Vel sic ministrata repeti debeat? 12.31.158. An in vnctionibus exprimi debeat sensus, qui inungitur? 12.32.159. Et extra necessitatem replicari forma ad singulas vnctiones? 11.11. *in fine.* 65
 Sacra unctio repeti potest in nouo periculo etiam eiusdem decubitus. 11.11.65

F

Fama.

Fama non laeditur iniuste, si damnatus ab Inquisitoribus in vno loco, publicetur in alio. 12.5.131
 Detractiones leues ab eodem, vel de eodem an vniantur ad constituendam infamiam grauem? 15.17.309

Festum.

Festum non potest transferri ab Episcopo. 16.7.343

Filius.

Filius an plus teneatur praebere alimenta patri, quam filio suo? 13.3.180

Furtum.

Furari librum historicalem de bibliotheca Regularium, etiam cum intentione soluendi pretium duplum, non licet. 14.44.219
 Furans sacras reliquias non incurrit excommunicationem. 14.18.247

G

Generalis.

Generalis Ordinis Minorum non potest confirmari ad aliud sexennium sine dispensatione Pontificis. 15.1.294

H

Hereticus.

Hereticis an Principes concedere possint libertatem conscientiae. Vide *Princeps.*
 Hereticus si comburatur, praecedente poenitentia, filij probabiliter non remanent irregulares Sicuti non remanent orti tempore fidelitatis. Hanc irregularitatem non incurunt suspecti tantum de haeresi. Nec schismatici sine errore intellectus. 11.23.76

Heres.

Haeres institutus ea intentione, vt det haereditatem filio spurco testatoris, potest illam sibi retinere. 15.19.311.

Index Rerum notabilium.

Hora Canonica.

- Horas canonicas recitare tenentur religiosi in minoribus & moniales.** 11. 45. 98. Et regulares tenentur cantare in choro sub mortali. Quæ obligatio incumbit Prælati, & iis negligentibus, Incumbit singulis. Potest autem Prælati aliquando ad hoc dispensare ex iusta causa. 14. 3. 231. Quando quis teneri incipiat. 11. 16. 70
- Horas nocturnas probabiliter recitare non tenetur, qui habet diurnum, & non breuiarium.** 16. 47. 383. Et qui ex iusta causa non potest recitare maiorem partem. *Ibid.* §. *Sed hic obiter.*
- An etiam concionator & confessarius?** 11. 32. 87. De cæco & surdo, vide *Cæcus & Surdus.*
- An matutinum anticipari possit ab hora tertia post meridiem sine veniali?** 16. 46. 382. Et omnes horæ qua hora recitari possint? 11. 16. 70
- Horas interrompere notabiliter, non est mortale. Et secundum aliquos etiam in choro;** 16. 47. §. *Sed quia* 383. Quæ interruptio fieri possit sine veniali. Et quæ officij permutatio? 11. 16. & 17. 70. & 71
- Recitari possunt vbique locorum, & quocumque situ.** 11. 33. 103.
- Sed in choro orationes post septem Psalmos stando recitari debent.** 3. 34. §. *Sed si aliquis.* 240
- Non satisfaciunt regulares recitando tantum mentaliter.** 10. 1. 68. Et debent recitari ita vt ipse saltem recitans se audiat. 11. 33. §. *Nota.* 89.
- Absens per tres menses, concessos à Concilio, secundum aliquos lucratur distributiones.** 11. 58. 111. An lucretur assistens choro, sed non cantans, quin potius colloquens? 13. 10. 189

I

Ieiunium.

- Ieiunium obligat in vigilia Pentecostes, S. Ioannis, S. Laurentij.** 16. 17. 355
- A ieiunio excusantur retores serici, & facientes calceos molles.** 16. 77. §. *Nota* 412. Sartores, barbitonfores, laborantes per totum diem, & lixæ. 15. 37. 327. Concionatores in Quadragesima etiam si ter tantum in hebdomada concionentur. Et infra annum eo hodie, qui præcedit concionem. 11. 32. *in fine* 87. Musici si sunt inhabiles. 12. 41. *in fine* 165. Absque quo Cantores magni, etiam religiosi, ad seruandam vocem possunt mane sumere aliquid cibi. 14. 60. §. *Nota* 284. Itinerantes, pedester per 12. militaria: equester per diem integrum, etiam voluntariè. 14. 2. 163. Et cum curru. 12. 39. 231. Ludens autem vel fornicans ad eximendum se à ieiunio, peccat contra præceptum ieiunij. 14. 11. 241. An excusetur, qui non habet vinum. 12. 45. 412. & 16. 77. §. *Item ego* 167. Vel tantum panem fructus & olera. *Ref. 45. citat.* Et an teneatur ieiunare cum onis. *Ibid.* §. *At difficultas.* 193. Et quid si non habeat, nisi carnes. *Ibid. in fine.*
- Medicus an dispensare possit ad ieiunium in causa dubia absque indagatione?** 13. 27. 219. & iterum 13. 45. *in fine* 208. Dispensatus autem ad carnes in Quadragesima potest illas edere in Quatuor temporibus Quadragesimæ. Et si dispensatio facta est ob debilitatem, quo die non comedit, non tenetur ieiunare. 13. 43. 219
- In ieiuniis Quadragesimæ prohibentur oua. Etiam in Dominicis.** 11. 46. 100. Et concessis ouis non conceditur sagimen. 17. 37. *in fine* 412. An sanguis & botelli? 16. 77. 374
- An dari possint carnes pueris & amentibus.** 12. 37.

in fine, 162. Et eas edere qui habet tantum panem. Saltem in itinere. 14. 59. 283

Carnes edens qui ieiunare vouit, peccat tantum prima vice. Et datur in hoc parua materia. Si autem vouit non edere carnes, peccat toties quoties. 14. 31. 258. & iterum 16. 77. §. *Observandum* 412

In collatione ieiunij non possunt edi lacticia licet edi possit frustum panis biscoti cum modico oui. 14. 57. 280. Secus in quantitate notabili. 16. 17. *Nota vero*, 355. Nec pisces & alia solida. Possunt tamen edi octo vnciæ ex pane & herbis eodis cum oleo, penfis ante coctionem. 14. 58. 283. Et in vigilia Natiuitatis, si sumatur de nocte, potest quantitas duplicari. 12. 44. *in fine*, 167. Etiam si eo die quis ieiunare vouisset. *Ibid.* Non item in vigilia Paschatis & Pentecostes. 12. 41. 165

Vnica comestio interrompi potest per duas horas ob negotium. 14. 62. 385. Et potest anticipari per quadrantem. Et qui ministrant prandio aliorum seruando vel legendo, præsuri post illos, possunt cibum præcipere in quavis quantitate. 14. 61. 284. In die vltimo bacchanalium an protrahi possit cœna ad tertiam horam post mediam noctem? 16. 17. *in fine*. 355

Interdium si quis edat inaduertenter, non frangit ieiunium. 14. 61. §. *Notandum* 284. Vel etiam aduertenter in parua quantitate. Quæ est duarum vnciarum. Et addi potest collationi sine mortali. 14. 56. §. *Nota.* 279. In maiori quantitate non possunt edi vux, aut pyra, etiam si solidum expuatur. *Ibid.* §. *Sed quid.* Item non pharmaca præseruatiua. Possunt tamen curatiua. 14. 60. 284. Ne potus noceat, quæ quantitas sumi potest? 14. 59. §. *Notandum.* 283

Ieiunium an transferri possit ab Episcopo? 16. 7. §. *Verum*, 343

Illegitimus.

- Illegitimus an censetur, natus pendente lite circa validitatem matrimonij?** 11. 62. 115
- Illegitimus etiam occultus, est irregularis. Et dispensatio cum ipso strictè interpretanda.** 13. 30. 208. Et dispensatus ad ordines non censetur dispensatus ad Vicariatum Episcopi. 15. 30. 321
- Illegitimus an per professionem maneat ipso iure dispensatus. Et alia ad hanc rem pertinentia.** 16. 397. 217. Regularis potest dispensari à suis Prælati ad Prælaturas, etiam ad Generalatum, ex priuilegio summorum Pontificum. 9. *unic. à pagin. 50. vsque ad 58.* Et an simile de quodam priuilegio concessos DD. Campegiis? *Ibid. in addit. pag. 55*

Immunitas loci sacri.

- Immunitas competit Collegio de propaganda Fide, & locis similibus, capellæ rurali Religiosorum. Etiam per contractum extrinsecum muri ve ltecti.** 15. 38. 327
- Immunitate gaudent rei Religiosi ad aliud monasterium confugientes. An etiam puellæ educandæ & moniales, si in propriam Ecclesiam se recipiant?** 14. 30. 257
- Item gaudent portantes secum aram portatilem.** 15. 15. §. *Et tandem* 309

Impedimenta.

- Impedimenta non sunt imposita in pœnam. Ideo adulter promittens coniugata matrimonium post mortem viri, incurrit impedimentum criminis, etiam si ignoret hoc esse impedimentum.** 13. 51. 225
- Impedimentum non est raptus, si mulier rapit virum.** 16. 83. 418. Aut puella consentit iniuris parentibus. *Ibid. in fine* 418

Indulgentia.

Index Rerum notabilium.

Indulgentia.

Indulgentia ad sui valorem requirit causam distinctam à sine generali Ecclesie, vt remittantur pœnæ. 16. 3. 339. Vbi quæ causa sufficiat. An verò causa debeat esse publica, etiam cum conceduntur particulari in benedictionibus calculorum, &c. 11. 53. 106.

Indulgentiæ concessæ applicandæ medallii, &c. non possunt applicari medallii beatorum non canonicorum. 16. 8. 343. Possunt eidem grano, vel medalliæ applicari plures benedictiones. Sed debent esse præsentis in applicatione. 16. 9. 345. Item habens facultatem potest illas applicare post mortem Pontificis. Sed non potest eam facultatem alteri tradere. 16. 2. 339

Indulgentia concessa imagini vel calculo, acquiri potest à non domino, si mutuo recipiat. Non tamen debet abscondi vel suspendi statuæ aut Cruci publicè expositiæ. *ref. 2. cit. §. Nota hic.* Si autem concessa sit ab Episcopo, an acquiratur à peregrino, imaginem adorante? Et quid si imago in aliam dioccesim transferatur? *Ibid. in fine.* Et quid si Crux Caruacæ amittat vnum ex hastis transversis? Infringatur rosarium, & similia? 16. 9. 345.

Clausula appositæ in concessione Indulgentiarum. *A primis vespertis vsque ad occasum solis.* 16. 4. §. *Quoad secundum.* 385. Et illa, *Volumus autem,* &c. 16. 11. 347

Indulgentia in articulo mortis si opus sit, applicari potest à Laico, etiam absente. Et aliqui dicunt acquiri absque applicatione. 16. 10. 346

Potest quis eodem tempore adipisci diuersas Indulgentias per diuersos actus. Et secundum aliquos per idem opus. Et potest liberare diuersas animas ex pluribus concessionibus. 16. 14. 350. An in operibus pro indulgentia detur paruitas materiæ? 16. 4. *in fine.* 314. Et si applicanda sit defunctis debeant fieri in gratia. Præsertim missa. 16. 13. 349. Et communitio. *Ibid. §. sed non deseram.*

Indulgentia non liberat hominem à pœnitentia medicinali. 12. 46. 169.

Indulgentia concessa viuus, non potest applicari defunctis. 16. 12. 348

Infamia.

Infamia in quibus delictis incurritur. 11. 26. §. *Verum quia.* 81

Plures infamiæ leues an constituent vnam grauem. 15. 17. 309.

In monasteria.

Ingredi monasteria exempta cum debet confessarius regularis, an requiratur licentia etiam Episcopi. 16. 42. 378

Habens facultatem papalem ingrediendi certis vicibus certa monasteria cum certo numero matronarum, his semel designatis, non potest intrare cum aliis. 14. 29. 256. Quid si ingressus permittatur in quatuor monasteria, & limitetur ad tres tantum vices in anno? *Ibid. §. Sed quid.* Et an differri possit ingressus ad diem, in quo aliquam repræsentationem efficiunt. *Ibid. §. Nota etiam.*

Inquisitores.

Inquisitores possunt punire sollicitantem, vel loquentem obscœna in confessionario, etiam absque ordinatione ad confessionem. 14. 41. 266. etiam absque suspitione hæresis. *Ibid. à §. Obseruent.* Item sollicitatum & consentientem ex metu. 14. 40. 266.

Possunt reos mulctare, applicando mulctam piis locis. 7. 6. 34. Et religiosos priuare loco professionis. 14. 41. cit.

Anton Diana Pars X.

Irregularitas.

Irregularitas an incurritur ex simonia occultæ. 15. 8. 300. Incurritur ab illegitimo occulto. 13. 30. 208. Et homicida occulto. Et mandante aut consulente homicidium; non mutilationem. 13. 38. 214. Item à non impediente, cum deberet. 11. 20. 74. & medico conducto gubernatore, aduocato, & procuratore negligentibus; saltem si ex odio. 11. 21. 74

Irregularis an fiat; faciens se castrare ad seruandam vocem. 13. 11. 180

Irregularitas contrahitur ab eo, qui ministraret Sacramenta sine ordine requisito. 11. 21. 74. Et quid de laico? *Ibid. §. Sed stando.* Et quid si quis priuatum absolueret? *Ibid. §. Nota etiam,* 75. sine intentione vsurpandi ordinem. *Ibid. in fine.*

Irregularitas contrahitur ex bigamia interpretatiua; etiam cum ignorantia. 11. 25. 79.

Irregularitas infamiæ contrahitur ex officio, cui alterutro iure adnexa est infamia. Infames sunt, qui publicè flagellis ceduntur. Item carnifices. Dubium est de filio meretricis. Et filii carnificum, & cæcorum. 11. 26. 80

Irregularis an amittat beneficium? An illud possit resignare in fauorem tertij? Vel administrare per alium? 16. 24. 361

Iubilæum.

Virtute Iubilæi potest quis absolui à censuris, etiam si non exprimentur? 14. 4. 235. Item commutari votum Religionis in laxiorem. 14. 25. 254. Et probabile est, virtute commutationis generalis; posse commutari vota elapso post tempore. 14. 28. 255

Communio requisita ad iubilæum fieri debet etiam à pueris. Probabiliter sufficit facta in mortali. Et facta infra hebdomadam. 13. 55. 228. Confessio sufficit vna. Etiam si postea quis recidat in mortali. *Ibid. à §. Notandum.*

Elemosyna si detur distribuenda, & non distribuatur, non sufficit. *Ibid.* Quanta requiratur? Et an sufficiat data pauperi ficto? 15. 22. §. *Notandum,* 314. Et an Religiosus, prælato concedere nolente, possit ad faciendam hanc elemosynam aliquid furto, subripere à monasterio? *Ref. 22. cit. in fine.*

Iubilæum acceptum secundum opinionem probabilis probabile est valere. 11. 34. 90.

Iudex.

Iudex in ciuilibus debet iudicare secundum allegata & probata, etiam contra propriam notitiam. 15. 16. 308

Iudex quid facere debeat, si citetur coram Deo in valle Iosaphat. 15. 9. 301

Iuramentum.

Iuramentum afferens vtilitatem homini, potest ab isto remitti, etiam si emissum sit principaliter in honorem Dei. 14. 15. 245

Iuramentum falsum inaduertenter prolatum ex praua consuetudine, sicuti & blasphemia, videtur peccatum tantum in causa. 14. 13. 243

Si procurator falsum iuret, non idè erit peritius principalis 14. 13. *in fine.* 243

L

Laicus.

Laicus tangens calicem, patenam, & corporale; peccat venialiter. 10. 2. 49

Legatum.

Legatum incertum ex parte legatarij, an valeat. 15. 18. 310. Et quid si sit pius. *Ibid. §. Hac omnia* 352

Index Rerum notabilium.

Legatum sub conditione, si religionem ingrediatur, acquiritur statim post ingressum bona fide factum, etiam si postea exeat ex iusta causa. 11. 56. 108. Relictum vxori, *Si castè vixerit*, retineri non potest, si hæc fornicetur etiam occultè, 13. 8. 186. Probabile tamen posse, si transeat ad secundas nuptias. 15. 21. 314
Vel si habuerit illicitos tantum tactus & oscula. 13. 9. 188. & 15. 21. §. *sed si querat* 314. Relictum sub conditione, *Dummodo studeat legibus*, non est necesse fieri Doctorem, 11. 56. §. *Nota tamen*, 108.
Legatum viduæ non amittitur si vidua religionem ingrediatur, 13. 9. §. *Notandum*, 188.
Legatum distribuendum pauperibus, vel vni tantum pauperi, potest diuidi inter duos. 11. 59. 112. Et 100. aurei relictæ vni monasterio ad libitum executoris, dari possunt illi monasterio, cui executor debet 100. cum pacto, vt illos sibi remittat. 13. 45. 220
Legatum quo pacto Fratribus Minoribus relinqui possit. 14. 66. 288

Lex.

Leges tam ciuiles, quàm Ecclesiasticæ obligant in conscientia. 15. 44. 332. Quando ad mortale; An pœnalis? 15. 45. 334. Præsertim si pœna sit gravissima? 15. 46. 378. Et an semper sit mortale, violare legem ex contemptu? 15. 33. 324
Leges Cancellariæ obligant vbique locorum instar legum. Non ita est stylus Romanæ Curie. 15. 7. 299
Leges locorum quoad ieiunia & festa, probabilius est ligare exteros, qui magistratu funguntur. 13. 27. 214
Lex reservationis comprehendit etiam commissa ante promulgationem, & nondum absoluta. 15. 39. 328
Lex prohibens actum, quando censenda sit irritare. 15. 36. 133. Non est signum sufficiens, si dicat. *Non possit.* 12. 7. 136
Lex noua pœnalis an corrigat veterem pœnalem circa idem delictum. 13. 14. 193. Vbi plura exempla huius rei.

Locare.

Locari potest fundus beneficii ultra triennium. 16. 51. 387. Redditi Cancellariæ Episcopalis locari non possunt. Sed debent exerceri per ministros Episcopi. *Ibid.* §. *Non desinam.*

Luxuria.

Sacris initiati actu venereo non tres, sed vnum peccatum committunt. 11. 12. 66.

M

Mater.

Mater transiens ad secunda vota, priuatur educatione filiorum. 13. 12. 190. Relicta tutrix à marito cum clausula, *etiamsi transeat ad secundas nuptias*, officio iudicis repelli potest, si matrimonium sit consummatum. 13. 12. 190

Matrimonium.

Matrimonium quando contrahi possit sine præsentia parochi. 13. 15. 193. Valet etiam si parochus casu adsit. 13. 16. 195. Dummodo intelligat quæ fiunt. 13. 20. 199. Etiam per interpretem. 13. 17. 195. Etiam si Episcopus interdixerit. 13. 23. 202
Consensus puellæ dari potest à parente, ea præsentè & tacente: non tamen à tutore vel curatore. 13. 11. 200
Matrimonium contrahentes cum impedimento dirimente scienter, quot peccata committant. 16. 82. 417

Mendacium.

Narrans historiam sacræ Scripturæ cum leui aliqua mutatione, an peccet mortaliter. 16. 37. 374

Missæ quoad essentiam.

De sacrificij essentia est, vt consecratur vtraque species. 16. 63. 399. Non tollitur ratio sacrificij si prius vinum, deinde panis consecratur. 12. 13. §. *Sed si aliquis.* 141. Potestque Sacerdos post consecratum panem, non consecrare vinum ob periculum vitæ. *Ibid.* in fine. Aut infamie aut notæ apud populum. 12. 14. 142

Missæ hodie cœpta, & imperfecta ex defectu Sacerdotis, non potest ab alio perfici cras. 11. 4. 59. Et quid agendum à supplente, si dubius sit de consecratione. 22. 12. 140. si Sacerdos moriatur post sumptionem corporis, alter debet sumere sanguinem. 12. 15. 142.

Missæ quoad tempus, locum, dispositionem, & ritum.

Missæ an aliquando dici possit vna hora post meridiem; & quando 12. 22. 149. Dicit potest statim à media nocte, & vsque ad tres horas post meridiem, ad dandum viaticum moribundo. 12. 26. §. *Nota.* 153. Et ex priuilegio regularium. 15. 17. 309. Tres missæ Natiuitatis omnes dici possunt ante auroram. 12. 57. 176.

Quibus casibus celebrari possit bis, aut ter in die à Parocho non ieiuno. 16. 22. 359.

Missæ an dici possit extra locum præscriptum à dante stipendium; præsertim extra priuilegiatum. 12. 23. 151. Potest simplex Sacerdos celebrare in illo altari, in quo celebrauerit priuatim Episcopus eodem die. 12. 24. 152

Missæ dici potest post sumptum tabachum. 16. 23. §. *Quoad secundum.* 361

Missam dicens sine præuia confessione ex defectu confessarij, tenetur confiteri quamprimum. Etiam post sacrificium Parasceues. Etiam si compleat sacrificium alterius. Sed satis est confiteri intra triduum. In quo nec peccaret venialiter. 12. 16. 143

Celebrans in mortali ex malitia non tenetur ad præceptum Concilij. 16. 78. 423

Nec qui meminit peccati in ipsa celebratione. *Ibid.* §. *Sed his.*

Missam dicturus, tenetur abluere sibi manus sub veniali. Non item post Missam. 12. 19. 147.

Orationes dicendæ in præparationem, an dici debeant ante Missam de *Requiem*; & oscula factarum vestium præmitti. 12. 20. 147.

Ad celebrandum quot Mappæ requirantur; & an debeant esse benedictæ. 11. 5. 60. Requiritur super altari Crux saltem depicta in tabula. 15. 28. 319.

Cingulum fractum, & nodo iunctum, debet iterum benedici. Et quid de sacris vestibus. *Ibid.* à §. *Nota etiam.*

An permitti possit consuetudo celebrandi sine ministro; saltem in necessitate. Et an admitti possit fœmina. 15. 26. 317

Missæ incepta iterari potest aduentu Principis. 12. 11. 140.

Missam dicere cum voluntaria distractione quod peccatum sit? Præsertim in Canone? 11. 6. §. *Sed si aliquis.* 61. Quid si omittatur particula. *Enim* in tribus Missis Natiuitatis. 16. 31. 369. Omittere octo Sanctorum nomina in Canone, mortale est. Quid si omittantur tantum tria? 16. 36. 373. Omittere Epistolam, vel Euangelium, est mortale. Non ita omittere *Communicantes*, vel *Hanc igitur* Paschæ vel Pentecostes, &c. Quæ si inaduertenter omittantur, non repetenda. 15. 42. 330.

Ad

Index Rerum notabilium.

An Psalmus in ablutione manuum dicendus totus sit cum Gloria ad cornu Epistolæ? 13. 34. 211.

Missæ fructus applicari debet ante consecrationem. 22. 27. 154. Sacerdos potest purificare vasa post finitum sacrum, & absumere fragmenta 13. 53. *in fine* 227. Etiam in Sacristia. 13. 54. 227. Minister vero sine peccato potest extinguere altam ex candelis nondum finito Euangelio S. Ioannis. 12. 20. 147. An orandum mentaliter à Sacerdote pluries, quam præscribitur? 12. 11. *in fine* 140.

Missæ quoad obligationem celebrandi.

Missam celebrare quotidie non tenentur singuli PP. Oliuetani, commorantes in Abbatia Viboldani. 16. 41. 377.

Missæ solemnæ an in cathedralibus, & collegiatis omitti possit? 12. 40. 164.

Capellanus perpetuus nominatim electus, & quodcumque electio dirigitur ad personam, potest abstinere à celebrando semel in hebdomada ob honestatem. Non tamen celebrare pro aliis, nisi ter, vel quater in anno. 14. 37. 263.

Non potest accipi duplex stipendium pro vna Missa: alterum pro applicatione fructus Missæ, alterum pro applicatione Indulgentiæ altaris, v. g. priuilegiati, &c. 16. 70. 407.

Pluribus petentibus sacrificium sine elemosyna factis sit vnico sacrificio. Et Religiosi celebrantes ex regula pro benefactoribus, vel aliis, possunt etiam applicare pro dantibus stipem. 15. 43. §. *Nota* 337.

Accipiens stipendium tenue cum permissione sacrificij, tenetur applicare totum fructum. 16. 71. 407.

Non potest accipi duplex stipendium pro duplici parte Missæ. 12. 21. §. *Et ideo*. 148.

Accipiens stipendium magnum pro Missa celebranda, si non celebret, tenetur ad restitutionem sub mortali. 15. 43. 331. Et si det alteri minus, quam acceperit, peccat mortaliter. 16. 69. 406. Quid si residuum liberaliter relinquatur? 16. 68. 405.

Missæ fructus non potest indirectè applicari pro infidelibus, præsertim in particulari. Oppositum tamen probabile dummodo non accipiatur ab eis stipendium. 12. 21. 147.

Pro Missa, in qua consecraretur vna tantum species, non posset accipi stipendium. 16. 53. 399.

Missæ perpetuæ cum exiguo stipendio non possunt reduci ad pauciores numerum à Presbytero, vel Prælato Regulari. Nisi relictæ fuerint ante Tridentinum, & iuxta formam ab eo traditam. Et secundum aliquos, si non fuerint acceptatæ. 16. 65. 403. *Vide etiam*. 13. 38. 214. Nec suffragatur priuilegium concessum certo loco; non enim communicatur. 16. 67. 409.

Pecunia relicta monasteriorum onere perpetuo Missarum non potest inuestiri super bona eiusdem Monasterij, aut in noua fabrica necessaria. 16. 71. §. *Sed hic obiter*. 407. sed debet inuestiri omnino in bonis fructiferis. 16. 71. 408. Et si sit ad tempus longum, v. g. 100. annos, saltem vt fructus duret ad illud tempus. *Ibid.* §. *Verum*.

An possit quis facere compensationem damni dati super elemosyna Missarum? 16. 66. 404.

Missæ quoad præceptum illam audieridi.

Missam audire Parochiani cogi non possunt in propria Parochia. 13. 25. 204.

Missam audire non tenentur nutrices, & matres, quæ non possunt infantulos domi relinquere: saltem si sint nimium strepitosi. 15. 36. 326. Item qui

nimis distant ab Ecclesia. Et quanta distantia excuset. 11. 8. 63. & 15. 35. 36.

Missam audientes à Primicerio D. Marci Veneriarum in Vigilia Natiuitatis satisfaciunt præcepto audiendi pro die Natiuitatis. 14. 35. 260.

Contra hoc præceptum an peccet excommunicatus negligens absolui. Et an si audiat cum excommunicatione, & eodem mane absoluat, teneatur iterum? 14. 10. 239. si dies fiat festus de mane, postquam aliquis Missam audierat? 15. 4. 296.

Missam audiens à nominatim excommunicato, degradato, &c. non satisfacit. 11. 7. 62. secus à concubinario. *Ibidem.* §. *Notandum*. 63.

Probabiliter satisfacit audiens à fenestra domus: & secundum aliquos post parietem Ecclesiæ. 14. 47. 271. Et audiens à duobus Sacerdotibus, à singulis dimidiam eodem tempore. 15. 3. 296. Et qui sæpius recedit ab Ecclesia ad seruitium sacrificij. 11. 7. §. *Sed si aliquis*. 62. Etiam tempore consecrationis. Et omnino assistens toti præter sumptionem, satisfacit. 14. 46. 270.

Missæ an audienda sit cum attentione. 15. 2. 295. Etiam si iniuncta sit in penitentiam. 11. 6. 61. An satisfaciat præcepto, qui audiendo Missam, confessionem facit, vel excipit. 14. 45. 269.

Moniales participant priuilegia Religiosorum sed Ordinis, vel quorum curæ commissæ sunt, si illis congruant. Etiam si subsint ordinario, dummodo non exprimatur ministerium, & dependentia Prælati Regularis. 13. 24. 203.

Aliquid recipiens à Moniali, & tantumdem illi refundens, non teneatur ad restitutionem. 14. 2. *qua debebat esse*. 4. 231.

Vide etiam *Alloqui, & Hora Canonica*.

N

Nonitium.

Nonitius Regularis admitti potest ad loquendum cum Monialibus, vt Sæcularis. 14. 6. *in fine*. 135.

O

Occidere. Vide Rex.

Opinio probabilis.

Opinio probabilis an valeat ad lucrandum Iubileum. 11. 34. 90.

Opinione probabilis etiam singulari potest quis vt in fauorem matrimonij, & professionis. 13. 19. 198.

Opiniones probabiles, sed benignas, docere, non relaxat conscientias. 12. 57. 176.

Si sint plura, & varia horologia, an possit quis vnum sequi pro ieiunio naturali, alterum pro Ecclesiastico. 15. 29. 320.

Opinio probabilis non est, quod minister ex officio Sacramentum efficiens in mortali, non peccet mortaliter. 16. 273. 65. Quod sine mortali possit omitti vna parua Hora in Officio diuino. 16. 28. 366. Quod Parochus possit exponere ad confessiones Sacerdotem non approbatum. 16. 75. 410. Et quod peccata dubia non sint consistenda. 16. 79. *in fine*. 413.

Oratio.

Oratio vocalis non est in præcepto pro singulis: Nec est præceptum tenendi memoriter orationem Dominicam, salutationem Angelicam, &c. 16. 44. 380.

Oratio 40. horarum an interrumpatur, si ibi oretur, distractè. Vel si breuissimo tempore non oretur. 16. 4. 341.

Index Rerum notabilium.

Ordo,

Ordo non est prima tonsura. 14. 244.

Ordinis materia non fuit instituta à Christo in specie. 11. 65. 117. Instrumenta tangenda in promotione tradi debent immediatè ab Episcopo. Et aliter collatus ordo iterari debet sub conditione. 15. 20. 312. Sicuti Sacerdotium collatum sine contactu patenæ. 16. 88. 423. Vel Calicis, & Patenæ non consecrata. 15. 20. 312. etiam Diaconatus. 11. 9. 763. Secus si à Sacerdote tangeretur panis seorsim à Patena. 16. 88. *in fine.* 423.

Ordinari non potest hermaphroditus, vel vir factus ex muliere, sine dispensatione Pontificis. 13. 36. 213. Non potest accusatus, dum causa agitur. Sed quid si iudicium finitum sit. Etiam transactione cum fisco, vel parte? aut inter missum, parte per annum tacente? 12. 159. Ordinari potest nondum confirmatus sine mortali. 11. 14. 68. Et alienus præconfirmari potest ex facultate præsumpta. *Ibid.* §. *sed cum.* Ordinari non potest potestate ordinaria, nisi subditus, saltem titulo beneficij, saltem tenuis, & traditi ante punitionem. 11. 48. 102.

Interstitia inter Minores Ordines dispensanda committuntur Episcopo. Inter Minores, & Subdiaconatum non possunt dispensari sine necessitate, vel utilitate Ecclesiæ. Inter Diaconatum, & Presbyteratum requiritur utraque. 11. 10. 64. Quænam vero debeat esse necessitas, quæ utilitas? *Ibid.* §. *Et quia* 65.

Ordines Minores conferri possunt extra tempora plusquam duobus, dummodo non tot, ut videri possit ordinatio generalis. 11. 66. 118. Prima tonsura, Minores, & Subdiaconatus conferri possunt eodem die. 11. 10. §. *Nota secundo.* 64. Regularès possunt ordinari extra tempora. *Ibid.* §. *Nota quarto.* In ætate ad Ordines requisita, probabile est non esse computandum diem intercalarem. 11. 67. 118.

Ordo per metum datus, an teneat. 13. 18. 196. Minores suscipere ad declinandum forum, cum animo redeundi ad sæculum, non est mortale. 16. 61. 396.

Subdiaconus tenetur ad castitatem. Sed quo titulo, 11. 12. 66. Vbi plura de hac re. Ad eam non tenetur ordinatus in infantia. Nec qui ignoraret hanc obligationem, etiam si scienter promoueretur. Tenetur vero sciens, etiam si promotus esset ante pubertatem, vel ex metu graui. Qui tamen facile dispensaretur. *Ibid.* pag. 67. & 13. 18. *in fine.* 197. & iterum. 16. 84. 419.

Ornatus.

An peccent mortaliter mulieres nudatum pectus ferentes ad ornatum. Et vestes nimium sumptuosas? 12. 30. 157.

P

Papa.

Papa eligit Episcopos. Vide *Episcopus.* Ipse septem Electores Imperatoris in Germania constituit. 4. 2. 19. In qua cum Catholicis conueniunt multi sectarij. 4. 3. 20. Vnde ille numerus non potest augeri sine Papæ consensu. *Ibid.* *in fine.* Soluuntur argumenta in contrarium. 44. 21.

Papam posse sibi eligere successorem, multi asserunt. 5. 1. 22. Multi negant, & probant. 5. 2. 23. multi cum distinctione loquuntur. 5. 3. 24. Auctoris opinio. 5. 4. 25.

Papa potest ornare Principes Ecclesiæ benemeritos titulo regio. Quod & plerique fecerunt. 6. *unic.* 25.

Papa dispensare potest, ut Eques Hierosolymitanus transeat ad Ordinem Alcantaræ, &c. ne extinguatur familia illustris. 12. 1121. Dispensans ad ieiunium cum aliquo sine causa peccat saltem venialiter. 16. 77. *in fine.* 413.

An possit dispensare, ut bona Ecclesiastica superflua expendantur in vsus prophanos? 11. 35. 91. An imponere pensionem sine iusta causa? 14. 70. 292. Probabiliter potest sibi referuare casus & censuras, etiam pro articulo mortis. 14. 5. 235.

Papa nullius humanis legibus subiicitur. Et si viueret in territorio alieno, non teneretur, vel directiuè legibus loci. 14. 26. 253. Non incurrit pœnas latas contra simoniacos. 16. 11. §. *Sed si aliquis.* 352.

Ad Papatum nulla determinata ætas requiritur. 16. 86. *in fine.* 420.

Parochus.

Parochus non potest deputare ad confessiones non approbatum à proprio ordinario etiam in magno concursu hebdomadæ sanctæ, Iubilæi, &c. 16. 75. 410.

Parochus rebaptizans sub conditione infantem expositum cum schedula, non fit irregularis. 16. 47. 383.

Vide etiam, *Missæ, Matrimonium, Pater.*

Pater an magis teneatur succurrere filio, quam filius patri? 13. 3. 180. An possit dare dotem filiæ spurriæ? 15. 19. *in fine.* 307. Et an possit relinquere bona alteri sub spe, ut ille det filio spurio? *Ibid.* §. *Et tandem.*

Patrinus.

Patrinus potest esse cuiusvis ætatis, dummodo sit capax peccati mortalis. 16. 29. §. *Notandum* 368. Debet esse fidelis. Secus non contrahit cognationem. 16. 89. 424. In Baptismo non possunt esse duo viri, vnus pro se, alter pro muliere. 16. 29. *in princ.* 367. In confirmatione debet esse vnus tantum vir pro viro, & fœmina. Sed si plures teneant, contrahunt cognationem. 16. 90. 425.

Patrinus baptismis solemnibus contrahit cognationem. 16. 29. §. *Notand.* 368. Si vero quis teneat nomine alterius, probabiliter neuter contrahit. *Ibid.* §. *Nota.* Baptizans contrahit, etiam in baptismo minus solemnibus. *Ibid.* §. *Sed si aliquis.*

Peccatum.

Peccatum contra innocentiam an sit maius, quam contra pœnitentiam? 13. 40. 217.

Peccatum veniale an possit requiri in eo, qui ex defectu rationis non potest peccare mortaliter? 15. 25. 317.

Pensio.

Pensio quibus de causis imponi possit? Et an à Pontifice sine causa? 14. 70. 292.

Pensio vendi non potest sine licentia Summi Pontificis. 16. 94. §. *Sed quid* 433. 434.

Pensionarius tenetur recitare Officium paruum B. Virginis sub mortali. 16. 94. 33. Si pensio sit terra pinguis, quàm pingue debet esse beneficium ad obligandum recitare Officium maius. 16. 95. *quest.* 4. 435. Et omittens recitare, tenetur ad tertiam partem fructuum. *Ibid.* §. 5. Non tenetur, qui consentit, pensionem redimi accepta solutione aliquorum annorum anticipatè. 16. 95. 453. Hoc onus incumbit illi, in cuius vita reseruatur pensio, etiam ad commodum alterius. Ideo eligi solet persona Ecclesiastica. Alter autem potest commodum vendere. 16. 95. *quest.* 2. 435. Incumbit autem, etiam si nubat. *Ibid.* §. *Notand.* 436. Secus si fiat ordinis militaris. *Ibid.* *quest.* 3. vel recitet officium magnum titulo beneficij, Aut si pensio ei tradita sit titulo Sæculari. *Ibid.* §. *Sed si aliquis.*

Pere

Index Rerum notabilium.

Peregrinus.

Peregrinus loquens cum Moniali exempta, incidit in censuras Episcopi, si quæ sunt. 14. 53. §. *Notandum.* 278

Pœnitentia.

Pœnitentia imponi potest leuis si addatur *Quicquid feceris*, &c. Et sub spe indulgentiæ lucranda. 161. 337. Potest dari in pœnitentiam abstinencia à communione, & communio. 13. 47. 221. Item conditionalis, vt si committat tale peccatum, det talem elemosynam, aut communicet die sequenti. 13. 48. 222

Pœnitentia impleri debet cum intentione satisfaciendi, saltem virtuali. 16. 25. 408. An etiam cum attentione? 13. 35. 213. An differri possit ad annum? 12. 42. 166. Et si recitandum sit Officium certis diebus per annum, an impleri possit breuiori tempore? Et quid si ieiunandum sit eo modo? 15. 12. 304

Pœnitentiam an commutare sibi possit pœnitens in melius? 16. 25. §. *Sed hic* 362. Vel secundus confessarius extra confessionem? 12. 43. 166.

Prælatus Regularis.

Prælatus Regularis non venit nomine Prælatorum Ecclesiarum, & ordinariorum locorum. Idè non potest promulgare Iubileum pro suis Subditis ante promulgationem Episcopi. 14. 33. 159

Non potest absoluerè suos ab excommunicatione ex simonia in ordine vel beneficio. 15. 8. 300. Non concedere licentiam manendi extra claustra. 11. 30. 85. Non deponere, aut degradare Subditum, nisi fortè verbaliter ex quodam priuilegio. 11. 51. 104. Non audire confessiones Sæcularium, vel Monialium, Subditarum, sine approbatione Episcopi, etiam Generalis. 14. 6. 236. Probabilius est non posse disponere de applicationibus indulgentiarum faciendis à Subdito defuncto, qui de illis non disposuit ante mortem. 16. 6. 343

Potest dispensare cum suis illegitimis ad Prælaturas etiam ad Generalatum 9. vn. à 54. ad 58. intrare Monasteria sibi subiecta sine licentia Episcopi. 16. 42. *in fine.* 379. Et reseruare sibi censuras illarum extra capitulum. 13. 51. *in fine.* 226

An dispensare possit cum suis in irregularitate homicidij occulti? 13. 38. 214. Prouincialis, & Generalis an federere in cornu Euangelij in Missa solemni? 13. 34. §. *Notand.* 212

Prælatus Regularis non peccat mortaliter, si nolit aliquem ad habitum admittere sine causa. 13. 6. 184.

An Prælati Societatis debeant aliquid eiectis pro alimentis? 11. 68. 119

Principes.

Principes aliquando vsurparunt sibi ius eligendi Episcopos. 1. 5. 5. Sed reclamant Pontifices, & Concilia. 1. 6. 5. Modo Reges Hispaniæ, Galliæ, alique illos ex priuilegio nominant, & Papæ præsentant. 1. 7. 7

Principes non possunt permittere Subditis libertatem conscientie inconsulto Summo Pontifice. 31. 14. Præiudicia, quæ sequuntur ex talibus pactis. 3. 15. Præsertim perpetuis. *Ibid.* §. *Et hæc omnia* 16. Doctores, qui id asserunt. 3. 4. 16. Et asserunt talia pacta esse inualida, & non præiudicare rationibus Pontificiis. *Ibid.* §. *Qui quidem* 20. Argumenta in contrarium diluuntur. 3. 5. 18

Priuilegium.

Priuilegium quibus de causis extendi possit ad personas non expressas? 14. 182

Professio.

Professio equitis Hierosolymitani ante cinguli sus-

sceptionem est inualida. 10. vn. à p. 52. Facta contra prohibitionem Generalis, vel Episcopi, est illicite inualida. 12. 6. 133

Profiteri si velit vxor de consensu viti in Monasterio, an hic ingredi possit Religionem sine licentia Episcopi? 12. 56. 175

Professio an tollat ipso facto irregularitatem ex natalibus illegitimis. 13. 39. 216

R

Regula.

Regula religiosorum circa vota potest abrogari per consuetudinem 40. annorum. 15. 6. 298

Regulæ Cancellariæ obligant vbique. 15. 7. 299

Regularium obligationes.

Regulares tenentur ad ieiunia regulæ ante annos 21. 16. 77. §. *Item ego.* 412. Et ad ieiunia locorum, qui est iustæ ætatis. 11. 38. 94

Regulares Ordines Minorum non possunt equitare aut curru vehi, nisi in prolixo nimium itinere, vel impedito, aut ratione negotij exigentis celeritatem. Sed equitatem per medium milliare esset parua materia, & plures paruarum materiæ nõ vniuntur. Et aliqui censent, posse eos vehi biga boum. Qui non possunt ire pedestres, non possunt eligi in Prælatos. Electi autem, si necessitas superueniat, non tenentur deponere officium. 11. 27. à p. 82. 83

Regulares non tenentur cantare Missam, vt in Collegiatis. 12. 40. *in fine.* 165

Regularis non debet accipere pecuniam sæcularis in depositum sine licentia. 25. 40. 320. Potest in donum cum intentione perendi licentiam, restituenti, si negabitur. *Ibid.* *in fine.* 329. donans aliquid Sæculari sine licentia, an teneatur ad restitutionem? 12. 35. 161. Si autem habeat facultatem expendendi absque limitatione, accipiens, etsi illicite non tenetur restituere. Sicuti si tantumdem refudisset eidem. 14. 2. *qua debebat esse.* 4. 233

Regulares colloquentes cum Monialibus sine licentia, peccant mortaliter. 13. 26. 205. & 14. 52. 276. An accedentes & colloquentes cum Monialibus exemptis, incidant in censuram Episcopi? 14. 53. 277. Loquens cum sorore Moniali alia die, quam præscripta fuerit, peccat mortaliter. 14. 50. §. *Sed si aliquis.* 274

Regularis interogatus à visitatoribus circa obseruantiam, tenetur respondere sub mortali. Sed secluso iuramento datur paruitas materiæ. 15. 31. 324

Regularium Priuilegia.

Regulares possunt ordinari extra tempora. 11. 10. §. *Nota quarto.* 64. Possunt in suis Ecclesiis, & Monasteriis celebrare duabus horis post mediam noctem. 12. 25. 152. Et incipere saltem tribus horis ante solis ortum. 12. 26. 153. An priuilegium celebrandi post meridiem reuocatum sit? 15. 27. 318

Regulares non possunt recitare Horas tantum mentaliter. 11. 1. 56. Non communicare Sæculares, vel Religiosos Equites, in Paschate, nisi in certis casibus. 11. 31. 86. Non dispensare in voto castitatis ex necessitate. 11. 47. *in fine.* 102

Regulares sunt exempti, etiam quoad bona empta, data, locata, & recepta in emphyteusim. 12. 50. 172. Etiam culta per colonos, & arrendatarios. 12. 51. 172. Item quoad acquisita, vel colenda post priuilegium. 12. 52. 173

Priuilegia concessa Regularibus viuz vocis oraculo omnino reuocata sunt. 14. 24. 152. Et reuocatum priuilegium absoluenti à reseruatibus Episcopo,

Index Rerum notabilium.

po, aut Papæ in Bulla Cœnæ. 13. 22. 200.
Privilegium exemptionis decimarum an communicetur inter Regulares? 12. 40. 171. Communicantes in privilegiis, non communicant in pœnis. 12. 55. 174.

Religiosus.

Religiosus non Franciscanus potest esse Vicarius Episcopi de licentia prælati, etiam localis, si hanc facultatem non sibi referuasset superior. Item iudex, arbiter, assessor, & iudex delegatus Episcopi. Et sine licentia superioris acta tenerent. 15. 30. 321.

Reliquia.

Reliquias videndas & tangendas exponere in die festo animo colligendi elemosynas, Regulariter non est mortale. 16. 73. 408.
Reliquias in bello capere & distrahere Principi non licet. 16. 74. 409.
Vide *Emerc.*

Reservata.

Reservata cuicumque, inconsulto eo, absolvi possunt facultate Papæ. 12. 18. 145.
Reservata Episcopo absolvi non possunt à regularibus Nec contenta in bulla cœnæ. 13. 22. 200.
Moniales subsunt casibus, & censuris Episcopo reservatis. Hic tamen non potest sibi reservare casus circa clausuram Monialium exemptarum. 13. 52. 226.
Commisum in loco exempto probabiliter non est reservatum. 14. 7. 237. An reservatum sine censura liget ignorantem reservationem? 14. 63. 286.

Papa potest reservare casus, & censuras, etiam pro articulo mortis. 14. 5. 235.

Blasphemia reservata. Vide *Blasphemia.*

Residentia.

Residentia an sit de iure diuino, & indispensabilis à Summo Pontifice? 14. 66. 289.
Abesse an possit Episcopus per tres menses sine iusta causa? Et an aliquid plus sine mortali? Et an interim faciat fructus suos? 14. 67. 250.

Restitutio.

Restitutio rei extantis fieri debet in specie. Nec sufficit soluere pretium duplum. 13. 44. 219.
Restituere non tenetur, qui furatus est in extrema necessitate, & consumpsit. Vel in ea consumpsit, quod antea furatus fuerat. 14. 34. 259.
Restituere non tenetur quis pecunias acceptas à dæmone. 15. 48. 336
Restituens per alium, si hic non restituat, an satisfecerit? 16. 97. §. *Ad doctrinam.* 440.

Reus.

Reus in causa grauis pœnæ probabiliter non tenetur respondere ad mentem Iudicis, sed potest negare delictum æquiuocè. 13. 13. 191.

Rex.

Rex interficere potest Regina deprehensa cum adultero, sine alia citatione, aut processu. 15. 34. 325.

Sacramentum.

Sacramenti materia debet esse præsens Ministro. Vide *Eucharistia.*

Sacramentum requirit intentionem Ministri faciendi Sacramentum. 11. 57. à p. 110.

Sacramentum conficiens in peccato, etiam ut Minister ordinarius, peccat mortaliter. Sed Sacerdos in Missa vnum tantum peccatum committit. Laicus vel Sacerdos baptizans minus solemniter, non

peccat. Nec audiens confessionem in peccato, sed dolens antequam absoluat. 16. 27. 365.

Scandalum.

In peccato scandali quando explicari debeat species peccati, ad quod proximus inducitur? 12. 29. 156.
Probabile est, pati posse Missam, & communionem de præcepto à malo ministro, si non sit alius. 11. 63. 115. Etiam ab excommunicato tolerato. 11. 64. §. *Sed quid.* 116. Et in extrema necessitate Baptismum, & Pœnitentiam etiam à non tolerato. Imo etiam Eucharistiam & alia, quando sint necessaria ad iustificationem. *Ibid.*

Sigillum.

Sigillum an frangat Confessarius dicens, pœnitentem esse nimis scrupulosum? Et Prælatus utens aliquando notitia confessionis, in regimine? 12. 34. 160

Simonia.

Simonia est, permutare beneficia sine licentia. 16. 16. 352. Secus si tractetur saluo consensu Episcopi. *Ibid.* §. *Sed hic quero.* 353. Et causa permutationis potest esse temporalis. *Ibid.* §. *Quero secundo.* 354.

Simonia an committatur pacto aliquid dandi pro beneficio, non quidem rigoroso, sed ex gratitudine. 14. 5. 235.

Inter pœnas simoniæ est irregularitas. Quæ in simonia occulta probabiliter non incurritur. 15. 8. in fine. 300.

Pœnæ simoniæ incurruntur per promissionem, etiam non impletam. Impleta autem probabile est pœnas retrahere ad tempus promissionis. 16. 15. 351.

Committens simoniam cum Summo Pontifice, sciens, censeretur dispensatus in pœnis. 16. 15. 352.

Sponsalia.

Sponsalia requirunt consensum. Et sufficit si pro puella tacente det parens. Non item tutor, vel curator. 13. 21. 20.

Sponsalia irritantur raptu. 16. 85. §. *Sed hic obiter.* 418
An dissoluantur per tactus, & oscula sponsi? Et sponsus præiudicet sibi eam cognoscendo, quæ fornicata est? Et quid si verque fornicationem, vel hæresim commisisset? 11. 28. 84.

Subditus.

Subditum posse requirere, & obtinere protectionem ab externo Principe, proprio inconsulto, probabile est. 7. 1. 29. Probabilius, non posse. 7. 2. 30. Nisi in certis casibus. 7. 3. 30. Et respondetur argumentis in contrarium. 7. 4. 31. 32. Quid de Cardinalibus, & Baronibus Romanis? 7. 32

Surdus.

Surdus, si potest legere, non excusatur ab onere diuini Officij. Si solus non potest, non tenetur cum Socio, nec surdaster. 16. 45. in fine. 382.

T

Testamentum.

Testamentum beneficiarij, vbi est talis consuetudo, validum est, sed illicitum. 15. 10. 302.
Testamentum iurans se non irritaturum, irritare non potest. Oppositum tamen probabile. 15. 11. 303.

V

Vasa, & Vestes sacra.

Vasa sacra nempe calix & patena; & vestes, sicuti corporale, non possunt tangi à Laico sine peccato. 10. 2. 49.

Pyxis.

Index Rerum notabilium.

Pyxis an esse debeat benedicta ? 10. 3. 50. De mappis altaris controuersum est. 10. 5. 51.

Vendere.

Vendere non licet pensiones sine licentia Summi Pontificis. 16. 94. §. *Sed quid* 434.

Dilata solutio potest augere pretium ob multitudinem emptorum, quæ eo modo crescit. 12. 28. 155.

Vide etiam *Alienare, & Emerere.*

Vicarius.

Vicarius generalis exercitus an licitè creatur à Rege cum potestate Ecclesiastica ? 15. 15. 306.

Vicarius Episcopi non potest facere concursum ad beneficium sine speciali mandato. 13. 23. 315. Potest tamen ei committi potestas conferendi beneficia, etiam si sit tantum in spiritualibus. *Ibid.* §. *Sed si quis.*

Vicarium Episcopi probabile est, non posse amoueri pro libito. Et non censeri amotum per creationem secundi Vicarij. 15. 24. 316.

Vicarij potestas est ordinaria. Et ipse venit nomine ordinarij quoad ea, quæ veniunt ex generali

commissiones vicariatus. 15. 31. §. *Verum.* 323.

Vicarius capituli potest ferre sententiam degradationis; non tamen degradare. 11. 51. 104.

Votum.

Votum castitatis emissum à proclui in veterem an valeat. 11. 47. 101.

In dubio intentionis vouens virginitatem, tenetur ad perpetuam. 15. 47. 336. Vouens ieiunare totam vitam, videtur excusari post annos 60. Vouens ieiunare per mensem, non censetur comprehendisse dies dominicos. Vouens abstinere à carnibus per annum, censetur se obligasse etiam diebus dominicis. 16. 50. 386.

Vouens certa die abstinere à carnibus, peccat toties quoties. Non ita si vouit ieiunare. Et datur paruitas materiæ. 14. 32. 258. Missa audienda, & officium recitandum, ex voto, an requirat attentionem internam ? 13. 35. 213.

Vouens mittere calicem aureum ad S. domum Laurentianam, si à latronibus in itinere deprehendatur, ad nihil tenetur. 16. 97. 439.

Vide etiam *Coniugatum.*

F I N I S.



